g ¶ *Locali. sic* ĩ. *finium regun. si irruptione.§.fi.*
h ¶ *Remittere.* id est, prætor vel præses debet hoc significare[b] magistratibus municipalibus, qui proximi sunt loco ruinoso: & ipsi faciūt renouare vel protelare cautionem.
i ¶ *Constituendum.* id est, cōstitutū, sic[c] enim dicit prætor domino domus ruinosæ: caueas vsq; ad tres dies. vel econtra dicit: caueas vt tenearis intra annum. Accur.
k ¶ *Caueatur.* nomine rei cuius timet dānū.
l ¶ *Eius rei.* nō omniū rerū: *vt* ĩ. *qui ex cau.l.j.*
m ¶ *Mittendus.* ex primo decreto, & hoc à prætore vel à magistratu: *vt* ĩ. *eo.§.duas.*
n ¶ *Pars. vt &* ĩ. *eo.l. si finita.§.ex hoc edicto.*
o ¶ *Admittit.* à magistratu mittendum.
p ¶ *Non puto. sic. & C. de pign.l.nominatori.* sed ipse prætor posset, secundùm Py. & Azo. vt in arg. contra. Insti. *de satisd.tu.§.pe.*
q ¶ *In factum*[d]. in qua venit quātum interest aduersarij in possess. venire. R. *vt infra eod. l. prætor. §. in eum.* & de hac loquitur. infra *eod. l. si finita.§.po. & §.fin. & l. si quis missum. in princip. & §. actio. & ad idem infra ne vis fiat eo.l.j. & l.fin.*

b Diem præfinitum à superiore, inferior prorogare aut renouare non potest, nisi fortè localis inspectio necessaria exigat negotij cognitionem demādari inferiori.
c Formula sententiæ in cautione damni infecti.
d Mittere insfactum non mittit quia actio ne tenetur.

r ¶ *Nam & si.* & quidem in factum actio hic sufficit: nam & hæc alio casu sufficeret.
f ¶ *A prætore.* & sic per locum[e] à maiori ostendit quòd magistratus non potest compellere: quia prætor non posset: imò eadem actione agendum est: *vt hic dicit.* R. & sic dicit quòd hic §. nam & si ab illo §. an tamen, &c. differt: quia ibi iussu magistratus: hic iussu prætoris.
t ¶ *Missus.* id est[f] mitti iussus.
u ¶ *Cautionem.* aliàs cautionem: vt scilicet iubeat eam interponi: *vt* ĩ. *eod.l.j.* & aliàs actionem. scilicet vt ex contemptu cum effectu nascatur, & de ea cognoscat. ¶ Sed certè imò quatuor. Primum. *supra eo.l.prima.* Secundum, *supra. ead.l. in princip.* Alia duo. scilicet de poss. & actio. *in hoc.§.* Sed R. hunc tantum præsentem. *§. respiciebat.* ¶ An ergo hæc quatuor competant iure magistratus, quasi à prætore mortuo commissa sint? Quidam sic: ergo & ipsi possent alij delegare. *vt & supra de offi. eius cui mand. est iu.l.j. §. qui vero.* Potest dici contra: quia iubere[g] cauere, item mittere in possess. (quæ sunt duo) habent à mero[h] imperio quòd non delegentur, saltem cuilibet. *vt supra de iurisdict. omn. iud.l. iubere.* ergo non competit iure magistratus. *vt infra ad muni. ea. §.4.* Item quia fiunt cum causæ cognitione. Sic & tertium. scilicet protelare diem, fit cum causæ cognitione. *vt supra ea.l. in princ.* vnde[i] per delegatum quemlibet non possunt expediri. *vt supra de offic. procons.l.nec quicquam. §. vbi.* Super actione vero in fact. potest dici quòd competat cognitio iure magistratus. à prætore ergo viuo tantum committente potest habere cognitionem magistratus in primis tribus casibus. Vel dic, licet à[k] prætore mortuo sine delegatione viuentis competat cognitio magistratui: non

ff. Nouum.

e Argumentum à maiori.
f Mittere pro mitti iubere.
g Iubere cauere & mittere in possessionē quæ habent à mero imperio.
h Mero imperio causa non delegentur.
i Delegari nō possunt quæ causæ cognitionem requirunt.
k Mitti imperij causæ municipalibus magistratibus non vino.

tamen delegabit, cum[a] ei specialiter sit commissum tanquam iurisdictionem aliàs habenti: *vt* ĩ. *de offic. eius cui man. est iud.l.j. in princip.* & sic competit magistratui sed[b] non iure magistratus omnino. Item quod hic dicit, possessionem dandam posse committi, est contra supra *de iurisd. omn. iu.l. iubere.* Solut. ibi.

nebitur. Nam & si[r] à prætore[f] missus[t] non admittatur, eadem actione vtendum est.

3 ¶ Duas ergo res magistratibus municipalib. prætor vel præses iniunxit, cautionē[u] & possessionem[x]: cætera[y] suæ iurisdictioni reseruauit.

4 ¶ Si fortè duretur[z] non caueri[a], vt possidere[b] liceat, quod causa cognita fieri solet: non duumuiros[c], sed prætores vel præsides permissuros: item vt ex causa[d] decedatur[e] de possessione[f].

Nō fit missio contra absentem, nisi prius denuntietur ad domū inquilini vel procuratoris: vel nullo habitante libellus ipse domibus applicetur. Bart.

5 ¶ Prætor[g] ait[h]: *dum ei qui aberit, prius domum denuntiari iubeā.* Abesse[i] autem videtur & qui in iure non est, quod & Pomponius probat. Verecundè[k] autem prætorem denuntiari[l] iubere, non extrahi[m] de domo sua. Sed *domum*[n] *in qua degit, denuntiari*: sic accipere debemus, vt & si in aliena domo habitet, ibi ei denuntietur[o]. Quòd si nec habitationem[p] habeat: ad ipsum prædiū[q] erit denūtiādū, vel procuratori eius, vel certè inquilinis[r].

Vbi deficiunt verba legis, deficit legis dispositio. Pan.

6 ¶ Totiēs[f] autē prætorē exigere denuntiationē[t] intelligen-

x ¶ *Possessionem.* Quatuor[c] dantur remedia ex hoc edicto. scilicet vt caueat mihi. Secundò quòd si non caueatur, mittar in possessionem ex primo decreto. Tertiò quòd si non admittor: datur mihi actio in factum ad interesse. Quartò quòd si domus ruinosa salutat domum meā mala salutione, & vicinus perseuerat in cōtumacia: quod adeam prætorem: & faciam ipsum solenniter citari: & si non venerit, mittar in poss. ex secundo decreto. & [d] istud prætor sibi reseruauit, quia imperij est. & hoc est quod dicit, cætera, &c. & hoc est quod glossatores Azo & Ioan. multa impropria varietate & obscuritate insufficientia dicunt.
y ¶ *Cætera*[e]. scilicet mittere ex secūdo decreto. Item cogere[f] captis pignoribus. itē quòd possit supradictis quatuor casibus delegare, non autem magistratus delegat: cùm ipse ex delegatione cognoscat: *vt C. de iud.l.à iudice.* Item vt recedatur de possessione: *vt infra pro.x.§.*
z ¶ *Si fortè duretur.* id est differatur.
a ¶ *Non caueri.* post primum decretum.
b ¶ *Possidere.* ex secundo decreto: *vt in*-

a Delegari nō possunt quæ specialiter eō mittuntur.
b Competere magistratui & iure magistratus differunt.
c Damni infecti nomine quatuor remedia nobis successiue & ordine competūt, cautio, missio in possessionē ex primo decreto, actio in factum ad interesse, missio in possessionē ex secūdo decreto vt ait.
d Missio in possessionem ex secundo decreto imperij est.

fra eod.l. si finita.§.Iulianus scripsit.
c ¶ *Duumuiros.* i. magistratus municipales: *vt C. de iud.l.fin.*
d ¶ *Causa.* vt si ille in cuius domum facta est missio, sit reuersus, qui fuit absens causa reipublicæ. nam hoc est imperij.
e ¶ *Decedatur.* id est exeat de possessione qui primo possidebat: quod post[g] secundum decretum demum fit: *vt* ĩ. *eo.l. si finita.§.si quis autem.* 2 Vel etiam potest hoc intelligi ante[h] secundum decretum: cum dicat ex causa: vt sic per hoc magis ad cauendum induceretur quàm si staret secum in alia possessione. 3 Potest & tertiò intelligi: si missus ex iusta causa debeat exire: *vt* ĩ. *qui satisd. cogan. l. de die.§.diuersum. & infra qui. ex cau.l.hoc autem.§.ait prætor.*
f ¶ *Possessione.* data ex secundo decreto.
g ¶ *Prætor.* quia circa tractatum de damno infecto prætor fecit suum edictum, ponit eius verba.
h ¶ *Ait.* in possessionem mittendum, dum ei, &c.
i ¶ *Abesse.* in[k] iure multis modis dicitur quis absens. *vt nota supra de procur.l.absent.*
k ¶ *Verecunde.* i. honestè, & bene. nō autem dicit: vade, extrahe eum per capillos[l], & sic. *C. de procur.l.qui stipendia.* Accur.
l ¶ *Denuntiari.* quòd veniat ad cauendum de damno infect.
m ¶ *Non extrahi de domo sic supra de in ius vocan.l.plerique. & infra de reg.iur.l.nemo de domo.* Accur.
n ¶ *Sed domum.* hæc verba materialiter ponuntur. Accursius.
o ¶ *Denuntietur.* vt nomine eius domus caueat, vel nomine alterius suæ quam non habitat.
p ¶ *Habitationem habeat.* sed est[m] vagabundus.
q ¶ *Prædium.* scilicet ruinosum. *vt* ĩ. *p.* *xi. §.*
r ¶ *Inquilinis.* habitantibus domum ruinosam.
f ¶ *Totiens.* id est semper.
t ¶ *Denuntiationem.* ad domum.

e Cætera, id est, notabili, quam habeat. vide Bart.
f Capere pignora magistratus municipalis nō possunt in causa missionis.
g Missus ex primo decreto ... possessor quando secundum decretum sequitur.
h Missus ex primo decreto potest ... ante quā interponatur secundum decretum.
i Missio ex primo decreto fieri quidem potest à municipalibus magistratibus.
k Absens in iure ... dicitur quis absens.
l ...
m Vagabundus dicitur qui habitationem nō habet.

dum est, si sit cui denuntietur[a]. Cæterùm si non sit, veluti quòd hæreditaria insula est, necdum hereditas adita: vel si heres[b] non extet, nec inhabitetur: cessat hęc pars edicti[c]. est tamen tutius libellum[d] ad ipsas ædes proponere. fieri enim potest, vt ita monitus[e] defensor[f] existat.

In magistratum qui prædicta non fecerit, datur actio in factum: quæ verum continet interesse. Bart.

7 ¶ In eum[g] qui quid eorum[h] quæ supra scripta sunt non curauerit, quanti ea res est cuius[i] dāni[k] infecti nomine cautum non erit, iudicium[l] datur. quod non ad quantitatem[m] refertur, sed ad id quod interest[n]: & ad vtilitatē[o] venit, non ad pœnam[p].

Cautio damni infecti, debet postulari iudice sedente pro tribunali. Bart.

8 ¶ Hoc autem[q] iudicium certam conditionem[r] habet, si postulatum[s] est. Cæterùm qui non postulauit, experiri non potest[t]. Postulare autem propriè hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi[u].

Magistratus municipij existentis prope vrbem, vel prope locum vbi est præses, non potest se intromittere de hac causa: sed debet recurri ad prætorem vel præsidem & ideò si requisitus non facit, non tenetur actione in factum ad interesse. Paul.

9 ¶ Si tam vicinū[x] vrbi[y] municipiū sit, vt magistratu[*] se nō interponente potuerit prętor[z] vel præses adiri: potest dici cessarę hanc actionem aduersus magistratū, quasi nihil intersit[a], cùm in tua potestate fuerit, à prætore vel præside desiderare in possessionem mitti.

Hæc actio in factum ad interesse datur hæredi, & contra hæredem: & est perpetua. Paul.

10 ¶ Hæc autē actio[b] cùm rei habeat persecutionem[c]: & hęredi, & in hęredem, & perpetuò dabitur[d].

Secundum decretum dat causam præscribendi: si ille contra quem fuit interpositum, non erat dominus. Paul. de Cast.

v. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

PRetoris[e] officium est, vt missus[f] in possessionē, etiā eam[g] per longi temporis spatium in suum dominium capere[h] possit.

Contra vnum ex pluribus non cauentem fit missio in possessionem: & si plures petunt mitti, omnes ex primo decreto æqualiter admittuntur. Bart.

1 ¶ Si plures sint domini qui cauere debent, & aliquis non caueat: in portionem[i] eius mittetur. Et contra, si aliquot sint qui caueri sibi desiderent, & alius pretiosiores, alius viliores habeat ædes[k]: siue vnius domus plures habeant dispares partes: tamen non magnitudine dominij cuiusq;, sed æqualiter mittentur omnes in possessionem[l].

Tam proprietario quàm vsufructuario debet caueri de damno infecto: nec in plus tenetur quàm si cauisset soli proprietario habenti proprietatem & vsumfructum: quia cuilibet pro suo interest. Pau. de Cast.

2 ¶ Si & domin[*] proprietatis, & fructuari[*] desideret sibi caueri

a ¶ *Cui denuntietur. sic j. ex quib. cau. in possess. ea. l. hæc autem. & supra ex qui. cau. ma. l. item.*

b ¶ *Hæres.* quia non adiuit, vel mortuus est.

c ¶ *Edicti.* id est denunciatio ad domum. Hug.

d ¶ *Libellum.* scribit[a] enim qualiter petit sibi caueri, & leget hoc corā æde, vel etiā figet ibi: vt alij videntes se defensioni offerant: vt subiicit. ¶ Et nota hic domui[b] posse denuntiari. sic. j. *quod vi aut clā. l. aut qui aliter §. j. & s. de ll. ag. l. j. §. j. & Cod. de an. excep. l. ij. in fi. & s. titul. j. de pupillo. §. nuntiationem. & l. fi.*

e ¶ *Monitus.* dominus domus ruinosæ.

f ¶ *Defensor.* alius quidam.

g ¶ *In eum.* mutat materiam vsque in fi. l. & dicit in eum. s. magistratum.

h ¶ *Eorum.* s. quatuor, quæ ipse facere potest: *vt s. e. t. §. duas.*

i ¶ *Cuius.* i. cuius nomine nō erat cautum.

k ¶ *Damni.* i. propter dam. infe. id est dicere, quanti[c] interetit illius cui præstanda erat cautio. aliàs est littera: cui damni infecti, &c. & tūc plena est littera.

l ¶ *Iudiciū.* in factum. cùm[d] non exprimatur quid: *vt s. nau. cau. sta. l. & ita. §. ij.* sed hoc in casu isto fallit: *vt sta. tim. j. §. si tam vicinum.*

m ¶ *Ad quantitatem.* vt detur in tantū quātum in litem iuratur. Azo. Vel dic. s. certam dupli vel quadrupli. *sic s. qui satisd. cog. l. j. §. fin.*

n ¶ *Interest.* s.[f] verè. & facit *j. de verb. signific. l. inter hæc verba.*

o ¶ *Ad vtilitatem venit.* i.[g] qđ sua interest.

p ¶ *Non ad pœnam.* s. respectu[h] agentis. sed est pœna respectu soluentis. *sic s. de eo per quem factum erit. l. j. §. si plures.* 2 Vel dic ad pœnam[i]. [illegible] est quanti in litē iuretur: vt dixi

q ¶ *Hoc autem iudiciū.* i. hęc actio quę dat aduersus magistratū. Az.

r ¶ *Conditionem.* tacitam: *sic s. tit. proxi. stipulatio. §. habet.*

s ¶ *Postulatum*[k]. scilicet caueri.

t ¶ *Non potest. sic supra de magist. conue. l. j. §. magistratibus.* Sed argu. contra[l]. *C. de contrahen. & com. stip. l. magnam.*

u ¶ *Non alibi.* scilicet in domo vel balneo. *sic infra rem ratam ha. l. amplius. & s. de postu. l. j. §. postulare.*

x ¶ *Si tam vicinum.* vt per[m] centum miliaria: *vt s. de offi. præfec. vr. l. j. §. in initio.* ADDIT. Bart. hic quærit quis dicatur locus vicinus: adde vltra eum glo. no. *in c. felicis. in verbo, vicinarum. de pœnis. in vj.* quæ tenet q hoc committitur iudicis arbitrio: vt etiam hic tenet Bart. & no. per Innoc. *in c. calumnia. extra de pœ.* per Bal. & Cy. *in l. si vicinis. C. de nup.* secundùm Alexan. de Imo. hic.

y ¶ *Vrbi.* Romanę, per excellentiam: *vt insti. de iu. natu. § sed ius.*

z ¶ *Potuerit.* id est debuerit qui dicat. cùm locus vicinus sit vrbi, non debet se interponere magistratus eius loci.

a ¶ *Nihil intersit. sic s. si quis in ius voca. non ie. l. ij. §. fin.*

b ¶ *Hæc autem actio.* in factum, quæ in magistratum datur: *vt in superioribus. §§. patet.*

c ¶ *Persecutionem.* Ex parte agentis: *vt s. ea. l. §. in eum.*

d ¶ *Dabitur. vt j. eo. si quis missum. §. actio.* ¶ & no. quod hæc ratio. quia[n] rei. &c. optima est: vt detur heredi. Item vt perpetuò: *vt s. de alie. iu. l. non solùm. §. fi. & infra de actio. & obli. in honorariis* sed non est bona ratio quare in heredem: imò videtur quòd non cùm ex maleficio vel quasi detur: *vt d. l. s. de alie. iud. l. non solùm. §. fi. & l. seq. & insti. de perpe. act. §. non autem omnes.*

PRætoris officium] CASVS. Tu possidebas domum ruinosam, non tamen erat tua. petij caueri de damno infecto, & noluisti cauere. vnde missus sum in pos. ex primo decreto. tu adhuc differs cauere. missus sum ex secūdo decreto in possessionē. certè ego incipio vsucapere. [SI PLVRES.] Plures erant domini domus ruinosæ. petij caueri de dāno infecto. quidam volūt cauere: quidam non. mittar in poss. partis non cauentis. Secūdò dicit: tu habebas domum ruinosam: plures eramus qui habebamus domos ibi propè, in quibus timebamus damnum. vna domus erat melior altera. certè si non caues de dāno infecto, omnes mittemur in possessionem domus ruinosæ æqualiter: non inspecta magnitudine, vel valentia domus cuiusq; nostrum. idem est si habebamus domum cōmunem, in qua timeamus damnum, & vnus nostrū habeat maiorē partē quàm alter. nam si nō caues, omnes mittēdi erimus æqualiter. [ET SI DOMINVS.] Habebas domū ruinosam iuxta meā: in qua Titi[*] habebat vsumfr. ego proprietatē: peto caueri mihi de damno infecto: & Titius etiam petit sibi caueri. quæritur an debeas nobis ambobus cauere: & dicitur quòd sic. & reddit rationem. Fran. Accursius.

e ¶ *Prætoris officium.* i. ex officio prætoris. Accursius.

f ¶ *Vt missus.* ex secundo decreto, non primo: *vt j. eod. l. si finita. §. Iulianus. & j. de adquir. pos. l. iij. § fin.* Accursius.

g ¶ *Ea.* s. possessionē.

h ¶ *Capere.* si[a] non erat dominus prior possessor. Sed quid si dominus erat? Respon. secundùm B. & Io. & Py. & nos q statim[b] fit dominus missus: *vt s. si ex noxa. causa agatur. l. ij. in fin. & de rebus eorum. l. iij. §. j. & de fun. do. l. j. & communi diui. sed si res.* Sed Io. contra: quia nōn statim, sed vsucapit: *arg. j. eod. l. ha.* quod non placet: quia contra quem præscriberet, nisi contra dominum? Sed dominus non potest contrauenire, etiam volens satisdare. nisi ex aliqua iusta causa: *vt j. eod. si finita. §. non autem statim.* vbi videtur habere pro[b] derelicto si expectet secundùm decretum. *& §. si fortè.* Accursius Florentinus legum doctor.

i ¶ *In portionem.* non[c] autem in partem cauentis: *vt s. communi diui. l. si quis putans. §. si damni infecti.* sed si nullus caueat, in possessionem omnium fit missio: licèt quorundam partes sint maiores: *vt j. eo. in stipulatione damni infecti.*

k ¶ *Aedes.* quas timet casuras propter ruinam vicinarum. Azo.

l ¶ *Possessionem.* hoc ex decreto primo. ex[d] secundo autem hoc foret iniquum. & sic intelligo in primo decreto. *j. eod. si finita. §. non autem* licèt sit contra. *§. si antè. in eadem. l. ibi, sed si expones:* nam si ad damnum agatur ex stipulatione: pro rata fiet damni restitutio: *vt j. proxi. §. & arg. C. de bo. auct. iu. pos. l. fin. §. j. ibi, quia & secundùm debita. &c. & arg. supra tit. j. l. stipulatio. §. fin. & j. de solu. in hu. §. imperator. versi. si verò. & infra de oper. liber. l. vt iurisiurandi. §. fin.* ¶ Sed si æqualiter sint missi, & postea expulsi: an æqualiter agunt actione in factum? Respon. H. sic. Sed Io. & Py. contra: sed pro rata damni.

Damni.

a ¶ *Damni.* ab extraneo. si aūt tem inuicem, dic vt j.*eo.l.inter fructuarium.* Accur.

b ¶ *Promissor.* si vtrique promittat. & sic est: ς.*vt leg.no.cau.l.sed & ipsis. & l.si duo.* Accur.

E*Venit.*] CASVS. Aliquando euenit vt damnum mihi detur, & tamen nō habeam actionem: vt in hoc exemplo: cùm domus tua minaretur meę domui ruinā: & ego tanquam negligēs nō petij mihi caueri, cū possem: & tandem domus tua cecidit supra meā: nō teneris mihi damnū emendare: imò nec rudera quæ ceciderūt supra meam, cogeris tollere, si vis ea habere pro derelicto. Frāc. Acc.

c ¶ *Nonnunquam.* sed multotiens.

d ¶ *Cautione.* scil. per negligentiā[a] nō interposita, vel nō petita: alioquin[b] datur actio: *vt j.l.prox.in fin. & l.seq.* secūdùm Ioan. vbi plenè dices. Sed nec stipulatione interposita pro omni damno dato agi potest: quia non pro fortuito, vel soli naturali vitio: *vt j.eod.l.si finitum. §. vitium. & §. hac stipulatio.* Accur.

e ¶ *Rudera.* id est[c] fragmenta quæ cadunt.

f ¶ *Omnia.* secus[d] si partem tantùm: *vt j.l. proxi.§.pen.*

P*Rætor ait.*] CASVS. Si aliquis velit promittere de dāno infecto: si suo nomine hoc facit, debet cauere absque fideiussore. si alieno: debet satisdare. Secundò dicit quòd ille qui petit caueri, si suo nomine, debet iurare non animo calumniādi se petere satisdationem. si alieno petat, debet iurare non calumniandi animo postulaturum fuisse cuius nomine petit. Tertiò dicit, pone quòd dubium sit si suo nomine velit promittere, vel non: quia non apparet siue dominus vel non: tunc in dubio debet satisdare hoc modo: vt si apparebit dominus, fideiussores dati non teneantur. [DE EO OPERE.] Si opus fiat in ripa fluminis, ex quo timeatur damnum aliis ibi prope morantibus, vel in flumine nauigantibus debet ille qui facit opus, satisdare de damno quod accidet ex vitio istius operis intra decem annos.

[EVM CVI.] Ille qui habet domum ruinosam, & non cauet de damno infecto vicino, prætor ait vicinum mitti in possessionem ex primo decreto: & si adhuc ille differat, mittam ex secundo. Secundò dicitur, pone quòd nec vult cauere, nec patitur me intrare possessionem de iussu prætoris, vel alterius magistratus. dat prætor mihi act. in factum ad omne id quod consequerer si cauisset mihi de damno infecto. [EIVS REI.] Habes domum ruinosam: & petij mihi caueri de damno infecto: & quia non cauebas, missus sum in possessio. ex primo decreto. deinde venit Titius extraneus, & petit à me sibi caueri nomine istius domus in cuius possessio. sum. si ego nolo cauere: ipse mittendus erit mecum in possessio. istius domus ruinosæ. [HOC EDICTVM.] Nunc loquitur Vlpian. & dicit: apparet ex verbis edicti quod prætor voluit prospicere tantum damno futuro, non præterito: & sic differt hoc edictum à cæteris actio. quæ dantur pro damno dato, non futuro: vt in act.l.Aquil. & pluribus aliis. si autem esset damnum iam datum, vt quia domus tua corruisset supra meā, antequam peterem caueri: nunquam debes cogi amodo mihi cauere de damno: cùm si velis rudera habere pro derelicto, sufficiat, & libereris. & adducit simile. Nam sicut si animalia alicuius dant damnum alicui, nō tenetur dominus vltra dationem eorum: multò magis si res inanimata (vt domus) dat damnum: non tenetur dominus eius vltra dationem ruderum pro noxa. Sed pone quòd ipse velit rudera sua tollere. non permittam nisi omnia rudera tam bona quàm mala tollat, & caueat de damno timeo in remotione ruderum: & etiam caueat de dan. futuro quod timeo præterito. Vltimò dicit quòd in casu datur mihi act. per quam cogam vt vel tollat rudera: vel dimittat ea cum domo destructa pro derelicto, vt si ego impeditus iusta de causa non petieram mihi caueri. Vltimò Iulianus loquitur corrigens ultimum dictum, & dicit quòd quando non fui negligens, sed iusta causa impeditus non petij mihi caueri, agam ad totum damnum emendandum, id est vt caueat mihi de damno præterito, & etiam de futuro, si quod timeo, & adducit rationem. & hoc dicit cum l.sequ. & in prin. seq. Franc. Accur.

a Cautio dāni infecti, negligētia amittitur.

b Cautionem damni qui amisit, actionē aduersus eum qui ędificauit habet, vt aut rudera tollat aut pro derelicto habeat quo casu quæstionis est, an ratione ruderū cauere debeat de dāno non tantum futuro, sed & præterito? qui di & de præterito cauere cogi putant, cùm res extet quæ nocuit, licet non integra. vsf. & l.5.l.9.l.prox. in fin.

† Adde quādo dicatur res haberi pro derelicta. Reb in l. si ratio. num.4. & ibi notatū in apostil. ad eū in ver. de furto inquestari. c. de nauf.4. li. 10 & omnino per Alexan. in l. interdū. §. quod ex naufragio. i. de adquir. pos.

c Si vicinus damnum passus impediat volentem colligere rudera, conoueniatur interdicto ne vis fiat rudera colligenti.

d Partis alienatio non excēditur extra id quod alienatum est.

Damni[a] infecti: vterque audiendus est. Nec enim iniuriam sentiet: promissor[b], non plus cuique præstaturus, quàm quod eius intersit.

Si damnū cōtingit ante petitā cautionem: dominus non tenetur si omnia quæ iacent, pro derelicto habet. Bart.

VI. GAIVS *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

EVenit nōnūquam[c], vt damno dato nulla nobis competat actio, non interposita antea cautione[d]: veluti si vicini ædes ruinosę in meas ędes ceciderint: adeò vt plerisque placuerit, nec cogi quidem eum posse vt rudera[e] tollat, si modò omnia[f] quæ iaceant, pro derelicto habeat†.

Istud edictū fit hic contra non admittentem, & contra contumacem. h.d.B. Hæc lex diuiditur in septem partes. Prima in principio. Secunda ibi, si controuersia. Tertia ibi, de eo opere. Quarta ibi, eum cui ita. Quinta ibi, eum cuius. Sexta ibi, in eum. Septima ibi, eius rei. & in principio suo sic summatur: A quo petitur cautio damni infecti suo nomine sufficit quòd promittat: si verò alieno nomine à se petatur, debet satisdare: & qui caueri sibi petit, debet de calumnia iurare. Secunda sic summatur, vt libenter fideiussoribus paretur exceptio, si postea apparet dominum esse qui satisdedit. Tertia sic: Etiam de opere quod est in loco publico, potest peti cautio damni infecti. Quarta sic: Cui non cauetur mittitur in possessionem eius rei. Quinta sic: Ex iusta causa iubetur missus in possessionem ex secundo decreto possidere. Sexta sic: qui non cauet de damno infecto, nec permittit ire in possessionem, conuenitur actione in factum: vt tātum post damnum datum præstet, quantum præstaret si cauisset. Septima sic: Missus in possessionem ex primo decreto, debet alii petenti cauere de damno infecto, aliàs mitteretur dominus in possessionem cum primo. h.d. vsque ad §. hoc edictum.

VII. VLPIANVS *libro 53. ad Edictum.*

PRætor ait[p]: *Damni infecti suo nomine[h] promitti[i], alieno[k] satisdari iubebo ei qui iurauerit non calumniæ causa id se[l] postulare: eumve[m] cuius[n] nomine aget, postulaturum fuisse[o], in eum diem, quam causa cognita statuero.[p] Si controuersia erit, dominus sit[q] necne, qui cauebit[r]: sub exceptione[s] satisdare iubebo.*

Missus ex eo non possidet: sed simul cum possessore possessionem detinet. Paulus de Cast.

De eo opere[t] quod in flumine publico ripáve eius fiet, in annos decem[u]

g ¶ *Prætor ait.* tractatum est supra de primo capite huius edicti, scilicet coram quo petenda sit cautio dāni infecti, & à quo, quia à domino si est præsens, alioquin denuntiandū est domui. modo sequitur de secundo capite, circa quod quia prætor fecit suum edictum, ponuntur eiùs verba.

h ¶ *Suo nomine.* siue sit sua res, siue non, dummodo pro[a] suo iure caueat. *vt infra eo. qui bona. §.j.* Acc.

i ¶ *Promitti.* scilicet à possidente.

k ¶ *Alieno.* vt[b] procuratorio, vel quia fructuarius vel similis est, qui quasi alieno nomine caueat. *vt infra l.hoc amplius. §.quæsitu. & §.seq. & hæc expediuntur. j. vsque ad l. qui bona. §.qui damni.* Sed contra[c] *ς.tit. j. non solum. §.si cum iure.* Sol. vt ibi Acc.

l ¶ *Id se.* cùm suo nomine postulat.

m *Eumve* procuratorem.

n ¶ *Cuius.* domini.

o ¶ *Fuisse.* cum alieno. & hoc expeditur vsque ad §.fin. *in l.qui bona.* Sed in hoc est contra. C. *de iuramen.calum.l.ij.§.sin autem.* vbi dicit procuratorem[d] non iurare. Solu. secundùm Ioan. & Py. speciale est hic. 2 Vel verius hic corrigitur[e]. Item opponitur, hic compellitur[f] anceps periurium subire pro alio & sic est contra. ς. *de in litem iuran.l.videamus.* Item de alieno facto iurare[g] compellitur, & sic est contra. ς.*rerum amo. Marcellus.* Sol. hic[h] de credulitate, ibi affectionis & veritatis est iuramentum. ADDITIO. Dic secundùm Pau. de Castr. & Iacob. de Rauen. quòd non obstant ista iura: quia sicut ibi non compellitur iurare, ita nec hic, sed si non iurat, sibi non cauebitur.

p ¶ *Statuero.* Hoc expeditur. *in l.qui bona.§.fi. & l.seq. in princ.*

¶ Sed an magistratus[i] municipales possunt statuere? Py. non, alij quòd sic. *vt ς.eo.l.j. & l.iiij. in prin. & dixi plenè in. §.dans.*

q ¶ *Dominus sit.* à quo exigo mihi caueri. *vt j.eo.si propter strui.§.fi.* alij dicunt, ego, qui exigo caueri. quod non placet.

r ¶ *Cauebit.* nomine ruinosæ domus.

s ¶ *Sub exceptione.* vt si dominus est qui satisdat, fideiussores habent except. *vt j.eo.qui vias. §.j.*

t ¶ *De eo opere.* hoc expeditur. *j.eo.si finitæ. §. deinde ait prætor. vsque ad §.ex hoc edicto.* & dic opere[k]. i. damno quod ex opere fiat. *vt j.eod. tit.si finita. §.notandum.in fi.* vt quia minatur ruinam nauigantibus, vel his qui iuxta flumen suas habent ædes, & facit *infra de præt. stip. l.j.§.stipulatio. versi. item ex causa. & de rebus dub. l.verum est.*

u ¶ *In annos dec.* & sic hic specificatūr tēpus à prætore mortuo.

¶ Sed cur non tollitur omninò opus? Respon. quia[l] principe vel senatu permittente factum est, vel non[m] impediebatur tempore exstructionis nauigium. *vt j.de flu.l.j. §.respon. & §.pe. & l.ij.*

a Cautio exigitur non tātum dominij, sed & iuris causa.

b Qui nomine alieno caueat e in rei alienæ, quæ iuxta est publici defensione, sufficit nuda est promissio. in priuatæ, satisdatio requiritur.

d Procurator petens sibi caueri, iurat in animam suam de conscientia alterius.

e Male, vt hic per doctores.

f Iurare cogitur anceps subire pro alio homo cogitur.

g Iurans nomine alieno de credulitate & conscientia alterius id est, non de affectione & veritate.

h Cautionē damni exigere possunt magistratus etiā inferiores; quoniam qui potest antecedens, potest & consequens. l.3.de iurisdi.

i Iuramentum credulitatis differt à iuramento affectionis & veritatis.

k Opus pro damno quod ex opere fit.

l Opus principe vel senatu permittente factum non tollitur.

m Opus non impeditum, non tollitur.

a ¶ *Non cauebitur.* de damno infecto.
b ¶ *Postulabitur.* subaudi in litera, scilicet ex decreto primo, & expeditur hæc pars. ī. eo. l. si finita. §. ex hoc edicto. vsque ad §. fi.
c ¶ *Possidere.* ex secundo decreto.
d ¶ *Iudicium.* scilicet in factum, & exponitur hæc pars ī. e. l. si finita. §. fi. & l. sequen. & seq. vsque ad §. fin. sed ab inde leges iurisconsultorum mixtim respiciunt prædicta.
e ¶ *Ea re.* i. damno.
f ¶ *Eiusue.* s. magistratus.
g ¶ *De ea re.* i. super ea re ex qua timetur damnum.
h ¶ *Qua.* s. iurisdictio.
i ¶ *In ea re.* i. in ea causa caueri vt debeat.
k ¶ *Eius.* adhuc sunt prætoris verba.
l ¶ *Mittero.* ex primo decreto.
m ¶ *Ab eo.* s. domino.
n ¶ *Possessione.* quia nondum erat repulsus.
o ¶ *Eum.* petentem secundò caueri. Acc.
p ¶ *Non satisdabitur.* cuidã secundò petenti.
q ¶ *Simul.* vt ī. eo. l. si finita. §. si plures. & §. si ante. Si autem ex secũdo decreto primò esset missus; sed missus primò ex primo & ex secũdo decreto, secũdo non caueat, solus secũdus missus ex primo & ex secũdo decreto, erit dominus. vt ī. e. si finita §. si plures. versic. quòd si iam prior. & §. si autem vers. si verò iam.
r ¶ *Iubebo.* cum primo in possessionem misso.
s ¶ *Hoc edictum.* nunc incipit Vlpianus.
t ¶ *Nondũ facto.* sicut & actio aquæ plu. arcend. vt ī. titu. j. l. Attenius. §. in hoc iudicium.
u ¶ *Actiones.* quæ pro damno competant, sed & quælibet pro eo qđ iã debetur cõpetit, nõ pro futuro, vt s. de iud. l. non quemadmodum.
x ¶ *Pertineant.* in hoc differt ab aliis actionibus. Accur.
y ¶ *Aquiliæ actione.* nisi in casu vbi agitur pro futuro. vt s. ad leg. Aquil. l. in lege Aquilia. si delictum. aliàs, delictum, quæ est contra. 2 Vel ibi delictũ erat præsens, sed futurum damnum.

satisdari iubebo. Eum cui ita nũ cauebitur [a], *in possessionem eius rei cuius nomine vt caueatur postulabitur* [b] *, ire, & cum causa iusta esse videbitur, etiam possidere* [c] *iubebo. In eum qui neq. caueris, neque in possessione esse, neque possidere passus erit, iudicium* [d] *dabo: vt tantum præstet quantũ præstare eũ oporteret si de ea re* [e] *ex decreto meo, eiusve* [f] *cuius de ea re* [g] *iurisdictio fuit* [h], *qua † in ea re* [i] *est, cautum fuisset. Eius* [k] *rei nomine, in cuius possessionem misero* [l]: *si ab eo* [m] *qui in possessione* [n] *erit, damni infecti nomine* [non] * *satisdabitur: eum* [o] *cui non satisdabitur* [p], *simul* [q] *in possessione esse iubebo* [r].

Hoc edictum pertinet ad futura damna, non ad præsentia: & habet causam quasi noxalem. pro damno præterito actione in factum vel interdicto de tollendis ruderibus succurritur. h. d. Bart.

1 ¶ Hoc edictum [s] prospicit damno nondum facto [t]: cùm ceteræ actiones [u] ad damna quę cõtigerunt, sarcienda pertineant [x]: vt in legis Aquiliæ [y] actione, & aliis [z]. De damno verò facto [a] nihil hoc edicto cauetur [b]. Cùm enim animalia [c] quæ noxam commiserunt, non vltrà nos soleant onerare †, quàm vt noxę ea dedamus [d]: multo magis [e] ea quæ anima carent, vltrà nos nõ debent onerare [f], præsertim cùm res quidem animales ‖ quæ damnum dederint, ipsæ extent [h]: ædes autẽ si ruina sua damnum dederunt, desierint extare.

Si ille cuius domus ruit, & damnum vicino dedit, ante præstitam cautionem, vel habitam pro præstita, velit rudera tollere inuito eo cui damnum datum est: potest hoc facere dummodo tria faciat: scilicet quòd omnia tollat etiam inutilia: & quòd caueat de damno futuro, quod potest contingere ex ablatis: & etiam de præterito iam facto ex ruina. sed si non curat tollere: & ille qui damnum recepit, vellet vt tollantur: agere potest interdicto de ruderibus tollendis, vt tollantur, vel pro derelictis habeantur: & hoc secundo casu si vult dimittere, cogitur etiam dimittere totas ædes, etiam in parte quæ non cecidit, si aduersarius non fuit negligens cautionem petere. sed fuit impeditus. in primo verò casu si vult tollere, cogitur etiam damnum iam factum emendare. hoc dicit. Paulus de Castro.

2 ¶ Vnde [y] quæritur, si antequam caueretur, ædes deciderint, neque dominus rudera [k] vellit egerere [l], eáque derelinquat: an sit aliqua aduersus eum actio [m]. Et Iulianus consultus [n], si prius quàm damni infecti stipulatio interponeretur, ædes vitiosæ corruissent, quid facere deberet is in cuius ędes rudera decidissent, vt damnum sarciretur: respondit, si dominus ædium quæ ruerunt, vellet tollere: non aliter permittendum, quàm vt omnia [o], id est & quę inutilia essent, auferret. Nec solùm de futuro [p], sed & de præterito damno cauere eum debere [q]. Quòd si dominus ędium quę deciderunt, nihil facit [r]: interdictum [f] reddendum ei in cuius ędes [t] rudera decidissent: per quod vicinus compelletur aut † tollere, aut totas ędes pro derelicto habere [u].

VIII. GAIVS *ad Edictum Prætoris vrbani titulo de damno infecto.*

Qvod [x] fortè tunc rectè dicetur [y], cùm non ipsius [z] negligentia [a], sed propter aliquod impedimentum [b] sibi non prospexit.

z ¶ *Et alijs.* vt in act. furti, sed ibi impropriè damnum, quia spectat ad pœnam. & de pauperie, & in factum. & de dolo, & omnibus quæ ex delictis dantur. Accur.
a ¶ *Facto.* scilicet resarciendo.
b ¶ *Cauetur.* vt amodo caueatur, cùm liceat habere pro derelicto, & hoc probat, cùm enim &c. officio enim iudicis quandoque cauetur. vt ī. eo. l. §. nec solum. & l. hoc amplius. j. respon. & §. Alphenus. versi. ita demum. in fin.
c ¶ *Animalia.* rationabilia, & irrationabilia.
d ¶ *Dedamus.* vt & supra si quadrupes pauper. fecisse dic. l. j. in principio. & Institutionibus de noxali. in princip. non tamen noxa est in obligatione, sed in solutione. vt infra de re iudi. l. miles. §. decem.
e ¶ *Multo magis.* & in hoc conuenit cum noxalibus.
f ¶ *Onerare.* sic supra de nego. gest. sed an vltro. §. si autem. & s. de vsufruct. l. cum vsufructuarius.

* rectè ire eũ cuius causa iusta.
a Res pro damno.
b Res pro causa.
† Vlos quæ mea est, cautum.
* nomine satisdabitur.
¶ Idem Eod. ca. tit. vbi de boue cornupeta agitur.
c Damnũ nõ dati factis quæ edicta prospiciant.
d Pro derelicto res habere licet.
e Cauetur quandoque solo iudicis officio.
f Relinquere pro damno & noxæ possumus res quæ aliis damnum dederunt sed an vltro. §. si quoque. de negot. gestis. Quibus autem casibus liceat res abdicare aut relinquere, & vt Galli loquuntur, deguerpire, vt earum abdicatione actione nobis motam euitemus. v. hic Zasi. lectio. numerum.

g ¶ *Animales.* vt serui.
h ¶ *Ipsæ extent.* per quod videbatur quòd insolidum teneretur. & ideò dixit s. multò magis.
i ¶ *Vnde.* cùm istud edictum respiciat damna futura, si damnum datum est, vnde quæritur &c.
k ¶ *Rudera.* vocat rudera materiam fractam, vel dissolutam.
l ¶ *Egerere.* aliàs, legere: & aliàs eiicere.
m ¶ *Aduersus eum actio.* vt ei caueat, cùm cautioni non sit locus: vt dixi.
n ¶ *Consultus.* id est interrogatus.
o ¶ *Quam vt omnia.* sic infra. hoc amplius. §. Alphenus. in fi. §. & supra de procuratori. l. in causa. Accursius.
p ¶ *Nec* ‖ *solum de futuro.* quod posset cõtingere, in ruderũ oblatione.
q ¶ *Debere.* non per edictum, sed officio iudicis: vt supra §. hoc edictum. Accursius.
r *Nihil facit.* id est, neque rudera tollit, nec de damno cauet infecto.
f ¶ *Interdictum.* cuius nomen non habemus secundùm B. & Ioan. & ideò appellatur interdictum de tollendis ruderibus, vel actio. in factum: vt infra. de interdict. §. fin. Sed R. dicit interdictum de damno infecto, licèt de præterito caueatur: maximè quãdo dominus vult tollere rudera, sine ratem: vt infra de incen. l. ratis. & ī. eo. l. hoc amplius. §. Neratius. & facit ad hoc infra, ne quid in loco publico. l. ij. §. si ex fundo. & supra ad exhib. l. Celsus. §. sed & si ratis. & infra ne vis fiat ei. l. fina.
t ¶ *Aedes.* id est ædium rudera: & imò ipsas ædes destructas.
u ¶ *Habere.* Sed hoc infra corrigitur vel determinatur.
x ¶ *Qvod.* quod supra dictũ est.
y ¶ *Dicetur.* vt cogatur omnia tollere, vel ædes pro derelicto habere.
z ¶ *Ipsius.* scilic. qui passus est damnum propter ruinam aduersæ domus, cùm fuit negligens in petendo cautionem.
a ¶ *Negligentia.* si autem fuit negligens, non agit. Sed ille tollens non permittitur nisi omnia tollat, & de damno (etiam præterito) caueat: vt s. eo. l. proxi. §. pen. & facit ī. eo. l. si finita. §. eleganter. & l. cum postulassem. ij. respon.
b ¶ *Impedimentum.* temporis, præsens vel absens causa reip. fuit.

HOc amplius.] CASVS huius principij fuit continuatus casui præcedenti. [DE HIS AVTEM.] Si flumen apportauit rem meam in domum vel agrum tuum, habeo interdictum ne vis fiat mihi exportare volenti rem meam: dum tamen prius caueam de damno infecto. Secundò dicit, si flumen crustam fundi tui in meum fundum portauerit: tu potes petere vt liceat tibi tollere: dum tamen caueas de damno infecto. & hæc vera quando omnia tollere vis. Item hoc est verum si crusta fundi tui non coaluit: nam si coaluit, & sic est facta vna cum mea: tunc non posses

a Rudera quid.
b dixi l. proxima in verbo cautione.
c Officio iudicis id quod edicto omissum est supplebatur.
d Interdictum de tollendis ruderibus.
† Libellus alternatiuus admittitur: imò vbicunque incertitudo dependet ex facto rei admittitur libellus incertus l. i. §. quæ autem iuss. quorum legatorum.
e Impedimentum iustum excusat domi num non sibi postulantem damni infecti.

petere vt liceat tibi tollere. Idem de arbore fundi tui si flumen portauerit in meũ. nam si non coaluit, petere potes: alioquin non. Vltimò reuertitur ad id quod dictum est de crusta. nam dixit, si coaluit non potest petere. Sed nunquid ego potero agere contra te vt non sit tibi licitum sic habere crustam tuam supra meam eo casu quando coaluit? certè non: quia mea facta est. [NERATIVS.] Nauis tua quæ erat in flumine, delata est in meũ agrũ. tu vis agere interdicto ne vis fiat tibi exportare volenti. certè potes, dum tamen prius caueas de damno si quod habui, emendando. Et sic secundùm hoc videtur cõtra. in eo quod dixit supra Alfenus contra. sed solue vt ibi in glossa. [QVAESITVM.] Titius habet superficiẽ, Sẽpronius habet proprietatẽ soli, & minatur ruinã. quæritur an superficiarius debet satisdare, an promittere. & certè dicitur quòd si à domino soli petatur promissio; ipse debet promittere absq; fideiussore de vitio soli & ædificij. Si verò petatur à superficiario nomine iuris sui: tunc ipse debet satisdare de vtroq;. nã si superficiarius nolit promittere pro domino soli, cùm ab eo petatur satisdare eóque nomine alieno promittere: tũc aduersarius qui petebat caueri, est mittendus in possessionem. Idem dicit in fructuario & proprietario. nam proprietarius debet promittere absque fideiussore, si ab eo petatur cautio. si autem à fructuario petatur, ipse debet satisdare, si autem nolit cauere: tunc postulans erit mittendus in possessionem iuris vtriusque, si verò non reficit domum in qua habet vsumfructum. cùm ad eum pertineret refectio, vt quia parua erat, dominus proprietatis eum potest repellere ab vtendo fruendo. sic & fructuarius si non caueat de damno infecto. cùm ab eo peteretur, & ita proprietarius compulsus cauit: potest proprietarius eum repellere ab vsufructu. Fran. Accur.

* Flo. qua.

† deportata.

IX. VLPIANVS *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

HOc amplius.[a] Iulianus posse dici, compellendum[b] eũ vt etiam de præterito[c] damno caueret. Quod enim re integra[d] custoditur, hoc nõ iniquè etiam post ruinam ædium præstabitur[e] Integra[f] autem re vnusquisque cogitur aut de damno infecto[g] cauere, aut ædibus carere, quas[h] non defendit. Denique, inquit, si quis propter angustias[i] temporis, aut quia* reipublicæ causa abesset, non potuerit dãni infecti stipulari, non iniquè prætorem curaturum, vt dominus vitiosarum ædium aut damnum sarciat, aut ædibus careat. Sententiam Iuliani vtilitas comprobat.

Exportata in fundum alienum ex vi fluminis, non potest quis tollere, nisi de damno futuro caueat, & etiam de præterito. Bar.

1 ¶ De his[k] autẽ[l] quæ vi fluminis importata† sunt, an interdictum[m] dari possit[n], quæritur. Trebatius refert, cùm Tiberis abundasset, & res multas multorũ in aliena ædificia detulisset, interdictum[o] à prætore datum, ne vis fieret dominis quò minus sua tollerent, auferrent, si modò damni infecti[p] repromitterent.

2 ¶ Alfenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum eámque petas: dandum in te iudicium[q] de dãno iam facto[r]. ídque Labeo probat. nam arbitrio iudicis apud quem res prolapsæ petentur[s], damnum quod antè sensi[t], non contineri[u]: nec aliter dandam actionem[x], quàm vt omnia[y] tollantur quæ sunt prolapsa. Ita demum autem crustam vindicari posse idem Alfenus ait, si non coaluerit, nec vnitatem cum terra mea fecerit, Nec arbor potest vindicari[z] à te, quæ translata in agrum meum, cum terra mea coaluit. Sed nec ego potero tecum agere, ius tibi* non esse ita crustam habere, si iam cum terra mea coaluit: quia mea facta est. 3 ¶ Neratius autem[a] scribit[b], si ratis in agrum meum vi fluminis delata sit: non aliter tibi[c] potestatem tollendi faciendum, quàm si de præterito quoque damno caueas.

a ¶ *Hoc amplius.* eo quod dictum est in l. prætor. *in fin. & l. quod & ita.* Vel[a] corrigit vt prima parte glossæ. Vel addit vt secunda parte huius gloss. non solùm. ibi, potest tamen, &c.

b ¶ *Compellendum.* per officium iudicis: vel actio. in factum subsidiaria. nam quotiens &c. *vt* ꝟ. *de præscr. ver. l. quotiens.*

c ¶ *De præterito.* non solum vt tollat rudera. nam non loquitur ad differentiam futuri: quia hoc non est futurum[b], quod iam factum est: potest tamen dici quòd etiam ad differentiam futuri loquatur: quia adhuc dari potest in rebus quibusdam quæ adhuc læsæ non sunt: *vt* ꝟ. *l. prætor.* §. *vnde quæritur. versi. nec solum de futuro.* Azo. patet ergo quòd non liberatur tollendo rudera: & sic secundùm primam expositionem corrigit Iulianus quod est ꝟ. *eadem l. præto. in fi.*

d ¶ *Re integra.* id est[c] si domus non ruisset.

e ¶ *Præstatur.* in casu impedimenti: quia non fuit negligens, sed impeditus[d]: *arg. Cod. de act. & obl. fecut.* ADDITIO. Dic secundùm Alex. de Imo. quòd ibi loquitur de obligatione quæ spontè veniebat contrahenda à princ. ideò tunc succedit, quòd re integra non cogitur quis se obligare: sed si se obligauit, & sic res desiit esse integra, cogitur obseruare: hic verò loquitur in obligatione quæ oritur citra voluntatẽ ex legis dispositione: ideò debet idem statui ex post facto prout re integra quando aliquid imputandum non est: vt quia interuenit impedimentum necessarium.

f ¶ *Integra.* quia adhuc restat aliquid de ædificio: alia pars cecidit; vt saluetur gloss. R. fortassis &c. 2 Vel aliter salua R. quòd re integra &c. scilicet, vt caueatur de futuro. hic post ruinam præstabitur, scilicet vt caueatur de futuro. ¶ Sed quare non de præterito: vt in princip. primo respons. R. fortassis &c. sed secundùm primam expositionem dic post ruinam, id est, partem,

a Alternatiuę determinatio aduersa, ad eã partem alternatiuæ refertur, de qua maior est verisimilitudo.

b Futuri & facti differẽtia.

c Argumentũ à reintegra ad eam destructã sumi potest.

d Impeditus angustiis tẽporis excusatur nisi se ipse in angustias projecit, adde gloss. in l. j. §. si quis tamẽ in ver. et quis...

g ¶ *Damno infecto.* fortassis quando talis est iudex qui non habet se intromittere de præterito dãno. sed si haberet, fieret cautio de vtroque. vel non spectat ad eum, nisi vt iuri seruiat. s. edicto, quod de futuro tantum dicit. Sed sine hac gl. R. planus est textus.

h ¶ *Quas non defendit.* hic igitur vbi damnum est factum, & de damno facto cauebit, & rudera tollet, aut carebit ædibus. Azo.

i ¶ *Angustias.* quæ debent fortè ei nocere si se angustiauerit[a]: *vt* ꝟ. *si quis cautionib. l. j.* §. *si quis tamen.* ¶ Et quia circa hoc sunt diuersa iura, distingue: aut fuit antè postulationem, aut post. si antè: aut fuit negligens: & tunc serua quod est supra eod. l. euenit. aut non, & tunc quod est supra *eo. l. prætor. in fi. & l. seq. & hic.* Si post, aut antè decretum: & tunc serua quod est ꝗ. *eo. l. si finita.* §. *eleganter,* aut post decretum & tunc serua quod est ꝗ. *eod. l. cum postulassem. & l. si finita.* §. *illud. &* §. *si iam ruerint.*

k ¶ *De his.* ꝟ. dictum est de damnis quæ dãtur ab ædibus vicinis, hic de aliis dãnis quæ alio modo dantur.

l ¶ *Autem.* hæc[b] dictio innuit aliud iuris, quod est verũ: quia supra cauetur de præterito: sed fallit in isto.

m ¶ *Interdictum.* de damno infecto: vel alio in factum.

n ¶ *Dari possit.* tepescenti delata.

o ¶ *Interdictum.* quod est ꝟ. *l. prætor. in f.* quod non placet: quia illud datur damnum passo: sed est nec vis fiat ei exportare volenti: *vt hic & supra ad exhiben. thesaurus.* non autem vti possidetis, cùm possessionem amiserit: *vt* ꝗ. *de acquiren. poss. l. qui vniuersas.* §. *j. ver. item quod à m tri.*

p ¶ *Damni infecti.* de infecto ideò dicit, quia de præterito non tenentur domini prolapsarum rerum, secundùm Trebatium, & Labeonem, & Alfenum, *vt hic, & infra proxi.* §. licèt secus sit in ædibus quæ ceciderunt. *vt* ꝟ. *ea. l. in princ.* & ideò ponitur. ꝟ. coniunctio aduersatiua[d], de his autem &c. & est ratio: quia domino[e] vitiosæ domus imputatur quòd sua diligentia casum non prouidebat, quem imminere videbat: impetum[f] verò fluminis quis præuidere non potest. Neratius autem idem in vtrisque statuit: *vt* ꝗ. *ea. l.* §. *Neratius.* Vel loquitur Neratius in speciali casu quando dominus potuit præuidere ligando[g] nauem funibus & aliis modis. *& fa.* ꝟ. *si cer. pet. si quis nec.* §. *fin.*

q ¶ *Iudicium.* per officium iudicis. Accur.

r ¶ *Iam facto.* aliàs infecto: & posterior bon.

s ¶ *Petentur.* interdicto ne vis fiat ei: *vt* ꝟ. *proxi.* §.

t ¶ *Antè sensi.* antè, scilicet iudicium acceptum. nam non pertinet ad iudicis officium: *vt* ꝟ. *de ædil. edi. l. ædiles. j.* §. *item sciendum.* Accursius.

u ¶ *Non contineri.* secundùm Alfenum, sed malè: *vt* ꝗ. *eo. l. Neratius.* Azo. 2 Vel illud intellige vt dixi ꝟ. §. *proxi.* 3 Vel dic non contineri vt damnum æstimetur: sed debet iubere de eo caueri: & sic non obstat Neratius, secundùm Io. Alex. & V.

x ¶ *Actionem.* id est interdictum ne vis fiat.

y ¶ *Omnia.* *vt &* ꝟ. *l. prætor.* §. *vnde quæritur.*

z ¶ *Vindicari à te.* aliàs, eataliàs, à te. *& facit infra de acquirẽd. rerum domini. sed si ex meo tabulis.* §. *arbor. & l. adeo.* §. *j. & institu. de rerum diuis.* §. *præterea quod per alluuionem. & dixi supra de rei vind. si frumentum. aliàs, Idem Pompon. scribit si frumentum.* §. *de arbore.*

a ¶ *Neratius autem,* habuimus ꝟ. de[h] duplici damno. s. ædium. & de damno facto per vim fluminis, & de tertio. s. dato per crustam: sequitur de quarto modo dandi damnum. Accur.

b ¶ *Scribit.* contradicens Alfeno, secundùm Azo. 2 Vel aliter dixi in §. *de his. versi. Alfenus.* Accur.

c ¶ *Tibi.* agenti interdicto ne vis fiat tibi.

a Non excusatur qui se in angustias cõiecit, vt in gloss. l. j. §. si quis tamen.

* Flo. mihi sed rectius tibi. Cont.

b Autem dictio est aduersatiua iuris & facti, vt hic, interdum ordinaria, vt ꝗ. hic autem ꝟ. tamen prætor interdum restringit, & transfigere. C. de transact.

c Interdictum ne vis fiat suas suásque res e meo fũdo tollere volenti.

d Autem, coniunctio aduersatiua, vt l. Aliena.

e Domino vitiosæ domus imputatur, si casum nõ præuiderit.

f Fluminis impetum præuideri non potest.

g Nauis funibus ligata, si damnum aliquod dederit, quemadmodũ teneatur nauis dominus.

h Damnũ idẽ fit tum variis causis cõstat. Datur enim ab ædibus, vi fluminis, per crustæ fundi lapsum, & arboris alienæ in meũ translationem.

ff. Nouum.

a ¶ *Caueris*, per officium solum, non ex edicto: *vt* ȝ. *eod. l. prætor.* §. *hoc edictum. facit* ȷ. *de interd. l. ratus.* & ȝ. *ad exhiben. l. Celsus.* §. *sed si ratus.* & *argu.* ȷ. *titu.* ȷ. *l. quamquam* §. ȷ.

b ¶ *Quæsitum est.* Supra dictũ est ꝙ si ille à quo petit cautio, sit dominus tenetur ꝓmittere si nõ sit dominus, satisdare. Circa prædictã formatur talis quæstio: si solum, &c.

c ¶ *Dominum.* sci. soli.

d ¶ *De soli & de ædificij vitio.* simul [b]. sed & de singulis per se tenetur, nisi in casu: *vt* ȷ. *eo. l. fluminum.* §. *fin.* & §. *item.* & §. *seq.* Az. & *facit l. fluminum. in pri.* & *l. si finita.* §. *notandum.*

e ¶ *De vtroque.* si nomine domini absentis à quo petit cautio, velit cauere. si verò à superficiario peteretur qd suo nomine cõueniretur, re ꝓmitteret: *vt* ȷ. *eo. l. qui bona.* §. ȷ. Az. & *l. damni infecti.* §. *vtrum quæ sunt cotra.* Vel solue secũdũ R. vt dicã in dicta l. qui bona. §. ȷ. Azo.

f ¶ *Vicinum.* qui postulat sibi caueri.

g ¶ *Mittendum esse.* ex primo decreto: ex secundo verò nõ iubetur possidere ex contumaciã superficiarij, sicut nec ex fructuarij vel creditoris contumacia vel emphyteutæ: sed suo iure carebit: *vt* ȷ. *e. l. si finita.* §. *item quæritur.* & §. *si de vectigalib.* & ȷ. *proxi.* §.

h ¶ *Celsus.* in isto §. cũ l. seq. ponit casus similis superiori. Idẽ n. in fructuario dicit qd in superficiario dixit: & ideo cõtrario ibi signata. ȷ. *eo. l. qui bona.* §. ȷ. & *l. damni* ȝ. §. *vtrum.* signa hic eodem modo: & solue vt modò dixi.

i ¶ *Cauendum.* Titia non satisdante.

k ¶ *Vti frui prohibebit.* ȷ. *l. proxi.* & ȷ. *eo. si finita.* §. *item quæritur.* & ȝ. *de noxa. l. si ex duobus.* §. *si plures.* & ȷ. *eod. l. si proprietarium.* Acc.

l ¶ *Non reficit.* cũm ad eũ ꝑtinet refectio: quia modica [d] erat. nã si ad eũ nõ ꝑtineret, & dominus refecisset [e]: non posset fructuariũ phibere vti: *vt* ȝ. *de vsufru. l. vsufructu legato.* §. *fin.* & *l. hactenus.* & ȷ. *eo. l. si finita.* §. *si quis damni.* C. *de vsufruc. l. cum.*

m ¶ *Ergo.* locus à [f] pari. nam sicut onus refectionis, ita [g] & onus cautionis ad eum pertinet. Accur.

n ¶ *Debet.* i. potest: *sic* ȷ. *an per alium causę appella. l. fin.*

o ¶ *Mitti oportet.* in totum vtroque contumace existente. sed si altero, tunc in eius iure: *vt not. supra. l. proxi.* §. *quæsitum.*

12 ¶ An verò in totas[b] ædes missio locũ habeat videam[c]. Et extat Sabini sententia, in totas ædes mittendum. alioquin[c] si ex superficie, inquit, damnum timeatur: nõ habebit res exitum: nec profuturum in possessionẽ eius rei[d] mitti quam quis possidere non possit[e],aut ei nõ expediat.& verior est Sabini sententia. 13 ¶ Sed si in plures partes diuisa domus[f] sit: vtrum in partem, an in totam domum possidendã mitti quis debeat, videamus. Si tam[g] ampla domus sit, vt & spatia[h] inter vitiosam[i] partem intercedant,& eam quæ vitium non facit: dicendum in eam solam partem mitti.si verò vnita[k] sit contextu[l] ædificiorum,in totam.Itaque[m] & in spatiosis domibus[n] melius dicetur, in eam partem domus mittendum,quę vitiosæ parti vnitã sit. Cæterum si modica[o] portiuncula ædium amplissimarum vitium faceret: quale erat dicere,totas ædes iubendum possidere eum cui dãni infecti non caueretur, cùm sint amplissimæ[p]?

14 ¶ Item quid dicemus, si insula[q] adiacens† domui vitium faciat? vtrum in insulæ possessionem, an vero in totius domus possessionem mittendum sit? Et magis est, vt non in domus[r] possessionem,sed in insulæ[s] mittatur.

Si plures ex primo decreto siue simul siue separatim mittuntur, omnes sunt pares in iure: sed si vnus in secundo decreto præuenerit,loco domini habetur. Bar.

15 ¶ Si plures sunt qui postulent vt caueatur:omnes mitti in possessionẽ solent[t].Ideq; Labeo probat & si prius[u] quis in possessionem missus sit, & alius mitti desideret.nam non spectabimus

a ¶ *Ruinosa.*& hoc indubitatum est.

b ¶ *In totas.* secus in rustico prædio: *vt* ĩ. *e.l. dies.§.j. vers. eius rei.*& *j. eo. cum emptor. §. si agri.*

c ¶ *Alioquin.* id est si nõ mitteretur in totam.

d ¶ *Eius rei.* i. superficiei.

e ¶ *Non possit.* sine solo. Azo. *vt j. de act. & oblig.l. obligationum ferè.§.placet.in fi.*

f ¶ *Diuisa domus.*non eo animo vt ex vna fierent duæ, pariete in medio ædificato:quia tunc non vna, sed plures domus dicerentur.*vt* ĩ.*commun.præd.l.si quis duas §.j. in fin.* licèt quidam hoc casu, scilicet quando non sunt duæ per diuisionem, dicant contra:scilicet quòd in totam fit missio.

g ¶ *Si tam.*hic subaudi,& respon.si tam.

h ¶ *Spatia.*s.magna.Ioan.

i ¶ *Partem.*quæ vitiosa est.

k ¶ *Vnita.*aliàs,vnita:& aliàs,iuncta: & aliàs,mixta. tunc enim pars non vitiosa est mixta vitiosæ:vnde vitium ab ea contrahere videtur:& ideò caueatur pro ea.sic & aliàs modicum fermẽti,&c. & aliàs,cum sancto sanctus eris. &c.Item facit ad hoc quod dicitur de contagione pecoris.ĩ.*de act.emp.l.Iulianus.in prin.*

l ¶ *Contextu.*parua domus:vt dixit Sabi.

m ¶ *Itaque.*quia connexitas contignationis facit vt caueatur etiam pro non ruinosa propter ruinosam. Itaque vbi cessat contignatio(quod frequenter accidit in ampla domo)ergo cessat cautio pro parte ruinosa.

n ¶ *Domibus.*s.vnitis quasi dicat non solùm superiore casu quãdo est partita.

o ¶ *Modica.*s.cum vna cõtignatione totę ædes non continentur.

p ¶ *Amplissimæ.*quasi dicat esset absurdũ. prouideat ergo iudex *vt j.eo.l.cum emptor.§.si agri.*

q ¶ *Insula.*i. parua domus.

r ¶ *Domus,*totius,vt dicit Sabi.

s ¶ *Insulæ.*i.domui adiacentis.

¶ *Si plures sunt.*] CASVS. Vicini postulabant caueri à Titio, qui habebat domum ruinosam.si eis non caueat,omnes vicini æqualiter mittuntur in possessionem.Secundò dicit: Pone quòd vnus de vicinis est primus missus in possessionem.certè aliis postea petentibus mitti,non præiudicat.nam non spectatur ordo iste.nam omnes dicentur æqualiter possidere. Tertiò dicit:pone quòd vnus de vicinis missus est in possessionem ex secundo decreto.tũc, si postulent alij vicini caueri:tunc missus ex secundo decreto debet cauere eis,& si non cauet,vicini alij incipient possidere. h.d. vsque ad §.Iulianus.Franc.Accur.

t ¶ *Solent.*s. simul: si non habes in textu:*vt* ĩ. *e.l.prætoris.§.j.in fine.*

u ¶ *Prius.* ¶ Quæritur quid dicatur primum decretum:quid secundum:qualiter peruenitur ad primũ:qualiter ad secundũ: quis sit effectus primi,quis secundi? Et dicitur primum decretum primum iussus iudicis,siue prima missio in possessionem. Secundũ est secundus iussus,siue secunda missio iudice iubente.*simile potest videri supra de tut.& curat. & pupil. sub.l.j.* & licet aliàs primum[a] dicatur respectu secundi: *vt supra de reb.dub.l.qui duos.* non tamen hìc ita: quia aliquando primum decretum interponitur, non secundum:*vt j.eo.* ¶ Ad[b] primum peruenitur sic: Citatur aliquis peremptoriè[c]. non venit, nec mittit. tũc mittetur aduersarius in poss.bono. licèt aliter olim, aliter hodie: & fit hæc missio vt ille affectus tædio, veniat responsurus. *j. qui. ex cau. in poss. e.a.l. cum legati. & ĩ. vt in poss. leg.l. in cui. in principio.* ¶ Ad[d] secundum peruenitur ita: misisti me in poss. ex primo decreto. vellem mitti ex secundo. iudex debet illum adhuc citare. *C. de ind. auth. iubemus.* Vel si non inuenitur domi suæ, debet denuntiari vel vicino suo præconizari an aliquis velit eum defendere. *Ipsa ex quibus ca. u. in poss. e. hac autem.* & si veniat, restituat expensas & damna aduersario,& recipiat poss. Si nullo modo venerit, interponitur secundum decretum: *vt hic.* ¶ Sed[e] intra quod tempus? Respon. secundùm.Pi. post decem dies:*vt* ĩ. *de constit.pe. l. promissor. Stich.* 2. Alij dicunt quod post annum.*sic C.de iure do.impe.l.final.* 3. Alij dicunt quòd post quinquennium interponitur.*C.de præscript.xxx.vel xl.ann.l.si quis emptionis.* 4. Alij dicunt quòd post biennium:*vt C.de iure do. impe.l.fin.* 5. Alij dicunt quòd post tempus quod datur iudicatis.quod est aliud hodie:aliud olim: *vt supra de iu.si debitori.& infra de re iudic.l.debitoribus.* 6. Vel dic quòd arbitrio iudicis committitur: *vt* ĩ. *de iure delib. l.j.* ¶ Sed quo[f] iure petitur interponi secundum decretum? Dicunt quidam actione in factum: potest dici: iudicis officio quod datur loco actionis deficientis:*vt* ĩ.*de iurisd.omn.iud.l.j.*

¶ In[g] quibus actionibus? Respõ. in omnibus regulariter personalibus ad instar noxa.act. in qua interponitur secundum decretum:*vt supra si ex noxa.cau.aga.l.ij.in fine.* & ad instar damni infecti,in quo interponitur secundum decretum. Item & quia leges videntur velle quòd in omni personali actione interponatur secundum decretum:*vt C.de iudic.l.properandum. §. sin autem. & j. de re iud.l.à diuo Pio.§.j.* (fallit ĩ. *vt in poss. leg.l.in cui.* Item fallit ĩ.*de ven.in poss.mit.l.j.§.mulier.& §.fin.& l.seq.*Sed quid in actione ex empto?variauit Ia.& videtur quòd non: quia secundo missus est dominus: sed venditor non tenetur facere dominum emptorem,*vt* ĩ.*de actio.empt. leg.ex empto.* Sed posset dici, quòd potest interponi.Et quod opponitur,non tenetur facere dominum: verum est,scilicet iure actionis ex empto:sed hoc ex sua contumacia contingit vt interponatur secundum decretum. Est autem effectus[h] secundi decreti, vt si dominus erat ille in cuius possessionem mittitur,dominus sit effectus:si non erat dominus, paratur causa vsucapiendi:*vt supra si ex noxa. caus. aga.l.ij. in fine.& de nox.act.l.electio.& l.generaliter.in fine.& supra eo.l. prætoris.& hic.* Alij dicunt quòd interponitur tantum in causa noxa.& in causa damni infecti.quod non approbat Ia. Sed nunquid in realibus[i] actionibus,vt in rei vindic.iudicio interponitur secundum decretum? Respon.non: quia lex videtur velle expressim quòd in realibus act.non interponatur:quia lapsus anni in realibus fecit eum possessorem verum: sed dominus auditur perpetuò de proprietate[k],id est vsque ad xxx.anni.si auditur perpetuò: ergo secundum decretum non interponitur:*vt C.vbi in rem act.l.j.in fin. & C.de præscrip.xxx.ann.l.si quis emptionis,in fine.* Sed quæ est ratio[l] diuersitatis quare interponitur secundum decretum in actionibus personalibus,non autem in realibus? Respon. ille qui agit personali actione,petit[m] dari sibi quod suum non est:*vt inst.de act. §.appellamus.*& dare[n],est accipientis facere:*vt j. de ver. obli.l. ubi autem non apparet.§.si.*vnde si non dat: vtile est quòd interponatur secundum decretum,per[o] quod constituitur dominus.Sed qui

a Diuiditur domus intellectu,vt hic.i. non pariete medio intersecto, vt hic, sed & commodis eius,vt cùm res ipsa vero nõ diuiditur. sed habitatio tantum.

b Sancti conuersatio.

c Virgilius in Bucolicis. Nec mala vicini pecoris contagia lædant.

d Cõtagio pecoris.

e Connexitas contignationis facit vt caueatur etiam pro non ruinosa domo propter ruinosam,sic Connexorum eadem ratio.

f Insula quid.

g Decretum primum quid.

h Decretum secundum quid.

i Bartolus hoc non probat differentiam

a Primum regulariter dicitur respectu secundi: interdum primum dicitur etsi nihil sit secundum.

b Citari peremptorie quot modis dicatur v. Zasiũ in §. Iulianus verb.&c.

c Decretũ primũ quemadmodũ & quo ordine interponatur.

d Decretũ secũdum quemadmodũ & quo ordine interponatur.

† Prouincia,vñ. autem continẽs. sic enim appellatur domus ab aliis semota vt scribũt Festus & Tacitus de moribus Germa.

e Decretum secundum intra quod tempus interponatur.

f Decretũ secundum quo iure petatur.

° Officiũ iudicis datur loco actionis.

g Decretũ secundum in personalib. actionibus interponitur,& an in realibus.

h Decreti secundi effectus.

i Decretum secundum in realibus actionibus interponatur & cur.

k Quæ tribuat proprietas tricennio.

l Decretum secundũ cur nõ in realibus vt in personalib. actionibus interponitur.

m Actione personali petimus quod nostrũ non est.

n Dare est accipientis facere

o Decreto secundo dominium consequimur

ordinem[a], sed habebunt[b] ambo possessionem. Quòd si iam prior possidere iussus sit[c], & alius damni infecti caueri desideret: tunc nisi cauerit[d]*, mittetur in possessionem posterior[e].

Missus ex primo decreto, nō praescribit antequam interponatur secundum. Bartolus.

16 ¶ Iulianus scribit eum qui in possessionem damni infecti nomine mittitur, non prius incipere per longum tempus dominium[f] capere, quàm secundo decreto à praetore dominus[g] constituatur.

Si pro pluribus eodem tempore secundum decretum interponitur, quilibet pro rata damni admittitur: si pro vno, prius ille domini loco habetur: sed ex primo decreto omnes mittuntur in totum: sed partes faciunt sibi per concursum. Bartolus cum §. sequen.

17 ¶ Si antè hoc decretum[h] alius quoq; in possessioné missus fuerit[i], aequaliter ambo aedium fiût domini, scilicet cû iussi fuerint possidere[k]. Si verò iam constituto domino[l] eo qui primus in possessioné missus est, Titius dãni infecti sibi caueri desiderabit: cessante primo cauere[m], solus Titius erit in possessione[n].

18 ¶ Cum autem plures mittuntur in possessionem[o]: aequaliter mittuntur, nō pro rata damni quod vnumquemque contigerit[p]*. & meritò. nam cùm vnus mittitur, non pro portione damni mittitur, sed in totum[q]. Cùm igitur plures mittuntur, aequaliter omnes quasi in totum missi, concursu partes habebût[r].

19 ¶ Sed si quis eorum missus in possessionem sumptum fecerit, deinde iubeatur possidere: an sumptum consequi possit is qui fecit[s], quo iudicio? Et placet, cōmuni diuidundo[t] iudicio consequi eum posse.

Per missionem ex primo decreto ille contra quem facta est missio, non compellitur de possessione decedere. Bartol.

agit rei vind[a]. non petit rem sibi dari, sed eam sibi restitui: vt ī. de rei vind. officium. & l. qui restituere. Vnde dicit se dominum: sed petit sibi poss. restitui: vt C. de alie. iu. mu. cau. fact. l. j. vnde cùm per primi[b] decreti interpositionem nanciscatur possessionem, & nō petat nisi sibi possessionem restitui, & modò possessionem habeat per primum decretum: adimpletū est desiderium suum: & habet quod petebat: vnde secundum non interponitur, quasi[c] superfluum esset: vt ī. vt in poss. le. l. haec stipulatio. §. diuis. Item alia ratione probatur: q[d] qui petit interponi secundum decretum petit se fieri dominum: vnde tanquam contrarius[e] est repellendus: vt C. de fur. l. j. Item per[f] secundum decretum datur dominium: vt dicit haec litera. Sed si antè erat dominus, per secundum decretum non datur dominium: quia q d meum[g] est, amplius meum fieri non potest: vt j. de verb. oblig. l. nemo rem suam. & q a verba praetoris generalia sunt. ¶ Et[h] fiebat missio aliter olim, aliter hodie. Olim si agebatur personali, missio fiebat in omnibus bonis: nisi in causa damni infecti, vbi fiebat tantùm missio in possessionem illius rei de qua timebatur damnum: vt j. ex qui. cau. in pos. ea. l. j. & C. de bo. auct. iud. pos. l. cùm proponas. Si reali, in pos. rei. petitae: vt j. qui ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. Celsus. Hodie aliter: vt in auth. de exhi. & intro. reis. §. si verò quidam. col. v. ¶ Effectus[i] primi decreti nihil aliud facit, quàm quod missum in poss. constituit detentatorem: vt j. ex quib. cau. in pos. ea. l. cùm legati. vnde nec[k] ille lucratur fructus: vt in d. l. Fulcinius. (Fallit in duobus casibus: vt ī. de ven. in pos. mit. l. j. in fi. & l. sequen. & ī. vt in pos. leg. l. pen. & est fortè ibi speciale: quia nec ibi interponitur secundum decretum, ne illud esset superfluum. quod non debet esse, & hoc esse in personalibus). In realibus autem fuit opi. & dicunt quidam quòd facit suos. ī. de pet. he. l. sed & si l. commissoria. §. petitio. & d. l. Fulcinius. in fi. & erit ratio similiter, quia non interponitur secundum decretum. Vel potest dici quòd illud est propter nimiam contumaciam aduersarij: vt videtur innuere. illa l. Fulcinius.

a ¶ *Ordinem*[l] hoc cùm sint eiusdem ritu. j. in hoc pignore praetorio: vt hic. & supra vt in pos. le. l. in cau. §. qui prior. argum. C. de bonis auctor. iudic. possi. l. fin. & infra de bo. auct. iud. poss. l. cùm vnus. §. j. secus si diuersorum: vt C. qui pot. in pigno. hab. l. ij. quae est contra. ¶ Item not. non[m] attendi ordinem. sic in authent. de mo. §. penult. colum. j. & infra de solu. l. nec enim. & supra de pecu. leg. l. quid ita. Sed argu. contra. C. de offic. prae. vrb. l. fin. & C. de offic. rec. prouin. l. postquam. & in authent. de haere. & Falc. §. inordinatam. colum. j.

b ¶ *Habebunt.* vt & ī. eo. l. praetor. §. eius rei & j. §. proxi.

c ¶ *Iussus sit.* ex decreto secundo.

d ¶ *Nisi cauerit.* scilicet missus ex secundo decreto.

e ¶ *Posterior.* vt j. proxi. §.

Iulianus scribit.] CASVS. Cùm tu possideres domum non tuam, & haec domus minaretur ruinam. petij vt caueres mihi. te nō cauente missus sum in possessionem ex primo decreto. certè nondum incipio vsucapere, donec ero missus in possessionem ex secundo decreto. Secundò dicit: Si aliquis est missus in possessionem ex primo decreto, & alius missus postea fuit: dicuntur ambo aequaliter possidere. Tertiò dicit: Pone quòd missus in possessionem ex secundo decreto, vsucepit. si alius amodo petat caueri, iste dominus factus debebit cauere: alioquin petens caueri mittetur in possessionem. [CVM AVTEM PLVRES.] si plures petunt mitti in possessionem: domino domus non cauente, aequaliter sunt mittendi, & hoc probat ratione aperta. Sed pone quòd vnus de istis qui missi sunt in possessionem, facit expēsas in domo ruinosa: & tandem isti missi sunt ex secundo decreto nunquid poterit repetere sumptus pro parte aliorum qui missi erant secum? Dicitur quòd sic actione communi diuidundo vtili. h. d. vsque ad §. si quis autem. Fr. Accur.

f ¶ *Dominium.* vtile, secundùm Guli. & Ioan. Vel secundùm M. directum[a]: vt not. C. de bon. mat. j. & in auth. nisi.

g ¶ *Dominus.* i.[b] possessor, cùm[c] dicat ī. eū dominium vsucapere ex tempore secūdi decreti. sic & j. de verb. signi. l. interdum. & C. de rei vindi. l. quotiens. & de praescriptio. longo temp. l. j. Item caue: quia[d] non erant res eius cuius credebatur, aliàs statim fieret dominus missus: vt no. j. eo. l. praetoris. in prin.

h ¶ *Si antè hoc decretum.* s. secundum.

i ¶ *Missus fuerit.* desiit ergo primus possidere pro parte quota, scilicet dimidia: vt j. eo. l. ex damni. §. fin. & ī. eo. l. praetoris. §. si plures. & ar. ī. de pig. act. l. aliena. §. j. & ī. ea. l. §. si plures. ¶ Et quod subiicit aequaliter,[e] dic. s. pro rata damni: vt dices statim. §. cùm autem. Accur.

k ¶ *Possidere.* ex secūdo decreto, & dic domini: vt modò not. superiori §. Item hoc quando eiusdem ritu, aliàs secus: vt C. qui po. i. p. quae est contra.

l ¶ *Domino.* subaudi quasi. s. per praescriptionem. Io. vt modò dixi.

m ¶ *Primo cauere.* aliàs cessante primo cauere, & aliàs cessante primo. & non cauente.

n ¶ *In possessione.* ex secundo decreto: vt ī. ea. l. §. si plures. vers. quid si iam prio. & arg. ī. eo. l. praetor. §. eius. ne quod primo est datum, posteriori denegetur: vt C. qui po. in pign. ha. l. si. sicut. si autē ex primo, non deiicitur prior: vt j. ea. l. §. si quis autem.

o ¶ *In possessionem.* ex primo decreto: vt ī. eo. l. praetoris. §. j.

p ¶ *Contigerit.* i. contingere poterit. nam nil prodesset. scilicet mitti pro damno dato, cùm nihil sit datum, & ad interesse detur haec actio. & adhuc non interfuit: vt ī. e. dies. §. in eum. arg. Sed secus aliàs, vt C. de bo. auct. ind. pos. l. fin. §. vt autem. non in perpetuum, vbi fit missio pro iam debito, non futuro: vt hic fit.

q ¶ *Sed in totum.* quia pluribus[f] potest esse eadem res obligata insolidum: vt ī. eo. l. praetoris. §. j. & j. de pign. act. l. aliena. §. si pluribus. Sed contra. j. de praetorio. l. duo. vbi dicit duos non posse possidere eandem rem insolidum. Solu. vt. j. ea. l. §. vbi autem. ¶ Item nunquid[g] tantum habebit ex secundo decreto qui minimum damnū timet, quantum & qui maximum? quod videtur, vt hic & ī. ea. l. §. si antè. & pro hoc est quod dicit concursu, quod est quando aequaliter concurrunt: vt C. de cadu. tollen. §. sin vero non omnes. & ī. de vsufruc. accre. l. j. §. interdum. & l. iij. Sed hoc non placet: quia haec missio[h] est loco cautionis, & ex[i] cautione quilibet agit pro rata damni, vt j. ea. l. ex damni. §. ij. Expone ergo hic partes ex primo decreto. & quod dicit ī. §. si antè. dic aequaliter. scilicet pro rata dãni. & de hoc dixi ī. eo. praetoris. §. j.

r ¶ *Habebunt.* tot' ens enim concursu[k] fit diuisio, quotiens plures simul in rem eandem missi, ad aequales mittantur portiones. hoc enim est concursu & per partes habere: vt ī. de vsufruct. accresc. l. j. §. interdum & l. iij. & C. de cadu. tol. §. sin vero non omnes.

s ¶ *Is qui fecit.* antè secundum decretum.

t ¶ *Communi diuidundo.* Contra ī. communi diui. l. iiij. §. fin. & l. seq. Sol. ibi cessat directum, sed hic dicit habere locum vtile,[l] secundum M. arg. ī. de nox. l. si seruus communis. in fin. ADDIT. Dic aliter secundùm Bar. quod hic loquitur quando fuit interpositum secundum decretum, quo casu propter sumptum factum quādoque secundum decretum sit interpositum non datur directum, sed vtile: ibi verò loquitur quando secundùm decretum non erat interpositum. [SI QVIS AVTEM.] Casus: si aliquis missus est in possessionem ex primo decreto, an dominus domus desiit possidere per hoc? Dicitur quòd non; adducit simile in [illegible] creditoribus. Secundò dicit quòd, missus ex primo decreto non

a Rem vindicans nō petit dari sed restitui possessionem.
b Decreto primo nanciscimur possessionem.
c Petitur frustra quod iā habetur. *Flo. contrariae.*
d Contrarius fuit esse iam dominum, & petit dominū fieri.
e Contraria proponēs nō auditur.
f Decreti secūdi esse dominium.
g Semel nostrū, amplius nostrum fieri non potest.
h Missio in qua bona olim fiebat, & in quae hodie.
i Decreti primi is est effectus vt missū in possessionem detentatorē cōstituat vide hoc apud Zasium sepè effectus primi decreti.
k Missus in possessionem ex primo decreto ex persona si actione fructus nō lucratur nisi in duobus casib. in reali, indistinctè facit.
l Missus priore loco non excludit posteriores.
m Ordo non semper attenditur.
a Praescribens ex secūdo decreto dominium directū praescribit.
b Dominus pro possessore.
c Dominium rei non habere qui est in causa vsucapiendi.
d Decretum secundū confert dominiū si aduersarius fuit dominus: si minus, vsucapiēdi causam. *Flo. contingeret.*
e A aequaliter fieri dominus quid adde glo. in §. vbi inmo ho possessionem inf. eod.
f Obligata esse eadem pluribus insolidū esse potest.
g Missi ex secundo decreto efficiuntur domini, & vsucapiūt pro rata dominij quod habent & nō aequaliter. Sed Zasius putat concursū aequaliter esse dominos.
h Missio ex secundo decreto est loco cautionis dāni infecti.
i Ex cautione damni infecti quilibet dominus agit pro rata.
k Cōcursu diuisionē fieri & cōcursu ac per partes haberi quid.
l Vtili cōmuni diuidundo iudicio sumptus factos cō sequimur.

creto non est statim mittendus ex secundo:sed cum causæ cognitione.nam si dominus domus steterit per longa tempora, & non cauit,& sic videatur eam habere pro derelicto: tūc mitteretur ex secundo,Idem est & si missus ex primo decreto stet aliquo tempore:nec dominus nec alius voluit cauere.nam & tunc mittetur iste ex secundo decreto. Sed quid si dominus domus ruinosæ erat absens reipub. causa, vel erat minor xxv. an. tunc iudex non debet festinare ad secundum decretum: & si fecerit, restitui in integrū,poterit domin⁹. Vltimò dicit quòd si aliquis est missus ex secundo decreto: tunc dominus deiiciendus erit de pos. hoc dicit vsque ad §. si qua sint. Fran.Accur.

20. ¶ Si quis autem in possessionem missus [a] nondum possidere iussus [b] sit, an dominus decedere possessione debeat, videamus. Et ait Labeo, non decedere: sicut nec cùm creditores vel legatarij mittuntur [c]. idque est verius.

Missio ex secundo decreto non debet fieri statim post missionem ex primo: sed interueniente temporis interuallo, per quod aduersarius videatur negligere. Pau.

21 ¶ Non autem statim vbi misit [d] prætor in possessionem, etiam possidere [e] iubet: sed tunc demum, cùm iusta causa videbitur. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quòd [*] aut pro derelicto ædes longo silentio dominus videatur habuisse: aut emisso [f] † in possessionem & aliquandiu immorato nemo caueat.

Ex causa damni infecti & contra non latitantem proceditur ad secundum decretum, saluo iure restitutionis in integrum. Bar.

22 ¶ Si fortè [*] dominus reipublicæ causa abest, aut ex alia iusta causa, aut in ea sit ætate, cui subueniri solet: probandum est, non debere prætorem festinare ad decernendum vt iubeat possidere [g]. Sed & si decreuerit: nemo dubitat in integrum restitutionem indulturum [h].

Per secundum decretum prior possessor de possessione eiicitur. Pau.

23 ¶ Vbi autem quis possidere iussus est [i]: dominus deiiciendus erit possessione [k].

a ¶ *Missus.* [a] ex primo decreto. Accur.

b ¶ *Iussus.* [b] ex secundo decreto.

c ¶ *Mittuntur.* De creditoribus [c] non habes expresse nisi hic & infra *de acqui. pos. l. iij. §. ÿ.* Sed certè imò infra *vti pos. l. si duo. §. creditores.* De legatariis [d] habes. *hic & supra vt in pos. lega. l. si qui. in prin.*

d ¶ *Misit.* ex primo decreto.

e ¶ *Possidere.* ex secūdo decreto.

f ¶ *Emisso.* dic aut [e] pro &, *sic infra de verbor. signi. sæpe.* ¶ Sed quod erit silentium [f] hoc? nunquid decennium, vel vicennium: *vt instit. de vsuca. §. & cum hoc placitum.* Respon.non:sed recurritur ad iudicis arbitrium: *vt supra de iur. delib. l. j. §. finali. & arg. supra de nego. gest. l. diuortio.* & sic etiam intelligimus *C. de bonis auct. iud. poss. l. pe.*

g ¶ *Possidere.* ex secundo decreto: sed in primo sic: *vt ff. eo. l. j. quæ est contra.*

h ¶ *Indulturum.* sed ea non data non auditur: *vt ff. eo l. §. postea autem. & ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. si damnatus tem facit C. quib. ex cau. in integ. rest. non est ne. l. fi.* ¶ Item hic not tria argu. Primum, quia iudex [g] non debet festinare [h]: *vt C. de sententia. ex breui. reci. l. y.* Secundum, quod [i] fieri non debuit, factum tamen tenet: *vt ff. quando ap. sit l. j. §. biduum.* Tertium, quòd iudex [k] ignorantem priuat possessione.

i ¶ *Iussus est.* ex secundo decreto.

k ¶ *Possessione vt & ff. de acqui. poss. l. qui vniuersas. §. item cum prætor. & ff. de inter. act. l. non alienum.* [l] hoc ideo dicit, quia non possunt possidere [l] plures insolidum: *vt ff. de preca. l. duo.* sicut [m] nec dominium habere: *vt ff. commo. l. si vt ce to. §. fin.* Nec obstat *ff. e. l. §. si quis autem.* vbi prior non deiicitur: quia ibi de primo decreto dicit. Itē nec ob. *ff. ea. l. §. cum autem plures.* vbi innuit plures in solidum possidere: quia [n] de primo decreto dicit. secus in secundo: quia [o] tunc viriliter. i. [p] pro rata damnitur *ff. e. §. si autē.* secus autem in creditoribus: [q] illi enim pro rata mittuntur: *vt C. de bo. auct. iud. poss. l. fi. §. vt autem.* Vel dic idem vtrobique, vt ibi no.

Si qua sint.] CASVS. Si aliquis habet seruitutem in domo ruinosa, & non satisdederit de dam. infect. & sic vicinus missus est in poss. ex primo & secundo decreto, nunquid vti poterit seruitutē amodo? Dicitur, non. Idem in creditore cui erat obligata ista domus. idem in eo qui habebat vsumfructum: nam amittit tunc ius suum. Fran. Accur.

a Mittiio possessionē est ex primo decreto mitti.
b Iuberi possidere est ex secundo decreto mitti.
c Creditor missus in possessionem debitorem non excludit possessione.
* quo.
† misso.
d Legatarius missus in possessionem, hæredem possessione non excludit.
e Aut pro &.
* Concor tex in c. cum Bertholdus. de re iu. extra.
f Decreti primi & secundi quod interuallum seu spatium esse debeat.
g Decretū secundum festinanter nō est interponēdū.
h Festinatio vitanda in secundi decreti interpositione.
i Factū tenet quod fieri nō debuit: si tamē solennis aut forma seruata est.
k Ignorans priuatur interdū possessione.
l Possidere in solidū plures non possunt: ut Domini in solidū plures esse non possunt.
n Possidere plures possunt ex primo decreto & non in secundo.
o Missus secūdo decreto possident viriliter.
p Viriliter possidere quid. ad.se glossā in §. si autē I. eod.
q Creditores missi in possessionem pro rata debiti mittuntur.

l ¶ *Si qua sint iura.* seruitutum. M.

m ¶ *Debita.* quia dominus domus ruinosæ debebat recipere seruitutem à domo non ruinosa.

n ¶ *Satisdare.* & non fecerunt.

o ¶ *Deneganda erit.* si tamen aliquid possit eis imputari: *vt diximus supra e. l. si qui.*

Habentibus ius infra dominium, & cauere negligētibus sine iusta causa, denegatur sui iuris persecutio. h. d. Pau. de Cast.

24 ¶ Si qua sint iura [l] debita [m] his qui potuerunt de damno infecto satisdare [n], deneganda erit [o] eorum persecutio aduersum eum qui in possessionem missus [p] est. & ita Labeo probat.

25 ¶ Item quæritur in pigneraticio creditore, an pignoris persecutio denegetur aduersus eum qui iussus sit possidere. Et magis est, vt si neque debitor repromisit, neque creditor satisdedit [q], pignoris persecutio denegetur. quod & instructio [r] rectè Celsus scribit.

Contumacia eius qui fundum vectigalem habet, non præiudicat domino quo ad secundum decretum: sed ipsius domini contumacia requiritur. h. d. Bart. Vel dic plenius, secundum Imo. Si fiat missio cōtra illum qui habet vtile dominium vel quasi: id tantum transfertur per secundum decretum: non autem transfertur directum dominium vel quasi: quod bene trāsfertur si secundum decretum interponeretur contra ipsum habentem directum domini um vel quasi. h. d.

26 ¶ Si de [s] † vectigalibus [t] ædibus non caueatur [u], mittendū in possessionē dicemus, nec iubendum [x] possidere. Nec enim dominiū capere possidendo potest: sed decernendum [y] vt eodē iure esset, quo foret is qui nō cauerat, post quod decretum vectigali [z] actione vti poterit.

27 ¶ Sed in vectigali prædio, si municipes [a] non cauerint:

p ¶ *Missus est.* ex secūdo decreto.

q ¶ *Satisdedit.* hic dic vt no. ff. eod. *hoc amplius. §. pe. & §. fi.*

r ¶ *Fructuario.* non tamen eodem modo: quia pignus ipso iure, sed vsusfructus per exceptionem: *vt ff. de noxa. l. si venale. in prin.* Accur.

¶ *Si de vectigalibus.*] CASVS. Aliquis conduxit domum vectigalē ab aliquo municipio. hæc domus minatur ruinam Titio: vnde Titius petebat sibi caueri à conductore: conductor non cauit, & sic Titius missus est in pos. ex primo decreto: tandem postea missus est ex secūdo: quæritur quid consequetur per istud secundum decretum? Et dicitur quòd nō cōsequitur dominium: quia nec conductor qui non cauit, habebat: sed consequitur illud ius quod habebat conductor. Secundō dicit: pone quòd Titius qui timebat ruinam, iuit ad municipiū cuius erat domus: & petiit sibi caueri: & municipium noluit cauere, & sic Titius missus est in poss. & ex secundo decreto. Quid consequitur per secūdum decretum? & certè consequitur dominium per vsucap. nam incipiet iste Titius præscribere. Franc. Accursius.

s ¶ *Si de vectigalibus.* Ne primū responsum contradicat secūdo: Dic casum. Si [b] de vectigalibus [c] ædibus conductis ab aliquo municipio non cauet conductor de damno infecto: ius solum quod habet conductor, habebit missus. Si verò municipes [d] qui locauerint, non caueant, vsucapitur: *vt subiicit & pro hoc supra eo l. hoc amplius. §. Celsus. & l. si qui.* 2. Vel [e] secundùm M. principium loquitur cùm conduxit à fisco: finis cū à municipio. 3. Tertij, [f] vt Pi. & Pla. dicunt principium intelligi vt non iubeatur possidere scilicet statim, sed ex interuallo sic: *vt in fi. pro quo est supra e. §. non autem & §. si fortè*, quod non placet.

4. Quarti dicūt quòd principium dicat in ædibus, finis in rustico prædio. ne hæc positio placet: vnde secundùm primum & secundum prosequere literam.

t ¶ *Vectigalibus.* sunt vectigalia [g] prædia, quæ conducit quis fisco in perpetuum, id est quandiu soluatur pensio: *vt supra si ager vectigalis l. j.*

u ¶ *Non caueatur.* à conductore municipij secundùm primum casum: vel dic ædibus à fisco conductis, secundùm alium.

x ¶ *Nec iubendum.* ex secūdo decreto vt habeat missus dominiū, cùm nec ille qui non cauet, habeat secundùm primum.

2. Vel fauore fisci, nō solùm ratione prædicta, secundùm alium: *vt inst. de vsucap. §. res fisci.* Accur.

y ¶ *Sed decernendum.* per secundùm decretum.

z ¶ *Vectigali.* f. vtili in rem: *vt ff. si ager. vect. l. j. & ij.*

a ¶ *Municipes.* postulata ab eis cautiōe. Az. secūdū vtrūq; casum.

a Creditoris & fructuarij differentia.
† Vide in Mag. Alcia. lib. de sūm. pe. in.
b Damni infecti non cauēs conductor ædium vectigalium, ius suum amittit.
c Vectigales ædes.
d Damni infecti non cauētes municipes ius suum amittunt.
e Hæc opinio reprobatur quia res fiscales cōparantur minoris rebus. Rescr. C. quib. ex causis maiores. Contra minorem autem datur secundū decretum. ff. si fortè l. eo. Ergo est aduersus fiscum.
f Hæc & sequens opinio communiter reprobatur.
g Vectigalia prædia quid.

a ¶ *Per longum tempus.* scilicet decem [a] annos : & strictè accipe municipiũ[b] pro castro, vel villa. Secus[c] si ciuitatis [d] esset prædium secũdùm quosdam: q̃a opus præscriptione centum ann. *vt C. de sacrosan. eccle. l. fi.* Sed fisci [e] xx. aa. *vt j. de diuer. & temp. præscri. l. in omnibus. & plenè dixi in d. l. C. de sacrosan. eccl. l. fi.* ¶ Item in eo qđ dicit prædium [f] vectigale posse vsucapi, est contra supra *de Publicia. cùm sponsus. §. in vectigalib.* Sed dic hic esse speciale vt vectigalia prædia possint vsucapi: q̃n pro damno infecto nõ cauetur: sicut & illud, vt etiã sciens[g] rem alienã præscribat: *vt dixi* *s. e. prætoris. in prin. & de noxa. l. generaliter.* 2. Vel dic vectigalia prædia non posse præscribi à conductore: q̃a non omni nõ p̃ suo possidebat, vt ibi: sed ab alio sic, vt hic. 3. Vel illud verbum ibi positũ, nõ possunt vsucapi, nõ refertur ad vectigalia, vel solue aliter vt ibi notaui. ¶ Vltimo quæro an idem qđ in vectigalib. sit in feudatariis, [h] libellariis & precariis? quod satis dici potest.

dicendum est, dominiũ per lõgum[a] tempus adquiri.

Si post petitam cautionem antè decretum interpositum propter subterfugia non cauentis interim damna contigerint, cessat missio ex hoc edicto: sed contra non cauentem competit officium iudicis, vt de damno præterito & futuro cauere cogatur, vel ad hoc teneri per iudicẽ pronuntietur. Bart.

28 ¶ Elegãter quæritur, si dũ prætor de dãda stipulatiõne deliberat, damnũ cõtigerit, an sarciri possit [b]. Et missio quidẽ cessabit [c]: prætor tamen decernere debet, quidquid dãni cõtigerit [d] vt de eo quoque caueatur[e]: aut [f] si putat quòd vtiliter actionem [g] daturus sit, decernat.

Contra pupillum non cauentem, etiam si tutorem non habet, ex causa damni infecti fit missio ex primo & secundo decreto. Pau.

29 ¶ Si pupillus tutorem non habeat, quo auctore damni infecti promittat: quasi non defẽdatur, missio [h] in possessionem locum habebit.

Missus ex primo decreto, non tenetur rẽ reficere : licèt habeat pignus prætoritum : secus in habente pignus conuentionale. Paul. de Cast.

30 ¶ Si quis dãni infecti in possessionẽ missus sit, fulcire eũ & reficere insulam debere sunt q̃ putent: eámque culpam [i] præstare, exẽplo eius qui pignori accepit[k].

Elegãter.] CASVS. Cùm tu haberes domum ruinosam : iui ad iudicẽ, & petij vt cogeret te mihi cauere. & cùm iudex deliberaret esset cauendũ mihi an non, cecidit domus, & dedit mihi damnum. dicitur quòd iudex debet facere te mihi cauere etiam de damno præterito : vel si tibi videbitur, dabit mihi act. ex stipu. ac si intercessisset. Fran. Accursius.

b ¶ *Possit.* id est debeat.

c ¶ *Cessabit.* Tribus modis expone. 1. Primò cessabit, nisi iusta causa interueniat: vt quia impeditus: *vt supra e. l. hoc amplius. & l. prætor. §. fin. & l. sequen.* Sed non hæc est iusta causa : quia iam instanter erat coram prætore : & sic non erat negligens? Respon. potest esse quòd nimium fuerat negligens in veniendo coram prætore: *vt supra si quis cau. l. y. §. si quis tamen cùm posset.* & hoc casu hic loquitur. 2. Secundò missio cessabit scilicet meo consilio, secundùm H. quia melius est quod habeat resarcitionem damni, cùm non fuerit negligens, & iam erat coram prætore. aliud si tantùm primum interuenisset : quia non fuisset negligens : non tamen venit coram prætore : tunc enim haberet locum quod dicitur *supra eo. l. quod fortè tunc.* 3. Tertiò missio cessabit : quia res interiit: & sic non potest habere locum missio in ædes: fiet tamen in [i] rudera & solum: *vt sequitur, & supra e. l. hoc amplius.* ¶ Item quod dicit cessare missionem, est contra infra *e. §. si iam.* sed ibi ruit post decretum: hic antè: *vt plenè no. supra e. l. hoc amplius. in princip.* Vel hic ideo cessat, quia potest agi ac si esset cautio interposita.

d ¶ *Contigerit.* interim.

e ¶ *Caueatur.* sic etiam de præterito.

f ¶ *Aut.* pro [k] & : *vt supra eo. hoc amplius. in princip. sic C. de verborum significat. l. penultim. & supra e. §. non autem.* Vel dicas propriè: & erit in sua potestate quod velit facere : vt patet ex ordine literæ.

h ¶ *Actionem.* in factum. M. 2. Vel interdictum[l], vt tollat rudera: *vt s. e. l. prætor. in fi. & l. seq. in prin. & §. j.* 3. Vel dic p̃ [m] damno etiam sine stip. agi, quasi [n] tacitè s. intellecta: *vt de adopt. l. his verbis. & C. de rei vxo. actio. §. j. & s. de fideiussor. l. cùm ostendimus. §. fi. & infra ad muni. l. ij.* ¶ Sed nunquid [o] præcisè cogatur cauere, vel damnum restituere etiam si velit ædibus cauere quæ damnũ fecerunt? Resp. sic. Nec ob. *s. e. l. hoc amplius. in prin. vt ibi distinxi.*

a Longũ temporis in iure decẽ anni inter præsentes, viginti inter absentes.
b Municipij vox strictè sumpta castrũ & villã significat.
c Priuilegium concessum ciuitati circa præscriptionẽ in quatuor casibus positis in l. fi. C. de sacrosan. eccl. nõ habet locum in castro vel villa. adde Bal. in rub. in titu. de ea qui in. vim. do. in vsi. feu. Bar. in l. sed & reprobari. § fi. col. 2. vers. nota ex ista gloss. de excu. tute. his omnibus adde Balbũ tractat. de præscri. 5. parte j. quæst. 2. vbi etiã hoc refert ciuitatem suppositã alicui Principi, domino vel Tyranno frui beneficio Reipublicæ & restitutionis in integrum. & aliàs Zasius putat hic præscriptionem ciuitatibus datam, ad villas extendi, cum nulla sit differentia inter ciuitates & municipia.
d Præscribi potest prædium ciuitatis & quo tempore.
e Præscribi fisci prædium potest & quo tempore.
f Præscribi an & à quibus possint prædia vectigalia.
g Præscribit interdũ sciens rem alienam.
h Præscribi an possit feudũ, libellaria, & precaria.
i Missio in rudera & solum fieri potest & sic, Rependẽte iudicio mutata, iudiciũ nihilominus procedit, non habita ratione rei mutatæ: & causa dãni infecti aduersarium onerat. licèt res moueatur.
k Aut pro &.
l Interdictum de tollendis ruderibus.
m Damni an agi possit sine stipulatione.
n Stipulatio damni infecti interdum subintelligitur.
o Damni infecti cautio vel ab eo præstanda qui ædibus vult cedere: neque liberatur etiamsi ædes pro derelicto habeat de quo tamẽ v. hic Bar. in l. antequã. in fi. inf. eod.

Si pupillus.] CASVS. Pupillus non habens tutorem, habebat domum ruinosam: & timebã ne caderet supra meã: peto mihi caueri: dicitur quòd sum mittendus in pos. quasi non defendatur. Fran.

h ¶ *Missio.* Fit ergo cùm[a] non legitimè defenditur : *vt hic & j. quib. ex cau. in pos. eat. hac autem. & s. ex quibus cau. ma. item ait prætor. §. hac autem.* Sed contra *s. de euic. l. si dictum. §. fi.* vbi etiã [b] sine tutore ei legitimè nuntiatur: sed illud est eius fauore, vt ibi not. ¶ Itẽ arg. cõtra *j. de diuer. & tẽp. præs. l. si seruus.* sed non multũ ad rem. Itẽ accipe de missione [illegible] primo vel etiam secundo decreto: *vt s. e. l. §. si fortè.*

sed alio iure vtimur. Cùm enim ob hoc tantùm missus sit, vt vice cautionis in possessione sit: nihil ei imputari, si non refecerit[l].

Si damnum contingat post missionem factam ex primo decreto, nõ cogitur missus dimittere tenutam, nisi etiam de tali damno caueatur, & etiam de expensis factis in refectione. & dicitur damnum euenisse post missionem, vt debeat emendari, etiam si euenit post iussum de mittendo, & ante realem missionem: dummodo in illa non fuerit negligẽs, Pau. de Cast.

31 ¶ Item videamus, si cautio ei offeratur [m] postea quàm missus[n] est: an non prius decedere debeat, quàm si ei caueatur etiam de eo damno quod contigit postea quã missus est in possessionem. quod quidem magis[o] probatur. Repetita [p] igitur die promittendum erit. Hoc amplius, de impẽsis quoque si quas [q] fecerit, erit ei cauendum.

32 ¶ Illud quæritur[r], ex quo tẽpore damni ratio habeatur[s]: vtrũ ex quo in possessionem vẽtũ est: an verò ex quo prætor decreuit vt eatur in possessionem. Labeo, ex quo decretũ est: Sabinus, ex quo vẽtum est in possessionem. Ego puto, causa cognita modò hanc, modò illam sentẽtiam probandam. Plerunque enim subuenitur etiam ei qui missus[t] in possessionẽ, aliqua ex causa

Si quis dãni.] CASVS. Si aliquis est missus in possessionem domus ruinosæ: an debeat fulcire & reficere: & si nõ fecerit, teneatur? quæritur. & dicitur quòd non tenetur : & reddit rationẽ. Secũdò dicit: pone quòd postquam missus est aliquis in pos. ex primo decreto, velit dominus offerre & vult quòd ille recedat de pos. quæritur, an possit? Et dicitur quòd sic, dũ tamẽ caueat nõ tantũ de dãno futuro, sed etiam de præterito: & etiã caueat de expẽsis quas fecit ille missus. [ILLVD QVAERITVR.] Nũc dicit à quo tẽpore retro computatur damnũ: vt sic de eo caueatur, & certè quãdoq; à tẽpore quo missus fuit : quandoque à tẽpore quo iussus fuit mitti. Vltimò dicit, si aliquis est missus in pos. ex secundo decreto: amodo dominus volẽs cauere & recuperare pos. nõ auditur : nisi esset domi minor, vel alia iusta causa. h. d. vsq; ad § fi. si iã. Fr. Ac.

i ¶ *Culpam.* etiam [c] in omittendo[d].

k ¶ *Accepit.* ex cõuẽtione:[e] *vt s. de pig. ac. l. si seruus.* nõ dico ex auctoritate iudicis. tũc enim de solo dolo & lata culpa tenetur: *vt j. de bo. autl. iudi. possi. l. prætor. §. his verbis. & §. est præterea.* Acc.

l ¶ *Si non refecerit.* aliàs, cauerit: aliàs, præcauerit : aliàs, fulserit: & aliàs refecerit. ¶ Sed quid si ille qui missus est in possessionẽ, deposuerit[f] domũ sine iussu iudicis, quæ parua mora ruitura erat: an teneatur? Resp. nõ: *vt j. quod vi aut clam. l. si alius. §. est & alia. & s. ad l. Aqu. si quis fumo. §. j. cum prin. huius §. cum concor. s. e. l. hoc amplius. §. fi. & supra de vsufru. hactenus. §. fi.* Sed ad fi. est contra *infra e. §. si quis metu.* Solu. ibi in modica [g] impensa: Vel non imputatur si non reficit, scilicet culpa: *vt hic*: sed si dolo, sic : *vt ibi.* Vel dic verius, ibi Cassius corrigit Labeonem.

m ¶ *Offeratur.* in eodem non in alieno loco: *vt s. qui satis. co. de die. §. planè.*

n ¶ *Missus.* ex primo decreto, secus si ex secundo: quia tunc habet locum: *vt j. e. §. postea.*

o ¶ *Magis.* quàm contrarium.

p ¶ *Repetita.* i.[h] referenda erit cautio ad tempus præteritũ, quo caueri debuit, id est [illegible] eam diem qua nondum fuerat damnũ captum, & sic ea cautio de omni futuro damno peti potuit. *sic j. de itine. actuque priua. l. j. §. si quis propter. & §. præterea.*

q ¶ *Si quas.* necessarias. non tamen ei incumbebat necessitas faciendi: *vt s. e. a. §. si quis damni.*

r ¶ *Illud quæritur.* Hic distingue vt plenè dixi *s. e. l. hoc amplius. in princ.*

s ¶ *Habeatur.* cùm modò cauere velit: *vt j. proxi. §.*

t ¶ *Missus.* id est mitti iussus, & plerũque in hoc tit. sic ponitur.

a Missio ex causa damni fit in bona pupilli etiam nõ defensi, neq; in eo priuilegium habet.
b Pupillo sine tutore rectè nũtiari potest & quomodo.
c Quia nemo dubitanit de culpa in faciẽdo.
d Culpa etiã admittitur in omittendo.
e Pignus conuentionale habens creditor tenetur de dolo, de culpa lata & leui: prætorium habẽs de dolo & lata culpa tãtũ. Ratio differentiæ esse potest, quòd in conuentionibus maior est consensus quã in decreto iudicis, Ideoque maior custodia requiritur.
f Missus in possessionem ex causa damni infecti, sine fraude id est impunè potest ea sese, ædes destruere mox ruituras.
g Missi in possessionem & fructuarij differentia. Hic ad modicas expensas tenetur: ille ad nullas rationem differentia. v. hic apud Zas.
h Repetere diem.

Venit.

a ¶ *Venit.* quia iam damnum datum erat.
b ¶ *Possessionem.* aut fortè veniens non fuit admissus.
c ¶ *Dominij.* quod fit cùm quis mittitur ex secundo decreto.
d ¶ *Oblationi.* secus[a] si quis impetrauerit vt possideat pignus iure dominij. *vt C. de iure do. impe. l. vlt. §. sin autem in tempore.*

e ¶ *Finis rei inueniretur.* hoc inueniretur si semel præstaretur. Sed hoc non ita intelligitur vt prima facie sonat: sed ita, id est cautionis offerendæ: q. d. si non finitur modò ius offerendæ cautionis: ergo per omnia tempora poterit offerri: quod esset absurdum: nam quæ ratio est in hoc tempore: eadem & in sequentibus. Azo. *& est sic Cod. de trãs. l. fratre.* ¶ Idé est hic arg. pro sententia B. s. quòd ius[b] offerendi tempore[c] tollatur. *sic C. de praescript. xxx. an. l. cum notissimi. §. eodem.*

f ¶ *Reposito.* q. d. seorsum posito & separato, seu segregato ab eo quod antè dixerat, *vt §. ead. l. §. si fortè.*

Si iam ruerunt.] CASVS. Cùm non caueres mihi de damno infecto: iudex decreuit me mitti in possess. & cùm irem ad intrandum in possess. antequam intrarem, domus tua cecidit supra meam. an in possessionem ruinæ siue areæ intrabo? & dicitur quòd sic. Sed pone quòd ego feci expensas in ista area reficiendo eam: & ille dominus vult cauere: & vult quòd recedam de possessione. auditur: dum tamen mihi caueat de expensis quas feci: & de dãno quod habeo ex illa ruina. possem etiam agere act. in factum ad recuperandas expensas quas boni viri arbitratu fecissem. Idem est & si alius meo iussu vel rogatu expensas istas fecisset: & ei essem condemnatus ad reddendum: vel spontè soluerem: nam istas expensas consequar vel ope exceptionis, vel actione prædicta. Franciscus Accur.

sa aut non venit[a], aut tardius venit in possessionem[b].

Post missionem ex secundo decreto non est locus cautioni, nisi mediante restitutione in integrum ex causa absentiæ, vel ætatis. Pau.

33 ¶ Posteaquam autem quis possidere iure dominij[c] à prætore iussus est, nequaquam locus erit cautionis oblationi[d]. & ita ait Labeo. Cæterum nullus, inquit, finis rei inuenietur[e]. & est hoc verissimum, seposito[f] eo, quòd quibusdam vel ætate, vel qua alia iusta causa subuenitur†.

Si post iussum de mittendo in possessionem ex primo decreto, & ante realem missionem ruat: potest fieri missio in ipsam ruinam. nec tenetur missus dimittere, nisi sibi emendetur damnum præteritum, & etiam caueatur de futuro, & refundantur expensæ factæ in refectione pro quibus etiã competit actio in factum, dummodo sint rationabiles: siue sint factæ per eum, siue per alium eius nomine. h. d. Paul. de Castro.

34 ¶ Si iam ruerunt ædes, an in possessionem ruinæ vel areæ mittẽdus sit nihilo minus is cui cautum nõ est, videamus. Et magis est, vt mitti debeat. & ita Labeo. sed adiicit[g], si posteaquàm decreuerit[h] prætor eum in possessionem mittendum, tunc ædes deciderint[i]. & puto Labeonis sententiam veram. Proinde & si refecit aliquid, erit probandum nõ prius eum discessurum, quàm si ei sarciatur[k], & de præterito[l]* caueatur. Potest autem & in factum[m] actione recuperare hoc quod impendit, sed non amplius quàm quod boni viri arbitratu factum sit. Item est & si alius iussu[n] rogatúve meo eorum

g ¶ *Adiicit.* scil. ita mittendum.
h ¶ *Decreuerit.* antequam esset in possessione.
i ¶ *Deciderint.* aliàs non, nisi[d] ille fuerit temporis angustia vel alia iusta causa impeditus stipulari: *vt plene dixi. §. eo. l. §. eleganter. & l. hoc amplius. in princ.*
k ¶ *Sarciatur.* impensa.
l ¶ *De pretio.* id est damno rei suæ.
m ¶ *In factum.* actione ex edicto quod est. *j. de bo. auth. iudi. possid. l. prætor.* non solùm iudicis officio. ¶ Sed quære non actio. neg. gest. Respon. quia potius suo nomine fecit respiciendo[e] quod potest[f] contingere, vt ex secundo decreto iubeatur possidere: & ita fiat dominus. vnde non aget nego. gest. *vt j. de bon. auth. iud. possi. l. prætor. §. his verbis.*
n ¶ *Iussu.* differt[g] iussus à rogatu, *vt C. quod cum eo. l. etiam. & §. quod iussu. l. j. §. sed ego quæro. & ibi notaui.*
o ¶ *Condemnatus.* nec aliquid adhuc solui, & subaudi maximè cõdẽnatus. nã idem si non sum condemnatus. *vt §. de here. ven. l. ij. §. fi.*
p ¶ *Aut dederim.* non condẽnatus ei qui iussu meo refecit. ¶ Sed quid si dedi ei qui non refecit: & etiam sine dolo? fortè[a] non ago: quia indebitum solui. *vt §. de peti. here. l. si possessor. §. bonæ fi.*

¶ *Si quis metu.*] CASVS. Cùm esses missus in possessionẽ domus ruinosæ, eo quia mihi non cauebatur timore ruinæ, ne caderet supra me, recessi[a]: nunquam amitto ius meũ? Labeo distinxit an possum eam reficere, & non feci: & tunc amitto ius meum: an non, & tunc non amitto. Cassius autem corrigit Labeonem, dicens quòd si recessi de possessione timore ruinæ, non animo deserendi poss. nõ amittam possessionẽ siue ius meũ: quod semper præsumitur. [SVMMA TAMEN.] Cùm haberes domum ruinosam, & non caueres de damno infecto: iudex decreuit me intrare in possessionem, & ego negligens non intraui: & ruit domus. dicitur quòd postea intrare non possum: secus autem si non fui negligens. [SI QVIS EX.] Cum nolles cauere de damno infecto, iudex iussit me intrare in poss. domus ruinosæ: & cùm vellem intrare, tu dominus me nõ admisisti. Dicitur quòd habeo act. in factum, in qua veniet omne id quod veniret si cauisses. antè ergo nõ agam hac act. Secundò dicit, si antequam damnum detur, tu cauisti mihi, vel dimisisti me intrare: non puniris ex prohibitione quam fecisti mihi. & hoc dicit hic. & cum l. seq. Fran. Accursius.

quid sine dolo malo fecerit, & eo nomine condemnatus[o] sim, aut dederim[p] sine dolo malo.

Quando quis recedit de possessione de necessitate, vel animo retinendi: prætoris beneficium non perdit, secus si animo deserendi. Bart.

35 ¶ Si quis[q] † metu ruinę decesserit[r] possessione, si quidem cum adiuuare rem non posset, id fecit: Labeo scribit, integrum ius eum habere, perinde ac si in possessione perseuerasset. Quòd si cum posset succurrere, maluit relinquere, amisisse eum prætoris[s] beneficium[t]: neque si postea succurri sibi velit, audiendum eum. Cassius[u] autem ait, si metu ruinæ recesserit, non hoc animo[x], vt ædificia derelinqueret: restituendum in possessionem.

¶ Eum tamen qui missus[y] in possessionem non accesserit, si ædificia ruerint, beneficium[z] prætoris amisisse scribit. Hoc ita accipiendum erit, si ventre in possessionem neglexerit: non si dum venit[a], ruerunt.

Contra eum qui non admittit missum ex primo decreto, secuto postea damno datur actio in factum: sed antequam damnum detur, agi non potest: & si antequam detur, perget moram cauendo, vel possessione cedendo: etiam si postea detur, agi non poterit. Paul. de Cast.

36 ¶ Si quis ex hoc edicto à pretore in possessionẽ missus[b], non est admissus: in factum actione vt poterit, vt tantùm prę stetur ei, quantum præstari ei oporteret si de ea re cautum fuisset[c]. Extenditur enim actio[d] in id tempus, quo damnum committitur.

XVI. PAVLVS *libro sexagensimo ad Edictum.*

q ¶ *Si quis.* scilicet missus in possessionem ruinosarum ædium ex primo decreto, quia sibi non cauebatur. Azo.
r ¶ *Decesserit.* id est, recesserit.
s ¶ *Prætoris beneficium.* quod habebas ex prima missione.
t ¶ *Beneficium.* cogitur sic ergo reficere. *& sic est contra supra ead. l. §. si quis damni.* Solut. vt ibi.
v ¶ *Cassius.* corrigens Labeonem.
x ¶ *Animo.* quod[b] in dubio semper præsumitur: *vt insti. de rer. diui. §. fi. & §. ad l. Rho. de iac. l. qui leuandæ.* Sed arg. contra. *j. de fur. l. falsus. §. si iactum[c].*
y ¶ *Missus.* id est mitti iussus ex primo decreto.
z ¶ *Beneficium.* quod habet ex missione prætoris: vt intret in poss. vnde à capite, vel hic de superiori casu oportet eum petere caueri.
a ¶ *Si dum venit.* nõ præcedente negligentia: quia tunc non amisit, *vt & j. eo. cum postulassem. in prin. & §. ea. l. §. illud quæritur.*
b ¶ *Missus.* id est mitti iussus ex primo decreto.
c ¶ *Fuisset* id est interesset, *vt & §. eo. l. Ites. §. in eum. & j. ne vis fiat ei. l. fi. §. prætor.*
d ¶ *Extenditur enim actio[d].* prædicta in factum, id est[e] eius condemnatio, siue effectus eius vel exercitiũ[f]. (ipsa enim nascitur ex ipsa phibitione) sicut est in actione iniuriarum: *vt Inst. de iniu. §. fi.*

pensa sicut & aliàs ℥. de edic. l. y. & ℥. ad l. Aquil. in lege. sic extenditur infamia, vt ℥. de his qui no. in fa. l. athletas. §. Pomp. Sed arg. contra. supra de a. l. emp. §. sterilis. §. cum per venditorem. aliàs incipit. l. cùm per venditorem & ℥. eod. l. damni. §. si ut. j. ADDITIO. Dic secundum Bar. post Dy. quòd in illis non extenditur actio, nec obligatio, praeterea ibi est extensio circa rē quae prohibe. ur, hic circa tempus.

a ¶ *Antequam.* expositio ... superioris §. ratio.

b ¶ *Impunitum.* ratione effectus. 2 Vel subaudi perpetuò, si tamen &c. sic mora[a] sola non inducit hanc obligationē. s. quantum ad effectum, sed damnū postea contingens.

c ¶ *Si tamen.* subaudi maximè: quia idem est & si nullū istorū interueniat, vt ℥. l. proxi. §. fin.

ANtequam[a] damnū detur, impunitum[b] est factum eius, qui neque promisit, neque admisit in possessionem: si tamen[c] antè damnum datum vel cauit, vel possessione cessit.

Haec actio in factū oritur ex delicto non admittētis, & ideo ex facto serui datur contra dominum noxaliter. Idē ex facto procuratoris generalis vel legitimi administratoris nō datur cōtra dominū, sed contra ipsum tātum procuratorē vel administratorem. Pau.

XVII. PAVLVS *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

SI quis missum [d] in possessionem, cùm esset[e] in aliena potestate, non admiserit: plerique putant noxalem actionē eo nomine cōpetere. 1 ¶ Quid deinde si procurator prohibuerit? vtrū in[f] ipsum, an in dominū dabimus? Sed verius est, in ipsum dādā[g]. 2 ¶ Sed & in actore municipum, tutore, ceterisq. qui pro aliis interueniunt, idē erit dicēdum[h]. 3 ¶ Actio ista quae in factum est, perpetuò dabitur[i], & heredi, & in heredē[k], caeterosque[l], itémque caeteris[m] personis.

Si agitur ex cautione damni infecti post damnum datum: fit condemnatio de cauente, licèt praedium quod damnum dedit, per ipsum alienatum fuerit. Paul.

4 ¶ Iudex qui de dāno infecto[n] cognoscit, etiā alienato[o] praedio ab eo cum quo actum fuerit, dānū aestimare[p] solet, omne quodcunque antè iudicium[q] cōtigit.

Etiam ei qui ius habet in re, competit ius agendi ex stipulatione de damno infecto: quae stipulatio non trahitur ad eum casum de quo non verisimiliter cogitatum. Bartol.

XVIII. PAVLVS *libro quadragesimooctauo ad Edictum.*

DAmni infecti stipulatio[r] competit non tantùm ei cuius in bonis[s] res est, sed etiam cuius periculo[t] res est.

Quod quis perdit sua culpa, vel iure publico, in hac act. non venit. Pau.

1 ¶ Sed quod[u] opere[x] facto

SI quis.] CASVS. Cū haberes domū ruinosam, & nō cauebas de dāno infecto: iudex iussit me intrare poss. cùm intrare vellem, seruus tuus me prohibuit, & sic non intraui. certè habeo act. in factū noxalem: per quā consequar vel emendari mihi omne damnum, perinde ac si cauisses: vel loco damni dare seruum pro noxa. Secundo dicit. pone quòd procurator tuus prohibuit. certè datur mihi act. in factum contra procuratorem. Idem ‖ actor municipij, vel tutor pupilli me prohibuit. Vltimò dicit. haec actio in factum est perpetua & datur heredi, & in heredem. [IVDEX.] Cùm haberes domum ruinosam, cauisti mihi de damno infe. tandem postea alienasti domum, & cecidit supra meam. quaeritur, an tenearis mihi ex stipulatione praedicta. Et dicitur quòd sic. Franc.

d ¶ *Si quis missum.* id est mitti iussum.

e ¶ *Cum esset.* hoc refertur ad suppositum per dictionē, si quis. & intellige de seruo tantùm, non de filio: quia in[b] eo non habet locum noxalis, vt In. li. de nox. act. §. fina.

f ¶ *In ipsum.* s. procuratorem. Sed certè dominus videtur teneri: vt ℥. l. proxi. §. si mandato. & ℥. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & §. quotiens. quae sunt contra. Solu. hic erat generalis: vel ad alia: ibi specialiter constitutus ad deiiciendum. 2 Vel dic etiam quòd hic erat ad hoc specialiter[c] constitutus, & non negatur dari in dominum, & sic in vtrunque. 3 Vel hic erat procurator, id est[d] procurans, nullum habens mandatum: & sic ipse solus tenetur. 4 Vel hic dicit procuratorem teneri directò: ibi dominum vtiliter. & ad hoc ℥. quod quisque iu. d. ag. §. si procurator. & ℥. si quis ius di. non ob. l. j. §. si procurator.

g. ¶ *Dandam.* scilicet in procuratorem.

h ¶ *Dicendum.* vt arg. ℥. de tribu. l. ij. §. j. & de pecu. l. summa. §. si dolo. & de reg. iu. neque. & C. vnde vi. l. meminerint. & ℥. de dolo. sed & ex do. sed & ipse pupillus[e] doli capax tenetur consentiens prohibitioni. vt ℥. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto. quae est contra.

i ¶ *Perpetuò.* speciale in hoc casu: & in alio quando causa legatorum mitti iussus non admittitur, sed aliàs regulariter[f] contra prohibentem est annalis, vt hic, & infra ne vis fiat ei. l. j. §. fina. & est ratio vt ibi.

k ¶ *In heredem.* licèt[g] sit ex delicto secundùm R. nam succedit loco actionis, quae ex cautione daretur si interuenisset quae in heredem daretur: arg. ℥. si quis cau. si eis. §. si. Aliàs non datur in heredē actio ex delicto, nisi quatenus ad eū peruenit vt ℥. ne vis fiat ei. l. j. §. fin. ℥. de in per quem factum est l. j. §. fin. & de alie. iud. non solum. §. fin. & l. seq. & seq. 2 Vel dic hic teneri heredem eo quòd ad eum peruenit: autem ad eum hoc quòd non satisfdedisset, vel non admiserit in possessionem: quod faciendo, id est satisdando, euitat actionem. vt ℥. ne vis fiat ei. l. j. §. f. & §. j. & ℥. l. proxi.

l ¶ *Caeterósque.* successores, etiam in rem tantùm, vt ℥. eod. l. flaminum. §. adicitur.

m ¶ *Caeteris.* etiam successoribus in rem. vt d. §. adicitur.

n ¶ *Damno infecto.* infectum erat, scilicet damnū tunc[h] cùm cautio fuit interposita: sed nunc cùm agitur, factum est damnum: quia postea domus ceciderit, & tunc agitur ex stip. & iudex cognoscit.

o ¶ *Alienato.* vel lite pendente, vel antè: quia actione in rem non tenetur huic, sed personali[a] in factum, quae rem non comitatur: vt C. de hered. insti. quotiens. & C. de act. & oblig. cum. Arg. & supra ad Treb. l. j. §. si heres.

p ¶ *Aestimare.* contra alienantem. Item[b] cōtra eum in quem est alienatum, si tamen pignus[c] fuerit ei constitutum per missionē in possessionem, imò & si non sit constitutum: vt ℥. eod. flaminum. §. adicitur. Vel hic vt ibi. Sic econtra estimatur pro eo qui fuit stipulatus, & pro eo qui eius loco successit, etiam in rem: vt d. §. adicitur. Sic etiam est in superiori & seq. interdicto: vt ℥. titu. j. l. fin. & ℥. tit. j. in cum quo. ¶ Videtur tamen contra. ℥. l. proxi. §. emptor. & §. sed si venditor. & §. si is qui versi. sine ergo. ibi, non augeri &c. sed non est si bene intelligatur: vt ibi dices. Apparet ergo quòd si fuerit missus[d] in possessionem aget hypothecaria: vt ℥. de pign. actio. l. non est mirum. Si non fuit missus, sed stipulatus, ex stipulatione agetur: vt d. §. adicitur.

q ¶ *Ante iudicium.* verum post cautionem interpositā. item bene dicit antè. nam[e] postea validus spectatur ad iudicis officium: quia etiam non petitum, sed prius bene petitum, vt ℥. de adi. edic. l. aediles. j. §. it. m sciendum.

Damni.] CASVS. Si habes domum ruinosam: non solùm debes cauere vicino habenti domum in plena proprietate sed etiam ei qui habet vsumfruct. in aliqua domo ibi vicina. Secundò dicit: timebam ne domus tua caderet supra meam. promisisti mihi de damno infec. tandem postea incepisti possidere domum meam, & eam praescripsisti. volo agere contra te ex tua promissione de damno isto praescriptionis. certè non possum, quia hoc damnum quod habeo, non contingit ratione vitij operis vel loci, sed iure communi, id est praescr. passus sum hoc damnum. [ET CVIVS.] Si habes vsumfru. in domo, & ego proprietatem: & haec domus minatur ruinam, & tu fructuarius petas à me tibi caueri: non teneor. & hoc in prima. Idem est & si fructuarius habeat domum propriam, etiam vicinam, in qua timeat damnum ex isto in qua habet vsumfru. nam nec sibi cauere debeo. & reddit rationem vtrin[s]que dicti. Tertiò dicit: pone quòd fructuarius habeat domum ibi propriam, quae minatur ruinam huic domui in qua habet vsumfruc. & ego proprietatem. peto vt mihi caueat de damno infecto. Dicitur quòd non audiat. & reddit rationem. Vltimò dicit: Quidam conduxit domum meam. iuxta hanc domum habebat suam propriam: haec domus conducta minatur ruinam suae propriae: petit vt caueam sibi. quaeritur quid iuris & certè dicitur quod cauere debeo. [EI QVI IN CONDVCTO.] Conduxisti solum, in eo posuisti superficiem: non debeo cauere tibi de vitio soli: nec tu mihi de vitio superficiei. & reddit rationem. h. d. vsq; ad §. si is qui Franc.

r ¶ *Stipulatio.* id[f] est ius exigendi stipulationem.

s ¶ *In bonis.* id[g] est dominio. & sic strictè: vt infra de verb. signific. bonorum. §. in bonis. & insti. vi. bo. rap. §. fina. & infra de acqui. re. do. rem in bonis. Et sic strictè[h] propter id quod sequitur, sed etiam &c.

t ¶ *Periculo.* vt fructuarius & superficiarius: vt supra eo. l. hoc amplius. §. penult. & §. fin. Sed fallit in bo. fid. possessore: vt supra eod. l. qui bona. §. & superficiarium. versic. sed eis. Nam multis[i] modis dicitur esse alicuius periculo. nam & res mihi[k] debita est periculo meo antè moram vel culpam debitoris: vt infra de verb. oblig. §. si ex legati.

u ¶ *Sed quod.* sub illud &c. 2 Vel dic quòd, id est quia post opus factum, & sic mutat hic casum.

x ¶ *Opere.* cuius operis nomine timebatur ruina quando fiebat, & ideò fuerat cautum.

a Domus cōtingens ut nō mora sola inducit obligationem damni infecti.

b Noxalis actio non habet locum in liberis personis.

c Procurator ad delictum hoc est ad d. deiiciendū missum in possessionem constitutus tenetur.

d Procurator proprie ... & nullum habente mandatum.

e Pupillus doli capax consentiens prohibitioni, tenetur.

f Actio contra prohibentem regulariter est annalis, hic perpetua.

g Actiones ex delicto in heredē cur non nunquam dentur.

h Infectum & factū dicitur quid diuersis rationibus.

a Actio personalis in factum rem non comitatur, neque egreditur personam, si res aliena fuerit.

b Missione in possessionem aliquando pignus nominatim constituitur.

c Fundo alienato, misso in possessionem eius fundi, ... damni infecti stipulatione competit actio in venditorem & emptorem.

d Missus in possessionem aget hypothecaria ... si missus non fuerit aget ex stipulatione damni.

e In cautione damni infecti non solum cōtinetur damnum quod ante iudicium ... quod contigit post litem contestatam.

f Stipulatio pro iure exigendae stipulationis.

g Bona pro dominio.

h Res strictè nostra dicitur, quae est in dominio nostro, ... non est Hanc glo. cum text. allegat Cos. in eius repetitio ad Panormi. in verb. bona.

i Periculo alicuius esse res variis modis dicitur.

k Periculo ... non tantum sunt res nostrae, sed & interdum debitae.

consecutus sit dominij [a] † capione promissor, non teneri cum eo nomine [b] Pomponius ait: quia nec loci nec operis vitio, sed publico [c] iure id [d] consecutus [e] sit.

Ordinarium auxilium excludit extraordinarium, nisi esset plenius per extraordinarium consultum, quàm per ordinarium. Bar.

2. Ei cuius vsusfructus ædium [f] est, de vitio earũdẽ ædiũ [g] caueri non oportet, etsi alias [h] vicinas habeat: quia reficiẽdi [i] habet facultatẽ. Nã qui viri boni arbitratu vti debet, reficiẽdi quoq. potestatem consequitur. Ergo [k] nec proprietarius audiri debet, si velit sibi caueri a fructuario ædium nomine, quas vicinas fructuario [m] † habeat: quia habet cũ fructuario [n] actionem *, vt viri boni arbitratu is fruatur.

Locator tenetur cauere inquilino de vitio aliarum suarum ædium. Pau.

3. ¶ Sed inquilino meo, si vicinas [o] ædes habeat cauere debebo damni infecti propter eas ædes [p].

Proprietarius non petit sibi caueri à superficiario, nec econuerso: cùm habeant actionem adinuicem ex contractu celebrato inter eos: nisi cautio damni infecti esset pinguior, quia in actione ex contractu non venit nisi leui: culpa: & non reficere caderet in leuissimam culpam, quæ venit in stipulatione damni infecti, tunc enim bene posset peti Pau.

4. ¶ Ei qui in cõducto solo superficiẽ imposuit, dominus soli: quod vitio soli damnum futurum sit, cauere nõ debebit [q]: nec soli, domino superficiarius [r], quia inuicem [s] ex conducto & locato habent actiones: in quas tamen actiones [t] vltrà culpam [u] nihil venit: plus autem [x] in stipulationem venit damni infecti, quod [y] quidem vitium eius esse dicitur.

Stipulatio de damno infecto, simpliciter interposita, non refertur ad aliam domum, vel aliam domus partem post stipulationem quæsitam: sed ad alias res postea in domum inductas bene porrigitur. Bar.

5. ¶ Si is qui vnas [z] ædes habebat, stipulatus fuerit, deinde vicinas cõparauerit: an earũ quoque nomine quas post interpositã stipulationem cõparasset, promissorem obligaret, quæsitũ est. Iulianus scribit, videndũ ne earum duntaxat nomine cautũ habeat, de quibus inter eũ & promissorem initio actũ fuerit [a]. Cui consequens videri posse † vt & cùm ædium communiũ nomine duo socij stipulẽtur: de eo dumtaxat damno caueri videatur, quod in parte ædiũ cuique socio datum fuerit. Siue ergo redemerit alteram partem quis ex his [b], siue adiudicata [c] fuerit: non augeri [d]

a ¶ *Dominij.* eius rei quæ minabatur ruinam, & cuius nomine cauebatur, quæ in veritate erat stipulatoris, sed tamen ipse ignorabat forte.

b ¶ *Eo nomine.* i. quia vsucepit, & sic volebat hoc damnũ, scilicet quod vsucapione est datũ, venire in stipulationem damni infecti: quod nõ permittitur.

c ¶ *Publico.* putà [a] vsucapione [b], quæ dicitur inducta de bono publico, ne dominia rerum sint in incerto: vt j. *de vsucap. l. j. &* *instit. de vsucap. circa prin.* ¶ Item not. nõ [c] committi stipulationẽ in casum non cogitatũ [d]: vt *argu. sup. de condic. inde. si procurator. §. quod si indebitum. & supra loca. quæro. §. inter locatorem. & infra eodem l. damni infecti. in fine.* Azo.

d ¶ *Id.* s. damnum.

e ¶ *Consecutus sit.* in hoc secũdo dicto, qđ valde obscurè dicit iurisconf. talis cadebat fallacia. Quidam titu. & bona fide possidebat domos meas. nomine illarũ stipulatus fui de dã. infect. præscr. cõpleta didici domos esse meas. quæro à iurisc. nũquid possim petere ex stipul. dã. infecti? quidã præsumptuosus, qui ibi stabat, respõ. pro frē, tali ratione: quia qui sic stipulabatur de dã. infec. stipulabatur de dãno futuro. sed tẽpore interpositæ stipul. istud dãnũ erat futurum. ergo potest ex ea stipulatione agere ad damnũ quod habet per præscri. cui resp. iurisc. verbis breuibus: ridendo tamen, dicendo: frater, quando ipse stipulabatur: nõ stipulabatur nisi de damno futuro quod sibi contingeret vitio loci operis.

f ¶ *Aedium.* vitiosarum.

g ¶ *Aedium.* totalium, sed de vitio soli sicut *inf. eodem. l. inter fructuarium.*

h ¶ *Et si alias.* quidam habent. sed si alias vicinas habeat. & tunc subaudi caueri oportet. & quod subiicit: quia &c. ratio est non proximi, sed superioris dicti: & sic est idem quod in inquilino: *vt la. si huius §.* Alij habent, & si alias: & tunc subaudi caueri non oportet. & quod subiicit, quia &c. est ratio vtriusque dicti, & erit secundùm hoc secus in inquilino. ADDITIO. Dic secundùm Pau. de Cast. quòd ista est melior littera, & melior sensus qui contrariatur sensui præcedenti. nam etiam isto casu vindicat sibi locum ratio: quia potest reficere domum fructuariam, ne ruat supra aliam suam vicinam.

i ¶ *Quia reficiendi.* itaque cùm ipse [e] aduersus damnũ sibi præcauere possit, ab alio sibi caueri frustra desiderabit. R. ¶ & sic no. in subsidium [f] hãc cautionem interponi: *vt & s. prox. §. & §. emptoribus, quia alij onem non habet ex empto &c. & l. si ædibus. & dixi s. eod. qui bona. § illo, ar. s. illu. j. in prouinciali. §. plane.* ¶ Item quod de refectione dicit, ad [g] modicas [h] expensas quidã referunt, quas facere debet suo sumptu. secus in magnis. *vt arg. j. eod. l. inter. & dixi s. eod. l. hoc amplius. §. fi.* Alij dicunt etiam magnas ad fructuarium pertinere: *vt j. eod. l. inter. in fi.* sed repetit actione negot. gest. *vt C. de vsufr. l. eum.* Aliàs si non faciat, scilicet expensas quæ ad eum pertinent, repellatur [i] ab vsufruct. quasi non bene vtatur *vt supra, de vsufru. l. cum fructuarius. & l. seq.* & sic semper cesset, hæc cautio.

k ¶ *Ergo.* à simili: cũ sibi similiter suo iure prospicere possit. R.

l ¶ *Aedium.* id est soli: licèt pro opere sicut *j. eo. l. inter.* Accur.

m ¶ *Fructuarius habeat.* scilicet suas proprias. idẽ in illis quarum vsumfructum habet.

n ¶ *Cum fructuario.* quia cum suo iure cogere potest vt reficiat [a] si [b] vsumfruct. amittere nolit. sed hæc ratio fallit in casu. *j. eod. inter fructuarium.*

o ¶ *Si vicinas.* sed pro conductis à me ædibus ruinã minãtibus, cauere non cõpellor. R. *vt s. eod. l. qui bona. §. de illo.*

p ¶ *Aedes.* scilicet ipsius inquilini proprias. quibus conductæ ædes minãtur ruinam.

q ¶ *Non debebit.* quod statim corrigitur secundùm R. per literam sequ. plus autem &c. Sed tu dic aliter vt ibi nota:

r ¶ *Superficiarius.* de vitio superficiei.

s ¶ *Inuicem.* *vt supra proxi. §.*

t ¶ *Actiones.* scilicet locati, & similes.

u ¶ *Vltra culpam.* latam & [c] leuem: *vt infra de regul. iur. contractus.* casum [d] non, nisi culpa præcederet: *vt supra commod. si vt certo. §. sed interdum.*

x ¶ *Plus autem.* Imò non plus: quia cùm verum sit culpam [e] venire in acti. loca. ergo & vitium veniet propter præcedentem culpam, scilicet quia non restituit vel non reficit proprietarius solum, vel superficiarius opus, vt nõ possit ruere, hoc enim est generale, vt vbicumque [f] de casu non tenetur quis, præcedente ibidem culpa teneatur: *vt supra commo. si vt certo. §. sed interdum.* quod ergo hic dicitur plus venire in stipul. intellige non inspecta culpa præcedente. 2. Vel dic secundò causa disputandi dictum: & ita dices non caueri, *vt in princ. §. dicitur*: quia culpa aliter coerceri potest: *vt infra eo. l. fluminum. §. præterea si furni.* 3. Vel tertiò si nulla culpa possit obiici eis, præstabitur cautio: & ita quod in fine legitur, determinabit principium. Azo.

y ¶ *Quod.* subaudi id. Accursius.

z ¶ *Si is qui.*] CASVS. Habebas domum iuxta meam: mea minabatur ruinam, caui tibi de damno infecto. postea alias domos iuxta ruinosam emisti, nunquid si datur damnum in istis aliis tuis ædibus, teneor tibi ex stipul. prædicta, quæritur. & dicit Iulia. quòd videtur quòd non teneat. & adducit simile: si duobus habentibus domum communem caui de damno infec. teneor cuique pro parte quam habet: & si vnus eorum emit partem alterius, vel vni adiudicetur tota: non propter hoc magis sum obligatus. Secundò loquitur Pompon. & approbat sententiam Iuliani. Tertiò dicit: cùm tu haberes domum iuxta meam: & mea esset ruinosa: caui tibi de damno infect. & tunc temporis paucas res habebas in domo: tandem postea cœpisti habere plures res, vt quia emisti equũ fortè, vel libros: & postea cecidit domus mea supra tuam: & sic damnum est tibi datum in his rebus: an tenear ex stipul. pro damno dato in his rebus post cautionem acquisitis, quæritur. Dicitur quòd sic: licèt tunc temporis quando stipulatus fuisti, hæ res non essent in domo. hoc dicit vsque ad §. emptor. Fr. Accursius.

z ¶ *Si is qui vnas.* aliàs vicinas: non eas quarum nomine stipulatus fuerat M.

a ¶ *Actum fuerit.* quod magis est. M. Io. & R. vt patet. j. ibi, Pompo. relata &c.

b ¶ *Ex his.* scilicet sociis.

c ¶ *Adiudicata.* scilicet domus. Accursius.

d ¶ *Augeri.* ¶ Not. hic q; præsens [g] stipu. nõ trahitur ad futura. &

a dominium vsucapione. a Publico iure consequid dicimus quod etiam vsucapione consequimur. b Vsucapio a iure introducta. c Stipulatio quantumuis generalis casum non cogitatum non extenditur. d Contractũ dispositiones quantumuis generales nõ extenduntur ad casum nõ cogitatum.

a Vsufructuarius cogi potest vt reficiat. b Vsufructuarij non refectio pœna.

c Culpa lata & leuis venit in actione locati & conducti. d Casus præstatur, si culpa præcessit casum. e Locati actione culpa continetur. † posse putamus. f Casum fortuitum quis præstat ob culpam antecedentem, quod est si culpa casum præcessit.

e Caueri sibi frustra postulat, qui sibi nõ cauit. f Cautio dãni infecti subsidiaria. g Expensas vel suo sumptu vel proprietarij quas facere debeat vsufructuarius. i Vsufructu priuatur propter expensas non factas.

g Præsens stipulatio dãni non trahitur ad futura.

promiſſionis [a] obligationem Pomponius[b] relata [*] Iuliani ſcriptura dicit non ſe improbare.

6. ¶ Si autem res[c] aliqua [d] poſt ſtipulationem interpoſitam in domo habere cœperit ſtipulator, quæ ex ruina vicinarum ædium perierint: agere ex ſtipulatu [e] poteſt: licet tum cùm ſtipularetur, heres non fuerint.

Stipulatio emptoris ſimpliciter interpoſita, porrigitur ad damnum tantum poſt traditionem contingens, non ad id quod antè contigerat: niſi contra venditorem non daretur regreſſus: ſed ſtipulatio venditoris ad omne tempus porrigitur: quod ſi vterque ſtipuletur ſtipulatio venditoris tempore traditionis finitur: ſtipulatio verò emptoris abinde antea habet effectum. Bartolus.

7. ¶ Emptor [f] prædij ſi antè traditionem ſtipulatus[g] ſit: cautum habebit de eo damno quod poſt traditionem factum erit.

8 ¶ Venditorē autem ædium prius quid poſſeſſionē tradat, ſtipulari oportet: quia huius quoque rei [h] culpā præſtat. 9. ¶ Sed quid fiet, ſi venditor ſine culpa ſtipulari non potuerit, & ob hoc emptor [i] ſtipulatus fuerit?[k] nonne dānum patietur?[l] an hoc damnum in alienare [m] acciderit: reuoluitur [n] autem ad emptorem, quia actionē ex empto non habet?[o] Sed nihil [p] in hac cauſa proficit ſtipulatio [q], niſi in id [r] quod poſt traditionem accidit: quia dum venditoris cuſtodia eſt, is ſtipulari [ſ] debet, omnémque diligentiam emptori præſtare: & quod alia [t] actione quæri poteſt, id in ſtipulationem damni[u] infecti omnino nō deducitur [x]. 10. ¶ Sed ſi venditor [y] interpoſuerit ſtipulationem, etiam id damnum continebit [z], quod poſt traditionem emptori contigerit. quod eſſe iniquiſſimum Ariſto ait: quoniam ſi emptor[a] quoque damni infecti ſtipulatus eſſet, duobus promiſſor eiuſdem nomine obligaretur: niſi fortè [b] id contra ſe habeat: quia in hoc fit ſtipulatio quanti ea res erit: vt poſſit videri nihil intereſſe iam venditoris [c] ſtipulatione damni infecti interpoſita.

ſic eſt arg. quòd ſi promiſi [a] tibi fructus iſtius arboris & eſt inciſa vel vi ventorum deiecta: vel ſi ruſticus promiſit militi aquam frigidam in æſtate in manſione quam habebat, dare per aliquot dies & ſi arbor renaſcatur: quòd ego non teneor ad fructus nouellæ arboris vel ſi domus comburatur. quòd ego non teneor ſi poſtea ædificetur: *vt ſ. de neg. geſt. nam & Seruius. §. ſi vino. & de contrahen. empt. lege in lege.* Item ſi procurator promittat[b] de domino defendendo, quod teneatur ipſum defendere tantum in quæſtionibus præſentibus, non quæ poſtea emerſerint: [c] *vt ſupra de procur. lege. non ſolum*

a ¶ *Promiſſionis.* ſibi factæ: tranſit[d] tamen ad eum ſtipu. ſocij: *vt j. eod. flaminiam. §. adijcitur. & ſup. ſami. exerciſ. in iudicio. & dixi ſupra eodem ſi quis miſſum. §. pen. & §. fin.* Vel fortè ſocius idemque venditor tenebitur cedere actionem ſuam ſocio emptori. Sed hoc videtur falſum: quia eam non habet: cùm damnum poſt traditionem contingens in venditoris ſtipulatione non contineatur: *vt infra proxi. §. in fine.* Quid ergo ſi [e] poſt venditionem antè traditionem damnum accidit? Reſpond. hoc caſu cedet: vel quod conſequitur dabit, cùm omne commodum debeat extunc eſſe emptoris: *vt infra quod vi aut clam. lege ¶ qui in publico. in princ. §. ſi poſtea.* ¶ Item not. hic arg. ad quæſtionem qua quæritur de [f] arbore diruta, quæ poſtea pullulauit. Item ad aliam qua quæritur: ſi aliquis cōcedat fundum alicui vt ædificet domum in quam recipiat eum cum quinque hominibus, & poſtea aliam fecit, ſi debeat eum recipere cum pluribus perſonis. & eſt hic argu. quòd non. *& pro hoc. ſ. de contrahen. emptio. l. Rutilia. & l. in lege & C. de ſeru. l. non modus. & ſ. de neg. geſt. nam & Seruius. §. ſi vino.*

b ¶ *Pomponius.* ſolu. primæ quæſtionis.

c ¶ *Si autem res.* mobiles vel ſe mouentes. Azo.

d ¶ *Aliqua.* quidam iudaicè [g] intelligunt literam iſtam, dicentes quòd Pompo. probat ſententiam Iul. ſed Paulus non: quare iſte §. corrigit ſuperiorem. Tu aliter dicas, quia ſi [h] ſcæua poteſt duci ſine correctione, ducatur. *arg. C. de ap. præ. ipſimus. & in authen. de adm. §. fin. col. vij.* ſ. quòd hic §. loquatur in reb. mobilib. illa in immobilib. 2. Vel dic quòd ſi non eſt mihi ſpes habendi rem: habet locum ſuperior §. ſi autem eſt mihi ſpes, habet locum iſte §. vt quia fui ſtipulatus domum vicini, ſi imperator venerit in Italiam: & poſt ſtipulationem interpoſitam extiterit conditio iam domo paſſa ruinam: *arg. ſ. fami. erci. l. alienationes. cum l. pen. & C. communia. de leg. l. fin.*

e ¶ *Ex ſtipulatu.* *vt arg. ſ. de pig. lege cum taberna. §. j.* argu. contra. *ſ. de leg. ij. Titia. §. Gaius.* Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter mobiles & immobiles: ſed certè hic veniunt in ipſo corpore rei pro qua eſt cautum, ibi exempla ſunt.

f ¶ *Emptor* vendidiſti mihi domū, & eius nomine promiſiſti mihi de damno infecto, poſt venditionem ſi domus ruinoſa ceciderit, potero experiri de dāno quod mihi datū eſt poſt traditionem. ſi verò non tradidiſti, & modò domo vendita mihi damnum datum ſit, non proderit mihi ea ſtipulatio. ſed ſi tu verè fuiſti in negligentia, quia culpam mihi debes, teneberis ex empto. ſi verò in negligentia non fuiſti, quia abfuiſti cauſa reipub. & ideo ſtip. non paruiſti, id damnum reuoluitur ad me emptorem: ceſſat enim ex empto actio in hoc caſu. Sed pone quòd tu venditor ſtipulatus es, & damnum poſt traditionem datum: vis poſtea agere aduerſus vicinum de damno infect. dicit vicinus: frater, videamus de ſubtilitatibus iuris. ſtipulatio iſta non competit niſi ad intereſſe: ſed modò tua non intereſt, quia tradidiſti: & ſic deſiiſti eſſe dominus: ergo tibi non committitur, ſed mihi emptori: facta tamen ceſſione. Sed Ariſto. contra, qui dicebat quòd in illa ſtipu. non continebatur damnum poſt datum, quia iam venditor & emptor eſſent ſtipulati, & committeretur duobus ſtipulatio.

g ¶ *Stipulatus.* de damno infecto à domino domus ruinoſæ.

h ¶ *Rei.* ſcilicet omiſſæ ſtipu. *vt ſupra de actio. emp. l.* [illegible] & ſi ſtipulatus eſt venditor, hanc cedet: *vt ſupra. de contrahen. emp. l. quod ſæpe §. ſi res.*

i ¶ *Ob hoc emptor.* ſ. quia venditor non potuit ſtipulari. Accurſius.

k ¶ *Stipulatus fuerit* de damno infecto, vel ſimpliciter [*], vel expreſsè pro vtroque tempore.

l ¶ *Patitur.* emptor, quia nō habet cautionē niſi de dāno quod poſt traditionē illatum eſt: *vt ſ. proxi. ixx.*

m ¶ *In aliena re.* i. quæ erat venditoris. cùm damnum datum eſt.

n ¶ *Reuoluitur autem ad emptorem.* & ſic emptor ſentiet dānū datū antè traditionē nulla interueniente culpa venditoris, cùm ex ſua ſtipulatione agere nō poſſit, nec contra venditorem aget eius ceſſante culpa. Ir.

o ¶ *Non habet.* contra venditorem, qui in culpa non eſt.

p ¶ *Sed nihil.* non refert ſe ad proximum dictum ſoluendum, ſcilicet quando venditor non fuit in culpa, ſed ad primum: vt patet per illa verba. j. & quod alia actione. &c. & ſic in dubio dimittit. Quid ergo dices in hoc caſu quando [b] non fuit in culpa? Reſp. dicunt quidam vt Azo. aliquem non cogi promittere: ſed ſi ſpontè promittit aliquis. ſ. dominus domus ruinoſæ, pro vtroque tempore bene tenetur: *vt j. eod. cum emptor. in princ. & l. damni. ij. §. cùm parietem tu ſi.* ſed ſecundum H. dici poteſt etiam cogi promittere emptori eo caſu cùm venditor non eſt in culpa pro vtroque tempore quia fortè res eſt in precario apud emptorem, *per d. l. cum emptor.* & pro hoc quia mercenariis cauetur, & cuilibet cuius intereſt: *vt ſupra. e. l. qui bona. §. qui damni. & §. non inquiretur. & §. qui totum. & §. de illo.* Item pro hoc facit ſuperior litera, reuoluitur autem. & dicas quod ibi incipiat reſponſio dictæ quæſtionis. illud autem conſtat, quòd ſimpliciter [c] emptor ſtipulando de damno, poſt traditionem illam tantùm videtur ſtipulari: *vt in princ. huius §. & j. e. l. damni. ij. §. cum parietem.*

q ¶ *Stipulatio.* emptoris.

r ¶ *In id.* ſcilicet damnum.

ſ ¶ *Is ſtipulari.* aliàs is, ſcilicet venditor. M. aliàs idē ſtipu. ſcilicet damnum, id eſt damni æſtimationem debet venditor ſtipulari.

t ¶ *Alia actione.* ex empto. M. ſi vēditor negligēs fuit ī ſtipulādo.

u ¶ *Damni.* ab emptore interpoſita.

x ¶ *Non deducitur.* ſi ergo non habet aliud auxilium, deducitur, & ita non reſpon. huic quæſtioni propoſitæ ſecundum Azo. ſed dic vt modò notaui.

y ¶ *Venditor.* ſcilicet tantum.

z ¶ *Continebit.* ceſſione facta.

a ¶ *Quoniam ſi emptor.* ſi ergo non ſit ſtipulatus emptor, etiam ſecundum Ariſt. nō eſt iniquum, & trāſit ſtipulatio ad emptorē: *vt dixi. ſ. e. ſi quis miſſum. §. ſi.* Sed ſecundùm Paulum: qui fecit hanc legem, in nullo caſu eſt iniquum, vt ſubiicit: niſi fortè. &c. emptor tamen nō vetatur experiri ex ſtipulatione vēditoris. Azo. ¶ Item not. quod hæc iniquitas [d] toleratur. *j. de duo. reis. per totum titulum.*

b ¶ *Niſi id forte.* ſ. quod dictū eſt damnum poſt traditionem eueniens in venditoris ſtipu. venire: *vt ſ. proxi. §. ſed ſi venditor. &c.*

c ¶ *Venditoris.* ſ. poſt traditionem. R. cùm ergo venditor & emptor ſtipulatus eſt, tenebitur venditor emptori actione ex empto, in qua veniet vt cedat actionem ex ſtipulatu: *vt ſ. de cōtrah. empt. quod ſæpe. §. ſi res.* ſed non veniet in ea niſi dānū prioris temporis. Sed ſi tantum venditor eſſet ſtipulatus, vtriuſque temporis damnum veniret. ¶ Item not. hic ſecundum R. poſt domus venditionem ante traditionem, aut alter id eſt emptor vel vēditor aut vter-

a Promiſſor fructuum cuiuſdam arboris, ſi arbor inciſa ſit, non tenetur ad fructus renatæ arboris. ſimilis caſus in gloſſa ſequenti in fi.

* relatam Iuliani ſententiam.

b Promiſſa ad tempus præſens in dubio refertur, nō ad futurum.

c Contra hāc gloſſam. eſt Dy. in l. 3. § ſi & Bar. l. de in tal & Bar. in l. omnium. de procura. Car. in cle. 2. q. 3. de proc. Alexan. in l. more. ſ. de iuriſ. om. iudi. & dec. Rotæ deci. 437. [illegible] Sed poteſt ſaluare gl. vt intelligatur dicta in contrarium procedere, quando verba non repugnāt: vel quādo ſunt connexa futura præſentibus: vt per Dy. vbi ſup.

d Stipulatio ſocij ad ſociū tranſit.

e Emptor ſeu ius habens ad rem verū poſſit ſtipulari de damno ante traditionem facto.

f Arbor diruta, ſi poſtea pullulet, cuius ſiat an emptoris fundi, an vēditoris, qui eam ſibi reſeruauit? ſimilis caſus in gloſſa ſuperiore. ad l. Pa. [illegible]

g Iudaica expoſitio.

h Species pro uerbij.

Caſum ponit.

* vt gloſſam in verbo ſed nihil [illegible] eodem [illegible] in verbo [illegible]

b Damni infecti ſtipulatio ſimpliciter cōcepta verum poſſit porrigi ad tempus ante traditionē quando venditor nō fuit in culpa.

c Emptor ſimpliciter ſtipulando de dāno, videtur ſtipulari de dāno quod poſt traditionem accidit. vt hic & gloſſa in verbo venditoris [illegible] cōtrarium ſentit in verbo ſtipulatus fuerit ſup. eod.

d Iniquitas plerunque toleratur.

vterque, aut neuter à possessore domus ruinosæ stipulationem damni infecti extorquet. Vbi [a] venditor[b] tantùm stipulatus est, rem emptori tradet:actionem quoque natam ex stipulatione dãni infecti cedet: *vt supra de contrahen.emp.quod sæpe.§.j. & §.si res.* per quam actionem emptor damnum antè traditionem rei posteáque contingens consequitur: vt ibi, sed si venditor &c. 2 Vbi verò emptor[c] tantùm stipulatus est: de eo solo damno quod post traditionẽ cõtigerit, cautũ habebit: *vt in prin.* §. siue de eo tãtùm, siue simpliciter[d] sit stipulatus, secus si expressè pro vtroque: *vt modo plenè dixi ibi, sed nihil.&c.* 3 Si verò vterque[e] stipulationem interposuit: stipulatio vẽditoris ad præcedẽs tempus, emptoris ad sequens tempus post traditionẽ porrigitur vt ibi, quod esset iniquissimũ. &c. sed venditor cedet[f] emptori pro primo tẽpore, vt modò dixi *per l.§. de contrahen.empt.quod sæpe.§.si res.* 4 Si verò neuter[g] stipulatur, emptor in damno versatur, nisi venditor stipulari potuit, & non fecit.nã huius culpæ nomine conuenitur: *vt ibi, venditorem autem. &c. & §. de act. emp. l. venditor. & facit j.e.l. j. post venditionem.*

¶Itẽ not.ex hoc §.in subsidium hanc cautionẽ interponi: *vt & §.e.l.§.j.plene dixi.*

Quando finis habet necessariam cõsequentiam ad principium, inspicimus p incipium. Bart.

11 ¶ Sabini sententia vera est, existimãtis vt si dum ædificatur, intra diem stipulatione comprehensum supra parietem meum domus[a] deciderit, eúmque vitiauerit: licèt post diem stipulationis paries decidat, possim agere: quia damnum iam tunc acceperim[b], cùm paries vitiosus factus sit, nec quicquam obstare quò minùs etiam antequam decidat, agi possit[c]. & si ita concussus sit paries, vt nulla ratione refici possit, ideóque deponendus sit: non minoris litem æstimandam, quàm si decidisset.

Contumacia commissa in vna re, non extenditur ad aliam rem. Paul.

12 ¶ Si vicinas ædes habeamus, & inuicem desideremus damni infecti caueri: nihil obstabit quò minus & ego in tuarum ædium possessionem mittar, & tu in mearum[d].

Actio infactum quæ oritur ex prohibitione, datur etiam contra pupillum, si ipse prohibuit immissum, & erat doli capax. Item ex facto procuratoris habentis speciale mãdatum, datur contra dominum. Item datur non solùm si prohibuit missum ex primo decreto venire in possessionem, sed etiam si missum ex secundo. licèt illi succurratur etiam alio remedio: scilicet per Publicianam: vel per interdictum vnde vi. ista tamẽ remedia cùm sint omnia rei persecutoria, si actum fuit vno, & obtentum: non potest agi ex altero. Pau.de Castro.

13 ¶ Si pupillus prohibuit iri in possessionẽ damni infecti, placet in eũ non iniustè cõpetere hãc in factum[e] actionem.

14. ¶ Si mandatu meo alius prohibuerit, in me[f] hæc actio competit. 15. ¶ Non solum autem eum punit[g] prætor qui in possessione esse[h], sed etiam eũ qui possidere[i] passus non fuerit: cùm alioquin[k] si is qui iussu prætoris cœperat possidere[l], & possidendo dominium capere[m], aut non admissus, aut eiectus inde fuerit: vtile[n] interdictum vnde vi, vel Publicianam[n] actionem habere † possit. Sed si in factũ actione[p] egerit, his actionibus experiri nõ potest: cùm prætor id agat, ne damnum faciat actor: non vt in lucro versetur[q].

Ex stipulatione prætoria interposita per procuratorem procuratorio nomine, acquiritur domino vtilis actio, sine cessione. P.de Cast.

16 ¶ Si procurator meus dãni infecti stipulatus sit: causa cognita mihi ex ea stipulatione actio competit[r].

Ex processu agitato contra vnũ, non fit præiudicium alteri absenti, & non citato. Paul.de Cast.

XIX. GAIVS *lib. ad Edictum Prætoris Vrbani, titulo de damno infecto.*

¶ *Sabini.*] CASVS. Cùm ædificares domũ, cauisti mihi de damno si quod cõtingeret intra annum. tandẽ intra annum cecidit domus supra parietem domus meæ: ita quòd totus est friquassatus, & vitiosus factus. Dicitur quòd si paries iste meus cadat ante annum, siue post annum, teneris ad omne meum damnum: imò quod plus est, & antequam paries meus cadat, possum agere ex stipulatione ista ad damnum meum. Damnum autem aliquando æstimabitur perinde ac si paries iste cecidisset. quod est si iste paries ita sit conquassatus, vt nulla ratione refici possit: certè tunc non minoris est lis æstimanda, quàm si cecidisset. Franc. Accur.

a ¶ *Domus.* ruinosa: de qua cautum fuerat tunc.

b ¶ *Acceperim. vt argu. §. ad l. Aquil. huic scripturæ. §.j. & l. ait lex. & l. ita vulneratus. in prin. & j. de verb. oblig. cum stipulatus. & l. hoc iure.* Sed arg. contra in eo. titu. l in illa.

c ¶ *Possit.* vt supra titu. proxi.

¶ *Si vicinas.*] CASVS. Ego habeo domum ruinosam iuxta tuas ædes, & tu domum ruinosam habes iuxta meas. dicitur quòd ego tibi, & [h] tu mihi cauere debes. alioquin & ego in tuam, & tu in meam intrabis possessionem. Franc. Accursius.

d ¶ *Tu in mearu.* nã hæc est pœna[i] non cauentis: *vt j. ne vis fiat ei. l. si in prin.* Sed contra. huic §. §. *eo. qui bona. §. si quæ quia.* solut. vt ibi.

¶ Item op. si exactus à te vt caueam, incontinenti exigo à te: si eu non mihi, nec ego tibi: *vt arg. C. de pac. cum proponas. & C. de sent. & interlo. om. iud. auth. & consequenter?* Resp. satis diceris mihi satisfacere[k] vel satisdare, patiendo me venire in possessionem: *vt §. de procur. sed & hæ. §. si. & l. seq. & facit §. e. a l. §. ei cuius.*

¶ *Si pupillus.*] CASVS. Cùm pupillus doli capax non caueret de damno infecto, iudex iussit me intrare possessio. cùm intrare vellem, pupillus prohibuit. certè tenetur mihi actio in factum, ad interesse meum. [MANDATV.] Cùm nõ cauerem tibi de dãno infecto, iudex iussit te intrare possess. & cũ intrare velles, mandato meo quidam te prohibuit, dicitur quòd ego teneor act. in factum ad interesse tuum. [NON SOLVM.] Cùm haberẽ domum ruinosam, nolui cauere tibi de damno infecto: & sic iudex iussit te intrare possessio. cùm intrare velles, prohibui. teneor act. in factum. Secundò dicit cùm velles intrare in poss. ex secundo decreto, prohibui. teneor. Tertiò dicit, cùm tu missus esses ex secundo decreto, & vna die exires de possess. cum velles redire, non admisi te, vel te deieci de possess. teneor tibi non solùm act. in factũ prædicta. sed etiã vtili interdicto vnde vi, quando te deieci: & Publiciana: & si egeris contra me act. in factũ aliis actio. agere non poteris. nam postquam consecutus es interesse per act. in factum, sufficit: & contentus esse debes, prætor enim vult vt damnum tibi emendetur: non vt lucrum habeas inde. [SI PROCVRATOR.] Cũ tu haberes domum ruinosam iuxta meã: procurator meus fuit à te stipulatus de dam. infe. dicitur quòd ex stipul. procur. acquiritur mihi actio. Fran. Accursius.

e ¶ *In factum.* de qua habes supra. *eod. si finita. §. pen. & §. fin. & l. sequen. v. quæ ad §. fin.* & intellige de pupillo[a] doli capace, non alio: *vt j. de regul. iur. l. pupillum. & j. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto. & §. de reb. vind. l. quod infans.*

f ¶ *In me.* & in illum similiter: *vt supra quod qui que iur. l. iij. §. j. & infra de vi & vi armata. l. j. §. deiecisse. & §. quotiens. & Codice de acc. l. non ideo. & supra eodem l. si quis missum. ij.* Respon. vbi de hoc plenè dixi.

g ¶ *Eum punit.* actione in factum.

h ¶ *In possessione esse.* ex primo scilicet decreto. aliàs est in textu, & tunc supponit pro domino rei, qui non admittit iussum mitti ex primo decreto. aliàs esse: & est melior: & tunc supponit pro iusso mitti. & accipe, passus non fuerit: & semper dic ex primo decreto. Accursius.

i ¶ *Possidere.* ex secundo decreto.

k ¶ *Cum alioquin.* bene dico æquum esse dari in factum: quia & aliæ quandoque dantur: & hoc subiicit.

l ¶ *Possidere.* ex secundo decreto: & sic nõ[b] admissus cùm recessisset & rediret, vel expulsus, habet vnde vi, vt subiicit: *vt infra de vi & vi armat. l. j. §. deiicitur. & §. interdictum.* sed[c] missus[d] ex primo decreto non possidet, & sic[e] non habet vnde vi: *vt infra de adquirenda possessione l. iij. §. fina. & facit supra eodem. l. prætor ait in principio.*

m ¶ *Capere.* aliàs acquirere.

n ¶ *Vtile.* id est efficax. cùm enim ciuiliter[f] & naturaliter missus ex secundo decreto possideat, debet habere dictum[g]. *vt infrà de vi & vi armat. l. j. §. deiicitur.*

n ¶ *Publicianam.* cùm[h] non erat dominus prior possessor: *vt suprà de Publiciana. Item si seruum.* & est hic loco titulus iussus[i] iudicis, siue secundum decretum. *vt suprà de Publicia. l. sed & si res. j. respon. & j. de acquir. poss. l. iustè.*

p ¶ *Actione.* scilicet primò dicta. *& facit in hoc j. de re iudica. l. si quis dolo. §. j.* Accursius.

q ¶ *Versetur.* quod esset, si aliis actionibus ageret.

r ¶ *Actio competit.* Contra *j. de ver. obli. stipulatio ista. §. alter.* vbi dicitur non posse aliũ alij stipulari. Rñ. hic nõ alteri, sed sibi stipulatus est, ex quo vtilis datur domino act. secũdũ M. Sed tunc obstat quòd per liberam personã nõ potest obligatio quæri: *vt Cod. per quas*

a Si venditor, si emptor, si vterque, si neuter de damno fuerit stipulatus, et quomodo emptori consulatur ob damnũ infectum.
b Damni infecti cautio exacta per venditorem ceditur emptori à venditore: quæ cautio ne in eũ transferatur stipulatio quod ante traditionem & postea contingit.
c Damni infecti cautio exacta per emptorem, cõtinet cautionẽ damni quod post traditionem tantùm contingit: nisi emptor pro ...
f Vẽditor emptori cedere tenetur cautionem dãni quod contigit ante traditionem.
g Si neque venditor, neque emptor stipulatus fuerit dãni infecti quẽadmodũ emptori consulatur.

h Damni infecti mutua cautio præstãda ab his qui parietes ruinosas ædes habent.
i Damni infecti non cauentis pœna.
k Satisfacere vel satisdare damni infecti satisfacere intelligitur qui patitur aduersarium venire in suã possessionem.

† vtile interdictum secundo decreto, habet in loco Tituli ... de quo vide ...
a Pupilli doli capacis condictio deterior quàm non capacis doli.

b Possidere ... iussus ex secundo decreto nõ admissus aut expulsus interdicto vnde vi experiri potest.
c Missi in possessionem ex secundo & primo decreto differentia.
d Missus ex primo decreto non possidet.
e Interdictum vnde vi nõ datur nõ possidenti.
f Missus ex secundo decreto naturaliter & ciuiliter possidet.
g Interdictum vnde vi datur naturaliter & ciuiliter possidenti.
h Missus in possessionem ex secundo decreto Publiciana quãdo detur.
i Titulus loco missis in possessionem ex secundo decreto est iussus iudicis eiusue decretum.

personas no. acqui. l. j. &]. *de verb. obli. si ita stipulatus. §. Chrysogon.* Sed respon. illud regulare: hoc speciale [a] in prætoriis stipul. *vt hic, &*]. *in prætor. stipul. l. in omnibus: & plenè dixit Instit. de inuti. stipu. §. ei. & Cod. ad exhibendum. si res.* 2 Vel dic secundùm R. datur mihi actio ex stipulatione procuratoris, si procurator in iudicio vel etiam extra, me tamen præsente, stipuletur: *vt supra si quis caut. l. penult. de procur. in causæ. §. fina. & infra de verb. obligat. si procuratori præsentu.*

a Stipulationibus prætoriis potest alter alteri obligationē quærere: aliàs alter alteri stipulari nemo generaliter potest.

3 Vel in subsidium [b], quia ipsum procuratorem ad cedendum conuenire non possum: vtpote absentem: *vt supra de instit. l. j. in fin. & l. ij.* & in hoc vertitur causæ cognitio, si habes hic in litera causa cognita, vt quidam habent.

b Si procurator est absens ata vt nō possit cedere actiones: statim in subsidium transeunt in me vtiles.

* Pl. aliquid.

† Angelius his verbus addit emphyteutā atque feudatarium, vt in eos quoque fundum vectigalē ac fundatarium habentes secundum interponatur decretum. *vt sup. eo. l. si finita § si de vectigali. multa gloss. mag. ad si. To- [illegible] Lud. Vita qui [illegible]*

EOrum [a] qui bona [b] fide absunt, in stipulatione dāni infecti ius non corrumpitur [c], si reuersis cauendi ex bono & æquo potestas datur [d]: siue domini sint [e], siue aliquod * in ea re ius habeant: qualis est creditor [f], & fructuarius, & superficiarius †.

Hoc edictum locum habet in ædibus & in operibus vitiosis, in quouis loco situata sint. hoc dicit.

1 ¶ Siue ædium [g] vitio, siue operis [h] quod [i] vel in ædibus [k], vel in loco vrbano, aut rustico, priuato publicóve [l] fiat, damni aliquid futurum sit: curat prætor vt timenti damnum, caueatur [m].

Summata est supra eod. l. damni. §. ei cuius.

XX. IDEM *libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.*

INter fructuarium & dominū proprietatis ita damni infecti cautio locum habet [n], si fructuarius quidē de soli vitio caueri sibi [o] desideraret, dominus verò proprietatis de operis vitio [p], si quid fructuarius ædificet [q]. Nam de ruina ędifiī neuter ab altero cautionem desiderare [r] potest. fructuarius ideo [s] quia refectio ædiū ad eius ipsius onus non pertinet [t]: proprietarius ideò [u], quia vsitata [x] stipulatio qua de re restituenda fructuarius cauet, ad hunc quoque casum [y] porrigitur.

Si filius familias est inquilinus, sibi & patri cauebitur pro periculo rerum peculiarium: pro periculo ædium soli filio: si actum est vt ad eum solum periculum spectet. B.

XXI. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

SI filius familiâs inquilinus [z] sit videamus an dāni infecti nomine in possessionē ædium vicinarum mittendus sit. quæritur enim [a] an filius familiâs nō videatur damnū pati, si res peculiares [b] sint, & pater possit stipulari si quid ei dāni fiat. Et placet vtrūque [c] eorū in possessionē mitti: nisi sic filius cōduxerat, vt eius periculo ædes essent. tunc enim quia solus tenetur ex locato: rectè dicetur ipsum mittendum in possessionem, nisi ei caueatur.

EOrum.] CASVS. Dicitur quòd si dominus domus ruinosæ sit absens ex necessaria causa: & ideò quia non cauit, est missus aduersarius in possess. certè ei reuerso reddetur possessio si caueat de damno infecto, & hoc petita prius in integrū restitutione. Idem intellige in fructuario & in creditore, & in simili qui habeat in domo ista ruinosa ius. [SIVE ÆDIVM.] Siue timeatur de vitio domus, siue operis positi in loco vrbano vel rustico priuato vel publico maximè: cauendum est de damno infecto. Franc.

a ¶ *Eorum.* dominorum domus ruinosæ.

b ¶ *Qui bona.* Imò & aliud [c] exigitur, scilicet quòd sit absens: ex necessaria causa vel probabili: *vt not. supra de [illegible] integr. restit. l. final.* Azo.

c Absentia excusat ab omissa damni infecti stipulatione, non quæuis tamen, sed quæ bona fide facta est: imò neque id sufficit, cùm absentiam ex necessaria vel probabili causa esse oporteat.

c ¶ *Non corrumpitur.* cum effectu.

d ¶ *Datur.* petita restitutione: *vt supra eod. l. si finita. §. si fortè. & §. postea. & ad idem. supra si ex noxa. cau. l. ij. §. fina. & de noxa. l. electio. §. fina.*

e ¶ *Siue domini sint.* s. illius rei in qua facta erat missio.

f ¶ *Creditor. facit supra eo. l. quid de creditore. & l. hoc amplius. §. pen. & §. fin.*

g ¶ *Siue ædium.* priuatarum: de quibus repromittitur de vitio operis & loci: *vt]. l. flaminum. §. fin.* & faciebat hic ventrem scilicet ista domus. H.

h ¶ *Operis.* in publico vel priuato facti: vt quia machina est imposita superficiei ad proiiciendum.

i ¶ *Quod.* scilicet opus.

k ¶ *Aedibus.* ædibus dico vel loco vrbano vel rustico positis: *vt]. de ver. sig. tit. l. vrbana.* 2 Vel sub. in loco vrbano. s. alio, vt in turri, & simili ædificio. Accursius.

l ¶ *Publico.* hoc est contra. *ꝫ. si finita. §. si publicus.* Sed expone vt ibi. Item in eo quòd hic miscet in publico & priuato facta opera, tamen cum distinctione intellige: vt altero pro solo & ædificio, & altero opere siue ædificio tantùm: *vt ꝫ. eo. si finita. §. j. & infra. l. flaminum. §. pen.*

m ¶ *Caueatur.* aliter & aliter: *vt ꝫ. eo. prætor. in princ. & §. de eo opere.*

INter fructuarium.] CASVS. Titius habet proprietatem, Seius vsumfructum in quadam domo. hæc domus in qua habet vsumfructum Seius, minatur ruinam domibus aliis Seij: vnde Seius petit à Titio sibi caueri. quæritur an audiatur? & dicitur quòd si solum minatur ruinam: tunc Titius bene debet cauere. Quid erit econtra si Titius habeat alias domos ibi vicinas, & petat à Seio sibi caueri? dicitur quòd si Seius faciebat aliquod opus in hac domo in qua habebat vsumfr. & ratione huius operis timebat Titius ruinam: tunc Seius cauere debebit. Quid autē erit si ipsa domus minatur ruinā, & fructuarius petat sibi caueri? Non auditur, cùm ad eum spectet refectio. Idem si Titius postulauit sibi caueri à Seio nomine huius domus. nam non auditur, cùm ipse habeat aliud auxilium, scilicet stipul. de vtendo fruendo, quam præstitit Seius: in qua veniet & istud damnum, cùm ad eum Seium pertineat refectio. & sic si non facit, & propter hoc domus cecidit, tenetur ex prædicta promissione. Fran. Accursius.

n ¶ *Locum habet.* si vicinas habent ædes, *vt ꝫ. l. damni. §. j.*

o ¶ *Caueri sibi* non ita in superficiario: *vt ꝫ. e. l. damni. §. ei qui.*

p ¶ *Vitio.* s. potest petere sibi caueri à fructuario.

q ¶ *Aedificet.* non quod nō [a] pro ędificio cauet, sed pro opere quod de nouo facit. & hic est casus quem excepi ꝫ. eo. l. damni. §. j.

a Cauere pro ædificio & pro opere nouo differunt.

r ¶ *Desiderare potest.* Videtur contradicere principio. Sed non est verum, quia ędium [b] appellatio & opus & solum & parietem continet: *vt]. de vsucap. l. cum qui.* pro quo totali vni ab altero non cauetur: cum pro eo quod suum est iam sibi caueretur: *vt hic:* sed vbi solum tantum vel opus tantùm quod à fructuario fit, facit vitium, cauetur: *vt ꝫ.* ¶ Idem not. quod in subsidium interponitur hæc cautio: *vt not. ꝫ. l. damni. §. 4.* ¶ Itē dictus §. est contra. ad princ. huius l. cum ibi dicat neutrū alteri cauere: sed hæc l. dicit quod sic: sed intellige illam secundùm istam. Acc.

b Aedium appellatione, opus, solum, parietes cōtinentur. Potes per hanc gl. colligere differentiam inter ædes & domum: quia non omne ædificium dicitur domus: sed ædes dicitur omne ædificium ita not. Barto. in l. 1. §. deinde sup. de damni vbi vide quid ædium veniat appellatione, & quid domus. Idē tenet Plo. in l. quidam Hiberus sup. de rer. vr. prætor. vbi dicit etiā venire Porticum. & Paulus de Cast. col. 4. Aduerte tamen quòd iurisconsultus in l. si domus. in prin. de leg. 1 promiscue his verbis vtitur.

s ¶ *Ideo.* s. non potest postulare sibi caueri à proprietario pro domo vsufructuaria quæ minatur ruinam.

t ¶ *Pertinet.* Videtur hic quòd magna [c] impendia ad fructuarium spectent: & sic est contra. ꝫ. *de vsufr. l. vsufr. leg. §. fi. & l. hactenus. & l. cum fructuarius.* Sed dic quòd ad modica hic restringatur. Vel aliter vt dixi supra. *eo. damni. §. j.*

c Fructuarius quæ impensas debeat, magnas an verò modicas.

u ¶ *Ideo.* scilicet non potest postulare sibi caueri à fructuario.

x ¶ *Vsitata.* sc. [d] vsurum & fruiturum arbitrio boni viri. & finito vsufr. restiturum: *vt ꝫ. vsufru. quemadmo. ca. l. j.*

d Cautio quæ à fructuario interponi soleat.

y ¶ *Casum.* scilicet vt reficiat.

SI filiusfamilias. CASVS. Filiusfamiliâs conduxit domum, & in ea moratur. cum esset ibi quędam domus quæ minabatur ruinam huic domui quā filius iste cōduxerat, petiit filius sibi caueri: & cū sibi nō caueretur, petebat se mitti in poss. quæritur an sit mittēdus? & videtur quod nō, sed pater eius: quasi filius nō videatur damnū posse pati in rebus particularibus quas secū habebat in domo conducta: sed tantùm pater. sed tamen dicit quod pater & filius ambo mittendi sunt in posses. cùm vtriusque videatur interesse. Hoc tamen fallit in casu. nam si filius conduxerat domum hoc pacto, vt suo periculo esset domus, tunc quia ipse tantùm esset obligatus act. ex locato, ipse erit mittendus in posses. non pater. Franc.

z ¶ *Inquilinus.* quia [e] alienam domum conduxit: super qua & rebus in ea positis vicina domus ruinam minatur.

e Inquilinus cautionem ædium nomine petere potest. vt tamen l. inquilino. 33. inf. eod.

a ¶ *Quæritur enim.* à iudice: quia iudex hoc inquirit an filius &c. nō ex verbis edicti: *vt ꝫ. eod. l. qui bona. §. qui damni.* Accursius.

b ¶ *Peculiares.* Hic distinguendum est ad quod peculium res istæ respiciant. Nam [f] ad castrense [g] vel quasi, solus filius stipulatur: cùm in eis vt paterfa. censeatur: *vt ꝫ. ad Macedo. l. ij. &]. de fur. si quis vxori. §. sed si Titius. versi. an autem.* In aduentitio [h] vterque potest. pater, quia eius. s. patris interest ratione vsufr. filij, ratione proprietatis. Item in profectitio vterque: quia & filij interest, non solum patris: *vt supra de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fin.* & sic hoc intellige in aduentitio vel profectitio.

f Stipulari an & quomodo possit filius in castrensibus, aduentitiis & profectitiis.

g Castrensis peculij ratione filiusfamilias stipulari potest & cur.

h Filiusfamilias an & quomodo in aduentitiis & profectitiis stipulari possit.

c ¶ *Vtrunque.* filium & patrem: quia vtriusq; interest, vt dixi: & sic prosequere vsq; ad finē. Vnde quod subiicit, vt eius periculo &c. expone. s. filij tātū, vel patris tantū. pacisci. n. potest filius ne [i] à patre suo petatur: & sic fortè pactus est. ne pater teneatur ex conducto, licet fuerit negligens in non petēdo caueri. Item & pacisci potest filius ne à se petatur tantum. *vt ꝫ. de pac. l. si tibi decem. §. fin. & l. acquirens. & l. & heredi. in princ.* Et quòd subiicit, quia solus &c. scil. filius vel solus pater, ille solus in possessionem mittetur si ei nō caueatur.

i Filius pacisci potest ne à patre petatur aut ne à se petatur.

neatur, siue filius siue pater qui teneatur ex conducto: *vt infra* & j. *qui ex testamento poss. ea. l. si filio* [illegible]. Alij, vt R. aliter exponunt hoc, scilicet in vtroq; scilicet patrem siue filiũ & locatorem. nã duos primos pro vno ponunt. & quod subiicit, eius periculo. scilicet filij vel patris non locatoris: quia tũc quãdo nõ esset periculũ locatoris, solus filius siue pater, nõ autem locator mittitur in possessionem si non cauetur. & secundum hãc solutionem nõ excludit patrem, sed locatorẽ. Cum primo intellectu quod teneatur ex conducto si fuit negligens in stipulando, facit *infra de eui. l. emptor*. Item ad vtrunque facit *infra vt in poss. leg. l. j. §. fin. & l. ij. & l. iij.*

Si proprietarius cauit vel soluit aliquid, nisi fructuarius conferat sibi pro rata vsusfructus eius, potest illũ prohibere frui: & econuerso si fructuarius cauit & soluit: nisi sibi conferatur à proprietario pro rata proprietatis, potest mitti in possessionem proprietatis ex primo & secundo decreto. Paulus.

XXII, IDEM libro decimo ad Plautium.

SI proprietarius de damnõ infecto repromisisset [a], vel fortè aliquid præstitisset [b], aut contrà fructuarius aliquid præstiterit: iniquum est alterũ sine damno vti ædibus [c], aut ædes habere [d]; & si obtulerit [e] aliquid proprietarius, nõ est fructuario permittendum vti, nisi contulerit. Idémque fructuario præstãdum est, vt proprietarius cogatur ei cõferre [f]. Ergo & solum retinebit [g] fructuarius, si ædes ceciderint, donec præstetur ei dãnum: vt quod haberet vicinus missus in possessionem [h], id fructuarius habeat, qui damnum vicino sarciit. Eadem erũt [i] & si minimum damnum detur.

Stipulatio vel cautio de damno infecto, quoad repromissionem vel satisdationem debet esse certa, & non conditionalis: h. d.

1 ¶ Plautius [k]: Si ab eo quem dominum esse negarem, vellem sub hac exceptione, *si dominus non esset*, satisdari: ab eo verò quẽ dominum esse dicerem, purè repromitti [l]: constitit non debere me impetrare, sed debere me eligere [m] à quo velim mihi caueri.

XXIII. VLPIANVS libro sexagesimotertio ad Edictum.

IN stipulatione damni infecti quæ ædium nomine interponitur, nisi insolidum [n] fuerit cautum, mittetur in possessionem [o].

De eo opere quod fit in publico ad

SI proprietarius.] CASVS. Titius habet proprietatẽ in domo quæ minatur ruinam, & Seius habet vsumfructũ. hic Titius cauit de damno infecto vicinis petentibus: & cũ domus dedisset postea damnum vicinis, hic Titius conuentus ex promissione sua, emẽdauit: dicitur quod Seius qui habet vsumfructũ debet conferre Titio: & nisi conferat, nõ vtetur vsufructu suo. Itẽ econtra pone quòd hic Seius cauit vicinis de damno infecto: & aliquid præstitit ex hac caut. dicitur quòd iste Seius debet habere vsumfr. & proprietatem donec Titius conferat ei partem damni. Et hæc sunt vera siue magnum damnum datum fuit vicinis, siue paruum. [PLAVTIVS.] Cùm domus quædam minaretur ruinam, & peterem caueri: venit quidam qui dicebat se dominum huius domus, & volebat absq; fideiussore cauere. ego negabam eum dominum, & dicebã Titium dominum. vnde volebam quòd iste satisdaret sub hoc pacto, si appareat eum non esse dominum. Item volebam quòd Titius quem dicebã dominum, purè caueret absque fideiussore. quæritur an audiat: & dicitur quòd non: sed debeo eligere vnum ex his, vt caueat mihi. Franciscus.

a ¶ *Repromisisset*. propter domum in qua habet proprietatem, quæ minatur ruinam ædibus vicinis.

b ¶ *Præstitisset*. dãno dato cõuentus ex stipulatione dãni infecti.

c ¶ *Aedibus*. scilicet fructuarij.

d ¶ *Habere*. scilicet proprietarium.

e ¶ *Obtulerit*. id est soluerit conuentus ex cautione.

f ¶ *Conferre*. conferunt ergo ambo pro æstimatione proprietatis & vsusfru. *vt arg. de noxa. l. si ex duobus. §. fi.* Accur.

g ¶ *Retinebit*. loco pignoris. Sed certè imò videtur ius [a] dominij ad eum transire: *vt infra eod. l. quamuis in fin. quæ est contra*. Solu. ibi in secundo decreto: hic in primo dicit. ¶ Itẽ nunquid habere potest proprietarius [b] pro derelicto? Respon. sic *vt infra eo. prætor. §. fin. & hoc amplius*. licèt quidam contra: *vt argu. ff. pro soc. l. cum duobus* [c] *§. idem respondit*. ADDITIO. Dic secundùm Bart. quòd ibi loquitur in obligatione personali ex contractu: hic in obligatione ex quasi noxali: *vt l. prætor. §. hoc edictum, infra eo.*

h ¶ *Missus in possessionem*. haberet autem poss. ex primo decreto, & post modum ex secundo decreto: & hoc nemine cauẽte. hic verò habeat fruct. scilicet nudã siue plenã proprietatẽ ex primo, & postmodum ex secũdo decre. si ipse solus cauit, & proprietarius ei non confert: *vt hic, & infra eo. quamuis in fi.* Accursius.

i ¶ *Eadem erunt*. quasi diceret, per prędicta sunt vera quãdo magnũ fuit damnum: sed idem si paruũ sit pro quo sit conferendum. *sic Instit. de rerum diui. §. gallinarum*. Sed arg. contra [d]: *ff. de dolo. l. si oleum. §. fi. & l. seq. & de in integ. restitut. l. socio*. Item facit versus.

Nam de mille fabæ modiis cum surripis vnum

Est leuius damnum tibi non minus facimus esto.

k ¶ *Plautius*. scilicet respondet ea quæ sequuntur.

l ¶ *Repromitti*. repete vellem, & simul vtrumq; fieri, sed ab vno purè repromitti: ab alio purè satisdari petere possum: *vt infra eo. quamuis*. Item ad id quod dicit non posse peti sub exceptione satisdari, est contra. *j. eo. l. qui vias. §. j. & infra eod. prætor. circa princi.* Sed ibi ab vno: hic à diuersis.

m ¶ *Eligere*. facit C. de eodi. l. fi. & infra de tributoria. quòd in eadem. §. eligere. & infra vt leg. nomine cad. [illegible]

IN stipulatione.] CASVS. Domus tua tota minabatur ruinam, petij vt caueres. dicitur quòd tu debes cauere insolidũ: nã si pro parte vis cauere tantũ, non audiris, & mittar in po. totius, perinde ac si nullo modo caueres. Franciscus.

n ¶ *Nisi insolidum*. quia diuisionem [a] hæc res non recipit. R. *vt argum. j. iud. sol. l. ex dam. sol.*

o ¶ *In possessionem*. totarum ædium, cùm vnus est dominus & tota minatur ruinam: *vt hic, & infra eo. si finita. §. ex hoc edicto*. si autem plures sint domini, fit [b] missio in partem non cauentis: *vt sup. commu. diui. si quæ putant. §. si damni. & de negot. gest. si communes. & sup. eod. prætoris. §. j. & j. eod. l. plures in fin. & sup. vt in poss. leg. l. ge. in cau. §. si ex duobus. quæ sunt contra.*

FLuminum.] CASVS. Vsus fluminum publicorum est communis sicut vsus viæ publicæ: & littorum fluminis communis est vsus. Secundò quæritur, an in his publicis possit quis ædificare: & certè auctoritate principis potest. Item opus in publico factũ priuatus auctoritate principis destruere potest. & quòd dixi, quòd potest ædificari in publico, est verum si sine incommodo cuiusq; id fiat. Subsequenter dicit quòd hic ædificans debet cauere de vitio operis, si opus minetur ruinam: nõ autem de vitio soli. & reddit rationem. sic apparet quòd quando priuatus ædificat, est satisdandum. & hoc faciet iudex fieri. Quid autem si ipse iudex iussit opus publicum fieri: & timent de vitio eius vicini: quid facient? & certè adeant principem vel præsidem prouinciæ, si in prouincia fiat opus: qui prohibebũt id opus fieri. vel si iam erat factum tolli iubebunt. Vltimò reuertitur ad princip. l. dicens: quod dictum est fore cauendum ab ædificante in publico de vitio operis: & damnum quod inde contingeret, esse præstandum: est verum siue cõtingat damnum cùm ædificatur, siue post. [ADIICITVR.] Cùm quis promittit de damno infecto, debet promittere per se & per heredes suos seu successores emendatum iri damnum. qui autem contineantur sub hoc vocabulo successores: subsequenter dicit. [SED VT NE OPERIS.] Si timeo damnum ex vitio operis tui vel loci, debes mihi promittere de damno infecto: non autem satisdare. Secundò dicit quòd hoc est intelligendum de vitio operis contingente ex vetustate. Idem de vitio loci. Quid enim si habeo solum arenosum vel palustre quod minatur ruinam: nunquid debeo cauere? certè non: quia naturale vitium est. [HAEC STIPVLATIO.] Nomine domus tuæ promisisti mihi de damno infecto: nunquid teneris quocunque modo mihi damnum datum fuerit occasione domus tuæ? certè si damnum mihi datur ex vitio operis, teneris. sed si datur casu, vt si terræmotu vel vi fluminis cecidit domus tua, vel pars eius supra meam: non teneris. Sed pone quòd tegulæ siue cupi domus tuæ ceciderunt supra meam, & sic damnum habeo, nunquid teneris ac si casu, vt per violentiam: & certè si vitio ædificij id contingit, teneris: si vi ventorum ceciderunt, non teneris, & hoc dixit Seruius. & Labeo etiam istud dictũ confirmat: & rationem subdit, quod enim. &c. Item pone quòd ex multitudine aquæ superuenientis domus tua cecidit supra meam: & sic mea oppressa incontinenti cecidit. nunquid teneris ex stipulat. damni infecti? vt fuit de facto. nam quædam aqua quæ appellatur Auesa, ita vna die creuit quòd multæ domus ceciderũt. & certè non: quia non vitio soli nec operis datum est mihi damnum. Sed pone quòd aqua vitiauit fundamentum domus tuæ: tandem aliquo tempore elapso, intra quod bene poteras iuuare domum tuam ne caderet. cecidit domus tua supra meã. nunquid teneris, & respõdet quod sic. nam ex vitio domus tuæ passus sum damnum multum. nec refert an incontinenti cecidit: an postquam vitiata sunt fundamenta. & adducit simile de Aquilia. [QVAMQVAM.] Promisisti de dãno infecto. si vitio operis datur damnũ,

a Decreto secundo ius dominij trãsfertur in eũ qui missus est in possessionem.

b Proprietarius an & quo modo habere posit pro derelicto v. hic Bartolum.

c Aliàs, l. si fratres.

d Minimarũ rerũ cura non negligenda, re communi.

a Indiuidua est damni infecti cautio.

b Cautio damni infecti potest præstari pro parte domus. de quo in l. si communes. & similiter in l. nec. sup. de neg. gest. quod limita bis si domus est plurium, secus si vnius, secundum Bar. ibi sup. per ipsũ facit.

¶. Nouum

tenetis, & hoc est verum quando tu vel alius nomine tuo fecerit opus, sed si opus factum est te nolente, & te prohibere non valente: tunc si vitio operis talis datur mihi damnum, non teneris [PRAETEREA.] Si habebas furnum, & nomine eius promisisti de damno infecto, & culpa furnarij dedit mihi damnum: non teneris. Secundò dicit, vbicunque est promissum, de damno infecto, & damnum sit datum casu fortuito cui nulla ope potest occurri: promissor nō tenetur & de hoc habuimus plura exēpla. ʒ. ea. l. §. hęc stipulatio. [ITEM APVD VIVIANVM.] Nomine agri & arborum in eo existentium promisisti mihi de dāno infecto. tandem postea vi tempestatis vel venti arbores agri tui ceciderunt in meum agrum, & damnum mihi dederunt in vitibus meis vel segetibus, nunquid teneris: quæritur. & dicitur quod non, & reddit rationem. Sed pone quòd arbores fundi tui ex vetustate ceciderunt in meum agrum, & damnum mihi tulerunt, tunc teneris. [IDEM AIT.] Nomine mearum ædium tibi promisi de damno infe. postea ædes meæ vi tempestatis ceciderunt in domos tuas, & sic domus tuæ oppressæ ceciderunt. quæritur an tenear tibi emendare damnum? dicitur quòd non: quia nullum damnum &c. nisi in casu: vt si ædes meæ erant adeò debiles quòd per minimam tempestatem ceciderunt. nam tūc teneor. postea loquitur Labeo, & reuertitur ad primum casum huius §. nam quod dictum est ibi quòd ego dominus non teneor si vi tempestatis ceciderunt domus meæ in tuas, verum est si incontinenti ceciderunt. Quid enim si vitiosæ factæ sunt propter tempestatem & postea ex interuallo ceciderunt in tuas: certè tunc teneor quasi ex vitio operis nūc sit datum damnum. [ITEM VIDEAMVS.] Nunc vult dicere quando committatur stipulatio damni infecti. & certè tunc committitur, quando datur damnum vitio ædium, loci vel operis. Quid autē erit si puteum foderem in domo mea, & caui tibi de damno infecto: nunc autem cum fodi, venæ putei tui præcisæ sunt: quæritur an tenear: & certè non teneor. Sed pone quod in tātum fodi vt paries tuus stare non possit: quia totus destructus est. certè non teneor. Franciscus.

priuatam vtilitatem, debet satisdari de vitio operis: sed de eo quod ad publicam vtilitatem, nō satisdatur: sed competens iudex pro indemnitate aditur. Bart.

XXIIII. IDEM *libro octogesimo primo ad Edictum.*

FLuminum publicorum communis est vsus [a], sicuti viarum publicarum, & littorum [b]. In his [c] igitur publicè licet cuilibet ædificare, & destruere [d]: dum tamen hoc sine incommodo cuiusquam fiat. propter quod [e] operis dumtaxat nomine cum satisdatione cauetur de vitio loci nihil cauetur: hoc est operis [f] quod quis facit. Cæterùm si ex loci vitio damnum timeatur: minimè dicendum est damni infecti stipulationem interponi oportere. Quis enim dubitat neminem esse à quo stipuletur [g], cum nemine [h] nihil faciente † locus ipse publicus damnum inferat sui natura? Ad ea igitur [i] opera stipulatio pertinet [k], quæcūque priuatim fiant. Quid ergo si publicè opus fiat? de vitio eius [l] quid faciemus? Et planè vel princeps adeundus est: vel si in prouincia fiat, præses prouinciæ [m]. Sed quod dictum est, operis vitio [n] sic accipiendum est etiam si proponas [o] non tantùm tempore quo opus fit, sed etiam si postea cōtingat [p]. Quid enim si ideò quia malè ædificatum erat, corruit? [q]

In hac stipulatione dicitur fieri mentio de hæredibus vniuersalibus successoribus, & etiam singularibus ex vtraque parte: & debet caueri de vitio operis, & de vitio loci. Paulus.

1 ¶ Adiicitur in hac stipulatione [r] & heredum nomen, vel successorum, eorúmque ad quos ea res pertinet. Successores autem non solùm qui in vniuersa bona succedunt, sed & hi qui in rei tantum dominium [s] successerint, his verbis continentur. 2. ¶ Sed vt ne [t] quid ædium loci, operisve vitio damnum factum sit, stipulatio interponitur de eo sine satisdatione: quæ non solum ad totas ædes, sed etiam ad partem ædium pertinet.

¶ Vitiū [u] autem ædium & loci [x], esse Labeo ait, quod accidens extrinsecus [y] infirmiores eas [z] facit. Denique [a] nemo dixit

a ¶ *Vsus.* non proprietas [a]: nisi [b] littorum maris. nam flumina sunt publica: *vt insti. de re. diui. §. flumina.* Rerum enim quædam sunt communes, quædam publicæ: *vt insti. de re. diui. §. j. & ʒ. de re. diui. l. ij. iij. & iiij. & v. vbi pleniè dixi.* Accursius.

b ¶ *Littorum.* semper repete, communis est vsus. & dic, littorum fluminis. nam de littore maris non est dubium: quia etiam proprietas [c] est communis.

c ¶ *In his.* scilicet publicis prædictis. ¶ & quod dicit publicè [d] expone, i. publica authoritate habita à principe vel à senatu: *vt infra ne quid in loco publi. l. j. §. si quis à principe. & infra de fluminibus. l. quo minus.* & [e] tunc ædificatum eius est cuius est solum, id est publicum. ipse tamen tantùm vtetur si hoc āctum fuerit in cōcedendo: licèt secus esset in communibus: *vt infra de acquir. re. do. quod in littore. & l. seq.* 2. Vel dic publicè, id est ad publicam vtilitatem. aliàs non licet: imò cogeretur demoliri per specialia interdicta: *vt infra de fluminibus. & ne quid in flum. pub. & his similibus.*

d ¶ *Destruere.* quod nocet. R.

e ¶ *Propter quod.* quia [f] communis est vsus, non cauet de vitio soli: & quia [g] sine incommodo debet facere, cauet de operis vitio & sic propter hæc duo de vitio operis tantùm cauet. ¶ & hoc dic propter quod. i. propter vtrunque.

f ¶ *Operis.* hoc non ad proxi. Sed ad superius refertur.

g ¶ *Stipuletur.* id est stipulari possit ille qui damnum veretur.

h ¶ *Nemine* [a]. abundat [b] vna negatio. *sic ʒ. de adquirem. pos. l. qui pignoris. & in auth. de his qui ingre. ad ap. §. si vero iactur. & ʒ. de verb. obl. l. j. §. si quis ita. & in auth ... here. & Falc. ...* Sed argum. contra. *ʒ. de verb. sign. l. absolut.*

i ¶ *Igitur.* supple: ex lege: vel etiā illatiuè: ita satisdatio interponitur ex hoc edicto: ergo per iudicem: imò ergo cùm iudex iussit opus fieri, non est per quem interponatur: & hoc est, ad ea igitur opera quæ priuatim, non quæ publicè. Azo.

k ¶ *Stipulatio pertinet* soli & ædificij, put legis igitur, illatiuè: vel lege supplentiuè: vt dixi.

l ¶ *De vitio eius.* scilicet soli.

m ¶ *Prouinciæ.* vt [c] ibi fieri prohibeat, vel tolli iubeat: etiam si id in his locis fiat quod alicui noceat, de loco publico sit interdictū propositum: *vt ʒ. ne quid in loco pub. l. j. & ij. & ʒ. titu. j. l. j. §. j. & facit ʒ. eod. si finita. §. si publicus.* Sed contra in ea. l. §. siue autem. Sed illud de vitio operis accipe quod debet satisdari.

n ¶ *Vitio.* esse cauendum. R.

o ¶ *Si proponas.* damnum timeri, vel dari. R.

p ¶ *Cōtingat.* q. a retro datum videtur: *vt ʒ. eo. dam. §. Sabini. & ar. ʒ. de lib. cau. l. si. ij. respo.*

q ¶ *Corruit.* postea in ædes vicinas. Accursius.

r ¶ *Adiicitur in hac stipulatione.* quæ pro vitio operis interponitur. *& fa. ʒ. titu. j. l. non solum. §. fin.*

s ¶ *Dominium.* ¶ No. successoris [d] appellatione etiam in rem successor intelligitur. *vt supra. de iureiu. l. etiam si rem. & j. quo. leg. l. j. § illud.* Sed arg. contra. *ʒ. de eden. quedam. §. si autem. & ʒ. vsufr. quemad. ca. l. omnes. §. fin.* ¶ Sed nunquid si hi successores ædificauerunt, & vitio illius operis damnum sit illatum, tenebuntur? Respon. quidam quòd sic: *vt ar. ʒ. tit. j. l. fin.* & sic secundùm eos ambulat [e] actio & obligatio de vno in alium: *vt & pro eis ʒ. de vsufr. l. adhuc. §. si operas. & j. tit. j. si tertius. §. si quos. & supra. fami. ercis. l. in iudicio.* Sed tu dic secundùm Ot. non teneri successorem in rem: sed propter opus ab eo factum tenebitur qui primo promisit *vt ʒ. de ser. expor. l. Titius. & ʒ. eod. damni. §. emptor.* & de hoc etiam dixi *ʒ. eo. si quis missum. §. fin.*

t ¶ *Sed vt ne.* aliàs nec: aliàs ne, pro non, & quod dicit operis, subaudi tantum, & loci tantum & ædium: quod vtrumque prædictorum continet: *vt ʒ. eod. inter fructuarium.* & sic loquitur quando in priuato fit: quia tunc pro his omnibus satisdatur: *vt j. ead. §. pe.* & quòd subiicit factum, sic expone. i. remaneat apud illum cui datum est. *sic ʒ. de iudi. l. Iulianus.* ¶ Item quòd dicit, sine satisdatione, intellige cum in proprio suo priuato loco fit. Nam si in alieno, licèt priuato, satisdatur: *vt supra. eo. prætor.* & hoc secundùm Io: & sic a modo de priuato dicit hic & seq. §. sed Azo facit loqui de publico: & quod dicit in prin. loci, exponit. i. vitio illato ex opere in loco. & non habet infra fine, quia bene debet satisdatio interponi: *vt supra. ea. l. in prin.*

u ¶ *Vitium.* pro quo hæc cautio interponitur.

x ¶ *Et loci.* non veniens ex opere.

y ¶ *Extrinsecus.* i. [f] non ex natura loci: vt [g] quia palustris vel arenosus: sed ex defectu. & plerumque vetustate [h]: *vt infra ead. l. §. item apud Viuianum. in fin.*

z ¶ *Eas.* ædes.

a ¶ *Denique.* nūc de solo tātum. ¶ Sed quid si q.s fecit opus in loco arenoso, ex quo opere vel solo iam damnum timetur? Respon. fortè locum habebit hæc cautio: *vt j. proxi. §. no. & §. Seruius.*

a Negationes duæ faciunt affirmatiuā.
b Imò magis negat. August. lib. 2 ... ca. 4.

c Operis in publico facti nomine magistratus adiri solet & quoque.

d Successoris appellatione etiam in rem successor intelligitur.

e Ambulat actio & obligatio de vno ad alium ...

f Extrinsecum vitium ædium & loci, oppo... naturali ...
g Vitium ... naturale.
h Vitium extrinsecum ædium.

a Fluminum vsus communis: proprietas publica. ...

d Publicè ædificare quid.

e Molendina in flumine publico ...

Quia

palustris loci vel arenosi nomine quasi vitiosi committi stipulationem: quia naturale[a] vitium est: & ideò nec ea stipulatio interponitur: neque interposita committetur[b]. 3. Hæc stipulatio vtrum id solùm damnũ contineat quod iniuria[c] fit, an verò omne damnum quod extrinsecus contingat? Et Labeo quidem scribit de damno dato[d] non posse agi, si quid fortè terræmotu aut vi fluminis aliove quo casu fortuito[e] acciderit. 4. ¶ Seruius quoque putat, si ex ædibus promissoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eũ teneri: si ędificij vitio id acciderit non si violentia[f] ventorũ, vel qua alia ratione quæ vim habet diuinam. Labeo & rationẽ[g] adiicit, qua[*] si hoc non admittatur[h], iniquũ est. Quod enim tã firmum ædificium est, vt fluminis, aut maris, aut tẽpestatis, aut ruinę, aut incendij, aut terræmotus vim sustinere possit[i]?

5 ¶ Idem Seruius putat, si controuersia[k] aquæ insulam[l] subuerterit, deinde[m] stipulatoris ædificiá ceciderint[n], nihil eum ex stipulatu consecuturum: quia id nec operis nec loci vitio factum est. Si autem aqua vitiasset fundamenta[o], & sic ędificium ruisset[p]: committi stipulationem ait. multum enim interesse, quod erat alioquin[q] firmum, vi fluminis lapsum sit protinus[r], an verò antè sit[s] vitiatum, deinde sic deciderit: & ita Labeo probat. etenim multùm interesse (quòd ad Aquiliam pertinet) sanum[t] quis hominem occidat, an verò factum[x] imbecilliorem.

Supra exposuit quid est dictum vitium soli: nunc quid est dictum vitium operis, hoc est à quo dicitur esse factum opus, vt stipulatio committatur. Bart.

6 ¶ Quamquam autem stipulatio cõmittitur, cũ vitio operis damnum factum sit: tamen si opus factũ est ab eo quem promissor prohibere non potuit[x], stipulatio nõ committetur. Planè si prohibere potuit, cõmittetur. Sed si quis promissoris nomine fecerit[y], vel eius pro quo promissum[z] est, aut alius qui prohiberi potuerit: stipulatio ista cõmittetur. 7. ¶ Præterea si furni[a] nomine damni infecti fuerit cautũ deinde furnarij[b] culpa[c] dãnum datum fuerit: non venire[d] in hanc stipulationem plerisque videtur.

8. ¶ Cassius quoque scribit quod cõtra ea[e] damnum datum est, cui[f] nulla ope occurri poterit stipulationem non teneri[g].

Hic reuertitur ad declarationem istius verbi, vitium loci. h. d. Bart. Et hoc intendit: Hæc stipulatio damni infecti habet locum quando res suo vitio damnum dat: secus est si aliqua vi exteriori illa res deiecta damnum dederit. hoc dicit.

9 ¶ Item apud Viuianũ relatũ est, si ex agro[h] vicini arbores vi tẽpestatis cõfractæ in meũ agrũ[i] deciderint, eóq. facto vitib. meis vel segetibus nocent[k], vel ædificia demoliũt, † stipulationẽ istá, in qua hæc omnia cõprehendun tur, *si quid arborum locive vitio acciderit*, nõ esse vtilẽ[l]: quia non arborum vitio, sed vi ventorum damnũ mihi datum est. Planè si vetustate arborũ hoc fiebat[m]: possumus dicere vitio arborum damnũ mihi dari. 10. ¶ Idẽ ait, si dãni infecti ædium mearũ nomine tibi promisero, deinde hæ ædes vi tempestatis in tua ædificia ceciderint, eaq. diruerint[n], nihil ex ea stipulatione pręstari: quia nullũ damnum vitio mearũ ædiũ tibi † cõtigerit: nisi fortè ita vitiosæ[o] meæ ædes fuerint, vt qualibet vel minima tẽpestate ruerint. Hæc omnia vera sunt. 11. ¶ Sed & quod Labeo

---

a Vitio naturali parcendum est.

b Iniuria pro vitio, vel culpa.

c Culpa alterius ruina edisò quemadmodum fiat.

d Casus fortuitus is dicitur qui prçuideri non potuit. Vide plura apud Menochiũ de arbor. ... cas. 80.

* quid.

e Promissor in dubio non tenetur pręstare vim cui resisti non potest.

f Occidens sanum, ad quod L. Aquilia tenetur.

g Occidẽs imbecilliori factum hominẽ ad quod L. Aquilia teneatur.

a ¶ *Quia si naturale.* ¶ Nõ parci[a] vitio naturali. *sic j. tit. j. §. hoc autem cautio. in fi. §. & §. idem aiunt si aqua. & §. item sciendum.* Sed ar. contra. *§. ad l. Aqu. si seruus seruum. §. si fornacarius. & in auth. de restitu. & ea quæ parit in xj. §. vnum. col. iiij.*

b ¶ *Committetur.* sic *ĩ. de leg. j. si leg. ...*

c ¶ *Iniuria.* i.[b] vitio. *sic ponitur inf. si quadrupes. ... §. pauperies.* 2. Vel dic secundũ R. iniuria. i. nõ iure vel culpa. Culpa[c] autẽ tua ruinam factam dico, si cum prouideres, vel prouidere posses domum ruituram non curasti quo minus ruine stipulatori noceret.

d ¶ *Dato.* s. casu fortuito, vt subiicit.

e ¶ *Fortuito.* qui[d] nõ potuit præuideri: aliàs secus. *vt ĩ. ... leg. quæ ... §. cum inter. & facit ĩ. proxi. §. & quod ibi dixi. & j. eod. sequen. §.*

f ¶ *Violentia.* sola. R.

g ¶ *Et rationem.* non solùm superiorem sententiam confirmat, sed etiam rationẽ subdit.

h ¶ *Non admittatur.* s. non teneri promissorẽ de casuali dãno. R.

i ¶ *Possit.* ita quod nõ lædatur, & lædat: *vt ĩ. eo. damni. in prin. & supra, & eo. de ... ex eo ... §. si vis.*

k ¶ *Controuersia.* id est impetus.

l ¶ *Insulam.* cuius nomine damni infecti ęrat promissum. R.

m ¶ *Deinde.* s. subito.

n ¶ *Ceciderint.* propter ruinam aliarum quarum nomine erat promissum.

o ¶ *Fundamenta.* paulatim. Azo.

p ¶ *Ruisset.* s. post ex interuallo, vt præuideri ruina posset, & aduersus eam prospici.

q ¶ *Alioquin.* i. alias

r ¶ *Protinus.* hic nihil potest promissori[e] imputari: quia ruinã euitare non potuit. Ro.

s ¶ *Ante sit.* ita quòd poterat iuuari. & ad hoc *ĩ. de neg. gest. ... diuortio. circa prin.* Acc.

t ¶ *Sanum.* qui[f] tenetur quanti valuit in anno proximo retro.

u ¶ *Factum imbecilliorem.* qui[g] præstabit quanti plurimi fuerit à die quo vita excessit in anno retro. & ita si duo mortiferè diuersis temporibus vulnerauerint aliquem: cuilibet fit computatio ex die vulneris sui: vnde plus in vnius æstimatione poterit esse, quàm alterius: *vt ĩ. ad leg. Aquil. lege ita vulneratus. §. æstimatio. & ad idem. lege qua actione. §. sed & si quis. eodem. tit. ad l. Aquil.* Sed caue tibi: quia non est per omnia bonũ simile, cùm s. nullo modo teneatur si protinus cadat hic. i. in l. Aquil. sic, licèt diuersimodè: *vt d. ll. ĩ. ad l. Aqui quæ vt contrariæ ponuntur.* Item hic habetur respectus retro, infra certum tempus, ĩ. tempus dati damni.

x ¶ *Non potuit.* de iure, vel de facto. *vt ĩ. de noxa. in delictis. in prin. & ĩ. loca. si fundus. & l. sequen. & l. sed & de damno. & j. de re. iud. sæpe. §. cum autem.*

y ¶ *Nomine fecerit.* & ratum sit habitum non aliter. Azo.

z ¶ *Promissum est.* ab aliquibus suis amicis.

a ¶ *Præterea si furni*[a]. id est pro damno contingente vitio furni: & sub. tantùm nomine furni, secundùm Io.

b ¶ *Furnarij.* quando aliquis aliquid operatur in suo, & inde dãnum datur vicino: distingue: aut[b] facit non animo nocendi: & tũc non tenetur, nec committit stipulatio: nec non interposita interponetur. Aut animo nocẽdi: & tũc sic. 2. Vel aliter an operaris[c] in tuo, aliquid immittendo[d] in prædiũ vicini: vt furnũ: quod non licet. *vt leg. fumi. §. Aristo. sup. si seru. vind.* an nõ immittendo, & tũc nõ tenetur, bono animo faciat vel nõ: *vt hic.* Nec ob. *j. de aqua plu. arc. l. j. §. denique.* quia illud est verũ quantũ ad illũ tractatũ: & in multis differt ille ab isto. Fallit hoc vbi fodis[e] iuxta parietem meũ magis quàm possis: quod non licet. 3. Vel breuius verum est q quicquid feceris in tuo, nõ teneberis mihi per[f] hoc edictũ: nec cõmittitur stipulatio: nec non interposita interponet, sed teneris de dolo: *vt ĩ. de dolo. leg. cum quandam venalem.*

c ¶ *Culpa.* tantùm non operis vitio. R. nam si furni & furnarij, bene veniet in hac stip. *vt ĩ. ad leg. Aqui. si seruus seruum. §. si furnum. in fi. §. quæ est contra.* 2. Vel ibi cauit nomine ignis & sic generalius. hic nomine furni.

d ¶ *Non venire.* sed in Aquiliam: *vt ĩ. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si furnum. in princip.*

¶ Tria[g] ergo sunt quę faciunt hanc cautionẽ cessare. Vitiũ naturale: *vt ĩ. §. vitiũ.* casus fortuitus: *vt §. hæc sti. & sequen. & infra. prox.* item culpa: *vt hic.*

e ¶ *Contra ea.* quæ deuenerunt in stipulatione.

f ¶ *Cui.* s. damno.

g ¶ *Non tenere.* etiam interpositã. *vt ĩ. ead. §. vitium. & §. hæc stipulatio. & §. Seruius. & §. idem Seruius. & §. quanquam. & j. §. proxi. & j. eo. l. damni.*

h ¶ *Agro.* pro quo damni infecti fuerat cautum mihi. Ro.

i ¶ *Meum agrum.* cuius nomine fuerat cautum mihi. Ro.

k ¶ *Nocent.* protinus: *vt sup. ead. §. idem Seruius. & j. proxi. §. & facit. ĩ. §. proxi. cum suis concor.*

l ¶ *Vtilem.* i. efficacem hoc casu: quia ex ea non poterit agi. M.

m ¶ *Fiebat.* scilicet damnum.

n ¶ *Diruerint.* s. ædificia tua.

o ¶ *Vitiosæ.* ¶ No. qđ hic casus. s. fortuitus. est pro reo: quia exceptio fit de eo solo quod est dictum, sed debilitas ædificij contra eum: & tamen potius eligitur quod cõtra eum facit: *vt ĩ. ad Sila. l. iij. §. si.* Sed ar. contra. *j. de reg. iur. lege fauorabiliores. & inst. de in-*

a De furni ... adde l. si seruus. §. si furnum inf. ad l. Aquil. & Cępolam ... de ...

b Operari in suo licet etiã in damnũ vicini, dum id animo nocẽdi non fiat.

c Operamur in nostro aliquid in vicinum, aut immittendo, aut non immittendo. hoc licet: illud nõ licet.

d Immittere in prædium vicini aliquid non permittitur.

e Fodere iuxta parietem vicini non conceditur, vltra quàm iure licet.

f Faciẽs in suo aliquid in dãnũ vicini, ex hoc edicto, sed de dolo actione tenetur, quod simpliciter probatum poterit nisi dolo fecerit.

† al. demoliũtur.

g Cautionem damni infecti facit cessare vitium naturale, casus fortuitus & culpa.

† Sic redditum mihi.

terdi. §. commodum & C. de condic. infer. l. si. que sunt [illegible]

a ¶ *Referre.* vt S. eo. idem Sendio.

b ¶ *Ruit.* subitò.

c ¶ *Ceciderit.* ex interuallo: quia in hoc tenebitur.

d ¶ *Aedium.* i. soli & ædificij: vt S. e. liber fuit. & [illegible] l. §. [illegible]

putat, verum est, referre [a] vtrum impulsu fluminis ruit [b] ædificium, an deterius antè factum, postea ceciderit [c].

Ex opere quod facit promissor in suo propter quod stipulator amittit lucrum quod percipit: à priuato: hac stipulatio non committitur, nisi ex certa scientia de hoc caueatur: vel iure seruitus debeatur. Bartolus.

12 ¶ Item videamus quando damnum dari videatur. Stipulatio enim hoc continet, quod vitio ædium [d], loci [e], operis [f], damnum datum sit: vt puta [g] in domo mea puteum aperio: quo aperto, venę putei tui pręcisę sunt. an tenear? ait Trebatius nō teneri [h] me damni infecti. neque enim existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re in qua iure meo vsus sum. Si tamen tam altè fodiam in meo vt paries tuus stare non possit, dāmni infecti stipulatio committetur [i].

XXV. PAVLVS *libro septuagesimooctauo ad Edictum.*

TRebatius ait, etiam cum accipere [k] damnum, cuius ædium luminibus officiatur [l].

XXVI. VLPIANVS *libro octogesimoprimo ad Edictum.*

e ¶ *Loci.* s. tantùm, id est soli tantùm.

f ¶ *Operis.* i. ædificij tantùm: pro his enim cauetur, cùm fiunt in priuato: *vt hic. & sup. e. § finita: §. notandum: & j. e. damni. §. fin.*

g ¶ *Vt puta.* ponit exemplum quādo damnum dari videtur ex opere.

h ¶ *Non teneri me.* nisi animo nocendi feci: tunc enim de dolo: *vt j. titu. ij. l. j. §. denique.* quod semper præsumitur [a], scilicèt quòd nō [b] faciam animo nocendi: *vt arg. supra. pro soc. l. meritò.* ¶ Sed op. quia licèt in suo facere, dū tamen non noceat in alieno: *vt infra de regu. iur. l. domum?* Respon. non videtur officere si lucem auferat, quam ex priuato consueuit haberet *vt j. eod. l. Proculus.* vel quam auferat, *ut hic.* ¶ Item secundò op. *inf. l. proxi.* Sed ibi seruitus [c] debebatur ab ædificante: *vt & infra titulo j. l. si in meo.* ¶ Item tertiò op. *sup. si ser. vin. s. ati. §. Aristo. & leg. si quando. §. fin. & l. fistulas.* Sed in illis in alienum immittebam [d]: hic [e] in meo operabar, nihil in alienum immittens. *& facit j. de iniu. si cum seruo. & infra de regu. iur l. nemo damnum.*

a In suo quod quisque fecerit in damnū vicini, id non animo nocendi facere præsumitur *vt hic.* vide tamen li[illegible] apud Castrensem.

b Animus nocendi nunquā præsumitur.

c Seruitutis ratione vicino prædio post [illegible]

d Immittere quid in alienum non licet.

e v. glossam in §. præterea in verbo [illegible] 8. a.

i. ¶ *Committetur.* si dicas quando facerem in animo nocēdi planum esset. *vt j tit. j. l. j. §. denique.* & sic esset idem quod in superiori respon. quod non placet. quia aliquid aliud vult dicere hic quòd patet, quia dicit, si tamen &c. vnde dic, etiam non animo nocendi sed spontè fuit stipulatio interposita si damnum fieret occasione huius fossionis. non enim cogendus erat, ex quo animo nocendi non fiebat: *& sic j. eo. damni. §. cum parietem. & de hoc dices. j. l. Proculus.* ¶ Sed si quid in superiori casu totam aquam auferam? Respon. idem quòd si partem. *vt arg. j. titu. j. l. si in meo.*

TRebatius.] CASVS. In hac l. & sequen. pluribus modis posset poni casus. tu autem ponas secundùm quod dominus meus ponit, & glossæ tangunt hoc modo, & in hac l. sic pone casum: Debebas seruit. domui meæ altiùs non tollendi, ne obstet luminibus meæ domus. cùm velles altiùs domum tuam seruientem ædificare: promisisti de damno infecto. nunc adeò ædificasti altiùs, quod luminibus meis nocet. certè teneris ex stipulatione damni infecti ad omne damnum quod habeo ex obscuratione luminum. Franc.

k ¶ *Accipere.* id est pati.

l ¶ *Officiatur.* non tamen vt actio nascatur: *vt j. l. proxi.* 2. Vel dic Trebatium malè dixisse, & per Proculum corrigi si intellexerit etiam seruitute nō debita. 3. Tu dic Trebatiū intellexisse quando seruitus debebatur: & sic bene dixit. agitur ergo secūdùm eum ex stipulatione damni infecti, cùm seruitus debetur. ¶ Sed nonne habet locum confessoria: ergo hæc cessat: *vt S. eo. l. inter. & l. damni. §. j. & l. qui bona. §. de illo quæ omnia sunt contra Trebatium?* Sed respon. non obstante: quia ad [f] aliud datur confessoria, s. ad seruitutem præstandam: & ad aliud hæc stipulatio, quia ad damnum propter lumen amissum: *vt sup. eo. l. qui bon. §. si quis opus.* Sic & in ope. no. nun. quia in subsidium datur auxilium illud: *vt S. tit. j. in prouinciali. §. j.* & tamen ibi concurrit confessoria. *vt S. tit. j. l. j. §. fi. & l. de pupillo. §. sextus. versi. impositiciam.*

f Confessoria & damni infecti stipulatio [illegible] differentia.

PRoculus.] CASVS. Habebas domum iuxta meam, nec aliquam serui. mihi debebas. cùm velles opus aliquod facere in tua domo, putà eleuare eam, & timerem damnum ex hoc opere: promisisti mihi de damno infecto: nunc eleuasti domum tuam [illegible] quia obscuratæ sunt lumina domus meæ. quæritur an committatur stipulatio. Et dicitur quòd non. Idem est & si in fundo tuo fecisti cuniculum, id est riuum [illegible] opertum vel fossam, & [illegible] aquā quæ veniebat ad fundū meū abstulisti, & tamen licèt promiseris mihi de damno infecto tamen non teneris ob hoc, & reddit rationem. Franc.

PRoculus [m] ait: Cùm quis iure quid in suo faceret, quamuis promisisset damni infecti vicino, non tamen eum teneri ea stipulatione: veluti si iuxta mea ædificia [n] habeas ædificia, eaque iure tuo [o] altius tollas: aut si in vicino tuo agro cuniculo [p] vel fossa aquam meam [q] auoces. Quamuis enim & hic aquam mihi abducas [r], & illic luminibus officias, tamen ex ea stipulatione mihi actionem nō competere, scilicet quia non debeat videri is damnum facere [s], qui eo veluti lucro quo adhuc vtebatur, prohibetur: multùmque interesse vtrum damnum quis faciat [t], an lucro quod adhuc faciebat, vti prohibeatur. Mihi videtur vera esse [u] Proculi sententia.

Si plures stipulantur, debent simpliciter stipulari: sed si plures promittunt, debent pro parte promittere. Bartol.

XXVII. PAVLVS, *libro septuagesimooctauo ad Edictum.*

PLures earundē ædiū domini singuli stipulari debent sine adiectione [x] partis: quia de suo quisque damno stipulatur [y] quinimò pars adiecta [z] partis partem

m ¶ *Proculus ait.* [illegible] male secundùm quosdam quando s. seruitus debetur. vel dic bene & non debetur seruitus: vt statim patet. H. [illegible]

n ¶ *Aedificia.* s. tua.

o ¶ *Iure tuo.* vt quia nullam seruitutem debes, aliàs secus: *vt S. de præ. dict.*

p ¶ *Cuniculo.* riuus [a] coopertus dicitur.

a Cuniculus quid.

q ¶ *Aquam meam.* etiam totam, & totum lumen superiori respon. *vt supra leg. fluminum. penul. respon. j. titu. j. lege. j. §. denique. & leg. si in meo. & S. de seruo. vrb. prædio. l. cum eo.* 2. Alij, vt Pi. dicūt aquam non totam, nec totum lumen: *vt sup. l. fluminum in fine.* Sed ibi damnum sentiebat in pariete ruente, secundùm H. & sic in damno vtitur ista distinctione, an sit modicum. vel maximum. 3. Vel aliter vt ibi dixi. Item pro Pi. supra *de serui. vrb. præd. l. binas. in fi. ij. respon.* Sed ibi ædes non auferunt totum lumen domui legatæ, nē inutile legatum sit. ¶ Item nunquid hoc dices vt stipulatio non committatur etiam si fiat animo nocendi? Respon. Pi. vtique quantum ad hanc stipulationem in qua agitur dum cauit de damno: verùm ageret ibi de dolo vel in factum actione. *vt j. tit. j. l. j. §. denique.*

r ¶ *Abducas.* s. priuatā. Aggeres [b] enim in publico facti si trās flumen etiam noceant, demoliēdi sunt, *vt j. tit. j. quod principijs. §. fi.*

s ¶ *Facere.* i. pati, vel non videtur damnum facere ei qui. &c.

t ¶ *Faciat.* i. sentiat. ¶ Et sic no. non [c] esse eandem rationē damnum sentire. & lucrum non facere: *vt C. de codi. lege fin. & j. tit. j. l. ij. §. item Varus. in fi. & lege. j. §. sicut. & j. de fur. l. si is cui commodata. & arg. supra. de cond. & demon. Titio. §. j. ibi, aliud est enim &c.* Sed ar. contra. *supra de eo quod certo loco. l. iij. §. fin. & j. remra. ba. si commissa. & dixi. C. de seu. quæ pro eodem. l. j. in fi.* Item contra distinctionem huius l. est. *j. ne quid in loco publi. l. ij. §. meritò.* Sol. ibi in publico hic in suo priuato quis facit.

b Aggeres in publico facti si trans flumē etiam noceāt demoliendi.

c Lucrum non facere. & damnum pati, differunt.

u ¶ *Vera esse.* non Trebatij, secundùm quosdam: sed tu expone Treba. *vt dixi supra. lege proxi.* ¶ Item facit ad hanc l. quòd [d] quis in suo faciat quod vult *supra de ser. vr. præd. l. fistulam. & si ser. vin. l. sicut. §. penultimo.*

d In suo quisque, quod ipse velit, facere potest.

PLures.] CASVS. Plures habebamus domum communem iuxta tuam tua minabatur ruinam, petimus vt promittas nobis de damno infecto: vis promittere. quæritur an debeat quilibet nostrum stipulari sine adiectione partis suæ, sic dicendo, cuilibet promittis de damno infecto: & dicitur quòd sic. sed si dicam, promittis partem mei damni? non totum meum damnum: sed eius partem stipulor. secus autem est econtra, vt si plures sint domini vitiosarū ædium, nam pro sua quisque parte promittere debet ne singuli insolidum obligentur. nam quilibet debet promittere pro sua parte qua dominus est. Franc.

x ¶ *Adiectione partis.* qua significatur dimidia [e]: *vt j. de verb. signi. nomen filiarum. §. j.* Sic ergo dicet, promittis de damno infecto.

y ¶ *Stipulatur.* i. stipulari intelligitur. *vt & supra titu. j. stipulatio. §. fin.* Accursius.

z ¶ *Adiecta.* putà partē mei damni, siue partē damni cōtingentis in mea dimidia domus pro indiuiso promittis, cùm sim dominus

e Partis appellatione intelligitur dimidia [illegible] de [illegible] in [illegible] parte [illegible] tamen si addatur dictio aliqua: tunc venit pars infra dimidiam: *vt [illegible] quam ad hoc pro sing. [illegible] de Gul[illegible] de Cuneo [illegible] C. de [illegible]*

nus dimidiæ pro indiuiso, secundùm Ir. Vel dic partem dăni contingentis in mea dimidia domo, quæ mea est à meridie. nam cùm sit mihi cùm alia domus tota communis pro indiuiso: in qualibet particula habeo dimidiam tantùm: & sic mediam partem damni contingentis in meridiali dimidia videor stipulatus. & secundùm hoc primū exemplum est quando pro indiuiso partis domus fit stipulatio dămni ifecti secundùm M. quãdo pro diuiso. si autem dixissem partem meam dămni totam meam partē secundùm R. videor stipulatus.

faciet[a]. Contrà si plures domini sint vitiosarum ædium, pro sua quisque parte promittere[b] debet, ne singuli insolidum[c] obligentur.

Hæc stipulatio continet interesse & etiam expensas factas in fulciēdo, & lucrum cessans propter emigrationem inquilinorum, nisi iusto metu interueniente. Bart.

XXVIII. VLPIANVS *libro octagesimoprimo ad Edictum.*

IN hac stipulatione venit quăti ea res erit: & ideò Cassius scribit, eum qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinæ ea ædificia[d] quorum nomine sibi cauit, fulsit: impensas eius rei ex stipulatu consequi posse[e]. Idémque iuris esse, cùm[f] propter vitium communis parietis qui cauit[g] sibi damni infecti onerum eorum releuandorum gratia quæ in parietem[h] incumbunt, ædificia sua[i] fulsit. In eadem causa est detrimentum quoque propter emigrationem[k] inquilinorum quod ex iusto metu factum est. Aristo autem non malè adiicit, sicuti[l] hic exigit Cassius, vt si iustus metus migrandi causam præbuerit[m]:

a ¶ *Faciet.* dicta adiectio partem partis, quam habebam in domo. Vel faciet partem totius si in rebus meis propriis quæ erant in domo, fuerit damnum datum, secūdùm Azo. Item not. quòd aliàs aliter accipitur hæc oratio, facere[a] partem: *vt* ℥. *de leg. j. huiusmodi.* §. *si Titio.*

b ¶ *Promittere debet.* si tamen vnus promittat pro parte sua, cùm alter non promittat similiter pro sua parte in possessionem totarum ædium ruinā minantium mittitur promissio[b] enim dam. infec. diuisionem[c] recipit; sed in possessionem missio non[d], cùm pignori assimiletur: & ideò non nisi insolidū fit: *vt* ℥. *e. in stipulatione.* secundùm R. & est sic. *j. de ver. obl. in executione. &* ℥. *vt in pos. le. u. cau.* §. *si ex duobus heredibus.* quod non placet: Sed dic vt dixi in dicta l. in stipulatione.

c ¶ *Insolidum.* nam simpliciter[e] promittendo insolidum tenerētur iure isto: *vt &* C. *de duo. reu. l. j.* Hodie non obligantur insolidum, licèt quilibet promitteret de damno infecto simpliciter, nō facta adiectione pro parte sua, nisi hoc exprimatur: vt in *auth. de duo. re. col. vij. & concor. cum vtroque. re. pon. huius l. supra tit. j. stipulatio.* §. *fi. &* j. *eo. ex damni* §. *quotiens. &* j. *tit.* [illegible] *tertius.* §. *j. &* §. *officium. & l. seq.*

IN *hac.*] CASVS. Ponit regulam, & eam probat per quatuor exempla. regula est talis, quòd in stipu. damni infecti venit quanti interest stipulantis. Primum exemplum est tale: cùm haberes domum ruinosam iuxta meam: promisisti mihi de damno infecto. Item propter metum ruinæ domum meam fulsi, fortè ligna grossa ponendo supra meam: ita quòd si caderet tua, non posset mihi vel domui meæ facere multum damnum. certè has expensas recuperabo: quia hoc saltem videtur interesse quod impendi. Secundùm exemplum est tale: ego & tu habebamus cōmunem domum: paries huius domus minabatur ruinam domui meæ propriæ. feci expensas in reficiendo huiusmodi pariete. certè has expensas recuperabo. vide hic gloss. Tertium exemplum est: domus tua minabatur ruinam domui meæ: promisisti mihi de damno infecto. hunc inquilini qui morabantur in domo mea recesserunt timore domus tuæ ruinosæ: & iustum habebant timorem: & sic non soluunt mihi pensionem totius anni, prout aliàs fecissent. certè hoc damnum totum mihi debes emendare. postea loquitur Aristo iurisconsultus, & dicit: sicut iustum timorem debent habere inquilini propter quem recedant, vt damnum quòd inde habeo, mihi emendes: vt ℥. proxi. dictum est: ita primo exemplo nostræ l. quando fulsi domum meam, oportet me habere iustum metum quòd domus tua ruinam minetur meæ: vt sic expensas quas feci fulciendo domum meam, mihi resarcias. Quartum exemplum est in l. seq. quæ continuatur cum ista. & est tale, cùm domus tua minaretur ruinam: cauisti mihi de damno infecto, nullius autem scholaris vult conducerē domum meam propter ruinam quam videtur minari domus tua supra meam: & sic amitto pensionem. certè hoc totum damnum debes mihi emendare. & ad hæc omnia damna competit actio ex stipulatu. Fran.

d ¶ *Ea ædifici.* s. sua non dico ruinosa quia hoc dicit j. proxi. respon. secundùm primam expositionem Vel dic aliter vt ibi.

e ¶ *Posse.* damno post[a] secuto. R. & hoc ideò quia sint hæ promissæ velut interesse: quia hoc saltem interest quod impendit: *vt* j. *e. l. inter quos.* §. *fin.* Accur.

ita in eius personam qui fulsit, eadem Cassium dicere debuisse, si iusto metu[n] ruinæ fulcire coactus est.

XXIX. GAIVS *libro vicensimooctauo ad Edictum Prouinciale.*

SEd & si conducere hospitium[o] nemo velit propter vitium ædium[p], idē erit dicendū.

Pro opere quod fit iure seruitutis, debet domino caueri, non satisdari. Bartol.

XXX. VLPIANVS *libro octogensimoprimo ad Edictum.*

DAmni infecti stipulatio pertinet, etiam si quis eius operis[q] quod [sit] in fundo meo aquæ ducēdæ causa, vitio damnum mihi contigerit. Solet enim opus in alieno fieri, quum iure seruitutis[r], quam quis habet alieno[s] agro impositam, opus in alieno faciat.

1 ¶ Vtrum autem de hoc opere[t] promittere, an satisdare debeat, videamus. Mouet, quòd in alieno facit: qui autem de alieno cauet, satisdare debet: qui de suo, repromittere[u]. Vnde Labeo putabat[x] eum qui modulorum[y] aut riui faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere: quia in

f ¶ *Cum.* id est postquam.

g ¶ *Cauit.* i. caueri fecit à socio. Accur.

h ¶ *In parietem.* proprium.

i ¶ *Ædificia sua.* s. communia: quorum paries vitium faciebat: vt differat à præcedenti respon. Sed videtur[b] socio à socio non caueri: *vt infra. e. si ædibus. & l. ex damni.* §. j. *quæ sunt contra* Sol. illa corrigit istam. 2. Vel dic cauetur, vt hic, in duobus scilicet casibus quos dices j. e. *inter quos.* aliàs non: vt ibi. 3. Alij dicunt quòd hic non ædes sed paries est communis. & secundùm hoc dices. postea ædificia sua, scilicet propria, nō communia. 4. Alij dixerunt. quòd hic loquitur cùm culpa socij cōtingit damnū ibi non: *vt &* j. *eod. ex damni.* §. j. 5. Vel hoc nō venit in iudicio communi diui. vt indiuiduum: quia diuidi non potest quia erat illud damnū vnius ex sociis, vel quia non reficit communem parietem. & sic habet locum hæc cautio. 6. Vel hic potuit reficere socius, ibi nō, *& facit* j. e. *cum emptor.* §. *fi. & l. ex damni in prin. & l. inter quos.* §. *fi. &* j. *eo. in parietes. & l. seq. & sequen.*

k ¶ *Emigrationem.* i. recessū de domibus quæ timebāt aliarū ruinā.

l ¶ *Sicut hic.* proxi. superiori respon.

m ¶ *Præbuerit.* vt teneatur tunc damni infecti qui promisit.

n ¶ *Iusto metu.* Imò non: quia vtiliter[c] facta impensa repetitur: *vt* ℥. *de neg. gest. sed an vltro.* §. *j.* Sed hic respectu stipulationis de dam. infect. tractat, non respectu tractatus de neg. gest. *& fa.* ℥. *loca. habitatores.* §. *fin.*

o SEd *& si*] *hospitium.* meum.

p ¶ *Ædium.* vicini, quæ meo hospitio minentur ruinam.

DAmni infecti.] CASVS. Concessisti mihi ius aquæ ducendæ per fundum tuum. nunc volo facere opus in fundo tuo per quod possim ducere aquam. vis quòd caueam tibi de damno infecto si hoc opus daret tibi damnum, certè debeo cauere. Secundò quæritur, nunquid debeam cauere. i. promittere sine fideiussore, an satisdare? & certè videtur quod satisdare debeam. nam in alieno facio opus: & sic tanquam de alieno debeo satisdare. & hoc etiam voluit dicere Labeo: & posuit exemplum in eo qui facit riuum vel modulum in fundo alieno. qui debet satisdare de vitio huius operis. postea loquitur author. l. corrigens prædictam responsionem, dicens quòd ego debeō promittere absque fideiussore. & subdit rationem. In fine dicit: quod dictū est in opere quod faciebam gratia aquæ ducendæ, idem est in quolibet alio opere quod facerem in tuo fundo iure seruitutis. Fran.

q ¶ *Operis.* non soli. & hoc dixit R. si ad ipsius soli vitium non pertineret, scilicet hoc opus.

r ¶ *Seruitutis.* vt aquæ ductus.

s ¶ *Alieno.* verbi gratia ius aquæ ducendæ per agrum tuum habeo, opus facio vt ducere possim: sed cauere debeo si hoc opus tibi dānum daret. Io.

t ¶ *De hoc opere.* de quo dixi proximè.

u ¶ *Repromittere. vt* ℥. *eo. l. prætor. & infra de prato. stip. l. j.* §. *stipulatio. ver. item ex causa.*

x ¶ *Putabat.* & malè: sed dic, nomine soli: & tunc bene.

y ¶ *Modulorum.*[d] opera[e] sunt per quæ ducitur aqua, sic dicta, quia

a Parte facere quod.

b Promissionis damni infecti: & missionis in possessionem ex causa damni infecti differentia.

c Promissio damni infecti diuisionē non recipit si est vnius seem si plurium, vt superius notatū est col. 23. sup. eod.

d Missio in possessionem diuisionem non recipit.

e Promittens simpliciter, insolidum nō obligatur nisi hoc specialiter expresserit.

a Ideò hic dicendum si dānum non sit secutum vt recēt aliter decreuit Bartolus & Cast. hic. Est enim æquitatis, vt qui sui erit indulam reparere suas expēsas possit nō modo secuta ruina, sed etiā nulla ruina facta fuerit.

b Socius an & quomodo socio caueat dāni infecti.

c Impensa vtiliter facta repetuntur.

d Alij legunt modiolorum. vide mens notata hunc locum.

e Moduli quid.

a Riuus quid.

ad modum aliquem fiunt. ¶ Quid autem si riuus^a, dic vt j. *de riuu. l. j. § ait ergo. versi. riuus.*

b Res pro opere.

c Suum quis que dicere potest in quo partem habet

2 ¶ *De re sua.* i. de ^b opere quod ad ipsum pertinet, licèt solùm sit alienum. ¶ & bene dicit, sua: quia pro parte est suum. s. opus: & quòd pro ^c parte meum est, meũ dicitur. 2. Vel ergo dices corrigi Labeonem secundùm H. 3. Vel distingues an propter vitium soli, an propter vitium operis petam satisdari, secundùm Azo. & sic non ob. j. *e. qui bona. §. j.* quæ superiori respon. signatur contra. Item est contra. *supra eo hoc amplius. §. pen. & §. fina.* Sed dic vt ibi. ADDITIO. Dic secundùm Bart. quòd quando in alieno publico^d ædificatur: dictum fuit in *l. si finita. §. si alieno.* si verò ædificatur in alieno priuato^e: tunc si quidem ædificatur ab eo qui nullum ius habet in re, indistinctè debet satisdare: *vt l. prætor. in prin. supra eo.* Si verò habet ius in re, & tunc si quidem interponitur inter dominum & ipsum tunc est semper nuda promissio: *vt hic.* si verò petitur ab extraneo aut petitur respectu iuris ædificantis tantùm, & debet cauere: *vt l. qui bona. §. j. supra eo.* Intellige autem ipsum respectu totius cauere, quando suo & procuratorio nomine domini conuenitur: vt ibi. Sed si suo nomine tantum, tunc pro suo iure conuenitur: *vt d. l. hoc amplius. §. quæsitum.* & ibi Bart.

d Damni an caueatur ab ædificante in publico loco.

e Damni quemadmodum caueat ædific[ans] in alieno solo eóque priuato.

alieno solo faceret. Sed cùm de opere quod faciet, exigatur stipulatio: consequens erit dicere, sufficere repromissionem, quõdãmodo enim de re sua ^a cauet.

2 ¶ Quod dictum est aquæ ducendæ causa, exempli gratia scriptum est: cæterùm ^b ad omnia^c opera stipulatio accommodabitur.

Qui vias publicas muniunt ad priuatam vtilitatem, satisdare tenentur: secus si ad publicam. h. d. Pau.

XXXI. PAVLVS *libro septuagensimooctauo ad Edictum.*

QVi vias publicas muniunt^d, sine damno vicinorum id facere debent^e. 1 ¶ Si controuersia sit, dominus sit necne is à quo cautio exigitur: sub exceptione ^f satisdare iubetur.

Qui habet ius reficiendi, non habet ius repetendi hanc cautionem. item ista cautio non committitur ad id quod per aliam cautionem ordinariã peti potest. Bartolus.

XXXII. GAIVS *libro vicensimooctauo ad Edictum Prouinciale.*

SI ædibus meis^g proximæ sint ędes meæ & tuę ^h: quęritur an si hæ vitium mihi faciant, cauere mihi debeas pro dãno propriarum mearum ędium. scilicet pro qua parte dominus exiltes^i. Et hoc plerisque placet^k. sed mouet me^l, quòd ipse ^m meas ^n ędes reficere possim, & impẽsas ^o pro

f Cæterum pro certè.

[b] ¶ *Cæterum.* pro certè.

c ¶ *Ad omnia opera.* quæ fiunt etiam in alieno iure seruitutis. *& est sic supra man. si procuratorem. §. dolo.* Sed arg. contra *supra de iud. cùm prætor. in princ.*

QVi vias.] CASVS. Aliqui viam publicam muniunt propria auctoritate. vicini timent damnum occasione huius munitionis, debent eis cauere de damno infecto. [SI CONTROVERSIA.] Cùm ædificarem in quodam solo, vicini timebant damnum ex hoc opere. ego volebam cauere absque fideiussore. cùm dicerem me dominum huius soli, vicini negabant me dominum: vnde petebant satisdari. quæritur quid iuris sit. & dicitur quòd debeo satisdare sub hac except. scilicet [si] appareat me non dominum. Fran.

d ¶ *Muniunt.* propria auctoritate.

g Viam publicam reficientis ad publicã vtilitatem & ad priuatum commodum differentia.

e ¶ *Debent.* & ideò de damno infecto cauere debent, si propter priuatum commodum faciant: secus ^g si publicè reficiatur: *vt supra eodem. si finita. §. fin. & §. si publicus. H. & l. fluminum. in princ.* Accursius.

f ¶ *Sub exceptione.* sed ipse purè repromittere debet: quia si sit dominus repromittere debet: *vt supra eo. prætor. in princ.* Sed contra. j. *eo. si proprietarius. §. fin.* Solu. vt ibi.

SI ædibus meis.] CASVS. Ego & tu habebamus domum communem: iuxta istam ego habebam quandam domum meã propriam. hæc domus communi, minatur ruinam meæ propriæ. peto à te vt caueas mihi de damno infecto pro parte quam habes in domo ruinosa. quæritur, an debeas cauere: dicitur quòd non. nam aliam viam habeo. possum enim reficere domum istam & partem expensarum petere à [te] act. pro socio, vel communi diuidundo. Et adducit simile. ego & tu habebamus domum communem: nec vllam aliã propriam ego habebam. hæc domus videtur cadere: tu autẽ non vis reficere. si peto à te vt caueas mihi de dãno infecto quod sustinebo pro parte mea si tota domus cadat: non debes cauere, nam aliud auxilium habeo. possum enim reficere hanc domum communem, & expensas pro parte tua à te petere act. pro socio, vel communi diuidũdo. nam scire debemus quòd cautio ^a damni infecti nunquam præstatur si alia via damnũ potest sarciri. Fran.

a Cautio dãni infecti, subsidiaria est alterius actionis: cùm nunquam præstetur nisi alia via damnum sarciri possit.

g ¶ *Si ædibus meis.* propriis.

socio aut communi diuidundo iudicio pro parte cõsequi. Nam & si vnas ædes communes tecũ habui^p, eaque vitiũ faciãt, & circa refectionem earum cessare videaris: nostri pręceptores negãt cauere te debere^q: quia ipse ^r reficere possim^s, recepturus pro parte ^t quod impenderim, societatis aut communi diuidũdo iudicio^u: ideò & interpositam cautionem^x minus vtilem futuram, quia^y alia ratione damnum mihi posset sarciri^z. Et est planè nostrorũ pręceptorũ hęc sentẽtia^a, vt credamus inutilem esse dãni infecti stipulationem, quo ^b casu damnum alia actione sarcire possit. quod ^c & in superiori ^d casu ^e intelligendum est.

Qui potest damnum euitare per alium modum, non potest hanc cautionem petere, item inquilinus si dubitat ruinam domus conducta, potest inde recedere: dummodo soluat pensionem temporis præteriti. & vt locator hoc fieri patiatur, habet actionem ex conducto. si autem non solueret: potest locator retinere propria auctoritate inuecta & illata in domum conductam, tanquam pignora: debet tamen circa ipsa diligentiam adhibere & si pereunt propter negligentiam non habitam, tenetur actio. pigno. h. d. Pau. cum. l. seq.

XXXIII. VLPIANVS *libro quadragensimosecundo ad Sabinum.*

h ¶ *Et tuæ.* scilicet ædes. M.

i ¶ *Existes.* scilicet eorum.

k ¶ *Placet.* sed perperam secundùm P.

l ¶ *Mouet me.* s. ad dicendum quòd non possit sibi facere caueri.

m ¶ *Ipse.* scilicet ego, Accur.

n ¶ *Meas.* scilicet, ^b communes. *sic infra de ver. sig. pupillus. §. fin. & j. de leg. j. l. v. §. fin. & de condit. instit. l. ij.*

b Meum dici potest, quod mihi cum alio commune.

o ¶ *Impensas.* s. quas feci in communes ædes reficiendas. Accursius.

p ¶ *Habui.* & nullus nostrum habet domũ propriam.

q ¶ *Debere.* s. pro vitio ipsarum ædium cõmunium.

r ¶ *Ipse.* s. ego.

s ¶ *Possim.* & huic superiori dicto est cõtra supra *commu. diui. Sabinus.* Sed hic de reficiendo^c: ibi de nouo faciendo: *vt arg. j. eod. tit. si ædes.*

c Socius inuito socio reficere potest: nõ tamen in aliũ vsum quàm sit destinata res communis.

t ¶ *Pro parte.* s. sua.

u ¶ *Iudicio.* spreto auxilio orationis diui Marci: quæ ^d dominium socio reficienti assignauit, nisi intra quatuor menses impensas offerat cum cẽtesimis vsuris: *vt j. pro soc. l. cum duobus ^e. §. idem respon. & C. de ædi. pri. l. si vt proponis.* Accur.

d Socij priuilegium reficientis rem communem, [...] si fratres.

x ¶ *Cautionem.* à socio meo pro parte sua mihi.

y ¶ *Quia.* s. alio modo potest mihi prouideri.

z ¶ *Sarciri.* vt dictum est supra proximè.

a ¶ *Sententia.* & aliorum: *vt j. eo. l. dãni. §. j. & ij. & l. qui bona. §. de illo.*

b ¶ *Quo casu.* subaudi eo casu.

c ¶ *Quod.* q. d. non solùm in isto vltimo.

d ¶ *Et in superiore.* nisi in casibus duob. *v. j. eo. l. inter quos j. respon.* 2. Item videtur huic *l. contra. j. eo. l. in hanc.* Sed ibi loquitur cùm ille socius fortè volebat reficere: & aliquid poterat ei imputari quòd non reficiebat: hic bene volebat ipse reficere: & sic non tenetur satisdare de damno infecto. Vel verius dic vt ibi. 3. ¶ Item contra infra *tit. j. l. si tertius. §. inde quæritur. ver. versa. quoque vice. & l. se. §. item.* Sed aliud in illa actione quæ concurrit cũ alia. hæc autem non. ¶ Item contra infra *eo. l. nam si non sit. & j. eo. l. damni. §. j.* Sed solues in d. l. nam si non sit.

e ¶ *Casu.* s. primo huius l.

INquilino.] CASVS. Locaui tibi domum: hæc domus minatur ruinam: vel alia domus mea ibi vicina minatur ruinam super istam conductam: vnde tu times damnum in rebus tuis quas in domo conducta habes: & sic petis vt caueam tibi de damno infecto. certè non audiris: sed tu poteris recedere cum rebus tuis, dum tamen soluas pensionem pro tempore quo stetisti, & si prohibeam te recedere cum rebus tuis, poteris agere ex conducto contra me, vt liberè dimittam te exire. si autem pensionem pro tempore præterito non vis soluere, tunc possum retinere res tuas, cùm sint mihi tacitè obligatæ. & si ista pignora quæ retinui, interierint ex ruina vicinarum ædium teneor etiam act. pigno. non solum ex conducto tibi emendare, si poteram istas res in tutiori loco posuisse. hoc dicit hæc lex, cum l. seq. Franc.

Inquilino

a ¶ *Inquilino non datur*, contra eũ à quo conduxit, cùm ipsa domus conducta vel alia domus locatoris vicina minetur ruinam super conductam: *vt & j. l. proxi.* vnde inquilinus veretur damnum tã in eo φ nõ poterit vti domo cõducta: quam in rebus quas intus habet: & dic non caueri: *vt hic. & ʒ. eod. l. qui bo ss. §. d: sdo* sed pro damno quod timeat in alia domo quam vicinam habeat conductor, petit sibi caueri: *vt ʒ. eod. l. damni infecti. stip. competit. §. sed inquilino meo.* &c. Item contra alium petit etiam pro damno inferẽdo in rem & domum conductam: *vt ʒ. eod. l. qui bona. §. qui damni. vers. vicinis. & l. si filius. quæ sunt contra.* Vel in illa, qui bona. §. qui damni versic. vicinis. & in illa, si filius. nolebat migrare: hîc sic. Prima secundùm R. placet. Patet ex prædictis, quia inquilinus aut petit sibi caueri ab extraneo [a]: φ potest: aut à [b] domino pro domo conducta ruente vel alia domini: & tunc aut pro damno quod timetur in domum conductam, & tunc non potest: aut in aliam: & tunc potest:

INquilino non datur [a] damni infecti actio [b]: quia possit ex conducto [c] agere si dominus eum migrare prohiberet [d].

XXXIIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

VTique [e] si pro præterita [f] pensione satisfacere paratus fuit: alioquin [g] iusta retentio pignoris domino fieri videretur [h]. Sed & si quasi pignora [i] retinuerit, & ea interierint ruina vicinarum ædium [k]: potest dici etiam pignoratitia [l] actione locatorem teneri, si poterat eas res in locum tutiorem [m] trãsferre.

Si paries idoneus destruatur, vel non idoneus, sed vitiosè restituitur: stipulatio committetur ad interesse totale. hoc dicit. Bart. cum duabus ll. sequen.

XXXV VLPIANVS *libro quadragensimosecundo ad Sabinum*

IN parietis cõmunis [n] demolitione, ea quæri oportet, satis aptus [o] fuerit oneribus ferendis [p], an non fuerit aptus.

XXXVI PAVLVS *libro decimo ad Sabinum*

SEd ita idoneum esse plerique dixerunt, vt * vtrarumque ędium onera, quę modo [q] iure imponantur, communis paries sustinere possit.

XXXVII. VLPIANVS *libro quadragensimosecundo ad Sabinum.*

NAm si nõ fuit [r] [idoneus [f],] vtique demolire † eum oportuit, nec debet [t] si quid damni ex hac causa cõtigerit, * is qui demolitus est, teneri: nisi sumptuosus [u] †, aut parum bonus [x] nouus paries sit restitutus. Quòd si fuerit idoneus paries qui demolitus [y] est, in actionem damni infecti venit id, quanti interfuit actoris [z] eum parietem stare, meritò. nam si non debuit demoliri [a], restituere eum debet proprio sumptu. Sed & si quis redditus ob demolitionẽ amissus est consequenter restitui eum Sabinus voluit. Si fortè habitores migrauerunt, aut non tamcommodè habitare possunt: imputari id ædificatori potest.

De damno contingente antè traditionem, emptori non cauetur: nisi cùm ad eum custodia pertinet. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

EMptor * ædium antè traditam sibi possessionem i[deo] ...

d ¶ *Actio*, ad petendam cautionem istam. ¶ Nunquid ergo pro ea scilicet cautione petenda actio competit? Respon. non: secũdùm R. Sed officium [c] iudicis quod pro ea. s. cautione habenda imploratur, actio hîc appellatur, *vt inf. de actio. & obli. l. actionis verb.*

c ¶ *Ex conducto.* & interdicto de migrando: *vt j. de migrando. l. j.*

d ¶ *Prohiberet*. quia iustam [d] causam habet migrandi: *vt ʒ. eod. l. in banc. §. pe. & ʒ. locad. habit ito. et. §. fi.*

e VTique. s. poterit agere ex conducto.

f ¶ *Propræterita*. i. pro præterito tempore.

g ¶ *Alioquin*. i. si non fuerit paratus satisfacere.

h ¶ *Fieri domino videretur*. *vt supra in qui. cau. pig. ta. contra. l. eti differentia. & arg. C. de: pi. l. ij.* & ex [e] quo ius permittit, non incidit in edictum diui Mar. neque in constitutionem, si quis in tantũ. quæ includit: quia quod legitimè fit, non meretur pœnam: *vt C. de his qui ve. ætatis impetra. l. j. & de admini. tu. l. fancimus. H.*

i ¶ *Quasi pignora*. nam tacitè sunt obligata inuecta & illata: *vt ʒ. in quib. cau. pignus tacitè contra. l. licet.*

k ¶ *Ædium*. scilicet domini.

l ¶ *Pignoratitia*. nõ solũ ex cõducto: Vel dic, nõ solùm prædicta.

m ¶ *Tutiorem*. & sic fuit [f] in culpa: *vt & C. de peri. tu. l. si res pupil.* sed si non fuit in culpa, nõ tenetur creditor: *vt. C. de pign. act. l. pignus & l. si nulla.* Item expone tutiorẽ. i. [g] tutũ: & si non est participatio positiui: quia locus in quo erat, tutus non erat.

n IN parietis communis demolitione. i. [h] in cautione præstita propter cõmunis parietis demolitionem, si quæstio fiat an committatur. Azo. ¶ Et dic secundùm Azo. casum in his tribus ll. sic: Aedes meas proprias iuxta tuas habeo, & cõmuni pariete meo & tuo fulcientantur. tu vis demoliri communẽ parietẽ, & meliorem substituere: & ideò mihi petẽti caues de damno infecto, facta demolitione contingit mihi damnum. ergo ex cautione. quæritur, an possim? Respon. cum distinctione: quia aut fuisti in culpa demoliendi: aut non fuisti: quod ex eo probatur, si paries demolitus mea & tua onera sustinere poterit: tu tamen sine causa es demolitus: & præstabis mihi omne interesse meum: quod dic vt j. eo. l. nam si §. quòd si fuerit. Si verò in culpa non fuisti: putà quia vitiosus erat, & minabatur ruinam, & ædium onera sustinere non poterat: non teneris mihi quia restituisti alium demoliendo veterem: sed quia malè restituisti. quod in duobus casibus contingit: scilicet si paries restitutus sit sumptuosus. i. [a] plenus sumptibus propter grassitudinem & ipsissitudinem & longitudinem, & quantitatem expensarum factarum: vnde ipsum cadere oportuit fortè propter soli debilitatem, quod tantum parietem sustinere non potuit: vel aliquam similem causam. Item & si paries ad[eò] sit debilis & subtilis, vt necessarium sit cadere. nam his duobus casibus teneris. Item & in primo omne dãnum mihi præstabitur ex cautione non act. communi diui. quia in re communi non contingit mihi damnum: sed in propriis ædibus meis. vnde cessat communi diui. actio. *vt ʒ. communi diui. l. arbor. §. si per eundem.* & ita soluitur contrarium supra eo. l. si ædibus.

o ¶ *Aptus*. s. paries.

p ¶ *Ferendis*. scilicet, meis & tuis.

q SEd ita.] *Quæ modo.* aliàs, in eo: & aliàs, mero.

r NAm si non fuit. s. ita idone[us] vt vtraque onera sustinere possit.

f ¶ *Idoneus*. scilicet primus. R.

t ¶ *Nec debet*. ita cõstrue & si quid contigerit, non debet teneri ex causa damni infecti is qui demolitus. &c. Vel dic, & idem est sensus, non debet teneri. dam. infe. i. ex stipulatione de dam. infe. si quid cõtigerit ex causa. i. si aliquod damnum contingit ex demolitione. & secundũ hoc dic ex causa. i. [b] ex demolitione.

u ¶ *Sumptuosus*. q. d. nisi culpa demolientis ... damnũ contingat, nã propter dãnũ operis quod ita erat ædificatũ vt sustineri non posset, non tenetur is qui demolitus est. aliàs autẽ. s. cũ erat bonus, est contra: quia cõmittitur. Bene dico, cũ non est idoneus, non cõmitti ex demolitione: cũ non propter demolitionem quis cauet: quia demolitio [c] fit propter fortuitum casum vitandum: *vt ʒ. eo. fluminum. §. hac stipulatio.*

u ¶ *Sumptuosus*. i. sic plenus sumptibus, vt cadere oportuerit.

x ¶ *Parum bonus*. i. subtilis & debilis: & ita malè & in vtroque casu vt cadere oportuerit.

y ¶ *Qui demolitus*. i. destructus.

z ¶ *Interfuit actoris*. hoc est cõtra. ʒ. *eod. l. si ad hoc*, vbi cùm detur cõmu. di. hæc cautio nõ tenet. So. hæc illã corrigit: 2. Vel aliud est cũ destituitur *vt hic*: aliud cũ vitiũ facit: *vt ibi.* 3. Vel dic vt dixi modò, *in l. inparietu. in fi. gl.* & facit vt omne interesse veniat: *vt j. eo. in reficiẽdo. & l. d. ini. §. fi. & l. ex dãni. §. j. & ʒ. eo. l. in banc. §. fi.*

a ¶ *Demoliri*. s. paries. & demolitus est.

CVm emptor.] CASVS. Vendidi tibi domum, & nondũ tradidi. quędã domus vicina huic vẽditę minatur ruinã, tu petistibi caueri de damno infecto à domino domus ruinosæ, certè non audiris. nã ad me venditorem hoc spectat: & si nõ faciã, tenebor tibi ad damnum tuũ, nisi in casu, vt si ego vẽditor cũ vellẽ abesse, istã domũ dedi tibi precario. & cõmisi tibi in custodiã, nã ad te amodo spectat cauere. [SI AGRI.] Pars agri mei est vitiosa, si non caueo tibi de dãno infe. es mittẽdus in pos. tantum partis ruinosę. Sed quare secus est in domo? nã si pars domus meæ minatur ruinã & nõ caueo vicino de damno infecto, est mittendus in possess. totius domus. ratio est, quia in domo pars ruinosa trahit aliam, & sic de tota domo timetur damnũ. At pars agri ruinosa non sic trahit aliam partem agri. Quod autem de domo dictum est, fallit in casu. nam si domus mea amplissima est, & vna particula eius minetur ruinam, ita quòd si caderet, non sit verisimile quòd aliam domum traheret secum, & petatur à me cautio, & nolo cauere: tunc, aduersarius meus est tantum mittendus in possess. partis ruinosę [DEDVCTO.] Pone casum vt in glo. Fran. Accur.

a Inquilinus cautionem de dãno infecto petere potest ab extraneo.

b Inquilinus qui domũ cõductã, aut rebus suis quas ibidem habet metuit, cautionem damni infecti non exigit à locatore sine damnũ metuat ab ipsa domo cõducta, siue ab altera eiusdẽ locatoris vicina. Quã vero metuit pro... quibusdã ac suis ædibus, vel ab ipso locatore cautionẽ dãni exigere potest.

* si vt.

c Glossa hæc admodũ perplexa: nam actionem in factum negat competere in quibus, vt cautionẽ dãni infecti petatis: sed officiũ iudicis & tamen officium iudicis actionem hic appellari scribit.

d Conductor iusta de causa impediens ab ædibus conductis migrare potest.

e Legitimè factum pœnam non meretur.

f Creditor in culpa esse intelligitur si pignus tutum in locum transferre potuit, non tamen transtulit.

g Comparatiuus pro positiuo nonnunquam vsurpatur.

h Demolitio parietis cõmunis pro cautio nece nomine præstata.

a Sumptuosus paries quis.

† demolisit.

* Flo. contigit.

† Flo. sumptuosi.

b Causa pro demolitione.

* Cũ emptor.

c Demolitio peri potest propter casum fortuitũ vitandum.

inutiliter [a] stipulatur, quia venditor omnẽ diligẽtiam [b] ei præstare debet. tunc certè vtiliter stipulatur [c], cùm omnis culpa à venditore aperit: veluti si precario emptori in his ædibus esse permisit [d] custodiámque ei [e] abfuturus [f] tradidit.

In prædio rustico fit missio in partem tantum: in prædio vrbano quandoque in totum, quandoque in partem. causa cognita. Bartolus.

1. ¶ Si agri [g] nomine non caueatur in eam partem agri mittendum est, ex qua periculum [h] timeatur: eiúsque rei [i] ratio hæc est, quòd in ędificiis partes quoque reliquæ à vitiosa [k] parte traherentur. at in agris non idem est. Sed dicendum est, vt in domibus quoque maioribus interdum causa cognita prætor statuere debeat, incuius partis possessionem is cui non caueatur, mitti debeat.

Pone casum, quando vnus ex sociis communis parietis ipsum reficit causa necessarij. Pan.

2. ¶ Deducto [l] veteris parietis pretio [m], si quid amplius [n] sit æstimari debet †: & si quid ex veteri [o] in nouum coniectum sit, deduci ex æstimatione oportet *.

Si in pariete commune vnus ædificat vel vterque, & alter habet pretiosiora ædificia, cautio ab initio exigitur. Bart.

XXXIX. POMPONIVS *libro vicesimoprimo ad Sabinum.*

INter quos [p] paries communis est: ædificiorum nomine quæ quisque propria habet, stipulari damni infecti solet: sed tunc ea cautio necessaria est. cùm aut alter solus ædificat [q], & vitium ex opere futurum [r] est: aut alter [s] pretiosiora ædificia habet, & plus damni sensurus [t] est decidente pariete. alioquin si æquale periculum est: quantum quis vicino [u] præstat, tantum ab eo [x] consequitur.

Si duo contendant de dominio

a ¶ *Inutiliter.* pro damno contingente antè traditionem. Ot. sed pro damno contingente post traditionem, bene potest stipulari antequam sibi tradatur res: *vt supra eo. titu. damni infecti stipu. competit. §. emptor.*

b ¶ *Diligentiam vt & supra de peri. & commo. rei vendita. l. custodiam. & supra de act. empti l. venditor.*

c ¶ *Vtiliter stipulatur.* siue expressè comprehẽdendo damnum antè traditionem contingens, siue simpliciter [a] stipuletur: *vt vo. supra. eo. damno. j. §. emptor.*

d ¶ *Permisit.* scilicet venditor.

e ¶ *Ei.* s. emptori.

f ¶ *Absuturus.* venditor. vel econtra ei emptori qui erat absuturus. sed prima placet & facit vt precario data videatur quoad quid: *vt supra de actio empti. l. Iulianus. §. ex vendito. ibi, possess. autem.*

g ¶ *Si agri.* pro [b] quo est cauẽdum propter [c] timorem ruinæ aggerum vel arborum cadentium cum ruina in vineas vel segetes vel domum meam: *vt ʒ. eod. l. fluminum. §. item apud Vivianum.*

h ¶ *Periculum.* scilicet ruinæ.

i ¶ *Rei.* scilicet. quòd pro [d] parte ædis ruinosæ si non caueatur, fit missio in totam: *vt supra. eo. si finita. §. si verò.* Si [e] verò pars [f] agri minetur ruinam: fit missio in partem tantùm minantem, si non caueatur: vt supra proxi.

k ¶ *Vitiosa. vt & plenè habes. ʒ. e. l. si finita. §. ex hoc.*

l ¶ *Deducto.* Ego & tu habebamus domum vitiosam: timebam mihi damnum dari: refeci ipsam, potero à te repetere si quid impendi: hac consideratione habita, vt primò detrahatur quod posui de veteri pariete: & quod apud me de veteri remansit: & de reliqua impensa feram partem meam vel per actio. pro socio, vel communi diui. 2 Vel pone casum secundùm R. Petebam à te caueri de damno infecto pro pariete tuo vitioso. te non cauente fui missus in possessionem ex primo decreto: refeci eum parietem ex eadem materia quæ antè erat: addẽs de meo: & aliquid retinui de veteri quod non reposui. nunc repeto expensas, quod possum: *vt supra ead. l. in hanc. & l. si finita. §. si iam fuerint.* Tria considerabuntur. Primò quod remãsit apud me ex veteri. Secũdò quòd de meo ibi reposui. Tertiò q*d* de veteri materia ibi reposui. & sic omnibus inspectis habebo quod mea interest. 3 Et [g] secundùm Ir. dic secundò, Cauisti mihi de damno infecto, & postea cecidit domus tua in parietem meum: quem refeci. emendabis mihi eo pretio quo erat prius: & non computabitur quod modo valet plus: ne id quod de veteri in eundem est repositum: *arg. ʒ l. proxi. §. fin.* & secundùm istam expone semper æstimari ad hoc vt non veniat.

m ¶ *Pretio.* id est materia primi parietis quæ apud me remansit: vel eius æstimatione: vt ipsa s. mihi non restituatur. Vel secundùm alium deducto pretio. i. facta computatione pretij veteris parietis vt ipsa restituatur.

n ¶ *Amplius sit.* scilicet expensum pro nouo ædificando, secundùm vtranque expositionem.

o ¶ *Ex veteri.* scilicet materia.

INter quos.] CASVS. Ego habeo domum propriam iuxta tuam. in medio est quidam paries siue murus communis. hic paries minatur ruinam domi meæ. vnde peto à te mihi caueri. quæritur an debeas cauere? & respondet quòd sic in duobus casibus. Primus est, quando tu solus ædificabas super communi pariete: ex illo opere timeo damnum in domum meam propriam, nam in hoc casu debes mihi cauere. Secundus est, quando ego & tu ædificamus super communi pariete: & timeo damnum in domum meam, quæ est multò pretiosior & melior tua. nam & hoc casu debes mihi cauere. [SI DOMINVS.] Possidebas domum ruinosam, de qua tibi mouebatur controuersia à quodam qui se dicebat dominum. nunc ego peto vt mihi caueas de damno infecto quæritur an debeas cauere? & dicitur quòd sic. & si quid præstares mihi occasione huius cautionis: hoc imputabis aduersario tuo si apparebit eum dominum: & si nolis cauere, mittar in poss. [DAMNI.] Quæritur an is qui habet superficiem in solo alterius, putà Titij: si timeat ruinam ex domo vicina, an possit stipulari de damno infecto? & dicitur quod sic: & etiam ipse Titius qui est dominus soli, poterit stipulari. [ALIENO.] Quæritur an procurator nomine domini possit stipulari de damno infecto? & dicitur quòd sic: & debebit promittere de rato. s. quòd dominus habebit ratam promissionem factam procuratori suo. & iste qui promittit, debebit adiicere in promissione se nolle teneri si stipulator appareat falsus procurator vel dominum non habere ratum: sicut contingit in stipulatione legatorũ. nam procurator legatarij qui stipulatur de legato dando ipsi legatario, debet cauere de rato, & hęres qui promittit, debet promittere sub ea forma: vt dixi ʒ. in eo. qui promittit de damno infecto. Vltimò dicit quòd si dominus domus ruinosæ nolit cauere: ille procurator postquam cauit de rato, est mittendus in possess. domus ruinosæ, etiam si opponatur quod non sit procurator. [IN ÆSTIMANDO.] In hoc §. potest pluribus modis poni casus vno tamen contentus ero. Habebas domum ruinosam iuxta meam, promisisti mihi de damno infecto. tandem postea cecidit domus tua supra parietem domus meæ: & si paries meus oppressus cecidit: vnde refeci nouum parietem, teneris mihi inquantum expendi in nouo pariete. & hoc intellige, si non excedat æstimationem veteris parietis: nec etiam inspicietur in totum, nam picturæ si quæ erant in veteri pariete, non æstimantur: quia hæc aggrauarent nimis promissorem. Franc.

p ¶ *Inter quos.* id est hi inter quos. &c. solet stipulari de damno infecto nomine ædificiorum: scilicet ruinam minantium: & timentium scilicet occasione parietis communis. hoc tamen statim ad duos casus restringit aliàs regulariter contra ʒ. eo. l. si ædibus.

p ¶ *Inter quos.* in princ. huius legis ponitur dictum generale: & illud postea restringitur ad duos casus.

q ¶ *Ædificat.* [a] super communi pariete, vel iuxta eum: Vel. i. reædificat communem parietem, vel erigit eum altiùs, vel onerat solus.

r ¶ *Futurum est.* opinione hominum inspecta.

s ¶ *Aut alter.* retento quòd alter socius ædificabat solus, & præterea dico damnũ aliquod non timetur vitio operis iã facti vel soli. 2. Vel dic quod hoc casu vterque vel neuter ædificat. primum tamen magis quibusdam placet, cùm neutro ædificãte denegatur cautio quia vtrique potestas est reficiendi: *vt ʒ. eod. l. si ædibus*, nec vtroque ædificante: *vt ʒ. eodem. l. ex damni. §. quotiens in fin. §. quæ est contra.* 3. Alij dicũt hunc casum corrigi per id quod ibi dicitur. 4. Alij, vt Io. legunt aut, pro &: quasi hæc duo sint necessaria, & vnum non sufficiat, *vt d. §. quotiens.* 5. Vel aliter vt ibi dices.

t ¶ *Sensurus sit.* quam pateretur is qui ædificat super communi pariete: & tunc licet adhuc non timeatur ex opinione hominum damnum: tamen quia facilè posset contingere propter extructionem operis alterius: & quia hic qui timet nec ædificat, habet pretiosiora ædificia quibus imminere possit damnum: præstatur ei cautio. Si autem vterque ædificaret, non præstaretur cautio, licèt præstita posset committi: *vt infra eodem. l. damni. §. cum parietem.* hoc non placet. 2. Vel melius secundùm Azo. distingue, vt primus sit casus cùm alter solus ædificat: secundus autem quando vterque, & tunc caueretur si [b] vnus est maius damnum passurus quam alter: *vt hic.* sed an possit agere, dices. *infra eodem. l. ex damni. §. quotiens.*

u ¶ *Vicino.* id est socio.

x ¶ *Ab eo.* socio. s. communi diui. iudicio inter se intentato, secundum

a adde glossam l. 18. §. emptor in verbo stipulatur fuerit: & in verbo soluendi l. eod.

b Agrorũ etiam ratione damni infecti cautio peti potest.

c Damni infecti cautio propter agrũ quibus ex causis fiat.

d Partis tantum ruinosæ nomine si nõ cauetur, missio fit in totas ædes.

e Ædium ruinosarum & agri ruinam minantis differentia.

f Pars agri si ruinam minatur, non fit missio in totum agrum, sed in eam tantùm partem quæ ruinam minatur.

g Harum eiũ interpretationum nullam probo. Lex nostra nihil aliud vult quã si parietem meum ruina collapsum refecero, sumptuum à me factorum ita habeatur ratio, vt æstimetur vetus paries meus, id est vt in minorem quantitaté mihi non teneatis quã valuerit vetus paries meus, ideoque si quos sumptus amplius feci, vult constitutio, vt adeo non tenearis mihi si quid ex veteri meo pariete materia in nouũ meũ parietem cõieci ero, vult etiam id deduci ex æstimatione, hoc est ex sumptibus à me factis, id est vult te minus teneri.

† Vide Franc. de Are. sing. sum. &c. dan. de ratihabitione quæstionem.

* Hanc desumunt doct. rationem diui probandi in domo collapsa alterius casu atque ruina. de quibus vide apud eosdẽ. Et quorsum §. hunc Bar. aut. sorum da inf. ut sur. col. trahat. & Albert. in tractatu statutorũ, vide hic per Lu. de Rom.

a Ædificare in pariete vicino, seu communi quando quis dicatur.

b Maius damnum passuro vicino cauet is qui minus passurus est.

cundùm quosdam: quod non placet: quia in re communi dānum non contingit: *vt i. commu. di. arbor. §. si per eandem. & supra vsufruct. quemad. ca. l. anteq.* 2. Dic ergo consequitur, i. consequi possit vtrumq; ex interposita cautione: quod tamē fieri nō debet: *vt i. eo. l. si adibus. & infra. eo. l. ex damni. §. quoties.* nisi in duobus casibus vt modò dixi. in quib⁹ etiam loquitur lex. *i. e. l. in banc.* & est ratio, secundùm quosdam, quia indiuiduus[a] erat paries, & sic cessat communi diuid. Item nec communis[b] est ex societate, & sic cessat pro socio: vnde hæc cautio in subsidium præstatur. Vel ratio est ad instar vestibuli: *vt supra communi diui. l. arbor. §. de vestibulo.* 3. Alij exponunt hunc finem, vt quantum alter sociorum præstat vicino vel socio occasione socij cuius culpa damnum datur ex communi pariete: tantùm ab eo socio consequatur per communi diuidundo iudicium: quod non placet.

a In indiuiduis non habet locum cōmuni diuidūdo actio.

b Actio pro socio locū tantum habet in his quæ communia sunt non qualitercunque, sed ex societate. R.

domus ruinosa. onus cauendi pertinet ad possessorem: qui si aliquid præstiterit ex cautione, & postea succumbit in quæstione dominij: repetit à verò domino: & si cauere detrectat, possessio eius transfertur in petētem cautionem. Pau.

1 ¶ Si domus[a] in controuersia sit, dicendum est damni infecti onus possessoris esse: cùm id quod præstiterit imputare domino prędij possit[b]. Quòd si non caueat possessionem ad petitorem, qui cauere damni infecti sibi[c] velit, transferant. Nam iniquum est, stipulatorem compelli relicto prędio ex quo damnum vereatur, dominum quærere[d].

Ista stipulatio præstatur pluribus, & ad plurium interesse committitur. Bartol.

2 ¶ Damni infecti stipulatio latius[e] patet: & ideò & ei qui superficiariam insulā habet, vtilis est ea stipulatio, si quid in superficie damnum † datū[f] fuerit: & nihilominus & soli domino vtilis est, si solo damnum[g] datum fuerit, vt tota superficies tolleretur. fraudabitur enim domus soli in pensione percipienda[h].

† damni.

Qui petit cautionem alieno nomine, debet habere respectum ad interesse illius cuius nomine petit. & si dubitatur de eius mandato, debet cauere de rato & in cautione debet opponi clausula, quod ita demùm teneat de rato cautio, si verus procurator non est, & postquam quis cauit de rato: nō potest sibi obiici quod non sit procurator. Paul.

3 ¶ Alieno † nomine stipulari ita licèt[i], vt quod damnum domino datum sit, comprehendatur. Cauere autem debebit[k] is qui stipulabitur, dominum ratam rem habiturum: exceptióque procuratoria stipulationi inserenda[l] erit: sicut in stipulatione legatorum[m]. Quòd si ei nō cauebitur[n]: mittēdus est in possessionem procurator omninò, vt ei exceptio procuratoria[o] non noceat.

† Procurator falsus postquā est admissus in iudicio cum cautione de rato, non potest amplius repelli: quia per illam est effectus legitimus: quod intellige vt hic in secundis interpre. Bolog.

4 ¶ In æstimando[p] nouo pariete ratio haberi debet eius impensæ quę modum[s] probabilem non excedet: in vetere[q], eius cul tus†, non qui* adgrauet[r].

XL. VLPIANVS *libro quadragesimotertio ad Sabinum.*

EX damni infecti stipulatione nō oportet infinitam vel immoderatam ęstimationē fieri[s] veputa ob tectoria: & ob picturas. Licèt enim in hęc magna erogatio facta est, attamē ex dāni infecti stipulatione moderatam ęstimationem faciendam, honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria[t] subsequenda.

† cultu.

* non adgrauet.

a ¶ *Si domus.* aliàs, si dominus, id est qui dicit se dominum esse, & agit rei vind. ad domū contra possidentem: & à possidente petitur cautio ab extraneo. Azo.

b ¶ *Possit. vt & argum. C. de peti. here. l. fin.* & hoc est verum etiam si malæ fidei possessor sit.

c ¶ *Sibi.* scilicet petenti.

d ¶ *Quærere. sic & C. vbi in rem act. l. ij.*

e ¶ *Latius.* ponit comparatiuum pro positiuo.

f ¶ *Damnum datum.* i. dari vetitum: *vt & i. eo. l. qui bona. §. & superficiarium.*

g ¶ *Damnum datum fuerit.* quoad suspicionem eorum qui damnū verentur. R. qualiter autem damnum datur solo subiicit.

h ¶ *Percipienda.* remittitur ergo superficiario[c] pēsio propter metum ruinæ, vel propter ruinam: sicut & pensio emphyteutæ, *vt C. de iure emphy. l. j.* & merces conductori *vt & supra eo. l. in bene. & l. nam si non sit. & i. loca. habitatores. §. fi. & l. ex conducto. §. si quis & §. cum quidam & §. Papi*[d]. & sic sunt hic argu. pro sacerdotibus Vltramontanis, qui facta ex communicatione nil percipiunt: vnde ad censum teneri non debent. ADDIT. Pro ista glossa facit ca. quia diuersitatem. extra de concess. præb.

c Pensio quibus & quibus ex causis remittatur.

d l. si vno. §. Papi.

i ¶ *Licèt.* stipulatur ergo procurator. *vt hic, & i. eo. prætor. in prin. & l. qui bona. §. si alieno.* & domini inspicitur vtilitas, vel interesse, *vt hic, & i. si quis cau. l. pen.*

k ¶ *Debebit.* *vt i. rem ra. ha. l. amplius. aliàs, non solùm. & i. de procu. l. Pompo. §. si stipuletur.* & quære vt ibi.

l ¶ *Inferenda.* ab eo qui promittit de damno infecto, vt dicat se non teneri si appareuerit falsus procurator, vel dominus non haberet ratum. 2. Vel econtra dic inserēda à procura. vt non teneatur ex stip. de rato si apparuerit eū esse verum procura. vel dominum habere ratum. & sic[e] dicitur exceptio procuratoria, cùm nō sit procurator, vel sit vt dictum est: aliàs dicitur procuratoria exceptio quando non potest esse procurator, *vt supra man. si fide iussor. §. quædam. & de probationibus in exceptionibus. §. sed & si procuratoria* ¶ Item not. hic arg. pro opinione nostra, qui dicimus esse in electione[f] procuratoris, vel probare mandatum, vel satisdare: *vt no. C. de proc. l. j.*

e Exceptio procuratoria quæ.

f Procuratori agenti datur electio vel probare mandatum, vel satisdare de rato.

m ¶ *Legatorum.* nam & in[g] ea stipulatur procurator legatarij, & satisdat de rato *vt hic. & supra de procura. l. Pomponius. §. si stipuletur. & vt leg. no. ca. l. j. §. sed & procuratoribus.* & inseritur hæc exceptio t *vt hic, & argum. supra vt leg. no. ca. l. j. §. fin. & l. ij.* Item cauetur qui nouum opus nuntiat: *vt supra tit. j. de pupillo. §. qui procuratorio.*

g Legatorum nomine qui procurator stipulatur cauere de rato debet.

n ¶ *Non cauebitur.* postquam caueri de rato. R.

o ¶ *Procuratoria.* i. quòd non sit procur. vel aliter accipitur, vt modò notaui.

p ¶ *In æstimando.* si[a] totus paries vetus ruit occasione vicinarum ædium de quibus promissum est damni infecti æstimabitur: impensa noui parietis facti. si verò vitiosus factus est, æstimabitur impensa refectionis, vtrobique tamen moderata[b]: quia illud est attendendū quòd meliorem habet modò parietem: & quia si in veteri erat voluptaria[c] impensa non debet æstimari.

a Pariete vicino pariete ob tuo vitio refecto, quæ ratio ineatur in eo estimando.

b Refectio nec quæ debetur, neque præstatur reficienti, nisi moderata sit vt modicata sit facta.

q ¶ *In vetere.* id est secundùm veterem eius cultum. R.

r ¶ *Adgrauet.* q. d.[d] non omnino vetus cultus æstimatur: quia nō picturæ vel similia: quia hæc adgrauarent[e] nimis promissorem *vt i. l. proxi. in fin.* secundum: R. Vel dic, qui cultus, id est quæ refectio, vel sustentatio facta ab vno ex socijs adgrauaret aliū nimis voluptarijs. s. factis impensis. & sic facit loqui in communi pariete, de quo loquitur *supra e. l. in pariete communi & l. seq. & l. item. & infra eo. l. in reficiendo. item fa. ad §. supra. l. proxi. §. fin.*

c Dic vt in verbo adgrauet. inf. eod.

d A socio vicino obrutitur, cui vetus non omnino æstimatur, sed cultus præstatur cautione damni infecti.

e Promissiones non nimium excedendæ in pen iudicium permittantur.

EX damni.] CASVS. Stipulatus sui à te dāni infecti: & postea ruit domus tua. s. meā & eam destruxit: & crustam siue picturam quæ erat in domo destruxit. non æstimatur hoc damnum incrustationis siue picturæ. [QVOTIENS.] Ego & tu habebamus parietem communem: & ibi iuxta habebam domum proprium. paries communis videbatur cadere. petij à te cautionem damni infecti, & eam præstitisti, tandem cecidit, & dedit mihi damnum, quæritur an tenearis mihi emendare: dicitur quòd nō. Sed pone quòd tu parietem communem ita pressisti siue onerasti, quod ob hoc cecidit: tunc teneberis. Sed pone quod ego & tu simul onerauerim⁹: & ob hoc cecidit domus: & dedit damnum in tuis rebus & etiam in meis. tūc nō teneberis: siue æquale damnum ego & tu habuimus: siue ego maius quā tu. & est ratio, quia culpa mea sicut tua in hoc fuit. [QVOTIENS.] Plures habebāt domum communem, & timebant ex domo vicina ruinam: vnde stipulati fuerunt à domino domus ruinosæ de damno infecto, tandē postea datum est damnum in domo eorum: vnde quilibet vult agere ex stipulatione. quæritur pro parte quilibet agat: & dicitur quòd quilibet aget pro parte suo damni. Secundò dicit. Pone econtra quod domus plurium minatur domui meæ ruinam: & promiserunt mihi de damno infecto: & postea cecidit domus eorum supra meam: & sic datum est mihi damnum, quæritur qualiter agam contra eos ex stipulatione. & dicitur quòd quilibet eorum tenetur pro parte dominica. [SI PLVRES.] Plures habebant domum communem ex disparibus partibus: & timebant ex vicina domo ruinam: vnde petebant sibi caueri. dominus domus ruinosæ noluit cauere. hic dicitur quòd omnes isti sunt mittendi in possessionem domus ruinosæ, & æqualiter. Fran.

s ¶ *Æstimationem fieri. vt i. de ser. vrba. præd. l. quidam. §. fi. & l. i. proxi. §. fi. & l. nam si non sit.*

t ¶ *Luxuria.* id[f] est prodigalitas. sic ponitur *i. de dolo l. non debet.* & facit *i. de pigno. act. l. si seruos. & de cura. furi. l. & mulieri quæ luxuriose.*

f Luxuria pro prodigalitate.

a ¶ *Quid acciderit.* socio circa refectionem non necessarie alioquin[a] communi diuidundo farciri poterit damnum, vel pro socio: *vt supra eo. l. si aedibus.*

b ¶ *Debet.* etiam si cautio praestita fuerit per errorē. Accursius.

c ¶ *Eam.* parietem.

d ¶ *Beneficio.* i.[b] maleficio, ironicè.[c] enim loquitur: *vt sic ff. de inoff. testament. l. fratres.*

e ¶ *Pressus.* paries.

f ¶ *Causam esse.* hoc quando neuter habet pretiosiora: vt differat à seq. respon.

g ¶ *Amiserit.* quam alius, retento casu superiori: scilicet quod vterque ex sociis onerauerat parietem communem. Accursius.

h ¶ *Onera.* cùm enim in pari[d] sunt causa siue culpa, quia ambo vltra modum imponunt, neuter alteri quicquā obiicere potest. *sic C. de libe. cau. l. si filium. & supra de dolo. l. si duo & infra quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissime. & l. fin. §. si ad ianuam.* Item non obstat[*] huic respon. ff. e. l. inter quos. circa princip. *vbi aut alter pretio. &c.* quia ibi semper vnus solus aedificabat: hic ambo, secundùm quosdam. 2. Alij aliter soluunt vt ibi diximus. 3. Tu dic secundùm Azo. & Hug. quòd in diuersis casibus loquuntur. lex enim superior loquitur quando cautio fit alicui ex his qui habent communem parietem: qd in duobus casibus dixit contingere, scilicet quando vnus solus super communi vel in communi pariete aliquid facit, vnde damnum ab altero timetur: cui ob hoc debet caueri. Item quando[e] vterque vel neuter in communi vel super communi pariete quid faciat, cùm alter habet pretiosiora aedificia vbi cautio est alteri ab altero praestanda: quia maius damnum potest subire vel sentire ex parietis casu: si[f] autem neuter maius dānum erat passurus per casum, neutri ab altero debet caueri: sed in praedictis casibus tantùm alteri ab altero caueri diximus. hic autem tradit quando ex cautione possit agi: distinguendo vtrum alterius culpa tantùm deciderit paries: nihilominus & sui vitio. alioquin non committeretur stipulatio: *vt supra eod. l. fluminum. §. praeterea.* & tunc ille solus conueniatur: non autem aget. an vtriusque culpa: & tunc neuter contra alterum experitur. Caeterùm si fortuito casu cecidisset, non committetur: *vt supra eo. fluminum. §. hac stipulatio.* Item contra supra eod. l. in hanc. Sed ibi culpa sot ij contingit damnum.

[a] Parietis cōmunis damnū, suo vitio accidens, communi diuidūdo actione vel pro socio sarciri mittitur.

[b] Beneficio, pro maleficio e ironia.

[d] Par vbi est culpa, alter alteri nihil obiicit.

[*] Sic in archet. fortè parnatam. i. pariete redditam à verbo paria re. an p[ar]itis à nunc. vtriusque esse causam esse. i. ad vtrunque casum parietis spectare. Taurell. In Vaticano legitur. parietis in quibusdam manuscri legitur, pariem. in aliis pa[...]. vt & in impressis.

[e] Hoc communiter tenetur non solet secundum Ioā. de Imola.

[f] adde gloss. in l. 39. in verbo *aut alter praef.* ff. eod.

Si communis paries sine alicuius vitio damnum inferat: stipulatio non committitur. idē si culpa vnius committeretur: secus si culpa communi vtriusque. Barto.

1 Quotiēs communis parietis, vitio quid acciderit[a], socius socio nihil praestare debet[b]: cùm communis rei vitio contigerit. Quòd si quia alter cum[c] praeferat, vel onerauerat, idcircò dānum contigit: consequēs est dicere, detrimentum hoc quod beneficio[d] eius contigit, ipsum sarcire debere. Quòd si aequaliter vtriusque oneribus pressus[e] decidit, rectissimè Sabinus scripsit, parem † vtriusque causam esse[f]. Sed si alter plures vel pretiosiores res amiserit[g], melius est dicere, quia ambo onera[h] imposuerunt, neutri aduersus alterum competere actionem.

Si plures recipiunt damnum ex ruina. quilibet agit pro parte sua: & si contra plures agitur, quilibet conuenitur pro parte sua. Pau.

2 ¶ Quotiens ex damni infecti plures agunt, quia in eadem re damnum passi sunt, id est in aedibus: non debet vnusquisque eorum in solidum agere, sed in partem[i] experiri. Neque enim damnum quod pluribus datum est, vnicuique in solidum datum est, sed in partem datum esse videtur: & ideò vnicuique in partem competere actionem Iulianus scripsit 3 ¶ Item si plurium sint aedes quae damnosae imminent: vtrum aduersus vnumquemque dominorum in solidum competit, an in partem? Et scripsit Iulianus (quod & Sabinus probat) pro dominicis[k] partibus conueniri eos oportere.

Licèt plures pretendant interesse inaequale, si tamen eis non caueatur, aequaliter in possessionem mittuntur. Paulus.

4 ¶ Si plures domini[l] sint aedium qui dāni infecti sibi prospicere volūt, nec quisquā eis dāni infecti caueat, mittēdi omnes in possessionē erunt: & quidem aequalibus partibus: quāuis diuersas portiones dominij habuerint. & ita Pomponius scribit.

Ille est praeferendus in melioratione rei communis qui magis idonee rē restaurat. Item seruus communis potest pro dominis suis stipulari damni infecti. h. d. cum l. seq.

XLI POMPONIVS *libro vicesimoprimo ad Sabinum.*

IN reficiendo[m] communi pariete ei potiùs facultas ędificādi praestatur, qui magis idoneè[n] reficere parietē velit. Idémque dicendum est, & si de eodem itinere riuóve reficiēdo inter duos vel plures quęratur.

XLII IVLIANVS *libro quinquagesimooctauo Digestorum.*

SI seruus cōmunis dāni infecti stipulatus fuisset, perinde habetur, ac si ipsi[o] domini sua voce pro partibus[p] stipularentur.

i ¶ *In partem.* suam damni: totum suum damnum petet, nisi stipulando partem stipulatus esset. *vt ff. eod. l. plures in princ.*

k ¶ *Pro dominicis. vt & ff. titu. j. l. supra iter. §. officium. & argu. ff. titu. j. l. si tertius. §. si ex plurium & §. inde quaeritur.*

l ¶ *Si plures domini.* in his domibus quae timent ruinam aliarum: *vt & ff. eo. l. si finita §. cùm autem. & praetoris. §. j.* & sic apparet quòd alio[g] modo se habet missio quàm stipulatio. Accursius.

[g] Missionis in possessionem & stipulationis damni infecti differentia.

IN *reficiendo.*] CASVS. Duo habebant communem parietem siue murum. hic paries videbatur cadere, & sic quilibet istorū solus volebat reficere. Dicitur quòd ille praefertur qui magis idoneè vult reficere. idem est si duo habebāt communem riuum vel iter: & quilibet contendit quòd vult reficere. nam ille praefertur qui melius vult reficere. Franciscus.

m ¶ *In reficiendo.* quod est necesse quandoque: *vt ff. eo. l. in pariete communi. & l. seq.* licèt sit contra ff. *communi diui. l. Sabinus.* Sed soluitur. ff. *eo. l. si aedibus.* Accur.

n ¶ *Idoneè.* similis[a] inspectio habetur cū plures agere volūt de sepulchro violato: *vt ff. de sepul. vio. l. praetor. §. si plures.* Vel accusare de aliquo crimine: *vt infra de accusa. l. si plures.* Vel interdict. de libe. homi. exhi. *vt infra de libe. homi. exhi. l. iij. §. hoc autem interdictum.* Vel bona petere causa libertatum conseruandarū: *vt C. de testa. manu. l. si. §. pen.*

[a] Pluribus stipulari agere aut accusare volētibus magis idoneus eligitur.

SI *seruus communis.*] CASVS. Plures habebant domum communem iuxta tuā ruinosam. habebant etiā seruum communem. hic seruus nomine duorum stipulatus est de damno infecto. Dicitur quòd adquiritur dominis perinde ac si ipsimet essent stipulati. Fran.

o ¶ *Ipsi domini.* vox[b] serui, vox domini est: *vt hic: & insti. de inu. til. stipu. §. ex.* Sed hoc fallit in duobus casibus: *vt ff. de stipu. ser. l. v. & l. antepen.* Accursius.

[b] Vox serui vox domini. id est regulariter quodcūque seruus stipulatur, dominus stipulatur.

p ¶ *Pro partibus.* Sed tunc quilibet videtur stipulari pro dimidia sui damni. ff. *eod. l. plures.* nunquid ita erit & hic? Respon. non sed sic[c] intelligo pro partibus, scilicet quilibet pro tota parte sua. ¶ Item[d] nunquid acquiritur dominis pro portionibus quas habent in seruo, an verò quas habent in re cuius nomine stipulatur? videtur pro his quas habent in seruo: *vt infra de stipu. seruo. l. seruus communis.* sic omnium est. Sed contradico, vt scilicet pro partibus quas habent in re. Nec obstat dicta l. seruus communis. quia illa loquitur quando omnibus potest acquiri: at hic non potest acquiri plus alicui domino quàm habeat in re, licèt in seruo fortè habeat duas partes: vbi & totum alteri quaeritur, si alter nullam habeat ibi partem: *vt infra de stipula. seruor. l. proinde. §. final.*

[c] Pro partibus stipulari.

[d] Stipulatio damni infecti per seruum cōmunem facta, pro ea portione quā in re, cuius nomine stipulatur seruus, singuli domini habent, non pro parte quam habent in seruo, committitur.

DAmni.] CASVS. Titius promisit mihi de damno infecto. tandem tegulae siue cupi domus suae vento percussi ceciderunt super cupos domus meae, & eos fregerunt. quaeritur an Titius teneatur? & distinguitur. nam aut vetustate & infirmitate aedificij ceciderunt cupi, & tunc tenetur: aut vento arduo: & tunc non tenetur. nec est vis etiam si in stipulatione expressè sit dictum: quòd si quid ruat de domo sua in meam, quòd teneatur. [CVM PARIETEM.] Ego & Titius habebamus parietem communem. iuxta istum parietem ego habebam domos proprias: & Titius domos proprias ibi similiter habebat. Volebamus destruere istum antiquum parietem, & reficere nouum meliorem: sed quia ego timebam ne hoc opus daret damnum domibus meis, & aliis meis rebus: & Titius etiam timebat de suis: ipse promisit mihi de damno infecto si caderet hic paries supra meas domos, vel aliquod aliud damnum daret in rebus meis: & ego sibi. destructo pariete dum nouus reficiebatur, inquilini Titij timore iusto ex hoc opere moti recesserant, & soluerunt pensionem pro tempore quo steterant, & non pro toto anno. nunc Titius agit contra me ex stipulatione, & petit quòd emendem sibi damnum pensionis amissae. quaeritur an possit petere? Et dicimus quòd nullus

lus nostrum debebat promittere, nec aliquis nostrum cogebatur promittere: unde malè feci. nam nec extraneo petenti sibi caueri à me promisissem, nisi pro parte mea. ergo etiam malè in hoc feci quòd Titio promisi in solidum: veruntamen si hoc feci scienter: teneor. & si soluam Titio, & velim repetere ab eo quasi hoc damnum passus fuerim occasione huius operis, & sic ago ex stipulatione: non audior. nam hoc damnū passus sum quia promisi, nō ex occasione operis. Franc.

a ¶ *Eius.* scilicet promittentis.

b ¶ *Easque.* tegulas vicini.

c ¶ *Vitio.* nunc respondet.

d ¶ *Si venti.* vt supra eo. l. fluminum. §. hac stipulatio. & sequen. §. vsque in finem l. & a. supra commod. adeoq. Accur.

e ¶ *Non debere.* i. non tenetur, quamuis stipulatio fuit interposita.

f ¶ *Et quod.* respondet tacitæ obiectioni.

g ¶ *Siue quid.* verba stipulationis. j. verat. habe l. si procurator.

h ¶ *Ruet.* quoad hoc vt teneatur promissor.

i ¶ *Admota.* i. adhibita. Azo. et est huic simile ar. contra j. eo. §. j. & j. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. fin.

k ¶ *Parietem communem ædificare.* quod patet ex eo quia veterem nondū demoliebat. Azo. & cōstrue, cùm parietem cōmunem cum vicino. & sic vnus tantum ædificare volebat: vt j. eo. l. inter quos. secundùm Io. 2 Vel verius ambo, vt hic dicit, cum vicino: sci. socio. & probatur j. ibi, non oportuisse. &c.

l ¶ *Repromisit.* si fortè eius ædes propter vitium cōmunis parietis ruerint: vel in rebus suis damnū senserint. & è conuerso similiter stipulatus est: vt subijcit, & d. l. inter. & l. in pariete communi. & leg. sequent. & sequen.

Ex damno contingente non vitio rei, sed casu fortuito, non agitur ista stipulatione. Paulus.

XLIII. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum.

DAmni infecti quidā vicino repromiserat. ex eius[a] ædificio tegulæ vento deiectæ ceciderant in vicini tegulas, easque[b] fregerant. quæsitum est, an aliquid præstari oporteret? Respōdit: si vitio[c] ædificij & infirmitate factum esset, debere præstari, sed si tanta vis venti[d] fuisset, vt quamuis firma ædificia conuelleret, non debere[e]: & quod in stipulatione est[f], *Siue quid[g] ibi ruet[h]*, non videri sibi ruere, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinsecus admota[i] caderet, sed quod ipsum per se concideret.

Vtroque ædificante in pariete communi, stipulatio non debet interponi: sed interposita ex certa scientia simpliciter ad dimidium committetur: vel ad totum, si hoc sit dictum: in qua non venit quod alter socius socio ex stipulatione præstiterit. Bartol.

1 ¶Cùm parietem communem ædificare[k] quis cum vicino vellet: priusquam veterē demoliret, damni infecti vicino repromisit[l], adeóque restipulatus[m] est. Posteaquam[n] paries sublatus esset, [&] habitatores ex vicinis cœnaculis[o] emigrassent, vicinus ab eo mercedem quā habitatores non redderent, petere vult. quæsitum est an rectè petet *. Respondit, non oportuisse eos cùm communem parietem ædificarēt, inter se repromittere, neque vllo modo alterum ab altero cogi potuisse[p]. Sed si maximè repromitterent, tamen non oportuisse amplius quàm partis dimidiæ: quò[q] amplius ne extraneo quidē quisquam, cum parietem communem ædificaret[r], repromittere deberet[s]. sed quoniam iam in totum repromisissent †, omne quod detrimēti ex mercede vicinus[t] fecisset[u], præstaturum[x]. 2 ¶Idem cōsulebat, possétne quod ob eam[y] rem dedisset[z], rursus repetere[a], quoniam[b] restipulatus esset à vicino[c], si quid ob eā rem quòd ibi ædificatum esset, sibi damnū datum esset, id reddi: cùm & ipsam hanc pecuniā quam daret[d], propter illud opus[e] perderet. Respondit, nō posse: propterea quia non operis[f] vitio, sed ex stipulatione id amitteret[g].

Interpellatio extra iudicium non constituit in mora eum qui solum per iudicis officium potest conueniri. Bartolus.

XLIIII. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

CVm * postulassem[h] vt mihi dāni infecti promitteres[i], noluisti[k]: & priusquam prætor adiretur, ædes tuæ corruerūt, & damnum mihi dederunt. Potius esse ait, vt nihil noui prætor constituere debeat, & mea culpa dānum sim passus[l], qui tardiùs experiri cœperim. At si cùm prætor vt promitteres decreuisset, & te non promittēte, ire me in possessionem iussisset: & priusquàm eò venissem[m], corruerunt. perinde omnia seruāda esse existimauit, atque si postea quàm

m ¶ *Restipulatus.* quia damnum timebatur.

n ¶ *Posteaquam.* repete: & cùm postea. &c. Accur.

o ¶ *Cœnaculis.* aliàs, ex illis cœnaculis.

p ¶ *Cogi potuisset*, vt de aliquo caueret: nisi in duobus casibus: vt supra eodem l. inter. ¶ Et[b] diligenter hic distingue de communi pariete: quia aut de eius damno timetur nemine ibi operante: quo casu non caueatur: & interposita non committitur: sed agitur pro socio, vel communi diuidundo: vt supra eodem. l. si ædibus in princip. & l. nam si. & l. ex damni. §. primo. j. respon. Aut propter operam alicuius: & tunc aut vnus ædificat, (& cauetur: vt supra eodem l. inter quos. j. respon. & l. in pariete communi. & lege. sed ita. & l. nam & si. & l. ex damni. §. primo. ij. respon. & l. in hanc.) Aut ambo (& tunc aut ambo vltra modum: aut vnus tantùm. Primo casu non committitur cautio, etiam interposita: vt supra eodem l. ex damni. §. quotiens. penult. & vltim. respon. Secundò committitur: vt supra eod. l. inter. v. respon.) Aut nullus vltra modum: & tunc non cauetur: Sed si cautum fuerit, committitur: vt hic.

q ¶ *Quò.* i. quoniam.

r ¶ *Ædificaret.* solus.

s ¶ *deberet.* vt & supra e. l. ex damni. §. item si plurium. ¶ Et cauet illi: quia non dicit socio cauendum pro dimidia. sed hic dicit, quòd si etiam extraneo assimiletur, quòd tamen non est faciendum, ne caueret in plus.

t ¶ *Vicinus.* id est socius.

u ¶ *Fecisset.* id est sensisset.

x ¶ *Præstaturum.* sed non per errorem iuris[a], vel facti: sed ex conuentione[b] facta fuit promissio: non errore iuris, sed ex certa[c] sciētia: vt supra si quis cau. l. sed & si quis. §. fi.

y ¶ *Ob eam.* i. dāni infecti stipul.

z ¶ *Dedisset.* socius socio. Accur.

a ¶ *Repetere.* quasi soluisset indebitum.

b ¶ *Quoniam.* alijs quia.

c ¶ *A vicino.* s. socio cui similiter promiserat. R.

d ¶ *Daret.* emendando socio damnum. Acc.

e ¶ *Propter illud opus.* ex stipulatu conuentus. Accur.

f ¶ *Non operis.* communis. Accur.

g ¶ *Amitteret.* vt & arg. j. eo. l. fluminum. §. fi. j. respon. & l. damni. in princ. ibi, sed quod opere. &c. Azo.

CVm postulassem.] CASVS. Cùm haberes domū ruinosam iuxta meam, petij à te extra ius vt mihi caueres. tu noluisti cauere: & postea antequam de hoc adirem iudicem, domus tua cecidit supra meam. quæritur an debeas mihi damnum emendare? & dicitur quod non: quia mihi est imputandum quare non citiùs adiui iudicē. Sed pone quòd adiui super hoc iudicē antequam caderet: & iudex præcepit tibi vt caueres: & te cauere nolente iudex iussit me in possess. domus tuæ ire. & cùm irem ad intrandùm in possess. antequā intrarē, domus tua cecidit supra meā. quid iuris erit? & dicitur quod perinde est ac si antè intrassem pos. & damnum post datum esset. [DAMNI.] Cùm possideres domum ruinosam, nec velles mihi cauere de damno infecto, missus sum iussu iudicis in pos. & primò ex primo decreto: & posteà ex secundo. dicitur quòd si teneo istam possessionem per decennium: quasi dominus factus sum. & si ille cui primò obligaueras istam domum ruinosam, velit contra me agere hypotecaria: non auditur nisi velit mihi resarcire expensas quas in refectione huius domus fecerim: sed secus est in emptore, nam ille qui emit rem alij obligatam, si creditor velit auocare rem ab emptore per hypothecariam, auditur, nec tenetur resarcire pretium quo iste emit. & sic non emendat damnum eius. sed hoc ideò contingit, quia emptor sibi imputet cur talem rem emerit, nam ex arbitrio habebat à princ. emere vel non. sed hoc non contingit in misso ex causa dāni infecti: quia ex necessitate si volebat damnum euitare, habuit ire in possessionem. Franc.

h ¶ *Cum postulassem.* non pro[d] tribunali. M. i. non à iudice sedente pro tribunali, sed simpliciter à vicino meo. & hoc est quod sequitur in litera, & priusquam prætor adiretur, &c. Azo.

i ¶ *Promitteres.* amicabiliter.

k ¶ *Noluisti.* scilicet promittere de damno inf.

l ¶ *Passus.* vt & j. eod. l. euenit.

m ¶ *Venissem.* secus si neglexissem venire: vt j. eod. l. si finita. §. si quid metu. & facit j. eod. prætor. in fin. & l. seq. & sequen. & quid

Marginal notes: Ventorū vis si ædificiorū damnis præstatur, si tamē vis ventorum tanta fuit, vt etiam firma ædificia conuelleret. — * peteret. — b Damni infecti cautio an & quomodo inter communi interpo natur. — a Error alias iuris, alias facti. b Id est, vt non aduerit, ex certa scientia. Vnde colligi potest, in omni conuentione certam scientiam præsumi, non ignorantiam, nisi contrarium. c Ex certa sciētia omissum esse [illegible] repromissio omne documentum &c. — * Bar. Bald. & Aug. hic reputant hunc textum singularem & non alibi, ad hoc, quod quis nō cōstituitur in mora per extraiudicialem interpell. [illegible] indicis venit officio. — d Pro tribunali petere quid.

ibi d xi. & l. si finita. §. illud. & §. eleganter. & §. si iam ruerint.

a ¶ *Missus.* ex secundo decreto.

b ¶ *Dominium.* i°. quasi dominiũ, putà decennio inter præsentes.

c ¶ *Creditor.* absens.

d ¶ *Vult.* Sed videtur[b] non admitti: vt ỹ. eo. l. si qui. & l. si finita. §. si quæ sint iura. vers. item quæritur. Sed ibi præsens, hic absens fuit: vt ỹ. eodem l. eorum. in princ. & l. si finita. §. si fortè. Itẽ op. quia diuturnum[c] silentium constitui creditori inefficacem acti. hypothecariam: vt C. si aduer. credito. l. j. Solu. quidam dicunt hoc speciale contra missum: vt sicut vnum speciale est pro eo vt[d] præscribat etiam sciens rem alienam: vt supra de noxa. l. & generaliter. sic & aliud cõtra eum, vt post[e] decennium teneatur hypothecaria. Alij dicunt hoc esse intelligendum eo casu quando beneficio restitutionis creditor iuuatur contra præscriptionem iusta causa interueniente: vt d. §. si fortè. & §. postea. & l. eorum. Vel intellige, prosequi velit intra xx. ann. auditur ergo, & cauet: vt d. l. eorum in princ.

a Dominium pro quasi dominio.

b Hypothecaria an agere possit creditor aduersus eum qui missus est, damni infecti nomine in possessionem rei hypothecæ subiectæ.

c Hypothecaria diuturno silentio amittitur.

d Missus in possessionem etiam sciens rem alienam præscribere potest.

e Missus in possessionem etiam post decennium tenetur hypothecaria.

in possessionem venissem, damnum datum esset.

Ab eo qui est missus ex secundo decreto, creditor non potest rem auocare, nisi expensas reficiat: & de damno infecto caueat: secus si auocat ab emptore. Bart.

1 ¶ Damni infecti nomine in possessionem missus[a], possidendo dominium[b] cepi: deinde creditor[c] eas ædes pignori sibi obligatas persequi vult[d]. non sine ratione dicetur, nisi impensas quas in refectionem fecerim, mihi præstare sit paratus[e], inhibendam aduersus me persecutionem. Cur ergo nõ emptori quoque id tribuendum[f] est, si fortè quis insulam pigneratam emerit? Non rectè[g] hæc inter se comparabuntur: quando is qui emit, sua voluntate negotium gerat: ideóque diligentiùs à venditore sibi caueri & possit, & debeat. quod[h] non æquè & de eo cui damni infecti non promittatur[i], dici potest.

Quando agitur confessoria, si pro constituenda quasi possessione seruitutis debet aliquid fieri contra contumacem, ex primo decreto fit missio in loco seruiente: ex secundo decreto statuimus certum tempus intra quod agatur. Bar.

e ¶ *Paratus.* sic supra eodem. l. si finita. §. si quis damni. §. item videamus. & §. si iam deciderint.

f ¶ *Tribuendum est.* quod tribuitur possessori[f]: vt scilicet retineat pro expensis. Sed certè imò idem emptori conceditur: vt ỹ. de pign. l. Paulus. §. pen. quæ est contra. Solu. Ibi de bonæ fidei hic de malæ fidei[g] emptore dicit. hoc non placet: quia hic aliam, quàm facit, rationis diuersitatem assignasset. 2 ¶ Alij dicunt[h] quòd hic non erat res facta melior: ibi sic. 3 Vel ibi quasi ex necessitate fecit: vt domum exustam reædificando: hic ex voluntate. 4 Vel hic de stricto iure: ibi de æquitate. 5 Vel dic hic loqui quoad precium, non quoad impensas. hæc placet. 6 Vel dic esse dissimilitudinem quantum ad rationem quam assignat. sed in iure retentionis[i] impensarum sunt similia. sic supra de condict. indeb. l. Iulianus. & est argum. supra fami. ercisc. l. si pignori. & de minor. l. quod si minor. §. restitutio. & supra de excus. adl. l. j. in princip.

f Emptoris & possessoris similitudo.

g Ista solu. reprobatur: quia etiã malæ fidei recuperat expensas: vt l. planè sup. de peti. her. secundùm Barto. hic.

h Omnes istæ solu. gl. reprobantur per Bar. hic.

i Retentio ob impensas quibus casibus cõcedatur.

g ¶ *Nunc rectè.* nunc respondet.

h ¶ *Quod.* id est quia.

i ¶ *Non promittatur.* cùm ex quadam necessitate hoc faciat.

A *Edificatum.*] C A S V S. Debebas mihi seruitutem altiùs non tollendi domum tuam. postea eam eleuasti altiùs. ago cõtra te, & dico te non iustè ædificasse: quia contra seruit. mihi debitam. tu dicebas quòd feceras voluntate & ex concessione mea: non autem te volebas defendere in hac causa. Dicitur quòd ego sum mittendus in possess. domus tuæ. nec destruetur incontinenti hoc opus quod feceras: imò dabitur tibi à iudice illatio intra quam tu probes de iure tuo. & si intra illam dilationem non probaueris, tunc iudex præcipiet destrui illud opus.

k ¶ *Aedificatum.* in quibusdam libris incipit ibi lex, Ædificatum habes. & prima linea est cancellata: & ita dicitur esse Pisis. Alij habent, à quo fundus petitur, si ædificatum, &c. & tunc est ordo literæ. si habes ædificatum, id est dicis te habere: ab illo, id est eius authoritate, siue eius concessione, cùm prius debebas illi seruitutem altiùs non tollendi: quo fundus petitur, actiuè id est, quàm ipse dominans petit, i. est fundi seruitus, scilicet ne altiùs tollat. licèt quidam dicant, fundus, id est fundi possessor. & ago id est agit ille. mutat enim personas. & quod dicit ad me, id est ad eum. vel dic econtra retinendo eundem casum: sed econtra ad expositionem literæ petitur, id est à me qui peto. &c. scilicet ego qui seruitutem peto. & sic de tertia transit ad primam. sic suprà manda. l. præterea.

l ¶ *Habere.* sed si non haberet ædificatum; aliàs pœna non defendenti imponeretur: vt suprà de no. oper. nun. l. si prius.

XLV. SCAEVOLA *libro duodecimo Quæstionum.* [à quo fundus[*] petetur, si rem nolit.]

A Edificatum[k] habes, ago tibi ius non esse habere[l]. nõ defendis[m]. ad me possessio trãsferenda[n] est: non quidem vt protinus destruatur opus (iniquum enim est, demolitionem protinus fieri) sed vt id fiat[o], nisi intra certum tempus[p] egeris, ius tibi esse ædificatum habere.

m ¶ *Defendis.* scilicet tibi ius esse ædificatum habere. aliàs, defendere passiuum.

n ¶ *Transferenda.* vt & suprà si ser. vin. l. in caius.

o ¶ *Id fiat.* scilic. demolitio.

p ¶ *Certum tempus.* à iudice statuendũ. Ot. ¶ Sed nunquid intra annum veniens recuperat possessionem? videtur quòd sic: vt Codice de præscripti. xxx annorum. si quis emptionis. §. sed & si quis. Sed contrà dico, quia lis erat hic contestata vel quasi[a]. argum. Cod. quomodo & quando index. consentaneum. & Codice vbi in rem actio. l. ij. 2. Vel speciale est in hoc casu vt non audiatur vsque ad annum: vt & supra titu. j. l. si prius. sed iudex[b] ad suum arbitrium statuat tempus: vt supra de iure delib. l. j. §. fin. & facit Codice de iudic. properandum. Item ad hoc quod cogitur[c] agere, speciale est: vel causatiuè, non etiam præcisè dicitur: vt Cod. vt nemo inuitus agere vel accusa. cog. Item facit infra de aqua quoti. & æstiua. l. si de via.

* Vide Anto. Au. lib. emẽd. j. c. 9. & Al. in Pand. c. 6.

a Ista est vera in se: sed non est necessaria ad legem istã, secundùm Bar. hic.

b Illud nõ est verum: nõ reperitur inter cautum secundùm Bart. hic.

c Agere inuitus nemo regulariter cogitur.

XLVI. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

A D curatoris[q] reipublicæ officium spectat, vt dirutæ domus à dominis[r] extruantur, Domum[s] sumptu publico extructam[t], si dominus ad tempus[u] pecuniam impensam cum vsuris[x] restituere noluerit, iure[y] eam respublica distrahit.

Conciane & porticus cedit illi domui ad cuius vsum est deputatum, vel destinatum, & per quam habet accessum: licèt in totum sustentetur in parietibus alterius domus: cenaculum verò cedit illi domui super qua sustentatur, & per quam habet accessum, cum ad vsum alterius non sit destinatum. Pau. de Cast.

XLVII. NERATIVS *libro sexto Membranarum.*

q A *D curatoris.*] Potes sic ponere casum. Domus alicuius erat destructa. curator reipubli. debet curare quòd ista domus reficiatur. quòd si dominus noluerit ipsam reficere, ipse reficiat, & non reddat nisi ipse restituat sibi impensas. & sic facit ad quæstionem notatam supra eo. l. qui bona. §. qui damni infecti.

r ¶ *A dominis.* quando sunt communes, & alter vult reædificare, alij compelluntur: vt hîc, & suprà pro socio. l. cum duobus[d]. §. idem respon. & Cod. de ædifi. pri. si vt proponis. Si verò non sunt socij, idem, si tamen sint curiales, vt reficiant, & plus vt de nouo faciant: aliàs non constructio sed[e] restructio præcipitur, & destructio inhibetur: vt C. de ædif. pri. singularum. & suprà de leg. j. l. cætera. & ỹ. eod. si. & facit ỹ. de offi. præs. l. præses.

s ¶ *Domum.* domus alicuius erat destructa: debet ipsam reficere. si non refecerit, sed refecta fuerit sumptu publico: tunc si non reddat impensas, poterit distrahi. Vel pone casum. duo erant socij habentes ædem communem destructam: vnus nolebat ipsam reædificare: alter volebat reædificare cum socio, sed non solus. si curator reficit, poterit ille recuperare domum intra[f] iiij. menses, soluendo impensas cum centesimis vsuris: si non recuperauerit, iure vendetur.

t ¶ *Extructam.* id est, refectam, cùm deformaret: fortè plateam communem.

u ¶ *Ad tempus.* quadrimestre, secundùm M. quod non placet.

x ¶ *Cum vsuris.* centesimis. M. quod non placet: imò semissibus: vt ỹ. de vsur. l. cum quidam. §. si debitores.

y ¶ *Iure.* ex oratione diui Marci: vt ỹ. pro soc. l. cum duobus[g]. §. idem respon. secundùm M. quod non placet: quia hîc non proponitur quòd fuerit socius alicuius reipubl. sed dic quòd ex sumptu publico domus refecta tacitè[h] fuit obligata: vt C. in quib. cau. pig. tacit. l. ij. vnde post tempus vendet: quod scilicet statuitur. Cod. de iure do. impe. l. fi.

d l. si fratres.

e Constructio, restructio, destructio.

f Adde glo. fam. l. 12. in verbo indicio sup. eod.

g l. si fratres.

h Hypothecam tacitam habet Respublica in domum priuati, quam destructam reædificauit.

Q *Vod conciane.*] C A S V S. Casum huius princ. dic vt in glo. domini mei: quæ incipit, quidam duas domos, &c. [S E D E T I A M.] Iste §. planus est. Franci.

Quod

a ¶ *Quod.* subaudi illud.

b ¶ *Conclaue.* Quidã duas domos habebat separatas, ita quòd aliquod interstitiũ siue interuallũ erat inter vtranque domũ, & in eo spatiõ cõclaue erat: & de vtraque domo iter erat ad conclaue: postea dominus clausit vnũ ostiũ cõclaui: & totũ cõclaue cõuertit ad vsum alterius domus: cõclaue totũ erit illius domus ad cuius vsum cõuersum est. R°. Et dicitur cõclaue, locus quidã secretior in domo vel extra domũ, vt hic erat cõstructus: ad quẽ nõ nisi per plures claues peruenitur. & ideò conclaue dicitur ædium, quia de eo conclaui iter erat ad vtramque domum.

a Conclaue quid, v. Cæpolam de seruitutibus vrbanorum præd. [illegible] cap. de [illegible]

QVod[a] conclaue[b] binarum[c] ædiũ dominus ex aliis ędibus in aliarum vsum cõuertit: nõ solum si contignatio quà id[d] sustinebitur, orietur ex parte earũ ædiũ in quarum vsum cõuersum erit, earũ fiet[e]: sed etiã si trãsuersa contignatio[f] tota in aliarũ ædiũ parietibus sedebit. Sed & Labeo in libris posteriorũ scribit[g], binarũ ædium dominum vtrisque[h] porticum superposuisse[i], inque eam[k] aditu ex alteris ędibus[l] dato, alteras[m] ędes seruitute oneris porticus seruandę[n] imposita[o] vẽdidisse. totã[p] porticũ earum ędium esse quas retinuisset, cùm[q] per longitudinẽ vtriusque domus extensa[r] esset transuersę contignationi quę ab vtraq. parte[s] parietibus domus[t] quę venisset[u], sustineretur. Nec tamen consequens est, vt superior pars ędificij, quę nulli[x] coniuncta sit, neque aditum aliunde habeat[y], alterius sit quam cuius est ad cui superposita[z] est.

c ¶ *Binarum.* Quidã habebat duas ædes, in medio quarũ erat curia, cuius vsus erat cõmunis vtriusq; domus. dominus vertit vsum cõclauis ad vnã domũ tantũ, & reclusit ita, quod non potest ex alia habere aditũ. postea fortè vendidit vnam domum. quæritur cuius debeat esse cõclaue? Respon. quod est illius domus, ad cuius vsum est conuersum cõclaue. i. camera. & hoc est verum, siue sustineatur ab ea domo in cuius vsum est conuersum, siue totà ab alia, siue pro parte ab vna, & pro parte ab alia. hoc autem probatur tali simili quod inducit Labeo in libro posteriorũ. Ecce. Quidã duas domos habebat quæ aliquantulũ distabant: vtrisq; superimposuit porticũ, ita quòd erat in confinio illarum, post inclusit aditionem illius domus, ita quòd non poterat iri ad porticum ex ea. vẽdidit domũq; non habebat aditũ ad porticũ, & imposuit seruitutẽ venditæ domui vt deberet sustinere onus porticus prædictæ. quæritur cuius sit porticus? Rñ. quòd est illius domus quã retinuit. sc. quæ habet aditũ ad porticũ. hæc autẽ porticus extensa erat per longitudinẽ vtriusq. & sustinebatur ab vtraq. etiã in parietibus domus quæ venisset. si tamẽ domus vẽdita habeat superiorem partẽ à porticu s. quæ nõ est connexa cũ porticu, est illius cuius & solũ, id est emptoris: & hoc verũ est si nõ habeat ex aliqua parte aditũ. Si autẽ quæratur ad quid posita fuerit hæc lex: respon: quia expedit scire quis esset dominus.

d ¶ *Id.* scilicet conclaue.

e ¶ *Earum fiet.* in quarum vsum specialiter est conuersum.

f ¶ *Contignatio.* i. conclaue. quæ ideò dicitur trãsuersa: quia licèt cõclaue porrigatur in longũ, tamẽ tigna ponũtur ex trãsuerso, non in directũ, licèt secus fit in quibusdã subtilibus lignis, sicut quotidie in domibus fieri videmus quas appellant lambricas[b]. ¶ Sed quid ad hunc tit. Resp. quia hic tit. tractat de suggrũdis: vnde ad vltimã partẽ rubricæ spectat. 2 Vel melius quia ille per cuius domum camera inferior habet aditum, nomine cameræ. i. conclauis ruentis, de damno infecto cauere debet vicino, eidẽmque emptori alterius domus cuius ostium est clausum. *& facit* ff. *de seruit. urb. præd. l. Olympico. &* ff. *de leg. iij. l. prædia.* §. *pe. in fin.*

b Lambrica.

g ¶ *Scribit.* narrando factum, & soluendo quæstionem.

h ¶ *Vtrisque.* ædibus.

i *Superposuisse.* i. supra terram extra domum construxisse ex vna parte: quæ porticus dicitur Mænianum.

k ¶ *Eam.* porticum.

l ¶ *Aedibus.* s. quas retinebat: & subaudi tantum.

m ¶ *Alteras.* quas vendebat.

n ¶ *Seruandæ.* i. sustinendæ.

o ¶ *Imposita.* ejs ædibus quas hic vendebat.

p ¶ *Totam.* nunc respondet.

q ¶ *Cum.* id est quamuis.

r ¶ *Extensa.* scilicet porticus.

s ¶ *Parte.* s. suæ porticus, hoc est superiori & inferiori. hoc est de vno capite ad aliud.

t ¶ *Domus.* illius tantùm.

u ¶ *Venisset.* scilicet porticus.

x ¶ *Nulli.* i. neque domui non venditæ, neque porticui. est tamen connexa domui venditæ, & superposita: vt in fine legis dicitur. nec enim in aëre stare posset hoc superpositum.

y ¶ *Habeat.* hic constituitur seruitus.

z ¶ *Superposita.* Ex hoc apparet quòd alicui connexa erat. ¶ Sed quid si aditum habeat aliũdè? Resp. adhuc idẽ, si[a] modò sit connexa[a] domui venditæ. *& facit* ff. *si serui. vindi. l. si duo.* §. *Labeo. &* §. *si ſtillicidium. &* ff. *ad l. Aquil. l. quemadmodum.* Ar. contra. ff. *de acqui. rer. do. l. adeò.* §. *insula. & l. interrea.* ADDITIO. Dic secundùm Barto. post Dyn. quòd id operatur hic[b] conuersio vsus in vnam domum facta per parietem: *arg. l. quod in rerum.* §. *si.* ff. *de leg. j. & l. prædia.* §. *si habitationem.* ff. *de lega. iij. & l. Seia.* §. *Tyrannæ. de fundo instr.* ¶ Et ista lex potest induci ad istam quæstionem. Habebã domũ Parisiis in qua ex vna parte erat de parœcia S. Benedicti: & ab alia de parœcia S. Seuerini. & habito in illa domo: quæritur cuius parœcianus sum? Doctor. dicunt quòd[c] ego dicor esse de illa parœcia ex qua aditũ habeo. *per hanc l. & l. si cui ædes.* ff. *de leg. iij. & dicto* §. *balneas.*

c Duæ domus habentes communi pariete distinctæ. Vnã vendo, paries fiet communis. v. Cæpolam de seruit. urbanorum c. 44.

a Connexorũ eadem est ratio.

b Conuersio seu mutatio vsus quid operetur.

c Domicilium in ea parœcia habere dicimur ad quam aditum ex ædibus nostris magis cõmunem & vsitatũ habemus.

Domus non potest demoliri causa negotiandi, sed causa concedendi ad opus publicum. Bart.

XLVIII. MARTIANVS *libro singulari de Delatoribus.*

SI quis ad demoliendum negotiandi causa vendidisse domum, partémve domus, fuerit conuictus: vt emptor & vẽditor singuli pretium quo domus distracta est, prę̨stent, constitutum est[a], ad opus autem publicum si transferat[b] marmora, vel columnas, licito[c] iure facit.

SI quis ad demoliendum. CASVS. Si quis vendat domum emẽti causa destruendi eam, & reuendẽdi singulas eius partes, & vendẽs hoc sciebat: vterque punitur. sed si destruat causa vendendi marmora quæ ibi sunt vel columnas ad opus publicum faciendum, & vendat: bene potest. Fran. Accursius.

a ¶ *Constitutum est. vt C. de ædi. priu. l. ij. &* ff. *de legat. j. l. cætera.* Sed contra. *supra de contrah. empt. l. senatus.* vbi dicit emptorem teneri in duplum: hic in simplum tantum. Sol. ibi[d] præstat emptor duplũ ærario & à venditore exigitur simplum. s. pretiũ quod dedit. & sic singuli pretium quo domus distracta est, præstant, secundùm Ro. 2 Vel hic vterque sciebat illicitum contractũ: ibi emptor tantùm. 3 Vel hic emptor ideò emit. vt his lapidibus emptis negotiaretur: & venditor ideò vendidit, vt de pretio quod suscepit. similiter negotiaretur: quod quidem facere non licet. [illegible] vterque pœnam patitur. supra verò tantùm emptor in delicto deprehenditur. M. 4 Vel verius hic non erat res tradita emptori adhuc.

b ¶ *Transferat.* i. vendat.

c ¶ *Licito. vt &* ff. *de leg. j. l. cætera.* §. *si duobus.*

d Pœna domus demolientis & vendentis negotiandi causa.

¶ DE AQVA ET AQVAE PLV. &c.

¶ *Id est aqua pluuialis arcenda.* ¶ *Et nota quòd quidã ita habent rubricam: De aqua & aquæ pluuiæ arcendæ. sic enim Ro. scripsit infra. si prius.* in prin. & §. placuit. *vbi tractatur de alia aqua quàm de pluuiali. & tractatur ibi de aqua non pluuiali arcenda. quando & quibus, à quibus, & & qualiter sit concedenda: quod dic vt infra* eod. l. si prius. vsque in finem legis. & l. in concedendo. & l. in diem. & l. si autem vsque in finem. l. *Item qui possunt experiri hac actione aquæ pluuiæ arcendæ: & contra quos. item quod sit iudicis officium: quod dic vt infra.* e. l. 2. §. Cassius. vsque in fin. l. *Acc.* ¶ *In hoc titulo proponitur ex*[e] XII. *tab. actio, aquæ pluuiæ arcendæ, quæ etiam est de damno nondum facto, vt liquet ex formula, Si paret futurum vt aqua pluuia noceret l. 24. & de*[f] *opere in agris manu facto ex quo aqua pluuia nocere potest, vt*[g] *eo. restituto aqua auertatur, aut quanti interest opus restitui tanti dominus operis condemnetur, ac præterea damnum sarciat quòd contigerit post litem contestatã & de eo quod post sententiam futurum est caueat damni infecti. Huic contraria*[h] *est actio in Africa, vt Aggenus scribit lib. 2. Cum enim sit regio aridissima nihil magis in querela est, quàm si quis inhibuerit aquam pluuiam in agrum vicini influere. nam & aggeres faciunt & excipiunt ac continent eam, vt ibi potius consumatur quàm influat: & consumetur sufficiens. De sup. sufficiente ne arceatur agere possunt. At præter actionem aquæ pluuiæ arcendæ, occasione data, tractat etiam h. t. de aqua. l. de*[i] *seruitute aquæ ducendæ vel hauriendæ vel immittendæ. Cuia.*

SI cui.] CASVS. Si opus in fundo tuo fecisti, propter quod aqua pluuialis det in rebus meis damnum, agere possum ego contra te actione aquæ pluuiæ arcendæ vt auertatur aqua. Secũdò dicit quid sit aqua pluuia. Tertiò dicit quòd hæc actio locum habet damno nondum dato, opere tamen iam facto ex quo timeo damnum. [TOTIENS.] Tunc habet locum hæc actio, quando fecisti opus in fundo tuo, per quod aqua pluuialis aliter fluit quàm ex natura soleret: & dat mihi damnum quod antè non faciebat. & ponit exempla qualiter dat damnum. si enim & antè hoc opus idẽ damnum habebã, non habet locũ hæc actio. [NARRATIVE.] Inter meum & tuum prædium erat palus, veniebat aqua in meũ agrum: & sic longissimis tẽporibus sustinui

e Aquæ pluuiæ arcendæ actio ex xii. tab.

f Aquæ pluuiæ actio de opere in agris manu facto ex quo aqua nocere potest cõpetit.

g Aquæ pluuiæ actio ad id competit vt aqua quæ nocet opere manu facto in agris auertatur, aut quanti interest interessiue, præstetur.

h Aquæ pluuiæ arcendæ actio contraria, est aquæ pluuiæ [illegible] arcendæ.

i Aqua pro seruitute aquæ ducendæ, hauriendæ, immittendæ.

tandem ego feci fortem ripam meo prædio, & sic palude crescente ex aqua pluuiali, aqua non poterat intrare meum prædium vt solebat. intrauit prædium tuum & aliorum vicinorum. Dicitur quòd tu & vicini: possunt agere contra me act. aquæ pluuiæ arcendæ, per quam compellar destruere opus quod sequitur. [DE EO OPERE.] Vicinus meus fecit opus in fundo suo causa colendi sui fundi: per quod opus aqua ex pluuia mihi nocet, quæritur an possim agere contra vicinum prædictum, vt destruat illud opus. & Quintus Mucius iurisconsultus respondet, dicēs quòd pro opere aratro facto causa fundi colendi, non competit hæc actio. Trebatius autem dixit quòd pro opere facto causa frumenti quærendi, non competit hæc actio. sed si aliud agitur vt fiat opus, bene competet. Sed certè Trebatius nimis strictè locutus est. nam si opus fossorium fiat gratia agrorum siccandorum, quod opus mihi noceat: bene possum agere vt destruat, secundùm eum: quod tamen falsum est. nam non possum agere nisi illud opus fiat animo nocendi. Item in eo quod dixit Trebatius, s. si fiat opus causa frumenti tantùm quærendi, nó posse agi: nimis strictè locutus fuit: nam idem est in quolibet terræ fructu: & istum casum habes. j. eodem. §. Labeo etiam &c. Mucius in duobus corrigitur: dixit enim de opere facto aratro causa fundi colendi, non habere locum hanc act. nam & si non aratro fiat opus, sed alio quocunque instrumento, dummodo fiat gratia colendi agri, non habere locum hanc actionem: vt patet in fossa, & j. proxi. dicit in salictis: vt j. §. sed & apud. Item in alio corrigitur: nam dixit omne opus aratro factum gratia fundi colendi non venire in hanc actionem. nam hic restringitur ad eum casum quando sine his operibus non posset serere. nam si posset serere sine sulcis aquariis, bene venirent in hanc actionem, vt destruantur: vt in §. sed & si quis. [IIDEM AIVNT.] Si aqua ex fundo meo naturaliter decurrat in tuum fundum, non teneor hac acti. sed si opere facto currat aliter quàm de natura solet, teneor hac actione. [IIDEM AIVNT.] Aquam pluuiam in fundo meo cadentem possum eam retinere: dum tamen opus propter hoc non faciam in alieno. Secundò dicit, aquam superabundantem in fundo tuo, possum facere deriuari in meum fundum: dummodo non faciam opus in tuo fundo. [DENIQVE.] Faciebam puteum in fundo meo: & venas fontis vicini præcidi. quæritur an tenear? Et dicitur quòd si hoc faciebam causa melioràdi fundum meum, non animo nocendi, non teneor. [ITEM SCIENDVM.] Ex fundo meo superiori naturaliter aqua decurrebat in tuum fundum inferiorem. nunc tu fecisti opus in tuo fundo, ita quòd aqua non potest decurrere in tuum fundum: Dicitur quòd agam contra te act. aquæ pluuiæ arcendæ, vt illud opus remoueas. & econtra si feci opus in meo fundo per quod aqua ex meo fundo magis repente veniat in tuum fundum: teneor vt remoueam illud opus. si autem ex fundo meo superiori aqua naturaliter in tuum fundum venit, & det tibi damnum: tibi non teneor. nam non aqua, sed loci natura dicitur tibi nocere. Et vt breuiter dicam, tunc habet locum aquæ pluuiæ arcendæ actio, quando aqua pluuia potest tibi nocere non naturaliter, sed opere à me facto: nisi opus fieret gratia agri colendi. Vltimò exponit quædam verba quæ dixerat circa princi. [ITEM SCIENDVM.] Hæc actio habet locum quando aqua pluuia opere facto nocet agro alicuius. si autem noceret ædificio, vel domui alicuius, non haberet hæc actio locū, sed illa. s. negatoria, per quam dicet ius non esse stillicidia vel flumina ita immittere. Plus etiam dicit Labeo, quòd actio aquæ pluuiæ competit agris, at actio de fluminibus & stillicidiis est generalis, & habet locum in agris & ædificiis. putà dicit quòd ex quo datur damnum agris per aquam plu. opere facto: non est vis ex quo loco veniat damnum, siue ex alio agro, siue domo, siue loco sacró, siue non. Item si aqua veniat ex ædificio, & noceat ædificio vel agro: potest agi etiam actione in fluminibus & stillicidiis. [APVD LABEONEM.] Si aqua fluens ex agro meo noceat loco tuo posito intra continentia ædificia: non teneor aquæ pluuiæ arcendæ act. sed secus econtra. [SICVT AVTEM.] Hæc actio aquæ pluuiæ arcen. habet locum quando per opus aliquod factum aqua pluuia mihi nocet, non autem si non prosit cùm prodesse consueuit, & hoc etiam dicit Ophilius. [SED ET SI VICINVS.] Si dominus superioris fundi tollat opus quod feceras, & sic aqua pluuia naturaliter veniens ex superiori fundo noceat: non habet locum hæc actio. sed si magis repentè veniat quàm prius non facto opere, habes locum hac actio. [DENIQVE AIT.] Dicitur quòd aliquando consueuit tale pactum apponi inter dominum superioris fundi & inferioris, scilicet quòd liceat inferiori facere aggeres vel fossam in fundo superioris, ita quòd aqua non currat in inferiorem fundum, si autem hoc pactum non apponatur: tunc debet, & cogitur suscipere aquam superioris fundi: & sic sicut pinguedo ex superiori fundo vadit & decurrit in inferiorem fundum, ita & hoc incommodum sustineat. si autem non inuenitur pactio aliqua facta inter eos: tunc seruatur vetustas tanquam lex. & hoc idem contingit in seruitute: vt qui est vsus seruitute, non vi, nec clàm, nec precario: perinde habeatur ac si haberet ex pacto. Franciscus Accursius.

*De aqua pluuia arcenda.

DE AQVA ET aquæ pluuiæ arcendæ.

TITVLVS III.

Si vicinus aquam decurrentem ad fundum suum opere manu facto diuertat ad fundum vicini, ita vt sibi noceat, per act. aquæ pluu. arcen. cogitur opus destruere: & ad pristinum statum aquam reducere: nisi opus illud principaliter fiat causa colendi agrum, & colligendorum fructuum. Paulus.

1. VLPIANVS *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

SI cui aqua pluuia damnum[a] dabit[b], actione[c] aquæ pluuiæ arcendæ auertetur aqua. Aquam pluuiá dicimus, quæ de cœlo[d] cadit, atque imbre excrescit[e]: siue per se hæc aqua cœlestis noceat[f], vt Tubero ait: siue cum alia mixta sit.

Quando timetur damnum ex aliquo opere manu facto, ista actio locum habet. secus si naturaliter noceat.

1 ¶ Hæc autem actio locum habet in damno nōdum facto[g], opere tamen iam facto: hoc est, de eo opere, ex quo dánum timetur. Totiénsque locum habet, quotiens manu facto opere agro aqua nocitura est: id est, cùm quis[h] manu fecerit quò aliter flueret quàm natura soleret: si fortè immittendo eam aut maiorem[i] fecerit, aut citatiorem[k], aut vehementiorem[l]: aut si comprimendo[m] redundare fecerit. Quòd si natura[n] aqua

Si cui aqua pluuia. id[a] est aqua quæ est pluuia. a. Vel resolue substantiuum in adiectiuum: vt dicas pluuia, id est pluuialis. Azo.

a Aqua pluuia quid.

a ¶ *Damnum.* quandoque[b] etiam pro lucro: vt j. l. ij. §. item[c] Varus. Sed regulariter contra. vt infra ea. l. §. sicut autem. secundùm quosdam. Accursius.

b ¶ *Dabit.* id[d] est dare poterit: vt infra ea. l. §. hæc autem actio. & infra de fluminib. l. Labeo. si enim damnum datum est antè litis contestationē: hæc actio non proponitur pro tali damno. sed secus post litis contestationem: vt infra eod. l. si tertius. §. officium & l. Atteius. §. in hoc. vsque in fin. & l. seque. Item dic, dabit opere[e] manu facto: vt infra ea. l. §. hæc autem actio. ibi, totiénsque locum. &c.

b Actio aquæ pluuiæ locum habet si aqua pluuia damnū det. Imò & si lucrum tollat vt hic.

c Malè hic locus ponitur, cum in eo agatur de dāno non de lucro. Damnum enim dat qui nō patitur agger in refici. Bartol. in Cæpola tract. de seruit. rustic. c. 5.

c ¶ *Actione.* hæc actio non nisi dominum[f] loci tenet, prout dominus est, siue in solidum, siue in partem. Sc quidem si fecit scilicet dominus opus, propter quod non possum fundum meum superiorem desiccare ab aqua: ipse restituere id est destruere cogitur. Si alius patientiam præstat. Competit autem domino[g]. sed & cum domino qui emerat, ambulat non[h] tamen est in rem, sed in personam. Roge.

d Dare pro dare posse.

d ¶ *De cælo.* quandocunque, in hyeme, vel in æstate.

e ¶ *Excrescit.* id[i] est valde crescit, adeò quòd colorem mutet: vt infra ea. l. §. illud in summa. ¶ & quod dicit imbre[k], exponunt quidam, id est hyeme, quasi in æstate non possit locum habere hæc actio, cùm magis prosit quàm noceat. Sed tu dic imbre. id est ea quæ solet cadere in hyeme. idem tamen & si in æstate. & dicitur imber imbris. inde ibernus, iberna, ibernum, & inde September, October, Nouember, December, testante Prisciano. & facit. j. eo. l. apud Trebatium. §. j.

e Actio de aqua pluuia vt competat, necesse est eam nocere opere manufacto, non naturali.

f ¶ *Noceat.* i[l]. nocere possit. & argu. contra. j. titu. j. l. damni infecti quid. in. in princ.

f Actio de aqua pluuia, in quem, & ad quid detur.

g ¶ *Nondum facto.* cùm iudicium inchoatur. R. & plenè dixi supra in princip. Sed ar. contra. infra de iudi. l. non quemadmodum.

g Actio de aqua pluuia cui competat.

h ¶ *Cùm quis.* soli dominus, non alius: vt infra eod. l. apud. §. penul. & §. final. Azo. ¶ & quod dicit manu, idem quandoque si non manu, sed alio modo fiat: vt infra l. ij. §. apud Namusam. quæ est contra.

h Actio de aqua non est in rem, sed in personam.

i Excrescere pro valde crescere.

i ¶ *Maiorem.* i. latiorem.

k ¶ *Citatiorem.* i. rapidiorem. Io.

k Imbre excrescere aqua quemadmodum dicatur.

l ¶ *Vehementiorem.* i. profundiorem.

l Nocere pro nocere posse. vt gl. §. 6. inf. eod.

m ¶ *Comprimendo.* cursum aquæ. i. reprimendo fecit redundare: id est, vndas retrò eiicere: ex qua refluxione damnum contingit vicinis: vt j. ead. §. sed apud Seruij auditores &c. & §. item sciendum est. Accursius.

n ¶ *Natura.* hic concor. j. ead. l. §. sed & si vicinus. & §. denique. & §. iidem aiunt. & j. tit. j. l. fluminum §. vitium.

Actione.

a ¶ *Actione.* scil. ista aquæ pluuiæ arcendæ.
b ¶ *Continentur.* licèt opus sit factum ex quo non magis noceat.
c ¶ *Solet,* antè exclusionem prædictam.
d ¶ *Opere.* i. propter opus quod fecit.
e ¶ *Noceat.* semper expone, id est nocere possit. Accursius.
f ¶ *Tollere.* hoc est contra. j. *ead. l. ij. §. pen.* Sed hoc fecit animo[a] nocendi, vt ibi dicitur: *& j. §. denique.* 2 Vel hic[b] tanto tempore sic concurrerat, quòd memoria nunc non extabat, & sic quasi iure seruitutis ad hoc tenetur. ibi non sic. Argu. j. *eo. §. si. & l. seq. & facit sup. proxi. §.*
f ¶ *Tollere.* i. destruere illud opus.
g ¶ *De eo opere.* Mucius nimis largè locutus est. Io. & diligenter diuide sequentia responsa.
h ¶ *Non quod.* subaudi opus.
i ¶ *Agri.* vt dicebat Mucius, & subaudi tm̃.
k ¶ *Frumenti.* cuius[c] est larga significatio: frugum verò largior: *vt j. de verb. sign. l. frugem.* non tamẽ fœnum continet, vel talia quibus homo non fruitur ad vescendum.
l ¶ *Quærendi.* vt in arando & serendo & similibus: *vt s. de fundo instruct. l. instrumenta. & supra solu. mat. l. diuortio. §. impendia. Arg.* & no. quòd nimis strictè locutus est Trebatius: vnde corrigitur in duobus. primò, quia si[d] opus fossorium esset, secundùm eũ agi posset actione aquæ pluu. ar. q̃d statim vetat, nisi fiat animo nocendi. Idem in eo quòd appellationem frumẽti strictè accipiebat Trebatius. nam in quolibet terræ fructu idem est: *vt j. §. Labeo etiam, &c.* 2 Item Mucius in aliis duobus: quia &[e] si non aratro, sed alio instrumento, dummodo fiat agri colendi causa, nõ tenetur: vt[f] patet in fossa. *j. proxi.* & in salictis, vt in contrario: *vt j. sed & apud. & pater. §. Labeo. & §. item Sabinus.* Item in eo quòd omne opus aratro factum causa colendi agri excepit: quia hoc restringitur ad eum casum quando sine his non potest serere: *vt j. eo. §. sed & si quis.*
m ¶ *Factum sit.* manu, non aratro.
n ¶ *Corriuandæ.* de fossa in argum vicini, s. animo nocendi.
o ¶ *Deteriorem.* ex proposito. *& facit s. si ser. vindi. l. sicuti. §. Aristo. & j. de regu. iur. l. non debet alteri. & j. de iur. fis. l. fin. in prin. & s. de ser. vrba. prædio. l. quidam Hiberus.*
p ¶ *Teneri eum.* in Trebatij sententiam hîc declinat Vlpianus author huius l.
q ¶ *Ex his.* scilicet sulcis, ex quibus secundùm Trebatium timeatur damnum.
r ¶ *Fecerit.* & damnum dari speratur.
s ¶ *Ophilius ait.* Trebatij sententiam probans.
t ¶ *Partem.* non vt in plures: quia & sine his potest frumentum quæri. Io. qui sententiam Trebatij probat: quia & id non fieret gratia quærendi frumenti. Azo.
u ¶ *Aqua restagnaret.* in superiorem agrum.

a Nocendi animo opus factum tollendum.
b Quasi iure seruitutis deberi videtur, quod à tempore, cuius memoria nõ extat, factum esse dicitur.
c Frumenti & frugum differentia.
d Actione aquæ pluuiæ agi potest ex quocunque opere fossorio, etiam si neque aratro, neque frumenti causa factum sit.
e Actione aquæ pluuiæ arcendæ agi non potest ex opere quouis fossorio agri colendi causa facto. Quid si aratro factum est opus non necessario, & aqua noceat? agi poterit, vt hic gloss. in fi.
f Agri colendi causa fiunt fossæ, salicta, & huiusmodi. ad auctores.

nocceret: ea actione[a] non continentur.

Nemo debet nimis curiosus esse rerum suarum tuendarum, vt per hoc alij iniustè noceat. hoc dicit.

2 ¶ Neratius scribit: Opus quod quis fecit vt aquam excluderet, quæ exundante palude in agrum eius refluere solet[c], si ea palus aqua pluuia ampliatur, eáque aqua repulsa eo opere[d] agris vicini noceat[e]: aquæ pluuiæ actione cogetur tollere[f].

Opus quod fit agri colendi causa siue fiat aratro, siue alio modo: si ager aliter coli non poterat, in hac actione non venit. Bart.

3 ¶ De eo opere[g] quod agri colendi causa aratro factum sit, Quintus Mucius ait non competere hanc actionem. Trebatius autem, non quod[h] agri[i], sed quod frumenti[k] dumtaxat quærendi[l] causa aratro factũ[m] [sit,] solum excepit.

4 ¶ Sed & fossas agrorum siccandorum causa factas, Mucius ait fundi colendi causa fieri, non tamen oportere corriuandæ aquæ causa fieri. sic enim debere quẽ meliorem agrum suũ facere, ne vicini deteriorem[o] faciat. 5 ¶ Sed & si quis arare & serere possit etiam sine sulcis aquariis: teneri eum[p], si quid ex his[q], licèt agri colendi causa, videatur fecisse. quòd si aliter serere non possit, nisi sulcos aquarios fecerit[r], non teneri. Ofilius autem ait[s], sulcos agri colendi causa directos, ita vt in vnam pergant partem[t], ius esse facere.

6 ¶ Sed apud Seruij auditores * relatum est, si quis salicta posuerit, & ob hoc aqua restagnaret[u]: aquæ pluuiæ arcendæ agi posse, si ea aqua vicino noceret[x].

7 ¶ Labeo[y] * etiam scribit, ea, quæcúnq. frugum fructuúmque[z] recipiẽdorum causa fiunt, extra hanc esse causam[a]: neque referre quorum fructuum percipiendorum causa id opus fiat. 8 ¶ Item Sabinus, Cassius, opus manu factum in hanc actionem venire aiunt: nisi si quid agri colendi[b] causa fiat. 9 ¶ Sulcos tamen aquarios, qui Græcè ἔλκεις appellãtur, si quis faciat: aquæ pluuiæ actione eum teneri[c] ait.

Hæc actio datur vicino inferiori contra superiorem, & è conuerso si opere manufacto noceat: secus si naturaliter. Item secus si non nocet, sed sibi prosit licèt opere manufacto in suo: quo casu etiam si auferat lucrum vicino quòd ex suo percipiebat, hac actione non tenetur. Pau.

10 ¶ Iidem aiunt, si aqua naturaliter decurrat: aquæ pluuiæ arcendæ actionẽ cessare[d]. Quòd si opere facto aqua aut in superiorem partem repellitur, aut in inferiorem deriuatur: aquæ pluuiæ arcendæ actionem competere. 11 ¶ Iidem aiunt aquam pluuiam in suo retinere, vel superfluentem[f] ex vicini in suum deriuare, dum opus in alieno non fiat[g], omnibus ius esse: prodesse enim sibi vnusquisque, dum alij non nocet, non prohibetur: nec quemquam hoc nomine teneri. 12 ¶ Denique Marcellus scribit, cum eo qui in suo fodiens, vicini fontem auertit, nihil posse agi, nec de dolo[h] actionem. Et sanè non debet habere[i], si non animo vicino nocendi, &c.

x ¶ *Noceret.* quidam habent sine non: & tunc est plana. & dic vicino, scilicet qui habet superiorem fundum: & dic, noceret[a], id est nocere posset. 2 Alij habent, non noceret: & tunc dic duobus modis. Primò: si[b], pro quamuis, & vicino, qui habet superiorem fundum: & non noceret, scilicet nunc: nocere tamen posset: nam pro damno non illato agitur: *vt s. ead. l. j. §. ij.* 3 Vel dic vicino, qui posuit salicta, aliàs, id est si noceret aqua propter destructionem operis licèt ei restagnare. & sic non tenetur hac actio. sic ergo corrigitur hic in solo isto casu Mucius: *vt s. in gl. vt in arando.* & hoc est quod modò dixi in pxi. gl. ergo si non noceret. &c. *vt j. l. ij. §. pen.* & secundùm hoc supple: vel si noceret, ex consuetudine tamen: *vt & s. eo. §. Neratius. & j. ea. l. §. sed & si vicinus.* ¶ Sed quomodo agitur ad arcẽdam, tùm ad non arcendam deberet agi? Respon. eadem actio competit siue ad arcendam, siue ad[c] non arcendam agatur: licèt nomen non conueniat. nam & [d] rei vindi. & ad exhi[e]. dantur quandoque non ad rem vel eius exhibitionem, sed ad æstimationem quãti in litem fuerit iuratum: vt contra eum qui dolo desiit possidere, vel qui tignum alienum suis iniunxit ædibus: *vt s. de rei vindi. l. qui restituere. & j. de tig. iniunct. l. j. §. fin.* licèt nomen[f] actionis ad hoc non conueniat. sic & actio communi[g] diui. datur pro fructibus & sumptibus, non pro diuisione facienda: *vt supra communi. diui. l. iij. §. sicut.* controuersiam[h] ergo nominis pertinacibus relinquamus: *vt C. de consti. pecu. l. ij. penult.*
z ¶ *Noceret.* ergo si non noceret, non tenetur: & in hoc corrigitur Mucius primo. Az.
y ¶ *Labeo.* mediam[i] viam eligens, nec Trebatij, nec Mucij: quam scilicet mediam viam tenuere beati[k].
z ¶ *Fructuumque.* pro[l] eodem ponitur: *vt infrà de ver. sig. l. frugem.*
a ¶ *Causam.* i. non pertinet ad hanc actionem. hoc tamen verum puto, si non animo nocendi fuit factum: *vt j. ead. l. §. denique.*
b ¶ *Agri colendi.* speciale[m] ergo aliquid statuitur propter agriculturam: *vt C. de serui. & aqua. l. fin. §. fi.*
c ¶ *Actione eum teneri.* si serere & arare possit sine sulcis aquariis: *vt s. dicit.* Ergo à[n] contrario si non potest, non tenetur. & in hoc secundo corrigitur Mucius: *& facit j. eo. l. vicinus.*
d ¶ *Cessare.* *vt & j. §. item sciendum. vt. hulc. & §. sed & si vicinus. & §. denique.*
e ¶ *Competere.* *vt & s. ead. §. Neratius.*
f ¶ *Superfluentem.* i[o]. superabundantem.
g ¶ *Non fiat.* *vt. & infra proxi. §. cum multis concor. quia & huic accordant.*
h ¶ *De dolo.* nec alia: *vt & j. eo. l. si in meo. & s. tit. j. Proculus.*
i ¶ *Habere.* sc. vicinus actionem contrà istum qui in suo suffodit, non animo nocendi, &c. quia[p] tunc tenetur de dolo: vt hic dicit.

a Nocere prò nocere posse.
b Si pro, quamuis.
c Actio de aqua, & ad eam arcendam, & non arcẽdam competit.
d Rei vendicationem intentandum agimus non ad rem, sed ad æstimationem.
e Ad exhibendum intendentes agimus non ad rem exhibendam, sed ad æstimationem iuramento in litem definitam.
f Actionibus plerunque sua nomina non conueniunt.
g Communi diuidendo actio intendendum datur non ad rem diuidendam, sed ad fructus & sumptus.
h Nominum controuersiæ pertinacibus relinquendæ.
i Medium eligendum.
k Quæ est in l. Nesennius supra de neg. gest. gl. in l. solem. §. fin. de off. proconsulis & leg. & in §. cum malitia, Inst. de rerum diui. & in aut. de consa. §. in col. 4.
l Fruges & fructus pro eodem.
m Agriculturæ causa aliquid speciale constituitur.
n Argumentum à contrario.
o Superfluere: pro, superabundare.
p Animo nocendi qui facit, de dolo tenetur.

& not.ex hoc §.in ſuo[a] licere facere quod vult. ¶ Item quod[b] alij noceat,& ſibi non proſit,non[c] licet. *& ad hoc concordant. infra ne quid in loco publ.l.ij.§.aduerſus.& infra de itine. actuque priua. l. veteres. & infra de aqua quotidia. & aeſti. l.j.§. ſi quis. & infra de iniuriis. l. fin. & l. ſi quis de libertate. & infra eod.l.in ſumma. §. pen. & ſupra titu.j.l. fluminum. §. fin. & l. Proculus. & infra eod.l. ſi in meo. & infra de furtis. qui iniuria. in princ. & l.verum eſt. & infra ad le.Cor. de ſic. diuus. & ſupra de nego. geſt. l. at qui natura. §. cum. & ſi ſer. vin. fiſtulas. & l. ſicuti. §.pen. & fin. & de pign. act. l.fin.j.reſpon. & de lega.ij. l. cùm pater. §. Titio. de bo. liber. l. ſi quis libertum. & de leg. praeſtan. l. virilis. §.ſi adiectis. & Cod. de ve lig.ſtatuas. & ſupra de ſer. vrb. praed. l. quidam Hiberus. & ad le. Aquil. quemadmodum. §. j.& ij.& Cod.de ſic. l.j. & infra de reg. iuris l.nullus.*

a In ſuo facere quiſque quod vult.poteſt.

b Facere in ſuo non licet quod alij noceat, ſibi non proſit.

c Et ita reſtringitur lex ai-tius Cod de ſeruitutib. & aqua.

cendi, ſed ſuum agrum meliorem faciendi,id fecit.

13 ¶ Item ſciendum eſt hanc actionem vel ſuperiori aduerſus inferiorem competere, ne aquá quae natura[a] fluat, opere facto[b] inhibeat[c] per ſuum agrum decurrere:& inferiori aduerſus ſuperiorem,ne aliter aquam mittat[d] quàm fluere natura[e] ſolet.

14 ¶ Huic illud etiam applicandum, nunquam competere hanc actionem, cùm ipſius loci natura nocet[f]. Nam vt verius quis dixerit, non aqua,ſed loci natura nocet.

15 ¶ In ſumma puto ita demùm aquae pluuiae arcendae locum actionem habere , ſi aqua pluuia[g], vel quae pluuia creſcit, noceat non naturaliter,ſed opere facto: niſi ſi agri colẽdi[h] cauſa id[i] factum ſit.

16 ¶ Imbre autem creſcere eam aquam, quae colorem[k] mutat, vel increſcit[l].

Hac actio tunc competit, cum per aquam nocetur praedio ruſtico: & nihilominus competit negatoria ſecus ſi praedio vrba. quia eſt neceſſe ad negatoriam recurrere. Item non quaerimus vnde aqua oriatur, ex ruſtico, vel vrbano, ſed cui noceat. Paul. de Caſt.

17 ¶ Item ſciendum eſt hanc actionem non alias locum habere,quà ſi aqua pluuia agro noceat. Caeterùm ſi aedificio vel oppido noceat, ceſſat[m] actio iſta. Agi autem ita poterit, ius nõ eſſe[n] ſtillicidia, flumina immittere:& ideo Labeo & Caſcellius aiunt, aquae quidem pluuiae arcẽdę actionem ſpecialem[o] eſſe de fluminibus & ſtillicidiis[p] generalem:& vbique agi ea licere: itaque aqua quae agro nocet,per aquae pluuiae arcendę actionem coërcebitur[q]. 18 ¶ Nec illud quaeramus vnde oriatur[r]. nam & ſi publico oriens vel ex loco ſacro, per fundum vicini deſcendat, iſque opere facto in meum fundum eam auertat, aquę pluuię arcendae teneri eum Labeo ait.

19 ¶ Caſſius quoque ſcribit, ſi aqua ex aedificio vrbano noceat vel agro,vel aedificio ruſtico[s],agendum[t] de fluminibus & ſtillicidiis. 20 ¶ Apud Labeonem autem inuenio relatum, ſi ex agro meo aqua fluẽs noceat loco[u] qui eſt intra continentia, hoc eſt aedificio, non poſſe me aquę pluuię arcendę conueniri. Quòd ſi ex continentibus[x] profluens in meum agrum defluat, eique noceat[y], aquę pluuiae arcendę eſſe actionem.

Hac actio non habet locum cùm opere manufacto non infertur damnum, ſed aufertur lucrum: nec etiam quando res reducitur ad priſtinos terminos naturales, ſecus ſi vltra terminos. Pau. de Caſt.

21 ¶ Sicut autẽ opus factum vt aqua pluuia mihi noceat, in hanc actionem venit[z]: ita per contrarium quęritur an poſſit aquę pluuię arcendę agi, ſi vicinus opus fecerit ne aqua quę alioquin[a] decurrens agro meo proderat, huic proſit. Ofilius igitur & Labeo putát agi non poſſe, etiam ſi interſit mea ad me aquam peruenire. hanc enim actionem[b] locum habere, ſi aqua pluuia noceat[c]:non ſi non proſit. 22 ¶ Sed & ſi vicinus[d] opus[e] tollat,& ſublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perueniẽs noceat, Labeo exiſtimat aquae pluuię arcendę agi nõ poſſe. ſemper enim hanc eſſe ſeruitutem[f] inferiorũ praediorum, vt natura profluentem aquam excipiant. Planè ſi propter id opus ſublatum vehementior[g] aqua profluat, vel corriuetur: aquae pluuię arcendę actione agi poſſe etiam Labeo confitetur.

In curſu aquae primò debet inſpici conuentio: ſecundò loci natura: tertiò vetuſtas. Item qui debet ſeruitutem poteſt cogi vt patiatur, non vt quid faciat. Barto.

23 ¶ Denique ait conditioni-

a ¶ *Natura.* Facit infra proxi. §. & inf. a. l. prox. in prin. & l. apud. §. ſi vicinus.

b ¶ *Facto.* ſcilicet ab inferiore. Accurſius.

c ¶ *Inhibeat.* ſ. inferior per opus qđ fecit.

d ¶ *Mittat.* ſuperior.

e ¶ *Natura.ſic.& ſupra de ſerui. ruſtic. praedio.l. ſi mihi.§. ſeruitus. et ſ. tit.j.l.fluminum. §. vitium.* Accurſius.

f ¶ *Nocet.* id eſt nocere poſſit.

g ¶ *Pluuia.i.* p pluuiã.

h ¶ *Niſi agri colendi.* vt & ſupra de eo.

i ¶ *Id.* ſcilicet opus.

k ¶ *Colorem.* eius aquae cui iungitur: nec enim ſi gutta[d] pluuiae cadat in aquam non pluuiam,habet locum actio aquae pluuiae arcendae. Azo.

l ¶ *Vel increſcit.* id eſt[e] valde creſcit. *ſic.ſ. de lib. et poſth. l. Gallus.§. ille. et ſ. de iun. inſtru. leg. l.quaeſitum.§. ſed ſi fundus.* Azo.

m ¶ *Ceſſat.* Contra ſupra *titu.j.l. eorum.§.fin.* Sed aliud[f] eſt in cautione damni infecti, quae interponitur pro[g] damno quod timetur futurum in ruſtico vel vrba. praedio, quàm in hac actione quae ruſtico prędio tantùm prouidet. nam & aliàs ex cautione damni infecti, culpa alicuius dãno dato non agitur. *vt ſ. tit.j. l. fluminum.§.praeterea ſi furni.* haec actio tñ opere manufacto cõpetit: *vt ſ. eo.l.hac autem actio.* Azo.

n ¶ *Ius non eſſe.* ſcilicet negatoria[h]. M. quae habet locum vbicunque qualitercunque in alieno facis,quod iure ſeruitutis quam habeas, facere non potes: *vt ſ. ſi ſer.vin.l.ij. j. reſpon.* in §.j.licèt P. dixerit eam non competere niſi praeceſſerit ſeruitus, quae fuit amiſſa.vel remiſſa: *arg.ſ.ſi ſer. vin.l. ſicuti.§. Ariſto.*

o ¶ *Specialem eſſe.* agri: quia tantùm de agro iſta competit actio ſpecialiter. Azo.

d Gutta aquae pluuiae non immutat qualitatem non pluuiae.

e Increſcere pro valde creſcere. Hec enim particula, In, ponitur pro valde. cõcor. tex. & ib gl.ſ.in de pat potes.i. prin. de re mil.tex & ib gl.in c. i. in prin.de con. in pragma.ſan.

f Aquae pluuiae actionis & cautionis damni infecti differentia.

g Damni infecti cautio cui interponatur.

h Negatoria actio quando locũ habeat.

p ¶ *Stillicidiis.* ſed negatoriam generalem eſſe, ſiue agro, ſiue aedificio timeatur noceri.

q ¶ *Coercebitur.* nec minus in negatoria, cum generalis ſit: vt hic dicit.

r ¶ *Oriatur.* ſcilicet aqua. Accurſius.

s ¶ *Ruſtico.* id eſt quod in rure eſt.

t ¶ *Agendum de fluminibus.* negatoria. *vt ſupra dixi proxi. §.* nihilominus tamen hac[a] actione agetur vbi ex agro vel aedificio nocetur agro, ſecus ſi ex agro vel aedificio nocetur aedificio: *vt infra §.proxi.*

u ¶ *Loco.* i. fundo toti vel eius parti: *vt j. de ver. ſign. l. locus. et l.fundi.§. locus.* & dic, niſi is locus ruſtici prędij appellatione cõtineatur, quod eſſe poteſt: *vt j. de verb. ſign. l.vrbana.* & tunc idem in eo quod in caeteris agris obſeruabitur: vt dictum eſt ſ. §. *item ſciendum.* Azo.

x ¶ *Ex continentibus.* aedificiis, quae ergo prędia dicãtur vrbana,vel ruſtica. habes *j.de ver. ſign.l.vrbana praedia.*

¶ Et not. quòd ſicut hic inſpicitur[b] praediũ cui nocet aqua, ſit ruſticum vel vrbanum ad hoc vt habeat locum haec actio vel nõ: ſic & inſpicitur[c] praedium cui debetur ſeruitus, ad ſciendum ſit ruſtica, vel vrbana: *vt ſ.de ſer. vrb. praed.l. j. et l. ſeruitutes quae in ſuperficie.§. j.*licèt ſit ar. contra. *ſ. de ſer. ruſt. praed. l.ij.*

y ¶ *Noceat.* id eſt nocere poſſit.

z ¶ *Venit.* ſ. vt deſtruat.

a ¶ *Alioquin.* i. aliàs nullo opere facto.

b ¶ *Actionem.* ſcil. directam: agitur tamen[d] vtili. *vt j. l. proxi. §. item Varus.* in pro hoc *j. ne quid in lo. pu.l.ij. §.merito. ibi, damnum, etc. et ſupra de eod. l.ſi quis.§.ſi initium.* 2 Alij dicunt nec vtilem competere niſi in caſu. *l.proxi. §. item Varus.et pro eis ſupra tit. j.l.Proculus. et. infra de fur.l.ſi is cui.§. fin.et ſ. de condi. et demonſ. l. Titio.§.ij.*

c ¶ *Noceat.* id eſt nocere poſſit per opus quod ille facit.

d ¶ *Sed et ſi vicinus* ſuperior. Accur.

e ¶ *Opus.* cuius non extat memoria: *vt j.l.proxi. item Varus.* ADDITIO. Glo. reprehendit hic Bart, nam ſi memoria extaret: qui tolleret illud opus,teneretur: *vt ſupra proxi.et d.l.§.item Varus.* ideò intellige opus cuius extat memoria:& iſtud non,poſitum in hac glo.fuit per errorem poſitum.

f ¶ *Seruitutem.* i[e]. quaſi ſeruitutem: *vt in fin.huius. et l.facit ſ. eod.§. item ſciẽdu.* A ſimili[f] ergo & homo inferioris dignitatis maiori pſonę debet exhibere reuerẽtiam[g]: *vt ſ. de ali.iud.mu.cau.fac.l. iij. j. re.*

g ¶ *Vehementior.* quàm naturaliter ſolebat fluere.

a Actio aquae pluuiae locum habet, quoties agro non aedificio nocetur.

b Actio aquae pluuiae in quibus praediis locũ habeat.

c Seruitutes ruſticae & vrbanae ex praediis dignoſcũtur.

d Actio aquae pluuię duplex directa & vtilis.

e Seruitus pro quaſi ſeruitute.

f Argumentũ à ſimili.

g Inferior maiori reuerentiam debet. Concor text. in ele. i. ſi quod etiam in interdictis, de for. excom. & in clem. ne Romani, de ele. & 22. diſt. ca. inferior. & c.fin.

Quaſdam-

agrorum quasdam[a] leges esse dictas[b]: vt quibus in agris[c] magna sint flumina[d], liceat[e] mihi scilicet in agro tuo aggeres[f] vel fossas habere. Si tamen lex[g] non sit agro dicta, agri naturam esse seruandam & semper inferiorem superiori seruire: atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrũ à superiore, compensareque debere cum alio commodo[h]. Sicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere. Si tamen lex agri[i] non inueniatur[k]: vetustatem[l] vicem legis tenere[l]. Sanè enim & in seruitutibus[m] hoc idem sequimur, vt vbi seruitus non inuenitur[n] imposita: qui diu[o] vsus est seruitute, neque[p] vi, neque clam, neque precario, habuisse longa consuetudine[q] velut ex iure impositam seruitutem videatur. Non ergo cogemus[r] vicinum aggeres munire[f], sed nos in eius agro muniemus: eritque ista quasi seruitus[t]: in quam rem vtilem actionem[u] habemus, vel interdictum[x].

Si vicinus tenetur recipere aquam de fundo vicini, vel propter se vitutem impositam, vel propter præscriptionem, vel propter naturam loci, cessat hæc actio. Pau. de Cast.

lib. quadragesimonono ad Edictum.

IN summa tria sunt per quæ[y] inferior locus superiori seruit:

IN *summa.* CASVS. Aliquando inferior locus superiori seruit ex lege, id est ex pacto. aliquando naturaliter: vt quando naturaliter currit aqua ex superiori in inferiorem. aliquando ex vetustate: vt exempla habuimus supra l. proxi. circa finem. [APVD LABEONEM.] In fundo inferiori erat quædam fossa gratia agrorum siccandorum, & non extabat memoria quando facta esset, in illam fossam decurrebat aqua ex superioribus fundis. nunc dominus in cuius prædio erat fossa, nõ vult purgare, nec patitur purgari illam foueam, cũ esset plena lapidibus vel terra: & sic aqua restagnat in superiores fundos. dicitur quod domini superiorum fundorum possunt agere act. aquæ plu. arcen. contra inferiorem, vt vel ipse purget, vel patiatur ab eis purgari illam foueam. Idem multò magis seruandum est in hoc casu: nam si inter meũ fundum & tuum erat fouea quæ erat communis s. mea & tua: & in eam decurrebat aqua ex tuo fundo & meo: & cùm esset plena lapidibus vel terra & vel eam purgare eam partem quæ mihi accedit, tu non permittis: agam contra te act. aquæ pluuiæ. [CASSIVS AVTEM.] Si ciuitas faciat fieri aliquod opus causa aquæ mittendæ: licèt occasione illius operis habeam damnum, non tamẽ habeo hanc ac. Idem est & si operis ex quo timeo damnum, memoria non extat quando sit factũ. [APVD ATEIVM.] Pone casum vt ex gloss. colligitur quæ incipit, in cuius prædio. &c. [IDEM VARVS.] Aggerem qui erat in fundo tuo, vis aquæ deiecit & ita aqua plu. quæ mihi prius non nocebat, modò nocet, nũc, volo agere contra te act. aquæ pluu. ar. vt tu reficias aggerẽ. quæritur an possim? & dicit Varus fore distinguendum. nã si naturalis erat agger, non possum agere. idem si manu factus, sed eius memoria nõ extabat. si autẽ extet, tũc possum agere. Labeo autẽ dicit quod si manu factus sit agger, & si memoria eius nõ extet, agere possum vt reponatur. nam hac act. neminem cogi posse, &c. Sed in naturali aggere destructo habebo saltẽ vtilem act. vel interdictum vt me permittat reficere. hoc enim æquitas suggerit, etsi iure stricto deficiamur. [APVD NAMVSAM.] Aqua ex superiori agro ibat in inferiore per quandã foueam naturaliter factã. vna die aqua crescens per nimiũ totam illam foueã repleuit lapidibus & terra, ita quòd aqua amplius intrare non potest: & sic aqua remanebat in superiori agro. & sic superior ex hoc damnum habebat. nunc superior vult agere cõtra inferiorẽ vt sinat purgari illam foueã. quæritur an possit. Et dixit Namusa quòd sic. Labeo autem cõtrarium dixit hac ratione. nam sicut ex natura seruiebat inferior fundus superiori: sic cum per se natura agri fuerit mutata, æquo animo vtrumquenque ferre debere. postea iuriscon. sententiam Namusæ approbat æquitate plenam. [IDEM LABEO AIT.] Ex agro meo aqua decurrebat in tuum inferiorem: & sic sæpe currendo excauauit in fundo tuo id est fossam fecit. & sic aqua in illam fossam decurrit. nunc fossa repleta terra vel lapidibus, aqua restagnat in superiorem agrum. Dicitur quòd non possum agere tecum vt purges, vel purgari sinas. & hoc dixit Labeo. Si autem iure seruitutis illa fossa facta sit, cuius memoria non extat: tunc bene possum agere vt reficias. [IDEM LABEO.] Nunc dicit: quando quæritur an extet memoria facti operis vel non: non est necesse quòd dicat dies & consul sub quo factum fuit opus, sed sufficit si sciatur factum esse, id est factum esse non ambigatur. & vt breuiter dicam, non est necesse quòd testes dicant se vidisse quando id opus factum sit: sed sufficit si dicant se audiuisse eos qui memoria tenuerunt, id est dicant quòd audierint quosdam dicere quòd viderunt quando illud opus factum fuit. [IDEM LABEO.] Si vicinus fecit aliquod opus in fundo suo per quod aqua fluminis quæ inde ibat, non iuit, & sic aqua iuit ad fundos aliorum, & dabat eis damnum: quæritur an vicini possint agere contra istum act. aquæ plu. arcendæ. Dicitur quòd non, si iste fecit causa vitandi damni: non vt vicinis noceret. Secundò dicit. si fundus tuus debet meo fundo serui. recipiendi aquam ex meo fundo, & sic aquam recipias: & nunc volis agere act. aquæ plu. arcen. ne immittam aquam: dicitur quòd non potes. & hoc etiam dixit Labeo. Fran.

y ¶ *Per quæ.* id est propter quæ.

a ¶ *Quasdam leges.* i. pactiones solere apponi: vt instit. de sen. §. fin.
b ¶ *Dictas.* id est consuetas dici.
c ¶ *Agris.* inferioribus.
d ¶ *Flumina.* scilicet peruenienda de superiori agro. a Vel dic flumina, id est superabundantia aquæ.
e ¶ *Liceat mihi.* cuius agri sunt illi qui sunt pleni aqua veniẽte ex fundo superiori.
f ¶ *Aggeres.* vt aqua versus aliquam partẽ vadat, vt ager meus euacuetur.
g ¶ *Lex.* i. pactio. *ff. depositi. l. j. §. si conuenit.*
h ¶ *Commodo.* vt *j. de re. iur. secundum naturam & C. de caduc. tol. l. j. § pro secundo.*
i ¶ *Si tamen lex agri.* id est pactio.
k ¶ *Non inuenitur.* nec natura loci hoc declarat: quia plana sunt loca.
l ¶ *Vetustatem.* cuius non extat memoria: secundùm M. 2 Vel. x. an. secundùm nos, vt statim dices: & hoc in pluuia. nam & in non pluuia idem est: vt hic subiicit. sanè enim &c. Accursius.
m ¶ *In seruitutibus.* aquæ & aliis.
n ¶ *Non inuenitur imposita.* id est non probatur per testes qui interfuerint constitutioni seruitutis: sed solo legitimo tempore eam sibi defendat.
o ¶ *Diu.* id est tanto tempore cuius non extat memoria. sic ponitur diutiùs. *j. de itine. actuque priua. l. j. §. pen.* minori enim tempore quæri non posset: *vt l. proxi. §. idem Labeo ait si in agro. & §. idem Labeo ait cum quæritur. & supra de seruit. l. seruitutes.* & secundùm hoc quod subiicit longam expone, i. longissimam. a Tu dic diu pro x. ann. boni. *vt infra qui &* *qui. l. si cum fideic. §. Adsine.* & longam similiter x. anno. *vt insti. de vsucap. in rub. & in prin.* & loquitur de seruitu. aquæ quæ perpetuam habet causam vel quasi: *vt suma de ser. vrb. præ. l. foramen. §. si.* sic ergo loquitur, vt si vsus est longo tempore, & ex solo tempore nitatur, dicatur acquisisse longa consuetudine. id est per longam consuetudinem etiam sine titu. *vt* *si seruit. ind. l. si quis diu vsus.* Si verò non ex tempore nitatur, sed dicat aliquo modo constitutam sibi vel prædecessori suo fuisse seruitutem: atque longa consuetudine dicat præsumendum: auditur. & hoc est, vel iure impositam &c. Arg. *j. de vsufr. l. in rem verso.* & sic habeas ibi, vel iure &c. Alij habent hic velut: & tunc primum scilicet si vsus est longo tempore, comprehendat ambos prædictos casus quibus constituitur seruitus: velut si esset iure imposita per pactionem, vel testamentum: subaudias tamen quasi impositam: vt statim dices.
p ¶ *Neque.* hæc verba expone. *vt j. quod vi aut clam. l. j. §. quid si vi. & l. iu. §. fin. & de vi & vi arm. vim facit. & vti poss. si duo. §. hoc interdictum.*
q ¶ *Consuetudine.* i. per longam consuetudinem.
r ¶ *Cogemus.* aliter cum quis impositam seruitutem habet. tunc enim eum cogemus: *vt j. de ser. vrb. præd. l. eum. 11.* Imò generaliter idem in seruitutibus, vt non cogatur: *vt supra. de ser. l. quotiens. §. seruitutum.* Azo, & speciale est in seruitute oneris ferendi, per d. l. eum.
s ¶ *Munire.* refert se quando pacto, vel vetustate.
t ¶ *Quasi seruitus.* Nota quasi, quia sicut præscriptione quæritur vtile dominium: ita vtilis seruitus non directa quæritur tempore. hinc est quòd vtilis actio pro ea datur: vt subiicit. Alij dicunt quasi esse expressiuum veritatis. & quod subiicit vtilem, dicunt, i. efficacem.
u ¶ *Actionem.* confessoriam. M. *vt supra si ser. vin. l. si quis diuturno. in prin.*
x ¶ *Interdictum.* vtile vti poss. *vt supra si ser. vin. l. si vti. §. Aristo. in fi. & supra de serui. l. pen.* ¶ Item no. hic longam consuetudinem pro lege seruandam. *sic & infra eo. l. si prius. §. j. & l. quod principium. §. fin. & supra de vsufruct. lege qui semisses. §. j & infra de custo. reo. leg. si quis reum. & supra de leg. & senatuscon. de quibus & l. sed ea. & supra de proba. l. si arbiter. et infra de aqua quoti. et æsti. l. hoc iure. §. ductus. et infra eod. l. fin. et C. de serui. l. ij. et supra de seruit. vrban. prædi. qui luminibus.* ¶ continua sequentem. l. cum ita.

a Lex pro pacto & cur ita dicatur.

a ¶ *Lex.* id est pactum M. ideò dictum, quia vt lex seruatur: vt s. *de pos. l. j. §. si conueniat.* Azo.

b ¶ *Vetustas.* cuius non extat memoria, secundùm quosdam.

2 Tu dic aliter: *vt s. l. proxi. §. fin. diximus.*

c ¶ *Minuendarum.* sic s. *si ser. peta. l. quidam. & Cod. de transact. frustra. & de agri. & censi. litibus in prin. li. xj.*

b Natura & loci vetustas cedunt legi & è contra lex & natura vetustati.

¶ Lex sunt & timendae, & celeriter expediendae.

¶ Et not. quòd natura[b] & loci vetustas cedunt legi superuenienti: *vt supra l. prox. §. denique. ibi, si tamen lex, &c.* Item lex & natura cedunt vetustati: *vt Cod. de praescrip. lon. tempo. l. fin. & infra ea. l. §. Cassius in fin. & contra posita in super. o. i l. in fine. hic dici possunt.* Accursius.

lex[a], natura loci, vetustas[b], quae semper pro lege habetur: minuendarum[c] scilicet litium † causa.

Qui impedit me vti seruitute mihi debita vel praescripta, tenetur hac actione. secus si opus fiat publica auctoritate, vel facti memoria non existente. Bartolus.

1 ¶ Apud Labeonem proponitur fossa vetus[d] esse agrorum siccandorum causa: nec memoriam[e] extare quàdo facta est. hanc inferior vicinus[f] non purgabat: sic fiebat, vt ex restagnatione eius aqua fúdo nostro[g] noceret. Dicit igitur Labeo aquae pluuiae arcendae cum inferiore agi posse[h] vt aut ipse purgaret, aut te[i] pateretur in pristinum statum eam[k] redigere.

2 ¶ Praeterea si in confinio[l] fossa sit, neque purgari vicinus patiatur eam partem quae tibi accedat: posse te magis[m] [agere] aquae pluuiae arcendae actione Labeo ait.

Nota duos casus in quibus cessat haec actio, scilicet opere manufacto, vt quando fuit factum authoritate publica, & quando non extat memoria. Paulus.

3 ¶ Cassius autem scribit, si qua opera[n] aquae mittendae causa publica auctoritate[o] facta sint, in aquae pluuiae arcendae actionem non venire: in eadémque causa esse ea quorum memoriam vetustas[o] excedit.

Vicinus qui habet fossam iure seruitutis in fundo vicini: si illa fossa repleta dat damnum ei in cuius fundo est, cogitur eam reficere. Paul. de Cast.

4 ¶ Apud Ateium verò relatum est, eam fossam[p] ex qua[q] ad inferiorem fundum aqua descendit, cogendú esse vicinum[r] purgare: siue extet fossae memoria, siue non extet. quod & ipse puto probandum.

Qui non patitur opus naturale vel quasi in pristinum statum reduci, hac actione vtili conuenitur. Bartol.

5 ¶ Item Varus ait: Aggerem qui in fundo vicini erat, vis aquae[f] deiecit: per quod effectú est, vt aqua pluuia mihi noceret. Varus ait, si naturalis agger fuit, non posse me vicinum cogere aquae pluuiae arcendae actione, vt eum reponat[t], vel reponi[u] sinat. Idémque putat & si manu factus fuit, neq. memoria eius extaret. quòd si extet: putat aquę pluuiae arcendę actione eum teneri: Labeo autem, si manu factus sit agger, etiam si memoria eius nó extat, agi posse vt reponatur[x]. nam hac actione neminem cogi posse vt vicino prosit, sed ne noceat[y], aut interpellet facientem quod iure facere possit. Quamquam[z] tamen deficiat aquae pluuiae arcendae actio: attamen opinor vtilem[a] actionem vel interdictum[b] mihi competere aduersus[c] vicinum, si velim aggerem restituere in agro eius, qui factus quidem mihi prodesse potest: ipsi vero nihil nociturus est[c]. haec ęquitas suggerit, etsi iure[d] deficiamur. 6 ¶ Apud Namusam relatum est, si aqua fluens[e] iter suum stercore obstruxerit, & ex restagnatione superiori agro noceat, posse cum inferiore[f] agi vt sinat purgari. hanc enim actionem non tantùm de operibus esse vtilem[g] manu factis, verùm etiam in omnibus

d ¶ *Vetus esse.* id est fossa vetus est, &c.

e ¶ *Memoriam.* fossae factae.

f ¶ *Vicinus.* id est cuius erat praedium. Azo.

g ¶ *Nostro.* qui tertij eramus ab eo de cuius praedio aqua currebat, & in cuius praedium decurrebat pro siccando nostro praedio & aliorum.

h ¶ *Agi posse.* ¶ Quomodo hoc, cú nihil faciat: & haec actio ex opere facto datur: *vt s. eo. l. j. §. hoc autem act.* ol Respon. ius interpretatur[c] eum facere.

c Interpretatione seu per interpretationem facere quid.

i ¶ *Aut te.* qui es vnus de his quibus nocetur. & hoc vltimum est verius: cùm ea non sit natura[d] seruitutum, vt cogatur aliquis aliquid facere: *vt s. de ser. vrb. praed. l. quotiens. §. seruitutum. & s. l. prox. §. fi.* 2 Vel dic quod solitus erat purgarè: nec memoria extabat quo tempore non esset solitus purgare: *vt & j. ea. l. §. idem Labeo ait si in agro. & sup. de proba. l. si arbiter.* Accursius.

d Seruitutum ea non est natura vt cogatur quis quid facere.

¶ De operibus aquae mittendae causa publica authoritate faciendis, Pla. dial. 6. de legib.

ADDITIO. Dic quòd prima solu. destruit tex. & secunda cótinet diuinationem. quare dicas aliter, secundùm Barto. hic, quòd quoddam est opus quod affert commodum facienti, vt in purgando fossam vbi est recollectio pinguedinis: & tunc debet agi alternatiuè. & quoddam est opus quod debet fieri iure seruitutis, quod non praebet commodum facienti: & tunc ille qui debet seruitutem, non debet facere: *vt s. l. praxi. in fine.* quod tene menti, secundùm eundem Bartolum.

k ¶ *Eam.* scilicet fossam.

l ¶ *Si in confinio.* ad hoc quod de confinio[e] dicit, facit s. *pro socio. l. illud. & communi diui. l. arbor. & infra de acquir. re. do. l. adeò. §. fin. & l. seq.* Accur.

e Confinium.

m ¶ *Confinio.* s. duorum fundorum: & sic erit communis fouea[f].

f De fouea communi. v. Cepolam. tract. de seruitutibus vrbano. praedio.

m ¶ *Magis.* magis ideò dicit, quia iure dominij quod habes in ea. at in superiori casu agitur actione aquae plu. arcendae iure seruitutis competentis: & ita vtilis superiori casu, hic directa: *vt j. eod. l. pen. dicet.* in hoc ergo differt hic casus à superiori.

n ¶ *Publica auctoritate.* sic habes in causa damni infecti: *vt s. tit. j. l. si finitis. §. si publicus.*

g Memoria extare vel non extare quando dicatur.

p ¶ *Vetustas.* quasi dicatur extare[g] memoria, & quàdo nó dicitur. *j. l. ea. §. idem Labeo ait cùm quaeritur. & s. de proba. l. si arbiter.* Sed quidam dicunt hoc de vetustate corrigi per sequen. §. qd non placet.

q ¶ *Fossam.* quae est in superiori fundo.

q ¶ *Ex qua.* scilicet fossa.

r ¶ *Vicinum.* in cuius praedio erat fossa quae debebat seruitutem: Nec ob. s. *de serui. l. quotiens. §. seruitutum.* quoniam cùm fuit imposita seruitus, hoc fuit expressum in pacto, vt vicinus cuius praedio siue fossa imponebat seruitus, deberet purgare[a] fossam: & sic sub audiebat hic lo. aliàs regulariter[b] est contra *vt s. de ser. vrb. praed. l. seruitutes. §. si sublatum. & s. de ser. l. quotiens. §. fin.* nisi in seruitute oneris ferendi: *vt supra si serui. vindi. & si fortè. §. etiam. & l. sicuti. in prin. & §. j.* Non ergo ob. *supra proxi. §. & infra §. idem Labeo.* in eo quod hic subiicit non interesse extat memoria vel nó: qa frustra[c] quaeritur memoria vbi ex pacto debetur, vel ex loci natura. 2 Alij dicunt vicinum purgare. id est pati purgare. 3 Tertij dicunt hic speciale, vt etiá ipse purget: qa cú habeat emolumétum[d] vt aqua sua recipiatur, sentiat & onus. & in eo qd subiicit, extet memoria, &c. dicunt corrigere superiorem §. & ab illo. j. ea. l. §. idé Labeo. notat differétiam, quasi illic in opere loquatur: hic aút in fossa. vel aliter cogitur vicinus in cuius agro est fossa, non ab inferiori, sed à superiori vel collaterali cui nocet aqua ex restagnatione[e]. Accur.

a Pactum purgandae fossae.

b Seruitutum non est ea natura, vt quis seruitute debeat facere quid cogatur. hoc tamen fallit in seruitute oneris ferendi & purgandae fossae.

c Inf. ex tempore frustra quaeritur vbi ex pacto vel loci natura debetur aliquid.

d Emolumenti & damni eadem ratio.

e Restagnationem.

f ¶ *Vis aquae.* i. violentia aquae, vel controuersia. sic s. *de dam. infe. l. fluminum. §. idem Seruius.*

t ¶ *Reponat.* i. restituat.

u ¶ *Reponi.* i. restitui.

x ¶ *Vt reponatur.* i. reponi sinatur. R. & hoc pbat. ná hac, &c.

f Reponere pro sinere reponi.

a Vel dic ppriè vt ipse reponat. quod verò sequitur, ná hac actione, ad naturalem pertinet. vbi est secus prima placet.

y ¶ *Ne noceat.* nocet[g] aút mihi si non patitur me reponere naturalé, vel quasi naturalé: à quo naturaliter debeo sétire cómodú: sed vbi extaret memoria, diceretur mihi pficere si dicat eú cópelli pati: ideóq. nó cópellitur.

g Nocet qui non patitur aggerem naturalem vel quasi, reponere.

z ¶ *Quanquam.* videtur ad vtrúq; referri, ad naturalé, & quasi naturalem aggeré. s. quàdo extat memoria. 2 Alij referút ad naturalem tñ, vt addet praedictis nam statim dixerat de quasi naturali.

h Parum & nihil paria.

a ¶ *Vtilé.* aquae plu. arcé. Sed contra. s. *e. l. j. §. sicut.* Sol. ibi denegat directam: hic concedit vtilem. Item arg. contra. s. *tit. j. l. Proculus.*

b ¶ *Interdictum.* vtile vti poss. R. *vt dixi. l. j. §. fin.* 2 Vel ne vis fiat mihi: sicut de arboribus caedendis: *vt infra. de arbo. cae. l. prima. j. respon. & §. deinde.* 3 Vel quod vi aut clam: *vt infra quod vi aut clá. l. competit. §. si.* secundùm Azo.

c ¶ *Nociturus est.* vel parum[h]: *est arg. s. de enio. l. in creditore. & C. de preci. impe. offe. l. quotiens. & l. rescripta, & j. ne quid in loco publi. fi. l. ij. §. si quis à principe. & ne quid in flu. publ. l. j. §. sunt autem qui putant. & supra de relig. l. si quis sepulchrum. in princ.*

i Aequitas tribuitur iuri praeferenda. Hoc tamen limitatur, nisi aequitas esset scripta, & rigor scriptus, vt no. Bald. in l. placuit, in f. C. de iu. & fa. C. de ... nisi esset aequitas in genere scripta & rigor in specie: vt per Bal. vbi s. & Bar. in l. nam natura. l. de condic. inde. & Spe. in ti. de leta. §. vj. vers. sit vij.

d ¶ *Etsi iure.* stricto praefert[i] ergo aequitas rigori: *vt & C. de iud. l. placuit. & s. si cer. pet. l. si tibi. & C. si ali. res pig. da. sit. l. cùm res. M.*

e ¶ *Fluens.* natura per praedium inferioris vicini. Az.

f ¶ *Inferiore.* naturaliter seruiente superiori: *vt s. ea. l. in prin.*

g ¶ *Vtilem.* id est efficacem.

Probat.

a ¶ *Probat.* iuris rigorem inspiciens.
b ¶ *Cogi posse.* de rigore: vt hic & j. eo. l. *Atteim. §. cùm igitur. & supra de ser. rusti. prædi. l. si mihi. §. seruitus. & supra eo. leg. j. §. si in fi. & §. in summa. & §. item sciendum. & supra tit. j. l. fluminum. §. vitium. & §. hæc. quæ omnes sunt contraria super hoc quod sequitur*, secus de æquitate, quæ præualet: *vt subiicit. & §. eo. §. item Varus. & j. eo. l. §. in fin.*
c ¶ *In hunc.* nō solùm in superiori.
d ¶ *Æquitatem.* Namusæ: quæ purgare mihi permittit si mea interfit, nec vicino noceat.
e ¶ *In agro.* inferiori.
f ¶ *Excauauit.* & sic in locum concauum aqua ex vicinis prædiis decurrebat: nūc autem locum non purgat: & sic aqua restagnat in prædia vicinorum: & damnum eis dat, siue dare potest.
g ¶ *A vicinis.* vt patiaris locum purgari, vel purges: & est ratio, quia seruitutem aquæ recipiendæ non debes: alioquin contra: vt statim subiicit. *vt supra ea. leg. §. apud Atteium. infra de iti. actuque priua. l. vnde §. ait prætor. & §. vtilitas. & §. hoc autem. cùm superiori §.* secus fortè de æquitate: *vt suprà proxim. §.* Accursius.
h ¶ *Iure.* seruitutis vicinis debitæ. Azo.
2 Vel iure. id est cōuentione: *vt §. e. l. j. §. §. in prin.*
i ¶ *Reficias.* vel refici finas. *supra e. l. j. §. j. & fa. j. e. l. quod principis. §. fin.*
k ¶ *Idem Labeo.*

nibus quæ non secundùm volūtatem sint. Labeo contra Namusam probat[a]. ait enim, naturā agri ipsam à se mutari posse: & ideò cùm per se natura agri fuerit mutata, æquo animo vnumquemque ferre debere, siue melior, siue deterior eius conditio facta sit. idcircò & si terræmotu, aut tempestatis magnitudine soli causa mutata sit, neminé cogi posse[b] vt sinat in pristinam loci conditionem redigi. Sed nos etiam in hunc[c] casum æquitatem[d] admisimus.

7 ¶ Idem Labeo ait, si in agro[e] tuo aquarum cōcursus locum excauauit[f]: aquę pluuię arcendę actione agi non posse tecum à vicinis[g]. Planè si fossa iure[h] facta sit, aut cuius memoria non extat, agi tecum posse aquę pluuię arcendę vt reficias[i].

Ad probandum operis facti memoriam extare, admittitur probatio de auditu auditus. Pau. de Castr.

8 ¶ Idem Labeo[k] ait, cùm quæritur an memoria extet facto opere, non diem & consulem[l] ad liquidum exquirendum[m]: sed sufficere si quis[n] sciat[o] factum[p]: hoc est, si factum esse non ambigatur: nec vtique necesse esse superesse qui meminerint[q], verum etiam si qui audierint[r] eos qui memoria[s] tenuerint.

Si vicinus opere manu facto excludit aquam ne sibi noceat, quam nō tenebatur recipere natura loci, vel iure seruitutis: licèt ex hoc alteri noceat, non tenetur hac actione. Paul.

9 ¶ Idem Labeo ait, si vicinus flumen, torrentem[t] auerterit[u]: ne aqua ad eum perueniat, & hoc modo sit effectum vt vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluuiæ arcendæ non posse. aquā enim arcere[x] hoc esse, curare ne influat[y]. quæ sententia verior est, si modo non hoc animo fecit, vt tibi noceat[z], sed ne sibi noceat.

Qui tenetur aquam recipere iure seruitutis, non habet hanc actionem, nisi immoderatè lædat. Paul.

10 ¶ Illud etiā verū puto, quod Ofilius scribit, si fundus tuus vicino seruiat[a], & propterea aquā recipiat, cessare aquæ pluuiæ arcendæ actionem: sic tamen si nō vltra modum[b] noceat. Cui cōsequens est, quod Labeo putat[c], si quis vicino cesserit[d] ius ei esse aquam immittere, aquæ pluuiæ arcendæ eum agere non posse[e].

secus in instrumentis[a]: *vt in authen. vt phapo. not. impera. §. vnde sancimus. col. v.* & sic est argu. contra. *C. de fid. instru. l. in exercendis.* ADDITIO. Tu solue secundum Bar. hic quòd in effectu[b] probationis tantùm valent testes, quantum instrumenta: vt in contrarijs. sed in modo probandi differunt: vt hic.

t ¶ *Torrentem.* aliàs torrens. aliàs torrentem. & dicitur[c] torrēs, id quod hyeme tātùm fluit. nam ille propriè dicitur torrens: *vt infra de flumi. l. j. §. j.* sed hîc non curo sit torrens vel perenne: priuatum vel publicum: *vt C. de allu. §. in princip.*
u ¶ *Auerterit.* faciendo in suo opus non ita indistinctè, sed ita in flumine ripâve eius: *vt infrà ne quid in flu. pu. l. j. in princip. & §. sunt autem qui putant.*
x ¶ *Arcere.* scilicet istum dicimus.
y ¶ *Influat.* scilicet in suum agrum: quod ei licèt.
z ¶ *Noceat.* tunc de dolo tenebitur, cū nō sit aqua pluu. *vt suprà eod. l. j. §. denique & §. in summa.* & hoc casu facit infra *eodem. quod princip. §. fin.* Sed contra huic §. *ad primam partem supra eod. m. l. j. §. Neratius.* Sol. vt ibi: & eodem modo solue aliud infra proxim. §.
a ¶ *Seruiat.* hoc tollit contra. supra proxi. §. & dic vicino, id est fundo vicini.
b ¶ *Modum.* In seruitute cōstituenda statutum. R. *vt supra de seruit. vrban. prædio. leg. cuius.*

¶ No. quòd tria debet actor[b] probare in hac actione ad hoc vt opus destruatur. scilicet opus manufactū: & quòd potest nocere: eius memoriā extare. Econtra reus ad defensionem alia tria, vel alterum eorum. scilicet pactū factū, vel loci naturā, vel memoriā facti operis non extare. *& probantur hæc §. eo. l. j. §. j. & q. & §. fi. & l. in summa. in princ. & infra de statulibe. l. Labeo.* de tertio dic[c] hic qualiter probet actor. & idem dicit *§. de proba. l. si arbiter.* itē in fine illius l. dicit de tertio qualiter sit probandum ab eo.
l ¶ *Et consulem.* idem[e] in obligatione pignorum. *vt §. de pigno. l. penult. §. idem quæsit.* aliter obseruatur in libellis accusatoriis: *vt infra de accusa. libellorum. in princ.*
m ¶ *Exquirendum.* quia testes non habent necesse dicere hæc.
n ¶ *Si quis.* scilicet testis.
o ¶ *Sciat.*[d] vehementer opinetur, vt statim probat. scire[e] enim, propriè est veritatem visu perceptam in mēte tenere. hoc autē de illo dici non potest, qui ex aliorum recitatione quid credit. Azo.
p ¶ *Factum.* esse ab homine. R.
q ¶ *Meminerint.* quando factum sit.
r ¶ *Audierint.* Sic ergo dixerunt quidam hoc esse speciale vt recipiatur testimonium[f] de auditu: quod non placet: imò vbi libet recipitur. quid enim si paries vel cortina media est inter testes & contrahentes, vel testatorem[g] sed in hoc est speciale, quòd de auditu[h] auditus, siue de auditu alieno recipitur. Hug. aliàs regulariter contra: *vt C. de testi. testium. & in authen. de hære. & Fal. §. hinc nobis. col. j.* ¶ Item no. quòd quandoque crudelitatis testimoniū recipitur: *vt in authen. vt hi qui ob. se habere perhi. res mi. col. vj. & de hære. & falc. §. si verò absint. & in auth. de san. episc. §. j. col. ix.* Sed impropriè testes dicuntur in dictis casibus. Idem & in causa[k] matrimonij secundùm antiquos canones: vt testimonium de auditu alieno recipiatur: *vt xiiij. q. ij. c. super.* Sed hodie illud per concilium Lateranen. corrigitur.
s ¶ *Memoria.* à quo tempore opus sit factum. ¶ Item nota ex hoc. §. quòd testes[l] non tenentur dicere consulem & diem licèt quandoque interrogentur, cùm habentur suspecti: *vt §. de testi. l. iij. §. j.*

c ¶ *Putat.* dicens idem per alia verba.
d ¶ *Cesserit.* id est[d] concesserit.
e ¶ *Non posse.* nihil[e] enim proficit cessio si statim collata sequatur prohibitio. R. & facit ad tuendam seruitutem pacto conuentam supra eo. l. j. §. fin. & l. ij. in principio legis.

Apud Trebatium.]CASVS. Pone casum huius princip. vt in glo. & literam expone vt in gloss. [IDEMQVE TREBATIVS.] Ex balneo vicini aqua calida decurrebat in locum alterius, & nocet ei. dicitur quod non habet hanc actio. intelligas tamen quod habet negatoriam, prout dicitur in gloss. [SI VICINVS.] Hortum habebam quem certo tempore anni irrigabam: & aqua de qua irrigabam, recidebat in fundum inferiorem. nunc de horto feci pratum: & sic cœpi sæpius irrigare, & sic sæpius quàm consueuerat ibat aqua in fundum inferiorem, & cœpit ei nocere. quæritur an inferior possit agere contra me act. aquæ plu. arcen. vel de damno infecto. dicitur quòd non, nisi ego complanauerim locum siue fundum meum, vt sic citiùs aqua iret in inferiorem. nam tunc teneor hac act. aquæ plu. [AQVA PLVVIA.] Dicitur quòd act. aquæ pluuiæ arcendæ datur contra eum qui in suo opus fecit. si autem fecisset in publico, non tenetur: & mihi est imputandum quare non feci mihi caueri de damno infect. sed si fecit in priuato opus iuxta quod erat pu. locus, & postea meus fundus ex illo opere damnum habet, bene habeo hanc act. [NEQVE.] Dicitur quòd fructuario non datur hæc act. directa, nec contra eum. Fran. [APVD TREBATIVM.] In fundo meo oritur fons: & per riuulos eum deriuo in fundum vicini de natura seruientem. quod licèt: vt hic & §. eo. l. j. §. fi. & l. ij. in princ. & secundum hoc dicit fullonicas. id est riuos subterraneos: à folle: eo quòd per follem siue bursam vel quandam quasi manicam aqua mittitur, non à fullone. vt accipitur secundū vnā expositionem. §. de vsufr. l. si cuius. §. si. vel etiam à fullone: quia & fullones in diuerticulis aquarum lauant telam. Alij dicunt quòd veniebat de fundo vicini ad meum, & ex fonte ibi in meo facto remittebā

a Seruitus aquæ recipiendæ.
b Aquæ pluuiæ arcendæ causa actor & reus tria probare debent.
c Dies & consul quibus in rebus requiratur.
d Scire quid sit.
e Testimonii de auditu vbi locum habet recipitur.
f Glossa in hoc reprobatur per legem si non sp. eas l. l. si vnus C. de testamentis. v. pœnitus Cepolam hic tot. am materiam explicantem.
g Testimonii credulitatis quandoque admittitur aliàs testis de credulitate non probat.
h Testimonii de credulitate improprie testimonium dicitur.
i Testimonii de auditu alieno admittitur in causa matrimonij.
k Testes diem & consulem referre generaliter nō tenentur suspecti tamen de die & consule interrogātur.
l Testimonii de auditu auditus, seu de auditu alieno regulariter nō recipitur.

a Dies & consul necessario requiritur in instrumentis publicis, vt hic. An vero in priuatis? v. quæ scripsi ad glossam l. sec. plurat. C. qui potiores.
b Testes & instrumenta effectu, idē probandi tamen modo differunt.
c Torrens propriè quæ hyeme fluit.

d Cedere pro concedere.
e Momentanea aquæ cessio nihil proficit.

in fundum vicini, quod licèt: *vt hic dicit.* Tertij dicunt quòd per subterraneos meatus ex fundo vicini in meum veniebat: & fontem faciebat. ego fodiebam vt facerem ei aquæ fullonicas, siue diuerticula, vt vitarem eius abundantiam: & tunc inueni locum vnde intrabat ad fundum meum: & ideo accepto consilio obstaculum posui ne flueret: & sic aqua in fundum vicini rediit per immissionem. & secundum hoc ex his legitur vt notetur causa remota, non efficiens. & instituisse. scilicet inspecto primo proposito vel etiam iam instituerat, licèt consilium mutauerat. Et si quæras: cur ergo potuit immittere aquam in fundum vicinum: *vt s. si ser. vin. l. sicuti. §. Aristo.* Respondeo, in primo casu natura: licèt in aliis non tam mitto quàm remitto. siue me munio: quod licèt: *vt s. l. proxim. §. pen.* Accursius.

Nota quòd vicinus inferior tenetur recipere aquam pluuiam naturaliter decurrentem de fundo superiori, plus dicitur hic, quòd etiã opere manu facto secundùm quod requirit natura aquæ putà per fullonicas, id est per riuulos, non tamen debet vicinus superior illam aquam in riuulis corrumpere vel spurcare: quia tunc contra eũ agi posset. Paul. de Castr.

III. VLPIANVS *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

Apud Trebatium relatũ est, cum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas[a], circa fontem instituisse: & ex his aquam in fundum vicini immittere[b] cœpisse. ait ergo, non teneri eum aquæ pluuiæ arcendæ actione. Si tamẽ aquam contineat[c], vel spurcam[d] quis immittat: posse eum impediri[e] plerisque placuit.

1 ¶ Idem Trebatius putat, eum cui aquæ fluentes[f] calidæ noceant, aquæ pluuiæ arcendæ cum vicino agere posse. quod verum non est[g]. neque enim aquæ calidæ, aquæ pluuiæ sunt[h].

Ex opere quod facit vicinus in suo gratia cultura, licèt damnum inferatur inferiori: non potest agi hac actione, nisi aliquid sit factum vltra necessitatem culturæ. Paul.

2 ¶ Si vicinus qui aruum solebat certo tempore anni irrigare[i], pratũ illic fecerit, cœperitq; assidua irrigatione vicino nocere[k]: ait Ofilius, neque damni infecti[l], neque aquæ[m] pluuiæ arcendæ actione eum teneri, nisi locum complanauerit, eóque facto citatior[n] aqua ad vicinum peruenire poterit.

Hæc actio nõ datur pro opere quod fit in publico: sed solùm pro eo quod fit in priuato. Paulus.

3 ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ nõ nisi eum teneri qui in suo opus faciat, receptum est: eóque iure vtimur. quarè si quis in publico opus faciat, hæc actio cessat[p]: sibi que imputare debet is qui dãni infecti cautione sibi non prospexerit[q]. Si tamen in priuato opus factum sit, & publicum interueniat[r]: de toto agi[s] posse aquæ pluuiæ arcendæ Labeo ait.

4 ¶ Neque fructuarius, neq; cũ eo aquæ pluuiæ arcẽdæ agi pòt[t].

Sufficit ad hanc actionem, quem esse dominum loci tempore quo ædificat. Bartolus.

IV. IDEM *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

Qvamquã autẽ cũ domino operis tãtum aquæ pluuiæ arcendæ actio sit[u]: tamẽ Labeo scribit, si quis sepulchrũ[x] ædificauerit ex quo aqua noceat: etiã si operis domin[us] esse desierit loco facto religioso, attamẽ magis probãdũ est, inquit, aquæ pluuiæ arcendæ cũ teneri: fuit enim dominus[y] cũ opus faceret: & si iussu iudicis cõpulsus op[us] restituerit, nõ esse sepulchri violati actionem[z].

Possessor directa actione conuentus, si alienauit iudicio pendente: ex prima instantia condemnatur. Paul.

a ¶ *Fullonicas.* id est riuulos[a].

b ¶ *Immittere.* aliàs immittere: & aliàs, remittere.

c ¶ *Contineat.* si habeas contineat, dic: id est in vnum locum totam includat. Alia litera dicit corriuat, quæ apertiùs hoc innuit: sicuti corriuales[b] dicuntur qui per eundem riuum & ductum aquam ducunt: *vt j. de aqua quot. & æsti. leg. j. §. si inter corriuales.* magis enim lædit cùm tota simul immittitur aqua, quàm si per diuersoria, id est diuersas partes: *vt s. de ser. vrb. præd. l. seruitutes. §. j. l. licidines.*

d ¶ *Spurcam.* id est aliquid turpe, per quod aqua turbatur. Dicitur enim spurca, quod ex ore porci cadit.

e ¶ *Impediri.* per actionem aquæ pluuiæ arcendæ, si cum alia mixta colorem mutat. 2 Vel actione iniuriarum. 3 Vel vti possi. *vt s. de act. emp. l. qui pendentem. & infra vti possi. per totum titu.* 4 Vel etiam secundùm Hug. per negatoriam si facit iure seruitutis.

f ¶ *Fluentes.* ex balneo vicini.

g ¶ *Non est.* cogetur ergo negatoria, si contendat se facere iure seruitutis: aliàs iniuriarum, vel vti possi. *vt not. s. proxi. respon.*

h ¶ *Pluuiæ sunt.* & ideo non habet locum hæc actio: *vt s. eo. l. j. in prin. & §. in summa.*

i ¶ *Irrigare.* & in fundum vicini illam aquam immittebat iure seruitutis debitæ sibi.

k ¶ *Nocere.* per aquam.

l ¶ *Infecti.* quia non vitio loci timetur damnum, sed culpa hominis: *vt s. titu. j. l. fluminum. §. præterea. Azo.* Sed contra supra *si ser. vin. l. si quando in fi.* Sed ibi in alieno faciebat sterquilinium: hic in suo proiiciebat aquam. 2 Vel solue vt ibi.

m ¶ *Neque aquæ.* qui tanto tempore hoc fecerat, quòd memoria non extabat. 2 Vel quia natura loci debebatur hæc seruitus. aliàs posset agi: *vt s. l. proxi. §. fin. & supra l. j. §. item sciendum, in fin.* 3 Vel ideo non agitur hic. quia non plus immittitur per vicem quàm antea: sed sæpius immittitur.

n ¶ *Citatior.* quàm antea. *sic s. eo. l. §. ij.* Accursius.

o ¶ *Faciat* quo[d] aliter aqua fluat, quàm natura fluere debet. vel eam non recipit naturaliter fluentem: *vt s. eod. l. j. §. item sciendũ.* R. ¶ Et intellige hic de directa[e] qua solus dominus tenetur: *vt hic. & infra proxi. §. & l. proxi. in princ. & §. idem Iulianus & j. §. in publico. in fine. j. respon.* vtili sic[a]. *&* *j. eod. l. si vsusfructus.*

p ¶ *Cessat. vt & infra eo. l. si in publico. in prin.* Accursius.

q ¶ *Non prospexerit.* quod potuit: *vt & supra si ser. vin. leg. si quando. §. si. & supra tit. j. l. si finita. & §. j. & §. de cæteris.* item de alio modo potest sibi cõsulere: *vt dicã in l. si quãdo.* & hoc si nõ publicè reficiatur. tunc enim alia via consulitur: *vt s. tit. j. leg. si finita. §. si publicus. & l. fluminum. §. j. & facit s. tit. ij. l. iij. § fi.*

r ¶ *Interueniat.* in medio inter priuatum locum in quo opus fit: & eum locum cui nocet.

s ¶ *Agi. vt & j. e. l. si in publico. sic supra. eo. l. j §. j.* & est sic vbi pro altero non agitur: sed eo iuncto[b] cum altero sic, vt patet in nominib. *vt supra fa. erci. l. heredes. §. j. & l. ij. fina. Item s. de ser. cor. l. si quis. §. fi. & l. seq.*

t ¶ *Agi potest.* s. directo: sed vtili sic in vtroque casu: *vt infra eo. l. si vsusfructus. §. j. & facit supra de seruit. l. fin. in pri. & si vsusfructus petatur l. j.* Accur.

Qvamquam.] CASVS. Licèt cõtra dominum operis tantum detur actio aquæ plu. arc. tamen in casu etiã cõtra nõ dominũ datur: vt si aliquis monumentũ fecit: tandẽ est ibi aliquis sepultus: & sic locus est factus religiosus: & ex hoc sepulchro aqua plu. nocet alicui: agetur cõtra illũ qui fecit monumentũ, hac act. quia fuit dominus cũ opus fiebat, licèt nunc non sit dominus: & ille si iussu iudicis destruat, non per hoc tenetur act. sepul. viola. [IVLIANVS QVOQVE.] Fecisti opus in fundo tuo per quod aquæ pluu. mihi nocet. nunc cœpi agere contra te act. aquæ pluu. arc. pendente hac causa alienasti fundũ in quo feceras opus. dicitur quod nihilominus contra te procedam & de præterito dãno, & de opere restituẽdo: & etiã de futuro dãno. scilicet quod post alienationẽ cõtingit, habetur ratio. [IDEM IVLIANVS.] Dicitur quòd actio aquæ plu. arc. datur contra dominum facientẽ opus in fundo suo. Sed quid si colonus tuus fecit opus in fundo tuo te ignorante, per quod opus aqua plu. mihi nocet? nunquid tu teneris hac act? Et dicitur quòd non teneris, nisi vt præstes patientiam: colonus tamen tenetur interdicto quod vi aut clam, ad præstandam impensam quæ fit in destruendo opere, & ad emendandum damnum si quod ex hoc opere contingit postea dicit quod quando destruo illud opus in tuo fundo factum à colono tuo: si tu dominus petas caueri à me de damno infect. debeo cauere. Vltimò dicit: ea quæ dixi in colono faciẽte opus in fundo domini domino ignorante, habẽt locum in procuratore faciente opus in fundo domini domino ignorante.

u ¶ *Actio sit.* scilicet directa: vtilis tamen etiam cum alio est: *vt supra l. proxi. § penul. dixi.*

x ¶ *Sepulchrum.* nunc factum illatione mortui: ædificauit quippe monumentum: *vt C. de relig. l. si sepulchrum.*

y ¶ *Fuit enim dominus. vt & j. proxi. §.* ¶ Et sic not. initiũ[c] spectandũ. *sic supra man. l. si procuratorem & j. de const. pecu. item illa. §. quod adiicitur & de eden. l. vbi. §. fi.* Ar. contra. *supra de pigno. & qua nondum §. quod dicitur* ADDIT. Dic secundùm Bar. hic quòd illud contingit propter generalem obligationem præcedentem.

z ¶ *Actionem.* quoniam nõ dolo fecit. iuris[d] enim executio non habet iniuriam: *vt j. de iniur. l. iniuriarum. j §. j. Azo.* ¶ Et no. etiã hic iussum

a Imò verò fullonicas hic puto in dici fullonum officinas, idque ad iurisconsulti sensum appositissimo.

b Corriuales qui dicuntur.

c Spurcũ quasi sputum quod est immundũ dici docet Isidorus 10 e. j. facit Nonius c. 4. nu. 433.

d Aquam naturaliter fluentem in vicinum fundum, auertere nobis nõ licet: sed nec fluentem in nostrum, ita ut eo non possimus, ut vicino aqua noceat sua restagnatione: hoc est impedire, ne in fundum vicinum decurrat, cùm vicino possit esse ea aqua vtilis.

e Aquæ pluuiæ arcendæ actione directa solus dominus tenetur: vtili, qui non domini.

a Vtili etiam agi cum, vtili alij.

b Cõiunctim sola aliquando agitur.

c Initium spectandum.

d Iuris executio non habet iniuriam.

iussum [a] iudicis excusare. *sic* ff. *de iur. s. omn. iudi. si quis id. §. doli. & de his qui not. infa. l. furti. §. qui iussu. & infra. quod vi aut clam. leg. iii. §. sed si ver. non tantum. & supra quod fal. tuto. aucto. leg. interdum. & de rebus eorum. l. sed si pecunia. §. j. & infra de solu. l. si tantem. & de admini. tuto. leg. tutor qui §. tutores.* Argum. Contra. *C. de appell. leg. quoniam.* Item no. quod legitimè [b] factum est, nō meretur pœnam. *sic C. de admini. tuto. leg. sancimus. j. & de adul. leg. Gracchus.* Accursius.

1 ¶ Iulianus quoque scribit, si post iudicium [a] aquæ pluuiæ arcendæ susceptum, fundum alienauerit is cum quo actum [b] esset de præterito [c] damno, & de opere restituendo: id statuere iudicem debere, quod iudicaret si nulla alienatio facta esset. nam & fundo alienato nihilominus iudicium [d] manere, & damni rationem venire etiam eius quod * alienationem contingit*.

Dominus qui non fecit, nec nomine suo utiliter factum est: tenetur hac actione ad patientiam: & tenetur qui fecit, ad interesse interdicto quod vi aut clam. Bart.

2 ¶ Idem Iulianus scribit, aquæ pluuiæ arcendæ actionem non nisi cum domino [e] esse, idcircóque si colonus ignorante [f] domino opus fecerit, dominum fundi nihil amplius quàm patientiam [g] præstare debere: colonum autem interdicto quod vi aut clam, impensam quoque restituendi [h] operis, & damnum si quod ex eo datum fuerit, præstare cogendum. Si tamé dominus desideret caueri sibi damni infecti ab eo [i], ex cuius prædio nocet*, æquissimum erit, caueri oportere. 3 ¶ Item si non ego [k], sed procurator meus tale opus fecerit, vt aqua pluuia noceat vicino: aduersus me hactenus erit actio [l], quatenus aduersus colonum: ipse autem procurator interdicto quod vi aut clam conueniri poterit, secundùm Iuliani sententiam etiam post opus restitutum [m].

a ¶ *Post iudicium.* secus si antè: quia tunc plenè dic. *vt* j. *eod. l. emptor. & l. seq. & l. post venditionem, in fi.*

b ¶ *Actum.* sed non peractum.

c ¶ *Præterito.* quod tamen accidit post litem cōtestatam. de eo enim quod antè contingit non tenetur: *vt infra eod. l. si tertius. §. officium.*

d ¶ *Iudicium.* scilicet acceptum. ¶ Sed núquid litigiosa [c] res est? sed non videtur: sed hæc actio est personalis: *vt* j. *eo. si tertius. §. aquæ.* & litigiosa [d] res est cùm de dominio quæritur: *vt in authen. de litigio. in prin. col. viij.* ¶ Econtra videtur quòd sic: quia domino [e] & contra dominum demum datur hæc actio, vnde quæritur de dominio: *vt supra eod. l. j. in princ. & ff. proxi. §. pe.* Prima placet: non quia sit personalis: *vt C. de litigio. l. ij.* sed quia de re alienata non quæritur reali vel personali actione, sed opere facto. *& fa. ad §. supra de alie. iudi. l. iij. §. opus & §. ex quibus. & infra de actio. et obli. quacunque et ff. de ser. cor. l. doli. §. hæc actio. et l. præterita.*

e ¶ *Cum domino.* de directa recipe: *vt supra l. proxi. §. pe. dixi.*

f ¶ *Ignorante.* secus si eo iubente: *vt infra l. proxi. §. finali.*

g ¶ *Patientiam. facit infra l. proxi. et infra eod. emptor. et quod vi aut clam. l. competit. §. fin.*

h ¶ *Restituendi.* id est destruendi.

i ¶ *Ab eo.* sic construe: si dominus ex cuius prædio nocet, id est nocere potest. scilicet aqua: desideret sibi caueri ab eo. cui nocet aqua, & qui demolitur opus pro damno, quod posset contingere ex demolitione. *sic* ff. *de dam. infect. l. prætor. in fi. et l. hoc amplius. §. de his.* & sic etiam intellige. j. l. proxi. aliter [f] autem nullus esset sensus legis: quia [g] neque dominus ex cuius prædio nocet opus, sibi ipsi cauere potest: nec dominus cui nocet, potest petere sibi caueri: quia non vitio loci, sed hominis culpa damnum timetur: *vt* ff. *titu. j. l. fluminum. §. præterea.* aliàs est in textu, cuius prædio nocetur: & tunc non est necessaria glo. Accursius.

k ¶ *Ego.* scilicet dominus.

l ¶ *Erit actio.* cùm sine mandato meo fecit, secundùm quosdam. Sed non placet: quia tunc dominus non tenetur sicut colonus: qa non ad impensas, sed ad solam patientiam: nisi dicas colonum. i. [h] locantem. *Arg.* ff. *de acti. empt. l. veteres.* Planius ergo dicas: quia cum mandato fecit, vel ratum me habente: quando debeo teneri: vt superiori casu colonus: vt s. patientiam & impensam præstem: *vt* j. *l. proxi. in fi. et* j. *quod vi aut clam. l. denique. §. pen. fin.*

m ¶ *Restitutum.* ab auctore, & suis sumptibus. si autem sumptibus domini, non ageret amodo contra procuratorem, cum sua nō itersit. & hoc interdictum [i] quod vi aut clam ad interesse datur: *vt* j. *quod vi aut clam. l. semper §. in hoc interdicto.*

a Iussus iudicis excusat. v. tamen Dyn. in c. quod quis mandato. de re. iu. in 6.

b Legitimè factum pœn. non meretur.

¶ In archety. sic erat. in ver. autem. quòd ante alienationem. Taur. in vno reperi. post alienationem, in altero hic. Contius.

* hoc est, quod cum ipso alienandi actu cōiunctum est.

c Aquæ pluuiæ arcendæ actio an litigiosum fundū faciat.

d Litigiosum id dicitur de cuius dominio quæritur.

e Aquæ pluuiæ actio cui & in quem datur.

* nocetur.

f Legum ea interpretatio esse debet, vt sensus vitiosus reiiciatur.

g Sibi ipsi nemo cauere potest.

h Colonus pro locante.

i Interdictum quod vi aut clam ad interesse datur.

SI colonus.] CASVS. Idem dicit quod dictum est supra proxi. antè. §. idem Iulianus. vnum tamen addit, quòd si colonus fecit opus domino sciente: quòd dominus tenetur etiam interdicto quod vi aut clam.

n ¶ *Noceat.* id est nocere possit.

v. PAVLVS *libro quadragesimonono ad Edictum.*

SI colonus insciente domino opus fecerit ex quo aqua vicino noceat [n], Labeo respondit colonum interdicto quod vi aut clam teneri: dominum verò fundi aquæ pluuiæ arcendæ actione: quia is solus restituere opus potest: sed patientiam dūtaxat eum præstare debere, si ei damni infecti stipulatione caueatur: [o] & si quam impensam in restitutionem operis fecerit [p], consecuturum à colono locati actione: nisi si quis ideo non putet [q] quoniam non fuerit necesse ipsum restituere [r]: sed si iussu domini fecisset [s], etiam interdicto [t] dominum teneri.

Si opere facto manu in prædiis plurium, detur mihi damnum: possum agere contra quem volo. Paul.

vi. VLPIANVS *libro quinquagesimotertio ad Edictum.*

SI tertius [u] vicinus [x] opus fecerit, vnde decurrens aqua per fundum primi vicini mei mihi noceat [y]: Sabinus ait, posse me vel cum primo [z], vel cū tertio amisso [a] primo agere. quæ sententia vera est.

Vnus ex pluribus dominis vnius fundi agit & conuenitur & etiam cōdemnatur ad interesse pro sua tantùm parte. Paul. de Cast.

o ¶ *Caueatur.* à demoliente: *vt* ff. *l. proxi. per resp.*

p ¶ *Fecerit.* dominus.

p ¶ *Fecerit.* sponte. non enim cogi potest: quia colono hoc opus incumbebat. Azo.

q ¶ *Non putet.* sit male. licèt enim non cogatur restituere, si tamen fecerit, poterit repetere impensam [a] non solùm actione locati, sed etiam nego. gest. *vt* ff. *de neg. gest. l. si communes. et arg. C. de actio. emp. l. ij. in fi.* Azo.

r ¶ *Restituere.* sed tūt patientiam præstare.

s ¶ *Fecisset.* colonus opus. idem [b] si ratum habuit: *vt* j. *quod vi aut clam. l. denique §. pen. et §. fi.*

t ¶ *Interdicto.* quod vi aut clam: *vt* ff. *in prin. l. et facit* ff. *ad l. Aqui. l. liber homo. et* j. *si fa. fur. fe. dic. l. si famili.*

SI tertius.] CASVS. Tertius vicinus meus fecit opus per quod aqua veniebat in fundum vicini mei, & postea in meum fundum, & dabat meo fundo damnū. Dicitur quòd possum agere acti. aquæ plu. arcen. vel cū tertio vicino, vel cum proximo. [SI EX PLVRIVM.] Si ex fūdo plurium aqua mihi nocet: agam contra quemlibet dominorum & pro sua parte quilibet condemnatur. si autem ex fundo cuiusdam noceat aquæ fundo pluriū: quilibet aget pro parte sua. [INDE QVAERITVR.] Si ego & tu habemus fundū communem, & tu habeas alium fundum proprium: & ex tuo fundo proprio aqua noceat communi fundo: agam contra te act. aquæ plu. arcen. ita tamen, vt tantùm pars damni præstetur. econtra si communis fundus noceat tuo proprio, ages contra me: sed tantùm partem damni consequeris. [SI QVIS FVNDVM QVAM] Fecisti opus in fundo tuo per quod aqua pluu. meo fundo nocet: antequam agam contra te, istum meum fundum alienaui. Dicitur quòd hæc actio transit ad emptorem. [AQVA PLVVIA] Dicitur quòd actio aquæ plu. arcen. est in personam, nam qui ea tenetur, est personaliter obligatus. [OFFICIVM.] Nunc dicit quod sit officium iudicis cognoscentis super hac act. & est tale, quòd si ago contra eum qui fecit opus in fundo suo per quod aqua pluu. mihi nocet: iudex iubeat illum destruere illud, & damnum faciat sarcire quod post lit. contest. detur: damnum autem quod antè litem contesta. contigerit: non veniet in hac act. sed alia act. petetur: vt in glo. dicitur. [CELSVS SCRIBIT.] Si feci opus per quod aqua pluuia tibi noceat: teneor destruere mea impensa. si autem alius me ignorante in fundo meo, vt colonus vel similes: teneor tantùm præstare patientiam. Sed si seruus meus fecit opus in fundo meo: liberor dando pro noxa. si autem is fecit cui postea successi: teneor emendare damnum perinde ac si ego fecissem.

u ¶ *Si tertius.* respectu mei, qui dicor primus. Azo.

x ¶ *Vicinus.* primus. Azo.

y ¶ *Noceat.* id est nocere possit.

z ¶ *Primo.* id est proximo.

a ¶ *Omisso.* quidam habent, cum tertio remisso primo. • Alij

a Impensæ coloni nomine factæ à locatore repeti possunt actione locati, vel negotiorum gestorum.

b Ratihabitio iussui cōparatur.

cum tertio missore.& est ad hanc l.ff. *de dam.infect. l. qui bona.§. circa inter.& supra.de eo.per quem fac.erit.l.j.§. si plures. & de tu.& ra.dist.si ex duobus.* Sed argum.contra *in auth. de fideius.§.j. & ad leg.Aquil. si ex plagis.§. in cliuo.* ¶ Item caute intellige hoc respon.quando proximus[a] mihi vicinus aquam fluentem in suum fundum, deriuat in meum. Si autem nihil faciat proximus meus vicinus:tūc distingue, aut habet necesse[b] recipere iste medius aquam vicini tertij: aut non. primo casu cum eo nullatenus sit agendum. in secundo tamē cum eo medio: *vt j.ne quid in loco publico. l.ij. §. idem Labeo scribit,si quis in suo.circa fin.*

a Aquam vicino in meum deriuante, in vicinum agere possum, si eam aquam à suo vicino recipere non cogitur: sin cogitur, non possum.
b Necessitas necesse.

1 ¶ Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat[a], vel si plurium fundo noceatur: placuit (eóque iure vtimur) vt siue plurium fundus sit[b], singuli in partem experiantur, & condemnatio[c] in partem fiat: siue cum pluribus agatur, singuli in partem conueniantur, & in partem fiat condemnatio. 2 ¶ Inde quęritur, si communi agro meo & proprio agro tuo aqua noceat, an agi possit aquæ pluuiæ arcendæ? Et putem agendum[d]: sic tamen, vt pars damni præstetur.

3 ¶ Versa quoque vice si cōmunis ager sit, qui nocet proprio: poterit aquæ pluuiæ arcendę agi, vt quis damnum consequatur: sed in partem.

Hæc actio est personalis scripta in rem: & ideò pro damno futuro ad singularem successorem trāsit. Bartolus.

4 ¶ Si quis prius quàm[e] aquæ pluuiæ arcendę agat, dominium[f] ad alium transtulerit fundi, desinit[g] habere aquæ pluuiæ arcendę actionem: eáque ad eum transibit[h], cuius ager esse cœpit. Cùm enim damnum[i] futurum contineat[k]: ad eum qui dominus erit, incipiet actio pertinere: quamuis cùm alterius[l] dominium esset, opus[m] a vicino factum sit.

5 ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ actionem sciendum est non in rē, sed personalem[n] esse.

Hæc actio principaliter datur vt opus manu factum tollatur: & per officium iudicis mercenarium ei deseruiens fit etiam condemnatio de damno contingente post litem cōtestatam, nō de eo quod pri' cōtingerat. Paulus.

6 ¶ Officium autem iudicis hoc erit, vt si quidem à vicino opus factum sit: eum[o] iubeat[p] restituere[q], damnumque sarcire si quod[*] post litem contestatam[r] contigit. Quod si antè litem cōtestatam damnum contigit, tantùm opus restituere[s] debebit, damnum non sarciet[t].

Si agitur contra illum qui fecit opus, vel hæredem eius: fit condemnatio vt destruatur suis impensis. sed si contra alium qui non fecit, sed opus possidet, nec sit hæres eius qui fecit: fit vt patiatur destrui expēsis petētis: nisi sit dominus eius qui fecit: quia tunc tenetur vel destruere suis expensis, vel dare seruum pro noxa. & contra non destruentem fit condemnatio ad verum interesse. Paulus.

7 ¶ Celsus scribit, si quid ipse[u] feci quo tibi aqua pluuia noceat, mea impensa tollere me cogendum[x]: si quid alius qui ad me non pertinet[y], sufficere vt patiar[z] te tollere. Sed si seruus meus, aut is cui hæres sum, hoc fecerit: seruum quidem noxę dedere debeo[a]. quod autem is cui heres sum, fecit, perinde[b] est atque si ipse fecissem.

e ¶ Æstimationem autem iudex faciet ex rei veritate[c]: hoc est eius damni quod apparuerit datum[d].

Qui conuenitur ex suo facto, non liberatur cedendo rei: secus si ex qualitate rei conueniatur. Bar.

VII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

IS cum quo aquæ pluuiæ arcendę agitur quod[e] opus[f]

a ¶ *Noceat.* vnius fundo.

b ¶ *Fundus sit.* cui nocetur.

c ¶ *Condemnatio.vt & infra.eo.l. supra iter.§. officium.* Sed contra.j. *eo.l. supra iter. §. Cassius.* Solu. illam intellige secundùm istam: vt etiam ibi fiat exactio[c] pro parte. 2 Vel refert[d] agatur ad damnum datum: & tūc obtinet quod hic dicit an vt opus tollatur: & tūc quod ibi. scilicet in solidum: *vt j. eod.leg. supra.§. officium. cum seq. §. & j.de ver. oblig. l. stipulationes non diuiduntur in princ. & l. in executione.§. ij. & supra de no ope.nun. stipulatio.§. fi.* Ar.contra. *infra. de vero.obli.in stipulationibus. alias species. in fin. & ast sic supra de dã. infe. l.plures.& l.ex damni.§. pe.& §.fi.*

c Pro parte agi & executio fieri non potest.
d Agere ad damnum datum, & vt opus tollatur quæritur.

d ¶ *Agendum.* licèt communi di. locus sit. *facit .deser.vr.p.a.l.sed si inter.in prin.* concurrit ergo hæc actio cum illa.& sic est arg.cōtra. *ff.tit.j.l.si a duobus.& ff.tit. ij.l.in prouinciali.§.j.*

e ¶ *Si quis priusquam.* secus si post: *vt j.eo.leg. post venditionem in prin.* Accursius.

f ¶ *Dominium.* fundi cui nocetur: sed cùm alienatur fundus ex quo noceat aqua, loquitur. *ff.e. quamquam.§.j. & j.eo.post venditionem.in fi.& supra.de ali.iud.l.ij.§.item si. ocum.*

g ¶ *Desinit.* quia alterius aqua ei nocitura non sit, etiam fundo alienato.

h ¶ *Transibit.* hoc mirabile videtur, vt[e] sit ambulatoria, cùm actiones[f] personales alicui competentes etiam re alienata cuius nomine competunt, apud eundem remanent. *infra de acti.& oblig. quæcunque & infra de furt.l.inter omnes.& l.cum qui.* At hæc actio est personalis: *vt infra proxi.§.* ergo ad singularem non debet transire successorem: *vt supra vsufr. ad.quemadmodum caueat.l.ij .§.fin.& de edendo.l.quædam.§.si aut.in.quæ sunt contra.* Sed respondeo hoc speciale: sicut & aliàs. *supra de vsufruct.leg.sed & si quid.§.si operas. & supra titu.j. l.fluminum.§.adiicitur.& infra.quo.lega.l. j.§.in locum.& C.de rei vxo. actio.l.j.§.videamus.& supra si ser.vind.leg.ij.§.fin.& seq. & supra fami.ercisc.l.in hoc iudicio.& supra titu.ij. l.non solum. §. fin.& l.seq.* & est ratio, quia in[g] rem scripta est ex vtraque parte: *vt supra ad exhiben.l.iij.§.est autem.*

e Actio aquæ pluuiæ ambulatoria est, hoc est transit ad singularem successorem.
f Actiones personales re alienata apud alienātem remanent.
g adhuc.
h Aquę pluuię actio in rem scripta respectu actoris & rei: adde glossam in verbo personalem, inf. eod.

i ¶ *Damnum.* post litem contest. datum: *vt infra hac leg.§. officium.* vel si habes in litera datum: dic.id est[i] dandum: & sic tempus pro tempore: *vt C.de legi.& con.l.j.*

i Datum pro dando.

k ¶ *Contineat.* scilicet hæc stipulatio. Accursius.

l ¶ *Alterius.* putà venditoris.

m ¶ *Opus.* propter quod timetur vitium aquæ.

n ¶ *Personalem.* quia[a] qui ea tenetur, est personaliter obligatus ad id quod in ea venit. secus in eo qui rei vindic. conuenitur: *vt l.si.de act.§.j. & §.sic itaque.* quia[b] tamen sequitur possessorem: *vt not.supra eo.l.quamquam.§.Iulianus.* dicitur in rem scripta: vt & quædam aliæ: *vt notat.supra ad exhibend.le. iij.§.est autem.*

a Actio aquæ pluuiæ personalis an & quo sensu dicatur.
b Actio aquæ pluuiæ in rem sic ipsa cui dicatur adde glo. in verbo transibit, sup. eod.

o ¶ *Eum.* scilicet vicinum. Accursius.

p ¶ *Iubeat.* s.iudex.

q ¶ *Restituere.* i.destruere. scilicet opus.

* ¶ *Restituere.* ita quod[*] aquam coerceat: *vt infra eod.l.si vsufructus.§. non aliter.*

* Flo.quid.

r ¶ *Post litem contestatam.* quoniam ea[c] quæ post litem contestatam accidunt, potissimum ad iudicis officium pertinēt: *vt supra de aedil. edict.l. aduer. §. item sciendum.*

c Officio iudicis ea maximè incūbunt, quæ post litē contestatam accidunt.

s ¶ *Restituere.* i.destruere.

t ¶ *Non sarciet.* s. iudex. id est non faciet sarciri. *sic ff. de his qui notant. infa. l. furti. §. mandati.* & hoc est verum ex natura huius actionis: *vt supra eod.l. j.§.j.* sed petitur per interdictum quod vi aut clam: *vt j. eod. leg. Atteius.§.in hoc.& j. de eo.*

d Aquæ pluuiæ arcendæ actione quod quis non cōsequitur, id per interdictum quod vi aut clam consequitur, si quid vi aut clam factum sit.

u ¶ *Ipse.* scilicet ergo.

x ¶ *Cogendum.* talis distinctio[e] fit *j. quod vi aut clam.l. competit. §. fin. & leg.denique.§. penul. & fina.& leg.nam & si seruus. & leg. semper. & supra de alie.iud. l.ij.§.item.& infra eo. emptor.*

e Vicino per quem an per alium noceatur, qui ad nos nō pertineant, multum interest: priore casu nostrā impēsa opus tollere cogimur: posteriore, sufficit, vt patiamur eū tollere.

y ¶ *Non pertinet.* pertinet autem seruus ex[f] cuius facto personaliter obligor: vt subijcit.

f Facto serui personaliter dominus obligatur.

z ¶ *Patiar.* & tu caueas: *vt supra eod.leg.si colonus.*

a ¶ *Debeo.* quidam habent, debeo: & tunc subaudi, si nolim mea impensa tollere. & sic concordat infra *quod vi aut clam. l. si alius. circa princ.* Alij habent, non debeo. & tunc est contraria dicta l.si alius. Sed erit solu, non[g] debeo. id est non cogor debere: quia noxæ deditio non est in obligatione, sed in solutione vsque ad quadrimestre tempus: *vt infra de re iudi.l.miles.§.ducem. & supra de petit.hered.l.item veniunt.§.idem relàt.* Accursius.

g Non debeo pro non cogor debere.

b ¶ *Perinde.vt infra de reg.iur.l.ex qua persona. & supra de eden. quædam.§.nihil.& in authen.de iureiur.à mo.§.j.coll.a.v.* Sed contra[h] supra *de ope.no.nun.l.penul.* Sol. hic successit post litis contestationem contra defunctum: ibi antè: vt & ibi diximus.

h Positum defuncti & heredis an pro eodem censeatur.

c ¶ *Ex rei veritate.* non[i] quanti iuretur in litem, sic verum interesse inspicitur: *vt supra qui satisd. cog.l.ij.§.fin. & infra ne vis fiat ei.leg.j.§.hæc verò.* quandoque iuratur in litem: & tunc exceditur verum interesse. *vt supra ne quis eum qui in ius vo.leg.j. per alium.ij.respon.*

i Iuramentum in litem & veri interesse differentia.

d ¶ *Datum.* post litem contest. non ante: *vt supra eo.leg.§.officium.*

IS cum quo.] CASVS. Si fecisti opus in fundo tuo per quod aqua pluuia mihi nocet: & agam contra te hac actio. non liberaris si cedere velis loco. nam personaliter teneris. secus autē esset in eo qui emit ab isto faciente. nam si agam contra emptorem, & velit cedere loco: liberatur, cùm non teneretur nisi ad patientiam.

e ¶ *Quod.* id est quia.

f ¶ *Opus.* propter quod timetur damnum.

licèt cedere loco paratus sit, cogitur accipere iudicium: quoniá & [a] suo nomine conuenitur vt opus tollat[a]. 1 ¶ Aliud est in bonæ fidei [b] emptore. Hic enim tantùm patientiam præstat [c]. Igitur si & fundo cedat: audiendus [d] est. plus enim præstat[e].

In seruitute irreuocabiliter constituenda requiretur consensus omnium qui habent ius in re vel in seruitute: vel habere sperant ex causa de præterito hoc dicit vsque ad §. si flumen. Bartolus.

VIII. VLPIANVS *libro quinquagesimoterio ad Edictum.*

IN concedendo † iure [f] aquæ ducendæ, non tantum eorum in quorum loco aqua oritur, verum eorum etiam ad quos eius aquæ [g] vsus pertinet, voluntas exquiritur: id est eorum quibus seruitus aquæ debebatur. nec immeritò, cùm enim minuatur [h] ius eorum, consequens fuit exquiri an consentiant. Et generaliter siue in corpore, siue in iure loci vbi aqua oritur, vel in ipsa aqua [k] habeat quis ius, voluntatem eius esse spectandam placet.

IX. PAVLVS *libro quadragesimonono ad Edictum.*

IN diem [l] addicto prędio, & emptoris & véditoris volútas exquiréda est[m]: vt siue remáserit penes emptorem, siue recesserit, certú sit volútate domini factá aquæ cessionem. 1 ¶ Ideo autem voluntas exigitur: ne dominus ignorans iniuriam [n] accipiat. Nullam enim potest videri iniuriam accipere, qui semel voluit[o].

2 ¶ Non autem solius eius ad quem ius aquæ [p] pertinebit, volútas exigitur in aquę cessione: sed etiam domini locorum[q], etsi [r] dominus [s] vti ea aqua non possit[t]: quia recidere ius in solidum ad eum potest.

X. VLPIANVS *libro quinquagesimoterio ad Edictum.*

SI autem plures sint eiusdem loci domini vnde aqua ducitur: omnium [x] voluntatem esse sequendam nó ambigitur †. Iniquum enim visum est, voluntatem vnius ex modica [y] fortè portiuncula domini, præiudicium socius facere. 1 ¶ An tamen subsequi voluntas possit, videamus. Et placet nihil interesse [z] vtrum præcedat voluntas aquæ ductionem, an subsequatur: quia & posteriorem [a] volútatem prætor tueri debet.

Propter priuatorum commodum non debet communi vtilitati præiudicari. Paulus.

2 ¶ Si flumen nauigabile sit, non oportere prætorem [b] concedere ductionem ex eo fieri Labeo ait, quæ flumen minus nauigabile [c] efficiat. Idémque est & si per hoc aliud flumen fiat nauigabile[e].

a ¶ *Tollat.* suis sumptibus quos [a] præstat possideat vel non: vt j. quod vi aut clam. l. competit. §. fi. & est sic j. ne quid in loco publ. l. ij. §. hoc interdicto. & C. ad leg. Cor. de fal. l. si falsos. & ff. de petit. hæred. in fin. & de vsufr. sed cùm fructuarius.

b ¶ *Bonæ fidei.* secus in simulatore: vt j. e. l. emptor.

c ¶ *Præstat.* vt d. l. emptor.

d ¶ *Audiendus.* sic ff. de alien. iudi. l. item. §. pater. & de tribut. l. illud. §. j. & de vsufr. l. cùm fructuarius. & supra commu. d. l. sed postquam. §. fine.

e ¶ *Præstat.* scilicet quàm debeat.

IN concedendo.] CASVS. Si in tuo fundo oritur aqua, & vis cócedere ius aquæ ducendæ mihi: debet requiri etiam consensus eorum ad quos eius aquæ vsus pertinet: vt quia habent vsumfr. in eo fundo, vel aliquod ius simile: vel seruitutem aquæ habebant.

f ¶ *Iure.* id est seruitute. nam seruitutes [e] iura appellantur: vt Instit. de rebus corpo. & incorp. §. fin. Accur.

g ¶ *Eius aquæ.* Arg. quod [d] omnes tangit &c. vt C. de aucto. præstand. l. fi. & de seruitu. & aqua. l. aquam. & infra de naue. l. si. & argu. j. quorum leg. l. j. §. quod ait prætor.

h ¶ *Minuatur.* hoc est quod soluit contra. infra de aqua quoti. & æsti. l. Lucio [e]. vbi irrequisito primo, concedit secundo. sed hic non erat aqua sufficiens: ibi sic. & probatur hæc solutio. supra de serui. rusti. præd. l. ix. §. j. & v. & l. per quem locum, & communia prædio. l. qui per certum locum. 2. Quidam tamen dixerunt de sequentibus, pensio à concedente præstanda constituatur loco seruitutis aquæ quam ei præstare non potest sine aliorum priorum consensu: arg. C. de manci. & col. l. j. lib. xj.

i ¶ *In corpore.* vt dominium.

k ¶ *In ipsa aqua.* id est seruitute aquæ. & continua duas sequen. leges.

IN diem.] CASVS. In fundo meo oritur aqua. vendidi istum fundum Titio sub pacto addict. in diem: tu vis impetrare ius aquæ ducendæ. Dicitur quòd debes impetrare & à me, & ab emptore. & reddit rationem. [NON AVTEM.] Habebas ius ducendi aquam ex fundo meo. núc quidam alius vellet habere simile ius. Dicitur quòd debet impetrare & à me, & à te istud ius: & reddit rationem.

l ¶ *In diem.* vt vendo tibi prædium pro. x. nisi alius intra mésem attulerit meliorem conditionem: vt ff. de in diem. addic. l. j.

m ¶ *Exquirenda est.* in cessione aquæ, & hoc antequam afferatur melior conditio. postea non exquiritur emptoris voluntas, cùm dominus esse desiit: vt ff. de rei vindi. l. si quis hac. & ff. de in diem addic. l. in alcius l. si ex duobus. §. sed & Marcellus.

n ¶ *Iniuriam.* i. [f] ius iniquum sic ponitur Instit. de iniur. circa princip. in alienis enim rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci non licet: vt C. d. pact. l. si in si. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ij.

o ¶ *Voluit.* Non sufficere [g] semel velle, & non posse pœnitere [h]. sic Co. de condi. insert. l. fi. & ff. depos. l. ei apud §. fin. & infra. quorum leg. l. j. §. prodest. & supra. quod metus cau. l. videamus. & C. de remiss. pig. l. fin. & infra de diuer. & temp. præscrip. leg. de accessionibus. in fin. & de leg. ii. l. fideicommissum. §. si quis decem. sic & supra. eo. l. quanquam. j. respon. & supra de diuor. l. fin. §. ait lex. Sed argum. contra. infra quorum leg. l. j. §. quod ait prætor. & C. de pact. l. si. pen. respon. & sup. ex. de minori. l. si index. Item est simile ad hoc. C. de actio. & oblig. l. sicut. & supra commoda. leg. in commod. sto. §. sicut. & C. de transact. quamuis. Fallit autem hoc in legatis: vt supra de adi. leg. l. xv. §. fin. & l. sequen. & in dona. causa mor. vt Instit. de dona. §. j. & in donat. inter. vir. & vxor. vt ff. de dona. inter vir. & vxorem. l. cum hic status. §. ait oratio. Item fallit in dato ob causam, & mandato, & societate, & deposito, & precario: vt not. C. de actio. & obli. sicut.

p ¶ *Ius aquæ.* i. seruitus.

q ¶ *Domini locorum.* vt & ff. l. proxi.

r ¶ *Etsi.* i. quamuis.

s ¶ *Dominus.* loci vnde aqua oritur.

t ¶ *Possit.* putà quia alius habet vsumfr. & subaudias hic tamen eius voluntas exigitur.

u ¶ *Potest.* inspicitur [a] ergo quod potest euenire. sic ff. de vsufruct. quemad. ca. l. si vsufructus nomine. in princi. & C. de pactis. leg. j. & Co. communia de leg. l. fin. §. sin autem. sed & si non recedat, similiter potest illum dominus prohibere: quia quantum ad illú nullá debet seruitutem. arg. ff. si serui. vindic. l. loci. §. competit.

SI autem.] CASVS. plures erant domini fundi in quo aqua oriebatur, si tu vis habere ius aquam ducendi ex fundo isto: debes habere consensum omnium dominorum. Sed pone quòd quidá ex dominis concesserunt ibi ius aquæ ducendæ, & tu duxisti. Dicitur quòd non tenuit hæc concessio. si tamen alij domini postea tibi concedát: confirmatur. [SI FLVMEN.] Ex flumine nauigabili non potest prætor nec aliquis alius concedere alicui ius aquæ ducendæ: quia flumen &c. Idem est & si flumen istud decurrens in aliud flumen faciat illud nauigabile.

x ¶ *Omnium.* No. quia quod [b] omnes &c. vt no. ff. eo. leg. in concedendo. Sed arg. contra. j. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & j. ad munic. l. quod maior. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide per Dy. in c. quod omnes de reg. iur. lib. vj. & extra de consti. c. cum accessissent. & ibi glo. & Inno.

y ¶ *Modica.* idé & si maximá parté habet. & ideò dicit, fortè &c.

z ¶ *Interesse.* sic C. de pact. l. petens. & supra de iurisdi. omn. iud. l. si quis id. §. quod si dum proponitur. Sed argu. contra. supra de adqui. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. & instit. de auctoritate tutor. §. tutor.

¶ Item not. quod ab [c] initio non tenet, postmodum confirmatur, & sic est argum. contra. infra de re iur. l. quod ab initio. ADDIT. Pro solu. huius contrarij vide per Dyn. in c. non firmatur. de regu. iur. lib. vj.

a ¶ *Posteriorem.* vt valeat ex tempore vltimæ confirmationis: vt ff. communia præd. l. fin. & supra de seru. rusti. prædio. l. per fundum. & arg. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. fin.

b ¶ *Prætorem.* Quare dicit de prætore, cùm solus princeps vel senatus concedat: vt infra eo. l. quod principis. & j. de flumini. leg. quominus? Respon. largè [d] ponitur prætor pro principe, vel senatu, ex eo quòd præfertur aliis, vel ex eo quòd præter alios sibi vindicat priuilegium. sic ff. de offi. præ. l. j. 2 Vel dic propriè. nec enim ibi dicit quòd teneat concessio.

c ¶ *Nauigabile.* huius adiunctione.

SVpra iter.] CASVS. Habebam ius itineris per fundum tuum. tu vis in itinere ducere aquam: & supra iter vis facere arcum

a Opus quis fecit, etiamsi loco cedat, non liberatur. Debet enim suo sumptibus factum opus tollere.

b Cedendo re & fundo an, qui & quibus casibus liberetur.

c Consensus omnium est requirendus quorum iuri in aliquo detrahitur.

d Omnes quod tangit ab omnibus approbari debet.

e Iura appellantur seruitutes.

f Iniuria pro iure iniquo.

g Semel voluisse sat est.

h Pœnitere an & quando liceat.

a Inspicitur quod potest euenire.

b Approbari ab omnibus debet quod omnes tangit.

c Confirmari interdum possunt ea quæ ab initio non tenent.

d Prætor pro principe vel senatu.

per quem vadam. Dicitur quòd non potes me inuito: nec etiam ego possum. Sed pone quòd ego volo facere pontem in illo itinere: quia erat ibi malus transitus fortè in hyeme. Dicitur quòd possum. Sed pone quòd habeo ius ducendi aquam per riuum tuũ. nunc in illo riuo volo facere specum. i. fossam. Dicitur quòd non possum, & reddit rationem in textu & in glo. [CASSIVS.] Si ex communi fundo aqua mihi nocet: possum agere vel cum vno, vel cum singulis. idem est si ex fundo tuo aqua nocet fundo plurium. nã vel vnus eorum, vel omnes poterunt agere contra te: & vno agente, aliorum actio euanescit. Item si agam cum vno plurium dominorum fundi ex quo aqua mihi nocet: & destruxerit opus: cæteri liberantur. iste tamen qui destruxit expensas quas fecit in destruendo, recuperabit act. communi diuidũ. à sociis. [NON VTIQVE.] Ille qui facit opus, tenetur pluu. ar. acti. Item ille

a specum.

† Fl. siccatur.

Non potest facere arcum causa ducendi super iter alienum. nec is qui seruitutem habet itineris vel actus, potest facere arcum super alienum aquæductum. Bar.

XI. PAVLVS *libro quadragesimonono ad Edictum.*

SVpra iter alienum [a] arcus aquę ducendę causa non iure fiet[b]: nec is cui iter, actus debetur[c], pontem qua possit ire agere, iure extruet[d]. At si specus[e], * non cuniculum sub riuo[f] aget[g], aqua corrumpetur[h]: quia suffosso[i] eo aqua[k] manabit[l], & riuus siccabitur[m] †.

Hac actione potest vnus ex pluribus agere cum vno vel cum singulis separatim, vel singuli cum singulis & econuerso. & vnius solutione, aliorum actio perimitur licèt soluenti contra cæteros succurratur. Bar.

qui mandauit opus fieri: de quo dic vt s. l. quamuis in fi. & l. si colonus. in fin. [APVD PROCVLVM] Plures domini fundi erant. vnus fecit opus in fundo aliis ignorantibus, vel non auctorantibus. propter quod opus aqua pluu. mihi nocet. quæritur si agam contra eum qui opus non fecit, actio. quæ plu. arcen. ad quid teneatur? & certè dicit Proculus quòd tenetur sua impensa destruere opus: & recuperabit has impensas ab eo qui fecit opus. act. cõmuni diui. sed Ferox iurisconsultus dixit quòd ille qui non fecit opus, nec fieri fecit: teneatur tantùm præstare patientiam. ille autem qui fecit, tenetur suis impensis destruere. & reddit rationem. [OFFICIVM.] Nunc dicit quod sit officium iudicis cognoscentis super hac act. in hoc casu. Pone quòd plures erant domini fundi: fundo quorum aqua nocet ex fundo vicini: vel ex fundo quorum propter opus quod est ibi factum, aqua nocet vicino. nunc agitur contra vnum dominorum actio. aquæ plu. arcen. nunquid tenebitur in solidum etiam eius damni quod post litem contesta. accidit? Et videtur quòd sic: sicut vnus ex dominis tenetur in solidum noxali ex delicto serui cõmunis. & quicquid præstabit, recuperabit à sociis act. communi diuid. Item videtur quòd teneatur tantùm pro parte sua: sicut video in act. damni infecti. nam si plures erant domini fundi vel domus ex quo vel ex qua timeo damnum: si agam contra vnum, non tenetur nisi pro parte sua. Vltimò soluit, & dicit quòd idem est seruandum in quæstione prædicta, quod dictum est in act. damni infecti. s. quòd teneatur pro parte. Sed quid erit in alio casu: vt si fundo plurium aqua noceat ex fundo vicini: an vnus ex dominis aget in solidum? Et dicitur quòd sic: dum tamen damni quod post litem contesta. accidit, condemnatio pro parte fiat. [SI EX PRIVATO] Ego & tu habebamus fundum communem. Item tu habes fundum proprium ibi iuxta, ex quo fundo tuo proprio aqua nocet fundo communi. quæritur an possim agere pro parte mea. Trebatius autem dicit, quòd si propter opus manu factũ à te in fundo tuo proprio, aqua nocet communi: tunc agam vt destruas illud opus. si autem vi fluminis aqua aliter fluat ex fundo tuo proprio in communem: tunc ad patientiam tantum præstandam teneris. Francis.

a ¶ *Supra iter alie.* id est supra locum vbi quis habet itineris seruitutem.

b ¶ *Non iure fiet.* à domino [a] proprietatis, inuito illo cui debetur seruitus itineris. *sic supra de vsuf. sed & si quid in ædificauerit. §. fin. & supra e. l. in concedendo.* Vel verius ab eo cui debetur seruitus itineris.

a Proprietatis dominus ius seruitutis debitæ inuito eo cui debetur, mutare non potest.

c ¶ *Debetur.* extruet: quia nec iure fieri, nec factus retineri iustè potest. R.

d ¶ *Extruet.* id est, ille cui debetur seruitus itineris, faciet pontem, sicubi destruetur via, ita quòd aliter ea vti non potest: *vt & j. de iti. actuque pri. l. inde[b]. §. fi. & s. de ser. vrb. prædio. l. seruitutes. §. si domo. & s. si ser. vin. l. loci. §. si quis. & l. si fortè. in princip.* 2. Alij exponunt principium, supra iter alienum. s. constitutum causa ducendi aquam. q. d. super [c] aquæductum alienum non potest facere arcũ, cùm turbaret aquam: *ar. j. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. fin. & s. de ser. rusti. prædio. l. Quintus.* Sed pontem qua is possit ire, facere poterit: & hoc subiicit hic, sed pontem, &c.

d Vado.

c Arcum supra aquæductum alienum facere non licet.

d Specus quid dicitur.

e ¶ *Specum.* Specus [d] dicitur altus locus super terrã p quem ducitur aqua: *s. de riuis. l. j. §. penu.* hic autem ponitur pro fossa qua colligitur aqua, & est ampla & rotunda. Cuniculus [a] verò est riuus directus coopertus. ¶ Dic ergo [b] q. ille cui debetur seruitus aquæ ducendæ per riuum potest facere cuniculum, id est de aperto riuo coopertum: & econtra. l. nisi si quam maiorem veritatem suam aduersariis ostendat &c. vt j. de riuis. l. j. in fin. & l. Labeo. Sed specum non: quia in tali fouea facta in riuo aqua corrumpitur. & manet ibi, & siccat riuum alias, manabit: & tunc subaudi, & per aliquod tempus manebit ibi, & postea manebit, & sic corrumpetur & putrefiet. & ideò specum facere non licet, secundùm Hugo. 2. Tu dic, nec cuniculum licet facere, id est ex aperto coopertum, vel econtra: nisi in constituẽda seruitute hoc esset dictum. & sic intellige dictis leges. *infra de riuis. leg. j. §. fin. & l. Labeo.* Item quod dicit, manabit: expone quia fossa repletur aqua, & manat aqua vndique, id est circa ipsam fossam: & labitur in terram, & non per riuum, vt olim. corrumpitur tamẽ aqua ex ea quæ est in fossa, & riuus siccatur: sed per cuniculum non siccatur: nec tamen illum licèt facere: vt dixi. In hoc ergo est [c] differentia inter specum & cuniculum: quia alterum, scilicet cuniculus, non siccat aquam: alterum, scilicet specus, sic. neutrum [d] tamẽ licèt facere: vt dictum est. *& facit j. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatum.*

a Cuniculus quid sit.

b Dominus aquæ ducendæ cui debetur, nõ potest cuniculum facere, id est de aperto riuo coopertum, & è contra: nisi hoc constituẽdæ seruitute sit dictum, vt in fine istius glossæ.

*Fle. & B.

c Specus & cuniculus differunt.

d Seruitus aquæ cui debetur, neque specum neque cuniculum facere in alieno potest.

1 ¶ *Cassius ait, siue ex communi fundo, siue communi[n] aqua noceat: vel vnum[o] cum vno[p] agere posse, vel vnum separatim cum singulis[q], vel separatim[r] singulos cum vno, vel singulos[s] cum singulis. Si vnus[t] egerit, & restitutio[u] operis[x], litisque æstimatio[y] facta sit: cęterorum[z] actionem euanescere. Item si cum vno actum sit, & is* præstiterit[a], cęteros liberari[b]: idque quod sociorũ nomine datũ sit[c], per arbitrum*

f ¶ *Sub riuo.* id est in riuo.

g ¶ *Agat.* i. faciat ille cui seruitus debetur.

h ¶ *Corrumpetur.* in loco serulenti: vel dic, in loco cui seruitur. Accursius.

i ¶ *Suffosso.* i. fossa huiusmodi facta, quam supra appellauit specũ. Accur.

k ¶ *Aqua.* quæ ducitur per riuum.

l ¶ *Manabit.* alias manebit.

m ¶ *Siccabitur.* à fouea in terra.

n ¶ *Siue communi.* s. fundo aqua noceat. &c. Alij habent siue ex cõmuni aqua noceatur: & tunc subaudi fundo plurium.

o ¶ *Vel vnum.* s. eorum quorum fundo nocetur.

p ¶ *Cum vno.* s. eorum quorum fundo aqua nocet.

q *Cum singulis.* nocentis fundi s. dominis. R.

r ¶ *Separatim.* scilicet quorum fundo aqua nocet. R.

s ¶ *Vel singulos.* cùm plurium sit vterque fundus. R. ¶ Nunquid ergo separatim potest fieri operis restitutio? Respond. non: vt subiicit. & semper accipe hic agi in solidum. ¶ Item nota actionẽ [e] hanc concurrere cum communi diui. *vt s. e. l. si tertius. §. versa vice.* secus in damno infecto: *vt s. tit. j. l. si ædibus.*

e Aquę pluuię arcen. actio cum communi diui. concurrit.

t ¶ *Si vnus.* sociis communis fundi cui nocetur.

u ¶ *Restitutio.* i. destructio.

x ¶ *Operis.* scilicet totius.

y ¶ *Æstimatio.* i. damni pro sua parte. ad plus enim non potest: *vt s. e. l. si tertius. §. j. & j. ea. l. §. quod si is fundus.* ¶ Sed cur [f] ergo tollitur actio cæteris? Respon. pro opere ideò, quia iam destructum est. pro damno præterito, i. pro eo quod cõtigit antequam ille socius qui nunc agit, litem contestaretur, non agit: quia non venit in hãc actionem: *vt s. e. l. j. §. hæc autem actio. & l. si tertius. §. officium. & j. e. l. Atteius. §. in hoc.* pro futuro non aget, quia [g] lis contestari non potest principali actione sublata, quæ datur pro destructione operis. nam per iudicis præstatur officium, damnum: quod. s. officium [h] cessat sublata actione principali [i]: *vt C. depos. l. si depositi.* Cùm verò opus non restituitur, agente vno æstimatur quod sua interest: *vt s. e. l. si tertius. in fi.* de interesse sociorum non fit æstimatio: ideóque non impeditur postea eorum actio: *vt j. e. l. §. officium. & s. si seruitus vin. l. loci. §. si fundus.* Ad interdictum ergo quod vi aut clam, recurritur pro illo damno præterito: *vt infra e. l. Atteius. §. in hoc. vers. de eo.* Accur.

f Agente vno an cæterorum actio tollatur.

g Lis contestari non potest principali actione sublata.

h Officium iudicis cessat sublata actione principali.

i Principalis actionis sublatæ magnus effectus.

z ¶ *Cæterorum.* s. sociorum.

a ¶ *Præstiterit.* i. opus restituerit.

b ¶ *Liberari.* huic & superiori dicto est contra. *s. eo. l. si tertius. §. j. & j. ea. l. §. officium.* sed in vtraque est eadem sol. Accur.

c ¶ *Datum sit.* i. opus destructum, & in eo destruendo impensum, hoc quidem non potuit pro parte expediri, & ideo cõmuni diui. repetitur;

communi diuidundo recuperari posse: & ex sociis [a] non vtique cum eo [b] agendum, qui opus fecerit: nec [c] minus eum quoque damnum restituere debere, qui auctor [d] operis fuerit.

Ille socius qui non facit opus: conuenitur ad patientiam tantum, non ad impensam.

2 ¶ Apud Ferocem Proculus ait, si cum vno dominorum actum sit, qui opus non fecerit [e], debere eum opus restituere [f] sua impensa: quia communi diuidundo actioné habet [g]. sed sibi [h] magis placere [i], patientiam duntaxat eum præstare oportere: quia sua culpa actor id patiatur [k], qui non agit cum eo à quo opus factum sit. Est iniquum, cum qui non fecit [l], id restituere [m] oportere, quoniam communi diuidundo [n] agere potest. Quid enim fiet si socius eius soluendo non fuerit.

Vnus ex pluribus dominis siue agat siue conueniatur hac actione pro parte sua tantùm condemnatur, si ei condemnatio fiat. Bart.

3 ¶ Officium [o] autem iudicis inter duos accepti [p], quale futurum sit, dubitare se Iulianus ait: si fortè vnius fundus [q] fuerit, cui aqua noceat: si verò in quo opus factum, sit pluriū, & cū vno eorum agatur: vtrum & eius dāni nomine, quod post litem contestatam datum sit, & operis non restituti in solidum [r] condemnatio fieri debeat, quemadmodū cùm serui cōmunis nomine noxali iudicio cum vno agitur, condemnatio in solidum fiet: quoniam [s] quod præstiterit, potest à socio recipere: an verò is cum quo agitur, pro parte sua & damni dati & operis non restituti nomine damnandus sit: vt in actione [t] damni infecti fit, cùm eius prędij ex quo damnum metuatur, plures domini sint, & cum vno eorum agatur: licèt opus ex quo damnum futurum sit, indiuiduum [u] sit: & ipse [x] ædes, solūque earum non possit pro parte [y] dumtaxat damnū dare: nihilominus eum cum quo agitur, pro sua parte condemnari. Magisque existimat, id seruandum in aquæ pluuiæ arcēdæ actione, quod in actione damni infecti [z]: quia vtrobique nō de preterito, sed de futuro [a] damno agitur.

4 ¶ Quod si is fundus cui aqua pluuia nocet, pluriū sit: agere quidē vel [b] singulos [c] posse: sed damni quod post litem contestatam datum sit, nō amplius parte sua consecuturum*. Item si opus restitutum [d] non fuerit: non amplius quam quod pro parte [e] eorum interfuerit opus restitui, cōdemnationem fieri oportet.

Pro opere manu facto agitur vt destruatur, sed pro facto à natura, agitur vt patientiam reficiēdi præstet. Paul. de Castr.

5 ¶ Si ex priuato agro [f] in agrum communem aqua immittatur [g]: Ofilius ait socium cum eo agere posse [h].

Cogitur quis præcisè ad demoliendum: quod patet ex dictione, omnimodo. Bart.

6 ¶ Trebatius existimat, si de eo opere agatur quod manu factū sit: omnimodo † restituēdū [i]. id esse ab eo cum quo agitur. Si verò vi fluminis agger [k] deletus sit, aut glarea iniecta, aut fossa limo repleta [l]: tunc patientiam dumtaxat præstandam [m].

Vbi actio est in rem scripta, datur contra singularem successorem non simulatum. Bart.

XII. IDEM libro sextodecimo ad Sabinū.

EMptor † nisi simulata [n] venditio est, cęterique successores, vel restituere, si velint, opus factū, vel patientiā præstare debent. nam actori moram suam nocere [o] debere manifestum est.

---

repetitur: vt subiicit: aliàs si de damno diceret: ad id quilibet pro parte teneretur: *vt dicta l. si tertius. §. j.* & ideò neg. gest. actione repeteret, qui totum soluisset: *vt ȷ. commun. diuid. l. si quis putans. §. sine autem.* & econtra quod vnus accepit. putà ipsum opus destruendum in quo impendit, cùm fortè reus tenebatur ad patientiam tantùm, vel æstimationem damni neg. gestorum vel communicabitur cōmuni diui. iudicio: *vt ȷ. de noxa. l. si in re communi. & d. leg. si quis putans. §. fin.* 2. Alij dicunt, etiam damnum totum hic vni restitutum, sed ex volūtate. nec enim potuit cogi reus: *vt in hac l. §. officium.* & cōmunicabitur neg. gest. iudicio.

a ¶ *Ex sociis.* aliàs, à sociis.

b ¶ *Cum eo.* subaudi tantùm.

c ¶ *Nec.* subaudi q. a.

d ¶ *Auctor.* da exemplum. *ȷ. eo. l. quanquam. in fi. & l. si colonus. in fi.*

e ¶ *Non fecerit.* nec auctor fuerit.

f ¶ *Restituere.* i. destruere.

g ¶ *Actionem habet.* s. ad repetendum quod eo nomine fuerit præstitum.

h ¶ *Sibi.* Feroci.

i ¶ *Placere.* s. ait.

k ¶ *Actor id patiatur.* vt patientia ei tantùm præstetur ab illo qui conuenitur, & non fecit opus; nec auctor fuit. Accur.

l ¶ *Fecit.* s. opus.

m ¶ *Restituere.* i. destruere, scilicet sua impensa.

n ¶ *Quoniam communi diuidundo.* q. d. hac ratione allegata. nec enim sufficiēs est: *vt subiicit. & ȷ. de reg. iu. l. nemo ideò obligatur.* Sed arg. cōtra. *supra de pecu. l. quod debetur. in fine.* vbi dicitur etiā in omnibus quos idcircò teneri dicimus quia habent actioné: delegatio [a] pro iusta præstatione est [b], *vt l. & ancillarum. §. fi. ȷ. de pecu [c]. & supra de noxa. l. si seruus [d]. & supra tit. j. l. si ædibus.* sed in illa. l. *si ædib.* impropriè redarguebatur ex facto. ADDITIO. Solue aliter secūdùm Bar. quòd imò non conuenitur propterea quia actionem habeat: sed repellitur à cautione postulanda. quia habet actionem ordinariam.

o ¶ *Officium.* super hac actione.

p ¶ *Accepti.* litē corā eo cōtestādo. 2. Vel dic accepti. i. delegati.

q ¶ *Vnius fundus.* Quidam habent vnius fundus: Alij, vnius fundi. & tunc subaudi ius: alij ius fundi, &c. & est bona. ¶ Et dic ius [e]. id est dominium.

r ¶ *In solidum fieri.* vt *& ȷ. de noxa. l. si seruus communis. & ȷ. si ex noxali cau. agatur. l. si cum vno.* Accur.

s ¶ *Quoniam.* hæc ratio in hac actione locū nō habet: *vt ȷ. prox. §.*

t ¶ *Vt in actione.* siue dicas de stipulatione damni infecti, verum est quod hic dicitur: *vt ȷ. tit. j. l. plures.* siue de actione quæ ex ea oritur: *vt ȷ. tit. j. l. ex damni infecti. §. antepen. & §. pen.*

u ¶ *Indiuiduum.* *vt ȷ. tit. ij. l. si palatio. §. fin.*

x ¶ *Et ipsæ.* repete: & licèt. Azo.

y ¶ *Pro parte.* scilicet sua: assume argum. quod est infra magisque, &c. & sic soluit, & sic existimat, Iulianus.

z ¶ *Damni infecti.* Sic ergo pro parte. & sic est arg. cōtra. *ȷ. e. l. §. Cassius. & ȷ. de verbo. obli. l. stipulationes non di. in prin.* Sed solui *ȷ. eo l. si tertius. §. j.*

a ¶ *De futuro.* *vt & ȷ. e. l. Atterius. §. & hoc. & ȷ. de dam. infec. l. ij.* ¶ Et caute hoc accipe in damno infecto, quo ad stipulationem, sed in hoc etiam quo ad actionem: quia agitur de damno futuro. i. post litem cōtestatam contingente.

b ¶ *Vel* pro etiam.

c ¶ *Singulos.* vt opus in solidum tollatur. R.

d ¶ *Restitutum.* i. destructum.

e ¶ *Pro parte.* licèt ipsum opus non nisi in solidum restitui possit. R. *& facit ȷ. si ser. vindi. l. loci corpus §. si fundus.*

f ¶ *Si ex priuato agro.* vnius sociorum.

g ¶ *Immittatur.* vnde timet socius ne det damnum huic prædio communi.

h ¶ *Posse.* pro parte: *vt ȷ. e. l. si tertius. §. inde quæritur.*

i ¶ *Restituendum.* i. destruendum.

k ¶ *Agger.* vt sic aqua fluat aliter quàm fluere consueuit.

l ¶ *Repleta.* vt sic aqua non fluat vt consueuerit. R.

m ¶ *Præstandam.* ex æquitate: *vt & ȷ. e. l. ij. §. j. & §. item Varus. & §. apud Namusam.* Itē hoc quando nihil fecit, aliàs tenetur in totum. *vt ȷ. eo l. si tertius. in prin. quæ est contra.*

EMptor.]CASVS. Si fecisti opus in fundo tuo ppter qđ aqua plu. mihi nocet: postea vendidisti illū fundū, dicitur q emptor nō tenetur nisi ad patientiā, & hæc sunt vera, nisi emptio fuerit simulata. idē est si duo habebāt fundū cōmunē, & vnus eorū fecit in eo opus. nā nō tenetur alter nisi ad patientiam postea dicit q qui fecit opus in fundo suo si donet fundū postea alij donatarius debet tantum patientiam præstare. idem est si legaret. vēditor autem vel donator tenetur interdicto quod vi aut clam, vt impensas in destruendo sarciat. & h. d. hæc l. cūm seq. Fr.

n ¶ *Simulata.* nam tunc [a] pro nulla debet haberi. & tenetur venditor ac si non alienasset: *vt ȷ. de contrahen. empt. l. nuda.*

o ¶ *Nocere.* cur non egit cum eo qui fecit antequam venderet: & habuisset totum, scilicet patientiam & impensam: quam modo. habet necesse petere à diuersis: & sic grauatur: *vt ar. supra de exercl. l. ij. & de procur. l. non tamen & de pecul. l. & ancillarum. §. final.* Item magis [b] interest sua non impendere, quàm impendere in destruendo, & postea impensam repetere: *vt ȷ. de compensa. l. ideò. & facit supra eodem l. quanquam. §. Idem Iulianus. & leg. si colonus.*

---

a Delegatio pro iusta præstatione est.

b Dic quod ibi non dicitur quod idcirco teneatur quia actionem habet: & sic non est contra secundùm Bar.

c Dic vt ibi secundum Bar. ubi plures obligantur æqualiter ex facto serui communis: & ad indiuiduum, quod ad solutionem teneatur, prout ȷ secundum Bar.

e Ius pro dominio.

*Singulos cōsecuturum dixit ea forma, qua apud Gellium lib. 1. c. 7. C. Gracchus: Credo ego inimicos meos hoc dicturos, nisi malis cōsecuturos ses[e] esse.

† Omnimodo dictio præcisa est. c. cumex te. de ele. li. 6. & c. quanuis. de pac. e. lib. vnde colligunt in casu huius §. reum præcisè ad demoliendum [...] destinet.

† Ang. in l. si donatione C. de [...]. idē Ang. & Alex. in l. s. fiue. sup. de operis nou. nunc. reputant istā sententiā sing. de hoc in nouis interpretat. Bolog.

n Simulata venditio pro nulla habetur.

b Interest nostra magis nō impendere, quam impensam repetere.

a ¶ *Auctor.vt & supra l.proxi.§.apud Ferocem.*
b ¶ *Legato.*scilicet vt restituat opus si velit, vel patientiam præstet. *& facit infra quod vi aut clam.l.competit.§ fi.*
c ¶ S*Ed venditor.*] *Quod vi aut clam.* concor.quod supra.*l.prox.*dixi.Item Actione in factum tenetur: *vt supra de alie. iudi.l.iij §.j. Accu.*
d ¶ *Impensis.* factis in demoliendo opere: *vt & j.l.proxi.*

A*Teius ait.*] C A S V S. Ille qui fecit opus in fundo suo, per quod aqua pluu. meo fundo nocet: si vendat fundum suum in potentiorem, intra annum vtilem actio. quod vi aut clam, post annum de dolo cum eo agere potero. [C V M A G I T V R.] Si in fundo tuo vitio loci, vt quia palustris pars aliqua fundi tui subsederit, & sic aqua incepit ibi crescere, & dat mihi damnum: non teneris. Idem est & si opus in fundo tuo feceras, quod postea profundauit. nam si aqua crescens in eo loco dat mihi damnum: non teneris. quæ dic vt in glo. [I N H O C I V D I C I V M.] In act. aquæ pluu. arcen. venit damnum quod speratur venire, sicut in act. damni infecti: licèt in ceteris acti. veniat tantùm præteritum. si autem aqua plu. ex opere à te facto det mihi dānum: tunc agam acti. quod vi aut clam. si autem timeo damnum post sententiam iudicis euenire, tunc petam mihi caueri de damno infecto: vel vt destruas opus absque meo periculo. si autem post litem contesta. opus aliquod factum est ex quo timeam, tunc agendum est de nouo. aliquando autem non agetur de nouo, imò destruetur scilicet opus quod est factum post litem contestatam. si coniunctum siue connexum cum primo sit, ita quòd primum sine hoc tolli siue remoueri non potest. & hoc dicit hæc lex cum l. sequenti. Franciscus Accursius.

Flo. Accur.

In eadem causa est etiam socius eius qui opus fecit, si ipse auctor[a] non fuit. Idémque in donato fundo legatóve[b] est.

XIII. G A I V S *ad Edictum Pretoris vrbani titulo de aquæ pluuia arcenda.*

SEd venditor aut donator interdicto quod vi[c] aut clam de damno & impensis[d] ab actore factis tenebitur.

XIV. P A V L V S *libro quadragesimonono ad Edictum.*

ATeius[e] ait, si is qui opus fecerit, potentiori[e] vendiderit[f] prædium: quatenus[g] desierit dominus esse, agendum cum eo quod vi aut clam. quòd si annus[h] præterierit, de dolo[i] iudicium dandum.

1 ¶ Cùm agitur aquæ pluuiæ arcendæ, de facto[k] quod nocet[l], quæritur[m]. ideóque si vitio loci[n] pars aliqua soli subsedit[o]: quamuis per eam causam aqua pluuia inferiori noceat, nulla competit actio[p]. Idem fortasse dicitur, si in agro manu factum[q] aliquid subsederit.

Pro damno præterito intra annum potest quis conueniri quod vi clam: post annum actione in factum ex edicto de alienatione mutandi iudicij. Bartolus.

2 ¶ In hoc[r] iudiciū, sicut in damni infecti, futurum[s] damnum venit: cùm reliquis ferè[t] omnibus iudiciis præteritum præstetur, 3 ¶ De eo[u] quod antè datum est, quod vi[x] aut clam agendum est: de eo[y] quod post sententiam iudicis futurum est, damni infecti caueri oportet: vel ita opus restituendum[z] est, vt nullum periculum[a] damni supersit. 4 ¶ De eo opere quod post litem contestatam factum[b] est, nouo iudicio agendum est[c].

XV. I D E M *libro sextodecimo ad Sabinum.*

SEd interdum opus & quod post litem contestatam factum est, tolletur: si id quod antecessit, tolli sine eo non potest[d].

Damnum contingens post litem contestatam ex fundo vendito, venit in hoc iudicio. Item hoc iudicium contra eum qui dominus est, proponitur. Barto.

XVI. P O M P O N I V S *libro vicensimo ad Sabinum.*

POst venditionem[e] & traditionem quod nocitum sit ei fundo de quo[f] antè[g] iudicium acceptum sit aquæ pluuiæ arcendæ, nihilominus eo iudicio venditorem posse consequi: non quia vēditori, sed quòd rei dānum datum sit: idque[h] eum[i]

e ¶ *Potentiori.*vel non potentiori, secundùm quosdam.
f ¶ *Vendiderit.*antè lit.contest. *vt s.eo.l.quamquam.§.Iulianus.*
g ¶ *Quatenus.*id est quia.
h ¶ *Quod si annus.*intra quem datur hoc interdictum: *vt j.quod vi aut clam.l.semper §.hoc interdictum.*
e ¶ *Dari.* fisco ratione ergo actus[b] aliquid specialiter dicitur quòd alias non diceretur: *vt & s. de offi. præf. l. j.* Item ex hoc tenetur liber factus: quòd non est alias: *vt C. de petit. bon. l. fin. in fi.* ¶ Item quod dicit, arbitrio[c] boni viri: dic. i. iudicis: *vt j. de verb. obl. l. cont. nunc. §. cum ita stipulatus.* ¶ Item not. hic, quod aliud[d] pro alio soluitur *sic s. de leg. j. l. si domus. §. qui confitetur. & j. proxi. §. regulariter contra: vt s. de reb. cre. l. ij. §. j.* Accur.

f ¶ *Improfessus.* id[e] est dominus non fecit professionem censualem: id est quantum deberet pro seruo nomine vectigalis, & ita commissus erat in fiscum: *vt C. eo. de vectiga. l. omnibus & C. de donat. censu. l. ij.* Accursius.

g ¶ *Dicatur.* scilicet seruus iste.

h ¶ *Procurator.* fisci Accur.

i ¶ *Causis* supradictis Accursius.

k ¶ *Compertus* id est adinuentus.

l ¶ *Aestimetur.* vt æstimatio detur fisco, *vt & s. proxi. respon.*

m ¶ *Tradatur.* nam ex hac causa morti[a] eum dare poterit dominus *vt j. de verb. obli. l. qui seruum. & de leg. j. quid ergo. §. si hæres & de pig. act. l. eleganter. §. fi.* Item poterit eum torquere, vt veritatem seruat, cùm per [b] familiam res melius aperiantur, quæ domi gestur: *vt C. de diuor. & re. l. consensu. §. seruus. & de admini. tut. l. ex quæ. & de iur. delib. l. fi. §. licentia.*

n ¶ *Non esse* sic supra. de contra. bon. emp. l. quotiens. & de euict. l. ...

o ¶ *Non fuerit.* i. non fuerit confessus quantũ pro seruis nomine vectigalis debeat. ob hoc enim committuntur in fiscũ: *vt C. e. l. ij.*

p ¶ *Vsualia.* quibus[c] vtetetur ad prædia colenda secus si ad ipsius corpus tuendũ, & seruiendũ: *vt & j. de ver. sig. l. in lege. & not. j.* secus est in aliis rebus ad vsum deputatis sui vel ægrotum pro quibus nõ præstatur vectigal: *vt C. eo. de vectig. l. vniuersi. & s. eo. l. si publicanus. §. j.*

q ¶ *Veterana.* ꝓ quibus ne[d] nimis grauentur subiecti sæpius præstãdo vectigal pro eisdem sæpius emptis, forte noluit præstari vectigal.

r ¶ *Anno.* Imò aliter[e] dicitur veteranus, qui in vili ministerio fit: *vt s. de ædili. edicto. præcipiunt & l. fi. §. fi. quæ est contra.* Sed dic ibi veterator, [f] quod est aliud quàm veteranus. Itẽ nõ[g] videtur esse facienda differentia inter seruos: *vt Inst. de iur. perso. §. fin.* Sed hæc differẽtia fit super accidẽs, sicut si diceret, alius albus, alius niger. sed super substãtia nõ fit: quia nullus est plus seruus quã alius, ex quo seruus est. Item cõtra. *j. ea. l. §. diuus.* Sol. vt ibi Acc.

s ¶ *Serui* pone exemplum: *vt C. si ser. expor. ve. l. j. & ij. & s. de ser. expo. l. Titius.* & cum hac ratione concor. *s. ad leg. Aqui. si seruus seruum §. j. & s. man. cum seruus & j. de acqui. pos. l. Pomponius.* Acc.

t ¶ *Fines.* intra quos tantum stare debebant.

u ¶ *Dicat.* fraudulenter: & sic sunt plana omnia. Vel dicit, ius ignorauit quo dicitur vectigalia fisco soluenda. sed videtur nõ nocere in dãno: *vt s. de iur. & fact. igno. l. error in fi.* Sol. hic fuit supina. sic *s. de institoria. l. sed & si pupillus. §. de quo versic. proscribere. & de iur. & fact. igno. regula §. sed facti.* Vel dic hoc speciale propter rigorem iuris obseruandum. Vel verius hic est ius naturale[h] vel quasi, in quo non permittitur errare: *vt codice de in ius vo. lege venia. & pro hoc facit insti. vi bon. rap. §. ij. & C. de præscript. xxx. an. sicut. in fi.* Arg. cõtra. *j. de decre. ab or. fac. l. fi.* Sed potest loqui ibi de ignorantibus. Sed & hic propter[i] ignorantiam mitius punitur: *vt j. eodem §. diui quoque fratres & j. ad legem Iuliam de adul. l. si adulterium §. iidem imperatores.* Accur.

x ¶ *Transgredientem* i. cõtra legẽ facientẽ. vel dic. i. transeuntem.

y ¶ *Custodiendum.* alias constituendum. Accur.

z ¶ *Volentis.* i. eũ qui vult facere professionem censualẽ quid & quantũ, & nomine cuius rei debeat præstari vectigal: de qua loquitur *C. e. l. ij. & de dona. censuali. & in auth. de man. prin. §. coges. & § non permittas. col. iij. & j. & de censi. forma. & fac. & j. de nona l. deli. circa fin.* Floren. legitur, volentis pro volentes.

a ¶ *Ad vectigal.* i. sunt hæ. & non habent quidam hic. §. sed cum prædictis continuatur. ¶ Item & caue tibi, quia non tantum de

a Mancipia quibus ex causis in commissum cadant.

b Actum domini fungens se priuilegiũ confert.

c Arbitrium boni viri pro arbitrio iudici.

d Solui aliud pro alio interdũ potest.

e Improfessus seruus quis dicatur.

a Seruus potest morti dari à domino.

b Testibus domesticis in subsidium vti licet.

c Vsualia mãcipia quæ.

d Mancipiorũ veteranorum nomine cur non vectigal soluatur, quæ ac nouiciorũ.

e Veteranum mancipium quid.

f Veteratoris & veterani mãcipii differentia.

g Seruorũ differentia accidentalis non naturalis admittitur.

* volentes.

† De singulis his speciebus vide librum qui inscribitur Pandectæ medicinæ, & Dioscoridẽ. dixi plenius ad hunc locũ in Notis.

h Errare in iure naturali vel quasi non licet.

i Ignorantia pœna minuitur.

caspherum, folium barbaricum, costum, costamomum, nardistachys, cassia turiana, xylocassia, smyrna, amomum, zingiberi, malabathrum, aroma Indicum, chalbane[b], laser, alchelucia, † sargogalla, onyx Arabicus, cardamomum, opus byssicum, pelles Babylonicæ, pelles Parthicæ, ebur, ferrum Indicum, carpasum lapis vniuersus, margarita, sardonyx, ceraunitũ, hyacith*, smaragd*, adamas, saffirin* callain*, beryllus, chelyniæ, hopia in dica[c], vel adserta, metaxa, vestis serica vel sub serica, vela tincta, carbasea, nema sericum, spadones, Indici leones, leænę, pardi, leopardi, pantheræ, purpura, item marocorum, lana*, fucus, capilli Indici.

Si aliquis vecturalis transiuit cum salmis per vnum territorium, & audito quod in illo itinere erãt latrones, intrauit aliud territorium vbi erat soluenda gabella, & non soluit: non tamen debet salma confiscari. Paulus.

8. ¶ Si propter necessitatẽ aduersæ tẽpestatis expositũ[d] onus fuerit, nõ debere hoc cõmissũ vindicari: † diui fratres rescripserunt.

Licet de rebus quæ portantur, non debeat solui gabella, debet tamen annunciari gabellariis, & recipi apodissa: aliàs confiscantur, sicut si solui debuisset. Pau.

9. ¶ Diuus quoque Pius rescripsit, cùm quidã intra legitimã ætatẽ[e] esse dicebatur, & vsus sui causa mãcipia duxisset, & in professione errasset[f]: ignoscendum[g] esse ei.

Declaratur hic qualiter puniatur publicanus qui decipit transeuntem. P.

10. ¶ Diui quoque[h] fratres rescripserunt, cùm quidam nõ per fraudem, sed per errorẽ in causam commissi incidisset, vt duplo vectigalis contenti publicani seruos restituat[i].*

Ex delicto serui non positi ad exigendum vectigal, publicanus non tenetur pœna huius edicti. P. de Cast.

11. ¶ Magnus † Antoninus rescripsit, si colonus vel serui[k] domini prędij[l] ferrũ* illicitè in prædio fecerint ignorante domino, nulla pœna dominum[m] teneri[n].

Remissio publicani excusat quem à pœna. Bart.

12. ¶ Si quis professus apud publicanũ fuerit, nõ tamẽ vectigal soluerit, hoc cõcedẽte[o] publicano: vt solẽt facere diui Seuer* & Antoninus rescripserũt, res in cõmissũ nõ cadere. Cũ enim, inquiũt, professiones recitãtur[p], cõmissũ[q] cessat, cũ poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorũ, vel fideiussorũ. 13. ¶ Pœnæ ab hæredibus[r] peti non possunt, si non est quæstio mota viuo eo qui deliquit. & hoc sicut in cæteris pœnis[s], ita & in vectigalibus[t] est.

14. ¶ Si quid autẽ indebitũ per errorẽ[u] soluẽntis publican* accepit, retro eũ restituere[x] oportere D. Seuer. & Antoni. rescripserũt.

his præstatur cùm deferuntur, sed ex[a] omnibus: *vt C. de vectigali. l. vniuersi.* sed gratia exempli de his dicit: *sic infra de vi & vi armata. l. j. §. quod vulgò.*

a ¶ *Folium.* flos gariophylli. Accur.

b ¶ *Chalbane[b].* vnguentum ad equos.

c ¶ *Indica.* quę faciũt homines dormire. & nota quia de diuersis mobilibus dicit.

d ¶ *Expositum.* in loco prohibito. & facit ℥. eo. l. Cæsar.

e ¶ *Aetatem.* xxv. an. *vt C. de his qui ve. æta. impe. l. fi.*

f ¶ *Errasset.* dicens se nolle præstare vectigal: cùm non[c] deberet: cùm vsus sui causa duceret: *vt ℥. de verb. sig. l. in lege. & dici ℥. ea. l. §. quotiens.*

g ¶ *Ignoscendum.* per[d] in integrum restitutionem, cũ gestũ sit cũ minore: *vt & ℥. de minor. l. ait prætor. & l. si ex causa. §. pen.* Vel ipso iure in pupillo: *vt ℥. e. l. imperatores.* maiori: autem nõ succurritur: *vt ℥. ea. l. §. licet. & §. diui quoque.* nisi esset miles: *vt C. eo de vectig. l. omnibus.* Ar. contra. ℥. proxi. §. Acc.

h ¶ *Diui quoque.* duobus modis põt intelligi hic §. vel φ publicanus reddat in duplum, vel φ habeat duplum. primo ergo dic, cũ qui dã vellet psiteri seruũ, publican* innuit ei φ nõ teneretur: & postea ademit, pter omissam professiõnẽ; reddet ẽnim seruũ in duplũ: *vt ar. ℥. ea. l. §. diui quoque Marcus. in fi. & ℥. eod. l. locatio. §. illicito. & ℥. ead. l. §. fi.* & secundum hoc quod dicit, per errorẽ[e] à publicano inductus. & quod subiicit, vt duplo &c. habeat mercator duplũ vectigalis cõtẽpti, publicanus seruos vel seruum restituat: expone, id est cum duplo contempti vectigalis. à contemno cõtemnis. nam publicanus cõtempsit habere prima facie. Sed quare non[f] computatur res in duplo? Respon. quia duas fraudes commisit publicanus, primam innuẽdo, secũdam adimendo eã: re aliàs esset secus: *vt ℥. eo. l. hoc edicto. §. fi.* 2. Secundò pones casum φ non fuit inductus ad omittendã professionem à publicano, sed suo errore. certè non excusatur, nisi quia cùm aliàs tota res erat confiscanda, nunc non confiscabitur, sed[g] duplicabitur vectigal, quod erat octaua[h] rei. nunc ergo erit quarta rei. & hoc secundùm quod subiicit in duplo &c. habeas vt duplo. i. duplicato vectigali contenti publicani seruum restituant. & non[i] dicitur contenti à contemno. sicut ergo error non in totum, vt ℥. ea. l. §. licet. sed in aliquo excusat: *vt hic.* Vel etiam si habeas seruo, dic seruo publicani, publicani dico contenti. &c. Accur.

i ¶ *Restituerent.* s. debitor vectigalis prædictum duplum, id est soluat: & dic secundum tertium casum, tali seruo qui ministrat ei in illo officio ad exigendum: *vt ℥. ead. §. familiæ.* Accur.

k ¶ *Vel serui.* s. publicani non seruientes ei in eo vectigali; alioquin teneretur publicanus in duplum si eos non exhiberet: *vt ℥. e. l. j. §. pen.*

l ¶ *Prædij.* pro quo petendum erat vectigal.

m ¶ *Dominum* ignorantem: *vt ℥. e. l. cotem. §. dominus. in fi.*

n ¶ *Teneri* ex hoc edicto. Accur.

o ¶ *Concedente* i. remittente: *sic C. de iura. calum. l. ij. in fin.*

p ¶ *Recitantur.* & postea remittuntur à publicano.

q ¶ *Commissum.* i.[k] pœna omissionis. aliud tamen exercere non prohibetur pro futuro tempore: *vt ℥. e. l. licitatio. §. eorum.* sed pro præterito tẽpore ipse publicanus & eius fideiussores tenentur: *vt* subiit. & ad hoc *C. de fun. pa. l. ti. l. xj.* Sed & forte ille cui est remissum tenetur in subsidium: *vt ar. ℥. de eo. per quem fac. erit. l. fi.*

r ¶ *Ab hæredibus.* delinquentis[b] publicani, qui tenebantur in duplum, *vt ℥. eo. l. licitatio. §. quod illicitè.* & sic etiam loquitur ℥. *eod. l. si publicanus. in princip. & leg. fraudati.* prout est ibi not. secus in re cõmissa in fiscum ob non solutum vectigal: *vt ℥. e. l. commissa. & l. cotem. §. illicitaram.*

s ¶ *Pœnis.* nam sic regulariter est in omnibus, vt[b] nõ teneantur hæredes, nisi lite cõtestata. vel in quantũ ad eos peruenit: *vt Co. ex deli. de s. l. j. & C. de fur. l. furti. & ℥. de actio. & obliga. l. omnes pœnales. & l. constitutionibus.* Accur.

t ¶ *In vectigalibus.* i. in illicita[c] exactione vectigalium, ob quam tenetur publicanus in duplum: vt dixi.

u ¶ *Per errorẽ.* facti[d], vel iuris. secus si sciẽs: *vt ℥. de condict. indeb. l. j. & l. quod quis. & facit ℥. ead. l. §. diui quoque fratres.* Sed ar. contra. ℥. eo. §. licet. Sed ibi fuit, in nõ soluẽdo, hic in soluendo. Accur.

x ¶ *Restituere.* p cõdictionem indebiti. Ac.

DE DONATIONIBUS.

¶ De vectigalibus non solutis cõcedente publicano (vt assolet dondus) explicatum est: & ea occasione generaliter de donationib. subijcit. Vel, dictum est de reliquis scilicet. ℥. de leg. i. & sequentibus, inter quæ est donatio causa mortis, que comparatur legatis & ideò de ea, & alia que fit inter viuos videamus. Azo.

DE DONATIONIBVS. TITVLVS V.

¶ In hac diligenti actionum omnium enarratione, quam in his Pandectis potissimum instituit iam antè dixi, non erat omittenda hac quæ occurrebat inspectio, an ex causa donationis aliquę essent actiones. donatio[e] enim hoc iure conuentio non est, sed adquisitio[f] ciuilis aut naturalis ex qua de euictione vel de redhibitione nulla est actio, sed neque alia videtur esse. Cæterùm[g] ex conuentione adiecta donationi potest esse actio de euictione & præscriptis verbis, & vindicatio & condictio ob rem dati, & actio ex stipulatu, & condictio ex lege Cincia, vel exceptio. Quod supra legitimum modum facta donatio est, & actio de dolo si fortè is qui donauit aliena dolo fecerit. Et est propriè donatio, [h] alienatio rei quæ liberalitatis causa fit hac mente vt nullo casu recipiatur. hæc est vera, absoluta, directa donatio. Donatio[i] causa mortis vel sub modo non est propriè donatio, quia accipientem obligat. l. 19. de rebus cre. Cuia.

Donationes.] C A S V S. Pluribus modis fieri possunt donationes, & ponit exempla per totam legem. nam cùm dono tibi rem hoc animo, vt statim fiat tua, nec vnquam ad me reuertatur: hæc est vera donatio. si autem dono vt tunc fiat tua cũ aliquid erit factũ: non est propriè donatio, sed sub conditione donatio est. si autẽ dono causa mortis, non propriè est donatio. vel si dono vt si Titius non erit cõsul intra quinquenniũ, res reuertatur ad me: non est propriè donatio. Vltimò dicit, si donat sponsus sponsæ: si quidem purè, vera est donatio, nec reuocatur, etiam si non sequatur matrimoniũ. si verò hac mente donat, vt si matrimonium non sequatur, repetatur: reuocatur donatio condit. non secuta. nec est contrarium priori: quia ibi pura, & cu

a Vectigal ex omnibus rebus præstatur

b Has dictiones in meis ad hanc legem notis interpretatus sum.

† Vide Ruellium de natura stirpium, & Barbaro. in commen. ad Tranquillum, in vita Cæsaris Alcia. li. præterm. & in dictione spectat ad vectigal pertinentes. Pium Ant. Bart. in anno a d. ll. c. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. & Nebriss. in lex. iur. etiam in dictione ... nos e nim hic literam Floren. omnino expressimus.

c Vectigal nõ debetur aut non soluitur eorum nomine quæ quisq; vsus sui causa ducit.

d Minor non professus mercẽs apud publicanum an restituetur per in integrum restitutionem an ipso iure.

* Oest. pum volui exprimere. de quo Dio seu. cap. 184. ex Hermo interpretatione. & Hermolaum in corolla. c. 114.

† Add. l. pe. §. & ibi Bar. t. locat. Bal. in l. & ita. §. 1. t. mon. can. fal. & Ale. in l. si cum dotem. sol. mat.

e Publicani dolus ei non prodest.

f Duplum hic cur merũ pœnã contineat.

g Duplicata vectigalis summa.

h Vectigalis quantitas.

i Contẽptis in hac legenũ legendum vel contentis.

k Commissum pro pœna amissionis.

a Id est illicitum vectigal exigentis.

* restituere. b Hæredes pœnis defuncti non tenentur si lis contestata aduersus defunctum, vel si quid ad eos peruenit.

† Sed & magnus. furtum.

c Exigens illicitũ vectigal publicanus in duplum tenetur.

d Solutum publicano per errorem an & quando possit condici.

lib. 47 Basil. titu. 1. Harmen. lib. 6. tit. 6.

e Donatio nõ est conuentio sed adquisitio

f Donatio adquisitio est, & cuius naturæ.

g Donationi conuentionis adiectæ quis sit effectus.

h Donationis veræ definitio.

i Donatio causa mortis vel sub modo nõ est propriè donatio.

animo: hic non eo animo. Francis. Accursius.

a ¶ *Donationes.* in genere ᵃ dicit. sicut enim donantium voluntates diuersæ sunt, ita donationes inter se differunt.

b. ¶ *Reuerti.* Contra. *C. de reuoc. dona. l. fi.* Sed illud fit ex potestate legis, non contrahentium. Item contra supra *si cer. peta. l. si tibi. in fi.* Sed ibi de æquitate.

ADDITIO. Dic melius secundùm Bar. quòd ibi fuit datio ᵇ ob causam, quæ est impropria donatio: *vt l. Attilius.].e. hac propria.*

Donatio propria est quæ fit ex liberalitate, & irreuocabiliter: sed quæ fit sub conditione, vel pure, soluenda sub conditione, donatio impropria appellatur. Bar.

c ¶ *Liberalitatem.* i. ᶜ animi voluntatem ab auaritia & aliis vitiis liberam: *vt]. eod. l. donari.* & laus inest donanti: *vt]. de verb. sig. l. munus propriè §. j.* & hæc propriè ᵈ dicitur donatio: *vt subijcit. & simplex: vt C. de dona. ante nup. l. fin. §. j. in fin. &]. fami. erci. l. si filia. §. si pater.* Item absoluta: *vt]. e. tit. j. l. senatus. §. j.* & inter viuos: *vt Insti. eo. §. alia* & omnia hæc verba ponunt quandoque notarij in contractu talis donationis. quandoque ᵉ tamen quæ non habet liberam concessionem dicitur, donatio: sed impropriè: *vt]. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. si olim. &]. de reg. iur. l. cuius per errorem.*

d ¶ *Exerceat.* s. donator Accur.

e ¶ *Secutum.* cuius intuitu donat M. hoc est ad ᶠ vtilitatem vel affectionem donantis & da exemplum quando ᵍ expressè hoc dicitur: *vt].e. l. hoc iure. §. fin.* Item in dote: *vt]. de iur do. l. sed nisi.* Item quando tacitè: vt in dona. propter nup. *vt Insti. eo. §. est & aliud.* ¶ Sed quid si non ad affectum seu proficuum dantis, sed aliquam apposuit conditionem ʰ: vt si nauis ex Asia venerit. Respon. secundùm Azo. & Hug. illam esse simplicem & liberam: cùm possit fieri donatio pure, & in diem. & sub conditione: *vt C. eo. l. donatio.*

f ¶ *Fuerit.* vt in exemplo *]. statim in fi. huius ver. posito.*

g ¶ *Non fuerit.* vt si Titius non erit consul intra quinquennium reddes mihi.

h ¶ *Mortis causa donatio. vt &]. tit. j. l. senatus. §. j.* & est aliud exemplum *]. de condic. cau. da. cau. non secu. l. si donaturus. j. & ij. respon.* Item aliud *].e. l. §. fin.* Et ex ⁱ his pactis tacitis vel expressis oritur actio personalis, aliàs condictio, scilicet ob causam: & actio ex stipulatu, si stipulatio intercessit: vel præscriptis verbis, si solum pactum non rei vendicatio: *vt]. titu. j. l. senatus §. in fin. §. & d. l. si donaturus. & C. de pac. inter empt. & vendi. qui ea. & C. de iure do. l. etiam. & C. eo. legem.* nisi in casu, fauore alimentorum *vt C. de dona. quæ sub modo. l. j.* Item nota quòd ad id quòd hic & superiore respon. dicitur, facit quod dicitur de pacto addictionis in diem, quod quandoque ᵏ facit venditionem conditionalem resolui sub conditione: *vt supra de in diem addictione l. ij.* sic & pactum legis commissoriæ facit resolutionem conditionalem: *vt supra de le. com. l. j.* & in illis casibus datur quandoque in rem. nam, si dico, sit ˡ inempta, datur rei vindi. *vt C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoria.* Si dicam dominium rei ad me venditorem pertinere: non potest agi rei vin. sed actione ex eo cōtractu: (quia verbum pertinere, ᵐ latissime patet: *vt infra de verbo. signific. l. verbum pertinere.* Et semper in obscuris quod minimum est sequimur, *vt infra de regu. iur. l. si semper. in ob. & ar. C. de iure. do. etiam & de dona. ante nup. l. sicut.*) Idem si dicam, res me sequatur, vel mihi restituatur, vel ad me reuertatur, *vt C. de pac. inter emp. & vend. l. j. & iij.* Argu. contra infra *de dona. cau. mor. l. si mortis causa res.*

i ¶ *Propria.* id est mera.

k ¶ *Factum.* id est liberalitatem.

I. IVLIANVS *libro septimodecimo Digestorum.*

Donationes ᵃ complures sunt. Dat aliquis ea mente, vt statim velit accipiētis fieri, nec vllo casu ad se reuerti ᵇ: & propter nullā aliā causam facit, quàm vt liberalitatem ᶜ & munificētiā exerceat ᵈ. hæc propriè donatio appellatur. Dat aliquis, vt tūc demū accipiētis fiat, cū aliquid secutū ᵉ fuerit nō propriè donatio appellabitur: sed totū hoc donatio sub cōditione est. Itē cū quis ea mēte dat, vt statim quidē fiat accipiētis: si tamē aliquid factum fuerit ᶠ, aut nō fuerit ᵍ, velit ad se reuerti: nō propriè donatio dicitur, sed totū hoc donatio est quę sub cōditiōe soluatur: qualis est mortis causa donatio ʰ. 1 ¶ Igitur cū dicimus inter spōsum & sponsā donationē valere, propria ⁱ appellatione vtimur & factum ᵏ demonstramus quòd ab eo proficiscitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat, vt confestim fiat accipientis, nec vnquā ˡ vllo facto ad se reuerti velit. Cū verò dicimus, si hac mente donat spōsus spōsę, vt nuptiis nō secutis res ᵐ auferatur, posse repeti: non contrariū priori ⁿ dicimus, sed concedimus inter eas personas ᵒ fieri donationem, eā quæ sub conditione soluatur.

Filius potest voluntate patris donare: & pater delegando filium suum debitorem, vel extraneum qui sibi donare velit, donare potest: & exceptio quæ obstat deleganti, obstat ei cui facta est delegatio ex causa lucratiua, vel ex onerosa putatiua. B.

II IDEM *libro sexagesimo Digestorum.*

Si cùm filiusfamilias pecuniam ᵠ donare vellet, patris iussu eam promisit: valet donatio ʳ perinde ac si fideiussorem dedisset ˢ. 1 ¶ Si verò pater donaturus Titio pecuniam, iusserit filium suum eam promittere, poterit dici interesse, debitor filius patri suo fuerit, nécne. Nam si tantumdem filius patri debuit, ᵗ quantum promisit: valere donatio intelligitur perinde, ac si quemlibet alium debitorem ᵘ pater iussisset pecuniam promittere ˣ.

l ¶ *Nec vnquam.* nā nō ᵃ habet tacitam conditionem si sequatur matrimonium nisi fuerit expressa: *vt hic subiicit: & C. de do. ante nup. si filiæ. & l. si tibi. & l. si ante & l. si mater. & l. præsidi. & l. cum veterum. in prin.* Hodie habet. si modo per alterum remanet *vt in l. cum veterum.* & hoc non interueniente osculo. aliàs serua quod dicitur in eo tit. *C. de dona. ante nup. l. si à sponso.*

m ¶ *Res.* i. ᵇ species data.

n ¶ *Priori.* vbi diximus eam non reuocari: *vt]. proxi. respon.*

o ¶ *Eas personas.* s. inter sponsum & sponsam.

p ¶ *Soluatur.* nam statim fuit res facta accipientis: *vt & supra. §. item.*

SI cum filiusfamilias.] CASVS. Si filius familias promisit animo donandi Titio. x. iussu patris: valet promissio perinde ac si fideiussores dedisset. quæ verba expone vt in glos. Si autem pater volens donare Titio, iubeat filium suū promittere Titio x. ex causa donat. dicitur quòd tenetur filius si ipse debeat tantū patri quantum pro eo promisit, aliàs non. quod expone vt in gloss. [CVM VERO.] Volebam Titio donare x. & tu mihi x. mandato meo promisisti Titio pro me. dicitur quòd donatio vtraque est perfecta, scilicet mea & tua. sed si tu credens te debere mihi x. cùm non debeas, promisisti ea pro me Titio cui donare volebam, dicitur quòd tu habes exceptionem contra Titium petentem, & etiā condictionem sine causa: vt ab ista promissione libereris. Item credo me tibi debere x. cùm non debeam, & promisi ea cuidam quem credebam creditorem tuum, pro te, cùm non esset, habeo excep. si petat: & condictionem sine causa, vt liberet me à promissione. [SI PECVNIAM.] Donasti mihi decem eo pacto vt tūc hæc pecunia fieret mea, cum Seius consul fieret. dicitur quòd si Seius efficitur consul quandocunque, siue te viuo, siue post: pecunia prędicta mea fiet. secus autem erit si cum tu volens donare mihi x. mihi ea per quendam mandabas, & antequam daret decessisti. nā reuocatur donatio. [TITIO.] Titio x. donaui, vt inde emeret sibi Stichum, antequam eum emat, decessit Stichus. an repetam pecuniam, quæritur. Certè si hæc causa siue conditio fuit finalis, quia aliter non eram daturus, nisi emeret: tunc repetam. si autem & aliàs habebam voluntatem donandi, sed citiùs dedi, quia videbam quòd volebat emere Stichum: in hoc casu non repetam: quia fuit impulsiua, h. d. hæc l. & seq. Fran. Accur.

q ¶ *Si cum filius familias pecuniam.* patris vel filij. ᶜ

r ¶ *Donatio.* & ᵈ tenetur pater quod iussu, & etiam filius tenetur in solidū: licèt aliàs, id est sine ᵉ consensu patris donando non posset deminuere peculium. *vt]. eo. l. si.* Accur.

s ¶ *Dedisset.* cùm donasset ᶠ sine voluntate patris, tenetur scilicet fideiussor: vel repete, patris iussu. Vel ᵍ dic verius ipsum patrē. primo tamen casu quod iussu: secundo, ex stipulatione conuenitur pater, *vt C. quod cum eo. l. si mandator. &]. de verbo. obl. l. cum filius circa princ.* Nam aliud est iubere ʰ, & aliud fideiubere, *vt]. quod iussu. l. j. §. quid ergo.* Accur.

t ¶ *Debuit.* naturaliter.

u ¶ *Debitorem.* scilicet suum.

x ¶ *Promittere.* nā tunc valet, & videtur pater donare. secus si nil debuit patri. vt hic innuit. & probatur in aduersatiua ⁱ supra posita, si verò &c. & ex inferiori, cū verò. Nec obst. *].e. l. in ædibus §. fe.* quia ibi tradidit, hic promisit tātum filius. Vel ibi filius donat: hic pater donare voluit: quòd sic non potuit, cū filius ᵏ patri donare non potuit. sed si potuisset, tunc secus: *vt]. eod. proxi.* Alij dicunt

a Donationis verbum generale. Alias tamen, donationis verbum multipliciter videtur quod propriè & impropriè sumatur.
b Donatio impropriè dicitur datio ob causam.
c Donatio quo sensu liberalitas dicatur.
d Donatio propria, simplex, absoluta, inter viuos quid.
e Donatio quæ non habet liberam concessionem impropriè dicitur donatio.
f Donamus, si aliquid sequatur nobis vtile vel simpliciter, vel aliquid secutum erit tamen si nobis neque vtile neque inutile.
g Donamus ob causam expresse vel tacite.
h Donatio et iam conditionalis id est pura sub conditione resoluenda propriè donatio dicitur. Nec enim conditio mutat naturam donationis. Et hanc communem esse tella tur Clarus. *§. donatio quæst. 1.*
i Donandi pactis tacita vel expressis quæ actiones pariat.
k Ex venditione quæ sub cōditione resoluitur, quādoque actio in rem, seu vindicatio, quandoque non via dicatio sed actio ex eo contractu datur.
l Resolutorio rum pactorū formulæ variæ sunt, vt si ita conuenia tur, vt res sit inempta, & vt dominium rei ad me pertineat, vt res me sequatur, mihi restituatur, vt ad me reuertatur.
Primi, exemplum directū, reliquorum, obliquum.
m Pertinere verbum latissime patet.

a Donatio facta sponsæ tacitam conditionem matrimonij futuri an habeat. [illegible]
b Res pro specie.
c Species.

c Imò filij etiam.
d Donans iussu patris filius an & quatenus pater & ipse filius teneatur.
e Donare ex peculio filiusfamilias sine consensu patris non potest.
f Donationis sine voluntate patris à filio factæ datus fideiussor tenetur.
g Donationis à filio factæ pater fideiussor factus, ex stipulatione conuenitur.
h Iubere & fideiubere differunt.
i Aduersatiuæ effectus.

dicunt hoc etiam casu valere,& quod dicit interesse, exponunt quoad hoc vt quis donet:& in expresso casu pater, in subaudito filius donet.pro quibus est infra e.l.in ædibus.§.pe.

a ¶ *Perfecta est*.nã breui^a manu tu videris mihi donasse, & ego Titio:vel longa^b manu: *vt §.de dona. inter vir. & vxo.l.iq.§.fi. & de iure do. licet. §. quotiens.& supra si cer.pet.a. l.singularia.*

b ¶ *Existimabam*. cùm non debebam.

c ¶ *Iussu tuo*.& sic fuit delegatus à te donante donatario, scilicet creditori putatiuo^e. secus si esset tuus creditor. *vt §. de noua.leg.si quis delegauerit. & l.si non debitorem. & l. doli.& l.si Titius.& de excep.doli.l.pure.§.si eum. & l.Iul. & supra de condict.cau. da.l. si donaturus.§.j.& l.qui se. & de iur. do. cum in fundo. §.fi.& §.de re iudi. leg. Neseninus. in princip. argument. C. de iure delibe.l.fin.§. sed si legatary.in fin.§.*

d ¶ *Incerti.i.*^d conditione sine causa:quæ^f dicitur incerti: quia^f ad incertum cõpetit.s. ad factũ^g: quod si non fiat, fit condemnatio ad interesse: *vt supra de condic.sine cau. l.j.& l. pe.& §.de verb. oblig. l. vbi aute.§.qui id. & de re iud.l. si quis ab alio. in fi.& facit §.l.proxi. & C. de condict. indebi.l. cum & soluta.* Accursius.

e ¶ *Putabas*.cum non esset. Azo.

f ¶ *Existimabam*. cùm verè non debebam.

g ¶ *Incerti*.i.sine causa.*vt supra prox.*§.&concordantiæ ibi positę,& hic possunt poni. Accursius.

h ¶ *Vlla stipulatione*. reddendi.

i ¶ *Conditione*.expressa.

k ¶ *Mortuo*.s. donatore. Accur.

l ¶ *Mea fiet*. potest ergo dominiũ^h sub cõditione trãsferri, sicut & possessio: *vt hic. & §.de acq.poss.l. qui absentis.§.si quis.* licèt sit arg.contra.*§.de solu. l. si sub conditione*.Sed dic vt ibi.Facit ad hoc responsum infra *rem ra. habe.l.pe.& §.de manu.vin.l.si pater.§.respon.* Sed arg.contra supra: *si cer.pe.l.eius qui.§.quis verò*Sed videtur non fieri mea, nisi hæres de nouo velit:*vt §.de iur.do.l.si ego.§.si res*.cum speciale sit in dote: *vt ibi dicitur*.Sed sol.vt ibi.

m ¶ *Pecuniam dederit*.simplici.i.procuratori: secus si eum transtulisset dominium:vt contrario:*vt infra.eod.hoc iure. §.si quis dederit.* 2. Item & si donatoris fuerit procurator: secus si donatarij 3. Vel etiam si donatoris,vel donatarius habuit ratum^l ante mortem donatoris:*vt supra de don. inter vi. & vxo.l. sed interim. §.idem.Marcellus & §.si vxor. & l.si sponsus.in prin. & supra de nego. gest.l.si ego.* ADDITIO. Dic secũdùm Barto.quòd quandoque datio & donatio est simplex: & tunc sufficit conditionem existere post mortem donatoris:*vt hic*. Quandoque non est donatio simplex,sed donatio ob causam: & tunc loquitur.*l. si ego.§.si res.supra de iure do.* cùm enim tunc sit contractus innominatus: sicut pœnitentia reuocatur,ita morte:fallit fauore dotis: vt hic patet.

n ¶ *Perferret*.scilicet nuncius.

2 ¶ Cum verò ego Titio pecuniá donaturus,te,qui mihi tãtundem donare volebas,iussero Titio promittere: inter omnes personas donatio perfecta est^a.

Exceptio quæ obstat deleganti, obstat ei cui facta est delegatio ex causa lucratiua:& etiam ei cui ex causa onerosa,putatiua tamen,& non vera. Paul.de Cast.

3 ¶ Aliud iuris erit, si pecuniam quam me tibi debere existimabam^b,iussu tuo^c spopõderim ei cui donare volebas.exceptionem enim doli mali tueri me potero: & præterea incerti^d conditione stipulatorem compellam,vt mihi acceptum faciat stipulationem.

4 ¶Itẽ si ei quẽ creditorẽ tuũ putabas^e, iussu tuo pecuniã quã me tibi debere existimabam^f, promisero, petẽtẽ doli mali exceptione summouebo: & amplius incerti^g agendo cum stipulatore,consequar, vt mihi acceptum faciat stipulationem.

Donatio simplex conditionalis, valet conditione existente post mortem donatoris. Bar.

5 ¶ Si pecuniá mihi Titius dederit absque vlla stipulatione^h, ea tamẽ conditione^i,vt tunc demum mea fieret,cùm Seius cõsul factus esset:siue furente^k eo, siue mortuo^k Seius consulatum adeptus fuerit,mea fiet^l.

Mandatũ de soluendo ex causa donationis morte mãdantis finitur. Bar.

6 ¶Sed si quis donaturus mihi pecuniã,dederit^m alicui vt ad me pferret^n, & antè mortuus erit^o, quã ad me perferat: nõ fieri pecuniam dominij^p mei constat^q.

Defectus causæ finalis parat donatori condictionem ob causam, secus in defectu causæ impulsiuæ. Bart.

7 ¶ Titio decẽ donaui ea cõditione,vt inde Stichũ sibi emeret.quæro,cũ homo antequam emeretur mortuus sit, an aliqua actione decẽ recipiã.Respondit, Facti^r magis quàm iuris quæstio est.nã si decẽ Titio in hoc dedi vt Stichũ emeret, aliter non daturus:mortuo Sticho condictione^s repetã. Si verò aliàs quoque donaturus Titio decẽ,quia interim Stichum emere proposuerat,dixerim in hoc me dare, vt Stichum emeret: causa magis donationis^t,quàm conditio dãdæ pecuniæ existimari debebit, & mortuo Sticho pecunia apud Titium remanebit.

III VLPIANVS *libro septuagesimosexto ad Edictum.*

ET generaliter^u hoc in donationib. definiendũ est multum interesse, causa donãdi fuit an conditio^x.si causa^y fuit, cessare repetitionem. si conditio, repetitioni locum fore.

IIII PAVLVS *libro septimodecimo ad Sabinum.*

ETiam per interpositã personam^z donatio consummari^a potest.

Si reuetitur in instrumento quod Titius motus affectione quã habebat ad Seiũ,quia erat suus cõsanguineus, vel amicus,vel propter eius benemerita,donauit sibi cẽtũ, ista est donatio simplex:& ideo requiritur insinuatio, si est vltra quingẽtos aureos.P.de Cast.

V VLPIANVS *libro trigesimosecundo ad Sabinum.*

AFfectionis gratia neque honestæ neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ. honestæ,erga bene merentes amicos^b vel necessarios^c:inhonestæ, circa meretrices^d.

o ¶ *Erit*.scilicet donator.

p ¶ *Dominij*.quamuis mihi dictam pecuniam postea tradat.

q ¶ *Constat*.hoc etiam casu loquitur.*§.si cer.pe.l.eius. §. quasi verò.* & est ratio. quia ius^a dandi non habuit procurator, cùm mandatum^b morte finitum est:*vt hic:& §.de leg.j.l. cum pater. §. Mauio.* Sed contra. *C. de dona.l.illam.* Solue plene vt dixi. *C.de act. & ob.l.si quidem.* Si autem non esset reuocatum mandatum,vt quia viueret donator:qui^c accepit tenetur donatario actione neg. gestorum:*vt §.de nego. gest. l.si pupilli.§.j.* Item furti: *vt C. de fur. l. si.* 2. Item videtur non finiri morte: *vt §. de acqu.poss.l.fundi. circa fi.* Sol. refert an mandatum consistat circa^d id quod mandator necesse habet facere, & non finitur morte, *vt ibi*:aliàs sic:*vt hic, & supra si cer.pet.l. eius, §. quasi verò.& de do. inter vi. & vxo. sed interim. §. idem Marcellus.* Vel in l.fundi, fuit interpositũ ab vtraque parte: hic à mandante tantùm.

r ¶ *Facti*.i. ^e voluntatis.

s ¶ *Conditione*. ob causam.*§. de condic. ob cau.l.si. & l. si donaturus. §.respon. & de iure do.leg.si ego. in princip. & C.de condi. ob cau.l.cùm ancillam & l. datam. & de iure do. l. si mulier. & §.de manu.test.l.liber. §.j.*

t ¶ *Causa magis do.*.i.^f modus liberalitatis:& sic fuit impulsiua, non finalis causa. aliàs haberet locum repetitio, sicut & pro condic.ob Causam: *vt C. de condic.ob. cau.leg.si repetendi. & §. de condict.ob cau.leg.dedi.§. si quis quasi statuliber.& infra titu.j.l.vbi.& supra de condic.indeb.leg. damus.& leg. in summa.§. j.& ij.& iij.* In^g dubio autem præsumam non finalem. argum. supra *de donat. inter vir. & vxo. sed si mors §. finali & supra de condit. & de monst.l.si Titio.§.respon.& §.sed cùm antè nuptias. circa fin.l.* vbi dicitur quòd pro non legatum est:*vt C.de in.do.l.si mulier.* Sed arg.contra.*h C.de dona.l.pen.§.si ibi,nulla est licentia danda.* Sed illud est speciale. Vel ibi expressum fuit in dona.vt non in aliam causam nisi in illam erogaret.

u ¶ *Et generaliter*.cõiunge cùm superiori.& potes hic dicere quæ ibi in §.fin.dixi.

x ¶ *Conditio*.scilicet finalis:& ita causa fuit finalis.

y ¶ *Causa*.scilicet impulsiua.

z ¶ *Etiam per interpositã personam*.ex^i vtraque parte: vt per nuncium^k:& ita inter absentes:*vt & C.eod. nec ambigi. & l. si aliquid.* Accur.

a ¶ *Consummari*.id est,perfici,siue fieri.

b ¶ *Affectionis*. §.*Amicos*.dic quis^l sit amicus.*§.de ver.sig.l.late.§.amicos.* ¶ Et quod dicit,merentes^m:idem si non mereantur:vel etiam si sint incogniti:*vt C.eo.l.in extraneos.*

c ¶ *Necessarios*.i.^n consanguineos.*sic §.de iusti.& iur.l. fi.& ad hoc supra de tute.& ra.dist.l.sed nonnullos.* Accur.

d ¶ *Meretrices*.Hæc donatio valet^o ad exceptionem:nõ ad actio-

a Donare breui vel longa manu.
b Manus lõga & breuis.
c Putatiuus creditor & verus differunt.
d Incerti cõdictio pro cõditione sine causa.
e Conditio incerti cur dicatur.
f Incerti condictio ad incertum id est factum competit.
g Facta incerta dicuntur quia incertũ est an fieri.
h Dominium & possessio an sub cõditione possit transferri.
i Donandi mãdatum aut per tiuus ex causa donationis numerãdi seu soluendi mãdatum, an & quemadmodum à morte donatoris finiatur.
k Donatio iã accepta à donatario, morte donãtis non reuocatur.
a Mandatum dandi habẽs, dare non potest finito mãdato.
b Mandatum morte mandãtis finitur.
c Donãdi mãdatum habẽs, non reuocato mandato tenetur donatario actione negotiorum gestorum.
d Mandatum de bnsfactum, quæ mãdatore necessitate fa cere debet, morte mandatoris non expirat.
e Factum pro voluntate.
f Pomponius sic.
f Causa donationis pro modo liberalitatis.
g Causa impulsiua in dubio præsumitur non finalis.
i Donari per interpositam personam potest.
k Donatarius donationem admittitur.
l Amicus quis.
m Donare possumus benemeritis & nõ meritis.
n Necessarij pro consanguineis.
o Donationes quædam valent ad exceptionem, quædam etiam ad actionem.

a Hanc gloss. communiter reprehendunt de 1.1. C. de condi. ob tur. cau.

b Donati cõcubinæ po. c. ff.

c Donare etiã affectionis causa non possunt minores. & cõiuges inter se constante matrimonio.

nem[a]: vt hic & ꝟ. de condic. ob. tur. cau. l. idem §. sed quod meretrici. & de condi. ob turpem cau. l. cum te. & l. mercedem. Itẽ concubinæ [b] potest donari: vt ꝟ. e. l. don. tion s. in prin. nisi à milite, qui talibus donare non potest: vt C. de donat. inter vi. & vxo. l. ij.

¶ Item quod dicit hic, donationes [c] affectionis causa nõ esse prohibitas, fallit in minore: vt ꝟ. mandati. l. si verò non remunerandi. §. si adolescens. Item fallit hæc lex propter matrimonium: vt ꝟ. de dona. inter vi. & vxo. l. hac oratio.

Qui volente domino de fundo ipsius aliquid eximit, ex causa habili ad transferendum dominium, statim efficitur dominus: nec ex pœnitentia domini reuocatur dominium, vel asportare prohibetur. sed si pœnitentia superueniat antequam eximat, non efficitur dominus postea eximendo: nec asportare potest. Paul. de Cast.

Quis saxum.] Casus. Titius permisit mihi ex causa dona. eximere saxum ex fundo suo. dicitur quòd statim cùm exemi, licèt nondum portauerim, factus est meus. idem si alius exemit pro me, vt mercenarius meus. Secundo dicit, iure emptionis, siue conductionis eximere debebas saxum ex fundo meo. antequam eximas, pœniteo. dicitur quòd possum. si autem iam exemeras, & sic factus est tuus: non possum amodo pœnitere. & quod dixi in saxo, idem intelligas in arbore. Fr. Acc.

a ¶ *Donationis causa.* vel alio titulo. M.

b ¶ *Exemptus est.* hoc ipso mihi possessus Ir.

c ¶ *Prohibendo.* scilicet is qui permisit.

d ¶ *Euchere.* i. exportare.

d Mercenarius meus quod facit meo mandato, fecisse videor.

e Dominium lapidis adquiritur eo exẽplo.

e ¶ *Mihi exemit.* vt [d] perinde fit ac si ego exemissem. Acc. Vtroque ergo casu meus [e] factus est: vt hic & ꝟ. proxi. ibi, si postea, &c. & ꝟ. de praesc. ip. verb. promissi. §. quod si post

f ¶ *A me.* mutat personam. Accur.

g ¶ *Conduxerat.* s. prædium, vt tamen suus esset lapis. si autem lapidem locatum intelligeres, non fieret dominium conductoris: vt ꝟ. loca. l. non solet. Vel dic locatum opus fodiendum, hoc acto, vt lapis esset suus.

VI. Idem. libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

Quis saxum mihi eximere de suo permisit donationis [a] causa, statim cùm lapis exemptus [b] est, meus fit, neque prohibendo [c] me euehere [d], efficit vt meus esse desinat: quia quodammodo traditione meus factus est. Planè si mercenarius meus exemit, mihi [e] exemit. Sed si is qui à me [f] emerat, siue mercede conduxerat [g] vt paterer eum sibi iure eximere, si antequam eximat, me pœnituerit: meus lapis durat [h]. si postea [i], ipsius factum auocare non possum. quasi traditio enim facta videtur, cùm eximitur domini voluntate [k]. Quod in saxo est: idem erit etiam si arbore cæsa [l] vel empta acciderit.

Filius familiâs qui habet liberam peculij administrationem, non potest donare, nisi ex iusta causa, vel patris permissione, vel ex qualitate personæ aliud præsumatur. Item causa mortis donare non potest sine expressa patris concessione, nisi in castrensi vel quasi castrensi. Bartolus.

VII. Idem libro quadragesimoquarto ad Sabinum.

Filius familiâs donare nõ potest neque si liberam peculij

h ¶ *Durat.* & hoc casu teneor de dolo: vt ꝟ. de dolo. l. sicum. quæ signatur contra. in eo. quòd ibi de dolo, hic in rem datur. Sed certè hoc casu non datur in rem. & plene dic vt ibi. Item contra supra de Publiciana l. si quis. Solu. vt ibi.

i ¶ *Postea.* i. post emptionem. Accursius.

f Iniuriarum tenetur qui dominum res suas exportare non patitur: qui quem re sua vti ac frui non patitur.

k ¶ *Voluntate.* & etiam iniuriarum [f] tenetur qui non patitur exportari: vt ꝟ. de act. emp. l. qui pendentem. Accursius.

l ¶ *Cæsa.* si sic fuit facta permissio. Accursius.

Filius familiâs.] Casus. Filius familias non potest donare etiam si liberam peculij administra. habeat: nisi iusta ratione motus donet, vt matri, vel similibus coniunctis personis: Secundò dicit, pone, filiofamilias concessit pater liberam peculij administra. & permisit expressè vt possit donare. dicitur quòd poterit donare. idem si tacitè permittat: quod est eo ipso si pater est senator. & cõcedit filio admini. peculij. Tertiò dicit, sicut regulariter filiusfamilias non potest donare simpliciter: ita nec causa mortis nisi consentiente patre. Quartò, si pater concedit filio vt donet: intelligitur de simplici dona. non de ea quæ fit causa mortis. Quintò dicit quòd hoc habet locum in pagani bonis. at illi filijfam. qui habent peculium castrense vel quasi, bene possunt donare simpliciter, & causa mortis, cùm & possint de his testari. Franc. Accur.

m ¶ *Vt perdat.* vt ꝟ. de pac. l. contra iuris. §. si filius & ad Mac. l. si filius familias. & quæ res pig. ob. pos. l. j. §. j. & qui mo. pig. vel hypo. sol. l. si vt. §. in pa. ij. l. & supra de hu que in fra. ete. l. si pater. & argum. infra de fur. l. si quis vxori. §. si seruus meus. & quod vi aut clam. l. ij. §. planè. & ꝟ. de pecu. l. qui peculij. & de procu. l. procurator cui generaliter.

a Mandatum perdendi in dubio nemo dare præsumitur.

administrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij administratio, vt perdat [m] †. 1 ¶ Quid ergo si iusta ratione [n] motus donet: nunquid possit dici locum esse donationi? Quod magis [o] probabitur. 2 ¶ Itẽ videamus, si quis filio familias liberam peculij administrationem concesserit, vt nominatim adijceret, sic se ei concedere, vt donare quoq; possit: an locũ habeat donatio. Et non dubito donare quoque [p] eũ posse 3 ¶ Nonnunquã [q] etiã ex persona [r] poterit hoc colligi [s], pone enim filium esse senatoriȩ, vel cuius alterius dignitatis: quare non dicas, videri patrẽ, nisi ei specialiter donandi facultatẽ ademit, hoc quoq. [u] cõcessisse, dũ liberã dat peculij administrationem [x]? 4 ¶ Pari autẽ ratione qua donare filius familias prohibetur [y], etiã mortis causa donare prohibebitur [z]. Quãuis enim ex patris volũtate [a] mortis quoq. causa donare possit [b]: attamen vbi cessat volũtas [c], inhibebitur hæc quoq. donatio [d]. 5 ¶ Sed enĩ meminisse oportebit, si cui [e] donare quoque permissũ est: nisi specialiter [*] etiã mortis causa donare fuerit permissum, non posse mortis causa donare [f]. 6 ¶ Hȩc omnia locũ habebũt in paganis [g]. Cæterùm qui habẽt castrense peculiũ, vel quasi castrense: in ea cõditione sunt, vt donare & mortis causa, & nõ mortis causa possint: cùm testamenti factionem [h] habeant.

b v. Consensum singulare Specto.

n ¶ *Iusta ratione* [b], vt matri vel similibus cõiunctis personis donare potest: vt ꝟ. de tu. & ra. di. l. j. §. sed nonnullos. & ꝟ. de admi. tut. l. cum plures versicu. in primis.

† Martialis ea mẽ. Extra fortunam est si quid donatur amicis. Quas dederis solas semper habebis opes. Sed similis vita aliud spectato.

o ¶ *Quod magis.* s. quã contrarium.

p ¶ *Donare quoque.* nõ solùm administrare: vt intelligas de donatione inter viuos: vt ꝟ. e. a. l. §. pen. Acc.

q ¶ *Nonnunquam.* i. aliquando.

r ¶ *Ex persona.* non [c] solũ ex permissione.

c Donare filiusfamilias posse, nec ex permissione solũ illi à patre, & ex personis quib. donat, colligimus.

s ¶ *Hoc colligi.* vt possit donare.

t ¶ *Senatoriæ.* cui concessa est peculij administratio libera. M.

u ¶ *Hoc quoque.* vt possit donare, &c. & ad hoc ꝟ. de iudi. l. si longius. circa fi. & de iud. l. sed & si susceperit. §. pen. & de leg. j. l. si seruum plurium. §. fi. argumen. contra. ꝟ. ad Mace. l. j. §. fin. Addit. Dic secundũ Dy. quòd ibi est odio fœneratorum.

x ¶ *Administrationem.* q. d. non video contrarium.

y ¶ *Prohibetur.* inter viuos. Accur.

z ¶ *Prohibebitur.* quia simpliciter [d] prohibitus. de quolibet [e] videtur prohibitus: vt ꝟ. de verb. signif. l. alienatum. §. donationis.

a ¶ *Voluntate.* expressa. Accur.

b ¶ *Possit*, vt & ꝟ. tit. j. l. tam is. §. filiusfa. Sed legare [f] nõ q̃a is demũ legat, qui testatur: vt ꝟ. de l. j. leg. ij. sed nõ testatur etiã patre volẽte filius familias, ergo non legat: vt instit. qui. non est permis. fac. test. in prin. & d. l. tam is. §. j.

* Donandi potestate alicui facta, donatio mortis causa non permittitur, nisi aliud exprimatur. Bald.

d Prohibitio simplex, simpliciter intelligitur.

e Donare filiusfamilias indefinitè prohibitus, etiam mortis causa donare non potest, nisi patre consentiente.

f Filiusfamilias non quidẽ patre cõsentiẽte legare vel testari potest.

VIII. Paulus libro quintodecimo ad Sabinum.

Quæ † liberti imposita libertatis causa præstant, ea

† quæ statuliberi.

c ¶ *Voluntas.* patris.

d ¶ *Donatio.* causa mortis.

e ¶ *Si cui.* s. filiofamilias.

f ¶ *Donare.* sic ꝟ. tit. j. l. Seia. in fi. Sed contra. ꝟ. de ver. si. l. alienatum. §. donationis. vbi continetur vtraque donatio sub conditione. Sol. hic ab homine, ibi à lege simpliciter verbum donationis profertur: cum qua lege benigniùs proceditur: vt ꝟ. de arbit. l. Celsus. Alij dicunt ibi loqui de illis qui habent castrense vel quasi peculium: hic de alijs: quod nihil est. Accur.

g ¶ *In paganis.* filiis familias.

g Milites, licèt filijfamilias, testamenti factionem & facultatem habent.

h Miles filiifamilias de aduentitijs testari non possunt: nisi patre permittente.

h ¶ *Cu testamenti factionem.* i. quia. & accipe [g] in passiua & actiua significatione: vt inst. qui. non est permis. fa. testa. in prin. & ꝟ. tit. j. l. Marcellus. & C. de inoffi. testa. l. fi. & l. testamentum militis. ꝟ. de do inter vi. & vxo. l. cum his status. §. similes. ¶ Sed quid in aduentitio [h] peculio? Dixit P. quòd possit donari, cùm patri non pareat præiudicium in peculio quoad vsumfructum. Sed lex expressè dicit quòd nõ pôt, nisi pater permittat: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filij autem familias.

Quæ statuliberi.] Casus. Si seruus iussus est esse liber si det x. ista x. si dat, non dicitur donare simpliciter, sed dare ob causam. Fran. Accur.

i ¶ *Quæ statuliberi.* Quidã habent, quæ statuliberi imposita, &c.

Alij

Alij,quæ liberis statuliberi &c.& tunc dic liberis testatoris. item si alijs sint iussi aliquid dare causa implendæ conditionis.

a ¶ *Non donantur.* propriè,sed ob causam : & hoc subijcit,res s. libertas &c.& sic est ob causam datio:vt ff.eo.l.j. §.j.& v. est tamẽ mortis causa capio:vt j.tit.j.l.mortis causa capitur.§.fine.

IN *ædibus.*] CASVS Si concedo tibi gratis habita.domus meæ: tibi videor donare mercedem: & sic donatio valet etiam sine tradi. rei sic & aliàs cùm paciscor animo donandi ne petam à debitore meo vsque ad annũ. [EX REBVS.] Pone casum vt in gloss. Ac. [QVOD FILIVSFAMILIAS.] Filiusfamiliàs iussu patris donat. pater videtur donare: & tenet donatio, perinde ac si mea voluntate rem meam tuo nomine dones. [DONARI.] Res sacra non potest donari, quia non fit, id est non potest fieri eius cui donatur.Fran.Accur.

non donantur[a].res enim pro his intercessit.

Qui donat habitationem: videtur donare mercedem. Bar.

IX POMPONIVS *libro trigesimotertio ad Sabinum.*

IN ædibus alienis habitare gratis,donatio videtur[b]. id enim ipsum capere videtur[c] qui habitat, quòd mercedem pro habitatione non soluit: Potest enim & citra corporis[d] donationem valere donatio[e]: veluti si donationis causa cum debitore meo paciscar ne ante certum tempus ab eo petam.

Cùm donatur fundus: quantum ad effectum insinuationis inspicitur æstimatio fundi,non fructuum qui postea recipiuntur: sed si donantur fructus, fit æstimatio ipsorum fructuum. Paul.

1 ¶ Ex rebus[f] donatis fructus perceptus,in rationem donationis non computatur. Si verò non fundum[g],sed fructus perceptionem[h] tibi donem : fructus percepti venient in computationem[i] donationis.

Si filius donat nomine patris: ipse pater videtur donare. Bar.

2 ¶ Quod filius familias patris iussu aut voluntate[k] donauit, perinde est ac si pater ipse donauerit[l]:aut si mea voluntate rem meam,tu nomine tuo[m] Titio dones.

Donatio non dicitur,nisi cũ transfertur dominium actu,vel habitu. P.

3 ¶ Donari non potest[n], nisi id quod eius fit cui donatur.

Res donata non quæritur absen-

b ¶ *Donatio videtur.* vsus[a] vel mercedis.res autem dicitur commodari: vt ff. comm. l.j. §. j.in si.vel precario concedi: vt ff. de præscript. verb.l. si gratuitam in princ. quæ sunt contra. vel in l. commodati. de seruitute habitandi dicit:aliàs nihil ibi adderet Iulia. præcedentibus.

c ¶ *Capere videtur.* causa donationis.& facit ad hoc vt sciamus an fit facienda insinuatio[b] vel non & facit j. eo.l.à quibus.

d ¶ *Corporis.*i. corporalis rei.Accur.

e ¶ *Donatio.* vt superiori respon. & statim probat per aliud exemplum.

f ¶ *Ex rebus.* dic casum duobus modis. Primo, quòd si tradidi ex causa donationis fundum sine insinuatione,ex quo postea per plures annos percepisti fructus, ita quòd excedant legitimam summam:non computantur vt vitient donationem.sic C.e.l.sancimus §.si & ar.C. de vsur. l.si ea lege possessionem. Secundo secundùm Ir.& M.si promisi ex causa donationis fundũ, & fui in mora tradendi: non tenebor ad fructus, siue agatur ex stipulatione vt olim,siue hodie condi.ex l. qua agitur etiam ex pacto.vt C.e.si quis argentum.§. pe. & est ratio : quia stricti iuris sunt.vnde nisi petam quod est vel fuit meum, non veniũt fructus ante lit.contest.sed post sic vt & ff.de vsu.l.videamus §.si actionem.& ff.si cer.pe.cùm fundus.& his duobus modis intellige. j.e.l.cùm de donatione.Sed H.dicit hic q̃ cum hodie pactum donationis fit contractus nominatus:vt no.ff. de pac.in vi. circa prin.q̃ fit bonæ fidei cõdictio ex lege hoc casu:& veniunt fructus tam percepti ante lit.cõte.quàm post:quod non placet. sed secundùm positionem secundã est contra.j.de re iudi.l. Nesennius.§. j. sed & ibi erat lis conte.vel tradiderat donator:sed cùm res ad eum rediisset,cõueniebatur rei vindi.vnde veniunt fructus:vt ibi dicitur.

g ¶ *Fundum.* vt superiori casu.

h ¶ *Perceptionem.* præsentem putà messem vel vindemiam.idem tamen & si dixit messem,vel vuam decem ann. Accur.

i ¶ *In computationem.* ita vt si excedant legitimam summã, non valeat quo ad superfluum : nisi scriptura interueniat. Irn. & erat summa olim ducentorum, hodie quingentorum solidorum : vt C. eod.l.si quis pro redemptione.§.fin.Accur.

k ¶ *Voluntate.* id est mandante vel ratum habente. nam differt iussus à mandato:vt ff.quod iussu.l.j.

l ¶ *Donauerit.* qui enim per alium &c.vt & ff.de admi.tu.l.ita autem.§.gessisse. Sed videtur contra.ff.eo.l.v.respon. vbi dicit innuendo non valere.Sol.vt ibi.

m ¶ *Nomine tuo.* hic tamen duæ donationes sunt : superiori casu vna:vt ff.eo. l. v. §. cùm verò.Accur.

n ¶ *Non potest.* directò, sed p̃ obliquũ fieret:vt insti. qui mo. tol. ob.in prin. & j. de sol. l. si debitor tuus. ¶ Et dic casum huius §. tribus modis. Primo, vt ea res quæ non fit.i.nõ potest fieri in bonis donatarij, non possit donari : vt sacra vel religiosa:sicut nec in stipulatione deduci: vt inst. de inut. stip. circa prin. Secundo fit &c.quo ad opinionem saltem & affectionem tradentis: vt ff. de Publi. quæcunque §.j. in fi.§. & ff.de contrah. emp. l.pe. §.fi. & erit locus titu. pro dona. Tertio, secundũ literam vt alienæ res nõ possint donari. Sed secundùm hoc non habet locum titu. pro dona. Sed Respõ.dupliciter dicitur donatio: strictè & largè. Strictè,vt datio doni : vt j.tit.j. senatus §.j. & secũdùm hoc aliena res non poterit donari : vt hic & inst. de act. §.sic itaque. Secundo largè: vt etiã aliena res possit donari: & habet locũ tit.pro dona. ¶ Sed an de euictione agatur euicta re donata,di ces j.e. Aristo. §. fina. Accur.

ti per seipsum: sed per seruum suum, si tradens hoc agat. Bar.

X PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

ABsenti siue mittas[o] qui ferat,siue quod ipse habeat, sibi habere eum iubeas : donari rectè potest[p]. Sed si nescit rem quæ apud se est,sibi esse donatã, vel missam sibi non acceperit: donatæ rei dominus non fit, etiam si per seruum[q] eius cui donabatur,missa fuerit: nisi ea mẽte seruo eius data fuerit, vt statim eius fiat[r].

In æstimatione donationis, fructus non computantur. Bar.

XI GAIVS *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris vrbani.*

CVm de modo[f] donationis quæritur: neque partus nomine, neque fructuum, neque pensionum, neque mercedum vlla donatio facta esse videtur.

Donator tenetur in quantum facere potest deducto ære alieno. Bar.

XII VLPIANVS *libro tertio Disputationum.*

QVi ex donatione se obligauit:ex rescripto diui Pij in quantum facere potest conuenitur[t], sed enim id quod creditoribus debetur, erit detrahendum[u]: hæc verò de quibus ex eadem causa[x] quis obstrictus est, non debebit[y] detrahere.

Rei donatæ nobis dominium quæritur per seruum, & per procuratorem nostrum,si tradens hoc agat, licet recipiens machinetur. Bar.

XIII IDEM *libro septimo Disputationũ.*

ABsenti.] CASVS. Absenti possum donare : putà per nuntium.Item si rem meã quæ est apud eum, donem ei: non tamẽ efficitur sua, si nolit eam accipere à nuntio quẽ mittebã,aut ignoret rẽ illã sibi donatã ; etiã si p̃ seruũ suũ ei mittebã; nisi hoc animo dederim seruo eius,vt statim fieret sua.Fr.Acc.

o ¶ *Absenti siue mittas.* subaudi aliquem.

p ¶ *Rectè pot.* vt & ff.e.l.etiã p.& C.e.l.nec ambigi.& l.si aliquid.

q ¶ *Per seruum.* quod magis videbatur.& facit ff.de condic.ob cau.l. si procuratori.

r ¶ *Fiat.* quo casu statim domino quæritur[l]: vt & j.l.qui mihi donatum.Accur.

CVm de donatione.[CASVS.Cùm quæritur an donatio fit facta vltra modum,an non:non inspicitur si ancilla donata pariat, vel fructus rei donatæ , vel mercedes : vt per hoc videatur maioris quantitatis.Fran.Accur.

f ¶ *Cum de modo.* hanc expone vt paulò antè not.in l.in ædibus. §. ex rebus.& facit j.e.l.cum quis.

QVi ex donatione.] CASVS. Donator qui ex dona. conuenitur, debet cõdenari in quãtũ facere põt deducto quod creditoribus debet:non autem deducetur quod debet alijs ex simili causa.

t ¶ *Conuenitur.* vt & j.de reg.iur.l. diuus. & ff.de iure do.l. si extraneus.deducto.s.ne egeat:vt in eo.tit.de reg.iur.l.in condemnatione & j.de re iud.l.cum ex causa.

u ¶ *Detrahendum.* vt & j.de re iud.inter eos.in princ.& ff. soluto matrimo.l.maritus facere.

x ¶ *Causa.* largè accipe hic ex eadem causa.verè enim est alia propter rem,& propter personam.sic ff.de inofficio.testa.l.circa. aliter ponitur ff.de excep.rei iud.l.cum quæritur.

y ¶ *Debebit.* s.occupãtis[m] est melior cõdi.vt j.de re iu.l.inter eos.

a Donatio etiam vsus & mercedis.

Harmenop.li. 3.tit.1.&.9.
b Donatio habitationis vtrum insinuatione requirat.
c Donationis pactum seu donatio est contractus nominatus: &c.
d Donatio cõtractus bonæ fidei: hic dicitur quod Bartolus negat.
e Donatione causa facta liberatio vel remissio exceptionis.
f Iussus & mandatum differentia.

a Per alium & per se facere paria.
b Donatio fit directò vel obliquè.
c Obliquè multa tolerantur & fiunt, quæ directò fieri non possunt.
d Donari non potest quod donatarij fieri nõ potest.
e Donari non possunt res alienæ.
f Donatio rei alienæ nõ requirit insinuationem.
g Donatio & strictè & generaliter sumitur.
h Donatio fit & sumpta pro doni datione.
i Donari res aliena quodammodo potest: atque ita locus fit titulo pro donato.
k Donata re euicta,an cui ductio locũ habeat.
l Donatio incipiens à traditione valet si interueniat nuncius vel epistola ad coniungendas voluntates.
m Occupãtis est melior cõditio.

Qui mihi.] CASVS. Volebas mihi x. donare: dedisti ea seruo communi meo & Titij, hoc animo vt statim fierent mea: seruus autem habuit animum adquirendi Titio tantum, vel vtrique. i. mihi & Titio. Dicitur quòd non nocet opinio serui quin mihi totum adquiratur. Secundò dicit: quod dixi in seruo, idem in procuratore meo. Fran. Accur.

Qui mihi donatum [a] volebat, seruo communi meo & Titij rem tradidit [b]: seruus vel sic accepit, quasi socio [c] adquisiturus: vel sic, quasi mihi & socio: quærebatur quid ageretur [d]. Et Placet quamuis seruus hac mente acceperit, vt socio meo [e], vel mihi & socio adquirat: mihi tamen adquiri [f]. Nã & si procuratori meo hoc animo rem tradiderit, vt mihi [g] adquirat, ille [h] quasi sibi adquisiturus acceperit: nihil agit in sua persona, sed mihi adquirit [i].

a ¶ *Donatum volebat.* id est donare.
b ¶ *Rem tradidit.* vt statim res mea fieret: *vt s. e. l. absenti. in fi.* alias secus: *vt j. eo. l. si tibi dederim rem.*
c ¶ *Socio.* tantùm, & non mihi. M.
d ¶ *Ageretur.* id est quid iuris esset.
e ¶ *Meo.* tantùm.
f ¶ *Adquiri.* præualet enim donatoris voluntas.
g ¶ *Mihi.* s. domino.
h ¶ *Ille.* procurator.
j ¶ *Adquirit.* Imò non statim: *vt j. de fur. falsus. §. j.* Sed ibi erat falsus [a] procurator, hic verus. ¶ Item contra. *j. de solu. l. cum quis. §. j.* Sed ibi reuocatum [b] erat mandatum. ¶ Item contra *s.* [c] *de neg. gest. l. si ego.* Sol. secundùm quosdam ibi loquitur in procuratore debitoris: *argu. s. de donat. inter vir. & vxor. l. si sponsus. in princip.* Sed non placet quia ibi dicitur creditorem inuito debitore posse habere ratum. Alij dicunt ibi loqui in generali [d] procuratore: hic in speciali. Tu dic in gestore loqui: & sic dicitur procurator. i. [e] procurans negotia creditoris. *sic ponitur s. de procu. l. Plautius.* Vel erat procurator ad alia: non ad illam pecuniam accipiendam. ¶ Item contra *j. de adquiren. re. do. l. res ex mandato. & C. de his qui à non do. manu. l. ij.* quibus dicitur non statim fieri domini. Solu. secundùm Azo. ibi in generali procuratore: hic in speciali. nam plerunque plus operatur speciale mandatum: *vt s. de procu. l. Pomponius.* Sed certè tantum [f] operatur regulariter generale mandatum quo ad omnia, quantum speciale quo ad speciem: *vt s. de adminis. tut. l. si duo.* Tu [g] dic ergo, aut vterque gessit tradens & accipiens, seruus. s. vel procurator meus, vt mihi quæratur: aut alter tantum: aut neuter. Primo & secundo casu mihi quæritur statim: *vt hic & j. de adqui. re. do. l. per seruum. §. fin. & l. si procuratorem. & C. si quis alteri vel sibi. l. fin.* Tertio. s. quando neuter: non statim, nisi quando mihi domino tradetur: *vt in contrarijs. & j. de adqui. poss. l. j. §. hac quæ de seruis. & C. e. l. procuratorem. quæ sunt eodem modo contraria.* & hoc siue ex donatione, siue ex alio contractu fiat traditio seruo meo vel procuratori.

Expensæ culturæ factæ causa donationis, non repetuntur. Bar.

XIV IVLIANVS *libro septimodecimo Digestorum.*

Qui alienum fundum donationis [k] causa excolit, nullam retentionem propter impensas [l] faciet: quia domini [m] res ab eo iniectas continuò efficit.

Reus potest donare post crimen contractum, & ante sententiam condemnatoriam: post non. Bartolus.

Qui alienum.] CASVS. Qui animo donandi colit fundum meũ non habet retentionem propter impensas: cùm eas donauerit. Fran. Accur.

k ¶ *Donationis.* veræ vel [h] interpretatiuæ: putà [i] cùm malæ fidei possessor est qui excolit: *vt in Ins. de re diui. §. ex diuerso. & supra ad leg. Aquil. l. si seruus. §. si oliuam. & facit ad hoc C. de neg. gest. l. alimenta.* Accur.

l ¶ *Impensas.* necessarias.

m ¶ *Domini.* scilicet fundi. Accur.

Post contractum.] CASVS. Si fecisti delictum, & postea [k] donasti de bonis tuis alicui: valet donatio. sed postquam esses condemnatus donare non posses. Fran. Accur.

n ¶ *Crimen.* nisi sit læsæ maiestatis: *vt j. eo. l. donationes. §. perfecta. & C. ad l. Iul. maie. l. vc. & fi. & de bo. proscri. l. si quis postbac.*

o ¶ *Valent.* nã & soluere, & solui ei potest: *vt & j. de sol. reo. & l. seq.*

p ¶ *Secuta sit.* scilicet crimen antequam fieret donatio: quia tunc non valet: *vt hic dicitur.* & distingue [l] inter donationem, inter viuos, & inter coniuges, & causa mortis: *vt plene not. C. de do. inter vi. & vxo. l. res. & ss. l. t. j. l. si aliquis. in fi.* Accur.

Ex hac.] CASVS. Testator in testamento dixit. sciant heredes mei me vestem vniuersam ac res cæteras quascunque in die mortis meæ mecum habuero, libertis meis donasse. dicitur quòd per hæc verba videtur donare libertis. Fran. Accur.

q ¶ *Ex hac scriptura.* s. quæ sequitur.

r ¶ *Pertinere.* nã per talem [a] scripturã videtur donare causa mortis: vt plus videatur dictum, & minus scriptum: *vt s. de hered. instit. l. j. §. pe. & §. fi. & C. de testa. l. errore. & supra de le. ij. vnum ex famil. §. fin.* & sic valet vt donatio causa mortis, vel legatum. [b] *sic & C. eo. l. donatio. & C. de fal. cau. ad leg. l. j.* Vel quia confitetur ex certa causa se debere. præiudicat enim talis confessio: *vt s. de procur. l. cum de indebito. §. fin. & C. de non nu. pecu. l. generaliter. & s. depos. l. publica. §. fi.* & sic valet donatio inter viuos. ¶ Sed contra videtur. *s. de hered. instit. ex facto etiam agitatum.* prout est ibi in litera, quem institueram. Solu. hic de benignitate, ibi de rigore. Vel aliud est in institutione hæredis, vbi maior solennitas exigitur, quàm in donatione. Alij habent ibi, quem non institueram: secundũ quos non est contra. ¶ Item est huic l. contra. *supra de leg. ij. l. Titia. circa princip.* Solu. hic testator vsus est verbo præteriti temporis: ibi futuri, scilicet legauero pro qua solutione est *s. de hered. instit. qui volebat. & de testa. mili. l. testamento militis.* in vtraque enim verbum est præteriti temporis. At vbi est verbum futuri temporis, obtinet vim conditionis: *vt s. de leg. j. l. vj. & de condict. indeb. qui promisit.* Vel dic secundo, hic de benignitate: ibi de rigore iuris. Vel ibi non fuit expressa species vel quantitas, hic sic. & est argu. *l. j. rem ra. ha. l. ne satisdatio. & C. de arbi. l. ne in arbitris.* ¶ Item contra. *s.* [c] *de condit. & demon. cum tale. §. f.* sed ibi demonstrando dixit, ex centum quæ tibi legaui, da illi decem. & magis animo deminuendi. hic volédo dare dixit. ¶ Item contra. *s.* [f] *de lega. ij. Titius. §. Caius.* Solu. non debentur illata in prætorium vxoris ipsi vxori: quia adhuc erant penes testatorem: & ciuiliter & naturaliter possidebat. Præterea non expressit certam speciem vel quantitatem. Item mens testatoris erat ibi exonerare vxorem de illis rebus de quibus hæredes eam suspectam habebant: vnde ad ea tantum se retulisse videtur. ¶ Item arg. contra. [g] *C. de test. l. verba.* sed ibi est casus econtrario: quia dixit se non donasse. ¶ Item arg. contra huic l. *j. eo. l. nud.* Accur.

XV MARCIANVS *libro tertio Institutionum.*

Post cõtractum capitale crimen [n] donationes factæ valent [o] ex constitutione diuorum Seueri & Antonini [*]: nisi condemnatio secuta sit [p].

Verba enuntiatiua in vltimis voluntatibus dispositionem inducunt. Bart.

XVI VLPIANVS *libro secundo Responsorum.*

Ex hac scriptura [q], *Sciant hæredes mei me vestem vniuersam, ac res cæteras quascunque in diẽ mortis meæ mecum habui, illi & illi libertis meis viuum donasse*: dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere [r].

Donatio potest fieri liberando debitorem. Bar.

XVII IDEM *libro quinquagesimo octauo ad Edictum.*

Si in stipulatum, iudicatum [f] nouationis causa deductum sit, & stipulatio donationis causa accepta lata: dicẽdum est locum liberationem [t] habere.

Contractus innominatus qua-

Si in stipulatum.] CASVS. Si quod debebas ex causa iudicati, promisisti mihi per stipu. animo nouãdi factam: & postea accepto fero tibi stipulationem animo nouandi factam, fuisse factã animo donandi: dicitur quòd liberatus es. Fran. Accur.

f ¶ *Iudicatum.* i. quod debetur ex causa iudicati. Accur.

t ¶ *Liberationem.* & per [h] liberationem, donationem. ¶ Sed quid si non animo nouandi stipulor iudicatum: & accepto fero stipulationem? Respon. remanet actio ex sententia: *vt arg. j. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione. & j. de pact. l. postquam. & s. de iureiu. l. si alter deferat.* Sed arg. contra. *s. si quis cau. l. ij. in prin. & de pact. l. Labeo. & de iureiur. duobus. §. exceptio.*

Arista.] CASVS. Si dono tibi seruum non simpliciter sed cum causa: dicitur quòd non es mihi obligatus prout refertur ad donationem. vnde si dono tibi seruum vt post quinquennium manumittas: antè quinquennium est donatio: & non possum agere contra te. secus autem esset si tibi donaui hoc pacto vt incontinenti manumittas. nam tunc statim possum agere, cùm non dicatur donatio. hoc autem quod dixi in prima parte, est verum nisi ego retinuissem vsumfru. Secundò dicit: pone quòd donaui tibi seruum alienum hoc pacto vt eum manumittas post quinquennium. nunquid interim poteris vsucapere? dicitur quòd sic, si donarem tibi causa mortis. [LABEO.] Donaui tibi fundum alienum

[Marginal notes, left:]

† Flagere.

a Procurator falsus dominium alteri non adquirit.
b Procurator cuius mandatum reuocatũ est verum dominium adquirat ei qui mandatum reuocauit.
c Legis si ego sup. de negotiis interpretatio: & de quo procuratore loquatur: an debitoris, an creditoris, an generali, an improprio, an ad alia negotia.
d v. gloss. l. 24. sup. de negotiis.
e Procurator pro negotia procurãte seu gestore negotiorum.
f Generale mandatum quod ad omnia, tantum operatur, quãtum speciale quoad ad speciem v. g. l. 10. l. s. §. per procuratorem inf. de adq. poss.
g Procurator an & quatenus dominiũ nobis adquirat. adde glossam in l. 1. §. per procuratorem inf. de adquirenda poss. l. si ego. 24 sup. de negotiis.
h Donationũ alia est vera, alia interpretatiua.
i Donare expensas culturæ videtur qui mala fide agrum alienum excolit.
k Donatio facta ante delictum, vel ante delicti iadosiĩ accusationẽ, post accusationem, post litis criminali seu accusationis cõtestationẽ. post sententiam valeat. vide hic Bartolum.
l v. ad hanc glos. Albertum de Gandino tract. de maleficiis rubrica de bonis malefactorum.

[Marginal notes, right:]

a Scriptura de qua in hac lege, the c. s. si ãt hæredes mei me id viuum donasse, induxit dispositionem fideicommissi vel legati: at non inter viuos aut mortis causa. & hanc secundã glossæ opinionem sequitur hic post Dynũ & Iacobum de Aretio Barto.
b Verba enũciatiua per modum conditionis incidẽter propter aliud, vel propter se prolata quid operentur. v. hic Bart.
* si condemnatio.
c Verba enũciatiua per modum causæ prolata quid operentur. v. hic Bartolum.
d Verba enũciatiua per modum demonstrationis prolata quid operentur. v. hic Bartolum.
e Verba enũciatiua principaliter propter se prolata dispositionem inducũt quam natura illorum patitur. aliàs si natura verborũ id nõ patitur, dispositionẽ non inducũt. v. hic Bartol.
f Solutionem ad hanc & frequentem legẽ contrariam. v. hic apud Bart.
g Donare videtur, qui alium debito liberat.
h Hæc gl. communiter reprobatur. Nã cum acceptilatio solutionis vim habeat, vt inf. de sol. l. quod j. quinto. §. fin. sicut per veram solutionem ambæ obligationes tolluntur vt d. l. qui rem. §. si ita per acceptilationem: vt l. non solum. §. s. de lib. le. ferme tamen de Bar.

alienum.in eo fecisti expensas,nunc euictus est à te,an habeas regressum contra me,quæritur.Dicitur quod non,nisi sciens alienũ donaui.nam tunc teneor act.de dolo ad expensas quas fecisti. Fran.

a ¶ *Cum mixtum*. quia b non est simplex donatio, sed cum causa.vt ꝭ.eodem.l.j.§.j.& y.

b ¶ *Non contrah.* i. non obligo eum cui dono, in eo in quo est donatio, nisi secundùm M. naturaliter c. quod non placet, nisi intelligatur de illa naturali quæ ad antidora d obligat:vt ꝭ. de petit.hered.sed & si lege.§.consuluit.

c ¶ *Denique.* ecce exemplum.

d ¶ *Quia donatio.* f. ministerij quinquennalis.& ideò ante quinquennium nec pœnitere e nec agere posſũ. & sic non est contra.ꝭ. mandu. l. si quis alicui. §. j. & de condic. ob cau.l.iij.§.j. quia ibi nō fuit mixtum negotiũ, sed simplex f datio ob causam, non habens animum liberalitatis. & ideò pœnitere g & agere ante tempus possum.hic h verò aliquatenus est liberalitas:& ideò cessat pœnitētia: vt & C. eo.l. sine emancipatus. Vel refert cuius gratia tempus sit adpositum:ar.ꝭ.de leg. ij.l.si ita.§. Pegasus. & de annu. leg. l. cum qui aliās. Lauolenus.Acc.

e ¶ *Tradidissem.* f. seruum.Accursius.

f ¶ *Continuò.* statim

g ¶ *Obligationē.* Sed quomodo agatur si nō manumittatur, cùm iam liber fit ex constitutione post moram:vt C.si mancip. ita fuerit. all. vt man.l.j.& supra.de condict.ob cau.leg.si pecuniam. §.j.& qui sine manu. ad liber.perue. L. Latinus. Econtra si non fuit in mora agere non possum. Respon.non dicitur hic quòd agatur sed contractam esse obligationem,quæ fuit per constitutionem sublata. & sic per momentum durauit hæc obligatio. 2. Vel dic quòd hic fuit actum vt manumissio fieret per vindictam:& sic non succedit constitutio. vt infra.de test.milit.qui Romæ.§.Flauius Hermes. & sic potest intelligi.supra.si certum pe.si nummos.circa. princ. & de condict.ob cau. dedi. in respons. & de ser. ex lege. seruus. & de præscript. verb. l.naturalis. §. at cum do. & secundùm i hoc expone superiorem literam non posse agi ante quinquennium.f.vt fiat manumissio:& quòd hic dicit esse obligationem dic f. vt fiat manumissio. 3. Vel dic tertiò quòd hic erat talis seruus qui non poterat ad libertatem peruenire: & ideò non potest succedere constitutio.& tunc expone superiorem literam non posse agi ante quinquennium &c.f.ad repetendum.& sic esse obligationem,scilicet ad repetendum condict.ob causam.

h ¶ *Vt aliquid.* putà si sibi retinuit vsum siue ministerium quinquennale,vel voluit vt illo quinquennio esset in pœna.& ita hoc casu poterit agi ante quinquennium cùm gratia dantis, non accipientis sit positum.

i ¶ *Alienus* id est non tradentis.

k ¶ *Vsucapiatur* ante quinquennium. quod olim anno, hodie triennio fit:vt Instit. de vsucap.in princ.

l ¶ *Quia.* quòd videtur.quia &c. q.d. videtur vsucapi,quia titulus donationis adest,scilicet donatio.

m ¶ *Interuenerit.* idem vbi nil donationis interuenit,vt in superiori respon.quia animum habuerit transferendi dominium: vt dixi. ꝭ. sed.in adilibus.§.fin.

n ¶ *Pomponius ait.* scilicet an vsucapi possit antequam donator conualuerit. Azo.& quòd vsucapi potest, patet. ꝭ.tit.j. leg. qui alienam.& l.si alienam.in princ.

o ¶ *Vsucapionem*, antequam conualescat.

p ¶ *Sequi.* pro donato.sic infra pro dona.l.prima.in fin.j.resp.

q ¶ *Competere.* sed per retentionē k serubo sumptus: vt ꝭ.de fur. l.qui insulæ. §.fina. & ꝭ. de rei vindi. l. sumptus. etiam à donatore, si is fuit qui donationem potuit reuocare: vt infra de except. doli. apud Celsum.§.si minor.

r ¶ *Eum.* donantem.

f ¶ *Si dolo fecit.* sciēter donando rem alienam: vt & ꝭ. de ver.obli. l. si id quod. ¶ Sed videtur de dolo nō posse agi:quia aut sciuit a donatarius rem alienam, & tunc est quod sibi imputetur. Aut ignorauit: & tunc quia potuit expensas cōseruare: b, denegandà est de dolo.Respon. pone nō potuit. quia non possidebat: sed c alio possidēte res ei euicta est: vt & sup.de euic. l. euicta.§.j. Vel quia tales sunt sumptus d quos euincēs non habet necesse reddere: vt quia laribus auitis careret: vt ꝭ.de rei vindic. l. in fundo. ¶ Vltimò si quæras, an donator de euictione e teneatur: dic secundùm Azo. quod sic.hodie: cùm assimiletur f vēditioni:vt in Instit. de dona. §.alia. Tu dic,aut fuit de ea promissũ,& tenetur donator.C. de euic. l. ij. nā pro g qualibet causa de euictione pmitti potest:vt & sup.de adil. edic. lege stiendum. Aut nō fuit promissum: & tunc aut cœpit h à datione, siue traditione: & non tenetur de euict.sed de dolo, si intercessit.aut à promissione i vel pactione: & tunc agi potest. vt hîc. & C.de iure do.l.j.& sup. de adil. edict. lege ad res. & ꝭ.de verb.oblig.l.vbi autem.§.fin.

tenus continet donationem: non potest ex pœnitentia reuocari.

XVIII. IDEM *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

ARisto ait, cùm mixtum a sit negotium cum donatione, obligationem non cōtrahi b eo casu quo donatio est. & ita & Pomponius eum existimare refert. 1. ¶ Denique c refert Aristonem putare, si seruum tibi tradidero ad hoc, vt cum post quinquennium manumittas, non posse ante quinquennium agi:quia donatio aliqua inesse videtur: aliter atque, inquit, si ob hoc tibi tradidissem e, vt continuò f manumitteres. hic etenim nec donationi locum esse: & ideò esse obligationem g sed superiore casu,quid acti sit, inspiciēdum Pomponius ait. potest enim quinquennium non ad hoc esse positum, vt aliquid h donetur.

Ex traditione etiam reuocabili transfertur vsucapiendi conditio, si tradens non erat dominus: sed eo casu quo fuisset dominus, fuisset translatum dominium. Pau.de Cast.

2 ¶ Idē Aristo ait,si donationis causa in hoc tradatur seruus, vt post quinquēnium manumittatur, sit autem alienus i: posse dubitari an vsucapiatur k: quia l aliquid donationis interuenerit m: & hoc genus quæstionis in mortis causa donationibus versari Pomponius ait n: & magis putat, vt si ita donetur, vt post quinquennium manumittatur, posse dici vsucapionem o sequi p.

Donator non tenetur de euictione: sed de dolo, si intercesserit.

3 ¶ Labeo ait, si quis mihi rem alienam donauerit, inque cam sumptus magnos fecero, & sic euincatur, nullam mihi actionem contra donatorem competere q: planè de dolo posse me aduersus eum r habere actionem, si dolo fecit.

Donatio reipublicæ sine causa fieri non potest Bart.

XIX. IDEM *libro septuagesimo sexto ad Edictum*

HOc iure vtimur t, vt in rebus publicis †, cum de donatione quæritur, illud solùm spectetur: vtrum ob causam aliquam iustam reipublicæ promittat u quis, vel polliceatur x, an non: vt si ob honorem y aliquem promittat, teneatur z, sin minus, non a.

HOc iure.] CASVS. Si promitto causa dona. alicui ciuitati.c. ita demum teneor,si ob causam iustam promisi,putà ob honorem.[CAESO AIT.]Cōuenisti mihi dare x. si ero aduocatus tuus. vel procurator tuus. vel si satisdo pro te. dicitur quòd nullus istorum contractuũ est donatio: sed dicas quod est contractus innominatus. [NON POTEST.]Donatio facta inuitò,nō tenet.[SI QVIS DEDERIT.]Mutuaui tibi x.vt redderes Seio,cui donare volebā prædictā x.dicitur quòd si soluas Seio mortuo me, effecta est Seij pecunia,siue sciebas, siue ignorabas me mortuum. & tu ibi demum liberaris à me, vel ab hæredibus meis,si ignorabas me mortuum,& soluisti, sed si mandaui tibi vt de pecunia tua x. des Seio nomine meo,quia volebam sibi donare: si tu ignorās me mortuum dedisti, habes obligatos heredes meos act. mandati. si sciebas & soluisti,tibi imputes. [SI QVIS SERVO.] Seruus mutuum quod acceperat in serui.liber factus promisit, dicitur quod non est donatio,sed debiti promissio, idē in pupillo: si quod ipse mutuò acceperat auctore tutore,promisit:non est donatio. Vltimò dicit.donatio quæ fit cum causa, non est vera donatio.vnde si dono tibi x.si iures te nomen meum laturum.i. exaltaturum:non dicitur pura donatio,sed ob causam.Fran.Accursius.

¶ *Hoc iure vtimur.* construe: vt cùm quæritur de donatione f. facta in rebus publicis.i.in ipsas respub.aliquarum ciuitatum.

u ¶ *Promittat.* per stipulationem. Accursius.

x ¶ *Polliceatur.* nuda promissione. vt ꝭ.de polli.l.pactum.

y ¶ *Ob honorem.* vel aliam iustā causam, vt prædixit. & ꝭ.de polli. lege.j. in prin. & est sic in Authen. de san. episc. §. si quis autem episcoporum. & §. pro consuetudinibus. ¶ Sed nonne k cadit in l. Iul. de ambitu: vt. ꝭ.ad l.Iul.de ambi. l. j.in prin. quæ est contra? Respon.hic palàm,ibi clàm.arg.supra.de adm.tut.l.non existimo.& sup. de re. iud. l.si in fi.& ad hoc supra. de offic. prætor. l. Barbarius. vbi de hoc dixi. & de neg.gest.quæ vtiliter.in prin.& ꝭ.de polli.lege.j.& leg. totiens.& leg. ex pollicitatione.& l.si quis ob honorem.& de mu.& hono. l. æstimationem.§.qui pro honore.

z ¶ *Teneatur.* nō tñ est simplex donatio, sed l ob causam: vt ꝭ.e.§.

a ¶ *Sin minus* nō.nisi facere cœperit: vt inf. de polli.l.j. §. item si ne

a De intellectu huius legis v men ad hanc legē no e as vbi dixi.
b Donationibus plerūque miscetur negotium id est causa.
c Donatarius obligatur donatori naturaliter ad antidora seu remunerationem.
d Antidora.
e Pœnitere nō licet.
f Datio ob causam aliud est à donatione cui admiscetur conditio.
g Priore casu ante tēpus permittere licet. posteriore nō licet.
h Pœnitere licet.
i Tradens seruum vt post quinquennium manumittatur obligatur, et agi non potest ad manumittendum, tamen actio non competit ante quinquennium.
k Retentione seruare sumptus possumus.
a Sumptus in re aliena donata factos eo qui fecit aliquam, non repetuntur.
b Sumptus quos per retentionem donatarius seruare non potest à domino, hos repetere potest à donatore.
c Retentione seruare sumptus potest, qui rei possessionem tenet, is est cum qui possidet.
d Sumptus in modicos non debet restituere possessionis qui euincit.
e Donator an & quatenus de euictione teneatur. adde Ferrar. eod.tit. de donatione inf.
f Donationis & vēditionis similitudo: vt de tamen hīc differentiam pod Castrensem.
g Euictio pro qualibet causa promitti potest.
h De euictione de liberalitate in temp. & quibus de causis. Vide Cie. ibi. & alle.
h Donatio quandoque incipit à traditione, donator non tenetur de euictione, sed de dolo tantùm actione, si dolus intercessit. Imò si dolus intercessit tenetur de euictione, quemadmodum & pactum intercedit, vt donator de euictione teneatur. gl. ad.
i Donatio si incipit à promissione, donator tenetur de euictione vt hîc.
k Ambitus non tenetur qui Reipublicæ quid palā ob honorem promittit:
... ob honorem ... sed ob causā.

f

causa. Sed quare non potest fieri donatio [a] sine causa in rempublicam possit fieri in priuatū: & satis est causa ipsa liberalitas? Resp. vt C. de cadu. toll. l. j. in fin. & in Authen. vt indi. sine quoque suffra. §. cogitatio.

a ¶ *Adfuero.* putà aduocatus vel procurator pro te.

b ¶ *Dedero.* fideiubēdo pro te. Accur.

c ¶ *Fueris.* supple dabis mihi decē. prædicta quidē non faciunt donationē: sed contractū innominatū do vt des: vel facio vt des: vt hic, & ff. de praescri. verb. l. naturalis. §. at cum do. & §. quod si faciam. & j. e. t. l. §. fin. & ff. e. t. l. Aristo. & facit ff. e. t. l. j. §. j. & ij. & infra tit. j. l. mortis causa capitur. §. sine donatione. Alij sic ponunt, vt nec iure donationis nec alio iure valeat: vt si eram miles qui talia tibi facere debebam: quod non poteram: vt C. locati. l. milites. & C. de condict. ob caus. lege. si militem. Vel clericus vt in Authen. de sanctis. episc. §. alium. Vel procurator fisci: vt C. ne fiscus vel respub. per totum: Vel potentior ratione officij: vt C. ne liceat po. l. j. & ij. & sic est secundū istos extra donationē, & extra aliam obligationem. s. huiusmodi pactum de quo dicitur in littera.

d ¶ *Non potest liberalitas.* id est donatio: sic dicta quia libere fit: vt ff. e. t. l. j. in princi. necessitate remota: vt j. eo. t. l. donari. Alij etiam hoc de priuilegio intelligunt: quod nō placet: sed tunc loquitur. j. de reg. iur. l. inuito. vbi plenè dices.

e ¶ *Adquiri.* directò, sed per obliquum sic: vt j. de so. si debitor tuus. & ff. de adquire. do. etiam. & de ver. ob. seruus vetante domino. quae sunt contra. & ff. C. de iur. de lib. lege. nec emere. & supra de bo. pos. l. ij. §. inuito. & j. de regu. iur. inuitus. §. fina.

f ¶ *Mortuum.* scilicet donantem. Accursius.

g ¶ *Dabat.* Seio. nec tamen ex hoc pacto Seio adquiritur actio: quia alteri stipulari vel pacisci &c. vt C. de contrahen. stipu. l. ij. quae est contra.

h ¶ *Fuit dantis.* hæc est solutio contrarij: vt sup. eo. t. l. ij. §. pe. & ff. cer. pet. l. si et qui. §. quia verò. in quibusdam tamen cōcordat lex illa.

i ¶ *Liberatus.* secus qui sciuit, quia mādatum morte finitū fuit. Ir.

k ¶ *Vt pecuniam tuam.* non mihi debitam.

l ¶ *Actionē.* propter iustā ignorantiam: licèt mandatū sit morte finitū. & sic. j. pro empt. l. qui fundū. §. seruum meus. & supra de lega. ij. l. cum pater. §. Manio. & Insti. m nda. §. recte. & §. seq. & supra. manda. l. inter causas. §. j. & de sol. l. cum quis. §. l. & l. si seruus. Accur.

m ¶ *Si sciens.* scilicet me mortuum. soluisti Titio.

n ¶ *Non habebis.* s. aliquam actionem contra heredes meos.

o ¶ *Non erit donatio.* Naturalis obligatio impedit donationē. vt hic & j. e. t. l. donari. nā dicit, nullo iure &c. Sic ergo seruus naturaliter obligatur etiā in seruitute. vt hic. & Insti. de fideius. §. j. & ff. de condic. inde. l. si id quod. & de pec. l. nec seruus. & supra de negot. gest. cum actum. & l. Proculus. & l. at qui natura. Idem in pupillo, vt naturaliter obligetur etiam sine tutore, licèt non sit locupletior vt hic subijcitur. & j. de nou. lege. j. & j. de so. in numerationibus. §. j. & ff. de rescin. ven. leg. si id quod. §. j. & ff. ad leg. Fal. si pupillus. & quādo etiam sit ibi illud §. ij. Sed contra. j. de act. & oblig. l. pupillus.

Quod ob causam datur, non est donatio. Bart.

1 ¶ Labeo scribit extra causam donationum esse talium officiorum mercedes, vtputa si tibi adfuero [a]: si satis pro te dedero [b]: si qualibet in re opera vel gratia mea vsus fueris.

Causa interdum ponitur pro causato nā liberalitas non est donatio sed virtus animi. Pau.

2 ¶ Non potest liberalitas [d] nolenti adquiri [e].

Mandatum morte finitur: sed propter ignorantiam eius effectus durat quoad liberationem. & quo ad actionem. Bart.

3 ¶ Si quis dederit pecuniam mutuā Titio, reddendā Seio, cui donatum volebat: deinde Titius mortuo donatore Seio dedisse proponatur: erit consequens dicere, pecuniā Seij fieri: siue mortuum [f] sciuit, siue ignorauit is qui dabat [g], quia pecunia fuit dantis [h]: sed si quidem ignorauit mortuum: erit liberatus [i] si sic mutuam pecuniam accepit soluendam Seio. Sin autem mandauero tibi, vt pecuniā [k] Titio des, cui donare volebam: & tu ignorans me mortuum, hoc feceris habebis aduersus heredes meos mandati actionem [l]: si sciens [m], non habebis [n].

Solutio naturalis debiti non est donatio. Bart.

4 ¶ Si quis seruo pecuniā crediderit, deinde is liber factus eā expromiserit: nō erit donatio [o], sed debiti solutio. Idem in pupillo [p] qui sine tutoris auctoritate debuerit, dicendum est, si postea tutore auctore promittat.

Stipulatio ob causam, non est donatio. Bartolus.

5 ¶ Sed & hæ [q] stipulationes quæ ob causam fiunt, nō habent donationem [r]. 9 ¶ Denique Pegasus putabat, si tibi centum spopōdero hac cōditione, si iurasses te nomen meum laturū [s], non esse donationem: quia ob rem [t] facta est, [&] res secuta est.

Promissio facta per errorem non praeiudicat patrono in portione sibi debita: sed heredi bene praeiudicat in Falcidia. Bart.

xx. MARCELLVS *libro vicensimo octauo Digestorum.*

SI patronus ex debita [u] parte heres instituatur [x], & libertus fidei eius [y] commisit vt quid daret [z], & hoc stipulanti fidei commissario promiserit [a]: nō erit cogendus soluere [b]: ne pars ex legibus [*] verecundiæ [c] patronali debita minuatur [d]. 1. ¶ De illo dubitari potest, qui quod per falcidiam [e] retinere poterat, voluntatē testatoris secutus spopōdit [f] se daturum. Sed magis est, vt nō possit suæ confessioni obuiare [g]. quemadmodū enim si soluisset, fidem testatori suo adimplesse videbatur, & nulla ei repetitio concessa fuerat [h]: ita & stipulatione præcedente [*]: contra fidē testatoris quā adgnouit [i] venienti ei merito occurretur [k].

vbi nec naturaliter dicit teneri: sed hic proximus pubertati, ibi proximus infantiæ: Vel ibi cū tutore contraxit, hic cū alio: Inde tenetur naturaliter, licèt nō sit locupletior, nec interuenerit tutor, vt dixi

p ¶ *Idem & in pupillo.* vt debitum videatur soluere, & sic. s. quia: videtur soluere debitum: non quæritur vtrum excedat legitimam summam, vel nō quod in donatione quæritur nā semper tenebitur.

q ¶ *Sed & hæ.* non solum superiores.

r ¶ *Donationem.* simplicem, sed ob causam: vt ff. e. t. l. j. & seq. & l. Aristo. & ff. e. t. l. j. §. j.

s ¶ *Laturum.* i. exaltaturum vel diuulgaturum. s. Vel aliter. i. si velles de cætero meo nomine appellari: de qua vocatione fit mentio. ff. ad Trebell. sed sciendum. & l. facta. §. si vero nominis. Accursius.

t ¶ *Ob rem.* s. futuram: tamen in præteritum respicit: vt ff. de condict. indeb. l. damus. Accursius.

SI patronus.] c a sus Si patronus ex debita parte institutus heres à liberto, & grauatus sit vt aliquid ex hac parte daret Titio cuidam extraneo: & patronus etiam promisit illi fideicommissario dare, dicitur quod non tenetur. [DE ILLO.] Id quod heres poterat per Falcidiam retinere, volens adimplere voluntatem defuncti promisit legata etiā in solidum. dicitur quod tenetur: quia & si soluisset, non repeteret. Fr. Accursius.

u ¶ *Si patronus ex debita.* olim dimidia. hodie tertia: vt insti. de suc. lib. in princ. & §. sed nostra constitutio.

x ¶ *Instituatur.* à liberto.

y ¶ *Eius.* s. patroni.

z ¶ *Daret.* s. patronus ex portione sua cuidam extraneo.

a ¶ *Promiserit.* patronus errans in iure, vel facto: vt argu. ff. ut in poss. leg. l. j. in principio. & j. de fideius. l. si quis postquam. & ff. ad Trebel. l. patronus. & lege. si eius. §. finali. & l. ita. §. si patronus. & supra de inoff. testa. l. mater. Sed argu. contra. supra. si quid in frau. pa. l. si patronus. in prin. item j. proxi. §. Sed hic magis est debitum patrono. habetur enim vt æs alienum, arg. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis impubes. & supra ad l. Fal. in ratione. §. quod vulgò. Sed huic l. videtur contra. supra fami. erc. l. qui erat heres. §. si autem. Sed hic præcedebat aliud debitum. s. bonorum poss. debita patrono. Accur.

b ¶ *Soluere.* quia vt dixi, habetur vt æs alienum, quia promisit liberto viuente hic patronus. s. fideicom. vt ff. ad l. Fal. quod de bonis. §. j. & de acquir. her. l. qui superstitis.

c ¶ *Verecundiæ.* id est reuerentiæ. Accursius.

d ¶ *Minuatur.* quod esset si deberet præstare hoc fideicommissum.

e ¶ *Per Falcidiā.* iure institutionis non etiā iure naturæ. R. Ac.

f ¶ *Spopōdit.* sciens vel errās in iure: quia non certat de dāno vitādo: vt ff. proxi. resp. secus si in facto: vt C. ad l. Fal. leg. error. Item post mortē testatoris, non antè: vt ff. ad l. Fal. lege. quod de bonis. §. j.

g ¶ *Obuiare.* sic C. de pact. l. pe. & de non num. pec. lege generaliter.

h ¶ *Concessa fuerat.* vt & C. ad l. Fale. lege j. & l. si. & de fideicom. l. j. & ij. & C. de testa. l. non dubium. §. illud. & supra de condic. indebi. l. fideicōmissum.

i ¶ *Adgnouit.* id est agnouisse videtur.

k ¶ *Occurretur.* id est contradicetur. aliter accipitur vel etiam sic. j. de ve. ob. l. ij. vbi autem non apparet. §. qui verò.

a Donatio sine causa cum non in Rempublicam fieri possit vt in priuatum.

b Fideiubendi causa licitè potest pecunia accipi.

c Extra donationis causam esse ea hic significat donationem nisi non esse conceptā & ideo in alterutrum rescindi an potius neque donationis, neque alterius contractus titulo valere?

d Donatio nō est quod ob causam datur, sed obstat innominatum. si persona cui datur aliquid ob causam nō est prohibita tale exercere officiū. vt hic.

e Iniuria videtur esse locatio ? v. his Bartolum.

f Liberalitas pro donatione.

g Causa pro causato nunquam accipitur.

h Donatio nō dicatur liberalitas.

i Donare in directō nō possimus, sed per obliquum.

k Alteri stipulari vel pacisci nemo potest.

l Mandato domandi morte donatoris finitur, potest procurator domini iure transferre si mandati reuocationem ignorauerit.

m Obligatio naturalis donationem impedit.

n Obligantur naturaliter serui etiam in seruitute.

o Obligantur naturaliter pupilli sine tutore, etiam si non sint locupletiores.

a Pupillorum alij puberes, alij infantiæ proximi & quae sit eorum differentia.

b Donatio est quod ob causam fit datio.

c Nomen alicuius ob pacto ferre possumus, vt & insignia testamentis.

* Iulian. & Papin. Infer. de iure fisc. liber.

f Iniuria, a contrario quod ob rem. contra ut infra ... de qua per Alexan. post Fal. de leg. ... d. Titio, de pact.

d Legitima patrono debetur tertia.

* Flo. procedente.

e Legitima patronis debita vt æs alienū, liberto mortuo deducitur: vt quia promisit liberto viuente.

f Falcidia iure institutionis non natura.

g Falcidiam non deducit qui non promisit scienter vel sine errore.

h Confessio contra suam contractam non potest.

i Falcidiam non deducit qui fidem testatoris integram servare voluit.

Vt mihi.] casvs. Si quod volebas mihi donare, creditori meo delegante me promisisti dicitur quòd valet donatio. Secundò dicit: si habeo debitorem qui debet mihi vltra quingenta & eum animo donandi tibi delego: nec interuenit scriptura: si tu agas contra eum: an poterit opponere except. quasi donatio non teneat in eo quod est vltra quingētos solidos? Et dicitur quòd non & reddit rationē. ego autem contra debitorem meum quondam agam si nondum soluit tibi id quod est vltra quingentos solidos: vel si iam tibi soluit, agam contra te ad illud superfluū cōdict. sine causa. Accur.

a ¶ *Delegante.* s. te.

b ¶ *Valet.* scilicet donatio. & aliàs est in litera donatio.

c ¶ *Suum.* id est [a] sibi debitum. & ideo exceptio non repellitur etiā si excedat legitimū modū: *vt j. de except. do. pure. §. si eum. & de nona. lege. si Titius. & j. de re iud. l. Nesennius. in prin.*

d ¶ *Immodicæ.* id est [b] vltra quingentos solidos: & non interuenit scriptura. Accur.

e ¶ *Exactam.* s. à me.

f ¶ *Credideris.* breui [c] manu quo casu nō posset repetentem repellere: *vt & supra. e. l. v. & in j. respon.* & sic est in contrario casu. *vt sup. proxima resp. notaui.*

g ¶ *Sint.* illi cui promiserat ex voluntate mea.

h ¶ *Rescissoria.* id est [d] veterē actionem quæ prius cōpetebat. & datur ei à lege. & sic erit perpetua: vt in Velle. *vt supra. ad Vellei. hæ actiones. & lege. debitrix. §. fin.* 2. Vel datur in integ. restitutio offic. iudicis ex clausula generali, si qua iusta causa &c. *vt supra, ex quibus cau. maio. l. j. §. fin. & l. sed & si per prætorem. §. si.* ad hoc scilicet vt ei restituatur actio vetus, quæ dicitur rescissoria eo quod rescissa liberatione quæ contigerat per delegatorem datur.

i ¶ *Tantummodo tibi.* cui promisit.

k ¶ *Conditionem.* sine causa. ¶ Et not. quòd tantū quod [e] vltra legem est vitiatur: *vt & C. eod. sancimus. in princ. & §. si autem & facit ad hanc l. s. e. l. ij. vsque ad §. si pecuniam. & supra. de except. do. Iulianus. & supra. de iure do. lege. si mulier. §. ex asse. & l. licet. §. fin. & C. de iu. do. l. fin. in princi.*

Potest quis donare patiendo se delegari. Item verus debitor delegatus non habet exceptionem donationis immodicæ, nisi rescissoria sit conuentus. Bart.

XXI. Celsvs *libro vicesimooctauo Digestorum*

Vt mihi donares, creditori meo delegāte [a] me promisisti. factū valet [b]. ille enim suū [c] recepit. 1. ¶ Sed si debitorem meū tibi donationis immodicæ [d] causa promittere iussi: an summouearis donationis immodicæ exceptione. necne, tractabitur. Et meus quidē debitor exceptione te agentem repellere non potest: quia perinde sum quasi exactam [e] à debitore meo summam tibi donauerim, & tu illam ei crediderís [f]. Sed ego, si quidē pecuniæ pecuniæ à debitore meo nondū solutæ sint [g], habeo aduersus debitorē meū rescissoriam [h] † id quod supra legitimū modū tibi promisit: ita vt in reliquum tantummodo tibi maneat obligatus. Sin autem pecunias à debitore meo exegisti, in hoc quod modum legis excedit, habeo contra te conditionem [k].

Donatio est contractus stricti iuris: ideò non veniunt vsuræ ex mora Bartolus.

XXII. Modestinvs *lib. octauo Differentiarum.*

Evm qui donationis causa pecuniā vel quid aliud promisit, de mora solutionis pecuniæ vsuras nō debere, summę æquitatis est [l], maximè [m] cum in bonę fidei contractibus donationis species non deputetur [n].

Evm qui.] casvs. Si donator est in mora dare pecuniā quam conuenit dare animo donandi, non tenetur ad vsuras: quum contractus donationis non sit bonæ fidei. Fr. Accur.

l ¶ *Summæ æquitatis est. vt & supra. de vsur. l. videamus. §. si actionem. & supra. eo. in ædibus. §. ex rebus. & l. cum de donatione. etiam lit. contest. vt C. de condi. in deb. l. j.* licèt quidam vt Roge. in hoc casu cōtra: *vt supra. de vsur. l. lite.* ¶ Sed videtur ex sola mora: *vt s. de vsur. l. cum quidam. §. fin. & j. de polli. l. j. in princ.* Sol. speciale ibi fauore reipublicæ, vt post moram debeantur etiam [f] antè lit. conte. nō antè. s. moram: *vt s. de vsur. l. liberalitatis. in prin.* Accursius.

m ¶ *Maximè.* abundat. *sic C. de inu. testa. l. fin. §. j.* nam secus [g] si bonæ [h] fidei esset: *vt sup. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei.*

n ¶ *Non deputetur.* etiam hodie, licèt [i] solo consensu contrahatur: vt hypotheca. Azo licèt quidam contra: *vt not. s. eod. l. in ædibus §. ex rebus.* Accursius.

Modestinus.] casvs. Debebam alicui pecuniam sub vsuris ff. Nonum. omni mense currentibus. dicitur quòd bene potest remittere mihi vsuras futurorum mensium, & minorare. nec dicas quòd sit vltra modum si coaceruentur summæ vsurarum omnium mensium futurorum nam spectantur singulæ summæ. [Modestinvs.] Mente captus, quia sensu caret, donare non potest. Franciscus Accursius.

Vsuræ possunt ex causa donationis remitti sine insinuatione. Bar.

XXIII. Idem *libro quintidecimo Responsorum.*

Modestinus respōdit, creditorē futuri tēporis [o] vsuras & remittere & minuere pacto posse: nec in ea donatione ex summa quātitatis aliquid [o] vitij [p] incurrere. 1. ¶ Modestinus respondit, mente captum donare non posse [q].

o ¶ *Futuri temporis.* idem [a] fortè præteriti: *argum. C. de vsur. l. vsuræ.* Accur.

p ¶ *Vitij.* vt dicatur immodica donatio. spectantur [b] enim singulæ [c] summæ singulorum temporum: *vt C. eodem. l. sancimus. §. final. & facit supra eodem lege in ædibus. §. ex rebus.*

q ¶ *Non posse.* consentire enim non potest: & [d] ideò nil alienat: *vt infra de verborum obligat. l. is cui.* Accursius.

Exceptio donationis immodicæ cōpetit fideiussori inuito reo Bart.

XXIIII. Iavolenvs *libro quarto decimo ex Cassio*

Fideiussori [r] eius qui donationis causa pecuniā supra modū † legis promisit, exceptio dari debet [s] etiam inuito reo [t]: nisi fortè reus soluēdo non fuerit, pecuniam fideiussor amittat [u].

Fideiussori.] casvs. Conueni tibi dare pecuniam vltra legitimum modum ex causa dona. & dedi fideiussorē. in eo quod est vltra modum, habeo excep. & etiam fideiussor meus etiam me inuito, me existente, non soluendo. Fr. Accur.

r ¶ *Fideiussori.* secus [e] in delegato: *vt s. eod. l. vt mihi.*

s ¶ *Debet.* in eo quod excedit legitimā summam. Accursius.

t ¶ *Inuito reo.*] *vt & infra de exceptio. lege. exceptiones. §. rei. & lege. omnes exceptiones. & Codice. de except. defensiones. & inf. de fideiuss. ex persona. & lege. si quis postquam. & C. de non num. pecun. lege si. & s. vt in poss. lega. leg. j. in princ.*

u ¶ *Amittat.* Arg. cōtra. huic rationi supra *quod quisque iur. lege. ij. §. si is.* est & alia ratio, quia interest nostra potius nō soluere &c. *vt supra de compen. l. ideo.* ¶ Sed quid si animo donandi fideiussit? Respon. fortè secus: [f] *vt s. de pact. l. quod nictum.*

Qui suo nomine donauit quod alieno debetur, non facit accipiētis pecuniam de rigore: & furti tenetur, secus de æquitate. Bart.

XXV Idem *libro sexto Epistularum.*

Si tibi dederim [x] rem, vt Titio meo nomine donares, & tu tuo nomine eā ei dederis: an factam eius putes? Respōdit, Si rē tibi dederim Titio meo nomine donares, eámque tu tuo nomine ei dederis: quantum ad iuris subtilitatem, accipientis † facta non est, & tu furti obligaris [y] Sed benignius est, si agam [z] contra eū qui rē accepti, exceptione [a] doli mali me summoueri.

Si tibi.] casvs. Tradidi tibi rem vt eam Titio meo nomine donares: & tu dedisti tuo nomine. dicitur quòd tu teneris mihi furti. & illa res non est facta Titij. & hoc de rigore. de æquitate autem si agam contra Titium rei vindi. me repellet excep. doli. Fran. Accursius.

x ¶ *Si tibi dederim.* id est tradiderim, si autem esset facta huius, in alium dominium transtulisset. *vt s. eod. l. hoc iure. §. si quis. in fin. §. quod infra negat.*

y ¶ *Obligaris.* per hoc patet quòd non feci rem tuam. nam suæ [g] rei non facit quis furtum, vt patet in definitione furti: *vt j. de furt. l. j. §. j.* Item quod dicit teneri furti: de rigore intellige, secundū B. de æquitate secus: vt subiicit. & sic nec furti, nec mandati, nec cōdict. furti. vel rei vindic. agi potest. 2. Vel dic quamlibet istarum: agi cum effectu, etiam si habet ratum ille cui est datum. 2. Vel dic verius, si habet ratum [h] *vt infra. de fur. l. si quis vxori. §. Iulianus. & l. falsus. in prin. & §. j. & C. de fur. si is cui. & supra. manda. l. si verò non renumer. vndi. §. dedi.* nulla istarum agetur, nisi forte furti quæ competit etiā si interesse desinat: *vt inf. de fur. inter omnes.* Sed arg. contra. *j. e. tit. is cuius.* Accursius.

z ¶ *Agam.* rei. vindi.

a ¶ *Exceptione* eo ratum habente & volente habere meo nomine: aliàs nō habet exceptionē. & sic incipit possidere ex alia causa, quod fieri potest: *vt in j. de adqui. pos. l. iij. §. ex pluribus. & de vsuc.*

a Ad eum per si. bi debito. Atque ita nostrū dici poterit. quod nobis debitum.

b Immodica donatio pro donatione vltra 500. solidos.

† ex quibus causis maiores. Insti. de act. §. Rursum.

c Manu breui aliquid facere.

d Rescissoria actio prouenit vetere actione & primo.

e Illegitima legitimis admixta vitiantur, non vitiant.

f Donantes reipublicæ tenetur de fructibus & vsuris post morā etiam ante litē contestatam.

g Fructus & vsuræ debentur ex mora in bonæ fidei iudiciis.

h Donatio nō est contractus bonæ fidei, sed stricti iuris, vt hic Bartol. in l. tibus. §. at. §. in bonæ fidei. Inst. de act. Fararensis insul. de donat.

i Bonæ fidei non continuò sunt contractus qui consensu contrahuntur.

a Insinuatione non eget donatio vsurarum futuri & præteriti temporis quātecunque sint illæ vsuræ.

b Donatio vsurarum licet excedat 500. aureos non censetur immodica, idque fit, vt mox dicetur odio vsurarum. Proinde non eget insinuatione vt antea dictū est.

c Alij dicunt id inductum fauore liberationis. Alij, vt Castrensis, odio vsurarum.

d Alienare nō potest qui cōsentire non potest.

e Exceptio peremptoria competens principali potest opponi per fideiussorem etiam inuito principali, quia sua potius interest non soluere quàm solutū recipere. Posset etiam opponi per creditores ipsius principalis l. si cui Cod. in s enumerata, sed & per delegatum à principali debitore si sua interesset: aliàs secus. vt ibi.

† olim vsque ad centum. l. per §. vlti. C. de don.

f Adde ne erres, hoc intelligendū quod ad dominium: nam quo ad titulum secus, per l. post mortem in fi. & quod ibi no. Bal. l. C. de fideiuss. pro quo fecit. & quod autem & quod ibi not. Panor. extra de iure pat.

f Donationis immodicæ exceptio competit etiam fideiussori inuito reo. Quid si animo donādi quis fideiussit. Accursius hic putat fideiussori dictam exceptionem competere quod Bartolus hic non admittit: quia si immodica fuit in principali, immodica etiā fuit in fideiussorem. cæterav. apud Bartol. hic.

g Furtum suæ rei nemo facit.

h Ratihabitione, furti actio tollitur.

non solùm.§.j.& sup.de euic.l.si vendideris. mihi. & lege.non tamen. facit supra.de neg.gest.l.si ego.& j.de solu.Cassius. Sed contra. *j.de acqui.re.domi.l. per seruum. §. fin.* Sed ibi accipiens erat interpositus ab eo cui debebat fieri traditio. vnde statim quæsiuit ei dominiũ hic à me: vnde licèt ego tradens hoc in animo gestiam non tamen statim quæritur illi dominium: *vt dixi.sup.eod. l. qui mihi.* ¶ Item not æquitatem [a] præualere stricto iuri. *sic C. de iudic.leg.placuit.&* Cod. *ad exhi.si res. & supra si cer.pet.l.si ego.*

a Aequitas stricto iuri præualet.

Ex ratione sine partis consensu confecta donatio non perficitur. Bartolus.

XXVI. POMPONIVS. *libro quarto ad Quintum Mucium.*

NVda ratio [a] non facit aliquem debitorem: vt puta quod donare libero [b] homini volumus, licèt referamus in rationes [c] nostras, debere nos, tamen nulla donatio intelligitur [d].

Ab eo cui facultas inhabitandi ex causa remunerationis confertur, non debet reuocari: & sibi expulso, iudicis officio subuenitur. Bartolus.

XXVII. PAPINIANVS *libro vicesimonono Quæstionum.*

AQuilius [*] Regulus iuuenis ad Nicostratum † rhetorem [e] ita scripsit: *Quoniam & cum patre meo semper fuisti & me eloquentia: & diligentia tua meliorem reddidisti: dono & promitto tibi habitare in illo cœnaculo eóque vti.* defuncto Regulo controuersiam habitationis patiebatur [f] Nicostratus: & cùm de ea re mecum contulisset, dixi posse defendi nõ merã [g] donationem esse, verùm officiũ magistri quadam mercede [h] remuneratũ Regulum: ideóque nõ videri donationem sequentis temporis [i] irritam esse. Quòd si expulsus Nicostratus veniat ad iudicẽ: ad exẽplum interdicti quod fructuario proponitur [k], defendendus erit, quasi loco possessoris constitutus [l]: qui vsum cœnaculi accepit.

Pater ad obseruandum promissa tempore donationis tacita vel expressa cogitur act.præsc.ver.Bar.

XXVIII IDEM *libro tertio Responsorum.*

HEreditatem pater sibi relictã, filiæ [m] sui iuris effectæ [n] donauit. Creditoribus hereditariis filia satisfacere debet [o]: vel si hoc [p] minimè faciat [q], & creditores cõtra patrem veniant: cogendam [r] eam per actionem præscriptis verbis patrem aduersus eos [s] defendere.

XXIX. IDEM *libro duodecimo Responsorum.*

DOnari videtur, quod nullo iure [t] cogente conceditur.

Per responsionem factam in iudicio inducitur confessio: & qui confitetur debitorem suum sibi non teneri, videtur ipsum liberare ex causa donationis: Bart

NVda ratio.] CASVS. Si in animo meo concipiam me velle tibi donare decem, non obligor per hoc etiam si scriberem in libro meo rationum. Francisc. Accursius.

a ¶ *Nuda ratio.* quia [b] non interuenit consensus duorum vel pactio vel contractus: sicut aliàs respectiuè dicitur nudum aliquid: *vt C. de pact. traditionibus.& supra.de contrahen.empt.l.nuda. & inf. de acquir. rer. domi. leg. nunquam.*

b Nuda ratio & nuda quid dicatur.

b ¶ *Libero.* idem est in seruo: *vt supra de pecu.lega.leg. vj. §. pen. & supra.de pecu.l.non solùm.§.fi.* Accursius.

c ¶ *In rationes.* i [c]. in librum rationum. Accursius.

d ¶ *Intelligitur.* ergo non obligor. Sed arg. contra [d]. *j.de eden. l. si quis. §. rationem. & C. de eden.lege.j.& j.de neg. gest. l. Nesennius.* Sed illæ erant cum causa: hîc sine causa. Item facit *infra de except. doli.l.ij.§.j.*

* Volg. Atilium. Vide Alcia.li.2.parer. c.49.

† genere Macedonem Romæ sub Caracalla docentẽ inter 10. posteriores Rhetores à criticis nominatũ, qui & scripsit orationem de laudibus Diui Marci.

c Rationes pro libro rationum.

d Rationibus propriis, sicut si adiecta fuerit, obligati possumus.

AQuilius. CASVS. Quidam iuuenis nomine Aquilius Regulus magistro suo donauit & concessit habitationem cuiusdam cœnaculi: eo quòd magister ille eum bene instruxerat. Regulo defuncto mota fuit quæstio illi magistro de isto cœnaculo, quasi hæc donatio non valuerit, quia erat facta præceptori, vel quia erat vltra legitimum modum. quæritur, quid iuris? Et dicitur quòd hæc donatio non est mera, sed ob causam præcedentem facta, vnde tenet. & si magister deiiciatur de poss. cœnaculi: habet interdictum vnde vi vtile. ad similitudinem fructuarij. Franc. Accursius.

e ¶ *Rhetorem.* aliàs præceptorem. Accursius.

f ¶ *Patiebatur.* ab hæredibus Reguli. M. vel ab aliquo extraneo.

g ¶ *Non meram.* quia [e] ob præcedentem causam erat facta. si enim esset mera, nulla esset: *vt C.de contra.iudi.lege.j. §. prouincias.* Item exigeretur [f] insinuatio si excederet legitimum modum: quod hic non exigitur. Accursius.

h ¶ *Mercede.* quæ siue fuerat promissa, siue non, præstanda est hoc casu: Vel vltimò quando non promissa, per officium iudi. *vt j. de var.cog.l.j.* & ideo dicitur debiti solutio. Accursius.

i ¶ *Sequentis temporis.* quod est post mortem Reguli. Non ergo reuocant heredes. & sic est contra. *j.eodem.l.Lucius.vbi reuocat.* Sol. hic fuit donatio simplex: ibi precarium hæc falsa, quia non fuit donatio simplex hic. 2. Vel hic ab extraneo patiebatur controuersiam: ibi ab heredibus cedentis. 3. Tertij dicunt hic esse donationem ob causam: ibi simplicem donationem. ¶ Sed secundùm hoc quare ibi reuocatur *vt insti.de dona. §. aliæ.* Respond. secundùm vetera iura quando non nascebatur actio ex [g] nudo pacto donationis: & si cùm donatarius ille non habebat possessionem aliquam: quia nec vsuarius [h] nec fructuarius est: sed solus donator habet possessionem: poterit pœnitere donator vel eius heres: nec potest à donatario conueniri: sed hodie secus erit: *vt C. de donat.si quis argentum.§.pen.* Vel dic. potest mutare voluntatem, vt ibi dicit: non tamen potest reuocare donationem. Tu dic hic [i] esse remunerationem: ibi precarium: quod [k] potest reuocari quando libuerit: *vt j. de preca.l.j.& ij.& l.cum precario.* Item contra, *inf.de acquir.poss.l.fundi.§.respon.* sed patet solutio, quia ibi fuit mandatum, & morte reuocari potest. Accursius.

e Donatio mera non est quæ fit ob præcedentem causam.

f Donatio ob causam & remuneratoria non requirit insinuationẽ vt hic & l.si pater. §. totum inf.eodem. siue ex causa futura, siue ex præterita sit. Bar. hic.

g Donationis nudum pactũ hodie actionẽ parit.

h Permitto tibi habitare in illo cœnaculo, eoque vti: his verbis videtur simplex facultas habitandi, non ius seruitutis.

i Donatio remuneratoria reuocari non potest.

k Precarium potest quandocunque reuocari.

k ¶ *Proponitur.* s. vnde vi vtile [a] *vt j.de vi & vi ar. lege. iij. vnde vi.*

l ¶ *Constitutus.* habet enim naturalem [b] pos. fructuarius. M. *vt j. de acqui.poss.l. naturaliter.* 2. Alij [c] dicunt quòd nec naturalem habet possessionem, & secundùm hoc per officium [d] iudicis defendetur in suo vsu. nam rei est commodatum. donatio est vsus. *vt s. q. l. in ædibus.*

a Vtile interdictum vnde vi datur donatario vsus.

b Fructuarius naturaliter possidet.

c Expulso in hac lege quẽ admodum cõsulatur, an interdicto vnde vi, an officio iudicis?

d Officio iudicis defenditur in vsu nobis competente.

HEreditatem.] CASVS. Pater hereditatem sibi delatam donauit filiæ suæ emancipatæ, hoc pacto, vt ipsa satisfaciat creditoribus hereditariis, dicitur quod ipsa debet satisfacere. & nisi satisfaciat, & creditores veniant cõtra patrem, pater agere potest cõtra filiam act. præscriptis verbis, vt defendat eum contra creditores. Et donare dicor, quod nullo iure cogente tibi do. h. d. cum l. seq. Accursius.

m ¶ *Filiæ.* s. suæ. Acc.

n ¶ *Effectæ.* alioquin [e] nulla fuisset donatio: *vt C. de dona. inter. & facit ad l. s. de procura. l.seruum.§.fin.*

e Donare filiofamilias pater nõ potest.

o ¶ *Debet.* Nec ob. *j. quæ in frau.cre. lege. omnes.§.j.* vbi donator tenetur quasi in fraudem credi. donauerit: sed ibi omnia [f] bona, hic hereditatem quandam quæ sibi obuenerat dedit. Item obst. *s. de iur. do.l.mulier.* vbi dicit non teneri virum cui mulier omnia in dotem dedit. Sed & ibi dedit [g] mulier omnia bona sua: & ea intelliguntur deducto ære alieno: *vt j. de verb. sig. l.subsignatum. §.bona.* Sed hereditas habet in se debita & credita: & etiam damnosa hereditas, hereditas dicitur, *vt j. de verb. signif. l.hereditatis appellatione.*

* decimo.

f Donatarius omnium bonorum, an habeatur loco heredis, vt cõtra eum possit agi actione personali, & quomodo. v. Guid.Pape de cis.105 & quid in donatario hereditatis. v. eundem decis. 460.

g Donationis omnium bonorum & hereditatis differentia.

p ¶ *Vel si hoc.* s. creditoribus huiusmodi satisfacere.

q ¶ *Faciat.* scilicet filia.

r ¶ *Cogendam eam.* hic est contra. *C. de pact. l. ij. & Codice de here. vend.l.ij.in fi.* vbi dicitur accipientem non cogi Sol. hic conuenerunt inter se pater & filia vt ipsa satisfaciat, ex quo agit pater præscript.ver. ad hoc vt eum defendat: *vt C. eo.leg. cùm res.* Item condict. ob causam pro ipsa hereditate, causa cessante, *vt C. de condic. ob cau.l.ij.* sed à creditoribus non potest, agi vt in contrariis. & sic etiam potest solui dicta lex. *s. de iure do. l. mulier.* Vel dic speciale in donatione, vt in fisco, *vt C. de here. ven. l. j.* Vel non cogitur à creditoribus præcisè, vt in contrariis, sed alternatiuè sic, vt vel actionem suscipiat, vel interesse præstet, vt hic. ¶ An [h] autem à patre præcisè possit cogi, quidam dicũt quòd sic, *vt s.de ope.no. nun. stipulatio.§.siue & supra. de procu.sed & hæ. §. præter.* Vel fortè non præcisè, nisi eatenus vt præstet interesse per act.præscr.ver. *vt sup. de præscript. ver. l. naturalis. §. et cum de.* nam tunc potest quis alium præcisè cogere ad factum, cùm sibi vult fieri, non cùm alij. Vel potest cogi præcisè, quando est actum vt respondeat. s. creditoribus hæreditariis. aliàs non ex tacito pacto ad interesse conuenietur per act. præscr. ver. nam secundùm Azo. tacitè videtur pacisci filia de oneribus subeundis: *arg.sup.communia prædio. l.si el. & facit s. de leg. j.l.apud Iulianum.§.heres.*

h Factum in executionẽ an fit præcisè, vt in obligatione.

s ¶ *Eos.* scilicet creditores hereditarios.

t DOnari.] *Iure.* ciuili: secundùm quosdam: quod non [i] placet: *vt supra.e. l. hac iure. §.si quis seruo. & plenè dic vt j. de regu.iu. l.donari.item facit s.loca.l.si vno.§.sed si verbo.*

i Donationis verbum, liberalitatem innuit.

¶ ¶ *Quidam.* CASVS. Quidam maior factus egit contra heredes tutoris sui lite contestata confessus est animo donandi nihil sibi debere tutoris heredes. dicitur quòd præiudicat sibi. [DONATIONEM.] Conueni tibi dare animo donandi partem bonorum talis meæ cognatæ viuæ, cui spero succedere. dicitur quòd si decedat cognata, & debeo succedere de iure: tamen mihi aufertur hæc hereditas vt indigno: & pactum donationis non valuit. & h. d. cum l.seq. Fran. Accursius.

1 ¶ Quidam [a] † in iure interrogatus, nihil sibi debere tutoris heredes [b] respondit. Eum actionem iure amisisse respondit. Licèt enim non transactionem, sed donationis hæc verba esse quis accipiat: attamé eum qui in iure confessus est suam confessionem infirmare nó posse [c].

Qui donat bona viuentis, eius hereditate est indignus. Bart.

2 ¶ Donationéquidem partis bonorum proximæ cognatæ viuentis nullam fuisse constabat [d]: verú ei qui donauit [e], ac postea iure prætorio successit [f], quoniá aduersus bonos moros, & ius géntium [g] festinasset [h], actiones hereditarias in totum denegádas [i] respondit:

XXX. MARCIANVS *libro singulari de Delatoribus.*

NAm ei vt indigno [k] aufertur hereditas.

Donatio facta in concubinam, non reuocatur secuto matrimonio, cùm dubitatur, personæ conditio inspicitur. Bart.

XXXI. PAPINIANVS *libro duodecimo Responsorum.*

DOnationes in concubinam collatas non posse reuocari conuenit [l]: nec si matrimonium inter eosdé postea fuerit contractú, ad irritú recidere, quod antè iure [m] valuit. An autem maritalis honor & affectio pridé præcesserit [n]: personis comparatis [o], vitæ coniunctione considerata, perpendendum [p] esse respondi: neque enim tabulas [q] facere matrimonium.

Si res donatur ad vsum, videtur donari proprietas: nec reuocatur nisi ex magna offensa. h. d.

1 ¶ Species [*] extra doté à matre filiæ nomine [r] viro traditas: filiæ quæ præsens fuit donatas, & ab ea viro traditas videri respódi: nec matrem offensam [s] repetitioné habere, vel eas rectè vindicare, quod vir [t] cauisset extra dotem vsibus puellæ [u] sibi traditas: cùm ea significatione nó modus [x] donationis declaretur, nec ab vsu proprietas separetur [y], sed peculium [z] à dote puellæ distinguatur. iudicem tamen æstimaturum, si mater iure contra filiá offensa [a], † eas reuocare velit: & verecundiæ maternæ cógruam, boníque viri arbitrio competétem ferre sententiam.

Sicut donatio facta filio in potestate, confirmatur post mortem donantis si moriatur antè filium: ita confirmatur si filium emancipat, & donationem non reuocat. Pau.

2 ¶ Pater qui filiæ quá habuit in potestate, mancipia donauit, & peculium emancipatæ non ademit [b]: ex post facto donationem videbatur perfecisse [c].

Pactum quòd depositum non restituatur alteri quàm deponenti non inducit donationem in personam illius. Paulus.

3 ¶ Eiusmodi lege [d] deposita in æde arca, vt eam ipse solus qui deposuit, tolleret, aut post mortem domini [e] Ælius Separatus, non videri celebratam donationem [f] respondi.

Reus criminis læsæ maiestatis non potest donare, etiam si non sit de crimine accusatus. Pau.

a ¶ *Quidam.* aliàs est. §. aliàs lex.
b ¶ *Heredes.* scilicet animo donandi eis.
c ¶ *Non posse.* nisi [a] prætendat facti errorem: *vt j. de confes. l. non fatetur.* & hoc vsque ad sententiam. non pot est regulariter: *vt C. de iur. & fac. igno. l. error facti.* & hoc si confiteatur post lit. contestatá. si auté antè, nó potest infirmari: siue prætendat facti vel iuris errorē: *vt sup. de inter. ac l. de ætate. §. qui iussu. & §. seq. & facit C. de pact. postquam. & de non num. pecu. leg. generaliter. & de repu. hær. l. ij. & sup. de pact. l. tale in prin.*
d ¶ *Constabat.* vt & *C. de pact. l. fi. & de inst. & si lege ex eo.* ¶ Sed contra. *C. de alie. corpo. l. si quis forum.* vbi valet [b] pactum super bonis viuétis. Sed Sol. vt ibi. Ité cótra. *§. de here. vendi. l. ij. §. illud.* Sed ibi abundat maximè: Vel aliter vt ibi notaui.
e ¶ *Donauit.* quantum ad propositum. Acc.
f ¶ *Successit.* scilicet cognatæ. Accur.
g ¶ *Gentium.* quo prohibitum erat donari quod superstitis erat.
h ¶ *Festinasset.* s. donare. sic *sup. de vulg. subst. l. ii. §. interdu.* Acc.
i ¶ *Denegandas.* vt & *j. d. proxi.* Sed contra [c], *C. de captiu. & postli. reuil. nec nos.* vbi videtur non nocere quod sic gesserit. Sed solue vt ibi: & iunge seq. l. cum ista.
k NAm ei vt indigno. vt *§. de his quib. vt indig. leg. ij. in fi.* & sic fisco [d] applicabitur: *vt sup. de inoffic. testamen. lege. Papinianus. §. meminisse. & C. de his qui. vt indig. l. j.*

DOnationes.] CASVS. Dicitur q scholaris vel aliquis alius potest donare amasiæ suæ. & licet matrimoniú post sequatur inter eosdem: non vitiatur donatio. si autem [e] dubitatur, fuerit vxor eius antè donationó factam, vel non: tunc inspiciendú est &c. [SPECIES.] Mater filiam suam cú Titio matrimonio collocauit, & dedit dotem. Item dedit viro filiæ suæ. & nomine eius filiæ quasdá res extra dotem in præsentia filiæ suæ. & ipsa filia videtur cómisisse viro custodiá earum rerú. postea vir cauit se habere eas res extra dotem vsibus filiç deputatas. nunc mater aliquantulú irata cum filia, vult reuocare has res. non potest, nec obest filiæ id quòd vir fuit confessus se habere illas res ad vsum filiæ siue vxoris suæ, quasi proprietas remanserit penes matré, quia non hoc portant hæc verba, sed peculiú filiæ à dote discernunt, siue separant. si autem filia magná offensam fecisset matri, túc mater bene potest reuocare. [PATER QVI FILIA.] Pater donauit filiæ suæ existenti in potestate mácipia. postea pater emancipauit filiá: videtur confirmasse donationé: ex quo nihil in emácipatione dixit. [EIVSMODI LEGE DEPOSITA.] Deposui penes te mille, hoc acto, vt reddas ea tantúm mihi, aut Aelio post morté meam, non videtur donatio facta in Aelium. [PERFECTA DONATIONES ESSE.] Ille qui commisit crimen læsæ maiestatis, non potest de cætero donare de suis bonis. Franc. Accur.

l ¶ *Conuenit: & sup. eo. l. affectionis.* nisi [e] à milite: *vt C. de dona. inter viru & vxo. l. iij.* & nisi erat vt vxor, quæ [f] vxor esse non poterat: *vt §. de dona. inter vir. & vx. l. ...*

m ¶ *Iure.* sic *C. de administra. tuto. l. sancimus. & j. de reg. iur. in ambigua. §. j. & j. de itine. actuque priua. l. ij.*
n ¶ *Præcesserit.* antè perfectas donationes. Accursius.
o ¶ *Comparatis,* nam [a] in liberæ mulieris &c. *vt §. de rit. nupt. in libera.* & in dubiis quod verisimilius [b] est, inspicimus: *vt inf. de regul. iur. l. in obscuris.* nisi [c] aliqua indicia ostendant eam concubinam vt apparet per hoc qd hic subiicit: *vt §. de cócubin. in concubinatu.* secus autem est iure ca nonum: *xxx. q. v. c. j. in fine.*
p ¶ *Perpendendum.* i. inspiciendum.
q ¶ *Tabulas,* scilicet tántum, vel solas: *vt C. de nupt. lege si vicinus. & l. neque. & inf. de regul. iur. l. nuptias.* Acc.
r ¶ *Nomine.* sic *j. eo. l. si pater. & leg. fi. §. fina. & C. fa. ercis. l. filia cuius.* & ad hoc operatur præsentia, de qua subiicit: *vt & j. de solut. l. qui decem. §. j. in §. & de fur. falsis. §. si is qui. & §. de donat. inter virum & vxo. l. si seruus communis. & sup. depos. l. in diem. in princ. & sup. de nego. gest. leg. fideiussor. §. fine.*
s ¶ *Offensam.* leui offensa, secus in grauiore in fine huius §. Acc.
t ¶ *Quod vir.* ideo q vir. &c.
u ¶ *Puellæ.* per quæ verba videbatur vsus tántùm vel vsusfructus filiæ datus: vt sic posset reuocare per pœnitétiam, sed aliud est: nam appellatione [d] vsus quandoque plena pprietas significatur & per præcedétia verba sequentia intelliguntur: *vt supra. de auro & argent. leg. species. & de vsuf. earum rerum quæ vsu con. leg. fin. & §. de vsufru. leg. Proculus. & §. de serui. rust. prædio. l. qui duo. & de legat. j. si seruus plurium. §. fine.*
x ¶ *Modus.* talis ex quo facilè possit fieri reuocatio.
y ¶ *Separetur.* quæ videbatur penes matrem remansisse vsufructu marito competente.
z ¶ *Sed peculium.* i. [e] res paraphernales: *vt §. de iure do. leg. si ego. §. dotis.* aliàs aliter hæc dictio ponitur: *vt §. de pecu. in ipsa rubri. no.*
a ¶ *Offensa.* aliàs offensa. & aliàs offensam. i. offendenté. reuocat ergo, *vt subij cit. & C. de reuocan. do. hic solis.* Sed hodie ex tribus tantùm causis: *vt in Auth. de nupt. §. matertera.*
b ¶ *Non ademit.* cùm emanciparet. Azo.
b ¶ *Perfecisse.* *vt & C. eodem. siue emancipatis. ij. respon. & facit C. de pecu. eius qui mo. lib. lege. j. & Instit. de leg. §. peculium. & C. de eman. lib. l. fi.* Sed arg. contra. *C. de bo. quæ lib. cum oportet. §. penul.* Sed ibi in præmium emancipationis, scilicet vsufr.
d ¶ *Eiusmodi lege.* id est pacto: *vt §. deposi. l. j. §. si conuenit.*
e ¶ *Domini.* id est deponentis.
f ¶ *Donationem.* in Aelium, vel depositarium: & sic Aelius non agit vtili depositi, vel alia actione: *vt Instit. de inuti. stipu. §. alteri.* Nec ob. *§. deposi. l. Publia. in prin.* vt ibi dixi. Nam ibi filio, hic extraneo. Item nec ob. *C. ad exhi. si res. in fin.* quia ibi speciale: *vt & §. solu. matri. l. Grimo.* 2. Vel hic de rigore, ibi de æquitate. Sed [f] certè nil impedit agere Aelium vtili depositi: *vt d. l. cum res. &* tamen non est sibi donatum. quia id reddit heredi deponentis. & *facit §. depo. l. j. §. pe. & §. prox. §.* Accursius.

a Confessioné iudicialé seu factam in iudicio an & quatenus quis retractare possit.
† Perperam hic nona lex inchoatur in vulg. editio. Ant. August. lib. 3. c. 4.
b Pactum de re viuentis an permissum.
c Donare res viuentis non possum: adeò vt si donator, rei donatæ dominus fuerit, non cessat male...
d Indigno quod aufertur fisco applicatur.
e Donatio facta concubinæ à milite reuocari non potest.
f Donatio facta ei quæ vxor esse non potest, reuocatur.

a Vxor quibus indiciis esse colligatur ad de glossam aliud contra de præsumptionibus.
b Verisimilior semper inspicitur.
c Concubina quibus indiciis esse colligatur.
* Mater si filio dotalia bona in peculiú dederit: dicitur donatio inter viuos.
† rectè sic. Fl. perperam legitur in vulg. offensam, &c.
d Vsus appellatione quandoque proprietas significatur.
e Peculiú pro rebus paraphernalibus.
f Donatio, (quæ interpretatio actus alia quæri potest) nunquam præsumitur in dubio.

ff. Nouum.

a ¶ *Perduellionis.* id est maiestatis: vt ff. de verb. sign. l. quis sit. Idẽ in similibus casibus, quos notaui ff. de acq. l. ex iudiciorum. Nec ob. ff. eo l. post contractum. quia hic speciale.

b ¶ *Teneat.* vt bona paterna eis auferantur: vt Instit. de hered. ab intest. §. per contrarium. & C. ad l. Iul. ma. l. pe. & l. ff. Accursius.

c ¶ *Postulatus.* i. accusatus. Accur.

L *Vcius.*] CASVS. Cõcessi tibi precario vt quãdiu volueris vtaris domo mea. hoc possunt reuocare heredes mei. Fran.

d ¶ *Vtaris.* precario.

e ¶ *Ex voluntate.* hic declarat esse precariũ, quod ex voluntate durat, & reuocatur: vt ff. de precario lege j. §. j. & l. ij. Accursius.

f ¶ *Mutare.* sic & inf. de acq. poss. leg. fundi. §. j. nã & ipse defunctus posset. ¶ Itẽ est cõtra ff. ad l. Aquiliam. So. vt ibi.

Q *Vi id quod.*] CASVS. Quod ex causa donationis tibi dare promisi, huic constitui hoc idẽ me soluturũ. dicitur quod si conuenior de cõstituta, nõ teneor in solidũ: quia inspicitur origo cõtractus. Secũdò dicit, ex causa donationis condẽnatus in solidũ, si conueniar iudicati non fiet exactio nisi in quantũ facere possim. [EA LEGE.] Numeraui tibi x. ex causa dona. hoc acto vt incõtinenti mihi eadẽ mutuares. dicitur quod donatio est, & tu mihi mutuans do mutuũ facis. [MVTVS.] Mutus potest donare. Item surdus. [SI CVM PRIMVS.] Cũm velles mihi donare decẽ & ego Titio dixi vt promitteres illa decem Titio. promisisti. dicitur quod teneris in solidũ. idẽ si promisisti creditori meo. Fr. Accur.

g ¶ *Cõuenitur.* sic & in dote: vt ff. de consti. pec. l. quod si maritus. in prin.

h ¶ *Non iudicij.* i. actionis de cõstituta in iudiciũ deductæ. & est sic. C. ad Ma. leg. filium. ff. de fideius. leg. tutor. circa princip. & sup. de iur. dot. l. si ex lapidicinis. & C. si cert. pet. lege. si ex precio. & inf. de priuile. cre. l. ij. §. pariaque. Sed arg. contra ff. de pec. leg. iij. §. sed & si filius. in fi. §. & infra. de nona l. pen. & de re iud. l. Nesennius. in prin. & sup. de neg. gest. l. ã natis. Sed in hac vltima ex culpa vel dolo sequenti nascitur hæc actio neg. gest. in solidum. Accur.

i ¶ *Donationis.* in solidum.

k ¶ *Iudicati.* quæ dicitur in factum: vt C. de reb. cre. l. actori.

l ¶ *Conueniri.* vt inf. de re iud. lege. Nesennius. §. fina. Et not. post sententiam opponi peremptoriã. & sic est contra. C. sen. rescind. non poss. peremptoriã. Sed hic speciale: vt & in aliis casibus quos notaui. C. de iur. & fac. ign. l. j. & est ratio huius specialitatis, ne ex libera, & c. vt infra. de re iudi. ne ex liberalitate. & sup. de edil. edict. l. ad res. quæ spon. Accursius.

m ¶ *Translatio.* à donatore in donatarium. Sed certè imò impeditur: vt ff. de solu. l. qui sic. quæ est contra. Sol. ibi de rigore: hic de æquitate: vt ff. sicer. pet. l. si tibi. & facit ff. eo l. j. §. si. in cum ipsi.

n ¶ *Donare non prohibentur.* nec pacisci: vt sup. de pact. l. item quia

4 Ratæ donationes esse non possunt post crimen perduellionis [a] contractum: cùm heredem quoque teneat [b], etsi nondũ postulatus [c] vita decesserit.

Concessio ad vsum indeterminatum dicitur precarium, nõ donatio: & transit ad heredes concedentis, & potest per eos reuocari. P.

XXXII. SCAEVOLA libro quinto Responsorum.

LVcius Titius epistulã talem misit: *Ille illi salutem. Hospitio illo, quamdiu volueris, vtaris* [d], *superioribus diætis omnibus gratuitò idque te ex voluntate* [e] *mea facere, hac epistula notum tibi facio.* quæro an heredes eius habitationem prohibere possint. Respõdit, secundùm ea quæ proponerentur, heredes eius posse mutare [f] voluntatem.

Ex causa donationis obstat priuilegium, ne quis condẽnetur nisi in quãtum facere potest: & post constitutam. & post rem iudicatam. Bart.

XXXIII. HERMOGENIANVS libro sexto Iuris epitomarum.

QVi id quod ex causa donationis stipulanti spoponderat, solui cõstituit, actione cõstitutæ pecuniæ nõ in solidũ, sed in quantum facere potest, cõuenitur [g]. Causam enim originem constitutę pecuniæ, non iudicij [h] potestatẽ præualere placuit. Sed & condemnatus ex causa donationis [i], in actione iudicati [k] non frustrà desiderat, in quantum facere potest, conueniri [l].

Si tibi do vt statim mihi restituas non impeditur dominij translatio, si ex restitutione remaneo tibi obligatus. Pau.

1 ¶ Ea lege donationis causa pecunia Titio numerata, vt statim donatori mutuò detur, non impeditur dominij translatio [m]: ac propterea iisdem nũmis donatori creditis, nouum dominium in his quæritur.

Distinctio l. discretio C. qui testa. fac. pos. habet locum in contractibus inter viuos. Bart.

2 Mutus & surdus donare non prohibentur [n].

Exceptio merè personalis quæ obstat delegãti, non obstat ei cui facta est delegatio. Bart.

3 ¶ Si cùm Primus [o] tibi donare vellet, & tu donãdi Secundo voluntatem haberes, Primus Secundo ex voluntate tua stipulanti promiserit, perficitur [p] donatio: & quia nihil Primus Secũdo à quo conuenitur [q], donauit, & quidem in solidum, non id quod facere potest, condemnatur. Idque custoditur [r], & si delegante eo qui donationem erat accepturus, creditori eius donator promiserit & hoc enim casu creditor suum negotiũ gerit.

Patre patiente stipulari filium, perficitur donatio. Bart.

XXXIIII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

SI pater emancipati filij nomine donationis animo pecuniã [s] fœnerauit, eamque stipulatus est [t] filius: ipso iure perfectam donationem ambigi non potest [u].

Quando fit ex causa remunerationis donatio, non eget insinuatio. Bar.

Vide ad huius §. sententiam Alex. ab Alex. lib. v. genia. die. ca. 1.

¶ Si quis aliquem à latrunculis vel hostibus [x] eripuit, & aliquid pro eo [y] ab ipso accipiat: hæc donatio irreuocabilis [z] est, non merces eximij laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo [a] æstimari non placuit.

Mandatum in rem suam ex causa donationis, morte finitur secundùm hæc tempora: Bart.

conuentiones. & intellige hoc cùm infortunium est discretum: vel concurrit, casu tamen: quia si à natura simul & surdus & mutus inter viuos donare non potest: vt arg. C. qui testa. fa. pos. lege discretis. & facit ff. de obl. & obli. l. in quibuscumque. Accursius.

o ¶ *Si cùm primus.* propria nomina sunt primus & secundus, vel appellatiua.

p ¶ *Perficitur donatio.* inter omnes p̃sonas: vt ff. eo. l. ij. cum verò.

q ¶ *Conuenitur.* ex stipulatu. Accursius.

r ¶ *Custoditur.* vt in solidum teneatur delegatus. & facit infra. de re iudic. lege. Nesennius. in prin. & sup. de doli. except. §. item. & de ob. na. si quis dele. & leg. pe. ff. eo. leg. ij. circa princ. & l. in adibus. §. pen.

S *I pater.*] CASVS. Pater suam propriã pecuniam nomine filij emãcipati mutuauit. & animo donandi eundẽ filiũ passus est stipulari illam pecuniam sibi reddi. dicitur quòd donatio hæc tenet. [SI QVIS.] Dedisti mihi x. vt te caperẽ ab hostibus extraherem, & extraxi. dicitur quòd hæc donatio irreuocabilis est, & quasi merces laboris mei videtur. Fran.

s ¶ *Pecuniam.* etiã suã.

t ¶ *Stipulatus est.* libera si nõ fuit stipulatus: vt ff. si cer. pet. l. certi condi. §. si nummos. Accur.

u ¶ *Non potest.* vt & ff. eo l. §. fin. & ar. ff. e. l. donationes. §. spectes. & C. de iure do. l. ij.

x ¶ *A lat. vel host.* differũt enim: vt ff. de ca. l. hostes. Accursius.

y ¶ *Pro eo.* i. q. eripuit.

z ¶ *Irreuocabilis.* etiã ingratitudine secuta. M. cũ nec prætextu metus rescindis: vt ff. quod met. caus. l. metum. §. sed licet. nisi ipsemet fraudem participauit: vt C. quod metus causa. l. non interest. quæ est contra. & facit sup. de neg. gest. l. nam & Seruius.

a ¶ *Certo modo.* à legibus taxato. aliàs. f. vsq. ad quingẽtos solidos. Mar. sicut enim homo non æstimatur: vt ff. de edil. edic. institimã. sic nec q̃d salutis eius causa datur: vt hic.

A *D eum.*] CASVS. Manumisi Stichum, eidem epistolam mãdaui, in qua inter cætera hoc continebatur: cũ hoc sit quod te manumisi: cõcedo tibi omne tuum peculiũ quicquid habes tam in nominibus quàm in rebus mouentibus: siue in numerato, id est in pecunia tandem lapsu temporis eundem Stichum heredem institui in besse: Sempronium ex triente: nec de peculio Stichi aliquid dixi in testamento: nec iussi act. peculiares cedi Sticho quæritur an actiones peculiares Stichus possit in solidum intentare contra debitores peculiares, an pro parte hereditaria. & dicitur quòd pro parte hæreditaria tãtum, & de hoc dicitur plenè vt in gl. Acc. [LVCIVS.] Ego Sempronius p̃ponens in corde meo fundum donare Mæuiæ antequam donem & tradam eum obligaui pro centum cuidam fœneratori. putã Lozolo Florentino: tandem eum fundum tradidi Mæuiæ ex causa dona. & in vacuam possess fundi eam induxi. dicitur quòd hæc donatio est perfecta, aũs quòd Lozolus habet illum fundum obligatum. Franc.

a Perduellionis crimine maiestatis est mane.

b Donatũ quibus casibus quis non possit post crimẽ contractum ... [illegible]

c Precariũ est quod ex voluntate durat & reuocatur.

d Heres reuocare potest quod defunctus potuit.

e Exceptio peremptoria opponitur post sententiam.

f Mutus & surdus natura neque donare neque aliter inter viuos cõtrahere potest. An ad pias causas testari, v. Tiraquel. de priuilegiis pia. cau. ...

a Donare inter viuos non potest is qui natura simul & surdus & mutus... Cod. qui testa. ...

b Donationem reuocari plerumque posse etiam ob ingratitudinem, nisi donatio remuneratoria. v. Romanum sing. 516.

c Ingratitudinis etiam causa res donatas bene & insigniter de nobis meritò reuocare non possumus...

XXXV. SCAVOLA. *libro trigesimoprimo Digestorum.*

AD eum quē manumiserat, epistulā misit in hæc verba *Titius Sticho liberto suo salutē. cùm te manumiserim: peculiū quoque tuū omne, quicquid habes tā in nominibus [a] quàm in rebus mouentibus, siue in numerato [b], me tibi concedere, hæc epistula manu mea scripta notum tibi facio.* Eundē libertū testamēto ex besse scripsit heredē, Semproniū ex triēte: nec peculiū Sticho legauit, nec actiones præstari iussit quæsitum est, verū in assem Sticho actio detur eorundē nominū quæ in peculio habuit: an vtrisque[c] heredibus pro portionibus hereditariis. Respōdit, secundùm ea quæ proponerētur, vtrisque heredibus pro hereditariis portionibus [d] competere.

Per ignorantiam non reuocatur donatio sed res transit cū sua causa. Bar.

1 ¶ Lucius Titius fundū Mæuię donauit [e], & ante traditionē eundem fundū post dies paucos Seio pignori obligauit [f]: & intra dies triginta Mæuiā in vacuā possessionem eiusdē fundi induxit: quæro an donatio perfecta sit. Respondit, secundū ea quæ proponerentur, perfectam [g] esse: verum creditorem firmam pignoris obligationem habere [h].

Conuentio per quam absenti quæritur actio: perficit donationem sicut traditio. Bart.

2 ¶ Auia sub nomine Labeonis nepotis sui mutuā pecuniā dedit [i]: & vsuras semper cepit: & instrumenta debitorū à Labeone [k] recepit: quæ in hereditate eius [l] inuenta sunt. quæro, an donatio perfecta esse videatur. Respondit, cùm debitor Labeoni obligatus esset, perfectam [m] donationem esse.

a ¶ *In nominibus.* id est actionibus.
b ¶ *In numerato.* in pecunia. Accursius.
c ¶ *An vtrisque.* id est vtrique.
d ¶ *Portionibus.* s. in nominib. nō enim per talē epistolā aliquid fuit quæsitū liberto in nominib. & est ratio: quia huius mādatū [a] p epistolā morte finitur: *vt C. de act. & obli. leg. si quidem. & ī. de preu. l. si Sticho.* secus si fuissent cessa [b], & sic facta pcuratio [c] in rē suā: *vt C. de dona. l. illa.* vnde caute dicit cōcedere [d], nō cedere. & sic no. cōcedo, sed nō cedo, secūdùm Bul. Vel si diceres hic fuisse cessionem: dices nō finiri morte. & qđ dicit in fi. dic stricto iure, secus de æquitate, secūdum Ir. per d. l. illam & quia nō est traditio, sed cessio [e] esset loco traditionis: nō dicitur nulla quasi nudo pacto facta. Itē est secūda ratio: quia tēpore [f] huius legis nō fiebat donatio nudo pacto, sed ita si interueniret stipulatio, vel traditio: quæ traditio [g] in nominibus fieri nō poterat: *vt inf. de adqui. pos. possider. in prin.* sed corporaliū sic: quæ videt fieri etiā si apud libertū erāt res tēpore emissæ epistolæ: *vt j. de adqui. re. do. qui ratione. §. interdum. & sup. e. l. absenti.* qđ nō sic esse potest in corporalib. hodie autē hæc secūda ratio nō obesset: *vt C. e. si quis argentum. §. pe.* Itē nō ob. contra quod signatur. *C. de iur. dot. leg. r.* quia ibi donatarius est stipulatus à nomine [h], i. à debitore. Acc.
e ¶ *Donauit.* quantū ad destinationem.
f ¶ *Obligauit.* quod vt pote dominus facere potuit iste donans.
g ¶ *Perfecta.* maximè ea ratione quia postea in [i] vacuā possessionē induxit. sed & idē dicā & si hoc nō fecisset, nā donatione [k] facta, licèt postea obliget, non reuocat eā per hoc: *vt arg. C. de lega. l. i. & Insti. de lega. §. si rem suam.* sed personaliter tantum ageretur: *vt C. de dona. si quis argentum. §. pe. & C. de rei vind. vicum. & vxo. lege. cùm hic status. §. si maritus. & C. de donat. inter l. seruum.* Sed videtur [l] reuocari per obligationē: *vt ī. de dona. inter. vir & vxo. l. si maritus. quæ sunt contra.* Sc l. illa odiosa, hæc fauorabilis. quod nō placet ꝙ illa sit odiosa: *vt ī. de don. inter vi. & vxo. l. si id quod. §. si quas.* Sed illa est sol. quia hæc tenuit ab initio, illa non. vnde facilius [m] illa reuocatur quàm hæc, sic potest notari ex duab. legibus. Nā præterito [n] nato. i. illo qui iam est natus ipso iure nō tenet testamentū: & etiam si decedat viuo patre, non cōfirmatur. Sed præterito posthumo valet testamentū: & licèt eius natiuitate rūpatur: si viuo patre decederet, reconualescit: *vt Insti. de exhi. libe. in prin. & ī. de iniusto. testa. l. posthumus.*
h ¶ *Habere.* quia transiuit cum sua causa: *vt & sup. de pigno. actio. l. si conuenerit. §. si fundus. & C. de distr. pig. l. si debitor. & C. de dona. inter vi. et vxo. l. si quidem.* Accursius.
i ¶ *Pecuniam dedit.* s. nomine eius: & sic quæsiuit certi condict. directam: *vt ī. si cer. peta. l. certi condictio. §. si nummos.*
k ¶ *A Labeone.* aliàs ad Labeonem. i. ad Labeonis vtilitatem & eius nomine. vt dixi, animo donandi.
l ¶ *Eius.* auiæ, vel Labeonis.
m ¶ *Perfectam.* vt supra eo. l. si pater. in prin. & l. donationes species. & argu. j. tit. j. l. mortis causa. §. Titia. chirographa. & supra de negot. gest. l. Nesennius. circa fin. vbi dicit, maximè si etiā in ratione &c. Sed argu. contra. ī. eo. nuda. Sed hic non est nuda. Accursius.

a Mandatum morte extinguitur.
b Cessio non expirat morte cedentis.
c Procurator in rem suam morte constituentis nō reuocatur.
d Concedere & cedere differentia.
e Cessio est loco traditionis.
f Donatio fit hodie etiam nudo pacto: olim interueniente stipulatione vel traditione.
g Tradi propriè non possunt nomina & incorporalia.
h Nomen pro debitore ipso.
i Donans rem donatam ante eius traditionem potest alteri obligare.
k Donatione facta licet res donata obligetur, non tamen reuocatur donatio.
l Donatio quę ab initio tenuit, per obligationem rerum ipsarum nō reuocatur.
m Quæ ab initio non tenuerunt facilius reuocantur, quam quæ tenuerunt.
n Præteriti nati & posthumi differētia est. Priore casu, ipso iure non valet testamētum, ita vt præterito moriente in vita patris testamentū ipsum non conualescat: posteriore, valet, licet natiuitate posthumi rumpatur. Quin, natiuitate posthumi ita rūpitur, vt posthumo patre viuo moriente testamentum reconualescat.

DE MORTIS CAV. DONAT. ET CAPIONIB.
Dixi de donatione inter viuos, nunc de ea quæ fit causa mortis.

DE MORTIS CAVSA donationibus, & [capionibus.]
TITVLVS VI.

Nota quod ille qui donat causa mortis, vult quòd donatio nō habeat effectum se viuente, sed demùm eo mortuo viuente donatario. Pau. de Castro.

I. MARTIANVS *lib. 9. Institutionum.*

MOrtis causa donatio est, cū quis habere se vult, * quàm cū cui donat: magisque cū cui donat, quā heredē suum [n]. 1. Sic & apud Homerum Telemachus donat Piræo †.

Licèt ista lex ponit tres species donationis: possunt tamē reduci ad duas principales. Pau. de Cast.

II. VLPIANVS *lib. 32. ad Sabinum.*

IVlianus libro septimodecimo digestorum tres esse species mortis causa donationū ait. Vnā, cū quis nullo præsētis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione * mortalitatis donat [o]. Aliam esse speciem mortis causa donationū ait, cū quis imminēte periculo cōmotus ita donat vt statim fiat accipiētis [p]. Tertiū genus esse donationis ait, si quis periculo motus nō sic det, vt statim fiat accipientis: sed tūc demū [q], cùm mors fuerit insecuta.

Ista lex cum sequentibus declarat secundùm speciem donationis, de qua in l. præcedenti. Pau. de Cast.

¶ *Donatio causa mortis est liberalitas, quæ ita fit vt non nisi morte donatoris confirmetur [a]. qua de causa [b] legato comperatur, & donatario res ita donata mortuo donatore ipso iure adquiritur etiam si tradita à defuncto non fuerit. leg. ij. De publ. in rē act. & pœnitentia reuocatur, sicut legatum, & lege. Falcidia minuitur, & si res tradita non sit à donatore interdicto. Quod legatorum continetur Continetur etiam actione Fabiana. Mortis [c] causa capio legato non comparatur, id est adquisitio quæ propter mortem alterius obueniens alio nomine non appellatur, vt si moriens legauerit Titio fundum sub conditione si dederit Gaio decem, eam pecuniam Gaius capit mortis causa. non iure legati vel fideicommissi vel donationis mortis causa. hæc n. peti possunt. mortis causa capionis petitio non est, & ex his Falcidia detrahitur, non ex mortis causa capione, atque ideo male in l. in quartam. ad legē Fal. Sed & quod implendæ conditionis causa fideicommissum heredi datur &c. Diuersa enim hæc sunt, Fideicommissum & mortis causa capio, nec cadere simul in eandem speciē possunt, ac præterea versus ille* [Greek] *est. Cuiac.*

MOrtis causa.] CASVS. Donatio causa mortis dicitur, quando id quod dono volo magis habere pro me, quā cum cui dono: & magis cum quàm heredem meum. Franciscus Accur.

n ¶ *Quam haredem suum. vt & infra e. l. senatus. §. j. & insti. de dona. §. j.* ¶ Sed nonne hoc idem est in legato? Certè sic: *vt ī. de condit. & demo. l. si quis eā.* vnde vt hic [d] differat à legato, dic tradendo in vita, vel obligādo se legatario. nā tūc est donatio causa mortis. at quando nullum istorū est, dicitur legatū: ne attenta ratione huius l. nō differat à legato: *vt plenè not. j. eo. l. Marcellus. §. Paulus.*

o IVlianus.] *Mortalitatis donat.* & hæc secundū P. non reuocatur.
p ¶ *Accipientis.* sed reuocatur eo conualescente: *vt et sup. tit. j. l. j. §. item cum ipse.*
q ¶ *Tunc demum.* Sic ergo actus moriētis pendet. & sic est contra. ī. *commu. præd. l. si. in fi.* Sol. nec hic pendet. nam statim tenet donatio, sed dominij translatio suspenditur: *vt et sup. tit. j. l. ij. §. si pecuniam.* At ibi non pendet teneat vel non. ex quo enim cedit dies legatæ seruitutis, statim certum est cedat vtiliter, vel non: vtile sit legatum, vel non: quod nō est si vnus socius imponat inter viuos seruitutem rei communi. vt in princ. l. receptum. & ideò ibi dicit actum [e] viuentium suspendi, & non actum defunctorum.

MOrtis causa.] CASVS. Ille dicitur donare causa mortis, qui timore infirmitatis & per consequens mortis donat: vel qui timet occidi ab hostibus, aut iturus per loca dubia timet mortē, & propter hoc donat: vel ætate confectus donat: vt quia adeò senex est vt quotidie expectet mortem. hęc enim omnia instans periculum demonstrant. & h. d. hæc. l. cum tribus. ll. seq. Fr. Accur.

a Donatio causa mortis quid.
b Donatio causa mortis legato quēadmodū comparetur. *Inclusa desunt in codice Cuiacio rum.*
c Mortis causa capio quid & quemadmodum à legato, mortis causa donatione & fideicōmisso differat adde. l. 31. inf. eod.
* Subaudi, magis, idque Gręci dicēdi genere. *Augub. 4. emend. c. 8.*
† Odyssea scilicet. 17. circa princi. cū inquit, [Greek] &c.
* *Sufficiens in. fut. §. eo. 1. quę* opponitur metui. *l. metum sup. quod metus caus.*
d Mortis causa donatio in quibus differat à legato & fideicommisso v. glossā. l. 2. sup. de legat. 1. & ibidē Baldum vbi inter cætera notat mortis causa donationem. Ordinatione sua, magis accidere contractui quàm vltimæ voluntati: Cōfirmatione, subsistere sine aditione & in eo superare legata: Efficacia, ā legatis superari, cū ex mortis causa donatione non cōpetat actio ex testamento & hypothecaria, licet transeat dominiū rectà via in donatarium: Iure verò accrescendi cōparari legatis, non verò contractibus in quibus conditio non parit ius accrescendi, nisi in vsufructu. Hic ad de Manticam. 1. vltimarum volunt. 11. vbi tradit donationem causa mortis differre à testamento, esse tamen speciem vltimæ voluntatis & desiderare quinque testes.
e Actus viuentium suspendi possunt, non morientium.

a ¶ *Valetudinis.* præsentis.

b ¶ *Propinqua mortis.* speratæ subaudi ab hoste &c. non auté per valetudinem. & coniunge tres sequentes leges cum ista. Ad hoc autem pertinet attendere: quia statim a cũ est liberatus eo periculo cuius metu donauit, reuocata est donatio: *ut arg. §. si cert. pet. s. l. non omnis. & inf. eod. l. si mortis causa.*

a Donatio facta metu mortis instantis, cessante metu tacitè reuocata intelligitur: facta non metu mortis, sed eius cogitatione, tacitè non censetur reuocata nisi donatarius præmoriatur *hij. inf. eod.*

c *Aut ætate fessus.* cùm sit adeò senex, quòd quotidie credat mori. Accursius.

d *Hæc enim.*] Periculum demonstrant. licèt valetudo cesset. Rogerius.

Si aliquis.] CASVS. Si aliquis commisit delictũ propter quod timet mori: & causa mortis donauit aliquid alicui, & postea fuit decapitatus: dicitur quod reuocatur donatio, prædicta licèt secus sit in donatione simplici sine suspicione pœnæ facta. Franc.

e ¶ *Donauerit.* timore b pœnæ à iudice inferendæ, vel alia ratione: *ut sup. de inius. test. l. si quis filio ex. §. irritum.* Accursius.

b Donatio timore pœnæ seu mortis à iudice inferendæ facta, reuocatur.

f ¶ *Ut imperfecta.* quia extrema confirmatio deficit. secus in ea quæ fit à viro in vxorem, *ut C. de dona. inter virum & uxo. l. res uxori.*

† Donatio causa mortis, si mortis metu fiat tamen, si fieret in mortis articulo nulla facta mentione mortis, nihilominus præsumeretur & diceretur esse donatio inter viuos. ita concludit Alex. *cons. 14. vol. 1. per l. ubi ita donatur inf. eo.*

g ¶ *Donationes.* inter viuos Accursius.

h ¶ *Suspicione.* maximè subaudi: *ut §. ti. j. le. post contractum. in fine. quæ est contra:* Vel hoc determinat, vt si fiat in fraudem, non teneat, & plenè dic vt ibi.

i ¶ *Pœnæ.* nisi sit crimen perduellionis.

Qui pretio.] CASVS. Heres institutus habitis c. repudiauit hereditat. & sic peruenerunt bona ad substitutum vel agnatum defuncti, dicitur quòd hæres repudiãs illa c. quæ habuit ob hoc videtur causa mortis capere. Item seruus in testamento domini iussus esse liber si dederit mihi x. & dedit: videor illa x. causa mortis capere. Item si derelictum est tibi legatum putà fundus à testatore: sidederis x. mihi, & dedisti: videor illa x. capere causa mortis. & intellige in omnibus supradictis exemplis quòd videor capere illud lucrum causa mortis testatoris. Itẽ si pater causa mortis filij sui donauit mihi x. vel causa mortis cognati: videor causa mortis capere: sed si donauit pater causa mortis filij sui mihi x. hoc pacto, vt si conualescat filius, ei donanti reddam: tunc demum dicitur quòd ibi donatio tenet. Franc.

k ¶ *Heredi tatem:* scilicet sibi delatam.

l ¶ *Prætermisit.* id est repudiauit.

m ¶ *Videtur.* Aliud c est mortis causa donatio, quæ à defuncto quandoque traditur, vel permittitur: *ut sup. l. j.* Aliud mortis causa capio, quæ ab alio datur: vt patet per hæc exempla. *& j. eo. l. mortis causa capitur. & l. mortis causa capimus.* Item prima semper ex voluntate: hæc quandoque etiam sine voluntate: *ut hic patet: & j. e. l. si mulier.* & tunc non habet locum Fal. d aliàs quando ab herede fieret *C. ad l. Fal. l. pen.* Accursius.

c Mortis causa donatio & mortis causa capio differunt.

d Falcidia an & quomodo detrahatur mortis causa capione. *adde glossam in l. 6 ... in fi. ... in l. C. de ... glossam ... in fi.*

n ¶ *Statulibero.* qui pro libertate præstat. *ut supra. tit. j. l. qua statuliberi. & j. eo. quod conditionis. & l. quod statuliber. & ad l. Falcidiam quod.*

III. PAVLVS *libro septimo ad Sabinum.*

Mortis causa donare licet non tantum infirmæ valetudinis a causa, sed periculi etiam propinquæ mortis b, vel ab hoste, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio, aut nauigationis ineundæ.

IIII. GAIVS *libro 1. rerum cotidianarum siue aureorum.*

Aut per insidiosa loca iturus,

V. VLPIANVS *libro secundo Institutionum.*

Aut ætate fessus c.

VI. PAVLVS *libro septimo ad Sabinum.*

Hæc enim omnia instans periculum † demonstrant d.

Donatio causa mortis, etiam facta ante crimen commissum, & non cogitatione criminis: secuto crimine, & etiam condemnatione, rescinditur. Paul.

VII. VLPIANVS *libro trigensimosecundo ad Sabinum.*

Si aliquis mortis causa donauerit e, & pœna fuerit capitis affectus: remouetur donatio vt imperfecta f quáuis cæteræ donationes g sine suspicione h pœnæ i factæ valeant.

Quicquid occasione mortis alterius capitur, causa mortis capio nuncupatur. Bart.

VIII. IDEM *libro septimo ad Sabinum.*

Qui pretio accepto hereditatem k prætermisit l: siue ad substitutum peruẽtura sit hereditas, siue ab eo ab intestato successurus, mortis causa capere videtur m. Nam quidquid propter alicuius mortẽ obuenit, mortis causa capitur. quam sententiã & Iulianus probat: & hoc iure vtimur. Nã & quod à statulibero n cõditionis implendæ causa capitur, vel à legatario mortis causa accipitur, & quod patet dedit propter mortem filij o vel cognati: mortis causa capi p Iulianus scripsit.

1 ¶ Deniq. & sic posse donari ait, vt si cõualuerit q, recipiatur r*.

In hac l. in glossa ibi, vel hic: iunge ambas istas: & dic quòd aut loquitur in donatione causa mortis. & illa non potest fieri ei qui est capax legati. Paul.

IX. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

Omnibus f mortis causa capere permittitur, qui scilicet & legata accipere possunt.

Donatio causa mortis potest substitui. Bart.

X. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.*

Ei cui t mortis causa donatum est, posse substitui constat in hunc modum u vt promittat alicui, si ipse capere non possit, vel sub alia conditione x.

XI. IDEM *libro trigensimotertio ad Sabinum.*

Mortis causa filii sui pater rectè donare y poterit etiam cõstante matrimonio filij.

Mortis causa capi dicitur id quod capitur occasione mortis alterius, etiam si illicitè & per calumniam, & præter voluntatem defuncti. Paulus de Cast.

XII. IDEM *libro quadragensimoquarto ad Sabinum.*

Si mulier ventris nomine per calumniam, vt in possessionem mitti desideret, pecuniam accepit z, fortè dum substituto patrocinatur, vt institutum aliquo sit substitutio. Sed an aliter, dixi C. *eod. l. j.* Accursius.

o ¶ *Filij.* ad hoc facit *j. eod. l. mortis causa filij. & C. eo. l. nec fratris.*

p ¶ *Mortis causa capi.* quo etiam casu ad confirmationem donationis vtriusque a mortem exigam: *ar. §. de dona. inter vi. & uxo. leg. cum hic statu. §. oratio non solum & §. in hac. & mo. tis sua causa. & lege si eum, §. ex quibus. & C. de dona. inter vi. & uxo. leg. si ut proponis.* Vel hic sufficit solius filij vel cognati mors: cùm b donator nõ possit solus reuocare: *C. eo. l. nec fratris.*

a Donatio propter mortem filij vel cognati facta, confirmatur morte eius ex ius causa donaturus. *hic in fine glossa.*

b Donationẽ factam alterius mortis quàm sua causa, qui donauit solus reuocare non potest. *Simile ex in glossa. in l. j. C. eod.* quia videtur per alii aut secundum tertio donatione. Quam sententiam Bartolus veram esse tantũ putat, quoties quis causa mortis extraneæ personæ. donat. at non eius quam in potestate habet. *adde glossam.*

q ¶ *Si conualuerit.* scilicet filius.

r ¶ *Recipiat.* s. is qui donat tunc demũ subaudi. *ad quod facit infra eod. l. si alienam. §. Marcellus.*

Omnibus.] CASVS. Ei cui potest legari, ita quòd capiat legatum: potest & mortis causa donari. Fran. Accursius.

* recipiat.

f ¶ *Omnibus.* & his demùm *ut & j. eod. l. senatus. & Inst. eod. §. j.* vbi dicit quòd assimilantur c legatis. Sed cõtra. *§. de condit. & demonstr. l. Mæuius.* vbi non capaci debet dari. Sed ibi de mortis causa capione, hic de mortis causa donatione. Vel hic etiam de mortis causa capione. Sed ibi accipit non capax, hic verò non capit: quod aliud est: *ut j. de verb. signif. l. aliud est.* Hoc autem, an d sit capax, tempore mortis inspicitur: *ut j. eod. l. in mortis.* Accursius.

c Donatio mortis causa legatis comparatur. *adde glossam in l. j. C. eod.*

d Capax quis sit an non sit inspicit ur tempore mortis. *adde glossam in l. 15. C. ... eod.*

Ei cui.] CASVS. Si dono alicui aliqd causa mortis: an possim ei substituere, quæritur. dicitur quòd sic hoc modo, quòd illum quem volo substituere, faciam stipulari à donatario sibi illud donũ donari, si cõtingat donatarium non posse capere: vel sub aliqua alia condit. putà si nauis ex Asia venerit. Fr. Accursius.

t ¶ *Ei cui.* aliàs incipit, ei cui. & aliàs, si cui. Accursius.

u ¶ *In hunc modum* per stipulationem e ergo sit substitutio.

e Donatario causa mortis potest substitui per stipulationem, alioquin modo, de quo tamen. v. quæ scripsi in *glossa. 1. in fi. C. eod.*

x ¶ *Conditione.* præterquam f illa, si donatarius substitutus voluerit, quæ legatario imponitur: *ut supra de leg. j. leg. si ita. §. j. & de conditio. & demonstratio. l. si ita expressum.* Ex quo enim stipulatur g: iam agnoscit. sed in legato secus, in quo non oportet quòd stipuletur.

f Donatario causa mortis nõ potest substitui sub illa conditione, si voluerit: & cur.

g Donatarius causa mortis stipulando agnoscere donationem videtur. *adde glossam in l. si pater 77 ... tit. 1. de lega. 1.*

Mortis causa.] CASVS. Pater potest donare nurui, id est vxori filij sui, causa mortis filij. Fr. Accursius.

y ¶ *Donare.* nurui, vt bene conueniãt sequentibus. & facit *§. eod l. qui in pretio. in fi. & quod ibi not.*

Si mulier.] CASVS. Quidam erat institutus, & datus erat substitutus. nunc substitutus dedit pecuniam vxori testatoris, vt illa diceret se prægnantem, & peteret se mitti in possess. bonorum defuncti nomine ventris: vt sic, interim institutus fortè decederet, & sic substitutus haberet bona. postea illa non apparet prægnans. pecuniam quam accepit à substituto, dicitur capere causa mortis defuncti. Fr. Accursius.

z ¶ *Accepit.* à substituto, Io. ¶ Et quando h dicitur facere per calum. habes *§. si mu. ven. no. l. j. §. per calumniam.* & efficitur infamis, si pronuntietur per calum. in possessionem missa: *ut §. de his qui no. infa. l. notatur. & l. seq.*

h Mortis causa per calumniã possessionem petens pœna.

R. tione.

a ¶ *Ratione.* vt moriatur anteqȝ adeat, vel efficiatur nō capax.

b ¶ *Mortis causa.* i. [a] occasione mortis : non autem est donatio causa mortis:& non poterit hoc casu Fal[b]. detrahi: *vt no. sup. eo. l. qui pretio.facit ꝟ.eo.l.eum qui.*

a Causa pro occasione.
b Falcidia detrahitur ex mortis causa donatione, at non ex mortis causa capione, de quo tamē vltimo vide Glo. & ibi Bar. in l. 8. ꝟ. e. & l. 42. in fin. inf. eo. & l. 2. C. eod. & in l. in donationibus. C. ad l. Falc. Grassum libro sententiar. §. Falcidia. q. 8.

SI *alienam rem.*] C A S V S. Donaui tibi rem alienam causa mortis:& eam tu vsucepisti. dicitur quòd si cōualesco, reuocabo, illā rem à te condict. ob causam, vel sine causa. [M A R C E L L V S.] Dicitur quòd in dona. causa mortis possunt apponi pacta quæ sunt extra naturam donationum, vt si dicatur vt valeat donatio morte donantis: siue decedat ante eum ille cui donatur, siue post : seruabitur quod dictum est. Item si est dictum vt reddatur quandocunque donantem pœniteat : tenet quod dictum est. Item si est dictum quòd non aliter reddatur, nisi eum cui donatur, contingat prius mori :& hoc seruabitur. Vltimò dicit : pone quòd donatum est causa mortis, & hoc pacto quòd nullo modo reuocetur quod factum est : dicitur quòd valet hæc donatio. Fran. Accur.

c Præscriptio ex titulo reuocabili procedit, ut quæ scri pst ad l. 2. ꝟ. si sub conditione inf. pro emptore l. 2. & l. 4. l. de in diem addict.
d Donationibus, extra earum naturam quædam adiicere per pactū licet.
e Donatio mortis causa facta, ea lege ne reuocetur, donatario præmoriente reuocari potest: si donatorem totius primæ voluntatis pœniteat. Sed id tātum verum esse existimat post Dynum. Bartolus, si donatio mortis causa facta sit in testamēto vel codicillis: secus si extra testamentum. Hoc enim casu pactum de non reuocanda donatione seruandū esse, adde Mantecam l. de coniecturis vltim. voluntatum.
f Donatio mortis causa cum reuocatur, tenetur donatarius restituere cū perceptionis omnem causam rei donatæ restituere, adde l. cum qui mortis causa. ꝟ. de cond. c causa data Grassum §. donat. mortis causa quæst. 22. nisi si tamen impēsas quasdā fecerit donatarius in rē donatam, eas cum fructibus perceptis cōpensare potest.

c ¶ *Conualuero.* condic. ob causam, vel sine causa condicam: *vt & infra eod. l. senatus. §. j. & l. quod mortis. & supra de condict. indebi. l. indebiti. §. j.* & vtar[e]. accessione sui temporis contra dominum si à me petat. *argum. infra de adquirend. possess. l. Pomponius. §. in dote. & facit infra eodem l. qui alienam.*

d ¶ *Marcellus notat.* esse verum quod sequitur.

e ¶ *Quæstiones.* quia aliquid potest agi extra naturam donationis per pactum *& facit supra tit. j. l. Aristot.* Accursius.

qua ratione [a] excludat : mortis causa [b] eam capere Iulianus sæpius scribit.

Ab illo dicitur quis habere dominium, à quo habuit causam vsucapiendi: non ab eo à quo dominium auellitur. Pau. de Cast.

XIII. I V L I A N V S *libro septimodecimo Digestorum.*

SI alienam rē mortis causa donauero, eáque vsucapta fuerit verus dominus eam cōdicere nō potest, sed ego, si conualuero [c]:

In mortis causa donationibus inspicitur quod inter partes de reuocatione agitur. Bart.

1 ¶ Marcellus notat [d]: In mortis causa donationibus etiá facti quæstiones [e] sunt. Nam & sic potest donari, vt omnimodo [f] ex ea valetudine donatore mortuo res non reddatur: & vt reddatur etiam si prior ex eadem valetudine donator decesserit, si iam mutata voluntate [g] restitui sibi voluerit. Sed & sic donari potest, vt non aliter reddatur, quàm si prior [h] ille qui acceperit [i], decesserit. Sic quoque potest donari mortis causa, vt nullo casu [k] sit eius repetitio: id est nec si conualuerit quidem donator [l].

XIIII. I V L I A N V S *libro octauodecimo Digestorum.*

SI mortis causa donatus fundus est, & in eum impensæ necessariæ atque vtiles factę sint: fundum vindicantes [m], doli mali exceptione summouentur, nisi pretium earum [n] restituant.

Cui permittitur testari, permittitur mortis causa donare. Bart.

XV. I D E M *libro vicensimoseptimo Digestorum.*

MArcellus notat [o]: Cú testamento relinquendi cui velint adepti sint filii familiàs milites liberá [p] facultaté [q]: credi potest ea etiá [r] remissa [s], quæ [t] donationes mortis causa fieri prohibent.

Donata & legata æquiparantur. Bartolus.

Paulus notat [u]: hoc & constitutum est, & ad exemplum legatorum mortis causa donationes reuocatæ sunt [x].

XVI. I D E M *libro vicensimonono Digestorum.*

MOrtis causa [y] donatio etiá dū pendet an cōualescere possit donator, reuocari potest [z].

Non valet donatio causa mortis vltra vires hæreditatis. Bar.

XVII. I D E M *libro quadragensimoseptimo Digestorum.*

ET si debitor consilium [a] creditorum fraudandorū non habuisset [b], auelli [c] res mortis causa ab eo donata debet. Nā cū legata ex testaméto eius qui soluēdo nō fuit, omnimodo inutilia [d] sint: possunt videri etiam donationes mortis causa factæ rescindi debere: quia legatorum instar obtinent [e].

Potest quis donare causa mortis suæ & alterius. Bart.

XVIII. I D E M *libro sexagensimo Digestorum.*

MOrtis causa capimus non tunc solùm, cùm quis suæ mortis causa nobis donat: sed & si propter alterius mortem

f ¶ *Omnimodo.* etiam donatario præmoriente.

g ¶ *Voluntate.* id est, hoc actum fuit quòd si mutaret voluntatem esset res restituenda,& non aliter. Accur.

h ¶ *Prior.* quàm ille qui donat. Accur.

i ¶ *Qui acceperit.* ¶ Sed an tunc potest pœnitere ? innuit quòd non. *arg. ꝟ. de leg. j. l. mihi & tibi. §. j.* Sed dic contra [e], si modò totius primæ voluntatis pœniteat: *vt arg. ꝟ. de leg. iij. si quis. in prin. & de codicil. l. diui. §. licet.* Accursius.

k ¶ *Nullo casu.* sed tunc non erit mortis causa donatio, sed inter viuos: *vt ꝟ. eo. l. vbi ita. & facit ꝟ. eo. l. senatus. §. mortis.*

l ¶ *Donator, reuocabitur.* alias deest illud reuocabitur.

SI *mortis.*] C A S V S. Donatus est fundus Titio causa mortis, & traditus: tandem Titius in hoc fundo fecit expensas necessarias, vel vtiles postea reuocata fuit donatio, fortè donatore pœnitente, vel alio iusto modo : & sic donans petit fundum à Titio sibi restitui rei vindi. dicitur quod Titius nō cogitur reddere fundum, nisi expensæ quas fecit in fundo, ei reddantur. Fran.

m ¶ *Vindicantes.* donator & eius hęredes: cū donatio sit reuocata.

n ¶ *Earum.* impensarum. ¶ Sed nunquid fiet compensatio cum fructibus? respon. *vt ꝟ. de rei vin. l. emptor. & l. sumptus. & ar. ꝟ. de reg. iur. l. in eo quod.*

M*Arcellus notat.*] C A S V S. Sicut filiusfamil. miles potest testari ita & donare causa mortis. Vltimò dicit quòd donatio causa mortis est redacta ad similitudinem legatorum. Fran. Accursius.

o ¶ *Marcellus notat.* esse verum quod sequitur.

p ¶ *Liberam.* qualitercunque [a] velit, etiam omissa solennitate iuris: *vt C. de testa. mili. l. milites.*

q ¶ *Facultatem.* de castren. vel quasi.

r ¶ *Etiam.* quæ de solennitate aliàs exiguntur in filiosfam. putà [b] de [c] consensu patris. Item quòd possit capere donatarius licèt tēpore mortis inueniatur non [d] capax. Item de quinque testiū præsentia: qui aliàs exiguntur. *vt infra eod. l. tam is. §. j. & l. in mortis. & C. eod. l. fin. & facit supra eod. titulo l. filius. in fine. item ꝟ. de reg. iur. l. non debet cui quod plus est &c.*

s ¶ *Remissa.* i. permissa sine solennitate fieri.

t ¶ *Quæ.* aliàs, quæ etiam in donatione. Accursius.

u ¶ *Paulus notat.* esse verum quod sequitur. Accursius.

x ¶ *Reuocatæ sunt.* id est redactæ [e]: *vt & ꝟ. eod. l. si debitor. & l. illud & ꝟ. eodē l. omnibus. & C. eod. l. si.* Differunt tamen in quibusdam: vt ecce filiusfam. causa mortis donat, non [f] legat etiam consentiente patre: *vt ꝟ. eod. l. tam is. 2.* Item hæ quandoq; à defuncto, quandoque ab hærede: legatum semper ab hærede. *vt Instit. de leg. §. j. 3.* Sunt & aliæ differentiæ quas no. *vt Inst. eo. §. j. 4.* Item in donatione obligatur [h] donatarius ad reddendū rationem possessionis: non in legato:

a Libera testandi facultate, militi concessa, id concessum intelligitur vt testari possit qualitercunque velit, etiā omissa solennitate iuris: Item vt possit donare mortis causa liberè. Perperam Holoander hanc legem cum superiore commiscebat contra fidem Flo. & vulg. Anto. August. lib. 3. c. 1.
b Libera donandi mortis causa facultate, quid contineatur.
c Donandi mortis causa libera facultas filiofamilias permissa id illi tribuit, vt donare possit sine consensu patris, etiam incapaci mortis tempore, & in præsentia pauciorū quā quinque testium.
d adde gl. in l. 9. sup. eod.
e Donationū mortis causa & legatorum similitudo.
f Donationis mortis causa & legatorum differētiæ. de quibus vide Grassum §. donatio causa mortis quæst. 2.
g adde gl. in l. 35. inf. eod.
h Donatarius mortis causa obligatur ad rationem reddendam possessionis, vt hic, sed & fructuū, vt docet gl. l. 14. sup. eod. & l. 12. sup. de condict. ob causam.

M*Ortis causa.*] C A S V S. Si aliquis donauit causa mortis suæ potest reuocare. Fran. Accur.

y ¶ *Mortis causa.* aliàs §. idem Paulus. & aliàs incipit lex, mortis causa.

z ¶ *Potest.* per pœnitentiam. Item & per hoc quòd præmoriatur donatarius. *vt & ꝟ. si cer. pe. l. non omnis. in prin.* Sed argu. contra ꝟ. *de redhibitoria. l. bouem. §. fin.*

E*T si debitor.* C A S V S. Debitor multorum donauit Titio causa mortis fundum. dicitur quòd si creditores reuocabunt istū fundum, sicut & si legasset, & hæc sunt vera etiam si non in fraudem creditorum hoc fecit : dum tamen hoc eis noceat. Francisc. Accursius.

a ¶ *Et si debitor consilium.* quod [i] est ex animo: *vt infra de regu. iur. l. fraudis.*

b ¶ *Non habuisset.* cùm donaret causa mortis.

c ¶ *Auelli.* à donatario.

d ¶ *Inutilia.* *vt & C. de leg. l. si vniuersæ. & ꝟ. de hære. inst. l. ex facto. §. vnde scio. & supra ad leg. Falcid. l. in ratione. §. quod vulgo. & ad Trebel. l. j. §. sic is qui quadraginta. & supra si cui plus quā per leg. Falcid. l. j. §. in quibus. & C. de testamen. milit. l. in testamento.* & idem [k] ergo in donatione causa mortis: *vt hic & supra si quid in frau. pa. l. j. §. j.* nam & aliàs in titu. lucratiuo etiam inter viuos sufficit [l] solus euentus *vt infr. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. hoc edicto. §. similique modo & facit ad hoc infr. quæ in frau. cred. l. omnes. §. Lucius. & C. qui manu. non poss. l. j. & l. fin.* & quando exigatur fraus vel euentus, plenè dic vt no. Instit. *de act. §. item si quis.*

e ¶ *Obtinent.* *vt & ꝟ. eo. l. Marcellus. §. Paulus.*

i Cōsiliū fraudandi ex animo colligitur.
k Donatio causa mortis reuocatur per creditores, si ea fraudata sunt reipsa, licet non consilio.
l Euentus sufficit vt donata in fraudem creditorū reuocentur, de quo tamen aliàs, alibi plenius dicā.

M*ortis causa.*] CASVS. Mortis causa videor capere, siue mihi dones causa mortis tuæ, siue causa mortis alteri[a]: putà, si donasti mihi fundum causa[a] mortis filij, vel fratris tui, vel similis hoc acto vt si conualescat ille ob cuius mortem erat donatum, reuocetur donatio, aliàs non reuocetur. [SI DONATVRVS.] Tu volens mihi donare decem causa mortis, debitorem tuum in decem delegasti pro me creditori meo me volente. dicitur quod tantum videtur mihi donatum inquantum sum liberatus à creditore meo, etiam si delegatus non sit soluendo. si autem ego fui stipulatus à debitore tuo quod tibi debebat, mihi dari te patiente hoc fieri animo donandi, mortis causa mihi tantum videtur donatum, inquantum est soluendo iste debitor. vnde si tu donans conualuisti, & sic vis reuocare donat. à me: intantum teneor, vt cedam act. quam habeo contra istum debitorem. [TITIA.] Titia habens debitores & instrumenta[b] de eis, existens infirma dedit instrumenta Ageriæ hoc pacto, vt si conualesceret Titia reddat sibi instrumenta: si verò contingat eam mori, instrumenta det causa mortis debitoribus. dicitur quòd hæc talis donatio tenet: & Mæuia filia heres Titiæ non potest reuocare [QVI HOMINEM.] Donasti mihi causa mortis seruum tuum qui fecerat alicui delictum: vel quem alicui obligaueras. dicitur quòd tantum videris donasse, quantum talis seruus possit vendi. idem in fundo obligato quem mihi donas causa mortis. Fran. Accursius.

a Donare causa mortis vt propriæ, ita & alienæ possumus. Alienæ vt filij vel fratris, vel agnati. Alterius deinque de quo v. glossam in l. 8 sup. eo. & l. 3 C. eo. & quæ ibi ll notaui.

† Donatio facta vt post mortē habeatur, iudicatur de futura successione. Bal. in l. licet. C. de pac. hoc late prosequitur & Oldra. consilio xxxxiiij.

b Instrumenti redditio facta à creditore debitori aut ab alio creditoris voluntate, debitorem liberat.

id faciat: veluti si quis filio vel fratre suo moriente donet Mæuio ea conditione, vt si conualuerit alteruter eorum[a], reddatur sibi res: si decesserit †, remaneat apud Mæuium.

Ex donatione causa mortis in tantum quisque capit, inquantum quis debito liberatur, vel ex actione percipitur. Bartolus.

1 ¶ Si donaturus mihi mortis causa, debitorem tuum creditori meo delegaueris[b]: omnimodo capere videbor tantam pecuniam, quanta à creditore meo liberatus[c] fuero. Quòd si ab eodem[d] ego stipulatus fuero[e]: eatenus capere existimandus ero, quatenus debitor soluendo fuerit. nam & si conualu[e]rit creditoridemque donator condictione[f], aut in factum[g] actione debitoris obligationem duntaxat reciperet.

Mandatum quod confertur post mortem non finitur morte.

2 ¶ Titia chirographa debitorum suorũ Septitij & Mæuij donatura illis[h], Ageriæ dedit: & rogauit eam, vt ea si decessisset[i], illis[k] daret: si conualuisset, sibi redderet. morte secuta, Mæuia Titiæ filia heres extitit: Ageria autẽ interrogata erat, chirographa Septitio & Mæuio suprascriptis dedit. quæritur, si Mæuia heres summam quæ debebatur ex chirographis suprascriptis petat[l], vel ipsa chirographa: an exceptione excludi possit. Respõdit, Mæuiam vel pacti[m] conuenti vel doli[n] mali exceptione summoueri posse.

Res tantum valet, quantum vendi potest scienti eius conditionem, & recipienti in se periculum rei. Bar.

3 ¶ Qui hominem noxæ nomine, vel aliàs obligatum, mortis causa acceperit, tantum accepisse intelligendus est, quanti is homo venire potuisset[o]. Idem in fundo qui obligatus est, obseruari poterit, vt pretium[p] excutiatur.

Contra patrem naturalem datur actio de peculio: contra arrogatorem, vtilis vindicatio: & cum res non potest restitui, pretium condicitur. Bart.

XIX. IDEM *libro octogensimo Digestorum.*

SI filio familiàs res mortis causa fuerit donata, & conualuisset donator: actionem de peculio[q] cum patre habet. At si pater familiàs cùm mortis causa donationem accepisset: in adoptionẽ se dederit, res ipsa à donatore repetitur[r]. Nec huic similis est is qui rem quam mortis causa acceperat, alij porrò dederit. nam donator huic non rem sed pretium[s] eius condiceret.

Dandum causa conditionis implendæ, minuitur legato. Bart.

XX. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

EI qui non amplius parte capere poterat[t], legatus est fundus, si decẽ dedisset heredi. nõ totã summã is dare debet vt

a ¶ *Alteruter eorum.* cuius intuitu donatur. *& facit sup. eo. qui pretio in fi. & quod ibi no. & quod etiam in prin. eiusdem l. dixi.*

b ¶ *Delegaueris.* iussu meo. Accursius.

c ¶ *Liberatus.* etiam si non sit soluendo delegatus, quia bonum fecit nomen qui accepit. *vt s. man. l. inter. §. abesse. & j. de fideiuss. l. qui debitorem. & infra eod. l. mortis causa. §. Iulianus. & §. fin. in fi. & s. ad leg. Falci. l. Nesennius. §. fin. & l. quærebatur.*

d ¶ *Ab eodem.* debitore tuo: *vt s.* Accursius.

e ¶ *Stipulatus fuero.* cùm eum mihi delegares, volens mihi mortis tuæ causa donare. *vt & j. eo. l. mortis causa. §. si. in prin.* Accursius.

f ¶ *Conditione.* ob causam[c], vel sine causa: *vt inf. eo. l. qui mortis. & l. Senatus. §. j. & s. si cer. pet. l. non omnis in prin.* Accursius.

g ¶ *In factum.* generali[d], quæ datur alia deficiente, *de qua dicitur. C. de sac. sacro. eccl. l. sancimus.* & hoc si dicatur competere sine causa. Accursius.

h ¶ *Donatura illis.* causa mortis, quia mortis[e] statim fecit mentionem. alioquin præsumeretur[f] donatio inter viuos, *vt j. e. l. Seia. §. fi. & s. de dote præle. l. Seia.* Accursius.

i ¶ *Decessisset.* Titia. Accursius.

k ¶ *Illis.* debitoribus. Accursius.

l ¶ *Petat.* cum sit heres. Accursius.

m ¶ *Pacti. vt & supra de pactis. l. Labeo. & C. de remis. pi. leg. creditorem. & argu. s. de lege j. l. seruum. §. eum & C. de dona. l. j. & j. eod. l. Aruntio. & C. de Lati. liber. tol. §. ille.*

n ¶ *Doli mali.* quæ[g] generalis est *vt j. de do. excep. l. ij. §. generaliter. & s. de le. leg. l. iij. ij. respõ.* ¶ Sed videtur finiri morte huiusmodi mandatum: & sic eos non liberari, & sic est contra. *inf. de solu. l. fina. ij. respon.* Solu. hic donauit post tempus: ibi mandauit: Vel hic iam erat in posses. cui dare debuit: ibi non. Vel verius dic, hic fuit collatum[a] mandatũ post mortem quo casu non finitur morte: *vt & s. man. l. si verò non. §. fina.* ibi mandauit vt solueret in vita: & mandatarius soluit post mortem meã: & sic verba post mortem determinant ibi verbum soluitur &c. vt & ibi nota. *& facit sup. titu. j. l. hoc iure. §. si quis dederit.* Accursius.

c Donatio causa mortis quibus actionib. reuocetur v. glossam in l. 1. C. eod.

d Actio in factum generalis datur, alia deficiente

e Donatio mortis causa facta esse colligitur ex consequentibus post donationis.

f Donatio in dubio inter viuos præsumitur potius facta, quàm causa mortis.

g Doli mali clausula generalis.

o ¶ *Potuisset.* homini scienti[b] eius conditionem. *& sic s. ad leg. Fal. l. in quantitate. §. magis. & lege. quærebatur. circa prin. & s. de condic. fur. l. seruum.* Acc.

p ¶ *Vt pretium.* quanti posset vendi sic obligatus, & hoc quãdo luitio non pertinet ad hæredẽ. quod quando sit dic vt dicit in legato, *vt s. de le. j. si res obli.*

a Mandatũ cuius actus mandatur perficiendus post mortẽ, morte mãdatoris nõ expirat: *vt hic. similes sunt glossæ quas not. ad glossam l. vlt. inf. de solutionibus.*

b Pretium rei verum esse intelligitur quod consequi possumus ab eo qui rei æstimationẽ perspectam habet.

S*I filiofamilias.*] CASVS. Si filio Titij donaui rem causa mortis meæ & conualescã, repetam quod donaui, ab ipso Titio act. de peculio. Sed pone quòd ipsi Titio donaui causa mortis meæ, & ipse dedit se postea in arrogationem, dicitur quòd si conualescam repetam ipsam rem, secus autẽ esset si Titius rem sibi donatam causa mortis alij dedit. nam ego petam à Titio non rem, sed eius pretium. Fran. Accursius.

q ¶ *De peculio.* i. condictione sine causa in peculio. sed & si proponat vtilem in rem, quod potest: *vt j. eo. l. si mortis. & l. quæ mortis,* conuenit patrem, vt quemlibet possidentem. *& facit ad ista. supra de peti. hæred. l. si à domino vel à patre. in princ. & §. j.*

r ¶ *Repetitur.* i. rem ipsam donator repetit. non tamen ideò dico quòd arrogator teneatur de peculio ex antè gesto: *vt s. de pecu. l. in arrogationem. & insti. de acqui. per arro. §. fi.* nam res ipsa non videtur esse in peculio: *vt s. de pecu. l. deposui. in prin. & §. j. item facit bene. s. de capi. demi. l. tutelas. §. pen.*

s ¶ *Sed pretium.* Imò[c] videtur quod rem: quia ea est in obligatione, non pretium, *vt j. de verb. obl. l. si seruum stipulatus fuero. §. fi. & l. eum. §. fi.* Sed certè bene condicet pretiũ, quia illud necesse habet dare, cũ iam rẽ dare nõ possit: licèt ipsa res sit in obligatione, *vt s. de constit. pe. l. promissor. & supra de cond. fur. in re furtina. & C. de compen. l. fin. in prin.* Idem erit in seruo manumisso: *vt j. eodem. l. si is cui.* Vel fortè fauore libertatis non erit seruus in obligatione: sed pretium tantum: *vt arg. C. de his qui à non do. l. j.* ¶ Item ad hoc quod dicit rem non posse condici, sed pretium, est contra. *j. eo. l. illud. §. Iul. scribit si quis.* Sol. vt ibi. [d] ¶ Item quare hic secus quàm in superiori proxi. Respon. vbi repetitur res? Resp. quia supra rem potest præstare, & ideò ad eam præcisè tenetur. hic non: *vt s. de rei vind. l. qui restituere.*

c Rem dari, si fuerit in obligatione an ipsa præcisè petenda, an verò pretium.

d Intellige hanc secundũ illam, secundùm B. hic.

E*I qui.*] CASVS. Legaui tibi fundum, si decem dedisses hæredi meo, nunc non potes capere, nisi dimidiam fundi fortè propter falci. vel quia eras filius naturalis defuncti. dicitur quòd ex quo non potes habere nisi dimidiam fundi, dimidium grauaminis sustinebis, & sic dabis tantùm quinque. Fran. Accur.

t ¶ *Poterat.* putà[e] filio naturali: qui quantum capere possit, habet *C. de na. li. authen. nunc liberi. & authen. licet.* Vel in eo cui per Falcidiam subtrahitur, potes[f] ponere, *vt C. e. l. ij. & facit bene ad l.* istam

e Pars tãtum legati quinam capiant.

f Reprobatur à Bartolo post Dynum hæc species: defendi autẽ videtur à Castrensi.

partem fundi haberet, sed partem duntaxat pro rata qua legatum consequitur.

XXI. IDEM *libro secundo ad Priscum Ferocem.*

EVm qui vt adiret hæreditatem, pecuniam accepisset [a]: plerique (in quibus Priscus quoque) responderunt mortis causa eum capere [b].

Capacitas vel incapacitas donatarij inspicitur tempore mortis: non tempore donationis. Paulus de Castro.

XXII. AFRICANVS *libro primo Quæstionum.*

IN mortis causa donationibus non tempus donationis, sed mortis [c] intuendum est, an quis capere possit.

In donatione facta filio familiàs inspicitur cuius contemplatione sit facta donatio. Bar.

XXIII. IDEM *libro secundo Quæstionum.*

SI * filio familias mortis causa donatum sit, & viuo donatore moriatur filius, pater viuat: quæsitū est quid iuris sit. Respondit, morte filij cōdictionē competere [d], si modò ipse potiùs filio quàm patri donaturus dederit. alioquin si quasi ministerio [e] eius [f] pater vsus sit: ipsius patris mortem spectandam esse. Idque iuris fore & si de persona serui quæratur [g].

Qui est liberatus acceptilatione: non potest vti præscriptione, qua vteretur si liberatus non esset. Bar.

XXIIII. IDEM *libro nono Quæstionum.*

QVod debitori acceptum factum esset mortis causa, si cōualuerit donator, etiam tempore liberato [h] ei potest condici. námque acceptilatione interueniente abitum [i] ab iure pristinæ obligationis: eámque [k] in huius * conditionis [l] transfusam.

Sicut possunt fieri codicilli ex testamento. id est facto testamēto, & etiam ab intestato. i. non facto testamento, ita & donatio mortis. Pau.

XXV. MARCIANVS *libro nono Institutionum.*

TAm is qui testamentum facit, quā qui nō facit [m], mortis causa donare potest.

Filius potest donare causa mortis patre volente. Bart.

¶ Filius familias qui non potest facere testamentum nec voluntate patris [n]: tamen mortis causa donare patre permittente potest.

Ad confirmationem huius donationis sufficit donatorem non superuiuere donatorio. Bart.

XXVI. IDEM *libro secundo Regularum.*

SI † qui * inuicem sibi mortis causa donauerunt, pariter decesserūt, neutrius hæres repetet: quia neuter alteri superuixit [o] Idem iuris est si pariter maritus & vxor sibi donauerunt [p].

Conuentio contra substantiam contractus facit conuentionem in

stiam. ℥. de condic. & demon. l. qui hæredi. §. pe. & §. fin. & lege. Plautius. §. item restituitur. & lege sed & si hoc. & sup. ad Trebel. l. Lucius. §. hæres. & ad l. Fal. l. in ratione. §. ij.

EVm qui.] CASVS. Hæres institutus nolens adire hæreditatem accepit decem à legatarijs, vel à creditoribus hæreditarijs, ad hoc vt adiret & adiuit: dicitur quod hæc decē videtur habere causa mortis, & subandi, testatoris. Fran.

a ¶ *Accepisset.* à [a] creditoribus, vel legatarijs: cū legata [b] non valerent hæreditate non adita: *vt Instit. ad legem Falcidiam. §. ex diuerso.*

b ¶ *Capere.* latiùs [c] patet mortis causa capio quàm mortis causa donatio. Ir. vt dixi ℥. e. l. qui pretio. Accursius.

IN mortis.] CASVS. In donatione causa mortis inspicitur tempus mortis donatoris: vt si tunc donatarius sit capax, satis sit: licet [d] tēpore donationis non esset capax: vt quia forte tunc captus ab hostibus erat vel alia de causa. Francisc. Accursius.

c ¶ *Sed mortis.* vt qui in potestate hostium erat qui tēpore [e] mortis redierit, secundùm Azo. Idem in legato. *ar. infra de in. fis. lege. non intelligitur. §. quando. & supra. de lega. præstan. lege. interuenit. & de leg. iij. lege. si deportati serui.* Alij dixerunt, & tempore facti testamenti: *arg. sup. de re. Cato l. j. & de reb. dub. l. si cognatis.* Sed nō placet: quia reg. Cato. locum non habet quando ex persona legatarij tantùm deficit legatum: sed cū propter rem ipsam, vel personam legantis, vel legantis & legatarij mixtim. in hæreditate autem quandoque tria tempora, quandoq; etiam vnum spectatur: *vt not. instit. de hære. quali. & dif. §. in extraneis.* Item not. hic. B. idem esse econtra an quis possit donare: *arg. ℥. de leg. iij. l. j. §. si filius.* Accur.

SI filio familias.] CASVS. Donaui filio familias fundū causa mortis tandem decessit hic filius me viuo. dicitur quòd donatio est extincta: nisi contemplatione tui patris esset facta. tunc enim mors patris, non filij, spectatur ad hoc vt extinguatur donatio. Vltimò dicit, ea quæ dixi in filio donatario: habent locum in seruo donatario. Franc. Accur.

d ¶ *Competere.* aliter in vsufru. *vt C. de vsufru. l. fin.* Vel ibidem etiam hoc distingui potest. Sed [g] loquitur ibi cùm incertum est cuius contemplatione relinquit. licèt huic solutioni videtur repugnare finis illius. l. vbi dicit: cùm plerunque verisimile sit. &c.

e ¶ *Ministerio. sic supra. quod iussu. l. fin. in prin. & instit. quod cum eo. in fine.* Accursius.

f ¶ *Eius.* scilicet filij.

g ¶ *Quæratur.* nam eodem modo distinguitur cuius contemplatione [h]. & sic intellige. *j. eo. l. fi.* Accur.

QVod debitoris.] CASVS. Tenebaris mihi [illegible] temporali, putà redhibitoria existens infirmus liberaui te per accep. causa mortis, dicitur quòd si conualescam, condicam à te quod mihi debes: nec inspicitur quantum tempus interim cucurrerit. Franc. Accur.

h ¶ *Liberato.* i. liberando. si acceptilatio non interuenisset: vt quia redhibitoria tenebatur. nunc autem, cum [i] sit acceptilatione sublata, non potest actio plus tempore tolli.

i ¶ *Abitum.* id est recessum. *

k ¶ *Eámque.* s. pristinam obligationem. Accur.

l ¶ *Conditionis.* quæ erit perpetua [a]: *arg. ℥. de constitu. pecu. l. item illa. §. quod adijcitur.* & facit ad istam translationem supra *de condic. ob caus. l. si quis accepto tulerit. & de condi. fur. l. parui. & supra. manda. l. qui negotia.*

TAm is.] CASVS. Dicitur quod donare potest quis causa mortis, siue faciat testamentum, siue nō. [FILIVS FAMILIAS.] Filiusfam. non potest testari etiam patre volente: donare tamen causa mortis potest patre volente. Francisc. Accursius.

m ¶ *Non facit.* de facto. de iure autem facere potest. *sic sup. de in. codi. conficiuntur. §. j.* si [b] autem de iure non posset testari nec donare causa mortis potest: *ar. ℥. sup. de in. codi. l. diuus Seuerus. §. pen.* nisi esset filiusfami. vt statim subijcit.

n ¶ *Patris. vt & instit. qui non est permis. fa. test. in princ. & sup. de testa. leg. qui in potestate. & C. qui testa. fa. pos. leg. iij. in fine. & leg. si tamen & c. vt subijcit. & supra tit. j. leg. filius. §. pari ratione.* Sed [c] non legare, etiam patre permittente: *vt ℥. de lega. j. l. y.* & est ratio, quia legata in testamento relinquuntur, quod non [d] debet ex alieno pendere arbitrio: *vt instit. de fideicom. hære. §. præterea. & sup. de hære. insti. l. illa.* ¶ Sed an [e] erit codicillus hæc voluntas qua filiusfamilias donat patre consentiente? Videtur quod sic: cùm † quinque testes ibi sint: *vt C. eod. l. fin.* Sed dic quòd non: *vt supra. de codi. l. diui. §. pen.* Sed dicetur vltima [f] voluntas: *vt C. de codi. l. fi. §. fin.* ¶ Item nunquid poterit hodie filiusfami. legare [h] consentiente patre, cùm etiam sine [g] testamento possit legari: *vt inst. de leg. §. nostra autem?* Resp. nō: quia licèt sit diminuta solennitas quo ad numerum testium & voluntatis solennitatem: non [i] tamen in solennitate personæ condentis vltimam voluntatem inuenimus aliquid deminutum: vnde stamus veteri iuri: *vt C. de sp. l. præcipimus. in fin.* ¶ Item qua actione [k] petetur donatio causa mortis; Respon. *vt dixi C. eo. l. j.*

SI qui.] CASVS. Si duo donauerunt inter se causa mortis, & vterque simul decessit. donationes confirmantur idem est in marito & vxore. si inter se donent causa mortis. Fran. Accur.

o ¶ *Superuixit.* & est ratio, vt magis valeat quàm pereat: *vt argu. ℥. de rebus dubiis l. quotiens.*

p ¶ *Donauerunt.* causa mortis, vel inter viuos: *vt & sup. de re. dub. l. si inter virum. & supra. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si maritus.* & est hic etiam illa ratio præter superiorem, quia non amare. &c. *vt ℥. de don. inter vi. & vxo. si id quod. §. si quas serui operæ.* & caue tibi: quia speciale est in his duabus donationibus, s. causa mortis, & inter coniuges: secus in aliis contractibus: vt [illegible] puletur vxor dotem à viro, si prædecedat vir. vt in contrario: *vt ℥. de reb. dub. l. qui duos. §. si maritus.* Illud autem constat, quod ex [l] qualitate personæ vel ex aliquo alio lex præsumit alterū primò decessisse. *vt in illo. §. si maritus. & §. fi. & ℥. de pall. do. l. inter. in prin. & ℥. de relig. l. si possessor. §. j.*

VBi ita.] CASVS. Donaui tibi fundum causa mortis, & tradidi hoc acto, quòd nulla de causa possit reuocari donatio dicitur quòd ratio donādi magis videtur inter viuos quàm causa mortis: & sic hæc donatio æquiparatur donationi inter viuos. Vnde

a Pecunia ab aliquo accipi potest adeundæ hæreditatis causa: quo modo qui accipit, mortis causa capere dicitur.

b Legata non valent, nō adita hæreditate.

c Mortis causa capio latiùs patet quàm mortis causa donatio.

a Actio semel sublata acceptilatione, tēpore tolli iam nō potest.

alium contractum transire, si verborum significatio patitur. Barto.

XXVII. IDEM *libro quinto Regularum.*

VBi ita donatur mortis causa[a] vt nullo casu reuocetur[a]: causa[b] donãdi magis[c] est, quàm mortis causa[d] donatio: & ideo perinde haberi debet, atque alia quæuis inter viuos donatio: ideoque[e] inter viros & vxores non valet[f]. & ideo[g] nec Falcidia locum habet quasi in mortis causa donatione[h].

Qui contra voluntatem defuncti petit, exceptione doli repellitur. Bartolus.

XXVIII. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.*

AVunculo suo debitori mortis causa donaturus[i] quæ debebat[k] ita scribit: Tabulæ vel chirographum tot, vbicũque sint inanes esse volo neque eum soluere debere. quæro an heredes[l] si pecuniam ab auunculo defuncti petant, exceptione doli mali se tueri possint[m]. Marcellus respondit, posse[n]. nimirum enim contra volũtatem defuncti heres petit ab eo[o].

Si dominium non est translatum donator reuocat rei vindicatione. directa, aliàs vtili, vel condictione. Bartolus.

inter[a] virum & vxorem talis donatio facta non tenet. Item de tali donatione non trahit heres donantis Falcidiam: quod faceret si esset donatio causa mortis. Franc. Accursius.

a ¶ *Reuocetur.* quod[b] potest fieri: *vt & s. eo. l. si alienam. in fi. & j. eo. l. senatus. §. mortis causa. in fi.*

b ¶ *Causa.* id est ratio, siue occasio.

c ¶ *Magis.* s. inter viuos. Accursius.

d ¶ *Causa.* s. quædam impulsiua: non finalis *sic s. tit. j. l. & generaliter.*

e ¶ *Ideoque.* s. quia est donatio inter viuos. Accursius.

f ¶ *Non valet.* vt tunc transeat dominium, sed poterit[c] morte cõfirmari: *vt j. eo. l. si mortis.*

g ¶ *Et ideo.* s. quia nõ est huiusmodi donatio causa mortis, sed inter viuos.

h ¶ *Donatione.* in mortis causa donatione locũ habet Fal[d]. & in illa quæ fit inter coniuges, quando morte confirmatur. *vt C. ad l. Fal. l. pen. & leg. in donationibus.*

A*Vunculo.*] CASVS. Tabulæ & chirographa eorũ quę debet mihi auunculus meus, volo ꝙ sint inanes: & id quod ipse mihi debet, nolo[e] eũ soluere & hoc dixi animo volẽdi illa debita donare ei causa mortis. dicitur ꝙ donatio tenet. vnde si heredes mei petãt hæc debita ab auũculo: ipse habet excep. doli. Frãc.

i ¶ *Donaturus.* nepos.

k ¶ *Debebat.* auunculus.

l ¶ *Heredes.* scilicet istius nepotis.

m ¶ *Possit.* scilicet auunculus.

n ¶ *Posse.* aliàs est posse: aliàs deficit posse: & debet deficere enim.

o ¶ *Ab eo.* auũculo. *& facit s. e. l. mortis causa. §. Titia. & quod ibi no.*

S*I mortis.*] CASVS. Si donaui tibi fundum causa mortis: si postea conualescam, quæ actio mihi dabitur, quęritur. Et distinguitur nam si donaui vt tũc demũ fieret tuus cũm morerer in hoc casu si conualescam, habeo act. in rẽ. si non conualescam, tunc eris dominus. & si desinas possidere, habebis rei vind. si autem sic donaui, vt statim fieret tuus, redeat autẽ ad me si conualescam: tunc dominium statim est tuum, & interim habeas rei vindi. si desinas possidere, & conualescam: datur mihi vtilis in rem. idem est & si tu præmoriaris antequam ego. nam habeo vtilem. Fran. Accursius.

p ¶ *Habeat in rem actionem.* s. directam.

q ¶ *Contigisset.* s. donanti. Accur.

r ¶ *Tunc haberet.* s. demum si accipitur tunc vt extremum tempus capiatur: *vt & s. de condit. & de. l. lig. §. fi.*

s ¶ *Donator.* conualescens.

t ¶ *Vindicare.* directa, in rẽ, cũm dominiũ ab eo nõ decessit. Acc.

u ¶ *Mortuo.* s. qui donauit. Accursius.

x ¶ *Donatum est.* s. poterit vindicare, si à possessione cadat. nam mortuo donatore transiuit in eum dominium.

y ¶ *Sic.* s. donauit. Accursius.

z ¶ *Iam nunc.* i. statim[g] fieret donatarius dominus: sed redderet in defectum conditionis: vt subiicit. ¶ Quid autem in dubio? Respon. dominium transfertur statim: *vt arg. s. de iure do. l. dotis fructus. §. fi. & l. sequen.* Accursius.

a ¶ *Conualuisset.* s. qui donauit.

b ¶ *Donatori.* act. s. vtilẽ: *vt j. l. prox. not.* & ex vi pacti. ¶ Nec ob. *C. de pac. l. traditionibus.* q̃a aliud[h] est in vltimis volũtatib9, vt possit redire dominium. ¶ & ideo nõ obstat similiter. *C. de pac. inter em. & vend. l. j. & ij. & iij.* Verũm etiã in pactis inter viuos potest distingui: *vt not. s. eo. l. j. §. item cum ipse. & fa. s. de donat. inter vir. & v-*

a Donatiõ mortis causa facta ita facta vt nullo casu reuocetur donationi inter viuos effectum habet. Ideòque inter coniuges nõ valet, neque minuitur Falcidia per heredem.
b Donatio facta vt nullo casu reuocetur licèt vera donatio sit inter viuos: Donatio tamen mortis causa fieri potest vt non nisi certo casu reuocetur *l. s. in fi. l. eod.*
c Donatio inter coniuges morte confirmatur.
d Falcidia locum habet in donatione mortis causa.
e Pactum libe[...] quibus verbis inducatur.
f Donator dominii rei donatæ statim [...]

xo. l. si interim in prin. & §. j. & j. eo. l. senatus. §. mortis.

c ¶ *Si quid horum.* s. supradictorũ: quia si donauit causa infirmitatis quam habebat, ex qua si moreretur, fieret res donata donatarij, & factus est sanus: vel si donauit causa prælij ad quod ibat, in quo timebat mori: & si moreretur fieret res donata, donatarij: & non est mortuus, & reuersus est sanus: vel si donauit cum volebat ire vltra mare: & antequã reuerteretur credebat mori: & tunc fieret donatarij & reuersus est: in omnibus supradictis casib9 poterit vindicare rem donatam.

XXIX. VLPIANVS *libro septimodecimo ad Edictum.*

SI mortis causa res donata est, & conualuit qui donauit, vidẽdum an habeat in rem actionem[p]. Etsi quidem sic quis donauit, vt si mors contigisset,[q] tũc haberet[r] cui donatum est: sine dubio donator[s] poterit rẽ vindicare[t]. mortuo[u] eo, tunc is cui donatum est[x]. Si verò sic[y], vt iam nunc[z] haberet, redderet si cõualuisset[a], vel de prælio, vel peregre redisset: potest defendi in rem competere donatori[b] si quid horum[c] cõtinget: interim[d] autem ei cui donatum[e] est. Sed & si morte præuentus sit is cui donatum est, ad huc quis[f] dabit in rem donatori.

XXX. IDEM *libro vicesimoprimo ad Edictum.*

QVi mortis causa donauit, ipse ex pœnitentia[g] condictionem[h], vel vtilem actionem habet.

Vbi speciale nomen non cadit, causa mortis capio nuncupatur. Bar.

XXXI. GAIVS *libro octauo ad Edictum Prouinciale.*

MOrtis causa capitur: cùm propter mortẽ alicuius capiendi occasio[i] obuenit: exceptis his capiendi figuris quæ proprio nomine appellantur. Certè enim & qui hæreditario, aut legati aut fideicommissi iure

d ¶ *Interim.* i. antequã veniret cõditio in qua debebat reddere.

e ¶ *Donatum.* s. competit in rem si à possessione cadat.

f ¶ *Adhuc quis.* s. iurisconsultos. & lege interrogatiuè, & habeas sic: quis dubitet in rem donatori competere? q. d. nullus. aliàs deest competere: & tunc habeas, quis dabit in re. &c. & dic quis. i. aliquis iurisconsultus: vt supra. Accur.

Q*Vi mortis.*] CASVS. Si donaui tibi rem causa mortis, & postea pœniteã: repetã quod donaui, per cõdictionem vel vtilem in rem act. Fr. Accur.

g ¶ *Ex pœnitentia.* vt infra eod. l. senatus. §. donatio. in fin. §. & insti. eo. §. j. & s. si cert. pet. l. non omnis.

h ¶ *Condictionem.* sine causa vel ob causam, vt probatur legibus præfatis. & hoc ratione possessionis. Sed quidã dicũt tantum sine causa, nec ob causam: & vtilẽ in rem. i. efficacem ratione proprietatis: q̃a[b] trãsfertur ipso iure dominiũ in donatorẽ: *vt s. l. prox.* 2. Vel ꝓpriè dicit vtilẽ in rẽ: & sic poterit intelligi condictionẽ dari ratione proprietatis: & hoc ideò dico, quia nemo rem suam condicere potest præterquã à fure: *vt sup. vsufru. quemadmo. ca. l. fi.* 3. Vel dic tertiò dari condictionem, cùm in quantitate in rem, quando in specie consistit donatio. *& facit C. de dona. ante nup. l. cum veterum.*

M*Ortis.*] CASVS. Dicitur quòd mortis causa capere dicor, quicquid occasione mortis alicuius capio: nõ tamen iure legati vel hæredit. quia cum habeant propria nomina, nõ cõtinẽtur hoc vocabulo. [IVLIANO.] Debitori meo qui nõ erat soluendo, remisi debitũ animo donãdi causa mortis. dicitur ꝙ hæc donatio tenet: & quãtũ est debitũ: intantũ videtur sibi donatũ. [SINE DONATIONE.] Dicitur ꝙ aliquãdo lucratur quis causa mortis, & nõ ex dona. ut si statuliber debet heredi vel alij aliquã pecuniã causa habendæ libertatis. vel legatarius causa habẽdi legatũ. idẽ est si hæres institutus accipiat pecuniã causa adeũdæ hære. vel nõ adeũdę. idẽ de legatario qui accipit pecuniã vt omittat legatũ. idem est de eo qui stipulatur à viro Bertæ dotem Bertæ sibi dari, si Berta decedat in matrimonio. nã hæc capiuntur causa mortis. nõ tamẽ ti. dona. Vltimò dicit ꝙ dona. causa mortis fit siue causa mortis præsentis & imminentis, siue cogitatione futuræ mortis. [SI IVSSERIS.] Volẽs mihi causa mortis donare x. debitorẽ tuum in x. qui nõ erat soluendo iussisti mihi aut creditori meo promittere x. & ꝓmisit. quæritur quãtũ videatur mihi donatũ? & distinguitur. nã aut mihi promisit illa x. aut creditori meo. si mihi, tũc videtur tantũ mihi donatũ inquantũ est soluendo. & si conualescat casu donator: teneor tantũ cedere obliga. mihi quæsitam: & non vltra. si creditori meo promisi: tũc tantũ videtur mihi donatũ, inquantũ à creditore meo nunc per hoc factum sum liberatus. [PER ACCEPTILAT.] Dic casum: vt s. ea. l. §. Iuliano, vel aliter vt in glo. Accur.

i ¶ *Occasio.* vt & sup. eod. qui pretio. plene de ea capione dixi. Accursius.

a Donationẽ mortis causa quidem vtiliter pœnitentia reuocari non posse ab eo qui fine [...] cesserit, vt post Angelũ in l. [...] tradit Marsilius singulari [...] adde Alex. in l. [...]
b Donationis reuocatæ expressè vel tacitè dominiũ ipso iure redit & reuertitur ad donatorem [...]

a ¶ *Definitione.* mortis causa.*& fac. ff. de verborum obl. doli. clausula. & supra. de pac. l. iurisgentium. in prin. Item facit ff. si quis omis. cau. leg. si quis sub conditione.*

b ¶ *Donatum.* in totum:*vt in hac lege in fin.* quia ipse [a] pauper sibi soluendo est:*vt & supra. ad l. Falc. l. Nesennius. §. fi. & l. quaerebatur.* §. 1. Sed secus si debitorem meum non soluendo, constitutum tibi mortis meae causa delegoque:*vt inf. ea. l. §. si insolvendo & supra. ea. l. mortis causa. §. si donaturus.* Accur.

a Pauper sibi soluendo est.

c ¶ *Capitur.* mortis causa. Azo.

d ¶ *Siue heres.* non tamen est mortis causa donatio: alias capitur, siue, & habet hunc casum supra *de relig. le. Nuntius. §. qui tamen.* Accursius.

e ¶ *Eodem numero.* s. vt dicatur mortis causa capio.

f ¶ *Legatum,* sibi relictum.

g ¶ *Omittat.* i. repudiet. Accur.

h ¶ *Rursus.* s. capitur mortis causa. est tamē & donatio in casibus qui sequuntur. ¶ Et sic nota. quod [b] omnis mortis causa donatio est mortis causa capio: sed non conuertitur. *& facit ad §. sup. eodem qui pretio. & quod ibi no. & inf. eod. l. inter.* Accursius.

b Donatio mortis causa capio dicitur: non econtra.

i ¶ *Intelligimus.* si est donatio causa mortis.

k ¶ *Duntaxat.* cum non sit adhuc solutum, alias repetet à me quod est mihi solutum.

c Dos recepticia quaenam dicatur vide Gellium lib. xvij. c. vj. & Vlpianum in fragmen. tit. de dote.

l ¶ *Liberatus esse m. vt & sup. ea. l. mortis causa. §. j. & de iure dot. leg. cum vir.* Accur.

m ¶ *Lationem.* Dic casum:*vt sup. ea. l. §. Iuliano.* Vel iunge ad praecedentia: & dic liberatus à me cui iecisti expromittere. nam totā videtur accipere. & sic ego: & ita ad totā reddendam tenebor: *vt argum. ff. de dona. inter virum & vxorem. lege. quod autem. §. eleganter & §. si vxor.*

* quantum.

capit, ex morte alterius nanciscitur capiendi occasionem: sed quia proprio nomine hę species capiendi appellantur ideò ab hac definitione [a] separantur.

Si debebas mihi centum & non eras soluendo, & ego liberaui te per acceptilationem ex donatione causa mortis videris totam quantitatem à me recepisse. Pau. de Cast.

¶ Iuliano placet, licet soluendo nō sit debitor cui acceptū latū sit: videre ei mortis causa donatum. [b] 2. ¶ Sine donatione autē capitur [c] velluti pecunia quā statuliber aut legatarius alicui conditionis implendę gratia numerat: siue extraneus sit qui accipit, siue hęres [d] Eodem numero [e] est pecunia quā quis in hoc accipit, vt vel adeat hæreditatē, vel non adeat: quique in hoc accipit pecuniam, vt legatum [f] omittat [g]. Sed & dos quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, capitur sanè mortis causa: cuius generis dotes recepticię † vocantur. Rursus [h] id quod mortis causa donatur: aut in periculum mortis datur aut cogitatione mortalitatis, quod nos quādoque morituros intelligimus [i].

Ex donatione causa mortis tantum quis capit, quātum exigit, vel in quantum liberatur. Bar.

3 ¶ Si iusseris mortis causa debitorē tuum mihi aut creditori meo expromittere decē: quid iuris esset quęritur, si iste debitor soluendo non sit. Et ait Iulianus si ego stipulatus fuerim, tantā pecuniā videri me cepisse, in quantum * debitor soluendo fuisset. Nā & si conualuisset, inquit, donator: obligationem dumtaxat [k] debitoris recipere deberet: siuerò creditor meus stipulatus fuerit, tantam videri me pecuniam accepisse, in quantum † à creditore meo liberatus essem [l].

4 ¶ Per accepti quoque lationem [m] egens debitor liberatus, totam eam pecuniam qua liberatus est, cepisse videtur.

XXXII. VLPIANVS *libro septuagesimo sexto ad Edictum.*

NOn videtur perfecta [n] donatio mortis causa facta, antequam mors [o] insequatur.

XXXIII. PAVLVS *libro quarto ad Plautium.*

QVi alienam, [p] rem mortis causa traditam vsucepit, non ab eo videtur * cepisse, cuius res fuisset: sed ab eo qui occasionem vsucapionis pręstitisset.

XXXIIII. MARCELLVS *libro vicensimo octauo Digestorum.*

MOrtis causa donatio etiam sic cōstitui potest, vt quis † stipuletur in annos singulos quo ad viueret [q]: scilicet vt post mortem promissoris incipiat exactio. [r]

Ei potest mortis causa donari, cui potest legari. Bart.

XXXV. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

SEnatus [s] cēsuit, placere mortis causa donationes factas in eos quos lex prohibet capere, in eadem causa haberi, in qua essent quae testamento his legata essent, quibus capere per legem non liceret [t]. Ex hoc senatusconsulto multae variaeque quaestiones agitantur, de quibus pauca referamus.

1 ¶ Donatio dicta est à dono, quasi donodatū rapta à Greco nā hi dicūt δῶρον, καὶ δωρεῖσθαι. 2 ¶ Sed

NOn videtur.] CASVS. Donatio causa mortis facta non videtur perfecta nisi decedat donans: quia prius posset reuocare: & postea non potest reuocare. Fran.

n ¶ *Non videtur perfecta.* irreuocabiliter [c]: perfecta tamen est quo ad obligationem: *vt supra. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. qui mort. s.* Idem quo ad dominij translationem, licet quandoque secus agatur: *vt supra eo. l. mortis causa res.* Sed arg. contra *in hoc infra de sol. l. qui sic.* ADDITIO. Dic secundùm Bar. quòd ibi debebat incontinenti. hic erat dubium.

c Donatio perfecta variis modis dicitur. puta, quae reuocari non potest, ex qua quis obligatur & transfertur dominium.

o ¶ *Mors.* s. donatoris.

QVi alienam.] CASVS. Equum alienum tibi donaui causa mortis, & tradidi: tu vsucepisti. dicitur quòd hanc rem videris habuisse à me: vnde si conualesco, mihi reddes per condic. sine causa: non autem videris habere à quondam domino eius rei Francisc.

p ¶ *Qui alienam.* sed ab eo & ei datur condictio: *vt plenè dixi, sup. eodem. l. si alienam. & facit ff. de in. do. l. iure succursum. §. si pater. & de condic. inde. lege. indebiti. §. ij. in fin. & ff. man. leg. Iul.* Sed certè imò ille cuius erat videtur alienare: *vt infra. de verbor. signif. l. alienationis.* Sed dic. i. transit [a] ab eo dominium: nō tamen vt accipiens dicatur habere ab eo causa vsucapionis.

MOrtis.] CASVS. Donatio causa mortis potest fieri: & hoc modo, vt causa mortis patiar te stipulari à me omni anno dari tibi decem donec viues, & sic incipiat competere exactio post mortem meam. Franc. Accur.

q ¶ *Quo ad viueret.* stipulator. & est vna [b] stipulatio: *vt inf. l. proxi. §. fina.*

r ¶ *Exactio.* nisi [c] etiam actum est vt in vita accipiat, vt in dominio. *arg. sup. e. l. si mortis causa.*

SEnatus.] CASVS. Donatio causa mortis facta in personas nō capaces, perinde habetur sicut in legatis relictis his personis quę capere nō possunt, & hoc dixit senatusc. Postea dicit quod multae quaestiones de facto descendunt ex illo senatuscon. & aliquas de his vult dicere. Tertiò dicit vnde dicatur donatio, & quae sit differentia inter donationē simplicem, & eam quae fit causa mortis: & si conualescat donans, habet condic. ob causam ad repetendū donat. sicut quando do vt aliquid facias, & non facis: aut vt Lucius Titius faciat, & non facit & in similibus habet locum condict. ob causam. [MORTIS.] Donatio causa mortis fit multis modis. Quaedam enim fit ab homine sano, & cogitante quòd debet mori, & donat causa mortis. Quaedam fit ab homine infirmo, & in periculo mortis existente. Quaedam fit ratione metus mortis propter praesens periculum, vt quia est in naui quae timetur submergi. Quaedam propter futurum periculum mortis, vt quia debet ire per mare, vel ad sanctum Iacobum vnde timens mori in via, donat causa mortis. Item vt omnimodo donante moriente ex ea infirmitate, donatio non reuocetur, etiam si poeniteat donantem. Item sic, vt reuocetur donatio si me poeniteat, etiam si prius decedam. Item sic, vt donatio non reuocetur, nisi in vno casu, scilicet si donatarius prius decedat. Item sic, vt nullo casu reuocetur donatio, etiam si poeniteat donantem, vel si conualescat. [SI QVIS SOCIETATEM.] Per donationem causa mortis tecum societatem contraxi, vt puta, c. lib. tecum communicaui, volens tibi donare dimidium. s. l. causa mortis, te nihil ponente in societate. dicitur quòd nulla est societas. [SI DVOBVS.] Duo debebant mihi. x. in solidum volens eis donare mortis causa, liberaui vnum per acceptila. & sic vterque est liberatus. tandē conualui. dicitur quòd potero agere contra quem voluero de debitoribus. [SI QVIS.] Si stipulet à me promittente causa mortis decem in annos singulos, vna est stipulatio, & semel inspicitur cōditio eius qui stipulatur. sed in legato annis singulis relicto secus est: quia quot anni, tot legata. Fran.

s ¶ *Senatus,* cuius nomen non habemus. M.

t ¶ *Non liceret.* quia aequiparantur [d] legatis: *vt & sup. e. l. omnibus. & l. Marcellus. §. Paulus.* Accursius.

a Dominium transferri vero domino potest, vt capiens causa, ab alio, potest possidens & ita à die & dominium & vsucapionis causa transferri possunt.

b Donatio mortis causa in annos singulos facta vnica donatio est (aliud in legatis, quae plura sunt. l. 35. infra.) Annua vero bima trima die facta, plures donationes intelligūtur, vt not. Grassus §. donatio causa mortis quaest. 8.

† quantum.

c Donatio mortis causa ita etiam potest, vt donatario exactio incipiat etiam viuo donatore.

* videtur.

† Fl. quid.

Graeci veteres doron vocabant palmū, & ideò dona munera, quia manu darentur. Plin. lib. 7.

d Donationes mortis causa comparantur legatis.

mortis causa donatio longè differt ab illa vera & absoluta donatione, quæ ita proficiscitur, vt nullo casu [a] reuocetur. Et ibi [b] qui donat, illum potiùs quàm se habere mauult. at is qui mortis causa donat, se cogitat: atque amore vitæ recepisse [c] potius quàm dedisse mauult. & hoc est quare vulgò dicatur [d] se potius habere vult quàm eum cui donat: illum deinde potiùs, quàm heredem suum. 3. ¶ Ergo qui mortis causa donat, qua parte se cogitat, negotium gerit [e]: scilicet vt cùm conualuerit, reddatur sibi. Nec dubitauerunt Cassiani, quin condictione [f] repeti possit, quasi re non secuta, propter hanc rationem, quòd ea quæ dantur, aut ita dantur, vt aliquid facias [g], aut vt ego aliquid faciam [h], aut vt Lucius Titius: aut vt aliquid obtingat [i]. & in istis condictio [k] sequitur.

4 ¶ Mortis causa donatio fit multis modis. aliàs extra suspicionem vllius periculi [l] à sano, & in bona valetudine posito †, & cui ex humana sorte mortis cogitatio est. Aliàs ex metu mortis [m], aut ex præsenti periculo [n], aut ex futuro. si quidem [o] terra marique, tam in pace quàm in bello, tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui potest. Nam & sic potest donari, vt omnimodo ex ea valetudine donatore mortuo, res non reddatur [p]: & vt reddatur etiam si prior ex eadem valetudine decesserit [q] si tamen mutata voluntate restitui sibi voluerit. Et sic donari potest, vt nō aliter reddatur, quàm si prior ille qui accepit, decesserit [r]. Sic quoque potest donari mortis causa, vt nullo casu sit repetitio, id est ne si conualuerit quidem donator [s].

Socius non dicitur: nisi aliquid ponat in societate. scilicet rem, vel operam. Paul.

5 ¶ Si quis societatem per donationem mortis causa inierit [t] dicendum est nullam societatem esse.

Condictio sine causa subrogatur loco actionis primæ. & illius naturæ est cuius erat prima: vt detur contra quemlibet in solidum. Pau. de Cast.

6 ¶ Si duobus debitoribus [u] mortis causa donaturus creditor, vni acceptum [x] tulit [y], & conualuerit: eligere potest vtri eorum [z] condicat.

Stipulatio mortis causa annua, est vna: legata annua sunt plura. Bar.

7 ¶ Sed qui * mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est, non est similis ei cui in annos singulos legatum est. nam licet multa essent legata [a], stipulatio tamen vna est: & conditio eius cui expromissum est semel [b] intuenda est.

Quod conditionis implendæ causa datur, computatur in portionem quā quis de bonis defuncti capere potest. sed in Falcidiam non computatur, si tempore mortis in bonis defuncti non erat.

XXXVI. VLPIANVS, *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam*

QVod conditionis [c] implendæ causa datur: licèt non ex bonis mortui proficiscitur, capere tamen supra modum non poterit [d] is cui certum mo-

a ¶ *Nullo casu.* nisi ex ingratitudine: vt C. *de reuo. dona. per totum titulum.* Accursius.

b ¶ *Ibi.* scilicet in vera donatione: de qua habuit supra proxi. §. mentionem.

c ¶ *Recepisse.* id est recepturum esse. Accursius.

d ¶ *Vulgo dicatur.* vt & *sup. eod. l. j. & instit. e. §. j.* & secundùm hoc non videtur differre à legato. Sed dic vt *d. l. j. §. eo.* Accursius.

e ¶ *Negotium gerit.* id [a] est obligationem: *sic §. tit. j. Aristo.*

a Negotium gerere, pro alium sibi obligare.

f ¶ *Condictione.* sine causa vel ob causam: *vt sup. eo. l. qui mortis. & l. si alienam. in prin. & sup. de condict. cau. da. l. cum quis. & §. si cer. pet. l. non omnis. in prin.*

g ¶ *Vt aliquid facias,* primum vt [b] ponitur causatiuè, & postea ponitur consecutiuè: *vt & alias. C. de obse. l. iiij. & C. de iudi. l. properandum. §. j. & ibi: vt iustificeris. &c. in psalmo, Miserere mei Deus.*

b Vt dictio causatiue & consecutiue ponitur.

h ¶ *Aliquid faciam.* putà vt adeam hereditatem vel adimpleam aliquam cōditionem, quoniam hoc non secuto datur repetitio: *vt §. de condi. causa. l. j. §. si parētis.* Accursius.

i ¶ *Contingat.* veluti Sticho libertas. Azo.

k ¶ *Condictio.* ob causam. & *facit sup. titu. j. l. j. §. item cum ipse. & supr. de condic. indebi. l. in summa. & insti. eod. in prin.*

† Tu dic hoc esse verum dū modo in ea fiat expressum mentio mortis. aliàs non, quia vel secus [illegible] glo. Bal. [illegible] in l. qui de [illegible] solu. mortis. [illegible] cons. 14. & [illegible] cons. 59. vol. 4.

l ¶ *Periculi.* præsentis. Accur.

m ¶ *Metu mortis.* s. præsentis. Accursius.

n ¶ *Periculo.* s. alio: *vt sup. eo. l. iij. & iiij. & v. & vj. si quidem. &c.* & vt Paulus. Periculum in mari, & periculum in falsis fratribus: *vt C. de inofi. & substi. leg. iiij.* Accursius.

o ¶ *Si quidē.* refert ad id qđ dicit de futuro.

p ¶ *Non reddatur.* etiam si dantem pœnituerit: vel conualuerit.

q ¶ *Decesserit.* donator. Accursius.

r ¶ *Decesserit.* & tunc per pœnitentiam, vel conualescentiam non reuocatur. R.

s ¶ *Donator.* & tunc magis est inter viuos: *vt §. eo. l. ubi.* Accur.

t ¶ *Inierit.* vt si te nihil ponentem, nec rem, nec operam, in societatem admittam volens causa mortis donare. & idem si inter viuos: *vt §. pro socio. l. v. §. fin. & supra. de minor. in causæ. circa prin. & j. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic. §. si inter.*

u ¶ *Si duobus debitoribus.* iisdémque reis debendi.

x ¶ *Acceptum.* quo casu & alter liberatus est.

y ¶ *Tulit.* scilicet creditor.

z ¶ *Eorum.* id est à quo vult eorum, sicut & antè poterat: *vt et j. de duobus reis. l. ij.* & hoc accipe cùm vterque est capax, quia vno liberato, & alter liberatur: aliàs secus: *vt §. de dona. inter virum et vxorem. l. si sponsus sponsæ. §. j.* nisi sint socij: *vt supra. de libe. le. l. antepenult.* quo casu locum habet electio, sicut quando sunt ambo capaces: *vt dicitur hic.*

c Donationis mortis causa annuæ stipulatio vna est: annua legati stipulatio multiplex. [illegible] l. 34. [illegible]

a *Multa essent legata.* primi anni purum: sequentium conditionale: *vt et §. de annu. lega. l. si in singulos. et lege. cum in annos. et quando dies leg. ced. lege. nec semel. in princ. et leg. cum in annos. et sup. quando dies vsusfru. leg. ced. lege. j. in prin.* 1. Sed videtur huic l. contra. *j. de verb. oblig. l. pluribus in prin.* sed illud quando fuerunt plures res expressæ in stipu. & in codi. titu. l. quod dicitur. & l. scire debemus. vel cùm intelliguntur expressæ vi repetitionis *vt j. de verb. oblig. l. Titia. §. fin.* vt ibi innuit, dicit enim lex illa pluribus propositis. vel solue vt ibi. 2. Itē adhuc contra in ea *l. pluribus. §. j. Sol.* secundū M. vna est quo ad vnā conceptionem: *vt hic,* sed veritate inspecta plures sunt: vt ibi propter plures solutiones & actiones. hoc non placet: quia in legatis est vna conceptio verborum: sed secundùm Ioan. vna est, vt semel inspiciatur an adquiratur: *vt hic, & infra de verbo. obliga. lege. si filius. & lege. si Stichum. §. j.* sed veritate inspecta plures sunt, *vt ibi, & §. de vsur. Scia. in fin.* Sed in legato spectantur singuli anni an sit capax: vel in stipulationibus vna nascitur actio in legato plures, vel solue vt ibi. 3. ¶ Item contra, videtur prædictis solutionibus infra *de fideiusso. l. si à colono. in princ.* vbi dicitur vna stipulatio plurium annorum, & plurium rerum etiam veritate inspecta: Sed ibi promisit fideiussor, quod colonus in quinquennium promiserat, & sic est vna. 4. ¶ Item est argu. contra. huic l. C. *de dona. l. sancimus. §. fin.* Sed illud dicitur, vt donatio non pereat propter omissam insinuationem: *vt argum. supra de rebus. dub. l. quotiens.*

* Si quis [illegible]

Non aliud voluit Iustinianus in l. sancimus. §. fi. C. de donat. sicut [illegible] legatur.

b ¶ *Semel.* scilicet tempore mortis, vt in donatione causa mortis ex qua causa fit hæc stipulatio: *vt supra eod. l. in mortis. & supra. si quis cau. l. si cum. §. fin.* sed in stipulatione habetur aliud tempus, scilicet conceptionis: *vt d. l. si filius.*

c QVod conditionis. Dic casum. Cùm quid datur alicui causa implendæ conditionis à statulibero, vel ab alio quocunque: nunquam capiat vltra modum lege statutum: vt in filio naturali, cui licet habere vnciam extantibus legitimis: *vt C. de natura. li. l. ij. et authen. nunc autem. et authen. licet.* Sed vtrum [a] debeat imputari in Falci. vel non, si detur heredi causa implendæ conditionis? distinguitur, cum dat statuliber: an erat tempore mortis in peculio, an non: *vt hic, et supra. ad legem Falcid. l. id autem.* si alius à statulibero det, non distinguitur, quia nunquam imputatur in Falc. debitam iure institutionis, secus in Trebel. quarta, in qua talia computantur: *vt hac l. et supra. ad legē. Fal. l. in quarta. in princ. et §. sed et quod implendæ. et §. si quid verò. et d. l. id autem. et ad Trebel. deducta. §. nummis.* Potest secundo intelligi hæc lex, vt quod datur causa implendæ conditionis à statulibero, possit capi vltra modum concessum à lege, si non fuit ex peculio quod habuit tempore mortis, alioquin non possit. Quod autem ab aliis non à statulibero datur, vel eius nomine ab alio possit capere vltra modum: sed an sit in Falcid. imputandum dic vt modò dixi. Accur.

a Falcidiæ an imputandum, quod datur heredi causa implendæ cōditionis. adde gl. l. in quarta. [illegible] inf. ad l. Falcid. & l. pen. C. ad l. Fal. Grassum libro senten. §. Falcid. quæst. 14.

d ¶ *Non poterit.* Imò contra: *vt supra. de vulg. substi. l. si is qui.* Solu. hic.

hic à nemine poterat capere vltra modum: ibi ab aliis poterat: licet à quodam non: Vel hoc quod daretur causa implendæ conditionis, esset loco eius quod ei relinquitur: & ita ab ipso testatore procederet, aliàs fraus fieret legi: quia testator omnia bona sua alicui relinqueret, vt filio naturali tantundem præstaret: quod non licet vt sup. de probo. leg. quidem. & de leg. & senatusconsul. leg. contra legem. & lege. fraus quod autem ex substitutione obuenit, vt in cõtrario, alio iure procedit: non ex donatione testatoris.

dum ad capiendum lex cõcessit.

Datum hæredi gratia conditionis implendæ, si erat hæreditarium, imputatur in Falcidiam. P. de Cast.

¶ Certè quod à statulibero conditionis implendæ causa datur [a], indubitatè modo legati † concesso [b] imputatur: sic tamen, si mortis tempore in peculio id habuerit [c]. cæterùm si post mortem, vel etiam si alius pro eo dedit [d], quia non fuit ex his bonis quæ mortis tempore testator habuit, in eadem erunt causa, in qua sunt quæ à legatariis dantur [e].

a ¶ *Causa datur.* hæredi.

b ¶ *Concesso.* i. in Falcidiam quæ moderatur legata: & hoc si vnus hæres est, si sunt plures, pro parte cohæredis est extra quartã vt in d. l. in quartam.

c ¶ *Id habuerit.* statuliber. vt d. leg. id autem. & ar. sup. de bo. lib. l. hi. §. fin.

d ¶ *Dedit.* l. absente.

e ¶ *Dantur.* causa implendæ conditionis, quæ non imputantur. Sed ita eo quod dicit non imputari, quia alius pro eo dedit, est contra ... Sol. hic absenscerat is pro quo dabatur sibi præsens ... ff. de verb. obli. leg. si procuratori præsenti. Sol. ibi. H.

Mortis causa donatio legatis assimilatur. Bart.

XXXVII. IDEM *libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam*

Illud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis causa factas, legatis cõparatas: quodcunque igitur in legatis iuris est, id in mortis causa donationibus erit accipiendum.

Perempta re donata facto donatarij, potest condici, vel vtilis in rem peti. Bart.

¶ Iulianus ait, Si quis seruũ mortis causa sibi donatum vendiderit, & hoc viuo donatore fecerit: pretij [g] condictionem donator habebit, si conualuisset, & hoc donator elegerit: alioquin [h] & ipsum seruum restituere compellitur.

Mortis causa donatio est, quando præsens præsenti dat causa mortis. sed mortis causa capio est quæ in speciale nomen non cadit. Bart.

Illud.] CASVS. Donatio causa mortis similis est legato: & ideo ea quæ habent locum in legatis, habebunt locum & in donatione causa mortis. Si vis aliter. CASVS] Donaui tibi seruum causa mortis, & tradidi ... tu vendidisti ... ego conualui: dicitur quod possum petere a te vel pretium quod inde habuisti, vel aliam verum pretium ... Franciscus. Accursius.

f ¶ *Comparatas.* regulariter ... fallit quandoque: vt not. ... Marcellus. §. Paulus ...

g ¶ *Pretij* ... accepti ...

h ¶ ... non promisit acceptum ... ipsum seruum ... iustam æstimationem. ... Vel intellige illã secundũ istam. Electio ergo datur donanti: quia donatarius sine eo culpa vendidit cũ debebat cogitare posse eum reuocari ...

& alia differentia: quia qui [a] ex testamento capere nõ potest legati vel fideicomissi nomine, vel donatione causa mortis: capit tamen hoc modo: vt ff. de cond. & demon. l. Mæuius cul. 3. Est & alia: vt supra ad legem Falci. acceptis. 4. Item alia, quia non [b] reuocatur fortè per pœnitentiam: vt C. de iure do. l. ij.

XXXVIII. MARCELLVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

Inter [k] mortis causa donationem, & omnia quæ mortis causa qui ceperit, est earum rerum differentia. nam mortis causa donatur, quod [*] præsens præsenti [l] dat. † Mortis [*] causa capi intelligitur & quod non cadit in speciem donationis [m]. Etenim cùm testamento quis suo Pamphilum seruum suum liberum esse iussit, si mihi decem dederit: nihil mihi donasse [n] videbitur: & tamen si accepero à seruo decem, mortis causa accepisse me conuenit. Idem † accidit, quòd quis sit hæres institutus, si mihi decem dederit. nam accipiendo ab eo qui hæres institutus est, conditionis † explenda eius causa mortis causa capio.

l ¶ *Præsenti.* ipsa re, vel promissione, vel quia sic dimittit, vt [c] actio competat: vt C. e. l. ij. sed pro mortis causa capione non competit actio, vt patet in eius exemplis: vt hic & ff. eod. l. qui pretio. & l. mortis causa capitur in prin. & §. fine. & l. quod conditionis.

m ¶ *Donationis.* supple mortis causa capi intelligitur. secundùm primam literã, vt subiicit exemplum. secundùm aliam nil subaudies, & dic species [d] donationum esse causa mortis donationem, legatum, fideicommissum: vt sup. eod. l. mortis causa capi.

n ¶ *Nihil mihi donasse.* vt ff. tit. j. l. quæ statuliberi.

XXXIX. PAVLVS *libro septimodecimo ad Plautium*

Si is cui mortis causa seruus donatus est, eum manumisit: tenetur conductione in pretium [o] serui: quoniam [q] scit posse sibi condici si conualuerit donator.

Donatio causa mortis facta vxori, si confirmatur morte donantis, trahitur retrò ad diem donationis. Paulus.

XL. PAPINIANVS *libro vicesimonono Quæstionum.*

Si mortis causa inter virum & vxorem donatio facta sit [q], morte secuta [r] reducitur ad id tempus donatio [s], quo interposita fuisset.

Si is cui.] CASVS. Donaui tibi seruum causa mortis: tu eum manumisisti. tandè ego conualui, vel pœnitui: & sic volo reuocare quod donaui. dicitur quòd ego condicam à te pretium serui. debebas enim scire à te posse reuocari seruum: putà si conualuerit donator: ideò eum manumittere non debebas. Francis. Accursius.

o ¶ *In pretium.* vt & ff. e. l. si filio. in fi. & l. illud. in fin. & dic vt ibi. & facit C. de his qui à non do. l. ij.

p ¶ *Quoniam scit.* maximè, nam scire debet: vt supra si certum pet. l. quod te &. ff. de si de iuss. leg. si Titius. in prin. cip. & quod vi aut clam. l. Seruius. vnde aliud in indebito. quod non cogitabat vt à se repeteretur: vt supra de condic. indeb. leg. in summa. §. si seruum. Accursius.

Si mortis.] CASVS. Donaui vxori meæ Stichum seruum meum causa mortis, hoc acto quòd nunquam reuocari possit hæc donatio: interim plura adquisiuit hic seruus. tandem ego donans decessi: dicitur quòd confirmata est donatio, & trahitur retro tempus donationis, vt sic quæsita interim per seruum sint nunc mulieris, perinde ac si seruus semper fuisset eius. Fran. Accur.

q ¶ *Donatio facta sit.* sic vt nullo casu reuocetur: sic enim trahitur retrò, vt hic dicit: cum æquipareatur donationi inter viuos: vt sup. ... C. de do. inter vir. & vxo. l. donationes. & dabo exemplum in seruo sic donato, qui interim stipulatur, cui adquirit: vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. si ... seruus: aliàs si esset mera [*] donatio causa mortis, non traheretur retrò: nisi ad tempus mortis: vt sup. de donat. inter virum & vxo. l. sed interim. §. j. & ibi plenè dixi.

r ¶ *Secuta.* scilicet donantis.

s ¶ *Donatio.* vt iam res fiat eius. Accur.

Quod statuliber.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo si dederit x. vni de hæredibus meis putà Ciceroni. hic seruus dedit de peculio suo ista x. Ciceroni. dicitur quòd Cicero ista decem computabit sibi in Falcidiam. Item si hæreditas petatur à Cicerone per legitimum, poterit & hæc pecunia peti per peti. hære. Item si hic Cicero erat grauatus restituere partem suam alij: & coactus adiuit, cogetur restituere & hæc x. non solùm alia bona. idem est si non viuente illo seruo donata

Inter.] CASVS. Ponit differentiam inter donatio. causa mortis & mortis causa capionem ... mortis causa donatio fiat à præsenti ... hoc expone ... glosa ... mortis causa capere quis dicitur, etiam si non donet: vt si seruus iussus est esse liber si det mihi. x. idem ... dicor capere causa mortis. idem in eo qui hæres est institutus si det mihi x. ... causa mortis. Fran.

k ¶ *Inter.* Quidam habent talem literam, inter mortis causa donat. & ea omnia sunt quæ mortis quis causa ceperit, quod præsens præsenti dat &c. & est sensus quoniam [b] quæ mortis causa capiuntur, pertinent ad donationem causa mortis, largè accepto vocabulo. & econtra [c] omnis mortis causa donatio, potest dici capio mortis causa. & hoc subiicit quod præsens &c. sic sint communia ad confirmationem. Sed nostra litera est planius, sic scilicet: inter mortis causa do. & ea quæ mortis causa quis ceperit, est earum rerum differentia. nã causa mortis donatur quod præsens præsenti datur mortis causa capi intelligitur quod non &c. & de hoc subiicit duo exempla, & sic habes ff. e. l. mortis causa capitur. in prin. ve. Est

Sunt qui legendũ ponũt, legatis.

a Donationes mortis causa nõ semper legatis comparantur. ...

b Donatio mortis causa in genere & latissime accipitur ... quæ mortis causa capitur.

c Donatio mortis causa dici potest latissime ... causa capio.

d Donationes mortis causa, ... capio ... quando ... legitur ...

e Donatio mortis causa immediatè à præsente præsenti fit: & ita hunc locum intelligendũ ... per nuncium vel epistolã. de quo vide plenius Grassum ... de donatio. mortis causa. quæ. 3.

a Mortis causa capi potest quod vel testamento, vel fideicommissi nomine, vel donatione causa mortis capi non potest.

b Mortis causa capio reuocari an potest per pœnitentiam.

c Donatur mortis causa ita vt actio petat. vt pro mortis causa capione actio nõ competit.

* Flo. quo.

† Donatio causa mortis licet absente fiat, non potest, vt ... idem notat tamen ... fideicõmissi ...

* Fl. A mortis. aliàs, & mortis.

d Donationũ species, mortis causa donatio, legatum, fideicommissum.

† Idem quoque ... si hæres institutus sit, &c.

† Mortis causa capere dicitur, qui aliquid consequitur causa implendæ conditionis ab hærede vel legatario, vel statulibero: quod quidem neque legatum, neque fideicommissum dici potest. ...

e Donatio mortis causa mera nõ trahitur retro.

sunt à quodam extraneo ista x. quæ nunc dedit Ciceroni ob prædictam causam. Idem est etiam si me mortuo alius amore istius serui dedit x. heredi meo pro seruo præsente: nam ab ipso seruo mihi datum intelligitur. Fran. Accursius.

a ¶ *Dedit.* s. causa implendæ conditionis.

b ¶ *Venit.* pro parte sua, non pro parte coheredis ex quo de Fal. iure institutionis dic ut l. ad leg. Falcid. l. id autem. & sup. e. l. quod conditionis. §. certè. Sed contra. l. ad le. Fal. l. §. item si ita. vbi dicit heredem non posse imputare in Falcid. penum in quo erat mortis causa capio: sed expone, non potest ibi ad suum commodum: potest & debet ad suũ incommodum: ut hic, & ibi plenius patet solu. Item facit l. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. si conditionis.

c ¶ *Petitione.* ut & l. de pe. here. l. sec ulam. §. quid si quis. ibi. sed Sabinus. &c.

d ¶ *Restituitur.* si eam hæres vt suspectam adit: & hoc quod à statulibero habet, cum alijs bonis restituit: vt hic. & l. ad Trebel. lege. ita tamen. §. qui suspectam.

e ¶ *Accepit.* ab aliquo viuente domino.

f ¶ *Dedit.* s. postea.

g ¶ *Ab alio.* puta ipsi [illegible] co serui.

h ¶ *Ipsius.* serui.

i ¶ *Eo.* seruo. ¶ & sic operatur præsentia ut aliquid vt quasi de peculio esse videatur: secus si non esset præsens: ut in contrario sup. eadem. quod conditionis. Insti. & est pro hoc. Inst. de verborum oblig. lege. si procuratori. præsentis. & de do. inr. leg. falsum. §. sed et qui. & supra de donatione inter. virum & uxorem. l. ij. §. fin. 2. Vel hic, aliàs erat donaturus seruo, etiam si non manumitteretur: ibi non: arg. j. de castren. pecu. l. castrense. 3. Vel hæc lex loquitur in quarta Trebellianica, b & in ea imputatur quod donatur causa implendæ conditionis à quocunque: ut supra. ad l. Fal. in quartam. Sed in quarta debita iure d institutionis non, in qua ibi loquitur, ut l. ad legem Falcid. id autem. Cui solutioni est contra quod l. dixi venire in pe. here. nam contradiceret: ut supra de peti. here. leg. nec vlitm. §. plane, si acceptam. dices ergo ut in prin. l. loquatur in quarta iure institutionis id autem quod sequitur, ex peculio &c. loquitur in quarta Trebellianica. & facit ad l. l. de acquir. here. l. qui bona. §. Papinianus.

† Quia potestatis hereditatis est. l. 3. §. 5. de petit. hered.

Aus. August. lib. 1. c. 9.

a Præsentia operatur ut aliquid quasi de peculio esse videatur.

b In Trebellianicam imputantur donata implendæ conditionis causa à quocunque.

c In Falcidis non imputantur donata implendæ conditionis causa.

d Falcidia institutionis iure debetur.

Datum à statulibero de bonis defuncti causa implendæ conditionis, imputatur in Falcidiam & venit in hæreditatis petitione & Trebellianica restitutione: & in Trebellianica computatur, vndecunque esset datum. Bartolus.

XII. IDEM *libro secundo Responsorum.*

QVod statuliber vni ex heredibus de peculio dedit a: ei † qui accepit, in Falcidiæ rationem venit b, & in hæreditatis petitione c. item ex Trebelliano restituitur d. Ex peculio autem videtur dari, quod statuliber donatum acceperit e & dedit f. Et quod ab alio g nomine ipsius h, eo i præsente datur propè est vt ab ipso datum intelligatur.

Mortis causa donatio extinguitur, si donatarius prædecedat: & viuo donatore non potest peti: nec pro ea cautio postulari: post mortem donatoris potest peti: sed ex ea Falcidia detrahitur. Bart.

XIII. IDEM *libro tertiodecimo Responsorum.*

SEia cum bonis suis, traditionibus k factis, Titio cognato donationis causa cessisset, vsumfructum sibi recepit: & conuenit, vt si Titius antè ipsam vita decessisset, proprietas ad eam rediret: si postea superstitibus liberis Titij mortua fuisset, tunc ad eos bona pertinerent l. Igitur si res singulas heredes Lucij Titij vindicent, doli non utiliter opponetur exceptio m. Bonæ fidei autem iudicio n constituto o, quærebatur, an mulier promittere debeat, se bona cùm moreretur, filiis Titij restituturã. Incurrebat hæsitatio non extorquẽdę p donationis, quæ nondũ in personam filiorũ initiũ q acceperat, sed nunquid interposita r cautione prior donatio, quę dominio trãslato s pridem perfecta est, propter legẽ t in exordio datam retinetur † nõ secunda promittitur u? vtrum ergo certè conditiõis donatio fuit, an quę mortis cõsilium ac titulum haberet? Sed denegari non potest mortis causa factam videri x. Sequitur y vt soluta z priore donatione, quoniam Seia Titio superstes fuit, sequens a extorqueri b videatur. Muliere denique postea diem functa: liberi Titij si cautionem ex consensu mulieris acceperint, contributioni propter Falcidiam c ex persona sua tenebuntur.

Infirmus non præsumitur causa mortis donare, nisi de reddendo conueniat, vel fiat mentio mortis. Bar.

1. ¶ Cùm pater in extremis vitę constitutus, emancipato filio quędã sine vlla cõditione redhibendi donasset, ac fratres & cohæredes eius bonis c contribui donationes Falcidiæ causa vellent d, ius antiquum seruandum esse e respondi. non enim ad alia f

SEIA.] CASVS. Seia donauit causa mortis omnia bona sua Titio & tradidit retento sibi vsufru. & hoc pactum apposuit, vt si Titius præmoretur, quòd dominium bonorum rediret ad eam: & cum ipsa decederet, bona ista dabit filiis Titij, si quos haberet. Accidit quòd prædecessit Titius relictis filiis, & sic ista recuperauit dominium: nunc filij Titij petunt istas res à Seia rei vindicatione: dicitur quòd non possunt, quia nondum venit dies in qua debent habere. Sed pone quòd filij Titij petunt vt Seia caueat de his bonis restituendis cum morietur. dicitur quod non cogitur cauere: si tamen caueat sponte, tenetur: & prima donatio quæ erat in persona Titij, finitur: & hæc secunda incipit, & sic mortua Seia filij Titij petent ista bona ex cautione, si cautio interuenit: & heres Seiæ retinebit de his Falcidiam. [CVM PATER.] Quidam existens infirmus donauit filio emancipato fundum animo nunquam reuocandi. dicitur quòd hæc donatio est inter viuos: non causa mortis, & ideò non si trahitur Falcidia. Fran. Accursius.

k ¶ *Traditionibus.* Quod non fuit necesse, cùm retinebat vsumfructum, vt C. de dona. quisquis.

l ¶ *Pertinerent.* hucusque de contentione fuit secundùm Acc.

m ¶ *Exceptio.* à Seia, quia nondum dies venit restituendorum bonorum. Accur.

n ¶ *Constituto.* est enim hoc iudiciũ a quo petitur aliquid ex donatione causa mortis, simile bonæfidei iudi. vt C. in quib. cau. in integ. resti. l. in minorum. & sup. eo. l. illud. Alij appellant hic pet. hæreditatis. quo petatur illa bona vt de hære. Tit. [illegible]

o ¶ [illegible] de aliis cautionibus [illegible] lib. donationis. i. cautionis propter donationem.

p ¶ *Extorquendæ.* Seia melior est ratio, quia cùm fuerit donatio causa mortis, potest eã reuocare b per pœnitentiam: ut l. sup. eo. peti. l. non omnis. Item & alia ratio: quia non debet quis esse sollicitus de hereditate viuentis. sup. de vulg. subst. l. j. §. ineod. per quas rationes tollantur contraria. l. de inst. leg. 30 omnibus. & de peti. here. quod si in diem. in si j. reipon.

q ¶ *Interposita* cautione. sponte. nã ad hoc non potest mulier cogi, vt dictum est.

r ¶ *Translato,* in Titium.

s ¶ *Legem.* l. pactum: scilicet vt si Titius ante ipsam vita decederet, proprietas ad eam rediret. Accur.

t ¶ *Promittitur.* certè sic permittitur prima: sed tamen adhuc restat in dubium, dicens, vtrum &c. ac si diceret: an est donatio inter viuos habens certã conditionem vel postmortem. Accursius.

u ¶ *Videri.* primam de qua dicit: & hoc propter c illa verba, vt si Titius ante ipsam &c. quæ in tali donatione poni consueuerunt: ut arg. C. de testa. l. non codicillum. alioquin in dubio esset donatio inter viuos: ut j. proxi. §. & supra eo. l. si mulier. §. sed enim. ¶ Et no. quòd duæ fuerunt hic donationes causa mortis, prima collata in Titium, alia in eius filios: quia pactum est ipse Titius filiis suis, & [illegible] lus posito habens vtilem actionem: ut j. de verb. oblig. l. quod enim. quia prima resoluitur præmoriente Titio. secunda oritur. sed cũ postea mulier exponit cautionem sponte: nunquid & secundo. [illegible] confirmatur prima? Videtur prima tolli: & ex secunda agi. [illegible] [illegible] quibus mo. testa. infir. §. sed & si quis prius.

x ¶ *Sequitur.* verè sequitur, quia si esset inter viuos, nõ resolueretur ipso iure. sed per traditionem. ut C. de condic. ob causam. lege. ea. & de pactis. l. traditionibus. Item non imputantur per Falc. vt l. [illegible] vbi. quòd hic fit, vt statim subiicit. Accur.

y ¶ *Soluta.* i. resoluta morte Titij. Accur.

z ¶ *Sequens.* cautio. vel donatio. Accur.

a ¶ *Extorqueri.* sponte. 2. Vel dicunt eam Seia. 3. Vel dic, etiã viua. & dic videtur extorqueri: tamen potest fieri cum effectu.

b ¶ *Falcidiam.* quam heres retinebit ex hac donatione. vt C. [illegible] leg. in fi. & ad l. Fal. in donationibus & [illegible] Accur.

c ¶ *Bonis.* hereditariis. fine testatoris. [illegible]

d ¶ *Vellent.* vt fuit factum. l. proxi. respon.

e ¶ *Seruandum esse.* quod dicit debere contribui, quãdo est donatio causa mortis: non autem cùm est inter viuos: ut l. eo vbi.

f ¶ *Alia.* aliàs aliam. s. donationem. aliàs alia. s. donata.

a Donatio mortis causa peti potest actione bonæ fidei simili: adde gl. in l. [illegible]

* Hinc collegit Dorotheus, doli exceptionem opposituri in omnibus strictis iudiciis ea reddere bonæ fidei. sed reprehenditur ab alio Græco interprete.

† perimetur dum secunda permittitur.

b Donatio mortis causa pœnitentia reuocari potest.

c Donatio inter viuos in dubio præsumitur potius, quàm mortis causa donatio: nisi fiat mortis mentio: tunc enim censetur mortis causa donatio. de [illegible]

d Donatio inter viuos non resoluitur ipso iure, sed per traditionem.

Consti-

a ¶ *Constitutionem.* s. cuius auctoritate locus est Falci[a]. in dona. causa mortis.
b ¶ *Auferrentur.* etiam in vita.
c ¶ *Perempta.* & *sic fuit supra eod. l. iij. in princip. & ff. de dote p. aleg. l. Seia.* & sic non est contra: sed concordat.
d ¶ *Absolutè.* vt in hoc casu fuit. Accur.
e ¶ *Morientem.* electiuè ponitur: vnde dicenda est donatio inter viuos Falcidia[b] locum nõ habente. & facit *ff. tit. j. l. si filius. §. sed enim meminisse.* & non posset hoc per poenitentiam reuocari: *vt ff. de pactis do. l. cum mari-tus. §. j.*

a Falcidia locum habet in donationibus causa mortis adde Gu. l. ... An in mortis causa capionibus ... vide Grassum d. loco.
b Falcidia locum nõ habet in donationibus inter viuos. An in donationibus causa ... vide Grassum d. loco.

cõstitutionem[a] pertinere, quam quæ lege certa donarentur, & morte insecuta quodamodo bonis offerrentur[b], spe retinendi perempta[c]. cum autem qui absolutè[d] donaret, non tam mortis causa quàm morientem[e] donare.

Ad donationem causa mortis inter virum & vxorem, sufficit mortis cogitatio. Bart.

XLIII. NERATIVS *libro primo Responsorum.*

FVlcinius[f]: inter virum & vxoré mortis causa donationem ita fieri, si donator iustissimum mortis metum habeat. Neratius sufficere existimationem donantis hanc esse, vt moriturum se putet: quam iustè néc ne susceperit[g], non esse quærendum[h] est.

In donatione causa mortis, quantum ad executionem inspicitur tempus mortis. Bart.

XLIIII. PAVLVS *libro primo Manualium.*

SI seruo mortis causa donatú sit, videamus cuius mors inspici debeat, vt sit locus conditioni: domini, an ipsius serui. Sed magis[i] eius inspiciéda est, cui donatum esset[k]: sed tamen post mortem[l] * ante apertas tabulas testaméti manumissum hæc donatio non sequitur.

F*Vlcinius.*] CASVS. Tunc potest vir vxori, vel econtra donare causa mortis, cùm donans habet iustum metum mortis: vt quia forte grauiter infirmus est donás. & hoc casu donatio tenet, nõ aliàs: & hoc dixit Fulcinius. Neratius autem dixit sufficere quòd donans existimet se moriturum: & ob hoc scilic. causa mortis donet: sit nunc infirmus vel non. & hoc vltimũ scilic. dictum Neratij est verius. Fran.
f ¶ *Fulcinius.* constat inter[e] virũ & vxoré valere don. causa mortis: *vt ff. de don. inter virum & vxo. l. si eum qui. §. fin. & l. quia. & l. sed interim.* quod qualiter sit intelligendum, exponit hæc lex.
g ¶ *Susceperit.* aliàs susceperit. s. prædictã æstimationem aliàs successerit. & tunc dic iustè. i. bene succedit, cũ non sequitur mors: nõ iustè, cùm sequitur.
h ¶ *Quærendum.* subaudi sit. Accur.
i ¶ *Quod magis.* dictum Fulcinij secundùm quosdam, pro quibus *supra loca. habitatores. §. fin.* Tu dic, Neratij. pro quo est, *supra eo. l. senatus. § mortis.*

e Donari causa mortis inter virum & vxoré potest. v. glossam ... & l. Celsus sup. de dote prælegata.
* mortem eius.

S*I seruo.*] CASVS. Donaui seruo tuo x. causa mortis. quæritur mors cuius sit inspiciéda. s. serui an domini? Ad hoc respon. & dicitur quòd serui. Secundò dicit, hic seruus fuit à te manumissus ante apertas meas tabulas, & post mortem meam. dicitur quòd hæc donatio non sequitur manumissum, & hoc si habes in fi. non. si autem non est, tunc eodem casu retento dicas quòd hæc donatio sequitur manumissum, & hoc secundùm iura noua, secundùm quæ à morte donantis cedunt legata & donationes. sed. secundùm superiorem casum loquitur secundùm iura vetera, secundùm quæ erat secus. & dicas quod hanc donationem feci in testamento meo. Fran. Accur.
k ¶ *Cui donatum est.* sci. serui, cum non contemplatione domini fuit facta: vt dixi *ff. eod. l. si filio.* Accur.
l ¶ *Mortem eius.* Duobus modis expone. primo eius s. domini serui, & dices quòd mortuo domino serui, heres hunc manumisit ante apertas tabulas, & sic nõ tenuit manumissio, cum hæres non erat dominus, cùm adire non poterat ante apertas tabulas, & sic non erat in solidum institutus: sed hodie[d] potest adire etiam clausis tabulis, & sic teneret libertas. & donatio eum libertum sequeretur: *vt C. de cadu. toll. §. cùm igitur.* Secundò dic quod post mortem donantis ante apertas tabulas, & sic antequam cederet dies legati vel donationis, fuit factus liber à domino. sed & hoc corrigitur hodie, quia à[e] morte testatoris cedunt dies talium relictorum: *vt d. §. cum igitur. & §. in nouissimo.* & hoc si habeas in fine, non sequitur manumissum. nam secundùm primum nullo modo. secundùm alium interim ante apertas tabu. Si verò habeas fine non: loquitur secundùm iura noua. sic ergo tempore mortis donantis inspicitur sit liber, & eum donatio sequitur: vel seruus, & tunc dominum: vel mortuus, & tunc est extincta. *vt in prin. huius l. & fac. ad hoc ff. quando dies lega. cedit. l. si post mortem. §. fin.* secus in contractibus, vbi contractus tempus inspicitur: *vt supra de verb. oblig. l. si filius. & infra de regu. iur. l. quæ legata.* Item facit *ff. de donat. inter vi. & vxo. l. sed interim. §. maritus. & §. consequenter. & supra de excusatio. l. minor. §. debuit ...*

d Adire etiã clausis tabulis hæres potest, atque eo tẽpore seruos manumittere cum effectu.
e Donationis mortis causa dies(vt & legatorum) cedit à morte testatoris.

Digestorum, seu Pandectarum Liber quadragesimus.

DE MANVMISSIONIBUS.

TITVLVS I.

Qui est in vltima die viginti annorum: non est minor viginti annis neque maior. Bart.

I. VLPIANVS *libro sexto ad Sabinum.*

PLacuit[m], cũ qui Kalendis Ianuarijs natus[*] post sextá noctis[n]: pridie Kalendas, quasi annũ† vicensimum cõpleuerit, posse manumittere. Nõ enim maiori viginti annis permitti[o] manumittere vetari. Iam auté minor nõ est[p], qui diem supremum agit anni vicensimi[q].

II. IDEM *libro septimodecimo ad Sabinum.*

SI heres deliberante legatario seruum legatũ manumiserit, mox legatarius repudiauerit: manumissum liberum fore placet[r].

III. PAVLVS *libro trigensimonono ad Sabinum.*

SEruus pignori datus[s], etiá si debitor locuples sit, manumitti non potest[t].

DE MANVMISsionibus.

¶ *Dixit de relictis pecuniarijs, à libro de testamentis vsque ad librum superiorem: nunc de libertatibus, præmittens titulum generalem.*

¶ *Post hæc tractatum de præiudicialibus actionibus, quibus quæritur seruus quis an liber, libertinus an ingenuus sit, non de liberis agnoscendis, de qua iure naturali iam antecerit dicere lib. xxv. altius rem ordiens: & quia manumissione fiunt libertini, more suo generalem[a] inprimis titulum exponit De manumissionibus, quo declarat qui manumitti vel manumittere possint & apud quos. Manumissio est datio libertatis. Cuiacius.*

Respondet lib. 48 Basil. tit. j.
† Respondet lib. 48 Basil. ...
* natus est.
a Titulus generalis de manumissionibus

m ¶ *Placuit.* Lex[b] Ælia Sentia prohibuit minorem XX. annis manumittere: *vt Insti. qui manum. non possunt. §. eadem.* Quis dicitur minor, hæc lex dicit.
n ¶ *Noctis,* quasi dicat, inchoata vicesimi anni die vltima. R. quæ in media[c] nocte incipit: *ff. de fer. more Romano.*
o ¶ *Permitti.* s. tantum per l. Aeliam Sentiam i. lex Aelia Sentia non dixit quòd maior viginti annis manumittat: verum est tamen sine dubio quòd potest[d]. sic *j. tit. j. si collactaneus.* Accur.
p ¶ *Non est vt[e] infra de verb. oblig. l. si minor.* Sed contra. *supra de minorib. l. iij. §. minorem.* Solu. plene vt ibi. Item hodie videtur innouari quod hic de tempore dicit. quod dic vt *Instit. qui manum. non poss. §. ead. in.* vbi plenè dixi.
q ¶ *Anni vicesimi.* concludit ergo quod manumittere potest.

b Lex Aelia Sentia ...
c Dies à media nocte incipit.
d Major viginti annis manumittere potest.
e Minor non est quod ad facultatem manumittendi attinet, qui diem supremũ agit anni vicesimi.

S*I heres.*] CASVS. Seruum tibi legatum ego heres legantis manumisit: tandem tu legatarius repudiasti hoc legatum. dicitur quòd manumissio confirmatur. Fran. Accur.
r ¶ *Placet. vt & j. tit. j. l. iiij. & supra de optio. lega. l. si cum optio. & supra si cert. petat. proinde. & ad legem Aquiliam l. nam sicut.* Accursius.

S*Eruus.*] CASVS. Seruum tibi pro decem obligaui: eum volo manumittere. non possum, etiam si aliàs sim tibi soluendo. Fran. Accur.
s ¶ *Datus.* specialiter[f]: *vt C. de ser. pign. da. l. ab eo.*
t ¶ *Non potest. vt & j. qui & à qui. l. seruum.* Sed contra. *Infra de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. si quis seruo.* Sol. vt ibi. & *facit C. de necess. ser. he. ... l. j.* Accur.

f Pignori specialiter obligatus seruus manumitti nõ potest.

I*S qui.*] CASVS. Seruum Titij ab ipso Titio emi nummis ipsius serui. epistola diuorum fratrum dicit me compellendũ fore vt manumittam istum seruum. Secundò respõdet ei quod posset opponi, quòd seruus nihil habet, nec habere potest, sed clausis oculis debemus dicere seruum suis nummis emptum eo ipso quòd non est emptus nummis emptoris, sed aliunde quæsitis. [SI AB IGNOTO.] Si emi seruum meis nummis: postea seruus offert mihi tantos nummos quot eum emi. & vult vt eum manumittam: nõ cogor eum manumittere, nisi hoc actum fuisset principio quando eum emi. Secundò dicit, inter me & seruum Titium conuenit, quòd emerem eum de suis nummis: & cùm emissem, festinaui soluere de mea pecunia venditori: postea seruus

dedit mihi pecuniam, & vult quòd eum manumittam. dicitur quod eum debeo manumittere. Idem eſt ſi cùm ſeruus vellet mihi dare pecuniam, ego remiſi ſibi eam, quia mihi multum ſeruierat. nam & hoc caſu debeo eum manumittere. [NIHIL.] Dictum eſt ſupra quòd ſi ſeruum emi nummis ſerui: cogar eum manumittere. Si autem emi te hoc acto inter me & te, vt te debeam manumittere: dicitur quòd debeo manumittere: ſiue hoc conuenerit inter venditorem & me, ſiue non: ſiue contrarium inter venditorem & me conuenit, putà quòd non debeam te manumittere. nunc autem dicit. non eſt vis quis ſit emptor: ſiue fiſcus. i. procurator fiſci: ſiue ciuitas, ſiue priuatus homo ſit: ſiue minor xx. an. ſit: ſiue pupillus ſit. non etiam inſpicitur ætas vendentis: ſiue ſeruus ſit iſte emptor: nam ſemper cogitur eum manumittere: niſi iſte ſeruus ſit exportandus ratione delicti: vel ſit in teſtamento domini prohibitum ne manumittatur: vel ſi hac lege. i. pacto fuerit venditus huic emptori, ne ad libertatem perueniat, in his enim caſibus non manumittetur. Poſtea dicit quis dicatur ſuis nummis emptus. & certe non ſolùm iſte qui totum pretium dedit emptori de quo emeretur ſed & ſi partem pretij dedit emptori: & ex operis ſerui tantum lucratus eſt emptor, vel aliàs merito ſerui eſt lucratus, ita quòd pretium eſt impletum. Sed pone quòd partem habebam in ſeruo: aliam partem emi nummis eius. non habet locum conſtitutio: & ſic non cogor eum manumittere. idem ſi habebam proprietatem nudam in ſeruo: & emi à fructuario vſumfructum eiuſdem ſerui: nam nõ cogor eum manumittere. ſecus erit ſi habebam vſumfructum tantùm: & emi proprietatem nummis eius: nam habet locum conſtitutio, vt eum manumittam. intelligas tamen quòd ipſe ſeruiet mihi fructuario donec durat vſusfructus: ſed ſi ego & tu emamus ſeruum, ego meis nummis, tu nummis eius ſerui, non habet locum hoc caſu conſtitutio: niſi ego vellem eum manumittere. ſed ſi partem ſerui emi ſuis nummis, & pars altera ex cauſa lucratiua effecta eſt mea: hoc caſu conſtitutio locum habet, Fran. Accurſius.

Eius ſit mentio vel ſup. de iudic.

Qui ſuis nummis emitur, nanciſcitur libertatem: & dicitur ſeruus impropriè ſuis nummis emi, cum nummos habere non poſſit. hoc dicit.

IIII. VLPIANVS *libro ſexto Diſputationum.*

IS qui ſuis nummis emitur, epiſtula diuorum [a] fratrũ ad Vrbium Maximum, in eam conditionem redigitur, vt libertatem adipiſcatur[b]. 1 ¶ Et primo quidem nummis ſuis [c] non propriè videtur emptus dici, cùm ſuos nummos ſeruus habere nõ poſſit[d]. Verùm conniuentibus[e] oculis credendum eſt ſuis nummis eum redemptum, cùm non nummis eius qui eum redemit, comparetur[f]. Proinde ſiue ex peculio, quod ad venditorẽ pertinet, ſiue ex aduentitio lucro, ſiue etiam amici beneficio vel liberalitate, vel prorogante * eo, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitũ redemptus ſit: credendũ eſt ſuis nummis eum redemptum. ſatis[g] eſt enim quòd is qui emptioni ſuum nomen accõmodauerit [h], nihil de ſuo impendit[i].

** i. repræſentante. Anto. Auguſt. li. 4. e. 20.*

Non poteſt ſequentibus actibus robur accipere cuius principium ad aliũ finem captum fuit: ſecus ſi initium cum mediis & fine concordat. h. d.

2 ¶ Si ab ignoto[k] emptus † ſit, poſtea autẽ pretiũ ſuũ obtulerit: dicendum erit non eſſe audiendum: ab initio enim hoc agi debet[l], vt imaginaria[m] fiat emptio: & per fidẽ contractus inter emptorẽ & ſeruum agatur. 3 ¶ Siue igitur nõ hoc ab initio eſſet actũ, vt ſuis nũmis redimeretur: ſiue hoc acto nũmos ſeruus nõ dedit: ceſſabit libertas. 4 ¶ Vnde quæri poterit, ſi cũ hoc ab initio eſſet actum emptor feſtinauit, & pretium numerauit[n]: an poſtea ei ſatis facto * ſeruus conſtitutione vti poſſit. Et puto poſſe[o].

† Vide Barto. hic, & Francis. in l. qui in diema. ſup. de acquir. here.

** Græciſmus. Anto. Augu. lib. 1. c. 4.*

5 ¶ Proinde & ſi ei nummos prorogauit emptor, cùm ei pariauerit[p], poterit ad libertatem peruenire. 6 ¶ Siue autem exprimatur in contractu, velut in emptione, hoc, vt manumittatur[q], ſiue non exprimatur [r]: verius eſt libertatem competere.

7 ¶ Ergo & ſi fortè quis ſic comparauerit ſuis nummis, ne eum manumittat[ſ]: benigna eſt opinio dicentium hunc ad libertatem peruenire[t]: cum & nomẽ emptionis imaginarius iſte emptor accommodet, & prætereà nihil ei abſit. 8 ¶ Nihil autem intereſt, à quo quis ſuis nũmis ematur, à fiſco vel ciuitate, vel à priuato: cuiuſque ſit ſexus is qui emit [u]. Sed & ſi minor ſit viginti annis qui vendidit: interueniet conſtitutio [x]. Nec comparantis quidem ætas ſpectatur. Nam & ſi pupillus emat, æquũ eſt eum fidem adimplere: cum ſine damno eius hoc ſit futurum. Item & ſi ſeruus[y] eſt. 9 ¶ In illis ſanè ſeruis non interuenit conſtitutio, qui in totum perduci ad libertatem non poſſunt: vt puta ſi exportandus, vel hac lege venierit[z], vel teſtamento hãc conditionem acceperat, ne vnquam manumitteretur.

10 ¶ Suis autem nummis redemptus, etſi totum pretium nõ numerauit, ex operis tamẽ ipſius acceſſerit aliquid, vt repleri pretiũ poſſit, vel ſi quid ſuo merito adquieſierit: dicendum eſt libertatẽ competere [a]. 11 ¶ Quòd ſi partẽ ſuis nũmis [b] redemerit, cũ

a Falſo: Diui fratres huiſce libris nõ ſunt Seuerus & Antoninus: ſed Marcus & Cõmodus. l. conquest. l. Diuus. ſup. de off. præſid. l. diuus inf. ad l. Cornel. de ſicariis. Seuerus autem & Antoninus ſunt ..., de quorum conſtitutionibus quoties iuriſconſulti noſtri loquũtur, ſcribunt, filiũ cũ patre hanc vel illam legẽ tuliſſe aut reſcripſiſſe. v. l. cum hic ſtatus. ſup. de donat. inter virum.

b Suus dictio nõ ſemper denotat dominium.

c Cõniuentibus oculis ſpectare pœnaquæ, non inſpectis iuris ciuilis ſtricta ratione conſiderare.

a ¶ *Diuorum fratrum.* Seueri[a] & Anto. ſecundùm quoſdam. & dic plene de his conſtitutionibus, *C. ſi manci. ita fuerit alie. ne proſtitu. l. j. vbi diximus.* Accurſius.

b ¶ *Adipiſcitur.* à lege, ſecundùm P. quod non placet: ſed ab homine: *vt ſ. de indi. l. qui ſe.*

c ¶ *Nummis ſuis.* ſ.[b] ſerui. Accurſius.

d ¶ *Non poſſit.* nec aliquid aliud, *vt inſtitut. per quas perſo. nobis acquiri. §. item vobis acquiritur.* Accur.

e ¶ *Conniuentibus oculis.* i. clauſis[c], vt non inſpiciamus iuris ciuilis ſtrictam rationem.

f ¶ *Comparetur.* ſed ſi nummis eius comparatur, ſi tamen conuenit ſeruus de pecunia emptori reſtituenda, idem eſt, *vt ſtatim ſublicit. & ſ. de indi. l. xix. in fin.*

g ¶ *Satis.* ad hoc vt dicatur ſuis nummis emptus.

h ¶ *Accommodauit.* ſ. emptor.

i ¶ *Impendit.* ſcilicet interim: præſtaturus tamen eo caſu cùm fuerint peculiares cùm eos dando non liberetur emptor: *vt Codice de act. empt. ſi ſeruos & Codic. ſi ſer. extero ſe emi mand. l. j. quæ ſunt contra. & facit Cod. de ope. lib. ſi cui. & de bon. lib. l. j.*

k ¶ *Si ab ignoto.* id eſt non paciſcente cum ſeruo vt liber fiat. Ac.

l ¶ *Debet.* vt emptor eum liberum faciat. Subaudi, cùm obtulerit ei pretium ſolutum pro ſe.

m ¶ *Imaginaria.* imò non eſt imaginaria [a] pretio accedente: *vt infra de regu. iur. imaginaria.* Sed hic [b] ponitur, id eſt per momentum duratura. ſic & in authent. *quomodo oporteat epiſ. §. j.* & in Pſalmo, Et in imagine pertranſibit homo. Ibi verò infra de regu. iur. imaginaria. id eſt ſimulata[c]: *vt & ſupra de contrahend. emp. l. nuda.*

a Imaginaria vẽditio quid.

b Imaginariũ pro momentaneo.

c Imaginariũ pro ſimulato.

n ¶ *Pretium numerauit.* de ſuo emptoris.

o ¶ *Poſſe.* idem ſi paratus ſit ſoluere: *vt ſ. de indi. l. xix. in fin.*

p ¶ *Pariauerit.* aliàs paruerit. i. ſeruierit per aliquod tempus: & ſic cum pretio compenſet. Aliàs apparuerit: & idem eſt ſenſus[d]. Accurſius.

d Pariãdi verbum hic Accurſius nõ intellexit. Eſt autem hic pariare, ita rationes reddere, vt paria ſint expenſa acceptis.

q ¶ *Manumittatur.* cùm non eſſet actum inter ſeruum & emptorem, quòd eum manumitteret emptor.

r ¶ *Siue non exprimatur.* cùm tamen inter emptorem & ſeruum hoc actum eſt: & ſic non eſt contra. *ſupra prox. §.*

ſ ¶ *Manumittat.* hoc dixit venditor.

t ¶ *Peruenire.* hic eſt contra. *infra proximè ibi: in illis ſanè. & Cod. ſi man. ita fue. aliena. ne manu. l. ea quidem.* Sed hic de noua lege poſt imaginarium contractum ſerui: ibi de præcedente imaginarium contractum in alia emptione prima, qua venditor eũ emerat.

u ¶ *Emit.* aliàs emerit: & aliàs vendiderit.

x ¶ *Conſtitutio.* Imò videtur ceſſare minore vendente: *vt j. qui & à quibus. l. ſi quis integras. §. fina. & ſ. de min. l. verum. §. j. & de ſer. export. l. ſi minor. quæ ſunt contra.* Solu. duæ ſunt conſtitutiones. hic loquitur de ea quæ eſt miſſa ad Vrbium Maximum: *vt ſupra in prin. huius* l. quæ locum habet quando ipſe ſeruus facit pactum cum emptore, & habet locum ſiue ſit minor qui vendidit ſeruum xx. annis, ſiue qui emit, *vt hic.* Alia eſt miſſa ad Aufidium Victorinũ: quæ locum habet quando ſit pactum inter venditorem & emptorem: & illa non tenet minorem: vt in contrariis.

y ¶ *Seruus eſt.* qui emit. ¶ Sed quomodo ipſe manumittit cum domino quæſiuit? Reſpond. lex imponit libertatem. ſ ¶ Vel ſecundùm Oth. dic, dominum vigore huius conſtitutionis arctandum ad manumiſſionem: *argu. j. eod. l. Gaius.* Accur.

z ¶ *Venierit.* ne manumittatur: *vt hic*: aliàs ante hunc contractum: *vt j. eod. l. ſeruus hac.* ne ſit contra. *ſ. proxi. §.*

a ¶ *Competere. vt ſ. §. j. in fin.*

b ¶ *Suis nummis.* ſ. ſerui. Accur.

Rod.

a ¶ *Redemit.* emptor. Accurfius.
b ¶ *Pertineat.* f. quòd efficiatur liber, feruiet tamen fructuario donec durat vfusfructus *vt Cod. communia. de manum. l. j. §. fin autem.* Accurfius.
c ¶ *Locum habere.* exoluto pretio alterius partis. Accur.

partem ferui haberet, ad conftitutionem non pertinebit: non magis quàm qui cùm proprietatem haberet, vfumfructum redemit. 12 ¶ Sed quid cùm fructuarius effet, & proprietatem redemit[a]? in ea conditione eft, vt ad conftitutionem pertineret[b].

13 ¶ Sed & fi duo feruũ redemerint. alter propriis nũmis, alter nũmis ferui: dicẽdũ erit cõftitutioné ceffare. nifi fortè is qui propriis nũmis redemit, manumittere fuerit paratus. 14 ¶ Sed & fi partẽ quis redemit, pars altera ex caufa lucratiua acceſſerit: dicẽdũ erit cõftitutioné locum habere[c].

In cafu libertatis adipifcendæ feruus poteft contra dominum in iudicio cõfiftere: hoc tamen feruus non facit fine periculo. h. d.

v. MARTIANVS *lib. 2. Inftitutionum.*

SI quis[d] dicat fe fuis nummis emptum, poteft confiftere[e] cum domino fuo, cuius in fidem cõfugit: & queri[f] quòd ab eo nõ manumittatur: Romæ quidem apud prefectum vrbi: in prouincĩis verò apud præfides, ex facris conftitutionibus diuorum fratrum: fub ea tamé denuntiatione[g], vt is feruus qui hoc[h] intenderit, nec impleuerit, in opus metalli detur: nifi fortè dominus reddi eum fibi maluerit, vtique non maiorem[i] ex ea caufa pœná constituturus. 1 ¶ Sed & fi[k] rationibus redditis liber effe iuffus fuerit: arbiter in feruum & dominum, id eft heredem datur de rationibus excutiendis.

Si dominus feruum qui pecuniam dederat pro libertate, manumittat in teftamento: debet pecunia feruo reddi ab herede, fi dominus voluit eam effe in peculio: fecus fi fuis rationibus applicuit. h. d.

vi. ALPHENVS VARVS *libro quarto Digeftorum.*

SEruus pecuniá ob libertatem pactus erat[l], & eam domino dederat. dominus priufquá eum manumitteret, mortuus erat: teftamẽtóq. liberum effe iufferat: & ei peculium fuum legauerat confulebat, quam pecuniam domino dediffet ob libertatem, an eam fibi heredes patroni reddere deberent, néene. Refpondit, fi eam pecuniam dominus poftea quàm accepiffet, in fuæ pecuniæ rationem † habuiffet: ftatim defiffe eius peculij effe. fed fi interea dum eum manumitteret, acceptum feruo retuliffet[m], videri peculij fuiffe: & debere heredes eam pecuniam manumiffo reddere.

In manumiffionibus habet locum prãuentio inter teftamentum & donationem libertatis inter viuos: vt fciatur cuius libertus fiat qui manumittitur.

vii. IDEM *libro 7. Digeftorum.*

DVo filiifamilias peculiares feruos feparatim vterque habebant[n]. ex his alter feruulum fuum peculiarem viuo patre manumifit[o]. pater vtrique teftamento peculium prælegauerat. quærebatur, feruus ifte[p] vtrum amborum, an eius à quo manumiffus erat, libertus effet. Refpõdit, prius teftamentum pater feciffet, quàm filius eum liberum effe iuffiffet, vnius effe libertum: ideò quòd eum quoque in peculio legaffe videretur[q]. Sed fi poftea teftamentum pater feciffet: non videri eam mentem eius fuiffe, vt eum qui manumiffus effet, legaret: eúmque feruum[r], quoniam prælegatus non effet, mortuo patre amborum feruum[f] fuiffe.

Si alienatio eft reuocabilis: reus criminis capitalis non poteft reuocare. Bartolus.

viii. MARCELLVS *libro tertiodecimo Inftitutionum.*

QVi pœnæ ferui efficiuntur, indubitatè manumittere non poffunt: quia & ipfi ferui funt[t]. 1 ¶ Sed nec rei[u] capitalium criminũ manumittere feruos fuos poffunt: vt & fenatus cẽfuit. 2 ¶ Diuus quoq. Pius Calpurnio refcripfit, libertates ab eo qui iam lege Cornelia[x] damnatus effet, vel cùm futurũ profpiceret vt damnaretur, feruis datas non competere. 3 ¶ Sed nec

STichus [i], *imò Pamphilus liber eſto*, Pamphilum liberum futurum reſpondit. quodammodo enim emendaſſe errorẽ ſuum [k] teſtatorem. idéque iuris forè etiam ſi ita ſcriptũ fuerit: *Stichus liber eſto, imò Pamphilus liber eſto.*

Quitatio tutoris valet, niſi inter ipſum & eum cui eſt facta, ſit colluſum. h. d. Bar. lex ſequens plana eſt.

XXIII. IDEM *libro nono Quæſtionum.*

QVi filium impuberẽ hæredem inſtituit, Stichum ratione argenti quod ſub cura eius eſſet reddita, liberum eſſe iuſſerat. is ſeruus parte [*] argenti ſubtracta, cum tutore diuiſit: atque ita tutor parem [l] ei rationem adſcripſit. Conſultus [m] an Stichus liber eſſet, reſpondit non eſſe liberum. Nã quod alioquin placeat [n], ſi ſtatuliber pecuniam dare iuſſu tutori det, vel per tutorem ſtet quominus conditioni pareatur, peruenire eum ad libertatem: ita accipiendum, vt bona fide, & citra fraudem [o] ſtatuliberi & tutoris id fiat: ſicut & in alienationibus rerum pupillarium ſeruatur [p]. Itaque & ſi offerente ſtatulibero pecuniã tutor in fraudem pupilli accipere nolit [q], non aliter libertatem cõtingere, quàm ſi ſeruus fraude careat. Eadémque & de curatore dicenda.

1 ¶ Item quæſitũ eſt, rationẽ argenti reddere iuſſus, in quem modum intelligendus ſit conditioni paruiſſe: id eſt, an ſi quædã vaſa ſine culpa [r] eius perierint, atque ita reliqua vaſa heredi bona fide adſignauerit, perueniat ad libertatem. Reſpondit, peruenturum. nam ſufficere, ſi ex

i ¶ *Stichus.* facit hoc ad quæſtionem quam ſcripſi in Authentic. *de teſti. §. quia vero. ibi in gloſ. ſed quid ſi ille.*

k ¶ *Errorem ſuum.* ait Africanus. Et not. Imò [a] correctiuè poni in libertatibus. ſic & in inſtitutionibus: *vt ſupra de heredi. inſtitu. leg. ſi ita ſcriptum.* quandoque non: *vt C. de non. C. compo. ibi. imò mutatam.* & cætera.

a Imò dictio, eſt correctiua præcedentis: ideoque in teſtamentis ſtandum erit vltimo tanquam corrigenti. Aliquando tamen additiua vel copulat. vt in l. imò de libe. ... Stichum & Pamph. ... de ſolu. ... de quo ... Bal. ... C. de ſer. ... ex rub. de arbi. col. 17.

QVi filium.] CASVS. Titius habens filium impuberem, eum hæredem inſtituit: & Sticho ſeruo libertatem reliquit, ſi redderet rationes argenti quod ſub cura eius fuit. tandem ille Stichus ſeruus partem argenti quod ſubripuerat, cum tutore pupilli diuiſit: & tutor ſcripſit qualiter erant bene redditæ rationes ab iſto ſeruo Sticho. quæritur an iſte ſeruus Stichus ſit liber & dicitur quòd non. nam ſicut in alienat. rerum pupillarum: ita hic exigitur bona fides. Item ſtatuliber grauatus dare pupillo, ſi det eius tutori, ita demum liberatur & efficitur liber, ſi ſeruus & tutor fraude careant. ita & in noſtro caſu debebant cauere in reddendis rationibus, quòd non fuerint vſi fraude: & ideo ratio pro non reddita habetur. Vltimò dicit qualiter debet iſte ſeruus Stichus reddere rationẽ argenti vt efficiatur liber: & certè illud argentum quod habet de bonis pupilli, debet ei reddere. & ſi quædam vaſa argentea amiſiſſet ſine dolo & culpa, non tenetur ad ea ſufficit enim ſi ex bono & æquò rationem reddat. Franciſc. Accurſius.

* Partem argenti ſubtractam.

l ¶ *Parem.* id eſt rectè eum reddidiſſe rationem ſignificauit [b], vt ſic eum liberum quaſi conditione impleta oſtenderet. R.

m ¶ *Conſultus.* Africanus. Accurſius.

n ¶ *Placet. vt infra de ſolu. ſi ſeruus. x. & l. Stichum & Pamphilum. §. vſumfruct. in fine.* Accurſius.

o ¶ *Fraudem. ſic ſupra loca. l. ſed addes. in princip. & infra pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor.*

p ¶ *Seruatur.* & tunc demum à tutore facta valida ſit alienatio, cum ipſe fraude caret: *vt ſupra de mino. & ſi ſine. §. j. & leg. pen. & C. ſi aduer. vend. l. ij. C. de prædi. mi. leg. ij.*

q ¶ *Nolit.* ſcilicet tutor.

r ¶ *Culpa.* etiam leuiſſima, ſi [c] cum mandato gerebat: *vt C. nam leg. à procuratore.* aliàs regulatiter: *vt C. de nego. geſt. tutori.* nam ita in ſeruo debet eſſe, vt liber gereret: *vt ſupra de pecu. non ſolùm §. j.* ſecus in libero homine bona fide poſſeſſo, qui de lata tantum p-

b Cõfeſsio tutoris de redditis ſibi rationibus, liberationem facit ei cui talis confeſsio & liberatio facta eſt. ... Bald. ... C. de ſecundo nuptu.

c Culpam leuiſsimam præſtat mandatarius.

tùm tenentur ut insti. de acqui. re. do. l. homo liber. in princ.

a ¶ *Pater familias* [a]. *sic supra eo. l. si ita sit scriptum.*

a Patremfamilias arbitrari, spectatis ad iustam cuiusque excusationem.

TEstamento.] CASVS. Manumissus in testamento tunc fit liber, quando adita est hæreditas ex testamento, & testamentum tenet: vel institutus omisit ex testamento, & ab intestato adiuit: & hoc est verum quando libertas erat relicta pure: & sufficit quòd ab vno adeatur hæreditas. Si autem in diem vel sub conditione relicta est libertas: tunc competet libertas, cùm dies venerit, vel conditio. Francis.

b ¶ *Hæreditas. ut C. eo. l. ij.*

c ¶ *Omissa.* in fraudem, aliàs secus: *ut C. si omis. sit causa test. l. j. in prin. & in fine.*

d ¶ *Vel.* pro saltē. Ac.

e ¶ *Ab vno. ut & j. e. l. testamento. & supra eo. si legato seruo. §. fin.* sic in tutela: *ut supra de testamentaria tutela. l. si unio.*

† l. et die. sic in l. 9. ff. vlt. sup. de hæred. inst.

f ¶ *In diem.* id est ex die, non ad diem, *ut j. e. l. libertas.*

g ¶ *Exititerit. sic infra de verb. sign. cedere. & C. de cadu. tol. §. fin. autem.*

NOminatim.] CASVS. Serui nominatim videntur manumitti, etiam quando non nómen eorum ponitur, sed nomen officij quod habebant: vt si dicam, seruum meũ pictorem liberum esse volo: vel sic, seruum meum dispensatorem liberum esse volo: vel simile per quod cognoscitur. Franc.

h ¶ *Nominatim. faci. j. eo. l. nominatim.*

i ¶ *Officio.* hæc differunt inter seruos *supra de leg. iij. l. legatis. §. j.* Accursius.

k ¶ *Denotati.* vt ea demonstratio [b] fungatur vice nominis. R. *ut sup. a si cer. peta. l. certum est.* Accur.

b Demonstratio vice nominis fungitur.

l ¶ *Filius.* cùm vnum solum filium habet: *ut j. de lib. & posth. l. ij.* & semper subaudi, liber esto. si autē nō apparet de quo senserit, obtinet quod dicitur *j. eo. cum ex pluribus.*

TEstamento.] CASVS. Libertas testamento relicta tunc valet, cum hæreditas aditur etiam ab vno, & in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Franciscus Accursius.

m ¶ *Gradu.* institutionis, vel substitutionis. *sic j. de leg. præstan. sed & si pro dote. §. non om. da.* ¶ Sed quid si ab instituto libertas, à substituto hæreditas relinquatur eidē? videtur nō deberi libertas, cū institutus non adeat, per l. istam. Sed arg. contra *j. de leg. ij. cum pater. §. ab instituto.* Sed respon. vt not. *C. si quis omis. cau. test. l. j.*

n ¶ *Purè.* alioquin secus: *ut supra eo. l. testamento.*

o ¶ *Manumissus.* i. manumitti iussus. Ar. contra huic *l. C. eo. l. iij.*

DIuus.] CASVS. Titius in testamento suo scripsit Sempronium hęredē. & si hęres nō esset, substituit seruū suū Stichum cū libertate. Itē si Sēpronius erit hæres, reliquit legatū Sticho, dicitur q videtur & ei libertatem relinquere etiam in hoc casu. Fran.

æquo & bono rationem reddat. denique quam rationem bonus paterfamilias [a] reciperet, ea hæredi reddita impletam cōditionem videri.

XXIII. MARCIANVS *libro primo Institutionum.*

TEstamento manumissus ita demū fit liber, si testamentū valeat, & ex eo adita sit hæreditas [b]: vel si quis omissa [c] causa testamēti ab intestato possideat hæreditatem. 1 ¶ Testamēto data libertas cōpetit, purè quidē data statim quā adita fuerit hæreditas vel [d] ab vno [e] ex hæredibus. si in diem [f] † autem libertas data est, vel sub conditione: tunc competit libertas, cùm dies venerit, vel conditio extiterit [g].

Serui nominatim videntur manumitti, etiam quando non nomen eorum ponitur, sed nomen officij quod habebant, veluti pictorem aut pistorē. Francisc.

XXIV. GAIVS *libro primo Rerum cottidianarum siue aureorum.*

NOminatim [h] videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio [i], vel quolibet alio modo euidēter denotati [k] essent, veluti dispēsator meus, cellarius meus, cocus meus Pamphili serui mei filius [l].

Libertas testamento relicta tunc valet, cum hæreditas aditur etiam ab vno, & in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Franc.

XXV. VLPIANVS *libro quarto Regularum.*

TEstamento liber esse iussus, tunc fit liber, cū adita fuerit hæreditas qualibet ex parte si modò ab eo gradu [m] quo liber esse iussus est, adita fuerit, & purè [n] quis manumissus [o] sit.

Si quis instituit aliquem, & substituit seruum cum libertate, & si primus hæres erit, legatum reliquit seruo non expressa libertate: seruus iste liber erit etiam isto casu.

XXVI. MARCIANVS *libro 1. Regularum.*

DIuus Pius & diui fratres fauorabiliter rescripserūt: cū seruo cum libertate substituto legatum erat [p], si hæres nō esset, non adscripta libertate [q]: perinde haberi, atque si adscripta esset & libertas [r].

XXVII. PAVLVS *libro primo ad legem Æliam Sentiam.*

QVi potuerint apud consiliū manumittendo ad libertatem perducere [s], possunt etiam necessarium hæredem facere: vt hæc ipsa necessitas probabilem faciat manumissionem [t].

Seruus cui libertas relicta est his duabus conditionibus hac l. expressis vtroque casu liber erit. h. d.

XXVIII. IDEM *libro singulari de Iure codicillorum.*

STichus, si codicillis eum non vetuero liberum esse, liber esto. sic est atque si diceret: *Stichus, si in Capitolium non ascendero* [u], *liber esto.* nā & hæres sic institui potest.

Licèt testamentum rumpatur propter præteritionem liberorum: serui tamen quibus est data libertas in illo testamento, si per quinquennium fuerint in libertate, liberi remanebunt.

XXIX. SCAEVOLA *libro vicensimotertio Digestorum.*

VXorem prægnantem repudiauerat, & aliā duxerat. prior enixa filium exposuit. hic sublatus [x] ab alio educatus est. nomine patris vocitatus. vsque [y] ad vitæ tempus patris, tam ab eo [z] quàm à matre, an viuorum [a] numero esset ignorabatur. mortuo patre, testamentóque eius quo filius neque exhæredatus neque hæres institutus sit, recitato, filius & à matre & ab auia paterna adgnitus, hæreditatem patris ab intestato quasi legitimus possidet. quæsitum est, hi qui testamento libertatē acceperunt, vtrū liberi, an serui sint. Respondit, filium quidem nihil præiudicij passum fuisse, si pater

p ¶ *Legatum erat.* hoc modo, si hæres, &c.

q ¶ *Libertate.* id est non habita mentione libertatis in legando.

r ¶ *Libertas.* habebit ergo legatum & libertatem, si hæres non erit: quod erit adeunte instituto. Sed videtur neutrum habere: *ut C. de necess. ser. hær. insti. l. pe. § illo. quæ est contra.* Sol. hic videtur repetita cōditio libertatis, quæ erat apposita in substitutione: *ut supra de conditio. & demonstr. a nia. & de condit. insti. l. cum seruus.* Accur.

QVi potuerint.] CASVS. Sicut minor xx. ann. potest dare libertatē seruo suo certis de causis: ita potest eum restituere sibi hęredem necessarium, & per hoc liberum efficere, quasi & hæc sit causa iusta habere eum in hæredem. Francisc. Accur.

s ¶ *Perducere.* qui numerantur Institut. *qui ma. non pos. §. eadem & j. tit. v. l. si minor an. xx. & l. seq.*

t ¶ *Manumissionem.* i. causam manumissionis. Azo. etiam si non subsit aliqua de prædictis. *sic j. eo. l. illud §. j.* sic [a] iure Institutionis licèt, quod aliàs nō liceret: *ut insti. qui ma. non pos. in p. in. & §. licèt.*

a Institutionis iure licet quod aliàs nō liceret.

STichus.] CASVS. Ego testator dixi in testamento, Stichus sit liber. si codicillis eum non vetuero esse liberum, dicitur quòd perinde est ac si dixissem, si in Capitoliū non ascendero, sit liber. nam vtroque casu me mortuo erit liber, si non reuocaui in codicillis: vt in primo casu: vel si nō ascendi Capitolium, vt in secundo. Vltimò dicit quòd hæres potest institui sub aliqua de prædictis conditionibus. Fran. Accur.

Alciat. lib. 4 dispunc. c. 4.

u ¶ *Non ascendero.* quæ conditio [b] locum habet me mortuo: *ut a g. infra de verborum oblig. quidquid. § si. & de hu dixi supra eo. l. libertas. § j.*

b Cōditiones negatiuæ locū habent mortuo promittente aut onerato. Ideoque in his opus est Muciana cautione.

VXorem.] CASVS. Quidā habens vxorē prægnantem, eiecit eam de domo, accepit aliam: expulsa in aliqua domo voluit stare. & peperit. postea partum eiecit fortè ad aliquod hospitale. aliquis recollegit eū, & tenuit eum, & nutriuit. pater istius pueri veniēs ad mortē, nesciebat de isto filio quid esset, an esset viuus vel non. instituit quēdā aliū hæredem: & de isto puero nihil dixit: reliquit seruis libertatē: iste institutus adiuit hæreditatē. nunc hic puer venit & probat se filiū defuncti: & sic testamentum ruptum dicit per præteritionem obtinuit: & sic habet bona. modo quæritur quid erit de libertatibus. & dicitur quòd postquam serui steterunt vt liberti per spatium quinquennij, amodo non debent reuocari in seruitutem. Fran.

x ¶ *Sublatus.* id est natus.

y ¶ *Vsque.* cum sequentibus iunge.

z ¶ *Ab eo.* scilicet patre.

a ¶ *Viuorum.* id est an esses viuus. Accur.

a ¶ *Non valere.* In quo præteritus est: *vt Instit. de exhere. lib. in princ.* Sed obtra. ℥. *de inoff. testa. si instituta. §. fin.* Sed ibi fuit matris[a] præteritio, quæ habetur pro exhæredatione: *vt Insti. de exhere. lib. §. m iter. hic patris.*

a Præteritio matris habetur pro exhæredatione.

b ¶ *Studium.* dabunt tamen xx. aureos: *vt arg. ℥. de inoff. test. Papini. nus.* & est hic speciale. aliàs contra: *vt C. de fideicom. l. cum quam.* Sed per authen. videtur esse ius commune: *vt C. de lib. pra. authen. ex causa. & facit C. de inoffic. testa. cum ex causa.*

eum ignorauit: & ideo cùm in potestate & ignorantis patris esset, testamentum non valere[a]. Serui autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt, semel datam libertatem infirmari, contrarium studium[b] fauori † libertatis est.

XXX. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

SI serui qui apud hostes sunt, liberi esse iussi sint, ad libertatem perueniunt[c], quamuis neque testamenti neque mortis tempore[d], testantis, sed hostiũ fuerunt†.

Incertitudo rerum & personarum vitiat legatum. Bartolus.

XXXI. PAVLVS *libro vicesimosexto ad Edictum.*

CVm * ex pluribus eodem nomine seruis, vnus liber iussus non appareat quis sit, nullus[e] liber est.

Existentis sui hæredis confirmat libertates. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS *libro sexagesimoquinto ad Edictum.*

SCiendum est, necessario[f] herede existente, quamuis se abstineat, tamen libertates competere[g], si modò non in fraudem[h] legis Æliæ Sententiæ datæ fuerint.

XXXIII. PAVLVS *libro duodecimo Quæstionum.*

LIbertas ad tempus dari non potest[i].

XXXIV. IDEM *libro septuagesimoquarto ad Edictum.*

IDeóque[k] si ita scriptum sit, *Stichus vsque ad annos decem liber esto* temporis adiectio superuacua est[l].

¶ Fla. Simon.

SI serui.] CASVS. Seruo meo, licèt ab hostibus capto, possum relinquere libertatem: & reuersus ab hostibus habebit eam: licèt neq; mortis meæ tempore neque testamenti fuerit meus, sed hostium. Franc. Accur.

c ¶ *Perueniunt.* scilicet iure postliminij, si reuersi fuerint. R. sic & legati: *vt supra de leg. j. id quod. & ad hoc infra eod. titu. ab omnibus. §. etiam. & infra titu. primo. generaliter. §. hostium seruo. & supra fa. ercisc. l. propter.*

d ¶ *Tempore.* Contra. *infra eod. l. seruum.* Solue vt ibi.

e CVm ex pluribus.] *Nullus. vt infra de reb. dub. si fuerit.* & hoc in directis[b], secundum quosdam. secus in fideicommissariis: *vt infra de statu libe. l. Labeo. in fi. & C. de fideicom. lib. leg. cum inter. & l. penult.* quæ sunt contra. quod non placet: Imò idem in fideicom. *vt supra de rebus dub. si quis de pluribus.* & dictæ leges in certis casibus loquuntur. secus si legetur Stichus: nec apparet de quo: *vt supra de leg. j. si quis à filio. §. si quis.* & sic est deterior[c] conditio libertatis: quod est speciale. ¶ Item non ob. C. *de verb. signif. l. cum quidam.* quia ibi alternatiuè: & sic ponitur vel, pro, &c. ¶ Item nec obstat. *C. communia de leg. l. fin. in princip.* quia & ibi alio casu dicit. ¶ Item not. hic in[d] dubio esse neutrum. *sic supra de testamen. tute. duo. & d. leg. de rebus dub. si fuerit. & supra de rei vindicat. si frumentum. §. fina. & de in diem add. cum duo. in fine. & supra de hæredibus. instituendi in tempus. §. j.* Sed videtur hodie hæc lex corrigi: *vt insinuat de lega. §. libertas. & §. sed nec.* Sed ibi de tali incertitudine[e] dicit, quæ ad certitudinem reduci potest[f]. ¶ Item argum. contra huic. *l. supr i de his quæ in testamen. delen. l. j. in fine.* Sed alio modo erat ibi dubiũ. Accursius.

a in potestate testantis.

b Anto. Augusti. lib. 3. c. 1. [illegible]

a In hanc legem Quinti[illegible] ambiguo seu amphibolia.

b Incerti vdo personæ cui libertas legatur in libertatib. etiam non valet. idque locum habet in directis & fideicommissariis libertatibus [illegible]

c Libertatis quandoque deterior est conditio [illegible]

d In dubio plerunque neutrum eligitur.

e Incertitudo nonnunquam ad certitudinem reduci potest.

f Imò speciale non est: quoniam illic rerum [illegible]

SCiendum est.] CASVS. Filius institutus licèt abstineat ab hæreditate, libertates tamen tenent, nisi sint relictæ in fraudẽ creditorum. Fran. Accursius.

f ¶ *Necessario.* scilicet filio, qui est suus & necessarius. hic quidem potest abstinere. seruus autem qui est tantùm necessarius, non potest: *vt de here. qua. & diff. in princip. & §. sui. & §. sed & his.*

g ¶ *Competere.* quia remanet heres nomine. *§: vt insti. titu. j. cum quasi. §. sed & si quis. & supra de bo. lib. leg. vj. §. si filius.* non re, *vt supra de interro. act. l. si filius.* Nec obstat *C. eo. l. si hereditas.* quia in extraneo herede. ibi dicit. & de hoc dixi *C. si minor se ab hered. abst. leg. j.*

g Heres nomine non re quis.

h ¶ *Non in fraudem.* putà in fraudem creditorum: *vt Instit. qui manu. non po. in princip.*

LIbertas.] CASVS. Libertas non potest dari ad tempus: vt sic, sis liber vsque ad x. an. & si tale tempus apponitur, tollitur: & erit perpetua. & hoc dicit hæc l. cum l. ideóque. quæ est infra proxi. quam cõtinua cum ista. Franc.

i ¶ *Non potest.* vt sic relicta valeat: sed adiecto tempore valet libertas: *vt infra eod. ideóque quæ potest huic continuari. sic supra de serui. l. iiij. & supra de hæred. instit. hæreditas. & de adopt. quasitum.* sed ex eo[a] die potest dari: *vt ℥. eo. qui duos. §. fina. & l. testamento manumissus. §. si. & infra eod. l. si ita.* Arg. contra. ℥. *de regul. iur. l. actus.*

a Libertas ex die, non ad diem dari potest. [illegible]

k IDeóque.] hæc iungitur superiori l. libertas. & dic vt ibi.

l ¶ *Superuacua est.* libertate cum effectu procedente.

XXXV. IDEM *libro quinquagesimo ad Edictum.*

SEruius existimabat, his posse seruis dari testamento directã libertatem, qui vtroque tempore, & quo testamentum fit, & quo moritur, testatoris fuerũt[m], quæ sententia vera est.

Cui relicta est libertas, si iuret decem operas se daturum filio meo: si iurat, erit liber: non tamen tenetur ex iuramento, nisi iuret factus liber, id est post manumissionem. Bart.

XXXVI. IDEM *libro septimo ad Plautium.*

SEruum testaméto ita manumisi: *Si iurauerit se Cornelio filio meo decem operarum † daturum, liber esto.* quæritur quid iuris sit. Et sciendum est iurando seruum conditionem implere[n], sed non teneri operarum nomine: quia nisi post manumissionem iuret, non obligatur[o].

† operarum subaudi, nomine, aliàs, operas.

XXXVII. IDEM *libro nono ad Plautium.*

NOminatim codicillis manumissus videtur seruus, cuius nomen testamento continetur[p].

XXXVIII. IDEM *libro duodecimo ad Plautium.*

LIbertas testamento seruo ita dari potest, *Cùm per leges licebit[q], liber esto.*

Datio libertatis in id tempus quo seruus alienus futurus est, non valet: licet statuliber post alienationem fiat liber ex testamento. Item legatum & libertas conueniunt in hoc, quia neutrum eorum debetur antè euentum conditionis.

XXXIX. IDEM *libro sextodecimo ad Plautium.*

STichus seruus meus si eum hæres alienauerit, liber esto, inutili-

SEruius.] CASVS. Ad hoc vt directa libertas possit dari seruo, est necesse quòd seruus sit testatoris tẽpore quo testatur: & tẽ tempore quo moritur. Fran. Accur.

m ¶ *Fuerunt.* re[b] vel spe: *vt supra eodem. l. si serui.* quæ est contra. Item hoc in directa. secus in fideicomm. *vt C. eodem titu. seruo. & facit infra eod. libertates. & l. verum est. & Instit. de hered. qua. & differ. §. in extraneis.*

b Spe, nostro, quedam dici possunt [illegible] modo re.

SEruum.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo, si iuret se daturum decem operas Cornelio meo filio. dicitur quòd si iurat, erit liber: non tamen tenetur nec obligatur ex iuramento, nisi iuret factus liber: scilicet post manumissionem. Franc.

n ¶ *Implere.* *sic infra de statulib. l. Stichus si hæred. & ad Treb. leg. hæredibus in fi. & supra de cond. t. & demonst. l. Mauius. & dixi supra eo. l. si quis libertatem.*

o ¶ *Non obligatur.* *vt ℥. de op. liber. vt iurisiu. & ℥. de lib. cau. leg. si. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæ onerandæ.* Sed fallit *C. an ser. ex suo fac. l. promissa.*

p NOminatim.] *Continetur.* putà dixi in codicillis, ille quem in testamento nominabo, vel nominaui, liber esto. *ad quod supra de condit. instit. l. in testamento. in princ. & ℥. si cer. pet. certum est. & supra eod. l. nominatim.*

LIbertas.] CASVS. Relinquo tali libertatem cum per ll. licebit. tenet hæc datio: & erit liber, nisi leges prohibeant eum posse manumitti, quod quandoque faciunt. Franc.

q ¶ *Licebit.* licebit[c] autem si leges non prohibeant: *vt supra ex quibus causis l. nec non. §. primo.* prohibent[d] enim quandoque: *vt supra de manu. l. lege. Plautia.* statim ergo erit liber, si lex non prohibet.

c Licita intelliguntur quæ non sunt prohibita.

d Libertatem dari quandoque leges prohibent.

STichus.] CASVS. Stichus seruus meus, cùm eum hæres alienauerit, liber esto. hæc datio libertatis non tenet: & reddit rationem, quia libertas in id tempus confertur quo alienus esset, nec videtur aliud in statulibero. nam hæres vendendo interim statuliberum, adueniente condit. bene [illegible] liber, licèt reperiatur alienus. & hoc est ideo. quia factum hæredis non potest perimere factum

factum defuncti. Postea dicit libertas & legatum similia sunt in hoc quòd vtrumque relictum sub condit. non debetur ante condit. Vltimo dicit: quidam in testamento reliquit libertatem seruis suis, hoc modo: relinquo libertatem talibus seruis, cum heredes esse desierint. non valet talis donatio libertatis. Franc.

ter libertas [a] datur quia in id tempus confertur, quo alienus futurus sit. nec contrarium est quòd statuliber etiam si venierit, ex testamento libertatē cōsequitur. Cœppe* vtiliter libertas data facto heredis non perimitur[b]. Aut † quid in legato eo modo [c] dato dicemus? Diuersum enim nulla ratione dicetur. nam inter libertatem & legatum quantum ad hanc causam nihil distat. Igitur nec si directò dabitur libertas, *Si heredis mei esse desierit, liber esto.* quia nullum casum vtilem habet[d].

XL. POMPONIVS *libro quinto ex Plautio.*

IVlianus ait, cum idem homo & per fideicommissum detur alicui, & liber esse iubeatur[e]: heredem libertatem præstare. non enim cogetur, inquit, ex causa fideicommissi æstimationem sufficere*, cum debitam libertatem reddiderit.

1 ¶ Sed & cum sub conditione seruo[f] libertas per fideicommissum detur[g]: non aliter tradere eum cogetur, quàm vt caueatur, existente conditione libertati eum restituturi †. nam in omnibus[h] ferè causis fideicommissas libertates pro directò datis [i] habendas. Sed Ofilius aiebat, si adimendi legati causa fideicōmissam libertatem testator dedisset, ea vera [k] * esse. si verò onerari heredem à testatore legatarius ostenderit, æstimationem nihilo minus legatario præstandam.

Differentia est inter has duas locutiones: relinquo libertatem seruo meo 12 anno post mortem meam: & relinquo post 12 annos. Nam primo casu statim illucescente prima die 12 anni, competit libertas. secundo vero non, nisi transacto toto 12 anno.

XLI. IDEM *libro septimo ex Plautio.*

SI ita fuerit libertas relicta, *Stichus seruus meus anno duodecimo postquam ego mortuus ero, liber esto:* verisimile est, principio [l] duodecimi anni eum liberum esse[m]. nam hoc mortuum sensisse. & inter † hos sermones, *duodecimo anno, & post duodecim annos:* multum [n] interest, & ita loqui solemus. *Duodecimus annus est*, cum quantumlibet ex duodecimo anno venisset, aut præterisset. & qui duodecimo anno liber esse iubetur, omnibus anni diebus liber esse iussus est.

1 ¶ Sed si ita [o] sit scriptū in testamento, *Stichus seruus meus heredi meo mille nummos anno, biennio triennio postquam ego mortuus ero, si soluerit, satisve fecerit, liber esto:* non potest is seruus nisi triennio præterito liber esse: nisi præsentem eam pecuniam soluat, aut satisfaciat, compensanda [p] etenim est heredi libertatis celeritas prææmaturæ pecuniarum solutioni.

2 ¶ Labeo scribit *: si sic libertas relicta sit, *Stichus intra annum postquā mortuus ero, liber esto:*

a ¶ *Libertas.* directa: vt & C. *eod. seruo.* secus si dicat, nolo quòd alterius seruitutē patiatur: *vt infra titu. proxi. cum fidei.* Sed hæc ratio quæ sequitur, non videtur bona: vt C. *si man. ita fu. al. ne ma. l. ij.* Sed hic aderat solius relinquentis voluntas: Ibi vtriusque paciscentis fuit: vnde succedit, constitit etiam eo tempore quo iam desiit esse tradentis. Accur.

b ¶ *Perimitur.* vt C. *eod. statuliberis*.

c ¶ *Eo modo.* Tribus modis expone. 1 Primo si heres meus Stichū alienauerit, lego x. eidem seruo. nam nō valet quantum ad seruum: sed quantum ad emptorem cui adquiritur, sic: *vt C. de cadu. tol. §. in nouissimo*. 2 Secundo sic, si heres meus Stichum alienauerit, eundem Stichum Titio lego. nam non valet, vt [c] directò transeat dominium in Titium. & secundùm hos duos fit similitudo inter hunc [d] & primum casum l. 3 Tertio secundùm R. quia siue libertas, siue ligatum sub conditione, putà si nauis ex Asia venerit, relinquatur, est idē, quia interim pendet vtrumque: aduenienti conditione valet vtrumque: ea deficiente vtrumque deficit: & secundùm hoc dico eo modo, id est sub conditione & non respicit primū casum. l. sed illud quòd vtiliter est data libertas. & hoc dixit hic Io. his verbis, dato. s. ipsi seruo, vel data. s. sub conditione, vel non, transit directo ad legatarium.

d ¶ *Vtilem habet. facit supra de vsufru. Titio.* Ad primū casum legis & vltimum. & caue: quia non vetuit alienare: : aliàs si vetuisset alienare, non teneret: *vt s. de leg. j. filiumfamiliar. §. diuus.*

IVlianus.] CASVS Grauaui heredem vt seruum Stichum daret Titio. Item grauaui istum eūdem heredem vt manumitteret istum Stichum. dicitur quòd libertas debetur, legatum non. Secundo legaui purè seruum Stichum Titio. postea per fideicōmissum grauaui heredē meum vt manumitteret istum Stichum si nauis ex Asia venerit. Dicitur quòd heres meus non aliter debebit dare Stichum legatario, quàm si faciat sibi caueri, existente condit. libertati istum Stichum restitui. Vltimo dicit: quod dictum ēst in prima parte quòd heres manumittat Stichum: nihil autem dabit legatario: verum est nisi appareat testatorem voluisse legatarium habere æstimationem Stichi serui. Franc.

e ¶ *Iubeatur.* per fideicom. vt infra patet, nam &c.

f ¶ *Seruo.* pure legato. & habes etiam hunc casum. *j. titu. j. si pater. §. cum sub conditione.*

g ¶ *Detur.* ab herede legatario.

h ¶ *In omnibus.* libertatem fideicom. legato præferri diximus. & merito, nam &c. R.

i ¶ *Datis.* quare cōstat præferri tali legato, *vt s. eod. l. si peculium. §. fin.* ¶ Ferè autem dicit, quia directa proprio: fideicōmissaria etiā alieno seruo relinquitur: *vt Cod. eo. seruo. & de fideicomm. liber. deber. & supra eod. l. seruum.* 2 Item directa pure relicta, statim competit adita hæreditate: *vt supra eod. l. qui testamento*, fideicommissaria non, nisi* præstetur: *vt Instit. de sing. re. per fideicom. re. §. libertas.* 3 Tertia differentia est *infra eod. libertates.* ¶ quarta colligitur. *Cod. qui ma. non pos. l. j. & fin.* 5 Quinta, quia directa etiam non petita ipso iure competit: *vt supra eod. testamento. §. j.* fideicōmissaria non: *vt C. de fideicom. lib. l. si voluntate. in fine.*

k ¶ *Ea vera.* libertatem præstare heredem debere: æstimationem non sufferre: *vt in prin. l. dixit Iulianus. & facit supra de leg. ij. § pluribus. & de leg. iij. l. iij. §. Iulianus.*

SI ita.] CASVS. In testamento reliqui libertatem seruo meo hoc modo: Stichus seruus meus xij an. postquàm mortuus fuero, liber esto. dicitur quòd incepto duodecimo anno erit liber. secus si dixissem: post xij ann. sit liber, tandem reuertitur ad primum casum, & dicit, duodecimus annus dicitur statim cum incepit: & quantum cumque trāsierit ex eo, semper est siue vocatur annus duodecimus. qui ergo iussus est esse liber duodecimo anno: omnibus diebus anni liber esse iussus est. Secundo ego testator sic dixi: Stichus seruus meus heredi meo mille nummos anno biennio triennio postquam mortuus fuero, si soluerit, liber esto. Dicitur quòd Stichus non erit liber nisi lapsu triennij, & tunc soluerit prædictam pecuniam. si autem soluat prius: statim cum soluerit, erit liber. quasi celeritas solutionis quæ fit heredibus, cōpensentur cum matura libertate quæ datur. Tertio reliqui libertatem seruo Sticho intra annum postquam mortuus fuero. dicitur quòd statim me mortuo erit liber. & adducit simile. ego testator sic dixi: tu Stiche sis liber si intra annum dederis heredi meo x. Dicitur quòd me mortuo si statim soluas heredi meo, eris liber. Fran. Accur.

l ¶ *In principio.* annus [b] ergo cœptus pro completo habetur: *vt dixi suprà eod. l. si ita scriptum.* Sed contra. *j. de verb. oblig. qui hoc anno.* Sol. vt diximus C. *quando di. leg. ce. l. j.*

m ¶ *Liberum esse.* quod est fauore libertatis, aliàs secus: *vt supra de leg. j. l. si cui legetur, quæ est contra.*

n ¶ *Multum. vt & infra de verb. sign. l. inter illam.*

o ¶ *Sed si ita.* scilicet dies tantùm: hic etiam conditio pecuniæ dandæ fuit apposita.

p ¶ *Compensanda.* aliàs compensanda: aliàs componenda. ¶ & dic. i. exequanda. sicut enim soluendo totum ante trienniū cōpletum libertatem consequi non potest: *vt j. de statu. lib. cum heres. §. seruire. & l. si triennio.* ita nisi statim cōpleto triennio soluat, liber non erit, secundùm quosdam. Sed certè imò videtur quòd [c] etiam, ante cōpletum triēnium soluēdo totum, libertatem petere possit: vt hic innuit, nisi præsentem, &c. *vt j. de statu. lib. l. statuliberos. § Stichus. & l. si peculium. §. quidam.* Dic ergo sicut heres non poterit eum cogere vt [d] prææmaturè soluat. *j. de statulibe. si seruus. §. imperator.* Ita seruus faciendo seram solutionem non cogit heredem ad præstādam libertatem. 2 Vel [e] retento hoc sensu q potest ante [f] soluendo consequi libertatem: dic q heres compenset ma-

* pro quippe vt s. de acqui hered. l. j. §. in contrarium. & l. 38. §. si furiosus. † At quid.

a Adde l in anno bigesimo §. non est inf. de regulis iuris.

b Hoc locum habet cùm vtiliter datur libertas seruo: quod hic non fuit.

c Legato seruo, sub hac cōditione, si eum heres alienauerit, nō transit dominium in legatarium. v. Alber. in l. ea lege C. de condict. ob caus. & l. qui absenti. §. 1. de donat.

* sufferre.

d Prohibitione facta heredi non alienādi eam tamen facto rei retinendæ in familia, si hæres postea alienauerit, datur ei cuius causa alienatio prohibita est, vel retentio mandata, in rem actio, l. titia. §. fratre. sup. de legat. j. Aliud erit si res legata Titio, sub hac conditione, si eum heres alienauerit. Hoc enim casu Titius nullam habet in rem actionem. vt hic.

† restituturum Viri Anto. Aug. lib. emd. * eam veram.

* Libertas directæ & fideicom. quinque differentiis.

a vel per Senatusconsultum liber esse cogatur. l. non vero. § sub certum vel fideicommissaria libertas.

† In prōlatione etiam vsurpat Virgil.

* Promissio annua, vel in singulis annis, licet debeatur in fine annis, fallit tamē fauore libertatis, vel alterius pie causæ: quia tunc statim debetur. Roman. & Alexander in l. quæ b. ne. §. ... sup. de ...

b Annus cœptus habetur pro cōpleto.

c Citatus intra octauum diem an ipso octauo ... ante iudicem se possit sistere ... hoc loco quærit Albericus & decidit ...

d Soluere ante tempus debitor cogi nō potest.

e & hæc interpretatio vero.

f Soluere ante tempus debitor potest, fauore libertatis sibi relictæ sub conditione ...

E. Nouum.

H

turam solutionẽ pecuniæ quæ sibi fit, maturæ libertati qui dat. & sic est plana. & pro hoc est dictus §. Stichus. in fin. Sed ad l. de statulib. si triennio, respondebis vt ibi. Et ad aliã cùm heres, dic quòd in faciendo erat: *vt prædi. §. quadam.*

a ¶ *Statim.* adita tamẽ hereditate: *vt ff. eod. l. testamento.* Accur.

SI quis.] CASVS. Ego testator sic dixi: Stichũ seruũ meum, Sempronij libertũ esse volo. Dicitur quòd per hæc verba Stichus potest petere libertatem Itẽ Sẽpronius potest petere vt habeat eũ in libertum, quod fiet si tradatur ei ad manumittendum. Fran.

b ¶ *Illum* seruum meũ vel alienum.

c ¶ *Illius.* extranei.

d ¶ *Habeat.* quod fit si ei ad manumittendum detur.

a Fi. soluendo eo.

a Dicto vno, duo nonnunquam compre hẽdi hinc colligunt vt hic. adde l. illud sup. ad adquir. heredit. l. Celsus. sup. de arbitris.

statim[a] eum liberum esse. nam & si ita sit, *si intra annum decem heredi meo dederit, liber esto:* statim soluendo eum[a] liberum esse sine mora futurum.

XLII. MARCELLVS *libro sextodecimo Digestorum.*

SI quis ita scripserit: *Illum*[b] *illius*[c] *libertum esse volo:* & seruus libertatem petere potest, & ille vt habeat[d] libertum.

XLIII. MODESTINVS *libro singulari de Manumissionibus.*

LIbertates directæ & testaméto & codicillis testamento confirmatis[e] rectè dantur: fideicommissæ, & ab intestato & codicillis non confirmatis relinqui possunt.

Si quis sub modo relinquit libertatem, statim adita hereditate competit libertas. sed iudicis officio compellitur factus liber implere modum appositum in testamento. Bartolus.

LIbertates.] CASVS. Directa libertas potest dari in testaméto, & in codicillis testamento confirmatis, fidei autem commissaria relinquitur ab intestato. Item in codicillis non confirmatis in testamento: vt hoc modo: Rogo eos qui mihi succedent ab intest. vt Stichum seruum manumittant. vel per similia verba, Francisc.

e ¶ *Testamento confirmatis.* quod[b] fit expresse[c]: *vt Cod. de codic. fine.* & tacitè quando fiunt post testamentũ: *vt ff. de codi. l. si quis cum nullum. §. testamento.* Sed ante[d] facti non intelliguntur confirmari testamento, secundùm has ll. Item nec tunc quando nullum esset factum testamentum: *vt supra de codi. l. ante. & hic subijcit.* Sed hodie semper videtur cõfirmare: *vt Inst. de codi. §. non tantum. & est hic supra de testam. tu. l. ij. & Cod. eo. l. ij.*

b Codicilli cõfirmantur expressé vel tacitè.
c Expressum autem dicitur quod à testatore expressũ.
d Codicilli hodie taciti confirmantur eo ipso quod postea sit testamentum.

XLIIII. IDEM *libro decimo Responsorum.*

MÆuia decedens seruis suis nomine Sacco & Eutychiæ & Hirenæ sub conditione libertatem reliquit, his verbis: *Saccus seruus meus, & Eutychia & Hirene ancilla mea omnes sub hac conditione liberi sunto, vt monumento*[f] *meo alternis mensibus lucernam accendant, & solennia mortis peragant.* quæro, cum adsiduo monumento Mæuiæ Saccus & Eutychia & Hirene non adsint, an liberi esse possunt. Modestinus respondit, neque contextum verborum totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse, vt libertas sub conditione suspensa sit: cùm liberos eos monumento adesse voluit: officio[g] tamen iudicis eos esse compellendos, testatricis iussioni parère.

Locutio coniunctiua compellit ad vtrumque implendum: secus in disiunctiua. hoc dicit.

MÆuia.] CASVS. Quædã mulier reliquit libertatem tribus suis seruis sub modo, vt ipsi tres deberent apponere lucernam ad sepulturam eius alternis mensibus, & ibi vigilent. Dicitur quòd isti serui liberi erunt statim adita hered. & compellentur officio iudicis stare & obedire dicto testatricis. Franc.

f ¶ *Vt monumẽto.* impropriè[e] dicit conditionem, cum modus[f] fiat per vt non conditio: vt infra subiicit. & dixi supra eo libertas. §. ij. Accur.

e Cõditio pro modo impropriè accipitur.
f Modus fit per vt. & in eo differt à conditione.

XLV. IDEM *libro Pandectarum.*

QVod vulgò dicitur, sub pluribus cõditionibus data libertate, leuissimam[h] conditionẽ spectandam esse: ita verum est, si separatim conditiones sint datę. quòd si cõiunctim datæ sunt: nisi omnib[i]. paruerit†, liber nõ erit.

g ¶ *Officio.* sic supra de peti. her. hereditas. §. fin. & Cod. de reli. l. militis. & supra de reli. l. si quis sepulchrum. §. sumptus funeris. & supra de annuis leg. l. Quintus.

QVod vulgò.] CASVS. Si libertas relinquitur seruo sub pluribus conditionibus, inspicitur leuior: vt si ei pareatur, satis fit. & hoc verum quando disiunctæ sunt, si autem sunt coniunctæ: tunc omnibus parẽdum est ad hoc vt libertas debeatur. Fran.

h ¶ *Leuissimam.* quæ sit hæc, dixi supra eo. in libertatibus.

i ¶ *Omnibus.* secus in disiunctis[a]: vt habes hæc omnia supra *de condit. insti. l. v. & insti. de here. instit. §. si plures. & supra de condi. & demon. cum pupillus. §. disiunctio.*

a Conditionibus pluribus copulatiua aliqua coniunctis omnibus parendum est vt sic disiunctiue coniunctis vir. l. cum pupillus §. disiunctio. sup. de condit. & demonst. separatis & adiectis directæ libertati, quamlibet impleri sufficit: vt sic fideicommissaria vel alteri pecuniario relicto, nouissimæ id est vltimæ parendũ est. l. in libertatibus sup. eo. l. sub diuersis. l. quod traditum sup. de condit. & demon.

Pœna inflicta post mortem testatoris qui seruo libertatem in certum tempus reliquerat: intra tempus illud non vitiat dationem libertatis si antequam tempus libertatis venerit, restitutus sit & liberatus ab illa pœna. Idem est si heres necessarius sit institutus seruus. h. d.

XLVI. POMPONIVS *libro septimo ex varijs lectionibus.*

ARisto Neratio Appiano rescripsit, si testaméto liber esse iussus cũ annorũ triginta esset, si antequam ad eam ætatem perueniret, in metallum damnatus sit, ac postea reuocetur[k]: sine dubitatione cum libertate legatum[l] ad eum pertinere, neq. metallorũ pœna ius eius mutari: nec aliud, si heres esset sub cõditione institutus. futurum enim eum etiam necessarium.

ARisto.] CASVS. Seruo relicta est libertas cùm erit xxx. an. interim propter delictum quod fecerat, damnatus est in metallum, & tãdem restitutus Dicitur quòd pœna imposita non nocet quin statim cum erit. xxx. an. consequatur libertatem & legatum si quod erat ei relictũ. Idem si est institutus heres sub condi. & interim hanc pœnam habuit, & tandem restitutus fuit. nã veniente condit. erit liber & heres necessarius. Fran.

k ¶ *Reuocetur.* restitutione à principe impetrata[b].

l ¶ *Legatum.* libertatis: vel alia res ei erat legata. *& facit insti. de here. quali. & differen. §. in extraneis. & C. qui non poss. ad libert. perue. l. j.*

b Cons. fran. in c. pen. extra de vo. & bonif. ole lib 6 & in cle. in plerisque & ibi Gl. & dor. de electio. banc tempus ss. annorum. vel. s. fratres. ss. de pœnis.

Consecutus libertatem ex falsis codicillis, tenetur heredi dare xx. solidos. idem dic de testamento falso vel inofficiose pronuntiato. h. d.

XLVII. PAPINIANVS *libro sexto Quæstionum.*

CVm ex falsis codicillis per errorem libertas licet non debita, præstita tamen ab herede[m] fuisset: viginti solidos[n] à singulis hominibus inferendos esse heredi princeps constituit.

1 ¶ Sed & si conditionis implẽdæ gratia seruum[o] institutus[p] manumiserit, ac postea filius de inofficioso agendo tenuerit[q], vel testamentum falsum fuerit pronũtiatum: consequens erit idem[r] in hac specie fieri, quod in falsis codicillis constitutum est.

CVm ex falsis.] CASVS. In codicillis relicta est libertas seruis danda ab herede vel legatario, & præstita est. postea apparent codicilli falsi. Dicitur quòd non reuocatur libertas, sed quilibet manumissorum dabit xx. aureos huic heredi vel legatario. Sed si fuerit extraneus heres institutus sub condit. si manumiserit seruum meum proprium, & manumisit, & sic fuit heres, tãdem autem euicta est hereditas per filium defuncti, & ruptum testamentum per querelam, vel aliàs apparet testamentum falsum: dicitur quòd non reuocabit libertas data seruo. & sic est quo ad hoc est similis hic casus superiori. tamen in alio discordant: quia in superiori dantur xx. solidi à quolibet manumissorum: sed hic verum pretium manumissi præstatur. Fran.

m ¶ *Ab herede.* vel etiam à legatario: *vt C. de fideicom. lib. l. ij & ff. de iure pa. l. pen. §. j.* Accur.

n ¶ *Solidos.* Contra *supra de mino. l. si mulier.* Solu. alio casu ibi loquitur. Accur.

o ¶ *Seruum.* suum proprium. Azo.

p ¶ *Institutus.* heres. Azo.

q ¶ *Tenuerit.* aliàs obtinuerit. Azo.

r ¶ *Idem.* quo ad hoc vt non reuocetur libertas: sed xx. aurei hoc casu non præstantur: sed verum pretium serui conditione ex lege à manumisso soluitur: *vt supra de inoffic. testa. si sub hac conditione*

Seruus efficitur communis libertus familia illius qui eum in testamento voluit à socio manumitti, & eius qui eum manumisit. h. d.

XLVIII. IDEM *libro decimo Quæstionum.*

SI socius testamento libertatem ita dederit, *Pamphilus, si eum socius manumiserit, liber esto:* Seruius respondit, socio manumittẽte communem fieri libertum.

ditione. Item ad primum casum & ad secũdùm quibus dicitur ex[a] falsis codicillis & falso testamento libertatem datam nõ reuocari. est contra. *Cod. de pet. her. l. fin. §. pen.* Sol. vt ibi. *& ſa. ℥. de inoff. test. Papinianus. §. fin. & l. seq. & Cod. de inoffi. test. l. cum ex causa.*

a Libertas ex falsis codicillis & falso testamẽto data attum reuocetur.

S *I socius.*] CASVS. Duo socij habebant seruum communem. & vnus eorũ in testamento suo reliquit libertatem huic seruo communi sub tali condit. putà, si manumittatur à consocio meo ille sit liber ex testamẽto vnius partim. dicitur quòd si alter soci[*] manumittat, erit liber: & sic partim erit liber ex testamento: partim inter viuos ex manumissione facta ab illo. Franciscus.

a ¶ *Familiæ.* scilicet testatoris: si nõ habeas in text. Accursius.

b ¶ *Vario iure.* ex vltima voluntate inter viuos, *vt hic fuit, & Cod. de seruo communi manum. l. prima. §. his itaque.*

* testã itata.

T *Estamento.*] CASVS. Testamento militis inuenitur manumissio facta hoc modo: Samiam liberam esse iussi. quæritur an sit directa libertas relicta huic Samiæ: an per fideicomm. & dicitur quòd fauore militis est directa. Francisc.

c ¶ *Samiam.* proprium nomen. Accursius.

d ¶ *Iure militiæ. vt & C. de testamen. milit. l. ex his:* sed in priuato esset fideicomm. argumen. *supra de donat. ex hac.*

† adde & adeuntibus.
† Restitutionem aduersus aditã hereditatẽ Cod. si vt ab hereditate se abst.

Q *Vod diuo.*] CASVS. Causa libertatum conseruandarum relictarum in testamento, constitutio diui Marci admittit eum qui petit bona sibi addici. & hoc est verum, quando testamentum est irritum pronuntiatum, & sic heres institutus non vult adire, & creditores volunt vẽdere hæc bona. secus[h] autem esset si hereditas vacaret, herede aliquo nõ existente, vt quia nullus institutus fuerit: nec aliquis alius veniat ab intest. nam tunc defertur fisco Secundo dicit quòd serui quibus relicta est libertas in testamento, debebunt cauere illi qui hæc bona accipit. quod autem in fi. dicit, expone vt in glo. Franc.

b Bonorũ defuncti addictionem sibi fieri postulãs fisco præfertur. quotiens testamẽtũ irritum pronũciatum est & heres institutus nõ vult adire, creditores autẽ bonorum venditionem vrgẽt: secus si vacet hereditas herede nullo existẽte instituto vel ab intestato Hoc enim subonorũ addictio nõ impetratur, sed hereditas defuncti fisco defertur: vt hic.

c Adde l. vlt. C. eo.

tum familiæ[a] atque manumissoris. Neque enim nouum aut incognitum est, vario iure[b] cõmuni mancipio libertatem obtingere.

XLIX. [*]IDEM *libro sexto Responsorum.*

T Estamẽto militis ita manumissam, *Samiam in[c] libertate esse iussi:* directam libertatem iure militiæ[d] cepisse placuit.

L. IDEM *libro nono Responsorum.*

Q Vod diuo Marco pro libertatibus conseruandis placuit[e], locum habet irrito[f] testamento facto, si bona venitura[g] [*] sint: alioquin vacantibus fisco vindicatis, non habere[h] constitutionem locum, apertè cauetur. 1 ¶ Seruos autem testamento manumissos, vt bona suscipiant[i], iure cautionem idoneam offerre non minus quàm cæteros defuncti libertos, aut extrarios, declarauit[k]. quod beneficium[l] minoribus annis heredibus scriptis † auxilium † bonis præstitutum more solito desiderantibus non aufertur.

LI. IDEM *libro quartodecimo Responsorum.*

T estamento Centurio seruos suos venire prohibuit: ac petiit[m]: *prout quisque meruisset eos manumitti:* Libertates vtiliter datas respondit: cum si nemo seruorum offenderit[n], omnes ad libertatem peruenire possunt. quibusdam per offensam exclusis, residui in libertatem perueniunt.

1 ¶ Cum ita[o] testamento adscriptum esset, *Serui qui sine offensa fuerint, liberi sunto:* conditionẽ adscriptam videri placuit: cuius interpretationem talem faciendam, vt de his in libertate danda cogitasse non videatur, quos pœna coercuit, aut ab honore ministrandi, vel administrandæ rei negotio[p] remouit.

LII. PAVLVS *libro duodecimo Quæstionum.*

I Mperatores[*] Missenio Frontoni Testamento militis his verbis adscripta libertate, *Stephanum seruum meum liberum esse volo vel iubeo:* adita hereditate libertas cõpetit: & ideo ea quæ postea adiecta sunt[q], *Sic tamen, vt cũ herede meo sit quoadusque iuuenis sit: quod si noluerit, aut contempserit, iure seruitutis teneatur:* ad reuocandam libertatẽ quæ competit, non sunt efficacia[r]. Idem[f] & in paganorum testamentis obseruatur.

Ius consistens in dando, non potest impleri per personam curatoris adulti. Bartolus.

LIII. IDEM *libro quintodecimo Responsorum.*

L Vcius Titius seruo libertatem dedit, *si rationem actus sui ex fide*[t] *dedisset Gaio Seio filio suo.* cùm annos pubertatis egressus[u] fuisset Gaius Seius, à curatoribus eiusdem[x] conuentus seruus, etiam apud iudicem omnibus satisfecit. exacta cautione[y], à curatoribus, pronunciatum est liberum eum esse. nunc Gaius Seius filius testatoris negat curatoribus suis rectè pecuniam illatam. quæro an iure so-

I *Mperatores.*] CASVS. Miles in testamento dixit: Stephanũ seruum meum liberũ esse volo. Dicitur quod per hæc verba directa libertas videtur data: & erit liber adita hereditate. sed si postea ex interuallo dixit testator volo tamẽ vt cum herede meo sit quoad vsque iuuenis sit: & si contempserit, vel noluerit, iure seruitu. teneatur: per hæc verba non reuocatur libertas. Vltimo dicit: idem est in pagano, vt licèt talia verba dixerit, non reuocetur libertas. F.

numitteretur. Dicitur quòd omnes erunt liberi si[a] nemo eorum offendisset defunctum. si autẽ quidam eorum offenderint: illi non erunt liberi: alij sic. [CVM ITA.] Quidam in testamento reliquit libertatem seruis suis hoc modo: serui qui sine offensa fuerint, liberi sint. dicitur quòd hæc conditio sic debet intelligi, vt serui illi non veniant ad libertatem quos dominus remouerat ab administratione, cum essent tanquam suspecti sui castaldi. Franc.

a Præsumitur seruorum offensa vel delictũ, hic eis pœna indicitur à testatore. adde l. 1. C. de summa trinit. Estque locus ab effectu l. cum effectum. inf. de reg. iuris.

m ¶ *Ac petiit.* sed si hoc non adiecisset: fideicomm. liber. petere possunt ex primo dicto: *vt j. titul. j. l. generaliter. §. si petitum.* Accursius.

n ¶ *Offenderit.* de hoc est *℥. eo. l. seruos.* Acc.

o ¶ *Cum ita. facit supra eo. l. seruos.* Acc.

* Impp. Seuerus & Antoninus.

p ¶ *Negotio.* id est per hoc quòd malè fortè gerebat. ¶ Et nota esse[b] honorem administrare, & dedecus remoueri[c] quasi per hoc de eo dominus nõ confidat. *& facit infra tit. j. l. fideicommissaria.*

b Honoris species est, administrandi ius habere.
c Officiõ priuatus aut remotus, non potest iterum ad illud assumi ...

q ¶ *Adiecta sunt.* ex[d] interuallo: & sic non debet ad seruiendum compelli: *argum. Cod. de donat. quæ sub modo. perfecta.* aliàs si incontinenti: licèt non differatur libertas, seruire compelleretur: *vt ℥. e. l. libertas. §. ij. & l. Mænia. & arg. ℥. de sol. l. j.* Accursius.

d Modi legatum ... fi quatur necesse est legatariũ cautionem præstare de modo implendo ... quod etiam in libertatibus obtinet; sed non demum cum modus in continenti adiectus est, non ex interuallo ...

e Libertas ad tempus dari non potest.
f Volo verbũ regulariter fideicommissarium ... l. 2. Cod. commun. de legatis.

r ¶ *Efficacia.* cum ad[e] tempus dari non possit. *vt ℥. eod. l. libertas.*

f ¶ *Idem.* vt non reuocetur: sed in milite fuit directa: licèt per verbum volo[f]: in pagano fideicommissaria: *vt Institu. de sin. re. per fideicom. §. fi.* Vel verius vtrobique fuit fideicom. vnde quod ℥. dicit competit, scilicet per fideicom.

L *Vcius.*] CASVS. Relinquo libertatem seruo meo si rationem actus sui reddiderit Gaio Seio filio meo. cum annos pubertatis egressus fuisset Gaius Seius, tunc curatores Gaij conuenerunt seruum, & coram iudice seruus omnia reliqua soluit curatoribus Gaij, & seruus pronuntiatus est liber. Gaius autẽ negat pecuniam rectè solutam curatoribus suis. quæritur quid iuris. & dicitur quòd si non est soluta secundùm quod testator dixit: sic non erit ille liber. secus autem si iuuene præsente esset soluta: quia tunc rectè esset impleta. Fran.

g Solui curatori nõ potest quo casu testator solui ei noluit. Itaque si fortè curatori in huiusmodi specie à seruo reliqua reddi in heredi libero esse iusso, solutum fuerit, minor qui ea re damnũ passus erit, restituetur ad appellandum aduersus eum qui soluit, & liber ea solutione fieri voluit ...

t ¶ *Ex fide.* hoc expone *vt ℥. eo. l. si ita scriptum. & l. qui filium. §. fin.* Accursius.

u ¶ *Egressus.* hoc est quod facit infra non sufficere curatori[g] solui. & sic non est contra. *℥. eod. l. qui filium. in princip. & supra de condit. & demon. si fundus.*

x ¶ *Eiusdem.* Gaij Seij.

de heredi. & Falcid. §. si verò expressim. Sed argu. contra. supra *ad l. Falcid. quod de bonis. §. j.* sed ibi alio modo occurrebatur. Falcidiæ: vt loquitur hic, secundùm nouum ius ex dicta Authen. & ita *supra de inoffic. test. Papinia. §. quarta.* ADDITIO. Scribentes vbique (quos hic refert Bolog. in nouis suis interpreta.) hic reputant istam gl. sing. ad hoc, quòd testator videtur [a] prohibere Falcidiam iubendo heredem integra legata soluere: vel totam & integram hereditatem restitui: vel omnia bona, &c. sic per talia æquipollentia verba. Bolog. adde quia est cogitandum super ista gloss. cuius decisio videtur mihi non vera, sequentibus mediis. primo per tex. in l. fin. §. omnem. C. de admini. tuto. iunctis ibi dictis per Barto. & vbique, vbi vult ille §. quòd vbicumque [b] lex specialiter & expresse aliquid requirit, illud debet specialiter & expressim adimpleri, & in forma specifica, non autem in genere per æquipollens vel consimile. ita ponderat illum textum Ange. *in princ. Institut. de vulg. substi. in ij. co. vers. de prima expressa,* &c. sed sic est quòd lex vult testatorem expressim [c] debere prohibere ne Falcidia detrahatur, per text. *in Auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. iuncta ibidem glos. & text. in Authent. de here. & Falc. §. si verò expressim.* ergo non [d] sufficit, per simile. Præterea & secundo quando aliquid à l. requiritur pro [e] forma: non sufficit per æquipollens adimplere, per theoricam traditam à Bald. Ange. & Moder. *in l. prima & secunda. ff. de liber. & posthum. quære.* &c. Ego tibi explicarem istud & alia media, & prosequerer amplioribus verbis, sed occuparem chartam: pro modo cogitabis.

a Falcidiam prohibere videtur qui iubet integra legata solui, integram vel totam hereditatem, vel omnia bona restitui.

b Specialiter requisita in lege, specialiter impleri debent non in genere, aut similibus.

c Falcidia expressim prohiberi debet.

d Falcidia verbis tacite prohiberi posse, dixi paulò ante.

e Formalia per æquipollens nô adimplentur.

* Commissum sit.

liberando potest legatarius partem legati petere si de illa parte potest seruum emere, & caueat se empturum seruum, & manumissurum. aliàs secus.

VII. VLPIANVS *libro sexagesimotertio ad Edictum.*

SI cui legata sint centum, ita vt seruum alienum redimat, & manumittat: & bonis heredis venditis, partem, non totum persequatur [a]: non aliàs debet consequi legatum, quàm si cauerit se manumissurum: sed hoc tunc demum, si largiatur [b] portio quam accepit, ad serui pretium: paratúsque sit dominus tanti eum vendere: alioquin [c] exceptione doli debebit legatarius repelli [d].

Legatarius non cogitur subire onus iniunctum à testatore, nisi soluto legato.

VIII. POMPONIVS *libro septimo ex Plautio.*

EVm cui mille nummi legati fuissent, si rogatus fuisset viginti seruum manumittere: non cogi fideicõmissam libertatem præstare, si legatum non caperet, constat [e].

Alienatio necessaria quandoque excusat, vbi voluntaria non excusaret.

IX. MARCELLVS *libro quintodecimo Digestorum.*

CVm fidei heredis commissit [f]* ne seruus alienam seruitutem patiatur: experiri potest [g] confestim vt fuerit alienatus, & petere libertatem. Sed vbi alienatio non est voluntaria, sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendet [h]: prope est vt nondum debeat præstari fideicommissum, quòd [i] potest videri defunctum nihil sensisse de huiusmodi casu alienationis.

Si ideo testator prohibuit seruum vendi, vt si vẽdatur, fiat liber: ei vẽdito competit libertas.

X. IDEM *libro sextodecimo Digestorum.*

QVidam in testamento scripserat: *Illum & illum seruos meos venire [k] nolo.* Si ideo eos noluit venundari [l], vt si veneant [m], ad libertatem perueniant: præstanda erit libertas [n]. Nam & illi videtur libertas relicta [o], de quo ita scriptum est: *Nolo alij quàm tibi seruiat.* Secundum hæc igitur si quoquo modo [p] vendere tentauerit seruum, confestim peti poterit libertas: nec quo minus præstet libertatem, proderit heredi si eum redemerit [q]: quia semel extitit conditio.

Si heres grauatus seruum manumittere, eum vendat, potest seruus etiam absente emptore, petere se ab herede manumitti. Franc.

1 ¶ Is cui libertas debebatur, veniit [r]. Si vult ab herede manumitti, non erit interueniendum [s] ei cui heres præsens erit, emptor latitauit [t]: quoniam poterit vti

SI cui.] CASVS. Legaui tibi c. & rogaui te vt Stichum emas & manumittas. bona heredis mei vendita sunt propter debita, ita quòd partem legati tibi dare potest, nunquid possis illam partem petere, quæritur. & dicitur quòd si de illa parte potes emere seruum, habebis eam, dum tamen caueas te empturum seruum & manumissurum & si nolis cauere: non audieris. Franc.

a ¶ *Persequatur.* i. consequatur. Accur.

b ¶ *Largiatur.* i. si tantum consecutus sit quantum pretium serui postulabat. M. scilicet alieni redimendi, secus in seruo: *vt j. eo. si legat. vbi. in princ. quæ est contra.*

c ¶ *Alioquin.* id est si [f] non caueat non autem dicas. id est si noluerit vendere dominus. nam licèt non venderet, debet tamen iste habere legatum: *vt supra de lega. j. si fundum. §. Iulianus. & facit C. eod. debeti.*

f Legatũ sub modo nõ præstatur nisi præstita cautione de modo implendo.

d ¶ *Repelli.* petens legatum.

EVm cui.] CASVS. Legaui tibi mille nummos, & rogaui te vt seruum tuum valentem xx. manumittas. Dicitur quòd nõ cogeris manumittere nisi habeas legatum. Franc.

e ¶ *Constat.* vt ṡ. *de mino. si minor xxv. ann. & C. de fideicom. l. ab eo. & ad l. Falci. si ea.* Accur.

CVm fidei.] CASVS. Rogaui heredem meum ne Stichus seruus meus alienam seruitutem quàm suam patiatur. si heres meus eum alienat, statim poterit Stichus petere libertatem. & hæc sunt vera quando voluntariè heres alienauit. si autem ex necessitate ex facto testatoris veniente eum vendidit sub condit. quæ conditio extitit in persona heredis: hoc casu non poterit petere libertatem. Francisc.

f ¶ *Commissum sit.* à testatore.

g ¶ *Potest.* seruus.

h ¶ *Pendet.* veluti si testator necesse habuerit eum alienare sub conditione, & conditio extiterit in persona heredis: *vt argu. infra de verbo. obligationib. si seruum. §. item si homo.* ¶ Et sic nota quædam [a] permitti ex necessitate, quæ ex voluntate non permittuntur: *vt supra de fundo dotali. l. j. & supra de legatu. j. filius famil. miles. §. diui. in fine. & de lega. ij. l. peto. §. prædium. & de lega. iij. pater filium. ij. respon. so. & supra de petitio. hereditat. diuus. & famil. erciscund. qui erat.*

a Necessitate quædam permittuntur, quę si fierẽt vltro, non permitterentur.

i ¶ *Quod.* id est quia. Sed contra *infra eod. l. rogo ne Stichus. in fine.* Solu. ibi cogitauit testator quocunque modo alienaretur: hic non: quod in [b] dubio præsumitur. Vel ibi ex persona heredis aduenit necessitas alienandi: hic testatoris. *& facit infra l. proxima.*

b Præsumitur nemo seruũ suũ alienationem testamento prohibere in fraudem suorum creditorum. Idcòque prohibito seruo alienari, si hæres proprio facto alienauit, seruus fiet liber: si ex facto defuncti, non fiet, ob prædictã præsumptionem.

QVidam in testamento.] CASVS. Testator prohibuit quosdam seruos vendi. si ideo eos noluit vendi, vt si vendantur, fiant liberi (quòd voluisse præsumitur) efficiuntur liberi si vendantur. idem est si testator dixerit. nolo quòd tales serui alij seruiant quàm tibi heredi. nam statim cum heres eos vendere tentauerit, erunt liberi: nec auditur heres si eos redimeret, quo minus sint liberi. [IS CVI.] Heres grauatus de manumittendo seruum, eum vendidit. potest seruus etiam absente emptore petere ab herede se manumitti. [IS CVI.] Heres erat rogatus de seruo Sticho manumittendo passus est Stichus se vẽdi tanquam seruum ab isto herede. qui heres promisit de euict. non tamen erat soluendo. hic seruus petit se manumitti, & est manumissus. quæritur an emptor habeat regressum contra Stichum sicut si liber homo pateretur se vendi tanquam seruum. & dicit quòd emptor habet regressum contra venditorem sicut si statuliberum vendidisset. Francisc.

k ¶ *Venire.* id est vendi.

l ¶ *Venundari.* quod præsumitur [c]: *vt infra eod. l. generaliter. §. si petitum.*

c Præsumitur libertatẽ seruo contulisse dominus, si eũ vendi prohibuerit, quo casu venditus ab herede fuerit.

m ¶ *Si veneant.* id est vendantur.

n ¶ *Libertas.* illis venundatis.

o ¶ *Relicta.* vtpote per fideicom. relicta si contingat eum alienari: *vt & infra eo. l. rogo.* Accur.

p ¶ *Quoquo modo.* etiam ex necessitate ex persona heredis interueniente: *vt d. l. rogo.*

q ¶ *Redemerit.* ¶ Not [d]. sic *supra depo. l. j. §. si rem. & j. rem ratam habe. quo enim. §. j. & arg. ṡ. de mino. l. verum. §. item quæri. & j. quo. le. l. j. §. prodest autem. item facit ṡ. de seru. expor. l. fin. & ṡ. l. praxi. & j. l. imperator. in princ.*

d Semel extitisse conditionem sufficit.

r ¶ *Veniit.* id est venditus est.

s ¶ *Interueniendum.* id est contradicendum.

t ¶ *Latitauit.* maxime: quia etiam si præsens esset, eandem habet electionem: *vt j. eo. l. generaliter. §. vlt.*

senatusconsulto[a], vt quasi ex testamento ab libertatem perueniat.

Qui seruum cui data est fideicommiss. libertas, vendit: tenetur emptori de euictione.

2 ¶ Is cui ex fideicommisso libertas debebatur: ab eo qui soluendo non[b] erat, passus est se bonæ fidei emptori tradi. Existimas[c] in manumissum constituendam actionem[d], exemplo eius qui liberi hominis emptorem simulata seruitute decepit. Ego quoque adducor[e], vt putem rectè aduersus venditos[f] actionem competere: & magis[g] similem videri statulibero[h], qui pridie quàm ex testamento ad libertatem perueniret, idem fieri passus est.

XI. MODESTINVS *libro primo Differentiarum.*

EX causa fideicommissi seruo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest[i].

XII. IDEM *libro singulari de Manumissionibus.*

IMperator Antonius, cum Firmius Titiano tragœdos tres[k] legasset, & adiecisset, *quos tibi commendo, ne cui alij seruiant:* publicatis bonis Titiani, rescripsit debere eos publicè[l] manumitti.

1 ¶ Et legatarius non minus quàm heres rogari potest seruum manumittere: & si ante manumissionem decesserit, successores eius debent[m] manumittere. 2 ¶ Diuus Antonius & Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniã tacitè[n] quis rogatus erat, ei qui capere non poterat, restituere hereditatem: & directo & per fideicommissũ datas[o] libertates deberi[p].

XIII. IDEM *libro nono Regularum.*

SI prægnãs ancilla moram nõ studio manumissoris, sed fortuitò patiatur, ne manumittatur: liberum quidem non pariet, sed cogetur qui manumittere debuit: natum matri[q] tradere, vt per eam perueniat ad libertatem.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum vitiaret. Barto.

XIV. IDEM *libro decimo Responsorum.*

LVcius Titius testamento facto Seiam vxorem suam, itẽ Titiam filiam cõmunem æquis portionibus scripsit heredes[r]. item alio capite[s]: *Erotem seruum meum, qui & Psyllus vocatur, liberum esse volo, si vxori meæ placeat.* Cùm itaque Seia vxor Lucij Titij abstinuerit ab eadem hereditate, & ex substitutione portio eius ad Titiam filiam peruenerit: quæro, an Eroti, qui & Psyllus vocatur, ex his verbis suprascriptis libertas competit? Modestinus Eroti, quod vxor testatoris hereditate se abstinuit, non obesse respondit. Item quæro, an Seia vxor, quæ se hæreditate abstinuit, petenti Eroti libertatem iustè contradicere possit. Modestinus respondit, Seiæ dissensum nullius esse momenti[t].

XV. IDEM *lib. 3. Pandectarum.*

SI quis ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo modo deteriorem eius serui conditionem facere potest: ideóque nec vendere eum interdum alij potest, vt ab eo cui traditus est, manumittatur: & si tradiderit, redimere illũ cogitur, & manumittere. Interest enim nonnunquam[u], à sene potius manumitti quàm à iuuene.

XVI. LICINNIVS RVFINVS *libro quinto Regularum.*

LIbertates etiam per fideicõmissum dari possunt. & quidem largius quàm directò. nam non tantum propriis, sed & alienis seruis per fideicommissum libertas dari potest[x]: ita tamen, vt vulgaribus[y] verbis, & quibus euidenter voluntas testatoris exprimi possit.

XVII. Ex *libro vicensimoprimo Digestorum Scæuolæ Claudius*[*].

a ¶ *Senatusconsulto.* Rubriano, quod ei electionem dat: vt j. eod. l. si cum. & facit s. de act. empt. l. Titius.

b ¶ *Non erat.* vnde inefficax est act. *de euict. l. contra eum.*

c ¶ *Existimas.* tu iurisconsulte quispiam.

d ¶ *Actionem.* emptori in factum in duplum eius quod dedit, vel obligatus est emptor. nam sic est in libero empto: *vt subiicit. & infra de lib. caus. l. rectissimè. & l. in tantum.*

e ¶ *Adducor.* i. moueor.

f ¶ *Venditos.* aliàs vẽditorem: & hæc bona. & aliàs venditos, & hæc mala.

g ¶ *Magis.* quàm[a] manumissus teneatur: & sic corrigitur quòd proximè dixit.

h ¶ *Statulibero.* qui si ad pretium participandum passus[b] est se vendi, non peruenit ad libertatẽ. aliàs cum purè non competebat libertas, tempore venditionis proclamauit in libertatem. secus si cõpetebat: *vt j. qui ad liber. pro. non licèt. leg. Licennius.* emptor verò potest agere de euictione sed si venditor non sit soluendo, datur aduersus manumissum de dolo: *argumen. sup. a de dolo. l. & eleganter. §. seruus patroni.*

EX causa.] CASVS. Pupillo legatũ relictum est, & est grauatus de seruo suo manumittendo. Dicitur quòd non potest manumittere absque tutore.

i ¶ *Non potest.* de proprio dicit, non[c] derelicto sibi ad hoc: quia etiam sine tutore manumitteret eum. *argu. supra de ma. vindi. l. si rogatus. in prin. vbi dicit incunctanter. & argu. infra eod. l. cum quis. §. & dic vt supra de manu. l. seruus. furiosi.* Accursius.

IMperator.] CASVS. Firmius Titiano tres seruos legauit, & eum rogauit ne alicui alij seruiant. si propter aliquod delictum[d] Titiani bona sunt publicata, hi serui manumittentur à republica. Secundo dicit: sicut heres, ita legatarius potest rogari de seruo manumittendo. & si quis rogatus de manumittendo decedat prius quàm manumittat, heres eius cogetur manumittere. Tertiò dicit: heres institutus hereditatem amisit, eo quia accommodauerat fidem testatori de aliquo dando non capaci, & sic fiscus bona habuit. Dicitur quòd nihilominus libertates relictæ in testamento, siue directæ sint, siue fideicommissariæ, tenebunt. Francisc.

k ¶ *Tres.* scilicet seruos.

l ¶ *Publicè.* id est à repub. *& ss. s. eo. l. cum fidei. & l. quidam.*

m ¶ *Debent.* vt supra de le. 3. l. cum ita. §. j.

n ¶ *Quoniam tacitè.* bona ratio: vt & C. ad l. Falc. l. iij. & s. de proba. l. cum tacitum. & infra de iure fisc. l. non intelligitur. §. cum ex causa & supra de vsur. l. cum quidam. §. in tacito.

o ¶ *Datas.* scilicet in testamento.

p ¶ *Deberi.* vt & j. de iure fisc. l. Statius. Florus. §. fin. cum prædictis concord.

SI prægnans.] CASVS. Heres vel legatari[9] rogatus manumittere ancillam, fuit in mora manumittendi: non sua culpa sed fortuito[a] casu impeditus. interim ancilla prægnans peperit. Dicitur quòd cogitur eam manumittere, & ei tradere partum ad manumittendum.

q ¶ *Matri.* de hoc distingue vt dixit C. eo. l. iij. & facit infra tit. iiij. l. iij.

LVcius.] CASVS. Institui vxorẽ meã & filiam meam heredes æqualiter: & Eroti seruo meo reliqui libertatem si[b] placebit vxori meæ. tandẽ vxor mea abstinuit se ab hereditate. & sic omnia bona veniunt ad filiã meam. Dicitur quòd libertas debebitur Eroti: nec requiritur consensus vxoris meæ, ex quo mihi non successit. Fran. Accur.

r ¶ *Heredes.* & inuicẽ substituit.

s ¶ *Capite.* testamenti scilicet scripsit Erotem.

t ¶ *Momenti.* quia non videtur libertas collata in eius arbitrium[c], nisi sit[d] heres. Sed contra. *C. eo. l. cum proponas.* Sol. ibi subauditur maxime, vt ibi dixi.

IS qui.] CASVS. Qui ex causa fideicommissi manumittere debet seruum: non potest facere deteriorem eius condi. hinc est quòd nec eum vendere potest vt ab emptore manumittatur. & si vendat, cogitur eum redimere & manumittere. Francisc.

u ¶ *Nonnunquam.* sed multotiés à sene: quia senex[e] citius moritur quàm iuuenis, præsumptione iuris: *vt supra ad leg. Falc. d. l. hereditatum.* licèt secus quandoque contingat: *supra de inoffi. test. l. nam & si.* sic ergo non tot operas præstabit, quot iuuenis secundùm. Ir. & facit j. eo. l. generaliter. §. fin.

LIbertate.] CASVS. Libertas potest relinqui directo, item per fideicommissum. & quandoque melius est si per fideicõmissum detur, vt seruis alienis: dum tamen idoneis verbis relinquatur. Francis. Accursius.

x ¶ *Potest.* sed directo tantum suis: *vt C. de manumiss. testamen. leg. seruo.*

y ¶ *Vulgaribus.* id[f] est apertis: qualia sunt Instit. *de sing. re. per fideicommis. re. §. fina.* Accur.

a Tres hic casus proponuntur. Primum de fideicõmisso cui libertas relicta est & se patitur vendi: secundus de homine libero patiente quoque se alienari. Postremus de statulibero qui patitur se vendi. Marcellus hic comparat duos extremos inter se potius, quàm primum cum secundo.

b Pœna ea est patientis se venundari ad pretium participandum, vt ad libertatem venire non possit.

c Fideicommiss. etiam hereditatem seruo suo pupillus dare non potest sine tutoris authoritate: alieno vero etiã quecondition sibi relicto, potest.

d Paciscendo quod quis efficere non potest, delinquẽdo efficere nõ potest vt alienetur. [illegible] ad l. ann. [illegible] Cremonensem singular. 86. proinde res alienari prohibita, fisco non cedet ex delicto facto vel delinquẽtis Hoc est res prohibita alienari, non cedit fisco, bonis prohibitis publicatis. l. si in iis bonis. l. de bonis libertorum. l. patronus. inf. de iure fisci.

a Mora aliquãdo fortuita.

b Libertatem non posse cõmitti in voluntatem liberã heredis, sed in arbitrium boni viri hinc colligit Barto.

In vulg. loquitur

c Liberum arbitriũ quibus verbis committatur alicui, plenissimè vide apud Menochium l. de arbitr. iud. quæst. 7.

d Institutus heres & fideicommissarius non censetur fideicommissarius nisi sit heres.

e A sene magis manumitti quàm a iuuene cur magis intersit.

* Scilicet Tryphoninus qui & Venuleius, qui notas scripsit ad Scæuolæ digesta. hic locus in vulgatis editionibus valde erat deprauatus. Anton. Aug. l. 1. c. 4.

f Vulgaria verba, pro apertis.

Cum.]

CVm.] CASVS. Dixit testator heredi: cum tibi videbitur manumittere Stichum seruum meum, manumittas, per [a] hæc verba fideicommissaria videtur relicta libertas. Franc.

a Hic verbis cum tibi visum fuerit, subintelligitur fides bona.

a ¶ *Cum tibi.* aliàs & l. incipit, Celsus lib. xi. ad Sabinum. Acciolam Claudius, cum tibi visum fuerit, manumitte, &c. Aliàs. §. & dic Claudium esse nomen instituti. *& facit*]. *e. l. fideicommissaria.*

b ¶ *Visum fuerit.* scilicet oportunum[b].

b Oportunitas subintelligenda in generali renunciatione.

CVm [a] *tibi visum fuerit* [b] *manumittere.* vtiliter datur fideicommissa libertas.

XVIII. SCAEVOLA *libro vicensimotertio Digestorum.*

TEstamento ita cauit: *Pamphilus si bene se gesserit* [in] *rationibus meis, liber esto.* Quæsitum est, cum manente eodem testamento, post aliquot annos decesserit, nec vllæ [c] querelæ locus de Pamphilo circa rationes patroni sit, an ex testamento libertatem sit consecutus. Respondit, nihil proponi cur non sit consecutus.

XIX. IDEM *libro vicensimoquarto Digestorum.*

HErede instituto marito [d], per fideicommissum libertatem seruis dedit [e]: in quibus [f] & Sticho actori [g] mariti [h]. quæsitum est, cum absente domino isti [i] præsidem prouinciæ adierint, vt libertas sibi præstaretur, quasi ex iusta causa heres abesset, & præses prouinciæ pronunciauerit libertatem deberi [k]: an agi cum Sticho possit, vt rationem actus à se administrati reddere compellatur. Respondit, non posse [l].

1. ¶ Vxori doté & aliàs res plures legauit [m]: & ei fidei cómisit, vt Aquilinum seruum propriú mulieris apud consilium manumitteret. id negat [n] † se facere debere, quod [o] ipsius proprius esset. quæro an libertas ei debeatur. Respondit, vxorem, si ex testamento non solum dotem, sed etiá cætera legata præstari sibi [p] vellet [q], compellendam [r] ex causa fideicómissi Aquilinú manumittere: cúmq. [s] cùm liber erit, petiturum ea quæ sibi legata sunt [t].

XX. POMPONIVS *libro septimo Epistolarum.*

APud Julianú ita scriptum est: si heres rogatus seruú [u] manumittere, ex Trebelliano senatuscósulto hereditatem re-

TEstamento.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo in testamento hoc modo: Pamphilus sit liber si bene se gesserit in rationibus meis, tandem adhuc aliquo tempore vixi: postea decessi: nec vlla querimonia est facta de Pamphilo quòd malè se gesserit. dicitur quod erit liber.

c ¶ *Querelæ. sic supra ad Sila. l. j. §. fin. & facit C. de manu. test. l. 4.*

HErede.] CASVS. Vxor instituit virum suú heredem, & per fideicom. reliquit libertates quibusdam seruis. castaldio viri cú vir abesset, & ex iusta causa: petiit à præside sibi dari libertatem: & data fuit. nunc vir reuersus petit ab isto liberto facto rationem eius quod gessit in seruitute. Dicitur quòd nó auditur [VXORI.] Maritus legauit vxori suæ dotem, & plures aliàs res: & rogauit eam per fideicommis. quòd ipsa manumitteret apud consilium seruum suum nomine Aquilinum. mulier non vult manumittere. Dicitur quòd compellitur manumittere: & si aliqua legata erunt relicta Aquilino, poterit petere. Franc.

† negauit.

d ¶ *Marito.* ab vxore. Accur.

e ¶ *Dedit.* scilicet in testamento.

f ¶ *In quibus.* s. seruis manumissis in testamento per fideicommissum. Accur.

Aug. lib. 1. emend. cap. 8.

g ¶ *Actori.* castaldioni.

g Actor pro Castaldione.

h ¶ *Mariti.* s. dedit libertatem per fideicó.

i ¶ *Isti.* aliàs iste, s. seruus castaldio.

k ¶ *Deberi.* quod facere debet: vt]. e. l. *si legatario. §. fin.*

l ¶ *Non posse.* vt C. *an seruus ex suo facto. l. pen.*

m ¶ *Legauit.* scilicet maritus.

n ¶ *Negauit.* scilicet mulier.

o ¶ *Quod.* id est quia.

p ¶ *Sibi.* scilicet vxori.

q ¶ *Vellet.* scilicet vxor.

r ¶ Compellendam. *sic C. ad l. Falcid. l. si ea. & C. eo. l. deberi. &]. de l. ij. l. cum pater. §. qui dotale.* Accur.

s ¶ *Eumque.* scilicet Aquilinum.

t ¶ *Legata sunt.* si qua sunt. Accur.

APud Iulianum.] CASVS. Titius heres institutus erat rogatus manumittere seruum hereditarium. erat etiá grauatus restituere hereditatem Seio. hic Titius restituit hereditaté Seio, retento isto seruo qué debebat manumittere. nunc non vult manumittere. & sic latitat: vel fortè est absens ex iusta causa. dicitur quòd iudex siue prætor debet eum pronunciare forè liberú. Secundò pone quòd Titius restituit istum seruum cum tota hereditate Seio. nunquid Seius compellitur manumittere? & Iulianus dicit quòd sic: vt sit idem in isto cui est hereditas restituta, sicut & in emptore talis serui. Sed Pomponius quærit à quibusdá an hoc dictum Iuliani sit verum. & dicit Pomponius, meritò quæro: quia volo addiscere: nam recordor de quodam dicto Iuliani, qui dixit: & si alterum pedem in sepulcho haberem, &c. & illi respondent & dicunt quod ille seruus non debeat tradi Seio: si tamen traditus sit, est verú quod dixit Iul. & confirmauit dictum eius Franc.

stituerit: cogi debebit [x] manumittere: & si latitabit, vel si iusta ex causa aberit, prætor causa cognita secundùm senatuconsulta ad eas causas pertinétia pronunciare debebit [y]. Si verò seruum susceperit is cui hereditas restituta fuerit, ipsum competit [z] manumittere: & eadem in persona eius obseruari conueniet, quæ circa emptores [a] custodiri solent. An hæc [b] vera putes? Nam ego [c] discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi: memor sum eius sententiæ, qui dixisse fertur: Κἂν † τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. id est Etsi alterú pedé in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.] Bellissimè [d] Aristo & Octauenus putabant hunc seruum de quo quæreretur, fideicommissæ hereditatis nó esse [e]: quia testator rogando heredem vt eum manumitteret, non videretur de eo restituendo sensisse. Si tamen per errorem ab herede datus fuerit, ea dicenda sunt quæ Iulianus scribit [f].

XXI. PAPINIANVS *libro nonodecimo Quæstionum.*

ROgo ne *Stichus alterius seruituté experiatur.* Intelligi datá fideicómissam libertaté placuit principi [g]. Quid enim tam contrarium est seruituti, quàm libertas [h]? Nec tamen quasi post morté heredis data videbitur. quod eò pertinet, vt si viuus cú alienauerit, confestim libertas petatur nec prosit ad impediendam libertatis petitioné, si redemerit eum, cuius semel [i] conditio extitit. Idem probandum est & si non volútaria [k] alienatio ab herede facta est: nec refragabitur, quod nó per ipsum [l] alienatio facta est. fuit enim quasi statuliber, & quacúq; ratione [m] códitio impleta est.

u ¶ *Seruum.* s. per fideicommissum. Acc.

x ¶ *Debebit.* s. adhuc manumittere.

† Vide Erasm. adag. Chil. ... [illegible]

y ¶ *Debebit.* manumittere seruum nondum traditum.

z ¶ *Competit.* aliàs côuenit.

a ¶ *Emptores.* quid in his seruetur, habes]. *e. l. generaliter. §. fin.*

b ¶ *An hæc.* Iulianus hæc scripsit: sed an tu Aristo. & Octa. vt]. dices, putas hæc vera? & bene facio quòd quæro ego Pompo. quia volo addiscere. ná propter amoré [a] addiscendi notaui & memoriæ commendaui quoddá dictum Iulia. & si alterum, &c. *& facit*]. *de va. & extraor. cog. leg. j. §. j. & in decretis. xx. distin. c. de quibus. ex. xxxviij. distin. nullus episcopus.*

a Discentis, se in dies senescere Solon eadem ratione dicebat Cicero in de senectute. & Valer. 7. Plato Lachete, & de Repub. 7. Addetur & ibi Gl. in cano. nullus episcopus. xxxviij. distin. ... habes 34. q. ... vbi Augustinus dicit se paratum esse vel ab amico discere addehic Albert. cum.

c ¶ *Ego.* Pomponius.

d ¶ *Bellissimè.* nunc refert quod ei fuit respósum.

e ¶ *Non esse.* C. *ad senatusc. Trebel. l. fin. contra.* Solu. hic speciale, fauore libertatis.

f ¶ *Scribit.* supra ij. respon. legis.

ROgo.] CASVS. Testator instituit Titium heredem, & dixit: rogo heredem ne Stichus in alterius seruitutem deueniat. videtur dare per fideicómissum libertatem isti Sticho, si perueniat in alterius seruituté: nec solum post mortem heredis perueniet ad libertatem, sed etiam aliquando antè: vt si heres iustum seruum alienet. nec impeditur libertas si iste heres eú redemerit. & hæc sunt vera, siue voluntaria sit alienatio, siue non. Fran.

g ¶ *Placuit principi.* per prædicta verba.

h ¶ *Libertas.* quasi [b] dicat nihil: *vt Inst. de iu. perso. §. j.*

b Interrogatio nonnunquam habet vim negationis.

i ¶ *Semel.* non sufficit semel *sic]. de aqua plu. arcen. l. in summa.*

k ¶ *Si non voluntaria.* sed necessaria. & sic est contra.]. *e. l. cum fideicom.* Sol. plenè dic vt ibi. *& facit]. eo. l. quidam. & quod ibi dixi.*

l ¶ *Per ipsum.* id est voluntate eius.

m ¶ *Ratione.* dic vt *infra de verb. oblig. l. cum seruus. & supra de stipulati. inde. l. fin.*

SI legatario.] CASVS. Testator legauit Titio decem, item fundum, & grauauit eum vt manumitteret seruum suum Stichũ. legatarius cœpit petere x. detracta est inde Falcidia, & sic legatarius non vult hoc legatum pecuniæ habere, nec manumittere seruum. dicitur quòd compellitur legatum pecuniæ accipere detracta Falcidia, & manumittere seruum. [A DVOBVS.] Duo erant heredes, & grauati sũt manumittere duos de seruis eorum quos vellent: cum tres tantum seruos haberent. vnus heredum latitat, nec vult eligere qui duo sint manumittendi. Dicitur quòd stabitur [a] electioni alterius heredis tantum qui præsens est. sed si vnus de seruis decedit antequam eligantur: tunc tantum duo qui supersunt, veniunt manumittendi. [CVM IS.] Heres rogatus manumittere seruum, abest iusta de causa, siue non iusta, & sic latitat: vel si erant plures heredes, & grauati manumittere seruum: quidam eorum absentes sunt iusta de causa, quidam non iusta de causa: & quidam sunt præsentes: vel si heres grauatus decedat, nec aliquis ei succedat: vel si heres rogatus abstineat se ab heredit. dicitur quòd iudex debet pronunciare hunc liberum velut ex testamento illius qui reliquerat per fideicom. libertatem. Item debebit iudex pronunciare qui fuerint absentes iusta de causa, vt illi sint patroni: & qui non iusta, & illi non erunt patroni. Francis.

XXII. IDEM libro vicensimosecundo *Quæstionum.*

SI legatario fundi [a] decem [b] pretij nomine relicta sunt in hoc, vt seruum suum manumittat: quamuis fundi legatum adgnouerit, si tamen pecuniæ propter interuentum Falcidiæ non adgnouerit, cogendus est & pecuniam accipere habita legis Falcidiæ [c] ratione, & seruo fideicommissariam libertatem præstare, cum semel fundi [d] legatum adgnouerit.

1 ¶ A duobus hæredibus, qui tres seruos habebat, petiit [e] *vt duos ex his quos voluissent, manumitterent.* altero heredum latitante, alter declarat quos velit manumittere. Potest dici fieri liberos: vt perinde libertas competat, ac si præsens solus manumittere potuisset [f]. Quòd si ex seruis vnus decesserit [g]: siue iusta ex causa absit heres, siue fari non possit, à quo petitum est: decernente prætore, duos, qui supersunt, fieri liberos * conuenit.

2 ¶ Cum is qui fideicommissam libertatem præstare debet, iusta ex causa [h] abest, aut latitat: aut quidam [i] præsentes sunt, alij ex iusta causa absunt: nonnulli frustrandi [k] gratia fideicommissi copiam sui non faciunt: aut ei [l] qui libertatem debuit, heres non extitit: aut suus heres hereditate se abstinuit: prætor pronunciare [m] debet, ex testamento Lucij Titij fideicommissam libertatem cõpetere [n]. ídque senatusconsulto demonstratum est, quo senatusconsulto comprehensum est, ne dubium & obscurum esset cuius libertus fieret, prætorem pronuntiare debere, qui ex iusta causa, & qui detractandæ libertatis gratia absit [o].

Heres rogatus de manumittendo seruo, non potest differre manumissionem ob hoc quòd dicat seruum expilasse res hereditarias, vel male gessisse res domini. Fran.

XXIII. IDEM *lib. 9. Responsorum.*

FIdeicõmissaria libertas prætextu compilatæ [p] hæreditatis aut rationis gestæ [q] non differtur.

1 ¶ Fideicommissariã libertatem ab herede non præstitam cogendus est hæredis heres, qui restituit ex Trebelliano senatusconsulto hereditatem, præstare [r], si eius personam [s] eligat qui manumittendus est.

Onus manumittendi seruum, transit ad heredem fideicommissarij qui rogatus fuit manumittere.

2 ¶ Seruũ peculij castrẽsis quẽ pater fideicõmissi verbis à legitimis filiis heredibus [t] liberari voluit, filium militem, vel qui militauit, si patris heres extitit, manumittere cogendũ [u] respondi, quoniam proprium [x] manumisisse defũctus post donationẽ in filium [y] collatam existimauit. portionẽ enim à fratre [z] domino fratrem eundémque [a] coheredẽ citra damnũ [b] volũtatis [c] redimere non cogẽdũ, nec ob eundem

domini. [FIDEICOMMISSARIAM.] Titius heres institutus & rogatus manumittere seruum hereditarium, grauatus etiam fuit restituere hereditatem Seio. decessit Titius antequã restitueret. Dicitur quòd heres Titij debet hanc hereditatem Seio restituere, & etiam libertatem præstare seruo debet, si ab eo petat seruus. [SERVVM.] Pater habens plures filios, vnum ex his habebat militem, ei donauit Stichum & quædam alia bona. postea credens iste pater dominium serui & aliarum rerum quas donauerat filio, adhuc remansisse penes se, ab intestato decedens rogauit filios omnes vt istum Stichum seruum manumitterent. Dicitur quòd filius miles si succedat patri, compellitur manumittere, nec aliquid fratres ob hoc dabunt militi: aliàs autem res donatas militi à patre nõ compellitur miles conferre siue communicare cum fratribus. [ETIAM.] Grauaui filium meum, vt cum habebit xx annos. manumittat seruum Stichum. filius antequam haberet hanc ætatem, decessit. Dicitur quòd heres filij præstabit tunc temporis libertatem. quo si filius viueret, hanc ætatem compleret: licèt secus sit in fideicommissa. [SERVVM.] Testator rogauit filium suum heredem, vt post v. annos. manumittat seruum Stichum, si ille seruus præstiterit omni die vsque ad finem quinquennij certam mercedem. postea seruus fugit ab isto filio herede, & per biennium nihil præstitit. Dicitur quòd deficit conditio: nec iste debebit ob hoc amodo manumitti, nisi filius heres accipiat per biennium ministerium eius serui loco mercedis: nam tunc videtur paritum conditioni, & sic libertatem dari: vel nisi steterit per heredem quo minus accipiat istam mercedem. Ferncifcus.

a ¶ *Si legatario fundi.* cui fundus & x. ideo relicta erant, vt seruum suum manumittat. Accursius.

b ¶ *Decem.* præter fũdum.

c ¶ *Legis Falcidiæ.* Contra *supra eo. l. decem. in fin. & l. sequen.* Sol. vt in l. illa, decem.

d ¶ *Fundi. vt & supra de leg. ij. l. v. &* facit C. *eo. l. si te. & l. deberi.*

e ¶ *Petiit.* testator.

f ¶ *Potuisset.* quasi totum [b] arbitrium in eum à testatore collatũ sit. Accursius.

g ¶ *Quod si ex seruis vnus decesserit.* vnde amodo non est in eorum arbitrio: *vt subiicit: & arg. supra de contrahen. empt. l. si in emptione. §. si emptio.*

h ¶ *Iusta ex causa.* quod est [c] eo ipso quòd non est ex iniusta: *vt infra eod. l. si eum. §. in iusta.*

i ¶ *Quidam.* cùm sint plures. Accursius.

k ¶ *Fraudandi.* aliàs frustrandi. Accursius.

l ¶ *Aut ei.* scilicet hæredi rogato. Accursius.

m ¶ *Pronuntiare.* in omnibus suprascriptis.

n ¶ *Competere.* in omnibus prædictis casibus. ac si libertas directa testamento data esset: *vt & C. eo. l. ancillam. & l. si seruum. in fi.*

o ¶ *Absit.* vt præsentibus & iusta causa absentibus ius patronatus seruetur detractantibus modis omnibus denegetur: *vt supra eo. l. j. & infra. eo. l. si eum. §. eorum.* ¶ & not. de causa [d] in sententia exprimenda. *sic supra de suspe. tu. l. ha. & C. de iudi. l. properandum. § penult.*

FIdeicommissaria.] CASVS. Heres rogatus de manumittendo seruum, non potest differre manumissionem ob hoc quòd dicat seruum expilasse res hereditarias, vel male gessisse rationes

p ¶ *Compilatæ.* aliàs expilatæ: aliàs compillatæ. *& concordat infra si quis testa. liber. esse iussus. l. j. §. si seruus* [a]. *& arg.* C. *de cri. expil. hered. l. obtentu.* Sed contra. C. *de lega. non est.* Solu. hic ab alio, ibi à seruo fuit expilata. Vel verius hic speciale [b] in libertate: *vt d. §. si seruus.*

q ¶ *Gestæ.* aliàs, iustæ: & tunc sequenti: aliàs, gestæ: & tunc præcedenti literæ iungitur. Et no. quòd post libertatem rationem debet reddere: *vt infra eo. l. si pure.*

r ¶ *Præstare.* scilicet libertatem. Accur.

s ¶ *Personam.* quod potest: *vt s. eo. l. apud Iulianum.*

t ¶ *Heredibus.* ab intestato. Accursius.

u ¶ *Cogendum.* eum solum [c], nec [d] per hoc videtur adire: *vt s. de acquiren. hered. l. Iulianus. §. fin.* Accur.

x ¶ *Proprium.* i. credidit apud se pater remansisse dominium etiam post donationem in filium factam, licèt erraret. & si volebat alios filios grauare in redimendo.

y *In filium.* militem.

z ¶ *A fratre.* domino milite.

a ¶ *Eundémque.* militem: conseruata in totum voluntate testatoris.

b ¶ *Damnum.* scilicet de voluntate.

c *Voluntatis.* id est salua voluntate.

a Electione duobus commissa, si vnus latitet, alterius eligendi competit. ad de c. cum nobis extra de electio.

* Libertos.

b Voluntatis verbo in totũ arbitrium cõferatur. vide Menochium de arbitrar. in lib. quæ. c.

c Iustũ quidque præsumitur, nisi iniustũ probetur expresse vel præsumptiue.

d Sententiæ causa exprimenda vide Albericum in l. properãdum. C. de iudicijs.

a Adde l. Titia. §. serum. ff. titu. prox.

b Libertatis fauore nonnũquam à iure communi disceditur.

c Mandatũ pluribus, si per vnum factum potest expediri, illi videtur esse mandatũ non alteri, vide hic Bart.

d Adire defuncti hæreditatem non cõtinuo videtur qui manumittit.

Erratum

errorem [a] cætera quæ pater in militiam profecturo filio donauit, fratri qui mansit in potestate, conferenda: cum peculium castrense filius etiam inter legitimos [b] heredes præcipuum retineat.

3 ¶ Etiam fideicommissaria libertas à filio post certam ætatem eius data, si ad eam puer non peruenit, ab hærede filij præstituta die reddatur: quam sententiam iure singulari receptam, ad cætera fideicommissa relicta porrigi non placuit [c].

4 ¶ Seruum à filio post quinque annos, si eo tempore [d] mercedem diurnam filio præstitisset, manumitti voluit [e]. biennio proximo [f] vagatus [g] non præstiterat. conditione defectus videbatur: si tamen hæres filius, aut tutores eius, ministerium serui per biennium elegisset [h*], eam rem [i] ex † præterito, quòd per hæredem stetisset, impedimento residuæ conditioni non esse constitit.

XXIII. [k] VALENS libro quinto Fideicommissorum.

Generaliter dicemus eos posse fideicōmissariam libertatem adscribere, qui fideicommissum [k] pecuniarium possunt [l] relinquere.

1 ¶ Et principis seruo, vel municipij, & cuiusuis alterius, fideicommissa libertas adscripta valet [m]. 2 ¶ Hostium seruo si fideicommissaria libertas fuit adscripta, potest tractari, an non sit inefficax. Et fortassis quis dixerit: indignum [n] esse, ciuem Romanum fieri hostium seruū. Sed si in casum relinquatur [o], in quem noster esse incipit: quid prohibet [p] dicere libertatem valere?

3 ¶ Si homini libero fuerit libertas per fideicommissum adscripta, & is in seruitutem redactus proponatur: petere potest

a ¶ *Errorem.* quo putauit pater suum, & aliàs res donatas filio in suo dominio [a] remansisse. M. *& facit C. famil. ercis. l. si filium.* Accursius.

b ¶ *Legitimos.* non tantum inter testamentarios.

c ¶ *Non placuit. vt & ī. de manu. testa. l. si ita.* Sed contra, C. *quando dies leg. ce. leg. ex his.* Sol. vt ibi. *& ī. a. supra quan. dies leg. ced. leg. si Titio.*

d ¶ *Eo tempore.* scilicet totius quinquennij.

e ¶ *Voluit.* scilicet testator.

f ¶ *Proximo.* post mortem testatoris.

g ¶ *Vagatus.* seruus.

h ¶ *Elegisset.* contempta mercede. & accipe excepto quòd &c. q. d. videtur paritum [b] conditioni, siue accipiat hæres ministerium [c] pro mercede, siue per hæredem stet vt neutrum fiat.

i ¶ *Eam rem.* id. vagationem biennij.

Generaliter.] CASVS. Illi possunt fideicommissarias libertates relinquere, qui aliquod fideicom. pecuniarium possunt relinquere: vt sunt illi qui possunt testari: & cuiusque seruo potest fideicom. libertas relinqui, siue principis seruo, siue ciuita. siue seruo hostium, & tunc debebitur cum seruus hostium ad nos peruenerit. Item libero homini potest relinqui libertas per fideicommiss. & tunc tenebit, si tempore mortis testatoris inueniatur seruus, vel tempore existentis conditionis sub qua relicta erat libertas. Item seruo alicuius qui sit in ventre, potest relinqui libertas per fideicommiss. Item seruo damnato in metallum potest fideicommissaria libertas relinqui, & tunc debebitur, cùm à pœna erit liberatus indulgentia principis. tunc enim seruus fisci efficietur, & nunquam reuertetur sub priore domino. Item nato & concepto ex damnata in metallum potest fideicommissaria relinqui libertas, cum etiam talis seruus possit vendi à fisco. [SI PETITVM.] Testator dixit in testamento, nolo quòd Stichus seruus meus seruiat. Dicitur quòd per hæc verba videtur hæres rogatus de manumittēdo. sed si testator dicat: nolo quod hæres meus Sticham seruum meum vendat: videtur relinquere libertatem per fideicommiss. si contingat eum vendi: nisi appareat quòd alia de causa hæc verba dixerat, vt animo cruciandi seruum: & sic in eius odium possit habere: vel quia dixit hæc verba animo consulendi hæredi in eum vendat, cum bonus sit seruus, & hoc debebit probare hæres nam præsumitur quòd animo relinquendi libertatem hæc verba dixerat testator. [SI QVIS TVTOREM.]. In testamento meo Stichum reliqui tutorem filiis meis, credens eum liberum cum esset seruus. non propter hoc putet sibi libertatem deberi. [SI QVIS.] Ego Franciscus obligaui seruum Stichum Bozolo. tandem Bozolus illi seruo reliquit libertatem directò in testamento. de rigore iuris non valet, sed tamen de æquitate valet: vt videatur hæres Bozoli rogatus per fideicommiss. manumittere, & sic eum emet à me, & manumittet: & hoc præualet, cum non est ignotum multa induci contra rigorem iuris fauore libertatis. [EX TESTAMENTO.] Testamento rupto per natiuitatem posthumæ, omnes libertates tam directæ quàm fideicommissariæ in eo relictæ cassantur: nisi testator dixerit eas dandas etiam à legitimis. & iste est casus. hodie autem secus seruatur: vt Cod. de lib. præteri. Authen. ex causa. [SI QVIS ALIENVM.] Ego Franciscus legaui Titio x. eundem rogaui vt manumittat seruum suum Stichum: vel fortè non suum, sed alienum. Tandem Titius accepit hæc x. nunc videt Titius quòd valet seruus Stichus vltra x. non vult manumittere Stichum. quæritur an cogatur? & distinguitur. nam aut hic Stichus erat seruus Titij: & tunc cogitur eum manumittere: licèt minus sit legatum quàm valeat Stichus. si autem sit seruus alienus, non cogitur Titius eum emere pro maiori quantitate quàm habuerit nomine legati: & sic nec manumittere. Sed pone quòd Titium hæredem mihi institui, & eum rogaui de seruo Sticho manumittendo. Dicitur quòd si aliquid licèt modicum superest penes eum de hæreditate, deducto ære alieno: cogitur eum manumittere. si autem nihil superest, non cogitur. Postea dicit. legaui Titio x. eundem rogaui de Sticho seruo alieno manumittendo, qui vltra x. valet. tandem hoc legatum creuit, putà mora hæredis, & sic Titius habuit fortè vsuras legati, & sic vltra decem. dicitur quod hoc totum est de legato: & si hoc totum simul legatum collectum sufficiat ad emendum Stichum, cogitur eum emere & manumittere. Idem est & si serui Stichi pretiū decrescat, ita quòd bene potest emi pro tanto quantum est legatum. nam Titius cogitur eum emere & manumittere. Sed pone quòd fundum legaui Titio: eundem rogaui de seruo Sticho manumittendo, & bene tunc valebat legatum tantum quantum seruus Stichus. tandē decreuit legatum, fundus putà chasmate, ita quòd valet minus quàm Stichus an nunc cogetur manumittere Stichum? & dicitur quòd non, [a] si legatum quod habet vult reddere. sed si hoc quod remansit, valet tantum quātum Stichus: tunc bene cogitur manumittere. Sed ponè quòd erat rogatus plures seruos manumittere, & fundus legatus minutus [a], vt dixi prius adhuc valet tantùm quantum aliqui ex seruis, non quantum omnes: & accepit legatum: hoc casu cogitur manumittere quosdam ex his qui sufficiant ad pretium legati, & primo illos qui primo sunt nominati. Si hoc non apparet: tunc fortè vel meritis decernetur qui primo manumittantur. Vltimò dicit ea quæ dixi quando Titius erat rogatus de seruis suis manumittendis, habeat locum & si de alienis seruis manumittendis erat rogatus: cùm legatum sibi relictum non sufficiat ad omnes emendos. nam emet quos poterit ex tanto quantum est legatum, & manumittet. [SI CVI LEGATVM.] Titius legauit mihi centum, & rogauit me vt manumitterem seruum meum Stichum, & ei facto libero ista centum darem. dicitur quòd tali seruo nō compellor dare libertatē: & adducit simile quod leue est. [SI ROGATVS QVIS SIT.] Legatus est mihi fundus, & rogatus sum vt istum fundum post mortem meam restituam Titio, & centum dem Sempronio. dicitur quòd ita demum teneor ad ista centum, si interim tātum lucri habeam ex hoc fundo. sic ergo pendet hic fideicommissum, prout supra dicitur de libertate. [QVOTIENS.] Seruo relicta est libertas per fideicommissum. amodo si hæres eum vendat vel vsu capiatur hic seruus ab aliquo: non extinguitur hoc fideicommissum, quia hic seruus possit petere manumitti. poterit autem petere manumitti ab eo à quo maluerit, scilicet ab hærede, vel ab emptore, & similiter si erat relicta libertas sub conditione, & interim hæres eum vendat. nam existente conditione poterit petere manumitti: vel vult ab emptore: vel ab herede. & si ante conditionem emptor eum manumiserit: & tunc existente conditione petat se esse libertum hæredis, non manumittentis, cum durior sit patronus, auditur. idem si ex alia causa hoc idem petat. & hoc si fuerit talis voluntas testatoris. si autem testator nō curauit à quo manumittatur, sed hoc tantum quòd manumittatur: tunc hoc non poterit allegare siue petere hic seruus libertus factus. Franciscus Accursius.

k ¶ *Fideicommissum.* scilicet sibi deberi ab hærede rogato manumittere.

l ¶ *Possunt.* & illi sunt qui [a] testandi habent ius: *vt supra de leg. j. l. 5.*

m ¶ *Valet. vt & supra eo. l. libertatis.* Accur.

n ¶ *Indignum.* accipe seruum hostium fieri. &c. q. d. quòd seruus hostium [b] consequatur libertatem. Accur.

o ¶ *Relinquatur.* fideicommissaria libertas.

p ¶ *Quid prohibet.* nihil. *sic & ī. de leg. j. l. ab omnibus. §. etiam.* Sed

a Donata filio militi, in dominio patris donatoris esse desinunt.

b Conditionibus adiectis parendum.

c Solum ministerium seu operæ pro mercede, volentes, non inuito possunt.

d Res pro facto.

a elegisset. † excepto quod.

a Testandi qui ius habent, fideicōmissum & ex consequente fideicommissariā libertatē possunt relinquere.

b Seruo hostiū libertas sub cōditione eligi potest.

in sti pu. non venit: vt ꝭ. de verb. oblig. l. liber homo in stipu.
a ¶ Mortis tempore. eius qui libertatem reliquit[a].
b ¶ Existentis. sub qua hereditas est relicta. Azo. vel verius libertas. Et est argu. contra, ꝭ. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. ibi, & casum. &c. Item contra. instit. de leg. §. an seruo. Sed in multis fallit[b] Catonis regula: vt & supra de regu. Cato. l. j.
c ¶ Seruo eius. facit Cod. eo. l. cum inter.
d ¶ Non poterit. interim: vt & C. qui non poss. ad liber perue. l. j.
e ¶ Non restitui. vt & ꝭ. de pœ. aut falsi. §. fi. amisit ergo dominiũ: vt ibi dicitur.
f ¶ Non adiicitur. in rescripto.
g ¶ Fisci. vt & C. de senten. passis. l. frustra. in fin.
h ¶ Potest. s. sibi debeti ab herede rogato manumittere.
i ¶ Concepto. s. seruo fisci. secus si ante fuisset conceptus: vt C. de pœn. l. si ante. Accur.
k ¶ Seruum. s. sibi deberi ab herede rogato manumittere.
l ¶ Ei præstetur. quid eni &c. vt s. e. l. rogo.
m ¶ Alienes. quæ prohibitio valet: vt C. de reb. alie. non alie. l. fin.
n ¶ Dicendum. s. quòd alienando eum postea efficiatur liber.
o ¶ Consilium dabat. ad hoc C. qui non poss. ad libet. l. ij.
p ¶ Videtur. dubitabatur[d] q. d testator senserit. & facit ad §. supra eo. leg. cum fidei. & leg. quidam. & l. rogo. Item ad fi. hic facit s. de proba. l. ij. & l. quinquaginta. & l. quidam. & C. de dona. inter vi. & vxor. etiam & s. de ei. do. l. nuptura. Accur.
q ¶ Patrocinari. vt supra de test. menta. tuto. l. si quis tutorem. Sed contra. in eod. titu. l. si hereditas. §. fi. & C. eo. leg. & si non adscripta. Solu. hic credebat suum nō daturus si alienũ nosset: ibi alienum sciebat. & facit instit. qui. testa. da. tuto. poss. §. j.
r ¶ Si quis. putà creditor: vt ꝭ. eod. l. si debitor. & tunc dic vt not. C. de manu. testamen. l. seruo. Alij, id est debitor. quod est falsum: vt supra de manumis. l. seruus. & infra qui & à quib. l. iiij. §. j. & l. pignori. & l. si q. §. pi-

a Aduersum hominis fortunam spe ĩdam non esse hinc colligit.

† al.

b Regula Catoniana in multis locum non habet.

* alia.

c Legitimæ liberorum iussis de causis parentes conditionem & modum adiicere posse hinc colligitur. quod tamen Albericus negat. vide tamẽ Grassum ꝭ. legitima quæstione 38. in fi. nu. 14. & seq.

d Præsumitur pro libertate. e Probandi onus et præsumptione transfertur id aliã Albericus hinc colligit cõtra præsumptionem iis, admitti probationẽ.

libertatem, si modò mortis tempore[a] vel conditionis existẽtis[b] inueniatur seruus. 4 ¶ Seruo eius[c] qui nondum in rebus humanis est, libertas rectè per fideicommissum relinquitur.

5 ¶ Si seruus in metallũ fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit[d]. Quid ergo si fideicommissaria libertas & † relicta sit, & pœna metalli indulgentia principis sit liberatus? Et est rescriptum ab imperatore nostro, hũc in dominium prioris domini non restitui[e]: cuius tamen sit, non adiicitur[f]. Certè cum fisci[g] efficiatur, sperare potest[h] fideicommissariam libertatem.

6 ¶ Ex damnata in metallum concepto[i] & nato, fideicommissaria libertas dari poterit. q. d mirum, cùm etiam venundari cum posse quasi seruum[k] diuus Pius rescripsit? 7 ¶ Si petitũ à testatore fuerit, *ne postea Stichus seruiret*, placuit fideicommissariã libertatem datam videri. nam qui hoc petit, ne postea seruiat: videtur petere vt libertas ei præstetur[l]. 8 ¶ Sed & si ita scripsit. *Ne eũ alienes*[m], *ne eum vẽdas*: idem erit dicendum[n], si modò hoc animo fuerit adscriptum, quòd voluerit eum testator ad libertatem perduci. Cæterum si alia mente id scripsit, vt putà quia consilium dabat[o] heredi retinere talem seruum, vel quia coërcere voluit seruum, & cruciare, ne meliorem dominum experiatur: vel aliqua* mente, non tribuendæ libertatis animo: dicendum est cessare libertatis præstationem & ita Celsus libro vicensimotertio Digestorum scribit. Non tantùm enim verba fideicommissi, sed & mẽs testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. Sed cum ex præsumptione libertas præstita esse videtur[p], heredis est contrariam voluntatem testatoris probare.

Datus tutor, quem testator putauit esse liberum, non propter hoc efficitur liber.

9 ¶ Si quis tutorem ideo scripserit, quia liberum putauit: certissimum est neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis præstationi patrocinari[q]. & ita & Marcellus libro quintodecimo Digestorum, & Imperator noster cum patre rescripsit.

10 ¶ Si quis[r] seruo pignerato directam libertatem dederit: licèt videtur iure subtili inutiliter reliquisse, attamen quasi † & fideicommissaria libertate relicta, seruus petere potest vt ex fideicommisso liber fiat. Fauor enim libertatis suadet, vt interpretemur & ad libertatis præstationem producere testamenti verba, quasi ex fideicommisso fuerat seruus liber esse iussus. Nec enim ignotum est quòd multa contra iuris rigorem[s] pro libertate sint constituta.

11 ¶ Ex testamento quod adgnatione posthumæ ruptum esse constitit[t], neque directas libertates competere, neque fideicommissarias deberi, si quas non à legitimis quoque hæredibus paterfamilias reliquerit, satis constat[u].

Legatarius agnoscens legatum sibi relictum vt proprium seruum manumittat: licèt minus sit in legato quàm seruus valeat, cogitur tamen eum manumittere. secus est si fuit rogatus seruum alienum manumittere: quia non cogitur, si pluris est seruus emendus quàm legatum valeat.

SI filius] CASVS. Pater instituit filium suum heredem: & eum grauauit quòd manumittat. Stichū seruum sui patris. filius manumisit. Dicitur quòd erit iustus patronus hic filius: & habere poterit contra tabulas in bonis manumissi. Itē poterit ei imponere operas. & hoc etiam posset facere si pater ipse manumisisset hunc seruum. [CASVS.] Titius instituit filium suum heredem, & rogauit eum sub cōditione, vt manumitteret seruum Stichum hereditarium putà si: ille Stichus si fecerit domum, vel si det decem, rogo te vt manumittas eum. Dicitur quòd si nō stat quo minus pareatur conditioni, per seruum, licèt non impleatur conditio, habebit locum senatusconsultum Rubrianum. Secundò dicit: si heres afferat impedimentum quòd non impleatur conditio: non habebit eum in libertum tanquam filius vel heres manumissoris. & si per hoc minus iuris habebit. quod dic vt in gloss. [SI IS CVI.] Legaui tibi seruum, & te rogaui vt eum manumittas: non vis accipere legatum seruum, & sic non manumittere. Dicitur quòd cogeris iura tua sine act. cedere huic seruo: vt sic libertas non deficiat Secundò dicit: rogatus est heres vel legatarius manumittere seruum, debet eum manumittere, non tradere eum inuitum alij ad manumittendum. Tertiò dicit: minor viginti annis instituit aliquem sibi heredem, & eum rogauit vt Stichum seruum sui heredis manumittat. Dicitur quòd cogi debet heres ad manumittendum, nec hoc casu habet locum lex Ælia Sentia. Quartò dicit: Seruum tibi legaui, & te grauaui vt eum manumittas: & si non manumittas, legaui eum alij, & eundum grauaui vt eum manumittat: & si non manumittat, sit ille seruus liber. Dicitur quòd hic seruus statim debet esse liber, ne per tot circulos vadat: & hoc dicit hic §. cum l. seq. Franc.

XXXIII. PAVLVS *libro tertio Fideicommissorum.*

SI filius defuncti rogatus fuerit seruum sui patris manumittere dicēdum est posse eum etiam contra tabulas [q] habere, & operas imponere. hoc enim [r] potuisset etiam si directam libertatem accepisset [f], quasi patroni filius.

Seruus cui competit fideicom. libertas sub conditione: si non stat per eum quo minus conditionem impleat, debet manumitti. Item si heres impediat conditionem impleri: non habebit hunc seruum libertum postquam liber erit. hoc dicit.

1 ¶ Erit Rubriano [t] senatuscōsulto locus etiam si sub cōditione libertas data sit: si modò per ipsum seruum non fiet [u] quò minus cōditioni pareat. nec refert, in dando an in faciendo, an in aliquo casu cōditio consistat. Imò etiam amittit libertum [x] heres, si conditioni impedimentum fecerit, etsi filius defuncti sit: quamuis alio iure [y] habiturus sit libertum nonnullam [z] enim & hic pœnam [a] patitur. nam & si in seruitutem petierit [b] aut capitis accusauerit: perdit bonorum possessionem [c] contra tabulas.

Qui non vult seruum sibi legatum vt manumittatur accipere: cogitur illi seruo actiones suas cedere: cætera quæ sequuntur, breuia sunt: ideò non summantur.

2 ¶ Si is cui seruus legatus est, rogatus fuerat vt eum manumitteret. & nolit eum accipere, cōpellendus est: aut actiones suas

q ¶ *Tabulas.* liberti bon. possess. *vt & C. de bo. poss. contra tab. l. j.* ¶ Sed quod subiicit de operis. est contra. *C. de ope. l. Quintus.* Solu. hic non cogebatur manumittere, licèt rogatus sit. ibi autem cogebatur. Vel hic voluit pater habere scilicet filium plenum [a] ius patronatus: *vt supra de bo. lib. l. qui ex causa. §. fin.* vel speciale hic in filio.

a Plenum ius patronatus filius, idē que sui patris habeat, liberto paterno operas imponere potest.

r ¶ *Hoc enim.* duo scilicet prædicta, quasi patroni filius. etiam si &c.

f ¶ *Accepisset.* à patre filij.

t ¶ *Rubriano.* quod habes ʒ. *eo. l. cùm verò. §. subuentum.* Accursius.

u ¶ *Non fiet. vt & supra de manumiss. testa. l. libertate.*

x ¶ *Libertum.* vt non habeat eum libertum iure manumissionis. quod haberet, si impedimentum non præstitisset: *vt supra eo. l. cùm verò. §. subuentum. & l. si eum. §. eorum.*

y ¶ *Alio iure.* scilicet hereditario, vel quia filius est manumittentis. secundùm hoc ergo non videtur quòd hic filius puniatur de suo impedimento: quia etsi non suo, alieno tamen iure habet eum libertum. Sed respond. non est ita: & ostendit pœnam ibi cùm dicit, nonnullam &c. quæ est talis. nam in libertum quem quis habet iure suæ [b] manumissionis non amittit contra tab. licèt eum capitis accuset, vel in seruitutem petat, sed eum quē iure alieno siue hereditario, quē paternum dicimus, sic amittit: & sic intelliguntur hæc supra *de iure pa. l. eum. & de bo. lib. l. qui cum maior. & l. in seruitute.* Cùm ergo hic filius amiserit contra tabulas propter impedimentum quod præstitit: quam iure suæ manumissionis haberet, nisi impedimentum præstitisset: patet quòd si amodo accuset, vel in seruitutem petat, quòd amittit: quia non habet amodo, nisi iure alieno.

b Ius nostro facto quæsitū difficilius amittimus, quā quod alieno facto quæsitum est.

z *Nonnullam.* id est aliquam.

a ¶ *Pœnam.* scilicet filius qui præstitit impedimentum quò minus manumitteret seruum patris sui, qui rogatus à patre erat vt manumitteret.

b ¶ *Petierit.* deinceps.

c ¶ *Perdit bono. poss.* quam non perderet si vt patronus libertum haberet: non vt patroni filius: vt hic optimè colligitur. Sed quidam dicunt etiam patronum manumittentem, si accusat, perdere: *vt ar. ʒ. de iure pa. l. eum.* sed illam in liberto paterno intellige. & facit ad hoc quod not. ʒ. *de in ius voc. sed si huius. §. sed si liberti. & facit optimè. ʒ. de bo. lib. l. si filius. §. j.*

Ei.

a ¶ *Et seruo*. Accursius.
b ¶ *Velit*. non aliàs: vt supra l. proxi. §. inuito. & contrarium signa vt ibi. & facit supra de leg. ij. l. imperator in princip. & de lega. iij. si legatarius.
c ¶ *Inuitus*.] Non est. vt supra eo. l. generaliter. §. fin. & de act. emp. l. Titius. ¶ Et sic est argu. quod dominus[a] non[b] potest in alium alienare ius vassalli vel feudi inuito vasallo. ADDITIO. Limitabis hanc glossam cum suo text. per l. j. & quod ibi not. Bal. C. de ser. fugit. ... in c. praeterea ducatus. §. insuper etiam. & ibi per eundem. Bald. in ver. nota quod dominum. in titu. de prohib. feu. alie. per Fredericum.
d ¶ *Vt proprium*. ipsius heredis. secus si ipsius minoris: vt C. eo. l. minor Accursius.
e ¶ *Seruus*. facit §. de manu. test. l. si quis ita. & l. Stichum.
f ¶ *Is*. scilicet Titius.
g ¶ *Aeque*. sicut primus.
h ¶ *Continuo*. absurdum enim erat moram fieri occasione legati nullum emolumentum afferentis.

a Feuda enim alienari possunt sine consensu subditorum cum vniuersitate territorij, scilicet alienando subditos cum territorio territorio domini alienare ... quod habet in subditos. Id enim non potest fieri de iure sine eorum consensu, nisi forte alienatio fieret in casu imminentis maximae necessitatis. Benedict. ... Pet. ... Rauennatem ... Feud. ... b ... vasallum ... innocentiprin ... Alci ... Corrensis ... Eurrardum ... vasallum ...

ei[a] praestare, cui seruus velit[b], ne intercidat libertas.

XXXIIII. POMPONIVS *libro tertio Fideicommissorum*.

INuitus is cui fideicommissa libertas relicta est, non est[c] tradendus alij vt ab eo manumittatur, & fiat alterius libertus, quàm qui rogatus est manumittere.

1 ¶ Campanus ait, si minor annis viginti rogauerit heredem, vt proprium[d] seruum manumittat, praestandam ei libertatem: quia hic lex Aelia Sentia locum non habet.

2 ¶ Seruus[e] legatus erat Calpurnio Flacco: isque rogatus erat eum manumittere, & si non manumisisset, idem seruus Titio legatus erat: & is[f] aequè[g] rogatus erat vt eum manumitteret: si non manumisisset, liber esse iussus erat. Sabinus dicit, inutiliter legatum fore: & ex testamento eum continuò[h] liberum futurum.

Heres post acceptam hereditatem, vel legatarius agnoscens legatum, tenetur seruum proprium de quo rogatus est manumittere, licet ei valde sit necessarius, vel dominum dictus seruus grauiter offenderit. h. d.

XXXV. MARCIANVS *libro quintodecimo Fideicommissorum*.

GAij Cassij non est recepta sententia, existimantis & heredi & legatario remittendam interdum proprij serui manumittendi necessitatem, si vel vsus[k] eam necessarius esset, vt eo carere non expediret, veluti dispensatoris, paedagogi vel liberorum: vel tantum delictum[i] est, vt vltio remittenda non esset. Visum est enim ipsos in sua potestate habuisse[k], nam potuissent[l] discedere à causa testamenti: qua non omissa, debere voluntati defuncti obsequi.

Senatusconsultum Rubrianum non comprehendit personas hac lege enumeratas.

GAij.] CASVS. Heres siue legatarius rogatus de manumittendo seruo suum, an semper compellatur? & Cassius dixit quòd non in casibus istis: vt si vsus huius serui sit valde necessarius heredi vel legatario: veluti si seruus sit dispensator domini, vel paedagogus: vel grauiter deliquit contra dominum, sed tamen dictum Cassij corrigitur. Et dicitur quòd ex quo habuit lucrum à testatore, debet & hoc onus sentire, vt sic semper compellatur manumittere, ex quo accepit hereditatem vel legatum. Francisc.
i ¶ *Delictum*. id est cum seruus magnum delictum fecit: putà quia iacuit[c] seruus iste cum vxore eius.
k ¶ *Habuisse*. manumittere, vel non, his casibus. & sic est dictum Cassij. Vel dic econtra habuisse, scilicet accipere relictum, vel non: cùm si receperit, omnino cogetur manumittere. Accursius.
l ¶ *Potuissent*. ratio Cassij: sed cassa. Ioan. quia hoc inconueniens sequeretur, quia melius esset non parere voluntati defuncti, quàm parere. Vel dic esse verba Modestini: sic scilicet, merito sententia Cassij non est recepta. nam potuissent &c. scilicet secundum Cassium: quod esset absurdum, & semper in idem recidit.

* Vsus eius.

c Paria intelligantur ...

NEque infantes.] CASVS. Rubriano senatusconsulto est cautum, quòd si heres vel legatarius est grauatus manumittere seruum testatoris, & non manumittat: & vocatus coram iudice non veniat: iudex debet pronunciare istum seruum liberum: & erit libertus testatoris non heredis vel legatarij. hoc senatusconsultum non spectat ad infantem, vel furiosum: vel ab hostibus captum, vel ad militem, vel ad magistratum vel ad pupillum qui non habet tutorem: vel si habet, habet aliquem de praedictis, vel habet illos qui studiosè in odium pupilli non curant manumittere. nam si aliquis istorum est grauatus seruum testatoris manumittere cuius est heres, vel legatarius, & non manumittat: & iudex pronunciat illum seruum esse liberum: erit bene libertus eius, licèt ab eo non sit manumissus: perinde ac si esset absens ex iusta causa. & hoc est inductum ex Dasumiano senatusconsulto. Idem est si aliquis rogatus manumittere, est absens, per procuratorem tamen respondet coram iudice ob hoc citatus: quia non eripitur ei libertus. Vltimò dicit: heres vel legatarius rogatus de manumittendo seruum hereditarium, coram iudice competenti citatus, ex priuilegio alicuius dignitatis non vult coram eo respondere. Dicitur quòd non auditur priuilegium ad hoc allegans quicunque sit, siue priuatus, siue ciuitas.

XXXVI. IDEM *libro sextodecimo Fideicommissorum*.

NEque infantes, neque furiosi, neque ab hostibus capti, neque hi quos[m] religio[n], aut honestior[o] causa, vel calamitas aliqua, vel maior res familiaris, aut capitis famaeue periculum, aut similis causa moretur †, Rubriano senatusconsulto continentur[p]: ac ne pupilli quidem, qui tutores non habent, aut eos habeant quos earum quae causa detinet[q]. Sed nec si hi[r] data opera sui potestatem non faciunt, puto pupillis libertos eripi: quia & iniquum[s] est, facto tutoris, qui[t] forsitan soluendo non sit[u], pupillum damno adfici: & senatusconsulto non continetur alius quis, quàm qui ex causa fideicommissi debet[x] praestare libertatem. Quid ergo est? Dasumiano † senatusconsulto subuenitur[y] his: quo cautum est de his qui iusta ex causa abessent, vt nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his qui fraude careant.

1 ¶ Si per procuratorem quis defendatur, semper iusta ex causa abesse dicitur[z]: nec libertus ei eripitur. 2 ¶ Nihil facit ad interpellendam[a] iurisdictionem eius qui de fideicommissa libertate cognoscit, priuilegium cuiusque vel ciuitatis vel corporis, vel officij in quo quisque est, vel conditio personarum.

Heres non potest denegare quin det libertatem seruo de quo rogatus est vt eum manumittat, sub praetextu rationum non redditarum eorum quae gessit in rebus testatoris. h. d.

XXXVII. VLPIANVS *libro quinto Fideicommissorum*.

SI purè[b] data sit fideicommissa libertas, & is seruus rationes administrasse dicatur: diuus Marcus rescripsit, moram libertati non esse faciendam[c]: ex con-

m ¶ *Quos*. s. milites.
n ¶ *Religio*. sacramenti: vt milites.
o ¶ *Honestior*. veluti si magistratum gerant.
p ¶ *Continentur*. vt ex eo ius patronatus amittatur.
q ¶ *Detinet*. scilicet aliqua praedictarum.
r ¶ *Si hi*. tutores. Accursius.
s ¶ *Iniquum*. non solum absurdum.
t ¶ *Qui*. scilicet tutor.
u ¶ *Non sit*. scilicet pupillus ad emendandum damnum quod ei ex culpa eorum contingit. Azo.
x ¶ *Debet*. quia scilicet tutores non debent praestare, sed pupilli. & facit §. l. cum quasi §. j. & §. imperator.
y ¶ *Subuenitur his*. vt j. eo. non tantum. §. frater.
z ¶ *Dicitur*. facit Instit. de his per quos age. poss. §. j.
a ¶ *Interpellandam*. i. impediendam.

† Debent ad ... venire.
† Dasumiano. al. Damasiano.
a Contumacia tutoris non nocet pupillo l. neque ... infra ... de reg. iuris.

SI purè.] CASVS. Rogaui heredem meum vt seruum meum qui fuerat meus castaldio, manumittat. heres non vult manumittere, nisi reddat rationem. certè heres non auditur: imò cogitur manumittere: & factus liber reddet rationem eius quod gessit, hoc modo. nam computabit cum herede. & si quid habet de bonis domini, heredi reddet. non autem si quid malè gessit, tenebitur heredi emendare: cùm liber factus non teneatur de eo quod gessit in seruitute. Franc.
b ¶ *Si purè*. id est non conditionaliter: putà quòd sit liber si rationes reddiderit.
c ¶ *Faciendam*. vt j. si quis testam. liber esse iussus fuerit. l. j. §. si seruus. ¶ Sed videtur differri post redditam rationem, vt infra de lib. caus. l. imperator. Sol. ibi erat liber, vel non erat purè relicta. Item

contra. ℥. eo. tit. de his. Sed ibi non erat purè: hic sic. ad quod est. ℥. de condit. & demonst. sicut libertas.

a ¶ *Sine conditione.* tunc enim differretur: *vt C. de test. manum. l. cum testamento. qua est contra.*

b ¶ *Qua.* scilicet libertate.

c ¶ *Arbiter.* i. iudex.

d ¶ *Reddat.* qualiter reddere debeat: exponit statim. Accursius.

e ¶ *Rationem.* i. [a] cum putare, & quæ habet apud se, reddere.

f ¶ *Reliqua.* quæ non habet.

g ¶ *Adijcitur.* scilicet in verbis rescripti.

h ¶ *Non potest.* Contra C. de peti. hered. l. fin. §. pen. Solu. ibi speciale. vt ibi patet. ¶ Item cōtra ℥. de nego. gest. l. cum actum. & l. seq. §. Scæuola. & C. de nego. gest. l. si cognati. Sed in illis ll. aliena non domini gessit negotia: vbi seruus quod in illis legibus dicitur.

i ¶ *Instruere.* id est docere qualiter gesta sunt: *vt supra de condit. & demonstration. l. cum seruo.*

a Ratione reddi ditione conti netur computatio & reliquorum exstantium redditio.

[g] adijcitur.

† Rationum libri sunt pars rationis *adde l. si ita fuerit. ℥. de manu. testamen. l. §. officio. l. de condit. rationi. Vide Franciscū Viuiū i. Com. opinio 159.*

‡ Omnia filij vt ab

b Minus solemnem voluntatem defuncti, qua quid cōiunctæ personæ relinquit & amicæ, producere actiuam neque ad si solemnis esset, hinc colligit Mathesilanus singularem, quam sententiam restringit ad legata tantum & fideicommissa nec enim institutionem tamen personatum in minus solenni testamento factā valere ait.

c Codicillaris clausula ex dilectione & amore tacitè subintelligitur. v Mantican. de coniect. vltim. volunt. vbi aliosce sese ponit in quibus Codicillaris clausula non expressa debet intelligi. ad de Glossam & cohæret ti. 22. §. filia in verbo non valuit. ℥. de vulgari substit.

d Ex testamento imperfecto inter liberos legata adpias causas solui, vel ab ipsis liberis: vel ab heredib. ab intestato filiberi institutis ab ilius eaut hinc colligit Boer. decisio 93.

tinenti tamen arbitrum dādum esse, qui computationem ineat, verba rescripti ita se habent: Æquius videtur Trophimo ex causa fideicommissi præstari libertatem, quia sine conditione [a] reddendarum rationum datum esse constat. neque humanum fuerit, ob rei pecuniariæ quæstionem libertati moram fieri. qua [b] tamen repræsentata confestim arbiter [c] à prætore erit dandus: apud quē, ratione quam administrasse eum apparuit, ex fide reddat [d]. Tantum igitur rationem [e] reddere cogetur.] Sed an & reliqua [f] restituere debeat, nihil dicitur [g]. nec puto cogendum. nā de eo quod in seruitute gessit, post libertatem conueniri non potest [h]. Corpora † planè rationum, & si quas res vel pecunias ex his detinet, cogenias ex his detinet, cogendus est per prætorem restituere, item de singulis instruere [i].

Heredes rectè & piè dant libertatem alumno cui pater in testamento suo reliquit fideicom. libertatem, licèt ipsi heredes ab intestato succedant: quinimo debent dicta alumna soluere fideicommissa. h. d.

XXXVIII. Paulus *libro tertio Decretorum.*

IN testamēto quod perfectum non erat [k], alumnæ suæ libertatem & fideicōmissa dedit. cū omnia [l] † vt [m] ab intestato egissent [n] quæsiit imperator, an vt ex causa fideicōmissi manumissa fuisset? & interlocutus est, etiam si nihil ab intestato pater petisset, pios tamē filios debuisse [o] manumittere eam quam pater dilexisset. pronuntiauit igitur rectè eam manumissam: & ideò fideicōmissa etiam [illegible] præstanda.

Error testatoris putantis seruum esse suum, cui reliquit fideicommiss. libertatem, non officit libertati eiusdem serui. secus est in alia re legata. h. d.

XXXIX. Idem *libro tertiodecimo Responsorum.*

In testamento.] Casus. Pater in testamento alumnæ suæ reliquit libertatē, & eidem per fideicommissum aliqua reliquit. tādem filij ab intestato succedentes patri. manumiserunt istam. Dicitur quòd bene fecerunt, & ei debebunt fideicommissa. Fran. Accursius.

k ¶ *Non erat.* de iure.

l ¶ *Cum omnia.* quę cōtinebantur in testamēto. Azo.

m ¶ *Vt.* id est sicut.

n ¶ *Gessissent.* eámque manumisissent.

o ¶ *Debuisse.* plus respon. quàm quærat. nam ad quæstionem erat responsum. ℥. eod. l. cum quasi. §. fin. & postea sic respondet. ¶ Sed huic respon. & quod dicit in fine. l. est contra. C. de manu. testam. l. ex testamento. & l. si iure. & C. de fideicom. tam quam. & l. si veritas. & l. ex testamento. & Cod. eod. l. j. & ij. Solu. speciale [b] in persona sic [c] dilecta: arg. eius quod dicit, pios [d] &c. & arg. supra de lega. ij. cum pater. §. filius mitem. & C. de lega. cum rem alienam. Item ex quo libertatem dederunt: per consequēs & pecuniarium fideicom. præstare debent: *arg. C. de testa. non dubium & C. de fideicom. etsi inutiliter. vt C. ad l. Fal. Authen. sed cum testator.* non autem placet quòd fuerunt hic repetita ab intestato: quia hoc est diuinare. nec quòd est de relictis in testamento filij: quia hoc est cōtra literam: imò patris.

Paulus.] Casus. Vnum ex heredibus meis rogaui vt Stichum quem credebam seruum meum, manumittat. Dicitur quòd licèt Stichus appareat alienus: tamen heres rogatus cogetur eum emere & manumittere: sed secus si alienā rem, quam credo meam, per fideicommissum lego nam non valet. [Paulus.] Dixit testator in testamento, crede mihi Zoile quòd gratias tibi aget filius meus Martialis. Dicitur quòd per hæc verba Zoilus & sibi cōiuncti consequantur libertatem à Martiale, si serui eius erant. Fran.

PAulus respondit, etsi alienus inueniatur seruus, quem vt suum testator ab vno ex heredibus voluerit manumitti, tamen cogendum eum qui rogatus est, redimere eum, & manumittere: quoniā non putauit [p] simile esse causam libertatis, & fideicōmissi pecuniarij [q]. 1 ¶ Paulus respondit, his verbis [r], πίστευσον Ζώιλε, ὅτι τὰς χάριτάς σοι ἀποδώσει ὁ υἱός μου Μαρτιάλιος, καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

[i. Crede mihi Zoile, gratias tibi referet filius [f] meus Martialis: imo non tibi solū, sed & filiis tuis.] plenam voluntatem defuncti continere [t] circa benefaciendum [u] coniunctis [x] personis Zoilum [y]. qui si serui sint, nihil est † gratum [z] his præstari posse, quam libertatem: ideóque præsidem debere sequi voluntatem defuncti.

Testator qui inter viuos seruum vel ancillam donauit, non potest in suo testamento illum seruum vel ancillam iubere manumitti per donatarium: nisi talis donatarius legatum aliud sibi relictum agnouerit. h. d.

XL. Idem *libro quintodecimo Responsorum.*

LVcius Titius Septiciæ filię suæ naturali [a] Concordiam ancillam suam donauit [b]. idem postea testamento filiæ suæ cum aliisquibusdam ancillā suprascriptam legauit, vt manumitteretur. Quęro, an Septicia filia naturalis ancillam suprascriptam manumittere cogi possit. Paulus respondit si viuo patre naturali donatio ancillæ fuit, neque patris naturalis iudicium in cæteris legatis filia adgnouit [c]: non posse eam cōpelli ancillam propriam [d] ex causa fideicommissi manumittere.

1 ¶ Lucius Titius Stichum seruum Mæuio legauit: & petiit, vt neque ab eo, neque ab herede eius vnquam manumitteretur. Paulus respondit, testatorem [e] potuisse postea hunc seruum ad libertatem perducere: quia non sibi legem dixisset [f], sed legatario.

p ¶ *Non putauit.* Paulus. Accursius.

q ¶ *Pecuniarij.* si enim alienam rem vt suam per fideicom. reliquit, non valet: *vt instit. de leg. §. non solum.*

r ¶ *Paulus respondit*, his verbis. hęc est interpretatio Græci: Crede mihi Zoile, quoniam gratias reddet filius meus Martialis tibi, & tuis filiis iure, id est quod iustè vel de iure erit. Alij non habent hanc expositionem: sed dicunt, quòd hac lege testator alicui de suis seruis gratum reliquit. sed nil [a] gratius libertate. ergo ea relicta videtur.

f ¶ *Filius.* quod iustè erit.

t ¶ *Cōtinere.* dixit Paulus. Accursius.

u ¶ *Benefaciēdum.* aliàs beneficiū, scilicet præstandum.

x ¶ *Coniunctis.* qui sunt serui. & Zoilus.

y ¶ *Zoilum.* subaudi, & in Zoilum, siue circa Zoilum.

z ¶ *Gratum.* sic institu. qui. ma. nō poss. §. cūm ergo.

a Libertate nihil gratius cōferri potest. l. libertas inf. de regulis iuris.

† nihil tam gratum. similiter loquēdi genere laf. l. 45. §. 2. in fideicommissaria. satis iniuriam facit libertati quæ fideicom.

Lucius.] Casus. Filiam ex concubina habui, & ei donaui ancillam meam nomine Concordiam: & ita tenuit donatio. postea feci testamentum, & eidem filiæ eandem ancillam cum quibusdam rebus legaui: & eam rogaui de ea ancilla manumittenda. quæritur an hæc filia compellatur manumittere hanc ancillam? & dicitur quòd non, si non accipiat legata alia sibi relicta. nam hanc ancillam habuit iure donatio. & purè. [Lucius.] Legaui seruum meum Stichum Mæuio: & rogaui ne ipse vel heres eius eum manumittat. Dicitur quòd ego adhuc viuēs potero eum manumittere, quasi hanc legem Mæuio & suis imposuerim. non mihi. Fran.

a ¶ *Naturali.* quæ erat nata ex concubina: & sic non [b] erat in potestate patris [c].

b ¶ *Donauit.* & tenuit donatio, cūm non esset in potestate: *vt ℥. de dona. l. hereditatem.*

c ¶ *Adgnouit.* quòd si esset, cogeretur: *vt Cod. eodem l. deberi. & l. si te.*

d ¶ *Propriam.* scilicet factam olim per donationem.

e ¶ *Testatorem.* qui legem dixit.

f ¶ *Dixisset.* non enim potuit: *vt [d] ℥. de lega. iij. si quis in principio.*

b Filius naturalis non est in potestate patris.

c Donare filio naturali pater potest. nec enim filius naturalis est in patris potestate.

d Legem sibi imponere nemo potest.

clp. & argumentum. supra de donationibus inter virum & uxo. quod autem §. penultimo. & de legat. j. cum filio. §. ipsi. & de arbitr. lege penultima.

LIB. SCAEVOLA *libro quarto Responsorum.*

THais [a] *ancilla mea cùm heredi meo seruierit annos* [b] *decem, volo sit mea liberta.* quęritur, cùm libertam suam esse voluerit, nec id heres facere potuerit †, nec directa † purè data sit libertas, an etiam post decem annos in seruitutem remaneret. Respondit, nihil proponi cur non Thaidi libertas debeatur [c].

1 ¶ Lucius Titius ita cauit: *Maui fili charissime te rogo, ut si Stichus & Damas & Pamphilus te promeruerint* [d], *ære alieno* [e] *liberato: ne alterius quàm tuam seruitutem experiantur.* Quæro an si per heredem steterit quo minus æs alienum exolueretur, ex causa fideicommissi libertatem cõsequi possint [f]. Respondit, non quidem imputandum heredi si pro commoditatibus rei suæ administrandæ æs alienum tardius exoluerit: verùm si manifestè studium non soluentis ei rei paratum, ut libertatibus mora fieret, probaretur, repręsentandas libertates [g]. 2 ¶ Tutoris, quem & ipsum testamento liberis dederat, fideicommisit de manumittendis seruis ipsius tutoris: sed is à tutela excusatus fuerat. Quęro an eisdem seruis libertatem præstare deberent tutores, qui in locum excusati dati tutelam administrarẽt. Respondit, secundùm ea quę proponerentur, libertates & ab heredibus scriptis videri datas [h].

3 ¶ *Seio auri libras tres, & Stichum notarium* [i], *quem peto* [k] *manumittas.* Seius eodem testamento tutor datus à tutela se excusauit [l]. quæritur an nihilo minus fideicommissa libertas debeatur. Respondit nihil proponi cur non debeatur. 4 ¶ Sorore sua herede instituta, de seruis ita cauit [m] †: Βούλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκυτάτη μου ἀδελφή, ἐν παραθήκαις ἔχειν Στίχον καὶ Δάμαν τοὺς πραγμα-

† subaudi manumittendo.
† Quia vsus est verbo dic, quod est fidei commissarium l. libertas et ea eadem. l. a. §. vlt. Inst. de sing. reb. per fideicommiss.

THais ancilla] CASVS. Reliqui libertatem Thaidi ancillæ meæ hoc modo: Cùm Thais ancilla mea seruierit per decem annos heredi meo, extunc volo quòd sit mea liberta. videtur quòd esse non possit: cùm directam libertatẽ testator non reliquerit. vnde & si heres manumittat, non efficietur liberta testatoris. & sic videtur quòd debeat remanere serua etiam post decem annos. & hoc de rigore: sed tamen de æquitate dicitur quòd heres debeat eam post decem annos manumittere. [LVCIVS.] Quosdam seruos obligaueram: rogaui heredem meum, vt si serui prædicti eum promeruerint, eos liberet ære alieno: nolens quòd alterius quam suam seruit. experiantur, heres noluit, & sic creditor forte eos vendidit. quæritur an eis debeatur libertas ex causa fideicommisi. & distinguitur. nam si heres necessitate rei familiaris impeditur quo minus nunc luat: non debebitur per hoc libertas. si autem studiosè differat: tunc debebitur libertas fideicommissaria. [TVTORIS.] In testamento quendam reliqui tutorem filiis meis: & eum rogaui de seruis suis manumittendis. tandem hic tutor excusauit se à tutela: & alij sunt dati loco eius. quæritur an isti alij tutores debeant præstare libertates seruis istis. Et dicitur quòd sic. ement ergo eos & manumittent. [SEIO.] Reliqui in tutorem Seium filiis meis. & eidem legaui tres libras, & Stichum scriptorem: & eum rogaui quòd Stichum manumittat. tandem Seius excusauit se à tutela. Dicitur quòd nihilo minus debebitur libertas per fideicommissum Sticho: sed non aperit per quem. Sed tu dic quòd aut Seius amisit legatum: quod est verum si contempla. tutelæ erat ei relictum: & tunc debebitur libertas per heredes testatoris: si autem non amisit: vt quia non hac contempla. erat ei relictum: tunc ipse Seius debebit libertatem. [SORORE.] Sororem meam heredem institui, & rogaui eam de seruis meis manumittendis, hoc modo: volo dulcissima mea soror, vt tales meos seruos castaldiones meos habeas commendatos: quos nolui manumittere donec rationes meas reddiderint. si autem tibi placebit eos manumittere: scias mentem meam, in qua bene mihi placet, quæritur an per hæc verba videatur rogata de manumittendo, etiam si ei displicere videbitur? Respon. quòd sic. non enim spectandum est &c: [LVCIA TITIA.] Rogaui heredem meum vt Pamphilam ancillam Titij emat cum filiis suis, & eos omnes manumittat. nunc emit, & nondum sunt sibi traditi, eo quòd non soluebat pretium: & sic nunc Pamphila cõcepit & peperit filium. Dicitur quòd hic partus est eius cuius erat & mater tunc temporis cum peperit, scilicet venditoris. si heres tamẽ fuit in mora, cogitur hunc etiam partum emere. [LVCIVS.] Tales meos seruos medicos commendo tibi heredi meo. Dicitur quòd per hæc verba non videtur relicta fideicommissaria libertas, sed erit in arbitrio heredis an velit eos manumittere, vel non. [TITIVS.] Seruo meo castaldioni reliqui libertatem, si rationes reddiderit heredi meo. non debet reddere ea quæ casu perierunt. Item si iussus est reddere peculium: non deducet quod domino debet. Item si id quod debet ex reliquis, versum est in peculium: & peculium debebat reddere, & reddat: satis est. [LIBERTATEM.] Reliqui libertatem Cupito seruo meo castaldioni, cùm filius meus compleuerit sexdecim an. & ipse seruus reddiderit rationes. post mortem meã tutores filij mei commiserunt Cupito seruo administra. de debitis huius pueri exigendis: & cum exegerat seruus, tutoribus assignabat. tandem hic iuuenis antequam compleret sexdecim annos decessit, & ei successit mater: cui matri tutores fuerunt condemnati propter malam administrationem. nunc lapsum est tantum tempus quo si iuuenis viueret, complesset sexdecim ann. petit Cupitus libertatem, & vult reddere rationes eius quod gessit in vita mei testatoris, non eius quod post gessit. Dicitur quòd de omni gestione debet reddere rationem, tam eius quam gessit antę mortem testatoris, quàm post. [STICHVS ET DAMAS.] Testator suo testamento sic dixit: Stichus & Damas sint liberi si rationes reddiderint. Dicitur quòd per hæc verba non solùm debent cõputare, sed etiam reliqua reddere debent. Sed pone quòd erat eis relicta libertas si redderent rationes intra certum tempus: putà intra annũ: & non reddiderunt intra illud tempus. post annũ volunt reddere: & volunt esse liberi: non audiuntur si per eos stetit quò minus intra præscriptum tempus rationes redderẽt. [AB HEREDIBVS.] Rogo heredes meos vt manumittãt seruum meũ Stichum cùm filius meus cõpleuerit xvj ann. & cùm reddiderit rationes. dicitur quòd debet reddere rationes eius quod gessit in vita mei testatoris in bonis meis, & etiam eius quod gessit post mortẽ meam. [STICHVS SERVVS.] Seruo meo reliqui libertatem per fideicommissum si det decem vxori meæ & heredibus meis. nunc vxor mea abstinuit se ab hereditate mea: & filia sola mihi successit. dicitur quod huic filiæ tota decem sunt danda, vt ipsa manumittat hunc seruum. [HEREDEM.] Titius instituit filium heredem: & libertatem dedit quibusdam seruis hoc modo: Decẽber & Seuerus & Victorina post annos octo liberi sint, & commendauit eos filio. post hoc testamentum Titius vixit per plures annos. quæritur, quando incipient currere isti octo anni? Et dicitur quòd à tempore testamenti facti. [SPENDOFORVS.] Reliqui libertatem Spendoforo seruo meo sub condi. hoc modo. Cum filia mea in familia mea nupserit: si rationes idoneè filiæ meæ administratas reddiderit Spendoforus, liber esto. hæc filia existens impubes decessit viuo me patre eius: & sic Spendoforus non administrauit rationes eius. nunc quæritur an Spendoforus sit liber elapso tanto tempore post mortem filię quo si viueret illa cõplesset duodecim annos, & sic facta fuisset nubilis. Et dicitur quòd sic. [STICHVM.] Stichum rationibus redditis manumitti volo. nunc Stichus adducit ea quæ gessit: & qualiter ego dominus approbaui omnia quæ fecerat Stichus. Dicitur quòd debebit manumitti hic Stichus. Franc.

† Vide Alexand. lib. ... c. 37.

a ¶ *Thais.* scilicet liberta testatoris.
b ¶ *Annos.* id est per decem annos.
c ¶ *Debeatur.* fideicom. nam directa [a] non dicitur deberi: sed competere adita hereditate: *vt* §. *de manu. testa. l. testamento.* Sed quidam ex interpretatione directa dicunt.
d ¶ *Promeruerint.* suis seruitiis.
e ¶ *Aere alieno.* pro quo pignori tenentur creditori. M.
f ¶ *Consequi possint.* à creditore fortè venditi.
g ¶ *Libertates.* fideicommissarias: *vt & C. eo. l. ancillam.* nõ directas: *vt* §. *de manu. l. iij. & facit* §. *eo. l. rogo.*
h ¶ *Datas.* vt *C. de reb. cred. l. cum etiam à pupillorum tutoribus.* ergo noui præstare debent.
i ¶ *Notarium.* id est [b] scriptorem: nec fit contra. *C. de tabul. l. generali lege. lib. x.*
k ¶ *Peto.* id est deprecor.
l ¶ *Excusauit.* per quod amisit legatum, cum distinctione tamen, *vt* §. *de testam. tut. qui tutelam. & de excusat. tut. l. tutor petitus.* & loquitur hic fortè quando non amittit. sed H. indistinctè facit hic loqui.
m ¶ *Cauit.* sequitur Græcum, eiusque interpretatio vsque illud quæro, &c.

a Directã hoc casu competere negat post Iacobum Albericus, quia testator dixerit, Volo, quod fideicommissarium. §. vlt. Inst. de sing. reb. per fideicom.

b Notarium pro scriptore.

a ¶ *Probentur*. scilicet vt manumittas.
b ¶ *Meam sententiam*. id est, qui mihi placet.
c ¶ *Esset*. soror prædicta heres.
d ¶ *Bono*. sic j. tit. ij. l. a *beo*. & ff. de le. iij. *fideicommissa*. §. *sic fideic*.
e ¶ *Filiis*. iam natis.
f ¶ *Iuridicus*. i. iudex: *vt instit. de excu. tut*. §. *pen*.
g ¶ *Aestimauit*. cùm discordia esset de pretio: nunc autem perfectus fuit contractus, & sic dominium remansit primi domini.
h ¶ *Ad heredem*. ab eo redimendum: *vt & C. eo. cum libertatem*.
i ¶ *Tibi*. heredi.
k ¶ *Iudicio*. id. volútate. *facit C. e. l. ex verbo*.
l ¶ *Salario*. salarium vocat operas eis impositas.
m ¶ *Dederit*. sequitur Græcum, cuius interpretatio est, vt detrahatur prius quicquid ex quacumque causa debet: scilicet creditoribus peculiaribus. nó dico domino: vt patet per inferiora. & quod superest: peculium sit, & debeat restitui dño.
n ¶ *Computari*. id est deputari.
o ¶ *Non pertinere*. *vt & ff. de ma. testa. l. qui filiu*. §. *fin*.
p ¶ *Deduci*. creditoribus.
q ¶ *Desolutum*. scilicet creditoribus.
r ¶ *Exactionem*. debitorum: vt ab eis, scilicet debitoribus debita exigat.
s ¶ *Expensauit*. i. designauit: quod non sufficit: *vt hic & ff. de ma. testa. l. qui filium*.
t ¶ *Habuit*. mater.
u ¶ *Rationes*. i. quas tépore testatoris gessit. Azo.
x ¶ *Quo*. anno. Accur.
y ¶ *Fuerunt*. sic isti sunt introitus & expensæ talis anni.
z ¶ *Egerunt*. per capitulum.
a ¶ *Nam alteram*. scilicet cùm Martianus sexdecim annos impleuerit. Accursius.
b ¶ *Satis fuerit*. *vt ff. de ma. l. fi*. §. *si ita scriptum fuerit*. & *C. eo. l. fideicommissaria*.
c ¶ *Rationes*. computando.
d ¶ *Quoquo genere*. i. quoquo modo. & *facit ff. de test. m. mi. l. si ita sit scriptum*. & *l. qui filium*. & *C. de test. ma. l. ij*.
e ¶ *Tempora*. à testatore definita.
f ¶ *Non paruerût*. serui quibus erat relicta li-

a Hæredibus visceteid debet, quod viro bono placeret.

b Iuridicus pro iudice.

c Discordiam tollere iudicis officium est.

d & mallHis enim verbis, tua voluntate liberum arbitrium confertur: tuo iudicio, arbitrium boni viri. v. Menochium. de arbitr. q. 8. n. 14.

e Exactio hæc fit extra iudiciū: nec enim seruus in iudicio consistit.

πίστας μου, ὡς ἐγὼ οὐκ ἠλευθέρωσα ἀχθεὶς ἀπὸ [illegible] ἢ ἐς ὅτι ἀρέσκειν, ἐπιγνωστὰ τὰς [illegible] μου. [id est, Volo, & à te peto soror suauissima, vt Stichum & Damam actores meos, quos ego, quoad rationes retulerint, nó manumisi, tibi esse cõmendatissimos. Quòd si ipsi tibi quoque probentur [a], exposui tibi meam sententiam[b].] Quæro si paratis actoribus rationes reddere, heres libertatem non præstet, dicendo eos nó placere sibi: an audienda esset[c]. Respondit nó spectandum quod heredibus displiceret: sed id quod viro bono [d] posset placere, vt libertatem cõsequantur.

5 ¶ Lucia Titia heredum fidei commisit, vti Pamphilam ancillam Seiæ cum filiis [e] eius redimerent, & manumitterent. & iuridicus [f] quáti singuli essent redimendi, æstimauit [g] medio tempore Pamphila, antequam pecunia solueretur, peperit. Quæro, id quod natum est ex Pamphila, vtrum ad heredes Titiæ, an ad heredem [h] Seiæ pertineat. Respondit, id quod natum est ex Pamphila, eius quidem esse, cuius ea fuerat tunc cùm pareret: verum heredem, si moram fideicõmissæ libertati fecit compellendum partum quoque ad libertatem perducere.

6 ¶ Lucius Titius ita testamento cauit: *Medicos tibi* [i] *cõmendo illum & illum, in tuo iudicio* [k] *erit, vt habeas bonos libertos & medicos. quòd si ego libertatem eis dedissem: veritus sum quod sorori meæ charissimæ fecerunt medici serui eius manumissi ab ea: qui salario* [l] *expleto reliquerunt eam*. quæro an fideicommissa libertas suprascriptis competere potest. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, non necessitatem heredibus impositam, sed arbitrium permissum.

7 ¶ Titius Sticho seruo suo libertatem dedit, si rationes (sic) dederit [m] quæro an ratio per eum gesta ita putari [n] debeat, vt damna quæ casu contigerunt, ad onus reliquorū non pertineant. Respondi, in negotio quòd volútate domini administrasse proponatur, ea damna quæ casu ita acciderint, vt seruo nihil possit imputari, non pertinere [o] ad reliquorum onus. 8 ¶ Item quæro, cùm omne peculium reddere iussus sit: an ita peculium cõputari debeat, vt id solùm peculij esse videatur, quod quacumque ex causa domino debeat superesse. Respondit, in ea specie de qua quæreretur, non debere deduci ex peculio, quod domino debeatur. 9 ¶ Item quæro, an si ex reliquis in peculium aliquid conuertit, deduci [p] hoc ex peculio reddendo debeat. Respondit, si id quod ex causa quæ proponeretur, in peculium versum est, reliquorum nomine desolutū [q] est: fieri satis códitioni, si id quod reliquum est peculij, soluatur. 10 ¶ Libertatem ita testaméto dedit: *Cupitum seruum meum, cùm Marcianus filius meus sedecim* * *annos impleuerit, rationibus redditis liberum esse volo*. post mortem testatoris tutores Cupito exactionem [r] † commiserunt, isque nummos redactos expensauit [s] eisdem tutoribus: deinde filius impubes decessit: cui mater heres extitit, & tutorem tutelæ iudicio filios condemnatum habuit[t]. Cupitus ad libertatem proclamat eo tempore, quo si viueret Marcianus, annos sedecim ætatis habiturus esset: offerens rationes [u] vnius anni in diem mortis testatoris, quòd [x] * cæteræ subscriptæ fuerunt [y]. quæsitum est an eas quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt [z], Cupitus reddere compelli debeat. Respódit, eum de quo quæritur, conditioni rationis reddendæ ita videri paruisse: si omne ex eo quòd gessit, (&) rectè desiderari potest, reddiderit. nam alteram [a] conditionem humaniore interpretatione ita accipi posse, vt defuncto pupillo tempus, quo si viueret, sedecim annos impleret, expectare satis fuerit [b].

11 ¶ *Stichus & Damas serui mei si rationes* [c] *reddiderint, liberi estote*. quæsitum est an non solùm rationes, verùm si qua alia consilio & fraude eorum amota sunt, præstare ab his debeant, vt ad libertatem perueniant. Respondit, rationum reddendarum conditioni † contineri omne quod quoquo genere [d] serui actum fidemque respiceret.

12 ¶ Intra certa tempora [e] conditioni reddendarum rationum non paruerunt [f]. postea parati erant [g]. quæsitum est, an perueniant ad libertatem. Respondit, si per ipsos stetisset quo minus intra tempora præscripta conditioni parerent, non idcirco [h] liberos fore, quòd postea rationes velint reddere.

13 ¶ *Ab heredibus meis peto, fideique eorum committo, cùm filius meus sedecim* * *annos impleuerit, Stichum rationibus redditis manumittant*. quæro an eundem seruum testator in diem: vsque pubertatis filij sui actū agere [k] voluerit. Respondit, manifestū [l] esse, testatorem huius quoque actus rationem à Sticho reddi voluisse. 14 ¶ *Stichus seruus meus iubeo vt det præstétque filiæ & vxori meæ heredibus meis sine vlla controuersia* sot.

bertas sub conditione reddendarū rationum.
g ¶ *Parati erát*. reddere rationes.
h ¶ *Non idcirco*. *sic ff. de arbi. Celsus. in prin. & C. de contrahen. stipul. magnam*. Sed contra. j. *de verb. obl. qui Romæ*. §. *Flauius. ij. respon*. Sed illud permittitur, vt euitetur pœna conuentionalis. hic autem non sufficit postea velle. id est post diē adimplere cōditionem: vt ideò dominus cogatur manumittere. posset tamē si vellet, & eodem modo respó. ad illam j. *de verbo. obli. interdum*. §. *fi*. & *l. si seruu*. §. *sequitur*. Præterea in illis non fuit dies apposita: hîc fic. quod multum facit: *vt dixi C. eo. d. l. magnam*. Item in omnibus illis erat obligatus qui moram purgat: hîc serui non. ¶ Item nō obst. ff. *si quis cau. & si post tres*. quia illud est speciale circa iudicia. ¶ Itē contra. j. *de lib. cau. Paulus*. §. *Gaius*. Sed ibi decesserat ille in cuius fauorē adimpléda erat conditio: & ideò post morā potest ad huc adimpleri, & morā purgari. ¶ Itē cõtra j. *ti. ij. Stichu*. §. *Damas*. Sed ibi fortuito casu fuit impeditus. Vel ibi in faciendo, hîc in dando erat conditio.
i ¶ *Vsque in diem*. post mortem testatoris.
k ¶ *Agere*. id est, actus totius si sponte gessit reddere.
l ¶ *Manifestum*. *vt & ff. eo. §. libertatem*.

a Mora purgatio post diē admittitur ad exceptionem acquirēdam, vt sic. at non ad actionem dādam vt [illegible] *l. C. de pactis inter emptor. l. si super. C. de transact*.

* Quidam et manusc. sumendi xvi. quatuordecim quamlec. nec Flor. lectio patitur, nec vlli manusc. quos quidem viderim.

† Exigere, proprie est alicui extorquere. *Cuiac. lec. l. [illegible] in Gloss. in verbo exigere ff. de leg. 2. [illegible] & d. l. [illegible] omnia in pro. [illegible] certissima fibes. Glo. ad. [illegible] ff. de neg. gest. [illegible] quo*.

† conditione.

* Quidam legit quatuordecim. vi & l. ea. l. tribus locis.

tot aureos[a]: *& vt ipsum manumittant, fidei eorum committo.* quæsitum est, cùm vxor ab hereditate abstinuerit, vtrum duobus[b] an filiæ præstare debeat. Respondit filię quæ hæres ex asse extitisse proponeretur, pro solido dandum[c].

15 ¶ Herede filio suo ex asse instituto[d], libertatem dedit in hæc verba: *December dispensator meus, seuerus villicus, & Victorina villica Seueri contubernalis, in annos octo liberi sunto: quos*[e] *in ministerio*[f] *filij mei esse volo. te autem Seuere fili charissime peto, vti Decembrem & Seuerum commendatos habeas: quibus præsentem libertatem non dedi, vt idonea ministeria haberes: quos spero te & libertos idoneos habiturum.* quæro, cùm eo tempore quo Titius testamentum faciebat, filius natus annorum fuerit nouem, & Titius post biennium & sex menses decesserit: anni octo in quos libertas erat dilata ex testamenti facti[g] tempore, an verò ex mortis, numerari debeant? Respondit, pòsse videri testatorem eos annos octo dilatæ libertatis comprehendisse, qui computandi sunt à die testamēti facti: nisi aliud voluisse testatorem probaretur.

16 ¶ *Spendophorus* †, *cum filia mea in familia*[h] *nupserit, si rationes idoneè*[i] *filiæ meæ administratas reddiderit, liber esto.* filia cùm adhuc impubes esset, viuo patre decessit, & ex substitutione Seius heres extitit. quæro, cùm Spendophorus rationes pupillæ non administrauerit, & viuo patrefamilias desierit ipsius rationes administrare, & si viueret Titia, annos haberet amplius duodecim[k], an ex testamento liber sit. Respondit, secundū ea quæ proponerētur, liberum esse, si nullas rationes administrasset, quas reddere heredi deberet.

17 ¶ *Stichum rationibus redditis manumitti volo.* Stichus arcarius[l] probante domino nomina fecit, & rationes à domino scriptas[m] exhibet[n]: nec postea nomen[o] vllū fecit, quæro an si qui minus soluendo fuerit debitores, quibus alij exactores erant applicati[p]: nondum videatur conditioni satisfactum. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, non pertinere ad onus reddendarum rationum quòd soluendo non essent debitores[q].

Si miles post institutum & substitutum alium, scilicet seruum, substituit cum libertate: licèt institutus & substitutus decedant ante aditam hereditatem, tamen seruus habebit hereditatem cum libertate. secus esset in pagano. quia tunc seruus talis solam consequeretur libertatem. h.d.

XLII. MACIANVS *libro septimo Fideicommissorum.*

ANtoninus Pius Augustus noster, quò[r] militum suorū per omnia rata esset voluntas suprema, cum & institutus & substitutus incontinenti[s] priusquam adirent hereditatem, decessissent[t]: eos[u] quibus ab his[x] & libertas & hereditas à milite per fideicommissum data esset, perinde liberos & heredes esse iussit, ac si vtrumque[y] directo accepissent. Eorum autem qui à pagano & libertatem & hereditatem per fideicommissum acceperant: cùm æquè incontinenti & institutus & substitutus decessissent, satis habuit libertatem confirmare.

XLIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

FIdeicommissaria libertas nō debetur ei quem postea vinxit[z] dominus.

XLIIII. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

DE libertate fideicommissaria præstanda seruus cum domino rectè contendit[a].

Si creditor legat aliquid debitori & rogat eum vt manumittat ancillam quam ipse creditor pignori habebat: debitor agnoscens legatum, cogitur ancillam manumittere. h.d.

XLV. VLPIANVS *libro quinto Disputationum.*

SI debitor[b] rogatus sit à creditore ancillam suam pigneratam manumittere: defendendum est fideicommissariam libertatem vtiliter relictam à debitore[c]. Quid enim interest, certa quantitas ab eo relinquatur, an fideicommissaria libertas? Siue plus sit in pretio[d], siue minus, cogitur libertatem præstare, si modò semel adgnouit voluntatem creditoris. Adgnouisse autem sic accepimus, si fortè cum conueniretur[e] ab hereda, vsus est exceptione, vel aliàs voluntatem suam ostendit[f]. nam si conueniatur debitor ab herede creditoris: doli exceptione vti potest in id quod intererit debitoris ancillam[g] suam habere.

---

a ¶ *Tot aureos.* putà decem.
b ¶ *Duobus.* filiæ & vxori.
c ¶ *Dandum.* x. aureos.
d ¶ *Instituto.* à domino putà.
e *Quos.* aliàs si quis sed si. videtur abundare.
f ¶ *Ministerio.* i[a]. dominio: *vt patet* j. *statim.* Acc.
g ¶ *Testamenti facti.* dic vt dixi ʒ. *de testam. ma. qui duos.* §. *fin.* & *facit supra de iure dot.* l. j.
h ¶ *In familia.* quod licet[b] iure fori: *vt C. de nup. l. celebrandis.*
i ¶ *Idoneè.* aduerbium qualitatis.
k ¶ *Amplius xij.* sic ergo inspicitur tempus contrahendarum[c] nuptiarum, *& facit* ʒ. *ad* §. *C. de testa. ma. cùm in testamento.*
l ¶ *Arcarius.* Tenebat enim arcam domini.
m ¶ *Scriptas.* i. approbatas.
n ¶ *Exhibet.* ad hoc vt manumittatur.
o ¶ *Nomen.* id est debitorem.
p ¶ *Applicati,* vt ab eis exigeret.
q ¶ *Debitores.* à quibus nō ille sed alij exigere debēt. Idem dicit H. si ipse erat exactor: quia sufficit dominiū instruere, & reliqua si qua habet reddere, nō autē ea quæ nō habet: cū ex antè gesto nō teneatur: *vt* ʒ. *e. si purè.* & ʒ. *de ma. te. qui filium.* §. *fi.* & *de neg. ge. l. cum allum.* & *l. at qui natura.* §. *Scæuola.*

ANtonius.] CASVS. Miles instituit aliquē. & si nō esset heres, substitutum dedit: & rogauit eos per fideicōmissum, vt manumitterent quosdam de seruis: putà Stichū & Pamphilū: & darēt eis hæc bona. nunc institutus & substitutus decesserunt simul vno impetu, putà per naufragium. quæritur an serui habeant libertatem & bona? dicitur quòd sic. sed secus esset si sic fecisset paganus. nam libertas tantùm teneret. Fran.
r ¶ *Quo.* pro vt. Acc.
s ¶ *Incontinenti.* i. simul.
t ¶ *Decessissent.* fortè naufragio. Azo.
u ¶ *Eos.* i. seruos.
x ¶ *Ab his.* instituto & substituto.
y ¶ *Vtrumque.* id est libertatem & hereditatem: & est contra C. de fideicom. l. tam quàm. Solu. hic speciale: vt & ibi dixi. & facit ʒ. eo. l. in testamento.

FIdeicommissaria.] CASVS. Rogaui heredem meū vt Stichū seruum meum manumittat. postea seruus ille me dominum offendit: vnde feci illum ligari: & sic stare: & decessi. videtur hec fideicom. libertas reuocata. Fran.
z ¶ *Vinxit.* quia hoc[a] ipso quòd postea ligauit, videtur mutasse[b] voluntatem: *vt* ʒ. *de ma. test. l. testamento centurio.* §. *j.* & *facit C. qui non pos. ad li. perue. l. j.* & *C. de pæ. l. seruus.* Item facit j. *de adim. leg. l. Aunt. in fi.* & *l. seq.*

DE libertate.] CASVS. Seruo Titij libertas est relicta per fideicommissum danda ab herede testatoris potest facere cogi heredem vt eum manumittat.
a ¶ *Contendit,* vt & ʒ. *de indi. l. vix.*

SI debitor.] CASVS. Debebas mihi x. & pro his obligaueras ancillā mihi. tādem in testamento meo legaui tibi liberationem huius debiti: & te rogaui de hac ancilla manumittenda. tu agnouisti hoc legatū liberationis opponendo excep. liberationis heredi meo cū hæc x. à te peteret, vel alio modo dicitur quod cogeris manumittere ancillā, etiam si plus valet ancilla quàm sint x. Postea dicit, lego Titio x. & rogo vt seruum suū manumittat, ex quo accepit legatum, cogitur manumittere: licèt seruus plus valeat: nec hoc legatū potest minui. Tertio dicit quod cum aliquis est rogatus de manumittendo seruo vel ancilla: antequam eum manumittat, seruus remanet: nisi esset in mora manumittēdi: & interim poterit eam vendere cum sua causa.
b ¶ *Si debitor.* cui legata est liberatio.
c ¶ *Debitore.* quod fieri potest: *vt Inst. de sin. re. per fideicom. reli.* §. *j.*
d ¶ *In pretio.* ancillæ.
e ¶ *Conueniretur.* nomine debiti pro quo ancilla obligata erat. Azo.
f ¶ *Ostendit.* agens ex volūtate creditoris vt liberetur. Accursius.
g ¶ *Ancillā.* quam co-

---

a Ministerium pro dominio.

a In familia parētum filiæ nubere possunt.

c Aliud in legato. Nam legatum factū Titiæ cùm nupserit, non intelligitur deberi cum erit nubilis ætatis. *l. cum testator. C. e. l. fin. inter C. de nuptiis.*

† Spendophorus. al. Splendophorus. Hæc vox pacificum significat. Erat autē frequens vox etiam id seruorum nomen. Apud Martialem lib. 10. Spōdophorus & Telesphorus nomina sunt puerorum meritoriorum. Alc. lib. pa*rer. cap.* 18. & *lib.* 12 *c.* 5.

a Videtur ob iniectione libertas auferri videtur.
b Voluntatis mutatio non tantū ex verbis aut scriptura, sed & ex signis colligitur.

Vide Vl. fragm. tit. 1 vbi deest huic legi Aeliæ Sentiæ.

gitur manumittere, postquam agnouit voluntatem creditoris eiusdémque testatoris. & facit ȝ. e. l. decem. & ȷ. proxi. §.

a ¶ *Modicum*. i. totum. id quod ei legatum est.

b ¶ *Necesse*. vt & ȝ. proxi. respon. & C. ad leg. Fal. si ea.

c ¶ *Diuisum*. per leg. Fal. Accur.

d ¶ *Libertati*. libertati fieret iniuria: quia aliàs non cogetur manumittere: aut si cogetur, non deberet cogi nisi pro rata quam habet ex legato: quod esset inconueniens, vt pro[a] parte libertatem daret: *vt inf. de lib. cau. l. duobus*. Fideicommissario fit iniuria: quia intellegitur hoc pretium serui manumissi. quod certè non oportet minui. *vt hic*. igitur si non detrahitur Falcidia, & sic habet commodum: meritò[b] & hoc onus sentiat, vt manumittat quantumcumque sit legatum: *vt hic, & supra de ma. test. l. decem*. adhibita distinctione suorum & alienorum: *vt supra eo. generaliter. §. si quis seruum alienum*.

e ¶ *Mutatur*. vt C. e. l. ij. & iij.

f ¶ *Causa*. vt ȝ. e. l. generaliter. §. fi.

Fideicommissaria.] CASVS. Libertas potest committi in voluntatem heredis tanquam boni viri. non in meta eius voluntate. sed si sic dicam, si Stichus seruus meus voluerit eum manumittere, volo. bene valet. Idem si hoc ponam in arbitrio extranei: sicut si tibi legarem x, si Titius ascendat Capitolium. Idem si dicam: seruo tali da libertatem si hoc probaueris: item poni potest in arbitrio heredis quando manumittat seruum. Vltimò dicit: tres seruos Titio legaui: tandem rogaui heredem meum vt duos de istis seruis quos velit, manumittat. Dicitur quod fideicommissaria libertas tenebit. & si Titi[c] petat hos duos quos heres elegerat ad manumittendum, repellitur excep. doli. Francisc.

Quamuis modicum sit legatum, tamen si quis agnouit illud, cogitur ancillam manumittere de qua rogatus fuit vt eam manumitteret. h. d.

1 ¶ In fideicommissaria libertate quamuis quis modicum[a] legatum fuerit consecutus: necesse[b] habet seruum suum manumittere. Pecuniarium enim fideicommissum diuisum[c] * fuerit, satis iniuriam facit † libertati[d] quàm *fideicommissario. Satius est igitur eum qui agnouit legatum, onerari, quàm libertatem intercidere.

Cui fideicommissaria libertas debetur interim est seruus, donec manumittatur. h. d.

2 ¶ Quotiens seruo vel ancillæ fideicommissaria libertas relinquitur, in ea conditione est. vt quoad manumittatur, seruilis conditionis sit. Et quidem si nullam moram præstandæ libertati qui præstare debet fecit, nihil de statu eorum mutatur[e]: ideoque eos interim legari posse, sed cum sua causa[f], constat.

XLVI. IDEM *libro sexto Disputationum*.

Fideicommissaria libertas ita potest dari[g]: *Heres, si volueris, fidei tuæ committo vt Stichum manumittas*, quamuis nihil aliud in testamento [sit,] potest valere nutu heredis[h].

1 ¶ Planè & si ita: *Si Stichus voluerit*, potest ei libertas[i] adscribi. 2 ¶ Sed & si ita adscriptum sit: *Si Seius voluerit, Stichum liberum esse volo*: mihi videtur posse dici valere libertatem[k]: quia conditio potius est: quemadmodum si mihi legatum esset, si Titius Capitolium ascenderit.

3 ¶ Quòd si ita[l] scriptum sit, *si heres voluerit*, nõ valebit: sed ita demum[m], si totum in voluntate fecit heredis, si ei libuerit. Cæterum si arbitriũ illi quasi viro bono dedit: nõ dubitamus quin libertas debeatur. Nã & ea libertatem deberi placuit: *si tibi videbitur, peto[n] manumittas*. ita enim hoc accipiendũ, si tibi quasi viro bono[o] videbitur. Nam & ita rectum, *Si voluntatem meam probaueris*[p]: puto deberi quemadmodum, *Si te * meruerit quasi virum bonum*: vel, *Si te non offenderit, quasi virum bonum*: vel, *Si comprobaueris*: vel, *Si non reprobaueris*: vel, *Si dignum putaueris*. nam & cum quidam Græcis verbis ita fideicommissum reliquisset: *ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι*. [id est, illi, si probaueris, libertatem dari volo.] à diuo Seuero rescriptum est, fideicommissum peti posse.

4 ¶ Quanquam[q] autem in heredis arbitrium conferri an debeatur, non possit quando tamen debeatur, conferri potest.

5 ¶ Quidam[r] cùm tres seruos legasset, fidei heredis sui commisit, vt ex his duos quos vellet manumitteret. Fideicõmissa libertas valebit: & quos ex his vellet heres, manumittet. Quare si eos vindicaret legatarius, quos heres vult manumittere: exceptione doli repelletur.

XLVII. IVLIANVS *libro quadragesimosecundo Digestorum*.

SI pater duos filios heredes instituerit, & agnatione posthumi ruptum testamentum fuerit: quamuis hereditas pro duabus partibus[s] ad eos[t] pertineat, tamen fideicommissę libertates præstari non debent[u]: sicut ne

g ¶ *Dari potest*. sed an data valeat? Respon. hoc aperit infra eod. §. quod si ita.

h ¶ *Heredis*. vt & ȝ. de leg. j. senatus. §. legatum.

i ¶ *Libertas*. sed & legata[c] possunt conferri in voluntatem legatarij & conditionalia[d] sunt: nec[e] ad heredem transmittit legatarius, nisi voluntatem expresserit: *vt ȝ. de leg. j. si ita legatum §. j.* nec est contra. huic respon. j. *C. de contrahen. emp. in venditu*. quia illud in contractibus.

k ¶ *Libertatem*. quod fauore libertatis fit: *vt ȝ. de condi. & demonstr. l. nonnunquam*.

l ¶ *Quod si ita*. nunc aperit primum dictum legis: licèt ibi in secunda persona, hic in tertia loquatur: sed non est vis.

m ¶ *Ita demum*. non valebit, si &c. Accursius.

n ¶ *Peto*. id est volo.

o ¶ *Bono*. qui arbitratur libertatem præstari.

p ¶ *Probaueris*. i. tu heres Gual. Accursius.

q ¶ *Quanquam*. sic[a]. ȝ. de eo quod certo lo. l. ij. §. qui Stichum. & ȝ. de contrahen. emp. hac venditio. & lege. si in emptione §. pen. & facit j. de obl. & oblig. sub hac conditione. & C. de do. promis. lege. iij. & supra de leg. ij. l. j. & de lega. iij. fideicommissa. §. sic fidei. & de leg. j. l. si sit in princip.

r ¶ *Quidam*. Concor. supra de manumis. test. l. si peculium. §. fin. & C. eodem. si quis in testamento. & j. eod. lege. si seruus. Accursius.

Si pater.] CASVS. Quidam duos filios habens, eos heredes instituit, & eos rogauit quòd manumittant quosdam seruos. postea natus est posthumus illi testatori, & sic ruptum est testamẽtum. dicitur quòd hæc fideicommissaria libertas extinguitur: licèt penes istos duos filios debeant remanere duæ partes bonorum: & sic legata in eo testamento relicta extincta sunt. SICVM ALIENVM.] Heres rogatus vt seruum alienum manumittat, latitat: propter hoc dicitur quòd habet locum senatusconsultum de quo habes ȝ. e. alieno. §. fi. & l. fi. in quo cauetur quòd heres compellitur emere & manumittere, vel dominus serui poterit eum manumittere, & petere pretium ab herede. [SI STICHO.] Rogaui heredem meum vt manumittat seruum Stichum, si reddiderit rationes. nunc herede absente Stichus vult reddere rationes, & venire ad libertatẽ. quæritur quid iuris? & distinguitur. nã aut hic heres est absens iusta de causa: & tunc iudex eliget quẽdã bonũ virum qui excutiat rationes à seruo, & reliqua accipiat & deponat: & postea iudex dabit libertatẽ illi seruo, si aũt heres. abest mala fide: satis est quod seruus dicat corã iudice se paratum reddere rationẽ: & sic pronũtiet iudex libertatẽ huic seruo. [CVM SVB CONDITIONE.] Seruum tibi purè legaui vt eum manumittas si nauis venerit ex Asia. dicitur quòd tibi non aliter dabitur hic seruus nisi caueas heredi meo quòd eum manumittas veniente condi. [QVADAM.] Quædam existens infirma nolens decedere ab intestato, præsentibus v. viris & matre sua ita dixit: Mæuiam & Seiam liberas esse volo. Dicitur quòd siue mater ei succedat, siue matre repudiante alius legitimus ei successit: videtur grauatus per fideicommissum, vt has seruas manumittat.

s ¶ *Pro duabus partibus*. pro tertia ad posthumum. ¶ Et sic no. testamentum[g] rumpi in totum[c] etiam propter vnum posthumum. *sic infra de iniust. testa. l. pen. aliud de inoffi. testa. vt supra de inoffi. testa. l. circa*. Azo.

t ¶ *Ad eos*. scilicet filios institutos in testamento in quo erant relictæ libertates: quod testamentum est ruptum per natiuitatem posthumi.

u ¶ *Nõ debent*. nisi ab intestato rogauit: *vt ȝ. eo. l. aliena. § j. & ȝ. de iur. cod. l. qui graui. & seq. & l. generl. & C. de fideicommis. l. eam quam*.

a Libertas pro parte dari nõ potest.

*Græci videntur legisse, dominum eum esse Iulium.

† Sub iudicio Ant. Aug.

* Græce fuit genus loquẽdi sup. c. l. 19.

b Onus sentire debet qui commodum sentit.

c Legata possunt conferri in volũtatem legatarij.

d Legata collata in voluntatem legatarij conditionalia sunt.

e Legata collata in voluntatem legatarij non transmittit legatarius ad heredem nisi voluntatem expresserit.

a An debeatur & quando debeatur differunt. prius in arbitrium heredis committi non potest, alterũ potest.

* Afri. lib. ɩ disput. c. 14.

b Testamentũ vniuersum vel vnius posthumi causa rumpitur.

c Posthumus exhæredari non potest, quia filius nõ potest exheredari nisi commissa vna vel pluribus causis ingratitudinis: de quibus per c. Q. ... extra de ... vt cũ de appell. rog. quã posthumus committere nõ potest: vt in l. si quis in ... C. de inoffi. testa. & ideo hodie nõ potest exheredari: vt per glo. ... posthumum à ... sup. de ... & posthum.

legata quidẽ aut fideicommissa[a] præstare cogũtur. 1 ¶ Si cum alienum seruum heres rogatus sit manumittere, item cõmunem, vel eum in quo vsusfructus alienus est, latitet[b]: non iniquè[c] senatusconsulto[d] libertatibus succurretur. 2 ¶ Si Sticho[e] libertas per fideicommissum data fuerit sub conditione, si rationes reddidisset, & is absente[f] herede paratus sit reliqua soluere: prætoris officio continetur, vt virũ bonum eligat, cuius arbitrio rationes computentur: & pecuniã quę ex computatione colligitur, deponat; atque ita pronunciet libertatem ex causa fideicommissi deberi. Hæc autem fieri conueniet, si ex iusta causa aberit, nam si latitauerit, satis erit liquere prætori, per seruum non stare quò minus conditioni pareat: atque ita pronũtiare de libertate oportebit. 3 ¶ Cum sub conditione legato[g] seruo libertas datur: non aliter fideicommissario tradi debet, quàm vt caueatur, existente conditione tradituri[h] † eum. 4 ¶ Quædam cũ in extrema esset valetudine, pręsentibus honestis viris cõpluribus[i], & matre sua ad quã legitima[k] eius hereditas pertinebat, ita locuta est *Ancillas meas Maniam & Seiam liberas esse volo.* & intestata decessit. quæro, si mater ex senatusconsulto[l] legitimam hereditatem eius non vindicasset, & hereditas ad proximũ cognatũ pertinuisset, an fideicommissa libertas deberetur. Respõdi deberi. nã eã quæ in extremis dixisset, *Ancillas meas illam & illam liberas esse volo.* videri[m] ab omnibus qui legitimi heredes, aut bonorum possessores futuri essent, petisse vt hoc fieri possit.

Legatarius si petat seruum qui ei legatus est vt eum manumittat, debet cauere de eo manumittendo antequam ei tradatur.

XLVIII. IDEM libro sexagesimosecundo Digestorum.

CVm in testamento scriptũ esset, *Stichum Titio lego: vel heres meus dato ita vt eum Titius manumittat*[n]: dixi petenti legatario Stichum, exceptionẽ doli mali obstaturam, nisi cauerit se libertatem secundum voluntatem defuncti præstaturum.

Heres & legatarius si rogati sunt seruum manumittere, & latitant: seruus efficitur libertus Orcinus.

XLIX. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

SI is cui seruus legatus est, rogatus manumittere, latitet: Orcinum[o] fieri libertum respondet. Idem fore & si non legatarij, sed heredis fideicommissum esset. Sed & si non omnium, sed quorundam heredum fideicommissum sit, æquè[p] dicendum Orcinum fieri. In eos autem qui latitauerint[q], coheredibus[r] à quibus redimendæ partes essent, vtilem[s] actionem[t] eo nomine dari debere: vel etiam familiæ erciscundæ iudicio rectè eos acturos.

L. MARCIANVS libro septimo Institutionum.

SI seruus legatus, & per fideicommissum manumissus[u] sit: Ceruidius Scæuola consultus[x] putabat nouissimam scripturam valere siue libertas sit, siue legatum: quia cum libertatem datam postea placeat adimi[y], & per legatum constat posse adimi. Sed si in obscuro sit qua mente post libertatem legauit eundem seruum: in obscuro libertatem præualere. quæ sententia mihi quoque verior esse videtur[z].

a ¶ *Aut fideicommiss.* Ex rupto[a] enim testamento nihil debetur: *vt C. de postbu. here. l. j. & argu. ꝫ. eo. cùm quæstum. §. si.* Sed hodie secus: *vt C. de lib. præ. authen. ex causa.*

b ¶ *Latitet.* s. heres.

c ¶ *Non iniquè.* sed æquè.

d ¶ *Senatusconsulto.* aliquo argu. *ꝫ. eo. l. alieno. §. fin. & l. sequen.* non Rubriano[b], quod in seruo rogantis: nec Æmiliano, quod in seruo legati locum habet: *vt ꝫ. eo. l. cum vero. §. subuentum. & l. si eum. §. si quis seruum.* Vel dic senatusconsul. i.[c] ex mente prædictorum senatusconsultorum.

e ¶ *Si Sticho.* facit *ꝫ. eo. si pure.* Accur.

f ¶ *Absente.* ex iusta causa, vt statim patet.

g ¶ *Legato.* pure, sed libertas sub condi.

h ¶ *Traditur.* id est quod reddet heredi ad manumittendum: *vt ꝫ. eo. tit. j. l. Iulia. ij. responso. & facit j. l. proxi. & ꝫ. tit. j. si peculium. §. fin.* Accursius.

i ¶ *Compluribus.* vt v[d]. ad minus. *vt C. de codic. l. si. §. in omni.*

k ¶ *Legitima.* ex[e] Tertul. *vt Inst. ad Tertul. in prin. & facit ad §. ꝫ. e. l. in testamento.*

l ¶ *Senatuscon.* Tertulliano.

m ¶ *Videri.* vt[f] fuit in nostro casu.

CVm in testamẽto.] CASVS. Titio seruum legaui, & eum rogaui vt seruum istum manumittat: non dabitur Titio seruus, nisi caueat heredi de eo manumittendo. Fran.

n ¶ *Manumittat.* Idem si vt quoduis aliud faciat licèt non intersit heredis: *vt & supra de lega. iij. si tibi legatum. & facit ꝫ. tit. j. Iul. & supra. l. proxi. §. penult.*

SI is.] CASVS. Tibi erat legatus Stichus, & rogatus eras vt eum manumitteres. tu latitas, nec vis manumittere. erit Orcinus libertus. idem est si heres testatoris rogatus sit Stichum manumittere. nam si latitet, erit libertus Orcinus iste Stichus. Sed quid si cum plures essent heredes, quidam ex eis sunt rogati manumittere Stichum seruum hereditarium, & latitant? Respon. ille seruus efficitur libertus Orcinus. Alij tamen heredes qui non erant rogati, agent contra rogatos ad pretium partium quas habebant in illo seruo.

o ¶ *Orcinum.* ex Rubriano: *vt supra eodem. cùm vero. §. subuentum.*

p ¶ *Æquè.* i. sicut in superiori casu efficitur Orcinus, si non manumittatur: ita hic.

q ¶ *Latitauerint.* qui soli sunt rogati.

r ¶ *Coheredibus.* qui non sunt.

s ¶ *Vtilem actionem.* Ad pretium suæ partis: *vt supra eod. cum quæs. §. si plures.*

t ¶ *Actionem.* fortè in factum.

SI seruum legatus.] CASVS. Seruum tibi legaui, postea grauaui heredem meum vt eum manumittat. dicitur quòd legatum extinguitur. sic vltimum dictum seruatur. Sed pone quòd primo heredem meum rogaui de manumittendo Sticho, postea eum Stichum legaui. Dicitur quòd primum grauamen libertatis dandę extinguitur per hoc legatum, quasi videar pœnituisse de libertate. Si autem est in obscuro, siue in dubio, qua mente legauerim: non extinguitur libertas.

u ¶ *Manumissus.* id est manumitti iussus.

x ¶ *Consultus.* i. interrogatus.

y ¶ *Adimi.* scilicet posse.

z ¶ *Verior esse videtur.* vt supra[a] tit. j. si peculium. §. fin. & infra de re. iur. l. quoties. & ad hoc supra tit. j. Stichus Sempronio. & supra de vulga. substit. l. fina. §. primo. ibi, nec dominis &c. & de liber. & posthum. si ita. §. regula. & de lega. ij. si idem. in princip. infra titu. j. l. Stichum. in princip. & C. de nec. ser. l. quidam. in fi.

NOn tamen.] CASVS. Rogaui heredem meum quòd seruum manumittat, siue ipse heres, siue heres eius eum manumittat: bene est. idem si emptor qui emit ab herede, eum voluerit manumittere. & fiscus ei successit antequam manumittat. Dicitur quòd fiscus cogitur eum manumittere. Vltimò dicit, quòd rogatus[b] manumittere, poterit manumittere, etiam si eius sit ætatis qua rem suam alienare non posset, vt quia minor. [SI ALIENVM.] Decem tibi lego, & rogo te vt seruũ Stichum emas & manumittas. Domino Stichi nolente venderet tamen retinebis legatum. [CVI PER FIDEICOMMISSVM.] Seruus cui est relicta libertas per fideicommissum, est[c] loco liberi, & obtinet vicem statuliberi: imò melioris est condi. cùm non possit in alium transferri: nec cogitur alium patronum habere quàm rogatum. [SENATVSCONSVLTO.] Heres grauatus de manumittendo seruum abest: & ex iusta causa, & hoc est pronũciatum. Dicitur quod amodo erit liber perinde ac si esset manumissus ab herede. Secundo dicit quando dicitur abesse: & certè tunc cùm à tribunali abest. & quod dixi in herede, idem in alio grauato per fideicommissum de manumittendo. qui si abest ex iusta causa, & hoc pronuntiatum fuerit: seruus erit liber, perinde ac si esset à rogato manumissus: & sic eius libertus erit. & de hoc, an scilicet absit ex iusta causa, vel non: debent præsides prouinciæ in prouinciis cognoscere: licet rogatus non sit eius prouinciæ. & hoc vltimum Articuleianum senatusconsultum induxit. Si autem quis est rogatus seruum proprium manumittere: & hic absit: & iudex cognouit eum abesse: & libertatem huic seruo deberi; pro-

a Testamento rupto, nihil ex eo debetur.

b Senatusconsultorum Rubriani & Æmiliani differentia.

c Senatusconsultũ pro mẽte senatusconsulti.

d Codicillis quinque ad minus testes interesse debent.

e Hereditas liberorum matribus defertur ex Senatusconsulto Tertulliano.

f Codicillorũ verba, videtur ad omnes ab intestato venire directa, quicunque & quocunque gradu sint.

† Traditur. Vide Anto. Au. lib. a. o. a.

a Libertas in obscuro præualet.

b Manumittere rogatus manumittere potest, etiamsi eius sit ætatis vt rem suam alienare non possit.

c Libertatis fideicommissariæ effectus quis sit.

nuntiet eum esse liberum: & erit amodo liber. & hoc est inductum à senatusconsulto Iunciano. Vltimò dicit: Si heres rogatus de manumittendo seruum hereditarium, absens sit: iudex iudicabit seruum esse liberum, & erit liber. Absens autem dicitur, siue abest ex iusta causa: siue latitet: siue præsens est, & non vult manumittere. Sed pone quòd hic heres vendat húc seruum, quem erat rogatus manumittere. hoc casu emptor cogitur manumittere. Sed pone quòd duo erant heredes, & vnus eorum rogatus est de manumittendo seruum hereditarium. Dicitur quòd rogatus manumittere etiam altero coherede absente. intellige tamen quòd pretium serui dabit. & hæc etiam vera sunt, si coheres sit impubes. Sed pone quòd heres rogatus est manumittere ancillam, & vt cum ea contrahat matrimonium. Dicitur quòd cogitur eam manumittere: non autem eam ducere in vxorem cogitur. Franc.

† Successoris appellatione emptores côtinentur.

LI. IDEM libro nono Institutionum.

NOn tantùm ipse qui rogatus est manumittere: ad libertaté perducere potest: sed & successores eius, siue emptioné [a], siue † quo alio modo successerint. Sed & si nemo successor exstiterit: ad fiscum ita tráfit [b], vt libertas ab eo [c] præstetur. 1 ¶ Is autẽ qui rogatus est manumittere: etiam eo tempore quo alienare prohibetur [d] potest manumittere.

2 ¶ Si alienum seruum quis rogatus fuerit manumittere, cùm ei pecunia certa legata esset vt emat eum, & manumittat, & dominus nolit eum vendere: legatum retinet [e] ex voluntate defuncti. 3 ¶ Cui per fideicommissum libertas debetur, liberi quodammodo loco est, & statuliberi locú obtinet [f], vel eò magis [g], quòd nec in alium transferẽdus est, vt aut libertas eius impediatur, aut iura patronorum grauiora experiatur [h]. 4 ¶ Senatusconsulto Dasumiano cautum est [i], vt si ex iusta causa absit qui fideicommissam libertatem debet, & hoc pronuntiatum fuerit: perinde libertas competat, atque si vt oportet: ex causa fideicommissi manumissus esset.

5 ¶ Abesse autem is intellegitur, qui à tribunali abest.

6 ¶ Et quia † heredibus tantùm cautum erat, adiectum est eodem senatusconsulto, vt quicunque fideicommissum libertatem *, ex quacunque causa pronuntiatum fuerit eum esse abesse: perinde habeatur, atque si vt oportet ex causa fideicommissi manumissus esset.

7 ¶ Sed Articuleiano † senatusconsulto cauetur, vt in prouinciis præsides prouinciarum cognoscant [k], licèt heres non sit eius prouinciæ [l].

8 ¶ Sed si non hereditarium seruum qui rogatus fuerit manumittere, sed proprium: ex senatusconsulto Iunciano [m] * post pronuntiationem [n] peruenit ad libertatem. 9 ¶ Siue iusta ex causa abest, siue latitet, siue † præsens non vult manumittere: pro absente eum haberi diuus Pius rescripsit [o].

10 ¶ Emptor quoque [p] vt manumittat: eodem senatuscósulto expressum est. 11 ¶ Et præsens coheres [q] perinde manumittat, atque si traditum à coherede accepisset [r]. quod & in impuberis persona coheredis, qui non erat rogatus manumittere [f], eundem principem rescripsisse relatum est.

12 ¶ Sed si matrimonij causa qui manumittere [t] rogatus est, non est cogendus eam vxorem ducere: sed sufficit fideicommissa libertas.

LII. VLPIANVS libro primo Responsorum.

POsteaquam à creditore [u] alienati sunt serui quibus fideicommissa libertas adscripta est: non nisi ex iusta causa aduersus heredem subueniri eis posse.

LIII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SI quis rogatus ancillam manumittere, moram fecerit [x]: si interea enixa fuerit, constitutum est huiusmodi partum liberum nasci, & quidem ingenuum. Sed sunt constitutiones [y], quibus cauetur, statim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuum nasci, & hoc magis est sine dubio sequendum quatenus [z] libertas non priuata [a] †, sed publica res est: vt vltro is qui eam debet, offerre [b]

a ¶ *Emptione*, à quo eorum eligit seruus: *vt supra eod. l. generaliter. §. si.* M.

b ¶ *Transit.* seruus cum hereditate.

c ¶ *Ab eo.* i. fisco.

d ¶ *Prohibetur.* *vt supra eod. alieno. §. ij. & l. neque infantes. §. fin.* & sic [a] voluntas defuncti facit cessare necessitatem decreti: *vt C. quando decre. opus non est l. j. ij. & iij. & facit supra de manu. vindi. l. si rogatum. in princip.* Sed argu. contra, *C. de reb. alie. non alienandis. l. fin.*

a Decreti necessitatem voluntas defuncti cessare facit.

e ¶ *Retinet: vt supra de leg. j. l. si fundum sub con. §. Iulia. & facit C. eod. l. deberi.*

† de heredibus.

f ¶ *Obtinet.* sicut [b] enim statuliber conditionem expectat: ita iste manumissionem. M.

b Statuliberi & eius cui fideicommissa libertas debetur similitudo.

* debeat, &c.

g ¶ *Magis.* s. est plus liber quàm statuliber.

h ¶ *Experiatur.* facit *supra eod. l. generaliter. §. fin. & l. is qui ex causa. & C. qui. ad liber. procla. non licet. l. j.* Accursius.

† Articulleiano.

i ¶ *Cautum est. vt & s. eo. l. neque infantes.*

k ¶ *Cognoscant.* de supradictis.

l ¶ *Eius prouinciæ.* cuius testator fortè fuerat. Vel dic speciale: *vt & l. neque infantes. §. fin.* aliàs contra: *vt s. de iurisdi. om. iud. l. si. & C. de interdi. l. v.*

m ¶ *Iunciano.* idem dicitur Æmilianum: *vt s. eo. l. si eum §. si quis seruum.*

n ¶ *Pronuntiationem.* i. post decretum interpositum eo absente.

o ¶ *Rescripsit.* facit *s. eo. l. neque infantes & l. si eum. in prin.*

p ¶ *Quoque.* facit *s. eo. l. in prin.* Accursius.

q ¶ *Coheres.* i. qui est rogatus.

r ¶ *Accepisset.* Sed reddet ei pretium: *vt s. eo. l. si is. §. fin.*

f ¶ *Manumittere.* Sed heres rogatus erat: *vt s. eo. l. cùm quasi. §. si plures.* Accur.

t *Manumittere.* s. ancillá vt contrahat matrimoniú cum rogato. A.

POstea.] CASVS. Testator quosdam suos seruos obligauerat alicui, putat Bozolo Florentino. hic testator rogauit heredem suum de his seruis manumittendis. antequam heres eos luat & manumittat, Bozolus eos vendidit iure creditoris. quæritur an hic heres cogatur eos redimere ab emptore, & manumittere. Dicitur quòd non, nisi fuerit in mora luendi eos. Franc.

u ¶ *A creditore.* vt ab emptore cogatur redimere & manumittere, & ex iusta causa si heres facit moram luendo à creditore: *vt s. eo. l. Titius. §. j.*

* Viciano.

SI quis rogatus.] CASVS. Heres rogatus est manumittere ancillam hereditariam. hic heres adita heredi. fecit moram in manumittendo, & sic ancilla peperit. Dicitur quod hic partus est liber ingenuus. cùm enim libertas sit res publica, is heres qui eam debet, debuit eam offerre, aliàs lex dat libertatem. Sed pone quòd hic heres non adiuit heredi. in odium huius ancillæ ad hoc vt eius partum haberet seruum. tunc hic partus natus est seruus. tradetur tamen matri ad manumittendum. sed si mater vel eius heres non vult manumittere: coguntur ad hoc. Sed pone quòd hæc mater nolit sibi hunc filium tradi. tunc heres testatoris ad hoc compellitur. Sed pone quod heres non studiosè distulit adire. adhuc idem. Sed pone quòd ancilla peperit antequam heres cognoscat se heredem. adhuc idem. tamen hoc casu ipse heres manumittet hunc partum. Sed pone quòd directò relicta erat libertas huic ancillæ, & antequam adiret heredi. ancilla peperit. hoc casu mater manumissa petet hunc partum. Sed pone quòd directò libertas fuit relicta seruis. sed antequam hereditas adeatur, hi serui ab aliquo sunt vsucapti. Dicitur quòd hereditate postea adita per prætorem subuenitur his seruis vt efficiantur liberi: licet eis possit imputari quare passi sunt se vsucapi. & hoc si erant hi serui magni, si autem paruuli, hoc non esset eis imputandum. hoc dicit cum duabus ll. seq. Franc. Accur.

† Absens abesse videtur, qui præsens id nõ exequitur facere, ad quod vocatus est, quodque facere tenetur, *l. scire oportet. §. sufficit. v. de excusat. tut.*

† In hanc sententiã multa Cic. in Philippica decima.

x ¶ *Fecerit.* post aditam hereditatem, aliàs secus: *vt infra §. j.* ¶ Et quod hîc dicit moram, intellige per [a] interpellationem. Item nota moram: aliàs seruus nascitur, sed matri traditur ad manumittendum: *vt supra eodem. l. si prægnans. & l. cum verò. apparet in princip.*

a Mora constituitur interpellatione.

y ¶ *Constitutiones.* imperatorum, non solùm alia iura.

z ¶ *Quatenus.* id est quia.

a ¶ *Non priuata.* i. non [b] indiget quòd à priuato detur talis libertas cùm per legem detur.

b ¶ *Offerre.* Ex hoc videtur in aliquo corrigi quod dixi s. eo. cùm verò

b Iure ipso quæ competunt facto hominis non indigent.

verò §.apparet. & sic est C.de contrah.& commit. stipula. l. magnam & de emphiteutico iure.l.ij.§.penu. Sed argumentum contra.ↄ.quorum lega.l.ij.§.j. quod non placet: quia & infra eo.l.sed si non data, habes idem.s.quòd debeat peti. Dic ergo quòd vltrò debet offerre si velit eum habere libertum.

a ¶*Debeat.* timens ne eo differente lex præstet.

b ¶*Tardius adierit.* sic ↄ.de vsufru. lega.l.si vsufructus leg.in prin.

c ¶*Matri.* non tamen imponet[a] operas,cum ex necessitate manumittat: *vt & C.de ope. lib. l. ij. & adiunge duas seq.ll.cum ista.*

a Operas liberto non imponit is qui necessitate manumisit.

d S*I Mater accepisset.* Vt manumitteret quod[b] fit quandoque: *vt ↄ.d.proxi.in fin.*

b Mater manumittere filiū quādo possit.

e ¶*Eius*.s.matris.

f S*Ed & si non.*] *Idē dicendum.*quod in l.si quis rogatus.in fin. continetur, vel quod etiam in vtraque superiori.Accursius.

g ¶*Esse.*libertati.

h ¶*Debebit.* quia nihil est quod possit ei imputari,iusta[c] ignorantia cum excusante. dr.& adde distin. *vt C. e.l.ij.*

c Ignorantia iustè excusato, imputari non potest.

i ¶*Nam ibi.*s. in superioribus casibus.

k ¶*In rem matri.*¶No. speciale[d] vt mater vindicet filium Arg. contra.ↄ.*de fur.m.itter.* In patre cōstat quod potest: *vt ↄ.de rei vin.l.j.*

d Vindicare filium etiam mater potest.

l ¶*Subueniendum esse.* *vt infra titu. ij.l.ij.in j. respon. & l.statuliberum. §.fin.*

* Dicendum.

L*Vcius.*] CASVS. Testator in prima parte testamenti instituit posthumos & Seium,& libertatem seruis reliquit quando posthumi essent puberes. In secunda verò parte substituit posthumis hoc modo.s.si posthumi non nascentur, vel nati antè pubertatē decedant: substituo illos. Tertiò fecit codicillos, in quibus dixit velle seruari tam à primis quàm à secūdis heredibus siue substitutus ea quæ in testamento caueat. postea euenit quòd posthumi non sunt nati: & sic Seius & substituti habent bona. quæritur, an debeant dare libertatem his seruis statim, an expectata conditi. sub qua danda erat si posthumi essent nati? Et dicitur quòd statim danda est libertas, nec conditio expectanda est: cùm non possit euenire in persona horum substitutorum.secus si esset alia conditio.Franc.

† Plutarchus de liber.educ.

m ¶*Vt cum ad pubertatem.* hæc est conditio de qua est quæstio an à substitutis sit repetita.

debeat[a]. Sed si nondum debita libertate fideicommissa ancilla peperit, studio tamen heredis fuerit effectum vt nondum libertas deberetur, vtique quòd tardius adierit[b] hereditatem, vt qui nati sint ex ancilla, serui eius fiant:placet manumittendos:sed tradi matri oportere,vt ab ea manumittatur,& liberti potius matris[c] fiant. Nā quos indignus est heres seruos habere, ne libertos quidem habebit.

LIIII. MARCIANVS libro sextodecimo Fideicommissorum.

SI mater postquam filium acce pisset[d], vel qui in eius[e] locum successit, præstare noluit libertatē compellendi sunt, Amplius si mater aut nollet sibi filiū tradi, aut in rerū natura esse desisset: non ab re est dicere, nihilominus ita natis ab herede libertatem præstari.

LV. MARCIANVS libr.4.Regularum.

SEd & si non data opera tardius adierit, sed dum de adeunda hereditate deliberat[f]: Idē dictum *[f] est.& si postea cognouit se heredem institutum:quàm ancilla peperit:placet hoc quoq. casu subueniēdum esse[g], hoc tamen casu ipse manumittere debebit[h], non matri tradere.

1 ¶ Sed si directò libertas data fuerit ancillę,& horū aliquid euenerit: quemadmodum natis subuenietur? nam ibi[i] quidē petitur fideicommissa libertas,& prętor paruulis subuenit.cùm verò directò libertas datur non petitur. Sed etiam hoc casu puto nato subueniendū esse:vt aditus prætor in rem matri[k] decernat actionē, exemplo fideicommissariæ libertatis. Sic deniq. & Marcellus libro sextodecimo digestorum scripsit, & ante aditam hereditatem vsucaptis qui testamēto manumissi sunt, subueniendum esse[l], vt eis libertas conseruetur, vtique per prætorem: quamuis & his imputari possit quare vsucapti sunt. In paruulis autem nulla deprehenditur culpa †.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum vitiaret.Bart.

n ¶*Priore testamento.*i.prima parte testamenti.

o ¶*Debeat.*s.à substitutis.

p ¶*Quæreretur.* Accipe apposita esset, quæ est si ad pubertatem peruenerint.

q ¶*Esset.*in prima parte testamenti.

LVI. MARCELLVS libro singulari Responsorum.

LVcius Titius testamēto ita cauit:*Si quos codicillos reliquero, valere volo si quis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decē menses natus natáve erit: ex semisse heredes sunto. Gaius Seius ex semisse heres esto. Stichū & Pāphilum seruos meos & Erotē & Diphilū peto, & fidei heredum cōmitto, vt cū ad pubertatē[m] liberi mei peruenerint, manumittāt.* deinde nouissima parte ita cauit: *Quòd si mihi liberi nati non erūt, aut intra pubertatem decesserint, tunc heredes ex paribus partib. sunto Mucius & Manius. Legata, quæ priore testamento[n], quo filios & Seium reliqui, præstari volo hoc est & à sequentibus heredibus.* Deinde codicillis ita cauit: *Lucius Titius heredibus primis & substi tutis salutē.peto,vt ea quæ testamento caui,legaui & ea quæ codicillis cauero leganero, præstetis.* quæro,cū liberi Lucio Titio nati nō sint,an Sticho & Phāphilo & Eroti & Diphilo seruis cōfestim fideicōmissa libertas præstari debeat[o]. Marcellus respōdit, cōditionē quæ libertati corū de quib quæreretur[p]:si filij heredes extitissent, adposita esset[q], repetitā nō videri[r]:ideoq. cōfestim libertatē præstandā esse & à primis[s]& à substitutis heredibus.nā vt suprescriptū[t] est,petiit,vt quę testamēto cauisset, præstarētur. cauit autem de libertate corū seruorū. atquin sub cōditione cauit: & si alterius generis cōditio esset,expectanda esset. sed non est verisimile[u], vt hoc in ista conditione cogitauerit, cū fidei substitutorum cōmitteret[x]: qui admitti ad hereditatē nō posset,si adimpleretur conditio.

DE ADEMPTIONE libertatis.

TITVLVS VI.

1. TERENTIVS CLEMENS libro undecimo ad leg.Iuliam & Papiam.

CVm libertas lege adimitur[x] aut pro non data habere debet aut certè perinde obseruari ac si [postea] à testatore adempta esset.

r ¶*Non videri.* nec in codicillis: nec in secunda parte testamenti:*vt & ↄ.de leg.j.l.seruo alieno.§.si ab impubere, & l.si quis à filio.ij.respō.* Arg.contra ↄ.*de verb. obl.Titia.§.idem respondit.& ↄ.de cond. instit.l. cum seruus.*

a Repetita ab intelligentia quæ repetita vitiaret, ad Doctor. in l. si ex facto. C. de transact.

s ¶*A primis.*ex vi codicillorum.

t ¶*Scriptum.*in codicillis.

u ¶*Verisimile.*Not.nō subintelligi[b] intellectum qui vitiet.*sic C.de condi.inser.l.cum patrem d. l. seruo alieno. §. si ab impubere.*Accursius.

b Subintelligi non debet interpretatio quæ vitiat.

DE ADEMPTIOne libertatis.

¶*Tantus fuit olim fauor libertatis vt semel data testamento vel codicillis adimi non poterit, sed hodie[c] potest, si tamen adimatur nominatim sicuti data est.* l. si seruus ↄ.titu. prox.l. 10.§.vlt.De man.test.*& non è semetipsa.* l. 13. §. penult. De lib.& post. *Cuiacius.*

c Libertas testamento adimi nominatim potest.

C*Vm libertas.*]CASVS. Quotiēs libertas in testamento data est lege inhibente, perinde est ac si non esset relicta, vel ac si à testatore esset adēpta.& da exempla in seruo accusato de adulterio cū domina cōmisso,qui nō potest manumitti. Idē in seruo de plagio dānato,p quo dominus pœnā soluit pecuniariam. sunt & alia exempla vt habes in gl.Fr. Accur.

x ¶*Lege adimitur.*quod fit[d] in seruo de adulterio cū domina cōmisso accusato:*vt Inst. de heredib. instit. §. seruum. & ↄ. de heredib. instit. l.his verbis. §. interdum. & de le. ij. l. cum filiæ. §.seruus.* Item pone in seruo qui seruatur intra lx.dies ob quæstionem adulterij:*vt ↄ. qui & à qui.l. prospexit. & C. ad. l. Iul. de adulte. l. verba.*Item pone vt supra *de manu.l. lege Flauia. & l. seruus,* & hoc ex persona serui. Ex persona etiam domini quandoque prohibet lex, & tunc idem, *vt infra qui & à qui.l.quasitum & de manumiss.l.qui pœna.*

d Libertas quandoque adimitur facto ipsius serui, quandoque facto ipsius domini. Fl.consulte.II.admon.tl.

DE STATVLIBERIS.

¶ *Dictum est generaliter de libertatibus: nunc specialiter de his*

scilicet libertatibus quæ in tempus sub conditione differuntur.

a Statuliberi & statim liberi differentia.

¶ *Multum interest dixeris statuliberum*[a] *an statim liberum*: & in l.pen. §. vlt. C. De nec. ser. her. inst. *placet vetus scriptura. Quatenus in suspenso fiat libertas nec statim liber intelligatur*, & contra. l.33.ff. Qui & à quibus man. *rectius Flor. statuliber, quàm statim liber*

b Statuliberi qui & quiadmodum sunt.

Sunt[b] *enim statuliberi hi qui statim liberi non sunt, sed ex die, aut conditione.* 2. *Vel potius Testamento aut codicillis confirmatis directo manumissi in diem vel conditionem. nec enim sunt statuliberi qui per fideicommissum manumittantur in conditionem vel in diem.* l. eius serui ad l. Fal. l. 55. De man. test. l. in bello. §. si statuliber, adhibito. §. si fideicô. De capt. & c. post l. & *manumissio quoque vindicta sub conditione vel ex die non fit, vt tutela quæ testamento recte datur sub conditione vel in diem sed non à magistratu.* 3. *Vel statuliberi, qui sunt in spe libertatis.*

c Sub conditione vel ex die nô fit manumissio vindicta. & Tutela dativa.

d Coniunctio huius tituli ad superiores.

¶ *Superiores*[d] *tituli sunt de libertate, hic de statulibertate. Cuiac.*

DE STATVLIBERIS. TITVLVS VII.

Hæc lex seipsam summat.

I. PAVLVS *libro 5. ad Sabinum.*

Statuliber est, qui statutam & destinatam in tempus vel conditionem libertatem habet. Fiunt autem statuliberi vel conditione expressa, vel vi ipsa. Côditione expressa quid sit, manifestum[a] est: vi ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur. Nam dum incertum est an creditor iure suo vtatur, interim statuliberi sunt quoniam fraus cum effectu[b] in lege Ælia Sentia accipitur.

Statuliber quocúque transeat, cum sua causa transit: & statuliberi causam non prius nanciscitur seruus, quam adita sit hereditas. si verò antè aditionem tradatur, siue vsucapiatur: spes libertatis perit. Item seruus substitutus substitutione pupillari, licet pupillus adeat hereditatem nihilominus seruus efficitur statuliberi.

II. VLPIANVS *libro 4. ad Sabinum.*

Qui[c] statuliberi causam apprehenderit[d], in ea conditione est, vt siue tradetur, salua spe libertatis alienetur: siue vsucapiatur, cùm sua causa vsucapiatur, siue manumittatur, non perdat spem Orcini liberti. Sed statuliberi causam non prius seruus nanciscitur. nisi adita vel ab vno ex institutis hereditate. Cæterú ante aditioné, si ue tradatur, siue vsucapiatur, siue manumittatur: spes statę † libertatis intercidit[e]. 1 ¶ Sed si impuberis tabulis libertas seruo sit ad meum cú libertate pupillo meo heredé institutio: sicut primo gradu substituto, putà si pupillus heres non erit: sit seruus liber & heres, siue secundo, putà si pupillus heres non erit: tunc sit hæres: & si illa non sit, tunc seruus heres erit. & eodem modo inferiori gradu substitutionis. & in omnibus his casibus dicitur heres necessarius: & interim est statuliber. Fran.

scripta[f]: an viuo pupillo, post aditionem videlicet hereditatis patris, statuliber fit? Cassius negat Iulianus contra existimat. quę sentétia verior† habeatur[g].

2 ¶ Plus scripsit Iulianus, & si legatus sit seruus ab herede patris, liber esse iussus in pupillaribus tabulis, præualere libertatis donationem.

Sub conditione seruus institutus, non est statuliber conditione pendente. & reddit rationem. Si conditio deficiat, erit statuliber tantum nô etiam heres. Item seruus substitutus pupillo cum libertate, siue primo gradu, siue secundo, aut vlteriori, efficitur statuliber. h. d. vsque ad l. seq. quá vide per te.

3 ¶ Si[h] primis tabulis sub côditione[i] seruus cum libertate ex parte dimidia heres sit institutus: an statuliberi causam obtineat: vt adeúte coherede, cú sua causa vsucapiatur? Cú à semetipso[k] acceperit libertatem, non potest statuliberi causam obtinere. Planè si conditio hereditatis deficiat, quo casu secundùm Iulianú[l] vel libertaté adipiscitur † dicendum est statuliberi causam obtinere: eo quod non à semetipso, sed à coherede accepisse libertatem creditur.

4 ¶ Quocunque gradu pupillo seruus cú libertate substitutus sit necessarij causam obtinet. quę sententia vtilitatis causa recepta est: & à nobis probatur. Celsus quoque putat libro quintodecimo * cum libertate substitutum statuliberi causam obtinere.

III. IDEM *libro vicensimoseptimo ad Sabinum.*

c ¶ *Qui. s.* seruus. Accursius.

d ¶ *Apprehenderit.* i. qui est statuliber.

e ¶ *Intercidit.* sed adita hereditate redintegratur: vt. ǰ. eo. *statuliberum.* §. fi. & ǰ. tit. ij. l. pe. in f.

† Aditione enim hæreditatis tabulæ pupillares convalescunt & omnia in eis scripta. l. 2. ff. eod. t. de vulgari.

f ¶ *Adscripta est.* ita vt dictum est. Accur.

g ¶ *Habetur.* quòd si statuliber: & ad hoc ǰ. eo. l. fi. & leg. in tabulis. & ǰ. de hered. insti. l. sed & si in conditione. §. fin.

h ¶ *Si in primis.* respô det scilicet Iulianus.

i ¶ *Sub conditione.* si nauis ex Asia venerit.

k ¶ *A semetipso*[a]. facit de adquiren. he. redi ex parte. & dicta lege. sed & si in conditione. §. fin. & supra de nego. gest. at qui natura. in princip. & §. cum me.

a Libertatem à semetipso accipit, qui heres institutus & liber institutus.

* Si in primis.

l ¶ *Secundum Iulianum.* vt ǰ. proxi. §. in fi.

† adipiscitur.

Statuliberos. CASVS Statuliberi debent parere conditioni sub qua relicta est eis libertas, si nemo eos impediat parere, & conditio sit possibilis. Secundò dicit. Seruus iussus esse liber. si det x. heredi: si dat statim est liber. si autem dare vult, & heres non vult accipere. statim est liber, ex quo per eum non remanet: nec est vis de qua pecunia offerat an peculiari, an aliúde habita. Sed pone q ipse heres. debeat: pecuniá seruo: vt quia seruus de peculio erogauerat in bona defuncti, vel seruus debeat recipere pecuniá ab extraneo: nec heres vult soluere huic seruo, vel non vult exigere quòd seruo debetur ab extraneo: sic non habet seruus vnde pareat conditioni sub qua relicta est ei libertas. certè liber erit siue iussus erat dare pecuniam heredi: siue extraneo. Sed pone quòd relicta erat libertas seruo si ascendat Capitolium, vel si Capuam iret seruus: & per heredem stat quò minus seruus vadat. nam liber erit seruus. Sed pone quòd seruo est relicta libertas, si det decem vni heredum, putà Titio: & per alterum heredem stat quò minus det. certè liber est hic seruus: & coheres cui hæc x. erant danda, aget familiæ erciscundæ contra heredem impedientem ad ista x. [SI DECEM IVSSVS.] Seruus esse liber iussus si det x. heredi. accepit quinque ab extraneo, & ea dedit heredi. dicitur quòd non est liber, nisi omnia decem det: & extraneus qui ad hoc dederat nummos, eos vindicabit. sed si seruus det alia v. erit liber: & extunc dominiú nummorum erit accipientis. [SI PLVSQVAM.] Iussus dare x. & esse liber, dedit xx. dicitur quòd erit liber, & alia x. repetentur. [SI QVIS.] Seruus erat iussus esse liber, si det x. heredi. heres eum vendidit sine peculio: an statim fit liber, quęritur. & videtur quod sic, quasi prohibitus videatur de peculio dare. sed tamen dicit quòd non est liber, nisi cùm vellet accipere de peculio & soluere, prohibitus est. [SI QVIS SERVVM.] Seruo relicta est libertas, si det x. heredi heres prohibet eum operari, vel aufert ei quod ex operis suis quæsierat; vel sponte dedit ei seruus. an efficiatur liber

* vigesimo

e Consilium sudum nô [?] nisi sequatur effectus.

† Liuius.

Statuliber.] CASVS. Statuliber dicitur seruus cui relicta est libertas ex die vel sub côditione. Secundò dicit q conditio quandoque est expressa, vt hic si nauis ex Asia venerit, talis seruus fit liber. quandoque fit côditio vi ipsa quæ facit seruú statuliberum: vt si in fraudem creditorum relicta sit libertas, & nascitur an ex hoc fraudentur ipsi creditores: an non. ná interim seruus talis dicitur liber. Franciscus.

a ¶ *Manifestum est.* putà si sit relicta libertas si nauis ex Asia venerit: vel sub qualibet alia simili. Accursius.

b ¶ *Cum effectu.* non solum consilium[e]: vt & ǰ. fideicommissum lib. l. iij. §. si in fraudem. ǰ. & facit ǰ. ne quis eum qui in ius voca. l. penult. §. ij. Accursius.

Qui statuliberi. [CASVS. Quatuor partes habet huius l. principium. Prima est quòd statuliber interim siue vendatur ab herede, siue vsucapiatur ab aliquo, siue interim manumittatur: non perdit spem libertatis Orcinæ, quin veniente condit. sub qua erat relicta libertas, fit Orcinus libertus, scilicet testatoris. Secúda est: statuliberi causam non prius seruus nanciscitur, nisi adita hereditate, saltem ab vno heredum. antè enim quàm adeatur, si vsucapiatur. hic seruus ab aliquo, spes libertatis extinguitur. Tertia est: seruus substitutus est filio impuberi, si côtingat eú mori in pupillari ætate. & in hoc casu est relicta libertas seruo sub conditione aliqua. núc impubes adiuit heredi. an nunc ille seruus dicatur statuliber, quæritur. & dicitur quòd sic: licèt quidam contra: & malè. Quarta est: legatus est seruus dandus ab impubere herede. huic impuberi datus est substitutus, & hoc casu relicta est libertas huic seruo. dicitur quòd prçualet libertatis datio, vt sic dicatur statuliber, & legatum non teneat. [SI IN PRIMIS.] Stichum seruum meum cum libertate heredem ex parte institui sub condit. putà si nauis ex Asia venerit. dicitur quòd interim non est statuliber: cùm à seipso accipiat libertatem, & adeunte coherede non est liber: & possessus ab aliquo vsucapiatur non spe libertatis. Secundò dicit: pone quòd deficiat conditio. hoc casu est liber tantum, non heres, sed statuliber. Tertiò dicit: substitui seruum

Statuliberos conditioni parere oportet, si nemo eos impediat, & si sit conditio possibilis [a].

1 ¶ Sed si in heredis persona iussus sit parere conditioni: quid dici debeat? Si quidem paruit cōditioni, statim liber est, etiam inuito herede. Quòd si non patitur heres pareri, putà offert decem [b] quæ dare iussus erat [c], procul dubio liber est: quia per heredem stare videtur quo minus conditionem impleat. & parui refert de peculio ei offerat, an ab alio accepta. Receptum [d] est enim, vt seruus peculiares quoque nummos dādo perueniat ad libertatem, siue ipsi heredi, siue alij dare iussus est.

2 ¶ Indè quęritur, si fortè debeatur pecunia huic seruo vel ab herede quod in domini rationē plus erogauerit [e], vel ab extraneo: nec velit heres debitorē cōuenire, vel statulibero soluere pecuniā: an debeat ad libertatem peruenire, quasi moram per heredem patiatur. Et aut [f] legatum huic statulibero fuit peculium: aut nō, si legatum peculium fuit, Seruius scribit moram eum libertatis passum ob hoc ipsum, quòd ei aliquid ex ratione dominica deberetur, nec ei ab herede præstaretur. quā sentētiam & Labeo probat. Idem Seruius probat & si in eo moram faciat heres, quod nolit exigere à debitoribus [g]. nam peruenturum ad libertatem ait. mihi quoque videtur verum quòd Seruius ait. Cùm igitur veram putemus sententiā Seruij: videamus an & si non fuerit prælegatum peculiū seruo, idem debeat dici. constat enim [h] statuliberum de peculio posse dare, vel ipsi heredi iussū [i], vel alij: & si eum dare impediat perueniet statuliber ad libertatē. Deniq. etiā remedij loco hoc monstratur domino statuliberi, vt cū extraneo iussū dare prohibeat: ne & nūmos perdat [k] cū statulibero. proinde defendi potest, etsi nō vult exigere, vel ipse soluere, vt hic habeat vnde conditioni pareat, libertatem competere, & ita Cassius quoque scribit.

3 ¶ Nō solū autē si dare iussū, dare prohibeat, statuliber ad libertatem perueniet: verū etiam si ascendere Capitolium iussum ascendere vetet: item si Capuæ dare iussum, Capuam ire prohibeat. nam qui prohibet seruum proficisci: intelligēdus est impedire magis † velle libertatem, quàm operis serui vti [l].

4 ¶ Sed & si iussum coheredi dare, non patiatur vnus ex heredibus dare: æquè liber erit. sed is cui iussus erat dare, & liber esse: familiæ ercisc. iudicio ab eo qui impedierit, cōsequitur quod sua intererat prohibitum statuliberum non esse. 5 ¶ Si decem iussus dare, & liber esse, quinque det: nō peruenit ad libertatem, nisi totum det [m]. interim igitur vindicare quinque nummos dominus [n] eorum potest: sed si residuum [o] fuerit solutum, tunc etiam id alienatum, cuius antè dominium non erat translatum [p]: ita pendebit præcedentis summæ alienatio: sic tamen, vt non retrò [q] nummi fiant accipientis: sed tunc cum residua summa fuerit exsoluta. 6 ¶ Si plusquàm iussus erat, dederit statuliber [r] putà decem iussus dare viginti dederit: siue numerauerit, siue in sacculo dederit: peruenit ad libertatem & superfluum potest repetere [f].

7 ¶ Si quis seruum iussum decem dare, & liberum esse, vendiderit sine peculio [t]: vtrū statim [u] liber sit quasi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipso quod sit ne peculio distractus sit: an verò cùm fuerit prohibitus peculium tāgere? Et puto tunc demum liberū fore eum volens dare prohibeatur: nō statim vbi venit [x]. 8 ¶ Si quis seruum iussum decem dare, & liberū esse, operari prohibeat: vel si quod

liber hic seruus quæritur: & dicitur quod si id quod quæsierat seruus, heredi dedit spontè, vel abstulit ei heres, erit liber. si autem prohibeatur operari, non erit per hoc liber: nisi testator voluerit quod hæc x. possit seruus colligere ex operis suis. si autem surripuit heredi argentum, vel aliam rem, & eam vendidit, & de hac pecunia soluit heredi: erit liber secus si ipsā pecuniā surripuit heredi vel alij, & soluit heredi. nā donec extat pecunia, nō erit liber. si autē est cōsumpta in primo casu. s. quādo heredi surripuit, idē. si autē alij, tūc liber efficietur. [NON SOLVM.] Sicut heres fecit morā in manumittēdo seruum de quo erat rogatus: sicut eius tutor, vel curator, vel similis: est idē semper. s. vt seruus efficiatur liber. sufficit enim q per statuliberū non stet quò minus cōditioni pareatur [SI QVIS.] Seruus iussus est liber esse, si det x. heredi intra xxx. dies proximos post mortem testatoris. hic heres distulit adire: postea adiuit. dicitur quòd seruus si det x. intra xxx. dies post aditam hereditatem. satis est vt sit liber: & hoc, si heres dolosè distulit adire: & seruus pecuniā quā propter hoc habebat paratam, interim amisit: hoc casu statim adita heredit. seruus fit liber. [SI QVIS SIC] Libertas relicta est seruo cùm x. dare poterit heredi. dicitur quòd tunc erit liber, cùm dederit: vel per eum non stet quo minus priùs det: licet seruus habuerit decem, vel si idoneus ad decem soluenda. [STICHVS.] Sticho relicta est libertas, si annua bima trima die x. aureos det heredi. cum vellet pro primo anno dare x. heres noluit recipere. nō per hoc erit liber, sed tunc demum cùm lapsum erit trienniū. & seruus soluerit pro omni anno x. vel per eum non steterit. vnde & si eadem x. secundo anno obtulit, satis sit: vel tertio, & heres noluit, seruus fit liber, nec heres poterit pœnitere. Sed pone quòd hic seruus tota xxx. obtulit primo anno pro omnibus tribus? satis fit vt hic seruus sit liber. [SI ITA.] Relicta est libertas seruo, si quinquennio seruierit heredi. heres interim eum manumittit. Dicitur quod statim fit liber ex testamento: quasi per heredem steterit quo minus conditio impleatur. secus autem si heres eius seruitio non vult vti. nam hoc casu seruus non fit liber nisi lapsu quinquennij. & est ratio diuersitatis inter hos duos casus: quia in primo casu, ex quo est manumissus, non potest amodo seruire iure seruitutis. secundo casu potest. cùm adhuc sit seruus, & heres potest manumittere, & vti eius seruitio. licet non per totū quinquennium, cùm aliquid de eo sit lapsum. [IDEM IVLIANVS.] Arethusæ relicta fuit libertas, si tres seruos pepererit. per heredem stetit quo minus pareret, dādo ei medicamenta ne conciperet, vel vt abortiuum faciat. dicitur quod statim est libera. idē est si seruo relicta est libertas, si seruierit heredi: & heres eum vendat & tradat. nam statim seruus fit liber. Fr. Accursius.

a ¶ *Possibilis.* aliàs [a] dic vt inf. *eod. cùm heres. §. ij.* Accur.

b ¶ *Decem.* quæ s. non patitur heres offerri.

c ¶ *Erat.* s. ad hoc vt fieret liber.

d ¶ *Receptum est.* vt & *s. de condic. cau. d. l. iij. §. fi.* deducto quod domino debetur: *vt j. eo. si decem.* Accur.

e ¶ *Plus erogauerit.* quā inde accepisset.

f ¶ *Et aut.* nunc respōdet.

g ¶ *Debitoribus.* scilicet istius serui.

h ¶ *Constat enim.* vt supra in prin.

i ¶ *Iussum.* scilicet dare.

k ¶ *Perdat.* interim sub. perdet tamen: quia conuenitur actione in factum, ab eo qui habere debuit: *vt s. de condict. cau. da. l. iij. §. fin.* Item contra *s. eo. si peculium. §. de illo.* Sed solue. *vt s. de condict. ob cau. l. iij. §. fi.* vbi plenè dixi. & facit *s. de fideicom. lib. l. si filius §. erit & j. de fur. l. si seruus cōmunis. §. fi.*

l ¶ *Serui vti.* aliàs serui vti. & hæc bona: & dic operis in eundo Capuam. *& sic facit j. si quis seruum.* aliàs, *seruituti* & hæc mala.

m ¶ *Totum det.* sic [b]. *C. de distra. pig. l. quandiu.* Argu. contra infra. *de solu. si quis stipulatus. §. qui decem* [c].

n ¶ *Dominus.* extraneus, qui ad hoc dederat seruo, vel domino serui.

o ¶ *Residuum.* i. alia quinque. Accur.

p ¶ *Translatum.* sic *s. de condic. indeb. si non fortè. §. si decem & inf. de ver. obli. l. ij. in prin.*

q ¶ *Non retro.* sic *s. de offi. procon. l. obseruare. §. fin.* Argu. contra. *C. ad Maced. l. si.* Item facit ad *§. supra de vsufruct. l. sed & si quis stipuletur. §. tertium.*

r ¶ *Statuliber.* extraneo, non heredi, vt habeant locum sequentia.

f ¶ *Repetere.* dominus quondam *sic supra de condic. indeb. si pœna. §. fi. & l. cum dao.*

t ¶ *Sine peculio.* quòd semper [d] intelligitur, nisi contra dicatur: *vt s. de contrah. emp. quotiens.*

u ¶ *Statim.* facit *j. e. non videbitur. & s. ea. l. in prin.*

x ¶ *Venit.* id est venditus est sine peculio.

¶ Compensatio non fit e ius quod statuliber præstare heredi cogitur, & eius quod vicissim alia ex causa præstare debet. Fit enim debiti ad debitum compensatio. Atqui quod heredi debetur non est debitum quod dandi est implendæ conditionis causa. Proinde statuliber, heredi a quo ad uersus heredem debiti nomine quod nisi dissoluat, conditio habebitur pro impleta. vide *l. 81. in l. ... fit. de cond. ... Aug. in l. ... C. de adul. ...*

a Conditioni impossibili q non paret, ex cusatione meretur.

† Dubium hæc recepere interpretatione in deteriori partem hinc colligit. Oldendor.

b Partis igitur quod totius, non idem ius est.

c Obligationi diuiduæ satisfit partis præstatione: at non indiuiduæ, vt est libertatis conditio & obligatio.

d Seruus in dubio intelligitur venditus sine peculio.

ex operis suis meret †, abstulerit ei heres: vel si quod ex mercedibus suis coegit, heredi dederit. an ad libertatem[a] perueniat? Et puto, si quidem ex operis dederit, vel vndecunque dederit, ad libertatem peruenturum. quod si prohibeatur operari, non fore liberum: quia operari domino[b] debet. Planè si ei ablata * fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio[c] dare prohibeatur. Sanè si testator vel ex operis vt det iussit, prohibitum operari, ad libertatem peruenturum non dubito.

9. ¶ Sed & si argento subtracto[d], vel rebus aliis distractis nummos corrasos[e] dederit, perueniet ad libertatem: quamuis si nummos subtractos dedisset, ad libertatem non perueniret. Nec enim videtur dedisse[f], sed magis reddidisse. Sed nec si aliis subripuerit nummos[g], & heredi dederit, ad libertatem perueniet: quia auelli nummi ei qui accepit, possunt. Planè si sic consumpti fuerint, vt nullo casu auelli possint, competet libertas.

10. ¶ Non solum autem si heres moram facit libertati, sed & si tutor vel curator vel procurator, vel alius quiuis in cuius persona conditioni parendum est: libertatem competere dicemus: Et sanè hoc iure vtimur in statulibero, vt sufficiat per eum non stare[h] quò minus conditioni pareat. 11. ¶ Si quis heredi in diebus triginta proximis mortis testatoris dare iussus † fuerit, deinde heres tardius adierit[i]: Trebatius & Labeo, si sine dolo malo tardius adierit, dantem eum intra dies triginta aditæ hereditatis ad libertatem peruenire. quæ sententia vera est. Sed quid si data opera traxit[k], an ob id statim vt adita est hereditas, ad libertatem perueniat. Quid enim si tunc habuit[l], post aditam habere desiit, Sed & hic expleta videtur conditio[m], quoniam per eum non steterit quò minus impleatur.

12 ¶ Si quis sic acceperit libertatem, *Cum decē dare poterit, liber esto:* Trebatius ait licèt habuerit decem, vel idoneus fuerit ad adquirendum & conseruandum peculium: tamen non aliàs ad libertatem peruenturum, nisi dederit, aut per eum non steterit quo minus det. quæ sentētia vera est[n].

13. ¶ Stichus, annua, bima trima die denos aureos heredi si dederit, liber esse iussus est. Si prima pensione stetit per heredem quo minus acciperet decem, expectandam esse trimam[o] pensionem placet: quia tempus adiectum est[p], & adhuc supersunt duæ pensiones. Sed si eadem decem sola habeat quæ obtulit[q] ad primam pensionem an etiam ad sequentem quoque prosit, si offeratur: an & ad tertiam, si sequens pensio non sit accepta? Et puto sufficere hæc eadem: & pœnitētiæ heredi locum non esse[r]. quod & Pomponius probat.

14 ¶ Quid si seruus qui annua bima, trima die iussus est dena dare, tota simul offerat heredi[s] nō expectata die? vel decem primo anno datis, secundo anno viginti obtulit? benignius est cū in libertatem peruenire[t]: cùm vtriusque prouidentia infertur. & serui quatenus maturiùs in libertatem perueniat: & heredis quatenus dilatione interempta illico accipiat quod post tempus consequi poterit.

15 ¶ Si ita sit libertas seruo data, *si quinquennio heredi * seruierit:* deinde cum heres manumiserit, statim liber[u] fit: quasi per eum[x] sit effectum quo minus[y] ei seruiat: quamuis si non pateretur eum sibi seruire, non statim perueniret[z], quàm si quinquennium præterisset. ratio huius rei euidens est. manumissus enim amplius seruire nō potest[a]. at is quem quis non patitur sibi seruire, postea pati potest intra quinquennij tempus. Atquin[b] iam quinquēnio ei seruire non potest. sed vel[c] minus potest.

16 ¶ Item Iulianus libro sextodecimo Digestorum scripsit, si Arethusæ[d] † libertas ita sit data, si tres seruos pepererit: & per heredem steterit quo minus pepererit, putà quod ei medicamentum[e] dedisset ne conciperet: statim liberam futuram * esse. Quid enim expectamus[f]? Idémque[g] & si egisset heres vt abortum faceret[h] quia & vno vtero potuit tres edere.

17. ¶ Item si heredi seruire iussum statuliberum heres vendidit & tradidit: credo statim ab libertatem[i] peruenire.

a ¶ *Ad libertatem.* nisi ipsemet operas ab herede conduxerat, quarum mercedem soluendo non fit liber. *vt j. eod. seruus* [illegible] *in prin.*

b ¶ *Operari domino.* & vxor[a] viro: *vt s. de oper. lib. l. sicut.*

c ¶ *De peculio.* ex peculio enim intelligitur quod ex operis suis quæsiuit.

d ¶ *Subtracto.* heredi. Accursius.

e ¶ *Corrasos.* id[b] est collectos ex venditionibus prædictarum rerum sic ponitur supra. *de admi. tut. ita autem. in prin.* & pro hoc infra. *de fur. qui vas. §. vltim.* Alij dicunt id est non argenteos. quod nihil est.

f ¶ *Dedisse. sic inf. eod. l. Stichum §. si heres.*

g ¶ *Nummos.* vnde habere non videtur: *vt j. de regulis iuris. leg. non videtur data.* Et argu. *s. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. & facit j. eod. si hereditatis. & l. non omne. & l. non videbitur.*

h ¶ *Non stare.* vt[c] *j. eodem si hereditas. in prin. & facit supr. de manumiss. testam. qui filium.* & in potestatiua hunc §. intellige, non casuali.

i ¶ *Adierit.* hereditatem: & sic non potuit dare. aliàs contra: *vt j. e. l. si intra.*

k ¶ *Traxit.* id est protraxit. *sic s. tit. j. si quis rogatus. §. j.*

l ¶ *Habuit.* quod dando potuit ad libertatem peruenire. & ad hoc infra eodem *si hereditas. in prin.*

m ¶ *Conditio.* & sic adita hereditate, erit liber.

n ¶ *Vera est.* oportet quòd factum[d] sequatur potentiam.

o ¶ *Trimam.* aliàs primam. & tunc dic primam post primam. *sic in auth. vt. de here. & Falc. § inordinatum.* aliàs *trinam.*

p ¶ *Adiectum est. sic[e] j. de verb. oblig. l. in illa stipulatione.*

q ¶ *Quæ obtulit.* ex hoc, quia eadem decē offert: patet secundùm A[illegible]o. quòd non[f] est necessaria cōsignatio vel depositio, sed sufficit sola oblatio, nisi quando esset absens qui recipere deberet: *vt hic & j. eod. l. cum heres in prin. & §. si duobus.* quo[illegible] non est aliàs: *vt C. de* [illegible] *furd. accept* [illegible].

r ¶ *Non esset. sic s. de adil. ed. l. quis sit fugi-*

mus in prin. Argu. contra. *C. de appel. l. si quis libellos.* Accursius.

s ¶ *Offerat heredi.* & sic xxx. pro[a] tribus annis, in quolibet quorum tenebatur soluere decem, & postea esse liber.

t ¶ *Peruenire.* sic *supra de manumiss. testamen. l. si ita fuerit. §. fin.* Sed contra infra *eod. l. si triennio.* Sed ibi solues.

u ¶ *Statim liber.* sic *j. eodem l. seruus si heredi. in princ.* & dic ex testamento, non ex huius manumissione. Accursius.

x ¶ *Per eum.* scilicet heredem.

y ¶ *Quo minus.* i. non.

z ¶ *Perueniret.* ad libertatem. *& est sic infra eodem l. Stichus. §. Damа.*

a ¶ *Non potest.* iure[b] seruitutis: *vt & infra l. proxi. §. Stichus Titio. quæ est contra.* Sed ibi solues.

b ¶ *Atquin.* opponit.

c ¶ *Sed vel.* nunc resp. & dic vel, pro saltem.

d ¶ *Arethusæ.* aliàs. §. idem. & aliàs l. Arescusæ. H.

e ¶ *Medicamentum.* ad quod, *facit in Authen. de nupt. §. sic itaque. & infra ad leg. Corn. de sic. l. iij.*

f ¶ *Expectamus.* ¶ Nota ergo conditionem[c] pro impleta haberi, ex quo stat per eū cui debet impleri: *vt & s. de fideicommiss. liber. l. si filius. §. erit. & infra de verbor. obligat. l. in executione. §. final.* Argu. contra. supra *eadem l. §. si quis seruum.* vbi prohibet eum operari: & non nocet domino.

g ¶ *Idemque.* s. quod statim efficiatur libera.

h *Faceret.* scilicet Arethusa.

i ¶ *Ad libertatem,* conditione habita pro impleta: quia per heredē stetit quò minus ei seruiret.

Cum heres. CASVS. Seruus iussus est esse liber, si det decem heredi, heres abest causa reipublicæ. dicitur quòd hic seruus vel expectet heredem, & ei det x. & erit liber. vel si non vult expectare: deponat pecuniam in ecclesia, & erit liber. [NON EST STATVLIBER.] Reliqui libertatē cuidam seruo, qui nihil habebat si det mille libras heredi. vel sic: cùm morietur, sit liber. non est iste

† Sic Flo. rectè Ant. Aug. li. 3. c. 9.

a Vxor tenetur viro ad operas obsequiales: non autem ad industriales. [illegible] no. Bal. in auth. ex testamento. C. de colla. per l. sunt per gl. hic allega.

* Sic Flo. rectè. Ant. Aug. vbi supra.

b Corrasi nummi. pro. collectis ex re furtiua. Nec enim pro non argenteis hic sumuntur.

c Paria videntur dedisse aut per debitorē nō stetisse quo minus daret.

† Iussus dare heredi intra certum tempus, debitor dandi esse incipit post diē aditæ hereditatis. Accursius [illegible] l. si [illegible] § si quis seruus de legat. i.

d Posse verbū requirit actū.

e Contumax in vno, nō cōtinuo contumax est in aliis. vnde colliguntur, [illegible] in lite contumacem, iterū citandum esse ad audiendam sententiam. [illegible] vide extra de dolo & contumacia in sexto, vide hic Bartolum & quæ a Bar. enumerata.

f Oblatio sola debiti sine cōsignatione & depositione quandoque sufficit.

a Inuito domino emphyteutam posse pēsionem triumannorum in antecessum dare, hinc colligit Bar. arg. l. placuit C. de fundis patrimonial. Idem Dynus tenet arg. l. cum qui 25. §. de annuis legatis. Contrariū notat M. de Fano. ext. item de cōstitut. & Speculator tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. 31. & 33.

b Seruire quis potest etiam sine iure seruitutis.

c Cōditio pro impleta habetur quotiens stat per eum cui conditio impleri debet * heredi meo.

† Arescusæ.

* futuram.

iſte talis ſtatuliber, cùm nec animus dandæ libertatis ſit. [SERVIRE.] Seruo relicta eſt libertas, ſi anno ſeruierit. Titio. Titio intra annum mortuo ſeruus nondum eſt liber, niſi annus finiatur. & redditur ratio. [SI DVOBVS.] Seruus liber eſſe iuſſus ſi det x. Titio & Sempronio, v. obtulit Titio, & Titius noluit. eadem quinque obtulit Sempronio, & noluit. dicitur quòd ſit liber. [STICHVS.] Seruo relicta eſt libertas, ſi ſeruierit Titio extraneo per triennium. vel ſic: ſi tot operas putà decē ei dederit: dicitur quòd interim eſt ſtatuliber, & ſeruire debebit per triennium Titio: licèt non domino. & ſi heres prohibet Titio ſeruire: ſtatim ſeruus ſit liber. & hæc ſunt vera, quando per hæc verba non habuit teſtator animum relinquendi Titio dominiū ſerui. tunc enim ſecus eſſet in hoc vltimo caſu, quod dic vt in glo. [STICHVS.] Titio reliqui libertatē, ſi heredi meo ſeruierit per annū. dicitur quòd hic annus conſtat ex ccclxv. diebus, non ex pluribus propter biſſextū. & dicitur quòd impleta cōditio eſt, ſi per aliquam partem anni fuit infirmus, ita quòd non potuit ſeruire. Secundò dicit: ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, ſi det decē heredi. heres cogitur recipere etiā particularem ſolutionem. & hoc ſpeciale fauore libertatis. Titio dicit: relicta eſt libertas ſeruo, ſi Titius Capitoliū aſcēdat. vel ſic: ſi Titius det x. fratribus prædicatoribus: Titius non compellit hoc adimplere: & eo nō adimplente, ſeruus non fiet liber. Vltimò dicit, ſeruus liber eſſe iuſſus, ſi ſeruiat heredi meo per annū: illi dies non computantur in anno quibus ſeruus extitit in fuga, vel in quibus contendit pro libertate contra heredem. Franc. Accurſius.

Depoſita pecunia quam ſtatuliber debet pro ſua libertatione, efficitur liber.

IIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

CVm heres reipublicæ cauſa abeſſet [a], & pecuniam ſtatuliber haberet: vel expectare eum debere donec redeat is cui dare debet, vel deponere in æde pecuniam conſignatam oportet: quo ſubſecuto ſtatim ad libertatem peruenit[b].

Libertas collata in nimis longum tempus, vel in conditionem impoſſibilem, declarat voluntatem domini contrariam eſſe libertati.

1 ¶ Non eſt ſtatuliber, cum libertas in tam longum tempus collata [c] eſt, vt eo tempore is qui manumiſſus eſt, viuere non poſſit [d]: aut † ſi tam difficilem, imò penè impoſſibilem conditionem adiecerit, vt aliunde ea libertas obtingere non poſſit, veluti ſi heredi mulies * dediſſet: aut cum moreretur, liberum eſſe iuſſiſſet. ſic enim libertas inutiliter datur. & ita Iulianus ſcribit: quia nec animus dandæ [e] libertatis eſt.

2 ¶ Seruire Titio anno, & liber eſſe iuſſus, Titio mortuo non ſtatim liber fiet, ſed cùm annus tranſierit [f]: quòd [g] videtur non tantùm ſub conditione, ſed etiam ex tempore data libertas. etenim abſurdum † eſt maturius eum liberum fieri cùm conditionem non impleuit, quàm futurus foret ſi eā expleret. 3 ¶ Si duobus † decem datis, liber eſſe iuſſus ſit, & vnus quinque accipere noluerit: melius eſt dicere poſſe † eum eadē quinque [h] alteri offerentem [i], ad libertatem peruenire. 4 ¶ *Stichus ſi Titio [k] per triennium ſeruierit, vel ſi illi [l] centum operas dederit, liber eſto.* conſtat hoc modo libertatem vtiliter dari poſſe. nam & alienus ſeruus ſeruire nobis poteſt ſicuti liber [m], & multò magis operas dare: niſi teſtator ſeruitutis appellatione [n] dominium magis quàm operam intellexit. ideóque ſi prohibet heres Titio ſeruire, peruenit ad libertatem [o].

5 ¶ *Stichus ſi heredi meo anno ſeruierit, liber eſto.* quærendum eſt, annus quomodo accipi debeant: an qui ex continuis diebus trecentis ſexagintaquinque conſtet, an quibuſlibet [p]. † Sed ſuperius [q] magis intellegendum Pomponius ſcribit. Sed ſi quibuſdam diebus aut valetudo, aut alia iuſta cauſa impedimento fuerit quo minus ſeruiat: & hi anno imputandi ſunt [r]. Seruire enim nobis intelleguntur etiam hi quos curamus ægros: qui cupientes ſeruire, propter aduerſam [s] valetudinem impediuntur.

6 ¶ Item ſi decem heredi dare iuſſus fuerit, heres etiam per partes [t] accipere fauore libertatis cogendus eſt.

7 ¶ Ita liber eſſe iuſſus, *ſi Titius Capitolium aſcenderit:* ſi Titius noluit aſcendere, impedietur libertas. Itémque iuris eſt in ſimilibus cauſis [u] & conditionibus [x].

8 ¶ Item Caſſius ait, ei qui ſeruire iuſſus eſt anno: illud tempus quo in fuga [y] ſit, vel in controuerſia [z], pro libertate non procedere.

a ¶ *Abeſſet.* ſecus ſi præſens accipere recuſat: *vt ſupra. l. proxi. § Stichus annua.*

b ¶ *Peruenit.* ſic *Cod. de vſu. l. acceptam. & qui po. in pign. hab. l. j. & ff. depo. l. j. §. ſi pecuniam in ſacculo.* Accurſius.

c ¶ *Collata.* id eſt relicta.

d ¶ *Poſſit.* niſi conditione impleta.

e ¶ *Dandæ.* quòd præſumitur [a] ex eo quòd tam longum tempus vel conditionem impoſſibilem adiecit. Azo. *vt ſupra de manum. teſta. l. antepen. §. fin. & l. fin. in princ. & argu. ſupra de vſufruct. l. Titio.* Sed contra. *Inſtit. de here. inſtit. §. impoſſibilis.* ſed finis huius §. videtur ſoluere. Vel hæc per illam corrigitur: Vel ibi [b] de natura eſt impoſſibilis [c]: hic de facto.

f ¶ *Annus tranſierit.* vt & *ff. de teſtam. manum. l. ſi ita ſcriptum fuerit. & j. eod. l. ſi prædium. §. quædam. & l. ſi ſeruus liber.* Sed contra. *j. ea. l. §. Stichus. & l. ſi heredi. in fin.* Solut. ibi in perſona ſerui contingit impedimentum: hîc in perſona domini.

g ¶ *Quod.* id eſt quia. & hoc ſoluit etiam dictum contrarium.

h ¶ *Eadem quinque.* & *facit ſupra eo. l. proxi. & §. Stichus annua. & §. ſi decem iuſſus.* Accurſius.

i ¶ *Offerentem.* id eſt quia alteri offerebat. Accur.

k ¶ *Titio.* ſcilicet extraneo, qui non erat heres.

l ¶ *Vel ſi illi.* diſiunctio eſt legis, non teſtantis.

m ¶ *Sicuti liber.* accepto verbo ſeruire, non pro dominio aliàs ſecus: *vt ſupra l. proxi. §. penult.* Accur.

n ¶ *Appellatione.* vt per hoc quod dixit ſeruire, voluerit vt per triennium dominium foret Titij. Accur.

o ¶ *Peruenit ad libertatem.* quia non ſtat per ſeruum quò minus adimpleat conditionem, ſed per heredem. & hoc intellige cum teſtator ſeruitutis [a] appellatione non dominiū, ſed operam intellexit: quod in dubio eſt præſumendum: *vt infra eod. l. prox. in prin. & ſupra de vſuf. leg. l. vxori. §. fin.* Si verò dicas loqui quando intellexit de dominio, non ſtatim perueniret ad libertatem, *argu. ſupra l. prox. §. pen.* & ideo leges interrogatiuè peruenit ad libert.? Reſpon. non peruenit ſecundùm Ioan. Item argu. contra. huic §. *infra eod. l. ſi triennio. & l. ſi peculium. §. quædam. & l. ſeruus ſi heredi. §. imperator.*

p ¶ *Quibuſlibet.* aliàs quibuslibet, & aliàs biſſexto. & hæc bona. & de hoc plenè habes *j. de verbo. ſignif. l. cum* biſſextus. ADDITIO. Florentiæ legitur, quibuslibet, id eſt non cōtinuis. Ant. Aug. lib. 1. cap. 2.

q ¶ *Superius.* qui conſtat ex ccclxv [b]. dieb. *vt & ff. ad leg. Aquil. l. ſi vulneratus.* Accur.

r ¶ *Imputandi ſunt.* quaſi conditione impleta. ſufficit enim ſi [c] per eum non ſtat quò minus ſeruiat. Azo. & *ad hoc ff. ad leg. Rhod. de iact. l. fin.* vbi dicit, putà morbo impeditum. *& ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. de illo. & infra eod. l. fina. & ſupra de cōdit. & demon. l. ſi pecuniam in princ. & infra de re iudic. l. contumacis. §. pœnam. & ſupra loc. l. qui operas. & infra de varijs cog. l. j. §. pen.* Accur.

s ¶ *Aduerſam.* ſecus ſi propter publicum iudicium impediatur: *vt j. eod. l. Stichum. §. Dama.* vel per caſum in perſona eius cui eſt ſeruiendum. *vt ſupra ea. l. §. ſeruire. & facit j. eod. in fin.* Accur.

t ¶ *Per partes.* fauore libertatis: aliàs contra *ff. de vſur. l. tutor. §. Lucius. & hoc plenè not. in j. ff. ſi cert. peta. l. quidam.*

u ¶ *Similibus cauſis.* vt in pecuniariis relictis: *vt ff. de condit. & demonſt. l. nonnunquam.*

x ¶ *Conditionibus.* ſcilicet ſimilibus, ſi Titius Romam ierit, vel vltra mare.

y ¶ *In fuga.* ſic *j. eod. l. ſeruus qui teſtamento. §. ſeruus. & ff. de ſtr. ex per. l. Titius. in prin.* Arg. contra. *ff. de vſufru. l. arboribus. §. Iulianus. & j. de acqui. poſſ. l. j. §. per ſeruum qui.* Accur.

z ¶ *In controuerſia.* cùm in libertatem proclamat: non ſi ei ab alio fiat controuerſia ſine dolo ſerui.

STatuliber.] CASVS. Seruus iuſſus eſſe liber, ſi reddiderit rationes heredi. hic ſeruus reliqua quæ nunc apparent, vult reddere, & vult ſatiſdare pro aliis reliquis, ſi apparebunt. ſatis eſt & ſic ſit liber. Vltimò dicit: ſeruus liber eſſe iuſſus ſi det decem, debet decem dare ad hos vt ſit liber: non autem prodeſt ſi vult ſatiſdare. Franciſcus.

† Impoſſibilis & admodum difficilis idē eſt iudicium.

* Id eſt, millies centena millia nummum ... ſi Budæi æſtimationē probamus ... Ant. Aug. ... in Archetyp. legi ... ſed mentione.

† Fictio plus operari non debet quàm veritas.

† Perſonarum enumeratione videtur impleta cōditio non eſſe diuiſa.

a Præſumitur libertatis datio derīſoria in conditionem impoſſibilis ... aut certe poſtmortem eius cui libertas relinquitur.

b Vel hic agitur de conditione difficili, ibi de impoſſibili. Prior vitiat non vitiatur: poſterior vitiatur non vitiat ...

c Impoſſibilis & difficilis differentia ...

† Oblatione vna & eadem impediri poteſt plurium obligationū effectus.

a Seruitutis appellatione non ſemper dominium, ſed & operas quandoque intelligimus.

† Sic Flor. ... an qui non quibuslibet ... perperam etiam vulg. edit. ... Aug. lib. 1. c. 2. ... non cōtinuis.

b Annus conſtat ex ... diebus. Quādoque pro vna ſeptimana ſumitur ...

b Morbo impeditus ... non dicitur, ſed caſu potius. adde hic Albericū ...

c Solutio nemini partis accipere nemo regulariter cogitur.

f. Nouum.

a ¶ *Liberum fore.* & bene, argu. supra *de col. bo. l. j. §. sed cum possint.* & arg. supra *si cer. pet. l. quidam.*

b ¶ *Incerta causa.* si habes, incerta[a] causa: subaudi, impediente rationem huius. Accur.

c ¶ *Et genere.* scilicet impediente rationem huius. Accursius.

d ¶ *Statuliber qui non rationes.* tunc enim in obscuris[b] fideiussores admitterentur. Ir. vt s. dixi. sic *supra quibus. mo. pign. vel hyp. sol. l. item liberatur. §. j. & de constitut. pecun. l. promissor. §. constituto.* Accursius.

a Fideiussor admittitur, si debitum dubium & incertum. non minus, fideiussorem admittere creditor non cogitur. argu. c. ex parte. extr. de verb. signif. & à quo. sup. vt in poss. leg. l. vlt. C. de compensa.

b Ration red dere iussus, pro obscuris id est non liquidis debitis fideiussorem dare potest: pecuniam verò dare iussus, soluere non satisdare tenetur.

Obscuritas rationum non impedit libertatem competere, si statuliber paratus est pro his satisdare.

v. Pomponius *libro octauo ad Sabinum.*

STatuliber rationem reddere iussus, reliquum quod apparet soluit: de eo quod obscurius est, satisdare paratus est. Neratius & Aristo rectè putant liberum fore[a]: ne multi ad libertatem peruenire non possint incerta causa[b] rationis & genere[c] negotij huiusmodi.

1 ¶ Statuliber qui non rationes[d] reddere, sed pecuniam iussus est dare: numerare debet, iussus est dare: numerare debet, non fideiussorem dare.

vi. Vlpianus *libro vicesimoseptimo ad Sabinum.*

SI statulibera serua pœnæ facta sit,[e] & post damnationem statutæ libertatis conditio extiterit: quamuis ipsi statuliberæ nihil proficiat[f], partui[g] tamen proficere oporteat, vt perinde liber nascatur, atque si mater damnata non esset.

1 ¶ Quid tamen si qua conceperit in seruitute, deinde ab hostibus capta peperit ibi post existentem conditionem? an liberum pariat? Et interim[h] quidem quin seruus hostium sit, nequaquam dubium est: sed verius, est postliminio eum liberum fieri: quia si mater in ciuitate esset liber nasceretur.

2 ¶ Planè si apud hostes eum concepisset, & post existentem conditioné edidisset, benignius[i] dicetur competere ei postliminium, & liberum eum esse.

3 ¶ Statuliber parendo conditioni in persona emptoris, peruenit ad libertatem. & sciendũ hoc ad statuliberos omnis sexus pertinere. Non solùm autem si euenerit hæc conditio, ad eum transit qui emit, verùm etiam ad omnes quincunque quoquo iure dominium in statulibero nacti sunt. Siue igitur legatus sit tibi ab herede statuliber, siue adiudicatus[k], siue vsucaptus à te, siue traditus, vel aliquo iure tuus factus: sine dubio dicemus parẽre cõditioni in persona tua posse. Sed & in heredem emptoris idem dicitur[l].

4 ¶ Si filiusfamiliâs heres sit institutus[m], & statuliber filio: dare iussus est, & liber esse: siue filio siue patri dádo peruenit ad libertatem: quia & ad patrem[n] hereditatis emolumentum peruenit. Sed & si post mortem filij patri dederit, quasi heredis heredi: liber erit. Nam & si quis extraneo dare iussus sit, & liber esse, deinde hic heredi heres extiterit: non quasi in extranei persona, sed quasi in heredis, conditioni parebit[o].

5 ¶ Statuliber[p] decem dare iussus & liber esse, si quinque datis distractus sit: residua quinque emptori dabit.

6 ¶ Si seruus tuus statuliberum emerit: tibi[q] datur quod heredibus dare iussus est. Sed & si tuo seruo dederit: si modò is[r] eum peculiari nomine emit, neque ei tu peculiũ ademisti: puto liberum fore, scilicet vt eo modo tibi dedisse intellegatur, perinde atque si tua voluntate cuiuis alij tuorum seruorum dedisset.

7 ¶ Si quis nõ dare decem, sed rationibus † redditis liber esse iussus sit: an ad emptorem hæc conditio transeat, videamus. Et aliàs sciendum est eas demum conditiones ad emptorem transire, quæ sunt in dando: cæterùm si quæ sunt in faciendo, non transeunt: vtputà si filium eius literas edocuerit. hæ enim personis eorum cohærent[s], quibus adscribuntur. Rationum autem reddendarum conditio, quò ad reliqua quidé attinet, in danda pecunia consistit: quòd autem ad ipsa volumina rationum tradenda, percunctandásque & examinandas rationes, & dispungendas[t] atque excutiendas, factum habet. Nunquid ergo reliqua quidem & emptori dando perueniat ad libertatem: cætera in persona heredis consistant? Puto igitur & ad emptorem reliquorum solutionem transmitti. sic fiet, vt diuidatur[u] conditio. & ita Pomponius libro octauo ex Sabino scripsit.

Si statulibera.] casus. Statulibera propter aliquod delictum est serua pœnæ effecta. nunc extitit conditio sub qua relicta erat ei libertas. dicitur quòd hoc prodest partui eius, licèt non ei, vt partus tunc conceptus & natus sit liber. Sed quid si hæc statulibera existens in seruitute concepit: postea capta ab hostibus pariat post euentum conditionis? certè interim donec partus est apud hostes, est seruus: liberatus ab hostibus, fit liber iure postliminij. idem si apud hostes concepit, & pariat ibidem post euentum conditionis. [statuliber.] Seruus iussus est liber esse si det decem hered. hunc seruum heres interim vendit, vel legat, vel donat alicui, vel vsucapitur ab aliquo. dicitur quòd hic seruus si paret conditioni in persona emptoris, vel alterius noui domini, dando ei ista decem efficitur liber. idem in emptoris herede. idem si det patri heredis: posito quòd filius sit institutus ab extraneo. & hæc sunt vera, siue filius nunc viuit siue non, cùm seruus dat decem patri heredis. Sed pone quòd iussus est seruus dare decem extraneo, & liber esse: nunc heres testatoris successit illi extraneo. huic heredi dabuntur x. non quasi extraneo. Franc. [statuliber.] Iussus seruus dare x. heredi, & esse liber, v. dedit heredi: nunc heres eum vendidit. si alia quinque det hic seruus, dabit emptori. [si seruus.] Seruus iussus est esse liber, si det decem heredi. heres hunc seruum vendidit seruo meo. dicitur quòd si hic statuliber det mihi hæc decem, erit liber. sed & si seruo meo det, erit idem, si emerat de peculio eum, nec ei peculium ademi. [si quis.] Seruus liber esse iussus est si reddiderit rationem eius quod gessit de factis domini. heres interim eum vendidit. an hæc conditio est implenda in persona emptoris, quæritur. & est sciendum, quòd illæ demum conditiones transeunt ad emptorem, quæ sunt in dando, non illæ quæ sunt in faciẽdo: ita talis seruus sit liber, si filium illius instruat literis. idem in similibus. nostra autem conditio & in dando est, prout continet dationem reliquorum: & in faciendo est, prout cõtinet extrahere & excutere rationes. dicendum est ergo, quòd datio vadat ad emptorem, factio autem stet & impleatur in persona heredis. Francis.

e ¶ *Facta sit.* qualis & hodie fieri potest: *vt in authen. de nup. §. quod autem prius.*

f ¶ *Proficiat.* propter geminam[a] seruitutem. Accur.

g ¶ *Partui.* forsitan ante damnationem concepto, vel etiam postea. Azo. *ad hoc supra titu. ij. l. generaliter. §. ex damnata.*

h ¶ *Interim.* quandiu apud hostes sit. Azo.

i ¶ *Benignius.* omisso[b] rigore iuris, & ad hoc *s. de iniu. testa. l. si quis filio exheredato.* siue autem. *& ad hoc quod not. Cod. de capti. l. j.* Accursius.

k ¶ *Adiudicatus*[c]. in iudicio famil. ercis.

l ¶ *Idem dicitur.* vt in eius persona possit parêre conditioni: *vt & infra de excep. doli. l. ij. §. fin. & infra eodem l. statuliberis. §. Quintus. & supra de act. empt. l. Titium. §. j. & infra de fur. l. si seruus communis. §. fin. & supra de e. ill. l. qui libert. tes. & infra ea. l. §. statuliber. & §. si quis. non dare.* Sed hodie videtur quod alienari non possit: *vt Cod. communia. de leg. l. fin. §. pen. & §. fin. & authen. res.* Accur.

m ¶ *Institutus.* ab extraneo. Accursius.

n ¶ *Ad patrem.* non solum istud quod à statulibero datur. Accursius.

o ¶ *Parebit.* *vt infra eod. l. si peculium. §. heredi.*

p ¶ *Statuliber.* *facit supra §. statuliber. & quod ibi dixi.* Accur.

q ¶ *Tibi.* scilicet domino. Azo.

r ¶ *Si.* scilicet seruus.

s ¶ *Cohærent.* *vt & Co. de cadu. tollen. §. ne autem.* Accursius.

t ¶ *Dispungendas.* Quid sit dispungere[d], habes *infra de verb. signi. l. cognoscere.* in ratione enim reddenda sunt hęc duo necessaria: *vt & supra de condit. & demonst. l. cùm seruus ita. §. j. & l. qui sub conditione.* Accursius.

u ¶ *Diuidetur.* similis diuisio institu. *per quas perso. no. acqui. §. j* ¶ Et not. quia conditio quæ pendet ex persona serui, aut consistit in dan-

a Seruus quis esse potest pluribus ex causis vt hic.

b Rigori iuris benigniora preferenda.

c Dominium, facta tamen traditione, ex sententia trãsferri, hinc colligit Albericus.

† Ablationes absolutos cõditionem fa[illegible] hinc colligitur. vt ea [illegible] testatores [illegible] de con[illegible] demonst. l. legatum sub conditione. sup. de a[illegible] legatis.

d Dispungere rationem quid.

a Condicionū aliæ in dādo, aliæ in faciēdo, aliæ in vtroque consistunt.
b Cōditio dādi, si pendeat ex facto serui, heredi, empto ri et cuilibet herede dādum est nisi dictum sit cui detur.
c Conditio faciendi si pendet ex facto serui, ipsi heredi seruus faciēdū præstabit non emptori nisi aliud voluerit testator.
d Cōditio faciendi & dādi simul, si pendet ex facto serui, factum illi præstandū erit à seruo quibus ipse factum præstaret, si simpliciter facere iussus fuisset. Datio verò, iis quibus de dis. fuit, si simpliciter dare iussus fuisset de quibus paulo ante dictum est.
e Extensio si. quādoque ab emptore ad personas quoquo titulo accipientes.

in dando[a], aut in faciendo, aut mixta est. Vbi in dando[b]: heredi est dandum & emptori, & heredibus emptoris: nisi esset dictum vt alij detur: vt j. eo. l. Lab. n. & j. eod. l. qui pecuniam. & l. si quis testamento. & l. ita liber. & supra de euic. l. qui alienam. §. fin. & hic Si verò est dictum vt alij detur: ei dabitur non alij nisi in casu: vt hoc §. & supra de euict. l. qui alienam. in fin. & j. eod. l. si is cui. & de condit. & demon. l. sub diuersis. §. fina. Secundo casu quando scilicet in faciendo[c]: si sit dictum in cuius persona, ei impleri debet: vt supra de condit. & demon. l. quæsitum. aliàs heredi. nec ad emptorem transit: vt hic. Si autem sit mixta[d], tūc serua quod hic dicit, vt factū fiat personæ designatæ: datio verò etiam emptori vt hic & supra de euict. l. qui libertatem. §. seruus. Quod in emptore dixi: in accipiente[e] quoquo titu. accipe: vt s. ea. §. statuliber. & infra eo. l. statuliber. §. quintus. circa fin. Item est huic fini arg. contra. s. de iurisd. omn. iudi. l. si idem. §. si vna. Accursius.

a Vsusfructus.] Conditionem. licèt sit in dando. Accursius.
b ¶ Non trahit. vt detur fructuario, sed proprietate alienata datur proprietario: vt supra l. prox. §. fin.

I Ta liber.] CASVS. Testator reliquit libertatem seruo, si det decem, & non dixit cui dicitur quòd debet dare heredi. Secundò dicit: testator reliquit libertatem seruo si det decem heredibus: & heredes vendiderunt hunc seruum. dicitur quòd eas portiones quas dedisset heredibus. si penes eos remansisset: easdem dabit emptoribus. & quas dedisset heredibus, declarat. nam aut expressit nomina propria heredum: & tunc viriles dentur heredibus. & sic emptoribus: aut dixisset simpliciter heredibus: & tunc hæreditariæ. Franc.

VII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

VSusfructus alienatio conditionem[a] statuliberi secum non trahit[b].

VIII. POMPONIVS *libro octauo ad Sabinum.*

ITa liber[c] esse iussus, *si decem dederit, liber esto.*: heredi dare debet. nam qui non habet cui det, heredi dando ad libertatem peruenit.

1 ¶ Si partes suas quisque heredum diuersis ementibus vendiderit: quas portiones heredibus dare statuliber debuit, easdem dabit emptoribus. Labeo autem ait: si nomina[d] dumtaxat hæredum in testamento posita sint, viriles[e] partes eis dandas si verò ita, *si heredibus dederit*, hereditarias.

IX. VLPIANVS *libro vicesimooctauo ad Sabinum.*

STatuliberum medio tempore seruum heredis esse, nemo est qui ignorare debeat[f]: eapropter noxæ dedi poterit:[g] sed deditus sperare adhuc libertatem poterit. nec enim deditio spem illi adimit[h] libertatis.

1 ¶ Si statuliberum non eadem conditione[i] heres vendat, causa eius immutabilis est[k]: & luere se abeo potest simili modo vt ab herede, si tamen suppresserit conditionem statuliberi: & exempto[l] quidem tenetur: grauiores[m] autem etiam stellionatus crimen important[n] ei qui sciens[o] dissimulata conditione statútæ libertatis simpliciter eū vendiderit.

2 ¶ Illud tractatum est, an liberatio contingat ei qui noxæ dederit statuliberum. Et Octauenus putabat liberari[p]: & idem dicebat & si ex stipulatu Stichum deberet[q], cúmque statuliberum[r] soluisset. nam & si ante solutionem ad libertatem peruenisset, extinigueretur obligatio tota. ea enim[s] in obligatione cōsistere, quæ pecunia lui præstarique possunt: libertas autem pecunia lui non potest, nec reparari potest[t]. quæ sententia mihi videtur vera.

3 ¶ Statuliberi conditio ita demum immutabilis est, si adita hereditas fuerit[u]. cæterùm antè aditam hereditatem in propriā vsucapitur[x] seruitutem, libertatísque spes infringitur: sed adita postea hereditate spes libertatis fauore sui redintegrabitur.

X. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI decem dare iussum heres vendiderit & tradiderit, dixeritque adscriptum libertati, si viginti dedisset[y]; ex empto erit actio cum venditore. aut si dupla promissa est, ob euictioné dumtaxat duplæ repetitio erit: ex empto ob mendacium[z].

XI. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

SI heres[a] pecuniam donasset statulibero, vt sibi eam daret, & liber esset: non fieri liberum[b] Aristo ait. sed si in plenū[c]

c ¶ Ita liber. sic j. eo. l. qui pecuniam. & quod nat. s. l. si statulibera pure. §. fin.
d ¶ Nomina. propria. ¶ Et est similis distinctio. s. de leg. j. l. turpia. §. fi. & l. si heredes nominatim. & s. ad Trebel. l. quotiens. & l. seq. Sed contra j. eo. l. si quis testamento. Solu. vt ibi. ¶ Item quid si dixerit propria & appellatiua? Respon. distingue quod præposuit, argu. j. de fideiu. ser. l. seruus communis ita.
e ¶ Viriles. i. pro[f] numero personarum: vt s. de leg. pen. l. viriles in prin. Accursius.

f Partes viriles pro numero personarū dantur.

STatuliberum.] CASVS. Statuliber antequam impleatur conditio, dicitur seruus heredis: & si interim delinquat, poterit heres dare eum pro noxa. adueniente autem conditione erit liber: sed si heres eum vendat, adhuc durat spes libertatis: & si vendiderit eum tanquam merum seruum, non tanquam statuliberum, tenebitur emptori act. ex empt. item crimine stellionatus si sciens dissimulauit eius condit. Vltimò dicit: heres dans pro noxa statuliberum liberatur. item & si antequam det, existat condit. liberatur. [STATVLIBERI.] Ille cui relicta est in testamento libertas sub conditione, ita demum tenet hoc relictum, si adeatur hereditas, & tunc habet spem libertatis. antequam adeatur, vsucapi potest talis seruus. & si postea adeatur: extunc in§. Nouum.

cipiet habere spem. Franc.
f ¶ Debeat. vt infra eo. l. statuliberi à ceteris. in princ.
g ¶ Poterit. vt s. de noxali. l. si quis à nullo. & l. sequen. & l. si noxalis §. ex his. & pignori[a] dari: vt supra de pigno. grege. §. j.
h ¶ Adimit. vt C. de testa. manu. l. statuliberis.
i ¶ Conditione: id est non dicat se statuliberum vendere. M.
k ¶ Immutabilis est. vt & supra prox. respons. & supra eodem l. j. in prin.
l ¶ Et ex empto. vt supra de euict. l. qui alienam. & l. qui libertatem. in prin. & infra eod. l. prox. Accur.
m ¶ Grauiores. iurisconsulti.
n ¶ Importent. aliàs importunt. i. interu.nt.
o ¶ Scie. s. ignorans[b] autem non committit hoc crimen[c]: vt & supra de pec. act. l. j. & l. rato. §. j. & infra de stellionatu. l. pen.
p ¶ Liberari. vt & supra de noxa. l. prætor. Accur.
q ¶ Deberet. hoc est contra infra de solu. l. cum quis. §. qui homin. m. & supra de condic. indeb. l. Neratius. Sed ibi plenè dixi in l. Neratius.
r ¶ Statuliberum. sine suo facto: vt & infra de ver. obliga. l. si seruum. §. item si homo. Accursius.
s ¶ Ea enim. scilicet omnia quæ pecunia lui.
t ¶ Nec reparari. sic infra de regulis iur. l. libertas inæstimabilis. & s. de his qui deiece. vel effud. l. j. §. sed cum liber homo. Accur.
u ¶ Fuerit. scilicet etiam postea.
x ¶ Vsucapitur. Imò transit incōtinenti dominium, cùm dominus sit tradens: vt s. in prin. huius l. ergo non vsucapit accipiens: vt infra de vsucap. l. sequitur. §. lanx. Respon. hic alienus erat: Vel verius quò ad ius parendi conditioni: vt infra de capt. & postlim. re. l. in bello. §. si quis. & sic etiam expone s. eo. l. j. in princ. & §. j. & s. titu. j. l. pen. in fine. Accur.

SI decem.] CASVS. Liber esse iussus, si det decem heredi: heres eum vēdidit, & dixit emptori quòd hic seruus debebat esse liber si det xx. nunc apparet quòd dando x. erit liber. tenebitur heres emptori act. ex empto. si autem promisit heres de dupla nomine euictionis, & euincatur emptori hic seruus per extraneum: tunc heres tenebitur de dupla. Franciscus.

y ¶ Dedisset. heredi: secus si alij: vt s. de euict. l. qui alienam. §. j.
z ¶ Ob mendacium. hic est sensus: vt ob[d] mendacium agatur ex empto, & non ad duplum: sed re euicta ab aliquo extraneo, ad duplum agitur, si promissa est: & sic non est contra. C. de euict. l. qui libertatem. §. j. vbi dicitur non agi ad duplum propter mendacium.

SI heres.] CASVS. Liber esse iussus si det x. heredi. heres donauit seruo x. vt ea ei redderet, & liber esset. licèt reddat, non est liber. & hoc de rigore: de æquitate secus. si autem simpliciter donauit, & seruus hæc x. reddat heredi, liber est. Franc.

a ¶ Si heres. aliàs lex. si heres. aliàs §. Pomponius.
b ¶ Liberum. de rigore iuris sic & infra de solu. l. qui sic. Sed de æquitate secus: vt supra si cert. peta. l. si tibi. & de dona. l. qui id §. quæ sunt contra. Accursius.
c ¶ In plenum. i. non adiecta hac cōditione quandoq; ergo plenè

a Statuliber medio tēpore pignori dari potest.
b Ignorāns non stellionatus crimen committit.
c Contra stellionatum ...
d Actio ex empto agi potest ad duplum.

ei donasset, fieri liberum.

XII. IVLIANVS *libro septimo Digestorum.*

SI quis testamento libertatẽ acceperit sub conditione, *si rationem dederit*: debet pro hereditaria parte heredibus reliqua soluere, etiam si nomina quorũdam heredum sint in conditione posita[a].

XIII. IDEM *libro quadragesimotertio Digestorum.*

SI quis ita libertatem dedisset: *Stichus, si eum heres meus testamento suo non manumiserit, liber esto*: secundum voluntatem defuncti hoc significari videtur[b], si testamento suo heres nõ adscripserit ei libertatem. quare siquidem heres libertatem seruo testamento suo dederit, defectus[c] conditione videbitur. si nõ dederit: impleta conditione vltimo vitæ tempore heredis ad libertatem perueniet.

1 ¶ Seruus communis liber esse iussus[d] ita, si decem dederit, ex peculio dare potest quod quocunque modo adquisitum habuerit: nec refert, apud heredem[e] id, an apud socium[f] fuerit: & heredi, an extraneo dare iussus sit. nam per omnia causæ[g] statuliberi applicantur[h] * quod cõditionis implendæ gratia alienare peculiares nummos potest.

2 ¶ Si duo serui rationibus redditis liberi esse iussi fuerint, & separatim rationes gesserint: non dubiè separatim quoque conditioni parere poterunt. Sed si actus eorum communiter gestus ita immixtus fuerit, vt separari non possit: necessariò alter cessando alterius libertatem impediet: nec videbitur conditio in alterius persona impleta, nisi id quod cõputatione rationum habita reliquum fuerit, aut vterque, aut alter totum[i] soluerit.

3 ¶ Qui ita liber iussus est, si iurauerit se Capitolium ascensurum: confestim vt iurauerit quamuis Capitolium non ascenderit[k], liber erit.

4 ¶ Seruus heredis rem ipsius heredis dare iussus, & liber esse, ad libertatem perueniet[l]: quia potest[m] testator & sine vlla dandi conditione heredis seruum manumitti iubere.

5 ¶ Hæc scriptura, *Stichus cùm erit annorum triginta, liber esto: Stichus si decem non dederit, liber ne esto*: hanc vim habet, Stichus si decem dederit, & ad annos triginta peruenerit, liber esto. namque ademptio libertatis vel legati sub conditione facta incepit contrariam conditionem legato vel libertati quæ prius data erat, iniecisse[n].

XIIII. ALPHENVS VARVS *libro quarto Digestorum.*

SEruus qui testamento domini, cùm decem heredi dedisset, liber esse iussus erat: heredi mercedem referre pro operis suis solebat, cùm ex mercede heres amplius decem recepisset, seruus liberum esse aiebat. de ea re consulebatur. Respondit, non videri liberum esse. non enim pro libertate[o], sed pro operi eam pecuniam dedisse: nec magis ob eam rem liberum esse, quàm si fundum à domino conduxisset, & pro fructu fundi pecuniam dedisset. 1 ¶ Seruus cum heredi annorum septem operas dedisset, liber esse iussus erat. is seruus fugerat, & annum in fuga fecerat. cùm septem anni præterissent, respondit non esse liberum: non enim fugitiuum operas domino dedisse. quare nisi totidem dies[p] quot abfuisset,

dat, quandoque non. *sic infra de acquiren. rer. domi. l. per seruum.* §. j.

SI *quis testamento.*] CASVS. Liber esse iussus, si reddiderit rationes heredibus: reddere debet & reliqua, & pro hereditaria parte omnibus: licèt quorundam heredum nomina sint expressa. Franciscus.

a ¶ *Posita.* Sed certè imò virilis tunc: vt supra *eodem. l. ita liber.* §. j. quæ est contra solutionem datam pro hereditaria his quorum nomina non sunt expressa: nominatis verò pro virili: vt si proportio[a] totius & partis. 2 Vel aliud cum omnia nomina, aliud cum pars tantum exprimitur: *vt infra eod. l. qui pecuniam.* & hoc placet. 3 Vel supra sunt exposita propria: hic appellatiua. *& facit supra de manumis. testamen. l. si ita fuerit.* Accursius.

a Totius & partis proportio est.

SI *quis ita.*] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo, si heres eũ nõ manumittat in suo testamento. dicitur quod expectabitur mors heredis, si heres eum manumittat in testamento suo, vel non. [SERVVS COMMVNIS.] Vnus ex dominis reliquit libertatem seruo communi si det x. dicitur quòd dare poterat poterit ex peculio hæc decem siue hoc peculium spectet ad heredem relinquentis libertatem, siue ad alium dominum: nec est vis cui debeat dare. [SI DVO.] Duobus seruis relicta est libertas, si reddiderint rationes. quæritur an vnus reddendo sine alio perueniat ad libertatem? & distinguitur. nam aut gesserunt separatim rationes: & tunc vnus reddendo sine alio erit liber, aut communiter gesserunt, & tunc vnus sine alio non potest peruenire ad libertatem. [QVI ITA.] Libertas relicta est seruo, si iurauerit se ascendere Capitolium. dicitur quod statim cum iurat, est liber. [SERVVS.] Reliqui libertatem seruo heredis mei, si quandam rem quæ est heredis mei, ei det. dicitur quòd eam dando est liber: cum & sine vlla condit. possem illi seruo relinquere libertatem. [HAC SCRIPTVRA.] Reliqui libertatem seruo Sticho, cùm erit xxx. annorum, postea dixi: si Stichus x. non dederit, liber non esto. dicitur quòd & dare debet x. & xxx. annorum effici: & tunc erit liber. Franc. Accursius.

* applicantur i. in rem statuliberi vertũtur. Græcum tamẽ interpretem legisse videtur, applicatur.

b ¶ *Significare videtur.* scilicet vt sit liber, si &c.

c ¶ *Defectus.* Sed cur manumittente herede non fit liber ex testamento priore: *vt supra eod. l. statuliberos.* §. *si ita.* Respon. supra cõditio[b] si seruierit, habetur pro impleta, cùm heres manumiserit: quia per eum fit quò minus impleri possit. at hæc conditio, si heres non manumiserit, deficit cum heres manumitti, secundùm Ioan. ¶ Item quid si dixerit testator, Stichus liber esto, si testamento suo heres eum manumiserit: & heres ei postmodum reliquit libertatem: ex cuius testamento erit liber: at. quòd ex primo

b Conditionis si seruierit & si heres non manumiserit differentia.

supra de leg. iij. l. vnum ex familia. in princ. & supra de her. Instit. l. iij. §. *ij. & l. esse. & j. eod. l. si peculium.* §. *fin.*

d ¶ *Iussus.* ab vno ex dominis.

e ¶ *Heredem.* eius testatoris qui reliquit libertatem.

f ¶ *Socium.* nam potest ab alio domino habere, ab alio non: *vt j. de pecu. l. quis ego.*

g ¶ *Causa.* i. vtilitati. Io. vt scilicet cuicunque, & de quocunque suo peculio possit dare. Ioan.

h ¶ *Applicatur.* hoc scilicet quòd potest, &c. Sed contra infra *eod. l. non videtur.* Sol. vt ibi.

i ¶ *Totum. concordat j. de mann. testa. l. si ita fuerit. & Cod. de condit. inser. l. pen.*

k ¶ *Non ascenderit.* nõ enim ascensio, sed iusiurandum in conditione fuit. Azo. Sed quod si ascendit, & non iurauit? Respon. non videtur implesse conditionem, cum iuramẽtum[a] non remittatur: *vt & j. de manu. testa. l. si quis libertatem. & l. seruum testamento.*

a Iuramenti conditio non remittitur.

l ¶ *Perueniet.* tradendo: vel si per eum non stet. ¶ Et sic no. quòd non[b] semper est idem daro quod facere accipientis. sic & potest notare. *supra de vsur. l. si stipulatus.* §. *verum si emptore & insti. qui. mo. re. comm. oblig.* §. *item is cui. & insti. de le.* §. *incertis.* Sed aliàs contra: *vt instit. de act.* §. *sic itaque. & infra de ver. oblig. l. vbi autem non.* §. *fin.* Accur.

b Dare nõ semper est accipientis facere.

m ¶ *Quia potest.* bona ratio, quia suam[c] rem ei dari, & nihil dari, paria sunt: *vt instit. de lega.* §. *sed si rem legatam.*

c Rem suam dari, & nihil dari, paria et. vel ita suam accipere & nihil accipere.

n ¶ *Iniecisse.* vt j. *de adimen. lega. l. si legatum. in prin. & j. si cer. pet. l. pecuniam.*

SErvum.] CASVS. Liber esse iussus est seruus, si det x. heredi. hic seruus conducebat operas suas ab herede, & dedit nomine mercedis vltra x. dicitur quòd non est per hoc liber. [SERVVS.] Relicta est libertas seruo, cùm dedisset heredi operas per septem annos dicitur quòd dies quibus fuit in fuga, non cõputantur in septem annis. vnde nisi per totidem dies seruiat post septem annos quos fuit in fuga, non erit liber. secus autem est si fuit dictum, cùm septem annis seruierit, tunc [illegible] liber. nam erit liber, si post tẽpus fugæ reuersus seruierit. Franc. Accur.

o ¶ *Non enim pro libertate.* Non[d] omnis ergo numeratio implet conditionem: licèt sit arg. contra. j. *eod. l. statuliberos.* §. *si quis seruum. & facit j. si cer. pet. l. non omnis. & j. eod. l. si decem.* Accur.

d Numeratio non semper implet conditionem.

p ¶ *Totidem dies.* quod facere potest, & sic moram[e] purgare: *vt j. eod. l. cum heres.* §. *si.* Sed contra. j. *eod. l. si intra quinquennium.* Sol. vt ibi. Item facit quod no. j. *de fideicommis. lib. l. Thais.* §. *intra.*

e Mora purgari interdum potest.

MOrtuo.] CASVS. Relicta est libertas seruo, si det decem heredi. hic seruus fecit locupletiorem heredit. in x. liber sit, vt si de suo soluit creditoribus heredit. vel pauit familiam heredis, ita quòd decem expendit. [HERES CVM.] Seruus iussus esse liber,

liber si det x. heredi. cum heres venderet hunc statuliberum, dixit in pretio inter se & emptorem facto: x. quæ iussus est seruus dare, & esse liber, volo quòd mihi debeant dari. dicitur quòd seruus hæc x. dabit heredi, & erit liber. idem si heres dixit in pacto: volo quòd hæc x. det seruus cuidam extraneo, putà Titio. nam ei Titio dando x. seruus erit liber. Franciscus.

a ¶ *Hereditatem.* heredis cui iussus erat dare.

b ¶ *Existimaui.* ego Aphricanus. Accur.

c ¶ *Valere.* quantum ad hoc vt emptori non cogatur dare: & vt dádo extraneo liber fiat. R. & *facit inf. e. de ol. l. vero procuratori. & solutam.* Accursius.

* Id est, si reuersus à fuga tanto tempore: seruierit, quantum in fuga consumpserit.

d ¶ *Statulibera.*] *Heredis est.* cum[a] ipsa serua fit: *vt supra eodem. l. statuliberum. in princip. & Codic. de fideicommiss. lib. l. cùm libertatem.* quandoque tamen fallit: quod plenè dixi. supra titul. ij. l. pen. in fin.

a Seruum est quod ex ancilla nascitur.

seruisset, non fore liberum. Sed si ita scriptum esset, vt tum liber esset, cùm septem annis seruisset: potuisse liberum esse. si post tempus* fugæ reuersus seruisset.

XV. AFRICANVS *libro nono Quæstionum.*

MOrtuo herede si statuliber locupletiorē hereditatem[a] tanta pecunia, quantam dare sit iussus, fecerit, veluti creditoribus soluendo, cibaria familiæ dando, statim eum ad libertatē esse venturum existimaui[b].

1 ¶ Heres cùm statuliberum decem dare iussum venderet, conditionem pronuntiauit, & traditioni legem dixit, vt sibi potiùs quàm emptori eadem decem darentur. quærebatur, vtri eorum statuliber pecuniam dádo libertatem consequeretur. Respondit, heredi dare debere. Sed si talem legem dixisset, vt extraneo alicui statuliber pecuniam daret: respondit & hoc casu conuentionem valere[c]: quia heredi videtur soluere, qui voluntate eius alij soluit.

XVI. VLPIANVS *libro quarto Regularum.*

STatulibera quidquid peperit, hoc seruum heredis est[d].

XVII. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

SI decem heredi dedisset, iussus est liber esse. decem habet, & tantundem[e] domino debet[f]. dando hæc decem non liberatur. nam quod statulibero ex peculio suo dare explēdæ cōditionis causa concessum est: ita interpretari debemus, vt nō etiā ex eo dare possit, quod extra peculium est. Nec me præterit hos nummos peculiares posse dici[g], quamuis si nihil præterea seruus habeat, peculium nullum[h] sit. sed dubitari non oportet, quin hæc mens fuerit id constituentium[i], vt quasi ex patrimonio suo dandi eo nomine seruo potestas esset: quia id maximè sine iniuria dominorum concedi videbatur. quòd si vltra quis progrediatur[k]: non multum aberit, quin etiam eos nummos quos domino surripuerit[l], dando, statuliberum conditioni satisfacturum existimer.

SI decem.] CASVS. Dominus reliquit seruo suo libertatem, si x. daret heredi. hic seruus debebat ex aliqua causa dare x. domino: & sic debet heredi. si seruus x. dat heredi, non erit per hoc liber. & quòd aliàs dicitur quòd seruus iussus dare, & liber esse, potest dare ex peculio: hoc intellige vt non etiam ex eo dare possit quod extra peculium est. Franciscus.

e ¶ *Tantundem.* scilicet decem. Accur.

f ¶ *Debet.* scilicet ex alia causa.

g ¶ *Posse dici.* vt & *supra de pecu. l. peculium. §. si heres.*

h ¶ *Nullum.* vt & *supra de pecu. l. sed si damnum. §. præterea.*

i ¶ *Constituentium.* vt ex peculio dari possit.

k ¶ *Progrediatur.* dicendo contra prædicta.

l ¶ *Surripuerit.* pro[b] eo enim fere haberi potest, siue nummos quos in peculio habet, & mihi debet, mihi soluat: siue nūmos mihi surripiat, & eos mihi postea reddat: quo casu eum non peruenire ad libertatem supra dictum est. *Ro. in l. statuliberos. §. si quis seruum. & facit supra de pecu. l. peculium. §. ex aliis ibi: alioquin & quod surripuit seruus, &c.* Sed videtur contra primum dictum. infra *eo. l. Sticho. §. j.* Sed ibi solues. Accursius.

b Patia videtur peculiares nummos & ibi debitos soluere à seruo. & mihi subtractos.

SI triennio.] CASVS. Relicta est libertas seruo, si det x. omni anno vsq; ad triennium heredi. nunc seruus primo anno obtulit xx. heredi: & heres noluit. non est liber per hoc: cum & si heres accepisset hæc viginti, non esset seruus liber. subaudi, nisi alia decem offerret. Franciscus.

m ¶ *Liber esset.* nisi iterum x. heredi obtulerit. & sic non ob. *supra eo. l. statuliberos. §. Stichus in fin. & supra de manumiss. testam. l. ita fuerit. in fin.* Accursius.

SI seruus] CASVS. Relicta est libertas seruo, præterea & legatum, si filius testatoris compleuerit quatuordecim annos. si ille filius ante decessit. dicitur quòd cùm transierit tantum temporis quo filius si vixisset compleuisset xiiij. annos erit hic seruus liber: non autem legatum habebit. Franc.

n ¶ *Si seruus.* facit *supra de manumiss. testamen. l. si ita scriptum. & quod ibi not.* Accursius.

SI peculium.] CASVS. Seruo relicta est libertas & peculium si det x. alicui extraneo, putà Titio. cùm seruus vellet dare hæc decem de peculio illi Titio, & liber esse, heres non permisit: certè hic seruus liber est. & si peculium petat tanquam sibi legatum ab herede hic liber factus, & heres vult retinere decem quæ iussus erat seruus dare, & liber esse: auditur. intelligas tamen q̃ hic heres tenetur illi Titio act. in factū ad illa decem. [DE ILLO.] Seruus liber esse iussus si det decem alicui extraneo, putà Titio: poterit hic seruus inuito vel ignorante herede decem de peculio detrahere, & soluere Titio, & faciet pecuniam accipiētis. si autem hic seruus iussus est esse liber si det decē heredi. & heres decem debebat huic seruo: poterit seruus cōpensare cum herede, & erit liber.

[IS CVI.] Seruus liber esse iussus est si det decē cuidam extraneo, putà Titio. antequam det, decessit Titius. quæritur an hic seruus sit liber? Et resp. quòd si hic seruus habuit decem parata in vita Titij, & per eum non stetit quò minus solueret: seruus est liber. & hoc dixit Sabin. Iulia autem plus dicit, quòd si nunc seruus habet parata decem, & tunc non habuit: satis sit vt sit liber. & hoc est non testatoris voluntate, sed iure supplēte eam fauore libertatis, adeò quòd nec legatum hoc casu relictū habebit. si autem per heredem stetisset quò minus daret seruus decem Titio: tunc sit liber iure testamenti. Vltimò dicit, seruus liber esse iussus si det decem heredi: eredi heredis dando liber est. si autem est iussus dare decem Titio extraneo: heredi eius extranei dando liber est, si hæc fuit volūtas defuncti.

† Videtur plus operari mo de hrs, quam veritas, vt hic: & l. cum heres. & l. in Cornel. de reg. & l. pater, de captiuis.

XVIII. PAVLVS *libro singulari de libertatibus dandis.*

SI triennio dena dare iussus, primo anno viginti obtulerit: non accipiente herede, non statim liber est: quia etsi † accepisset heres, nondum liber esset[m].

XIX. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

SI seruus[n] liber esse iussus sit, & legatum ei datum si filius quattumdecimum annum compleuerit, & filius ante decesserit: libertas fauore competet die veniente: legati autem conditio deficit.

Cùm non stat per seruum quin conditio libertatis impleatur: perinde est ac si impleta esset, vt competat seruo libertas.

XX. PAVLVS *libro sextodecimo ad Plautium.*

SI peculium seruo legatū sit, qui iussus est alij dare decē, & sic liber esse: & heres eum pro

[QVADAM CONDITIONE.] Quandoque libertas relinquitur seruo sub conditione, quæ conditio sui natura vno eodemque tempore non potest impleri: vt si decem operas dederit heredi. nam per decem dies debet operas dare. à simili, ad decem annos, decem aureos dare iussus est heredi, & esse liber: omni die potest dare vnum aureum: & cùm omnes compleuerit ad soluendum, erit liber. in vno tamen discordant hæ conditiones: quia conditio operarum non potest simul impleri. vnde si heredi seruus offerat decem operas vna die. accipiat heres vel non, non fit liber, nisi decem dies transeat. idem si iussus est ire Capuam, & esse liber, & heres prohibeat eum ire. nam non statim fit liber, sed lapso tanto tempore quo potuisset iuisse Capuam: sed secus in secunda condit. putà si det x. fit liber. nam poterit simul x. dare, & erit statim liber. [SI ITA QVIS ACCEPERIT.] In testamento meo dixi: si heres meus Stichum non manumiserit, Stichus fit liber. expectabitur aliquod tempus, nec nimiū, nec modicum, intra quod poterit heres sine suo magno incommodo eum manumittere. & si manumiserit, tunc fit liber ex testamento meo. si autem tempus est appositum intra quod heres eum manumittat si vult, alioquin fit liber: illud tempus expectabitur: quo elapso & seruo non manumisso, seruus erit liber ex testamento meo. Franc. Accur.

§. Nouum

hibuerit dare[a]: deinde manumissus[b] peculium petat ex causa legati: an per doli exceptionem eam summam quam daturus esset, deducere heres possit vt ipsi prosit, non manumisso, quòd ea pecunia data non est: an verò indignus sit heres, qui contra voluntatem defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? Et cum seruo[c] nihil absit, & libertas ei competat: inuidiosum[d] est heredem fraudari[e].

1 ¶ De illo quæritur, si inuito[f] herede det, aut nesciente: an faciat nummos accipientis. Et Iulianus verè existimat ex hac causa concessam videri statuliberis alienationem nummorum etiam inuito herede: & ideò facere eos accipientis pecuniam.

2 ¶ Quòd si heredi dare iussus est decem, & eam[g] summā heres debeat[h] seruo: si velit seruus eam pecuniam compensare[i], erit liber. 3 ¶ Is cui seruus pecuniam dare iussus est, vt liber esset: decessit. Sabinus, si decem habuisset parata, liberum fore: quia non staret[k] per eum quominus daret. Iulianus autem ait, fauore libertatis constituto[l] iure hunc ad libertatem peruenturum, etiam si postea habere cœperit decem. Adeò autem constituto potius iure[m] quàm ex testamento ad libertatem peruenit, vt si eidē & legatum sit[n], mortuo eo cui dare iussus est, ad libertatē quidem perueniet: non autē & legatum habiturus est[o]. Idque & Iulianus putat: vt in hoc cæteris legatariis similis sit. Diuersa causa est eius quem heres prohibet conditioni parêre. hic enim ex testamento[p] ad libertatem peruenit. 4 ¶ Heredi autem iussum dare, etiam heredis heredi[q] dare posse diuus Hadrianus rescripsit. & si hoc sensit testator, etiam in legatario idem dicendum est[r].

5 ¶ Quædam conditiones natura sua nec possunt eodem tempore impleri, sed necessariam habent temporis diuisionem: velut cum decem operarum[*] iussus est dare: quia operæ per singulos dies dantur[s]. Igitur[t] & si singulos aureos det statuliber, potest dici eum implesse conditionem. Alia causa est operarum: quia hæ necessariò[u] singulæ edendæ sunt. Sed & si heres accipere noluerit[x], non statim liber erit: sed cùm tempus transierit per quod operarum quantitas consumatur. Idem[y] dicendum est, si iussum Capuam ire[z], & liberum esse, heres prohibeat ire. tunc enim erit liber cùm peruenire Capuam potuisset[a]. inesse enim videtur datur tempus tam operarum præstationi, quàm itineri.

6 ¶ Si ita quis acceperit libertatem, *Stichus, si heres eum non manumiserit, liber esto*: poterit ab herede manumitti: non † cōtra[b] voluntatem testatoris adimitur ei libertus. Sed non † tam continuum tempus exigendum est, vt præcipitari cogatur heres, vel ex peregrinatione celerius reuerti ad manumittendum, vel administrationem rerum necessariarum intermittere: nec rursus tam longum, vt quandiu viuat, protrahatur manumissio: sed modicum, quò primùm possit sine magno incommodo suo heres manumittere[c]. Quòd si tempus[d] adiectum fuerit, illud spectabitur.

In redditione rationum continentur reliqua. Item cum testator fecerit mentionem de aliquo dando: si non expressit cui velit dari, debet dari heredi. hoc dicit.

XXI. POMPONIVS *lib. septimo ex Plautio.*

Labeo libro Posteriorum ita refert: *Calenus*[e] *dispensator meus si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto: suáque omnia*[f] *& centum habeto*: diligentiam eam desiderare debemus, quæ domino, non quæ seruo fuerit vtilis[g]. erit autem ei dili-

---

a ¶ *Prohibuerit d. re.* & sic est liber cōditione habita[a] pro impleta: *vt supra eod. l. iij. in princ. & C. de condi. inser. l. fin.*

b ¶ *Manumissus.* id est factus liber ipso iure conditione habita pro impleta cùm per eum non remansit, sed per heredem.

c ¶ *Et cum seruo.* nunc soluit.

d ¶ *Inuidiosum.* sic ⁊. *de distra. pig. l. scrip. tum. §. si aliena. j. respon.*

e ¶ *Fraudari.* tenetur tamen actione in factum ei in cuius persona erat adimplenda cōditio: *vt supra de condict. ob cau. l. iij. §. fin.*

f ¶ *Inuito.* Imò videtur quòd dominium[b] nō transeat inuitis heredibus: *vt supra de condit. & demon. l. si inuitus. & supra eodem. l. statuliberos. circa princi. ibi cum igitur veram, &c. & supra de condict. ob caus. l. fin. §. fin.* Sed ibi, scilicet in tit. de condi. cau. da. l. iij. §. fi. plenè dixi. Accur.

g ¶ *Eam.* scilicet tantùm.

h ¶ *Debeat.* scilicet naturaliter: *vt supra de pecul. l. nec seruus.*

i ¶ *Compensare.* vt[c] ⁊. *de pecu. lega. l. si peculium. §. sicut autem. & supra de compen. l. etiam quod natura.*

k ¶ *Non staret.* quia offerebat[d]: *vt Cod. de cōdit. inser. l. fin. & facit supra de condit. & demonst. l. cum ita datur libertas. §. ij. & iij. respon. & infra eod. l. Stichum Titio. §. penult.*

l ¶ *Constituto.* quasi dicat non testatoris voluntate, sed iure[e] supplente eam.

m ¶ *Potius iure.* non ex volūtate testatoris, sed ex iure supplēte eā.

n ¶ *Eidem legatis sit.* præter libertatem.

o ¶ *Habiturus est.* conditionis defectu: *vt supra de condit. & demōst. l. in testamento.* nam sic[f] est & in aliis pecuniariis relictis, vt deficiant deficiente conditione sub qua relicta sunt: *vt subijcit. & Cod. de condi. inser. l. legatum.*

p ¶ *Ex testamento.* id est ex voluntate defuncti sola, non iure constituto. M.

q ¶ *Heredis heredi.* quia heres[g] heredis, &c. *vt Cod. de hered. instit. l. fin. & de vsufruct. l. antiquitas. & infra de verb. signif. l. heredes. & supra eod. l. si statulibera. §. si filiusfam. & l. mortuo. & infra eodem. l. seruus si heredi. in princip. & C. de leg. l. in annalibus.*

r ¶ *Dicendum est.* vt & eius heredi possit dari: aliàs secus: *vt supra de condit. & demonst. l. sub diuersis. §. fin.* 2 Vel etiam aliter, *vt ibi notauimus.*

s ¶ *Dantur.* vt ⁊. *de oper. liber. l. j.*

t ¶ *Igitur.* à simili: & dic iussum vsque ad x. annos x. aureos dare, & liberum esse: & ipse quolibet anno dedit vnum.

u ¶ *Necessario.* sed aurei ex voluntate sic diuisim soluuntur. nam etiam primo anno possunt omnes solui: & erit liber: *vt hic innuit per hoc quod dicit, alia. & supra de manumiss. testa. l. si ita fuerit in fin. & supra eod. l. statuliberos. §. Stichus.*

x ¶ *Noluerit.* scilicet vnam operam, vel omnes ei antè tempus oblatas. Accursius.

y ¶ *Idem.* vt tacitum[a] tempus intelligatur.

z ¶ *Ire.* eodem tempore.

a ¶ *Potuisset.* vt ⁊. *eod. l. seruus si heredi. §. imperator.* sic & in stipu. tempus[a] scilicet tacitè intelligitur propter locum: *vt instit. de verbor. o lig. §. loca etiam, & infra de verb. oblig. l. eum qui Kalendis. quotiens. & l. continuus. §. cùm ita.* & nisi in casu. *vt infra eodem tit. l. fin. §. si inter eos.*

b ¶ *Non enim contra.* id est contra voluntatem defuncti esset, si non permitteremus eū manumittere & habere libertum. *& facit supra eo. l. si quis ita in prin.* Accursius.

c ¶ *Manumittere.* ¶ No. optimum[b] ex duobus contrariis temperamentum: *& sic facit supra de interrog. actio. l. & quia. & infra de verbo. oblig. l. eum qui Kalend. & l. continuus. in p incip. & §. cum ita. & §. illud. & de solu. l. rata. & l. quod dicimus. & rem ra. ha. l. quo enim. §. Iulianus. & supra de negot. gest. l. diuortio. & supra de condict. ob cau. l. si pecuniam. §. fi. & si quis caut. l. ij. §. penultim.*

d ¶ *Tempus adiectum.* putà annis, ad quod facit ⁊. *de condic. ob causam. l. iij. §. j.* Accur.

Labeo.] CASVS. Reliqui libertatē seruo meo castaldioni si rationes diligēter tractasse videbitur: & reliqui ei peculium. Dicitur quòd debet inspici an bona fide incesserit non solùm in rationibus ordinandis, sed etiam in reliquo reddendo. Secundò exponitur hoc verbum videbitur, id est, videri poterit. sic & aliàs aqua pluuia nocet, id est, nocere potest. Tertiò dicit quòd debet reddere rationes ipsi heredi: sic aliàs cū seruus liber esse iussus est si dederit x. licèt nō dixerit cui debeat dare: intelligitur quòd heredi. [PACTVM EIVS.] Legaui tibi centum: & grauaui te per fideicōmissum vt dares ista centum cui velles de liberis meis. Sed antequam eligeres decessisti, extunc dabitur omnibus libertis. Francis.

e ¶ *Calenus.* verba testatoris. Accursius.

f ¶ *Suáque omnia.* Py. est. habeto, &c.

g ¶ *Vtilis.* adde *supra de manumiss. testa. l. si ita scriptum sit. & l. qui filium. §. j.*

---

a Conditionē impletam esse vel haberi pro impleta, paria sunt. Vt hinc etiā col ligamus, legē supplere & habere conditionem pro impleta, quæ tamen re ipsa deficit. Sic etiam supple institutionem heredis quæ non fuit Ime ... C de ...

b Dominium rei nostræ inuitis nobis nō discedit.

c Cōpensatio solutionis instar obtinet.

d Offerri debitum pro mora soluēdi esse nō videtur.

e Ius interdū supplet quod testatoris voluntati deest.

f Legata conditionalia deficiunt, conditione, sub qua relicta sunt, deficiente.

g Heres heredis est heres.

* intellige nomine. An. Aug

a Tempus quādoque subintelligitur tacitè ex loco adiectione.

b Temperamentum optimum ex duobus contrariis fit.

† non enim.

† Facere aliquid cum fauorabile iussus, ad festinationem perficiendum præcipitari non debet, vt rerum suarum administrationem omittat.

Reddendo

a ¶ *Reddendo.* vt & *supra eod. l. si statulibera. §. pen. & §. fin.*
b ¶ *Videbitur.* materialiter ponitur.
c ¶ *Poterit.* nam competit[a] nondum damno dato: *vt supra de aqua pluuia arcend. l. prima. §. hac actio.* similis expositio supra *ad Velleiam. l. hæ actiones. & supra de capit. deminut. l. ij. §. hoc iudicium.*

a Actio de aqua pluuia nõ competit nondum damno dato.

d ¶ *Cui.* id est cuius arbitrio. Accur.
e ¶ *Agentium.* id est secundùm morem[b] in similibus obtentum ab agentibus, scilicet hominibus in causis, veluti si is, &c. ¶ Ex quo exemplo apparet quòd si[c] non sit dictum cui eam diligentiam probari oporteat, heredi probanda sit, secundùm M. Argu. contra *supra titul. ij. l. Thais. §. sorore. & supra de contrahenda empt. l. hac venditio.* Sed aliis loquuntur casibus. Vel verius, & hic in[d] subsidium ad arbitrium boni viri recurratur herede malè reprobante, *per dictam l. & supra pro socio. l. si societatem. & de oper. libe. l. si libertus.* Accursius.
f ¶ *Dedisset.* sic *supra l. prox. & supra eodem l. ita liber.*
g ¶ *Cui eorum voles.* quibusdam nominatis, putà libertis: *vt supra de legat. ij. l. cum quidam & l. vnum ex familia. in princ.*

b Morē & consuetudinem agentium sequi debemus.
c Probãda iussu testatoris serui diligentia, ab heredibus testatoris probanda est.
d Ad arbitriũ viri boni in subsidiũ quandoque recurritur.
† legendum vno verbo Pactum eius.

QVi pecuniam.] CASVS. Seruo reliqui in testamento meo libertatem: nec dixi, cui. dicitur quòd dare debet heredibus meis, & pro hereditariis partibus. sed si quosdam ex heredibus nominaui, illis tantum dabitur: & pro hereditariis portionibus. si autem adieci extraneum, vel extraneos, quibus volui dari, & heredibus meis etiam: tunc extraneo vel extraneis dabitur virilis, heredibus autem pro hereditaria portione. Francisc. Accursius.
h ¶ *Dare debet.* vt[e] *supra l. prox. §. veluti. & c. & l. ita liber. & supra de acquirend. heredita. l. pro herede. §. Papinianus. & §. sequen.* Arg. contra *supra si vsusfruct. petat. leg. fundum.* Accursius.

e Dare iussi legatarii heredibus, non dicto in dubio dare iussi intelliguntur.

i ¶ *Quibus.* scilic. tantùm, putà duobus iussit dari, & non aliis duobus, cùm essent quatuor.
k ¶ *His.* scilicet tantum: aliis nihil.
l ¶ *Hos.* scilicet extraneos.
m ¶ *Hereditarias.* sic *supra de vulga. substitu. l. qui plures.* ¶ Et not. quia aut omnia nomina propria heredum dicta sunt: aut nullius: & tunc serua quod dicitur supra *eod. l. ita liber. §. fina.* aut quorundam & tunc quod hic: vel etiam dic vt dixi supra *eodem l. si quis testamento.* Accursius.

SI intra.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo si det centum heredibus meis intra quinquennium. post quinquennium dando non erit liber. Secundò dicit: reliqui libertatem seruo, si reddat rationes & reliqua. cùm seruus vellet reddere & soluere reliqua heredi, heres non patitur. dicitur quòd seruus sit liber, ac si conditioni paruisset. Franciscus.

gentiæ coniuncta fides bona nõ solùm in rationibus ordinandis, sed etiam in reliquo reddendo[a]: & quod ita scriptum est, *videbitur*[b], pro hoc accipi debet videri poterit. sic & verba legis duodecim tabularum veteres interpretati sunt, *Si aqua pluuia nocet*, id est si nocere poterit[c]. Et si quæreretur cui[d] eam diligentiam probari oporteat, heredum arbitratum viri boni more agẽtium[e] sequi debebimus: veluti si is qui certam pecuniam dedisset, liber esse iussus est, non adscripto eo, cui: si dedisset, eo modo poterit liber esse, quo posset si ita fuisset scriptum, *si heredi dedisset.*

Si testator posuit in electione mea vt dem centum tertio, nominatim cui velim: si decedo antequam eligam debetur hac summa omnibus pro portione. h. d.

1 ¶ Pactum eius † Clemens aiebat, si ita sit fideicommissum relictum, *Cui eorum*[g] *voles rogo restituas*: si nullum elegisset cui restitueret, omnibus deberi, imperatorem Antoninum constituisse.

Qui præcipit in testamento aliquid dari: si non exprimat cui vel quibus debet dari, heredi vel heredibus pro hereditariis portionibus: si quosdam nominauit heredum, his tantùm dabitur. si heredibus vel extraneo dari iussit, extraneus habebit portionem virilem tantùm: heredes verò pro hereditariis portionibus. h. d.

XXII. PAVLVS *libro tertio ad Vitellium.*

QVi pecuniam dare iussus est: nisi adiectũ sit cui det, heredibus dare debet[h] pro partibus hereditariis. pro ea enim parte quisque accipere debet, pro qua dominus est. 1 ¶ Si quidam ex heredib. quibus[i] dare debeat, nominati sint: dabit his[k] pro hereditariis portionibus. 2 ¶ Si heredibus nominatis etiam extraneus iũctus sit: extraneo virilis, cæteris hereditariæ dari debent. Et si non solum Titium, sed etiam alios adiecisset: hos[l] virilem partem habituros, coheredes autem hereditarias[m], Iulianus scribit.

Transacto tempore intra quod conditioni quis parere debet, post tempus non admittetur. hoc dicit in §. sequẽ. pone casum vt suprà eo. l. si peculium.

XXIII. CELSVS *libro vicensimosecundo Digestorum.*

SI intra quinquennium Stichus centum dederit, liber esto. nec Titio[n] vel heredi vel emptori post quinquennium dabit.

1 ¶ Si rationes reddidisset, liberum esse iussum, non patitur heres rebus peculiaribus venditis reliqua soluere: perinde liber est quasi conditioni paruerit[p].

Qui grauatus est aliquid promittere, sufficit ad conditionem implendam, si tantùm promittat, licèt non soluerit adhuc. h. d.

XXIIII. MARCELLVS *libro sextodecimo Digestorum.*

STichus si heredi meo decem promiserit, vel operas daturum se iurauerit, liber esto. potest expleri cõditio, si promiserit. Nam spopondisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio[q].

XXV. MODESTINVS *libro nono Differentiarum.*

STatuliberos venundari posse leges duodecim tabularum putauerunt. Duris autem conditionibus[r] in venditione minimè onerandi sunt: veluti ne intra loca* seruiant, néve vnquam manumittantur.

Nomine rationum continentur rationes in scriptis redacta, & non scripta. hoc dicit.

XXVI. IDEM *libro nono Regularum.*

LIbertate seruo sub cõditione rationis reddite testamẽto data, heres non solùm scriptã rationem exigit, verùm etiã quę

n ¶ *Nec Titio.* extraneo cui dare iussus erat. M.
o ¶ *Dabit.* vt ad libertatem veniat: *vt & supra titul. ij. l. Thais. §. inter.* Sed contra supra *eodem l. seruus qui. §. seruus.* Solut. hic in dando, ibi in faciendo. Item ibi ante tempus, saltem incipit, hic nõ: sed antè quinquennium soluere potest, & esse liber: *vt supra de ma. testa. l. si ita fuerit. §. j.*
p ¶ *Paruerit.* facit *supra eodem l. statuliberos. in principio. & §. si quis seruum.*

STichus.] CASVS. Seruus liber esse iussus, si heredi decem promiserit, vel operas daturum se iurauerit: si promittat decem heredi, efficitur liber, licèt non sit obligatus, vt quia inter seruum & dominum, &c. Franciscus.
q ¶ *Obligatio.* inter[a] heredem qui dominus est, & seruum: *vt infra eodem l. penult. §. Paulus. & infra de libe. cau. l. fin. §. fin.* Sed fortè in subsidium tenebitur actione in factum post manumissionem: *arg. Cod. an ser. ex suo fact. l. promissa.* Arg. tamen contra *supra si quis omiss. cau. testa l. si quis sub conditione dari. in fin.*
¶ Itẽ nota quòd de facto[b] sufficit conditionem implerit. *sic supra eod. l. si quis. in principio. & §. qui ita. & de manum. testa. l. seruum testamento. & de condit. institut. l. mulier. §. si quis.* Item facit *supra de ope. liber. l. eorundem.* Accur.

a Obligatio non consistit iure ciuili inter dominum & seruum.
b Conditio de facto impleri sufficit, licet iure non sit impleta.
* loca certa

STatuliberos.] CASVS. Statuliber interim antequam impleatur conditio sub qua relicta erat libertas, potest vendi. & si venditioni apponatur pactum, putà quòd intra certa loca eum teneat emptor, vel quòd non possit eum manumittere: hæc pacta non tenent. Franciscus.

r ¶ *Conditionibus.* conditio[c], id est pactio: aliàs dura aliàs bona: *vt hic & supra de his qui sui vel alien. iur. sunt. l. dominorum. & supra de adil. edicto. leg. actionem. & facit Cod. de testam. manumiss. l. statulibera.*

c Cõditio pro pactione.

LIbertate.] CASVS. Reliqui libertatem seruo, si reddiderit rationes heredi. dicitur quod debet reddere rationem quam redegit, & eam quam non redegit in scriptis. Secundò dicit: Seruo relicta est libertas, si reddiderit rationem. hic seruus nullam rationem administrauit. dicitur quòd erit liber. Franciscus Accursius.

* Pal. ad emỹ. si ratio nõ nocet.

a ¶ *Nihilo minus.* non ergo nocet falsa* demonstratio: *vt & supra de condit. & demonstr. leg. demonstratio.* Item facit *infra eod. l. seruus si heredi. in princip. & Codic. de manumis. testa. l. cum testamento.*

SI ita.] CASVS. Seruus si daret decem heredi, debebat esse liber. heres alienauit hunc seruum, putà Sempronium: postea redemit interim cum vendidit Titio. dicitur quod dando decem Titio, erit liber. Francis. b ¶ *Placuit.* dum viuit venditor: *vt infra eodem l. seruum. si heredi. in principio. quæ est contra* secũdùm quosdam. Vel ibi ideò est, quia heres cui erat dandus, manumisit eum statuliberũ: hic redemit, & alienauit. magis autem est contra *de conditio. & demonstratio. sub diuersis. §. fin.* sed qualiter intelligitur, expone vt ibi. & ad hoc facit quod no. *ꝫ. eodem l. si statuliberis pœna. §. fina.*

* ad eum.

SI heredit. ei.] CASVS. Testator reliquit libertatem seruo castaldioni, si redderet rationes intra xxx. dies post mortẽ testatoris. heres distulit hereditatem adire bene per xxx. dies, & sic seruus non potuit intra tempus prædictũ reddere rationes. dicitur quòd si adhuc vult reddere rationes, erit liber. [STATVLIBER.] Testator reliquit libertatem seruo suo sub condit. & legauit ei peculium. hic seruus antequam veniret conditio, emit aliquam rem. dicitur quòd hæc res, sicut & peculium, attinet ad seruum factum liberum: licèt quidam dicerent contra. Fran. Accur.

c ¶ *Ita.* scilicet *vt ꝫ. dictum est.*

d ¶ *Expleretur.* idem habes, *ꝫ. eod. l. statuliberos. §. si quis heredi.* Accursius.

e ¶ *Statuliber.* aliàs lex. aliàs. §. Accur.

f ¶ *Legato.* illi statulibero. Accur.

g ¶ *Scriptum est.* & malem: vt subiicit Accur.

h ¶ *Collatum esset.* veluti cum libertate peculium tibi do, lego.

i ¶ *Habeat*[b]. *vt & supra de pecu. l. peculium.*

† Peculium accessionem & decessionem habet.

k ¶ *Non sit.* antè euentum conditionis.

l ¶ *Vtimur.* hoc cum ipsi seruo manumisso legatur: aliàs si extraneo, tempus mortis testantis inspicitur: *vt instit. de leg. §. peculium. & supra de pecu. lega. l. denique. §. fi. & de pecu. l. pecu.*

STatuliberi.] CASVS. Statuliberi nihil penè (id est ferè) differunt à seruis & quo ad contractus, & quo ad actiones, & quo ad delicta. [QVINTVS MVCIVS.] Testator exheredauit filium, & instituit Titium heredem, & reliquit libertatem seruo si daret x. heredi. nunc mota est quæstio inter filium & heredem scriptum: qui filius dicebat se non iustè exheredatum, & sic debebat habere bona. scriptus obtinuit: seruus dedit x. isti scripto, quæritur, an sit liber? & antequam respondeat, dicit alium casum. Si hic seruus dat decem scripto, & postea scriptus amisit bona, vt quia filius obtinuit contra eum: dicitur quòd hic seruus non erit liber. Labeo autem confirmat proximum casum ita demùm si iustè iudicauerit iudex. postea loquitur Aristo, corrigens dicta: & dicit quòd hic seruus debet dare ei qui vicit: siue scriptus vicerit: siue filius. nam sicut verbo emptionis continetur omnis alienatio: sic hæc dictio heres, comprehendit scriptum, & sic est responsum quæstioni primæ. postea dicit quòd si seruus dedit decem scripto possidenti heredi, quòd ista decem scriptus debebit dare vincenti. Francis.

sisse scriptura ab eo administrata. 1 ¶ Seruus iussus reddita ratione ad libertatem peruenire: licèt nullam administrauerit rationem nihilominus[a] erit liber.

Statuliber transit cum sua conditione, h. d. Duas ll. sequentes. vide per te.

XXVII. IDEM *libro primo Pandectarum.*

SI is cui dare iussus est, redemerit statuliberum, cúmque rursus alij vendiderit: nouissimo emptori dabit, iam enim cùm apud* eum cui dare iussus est, dominium quoque serui peruenerit: si eum alienet, conditionem quoque ab eo ad emptorem transire, Iuliano placuit[b].

XXVIII. IAVOLENVS *libro sexto ex Cassio.*

SI hereditas eius qui seruum intra dies triginta mortis suę, si rationes reddidisset, liberum esse iusserat, post dies triginta adita est: iure quidem stricto ita[c] manumissus liber esse non potest, quoniam conditione deficitur: sed fauor libertatis eò rem perduxit vt respondeatur expletam conditionem si per eum cui data esset, non staret quo minùs expleretur[d].

1 ¶ Statuliber[e] antequam cõditio libertatis obtigerit, si quid comparasset: peculio legato[f] non cessurum, in libris Caij Cassij scriptum est[g]: nisi id legatum in tempus libertatis collatum esset[h]. Videamus ne cum peculiũ & accessionẽ & decessionẽ habeat[i], augmentum quoque eius peculij, si modò ab herede ei ablatum non sit[k], legato cessurum sit. Et magis hoc iure vtimur[l].

XXIX. POMPONIVS *libro octauodecimo ad Quintum Mucium.*

STatuliberi à cæteris seruis nostris nihilo penè[m] differunt: & ideò quòd ad actiones vel ex delicto venientes, vel ex negotio gesto[n], vel contractu pertinet eiusdẽ conditionis sunt statuliberi, cuius cæteri: & ideò* in publicis quoque iudiciis easdem pœnas[o] patiuntur, quas cæteri serui. 1 ¶ Quintus Mucius scribit: Paterfamiliâs in testamento scripserat, *Si Andronicus seruus meus heredi meo dederit decem*†, *liber esto:* deinde de his bonis cœperat controuersia[p] esse. qui se lege heredem aiebat esse, is eam hereditatem ad se pertinere dicebat. alter qui hereditatem possidebat, aiebat testamento se heredem esse. secundùm eum sententia dicta erat qui testamento* aiebat se heredem esse. deinde Andronicus quærebat, si ipsi viginti dedisset, quoniam secundùm eum sententia dicta est, futurúsne esset liber: an nihil videatur sententia qua vicit, ad eam rem valere.[q] quapropter[r] si viginti heredi scripto dedisset, & res contra possessorem iudicata esset, illum[s] in seruitute fore. Labeo hoc quod Quintus Mucius scribit, ita putat verùm esse[t], si reuera lege ab intestato heres fuit is qui vicit. nam si iniuria iudicis victus esset scriptus verus heres ex testamento, nihilò minus eum paruisse conditioni ei dando, & liberum fore. sed verissimum est (quod & Aristo Celso rescripsit) posse dari[u] pecuniam heredi ab intestato, secundum quem sententia dicta est. quoniam lex duodecim tabularum emptionis[x] verbo omnem alienationem complexa videretur: non interesset quo genere quisque dominus eius fieret: & ideò hunc quoque ea lege contineri, secundùm quem sententia dicta est: & liberum futurum eum qui ei dedisset pecuniam: hunc autem, id est, possessorem hereditatis cui data es-

* Pro & ideò quidam coniectura ducti legendum autumant, sed eos.

† Viginti quidam legi debere contendunt.

m ¶ *Nihil penè.* vt *supra eod. l. statuliberum.* penè dicit, propter id quod statim dicam.

n ¶ *Gesto.* veluti negotiorum, tutelæ.

o ¶ *Pœnas.* hoc est contra * infra *de pœn. l. moris. §. finali. & de quæstio. l. statuliberi. & supra si ex noxa. cau. l. finali.* quibus dicitur vt liberum puniendum. Solut. hîc deliquit antequam esset statuliber: in illis legibus postea: *argum. infra de pœn. l. j. j. respon.* & propter hoc dixit *supra* pene.

* intestato, quidam reponendum putãt ea sententia sequentiũ verborum. rectè: nam & ita reperi in vno meo vetusto manuscrip.

a Statuliberi an & quando puniantur vt serui, & liberi.

p ¶ *Controuersia.* inter legitimum heredem & scriptum. M.

q ¶ *Valere.* ad hanc non respondet.

r ¶ *Quapropter.* scilicet scribit Quintus Mucius soluendo quidam aliam quæstionem propter quam videbatur idem in superiori esse si sententia nihil facit pro scripto: sed in vtroque contra erit per Aristonem.

s ¶ *Illum.* scilicet seruum. Accursius.

t ¶ *Verum esse.* illum dantem scripto, & postea victo, in seruitute remanere: sed & hic Labeo corrigitur per Aristonem.

u ¶ *Posse dari.* ¶ Sed cur cum scriptus non desiit heres esse per hanc sententiam? Respond. imò quantum ad effectum & vtilibus actionibus cõuenitur, & agit legitimus: *vt & supra de transactio. l. controuersia. & instit. de fideicom. here. §. restituta. & de condic. indebi. l. lij.*

x ¶ *Emptionis.* dixit enim, licèt hoc non habeamus, statuliber decem dare iussus si venditus fuerit, decem det emptori. & sic translatio à scripto in legitimum, est venditio, secundùm H. Alij dicunt, vt Ir. quòd loquitur per simile. sicut enim lex duodecim tab. prædicto verbo emptionis[b] omnem alienationem singularem est complexa: ita cũ dixit,[c] des heredi: videtur omnem heredem complexa. vnde si dedit legitimo, paruit conditioni. ¶ Item no. hic largè accipi hoc vocabulum emptionis[d]. aliàs strictè: *vt Cod. de iur. emphy. l. j. item in eo. tit. l. fi. & Cod. de fund. patrimonia. l. j. item C. de pra.*

b Emptionis verbo omnis alienatio intelligitur.

c Heredis verbo omnis heres intelligitur.

d Emptionis verbum strictè & largè sumitur.

a Alienationis verbum generale.

de pre.cwi.l.fin.item ff.de pign.l.si quorum. sic alienationis [a] verbum est generale: *vt in Authen.de non alie.aut permu.§.alienationis.* quandoque tamen strictè ponitur: *vt ff.de alie.iu.l.ex hoc edicto.§.alienare.* Item not. nihil interesse quid ex æquipollentibus fiat. *sic C.de inst.& sub.l.si mater.& ff.ad Treb.l.mulier.§.j.*

a ¶ *Pecuniam.* habitam à statulibero: *vt & supra de don. causa mor.l. quod statuliberi. & supra de pet. hered. l.nec vllam. §. sed Sabinus.* Remanet ergo ille liber etiam eo casu quo est data sententia contra scriptum cui fuerunt data decem, multo magis si pro scripto. & sic corrigitur hic quod supra dixit Quintus Mucius & Labeo. Sed opponitur. Nonne rescisso [b] testamento rescinditur & libertas: *vt Cod. de ma. testa. si mater. & ff. de pi. l.si superatus.* Respond. non: *vt j. de except. rei iudi. l.j.* 2 Vel dic quòd loquitur in casibus quos habes. *supra de inoffic. testa.l. Papi.§.fin.& leg. sequen.* vel in eo quem habes. *C. de inoffic. testamen.l. cum duobus.* 3. Vel in illo qui est in ea l.cùm ex causa. vel *vt C.de petit. hered. l. fi.* vel vt Cod. *de fideicom. liber. l. quamuis.* 4 Vel aliter tunc vitiatur libertas quando de viribus testamenti fuit quæsitum & disputatum: at hic non fuit quæsitũ: quia nec fuit ostensum: & sic nõ obstant prædicta iura. Accursius.

† Sunt qui probant in archetyp scriptum fuisse ab procam. sed id neque Taurelli. quòd scid [illegible].

b Testamento rescisso an libertas rescindatur.

sit summa, si victus esset hereditatis petitione, cum cæteris eã † quoque pecuniam [a] victori restituere debere.

XXX. IDEM *libro septimo ex Variis lectionibus.*

SI ita liber esse iussus sit: *Stichus, si eum heres non alienauerit, liber esto:* etiam si statuliber est, alienari tamen poterit [b].

Nomine rationum continentur etiam reliqua. Item si testator reliquit libertatem seruo cum sua vxore, si seruus rationes reddiderit: si seruus decedat antè rationes redditas, vxor poterit rationes reddendo peruenire ad libertatem. & adducit simile in legato. hæc dicit.

XXXI. GAIVS *libro tertio decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI seruo sub conditione rationum [c] editarum legatum sit [d]: per eam conditionem cum iussum esse legatum accipere, vt pecuniam reliquorum reddat, non dubitatur.

1 ¶ Et ideò cum quæsitum est [e], *Stichus [f] cùm rationes dederit, cũ contubernali [g] sua liber esto:* an mortuo Sticho antè conditionem [h], cõtubernalis eius libera esse possit: Iulianus dixit quæstionem esse in hac specie, quæ & in legatis agitatur, *Illi cum illo do:* an altero deficiente, aliter ad legatum admittatur: quod magis sibi placere [i], perinde ac si ita scriptum esset, *Illi & illi* [k]. aliam etiam esse quæstionem, an contubernali quoque conditio coniuncta sit. quod magis esse [l]. Itaque si nulla reliqua Stichus habuerit, statim eam liberam esse. si habuerit reliqua, debere eam [m] numerare pecuniam. nec tamen liciturum ex suo [n] peculio dare [o] quia id [p] illis permissum sit, qui principaliter [q] pro sua libertate pecuniam dare iubentur.

Breuis est, & ideò non summatur.

XXXII. LICINNIVS RVFINVS *libro primo Regularum.*

SI duobus heredibus institutis, seruus liber esse iussus sit, si decem heredibus dederit: ab altero ex heredibus venierit, & traditus fuerit: pro parte alteri ex heredibus, à quo non venierit, dando pecuniam [r] liber erit.

XXXIII. PAPINIANVS *libro secundo Quæstionum.*

STatuliberorum [s] iura per heredem fieri non possunt duriora.

Si seruus qui iussus est esse liber si decem dederit heredi, fuerit venditus: dabit illa decem emptori, & heredi heredis. h.d.

XXXIV. IDEM *libro vicesimoprimo Quæstionum.*

SEruus si heredi decem dederit, liber esse iussus est. statuliberum heres eum manumisit: ac postea defunctus est [t]. Heredis heredi pecunia danda non est. Quod enim placuit, heredis heredi dari oportere [u], tunc memineris locum habere, cùm prior heres dominus accepturus pecuniam fuit [x]. quæ causa facit

SI ita.] CASVS. Reliqui libertatem seruo, si heres eum non alienauerit. dicitur ꝗ heres potest alienare: & cum alienando deficit conditio libertatis. Fran. Accur.

c Libertatis cõditio quandoque deficere potest.

b ¶ *Poterit.* & sic deficit conditio [c] libertatis: quòd aliàs non contingit: *vt C. de manumis. testa. l. statuliberum.*

SI seruo.] CASVS. Relicta est libertas Sticho, & quoddam legatum, si reddiderit rationes. ita demum dicitur reddere, si reliqua reddat. Secundò dicit: Testator sic dixit, si Stichus reddiderit rationes, liber esto cum contubernali sua. antequam redderet rationes, decessit. nunquid contubernalis erit libera, quæritur. & antequã soluat, adducit casum similem. Si testator dicat, illi cum illo lego fundum. si vnus ex eis decedat, valebit legatum in alium superstitem, postea reuertitur ad quæstionem quam fecit. & dicit: si conditio illa fuit in contubernali: si nulla reliqua appareat, Stichum debere, ipsa erit libera, si verò appareat debere: ita soluet & non de peculio: & erit libera. Fran.

c ¶ *Rationum hereditariarum.* aliàs non est in textu, hereditariarum.

d ¶ *Legatum sit.* s. aliquid præter etiam libertatem. & facit ad hũc casum *ff.de pecu.leg.l.denique.§. interdum. & C.de ma.test.l.iiij.*

e ¶ *Quæsitum est.* in genere. nunc in specie.

f ¶ *Stichus.* verba testatoris. Azo.

g ¶ *Cum contubernali.* testatoris.

h ¶ *Conditionem.* antequam reddat rationes.

i ¶ *Sibi placere.* ait Iulianus.

k ¶ *Illi & illi.* vt *ff. de vsufru.accrescendo.l.Titio.in fi.* Sed arg.contra. *ff.de fun.instru.l.si cui.in fin.*

l ¶ *Magis esse.* scilicet ait. sed hoc de rigore: sed de æquitate non est onus conditionis ei in omni casu: *vt ff.de condi.& demonst.l.Iulius Paulus.* quæ est contra.

m ¶ *Debere eam.* contubernalem. Accur.

n ¶ *Suo.* scilicet contubernali.

o ¶ *Dare.* scilicet contubernalem.

p ¶ *Id.* s. dare. de peculio.

q ¶ *Principaliter.* hæc autem non fuit principaliter iussa.

SI duobus.] CASVS. Testator duos heredes instituit, & reliquit libertatem seruo si det x. heredibus. vnus heredum vendidit partem quam habebat in hoc seruo, dicitur quòd iste seruus dabit v. alteri heredi, & v. emptori, & erit liber. Fran. Accur.

r ¶ *Pecuniam.* & aliam partem emptori: *vt ff.eo.l.si statuliberum. §. iij.*

s ¶ *Statuliberorum.* sic *C. de test. manu. l. statuliberum. & ff. eod. statuliberos venundari.* Accur.

a Ius nostrum facto alterius reddideri non potest.

SEruus.] CASVS. Seruus iussus est esse liber si det decem heredi. heres eum vendidit, & postea decessit. quæritur cui seruus debeat, an emptori: & certè emptori. & quod aliàs dicitur heredi heredis dandum: est verum, si heres hunc seruum non alienasset. [IMPERATOR] Seruus iussus est esse liber, si reddiderit rationes heredi. parato seruo reddere, heres noluit audire. dicitur quòd seruus est liber, & hoc rescripsit imperator quod est intelligendũ si nulla reliqua debebat hic seruus: vel si qua debebat, ea offerat: sic etiam debet esse liber cum ea facit propter quæ esset, si heres audiret rationẽ, liber. & adducit simile. relicta est libertas seruo si in Hispaniam vadat, & colligat fructus anni proximi fundorũ domini. heres tũc tenet seruũ Romæ, nec dimittit eum in Hispaniã ire. certè hic seruus nõ statim fit liber, nisi cum transierit tẽpus quo possint illi fructus colligi. sic & in stipula. tacitũ tempus intelligitur: vt si Romæ existens promittat mihi dare centũ in Hispania. nam non antè tenebitur quàm transierit tantũ tẽporis quo in Hispaniam promissor ire potuisset. Postea reuertitur ad primũ casum. Ponè quòd heres audit rationem: & cũ seruus multa reliqua debet, nec habet vnde soluat: heres ei illa reliqua remittit animo donandi dicitur ꝗ seruus fit liber. Tandem dicit: cũ seruus vellet reddere rationem, heres noluit audire: & sic seruus dicens se nulla reliqua debere. est factus liber, quasi impleta sit conditio. heres autem nunc petit eũ in seruitutẽ, dicẽs ꝗ non fuit in mora audiendi rationes. & ꝗ seruus reliqua debet. dicitur ꝗ iudex coram quo hæc causa vertitur, de his inquiret, & etiam rationẽ computabit iudex. & si viderit eũ debere reliqua: pronũtiabit eũ nõ esse liberũ. si autẽ à prin. cũ seruus vellet reddere rationẽ, & heres nolebat audire, seru' parat' erat soluere [illegible] qđ nomine reliquorũ appareret eũ debere, & de hoc volebat dare bonum promissorẽ, & heres noluit: iste erit lib. & sẽtẽtia ꝓ eo dabit ꝗ sit liber. Frã. Acc.

t ¶ *Defunctus est.* scilicet heres.

u ¶ *Oportere.* vt & *ff.eo.l.si peculium.§.heredi.* Accur.

x ¶ *Fuit.* quod hic non, cùm manumiserit. sic ergo extinguitur [b] conditio manumissione: nõ [c] sic redẽptione & alienatione.

b Cõditio extinguitur manumissione.

c Alienationis & redemptionis à manumissione differentia.

vt supra eo. l. si is cui. quæ est contra.

a Heredis primi & eius heredis diff. rentia.

b Hæres primus quo est demonstratus est statuliber, non continetur secundus.

a ¶ *Demonstratus est.* at in nostro casu nec dominium habet heres a heredis: nec fuit demonstratus b: ergo ei dandum non est. Accursius.

b ¶ *Non trahat.* quia nulla sunt: vel si sunt, incontinenti vult reddere.

c ¶ *Si in Hispaniam.* verba testatoris.

d ¶ *Coactos.* id est antequam posset colligere. & legas interrogatiuè. & subaudi, nõ: *vt s. eod. l. si peculium. §. quadam.* vbi plenè dixi.

e ¶ *Constabit.* id est cõstare debebit. Accursius.

f ¶ *Obtulerit.* sic supra eod. l. *statuliberationem.*

Non *videbitur.*] casus. Seruo relicta est libertas si x. dederit heredi. heres eum vendit retento peculio, cùm seruus vellet de hoc peculio soluere x. emptori ad hoc vt sit liber. idem & si heres eum vendiderat cum peculio, & non tradat peculium, & sic seruus non habet vnde soluat hæc x. nam erit liber. Fran. Accur.

g ¶ *Non videbitur. per statuliberum stare.* aliàs deest non. *& tunc concor. vt supra eod. l. iij. §. si quis seruum iussum.* aliàs cùm non. & tunc est contra. sed intellige hãc secundùm illam: quia debet e probare tangere. Accursius.

e Probãdi onus incumbit conditionis implẽdæ reo, per se non stare quominus conditio impleatur.

h ¶ *Ad alienum.* hic est contra. *s. eo. l. e. si quis ita. §. j. & l. iij. §. si quis seruum iussum.* Sed ibi dominus bene sciebat seruum habere peculiũ apud duos: hic de emptore non cogitauit.

i ¶ *Defuncti.* quæ talis esse videtur, vt d liceat seruo ex suo peculio dare pecuniam.

d Seruo ex suo peculio pecuniam libertatis suæ causa dare licet.

In *tabulis.*] casus. Testator instituit filium suum impuberẽ heredem: & si decederet in pupillari ætate, substituit ei seruum cum libertate. hic filius adiuit hereditatem. & alienauit istum seruum. dicitur quòd est alienatus cum sua causa. vnde si hic filius decedat in pupillari ætate: ille seruus erit liber & heres. & hoc habet locum siue sit primo substitutus, siue secundo, siue tertio. Franciscus Accursius.

* quo posi. in Hisp. perueniri.

† Id est, debere porrecta. vt explicant Græci hoc loco.

k ¶ *Rescindat.* alienãdo. Accur.

l ¶ *Delectum.* i. distinctũ: *sic s. de ri. nup. l. palam. & facit s. eo. l.*

ambulatoriam, vt ita dixerim, conditionem. Duæ sunt enim causæ, per quas in primi heredis persona conditio impletur: dominij ratio, item personæ demonstratio. prior causa transit in omnem successorem, ad quẽ peruenerit statuliber per dominij translati continuationem: sequens personæ duntaxat eius qui demonstratus est a, adhæret.

Si seruus iussus sit esse liber, si rationes reddiderit, non sufficit per heredem stare quo minus seruum volentem rationes reddere audiat: sed oportet quòd seruus si reliqua debeat, ea offerat: quia non sufficit sola heredis mora ad libertatem: & probat per exempla: quæ vide.

1 ¶ Imperator Antoninus rescripsit, iussum rationes reddere, & liberum esse: si heres causabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. quod rescriptum ita accipi debet, vt si reliqua non trahat b, liber fit. quòd si trahat, ita demum, si obtulerit eam quantitatem quæ refundi debuit ex fide veritatis. Non enim libertati sufficit heredẽ in mora fuisse, si non id fiat per statuliberum, quod remota mora libertati aditum daret. Quid enim si ita manumissum, *Dama, si in Hispaniam c profectus, anno proximo fructus coegerit, liber esto:* Romę retineat heres, neque proficisci patiatur? nũquid dicturi sumus, statim ante fructus coactos d liberum fore? Nam & cùm Romæ stipulatio concipitur ita, *Centum in Hispania dare spondes?* inesse stipulationi tempus, quòd possit in Hispaniam peruenire *, nec antè iure agi placuit. Sed si heres acceptis rationibus, & reliquis computatis, donare se eas statulibero non habenti quod inferat, proscribat, aut etiam literis ad eum missis palàm faciat: conditio libertatis impleta videbitur. Quid ergo si neget se reliqua contraxisse d, atque ideò, quia per heredem steterit vt accipiat rationes, liberum factum: heres autem neque se fecisse moram, & reliqua debere statuliberum contendat? Apud eum qui de libertate cognoscit, an conditio sit impleta, constabit e: cuius officio continebitur de mora considerare: nec minus computare rationes: & si reliqua trahi compererit, non esse liberum pronuntiare. Sed si nunquam negauit reliqua debere, cùm autem conueniret heredem, & rationes offerre professus sit, refusurum quidquid in reliquis esse constiterit, & eius pecuniæ reũ numerare paratum idoneum obtulerit f, & heres in mora fuerit †: sententia pro libertate dicetur.

XXXV. Idem *libro nono Responsorum.*

Non videbitur per statuliberum stare g quò minus conditio libertatis existat, si de peculio quod apud venditorem seruus habuit, pecuniam conditionis offerre non possit. Ad alienum h enim peculium voluntas defuncti i porrigi non potuit. Idem erit & si cum peculio seruus venierit, & venditor fide rupta peculium retinuerit. quamquam enim apud emptorem peculium seruus non habuit.

XXXVI. Idem *libro secundo Definitionum.*

In tabulis secundis filio seruũ data libertate substitutum, iure statuliberi prudentes munierunt, quod vtilitas recipit: scilicet vt cum sua causa alienaretur, ne patris testamẽtum puer filius rescindat k. quæ iuris auctoritas citra delectum l * ordinis ad secundum quoque vel tertium substitutum porrecta est.

XXXVII. Gaius *libro singulari de Casibus.*

Si ita scriptum sit: *Stichum Titio do, vt eum manumittat: si non manumiserit, liber esto:* statim m Stichũ liberum esse.

XXXVIII. Paulus *libro primo ad Neratium.*

Non omne ab heredis persona interueniens impedimentum statulibero pro expleta conditione cedit: sed id duntaxat, quod impediẽdæ libertatis † factum est n.

XXIX. Iavolenus *libro quarto ex Posterioribus Labeonis.*

Stichum Attio do lego: & si is ei nummos centum dederit, li-

ij. §. sed si tabulis, vsque in finem. & supra de excu. l. qui à pupillo.

Si *ita scriptum.*] casus. Legaui Stichum Titio vt eum manumittat. & si non manumiserit, sit liber. dicitur quòd non est opus tradi Titio: imò statim est liber. Franc. Accur.

m ¶ *Statim.* causa a vitandi circuitus: *vt supra de condic. indebi. l. dominus.* Vel si voluerit Stichus, *vt supra de manu. testa. leg. si quis testamento.* Vel cùm Titius est in mora manumittendi: *vt supra de manu. testa. l. Stichum Sempronio. & l. Iulianus. & l. si quis ita legatus. & l. quidam & de fideicomm. liber. l. inuitus. §. fin.*

a Statim liberum fieri hic vitandi circuitus causa, siue luerit, si heres in mora fuerit manumittẽdi potest & statim intelligi statim ab adita hereditate.

Non *omne*] casus. Impedit hæres expleri condi. à statulibero. si facit causa impediẽdæ libertatis, vt quia non vult accipere pecuniam ei oblatam: seruus efficitur liber. si autem alia de causa vt quia eum prohibet operari extraneo pro mercede: non ideo efficitur liber, quia operari domino debet. & hæc exempla habes *s. eod. tit. l. iij. in princ. & §. si quis seruum.* Fran. Accur.

† Mora vltima non nocet. *not. in l. vtgrabil Bald. not. C. de vsufr. & subst.*

n ¶ *Factum est.* sic *supra de fideicom. lib. l. si eum §. ex iusta. & supra l. iij. in princip. & §. si quis.*

Stichum.] casus. Stichũ seruũ meũ legaui Titio. eidem Sticho reliqui libertatem si c. dedit Titio. dicitur quòd liber est: & interim antequam det, est statuliber. licèt quidam contra, & malè. & est seruus heredis, non Titij, cum legatum extinctum sit per libertatem relictã. [Stichus.] In testamento reliqui libertatem Sticho cum creditoribus meis satisfactum erit. quamuis heres meus locuples sit, non tamen Stichus sit liber nisi ei satisfactum erit, vel soluendo, vel aliter ad eorum voluntatem cauendo. [Si heres.] Relicta est libertas Sticho si det x. heredi. hic heres dedit x. huic seruo vt de his negotietur. seruus hic x. dat heredi. quæritur, an sit liber? Et dicitur quòd non: quia videtur illa x. reddere, non dare. secus si dedisset seruo vt haberet in peculio illa x. [Dama seruus.] Seruum Stichũ iussi esse liberum si heredi meo seruiret per vij. annos. hic seruus seruiens heredi meo commisis

* Sic loquitur omnis antiquitas. Festus in verbo dilectus.

Subaudit vt græca phrasi causa. Ant. Aug.

in libertatē. Item & econtra hoc etiā permissum est cognatis eius: & redditur ratio: quoniā seruitus eorū &c. & hoc etiam permittitur parenti naturali tantū: vt patri qui existēs in serui. hunc filium quæsiuit: & vterque postea manumissus est. hoc etiam permittitur militi pro persona sibi coniuncta. & si aliquis supra dictorum non existat: tunc etiam matri & sorori & similibus fœminis quæ ista cognatione iungūtur, hoc permittitur, & etiam patrono huius qui stat: sponte tanquam seruus apud aliū. Postea dicit: si plures de prædictis existant, & quilibet vult petere istum in libertatē iudex quē credet ad hoc meliorē, eligat. Vltimò dicit: si furiosus trahitur in serui. admittūtur & coniuncti & etiam extranei ad eum defendendū. & hoc dicit hęc lex cū sequentibus vsque ad l. liberis. Fran.

a ¶ *In possessione seruitutis.* Idem econtra si de libertate trahitur ad seruitutem: *vt j. eo. l. benignius.*

b ¶ *Parenti* i. patri.

c ¶ *Inuitorum.*[a] not. *sic j. quando ap. sit. l. ij. §. si u qui. & de appel. l. non tantum. & j. de separa. l. j. §. sed & si quis suspectum. in fine. §. & ſ. de mino. l. j. patri pro filio. in prin.* Regulariter contra. ſ. [b]. *de procur. l. Pomponius. in fine.*

d ¶ *Modica.* sed magna.

e QVoniā *seruitus eorū* ad omnes refertur superiores & iunge superioribus & inferioribus.

f AMplius puto. *naturalibus.* parentibus.

g ¶ *Militi.* speciale. regulariter contra: *vt C. de procu. l. qui stipendia.*

h ¶ *Necessarium.* id est[c] vtile. & facit ſ. *de procura. l. fœminis.*

i ¶ *Sed & si libertum. vt & C. eod. l. principaliter.*

k SEd *tunc eo.* scilicet patrono.

l ¶ *ignorante.* secus si consensit.

m ¶ *Passus est.* ad pretium participandum.

n INterest.] *Partes. sic & Inst. de exc. tut. §. j. & ſ. d. pac. l. iurisgentium. in fi. & l. fin.*

o ¶ *Potissimum* sic. *j. de accu. l. si plures, & infra de lib. ho. exhi. l. iij. §. hoc inte dictum. & ſ. de dam. infect. l. in reficiendo.* Accursius.

p BEnignius.] *Extraneis.* sic in superioribus nō dicit de extraneis quòd admittantur. Accur.

LIberis.] CASVS. Liber homo maior viginti annis si passus est se vendi vt seruꝰ, ꝑ poterit proclamare in libertatem, nisi pretium participatus sit. [SI QVIS MINOR.] Minor xx. annis passus est se vendi ad pretium participandū. non nocet hoc ei etiam effecto maiori xx. an. Sed pone quòd ante xx. an. passus est se vendi post xx. ann. participatus est pretiū. hoc casu nocet ei vt non possit proclamare in libertatem. [SI QVIS.] Sciēs liberum hominē emi. hic emptus poterit petere se in libertatem. quasi sciētia mea mihi noceat. sed si aliquis eum emat bona fide à me nō poterit amodò se petere in libertatē. [SI DVO.] Duo emerunt liberum hominē: vnus sciens, alter ignorans. quo ad ignorantē tenet: & per consequēs quo ad scientem adeo ꝙ seruus non possit se petere in libertatem. [SVNT ET ALIA.] Aliquando seruus cui est relicta libertas in testamento: nō potest petere libertatē. quid enim si dicatur testatorem necatum à familia? interim donec hæc causa agitur, pendebit libertas huius serui. & si apparebit hic seruus culpabilis: morte erit dignus, si non: tunc manumittetur. [SI QVIS EX SERVITVTE.] Aut quis existens in poss. serui. petit se in libertatem: & tunc obtinet partē actoris, & imminet ei onus probandi. aut ecōtra quis existens tanquam liber, petitur ab aliquo in seruitutem, & tunc petēti incumbit onus probādi. si autem hoc est dubium: tunc ante omnia iudex hoc inquiret, & super hoc pronunciabit. Francis. Accur.

q ¶ *Maximè.* abundat. *vt C. de manumiss. testa. l. fi. §. j.* nam minores[a] etiam iuuantur, & etiam sine distinctione: cum plura sint necessaria: *vt not. Instit. de iure perso. §. penult. & facit infra. titu. j. l. j. & titu. ij. l. ij. & C. eod. l. non ideo. & l. si ministerium. & infra prox. §.* Accursius.

r ¶ *Nocebit. vt & supra. proxi. respon.*

s ¶ *Denegari.* arg. contra ſ. *de mi. l. iij. §. scio.* Sol. vt ibi.

t ¶ *Venia.* propter scientiam[b]. *sic & j. tit. j. l. Licinnius. & infra eod. l. qui sciens. & arg. ſ. ad Macedo. l. penul.*

u ¶ *Alius eum.* hoc etiam casu videtur exigi participatio pretij. Accur.

x ¶ *Ignorans.* lege interrogatiuè secundum Azo, q. d. non. & dic. quòd

DE LIBERALI causa.

TITVLVS XII.

I. VLPIANVS *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

SI quando is qui in possessione seruitutis[a] constitutus est litigare de conditione sua non patitur, quòd fortè sibi suóque generi † vellet aliquam iniuriam inferri, in hoc casu æquum est quibusdam personis dari licentiam pro eo litigare, vt putà parenti[b], qui dicat filium in sua potestate esse. nam etiamsi nolit filius, pro eo litigabit. Sed & si in potestate non sit, parenti dabitur hocius: quia semper parentis interest filium seruitutem non subire.

1 ¶ Versa etiam vice dicemus liberis parentium etiam inuitorum[c] eandem facultatem dari. Neque enim modica[d] filij ignominia est, si parentem seruum habeat: idcirco visum est cognatis etiam hoc dari debere.

II. GAIVS *ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberali causa.*

QVoniam seruitus eorum[e] ad dolorem nostrum iniuriámque nostram porrigitur.

III. VLPIANVS *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

AMplius puto naturalibus[f] quoque hoc idem præstandum: vt parens filium in seruitute quæsitum & manumissum possit in libertatem vindicare.

1 ¶ Militi[g] etiam pro necessariis sibi personis de libertate litigare permittitur[*].

2 ¶ Cum verò talis nemo alius est, qui pro eo litiget: tunc necessarium[h] est dari facultatem etiam matri, vel filiabus, vel sororibus eius, cæterísque mulieribus quæ de cognatione sunt, vel etiam vxori, adire prætorem, & hoc iudicare, vt causa cognita & inuito ei succurratur.

3 ¶ Sed etsi libertum[i] meum vel libertam dicam, idem erit dicendum.

IIII. GAIVS *ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberali causa.*

SEd tunc patrono conceditur[k] pro libertate liberti litigare, si eo[l] ignorante libertus venire se passus est[m]:

V. VLPIANVS *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

INterest[n] enim nostra libertos libertásque habere. Quòd si plures ex memoratis personis existant, qui velint pro his litigare prætoris partes interponendę sunt, vt eligat quem potissimū[o] in hoc esse existimat. † quod & in pluribus patronis obseruari debet.

VI. GAIVS *ad Edictum prætoris urbani.*

BEnignius autem hoc persequendum est, vt si furiosus † & infans est qui in seruitutē trahitur: non solùm necessariis personis, sed etiam extraneis[p] hoc permittatur.

VII. VLPIANVS *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

LIberis etiam hominibus, maximè[q] si maiores viginti annis venum se dari passi sunt, vel in seruitutem quaqua ratione deduci, nihil obest quominus possint in libertatem proclamare, nisi forte se venum dari passi sunt, vt participauerint[*] pretium.

1 ¶ Si quis minor viginti annis ad partiendum pretium venū se dari passus est: nihil ei hoc post viginti annos nocebit[r]. Sed si ante quidem se venum dedit, post vicensimum autem annum pretium partitus est, poterit ei libertas denegari[s].

2 ¶ Si quis sciens liberum emerit, non denegatur vendito in libertatem proclamatio aduersus eum qui eum cōparauit, cuiusque[*] sit ætatis qui emptus est: idcirco, quia non est venia[t] dignus qui emit etiam si scientem prudentémque se liberum emerit. Sed enim si postea alius eum emerit[u] ab hoc qui sciuit, ignorans deneganda est ei libertas.

3 ¶ Si duo simul emerint partes. alter sciens, alter ignorans[x]: videndum erit nunquid is qui scit, non debeat nocere ignoranti. quod quidem magis est. Sed enim illa erit quæstio: partem solam habebit is qui ignorauit, an totum, & quid dicemus de alia parte? an ad eum qui scit, pertineat? Sed ille indignus est quid habere, quia sciens emerit. rursum qui ignorauit, non potest

† Iniuria gentili facta generi seugenti facta intelligitur, vt ad e l. omnem. C. de sena tusconsul. Claud.

a Inuitis his quorum nomine agitur, agere potest coniuncta persona in causa liberali.

b Inuitū aliū defendere regulariter non possumus.

c Necessariū pro vtili.

* Exemplum ipsorum erit ex Virginij historia. ex l. ij. de orig. iur.

† ex ipsa cognatione, affectione, idonei tate.

† Furiosi & infantis conditio maxime fauorabilis.

* participāt.

a Minores & quomodo restituantur si vēdiderint ad pretiū partiendum.

* cuiuscūque

b Pœna augetur aut certe minus eleuatur ratione scientiæ: vt si quis sciens delinquat.

quòd vnius [a] ignorantia scienti non prodest: & sic totum habebit ignorans: *vt infra titu.j.l.j.& argumentum. supra de contrahend emptio. l. fundum.* Sed Irn. & M. &. alij legebant plane: & si sciens habet partem propter ignorantiam: sed tunc est contra. *j.titu.j.l.fin.* Sed soluunt quòd hic partes, vt quilibet dimidiam: ibi quilibet in solidũ. Item secundùm hoc similiter contra. *j.e.l.ins. solũ.§.j.* Solu, vt ibi. Itē & ob. *supra. de iur. & fa.igno. l. iniquissimum.* Sed soluũt ꝙ ignorãtia vnius alteri prosit, ꝓpter delictum eius qui se vēdit, *argu.§.de mino ꝑ ex causa.§. Papinianus.*

¶ Et secundùm hoc no. ꝙ innocēs [b] nocentē excusat. *sic j. de pœnis.l.pregnantis.& de lega.ij.l. cum ei qui. & de ventre in possess.mittend. j.§. totiens. & j.de fur.l. si qui rem.§. pen.* Argu. contra. *§.ad Macedo.sed Iulianus. §. sed si alterutur.*

maiorem partem dominij habere, quàm emit. Euenit igitur, vt ei prosit, qui eum comparauit.

4 ¶ Sunt & aliæ [a] causæ ex quibus in libertatem proclamatio denegatur: veluti si quis ex eo testamento liber esse dicatur, quod testamentum aperiri prætor vetat, quia testator à familia necatus esse dicatur. Cùm enim in eo sit iste, vt supplicio fortè sit adficiendus: non debet liberale iudicium ei concedi. Sed & si data * fuerit: quia dubitatur [b] vtrum nocens sit, an innocens differtur liberale iudicium, donec constet de morte eius qui necatus est. apparebit enim vtrum supplicio adficiendus sit, an non.

5 ¶ Si quis ex seruitute in libertatem proclamat: petitoris partes sustinet. Si verò ex libertate in seruitutem petatur: is partes actoris sustinet, qui seruum suum dicit. Igitur cùm de hoc incertũ est: vt possit iudicium [c] ordinem accipere, hoc antè apud eum qui de libertate cogniturus est, disceptatur, vtrum ex libertate in seruitutem, aut contra agatur. Et si fortè apparuerit eum qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse. is qui se dominum dicit, actoris partes sustinebit: & necesse habebit seruum suum probare. Quòd si pronuntiatum fuerit [d], eo tempore quo lis præparabatur, in libertate [e] eum non fuisse, aut dolo malo [f] fuisse: ipse qui de sua libertate litigat, debet se liberum [g] probare.

VIII. IDEM *libro quinquagesimoquinto ad Edictum.*

COgnitio de liberali causa vsufructuario [h] datur etiam si dominus quoque velit hoc est qui se dominum dicit, mouere status controuersiam.

1 ¶ Si plures sibi dominum serui vindicant, dicentes esse communem: ad eundem [i] iudicem mittendi erunt. & ita senatus censuit. Cæterùm si vnusquisque suum esse insolidum, non in partem dicat [k]: cessat senatusconsultum. Neque enim timor est ne variè [l] iudicetur: cùm vnusquisque solidum dominium sibi vindicet. 2 ¶ Sed & si alter vsumfructum totum, alter proprietatem serui vindicet, item si alter dominium alter pigneratum sibi dicat: idem iudex erit: & parui refert, ab eodem [m] in ab alio ei pignori datus sit [n].

IX. GAIVS *ad Edictum prætoris vrbani. titulo de liberali causa.*

SI pariter aduersus eum qui de libertate litigat, consistat [o] fructuarius & proprietarius: fieri potest, vt alteruter absit. quo casu in presenti soli permissurus sit prætor aduersus eum agere, dubitari potest: quia non debet alterius [p] collusione aut inertia alteri [q] † ius corrumpi. Sed rectiùs dicitur, etiam alterutri eorum permittēdum agere: vt alterius ius incorruptum maneat. Quòd si adhuc nondum finito iudicio superuenerit [r]: ad eundem iudicem [s] mittetur, nisi si iustam causam [t] adferat quare ad eum mitti non debeat, fortè si eum iudicem inimicum sibi esse adfirmet.

1 ¶ Idem dicemus & si duo pluresve domini esse dicantur [u], & quidam præsto sint, quidã absint. 2 ¶ Vnde in vtroque [x] casu dispiciamus, an si is qui prior egerit victus sit, prosit ei [y] quòd

a ¶ *Sunt & aliæ.* non solùm quando venditus est ad pretiũ participandum, interuenientibus qui debēt interuenire:

b ¶ *Dubitatur.* ratio sequentis, non præmissi. Io. ideo enim differunt, quia dubitatur: nam ideò fuit datum, quia dubitatur, secundùm M.

c ¶ *Iudicium.* quòd per actionē in rem & præiudiciales agitur, & domino agenti directa, & prouocanti ad libertatē vtilis datur: cùm nemo [c] sit sui dominus *vt §. ad leg. Aquil.l.liber homo.*

d ¶ *Pronuntiatu fuerit.* In incidēti ergo pronuntiatur: quia aliter in iudicio procedi non potest: *vt not. C. de ordin. iudi l.j.*

e ¶ *In libertate.* id est in possessione libertatis: *vt infra eod.l. quod autem. & l.igitur.§. potest.*

f ¶ *Dolo malo.* quod pro eo [d] est ac si non esset: *vt C. de prob. l. vincius. & C. eod. l. non ideo.in fina. & l. ea que. & ff. §. de proba.l.circa.* Acc. ADDITIO. Ista gloss. iuncto tex. solet allegari secundùm Bart. hic ad quòd possessio [e] vitiosa non releuat quem à probatione: *vt C. de proba. l. siue possidetis.*

g ¶ *liberum.* possessore constituto.

COgnitio] CASVS. Vsufructuarius potest petere in seruit. seruum in quo dicit se habere vsumfruct. siue cum proprietario simul agat, si ipse tantum. [SI PLVRES.] Plures petunt eundem seruum dicentes eum esse communem corũ. dicitur quòd coram eodem iudice litigare debebunt: & hoc sensuit senatus. si autem quilibet dicat seruum esse suum, & in solidum: hoc casu etiam coram diuersis poterunt litigare. Sed si vnus petat vsumfru. serui, alter proprietatem: vel si vnus petat dominium in seruo, alter dicat eum obligatum: idem debet esse iudex. Fran. Accur.

h ¶ *Vsufructuario datur.* vt aduersus ipsum seruum de libertate litiget, siue solus, siue cùm proprietario: *vt hic. & j. proxi.*

i ¶ *Ad eundem. vt & j.l. proxi.*

k ¶ *Dicat.* seruo contendente se liberum contra vtrunque. ff. Nouum.

l ¶ *Ne variè.* hoc planè est verum, si primò pro libertate pronuntiatur: quia præiudicat petitioni alterius: *vt §. de dolo.l. si dolo. & j. eo.l. diui.* si autem contra seruum pro vno pronuntietur: quid prohibet etiam alterum dominum agere, cùm non faciat ius sententia proprietatis, sicut sententia libertatis? Sed adhuc potest dici idem: quia cum in solidum pronuntiatus est alterius seruus iam non potest se dicere liberum. secus si partem tantum alter obtinuisset: quia adhuc posset dicere se liberum: *vt §. proxi. respon. arg. j. ea. l. duobus. in fi.*

m ¶ *Ab eodē.* qui hunc dominium vindicat.

n ¶ *Datus sit.* ei qui pignori sibi datum dicit.

SI pariter.] CASVS. Si Titius dicat se habere proprietatem in seruo, & Sempronius vsumfr. ille dicat se liberum: postea vnus eorum abest: nũquid præsens poterit agere? & dicitur quòd sic. & si ille absens reuertatur, & velit agere contra seruum, auditur: tamē coram eodem iudice, coram quo agit præsens: nisi dicat eum sibi suspectum. Idē est si duo petant cõmuniter seruum in seruit. ille autē neget se fore seruum. Postea dicit: Pone ꝙ vnus eorũ egit & succubuit alter egit & obtinuit: nunquid vnus proderit alteri: sicut aliàs factum patroni reuocantis seruos manumissos à liberto in fraudem patroni, prodest heredibus liberti? & si dicas prodesse, nonne ille qui succubuit, si agat amplius, repelletur excep. rei iudi? Itē si dicas nō prodesse: an ille qui obtinuit, habebit totum seruũ: an verò tãtum partem? & licèt non plenè respondeat: tu tamen dicas, ꝙ ex quo seruus obtinuit contra vnum, liber esse debet: & aliis cum quibus succumbit seruus, dat æstimationem sui pro illa parte. Fran.

o ¶ *Consistant.* lite nōdum contestata, aliàs [b] nō posset recusari, qđ j. dicit: *vt C. de in.om. in. l. nemo.* Accur.

p ¶ *Alterius.* s. absentis [c].

q *Alteri.* s. præsenti.

r ¶ *Superuenerit.* qui absens erat.

s ¶ *Ad eundem iudicem. vt & §. eo.l. cognitio. in finali. & argum. §. de quibus rebus ad eundem iu. e.a. l. j. & C. arb. tu. l. omnes.* & simul & separati ergo possunt agere; *sic j. de vi & vi arma. l. si de fundo. & j. de fur. l. inter omnes. §. si seruus. & l. furtiuam. & l. fullo. §. frugibus. & §.e.l.cognitio. in prin.*

t ¶ *Nisi si iustam causam. sic & §. de arbi.l. non distinguemus. §. cum quidam. & l. licet.* ¶ & no. hic duo ar. Primo ordinarium d. s. præsidem recusari: Item quòd causa [e] recusationis debeat exprimi. sed in vtroque dic contra: *vt no. C. de iudic. apert ssimi.*

u ¶ *Dicantur.* parte, non in solidum: *vt §. l. proxi. §. j.*

x ¶ *In vtroque casu.* s. quando fructuarius cum proprietario, & quando duo de proprietate.

y ¶ *Prosit ei. l. s. dicto.*

a Ignorantia vnius an sciēti prosit.

b Innocēs nocentem excusat.

d Dolo malo possidere tem, pro nō possidente, habetur.

e Probatione vitiosa possessio non releuat, hoc est possidentem vitiose probādi onus iniungi: tum licet alias possidere pōtuerat, sed actio.

c Sui dominus nemo esse censetur.

a Seruum in solidum & pro parte vnius pronunciari multum interest. Hic se liberum dicere potest, alle non potest.

† Fortè sic declinatur, alter, alteri, alter ro vt apud vet velemendandum est, alterius in. sed & in datiuo casu rectè potest retineri.

b Iudex recusari non potest post litem contestatam. & prima ea exceptio esse debet litigandi.

c Absentium inertia seu negligentia præsentibus nocere non debet.

d Recusari iudices ordinarij regulariter non possunt, vide tamen Auth. si contigerit C. de iudi.

e Recusationis causa exprimendæ. Quadraginta causas enumerat Philippus Francus C. vlt. de appellationibus.

f Sententia pro vno lata alij prodest.

a ¶ *Vel contra.* s. succubuit post alterius victoriam: & quod subiicit infra vt cùm omnino, &c. totum comprehendit.

b ¶ *Liberti.* in [a] fraudem patroni libertus manumisit, reuocat patronus. prodest heredibus in ea parte quæ vltra tertiam patroni est.

a In fraudem patroni factæ manumissiones reuocantur.

posterior vicerit, vel contra [a]: id est, vt cum omnino alteruter vicerit, prosit etiã alteri: sicut prodest heredi liberti [b], quòd in fraudem patroni serui manumissi sint. Si cui placeat prodesse: consequens est, vt cùm idem petat [c], exceptioni rei iudicatæ obiiciatur replicatio [d]. Si cui verò placeat non prodesse: is habebit sequentem dubitationem, vtrum id in quo [e] quis victus est, nullius erit: an eius esse debeat, cum quo actum sit: an potius eius qui vecerit [f] scilicet vt vtilis actio detur ei qui vicerit: minimè autem prætor pati debet, vt pro † parte qui seruus sit.

X. VLPIANVS *libro quinquagesimo quinto ad Edictum.*

QVod autem diximus [g] *in libertate fuisse*, sic est accipiendum. non vt se liberum doceat is qui liberale iudicium patitur: sed in possessione libertatis sine dolo malo fuisse. Quid si autem sine dolo malo fuisse, videamus. Nam Iulianus ait, omnes qui se liberos putant, sine dolo malo in libertate fuisse: si modò se pro liberis gerant, quamuis serui sint. Varus autẽ [h] scribit eum qui se liberum sciat, dum in fuga sit, non videri sine dolo malo in libertate esse: sed simul atque defierit quasi fugitiuus se celare, & pro libero agere: tunc incipere [i] sine dolo malo in libertate esse. etenim ait eum qui scit se liberum, deinde pro fugitiuo agit: hoc ipso quòd in fuga [k] sit, pro seruo agere.

IX. GAIVS *ad Edictum prætoris vrbani. titulo de liberali causa.*

LIcèt fugæ tempore pro libero se gesserit. dicemus enim eum in eadem causa esse.

XII. VLPIANVS *libro quinquagensimo quinto ad Edictum.*

c ¶ *Idem petat.* ab eodem seruo qui vicit. Vel dic, etiam ab alio petente qui obtinuit. Accursius.

d ¶ *Replicatio.* doli. Sed hæc oppositio nõ placet: maximè eo casu cum primo agens succubuit: quo casu nocet secundo agenti: cùm fiat [b] ius ex sententia: *vt dixi supra l. proxi. §. j.*

b Sententia ius facit.

e ¶ *Id in quo.* pro parte ergo quilibet agebat: non in solidum: vt dixi cùm ponis in duobus petentibus in seruitutem iure dominij.

f ¶ *Eius qui vicerit.* etiam in eo quo altero petente est absolutus seruus, & non soluit ad plenũ: quare dic quòd ex toto liber erit. etiam si vnum tantum vicit seruum: sed æstimatio partis dabitur alteri victori: *vt ar. infra eod. l. duobus. & infra de excep. rei iud. l. iudicatæ.*

† Indiuisibile si id fuerit de cuius reuocatione agitur totum ratione partis reuocabitur vt hinc colligit Albericus.

QVod autem diximus. Hæc lex continuatur ad finem l. liberis supra eo. nam quod ibi dicit, si seruus est in poss. libertatis, quod ei non incumbit onus probandi: est verum si sine dolo malo est in possessione libertatis: non cogitur autem probare se liberum. nam sufficit quod credat se liberum: & quòd pro libero se gerat: licet seruus sit. & hoc dicit Iul. Varus autem corrigit Iulianum in parte. nam non eo ipso quòd credat se liberum, est semper in poss. libertatis, vt sic non incumbat ei onus probandi. quid enim si fuga est tanquam fugitiuus? licèt enim sciat se liberum: non est tamen per hoc in pos. libertatis. sed statim cùm desiit tanquam fugitiuus se celare, erit in poss. libertatis. Postea dicit: sciendum est posse liberum hominem stare dolo malo in pos. libertatis, & econtra seruum stare in pos. libertatis sine dolo malo: & de primo dat exemplum in infante, hoc modo: Infans liber surreptus est: & stabat tanquam seruus. deinde credens se seruum recessit: & clam stabat tãquam liber: hic enim dolo malo stat in posses. libertatis. postea dat exemplum de secundo: ecce enim seruus testamento accepit libertatem, quod testamentum nullius est momenti. hic stat tanquam liber sine dolo, cùm seruus sit. ponuntur & alia exempla in litera, quæ per te videas: & inspicitur tempus quo in ius vocatur, vt tunc bona fide sit in pos. libertatis: vt sic onus probandi incumbat aduersario. & hoc dicit hæc l. seq. cum princ. seq. Fran. Accursius.

g ¶ *Quod autem diximus. supra eo. l. liberis. §. fi. & facit j. eo. l. igitur. §. potest.* Accursius.

h ¶ *Varus autem.* corrigens Iulianum in parte, qui nimis largè dixerat. Accursius.

i ¶ *Tunc incipere.* Imò diuturnitas etiam temporis debet transire: *vt infra de acquirend. possess. l. iij. §. si seruus.* Solut. ibi mala fide gerebat se pro libero: hic bona. a Vel hic est in possessione [a] libertatis quantum ad commodum liberalis causæ: quantum verò ad cætera nõ, vt ibi. 3 Vel subaudi hic maximè si diu.

a Possessio libertatis in quibusdam valet & inutilis.

IGitur sciendũ est & liberum posse dolo malo in libertate esse, & seruum posse sine dolo [l] malo in libertate esse. 1 ¶ Infans [m] subreptus bona fide in seruitute fuit, cum liber esset deinde cum de statu ignarus esset, recessit, & clàm in libertate morari cœpit. Hic non sine dolo malo in libertate moratur. 2 ¶ Potest [n] & seruus sine dolo malo in libertate morari: vt puta testamento accepit libertatẽ, quod nullius momẽti esse ignorat: vel vindicta ei imposita est ab eoquem dominũ esse putauit, cum non esset: vel educatus est quasi liber: cũ seruus esset. 3 ¶ Et generaliter dicendum est, quotiésquis iustis rationibus ductus vel non iustis, sine calliditate tamen putauit se liberum, & in libertate moratus est: dicendum est hũc in ea causa esse, vt sine dolo malo in libertate fuerit, atque ideo possessoris commodo fruatur. 4 ¶ Probatio autem ad id tempus refertur, cum sine dolo malo in libertate fuerit, quo primùm in ius aditum est:

5 ¶ Si operæ [o] alicui debeantur: is quoque liberali iudicio experiri potest. 6 ¶ Si quod damnum mihi dederit qui ad libertatem proclamat, illo tẽpore quo bona fide mihi seruiebat, veluti si ego bona fide dominus [p] noxali iudicio conuentus & condemnatus, litis æstimationem pro eo obtuli: in id mihi condemnabitur [q].

XIII. GAIVS *ad Edictum prætoris vrbani. titulo de liberali causa.*

ILlud certum est, damnum hoc [r] solùm in hac in factum actione deduci, quod dolo, non etiam quod culpa factum sit: ideóque licèt absolutus hoc iudicio [s] fuerit, adhuc tamẽ postea

k ¶ *In fuga.* Not [b]. *vt & C. de præscrip. long. tempo. quæ pro lib. l. j. & C. vbi causa sta. l. j. & infra de vsucap. l. si is. §. si seruus. & C. de proba. l. vis eum. & infra l. igitur. contra.* ¶ Item in hac l. videtur quòd aliquis mutat [c] sibi causam possessionis: Sed respõ. nõ mutat aliquo de modis prohibitis vel permissis: sed tantùm [d] fidem bonam in malam: vel econtra: & de hoc dic *vt C. de acquirend. poss. l. cum nemo.* Vel hic in possessione [e] sui ipsius, secus in aliarum rerum.

b Fugitiuis eo quandoq; positum est vt pro seruo habeatur.

c Possessionis causam mutare sibi nemo potest.

d Bonam fidẽ in malam, & e contra quis mutare potest.

e Possidere seipsum quis an possit.

IGitur. Planus est in princip. [SI OPERÆ.] Pone casum duobus modis, vt in gloss. domini mei Accursius [SI QVOD DAMNVM.] Si possidebam liberum hominem tanquam seruum, & ipse commisit delictum Titio: Titius agit contra me tanquam contra dominum serui Aquilia: & ego emendaui damnum: postea hic seruus prouocauit in libertatẽ. dicitur quòd agam act. in factum contra eum vt restituat mihi hoc quod solui pro delicto quod ipse fecerat: & omne aliud damnum si quod mihi dederat, emendabit per hanc act. & hoc dicit hic §. cum l. sequen. Francis. Accursius.

l ¶ *Sine dolo. vt j. §. potest.*

m ¶ *Infans. §. proxi. respon.*

n ¶ *Potest.* facit [f]. *C. de præscrip. long. temp. quæ pro liber. l. ij.* Sed arg contra *infra si liber. se ingenuum esse dicatur. l. fin.* Sed ibi expone. Accursius.

f Seruus sine dolo malo potest in libertate morari.

o ¶ *Si operæ.* dic operas mihi in seruo legatas, qui nũc se liberum dicit *arg. §. eo l. cognitio. in prin.* Vel dic quòd de liberto dicit à quo mihi patrono debentur operæ: *vt j. si liber ingenuum esse dicatur l. fi. in prin.* & dicitur [g] hoc libertinitatis iudiciũm, liberale.

g Libertinitatis iudicium.

p ¶ *Dominus.* vt credebam.

q ¶ *Condemnabitur.* actione in factum, *vt j. l. proxi.* ¶ Et not. quòd extra [h] id quod agitur, nascitur obligatio: *vt hic, & supra comm. l. si is §. si libero. & C. de neg. gest. l. at qui. §. si liberto.* & continua sequentem legem.

h Obligatio nascitur quandoque extra id quod agitur.

r ILlud.] *Damnum hoc.* eo tempore datum qui bona fide possidebam: *vt supra l. proxi.*

s ¶ *Hoc iudicio.* id est hac actione in factum: quia fuit actum ex causa doli tantùm, non [i] culpæ etiam latæ.

i Doli & latæ culpæ differentia.

¶ Ex lege

a ¶*Ea lege.* aliter quàm de dolo solo: quia etiam leuissima culpa venit: *vt supra ad leg. Aquil. l. in lege.* sed hoc casu sola lata: *vt infra de acquiren. rer. dom. l. homo liber. §. j.* pro qua hoc secundo [a] agitur iudicio. & sic in actione in factum veniret dolus & culpa, si actor vellet: sed hic solum dolum venire voluit. Alij dicunt quòd per in factum tantùm dolus: per Aquiliam etiam culpa. & quod dicit supra, non etiam quod culpa: dicũt quæ in aliam actionem venit, *& facit j. eo. l. de bonis, & l. libera. & l. imperator. & C. qui ad liber. procla. non licet. l. finali.* Accur.

b ¶ *Commodatas.* vt has res ab eo detentas per hanc actionẽ consequamur: vel vt damnum nobis in eis datũ resarciatur. Accur.

c ¶*Non sunt.*, nisi [b] in casibus: *vt supra deposi. l. j. §. sæpe.* Accur.

R *Ectissimè.*] C A S V S. Si aliquis sciens se liberum, passus est dolo malo se vendi vt seruum: & aliquid de his defecit quæ erant necessaria ad hoc vt seruus fieret: & prouocet se in libertatem: dicitur quòd habeo ego emptor act. in factum contra eum quanti interest mea. Postea dicit qualiter dolo malo videatur facere. h. d. cum l. seq. & prin. seq. Cætera sunt plana: & ideò amplius non ponã casum vsque ad l. si vsumfructum. Francisc. Accursius.

d ¶ *Actionem.* in factum: *vt infra eo. non solum. in prin. & j. de fideicommiss. liber. l. quidam. §. finali.*

e ¶*In ea causa.* quia illa quæ sunt necessaria, interuenerunt: aliàs quomodo cõtra suum seruum ageret? *& facit C. qui ad liber. procla. non licet. l. j. & infra eo. l. cum pacto.*

f ¶*Decepit.* asseuerando se seruum. ¶ Et sic no. quod decepit [c] qui non instruit. *sic j. de act. emp. l. j. §. j. & de periculo. & commo. rei vendi. l. si vina. ij. & de assi. præscrip. l. j. §. sciendum. & j. de fur. l. si seruus communis. §. quod si sciens. & infra l. vnd. & de admini. tut. l. ita autem. §. fin.*

cum eo poterit lege Aquilia agi: cùm ea lege [a] etiam culpa teneatur. 1 ¶ Item certum est, tam res nostras quàm res alienas, quæ tamen periculo nostro sunt, in hanc actionem deduci, veluti cõmodatas [b] & locatas. Certè depositæ apud nos res, quia nostro periculo non sunt [c], ad hanc actionem non pertinent.

XIIII. VLPIANVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

RECtissimè prætor calliditati eorum qui cum se liberos scirent, dolo mali passi sunt se pro seruis venundari, occurrit dedit enim in eos actionem [d].

1 ¶ Quæ actio totiens locum habet, quotiẽs non est in ea causa [e] is qui se venire passus est, vt ei ad libertatem proclamatio denegetur. 2 ¶ Dolo autem non eum fecisse accipimus, qui non vltro instruxit emptorẽ, sed qui decepit [f]:

XV. PAVLVS *libro quinquagensimoprimo ad Edictum.*

ID † est [g] siue virilis sexus, siue fœminini sit: dummodo eius ætatis sit, vt dolum capiat.

XVI. VLPIANVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

IMò eum qui finxit se seruum, & sic venit [h], decipiendi emptoris causa. 1 ¶ Si tamen vi metúque compulsus fuit hic qui distractus est: dicemus eum dolo carere.

2 ¶ Tunc habet emptor hanc actionem, cũ liberum eum esse nesciret. Nam si sciuit liberum, & sic emit, ipse se circumuenit [i].

3 ¶ Quare si filius familiâs emit, si quidem ipse sciuit, pater autem ignorauit, non ad quisiuit [k] patri actionem. hoc, si peculiari nomine egerit. Cæterum si patre mandante [l], hic quæritur, an filij scientia noceat. Et puto adhuc nocere, quemadmodum procuratoris [m] nocet.

4 ¶ Planè si filius ignorauit, pater sciuit: adhuc dico repellendum patrem, etiam si peculiari [n] nomine filius emit: si modò pater præsens fuit potuítque [o] filium emere prohibere.

XVII. PAVLVS *libro quinquagensimo primo ad Edictum.*

IN seruo, & in eo qui mandato nostro emit [p], tale est [q], vt si certum hominem mandauero emi, sciẽs liberũ esse: licet is cui mandatum est ignoret, idẽ fit [r]: & non competet [s] ei actio. Contra autẽ si ego ignoraui, procurator sciuit: non est mihi deneganda [t].

XVIII. VLPIANVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

IN tantũ ergo tenetur [u], quantum dedit [x], vel in quantum obligatus est, scilicet in duplum.

1 ¶ Sed vtrum pretium tantùm, an etiam id quod pretio accessit, duplicetur, videamus. Et putem omne omninò quod propter emptionem vel dedit.

XIX. PAVLVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

VEl permutauit, vel compẽsauit eo nomine (nam & is dedisse intelligendus est [y]:)

XX. VLPIANVS *libro quinquagensimo quinto ad edictum.*

VEl obligatus [z] est: duplari [a] debere.

1 ¶ Proinde si quid cuidam ob hanc actionem [b] licito [c] iure dedit, dicendum est in hoc edictum cadere, duplarive.

2 ¶ Obligatum, vel ipsi venditori accipere debemus, vel alij obligatum. Nam quod dedit siue ipsi venditori, siue alij ex iussu eius: siue ipse, siue alius dederit, æquè continebitur.

3 ¶ Obligatum accipere debemus, si exceptione se tueri non potest [d]. cæterum si potest, dicendum non † esse obligatum. 4 ¶ Interdum euenit, vt is qui comparauit, habeat in quadruplum actionem [e]. Nam in

g I *D est.* aliàs, idem est: & aliàs, quod est. Accur.

h I *Mò.*] *Et sic venit.* i. venditus est.

i ¶*Circumuenit.* & est arg. *j. de act. emp. l. j. §. j. & de contrahen. empt. l. id. beri. & l. si id Celsus. in princ.*

k ¶*Non adquisiuit.* quia scientia [d] contrahentis inspicitur: *vt infra de istit. l. si seruus. in prin.*

l ¶*Mandante.* suo nomine emi, & incertum: secus si certum: *vt j. l. in seruo. §. contra autem.*

m ¶ *Procuratoris.* cui [e] de incerto fuit mandatum: ipse tamen domino tenetur actione mandati: vt supra de ædi. edic. l. cùm mancipium. §. circa secundùm Azo. licèt hîc quidam pro contraria ponant *dices infra eo. l. non solum §. pen. in fin.* & sic non obstat contra *supra de iur. & fact. ignor. l. iniquissimum.* Vel dic quòd non est prorsus alius procurator à domino, vel filius vel seruus à patre vel domino.

n ¶*Si peculiari.* non solùm si nomine dominicò emit incertum: secus si certum cum mandato: *vt infra eo. l. proxi.* sed cùm peculiari, tunc non refert certũ vel incertum: *vt s. de ædil. edic. l. cum mandato. in prin.* Accur.

o ¶ *Potuitque.* secus si nõ potuit: quia tũc præsentia [a] sua ei non nocet: *vt s. de contrahen. emptio. l. in huiusmodi quæ est contra. arg. j. de noxa. l. in delictis. & facit j. de vsucapio. l. heres eius. §. partem.*

p I *N seruo.* qui emit.

q ¶*Tale est.* & nõ personarum sed factorum diuersitatem facit. Accursius.

r ¶*Idem fit.* quod s. proxi in fi. dixi: sed non omnino idẽ: quia hîc semper scientia & ignorãtia spectatur: ibi non, nisi in casu ibi posito.

s ¶*Cõpetet ei.* pcuratori: vel. i. mihi domino.

t ¶*Deneganda.* in procuratorẽ: sed inuẽditorẽ nõ datur, secundùm quosdam: *vt j. de ædil. edic. cum mãcipium. §. circa. quæ est contra.* Sed certè ibi loquitur cùm mandaui [b] de incerto. nã imputatur procuratori cũ talem emit: hîc autem mãdaui de certo emendo: vt hîc dicitur. Non ergò tenetur procurator, licèt sciat liberum, vel vitiosum. dicit ergò nõ denegari domino vel directã ex empto contra venditorem vbi emerit seruus, vel vtilem cũ emit procurator. Azo. *& facit j. de litig. l. si seruus. in fin. & quæ in fran. credi. l. l. §. si procurator. & supra de iur. ign. l. iniquissimam.* & addedistinctionem quam habes in illa *l. cùm mancipium.*

u I *N tantum.*] *Tenetur.* in libertatem proclamans.

x ¶*Dedit.* empto. Ac.

y V *El permutauit.*] *Intelligẽdus est.* *vt & s. de calum. l. ij. & iij. & s. de ædil. edic. l. debet autem. & arg. de leg. j. l. non quocunque. §. fundus. & j. de here. vendi. l. quod si nullo. & infra de verborum signific. l. dedisse.*

z V *El obligatus.* iunge illi l. in tantum. in fi.

a ¶*Dupl ri.* aliàs, duplicari: & aliàs, in duplum.

b ¶*Ob hanc actionem.* i. ob hunc actum.

c ¶*Licito.* fortè mediatori [d].

d ¶*Non potest.* veluti si creditor venditoris sit delegatus: *vt infra de nouatio. l. si qui delegauit.* nam aduersus venditorem potest se tueri except. cum enim contra eum habeat actionem: *vt j. proxi. §. multo magis excep. vt inf. a de superficie. l. j. §. quod ait prætor.* & sic non habet actionem contra proclamantem in libertatem: *vt subiicit. & j. de verborum significat. l. creditores. & l. creditorum. & l. debitor.*

e *Actionem.* de qua vsque modò dixi.

a Diuersæ quæ litates (vt esse in dolo, & esse in culpa) duo iudicia exigunt. Ideò quæ dolũ intentãs & probans culpam siue leuẽ siue latam, succũbere debet reisque absolui, cum nõ sit ex hoc capite actum. vt hic. vide Mynsingerum. 4. obser. centur. 80.

b Depositæ res certis casibus sunt periculo depositariorum.

Hæc vulgata lectio mendosa.

c Decipere dicitur qui non instruit.

d Scientia procuratoris & filij verum domino vel patri noceat.

e Procuratoris scientia an & quomodo noceat domino.

a Præsens qui prohibendi ius habet, neque prohibet, consentire intelligitur. adde Glossam n. [illegible] de præsump. quinimo [illegible] eo fratre præsumitur in eo quod præsens est & actum impedire potuit, & tamen tacet. l. 2. Cod. si per pignus. l. si ... inf. ad Velleia. vt te Bonitum, Regula 7 [illegible] 395. adde ... quæ infra ... tradit.

b Mãdetur à me seruus incertus vel certus multũ interest. Priore casu procuratori liberum emendo, mandanti non nocetur: posteriore nocetur.

c Permutans dedisse intelligitur.

d Parijs fere non esse obligatum & habere exceptionem.

d Mediatori pecuniã licitè dari ....

a ¶ *Sciens.* scilicet liberum.
b ¶ *Pro seruo venijt.* id est venditus est.
c VTique eius dupl. hæc actio nulla est alia quam illa quę pro euict. in duplū datur: & ideò non [a] duplatur in ea omne interesse: sed [b] tantum pretium: *vt hic*, & *s. de euict. l. ex mille.* secus in superiori, vbi omnia duplicantur: & etiam [c] damnorum [d]: *vt supra l. illud. & l. igitur.* Accursius.

a Euictionis actione nō duplatur id omne quod interest emptoris, sed pretiū tantum.
b Eius quod interest & pretij differentia.
c Eius quod in teresse appellatione damnū venit.
d Damnum interdum duplicatur.

d ¶ *Alter eorum.* siue venditor, siue ille qui passus est se vendi. *& facit supra ad legem Aquil. l. item Mela. §. si plures. & infra l. proxi. §. fin.*
e ¶ *Et ideo.* bona [e] ratio: *vt j. de act. & obli. l. in honorariis. & infra l. proxi. §. fin.*

e Actiones pœnales post annum & in successores non dantur.

f ¶ *Successoribus.* id est contra successores.
g ¶ *Oritur.* contra proclamantem in libertatem.
h ¶ *Manumissione.* quæ de facto tantum fit, cùm sit liber. Accursius.
i ¶ *Non extingui.* quin detur in ipsum de facto manumissum.
k ¶ *Auctorem.* id [f] est venditorem.

f Auctor pro venditore.

l ¶ *Non posse.* per manumissionem emptoris liberatum, etiam si dupla sit promissa: & etiam si de facto tantùm tenuit manumissio. sed ex empto potest agi ad id quod interest habere eum libertum: *vt sup. de euict. l. si seruum eius. & l. sequem. & de edil. edic. l. si hominem.* licet quidam dixerint hic non fuisse duplam promissam. antè manumissionem ergo tenetur vterque: postea alter tantum. Accur.

In vulg. Non solùm.

m ¶ *Post quem.* al. postquam. i. post manumissionem.
n NOn solus] *Per procuratorē.* sic [g] *supra de vi & vi arm. l. j. §. deiecisse.*

g Emptio per procuratorē perfici & contrahi potest: vt nihil intersit quis ipse emat an per procuratorē.

o ¶ *Si vnusquisque.* scilicet emerit in solidum [h]: quod fieri potest: *vt infra de duo. re. l. eandem.* Accursius.

h In solidum duo eiusdem rei emptores esse possunt.

p ¶ *Proderit.* hic est contra infra *tit. j. l. j. §.* Sed non est, si bene attendas. Nam nec [i] alterius ignorantia prodest alij, nec alterius scientia [k] nocet: magis autem ibi proderit: sed verius est contra *s. eo. l. liberu. §. si duo. in fin.* Sol. hic refertur ad eos qui in solidum emerunt: ibi partes. Vel aliter ibi ignorantia facit cessare actionem istam, cùm venditus fuit seruus ignorantis: ad quam parandam negat hic alterius prodesse ignorantiam alteri. Vel dic quòd hic non interuenerunt omnia quæ sunt necessaria vt fiat seruus in aliquo tempore quicunque ad libertatem prouocat: & opus est de actione in factum tractare: *vt s. eo. l. rectissimè. §. qua actio.* Ibi interuenerunt saltem in eo qui fuit ignorans: & hoc prout legis ibi plane literam: sed prout interrogatiuè, non est contra.

i Ignorantia alterius alij non prodest.
k Scientia vnius alteri nō nocet.

q ¶ *Non nocebit.* facit. *j. pro emptore l. ij. §. si seruus.*
r ¶ *Quia tunc.* scilicet cùm emit.
f ¶ *Scit.* cùm emit.
t ¶ *Proderit.* scilicet dubitatio quò ad hoc vt possit agere contra proclamantem in libertatem, nam non potuerit.
u ¶ *Scientia sua.* scilicet heredis.
x ¶ *Ei nocet.* scilicet domino. & est sic supra *eo. l. imò. §. caeterum.* & contra vtraque signāt quidam contra. *s. de edil. edic. l. cu manci pium. §. a. re.* & soluunt, quia hic & d. l. imò, mandauerat incertum emi: quare per procuratorem sua conditio deterior fieri potest: ipse tamen mandati domino tenetur. sed ibi certum: vbi mandantis conditio per procuratoris scientiam deterior fieri non debet. non enim hic mandati dominus ageret aduersus procuratorem, cùm emerit quem mandauerat: sed certè lex contraria secundum Azo. eo modo dicit, cùm de incerto fuit mandatum: vnde concordat: non autem est contra. &c. expone literam illam vt ibi. Item hæc ab illa supra *eod. l. in seruo.* differt: quia ibi de certo fuit mandatum.
y ¶ *Pœnalis.* *vt & s. eo. l. proxi.*

ipsum quidem qui sciens [a] pro seruo venijt [b], hinc habet in duplum actionem: & præterea in venditorem, vel eum qui duplam promisit, in duplum actio est.

XXI. MODESTINVS *libro primo de pœnis.*

VTique eius duplum [c], quod propter emptionem vel dedit, vel obligatus est. secundùm quæ, id quod alter eorum [d] soluerit, nihil ad exonerandum alterum pertinebit: quia placuit hanc actionem pœnalem esse, & ideò [e] post annum non datur: nec cum successoribus [f], cùm sit pœnalis, agetur. Igitur actionem quæ ex hoc edicto oritur [g], manumissione [h] non extingui [i], rectissimè dicetur: quia verum est auctorem [k] conueniri non posse [l], post quem [m] ad eum qui ad libertatem proclamauit, perueniebatur:

XXII. VLPIANVS *libro quinquagesimo quinto ad edictum.*

NOn solus autem emptor, sed & successores eius hac in factum actione agere poterunt.

1 ¶ Emere sic accipiemus, etiam si per alium quis emerit, vt puta procuratorem [n].

2 ¶ Sed & si plures emerint, omnes habebunt hanc actionem: sic tamen, vt si quidem pro partibus emerint, pro parte pretij habeāt actionē. Enimuerò si vnusquisque [o] insolidum, quisque in solidum habeat actionem: nec alterius scientia alteri nocebit, vel ignorantia proderit [p]. 3 ¶ Si eum liberum esse emptor nesciit, postea autem scire cœpit hoc ei non nocebit [q] quia tunc [r] ignorauit. Sed si tunc sciit [f], postea dubitare cœpit: nihilum proderit [t].

4 ¶ Heredi & cæteris successoribus scientia sua [u] nihil nocet, ignorantia nihil prodest.

5 ¶ Sed si procuratorem scientem quis emerit, ei nocet [x]: sicuti tutoris † quoque nocere Labeo putat.

† Scientiam fubaudi.

6 ¶ Hæc actio post annum non datur: cùm sit honoraria. est autem & pœnalis [y].

XXIII. PAVLVS *libro quinquagesimo ad Edictum.*

SI vsumfructum tibi vendidero liberi hominis, & cessero: seruum effici eum dicebat Quintus Mucius: sed dominium [z] ita demum fieri meum, si bona fide vendidissem [a]: alioquin sine domino fore [b].

1 ¶ In summa sciendum est, quæ de venditis seruis, quibus denegatur [*] ad libertatem proclamatio, dicta sunt [c]: etiam ad donatos & in dotem datos referri posse: item ad eos qui pignori se dari passi sunt [d]. 2 ¶ Si mater & filius [e] de libertate litigant: aut coniungenda sunt vtrorúmque iudicia [f]: aut differenda est causa filij donec de matre constet: sicut diuus quoque Hadrianus decreuit. Nam cùm apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius: Augustus dixit, antè de matre constare oportere: sic deinde filio cognosci [g].

SI vsumfructum.] CASVS. Vsumfruct. liberi hominis tibi vendidi, & cessi. dicitur quòd hic liber homo efficitur seruus. Sed cuius, quæritur. & certè si bona fide vendidi vsumfruct. eius meus seruus erit alioquin nullius erit, seruus tamen erit: [IN SVMMA.] Quæ habent locum vt liber venditus efficiatur seruus, eadem in libero homine donato, vel in dotem dato, vel pignori dato, si interueniant, habebunt eundem effectum. [SI MATER.] Petebam quandam fœminam in seruit. & eius filium coram diuersis iudicibus. primò agitahda est causa matris: postea filij: & de hoc etiam dixit diuus Augustus: aut coram iudice vno ambæ sunt agitandæ: & sic coniungendę. Franciscus.

* Videtur legendum, quibus non denegatur. l. 7. & 14. sup. eod.

z ¶ *Sed dominium.* i. proprietatem.
a ¶ *Vendidissem.* scilicet vsumfructum. Azo & intellige quòd aliquod commodum habuit seruus, secundùm Azo.
b ¶ *Fore.* ¶ Not. seruum [a] esse etiam sine domino, *sic & j. de sti pu. ser. l. quod seruus.* regulariter contra: *vt C. communia de manumiss. l. j. in princip.*

a Seruus sine domino aliquando esse potest.

c ¶ *Dicta sunt.* *vt & s. eo. l. rectissimè. §. qua actio. & infra eod. l. cum pacto. & Inst. de iure perso. §. pen.* Accur.
d *Passi sunt.* si tamen semper aliquid percipiant, & hoc in se scienter fieri patiantur. & alia interuenerint quę in vēditione [b] sunt necessaria: *vt & C. eo. l. si ministerium.* Sed dicitur contra *in eo. tit. l. liberos.* Sed ibi de pacto inter liberum & seruum quod non facit seruum. sed inter dantem & accipiētem factū facit seruum: vt hic dicitur.

b Venditionis verbo cōtinetur omnia actus per quem dominiū transfertur de quo videquæ scripsi ad Glo. l. 2. sup. qua ratione.

e ¶ *Si mater & filius.* antè litē contesta. in causa liberali natus: aliàs sufficit super matre iudicari. *vt C. eo. l. fi.*
f ¶ *Iudicia.* *s. eo. l. cognitio. §. j. & l. si pariter.*
g ¶ *Cognosci.* sic [c] ergo mater pronuntietur serua, non [d] per hoc videtur filius seruus pronūtiari: *vt hic, & C. de prob. l. ad probationem. in fi.* Sed si econtra mater libera pronuntietur: licèt adhuc quæstio possit filio fieri: *vt & C. eo. l. iij. in fi.* tamen onus probandi [e] videtur imminere ei qui se dominum dicit, etiā si possideat: vt in hoc sententia [f] pro matre profit filio: *arg. C. de inge. manu. l. iij. & arg. infra ad l. Iul. de adulter. l. denuntiasse. §. si. & de crimi. expila. here. l. res hereditariæ. & supra de inoffic. testa. l. postumus. §. si quis ex his. & si ser. vin. l. loci. §. si fundus.*

c Seruus non continuo videtur cuius mater serua pronunciata est.
d Sententia aduersus matrē, non nocet filio.
e Probandi onus dominio adserenti incumbit.
f Sententia pro matre prodest filio.

ORdinata.] CASVS. Potest loqui hoc princip. vsque ibi: sed si cum aliis, &c. siue de seruit. quis se petat in libertatem: siue econtra:

econtra. nam pendente causa liberali habetur loco liberi. vnde iste qui dicit se dominum: si habet aliquas act. temporales intentare contra eum: bene potest. idem & in act. annuis. sed si aliquis existens in poss. libertatis vocetur ad seruitutem: iste talis si act. aliqua velit interim experiri, auditur: ex euentu tamen iudicij liberalis apparebit an bene egerit, vel non. item & si ille qui petat eum in seruitu. moueat ei alias act. non auditur vsque ad litem contesta. [SI IS QVI.] Quidam existens in possess. seruit. petit se in libertatem. interim quidam alius vult agere furti vel iniuria. contra eum. dicitur quod debet iudicio sisti: & interim differri haec causa furti, vel iniuriarum. Secundò dicit: Possidebas aliquem tanquam seruum. hic fecit mihi damnum. coepi agere contra te act. leg. Aquil. noxali. nunc ille possessus petit se in libertatem. dicitur quòd interim debet differri iudicium noxale. Fran. Accursius.

a Ex legibus 10. tabul. & Solonis. Dieny. lib. ii.

XXIIII. IDEM libro quinquagesimo primo ad Edictum.

ORdinata [a] liberali causa, liberi [*] loco [b] habetur is qui de statu suo litigat, ita vt aduersus eum quoque qui se dominũ esse dicit, actiones ei non denegentur [c], quascunque [d] intendere velit. Quid enim si quae tales sint, vt tempore aut morte [e] intereant? quare non concedatur ei litem contestando in tutũ eas redigere [f]? 1 ¶ Quinetiam Seruius ait, in actionibus annuis ex eo tempore annum cedere [g], ex quo lis ordinata sit. 2 ¶ Sed si cũ aliis experiri velit [h], nõ est quaerendum an lis ordinata sit [i]: nec inueniatur ratio, quemadmodũ subiecto aliquo [k] qui libertati cõtrouersiam moueat, interim actiones excludantur. Aequè enim ex euentu [l] iudicij liberalis aut vtilis aut inanis [m] actio eius efficietur. 3 ¶ Sed si quas actiones inferat dominus [n] quaeritur an compellendus sit suscipere iudicium [o]. Et plerique existimãt si in personam agat, suscipere ipsum ad litis contestationem, sed sustinendum iudiciũ donec de libertate iudicetur: nec videri praeiudicium libertati [p] fieri, aut voluntate domini [q] in libertate eũ morari. Nam ordinato liberali iudicio, interim pro libero habetur: & sicut ipse agere [r], ita cum ipso quoque agi potest. Caeterùm ex euentu aut vtile iudicium [f] erit, aut nullum, si contra libertatem pronũtiatum fuerit.

4 ¶ Si is qui in libertatẽ proclamat, furti aut damni iniuria ab aliquo arguatur: Mela ait, interim eum cauere [t] debere iudicio se sisti: ne melioris conditionis sit qui dubiae libertatis est quàm qui certae [u]: sed sustinendum iudicium [x] ne praeiudiciũ [y] libertati fiat. Aequè si cum possessore hominis, furti agi coeperit: deinde is cuius nomine agebatur, in libertatẽ proclamauerit: sustinendum iudicium [z]: vt si liber iudicatus sit, in ipsum transferatur iudicium: & si damnatio facta, sit iudicati actionem potius [a] in eum [b] dandam.

XXV. GAIVS ad edictum Praetoris vrbani. titulo de liberali causa.

SI cui de libertate sua litiganti optio [c] legata sit: quaecunque hereditate ei relicta dicuntur eadem & de optione tractari [d] possunt. 1 ¶ Interdum ex integro [e] datur ad libertatẽ proclamatio: veluti eius qui adfirmat ideò se primo iudicio victum, quòd statuta libertas nondum ei obtigerat, quam nunc dicit sibi obtigisse.

2 ¶ Licèt vulgo dicatur [f], post ordinatum liberale iudicium hominem cuius de statu controuersia est, liberi loco esse: tamen si seruus sit, certum est nihilò minus eum quod ei tradatur vel stipuletur, perinde domino adquirere [g], atque si non de libertate eius quaereretur. Tantùm de possessione [h] videbimus: cùm ipsum post litem ordinatam desinat do-

a ¶ Ordinata. per litis contesta. vel etiam per libelli porrectionem & satisdationem: vt probatur. C. qui pe. tut. l. j. & intellige vsque illuc: sed si cum aliis, &c. etiam quando ex seruitute in libertatem prouo. per l. supra de proc. seruum. §. ei qui.

b ¶ Liberi loco. quo ad multa [b]. vt not. C. eod. l. lite. & est sic infra de coll. fi. dateg. l. si libertinus. §. j. & supra ex qui. cau. ma. l. is autem. Sed argumen. contra supra ad Maced. l. j. §. si pendeat. Accursius.

c ¶ Non denegentur. nisi per calum [c]. vel iniuriam liberalis causae: vt C. eod. l. si tibi seruitutem. quae est contra: & plenè dic vt ibi.

d ¶ Quascunque. hoc statim restringitur ad perituras morte, vel tempore: & sic non est contra: vt C. de ordi. cog. l. si Status. in prin. vbi dicit contra dominum interim agere cum nõ posse. alij non restringunt, & illam secundùm istam intelligunt. Accursius.

e ¶ Morte. vt [d] quia in heredes, vel heredibus non dantur.

f ¶ Redigere. scilicet in hac vt perpetuentur.

g ¶ Cedere. quasi [e] ante non videantur habuisse potestatem agendi. Azo. vt C. de anna. excep. l. j. §. fi.

h ¶ Velit. in libertatis possessione constitutis: vt patet ex inferioribus.

i ¶ Sit. id est vt si sit ordinata: non possit agere. aliàs sic.

k ¶ Aliquo. à debitore: & est sic 3. de transac. l. cum hi. §. si cum lis.

l ¶ Ex euentu. id est mora fiet. Accur.

m ¶ Inanis. s. [f] tempore finita: vel debitore facto non soluendo, secundùm quosdã. Vel dic ex euentu: quia si obtineat in liberali, apparebit tenere hoc iudicium: aliàs non: vt infra proxi. §.

n ¶ Dominus. contra eum de cuius statu agitur.

o ¶ Iudicium. id [g] est instantiam: vt & arg. supra de fer. l. j. in fin. & de offic. praes. senatusconsult. Alij dicunt sententiam quasi causam, & tunc possit agi. arg. infra proxi.

p ¶ Libertati. per hoc quia hic alia causa differtur.

q ¶ Voluntate domini. inferentis aliam actionem.

r ¶ Ipse agere. aliis actionibus.

s ¶ Iudicium. fuit ergo intentatum, sed sola sententia retardata secundùm quosdam. nam ex praedictis patet, & ex proxi. §. j. quòd in liberali causa ordinata, siue [a] per directam, quam dominus mouet: siue per vtilem in rem praeiudicialem quam ille qui prouocat ad libertatem, mouet: cùm nemo [b] sit dominus sui: vt 3. ad l. Aquil. liber homo. quòd seruus est in iudicio cum eo qui etiam de libertate litigat, & cũ aliis agendo & defendendo. Quare ergo dicuntur praeiudiciales actiones praedictae: vt Insti. de act. §. praeiudiciales actiones? Respon. quo [c] ad sententiam quę differtur: sed causae examinantur cum extraneis & cum domino, nisi in casu: vt dixi per l. C. eo. si tibi. Vel verius dic in domino generaliter differendum nisi sint periturae. Accursius.

t ¶ Cauere. sic supra de iudi. l. ij. §. si dubitetur.

u ¶ Quàm certae. hoc enim esse non [d] debet vt infra titu. j. l. penul. & C. si seruus exterò. l. j. Accursius.

x ¶ Iudicium. s. furti, vel similium: vt supra dictum est. & expone hanc dictionem iudicium vt supra proxi. §. dictum est.

y ¶ Praeiudicium. sic C. de peti. hered. l. fi. & facit C. de iure delibe. l. cum aliquis.

z ¶ Iudicium. noxale.

a ¶ Potius. scilicet quã in possessorem quondam.

b ¶ In eum. qui liber iudicatus est.

SI cui.] CASVS. Relictae est electio alicuius rei cuidam, cui nũc mouetur quaestio status: tandem in hoc legato locũ habent quae in here. ei relicta locũ habent, vt expectetur euentus iudicij. nam si liber iudicabitur, sibi habebit: alioquin non: hoc enim in heredit. dicitur: vt C. de iure deliberandi. l. cum aliquis. [LICET VVLGO] Licèt dictum sit, 3. l. proxima, hominem de cuius statu quaeritur, interim esse loco liberi: si tamen seruus sit: quòd interim acquisiuit vel per stipula. vel per traditionem, domino videtur requisisse, perinde ac si de eius statu nulla esset mota quaestio, & sic semper stetisset tanquam seruus. Idem si posses. alicuius rei acquisiuit: licèt ipse idem interim à nullo dicatur possideri: hoc idem euenit, vt per eum quaeratur domino. Franc.

c ¶ Optio. alicuius rei.

d ¶ Tractari. s. vt [e] expectetur euentus iudicij. nam si liber iudicetur, sibi habebit: alioquin non. sic enim de hereditate ei relicta dicitur: vt C. de iure delibe. l. cum aliquis.

e ¶ Ex integro. cùm [f] semel prouocauit & amisit. & facit C. eo. l. j. & j. de excep. rei iudi. l. si mater §. eandem.

f ¶ Licèt vulgo dicatur. vt 3. eo. l. proxi.

g ¶ Adquirere. non [g] ergo quò ad omnia habetur loco liberi: vt ecce quò ad adquirendum: vt hic. item quo ad onus probãdi, si ex seruitute in libertatem prouocet: vt supra eo. l. liberis. in fin. & no. hoc C. eo. l. lite.

h ¶ Possessione. eius scilicet rei per eum quaesitae de qua plus dubitatur, cum ipsum, &c. & sic tria [h] soluit hic. De proprietate. Item de possessione aliarum rerum, Item de possessione sui ipsius. Accursius.

a Liberalis causae alia directa, alia vtilis.
b Dominus sui nemo est.
a Liberi contestatione vel libelli porrectionem.
b Liberali causa ordinata in quibus liber habeatur is qui de statu suo litigat.
c Calumniati- bus actiones denegantur.
d Actiones morte intereunt, quae in heredes vel heredibus non dantur.
e Cedere actio dicitur tunc cum potestas agẽdi est.
f Actio inanis intelligitur quae tempore finita, aut si debitor factus est non soluẽdo sed & ex euentu inanis dicitur.
g Iudiciũ pro instantia & causa.
c Praeiudiciales actiones dicuntur etiam ratione sententiae quae differtur.
d Incertae & dubia melioris esse conditionis nõ debent quã quae certa sunt & indubia.
e Legatio sit ei qui de sua libertate litigat, exspectatur euentus iudicij liberatus siue optio, siue hereditas legata dicatur.
f Proclamatio ad libertatem an & quando ex integro dari possit.
g Liberi loco an & quando quis habeatur post ordinatum liberale iudicium.
h Liberali lite ordinata tamen pro libero habetur. Quid si seruus delegatur? Proprietas & possessio ab eo adquisita, domino adquiruntur.

a ¶ *Possidere.* corpore, non animo: statim dicit. Accursius.
b ¶ *Vt adquirat.* scilicet possessionem, quam quærit possessus. Ergo quærit proprietatem & possessionem: & sic est contra ad primum infra *de adqui. re. do. l. si seruus.* ad secundum infra *de adquir. poss. l. iij. §. sed & per eum.* Sol. ibi nullo modo possidetur: hic animo, licet [a] non corpore: *vt infra de adquir. poss. l. iij. §. si seruus.* 2 Sed H. dixit quòd illa l. si seruus, de dominio dicebat: hic de possessione. quod nihil est: quia & de dominio dicit hic. 3 M. dixit quod ibi in l. si seruus. dicit non heri domini, quia non possidet: verum est secundùm peculium, & non secundùm aliã rationem. 4 Vel dicemus: ipsi cui seruit, naturaliter & dominium quærere, & possidere possit: verum serui postea vindicando ipsa res ad me transibit. M. primam probat.
c ¶ *Non possidentur.* corpore, sed [b] animo sic, *vt d. l. infra de adquiren. possess. l. iij. §. si seruus. quæ est contra:* quod patet per sequẽs exemplum de fugitiuo. in [c] quo possessionem retinemus animo. Vel non possidetur: vt hic dixit, inspecta causa liberali in qua litigat vt liber: & quærimus per eum: vt subiicit.
d ¶ *Possessionem.* quia [d] & eum possidemus [e]: *vt & infra de acquiren. possess. l. primu. §. per seruum. & supra de vsufruct. l. arboribus §. de illo. & §. Iulianus.*

a Possessus animo licet nõ corpore. possessionem adquirere potest possidenti.

b Possideri aliquid solo animo potest.

c Possessionẽ fugitiui animo retinemus.

d Possessionẽ nobis adquirere potest quia nobis possidetur.

e Possideri fugitiuus potest.

minus possidere [a]. Sed magis est vt adquirat [b], licèt ab eo nõ possideatur [c]. Et cùm placuit per fugitiuum quoque nos possessionem [c] adquirere posse: quid mirum, etiam per hunc de quo quærimus, adquiri?

XXVI. IDEM libro vicesimo ad Edictum prouinciale.

QVi eo libertate in seruitutem petit: si iudicij de euictione seruandi causa contra libertatem agit, iniuriarum actione non conuenitur [e].

XXVII VLPIANVS libro secundo de Officio consulis.

DIui fratres Proculo & Munatio rescripserunt: Cum Romulus, de cuius statu quæritur pupillaris ætatis sit, an exigente Varia Hedone matre, & consentiente Vario Hermete tutore, ad tẽpus pubertatis causa differenda sit: vestræ grauitatis est, ex fide personarum, quod vtile est pupillo, constituere [f].

1 ¶ Si ea persona desit cognitioni [e], quæ alicui [h] status cõtrouersiam faciebat: in eadem causa est qui de libertate sua litigat, qua [i] fuit prius quàm de libertate controuersiam patiebatur. Sanè hoc lucratur, quòd is qui eam status controuersiam faciebat, amittit suam [k]. Nec ea res ingenuum facit eum qui non fuit. Nec enim penuria [l] aduersarij ingenuitatem solet tribuere. Rectè [m] atque ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint consecuti, vt ibi deest is qui in seruitutem petit, electionem aduersario [n] deferant, vtrum malit cognitionem circunduci [o], an audita causa sententiam proferri. & si cognouerint [p], pronuntiare debebunt seruum illius non videri [q].

Neque hæc res [r] captionem vllam habet, cùm non ingenuus pronũtietur, sed seruus nõ videri. Quòd si ex seruitute in ingenuitatem se allegat [f]: melius fecerint [t], si cognitionem circumduxerint, ne sine aduersario pronuntient ingenuũ videri: nisi magna causa suadeat, & euidentes probationes suggerant secundùm libertatem pronuntiandum: vt etiam rescripto Hadriani continetur.

2 ¶ Quòd si is qui pro sua libertate litigat [u], desit, contradictor verò præsens sit melius erit inaugeri causam eius, sententiámque proferri. Si enim liquebit, contra libertatem dabit [x]. Euenire autem potest, vt etiam absens vincat [y], nam potest sentẽtiam secũdùm libertatem ferri.

XXVIII. POMPONIVS libro duodecimo ad Quintum Mucium.

NOn videtur [z] domini volũtate seruus in libertate esse, quẽ dominus ignorasset suũ esse, & est hoc verum. Is enim demũ voluntate domini in libertate est qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.

g ¶ *Cognitioni.* erat ergo lis contestata. aliàs frustra daretur definitio quam infrà dicit dandam: *vt C. de tempo. appel. l. fin. §. illud.* Accursius.
h ¶ *Alicui.* existenti in possessione libertatis.
i ¶ *Qua.* scilicet causa.
k ¶ *Suam causam.* sic *& infra de re iudica. l. contumaciam.* quod non faceret si litem antè absentiam contestatus non esset. sed quidam dicunt hoc infra corrigi.
l ¶ *Penuria.* vt & C. *de inge. manu. l. si re.* Accur.
m ¶ *Rectè.* ecce quatenus amittat: & sic determinat prædicta: non corrigit omnino.
n ¶ *Aduersario.* scilicet vocato ad seruitutem.
o ¶ *Circunduci.* id est cancellari quæ de causa acta sunt. sic ponitur supra *de iudi. l. & post. §. j.* Accursius.
p ¶ *Cognouerint.* i. quia fit electa illa via.
q ¶ *Non videri* [b] & non poterit amodo ille ad seruitutem vocare eum: *vt hic, & C. de inge. manu. l. diffamari. & C. eod. l. si u. & de asser. tol. l. j. in fin. & supra de dol. l. si dolo.* & sic contrahitur [c] eremodicium absente actore in causa liberali pro præsente: *vt & C. eod. l. iusta. & dicta l. si u.* Sed quid econtra si probatum sit eum seruum? nunquid & pronuntiabitur pro absente? quidam quòd non: & sic non contrahitur eremodicium eo casu. Sed contra videtur. d. l. iusta, in aliis autem absente actore olim non, hodie sic: sed absente reo olim & hodie sic: *vt C. de iud. properandum. §. & si quidem & §. sequentib.*

a Circunduci cognitionem quid. *add. l. 73 de iudiciis.*

b Testis pronũtiato testimonium potest dicendo sibi id ita videri aut nõ videri.

c Eremodicium quando absente actore contrahatur.

QVi ex libertate.] CASVS. Peto quendam liberum in seruit. sciens eum liberum: & hoc facio causa habendi regressum de euict. contra venditorem eius. dicitur quòd non teneor propter hoc iniuriarum actione. Franc. Accursius.
e ¶ *Non conuenitur.* etiam si sciebat [f] liberum: *vt & infra de iniur. l. si quis d. libertate. & non agit: vt supra de euict. l. euicta. §. primo.*

f Iustam litigandi vel excipiendi causam is habet, qui, etsi sciens iniustam causam se fouere, id sedigit, vt de euictione sibi prospiciat.

DIui fratres.] CASVS. Cum moueretur quæstio status cuidam pupillo: mater eius & tutor petebant hanc causam differri in tempus pubertatis. diui fratres de hoc interrogati à quibusdam iudicibus, rescripserunt debere differri, vel expediri statim, secundùm quod expediat pupillo. SI EA PERSONA.] Petebam quendam in seruit. lit. contesta, desisto à causa dicitur quòd conuentus in eo statu est quo erat antequam ei moueretur quæstio status: & erit in elect. eius an velit destrui & cancellari acta causæ: an procedi velit in causa: & si videbitur me mihi probaise, absolui eum, & pronuntiari eum non esse meum seruum. si autem econtra aliquis existens in poss. seruitutis prouocet se in ingenuitatem: & contradictor eius cœpit se absentare: hoc casu acta debent cancellari: nisi plene fuerit probatum eum esse ingenuum: & tunc super hoc pronuntiabitur. Sed pone quòd hic super cuius statu quæritur, cœpit se absentare, contradictor vero eius est præsens. hoc casu pronuntiabitur super hac causa: & si apparebit contra eum probatum, pronuntiabitur eum esse seruum. si autem apparebit eum esse liberum: pro eo pronuntiabitur. Franciscus.
f ¶ *Constituere.* festinare [g], vel differre: *vt & supra de Carb. edic. l. iij. §. duo.* & sic differe quandoque ex edicto [h]: quandoque ex constitutionibus: *vt in ead. l. iij. §. quamuis. & l. de bonis. §. ita.*

g Dilationes augentur vel restringuntur officio iudicis. *v. Glossam ex his. Alciat. ... de ... Fe. ... appellat. Necessariis. Ant. ... in ... Veltrij ... apud Menochium ... lib. 32.*

h Dilationũ quædam dantur ex edicto, quædam ex constitutionibus.

r ¶ *Neque hæc res.* aliàs heres. aliàs neque absens: & tunc supple, quin eo dignus sit. aliàs neque heres. prima bona: cũ non, &c. probatur ergo apertè sententiam [d] ingenuitatis omnibus præiudicare: *vt hic, & supra de stat. hom. l. ingenuum.* nisi collusio [e] detegatur: *vt infra de collu. detegen. per totum.* si enim soli actori præiudicaret: ergo idem esset quod in illa quando pronuntiatur seruum illius non esse: quod apertè hic falsum ostenditur. Sed contra infra *si liberi. ingẽ. esse dica. l. Solu.* ut ibi. Item contra infra *eo. l. si seruum.* Sed expone vt ibi.
f ¶ *Se allegat.* & sic prouocat ad libertatem: & contradictor est absens: vt & superiori casu.
t ¶ *Fecerint.* scilicet iudices. si ergo contra fecerint, iterum ad seruitutem vocarentur.
u ¶ *Litigat* vel quia prouocat ad libertatem, vel quia vocatur ad seruitutem. vtroque enim casu contrahitur eremodicium. sed tantùm ad primum referunt, scilicet quando prouocat ad libertatem, quod non placet: *vt C. eo. l. iusta.*
x ¶ *Dabit.* f. sententiam. Accur.
y ¶ *Vincat.* Imò contra [f] *C. de asser. tol. l. j.* vbi dicit quòd seruus est ex quo non venit. Sol. lex illa hanc corrigit: Vel hic per annum nõ stetit. Accursius.

d Sententia ingenuitatis sine collusione lata omnibus præiudicat.

e Collusionis detecta effectus.

f Absens actor quomodo possit vincere.

NOn videtur.] CASVS. Aliquis seruus meus stat tanquam liber me vidente, quem ignoro meum seruum esse. dicitur quòd non videtur iste mea voluntate in poss. libertatis esse. Fran. Acc.
z ¶ *Non videtur.* facit C. *de fideicom. libe. l. si voluntate. & ff. de vsufru. l. sequi. vt. §. tunc conuenit. & ff. de adquir. poss. l. qui absenti.*

Qui de

XXIX. ARRIVS MENANDER. *libro primo de Remilitari.*

QVi de libertate sua litigans, necdum sententia data militiæ se dedit, in pari causa cæteris[a] † seruis habendus est: nec exonerat eum quòd pro libero habeatur in quibusdam[b]. Et licèt liber apparuerit: exauctoratus, id est militia remotus, castris reiicietur, vtique qui ex seruitute in libertatem petitus sit, vel qui non sine dolo malo in libertate moratus est. Qui verò per calumniam[c] petitus in seruitutem est: in militia retinebitur.

1 ¶ Qui ingenuus pronuntiatus est, si se militiæ dedit: intra quinquennium[d] retracta sententia, nouo domino[e] reddendus est.

XXX. IVLIANVS *libro quinto ex Minicio.*

DVobus petentibus hominem in seruitutem pro parte dimidia separatim, si vno iudicio liber[f], altero seruus iudicatus est: commodissimum est eousque cogi iudices, donec consentiant, Si id non continget[g]. Sabinus refertur existimasse, duci seruum debere ab eo qui vicisset. cuius sententiæ Cassius quoque est, & ego sum, Et sanè ridiculum est, arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem[h] eius tueri. Commodius[i] autem est, fauore libertatis liberum quidem eum esse: compelli autem pretij sui partem viri boni arbitratu victori suo præstari[k].

XXXI. VLPIANVS *libro primo Responsorum.*

FIlium ob hoc[l] quod patri heres extitit, prohiberi à patre suum[m] seruum manumissum in seruitutem petere.

XXXII. PAVLVS *libro sexto Regularum.*

DE bonis eorum qui ex seruitute aut libertate in ingenuitatē vindicati sunt senatusconsultum factum est, quo caueatur de his quidem qui ex seruitute defensi essent, vt id dumtaxat ferrent, quod in domo cuiusque intulissent[n]: in eorum autem bonis qui post manumissionem repetere originem suam voluissent[o], hoc amplius, vt quod post manumissionē quoque adquisissent, non ex re manumissoris[p], secum ferant*: cætera bona relinquerent illi ex cuius familia exissent.

XXXIII. IDEM *libro singulari de liberali causa.*

QVi sciens liberum emit: quamuis & ille se pateretur venire, tamen non potest[q] contradicere ei qui ad libertatem proclamat: sed si alij eum ignoranti vendiderit: denegabitur ei proclamatio.

XXXIIII. VLPIANVS *libro singulari Pandectarum.*

IMperator Antoninus constituit, non aliis ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi priùs administrationum rationes redideri[r].

Qvi de libertate.] CASVS. Qui litigat de statu suo, scilicet an sit liber, an seruus: non potest effici miles interim: & sic quia ad hoc non differt à seruis. & si efficiatur miles de facto: etiam si postea pronuntietur liber, tamen remouebitur à militia: nisi per calumniam peteretur in seruitutem. [QVI INGENVVS.] Quidam seruus fecit se pronuntiari ingenuum per collusionem: & sic effectus est miles. tandem intra quinquennium hæc sententia retractata est: & sic seruus est pronuntiatus. dicitur quòd nouo domino erit hic seruus tradendus. Franc.

a ¶ *Cæteris.* vt nec isti, nec illi possint aspirare ad militiam[a]: *vt & infra de re mili. l. qui status. & l. ab omni.* Accursius.

b ¶ *In quibusdam.* vt *supra eo. l. ordinata.* quia non in omnibus: *vt hic, & not. supra eo. l. si cum. §. licet.*

c ¶ *Calumniam.* secus si non per calumniam: *vt d. l. qui status.* Vel licet non[b] debeant eligi, vt ibi: tamen electi retinentur: *vt hic, & argum. infr. quando app. sit. l. j. §. biduum. & facit C. eo. l. non mutantur. & l. non idcirco & supra de iure aureo. anulo. l. ij.*

d ¶ *Quinquennium.* vt *& infra de collu. detegen. l. ij.*

e ¶ *Nouo domino.* detegenti collusionem: siue sit dominus quando hic fuerat seruus, siue patronus quando hic fuerat libertus: & tunc impropriè[c] dicitur dominus: *vt infra de collu. detegen. l. j. & l. si liberti-nus.*

Duobus] CASVS. Petebam quendam in seruitutem dicens eum esse meum seruum pro dimidia. Item quidam alius petebat eundem in seruit. pro dimidia coram alio iudice. Vnus iudicum volebat pronuntiare eum liberum, dicitur quòd bonum est eos cogi vt consentiant in vnam sententiam: & si non possunt cōsentire, tunc quidam dixerunt debere duci ab eo qui vicisset, vt sic sit in totum seruus: sed verius est quòd sit in totum liber, & compellatur partem pretij sui, quæ æstimabitur arbitrio boni viri, dare victori. Fran.

f ¶ *Liber.* id[d] est libertinus: quia si ingenuus pronuntietur, præiudicaret omnibus sententia, vt nec habeat necesse soluere pretium serui: *vt supra eodem. l. duo fratres.* Vel dic idem in vtroque casu si ingenuus vel libertinus pronuntietur. ¶ Et dic iudicatus[e], id est iudicandus: vel iudicatus quantum ad mentem & propositum iudicum. *sic & supra de iureiurand. l. admonendi.* Nam si iam protulissent sententias, non sunt cogendi consentire: quia semel functi sunt officio suo, *vt infra de re iudic. l. iudex.*

g ¶ *Non continget.* quòd consentiant.

h ¶ *Libertatem.* ¶ Not. in[f] totum aliquid debere fieri, aut in nihilum. *sic & ff. eo. l. si pariter. in fin. & C. de inoffic. testam. l. cum duobus. & argum. supra si ex noxa. cau. l. si cum vno. & de arbit. si cum dies. §. penult. in fin. & l. item si vnus. §. item communi diui. & l. communi diuidundi. §. fin. & de seruit. præd. l. vnus. & ad Trebel. l. si pupillus. & de testa. milit. l. si certarum. §. Iulianus. & de bonis lib. l. nam absurdum. & de oper. lib. l. libertus qui. & supra ad legem Falcidiam. l. qui quadringenta. in princ. & C. qui accu. non possunt. l. qui crimen. & C. de iure delib. l. quidam. & de bonor. etiam. ff. de procu. l. in causa. de procu. l. in causa. in princip.*

i ¶ *Commodius.* de æquitate[a]. nam supradicta de rigore sunt: *vt & infra de re iudic. l. inter pares.*

k ¶ *Præstare.* *vt & infra de except. rei iudic. l. indicata. in princ. & supra de vulg. sub. l. si seruus. in principio. & C. de ser. com. manu. l. j.* ¶ Item notat quòd res[b] inter alios acta nocet aliis quandoque. ad quod facit infra *de re iudic. l. sæpe.* Item facit infra *de re iudica. l. duo ex tribus. & l. duo iudices.* Accursius.

Filium ob hoc.] CASVS. Pater manumisit seruum filij: tandem pater decessit, & filius ei successit, dicitur quòd filius non potest reuocare in seruitutem illum seruum à patre manumissum. Fräcisc.

l ¶ *Filium ob hoc.* ratio quare[c] prohibetur, est bona: *vt Cod. eodem. l. si ab eod. & de re. alien. non. alie. l. venditrici. & de regul. iur. l. ex qua persona.* Sed contra supra *qui & à quibus. l. si seruo.* Solue vt ibi. Accursius.

m ¶ *Suum.* scilicet filij. Accur.

De bonis.] CASVS. Circa bona eorum qui in seruitutis possessione existentes, vel in libertinitatis possessio. existentes vindicant se in ingenuitatem: est factum quoddam senatusconsultum, in quo est dictum quòd illi ex possessio. seruitutis vindicant se in ingenuitatem: bona quæ intulerunt in domum possidentis, ea demùm secum reportent. illi autem qui ex libertinitate vindicant se in ingenuitatem: ea demum bona secum ferant, quæ post manumissionem de facto acquisierunt, non ex re manumissoris. Franciscus. Accursius.

n ¶ *Intulissent.* non ex re vel opera sua quæsita: quia hæc[d] paria sunt: *vt infra de acquiren. rer. do. l. quæstum.* & statim hic potest colligi. Alij dicunt quòd quæsita ex opera sua poterant: quod non placet.

o ¶ *Voluissent.* vt ex libertinitate in ingenuitatem. Accur.

p ¶ *Non ex re manumissoris.* scilicet de facto. in eodem statu sunt ea quæ sunt ei legata vt liberto: *vt C. de inge. ma. l. j. & ad hoc ff. si lib. ingen. esse. di. l. ij. in fi. & ff. de iur. aur. an. l. j. & ff. de condic. indeb. l. seruo manumisso. & ff. eod. l. imperator. & l. de bo. & C. cui ad liber. procla. non lic. l. fin.*

Qvi sciens.] CASVS. Quendam liberum, eum sciens liberum, emi. quamuis pateretur se vendi, bene poterit prouocare in libertatem etiam me inuito. secus si eum vendidi bona fide ementi. nam non poterit amodo prouocare in libertatem. Francisc. Accursius.

q ¶ *Non potest,* vt[e] *& infra titu. j. l. penult. & supra eodem. l. liberis. §. si quis sciens.*

Imperator.] CASVS. Liber homo existens in possess. serui Titij, administrauit bona eius. nunc vult prouocare in libertatem. non auditur nisi prius reddiderit rationes administrationis. Franc. Accursius.

r ¶ *Reddiderit.* vt[f]. *& C. qui, ad lib. procla. non. lic. l. f. & supra eo. l.*

Marginalia:

* Varius Anthinus lib. 1. ad edictum.

† Generibus.

a Militare serui iure non possunt.

b Electi quidã in aliquo munere retinentur, qui si eligendi essent non eligerentur.

c Dominus improprie pro patrono.

d Liber pro libertino.

e Iudicatus pro iudicādo: aut iudicato mente iudicum & proposito.

f Totum aut nihil faciendum.

a Cōmoditas ex æquitate sumitur.

b Res inter alios acta, aliis quandoque præiudicant.

c Filius heres patris seu à patre institutus, potest, eo quod hæres institutus est, à patre prohiberi seruum suum manumittere.

* ferrent.

d Paria sunt ex re sua & operis serui aliquid quæsita.

e Sciens qui liberū emit, nihil emit.

f Rationibus nisi redditis, nemo potest ad libertatem proclamare.

illud. & ad hoc C. de petit. hered. l. fin. ibi. in fine. & supra eodem. l. de bonis. sed in libertate purè relicta aliter est: *vt in contra. C. de manumiss. testam. l. iij. & supra de fideicommiss. liber. l. si pure.* Accursius.

a ¶ *In seruitute*, id[a] est in seruitutis possessione.

a Seruitute pro seruitutis possessione.

Supplet quòd deerat in l. Seruos. 17. sup. de alim. leg.

SErvos.] CASVS. Titia in testamento suo iussit heredibus suis vt facerent quoddam templum, siue hospitale: & per quosdam de suis seruis quos nominauit, voluit custodiri templum: non autem eos manumisit. dicitur quòd isti non sunt serui heredis: sed templi. & hoc si habeas in fine l. in litera, neque heredis. & sic secundùm hoc dicas speciale in vltima voluntate, vt ex sola voluntate vltima fiant templi: at secus in alia voluntate, putà inter viuos: *vt infra de pollicita. l. ij. in princ. & C. de furtu. l. si nondum.* si autem in fine non habeas neque: tunc dic casum vt dixi: nisi quod in fine dicas, quòd hi serui sunt heredis: & ad hoc concordant leges prædictæ. Fran.

b ¶ *Destinatos.* ab ea viuente. Accursius.

c ¶ *Heredis.* si habeas fine neque, planum est. & concord. infra *de pollic. l. ij. in princip. & C. de furt. l. si nondum.* Si habeas neque, tunc dic, sed templi. Sed dices processum fuisse hic ad actum dedicandi: Vel speciale in vltima voluntate, vt ex sola[b] voluntate sint templi: vt hîc dicit: ne sint contrariæ d. ll.

b Voluntate sola, aliquid templi seu Ecclesiæ fieri possemus ne que requiritur traditio.

DOminus.] CASVS. Petij quêdam in seruit. & obtinui, nunc eum inuitum volo abducere. possum: licèt velit offerre litis æstimationem. Franscisc. Accursius.

quas cùm in seruitute[a] esset, gessisset.

XXXV. PAPINIANVS *libro nono Responsorum.*

SEruos ad templi custodiam quod ædificari Titia voluit, destinatos[b], neque manumissos heredis[c] esse constitit.

XXXVI. IDEM *libro duodecimo Responsorum.*

DOminus qui obtinuit[d]: si velit seruum suum abducere, litis æstimationem pro eo accipere non cogetur.

XXXVII. CALLISTRATVS *libro secundo Quæstionum.*

COnuentio priuata[e] neque seruum quemquam, neque libertum alicuius facere potest.

XXXVIII. PAVLVS *libro quintodecimo Responsorum.*

PAulus[f] respondit, si vt proponitur post perfectam sine vlla conditione emptionem, postea emptor ex voluntate sua literas emisit, quibus profiteretur se post certum tempus manumissurum eum quem emerat: non videri eas literas ad constitutionem diui Marci pertinere[g].

1 ¶ Idem respondit, cõstitutionem quidê diui Marci ad libertatem eorum mãcipiorum pertinere, quæ hac lege venierint, vt post tempus[h] manumitterentur: sed eundem fauorem[i] libertatis cõsequendæ causa etiã eam mereri[k] pro qua dominus pretium accepit, vt ancillam suam manumitteret, cum idem etiam libertam habiturus sit. 2 ¶ Quæsitum est, an emptor seruo rectè libertatem dederit nõdum pretio soluto. Paulus respondit, seruum quem venditor emptori tradidit: si ei pro pretio satisfactum[l] est, & nondum pretio soluto in bonis emptoris esse cœpisse[m].

3 ¶ Gaius Seius Stichum seruum Lucio Titio vêdidit ita, vt Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo † triennio seruisset. sed nondum exacto tempore triennij Stichus fugit: & post aliquantulum temporis defuncto Titio reuertit. quæro an obstet Sticho ad adsequendam ex venditione libertatem, quòd antè triennium discesserit[n]. Paulus respondit, secundùm ea quæ proponuntur, expleto tempore[o] post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competisse.

XXXIX. IDEM *libro quinto Sententiarum.*

CVi necessitas probãdi deingenuitate sua nõ incumbit: vltrò si ipse probare desideret, audiendus[p] est. 1 ¶ Qui de ingenuitate cognoscunt: de calumnia eius qui temere controuersiam mouit, ad modum exilij possunt ferre sententiam[q]. 2 ¶ Tutores vel curatores pupillorũ quorum tutelã & res administrauerũt, postea status quæstionê facere non possunt[r]. 3 ¶ Maritus vxori, eidémque libertæ, status quæstionem[s] inferre non prohibetur.

Se vendens ad pretium participandum, non efficitur ingenuus. h. d.

XL. HERMOGENIANVS *libro quinto Iuris Epitomarum.*

d ¶ *Qui obtinuit.* in liberali causa. *& facit supra de rei vindic. l. qui restituere.* Accur.

a Confessio nemo nuda nemo seruus aut libertus constituitur.

COnuentio priuata.] CASVS. Quidam liber homo confessus[a] est se esse meum seruum. hoc sibi non nocet. idem si libertum: & de hoc dic *vt Cod. eod. l. liberos priuatis.* Franciscus. Accursius.

e ¶ *Conuentio priuata.* hoc dic, vt *C. eo. l. liberos priuatis.*

PAulus.] CASVS. Vendidi ego Franciscus tibi seruum meum purè, postea perfecta emptione misisti mihi literas in quibus continebatur quod manumitteres istum seruum post certum tempus. si non manumittas, non efficitur per hoc liber. non enim locum habet prædicta constitutio quando vendidi tibi seruum sub hac condi. vt manumittas eum post certum tempus. nam te non manumittente seruus fit liber ex prædicta constitutione: sed in nostro casu venditio fuit pura. Item prædicta constitutio extendit fauorem suum etiam ad alium casum: vt quando accepi pretium ob manumittendum ancillam in certum tempus. nam me non manumittente, ipsa fit libera. [QVÆSITVM.] Emptor seruum quem emit: & sibi traditum, manumisit antequam soluat pretium venditori. quæritur, an teneat manumissio? Et dicitur quòd sic, si satisfecit emptor venditori pro pretio, vt dando fideiussores, vel aliter satisfecit ad voluntatem venditoris. GAIVS SEIVS.] Vendidi tibi Stichum seruum hoc pacto, vt eum post triennium manumittas, si in triennio continuo tibi seruierit, nondum completo triennio seruus à te fugit, & tu interim decessisti: nunc seruus reuertitur, & finito triennio vult libertatem. quæritur an audiatur? Et dicit quòd sic, si nunc reuersus seruiat tanto tempore, quanto fuit in fuga Franciscus. Accursius.

f ¶ *Paulus.* aliàs incipit, Si vt proponitur.

g ¶ *Pertinere.* vt fit liber post tempus si non manumittatur: quæ cõstitutio quando habeat locum, subiicit statim.

† Continuo triennio serui re. casus ut postea liber esse recipolatim fieret potest, hoc est non continuo, omnimodo seruire cogendus est. Prius de fuisse in hoc casu triennii seruisse. Germanus. c. vol. in fin. extr. de verb. sig. ... & text. infr. de vi...

h ¶ *Post tempus.* vt *C. si manci. ita fuer. aliena. l. j. ij. & iij.* Accursius.

i ¶ *Eundem fauorem.* aliàs feruorem, & tunc plana: aliàs fauore, & tunc dic eundem. scilicet diuum Marcum constituisse, certum est, &c.

k ¶ *Mereri.* libertatem: *vt & C. si mancip. ita fue. aliena. l. si ie.*

l ¶ *Satisfactum est.* fideiussore[a], vel alio modo: *vt Instit. de rer. diui. §. vendita. & supra de contrahend. empt. l. quod vendidi. & l. vt res. & supra qui. mo. pign. vel hyp. solu. l. item liber. §. qui paratum.*

a Satisfactio quomodo- dum fiat.

m ¶ *Cœpisse.* & sic est liber. Accur.

n ¶ *Decesserit.* Titius scilicet.

o ¶ *Tempore.* id est seruitio tanti temporis præstito, quantum fuit tempus fugæ, *vt supra de statulib. l. seruum. qui. §. seruus. & l. cùm heres. §. fina.* Item contra supra *de fideicommiss. liberta. l. Thais. §. intra.* Sol. vt ibi. Accursius.

CVi necessitas.] CASVS. Aliquem existentem in possess. ingenuitatis peto in seruitutem. mihi. non ei incumbit onus probandi nisi spontè offerat se ad probandum de ingenuitate sua. & si iudex viderit quòd calumniosè petam te in seruitutem: puniet me de calumnia pœna exilij. [TVTORES.] Tutor non potest petere in seruitutem pupillum suum: maritus autem vxorem suam potest petere in seruitutem. Franc. Accur.

p ¶ *Audiendus.* vt *& supra de proba. l. circa. & C. de inoffi. testam. l. liberi.*

q ¶ *Sententiam.* vt *& C. eo. l. si tibi.*

r ¶ *Non possunt.* non sic econtra: *vt C. eo. non idcirco.* ¶ Et no. hic officium[b] suum esse alicui damnosum. argum. contra *infra de furt. l. si seruum. §. quid verò.*

b Officium nemini damnosum esse debet.

s ¶ *Status quæstionem.* reuocando[c] in seruitutem ex ingratitudine. Vel dic libertæ de facto. ¶ Sed quomodo hoc, cùm famosa[d] & pœnalis videatur? nam ex toto fama consumitur mulieris? Respõ. per hoc soluetur matrimonium: sed in casu quo duraret, non potest pœnalis vel famosa institui: *vt C. re. amo. l. ij. & facit C. de ope. lib. l. libertæ.*

c Maritus vxorem libertam suam & quando ex ingratitudine potest reuocare.

d Actio famosa & quomodo marito vxori mouere possit.

CVm pacto.] CASVS. Maior xx. annis vendidit se ad pretium participandum: & omnia interuenerunt quæ requiruntur ad hoc vt liber efficiatur seruus. emptor eum postea manumisit. dicitur quòd libertus nunc efficitur, nec potest se petere in ingenuitatem. Francis.

a Vendi liber eas potest.
b Solennitas enim necessaria omissa actu vitiat.
c Libertas pro ingenuitate.

a ¶ *Cum pacto*[a]. interuenientibus[b] quæ debent interuenire: *vt not. ʒ. de stat. homi. l. & seruorum. §. j.* Accur.

b ¶ *Ad libertatem*. i.[c] ingenuitatem: *vt ʒ. de sta. homi. l. homo. liber. vbi de hoc dixi. & facit C. qui ad liber. procla. non licet l. j.*

Si in.] CASVS. Si dubitatur an quis sit in possess. seruitut. an libertatis: & ipse velit probare se esse in possess. libertatis: volēs hoc probare prior audiendus est, quàm causa liberalis procedat. Secundò dicit: quando cognoscitur de causa liberali: putà an sis seruus meus, an liber sis: debebit iudex cognoscere de rapina, & furto si quod mihi fecisti, vel de aliquo alio damno magno. Franc.

CVm pacto[a] partitionis pretij, maior viginti annis venalem se præbuit: nec post manumissionem ad libertatem[b] proclamare potest.

Si dubitatur an quis sit in possessione seruitutis, an libertatis: & ipse velit probare se esse in possessione libertatis: prior audiendus est quàm causa liberalis procedat. Item quando cognoscitur de causa liberali, debet iudex cognoscere de rapina, & de furto si quod fecit, vel de aliquo magno danno. h. d.

XLI. PAVLVS *libro singulari de Articulis liberalis causæ.*

SI in obscuro sit[c], in quo fuerit statu is qui pro libertate sua litigat[d]: prior audiendus est[e] probare volens seipsum in libertatis esse possessionem. 1 ¶ Iudex[f] autem qui de libertate cognoscit, etiam de rebus amotis, damnóve magno[g] facto cognoscere debet. Fieri enim potest, vt fiducia libertatis & subripere quædam, & corrumpere atque consumere ex bonis [eorum] qui bus seruiebat, ausus sit.

XLII. LABEO *lib. 4 Posteriorum.*

SI seruus quem emeras[h] ad libertatem proclamauit & a iudice perperam[i] pro eo iudicatū est, & dominus scius serui post rem contra te iudicatam te heredem fecit, aut alio † quo nomine is tuus[k] esse cœpisset, petere eum tuum esse poteris: nec tibi obstabit rei iudicatæ præscriptio[l].* Iauolenus. hæc vera † sunt.

XLIII. POMPONIVS *libro tertio Senatusconsultorum.*

DE his qui bona eorū quibus seruiebāt, intercepissent, de

c ¶ *In obscuro sit*. ideò scilicet quia dubitatur in quo, &c.

* Perperam in vulg. editione & Haloandri sunt duo hæc verba cū principio sequentis capitis cōfundūtur. Ant. Aug. lib. 1 em.

d ¶ *Litigat*. i. vtrum sit in possessione seruitutis, vel libertatis: & sic incipit respondere, prior, &c.

d Probandi onus vitro sustinere possumus.

e ¶ *Audiendus est*. s. prædictus de cuius statu quæritur: & hoc etiam si sibi non imminebat onus: *vt arg. supra eo. l. cui.* & secundùm hoc dic prior, quàm causa liberalis procedat: *vt supra eo. l. liberis. §. fin.*

f ¶ *Iudex*. mutat casum ʒ. de possess. hic de proprietate agit. *facit ʒ. eo. l. illud. & l. de bonis. & l. imperator. & infra l. de bo.*

g ¶ *Damnóve magno*. ad hoc infra *de acquir. rer. dom. l. homo liber. §. j.* Accur.

† aliquo.

SI seruus.] CASVS. Seruū emeras à nō domino. & traditus tibi fuit: tādem apparuit non tuus: & sic fuit iudicatum nō esse tuum seruum: postea eius dominus serui te heredē fecerat. nunc vis petere adhuc illum seruū. certè audieris: nec obstat tibi exceptio rei iudicatæ: quia alio iure agis. Franciscus.

* In archetypo erat, proscriptio. Taurell. & Aug. l. 3. c. 19.

† In archetyp. mendosè scriptū erat verba, pro vera, sed b. postea expunctū. Ant. Aug.

c Iudicatur non esse seruus actoris an liber, nullius interest.

h ¶ *Quem emeras*. à non domino. Accursius.

i ¶ *Perperam*. quia[a] iudicauit eum non esse seruum tuum: quia non probasti tuum: & ita perperam: quia cùm tu possideres: si ipse liberum se non probaret, vincere debebas. Item nec fuit iudicatum eum liberum: quia tūc sententia inter omnes faceret ius: *vt ʒ. de stat. hom. l. ingenuum. & supra eo. dixi. §. j. quæ sunt contra*, secundùm Azo. 2 Vel dic perperam secundùm Hug. quia cùm debuit iudicare eum liberum, non iudicauit eum liberum, sed non esse seruum tuum. Accur.

k ¶ *Is tuus*. aliàs, is tuus. & aliàs, istius: & tunc dic. i. tuus. & aliàs. is huius: & tunc eodem modo.

l ¶ *Præscriptio*. cum noua causa siue dominium accessit: *vt & ʒ. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem. & facit ʒ. eod. l. si cui. §. j. & C. res inter alios act. l. j. & ij. & C. eo. l. si is.* Accur.

DE his.] CASVS. Heres grauatus erat manumittere seruum: hic seruus surripuit aliqua heredi: & petit se ab eo manumitti dicitur quòd prius debet reddere ea quæ surripuit: postea manumitti. Franc.

m ¶ *Dare debet*. s. præses prouinciæ. Accur.

n ¶ *Antequam*. Contra. *C. de manu. test. l. diij. §. j.* Sol. ibi sub conditione, hic pure fuit relicta libertas. hoc non placet, quia tunc esset contra supra *de fideicommiss. liber. l. si purè.* Quare dic. quòd hic sub conditione fuit relicta. & sic concor. cum dicta l. C. & non discordat ab illa, si pure. cùm ibi non fuerit conditio reddendæ rationis. & facit *ʒ. de manu. l. si quis dicat. in fi. & ʒ. eo. l. illud. & l. imperator. & l. liberalis. & l. de bonis.* Accursius.

LIcet.] CASVS. Libertus iurando se daturum decem operas patrono, tenetur: & hoc est verum quando manumissus iam iurat. secus si existens seruus iuret, nam non tenetur. sed seruus adhuc existens, potest[a] iurare quòd liber factus iurabit se decē operas daturum. & hoc casu statim[b] cùm erit manumissus, debebit iurare vel promittere. impubes autē iurare[c] poterit se daturum operas patrono, & tenebitur operas dare cùm erit factus pubes. poterit autem & impubes existens operas aliquas præstare, vt putà si histrio sit. Fran.

a Iurare domino se, si liber factus, aliquid patrono daturum.
b Iuramētum minus efficax & obligatorium potest denuò quis cogi confirmare cùm primùm iuramēti præstandi capax factus erit.
c Iurare pubes potest.

inde ad libertatē proclamabant, Hadrianus imperator rescripsit: cuius rescripti verba hæc sunt: Sicut non est æquū, fiducia libertatis, quæ ex fideicommissi causa præstanda est, intercipere hereditariam pecuniam: ita nec libertati præstandæ moram quæri oportet. quamprimum ergo arbitrium dare debet[m], apud quem constaret, quid seruari potest heredi, antequam[n] ad seruum manumittendum compelleretur.

XLIIII. VENVLEIVS *lib. 7. Actionum.*

LIcèt dubitatum antea fuit, vtrū seruus dūtaxat, an liber tus iurando patrono obligaretur in his quæ libertatis causa imponuntur[o]: tamē verius est, non aliter quàm liberum[p] obligari. Ideo autē solet iusiurādū à seruis exigi, vt hi religione[q] adstricti, post ea quā suæ potestatis esse cœpissent, iurādi necessitatē[r] haberēt: dūmodo incontinēti[f] cū manumissus est, aut iuret, aut promittat. 1 ¶ Licèt autem circa donū[t] munus operas, etiā vxorū[u] personas inserere. 2 ¶ In eū qui impubes iurauerit, scilicet qui & iurare potuerit[x]: dāda est vtilis actio[y] operarum nomine, cum pubes tamen factus erit. Potest tamen & impubes operas dare. veluti si nomenculator[z]* sit, vel histrio.

o ¶ *Imponuntur*. licitè. Accur.

p ¶ *Liberum*. *vt & supra de ope. lib. l. vt iurisiurandi. & C. de ope. lib. l. j. & ʒ. de manu. testam. l. seruum testamento.*

q ¶ *Religione*. s. sacramenti.

r ¶ *Necessitatem* iurādi enim se iuraturos cùm erūt liberi, quod si non faciunt, datur in eos actio de dolo, *vt ʒ. de dolo l. & eleganter. §. seruus pactionis* aut si promissa est pecunia datur actio in factum *vt C. an seruus ex suo facto l. promisse.* secundùm Azonem.

d Iurare qui potest de iurando cū suæ potestatis fuerit.

f ¶ *Incontinenti*. imò etiam videtur ex interuallo: *vt ʒ. de ope. lib. l. vt iurisiurandi. §. fine.* Solu. hic loquitur quādo primò in seruitute iurauerat: ibi non. Vel ibi post tempus modicum quod videbatur inesse, quod incontinenti dicitur: *vt argum. ʒ. si certum petat. l. lecta. & ad hoc supra de dam. infect. l. fluminum. §. sed quod dictum est.* vel ibi fuit actum in manumissione, vt eam postea ex interuallo fieret: *vt ʒ. de sol. l. Modestinus.* vel ibi spontè & sciens se non teneri: *ar. ʒ. de ope. lib. l. Campanus.* Item ex hoc quòd incontinenti iurat, vel promittit, patet quod causa libertatis, id est quia non aliter esset manumissurus, operas promittit, & dominus exigit: & ideo tenetur, *vt hic, & d. l. vt iurisiurandi.* si autem ex interuallo[f]: si quidem sponte, sciens se non teneri, tenebitur, vt dixi. si metu vel nimia[g] reuerentia patroni, contra: *vt ʒ. quarum re. actio non datur l. j. §. quæ onerandæ. & l. fi. §. si seruus.* ¶ Item no. ex iuramento[h] hic aliquem obligari: & actione[i] in factum ex eo agetur: *vt arg. C. de re. cre. l. a. & sort.*

* Ad hunc locum vide Ant. Aug. lib. 4. ad Modest.

e Tempus modicum pro eo quod incontinenti fit.

f In iudicio licet.

f Ex interuallo facta præstatio, ...

g Reuerentia nimia quē effectū habeat, & an sit valida ad actum rescindendū.

h Iuramentō obligatur.

i Actio in factum ex iuramento oritur.

k Doni & muneris differētia.

l Pupillus obligari an possit.

m Miniculator quid.

t *Donum*. differunt[k] hæc inter se: *vt ʒ. de verb. sign. l. inter donum. & l. munus. & ʒ. de offi. procon. & l. solent. §. fin.* Accur.

u ¶ *Vxorem*. facit C. de in ius voc. l. veius. item facit ʒ. de dam. infect. l. fluminum. §. adijcitur & facit quod eo. C. de op. l. si quam.

x ¶ *Potuerit*. cùm sit doli capax. secus in eo iuramento quod super contractibus præstatur: quod tantùm à pubere factum valet: *vt in Auth. sacramenta.* ¶ Item no. pupillum[l] obligari. & est sic supra *de acquir. hered. l. pupillus. & ʒ. de iureiur. lege. qui iurasse.* Sed arg. contra ʒ. *de iur. & fac. igno. l. fin.* Accur.

y ¶ *Vtilis actio*. secus in filio emancipato: *vt ʒ. de obsequi. l. pen.*

z ¶ *Nomenculator*. aliàs, numi calculator: & aliàs, miniculator[m]. & facit *supra de ope. lib. l. vt iurisiurandi. §. debitur. & ʒ. de rei vin. l. certum.* Sed argum. contra supra *de vsufruct. l. arboribus. §. de illo.*

QVIBVS AD LIBERtatem proclamare non licet †.

TITVLVS XIII.

Maior. xx ann. si se vendidit, & ...

& supra de ope. ser. l. fin. §. j.

QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET.

Quibus dixit superiore titulo denegari praeiudicium libertatis vt pretium recepit: non potest proclamare in libertatem: secus est in minore xx. ann. hoc dicit.

I. VLPIANVS *libro secundo de officio Proconsulis.*

MAiores viginti annis ita demum ad libertatem proclamare nõ possunt si pretium ad ipsum qui veniit [a], peruenerit [b]: ex caeteris [c] autem causis, quãuis maiore viginti annis se venum dari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet.

1 ¶ Minori autem viginti annis ne quidem ex causa suprascripta [d] debet denegari libertatis proclamatio: nisi maior annis viginti factus durauit in seruitute. tũc enim si pretium partitus sit, dicẽdum [e] erit denegari ei debere libertatis proclamationem.

II. MARCELLVS *lib. 24. Digestorum.*

SEruum quis per vim [f] à Titio accepit, & testamento liberũ esse iussit. Quamquam soluendo decesserit, non erit ille [g] liber: alioquin fraudabitur Titius, qui non procedente quidem libertate cum herede eius agere [h] potest. At si ad libertatem seruus peruenerit [i], nullam actionem habiturus est: quia nihil videbitur heres ex defuncti dolo consecutus [k].

Sicut masculi qui se vendunt, & precium participant, non possunt proclamare in libertatem: ita nec mulieres: nec hi qui nati sunt eis tempore seruitutis. hoc dicit.

III. POMPONIVS *libro vndecimo Epistolarum & variarum Lectionum.*

EIs [*] qui se passi sunt venire [l], ad libertatẽ proclamandi licentiã denegari [m]. Quaero an & ad eos qui ex mulierib. quae se passae sunt venire nascuntur: ista senatusconsulta pertineant. Dubitari [n] non potest, quin ei quoque quae maior annis viginti venire passa est, ad libertatem proclamandi licentia fuerit deneganda: His quoque danda [o] non esse qui ex ea nati tempore seruitutis eius erunt.

Paris sunt aliquid in esse consistere, vel in eo statu qui de proximo rem perducit inesse. Bart.

IIII. PAVLVS *lib. 12. Quaestionum.*

LIcinnius Rufinus Iulio Paulo [p]. Is cui fideicommissa libertas debebatur [q]. post vicensimum annum [r] veniri se passus est. quaero, denegandum sit ei ad libertatem [s] proclamare. Mouet me exẽplum cuiusuis liberi hominis. nam & si cum consecutus esset libertatem, se vendidisset [t], denegaretur [u] ei ad libertatem proclamare: nec debet meliori [x] loco intellegi, quòd in seruitute constitutus passus est se venundari, quàm si esset libertatem consecutus. Sed è contrario mouet me, quòd in hoc de quo quaeritur, venditio constitit, & est qui veneat: in libero autem homine neque venditio constitit, & nihil est quod † veneat. Peto itaq. plenissimè instruas. Respondit, Venditio quidem tam serui quàm liberi contrahi potest [y]: & stipulatio de euictione contrahitur. Non enim de eo loquimur, qui sciens liberum emit. nam aduersus hunc nec ad libertatem proclamatio denegatur [z]. Sed is qui [a] adhuc seruus est, etiam inuitus veniri [b] potest: quamuis & ipse in eo malus sit, quòd de conditione sua dissimulat: cũ in sua potestate habeat vt statim ad libertatẽ perueniat [c]. Quòd quidem [d] nõ potest ei imputari, cui nõdum libertas

---

Quibus dixit superiore titulo denegari praeiudicium libertatis vt adiungat alios, vtque de illis tractet plenius specialem titulum facit de his quibus denegatur proclamatio [a] ad libertatem, id est praeiudicium. cui inde leges, vt opinor proclamationis nomen dederunt, quod iteraretur ter quaterque Martialis. Hoc si ter quaterque clamitaris. & in lege j. C. D adsc. tol. Horum verborum loco, secunda & tertia vice, Graeci habent ἐν τῇ ... ἐν τῇ ... Petitio in seruitutem non iteratur. lege. 4. C. de lib. cau. Cuiacius.

a Proclamatio ad libertatem pro praeiudicio.

MAiores.] CASVS. Maior xx. annis passus est se vendi. si pretiũ participatus est: nõ poterit prouocare in libertatem. si autẽ non est participatus pretiũ licèt omnia alia interueniant quae interuenire debẽt vt liber efficiatur: seruus poterit prouocare ad libertatem. Sed pone quòd est minor xx. an. licèt participatus sit pretium, poterit prouocare in libertatem: nisi factus maior durauit in seruitute. Fran.

a ¶ *Qui veniit.* id est venditus est.

b ¶ *Peruenit.* verè [b]: *vt & C. eo. l. j. & not. s. de stat. hom. l. & seruorum. §. j.*

b Paria sunt aliquid non peruenisse, & non verè.

c ¶ *Ex caeteris.* i. si non participatus est lucrũ.

d ¶ *Suprascripta.* i. participationis pretij.

e ¶ *Dicẽdum. vt supra. de li. causa. l. liberis. §. j. & ext. aneg. & fac. is. de mi...ri. si ex causa. §. Papinianus.*

* his qui.

SEruum.] CASVS. compulsus dedisti mihi seruum, & eum in testamento liberum esse iussisti, dicitur quòd non tenet libertas: licèt aliàs soluendo sim: & tu poteris ab herede meo vindicare seruum. si autem diceres fisci liberum: quod esse non debet: iam tu non haberes aliquã act. contra heredem meum: quia nihil videbitur, &c. Franc.

f ¶ *Per vim,* scilicet compulsiuam. & sic dominium [c] directum transit: *vt supra quod metus causa. l. si mulier. §. pen.*

c Dominium directum vi compulsiua qui rem tradit, amittit.

g ¶ *Erit ille.* secus si non tradere sed manumittere cogatur: quia tenet libertas: *vt supra quod met. causa l. metum. §. idem Pompo.* licèt quidam dicunt hic in vltima voluntate, ibi inter viuos factam manumissionem. quod non placet.

h ¶ *Agere.* vtili in rem: *vt supra quod met. cau. l. metum. §. volenti. & §. licet.* ¶ An autem ipse seruus possit conueniri actione quod met. causa, quasi ad eum commodum peruenerit? quod videtur: *vt supra quod met. causa. si cum exceptione. §. in hac actione.* Econtra quòd non: quia non erat pecuniarium commodum: *vt arg. supra in leg. j. l. plane §. fin. & l. sequenti.*

i ¶ *Peruenerit.* id est perueniret: quod esse non debet.

k ¶ *Consecutus.* nihil [d] habet qui libertum habet: *vt hic, & supra de praescrip. ver. l. naturalis. §. si. in fi.*

d Nihil habere videtur qui libertũ habet.

HIs qui.] CASVS. Liber homo si passus est se vendi ad pretium participandum, & alia interueniunt quae interuenire debent: efficitur seruus. ¶ Sed quid si foemina [a] libera passa est se vẽdi interuenientibus his quae debent interuenire? an qui nunc nascuntur ex ea, erunt serui? Dicitur quòd sic, cùm & mater sit serua: nec possit prouocare in libertatem. Franc.

a Foemina potest se vendere ad pretium partiendum.

l ¶ *Venire.* interuenientibus quae debent interuenire.

m ¶ *Denegari.* dicit Pompon. vel cauetur senatusconsulto.

n ¶ *Dubitari.* nunc respon. & sub. sed cum dub. &c.

o ¶ *Danda.* licentia proclamandi ad libertatem.

LIcinnius.] CASVS. Heres volebat vendere seruum, quem erat per fideicommissum rogatus manumittere: & ipse maior xx. an. existens passus est se vendi. quaeritur an possit prouocare in libertatem? & videtur quòd non. nam si iam esset manumissus, & sic esset liber, & esset passus se vendi: non posset prouocare in libertatem. Sed econtra videtur quòd sic. nam libero homine vendito, nihil ei obest quòd vẽdatur: sed secus in hoc casu, cùm seruus sit qui venditur. quid ergo erit? & certe dicit quòd & liber homo & seruus potest vendi: & stipulatio de euict. poterit committi. & intelligas de eo qui ignorans liberum hominẽ emit. si enim sciens liberum emeret, tunc bene posset prouocare in libertatem. In nostro autẽ casu etiam inuitus potuit vẽdi: licèt possit ei imputari, cùm ad libertatem nõ prouocat petendo iudicis officium vt manumittatur: quod nõ posset imputari statulibero cui relicta est libertas sub condit. nã interim potuit petere libertatem. sed veniente cõdit. poterit se prouocare in libertatem. in nostro autem casu dicendum est nõ posse prouocare in libertatem, cùm maluit vendi cùm posset petere libertatem. Francis.

† quoniam

p ¶ *Paulo.* salutem & quaestionem talem.

q ¶ *Debebatur.* purè. Accursius.

r ¶ *Vicesimum annum,* suae aetatis. Accur.

s ¶ *Libertatem.* & sic est homo liber.

t ¶ *Vendidisset,* interuenientibus his quae in libero homine, empto interuenire debent.

u ¶ *Denegaretur. vt s. tit. j. l. liberis. in prin. & C. eo. l. j. in prin.*

x ¶ *Meliore loco. vt & s. tit. l. ordinata. §. si u.* Accur.

y ¶ *Contrahi potest. vt & s. de contrahend. empt. l. & liberis. & l. liberi.*

z ¶ *Denegatur vt s. tit. j. l. qui sciens & l. liberis. §. si quis sciens. & C. de inge. ma. l. scientu.*

a ¶ *Sed is qui.* vt in casu proposito.

b ¶ *Veniri.* id est vendi.

c ¶ *Perueniat.* Potest enim implorare [b] vt manumittatur.

b Proclamatio in libertatem adiuuandum est iudicis officio.

d ¶ *Quod quidam.* id est certè.

a ¶ *Debetur.* scilicet in sequenti casu. Accursius.
b ¶ *Statuliberum .i.* sub conditione manumissum. Accur.
4 ¶ Quòd si vno latere perruperit flumen[b], & alia parte nouo riuo fluere cœperit[c], deinde infra nouus iste riuus in veterem[d] se conuerterit: ager qui à duobus riuis comprehensus, in formam insulæ[e] redactus est, eius est scilicet cuius & fuit.

5 ¶ Quòd si toto[f] naturali alueo relicto flumen alias fluere cœperit: prior quidem alueus eorum est, qui prope ripam prædia possident: pro modo scilicet latitudinis cuiusque prædij, quæ latitudo prope ripam sit. nouus autem alueus eius iuris[g] esse incipit, cuius & ipsum flumen, id est publicus iuris gentiũ. Quòd si post aliquot* tẽporis ad priorem alueum reuersum fuerit & flumen: rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui prope ripã eius prædia possident. cuius † tamen totum agrum nouus alueus occupauerit: licèt ad priorem alueũ reuersum fuerit flumẽ: nõ tamẽ is cuius is ager fuerat[h], stricta ratione quidquã in eo alueo habere potest: quia & ille ager qui fuerat, desiit esse, amissa propria forma[i]: & quia vicinũ prædium nullũ habet[k], non potest ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere. sed vix est[l] vt id obtineat.

6 ¶ Aliud sanè est, si cuius ager totus inundatus fuerit. nanque inundatio speciem[m] fundi non mutat: & ob id cum recesserit aqua, palam est eiusdem esse cuius & fuit.

7 ¶ Cùm quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine[n] fecerit: Nerua & Proculus putant hunc dominum esse qui fecerit[o]: quia quod factum est, antea nullius fuerat. Sabinus & Cassius magis naturalem rationem efficere putãt, vt qui materiæ dominus fuerit, idẽ eius quoque quod ex eadem materia factum sit, dominus esset: quia sine materia nulla species effici possit: veluti si ex auro vel argento vel ære [tuo] vas aliquod fecero: vel ex tabulis[p] tuis nauim aut armarium aut subsellia fecero: vel ex lana tua vestimẽtũ: vel ex vino & melle tuo mulsũ[q] vel ex medicamẽtis tuis emplastrum, aut collyrium[r] vel ex vuis aut oliuis aut spicis[s] tuis vinum vel oleum vel frumẽtum. Est tamen etiã media[t] sententia rectè existimãtium, si species ad materiã reuerti possit, verius esse quod & Sabinus & Cassius senserũt[u]. si nõ possit reuerti, verius esse quod Neruæ & Proculo placuit[x]. vt ecce vas cõflatum, ad rudem massã auri vel argenti vel æris reuerti potest. vinum verò vel oleum vel frumentũ ad vuas & oliuas & spicas reuerti nõ potest: ac ne mulsum quidem ad mel & vinum, vel emplastrum, aut collyria ad medicamenta reuerti possunt. Videntur tamen mihi[y] rectè quidam dixisse[z], non debere dubitari, quin alienis spicis excussum frumentum eius sit cuiùs & spicæ fuerunt. Cùm enim grana quę spicis cõtinentur, perfectam habeant suã speciem: qui excussit spicas, non nouam speciem facit[a], sed eam quæ est detegit.

8 ¶ Voluntas duorum dominorum miscẽtium[b] materias, cõmune totũ[c] corpus efficit: siue eiusdem generis sint materię: veluti vina miscuerũt, vel argẽtum cõflauerunt. siue diuersæ, veluti si alius vinum cõtulerit, alius mel: vel alius aurum, alius argẽtũ: quãuis & mulsi, & electri noui corporis sit species[d].

9 ¶ Sed & si sine voluntate dominorum casu confusę sint duorum materiæ, vel eiusdem generis, vel diuersæ: idem iuris est[e] †.

10 ¶ Cùm in suo loco aliquis aliena materia ædificauerit[f], ipse dominus intellegitur esse ædificij: quia omne quod

n ¶ *Suo nomine.* Tria sunt necessaria vt fiat specificantis. 1 Bona fides: *vt supra ad exhibend. de cod. §. si quis.* 2 Item quòd suo nomine: *vt hic, & infra eodem. quicquid. §. vbi.* 3 Item quòd non possit redire ad priorem materiam: *vt hic subijcit.* Sed quid si duo specificauerint, vnus bona, alter mala fide? videtur vnius scientiam alteri nocere, vt nulli quæratur: *vt supra ad Macedon. item si filius. §. non solum.* Econtra quòd vtrique: vt alterius ignorantia alteri prosit. *argumen. supra de libe. caus. l. liberis. §. si duo*[i]. Tertiò videtur quòd totum ignoranti: *vt supra qui. ad li. proclam. non lic. l. fina.* Azo. sed dicit mediam specificanti bona fide, & mediam domino. Item adde quæstiones quas not. institu. *eodem. §. cum quis ex aliena. in principio.*

o ¶ *Fecerit.* vel per se, vel per alium mandato præcedente, vel ratihabitione sequente: *argu. infra de vi & vi arm. l. j. §. deiecisse.* Item factam accipe etiam infectam, dum tamen in rudis materiæ nomen exierit: *ar. j. de au. & ar. leg. l. & si non sint. §. argento.*

p ¶ *Ex tabulis tuis nauem.* de hoc dic vt infra *eo. l. sed si ex meis. in principio.*

q ¶ *Mulsum.* id est, nectar.

r ¶ *Collyrium.* vnguentum ad oculos.

s ¶ *Ex spicis.* hoc infra corrigitur, secundùm quosdam.

t ¶ *Media.* Not[a]. *supra de peti. heredit. l. sed & si lege. §. adeò.* Sed argu. contra *supra de negot. gestis. l. Nesennius. in fine.*

u ¶ *Senserunt.* vt sit species domini materiæ: *vt infra eod. l. in omnibus. & l. seq.*

x ¶ *Proculo placuit.* vt ad specificantem dominium perueniat: *vt & j. de rei vindi. l. si frumentum. §. idem scribit.* & sic not. quòd hic deficit regula quæ est supra *de rei vindica. l. non solum.* sed est ratio, quia videtur extinctã[b], cùm nouam formam receperit: *vt j. ad exhi. Iul. §. si quis* sed actionem in factum habet dominus materiæ: vt in ferruminatis: *vt supra de rei vindi. l. in rem. §. item si quacunque.* licèt quidam dent vtilem in rem. *arg. supra de rei vind. l. si frumentum. §. de arbore.*

y ¶ *Videtur tamen mihi.* Caio. Accursius.

z ¶ *Dixisse.* i. quosdam secundùm quos corrigit quod supra de spicis dixerat: *&* referatur *instit. eo. §. cum quis.* sed Azo dicit hanc per illã insti. corrigi, quod hic de spicis dicit. Accursius.

a ¶ *Facit.* sic *Cod. de nego. gest. l. j.*

b ¶ *Miscentium.* sc. per specificationem, non per confusionem.

c ¶ *Commune totum.* vt *& supra de rei vin. l. si frumentum. §. quod si voluntate. & instit. cod. §. si duorum. supra communi diui. l. arbor. circa princip.*

d ¶ *Sit species.* i. non permaneat in eadem materia. Accur.

e ¶ *Idem iuris est.* vt sit commune: & hoc si separari non possunt: *vt supra de rei vind. l. qui gregem. §. si ra. & l. seq.* secus si pos-sint: *vt j. cod. lat. us. §. si ex ære. & j. de rei vindi. l. si frumentum. §. sed si plumbum. quæ sunt contra.* quod ergo supra facit voluntas, hic inseparabilis[c] confusio.

f ¶ *Ædificauerit.* bona fide:[d] statim vindicat, vt iuretur[e] in litem: *vt & j. de rei vindi. l. in rem. §. tignum.* Accur.

i Ibi est species le... hominis se vendentis. *vt ibi notatur & l. in quæstione eod. de m... & falsi iguor.*

t Media inter varias seu ex variis opiniones sequenda.

b Extinctum videtur quod nouam formã recepit.

† Non idem iuris est, ex Theoph. Inst. de rer. diuis. §. si duorum. Inst.

c Confusio inseparabilis idem præstat quod voluntas.

d Ædificans bona fide tenetur actione de tigno iuncto ad duplũ: mala fide, rei vendicatione & ad exhibẽdum. non ad tignum, sed vt contractum in retor in litẽ.

e Iuratur in litem aduersus eũ qui in suo mala fide ex aliena materia ædificauit.

Inædificatur.

inædificatur [a], solo cedit: nec tamen ideò is qui materiæ dominus fuit, desiit eius dominus [b] esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum [c] de ea agere, propter legem duodecim † tabularum, qua cauetur ne quis tignum alienum ædibus suis iunctum eximere cogatur: sed duplum [d] pro eo præstet. Appellatione autem tigni omnes materiæ significantur ex quibus ædificia fiunt [e]. Ergo si ex aliqua causa dirutum sit ædificium: poterit materiæ dominus nunc eam vindicare, & ad exhibendum [f] agere.

11 ¶ Illud rectè [g] queritur, an si id ædificium vendiderit is qui ædificauerit, & ab emptore longo tēpore captum, postea dirutū sit, adhuc dominus materię vindicationem eius habeat: Causa dubitationis est, an eo ipso quo vniuersitas ædificij lōgo tempore capta est, singulæ quoque res ex quibus constabat, captæ essent. quod non placuit [h]. 12 ¶ Ex diuerso si quis in alieno solo sua materia ædificauerit: illius fit [i] ædificium, cuius & solum est. Et si scit alienum solum esse, sua voluntate [k] amisisse proprietatem materiæ intelligitur. Itaque nec diruto quidem ædificio vindicatio eius materiæ cōpetit [l]. Certè si dominus soli petat [m] ædificiū, nec soluat pretium materię & mercedes fabrorū: poterit per exceptionē doli [n] mali repelli: vtique si nescit qui ædificauit, alienum esse solum, & tanquā in suo bona fide [o] ædificauit. nam si scit; culpa ei obiici potest, quòd temere ædificauit in eo solo quod intellegeret alienum.

13. ¶ Si alienā plantam in meo solo posuero [p]: mea erit. Ex diuerso si meam plantam in alieno solo posuero [q], illius erit, si modò vtroque casu radices egerit, antequam enim radices ageret, illius permanet, cuius & fuit. His conueniens est quod si vicini arborem ita terra presserim, vt in meum fundum radices egerit, meam effici arborem [r]. rationem enim non permittere, vt alterius arbor intellegatur, quàm cuius * in fundum radices [s] egisset, & ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicinum fundum radices egerit [t], communis est [u].

VIII. MARCIANVS *libro tertio Institutionum.*

PRo regione cuiusque prędij. 1. ¶ Sed & si in confinio [x] lapis nascatur [y], & sint pro indiuiso † communia prædia: tunc erit lapis pro indiuiso [z] communis si terra exemptus sit.

IX GAIVS *libro secundo Rerum cottidianarum siue aureorum.*

QVa ratione autem plantæ quæ terra coalescunt, solo cedunt [a]: eadē ratione frumenta

a Aedificiū an & quando cedat solo, item quando assixum & quando satum & plantatum.

a ¶ *Inædificatur.* id est in ipsa terra affigitur: secus [a] in ædificio non affixo solo: *vt infra eo. Tit. iii. & facit ad regulam illam Cod. de æd. priua. l. ij.* Idem in satis & plantatis, quod hic dicitur in ædificatis: *vt infra eod. §. fin. & l. seq. vnde versus,* Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit. Sed contra regulam hanc est supra *de rerum diuis. l. in tantum.* Sol. speciale ibi. Accursius.

b ¶ *Desiit eius dominus.* ex causa ædificationis: sed alia causa potest facere desinere: *vt j. tit. ij. l. rerum mixtura. §. Labeo.* quæ huic regulæ signatur contra. Accursius.

† cuius verba vide apud Pe... fol. 18. in ... agnum.

c ¶ *Neque ad exhibendum.* nisi sciens adiunxerit. quo casu aget non vt eximatur, sed vt pretium præstetur per iuramentum in litem: *vt infra de solu. l. qui res. §. fin. & j. de tigno iniuncto. l. j. in fin. & l. sequen.* nam arbitraria [b] est, scilicet actio ad exhib [c]. *vt s. de in lit. iurand. l. in actionibus.*

b Actiones arbitrariæ quæ sint. vide apud Menochium, *de arbitrar. iudic. quæst.* ... c Actio ad exhibendum est arbitraria.

d ¶ *Sed duplum.* hic facit quæstiones quinque: *vt no. s. de rei vin. l. in rem. §. tignum. vt in not. hic &c. & not. §. vt & infra eod. &c.*

e ¶ *Fiunt.* vt *& j. de verb. signif. tigni. & infra de tig. ina. l. j. & supra ad exhi. l. tigni.*

f ¶ *Ad exhibendum.* nisi duplum sit persecutus iam: *vt Inst. eo. §. appellatione. & facit infra de vsucap. l. eum qui. §. si autem. & infra de excep. rei iudic. si quis cum. §. sed in cæmentis. & C. de rei vin. l. ij.*

g ¶ *Illud rectè.* vindicare igitur dominus poterit.

h ¶ *Non placuit.* quod singula [d] sint vsucapta, & sic prior dominus vindicat: *vt j. tit. ij. cum qui.* singulæ enim res per se non censentur: sicque nec possidentur: *vt & infra tit. j. qui vniuersas.*

d In toto a... iuris quā in parte: & in principali quā accessorio. Nec enim ædificium totum vsucapitur: tigna non vsucapiuntur.

i ¶ *Illius fit.* vt *& C. de rei vindi. l. ij. in princip. & Instit. eodem. §. ex diuerso.*

k ¶ *Sua voluntate.* Videtur enim donari [e] quod nullo iure cogente conceditur. Ro. *vt j. de reg. iur. l. donari. & facit C. de adi. priu. l. si is contra quem.*

e Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur.

l ¶ *Competit.* quia alienata est: ideò non potest vindicari. Sed contra. *C. de rei vindi. l. ij. in fi.* Sed ibi ex aliena materia & in alieno ædificauit, hic de sua in alieno. quare dic [f] aut de mea materia in meo ædificio: & tūc planum est: aut de aliena in meo: *vt s. sup. prox.* aut de mea in alieno: *vt hic.* aut de aliena in alieno: & sic loquitur lex contraria. Sed M. subaudiuit hic, & donandi animum habuit: vt non sit contraria secundùm eum.

f Aedificamus de nostra vel aliena materia in nostro: de nostra vel aliena in alieno.

m ¶ *Petat.* ab illo qui ædificauit possidente.

n ¶ *Exceptionem doli.* vt *s. de rei vin. si in autem. §. in rē petita.*

o ¶ *Bona fide.* ab initio & ex postfacto: aliàs eligeretur media [g] via: *vt s. de rei vin. l. sol.* & dic vt ibi. Item & dicas hic distinctionem de impensis: *vt no. Insti. eo. §. ex diuerso.*

g Media via eligenda.

p ¶ *Posuero.* bona vel mala fide.

q ¶ *In alieno solo posuero.* bona vel mala fide si possideo: aliàs statim videor donare antequam immitterentur radices: Vel verius licèt perderem dominium, tamen non statim acquiritur domino fundi.

r ¶ *Arborem.* hic tamen & superiori casu datur in factum priori domino arboris: *vt diximus s. ea. l. §. præterea.*

s ¶ *Radices.* pro parte.

t ¶ *Egerit.* vt *& j. quod vi aut clā. si inter. & Insti. eodem. §. si Titius.* ff. Nouum.

u ¶ *Communis est.* hoc tamen & superius respon. intellige quando non poterat sustentari ex prima terra: aliàs est illius tantùm: *vt infra. arbo. fur. cæ. l. si plures. in fi. quæ est contra.* sed agetur non esse ei ius ita habere: *vt in ead. l. §. pr. mo. & infra de arbo. cæ. lege prima.* Vel solue vt ibi.

x PRo regione.] *In confinio.* duorum prædiorum.

y ¶ *Nascatur.* ¶ No. [a] lapidem nasci & crescere: *vt supra de fundo dot. leg. vir in fundo. in fi.* Accursius.

a Lapis nascitur & crescit.

z ¶ *Pro indiuiso communia.* R. dixit hūc versum falsum, & vitio scriptorum positum [b]. 2. Alij quòd duo habent prædium Titianū pro indiuiso. & alij duo habent Seianum pro indiuiso, & sic quilibet est communis duorum pro indiuiso. 3 Tertij quòd si ego & tu emimus Titianū à Titio, & Seianum à Seio pro indiuiso: lapis ibi natus & ante diuisionem fundorum. & post erit pro indiuiso communis facta sic diuisione, vt vnus vni, alter alteri cedat: & inter vtrunq; est lapis. 4. Alij quòd cōfinium [c] erat quo ad culturam, sed proprietas pro indiuiso erat communis vtriusque prædij. *& facit s. communi diuid. l. arbor. & pro soc. illud. & de ser. rust. præd. lege. binas.* Accursius.

b Hæc enim contraria inter se videntur in confinio esse & pro indiuiso commune, sed tu dic vt infra expond.

c Flor. cuius fundo, rad.

c Diuisa sit intelligitur ad solam culturā atque ita confinia duorum non ... sed proprietate cōmunia, sed culturæ tantū & cultoræ gratia. Itaque & confinia in hunc modum etiam aliquando tamen fundi sunt communi pro indiuiso, vt porò non diuisa proprietate.

† Quidam legendum putant, pro diuiso aduersus... dem. Fl. & ...

QVa ratione.] c à. rs. Sicut planta alie... quæ in meo fundo duxit radices, mea fit: ita frumenta aliena in meo fundo sata fiūt mea: & sicut qui ædificauit in meo solo, si petam scilicet ab eo solū cū ædificio, habet excep. nisi reddā expensas ædificij: ita si petā fundum ab eo qui in meo solo seruit, habet except. doli ma. nisi reddam ei æstima. seminis. [LITTERAE.] Si in charta vel membrana tua scripsi: licèt litera sit aurea, tamē litera cedit chartæ, sicut ædificium domino soli. si tamen petas à me chartam habeo except. doli mali, nisi reddas mihi expensas literæ. & hæc sunt vera si bona fide scripsi. Sed quid erit si in tabula tua pinxi: certe tabula picturæ cedit: & si dominus tabulæ eam petat à pictore, habet vtilem act. in rem: dum tamen offerat ei pretium picturæ: & econtra si dominus tabulæ eam tabulam possideat, & pictor velit petere tabulam: auditur, & habet act. in rem directam, dum tamē offerat pretium tabulæ. [HAS QVOQVE RES.] Per traditionem quoque nobis acquiruntur res iure gentium: vt si ex causa vindi. vel simili tradantur nobis res: & redditur notabilis ratio: nec est vis siue ipse dominus tradat: siue alius voluntate domini. hinc est quòd si procurator domini habens liberam administra. rerum domini, vnam de rebus domini sui vendat & tradat mihi: acquiritur mihi. Item aliquando euenit quòd sine tradit. res nobis acquiruntur, vt si rem apud me deposuisti vel commodasti: & eādem nunc mihi vendis. nam statim mihi acquiritur dominium. idem si merces quas in horreo habes, mihi vēdis, & claueis horrei tradis. nam mihi acquiritur statim dominium mercium. Vltimò dicit, aliquando in incertam personam collata voluntas domini transfert dominium rerum: vt quando missilia iactantur in vulgus: vt quicunque occupet de illa pecunia iactata, sua sit. secus est si causa leuandæ nauis aliquæ reseiiciuntur extra nauim. nam non fiunt occupantium, imò qui eas accipit animo lucrandi, fur est, & furti tenetur. de hoc dic vt in glo. Fran.

a ¶ *Cedunt.* vt *s. eo. l. adeo. §. fi.* Accursius.

quoque quę sata sunt, solo cedere intelleguntur [a]. Cæterùm sicut is qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus soli petat ædificium, defendi potest per exceptionē [b] doli mali: ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit qui in alienum fundum sua impensa conseuit [c].

Scriptura cedit chartæ: tabula verò cedit picturæ quò ad dominium directum secus quò ad vtile. Bartolus.

1 ¶ Literæ quoque licèt aureæ [d] sint, perinde chartis [e] membranisque [f] cedunt, ac solo cedere [g] solent ea quæ ædificātur aut seruntur. Ideóque si in chartis mēbranisve tuis carmē vel historiam vel orationem scripsero: huius corporis nō ego, sed tu dominus esse intellegeris. Sed si à me petas tuos libros tuásve mēbranas, nec impēsas scripturę soluere velis: potero me defēdere per exceptionem doli mali: vtique si bona fide [h] eorum possessionem nanctus sim. 2 ¶ Sed non vti litteræ chartis membranísve cedunt, ita solent picturæ tabulis cedere: sed ex diuerso placuit [i] tabulas picturæ cedere. Vtique tamen cōueniens est domino tabularū aduersus eū qui pinxerit, si is tabulas possideat, vtilem [k] actionem dari: quia ita efficaciter experiri poterit, si picturæ impensam exsoluat, alioquin nocebit ei doli mali exceptio: vtique si bona fide possessor fuerit qui soluerit.* Aduersus dominū verò tabularum qui pinxerit, rectam vindicationem [l] cōpetere dicimus: vt tamen pretiū tabularum inferat: alioquin nocebit ei doli mali exceptio. 3 ¶ Hæ quoque res quæ traditione [m] nostrę fiunt: iure gentium [n] nobis adquiruntur. Nihil enim est tam [o] conueniens naturali æquitati, quàm volūtatem domini volentis rem suā in alium transferre, ratam haberi [p]. 4 ¶ Nihil autem interest, vtrum ipse dominus per se tradat alicui rem, an voluntate [q] eius aliquis. Qua ratione sicui libera [r] negotiorum administratio ab eo qui peregrè proficiscitur, permissa fuerit, & is ex negotiis rem vendiderit, & tradiderit [s]: facit eam accipientis.

Res quæ apud me est ex cōtractu: voluntate domini fit mea sine traditione.

5 ¶ Interdum etiam sine traditione, nuda [t] voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rem quam commodaui aut locaui tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi. licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim: eo tamen ipso quòd patior eam ex causa emptionis apud te esse: tuam efficio [u].

Per traditionem clauium transit possessio.

6 ¶ Item si quis merces in horreo repositas vendiderit: simul atque claues horrei tradiderit emptori, trāsfert proprietatem [x] merciū ad emptorē. 7. ¶ Hoc amplius, interdum & in incertam [y] personam collocata † voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce qui missilia [z] iactat in vulgus. ignorat enim quid eorum quisque excepturus sit: & tamen quia vult, quod quisque exceperit, eius esse, statum eum dominum efficit.

Merces iactata in mare causa vitandi periculi, dominorū permanent.

8 ¶ Alia causa est earū rerum quæ in tempestate maris leuandæ nauis causa eiiciuntur. hæ enim dominorū permanent: quia non eo animo eiiciuntur, quòd quis eas habere non velit: sed

a ¶ *Intelleguntur.* vt *instit.* [a] *eo. §. qua ratione. & sup. de vsu. l. qui scit. in princ. & §. j.*

b ¶ *Per exceptionem doli.* vt & *j. eo. adeò. §. ex diuerso.* Accur.

c ¶ *Conseuit.* bona fide: *vt instit. eo. §. cæterùm.* & est hæc accessio [b] diuina & humana natura cooperante. Idem si diuina tantum planta vel frumētum coaluit: *vt supra eod. adeo. §. j. ibi, planè si ideo. & supra de contrahend. empt. l. qui fundum. §. fundi.*

d ¶ *Aureæ.* hoc raro [c] contingit & ideò hic non consideratur. Acc.

e ¶ *Chartis.* de [d] bombyce.

f ¶ *Membranisque.* quę de membris animaliū eripiuntur.

g ¶ *Cedere solent.* vt [e] *supra eodem. l. adeo. §. cum in suo.*

h ¶ *Vtique si bona fide.* si autem mala laborem donasse [f] videtur: *vt supra. l. adeo. §. certè.* ¶ Sed si à possessione cecidit scriptor, an habeat [g] actionem cōtra [h] dominum? Respon. sic in factum. *vt sup. de rei vin. l. in rem. §. item si quæcunque.* si malam: non, quia [i] nec exceptionem habet: *vt hic & facit institu. eodem. §. litera.* Accursius.

i ¶ *Placuit.* vt & *instit. eo. §. si quis in aliena.* Idem si in charta [k] pictū sit, secundùm Azo. Sed cōtra huic respon. *j. de rei vind. l. in rem. §. si id quod.* Solu. vt ibi.

k ¶ *Vtilem.* in rem. sed actionē furti habet cōtra eum qui surripuit, quicūque fuerit: *vt instit. eodem. §. si quis in aliena.* Sed quid si ambo contra eundem agant? Respon. præfertur [l] pictor, qui habet directā.

l ¶ *Directam vindicationem.* si bona fide pinxit. licèt P. dixit siue bona, siue mala. sed cùm non datur exceptio posidenti: *vt j. proxi.* ergo [m] nec actio. ¶ Item quis erit dominus si tabula sit abrasa? Respon. idem: *vt j. de rei vin. l. in rem. §. & quod semel.* ¶ Item not. hic casum secundùm M. quòd deterior [n] est conditio posidentis. ¶ Item quòd alicui [o] datur actio cui non datur exceptio. ¶ Item & quòd non potest obiici, dolo [p] facis &c. & pro eo. *j. si ex noxali. can. aga. lege. j. in princ. & de noxa. si quis à multis. & supra de peti. here. lege. cum idem.* Et sic sunt arg. contra *C. de rei vin. lege. res alienas. & j. de superfi. lege. j. §. quod ait prætor. & j. de excep. doli. l. dolo.* Sed Bul. & Io. & R. contra. vnde si dominus tabulæ vindicet à pictore possidente, poterit [q] pictor possidens eum repellere offerendo ei pretium tabulæ: etiam si vellet ille ei offerre pretium picturæ. & sic in aliis dicas. ¶ Item quæ est ratio [r] diuersitatis in pictis & in scriptis? Respō. fortè quia scriptores antiqui temporis non erant adeò cari sicut sunt hodie. vnde cùm parui pretij esset scriptura, cedebat chartæ: quæ scilicet charta carior erat. e contrario pictores & fuerunt & sunt cari, & tabula vilis pretij est & fuit: vnde cedit picturæ secundùm Io. Sed cùm hodie [s] sit scriptura pretiosior quàm charta: idem potest quod in pictura dici secundùm Azo. ¶ Item quid si pictura fiat in marmore? fortè secus. Sed arg. quòd idem *insti. de re. di. §. nihil.*

m ¶ *Traditione.* non nuda: vt *j. eo. numquam.* Accursius.

n ¶ *Iure gentium.* quod [a] & naturale dicitur: quia instinctu naturæ est inductum: *vt insti. eo. per traditionem.*

o ¶ *Nihil enim est tam.* hyperbolicè [b] loquitur. *sic j. de pact. l. j. in prin. & de in iud. om. iu. di. l. si per errorem.*

p ¶ *Ratam haberi.* si est legitima [c]: aliàs contra: vt *C. de agri. & cen. si. leg. quemadmodum. li. xj. & C. de admi. tut. leg. lex quæ.* Accursius.

q ¶ *Voluntate.* quia qui per alium &c. *vt & infra de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse.* Quandoque [d] tamen interest: *vt infra. de solu. fugitiuum.* Item Quandoque etiam sine [e] voluntate domini, vt creditor: *vt instit. qui. alie. licet. §. j. & argu. infra eodem, leg. ergo. §. alluuio.*

r ¶ *Libera.* & [f] generalis: secus si generalis tantum: *vt supra de procura. lege procurator cui. & leg. procurator totorum.* Sed M. distinxit [g] inter procuratorem totorum & vniuersorum bonorum: vt primo casu possit, secundo non, *arg. insti. eo. §. nihil.*

s ¶ *Et tradiderit.* nisi [h] tradere sit prohibitus: *vt supra de publi. l. si quis pro.*

t ¶ *Nuda.* *sic C. de pact. lege traditionibus.* Item in aliis casibus dominium sine [i] possessione transfertur: *vt not. instit. eodem. § interdum.*

u ¶ *Tuam efficio.* si res præsens est, aliàs cùm apprehensa fuerit: *vt supra. de rei vindi. leg. eius. & leg. sequen.* secus in pecunia: *vt nota. j. si cert. peta. lege. certi con dictio. §. finali. & leg. sequen.* Vel fortè hic non est necessaria præsentia: quia ab initio habuit domini voluntatem: Sed in l. illa eius. non. vnde hic est vera venditio: ibi ficta. *& facit j. eod. si seruus. in fin. & j. tit. j. lege iij. §. illud. & sup. de euic. si rem. in princ. & j. de pub. fine. §. j. & §. de rei vind. l. quædam.*

x ¶ *Proprietatem.* & possessionem, si dominus est tradens. aliàs causam vsucapiendi si hæc fiant coram horreo: & hoc propter visionem rei: *vt j. de contrahen. emp. l. clauibus. & j. tit. j. l. j. §. si inserim. & facit j. proxi. §. & quod ibi no.*

y ¶ *In incertam.* *sic j. de reb. dub. si fuerit.* Sed arg. contr. *institu. de lega. §. tutor.* ADDITIO. Dic secundùm Bart. hic quòd hîc certificata est persona ab euentu: ibi non.

z ¶ *Missilia.* aurum [k] quod proiicitur sic dicta, quia mittuntur in vulgus: vt fecit papa vel imperator quādo coronantur. Sed hodie deleta est illa constitutio per desuetudinem, quæ permittebat prætores vel consules vel magistratus aurum proiicere: *vt C. de consul. l. ij.* soli enim principi licet aurum spargere, & sic iactare, sed consulibus licet de argento hoc facere: non tamen coguntur: *vt in authen. de consul. §. sin autem etiam vxorem. & facit insti. eo. §. hoc amplius. & j. pro de reli. l. si id in si.*

a Sata solo cedunt.

b Accessio fit diuina & humana simul natura cooperante, aut diuina tantū.

c Raro quę eueniunt non considerātur.

d Charta & bombyce.

e Literæ, licet aureæ cedūt chartæ.

f Donasse intelligitur operas & impensas, qui quid eorum sciens in alieno mala fide facit. *adde gl. i. in rel. 23. §. si quis. in verbo absoluerit. sup. de rei vin. & in l. 37. inf. eod.*

g Bonæ fidei possessor, aut potius bona fide dominio rei consecutus actionem in factum habet aduersus verū dominium in vel expensas, vel factum re petas.

h Non domino quandoque à domino rem vindicat.

i Exceptio cui denegatur ei dem & multo magis actio denegatur, ad Glo. in verbo directam. inf. eo.

k Pictura an cedat chartæ.

l Actionem directam habēs præfertur vtilem actionem habenti. Aniđ perpetuo verum & quomodo verum vide hic distinctionem apud Albericum & Bart. *in adde Glo. verbo vtique si bona fi. de. sup. eo.*

n Possidentis conditio quandoque deterior est.

o Actio alicui interdum datur cui nō datur exceptio. *qui pinxerit.

p Dolo facit qui petit id quod restituturus est.

q Pictor tabulæ alienæ repellit dominū vindicantem offerendo pretium tabulæ.

r Scriptura cur olim chartæ cedebat: pictura non cedebat.

s Scriptura nō cedit chartæ. Imo trahit ad se chartam *ac quo vide que scrips. ad Glos. l. in rem §. se dem. sup. de rei vindicat.*

a Ius gentium naturale dici potest, quia in stinctu naturæ inductum.

b Hyperbole.

c Voluntatem cum dicimus in dubio cuiusque legitimam voluntatem intellimus. Proinde generalia verba semper restringenda sunt pro qualitate rei.

d Pacere ipse interdum non videtur qui per alium facit.

e sine domini voluntate quandoque res eius in alium transfertur.

f Procurator liberam & generalē simul rerum administrationem habens vendere potest.

g Procurator totorum bonorum, at nō vniuersorum vendere potest de quo, v. Bart. *procurator totorū sup. de procuratoribus.*

h Tradere prohibitus tradēdo nihil agit.

i Dominium sine traditione & possessione certis casibus transfertur. v. quæ scripsi ad Glo. *l. si ager. 30. sup. de rei vindicat. & collata.*

l. 24. de fur. l. si §. l. qui bona. de sup. ad l. Rhod. Aut. Arg. [illegible]

a ¶ *Fluctibus*. id est vndis.
b ¶ *Committit*. Immo non: *vt* ⁊. *de fur. l. falsus. §. si actum. quæ est contra*. Solu. distingue animum[a] proiicientis, quod patet: vt si librum apertum proiiciat secundùm Io. *vt hic*. & ideò colligitur *argu.* ⁊. *de dam. infe. l. si finita. §. si quis metu*. In dubio[b] autem præsumitur non velle perdere[c]: *vt argum. supra de proba. cum de indebito. & facit Instit. eo. §. fin. & quod ibi not. & supra ad leg. Rho. de iact. l. j. §. fina. & leg. qui leuandæ. & ⁊. eo. l. quicunque. & ⁊. tit. j. leg. interdum*.

a Pro derelicto rem habitam colligimus ex animo proiicientis, *ut no. Gl. l. vlt. inst. pro derelicto tibi dixi.*
b Pro derelicto rem habere nemo in dubio præsumitur.
c Perdere velle nemo præsumitur.
† In archetypo erat nauis, sed rectè ita est emendatū à Taurell.

quòd magis cum ipsa naue periculum maris † effugiat. qua de causa si quis eas fluctibus[a] expulsas, vel etiam in ipso mari nanctus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit[b].

X. IDEM *libro secundo Institutionum*.

ADquiritur[c] nobis non solùm per nosmetipsos, sed etiam per eos quos in potestate[d] habemus. Item per seruos, in quibus vsumfructum[e] habemus. Item per homines liberos, & seruos alienos, quos bona fide possidemus, de quibus singulis diligentius dispiciamus.

1 ¶ Igitur quod serui nostri ex traditione nanciscuntur: siue quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa adquirunt, id nobis[f] adquiritur. Ipse enim qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest: ideóque[g] si heres institutus sit, nisi nostro iussu, hereditatem adire non potest. Et si iubentibus nobis[h] adierit, hereditas nobis adquiritur, perinde[i] atque si nos ipsi heredes instituti essemus. Et his[k] conuenienter[l] scilicet legatum nobis per eundē[m] adquiritur.

2 ¶ Non solùm autem proprietas per eos quos in potestate habemus, adquiritur nobis[n]: sed etiam possessio[o]. Cuiuſque[*] enim rei possessionem adepti fuerint[p], id nos possidere videmur[q]. vnde etiam per eorum longam possessionem dominium[r] nobis adquiritur.

3 ¶ De his autem seruis in quibus tantùm vsumfructum habemus, ita placuit, vt quidquid ex re nostra vel ex operis suis adquirant, id nobis adquiratur. si quid verò extra eas causas persecuti sint, id ad dominium proprietatis[f] pertinet. Itaque si is seruus heres institutus sit, legatúmve quid aut ei donatum fuerit: non mihi, sed domino proprietatis adquiritur.

4 ¶ Idem placet de eo qui nobis bona fide possidetur, siue liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idem probatur[t] etiam de bonæ fidei possessore, Itaque quod extra duas causas † adquiritur: id vel ad ipsum[u] pertinet si liber est: vel ad dominum eius, si seruus est.

5 ¶ Sed bonæ fidei possessor[x] cum vsuceperit seruum[y]: quia eo modo dominus fit, ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest: vsufructuarius verò vsucapere seruum non potest: primùm, quia nō possidet[z], sed habet ius vtendi fruendi: deinde, quoniam scit seruum alienum esse[a].

XI. MARCIANVS *libro tertio Institutionum*.

PVpillus quantum ad adquirendum[b] non indiget tutoris auctoritate: alienare verò nullam rem potest, nisi præsente tutore auctore: & ne quidem possessionem quæ naturalis est, vt Sabiniano & Cassio videtur. Quæ sententia vera est.

Adquiritur.] CASVS. Dictum est supra qualiter adquirantur dominia rerum de iure gentium: nunc vult dicere per quos acquirantur: & dicit quòd per nosmetipsos acquiritur nobis, item per eos quos habemus in nostra potestate, vt per filios nostros & seruos. Item per eos seruos in quibus habemus vsumfruct. Item per liberos homines, & per seruos alienos quos bona fi. possidemus & de his singulis videamus. & certè serui mei quidquid adquirunt per traditionem, vel per stipulationem, vel simili de causa: nobis adquiritur. nihil enim seruus habere potest: hinc est quòd si heres institutus, hereditatem adire non potest sine mea voluntate: & si mea voluntate adeat, mihi quæritur. Item legatum seruo meo relictum, mihi quæritur. & non solùm dominium mihi quæritur per seruum sed etiam possessio: per quam possessionem etiam vsucapio ignorans. Postea dicit de seruo in quo habeo vsumfruct. quòd quidquid ille quærit ex re mea vel ex opera sua, mihi quærit. Si autem ex alia causa aliquam rem adquisiuit, putà legatum vel hereditatem ei relictam: proprietario quærit. Idem dicendum est de seruo alieno, vel libero homine quem bona fi. possidemus. si autem bonæ fidei possessor serui alieni eum vsucapiat, amodo plenè erit dominus: & quidquid quæret, domino quæret. vsufructuarius autē non potest vsucapere seruum in quo habet vsumfructum quia non dicitur eum possidere, tum quia scit eum seruum alienum. Franc.

a Cuiuscunque.
d Per seruum in quo nudū vsū habemus adquiritur nobis, quod ex re nostra adquiritur, at non qđ ex opera.
e Hereditas seruū domino inuito nō adquiritur, quoniam hæredicas inclusione vibus est implicita.
f Iussu domini in hæreditate per seruū adquirenda præcedere debet, in bonorum possessione, sidei commisso, legato subsequi donationi consensum sufficit.
g Hereditatē per seruū domino acquirunt tria necessaria sunt, iussus, & quidem antecedēs, domini & cōsensus serui, vt hic similiter plane *Gl. §. sed si vt.* per quas pers. nobis adq.
h Bonorū possessio secundū tabulas vi domino per seruum quæsitur sufficit domini ratihabitio & serui consensus.
i Fideicōmissum vt domino per seruū adquiratur sufficit ratihabitio domini sine consensu serui.

a ¶ *Adquiritur*. supra dixit qualiter adquiratur: nunc per quos.
d ¶ *In potestate* vt filij vel serui.
e ¶ *Vsumfructum*. Quid si nudum[d] vsum? Respon. ex re nostra adquiritur: non autem ex opera: *vt no. Instit. per quas perso. nob. adquir. in princ. & ⁊. de vsu. & habi. l. per seruum. in prin.*
f ¶ *Nobis*. etiam inuitis *vt* ⁊. *eo. l. etiam*. Argu. contra. ⁊. *de dona. hoc iure. §. non potest.* & dic hic *vt not. supra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j.*
g ¶ *Ideóque*. quia non sibi, sed nobis. ne ergo nobis inuitis onerosa[e] quæratur hereditas: ideò nisi &c.
h ¶ *Et si iubentibus nobis*. In hereditate[f] quærenda tria sunt necessaria. s. iussus: item quòd præcedat[g]: *vt supra de adqui. here. leg. si quis mihi bo. §. iussum.* & quòd serui consensus adsit: *vt C. de here. insti. cum proponas.* In bo[h]. pos. putà secundùm tab. non exigitur. vt domini iussus præcedat: sed sufficit eius ratihabitio antè vel postea, sed exigitur serui consensus. In Trebel[i]. sufficit si primò vel postea ratum habeat dominus: nec exigitur serui consensus: *vt* ⁊. *ad Trebel. l. seruo inuito. & ⁊. rem ra. habe. l. pe.* In legato[a] non est opus iussione: cùm emolumentum tantùm contineat: *vt* ⁊. *eo. l. si hereditatem. §. j.*
i ¶ *Perinde*. quandoque[b] tamen refert per se an per alium sit heres: *vt supra de inter. act. l. si defensor. §. illud. & ⁊. de leg. præstan. leg. in. §. hoc autem. & de vulg. subst. qui liberis. §. hæc verba. & ⁊. de verbor. signif. l. sciendum. & supra de ope. lib. l. cum patronus §. j.*
k ¶ *Ex his*. præceptis. s. secundùm R. vel his quæ dicta sunt.
l ¶ *Conuenienter*. quia sicut hereditas[c] est relictum, sic legatum. Item legatum sicut hereditas nobis per seruum adquiritur, si die cedentis legati nō inueniatur liber: *vt* ⁊. *de do. causa mor. l. si. & ⁊. quando dies leg. ce. leg. si post. §. pe. & §. fi. & sit ad leg. ⁊. de leg. j. l. Tertia. §. Lucia. & Instit. per quas perso. no. adquir. §. item nobis.*
m ¶ *Per eundem*. s. seruum.
n ¶ *Nobis*. *vt* ⁊. *prox.*
o ¶ *Possessio*. s. iusta: *vt infra tit. j. l. quod seruus.* Accursius.
p ¶ *Adepti fuerint*. siue nostro nomine possideant: siue sibi. secus si alij: *vt* ⁊. *tit. j. l. si me in vacuam. §. si.*
q ¶ *Videmur*. etiam ignorantes: *vt* ⁊. *titu. j. l. ij. §. saltus.*
r ¶ *Dominium*. i. d[d] effectus dominij. *sic &* ⁊. *tit. ij. l. e. cum quis. &* dic in[e] peculiaribus etiā domino ignorante vsucapi: in dominicis demum cum dominus scit: *vt* ⁊. *pro so. leg. ij. & de vsucap. l. Labeo. & facit* ⁊. *tit. j. leg. j. §. item adquirimus. & §. sed per eum. &* C. *per quas perso. nob. adquiri. l. j. & Instit. e. §. non solum.* Accursius.
f ¶ *Dominium proprietatis*. nisi contemplatione fructuarij sit institutus, vel aliud ei datum fuerit: quo casu ex re eius esse videtur: *vt* ⁊. *de vsufr. l. si d. & si quid.* non tamen fructuarij iussus sufficit ad adeundam hereditatem: *vt* ⁊. *de adquir. here. aditio. §. præterea.*
t ¶ *Idem probatur*. quò ad adquisitionem. nam in alio differunt: *vt* ⁊. *eo. l. §. bona fidei.* Accursius.
u ¶ *Ad ipsum pertinet*. præter possessionem: *vt* ⁊. *e. homo liber. in fi.* & præter vsucapionem, quæ[f] sine possessione non procedit: *vt* ⁊. *de vsuca. l. sine pos.* sed in hereditate per liberum hominem quærenda multa sunt necessaria: *vt* ⁊. *e. l. liber homo. & facit Insti. per quas perso. no. adqui. §. de his. & C. de rei vindi. l. j. & ⁊. tit. j. l. j. §. sed & per eu. & ⁊. de vsufr. l. si seruo. & l. sed & si quid. & l. donaturus. & l. sed & si quis. §. interdum.*
x ¶ *Bonæ fidei possessor*. serui alieni.
y ¶ *Seruum*. in quo habeat vsumfructum. Accursius.
z ¶ *Non possidet*. s. ciuiliter[g]: *vt infra tit. j. l. j. §. per eum.* sed naturaliter sic *vt* ⁊. *tit. j. l. naturaliter. & ⁊. qui satisda. cogan. l. sciendum. & ⁊. de preca. certè. §. si qui rogauit. & facit Instit. eo. §. sed bona fidei. & ⁊. e. l. liber homo. §. quidquid.* Accursius.
a ¶ *Alienum esse*. in quo vsumfru. habet.

PVpillus.] CASVS. Pupillus potest adquirere dominium rei etiam sine tutoris auctoritate. fallit in heredi. eidem relicta, vt habes in glo. Alienare autem rem suam non potest, nec etiam pos. in alium transferre potest. Fran.
b ¶ *Ad adquirendum*. secus in hereditate, quia ibi est dubium: *vt Inst. de aucto. tut. §. neque.*

a Legatum ad quem per seruum domino potest, sine domini iussu.
b Per se an per aliū quis fiat heres nō cum aliquando interest.
c Relicti appellatione cōprehenditur hereditas & legatum.
† Excepta possessione. l. 54. §. 4. eo.
d Dominiū effectus per bona fide possessorem adquiritur.
e Vsucapimus per seruos.
f Vsucapio sine possessione non procedit.
g Vsufructuarius ciuiliter vsumfructum non possidet, sed naturaliter tantum.

a ¶ *Non quidem poss.* Contra. ǰ. tit. j. l. *possessionem.* Solu. de poss. facti[a] siue [b] detentione ibi dicit. ¶ Item quomodo præbet causam [c] vsucapiendi: *vt ǰ. pro emp. l. ij. §. si à pupillo?* Respon. vt dixi ibi. *& facit insti. quis alie. lic. §. nunc admonendi.*

LAcus.] CASVS. In lacu & stagno priuato cessat ius alluuionis: licèt interdum crescat, & interdum decrescat. Secundò dicit: quidam fecit campanam ex ære meo & ex argento tuo, sine nostra voluntate. dicitur quòd hæc campana nō est communis nobis: sed ab artificibus separabitur argentum ab ęre: & cuique nostrum dabitur quod suum est. Francis.

b ¶ *Lacus.* qui habet perpetuam [d] aquam *vt infra vt in flu. pub. naui. lic. l. j. §. lacus.*

c ¶ *Stagna.* quæ habent temporalem [e] aquam: *vt eo. tit. §. stagnum.* & dic hic loqui de lacu & stagno priuato secus si in publico: *vt ǰ. de verb. signifi. litus publicum est. & facit ȝ. de aqua plu. arcen. l. vicinus. in fi. & ȝ. de cōtrahen. emp. l. Rutilia.* Accursius.

d ¶ *Species.* vt campana [f] & dic, sine nostra voluntate. Accursius.

e ¶ *Communis.* Contra. ȝ. *eod. l. adeò. §. voluntas. in fi.* Sed ibi nō poterat separari, hic autem sic. ¶ Itē videtur [g] cedere specificanti: *vt ȝ. eo. adeò. §. cum quis.* Sed illud quando non potest reduci ad materiam pristinam. *& facit ȝ. de rei vind. l. si frumentum. §. sed si plumbum.*

SI procurator.] CASVS. Procurator meus emit mihi equū meo mandato & ei est traditus. dicitur quòd per eum est mihi quæsitum dominium etiam ignoranti. idem iuris est in tutore nomine pupilli aliquam rem emente. Fran.

f ¶ *Dominium.* plenum.

g ¶ *Proprietas.* nuda: *vt & ȝ. de vsufr. l. vsufructus in multis.*

h ¶ *Etiam ignoranti.* Contra. ǰ. *eo. l. res ex mandato.* Item contra. ȝ. *de neg. gest. l. si ego.* Sol. no. ȝ. *de dona. l. qui mihi. & ǰ. de acqui. poss. l. j. §. per procuratorem.*

i ¶ *Ignorantibus.* quod ȝ. mandatum, hoc [h] facit hic publica auctoritas. *& facit ad l. ǰ. tit. j. l. j. §. per procuratorem. & l. communis. §. infra. & C. per quas perso. no. acquir. l. j. de acquiren. poss. l. j. & l. per p. o. curatorem.*

toris auctoritate: alienare verò nullam rem potest nisi præsente tutore auctore: & ne quidē possessionem [a] quæ est naturalis: vt Sabinianis visum est. quæ sentētia vera est.

XII. CALLISTRATVS *libro secundo Institutionum.*

LAcus [b] & stagna [a] licèt interdum crescant, interdum exarescant [*], suos tamen terminos retinent: ideóque in his ius alluuionis non adgnoscitur.

1 ¶ Si ære meo & argento tuo conflato aliqua species [d] facta sit, non erit ea nostra communis [e]: quia cùm diuersæ materiæ æs atque argentum sit: ab artificibus separari, & in pristinam materiam reduci solet.

XIII. NERATIVS *libro sexto Regularum.*

SI procurator rem mihi emerit ex mandato mei, eíque sit tradita meo nomine: dominiū [f] mihi & proprietas [g] adquiritur etiam ignoranti [h].

1 ¶ Et tutor pupilli pupillæ similiter vt procurator emendo nomine pupilli pupillæ, proprietatem eis adquirit etiam ignorantibus [i].

XIV. IDEM *libro quinto Membranarum.*

QVod in littore [k] quis ædificauerit, eius [l] erit. nā littora publica non ita [m] sunt, vt ea quæ in patrimonio populi sunt [n]: sed vt ea quæ primum natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt. nec dissimilis conditio eorum est, atque piscium, & ferarum, quæ simul atque adprehensæ sunt, sine

QVod in littore.] CASVS. Qui ædificat in littore maris: suum facit ædificium. idē si capit pisces vel feras. nam suæ sunt: & destructo ædificio locus reuertitur in pristinum statum. qui autē in ripa fluminis ædificat. non facit suum ædificium. & hoc dicit hæc lex cum l. qui autem. quæ est ǰ. quæ continuari debet ad istā. Fran. Accursius.

k ¶ *Quod in littore.* maris.

l ¶ *Eius erit.* vt ȝ. *de rerum diui. l. in tantum.*

m ¶ *Non ita.* Imò sunt communia: *vt insti. de re. diui. §. j.*

n ¶ *Populi sunt.* de quibus dicitur insti. *de rerum diui. §. vniuersitatis. & ǰ. ne quid in loco. pub. l. ij. §. publicā. & §. si quis nemine. & ȝ. de cōtrahen. emp. l. sed Celsus.*

o ¶ *Dominij fiunt.* vt insti. *de re. diui. §. feræ.*

Marginalia: a Possessio naturalis pupillo ... sine authoritate ... — b Affectio facit idem quod detentio. — c Vsucapi ... causam & quomodo pupillus præbeat. — * Decrescant. l. pen. §. vlt. de aq. plu. ar. — d Lacus perpetuam aquam habent. — e Stagna tem poralem causam habent. — f Campana ex ære meo & argento tuo nō est cōmunis. adde sic l. 24. cod. eod. — g Specificanti species cedit si ad materiā pristinam reduci non potest. — h Mādato priuati publica authoritas cō paratur. vt alteruter casus factum valeat.

p ¶ *Publicus fit.* i. communis.

q ¶ *Vt existimari debeat.* vt d. l. *in tantum. & facit ȝ. de reli. l. cum loca.* Sed argu. contra. ȝ. *eo. l. adeo. §. cum in suo. ibi. ex diuerso*: *vt Instit. eo. §. locus autem.* Item facit ǰ. *de vsuca. l. fin. in princ.*

r ¶ *Speciem.* sic *supra e. l. adeo. §. quid si poi. & hic continua leg. qui autem.*

dubio eius in cuius potestatem peruenerunt, dominij fiunt [o].

1 ¶ Illud videndum est, sublato ædificio quod in litore positum erat, cuius conditionis is locus sit: hoc est, vtrum maneat eius cuius ædificium fuit: an rursus in pristinam causam recidat, perindéque publicus fit [p], ac si nunquam in eo ædificatum fuisset. quod proprius est vt existimari debeat [q]. si modò recipit pristinam litoris speciem [r]:

XV. IDEM *libro quinto Regularum.*

QVi autem in ripa fluminis ædificat: non suum facit [s].

XVI. FLORENTINVS *libro sexto Institutionum.*

IN agris limitatis [t] ius alluuionis locū [u] non habere constat. Idque & diuus Pius constituit: & Trebatius ait, agrum qui hostibus deuictis ea conditione concessus sit [x], vt in ciuitatem veniret [y], habere alluuionem, neque esse limitatum [z]: agrum autem manucaptum [a], limitatū fuisse [b], vt sciretur [c] quid cuique datum esset, quidque venisset [d], & quid in publico relictum [e] esset.

XVII. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

SI duo domini seruo communi rem tradiderint [f]: adquirit † alteri ab altero [g].

XVIII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

PEr hereditariū seruū, quod est eiusdem hereditatis, heredi adquiri non potest [h], & maximè ipsa hereditas.

XIX. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

QVi autē suum.] Non facit. quia hæc [b] sunt eorum qui possident prope ibi prędia: *vt ǰ. si. eod. §. riparum:* sed tamen potest prohiberi [c] per interdicta: *vt ǰ. de flum. leg. j. §. non autem omne. & §. pen. & ǰ. ne quid in flumi. pub. l. j. in princ.* nisi ædificet causa muniendæ ripæ: *vt infra de ripa muni. 10.*

IN agris.] CASVS. Ius alluuionis non habet locum in agris militib[us] assignatis: & reddit rationem in fi. l. Secundò dicit: hostes deuicti à Romanis, agrū vt esset ciuitatis Romanæ, dederūt. dicitur quod in isto agro habet locū ius alluuionis. At si ager hostium sit captus à militibus, & is militibus sit assignatus: ille ager dicitur limitatus: & ideò in eo non habet locum ius alluuionis. Fran.

t ¶ *In agris limitatis.* i. à militibus assignatis: vel id est inter veteranos diuisis secundùm R. sic enim fiebat post emerita stipendia veteranis.

u ¶ *Locum.* nec insulæ ratione vicinitatis eis cedit: *vt ǰ. ne quid in flum. publ. l. j. §. si insula.*

x ¶ *Concessus sit.* i. quem ipsi hostes deuicti Romanæ ciuitati dederunt.

y ¶ *Veniret.* i. ager esset ciuitatis Romanæ.

z ¶ *Limitatum.* id est non esse militibus adsignatum.

a ¶ *Manucaptum.* à militibus, & eis adsignatum.

b ¶ *Limitatum fuisse.* & ideò cessat ius alluuionis. Accursius.

c ¶ *Vt sciretur.* ratio quare non habet locum ius alluuionis.

d ¶ *Venisset.* si necesse esset vt aliqua pars venderetur.

e ¶ *Relictum.* neque assignatum, neque venditum.

SI duo.] CASVS. Duo habebant seruum communem: eidē seruo donauerūt aliquam rem. dicitur quòd tenet donatio: & acquirit quilibet nostrum partem alterius. nam pars quam habebat socius in re donata, mihi quæritur: & mea sibi. Fran.

f ¶ *Tradiderint.* quilibet donare volens: vt distinguitur infra *eod. l. per seruum. §. j.*

g ¶ *Ab altero.* i. quantum ad partem socij, mihi quæritur: quantū ad meam sibi. quod autem est alterius, mihi tantum quæritur: *vt Inst. de stip. ser. §. fin.*

PEr hereditarium.] CASVS. Seruus hereditatis iacentis nihil potest interim acquirere heredi futuro maximè, nec ipsam hereditatem. Franc.

h ¶ *Non potest.* s. aliquid, & maximè &c. *vt & ȝ. de acquir. her. l. heres per se. num.* & est ratio: quia hereditarius [f] dicitur antè aditam hereditatem: & sic nō est suus: postea autem est suus, & sic nō est hereditarius: vt plenè dicā ǰ. ti. j. l. j. §. *veteres.* Est etiam ratio hæc quia per [g] alium non potest hereditas quæri heredi: *vt ȝ. de acq. he. Paulus.* licèt secus sit in ea in qua est institutus seruus. Accur.

Marginalia: s Donatio ... fumitur ... la fide impedientis. — b Ripis hereditatis ... ius qui prope prædia possident. — c Ripæ ædificatio potest nisi ripæ muniendæ causa ædificet. — d Limitati agri quos Vide Aggenum Vrbicum & Frontin. de limi. &c. & Alciat. ... — e Ager concessus vt in ciuitatem veniret quid esset hic ... — † adquiritur. — f Hereditarius seruus ante aditam hereditatem est seruus adeo hereditas fuus est, perinde non hereditarius. — g Heredi ... per alium quæri non potest.

Liber

LIber.]CASVS. Liber homo bona fide possessus quicquid acquirit ex re sua vel ex opera, acquirit possidenti. quod aliunde quærit: vt putà sibi donatum, vel legatum, vel si heres institutus sit ab aliquo, sibi quærit: licèt in hereditate aliqua opera eius sit: & licèt testator instituerit eum contemplatione possidentis: sed hoc casu possessus tenebitur cõdic. sine causa possidenti ad restituendam hereditatem. Vltimò dicit: liber homo à me bo.fi.possessus, iussu meo adiuit hereditatem in qua ipse erat institutus. diciturquòd sibi quærit. & hoc dixit Trebatius: sed Labeo distinguit, nam aut necessitate ductus à me adiuit: & tunc mihi quærit, non sibi. aut sponte adiuit, & tunc sibi quærit. Franciscus.

LIber homo qui bona fide mihi seruit, id quod ex operis suis, aut ex re mea pararet, ad me pertinere sine dubio Aristo ait. Quod verò quis ei donauerit, aut ex negotio gesto adquisierit: ad ipsum pertinere [a]. Sed hereditatem legatúmve non adquiri mihi per eum: quia neque ex re mea neque ex operis suis id fit: nec vlla eius opera esset in legato [b]: in hereditate aliquatenus [c], quia per ipsum adiretur. quod & Varium Lucullum aliquando dubitasse [d]. Sed verius esse non adquiri [e], etiam si testator ad me voluisset pertinere. Sed licèt ei [f] minimè adquirit: attamen si voluntas euidens testatoris appareat, restituendam esse ei [g] hereditatem. Sed Trebatius, si liber homo bona fide seruiens, iussu eius cui seruiet, hereditatem adisset, heredem ipsum [h] fieri: nec interesse quid senserit [i], sed quid fecerit. Labeo contra si ex necessitate [k] id fecisset. quòd si ita, vt & ipse vellet, ipsum fieri [l] heredem.

XX. VLPIANVS *libro vicensimonono ad Sabinum.*

TRaditio †nihil amplius trãsferre debet vel potest ad eum qui accipit, quam est apud eum qui tradit [m]. Si igitur quis dominium in fundo habuit: id tradendo transfert [n]. Si non habuit: ad eum qui accipit, nihil transfert [o].

1 ¶ Quotiens autem dominium transfertur ad eum qui accipit: tale transfertur, quale fuit apud eum qui tradit [p]. si seruus fuit fundus, cum seruitutibus transit. si liber, vti fuit. Et si fortè seruitutes debeantur fundo qui traditus est: cum iure seruitutium debitarum trãsfertur. Si quis igitur fundum dixerit liberum [q], cùm traderet eum, qui seruus sit [r]: nihil iuris seruitutis fundi detrahit: veruntamẽ obligátque se, debebitque præstare quod dixit.

Si duo rem aliquam emerint, & vni eorum tanquam procuratori alterius tradita sit, ambobus acquiritur.

2 ¶ Si ego & Titius rem emerimus [s], eaque [t] Titio & quasi meo procuratori tradita [u] sit, puto mihi quoque quæsitum dominium: quia placet per liberam personam omnium rerum possessionem quæri posse, & per hanc [x] dominium.

XXI. POMPONIVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

SI seruus meus tibi bona fide seruiret, & rem emisset, traditáque ei esset: Proculus nec meam fieri [y], quia seruũ nõ possideam: nec tuã, si non ex re tua [z] sit parata. sed si liber bona fide tibi seruiens emerit [a], ipsius fieri.

a ¶ *Ad ipsum pertinere.* quantum [a] ad dominium, & obligationem & actionem: non quò ad possessionem: *vt].eo.l. homo liber. §. quicquid.*

b ¶ *In legato.* hoc enim eius contemplatione est relictum: secus si bonæ fidei possessoris: *vt supra de vsufruc. sed & si quid.* Accursius.

c ¶ *Aliquatenus.* scilicet esse operæ dixit Aristo. sed non est [b], *vt subiicit. & infra eod. fructuario.* in stipu. est opera: *vt & supra de vsu. & habi. leg. per seruum. §. respon.*

d ¶ *Dubitasse.* ait Aristo.

e ¶ *Non adquiri.* hoc in hereditate intellige: & in eo casu vbi non vult hic possessus mihi quærere. secus est in legato vbi meo respectu est relictum. Azo. Sed in hereditate est contra. *ã. de pecu. l. hinc quæritur. §. potest* vbi marito quæritur per seruum dotalem [c] hereditas. Sed nihil ad rhombum, quia [d] dominus est secundùm nos de iure naturali & ciuili: Vel etiam secundùm alios saltem de iure ciuili est dominus. Accur.

f ¶ *Sed licet ei.* possessori, & sic mutat personas. Accur.

g ¶ *Esse ei.* possessori per condictionem sine causa. *arg.]. de stipu. seruo. l. pe.* cogetur ergo adire possessus, & sic restituere. & sic est contra. *]. eo. l. homo liber. in prin. quæ est contra.* Solu. vt ibi plenè dicam. Item in eo quòd hic inspicitur cuius contemplatione fit institutus: est contra, *ã. de act. emp. l. Iul. §. si quid seruo.* Solu. ibi non distinguitur cuius contemplatione. s. serui, vel emptoris: secus si cõtemplatione venditoris: *vt ã. de vulga. substi. l. sed si plures. §. in arrogato. & ã. de acquir. here. aditio.*

h ¶ *Heredem ipsum.* possessum.

i ¶ *Quid senserit.* possessus.

k ¶ *Necessitate.* quia tunc non esset heres possessus.

l ¶ *Ipsum fieri.* liberum hominem possessum. *& faciunt ad l. istã Insti. per quas perso. no. acquir. §. de his & de rei vin. l. præterea. & C. de rei vindi. l. j. &]. de verb. oblig. liber homo quis in prin. & de neg. gest. l. atqui §. si liber. o. &]. eo. l. in fructuario. & C. de iure delib. cum aliquis. & ã. de her. insti. liber homo. in prin.*

TRaditio.]CASVS. Si ex causa vendi. vel simili tradatur tibi res, id iuris in re habes, quod habebat tradens: & cum sua causa transiuit res: vt si priùs erat serua, & nunc erit: & si seruitutes ei rei debebantur, & nunc debebuntur. sed si tradidit tibi fundum tanquàm liberum, cùm esset seruus, non liberatur per hoc fundus: tenebitur tamen tradens. Vltimò dicit, ego Titius & Seius emimus rem: & Titio fuit tradita tanquam meo procuratori pro mea parte. dicitur quòd in parte acquiritur mihi dominium & etiam possessio per hunc Titium. Fran. Accur.

m ¶ *Qui tradit.* fallit *ã. de vsufr. l. quod nostrum* [h]. Item in creditore [c] & aliis quos no. Institu. *qu. alie. lic. §. j.* Item in debitore alienante pignus nam minori [d] spatio se tuetur emptor quam poßet venditor se tueretur *C. de præs. tript. triginta. an. l. cum notissimi. in princip. & C. si aduer. c. e. l. d. vtrum.* Item fallit secundùm hæc iura in eo [e] qui à malæ fidei possessore emit, qui vsucapit: quod nõ faceret ipse tradens: sed hodie secus: *vt in Authen. vt responsa. lar. §. rursus.*

n ¶ *Transfert.* nisi [f] iuris ratio resistat: vt in minore & fundo dotali: *vt Instit. qui. a. le. licet. in princip. & §. nunc admonendi.*

o ¶ *Nihil transfert.* dominij, sed [g] causam vsucapiendi, vel vtile dominium: *vt supra de contrahend. empt. leg. cla ... & facit infra de leg. aut ... & C. de dona. leg. si plius.* Accur.

p ¶ *Qui tradit.* fallit [h] intra *pro emptore. l. ij. [i] §. si à pupillo. & §. si à furioso. & §. sequi.* Sed concor. supra in princip. huius l. *& supra de seru. rustic. prædio. l. via. §. pen. & §. fin. & supra de contrahenda emptione. leg. alienatio. & Cod. de distract. pig. si debitor. & Cod. de seruit. l. & in prouinciali.* Argumen. contra. *C. loca. l. emptor.*

q ¶ *Dixerit liberum.* secus si non dixit, secundùm quosdã. quod non placet: *vt not. supra de contra. emptio. leg. cum venderes.* Accursius.

r ¶ *Seruus sit.* i. seruitutem debeat. Accursius.

s ¶ *Si ego. & Titius rem emerimus.* à domino. Accur.

t ¶ *Eaque.* scilicet res.

u ¶ *Tradita sit.* ratione meæ partis.

x ¶ *Et per hanc.* scilicet possessionem [k], secundùm quosdam. Tu [l] dic, per hanc liberam personam: *vt not. C. de acquirend. possess. l. per procuratorem. & Instit. per quas person. no. acqui. §. ex his. & infra de vsuca. l. si rem sub conditione. & Cod. pro socio. l. ij.* Accursius.

SI seruus.]CASVS. Quatuor partes habet hæc l. Prima possidebas seruum meum bona fide: hic seruus emit rem ex re tua. dicitur quòd tibi acqiritur. non mihi, cum eum non possideam. Secunda, ponè quòd emit rem non ex re tua, nec ex opera sua. hoc casu mihi quæritur. Tertia: liber homo bona fide à te possessus emit rem extra rem tuam, & operam suam: dicitur quòd sibi quæritur. Quarta: rem meam possidebas. volo quòd fiat tua: possum sola voluntate facere quòd fiat tua: quamuis possessio rei apud me non fuerit. Fran. Accur.

y ¶ *Nec meam fieri.* cùm emit ex re bonæ fidei possessoris, vel ex opera sua.

z ¶ *Si non ex re tua.* vel ex opera sua. & sic duobus casibus loquitur hæc lex. & sic non est contra. *ã. si cer. pe. l. cum fundum. §. j. &]. eo. l. homo liber. §. fin. & infra de sol. l. fugitiuus. & supra de pecu. l. eo tempore. §. fin. & de lib. leg. si cui. §. fin. & supra de vsufru. l. sed & si quis.*

a ¶ *Emerit.* non ex re, vel ex opera.

a Dominiũ, obligatio, actio vnius esse potest, alterius possessio.

b Opera in hereditatis aditione non est, sed in stipulatione.

† Contra. tex. in c. nuper. ext. de dona. inter vir. & vxo. tex. in aut. Dauber. cum. c. §. 7.

c Dotali seruo hereditas, marito adquiritur & cur.

d Dotis dominus maritus est saltem iure ciuili.

a Plus iuris in alium transferre an quis nõ sit, quam ipse habet.

b Dici aliquãdo potest res aliter quã habeatur: hoc exẽplo, habẽt causalẽ vsum fructum, formalem dat.

c Creditor pignus vendit, non vt dominus, sed vt procurator.

d ... minore tẽpore ... emptor quã venditor ... propter bonam fidẽ, quam venditore nõ habet.

e Emptor bonæ fidei vsucapit, quod malæ fidei venditor facere non potuit.

f Alienationibus minoris & fundi dotalis ... resistit.

g Dominium licet nõ transferatur, interdũ tamen causa vsucapiẽdi vel vtile dominium trãsfertur.

h Dominium quibus casib. non tale transfertur in accipientẽ quale fuit penes transferentẽ.

i Ius reale in emptorẽ trãsit nõ personale.

k Dominium vt & possessio nem per liberam personã adquirere possumus.

Ipsius fieri.] ratione proprietatis, non possessionis: *vt j. eod. l. homo liber. §. fin. & j. l. s. j. § sed & per eum.*

a ¶ *Fiet tua.* si erat præsens. si absens, cùm possessionem apprehêderis. *vt s. de rei vindi. l. eius rei. & l. seq.*

b ¶ *Possessio.* ciuilis & naturalis, vel naturalis tantùm.

1 ¶ Si rem meam possideas, & eá velim tuam esse: fiet tua [a], quamuis possessio [b] apud me nõ fuerit.

Per seruum alienum vi possessum vel clam, vel precario: non potest quæri possidenti tanquam per possessum. Franc. Accur.

XXII. VLPIANVS *libro quadragesimo ad Sabinum.*

NEmo [c] seruũ vi possidens, aut clam, aut precario, per hunc [c] stipulantem vel rem accipientem potest adquirere.

XXIII. IDEM *libro quadragesimotertio ad Sabinum.*

QVi bona fide alicui seruit, siue seruus alienus est, siue homo liber est: quicquid ex re eius cui seruit adquirit, ei adquirit cui bona fide seruit. Sed & si quid ex operis suis [d] adquisierit: simili modo [e] ei adquirit. Nam & operæ quodammodo ex re eius cui seruit, habentur: quia iure operas ei exhibere debet, cui bona fide seruit. 1 ¶ Tamdiu autem adquirit, quamdiu bona fide seruit. Cæterùm si cœperit scire esse eum alienum, vel liberum.: videamus an ei adquirit. quæstio in eo est, vtrum initium spectamus [f], an singula momenta. Et magis vt singula momenta spectemus.

2 ¶ Generaliter dicendũ est, quod ex re sua, hoc est eius cui bona fide quis seruit. ei [g] adquirere nõ potest [h]: sibi [i] eum adquisiturum. quod autem nõ ex re† eius sibi adquirere non potest [k]: ei adquisiturum, cui bona fide seruit. 3 ¶ Si quis duobus bona fide seruiat, vtrique adquiret: sed singulis [l] ex re sua [m]. Quod autem ex re alterius est, vtrum pro parte ei cui bona fide seruit [n], pro parte domino, si seruus sit: aut si liber sit, ei cui bona fide seruit [o]: an verò ei debeat adquirere totum ex cuius re est, videamus. quam speciem Scæuola quoque tractat libro secundo quæstionum. ait enim, si alienus seruus duobus bona fide seruiat, & ex vnius eorum re adquirat: rationem facere, vt ei duntaxat insolidum [p] adquirat. sed si adiiciat eius nomen, ex cuius re stipulatur, nec dubitandum esse ait quin ei soli adquiratur: quia & si ex re ipsius [q] stipuletur, alteri ex dominis nominatim stipulando, solidum ei adquiret [r]. Et in inferioribus [s] probat [t], vt quamuis non nominatim, nec iussu meo, ex re tamen mea [u] stipulatus sit, cum pluribus bona fide seruiret, mihi soli [x] adquirat. nam & illud receptum est, vt quotiens communis seruus omnibus adquirere non potest [y], ei soli eum adquirere, cui potest: & hoc Iulianum quoque scribere, sæpe retuli: eóque iure vtimur.

XXIV. PAVLVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

IN omnibus quæ ad eandem speciem reuerti* possunt, dicendum est, si materia manente species duntaxat fortè mutata sit, veluti si ære meo [z] statuam, aut argento scyphum fecisses, me eorum dominum manere.

XXV. CALLISTRATVS *libro secundo Institutionum.*

NIsi voluntate domini, alterius [a] nomine id factum sit. propter consensum enim domini tota res eius fit, cuius nomine facta est.

c ¶ NEmo.] *Per hunc.* scilicet tanquam possessum: acquiret tamen per eũ tanquam [a] procuratorem [b] *vt & j. tit. j. l. si me in vacuam. §. fin.*

a Possessionẽ per seruũ adquirere possumus tanquam per procuratorem.
b Procurator ad negotia seruus esse potest.

QVi bona fide.] CASVS. bona fide possessus siue sit liber, siue seruus alienus, quærit possidenti ex re eius, & opera sua, & tandiu quærit ei, quamdiu possidens habet bonam fidem: & superueniens mala fides nocet. quod autem ei non potest acquirere: vt si stipuletur partum ancillę bonæ fidei possessoris, tunc sibiipsi quærit. quod autem sibiipsi acquirere non potest, vt quod lucratur ex opera sua: tunc acquirit possidenti. & secundùm hoc habeas in fine, non potest aliàs fine non: & tunc aliter dic, vt hæc omnia habes in glossa. [SI QVIS.] Aliquis bona fide seruiebat duobus: acquiret cuique ex re eius. Sed pone quòd stipulatur aliquid ex re vnius eorũ: an acquiret ei in totũ? & dicitur quod totum acquirit ei ex cuius re stipulatur. Sed quid si ex re vnius ex dominis stipuletur alteri domino: dicitur quòd acquirit nominato: secundum quosdam. vel dic quòd acquiret ei ex cuius re stipulatur. primum casum repetit, & adducit simile de seruo communi. Franc.

†Hæc vera lectio & Florentinæ libri testis Accur. modo ad [illegible] negatione, [illegible] dirabitur, leg. ita & c. vlt.

d ¶ *Sua.* scilicet possessi. Accur.

e ¶ *Simili modo. facit infra pro emptore. leg. qui fundum. §. fin. & supra de condic. indebi. l. fin. & infra eod. l. quæsitum. & infra tit. j. leg. j. sed & per eum & leg. cum heres. §. fi. & s. de dona. inter vi. & vxo. si vxo. & infra de stipu. ser. l. liber homo.*

f ¶ *Spectamus.* hoc in libero, in seruo secus: *vt supra de vsu. l. qui scit. §. fin.*

g ¶ *Ei.* possessori.

h ¶ *Non potest.* vt stipuletur partum ancillæ bona fide pos. *vt insti. de inuti. stip. § item nemo.* vel emat rem bonæ fidei pos. vel stipuletur. nec [c] enim potest amplius sua fieri: *vt infra de stip. ser. l. liber homo. in prin.*

i ¶ *Sibi.* seruienti [d] Accursius.

k ¶ *Sibi adquirere non potest.* aliàs est potest, siue non: & tunc plana, & dic sibi possidenti. aliàs non potest: & tunc dic, sibi pos. & da exemplum de opera quæ non quæritur possesso, sed possidenti. Vel verius x. ex opera est lucratus: ex quibus x. suam propriam rem emit possessus: & sic ex re eius. s. possidentis, sibi possesso. hæc tamen regula secunda fallit in possessione quæ non quæritur possesso, nec tamen possidenti, si est extra rem vel operam: *vt infra eod. l. homo liber. §. quicquid. & facit insti. de sti. ser. §. fin. & infra de stip. ser. l. j. § communis. & leg. proinde. § fi. & l. ser. & leg. si seruus communis. § si seruus Titij.*

c Nostrum iterum aut magis nostrum fieri non potest.
d Liber bona fide possessus quod non potest quærere sibi, quærit possessori: qd possessori nõ potest quærere, quærit sibi [illegible] liber homo. inf. de sti. pul. seruorum.

l ¶ *Sed singulis.* possessoribus singulis ex re sua sicut dominis in cõmune quæritur, sed præcipitur fructuarijs sicut possessoribus. Ir. primum probatur hic: & *j. de stipu. ser. l. si alienus seruus.* secundùm. s. quòd dominis. *j. de stipu. ser. l. si ex re. § j. tertium supra de vsufr. si seruo. §. pe. in fi. & j. eo. l. per seruum. §. j. in fin.*

m ¶ *Ex re sua.* sed an in totum, hic subiicit. Accursius.

n ¶ *Seruit.* ex cuius re quæsiuit. Accur.

o ¶ *Seruit.* ex cuius re non quæsiuit. Accursius.

p ¶ *In solidum.* imò partẽ domino, & partem ei ex cuius re quęrit: *vt s. de vsufruc. leg. si seruo. § si duos.* Sol. hic indiuiduam rem fuit stipulatus: ibi diuiduã. vel solue vt ibi.

q ¶ *Si ex re ipsius.* s. vnius domini.

r ¶ *Ei adquiret.* scilicet domino ex cuius re stipulatus est: non ex stipulatione, sed ex alia causa: *vt supra si cert. peta. l. certi condictio. §. quoniam.* Vel dic nominato, & ita apta quasi sola [a] nominatio faciat acquiri: vt hic. ergo quod ex re mea quæritur, mihi no minato quæritur: vt supra proxi.

a Nominatio sola facit, vt aliquid vni dominorum per seruum adquiratur. adde Gl. l. vlt. C. per quas personas.

s ¶ *Et inferioribus.* duobus casibus.

t ¶ *Probat.* Scæuola.

u ¶ *Mea.* qui sum vnus de bonæ fidei pos.

x ¶ *Mihi soli.* hic & s. habuisti: & ideò hic est contra. *s. de vsufru. si seruo. §. si duos.* & solue vt s. proxi.

y ¶ *Non potest.* quod frequenter euenit: *vt infra de stip. ser. leg. proinde. §. fi. & facit ad hoc C. per quas perso. nobis acqui. l. si duo. & s. de author. præstan. si seruus communis. & supra proxi. §. & j. de stipu. seruo. leg. si alienus.*

*Fl. reuerti nõ possunt. sed verum præstat.

IN omnibus.] CASVS. Ex meo ære fecisti statuam: vel ex meo argẽto fecisti scyphum dicitur quòd sum dominus huius statuæ vel scyphi, nisi de mea voluntate fecisses: & tuo nomine. nam tunc esses dominus, & nõ ego. & hoc dicit hæc lex cum seq. Franc.

z ¶ *Ex ære meo.* in specie consistenti, vt campana [b], vel lance. *& facit s. e. adeò. §. cùm quis. & §. voluntas. & l. lacus. § fi. & s. de le. iij. l. quæsitum. §. illud.* Accursius.

b. Adde Gl. l. vlt. sup. eod.

a NIsi voluntate.] *Alterius.* specificantis. Accursius.

SEd si ex meis.] CASVS. Continuatur cum superiori: & dic de mea cupressu fecisti tabulas, & de eis fecisti nauim. dicitur quòd tua nauis sit. idem ex mea lana fecisti vestimenta. Postea dicit: pedem meæ statuæ apposuisti, aut fundum scypho meo apposuisti, dicitur quòd mea dicitur statua. item scyphus. idem in similibus. [ARBOR.] Arbor mea cum radicibus eruta in tuo fundo est posita. adhuc durat mea, nisi in tuo fundo radices imposuit. nam tunc tua fit, & durat tua, etiam si diruatur amodo de tuo fũdo. Secundò dicit: lanam meam intinxisti, aut purpuram meam alio colore intinxisti. adhuc durat mea, quemadmodum si cecidisset in lutum, & sic mutasset colorem. nam adhuc mea duraret. Franciscus Accursius.

a ¶ *Sed si meis*.i.mea cupressu factis à te,& sic factæ fuerunt tuæ per specificationem:secus si iam tabulæ factæ à me ad hoc paratæ erant:*vt ff.de rei vin.l.Mutius.& de pig.act.l.cõuenerit.§.si quis quæ sunt contra*.vbi plenè dixi.

b ¶ *Tuam nauem*. teneris tamen actione in factum ad pretium: *vt supra de rei vind. l. in rem. §. item quæcunque.ibi: non idem in eo* &c.

In vulga. Sed si ex meis.

XXVI. PAVLVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

SEd si meis[a] tabulis nauem fecisses, tuam nauem[b] esse: quia cupressus non maneret, sicuti nec lana vestimento facto: sed cupresseum aut laneum corpus[c] fieret. 1 ¶ Proculus indicat hoc iure nos vti, quod Seruio & Labeoni placuisset: In quibus propria qualitas expectaretur, si quid additum erit, toto † cedit: vt statuæ pes aut manus, scypho fundus aut ansa, lecto fulcrum, naui tabula, ædificio cæmentum. tota[d] enim eius sunt, cuius antè fuerant.

2 ¶ Arbor radicitus[e] eruta, & in alio posita, priusquam coaluerit, prioris domini est, vbi[f] coaluit, agro cedit[g]: & si rursus eruta sit, non ad priorem dominum reuertitur. nam credibile est alio terræ alimento aliã factam[h].

3 ¶ Si meam lanam feceris[i] purpuram, nihilominus meam esse[k] Labeo ait: quia nihil interest inter purpuram, & eam laná quæ in lutum aut cœnum cecidisset, atque ita pristinum colorem perdidisset.

XXVII. POMPONIVS *libro trigesimo ad Sabinum.*

QVidquid[l] in facto argento[m] alieni argenti addideris: non esse tuum totum[n] argentum fatendum est. at contra si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, alienóve argé-

c ¶ *Laneum corpus*. facit *supra de leg. iij. si cuti lana. & supra de donat. inter virum & vxorem.l. si mulier. §.j. & de auro & argento leg.l.Seia. in fin.& leg. cum aurum. & Insti. de rer.diui. §. cum ex aliena.& §. quod si patris. & §. si tamen alienam.* Argum.contra. *ff.de le. j.l.seruum filij.§. si Procula.*

† Pars minor cedit maiori.

d ¶ *Tota*. non intelligas ita quòd quælibet eius pars, sed ita totaliter:sic ponitur *ff. de rei vind.l. in rem. §.si quis rei.& l. ij.* & hoc si per applumbaturam adiungatur: & sic non ob. *supra ad exhib.l. tigni.§.j.* secus[a] si per ferruminationem: *vt supra de rei vindi.leg. in rem.§. item quæcunque. & j.e. l. quidquid in princ.*Accur.

a Ferruminationis & adplumbaturæ differentia.

e ¶ *Radicitus*.id est cũ radicibus.

f ¶ *Vbi*. id est postquam.

g ¶ *Cedit*. sed in factum agit prior dominus ad æstimationem: *vt ff.de rei vind. leg. in rem.§. item quæcunque.* sed Marc.dabat vtilem in rem:*vt ff.de rei. vind. si frumentum. §. de arbore. & facit Instit.eo. §.si Titius. & ff. de dam. infect. hoc amplius. §. Alphenus. & supra. eo. adeo. §. præterea. & §. cum quæ.& §.fin.& leg. sequen.*

h ¶ *Aliam factam*.sic *infra de sola.qui res.§.aream.*

i ¶ *Feceris purpuram*.in purpureum colorem tinxeris[b]. Accur.

*infeceris.

k ¶ *Meam esse*.secus si tuo vestimento intexuisti: *vt Inst.de re. diui.§.si tamen aliena.& ff.ea.de.§.Proculus.* Sed argum.contra[c] *ff.de le.iij.l.si cui lana.in princip.*Accur.

b Accidens nõ mutat substantiam.

c Voluntate testatoris eius que interpretatione, leges distinguntur, vide plurima apud Menocam l. 6. de arbitrariis casu ... voluntatis.

QVidquid.] CASVS. De meo argento cùm tuo argento feci massam.dicitur quòd tota massa non est tua, sed aut poterit separari:& tunc quilibet suum argentum vindicabit.aut nõ. & tunc esset communis hæc massa. Secundò dicit,pedem alienũ adiunxisti scypho tuo: dicitur quod scyphus adhuc tuus dicitur: & eum tanquam tuum à quolibet possessore poteris vindicare. [VBI SIMVL.] Ex alienis medicamentis emplastrum feci, meũ efficitur.[CVM PARTES.] Pars tuæ statuæ iuncta est parti meæ statuæ:quæritur cuius sit.& dicitur quod ei cedit qui habet maiorem partem in statua,vel pretiosiorem:& si neuter habeat maiorem vel pretiosiorem,& sic æquales sint partes: tunc quilibet remanet dominus suæ partis.Franc.

l ¶ *Quidquid*.factum,vel infectum.

m ¶ *Argento*.scilicet tuo.

n ¶ *Non esse tuum totum*.non enim fit inde aliqua species, sed est quædam massa:& ideò distingue:possit separari, & tunc quilibet suum vindicet.aut non:& tunc fit communis:*vt ff.de rei vind.l. iij. §.fin.& l.seq.& l.j.in princ.& §.j.& ij.& ff.ea.l.lacus.§.fin. & l.adeo. §.voluntas.*Accursius.

o ¶ *Tuum esse*.ita quod quælibet eius pars, cum per ferruminationem est coniunctio facta:cum per applumbaturam, non, sed totaliter:vt dixi supra *ead.l.proxim.§.j.& supra de rei vind.l.in rem. §.si quis & §.item quæcunque.*Accursius.

p ¶ *Coctis*.aliàs coactis:

q ¶ *Esse*.s.tribus interuenientibus :*vt not.supra eadem l.adeò.§.cum quis.*

r ¶ *Cum partes*.loquitur hic §. quando per ferruminationẽ meæ statuæ,vel alij speciei factæ,tuam speciem factam adiungo: non dico membrum:vt differat ab illo §. arg.contra.quia in duobus casibus primis huius §: fit accessio, sed agitur in factum: in tertio vtrique suum redditur, cùm possit separari: *vt hic, & supra eadem l. lacus.§. si ex ære.* Vel secundùm R. mea media statua & tua media iunctæ sunt,nec tamen ita quod iure specificationis altera cedat alteri.

to ferruminaueris: non dubitatur scyphum tuum esse[o], & à te rectè vindicari.

1 ¶ Vbi simul plura contribuuntur, ex quibus vnum medicamentum fit, aut coctis[p] odoribus vnguenta facimus: nihil hic suũ verè dicere potest prior dominus. quare potissimum existimari, cuius nomine factum sit, eius esse[q]. 2 ¶ Cum partes[r] duorum dominorum ferrumine[s] cohæreant, hæ cum quæreretur vtri cedant: Cassius ait pro portione[t] rei æstimandum, vel pro pretio[u] cuiusque partis. sed si neutra alteri accessioni[x] est: videamus, ne aut vtriusque esse dicenda sit sicuti massa confusa[y]: aut eius cuius nomine ferruminata est. Sed Proculus & Pegasus existimant suam cuiusque rem manere[z].

XXVIII. IDEM *libro trigesimotertio ad Sabinum.*

SI supra tuum parietem vicinus ædificauerit: proprium eius id quod ædificauerit, fieri Labeo & Sabinus aiunt[a]: sed Proculus tuum proprium[b]: quémadmodum tuum fieret, quod in solo tuo[c] alius ædificasset. quod verius est.

XXIX. PAVLVS *libro sextodecimo ad Sabinum.*

INter eos qui secundùm[d] vnã ripam prædia habẽt, insula in flumine nata, nõ pro indiuiso cõmunis fit, sed regionibus[e] quoq;

s ¶ *Ferrumine*.i.[a] mediante eadem materia: *vt supra de rei vin. l. in rem.§.si quis.*

a Ferrumen fit eadem mediante materia.

t ¶ *Pro portione*. Sed quid si tuæ portioni maiori addam meam portionem minorem? Respon. tua in totum fiet: & si quidem bonam fidem habeo, ad æstimationẽ meæ partis habeo actionem in factum: vel quod tutius[b] est doli exceptionem. si malam fidem habeo video[c] donasse: *vt supra eodem.leg.adeo. §.ex diuersis & facit supra de testamen.leg.repetundarum. §.hermaphroditus.*

b Bona fide in alieno quid faciens solam exceptionem habet non actionem.

c Donasse videtur impensas is qui mala fide in alieno quid facit, aede Glos. ... l. ... bona fide l. ...

u ¶ *Vel p opretio*. cũ partes sint æquales.& exemplificat. R. vt in tabula & pictura: quod non placet, cum non sit ibi ferruminatio.

x ¶ *Accessioni*. quia & in parte & in pretiositate est æqualitas[d], sed nec specificandi iure alicui cederet.

d Adde Glo. ... l. ... de cond. ... si ... accessionibus ...

y ¶ *Confusa*.vt *ff.e o.adeo.§.voluntas.*Accursius.

z ¶ *Remanere* propter incertitudinem[e].*argu.ff. de vsufru.l. adhuc. & ff.de fun.instr.l.quæsitum.§.si quis eodem.*& hoc secundùm.R.cum neque specificandi iure alicuius sunt facta,& separatio non sit impossibilis,nec dominorum voluntate sit facta.

e Incertitudine tatione rei communionẽ nec.

SI supra.] CASVS. Supra tuum parietem ego Sempronius ædificaui.dicunt quidam quòd ædificium meum est, sed malè dicunt,imò est sicut si in tuo solo ædificassem.Fran.

a ¶ *Aiunt*.& malè.

b ¶ *Proprium*.vt *& C.de rei vind.l.ij. & ff.de rei vind.l.redemptores. & ff.de vsufr.sed & si quid in ed.* Item si hoc super ædificatum sustentatur[f] pariete:aliàs secus:*vt j.eo.l.Titius.& ff.ad leg. Aquil.l.quemadmodum.§.j.& ij.*& in possessione dic:aut habet superædificatum cœnaculum ex publico aditu:aut non:*vt j.vti possi.l.si duo.§.Labeo. & §.sequen.*Accur.

f Parieti ita ædificatum, vt pariete sustineatur, si domini parietis: & is quidem sensus est huius Glossæ, vt hanc minimè sit necesse mutare aut emẽdare, quod tamen Bartolus existimat.

c ¶ *Tuo*.vt *ff.eo.l.adeò.§.ex diuerso.*

INter eos.] CASVS. Plures habent prædia iuxta vnam ripam fluminis:in quo flumine nata est insula:non fit communis illorũ qui habent ibi prædia,sed fit cuiusque pro diuiso qui habet prædia antè frontem insulæ: vt inquantum insula respicit de agro meo,tantundem insulæ fit meum.Si ergo fundus meus sit tã longus versus ripam inferius,quod insula nõ est tam longa, & sic insula non respicit nisi primam partem agri mei.& ego vendam inferiorem:nihil sequitur emptorem de insula.& hoc dicit hæc l.cũ prin.sequen.Fran.

d ¶ *Secundum*.i.iuxta:*vt ff.de serui.vrb.præd.l.quidam Hiberus.*

e ¶ *Regionibus*.sic *ff.eo.l.pro regione,& facit hic.l.adeo.§.insula.& infra de flumi.l.j. §.si insula.*

ERgo.] CASVS. huius prin. continuatur l. superiori [CELSVS FILIVS.] Arbor nata in ripa fluminis, fit illius qui habet prędium antè illum locum, cum ripa sit eius inquantum respicit agrum suum: licèt vsus sit publicus, flumen autem est publicum etiam ratione proprietatis: & eo exsiccato fit proximior. [TRIBVS MODIS.] Insula fit in flumine tribus modis. Vno modò, cũ flumen vadit circumquaque agrum meum. Alio modo, cum aliq id de alueo siccum relinquit, & circumquaque illum locum vadit flumen. Tertio modo, cum paulatim colludendo de terra facit quendam locum eminentem supra alueum, vt aliquem mõtem. istis vltimis duobus fit insula illorum qui habent prædia antè frontem insulæ: primo modo remanet illius cuius & priùs fuerat. [ALLVVIO.] Flumen occupauit agrum meum qui erat inter viam publicam & flumen, faciendo ibi alueum: & statim recessit flumẽ. dicitur quòd ager iste ad me antiquum dominum reuertitur & habes hic notabile verbum in textu, in fin. dicens, si pilas in mare iactaui, & super eas feci magnam domum. mea efficitur. idem si paruam. Francis.

a ¶ *Ergo.* quia tantùm ea insula mihi quæritur quæ frontem agri mei respicit, ergo &c.

b ¶ *Ad emptorem.* secus in seruitute[a] quæ singulas partes respicit fundi: *vt supra de ser. rusti. præ. via. §. fin. & quemadmodum ser. amit. l. non solum. §. j.*

c ¶ *Qua.* scilicet ripa. Accursius.

d ¶ *Secundum.* id est[b] iuxta: *vt supra eo. l. inter eos.*

e ¶ *Priuatum est.* Contra. *j. de flumi. l. flumina.* vbi dicit publicam ripam. sed dic quòd[c] ad vsum. & facit *insti. de re. diui. §. riparum.*

f ¶ *Et id.* supple, licèt ripa priuata, flumen est publicum, etiam ratione proprietatis: & ideò &c.

g ¶ *Tribus modis. & facit ad §. supra eo. l. adeo. §. insula.*

h ¶ *Amnis.* id est flumen.

i ¶ *Circumfluit.* id est circumuadit.

k ¶ *Circumfluere.* id est circumire.

l ¶ *Alluuio.* impropriè[d] ponitur: *vt infra eo. l. Martius.*

m ¶ *Pristinum dominum pertinet.* hic est contra supra *eodem. l. adeò. §. quod si post.* Sed hoc facit sic via. ibi non erat via. quod non placet: *vt infra eadem l. Martius.* Vel hic de æquitate: & sic secundùm illam. Vel aliter vt ibi. & eodem modo solũ. supra *quibus mo. vsusfru. amit. l. cùm vsusfru.* Sed concor. *l. si ager. in eo. tit. & quemadmo. ser. amit. leg. si locus.*

n ¶ *Censitorum.* Censitores sunt[e] qui signant prædia militantibus assignanda: *vt supra eodem. l. in agris.* Vel illi qui prædia auferunt non soluentibus tributa, & aliis dant: *vt C. si propter. pu. pen. l. j. & ij. & supra de rescin. vend. l. pe.* Vel censitores vocat iudices qui vim auferunt[f], & alij dant dominium: *vt insti. de offi. iud. §. fi.*

...diuisis: quãtum enim ante cuiusque eorum ripam est, tantum, veluti linea in directum per insulam transducta, quisque eorum in ea habebit certis regionibus.

XXX. POMPONIVS *libro 34. ad Sabinum.*

ERgo[a] si insula nata adcreuerit fundo meo, & inferiorem partem fundi vendidero, ad cuius frontem insula non respicit: nihil ex[l] ea insula pertinebit ad emptorem[b]; eadem ex causa, quia nec ab initio quidem eius fieret, si iam tunc cum insula nasceretur, eiusdem partis dominus fuisset.

1 ¶ Celsus filius, si in ripa fluminis, quæ[c] secundùm[d] agrum meum sit, arbor nata sit, meam esse ait: quia solum ipsum meũ priuatum est[e], vsus autem eius publicus intelligitur: & ideo[f] cùm exsiccatus esset alueus proximorum fit: quia iam populus eo non vtitur. 2 ¶ Tribus[g] modis insula † in flumine fit. vno, cùm agrum qui aluei nõ fuit, amnis[h] circumfluit[i]. altero, cùm locum qui aluei esset, siccum relinquit, & circumfluere[k] cœpit. tertiò, cùm paulatim colluendo locum eminentem supra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Duobus posterioribus modis priuata insula fit eius cuius ager proprior fuerit cùm primũ extitit. nam & natura fluminis hæc est, vt cursu suo mutato, alueí causa mutet: nec quicquam intersit, vtrum de aluei dũtaxat solo mutato, an de eo quod superfusum solo & terræ sit, quæratur. vtrumque enim eiusdẽ generis est. Primo autem illo modo causa proprietatis nõ mutatur. 3 ¶ Alluuio[l] agrum restituit eum, quem impetus fluminis totum abstulit. Itaque si ager qui inter viam publicam & flumen fuit, inundatione fluminis occupatus esset: siue paulatim occupatus est, siue non paulatim: sed eodem impetu recessu fluminis restitutus, ad pristinum[m] dominum pertinet. Flumina enim censitorum[n]* vice funguntur, vt ex priuato in publicum[o] addicant, & ex publico[p] in priuatum. Itaque sicuti hic fundus cùm alueus fluminis factus esset, fuisset publicus: ita nunc priuatus eius esse debet, cuius antea fuit. 4 ¶ Si pilas in mare iactauerim[q], & supra eas inædificauero: continuo ædificium meum fit. Item si insulam[r] in mari ædificauerim, continuo mea fit: quoniam id quod nullius sit, occupantis[s] fit.

XXXI. PAVLVS *libro trigesimoprimo ad Edictum.*

NVnquam nuda traditio transfert dominium: sed ita[t], si venditio aut aliqua iusta causa[u] præcesserit, propter quã traditio sequeretur. 1 ¶ Thesaurus † est vetus quædam depositio[x] pecuniæ, cuius[y] non extat memoria, vt iam dominum non habeat. sic enim fit eius qui interuenerit[z], quòd[a] non alterius[b] sit: alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thensaurus[c]: cuius etiam furtum fit[d].

Per seruum adquiritur domino etiam inuito, fallit in hereditate. Acc.

XXXII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

ETiam inuitis[e] nobis per seruos adquiritur penè[f] ex omnibus causis.

o ¶ *In publicum.* alluuione superueniente.

p ¶ *Et ex publico.* alluuione recedente.

q ¶ *Iactauerim.* quod non erit concedendum si vsus[a] maris deterior efficiatur: *vt arg. j. ne quid in flumi. publ. l. ij.*

r ¶ *Insulam.* id est, paruam domum. Accursius.

s ¶ *Occupantis.* vt[b] & *j. e. l. iij. in princ. & fa. supra de act. empt. l. creditor. in fi. & j. ne quid in lo. pub. littora. & supra eo. l. quod in littore & supra de re. diui. l. in tantù.* Accur.

NVnquam.] CASVS. Nuda traditio nõ transfert dominium, sed ea quæ fit cum causa: vt si tradatur res ex causa venditionis, vel simili. Secundò dicit quid sit thesaurus, & tradit eius definitionem: quam nota. Franciscus.

t ¶ *Sed ita.* s. transfertur dominium traditione.

u ¶ *Iusta causa.* vera vel putatiua[c]. alioquin i. si dicas ex putatiua non transferri dominium: totus tit. de condic. inde. repugnaret: qui titulus habet locũ quando transfertur dominium alicuius rei ex putatiua causa. idẽ[d] in promissione per stipulationem: *vt infra de do. excep. l. ij. §. circa. ibi, si quis sine causa* &c. & in confessione *vt j. de proba. l. cum de indebito. §. fin. & fa. C. de pac. leg. et additionibus. & j. de dona. leg. nuda.* ADDITIO. Dic secundùm Bart. hic quòd nõ transfertur sine causa vera vel putatiua. & idem dicas in stipulatione: *vt l. ij. §. circa. ff. de doli excep.*

x ¶ *Depositio.* i. pecunia deposita. *& facit C. de thesau. l. i.*

y ¶ *Cuius.* scilicet depositionis pecuniæ factæ.

z ¶ *Qui inuenerit.* licèt non occupauerit. aliud in gemmis[e] in littore maris inuentis: *vt subtiliter not. Inst. eo. §. item lapilli.* Item accipe hic quando in suo. aliàs dic vt dicitur *Inst. eo. §. thesauros. & C. de thesau. l. j.*

a ¶ *Quod.* id est quia.

b ¶ *Non alterius sit. C. vnde vi. l. conquerebatur. in fin.*

c ¶ *Non est thesaurus.* s. propriè, sed abusiuè quandoque: *vt ar. j. ad exhib. l. thesaurus. & supra famil. ercisc. l. item Labeo. in prin.*

d ¶ *Furtum fit.* quia proprietas & possessio est eius qui recondit: *vt supra de rei ven. l. à tutore. & infra tit. j. l. iij. §. Nerua. & l. peregre. in princip.*

e ETiam inuitis. *vt infra de verbo. obli. l. seruum vetante.* Sed argum. cõtra. *j. de dona. l. hoc iure §. non potest.* Sed ibi finaliter. sic cõtra nos inuitos[g] de peculio obligat: *vt j. de pecu. l. si quis seruum.* § etiam.

f ¶ *Penè* hoc dicit propter hereditatem[h]: in qua debet præcedere iussus domini vt adquiratur: *vt j. de acquir. here. l. si quis mihi bona §. iussum. & dixi j. e. adquiritur. §. j.*

IN eo.] CASVS. Filiusfamilias miles habens castrense peculium fecit testamentum. in quo instituit sibi quendam heredem. seruus castrensis peculij aliquid stipulatur nunc, vel aliquid adquirit.

† De ratione insularum enascentium Plin. li. 2. nat. hist. cap. 88. & seq.

a Seruitus singulas partes fundi respicit.

b Secundum pro iuxta.

c Ripa vsu publica.

d Alluuio impropriè pro aquæ recessu & decremento.

e Censitores qui.

f Iudicem in personali actione vim auferre quod per se, quod alij cõsentiat, hinc colligit Bartolus.

a Maris vsus deterior reddi non debet.

b Occupantis fit id quod nullius est.

* perperàm loannes censitorum. quamuis enim censitores censoribus successere, nõ tamẽ pari auctoritate id officium gessere. Ant. Aug. lib. j. e. 9.

c Ex putatiua causa dominium transfertur.

d Vide quæ notam ad Accursium. in l. generaliter. in verbo dumque. Cod. ad ... [illegible]

† Alciat. lib. 7. parerg. c. 1. Fuit autẽ hæc scriptura vsitata tempore Iustiniani. vt apparet ex eo loco Donati in Eunucho Thensaurum. antiqui veteres secundum Græcos sine n littera proferebant. L. R.

e Gemmæ in littore maris inuentæ cuius fiant.

f Thesaurus propriè & abusiuè quis.

g Inuitum dominum de peculio actione seruus obligare potest.

h Hereditas per seruum iussu domini antecedente adquirenda. adde Gl. 1. in verbo *vel* j. eo.

adquirit:vel vsusfructus alicuius rei ei relinquitur. Dicitur q; est in pendenti cui adquirat.nam aut institutus adiit:& tunc ei quæritur.aut non adiit:& tunc quæritur patri testatoris qui occupat omnia iure peculij.Itē si res huius castrensis peculij interim surripiatur:est in pendenti an nascatur actio furti.quod erit si nō adeat institutus. Vltimò dicit,seruus hereditarius si aliquid stipuletur, vel per traditionem aliquid adquirit: valet ex persona defuncti, non heredis futuri.hæreditas enim personam defuncti repræsentat. & hoc dicit hęc lex & sequens. Fran.

a ¶ *Militis.* qui testatus decessit.

b ¶ *Stipulatur seruus.* scilicet talis.

c ¶ *Ex cuius.* .i. vtrum patris ad quem bona pertinent iure peculij sublata institutione:an etiam ex persona heredis ad quem iure institutionis pertinent.

d ¶ *Adeatur.* ex testamento.Accur.

e ¶ *Spectanda.* ergo interim. i. antequam adeatur hereditas, est in pendenti: *vt & ∫. de castren.pecu .l. filius fam.* & hoc cum seruus proprius erat,scilicet filij. secus si cum alio communis erat:quo casu totum socio interim quęritur : *vt infra de stipu. ser.l.si seruus. cōmunis. in princip. quæ est contra.*

f ¶ *Relictus.* secus si stipuletur vsumfructum quia non valet:*vt infra de stipul.seruo. l.vsusfru.*

g ¶ *Delatum.* scilicet eo casu quo heres repudiauit hereditatem, scilicet filij.

h ¶ *Heredi.*s.cùm ipse adiuit.

XXXIII. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

IN eo quod seruo castrensi antè aditam hereditatem filiifamiliâs militis [a] legatur , vel eo quod stipulatur seruus [b], tractatur apud Marcellum libro vicensimo , ex cuius [c] persona vel stipulatio vires habeat,vel legatum. Et puto verius, quod & Scæuolæ videtur,& ipse Marcellus tractat, si quidem adeatur [d] hereditas, omnia vt in hereditario seruo: si adita non sit vt in proprio patris esse spectanda [e]: & si vsusfructus fuerit huic seruo relictus [f], modò patri videri delatum [g], modò heredi [h]: nec à persona in personam[i] creditur transisse.

1 ¶ Eadem distinctione [k] quis vtetur etiam si res fuerit subtracta : aut cessare , aut non furti actionem dicet, si ex testamento [l] adierit,quoniam heredi tati furtum non fit [m]. aut si non adierit,patri dabitur furti actio: nam & condictio[n]. 2 ¶ Quotiens seruus hereditarius stipulatur , vel per traditionem accipit:ex persona defuncti vires assumit[a], vt Iuliano placet: cuius & valuit sententia[o],testâtis[p] personam spectâdá esse opinantis[q]:

i ¶ *In personam.*putà patris in heredem:quia ab initio fingitur[a] ei adquisitum qui postea adiit:*vt ∫. de stipu.ser.l.si ex re.§.fin.*

k ¶ *Distinctione.*vt in suspenso maneat.

l ¶ *Si ex testamento.*supple cessabit,si est ex testamento &c.Ac.

m ¶ *Non fit.*nisi in casibus:*vt ∫. de fur.l.hereditariæ.*Accur.

n ¶ *Nam & conditio.*scilicet furtiua,sed hodie non habet locum distinctio huius l.quia pater tanquam heres filio succedit: *vt in Authen.de here.ab intesta.§.j.*sed olim tempore huius l. iure peculij omnia occupabat pater:*vt ∫. de castren.pecu. l. ij. & facit inf. de verbo.obliga.l. interdum.§.si seruus.* Accur.

o ¶ *Sententia.*scilicet opinantis &c:quod est in fi.huius l.& iunge cum l.sequen.

p ¶ *Testantis.*id est mortui.Accur.

q ¶ *Opinantis.*id est dicentis.

r HEredit.ns.] Argumētis. vt[b] *Inst. de here. inst. §.seruus alienus. & de.stipu. seruus.in princ. & C.de posi.l.cum haeredi tas: & infra eo.l.hareditas in multis.& infra de noua.leg. nouatio.in fin. & supra de leg.ij.l.si mihi & tibi ea.§.fin.& l.debitor.§.fin. & de inter.ac.l. si ante.*

SI procurator.]CASVS. Procurator vel tutor meus rem suam quasi meam,hoc credens, vendidit. Dicitur quod non transfert dominium:quia nemo errans &c.Fran.

f ¶ *Amittit.*scilicet sic.nam per vsucap. & per alios modos amittit quis errans[c].Sed contra huic *l.∫.si cer. pet.l.eius qui.§.quæ verò.*Solu.hic alij quam tradenti poterat geri negotium:tibi nō alij pro parte.s.tradentis:vt ibi. Vel solu.vt ibi.Item contra.*∫.man.leg. seruum Titij.j.respon.*Solu.vt ibi. Item contra. *∫.de cura. fur.l.Iul. §.j.*Solu.hic errauit:ibi non.& distingue circa hoc *vt not. ∫. de offi.procu.Cæsa.l.j.§.j.& facit ∫.de iurisd.omn.iud.l.si conuenenerit.* Item contra.*Insti.de lega.§.si quis rem suam.*Solu.ibi fauor vltimæ voluntatis.Accur.

[a] Fingitur ab quid ante rē ipsa factum.
[b] Hæreditas personam defuncti sustinet.
[c] Errans in dominio.vtrū id transferre & amittere possit.
[*] H.l.cōsumit.

CVm in corpus.]CASVS. Error causæ ex qua traditur res cum consensum sit in corpore,non impedit translationem dominij:vt si credo me teneri tibi tradere ex testamento :tu credis tibi deberi ex stipulatu. idem si trado tibi pecuniam causa donandi, cum donare tibi promiseram.nam vtroque casu dominium ad te transfertur.Franc.

XXXIV. IDEM *libro quarto de censibus.*

HEreditas enim non heredis personam,sed defuncti sustinet:vt multis argumentis [r] iuris ciuilis comprobatum est.

XXXV. IDEM *libro septimo Disputationum.*

SI procurator meus, vel tutor pupilli, rem suam quasi meā vel pupilli alij tradiderint : non recessit ab eis dominium:& nulla est alienatio : quia nemo errās rem suam amittit [f] †.

XXXVI. IVLIANVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

CVm in corpus quidē quod traditur,consentiamus , in causis verò dissentiamus [t]: non animaduerto cur inefficax sit traditio:veluti si ego credam me ex testamento tibi obligatum esse vt fundum tradam : tu existimes ex stipulatu tibi eum deberi.nam & si pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia,tu eam quasi creditam accipias:constat proprietatem ad te transire , nec impedimento esse quòd circa causam dandi atque accipiendi dissenserimus.

XXXVII. IDEM *libro quadragensimo-quarto Digestorum.*

PEr seruum qui pignori datus est, creditori nec possessio

t ¶ *Dissentiamus* [a]. in tradendo;quia nos cōsensimus in dominio transferendo. Sed videtur non transferri: *vt supra si cert.pet.l. l. si ego.in prin.* Solu. hic debebam tibi x. ex causa mutui : sed non recolens,decem tibi tradidi ex causa donationis : tu tamen vt debitum recepisti:& sic putabas tibi numeratam: sed in l.contraria non eram debitor. hic ergo in causam debiti assumemus,quia promptiores[b] &c. *vt infra de actio.& oblig.leg. Arrianus.* Vel dic quòd etiam ex alia causa quā mutui hic debebam. Alij dicunt quòd hic primò ex causa donationis tibi x. promiseram, & postea ex ea causa soluo sed tu quasi mutuam accipis.vnde in [c] grauiorem cedit , vt liberer à promissione.Sed in l.contra. non promiseram, sed à donatione volebam incipere donationem.& secundùm hoc quod ∫. dixit donandi gratia, expone , id est ex causa donationis implendæ. donaueram enim, sed non tradideram. Vel solue vt ibi. & fa.∫. *de actio. & obli l.in omnibus. & ∫. titu j.l.si me in vacuam.* Accursius.

[a] Dissensus in causa traditionis non impedit translationem dominij præcedente vera causa & idonea ad dominium transferendum.
[b] Ad liberandum promptiores sumus quā ad obligandum.Vide Alcia. li.s. parerg.c.15.
[c] Solutio in grauiorē contra facta in dubio semper intelligitur, vide l. & l. si quid ex famosis. inf. de solutionib.

PEr seruum.]CASVS. Per seruum obligatum nihil quæritur creditori, vt si hic seruus aliquid adquisiuit per stipulationem vel similem modum:licèt creditor habeat poss. serui. [SI VNVS EX DOMINIS.] Seruo communi.s. meo & tuo pecuniam dedi.si hoc animo, vt teneat eam separatam à suis rationibus,& habeat in peculio, non animo donandi : hoc casu manet hæc pecunia adhuc mea.Si autem ei dedi animo donandi: tunc adquiritur omnibus socijs pro parte quam habent in seruo. Postea reuertitur ad primum casum. ponē quod de illa pecunia quam ei dedi vt eam teneat separatim à rationibus suis , emit hic seruus aliquam rem:cuius erit res ? & dicitur quòd erit cōmunis omniū dominorum perinde ac si ex pecunia quæ surrepta esset,emisset.secus in seruo fructuario qui emit ex re fructuarij rem aliquā.nam non quærit proprietario.eadem diuersitas est si aliunde emerit.nam seruus cōmunis vndecūque habens pecuniā, si de ea emat rem:adquiritur res illa dominis.sed seruus fructuarius vndecunque habens pecuniā, si emit de ea rem aliquam:adquirit eā proprietario:nisi emeret de pecunia fructuarij.nam tunc ei tantū quæreret,vel per tradi. accipiendo vni ex dominis. [SICVT SERVVS.] Sicut seruus communis stipulando vni ex dominis ei tantū quærit:sic per traditionē accipiēdo soli ei adquirit. sed si seru' à Sēpronio accepit rem aliquā nomine domini sui, & Titij cuiusdam extranei partē adquirit domino:pro alia parte nihil valet q; fecit.postea dicit:seruus fructuarius ex re fructuarij adquisiuit rē, & dixit eam adquirere proprietario.dicitur q; proprietario quęritur.nā stipulando ei ex re fructuarij,proprietario quæritur. [SI CVM MIHI.] Cū mihi velles donare rē & tradere. dixi q; seruo cōmuni meo & Titij traderes:& tradidisti:seruus accepit animo adquirēdi.Titio tantū.vel mihi & ei:dicitur quod mihi tamen adquirit:nec nocet mihi voluntas vel opinio huius serui.Quod dixi in seruo,idē in procuratore meo:vt si ei rē tradidi vt meam faceret,mea fiet:licèt alia mente acceperit,putà vt sua fieret.Franc.

a ¶ *Quicquam ei.* s. creditori. Accursius.
b ¶ *Possessio.* s. ciuilis & naturalis secundum nos: secundum alios naturalis tantum: *vt dicet* ǰ. *tit. l.* j. §. *per seruum corporaliter.* secus in pignore praetorio quod non possidetur: *vt* ǰ *tit.* ... *& ǰ. vri possi. l. si duo.* §. *cr. ditores. & fa.* ǰ. *qui satisda. cog. l. sciendum.* §. *creditor. & de pigo. act. l. cum soitus.* §. *si. & ǰ. de vsu ca. l. serui nomine. & C. de praescript. xxx. an. l. cu notissimi.* §. j.

adquiritur: quia nec stipulatione, nec mandatione†, nec vllo alio modo per eum seruum quicquam ei[a] adquiritur, quamuis possessio[b] penes eum sit. 1 ¶ Si vnus ex dominis seruo communi pecuniam donauit: in potestate domini est, quemadmodum seruo communi pecuniam donet. ná si hoc solum egerit, vt ea separetur à suis rationibus, & in peculio serui sit: manebit eiusdem domini proprietas[c]. Si verò eo modo pecuniam seruo communi donauerit, quomodo alienis seruis donare solemus: fiet sociorú cómunis proportione[d] quam in seruo habebunt.

2 ¶ Sed vt sequés quaestio locum habeat, constituamus sociú ita seruo communi pecuniam donasse, vt proprietaté suam manere vellet[e]. si ex hac pecunia seruus fundú comparauerit, erit is fundus cómunis sociorum proportione dominij. Nam & si furtiuis[f] nummis seruus communis fundum comparauerit, sociorum erit pro portione dominij. Neque enim vt fructuarius seruus ex re fructuarij non adquirit proprietario[g]: ita & communis seruus ex re alterius domini nó adquirit[h] alteri domino. Sed quemadmodú in his quae aliúde[i] adquirútur. diuersa códitio est fructuarij & serui cómunis, veluti cum alter fructuario nó adquirat[k], alter dominis adquirat: ita qd ex re quidé fructuarij adquisitú fuerit, ad eum solú pertinebit. quod ex re alterius domini seruus cómunis adquisierit, ad vtrumque dominum pertinebit[l]. 3 ¶ Sicut seruus cómunis stipulando nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo: soli ei adquirit[m].

4 ¶ Quod[n] vnius seruus per traditionem accipiédo, se accipere dixerit domino & Titio[o]: partem domino adquiret, in parte nihil agit[p]. 5 ¶ Fructuarius seruus si dixerit se domino proprietatis per traditioné accipere ex re fructuarij, totum domino adquiret. ná & si stipulando[q] ex re fructuarij, domino proprietatis adquireret[r]. 6 ¶ Si cùm mihi donare velles, iusserim te seruo communi meo & Titij rem tradere: ísque hac mente acciperet, vt rem Titij faceret, nihil agetur[s]. nam & si procuratori meo rem tradideris, vt meam faceres, is hac mente accepérit, vt suam faceret: nihil agetur[t]. quòd si seruus communis hac mente acceperit, vt duorum dominorum faceret: in parte alterius domini nihil agetur[u].

XXXVIII. ALFENVS VARVS *lib. 4. Digestorum à Paulo Epitomatorum.*

ATtius[x] † fundùm habebat secundùm[y] viam publicam. vltra viam flumen erat, & ager Lucij[z] Titij. fluit flumé paulatim: primum omnium agrum[a] qui inter viam & flumen esset, ambedit[b], & viam sustulit. postea rursus minutatim recessit: & alluuione[c] in antiquum locum rediit. Respondit, cum flumen agrum[d] & viam publicam sustulisset, eum agrum eius[e] factum esse, qui trans flumen fundum habuisset: postea cum paulatim retro rédisset, ademisse ei[f] cuius factus esset, & addidisse ei[g] cuius trans viam esset: quoniam eius fundus proximus flumini esset: id autem quod publicum fuisset[h], nemini accessisset, nec tamen impedimento viam esse ait quò minus[i] ager qui trans viam alluuioni[k] relictus est, Attij fieret[l]: nam ipsa quoque via fundi[m] esset.

XXXIX. IVLIANVS *libro tertio ex Minicio.*

ETiá furtiuus seruus bonę fidei emptori[n] adquirit quod

c ¶ *Proprietas.* vt & ǰ. *de pec. l. quis ergo casus.* Accursius.
d ¶ *Proportione.* quam in seruo haberet: ad quam consequédá ageret pro socio: & sic videtur quod etiam donator habeat parté. & sic est cótra. ǰ. *pro soc. l. verú.* §. *si seruo communi.* Sol. vt ibi, & eodem modo sol. e aliud contrariú. ǰ. *ad leg. Fal. l. Plautius.* §. *Paulus.* Item facit infra *de stipu. ser. leg. proinde.* §. *si seruus.*
e ¶ *Manere vellet.* vt fuit in primo casu. ná si vt extraneo seruo: tunc non esset quaestio dubitabilis.
f ¶ *Furtiuis.* vel domino vel extraneo sur ripuerat: *vt* ǰ. *eo. communis.* Accursius.
g ¶ *Proprietario.* vt ǰ. *de stipu. ser. l. seruum f. u. & ǰ. de vsufr. leg. adhuc* §. *quaestionis in fine.*
h ¶ *Non adquirit.* q. d. nó est prohibitú hoc sicut illud, sed permissum: *vt hic, & ǰ. de stipul. ser. si ex re* §. j. *& supra communi diui. communis seruus.* Accursius.
i ¶ *Aliunde.* non ex re fructuarij, vel opera serui. Item extra res dominorum.
k ¶ *Non adquirat.* vt *infra eod. communis. in fin.* Accursius.
l ¶ *Pertinebit.* sed ille ex cuius re est adquisitum, iudicio cómuni diui. percipiet: *vt* ǰ. *eo. l. communis.* j. *respon. & fa. infra de stipu. ser. l. seruus communis.*
m ¶ *Ei adquirit.* cui vult. *sic & ǰ. de stip. ser. l. seruus communis omniū & l. seq. & C. per quas perso. nobis adqui. l. si duo.* Accursius.
n ¶ *Quod.* aliàs quid.
o ¶ *Titio.* extraneo.
p ¶ *Nihil agit.* sic *iam de inuti. stipul.* §. *quod si quis.* secus in venditione: *vt supra de contrahen. empt. l. fundus.* & est ratio, quia hic nihil interest tradentis vel promittentis: magis autem est gandendum: sed interest[a] vendentis, qui non nisi totam vendidisset: arg. ǰ. *de in diem addict. l. quòd si vno. & fa. infra de stipu. ser. l. seruus alternus.* Accursius.
q ¶ *Stipulando.* s. proprietario. Accursius.
r ¶ *Adquireret.* sed per conditionem sine causa tenebitur fructuario: *vt infra de stipu. ser. l. penult. & l. si ex re.* §. j. secus in conuerso casu: *vt infra eodem tit. l. seruum fructuarium. & supra de vsufru. l. adhuc.* §. *quaestionis.*
s ¶ *Nihil agetur.* in persona Titij, sed totum mihi acquiritur.
t ¶ *Nihil agetur.* in eius persona, sed mea.
u ¶ *Nihil agetur.* sed in illius in quem voluit donator. & adde vt not. ǰ. *de dona. l. qui mihi.*

ATtius.] CASVS. Martius habebat fundum. ibi iuxtà publica via erat: tertiò ager Lucij Titij, quartò flumen erat, quintò fundus cuiusdam innominati. creuit flumen, & inúdauit & occupauit agrú Lucij Titij, & etiam viam publicam: & sic accreuit innominato. tandé postea recessit aqua, & rediit in antiquum alueum. dicitur quod ager quondam Lucij Titij accrescit Martio: nó obstáte quod via fit in medio. via autem cum sit publica, nemini accressit. Fran.
x ¶ *Martius.* ordo: quia primò ager Martij, secundò via publica, tertiò ager Lucij, quartò flumen, quintò innominatus.
y ¶ *Secundum.* i.[a] iuxta *sic* ǰ. *eo. l. inter eos. & le. seq. in prin.*
z ¶ *Erat & ager Lucij.* ita quòd ager prius: vt statim patet.
a ¶ *Agrum.* s. Lucij Titij. Io.
b ¶ *Ambedit.* remouendo superficiem, & alueum constituendo.
c ¶ *Alluuione*[b]. improprie hic ponitur alluuio: *vt* ǰ. *eo. l. ergo.* §. *alluuio.* quia paulatim & minutatim recessit.
d ¶ *Agrum.* s. Lucij Titij.
e ¶ *Eius factum.* s. innominati tertij: nó Titij. Titi[a] enim citra flumé habebat, & vltra viam.
f ¶ *Ademisse ei.* s. innominato.
g ¶ *Addidisse ei.* s. Martio.
h ¶ *Publicum fuisset.* scilicet antea. putà locus viae.
i ¶ *Quo minus ager.* Lucij Titij.
k ¶ *Trans via alluuioni.* i. vltra viam in qua etiam fuit alluuio. i. aduentus & recessus paulatim contingens.
l ¶ *Martij fieret.* flumine redeunte ad suū alueum.
m ¶ *Fundi.* & per hoc Martij: quod est verum quantú ad emolumétú, non ad proprietaté. Ité quo ad incómodá: quia si[c] quandoque destruitur, ex eodé fundo iuxta quem est, reparatur: *vt* ǰ. *quemadmodum ser. amit. le. si locus.* §. *fin.* Item cedit. s. via[d] in modum agri, si actum sit: *vt* ǰ. *de peri. & com. rei ven. id quod.* §. *si.* secus autem si locus viae esset alicuius priuati: *vt* ǰ. *e. l. ergo in prin.* sic & aliàs medium[e] praedium priuati quod nó seruit, impedit seruitutem: *vt* ǰ. *de ser. rust. praedio. l. qui sella.* §. *fin.* sed via[f] publica nó: *vt supra de seruit. l. seruitutes.* §. *publico.* Ité huic dicto est contra. ǰ. *e. l. ideò.* §. *insula in fin. & l. ergo.* §. *alluuio.* vbi dicit primo domino restitui. sed illud de aequitate, quae[g] praeualet. Vel ibi eodem impetu recessit, hic alueum fecit. Accur.

ETiam.] CASVS. Surripuisti seruum & vendidisti alicuì bona fide ementi, quicquid acquirit seruus, vel stipulatur ex re bonae fidei emptoris, emptori quaerit. Franc.
n ¶ *Emptori.* licèt vsucapi[h] nó possit: *vt infra eo. l. bona fidei.* §. *pe.* si enim

a Pignus praetorium non possidetur.
† traditione, sed rectius videtur mandatione.
b Permissum intelligitur quod non est prohibitum expressè, vel e contra. ... *de re. pul. ser. si ex re* ... *l. de pecu.* ...
c Iuri accrescendi locus est in contractibus, siue quę ratur de iure accrescendi à contractu exordio, siue ex post facto de quo. v. Alberi cum hic adde Grassum libro ... §. ... 24.
a adquirere.
a Secundum pro iuxta.
† vulg. Marcius.
b Alluuio improprie sumptum pro deluuione & decremento.
a Vide Rom. singul. ... 794.
d Via in modum agri cedit si id dictum sit.
e Medium praedium priuati, quod non seruit, seruitutem impedit.
f Via publica non impedit adquisitionē incrementi ob accessionem per alluuionem.
g Aequitas stricto iuri praeualet.
h Vsucapi furtiuus seruus non potest.

enim esset malæ fidei, non adquireret fructus: *vt C. de rei vindi. leg.* j. §. fi. fallit tamen in viro & vxore: *vt supra. de do. inter vi. & vxo. l. si vxor filio.* Accursius.

a ¶ *Eius.* scilicet bonæ fidei emptoris.

QVæsitum.] CASVS. Bonæ fidei possessor liberi hominis decessit. heres eius scit illum possessum esse liberum: & sic habet malam fidem. dicitur quòd hic heres nihil per eum quærit. Item nec heres potest facere fructus suos fundi quem testator legauit: cum hoc sciret heres: siue fundus fuerat testatoris, siue nō, sed bona fide eum possideat. hoc idem est in seruis. vnde si testator suo testamento legauit seruos, siue suos proprios, siue alienos: aut eos manumisit: & eius heres hoc sciens possidebat eos: nil ei per eos acquiritur. nā quo casu bonæ fidei possessor fundi suos facit fructus, eodem casu per seruum alienum quem possidet, adquirit ex re sua vel opera eius. Fran.

ex re eius [a] stipulatur, aut per traditionem accipit.

XL. AFRICANVS *libro septimo Quæstionum.*

QVæsitum est, si is cui liber homo bona fide seruiret, decesserit: eique heres extiterit, qui liberum eum esse sciat: an aliquid per eum adquirat. Non esse ait, vt hic bona fide possessor videatur, quando sciens liberum possidere cœperit [b]: quia & si fundum suum quis legauerit: heres qui eum legatum esse sciat, proculdubio fructus ex eo suos non faciet [c]: & multo magis [d] si testator eum [e] alienum bona fide emptum possedit. Et circa seruorum igitur operam ac ministerium eandem rationem sequendam: vt siue proprij, siue alieni, vel legati, vel manumissi [f] testamento fuerint, nihil per eos heredibus, qui modò eorum [g] id non ignorarent [h], adquiratur. etenim simul hæc ferè cedere [i], vt quo casu fructus prædiorum consumptos [k] suos faciat bona fide possessor, eodem per seruum ex opera & ex re ipsius ei adquiratur. [l]

b ¶ *Possidere cœperit.* i. detineret: & sic per eum non quæri: *vt j. ti. j. leg. cùm heredes. §. item quæro.* si putat suum seruum cum possidet, sed si alienum seruum, tunc possidet, sed mala fide. & facit *j. de sti. pul. ser. l. si seruum testamento.*

c ¶ *Suos non faciet.* quia incipit scire alienum esse id est illius qui habet causam ab eo à quo ipse. i. à testatore. secus [a] si non ab eo, siue ab alio quàm à quo iste: *vt Institu. de vsuca. §. diutina. & supra de vsur. l. qui scit. §. finali quæ sunt contra.* Item in illa de vsur. ab initio fuit bonæ fidei: sed hic heres nullo tempore fuit bonæ fidei possessor. Accur.

d ¶ *Et multo magis.* scilicet non adquirit.

e ¶ *Eum.* scilicet fundum.

f ¶ *Vel manumissi.* hoc refertur & ad proprios, & ad alienos. id est dicere, siue proprij siue alieni sint legati: siue proprij siue alieni sint manumissi.

g ¶ *Eorum.* neutraliter.

h ¶ *Ignorarent.* id est legatos, vel manumissos.

i ¶ *Cedere.* id est in vera hypothetica [b] vel consequentia conditionali quodlibet eorum ad aliud sequitur: quia si alterum est, & reliquum. & ideò dicit simul. secundùm Io. Accursius.

k ¶ *Consumptos.* vel perceptos [c]: sed ideò dicit consumptos, quia illos non tenetur restituere, sed perceptos sic: licèt perceptione suos fecerit: *vt C. de rei vin. l. certum.* & sic de industrialibus dicit. Sed R. dixit de naturalibus loqui. & ideò de cōsumptis dixit: quia tunc demùm fiunt possessoris, nō prius: *vt supra de vsu. leg. fructus.* ¶ Item habent hic quidam, ferè recidere. nam fallit hæc regula supra *de vsu & habi. leg. per seruum. in princ. & de pecu. leg. l. denique. §. fin.* Item & alios duos assignant quidam *vt supra de peti. here. leg. nisi. in princ. & supra de edil. edic. leg. cum autem. §. fin. & l. sequen.* sed ibi etiam ex opera ei adquirit vt ex re: sed tenetur restituere adquisita ex opera: vnde non sunt assignandi. Item videtur adhuc fallere hæc regula supra *de peric. & com. rei ven. leg. serui emptor. & de act. emp. leg. Iulianus. §. possessionem.* Verùm hic loquitur in possessore qui habet possessionem ciuilem & naturalem: ibi de eo qui solam naturalem habebat. & adde hic quæ no. supra *eod. l. qui bona. in princip.*

l ¶ *Adquiratur.* propositionum [d] alia est categorica: vt Socrates est homo. alia hypothetica: vt si Socrates est homo, Socrates est animal. Item si bonæ fidei possessor fundi facit fructus suos. ergo bonæ fidei possessor serui quærit ex re & ex opera: & econtra.

STatuas.] CASVS. Statuæ in ciuitate positæ in honorem ciuitatis, non sunt singulorū ciuium, sed totius ciuitatis: nec aliquis ciuis poterit eas tollere, etiam ille qui eas posuerat. & si aliquis eas incipiat possidere, ciuitas eas vindicabit. Franciscus.

m ¶ *Ciuium.* s. singulorum, sed publicas, si in honorem ciuitatis positæ sunt: alioquin nō: *vt j. de pri. cre. l. Aufidius & infra de except. l. Paulus. & quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. j.* H.

n ¶ *Ea mente.* s. supradicta, putà in honorem ciuitatis.

XLI. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

STatuas in ciuitate positas ciuium [m] non esse: idque Trebatius & Pegasius: dare tamen operam prætorem oportere, vt quod ea mēte [n] in publico positum est, ne liceret priuato auferre: nec ei qui posuerit. tuendi ergo ciues erunt & aduersus petentem exceptione, & actione [o] aduersus possidentem iuuandi [p].

o ¶ *Actione.* vtili in rē: quod dic *vt j. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. j.*

p ¶ *Iuuādi.* No. [a] arg. [b] & exce. qui tuetur. i. defenditur *vt & sup. fa. mil. ercis. l. inter. §. j. & facit j. eo. l. rem in bonis. & j. de lega. j. l. ciuitatibus. in princ. & sup. de auro & argen. leg. Lucius. & C. de sta. & imagin. l. j. & fin. & de polli. leg. ij. & j. de Publi. leg. Publiciana. & ab. § incipit. leg. si ego §. si de vsu.*

XLII. PAVLVS *libro vndecimo ad Edictum.*

SVbstitutio [q] quæ nondū competit, extra bona nostra [r] est.

XLIII. GAIVS *libro septimo ad Edictum Prouinciale.*

SEruus qui bona fide possidetur: id quod ex re alterius est, possessori nō adquirit [s]. 1 ¶ Incorporales [t] res traditionem [u] & vsucapionem [x] non recipere manifestum est.

Pecunia post emptionem soluta, declarat cui res empta adquiratur.

2 ¶ Cùm seruus in quo alterius vsusfructus est, hominem emit, & ei traditus sit: antequam pretiū soluat, in pendēti [y] est cui

SVbstitutio.] CASVS. Testator instituit Titium: & si heres non erit, substituit Sempronium. Dicitur quòd substitutus nō dicitur esse dominus huius hereditatis in qua substitutus est, antequam adeat. Fran.

q ¶ *Substitutio.* idem in institutione: sed de hac ideò dixit, quia [c] ea semper fit sub condit. putà [d] si ille non erit heres, vel si ille morietur, &c. vnde rectè dicit, quæ nondum competit: cùm non est pura: sed institutio [e] quandoq; statim competit: vt cùm est pura. Sed de substitione quando [f] dices eam competere? Respon. quidam, cum substitutus potest adire hereditatem, licèt nondum adierit: putà si institutus repudiauerit. quod nō placet: quia nō potest dici eam esse in bonis substituti, vnde est quòd si repudiet, non videtur aliquid alienasse: *vt infra quæ in frau. cred. l. qui autem. circa. princ.* veruntamen quo ad quædam non potest negari quin sit in eius bonis: putà quantum ad actionem. l. Aquil. quæ ei competit pro seruo qui erat institutus, si occisus: *vt supra. ad l. Aquil. inde Neratius in princ.* & quantum ad ius deliberandi, quod transmittit suis heredibus: *vt C. de iure d li. leg. cùm antiquioribus.* & de his qui ante aper. ta. Dico ergo quòd tunc competit. cùm iam adiuit ¶ Et no. aliud esse in stipu. [g] quàm in legato vel hereditate: qui ex stipu. transmittitur ad heredes pendente conditione: quod secus est in istis: *vt infra de actio. & obli. l. is cui. & Inst. de verb. oblig. §. ex conditionali.*

r ¶ *Nostra est.* & ideo vindicare non possumus.

SErum.] CASVS. Seruum alienum possideo bona fide. hic acquisiuit aliquid ex re alterius. nō mihi quærit, sed domino suo. Secundò dicit, incorporales res non possunt tradi, nec vsucapi. Tertiò, seruus fructuarius emit Stichum, & ei est traditus. Dicitur quòd est in pendenti cui adquirat donec soluat pretium. nam si soluat de pecunia quæ spectat ad fructuarium, fructuarij fiet: aliàs proprietarij.

s ¶ *Non adquirit.* sed domino: *vt infra eod. l. homo liber. §. finali.* Sed quid si sint duo bonæ fidei pos. & ex vnius re adquirat: an vtrique quærat? Respon. vt dixi j. *eo. l. qui bona. §. si quis duobus.* Accur.

t ¶ *Incorporales.* vt actiones [h], & iura s. seruitutes: *vt Insti. de re. corpo. & incorpo. §. incorporales.* Accur.

u ¶ *Traditionem.* sed quasi, [i] vt per patientiam: *vt supra de Publi. l. si ego. §. j. & j. de vsufru. l. iij. §. dare. & j. de serui. rust. præd. l. j. in fi. & j. de serui. vrb. præd. l. si ades. §. fin.* Hug.

x ¶ *Vsucapionem.* & est ratio, quæ [k] possideri non possunt: *vt dixi. & dicitur j. titu. j. l. possideri. in princ.* & vsucapio non procedit sine possessione, *vt j. titu. j. l. possideri. in princ.* Item hoc verū, quòd non possunt vsucapi per se. s. sed [l] cum aliis sic: *vt j. de vsucap. l. si aliena. §. j.* Item excipe illas [m] quæ habent perpetuam vel quasi perpetuam causam. Item & nisi [n] tanto tempore cuius non extet memoria: *vt dixi supra de serui. seruitutes. l. ij.*

y ¶ *In pendenti est.* inspecto futuro, nō præsenti tempore vt ...

Marginalia (left):

a Heres an & quando fructus suos faciat rei sibi aliene legata, quam alienam esse scit.

b Hypothetica propositio pro conditionali.

c Fructus industriales cōsumptos bonæ fidei possessor restituere nō tenetur, vt in l. C. de fu. & in l. ... & per Bal. ... de rei vin. ... l. sed si lege. §. sicut. ... non puto. ... de pet. hered. ... ex gemin. de re ... Ipolit.

d Propositionum alia est Cathegorica, alia hypothetica.

Marginalia (right):

a Regis prouidentiam plenam se perfectam esse oportere hinc colligunt.

b Actiones & exceptiones iure in eā sunt inuicta, vt se ipsum quis possit tueri atque defendere.

c Substitutio s. semper fit sub conditione.

d Cōditiones substitutionū hæ sunt, illa heres non erit, & ille morietur.

e Institutionis & substitutionis differentia.

f Substitutio in bonis substituti esse quando dicatur.

g Substitutionis, legati & hereditatis differentia in transmittendo. Illa transmittitur ad heredes pendente conditione.

h Incorporales res sunt, actiones, iura, seruitutes.

i Patientia habetur pro traditione.

k Vsucapi nō possunt quæ possideri non possunt.

l Vsucapi incorporalia per se non possunt cum aliis possunt.

m Vsucapi possunt seruitutes perpetuæ vel quasi perpetuæ causæ habentes.

n Vsucapi seruitutes possunt tēpore cuius non extat memoria, vt tamen glo. j. C. de seruitut. ...

in similibus, Instit. *quibus mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus.*

a ¶ *Cui proprietatem*, proprietario ac fructuario.

b ¶ *Soluerit.* hoc intellige siue adhuc duret vsusfruct. siue extinctus sit: dummodo non delicto vsufructuarij: *vt* ff. *de vsufruc. l. sed & si quis. §. interdum. & l. adhuc.* aliàs non est ibi lex. *& fa. supra de act. empt. leg. si seruus. & de aedil. edic. leg. bouem & de castr. pe. leg. pater §. haereditatem.* Item dic fuisse habitam [a] fidem de pretio.

a Emptio non est non soluto pretio aut si de habita de pretio.

proprietatem [a] adquisierit. Et cùm ex peculio quod ad fructuarium pertinet, soluerit[b]: intellegitur fructuarij homo fuisse. Cùm verò ex eo peculio quod proprietarium sequitur, soluerit: proprietarij expost facto fuisse videtur.

Quod fera bestia nobis rapit: nostrum manet quandiu illud persequi possumus. hoc dicit: & nota legem elegantem.

XLIIII. VLPIANVS *libro nono decimo ad Edictum.*

POmponius tractat: cum pastori meo lupi porcos eriperent, hos vicinae villae colonus cum robustis canibus & fortibus, quos [c] pecoris sui gratia pascebat, cõsecutus, lupis eripuit [d], aut canes extorserunt. & cum pastor meus peteret porcos, quaerebatur vtrum eius facti sint porci qui eripuit: an nostri [e] remaneãt. nam genere quodam venandi id erant nancti. cogitabat [f] tamen, quemadmodum terra marique capta, cum in suam naturalem laxitatem peruenerãt, desinerent eorum esse qui coeperunt [g]: ita ex bonis quoque nostris capta à bestiis marinis & terrestribus, desinant nostra esse cùm effugerunt bestiae nostram persecutionem. Quis denique manere nostrum dicit, quod auis trãsuolans ex area aut ex agro nostro transtulit, aut quod nobis eripuit? Si igitur desinit [h]: si fuerit ore bestiae liberatum, occupantis erit: quemadmodum piscis, vel aper vel auis qui* potestatem nostram euasit, si ab alio capiatur, ipsius sit. Sed putat potius nostrum manere tandiu quandiu recuperari possit [i]: licet in auibus & piscibus & feris verum sit quod scribit. Idem ait [k] & si naufragio quid amissum sit, non statim [l] nostrum esse desinere: denique

POmponius.] CASVS. Ego Frãciscus dedi porcos meos pastori vt eos ducat ad pascendum: & cùm duceret, lupi ceperũt porcos, & eos portabant. quidã rusticus ibi prope existens persecutus est lupos cum suis canibus, & recuperauit porcos de ore luporũ: quaeritur an fiant sui, an verò remaneãt mei: & sic mihi debeãt reddi. & videtur quòd fiant sui, sicut & si feram cepissem, & illa postea euaserit, occupantis fiet. sed certè dicit quòd mihi debent reddi. secus fit in feris. idem est dicendum & si rem meam amisi naufragio, & aliquis eã occupat. nam occupans [b] debet eam mihi reddere: alioquin tenebitur in quadruplum. sed in nostro casu quid si recuperans porcos nolit reddere? certè tenebitur furti, & ad exhibendum rei vindicatione. Franc. Accursius.

b Naufragio res capta domino restitui debent.

c ¶ *Quos* scilicet canes. Accursius.

d ¶ *Eripuit.* dictus colonus. Accursius.

e ¶ *Nostri* cuius erant primò.

f ¶ *Cogitabat.* s. colonus vicinae villae. Acc. imò Pompon. Blau.

h ¶ *Qui cep. ssent.* vt ff. eo. l. *naturalem.* Acc.

h *Si igitur desinit.* s. nostrum esse. Azo.

* cum.

i ¶ *Recuperari possit.* l. quandiu nõ fuerit cõsumptum: *vt* ff. *fami. ercisc. leg. Pomponius. in fin. & facit* j. *titu. j. l. iij. §. item feras.*

k ¶ *Idem ait.* probat Pomponius per simile.

l ¶ *Non statim.* vt *sup. eodem l. qua ratione. §. fin. &* j. *tit. j. l. interdum. §. j.*

m ¶ *Quadruplo.* ex edicto posito. j. *de incen. l. j.* quod est in quadruplum intra annum: sed post annum in simplum.

n ¶ *Recipi possit.* quia non fuit compositum. Accursius.

o ¶ *Manet.* nostrum scilicet quod à lupo eripitur.

p ¶ *Videtur.* facit *infra de doli exceptio. l. ij. §. & generaliter. in fin. & quarum rerum actio non datur. l. j. §. & in summa. & sup. deposi. l. j. §. est autem.* Sed contra infra *de fur. leg. inficiendo. in prin. & sup. man. l. procurator.* quibus dicitur sola [c] inficiatione non fieri furtum, nisi sit ibi contrectatio. sed dic quòd hic contrectat. Alij dicunt quòd hic inficiatur, & negat restitui: ibi tantùm inficiatur. Accur.

c Furtum nõ fit sola inficiatione. Vnde colligitur furtum cũ committere qui restitutione depositi deneger, cùm non solum deposi. neget, sed & contrectet. Contrectatio autem egredi tur fines: ad inficiationis.

COmmunis seruus.] CASVS. Quod ex re vnius dominorũ seruus adquisiuit, commune sit omnium. tenebitur tamen aliter act. communi diui, vt reddat isti cuius ex re quaesitum est. Sed pone quòd hic seruus aliunde adquirat. certè adquiritur omnibus dominis pro parte dominica. Franciscus.

b ¶ *Praecipere potest.* si summam quae soluta est, non patitur socius percipere de communi. Azo. & facit ad hoc *supra communi diui. l. communis seruus. & supra eod. per seruum. §. j. & j. de stip. ser. leg. seruus communis. & leg. si ex re. §. j.* Accur.

quadruplo [m] teneri eum qui rapuit. Et sanè melius est dicere, & quod à lupo eripitur, nostrũ manere quandiu recipi possit [n] id quod ereptum est. Si igitur manet [o]: ego arbitror etiam furti competere actionem. Licèt enim non animo furandi fuerit colonus persecutus, quamuis & si non hoc animo persecutus sit: tamen cùm reposcenti non reddit, supprimere & intercipere videtur [p]: quare & furti & ad exhibendum teneri eum arbitror, & vindicari exhibitos † ab eo porcos posse.

XLV. GAIVS *libro septimo ad Edictum Prouinciale.*

COmmunis seruus si ex re alterius dominorum adquisierit, nihilominus commune id erit: sed is ex cuius re adquisitum fuerit, communi diuidundo iudicio eam summam praecipere potest [q]. nam fidei bonae conuenit, vt vnusquisque praecipuum habeat, quod ex re eius seruus adquisierit. Sed si aliunde [r] seruus communis adquisierit: omnibus sociis pro parte dominij hoc adquiritur.

XLVI. VLPIANVS *libro sexagensimo quinto ad Edictum.*

NOn est nouum vt qui dominium [s] non habeat alij dominium praebeat. nam & creditor pignus vendendo, causam dominij praestat [t], quam ipse nõ habuit.

XLVII. PAVLVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

FRuctuario † hereditas adquiri non potest [u], quòd in operis serui hereditas non est.

XLVIII. IDEM *libro septimo ad Plautium.*

BOnae fidei [x] emptor non dubiè percipiẽdo fructus etiã ex aliena re, suos interim [y] facit: non tantum eos qui diligẽtia &

r ¶ *Sed si aliunde.* aduersatur in eo quòd hic non redditur per communi diui. vt supra.

s NOn est nouum.] *Dominium.* sic *& in poss. vt infra titu. j. l. in eodem.*

t ¶ *Causam dominij praestat.* vt *Institu. qui. alie. §. j. & supra de pig. act. l. iiij.* Sed contra supra *eo. leg. traditio. & supra de contrahen. emp. leg. alienatio.* sed speciale vt dixi in l. traditio. Item hoc accipe si [a] vacuam possessionem tradidit creditor: *vt C. de distr. pig. leg. qui prad um.*

a Causam dominij creditor praestat pignus vendendo si in vacuã possessionem emptorem induxit.

† exhibitos, porcos autẽ hic ponit exhibitos, pro actione exhibenda.

u FRuctuario.] *Non potest vt sup. e. l. liber homo. & ff. de adquiren. hered. aditio. in princip.* Sed quid si contemplatione [b] fructuarij sit institutus? dic idem: cum dominus habeat iubere: *vt inf. de adqui. her. l. si quis mihi bona. in prin.* sed tenetur dominus per condic. sine causa restituere fructuario: *vt inf. de stip. ser. le. pe.* quasi ex re fructuarij sit quaesitum: *vt sup. de vsu. fruc. leg. sed si plures. §. in arrogato.* & secundùm hoc intellige supra *de vsufru. leg. si serui vsufru.* quòd effectum fiue finem ibi considerer.

b Contemplatione alterius quaesitum, ex re eius quaesitum videtur vt hic.

† Excipe nisi contemplatione eius sit institutus. L. si serui. ff. de vsufr.

BOnae fidei.] CASVS. Bonae fidei emptor etiam ex aliena re suos fructus facit, siue alterius diligentia prouenerunt etiam eo ipso quòd à solo sunt separati. nec est vis, possit eam vsucapere, vel nõ, vt quis vi possessa. Sed pone quòd quando emit, habet bonam fidem: postea incipit habere malam, nunquid faciet fructus suos? & videtur quòd sic: nam & in vsucapione procedit & non impeditur vsucapio propter venientem scientiam. sed hoc non videtur obstare, cum vsucapio respiciat ius: at percipere fructus respicit factum. vnde de rigore videtur nõ facere fructus suos amodo ex quo coepit habere malã fidem: & sic secus erit in vsuca. quàm in perceptione fructuum. sic & in alio casu differunt. nam & qui non potest vsucapere propter rei vitium. tamen fructus suos facit: vt dictum est supra. [ET OVIVM.] Foetus ouium in fructu dicitur, vnde bonae fi. possessoris fiunt: licet praegnãtes venditae sint, & licèt surreptae fuerint oues. idem in lacte & lana, vt bonae fi. possessoris fiant. Franciscus.

x ¶ *Bonae fidei.* quis hic sit, habes j. *de ver. sig. l. bonae fidei. &* j. *e. §. j.*

y ¶ *Interim.* & etiam postquam diu euincatur: *vt supra de vsur. l. qui scit. §. bonae fidei.* Accursius.

y ¶ *Interim.* id est donec duret bonae fidei.

opera eius peruenerunt, sed omnes [a]. quia quod ad fructus attinet, loco domini penè est [b]: denique etiam prius quàm percipiat, statim vbi à solo separati sunt, bonæ fidei emptoris fiunt [c]: nec interest [d], ea res quam bona fide emi, longo tempore capi [e] possit, nécne: veluti si pupilli [f] sit, aut vi possessa [g], aut præsidi contra legem repetundarum [h] donata, ab eóque abalienata sit bonæ fidei emptori.

VI ¶ In contrarium [i] quæritur, si eo tempore quo mihi res traditur, putem vendentis esse, deinde cognouero alienam esse: quia perseuerat per longum [k] tempus capio, an fructus meos faciam [l]. Pomponius [m] verendum, ne non [n] sit bonæ fidei possessor, quamuis capiat. hoc enim [o] ad ius, id est capionem: illud [p] ad factum pertinere, vt quis bona aut mala fide possideat [q]. nec contrarium est, quòd longum tempus currit. nam è contrario is qui non potest capere propter rei vitium, fructus suos facit [r]. 2 ¶ Et ouium fœtus in fructu sunt: & ideò ad bonæ fidei emptorem pertinent etiam si prægnātes venierint [s], vel† subreptæ sint. Et sanè quin lac suum faciat, quamuis plenis vberibus venierint, dubitari non potest. Idémque in lana iuris est.

a ¶ *Sed ad omnes.* id est etiam qui diligentia alterius venerunt: *vt supra de vsu. l. qui scit. §. præterea.* alioquin falsum esset quod dicit: quia fructus naturales non facit suos: vt statim dicam. Hu

b ¶ *Penè est.* hoc [b] dic propter naturales [c]: *vt supra de vsur. leg. fructus. quæ est leg. contra signata.* Item & quantum ad quæstionem de seruo habendam: *vt supra ad Sylla. leg. j. §. j.* & potest hic interseri illa distinctio quæ est *ī. de rei vindicat. leg. fructus.*

c ¶ *Emptoris fiunt.* vt *d. leg. qui scit. §. præterea. & fa. inf. de fur. l. si apes. in fine.*

d ¶ *Interest.* cùm bona fide possideat: *vt Cod. si quis igno. rem mi. esse l. ij.*

e ¶ *Capi.* id est præscribi.

f ¶ *Pupilli.* nam cum prohibetur alienari: *vt Cod. de admini. tut. leg. lex quæ.* ergo [d] vsucapi: *vt infra de verbor. sign. leg. alienationis. in princip.* Sed contra *sup. de min. leg. etiam ei.* vbi dicitur rem [e] pupilli posse vsucapi. Solut. vt ibi. Item contra. *infra de excep. doli leg. apud Celsum. §. si quis non autor. in fin.* Sed ibi non erat res pupilli, nisi quo ad opiniones. & eodem modo ad illam *infra pro empt. leg. ij. §. si à pupillo.* quæ est contra. & ad illam. *supra de eo. qui pro tuto. leg. si ri. quæ est contra.* Sed Al. & Ir. dicunt eas in re mobili, sed hanc in immobili loqui. Accursius.

g ¶ *Vi possessa.* violentia ablatiua, vel expulsiua: *vt Insti. de vsucap. §. furtiua. & C. de vsucap. pro emp. leg. si pactum.* non compulsiua: *vt C. quod me cau. l. si cui.*

h ¶ *Repetundarum. vt & infra ad legem Iuliam repetundarum. l. quod contra.* & distingue hic vt not. *C. de adqui. poss. l. vitia.* Accur.

i ¶ *In contrarium.* ī. non vsucapiebam: hic sic.

k ¶ *Perseuerat per longum. vt & inf. pro emptore. leg. alienam. & C. de vsucapio. transfor. §. hoc tantummodo.* Accur.

l ¶ *Faciam* ante scilicet vsucapionem completam: & lege interrogatiuè. Accursius.

m ¶ *Pomponius.* putat scilicet. Accursius.

n ¶ *Ne non.* i. quòd non.

o ¶ *Hoc enim.* quod de vsucapione dicitur.

p ¶ *Illud.* quod de fructibus dicitur.

q ¶ *Possideat.* habere ergo bonam vel malam fidem, facti est: & [f] aliud factum, scilicet perceptionem [g] fructuum potest impedire: sed non impedit mala fides superueniens vsucapionem quæ iuris est. ¶ Sed in quo est vsucapio [h] iuris & fides facti? Respon. quia vsucapio à iure inducitur: *vt Insti. de vsucap. in princ.* sed fides non à iure, sed ab hominis conscientia descendit. Alij etiam dicunt quòd possessio ex [i] qua prouenit vsucapio, habet plurimum iuris in adquirendo [k]: *vt infra tit. j. leg. iij. in principio.* sed retinendo plurimum facti: & sic quæ facti sunt, vt mala fides, plurimum ibi operantur. quòd non verum videtur; imò plurimum habet iuris in retinendo, & multum in adquirendo: cùm [l] animo retineatur: *vt C. de adquiren. possess. leg. licet.* Ex prædictis ergo collige quod non faciat fructus suos: quod & adhuc innuit respondendo obiectioni quæ posset opponi: *& pro hoc argumen. supra eodem. leg. qui bona fide. §. j. & leg. quæsitum. & supra de petit. hereditat. leg. & si lege. §. de eodem.* Sed contra supra *de vsur. qui scit. §. præterea. & §. bona fidei.* Solut. hoc de rigore. & illud de æquitate, secundùm Ir. Vel hic de opponendo, non ponendo dicit. Accursius.

a Bonæ fidei emptor fructus suos facit diligētia sua, alteriúsve quæsitos.
b Bonæ fidei emptor loco domini penè esse dicitur, quia re ipsa dominus non est, neque iisdem priuilegiis fruitur.
c Bonæ fidei emptor fructus naturales suos nō facit.
d Vsucapi non potest quod alienari prohibetur.
e Vsucapi non potest res pupilli.
f Non est hoc pariter possessor bonæ fidei [illegible]
g Sic Pla. f. d. [illegible]
f Facti alia est factum at non ius impedire potest.
g Mala fides impedit perceptionē fructuū at nō vsucapionem.
h Vsucapionis & fidei differentia.
i Vsucapio ex possessione prouenit.
k Possessio in adquirendo plurimum iuris habet.
l Plurimū iuris habere videtur quæ animo retinentur.

r ¶ *Suos facit.* vt ī. ea. l. circa prin.

f ¶ *Venierint.* non à fure: *vt ī. de fur. qui vas. §. si ancilla. & facit ī. de vsuca. equitur. §. lana. & §. sequen.*

Q*Vod fructuarius.*] CASVS. Si seruo in quo habeo vsumfructum, donem rem suam. vel aliquid ex re mea, mihi adquiret tanquam ex re mea quæsitum: nisi eo animo donauerim, vt proprietario quærat: sin autem extraneus ei donet, proprietario quærit, non mihi. & ea quæ dixi in prima parte, id est in seruo: habent locum & in bona fide possesso. Franciscus.

XLIX. IDEM libro nono ad Plautium.

QVod fructuarius ex re sua donat [t], ex re eius est. Sed si eo animo id fecerit, vt ad proprietatis dominum pertineat: dicendum est illi adquiri [u]. Si autem extraneus ei donet: indistinctè [x] soli proprietario adquiritur. Eadem dicemus [y] in homine libero qui bona fide mihi seruit: vt si ei aliquid donauerim, meum sit. Et ideò Pomponius scribit, quamuis donauerim ei operas suas: tamē quidquid ex operis suis adquiret, mihi adquiri.

L. POMPONIVS libro sexto ex Plautio.

QVamuis quod in litore publico [z], vel in mari exstruxerimus, nostrum fiat: tamen decretum prætoris adhibendum est, vt id facere liceat. Imo etiam manu [a] prohibendus est, si cum incommodo cæterorum id faciet. nam ciuilem eum actionem de faciendo [b] nullam habere non dubito.

LI. CELSVS libro secundo Digestorum.

TRansfugam [c] iure belli recipimus [d]. 1 ¶ Et quæ res hostiles [e] apud nos sunt: non publicæ [f], sed occupantium fiunt.

t ¶ *Donat.* seruo illi quem habet vsumfructum [a]: *vt & supra de vsufruct. leg. ex re. & de vsu & habi. leg. si ita. §. fin.* Accur.

u ¶ *Adquiri. & facit supra eodem leg. per seruum. §. j.*

x ¶ *Indistinctè.* id est nulla habita distinctione an contemplatione serui vel proprietarij: secus si contemplatione fructuarij: *vt supra de vsufru. leg. sed quid si donetur.* contra. & l. si quis donaturus.

y ¶ *Eadem dicemus* quæ in primo casu huius legis dicta sunt. & facit ad legem istam *C. de iure delibe. leg. cum aliena.*

Q*Vamuis.*] CASVS. In litore publico vel in mari ita demùm possum ædificare, & ædificatum tenere, si hoc [b] fiat sine incommodo vicinorum. si autem fieret cum incommodo, non potero ædificare. imò prohibeor: nisi hoc fiat ex decreto prætoris. Franciscus.

z ¶ *Publico.* i. communi, vt maris: *vt & ī. eodem l. quod in litore. & ī. de rerum diuid. in tantum in princip.*

a ¶ *Manu.* i. per lapilli iactum: *vt supra de oue. no. nunc. l. de pupillo. §. meminisse.* ¶ Item no. hic quidam: quod [c] fieri non debet, factum tamen tenet. nam semper debet interuenire decretum. si tamen non interueniat: quando sine incommodo alicuius fit, remanet. & pro hoc ī. *de ser. l. j. & quod ibi not.* sed non placet. nam quod [d] alij non nocet, valet sine decreto: aliàs nullo modo, quin destruatur. ita hic versus, sicut incommodum &c. determinat vtrumque superius dictum *ff. concor. de damno infect. l. fluminum. in prin. & infra ne quid in loco publi. leg. ij. §. si quis à principe. & arg. ī. tit. l. si quis fundum.*

b ¶ *De faciendo.* aliquid in litore, vel in mari.

T*Ransfugam.*] CASVS. Si Romani capiant transfugam: efficitur seruus. Secundò dicit: si Romanus rem hostium capiat, efficitur eius: non autem efficitur communis siue publica. Franciscus.

c ¶ *Transfugam.* Quis [e] sit, habes infra *de capti. leg. postliminium. §. transfuga.*

d ¶ *Recipimus.* id est noster fit seruus, si priùs fuerit liber: & etiam interficere [f] licet: *vt infra de sica. lege iij. §. fin.* seruus verò iure postliminij domino redditur: *vt infra de capti. leg. postliminium. §. transfuga.* sed & liber habet postliminium si multos latrones apprehendit. & transfugas demonstrauit: *vt inf. de re milit. non omnes. §. finali.*

e ¶ *Hostiles.* secus de nostris agris recuperatis [g], quia dominis restituuntur: *vt ī. de capti. l. si captiuus. §. expulsis.*

f ¶ *Non publicæ.* nam res publicæ [h] non fiunt occupantium: *vt Insti. de rerum diui. §. flumina. & sup. de rerum diui. l. j.*

a Vt habeat scilicet in peculio. vnde colligit Bartolus, dotem simpliciter factā à parente in dubio datā videri vt habeat in peculio.
b Re sua vel quisque de sine vicinorum incommodo.
c Fieri quæ non debent, facta quod aliàs fieri non deberes.
d Sine decreto in litore publico ædificare licet, quod alij non nocet.
e Transfuga quis.
f Interficere transfugā licet.
g Agri recuperati non publicantur sed dominis restituuntur.
h Occupantiū non fiunt res publicæ.

a ¶ *Rem.* scilicet corporalem. secus in incorporali: *vt Co. de vsufr. n. leg. l. j.* Imò dicit etiam pro [a] seruitute dari act. & excep. & sic est in bonis: sed dicitur non esse in bonis: quia non per se censetur, sed cum adiunctis: vt & possessio tigni in domo positi: *vt infra titu. ij. l. eum qui.* vel ideò, quia non videntur in rerum natura, sed extinctæ: *vt Insti. tit. eodem. §. si tamen aliena.* Dic ergo Quædam [b] in bonis pro [c] quibus hæc duo concurrunt, actio & exceptio: *vt & supra eodem. l. statu.* quædam extra [d] bona, vt res sacræ & similes: *vt instit. eod. in prin.* Quædam nec [e] in bonis, nec extra, vt seruitutes: quod expone vt dixi. Quædam ex [f] bonis, vt illa quæ in nostro periculo sunt: *vt Instit. vi. bo. rap. §. fa. ne in hac. & facit ad legem istam infra de re. iu. l. qui actionem. & de verb. signif. leg. bonorum. §. in bonis. & leg. quod euincitur. & de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. habere.*

a Seruitutes & per se, sed cum adiunctis [a]sentur esse in bonis nostris.

b Res quædã sunt in bonis, quædã extra bona, quædã nec in bonis nec extra, quæ dã ex bonis.

c In bonis esse dicuntur ea pro quib. nobis competit actio & exceptio.

d Extra bona sunt res sacræ & similes.

e Seruitutes neque in bonis neque extra bona sunt.

f Ex bonis esse dicuntur, quæ in nostro periculo sunt.

LII. MODESTINVS *libro septimo Regularum.*

REm [a] in bonis nostris habere intellegimur, quotiens possidentes, exceptionem: aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus.

LIII. IDEM *libro quartodecimo ad Quintum Mucium.*

EA quæ ciuiliter adquiruntur, per eos qui in potestate nostra sunt, adquirimus: veluti stipulationem [b]. Quod naturaliter [c] adquiritur, sicuti est possessio: per quemlibet [d] volentibus [e] nobis possidere adquirimus.

LIIII. IDEM *libro trigensimoprimo* * *ad Quintum Mucium.*

* Ant. Augu. lib. j. c. 9. legit xxxv.

HOmo liber [f] hereditatem nobis adquirere non potest. [g] bona fide nobis seruit, adquiret, si tamen sponte sua sciēs [g] conditionem suam adierit. nam si iussu [h] nostro adierit: neque sibi, neque nobis adquiret. si non [i] habuerit animum sibi adquirendi. quòd si eam mētem habuit [k]: sibi adquirit. 1 ¶ Item promittendo nobis liber homo qui bona fide nobis seruit, vt emendo, vel vendundo, vel locando, vel conducendo, obligari ipso iure poterit [l]. 2 ¶ Sed damnum dando, damni iniuriæ [m] tenebitur. vt tamen culpam in damno dando exigere debeamus grauiorem [n], nec tamen * leuem, quàm ab extraneo. 3 ¶ At si iussu nostro quid in re nostra gerant, vel absentibus nobis quasi procuratores aliquid agant, danda erit in eos actio [o]. Non solum si eos emerimus, sed etiam si donati fuerint nobis, aut ex dotis nomine aut ex legati pertinere ad nos cœperunt, aut ex hereditate, idem præstabunt [p]: nec solùm [q] si nostros putauerimus, sed & si communes, aut fructuarios: vt tamen quod adquisituri non essent [r] si re vera communes aut vsuari essent. id hodiéque non adquirant.

* tam leuem.

4 ¶ Quidquid tamen liber homo, vel alienus, quíve bona fide nobis seruit, non adquirit nobis [f]. id vel sibi liber, vel alienus seruus domino suo adquiret: excepto eo, quòd vix est [t] vt liber homo possidendo vsucapere possit: quia nec possidere [u] intellegitur, qui ipse possideretur. Sed nec per seruum alienum quem nos bona fide possidemus

EA *quæ.*] CASVS. Ea quæ adquiruntur de iure ciuili, possunt adquiri nobis per filios vel seruos: non per alias personas. hinc est quòd filius vel seruus stipulando adquirunt patri vel domino. non sic si alia persona stipuletur nobis. Secundò dicit, quòd ea quæ adquiruntur naturaliter per apprehensionem, possunt nobis adquiri per quemcunque, sicuti est possessio. Fran.

b ¶ *Stipulationem.* item hereditatem: *vt supra de acqui. hered. leg. placet. & l. si quis mihi bona. §. iussum.*

c ¶ *Naturaliter.* putà [g] per apprehensionem naturalem de facto.

d ¶ *Per quemlibet.* etiam non suppositum potestati: ¶ & quòd dicit possessio, dic in [h] ea verti factum: *vt inf. titu. ij. l. iij. in prin.* idem in interruptione vsucapionis, vel præscriptionis: *vt inf. titu. ij. l. naturaliter.* item & aliud: *vt supra. de vsu. l. si quis solutioni. in fi. & inf. quod vi aut clam. l. iij. in princ.* Item pecuniæ numeratione: *vt supra si cer. pet. l. certi condictio. §. si nummos.* nam his casibus alienū [i] factum nostrum videtur.

g Naturaliter adquiritur qđ naturaliter de facto adprehenditur.

h Factum versatur in possessione, interruptione vsucapionis, præscriptione.

i Factum alienum nostrum esse quandoque intelligitur.

e ¶ *Volentibus.* ablatiui absoluti: & puncta ibi, possidere.

HOmo liber.] CASVS. Per liberum hominem, putà per procuratorem meum, hereditas non potest mihi quæri. per liberum tamen hominem, quem bona fi. possideo, adquiri potest: dum tamen sciat condi. suam, & spontè adeat, secus si iussu meo adiuit. nam hoc casu nec mihi quęrit, nec sibi. nisi habeat animum sibi quærendi. nam tunc sibi quærit. Secundò dicit: liber homo quem bona fide possideo, potest mihi obligari: vt si mihi promittat per stipulationem aliquid, vel à me emat, vel aliter mecum contrahat, idem si damnum mihi det, dum tamen lata culpa interuenerit. Item si iussu meo aliquid gesserit in re mea, vel me absente: & malè gessit, tenebitur mihi act. mandati, vel nego. gest. nec est vis qua de causa eum cœpi possidere: siue ex causa emptionis, siue dona. siue dotis, siue simili. Item non est vis siue meum seruum credam, siue me habere vsumfru. vt tamen nihil mihi quęrat quod non adquireret etiam si seruus non esset vt credebam. Vltimò dicit, si hic liber homo vel seruus alienus quem possideo bo. fid. adquisiuit aliquid extra rem vel operam suam: sibi quærit si est liber. vel vero domino, si erat seruus alienus, excepta possess. quam non potest facere rei possessæ ab isto seruo stante penes alium, sicut nec per fugitiuum. Fran.

f ¶ *Homo liber.* qui non [k] possidetur ab alio: putà procurator noster: *vt supra de adqui. here. l. procurator. aliàs est l. Paulus respondit, per procuratorem.* Fran.

k Possideri ab alio liber homo nõ potest.

g ¶ *Sciens.* Vt [a] mihi liberum hominem quæratur hereditas: quinque interuenire oportet. 1 Vt bona fide possideam: *vt hic.* 2 Item quòd mea contemplatione instituatur: *vt j. eod. l. liber homo. §. sed licet.* 3 Item vt sciat conditionem suam. 4 Item vt volens adeat: *vt hic.* 5 Item vt iussu meo, *vt j. eo. l. liber homo. §. fin.* 6 Item sextum quòd mihi velit quærere. Si [b] tria prima interueniunt, quæritur ei hereditas: sed restituit mihi condictionem sine causa. Si quartum interuenit cum duobus primis tantùm: si voluerit domino quærere: non quærit. nam non potuit mihi nec sibi, qua noluit sibi quæri. sed si voluit sibi quærere, sibi quærit quidem: sed reddit per condic. sine causa. Si secundum deest, neutri quærit: [b] primum deest, tantum sibi quærit, nec alij reddit. 2. Dic ergo breuius. ignarus nulli quærit: sciens volens sibi quærere, quærit sibi sine distinctione: sed cum distinctione restituit si sit institutus contemplatione mea vel non, & iussu meo vel non. Volens quærere possessori, quærit ei si eius iussu spontè adeat, secundùm Azo. 3. At Io. sic scripsit. Ignarus nulli. nam sibi non: *vt supra de adquir. heredi. leg. qui putat. §. qui bona. & leg. qui aliena.* quia se noluit obligare. possessori non, si iussus non interuenit: vt in primo lex dixit: *vt supra de adquiren. hered. l. si quis mihi bona. §. iussum.* si interuenit quoque iussus. idem est: *vt supra de adquirenda heredita. leg. vj §. j. & §. Celsus.* nam & seruili necessitate fecisse videtur: *vt supra de negot. gest. leg. at qui natura. §. si libero.* quia non potest adquirere: *vt supra de heredi. institu. leg. liber homo. in princip.* volens sibi adquirere, adquirit sibi: sed restituit per condic. sine causa, si contemplatione possessoris institutus fuit. aliàs non volens quærere sibi, quærit possessori cuius contemplatione institutus est, iussu eius adeundo. si non eius contemplatione, nihil agitur: *vt hic in princip. leg. & j. eod. l. liber homo.* 4 Item potest dici quòd ignarus quærit sibi, cum non contemplatione possessoris fuit institutus: *vt j. de adqui. here. l. qui in aliena. §. fi.*

a Hereditas per liberum hominem mihi adquirendæ [?] requiruntur.

b Quatuor opiniones in hac Glossa referuntur. Prima est Azonis: Secunda Bulgari & Odofred. Vltima Accursij.

h ¶ *Nam si iussu.* imponente [e] necessitatem.

e Iussus domini seruo necessitatem imponit.

i ¶ *Si non.* id est nisi.

k ¶ *Habuit.* vt sibi adquirat.

l ¶ *Poterit.* vt j. de verb. oblig. l. liber homo.

m ¶ *Damni iniuria.* i. l. Aquil. *vt & supra. de lib. cau. l. igitur. §. fi. & j. ad legem Aquil. l. liber homo. §. si homo.*

n ¶ *Grauiorem.* id [d] est latam: quamuis aliàs leuissima veniat in Aquil. *vt supra ad leg. Aquil. l. in lege. & supra de libe. cau. illud. §. j. & hoc subiicit.* sed seruus proprius extraneo parificatur: *vt supra de pecu. non solum. §. j.* Sed videtur hunc etiam de lata culpa non teneri: *vt j. de fur. l. si libertus.* sed illud in modicis: *vt inf. de penu. leg. respiciendum.*

d Culpa grauior pro lata.

o ¶ *In eos actio.* neg. gest. vel mandati: *vt sup. manda. l. si is cui. §. fin. & de nego. gest. at qui natura. §. si libero.*

p ¶ *Præstabunt.* actione mandati.

q ¶ *Nec solum.* tenentur mandati: vel dic adquirent nobis. Acc.

r ¶ *Non essent.* nobis. Accur.

s ¶ *Non adquirit nobis.* putà extra rem & operam.

t ¶ *Quòd vix est.* aliàs, ius est. & tunc habeas infra non possit. aliàs vix, id est nullo modo. & habeas sine non: & in idem recidit. Accursius.

u ¶ *Quia nec possidere.* sic & infra de adulte. leg. sic euenit. adquirit ergo

ergo sibi dominium extra rem & operam: sed non poss. & sic facit pro Io. qui dixit dominium [a] sine pos. quæri. *sic & s. pra de fun. do. l. si fundum. & supra de pecu. leg. eo tempore.* Argu. contra. *C. de distra. pig. l. qui prædium.* Accursius.

a Dominium sine possessione interdum quæritur.

a ¶ *Quem non possidet.* vt quia non ab alio possidetur: vel diu fit in libertate moratus: aliàs dominus [b] possidet fugitiuum, & per eum etiá adquirit possessionem ciuilem, non naturalem: *vt i. nst. tit. j. l. j. §. sed per eum. & §. per seruum qui. & l. iu. §. si seruus. & leg. per eum. §. per seruum. & supra. de pu. l. si seruus. & sup. de libe. cau. leg. si tibi. §. fin. & supra de vsufruct. l. arboribus. §. tul. & §. idem tractat. Item facit infra titu. j. leg. cum heredes. in fi. & infra. de fur. serui. & filij.* Accursius.

b Fugitiuum suũ dominus possidet: sed & per eũ possessionem ciuilem adquirit.

dominus peculiari nomine ignorans vsucapere poterit: sicuti ne per fugitiuum quidem quem non possidet [a].

Quod in laqueum meum incidit: non est meum nisi manualiter capiatur. Bartolus.

LV. PROCVLVS *libro secundo Epistolarum.*

IN laqueum quem venádi causa posueras, aper incidit cùm cohæreret, exemptum eũ abstuli [b]. num tibi videor tuum aprum abstulisse [c]: & si tuum putas fuisse: si solutum eum in siluam dimisissem, eo casu tuus esse desisset, an maneret: & quam actionem mecum haberes, si desisset tuus esse: num in factum dari oporteret, quæro. Respondit, laqueum videamus [d] ne intersit in publico, an in priuato posuerim [e]. Et si in priuato posui, vtrum in meo, an in alieno [f]: & si in alieno, vtrum permissu eius cuius fundus erat, an non per missu eius posuerim. Præterea vtrum in eo ita hæserit aper, vt expedire se non possit ipse: an diutius luctando expediturus se fuerit. Summam [g] tamen hanc puto esse, vt si in meam [h] potestatem peruenit, meus factus sit. sin autem aprum meum factum in suam naturalem laxitatem dimisisses, eo facto meus esse desisset, & actionem mihi in factum [k] dari oportere: veluti [l] responsum est [m] cum quidam poculum alterius ex naue eiecisset.

IN laqueum.] CASVS. Fecisti laqueũ causa capiendi aliquam feram. aper incidit in laqueum, & non poterat se mouere: ego transiens inde vidi aprum captum in laqueo. exemi eum inde, & accepi. an tenear tibi aprum reddere? & dicitur quòd non: cùm non fuerit factus tuus: quia non apprehenderas eum de laqueo. si autẽ apprehendisti eum de laqueo, & sic factus esset tuus, & ego accepi eum. & dimisi eũ fugere: desinit esse tuus, & teneor act. in fact. & adducit simile de poculo alterius quod alius deiecit de naui. nam tenetur act. in fa. Fran.

b ¶ *Abstuli.* i. accepi. *sic j. de fur. qui v. st.*

c ¶ *Abstulisse.* Resp. non, secundùm Ioann. & V. nisi cepisset & apprehendisset, qui laqueum posuisset. Acc.

d ¶ *Videamus.* mutat personas.

e ¶ *Posuerim.* vt aliàs distinguitur: *vt & supra ad leg. Aquil. leg. qui fouea.*

f ¶ *In meo, an in alieno.* quod non videtur referre, *vt supra eod. l. iij.*

g ¶ *Summam.* huius quæstionis, vel meæ opinionis in hac quæstione: & sic hic dico reprobari superiores distinctiones, secundùm R. Alij dicunt nó fore huic quæstioni responsum.

h ¶ *Meam potestatem.* i. mei apprehendentis de laqueo, secundùm B. vnde ait: timeo scandalũ, non futurũ iudiciũ. cùm die quadam ferá sic apprehẽdere posset. Sed secundũ Azo. meá. i. mei qui apposui laqueum, cùm ipse aper per se expedire se non posset. Sed qualiter posset in eius ignorantis potestatem venire: *vt in. de vsucap. l. sequitur. §. tunc in potestate. & infra de verb. sign. l. potestatis verbo. & infra pro emptore. l. qui fundum. §. furtiua res.* Argu. contra. *supra de lega. ij. leg. cum pater. §. surdo.* H. & no. quòd sicut dixi, non [e] est fera tui apponentis laqueum, nisi demum cùm apprehenderis, vel apprehendendi potestatem habeas per oculorum inspectionem, & affectionem possidendi, secundùm Io. & B. & R. *arg. infra titu. j. l. j. §. penul.* at M. & H. quòd statim, cùm diu luctando se expedire non potest. Quid autem si à remotis oculis inspicio? Respon. secundùm Vin. non fit meus. cum multa accidere, &c. *vt supra eodem. l. naturalem. §. illud.* licèt sit argum. contra *infra. titu. j. l. quod meo. §. si venditorem.* Accursius.

* ex æstu.

e Fera an sit apponentis laqueum an vero eam accessisse sit apprehendi.

LVI. IDEM *libro octauo Epistolarum.*

INsula est enata in flumine cõtra frontem agri mei, ita vt nihil excederet longitudo regionem prædij mei: postea aucta est paulatim, & processit cõtra frontes & superioris vicini & inferioris. quæro, quod adcreuit, vtrum meum sit, quoniam meo adiunctum [n] est: an eius iuris sit, cuius esset si initio enata [*] eius longitudinis fuisset. Proculus respondit: Flumen istud in quo insulam contra frontem agri tui enatam † esse scripsisti, ita vt non excederet longitudinem agri tui: si alluuionis ius habet, & insula initio propior [*] fundo tuo fuit, quàm eius qui trans flumen habebat, tota tua facta est: & quod postea ei insulæ alluuione accessit, id tuum [o] est, etiam si ita accessit, vt procederet insula contra frontes vicinorum superioris atque inferioris, vel etiam vt propior esset fundo eius qui trans flumen habet.

1 ¶ Item quæro, si cũ propior ripę meę enata est insula, & post ea totũ flumen fluere inter me [p] & insulá cœpit relicto suo alueo, quo [q] maior amnis fluerat: † nũquid dubites quin etiam insula mea maneat: & nihilo minus eius soli quod flumé reliquit, pars fiat mea: rogo, quid sentias scribas mihi. Proculus respondit: Si cùm propior fundo tuo initio fuisset insula, flumen relicto alueo maiore qui inter eam insulam fuerat, & eum fundum vicini qui trans flumen erat, fluere cœpit inter eam insulam & fundum tuum, nihilo minus insula tua manet: sed alueus qui fuit inter eam insulam & fundum vicini, medius diuidi debet, ita vt pars propior insulæ tuæ, tua [r]: pars autem propior agro vicini, eius esse intellegatur. Intellego vt & cùm ex altera parte insulæ alueus fluminis exaruerit, desisse insulam esse. sed quò facilius res intellegeretur, agrũ qui insula fuerat, insulam appellant.

Si vir donat vxori seruum, & ipsa scit donationem non valere: seruus ille nihil potest adquirere vxori illi, nec etiam ex re vxoris.

LVII. PAVLVS *libro sexto ad Plautium.*

PEr seruum donatum à marito [f], nec ex re quidem

i ¶ *Meum.* id est, mei apprehendentis in laqueo: putá quòd eum iam apprehendi. H.

† eam enatam.

k ¶ *In factum.* subsidiariam [a] Aquiliam: *vt Insti. ad l. Aquil. in fin.*

l ¶ *Veluti.* id est sicut. Accursius.

m ¶ *Responsum est.* vt *supra* [b] *de præscript. verb. leg. qui seruandarum. in princ. & fa. infra titu. j. leg. iij. §. item feræ.* Accur.

a Actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ.

* In archetypo: Taurel. in adnot.

b Poculum alterius de naui in mare deiiciens actione in factum tenetur.

INsula.] CASVS. Insula nata est in flumine ante faciem agri mei: & durat tantum in longitudine, quantùm ager meus: & sic tota est mea facta. Postea hæc insula creuit ita quòd vadit antè faciem agrorum vicini. dicitur quòd tota mea est etiam illa pars quæ respicit agros vicini, cùm istud augmentum cedat insulæ iam meæ effectæ secus si à principio sic tota creuisset. nam tũc pars quæ respiceret agrum meum, mea est. illa autem pars quæ respiceret agros vicini, ei cedit. Sed pone quòd flumen cœpit fluere inter agrum meum & insulam derelicto antiquo alueo. dicitur quòd insula remanet mea alueus derelictus cedit tam mihi quàm vicino. Franciscus.

† fluxerat & litas fluebat.

n ¶ *Quoniam meo adiunctum est.* id est insulæ factę meæ ratione vicinitatis. Accursius.

o ¶ *Id tuum est.* sic *& infra eodem l. penul. §. Paulus.* Sed quid si fine alluuione aliqid accessit: sed insula quæ primùm patuit supra aquam, mihi vicinior erat: deinde aqua cedente vel in hanc vel in illam partem, quædam pars insulæ tibi vicinior est, & insula multò maior apparet? Respon. potest aliud dici: quia quod [c] mihi vicinius est, mihi cedere debet. *vt supra eod. l. adeo. §. ij.* hic tamen innuit cõtra. sed in seq. §. bene videtur probare quod dixi secundùm Azo.

c Vicinitatis ratione quoties aliquid quæri potest, qui vicinior est, alius videtur præferendus.

p ¶ *Inter me.* id est ripam. aliàs inter eam. Azo.

q ¶ *Quo.* scilicet alueo. Accursius.

r ¶ *Tua fit.* sic *& infra eod. l. pen. §. Paulus.*

PEr seruum.] CASVS. Donauit vir seruum vxori scienti donat. non tenere: & tradidit eidem. nunquid talis seruus adquiret vxori possidenti ex re eius vxoris? & dicitur quòd non. Franciscus.

f ¶ *A marito.* scilicet vxori.

a ¶ *Quicquam posse.* sed tamen si id adquisitū possideat, mulier habet except. *vt supra de dona. inter virum & vxorem. leg. si vxor filio. & leg. de fructibus. & ad idem supra de peti. her. l. nec vlla. §. omnibus.* & hoc si mala fide vxor possidet. si autem bona: tunc ex re sua & operis serui adquirit: *argum. sup. de do. inter vi. & vxo. leg. si id quod. §. si quis. & de vsu. leg. fructus. & l. vsura.* & hæc lex innuit in fine.

b ¶ *Bona fide.* vt & *Cod. de rei vendic. l. j. & infra tit. j. leg. j. §. sed & per eum.*

Q*uæcumque.*] CASVS. Rem eiectam in mare, accepi. dicitur quòd non efficior dominus, nisi dominus eius habuerit eam pro derelicto. Frāciscus.

c ¶ *Quæcunque.* & facit *supra eod. l. qua ratione. in fin. & quod ibi not. & supra eod. l. Pomponius.*

d R*es.*] Mea. sa[a]. *infra tit. j. de possessio. §. si possessio. & infra de fur. leg. falsus. §. j.* Sed contra supra *eod. si procurator. & supra de don. leg. qui mihi.* Sed dic vt ibi. Item contra *infra titul. j. leg. communis. §. j.* Solue vt ibi. Accursius.

a Dominium rei traditione consequimur.

T*itius.*] CASVS. Titius fecit horreum de asseribus, & erat mobile. Illud posuit in fundo Seij. dicitur quòd adhuc durat horreum Titij. Frā.

e ¶ *Mobile.* secus[b] si terræ esset affixum: *vt supra eodem l. si supra. & supra de act. emp. l. si fundi. & l. grana tria. & infra de vi & vi arm. leg. j. §. si quis de naue. in fin. & infra arb. fur. cæ. l. si gemmæ.* Item facit ad l. istam supra *de serui. vrban. prædio. l. fistulam. §. ar. & §. fin.* Accursius.

b Horreū terræ affixum in mobilibus adnumeratur.

eius cui donatus est, adquiri quicquam posse[a] Iulianus scribit. hoc enim in eorum persona concessum est, qui bona fide[b] seruiunt.

LVIII. IAVOLENVS *libro undecimo Quæstionum.*

QVæcunque [c] res ex mari extracta est: non ante eius incipit esse qui extraxit, quàm dominus eam pro derelicto habere cœpit.

LIX. CALLISTRATVS *libro secundo Quæstionum.*

RES ex mandatu meo empta, non prius mea [d] fiet, quàm si mihi tradiderit qui emit.

Horreum positum in fundo à non domino fundi, non efficitur domini cuius est fundus, hoc dicit.

LX. SCÆVOLA *libro primo Responsorum.*

TItius horreum frumentarium nouum ex tabulis ligneis factum mobile [e] in Seij prædio posuit. quęritur vter horrei dominus sit? Respondit, secundùm quæ proponerentur, non esse factum Seij.

H*ereditas.*] CASVS. Hereditas in multis repræsentat personam defuncti: vnde seruus hereditarius stipulando adquirit hereditati. non autem si instituatur hic seruus ab aliquo heres, adquiret interim heredi, cum iussus domini debeat interuenire. Item si stipulatur interim vsumfruct. non adquiret hereditati. Franc. Accur.

f ¶ *Pro domino.* defuncto non herede: *vt supra eod. l. in eo. & l. seq. & Institu. de here. insti. §. seruus alienus.*

g ¶ *Hereditarium.* idem si non sit hereditarius, sed bona fide à testatore possessus: *vt supra. si cer. peta. l. eius qui in prouincia.*

h ¶ *Sane.* pro sed. Accursius.

i ¶ *Personæ.* in hoc facit supra *de adqui. her. aditio. & l. qui seruum.* & dic personæ scilicet domini vt iubeat. Accursius.

k ¶ *Operæue substantia.* i. iussu præcedente seruus adeat. Alij referunt ista etiam ad casum de vsufr. vt in fi. huius l. dicunt enim personæ factum desiderari, & substātiam operæ: quia debet præstare cautionem, dicunt enim cautionem [c] esse de substantia vsufruc. quod non placet, *vt no. 3. de vsufru. l. j.* sed exigitur[d] in vsufructu personam designari cui constituatur. *facit j. de verb. obl. l. interdum. §. j. & Instit. de stipul. ser. in principio.* Accur.

c Cautio non est de substantia vsufructus.

d In vsufructu non est necesse cautionem præstari, sed personā vsufructuarii designari.

l ¶ *Institui posset.* vt & *3. de hered. inst. l. non minus. §. j.*

m ¶ *Expectandus est.* sic ergo valet relictum. Sed contra supra *de leg. j. l. si mihi. §. regula.* Sed illa regula habet locum cum deficit legatum ratione personæ: putà quia nō est capax dominus serui. secus si alia ratione, putà quia non est persona cuius iussu adquiratur & adeatur hereditas.

n ¶ *Non adquiritur.* vt & *infra de stipu. ser. l. vsusfruct. & supra quibus mo. vsusfru. amit. l. seruo hereditario.* Accur.

Q*uædam*] CASVS. Quædam res non possunt alienari solæ: generaliter autem sic, vt fundus dotalis, vel res cuius commercium non habetur: vt res sacra & similis: qui fundus dotalis non potest specialiter alienari, ad heredem tamen viri transit. Franciscus.

e Alienatio cōtra legē, testatoris, aut cōtrahentiū dispositionem an & quomodo teneamus.

o ¶ *Non possunt.* vt quia lex[e] prohibet, vt subiicit. si autē testator: tunc seruus quod dicitur supra *de leg. ij. leg. peto. §. fratre.* Item si pacto contrahentium: tunc quod est infra *de verb. oblig. leg. si ita. §. ea lege. in fin.* sic & aliàs[a] distinguitur, an per legem dicatur quem non teneri de euictione, vt creditorem vendentem pignus: an per pactum contrahentium: *vt sup. de euict. leg. cum ea. & de act. emp. ex empti. §. fina. & facit C. de rebus alie. non alie. l. fin.* Accur.

a Euictionis nomine non teneri per legem vel pactū interest.

LXI. HERMOGENIANVS *libro sexto iuris Epitomarum.*

HEreditas in multis partibus iuris pro domino [f] habetur: ideóque hereditati quoque vt domino per seruum hereditarium [g] adquiritur. In his sanè [h] in quibus factum personæ [i] operæue [k] substantia desideratur, nihil hereditati quæri per seruum potest: ac propterea quamuis seruus hereditarius heres institui posit [l], tamen quia adire iubentis domini persona desideratur, heres expectandus est [m].

1 ¶ Vsusfructus, qui sine persona constitui non potest, hereditati per seruum non adquiritur [n].

LXII. PAVLVS *libro secundo Manualium.*

QVædam quæ non possunt [o] sola alienari, per vniuersitatem transeunt: vt fundus dotalis [p] ad heredem, & res cuius [q] aliquis commercium non habet. nam etsi legari ei non possit [r]: tamen heres institutus dominus eius efficitur.

LXIII. TRYPHONINVS *libro septimo Disputationum.*

p ¶ *Fundus dotalis.* idem in iure [b] patronatus, in re sacra & religiosa: *vt supra de contrahen. emptione leg. in modicum.* Quandoque [c] tamen in fundo dotali mulier repellitur à vindicando: *vt supra de leg. ij. leg. cum pater. §. qui dotale. & supra de fun. do. leg. dotale. §. fina.* Item & quando ex necessitate [d]: *vt supra fun. do. l. j.* Item si alius prouocat ad [e] diuisionem: *vt C. de fun. do. l. fin.* Item vsucapitur [f] quandoque: *vt supra de fun. do. l. si fundum.* Item & fallit hæc regula in iure sepulchrorum, & operarum obligatione: *vt supra ad Trebel. leg. quia periude. §. j. & leg. si parentum. in prin.*

b Ius patronatus alienari non potest: ad de l. in modicum. & ibi Gl. t. de contrah. empt. Romanum singulare 16.

c Dotalis fundus quandoque, seu certis casibus alienari potest.

d Necessitatis causa permittitur alienatio fundi dotalis.

e Diuisionis causa fundus dotalis alienari potest.

f Vsucapi dotalis fundus quandoque potest.

q ¶ *Cuius.* scilicet rei. Accursius.

r ¶ *Non possit.* scilicet fundus dotalis. non autem dicas rem sacram fieri in dominio heredis: & distingue hic vt no. instit. *de lega. §. non solum.* ¶ Item not. hic non [g] videri alienatum quod cum vniuersitate trāsit. Sed argu. contra. *C. de secun. nup. l. si quis prioris. §. certum esse.* Sed illud propter filios primi matrimonij, qui sic possent defraudari. Item videtur quòd neutrum scilicet nec legatum nec heredis institutio: *vt sup. a de ali. iudi. ex hoc. §. sed heredem.* Seu illud quo ad illud edictum. Item facit infra de vsucapio. *l. aliena. §. hoc iure.*

g Alienatum non videtur quod cum vniuersitate transit.

S*i is qui.*] CASVS. Filius vel seruus alicuius inuenit thesaurum in aliquo fundo. nunquid adquiret patri vel domino. quęritur. & dicitur quòd si in agro cuiusdam extranei inuenerit: dimidia eius erit domini fundi in quo inuenit thesaurum. si verò in agro domini vel parentis inuenerit. tunc totum adquiret patri vel domino. & quando in alieno inuenitur. pars quæ remanet penes eum vadit ad patrem vel dominum. Secundò dicit: Si seruus communis inuenit thesaurum in fundo alieno: pars quæ remanet penes eum, vadit ad quemlibet dominorum pro parte dominica. Tertiò dicit. Si seruus communis inuenit thesaurum in fundo vnius domini: dimidia pars transibit ad dominum fundi, ratione fundi in quo est inuentus. Sed quid de alia dimidia? & videtur quòd ad eundem vadat. & adducit simile. nam si seruus communis stipuletur vni ex dominis nominatim, vel iussu vnius dominorum: totum ei adquirit. sic in nostro casu totum adquirit domino fūdi in quo est inuentus. vel aliter potes intelligere, vt in gl. [QVOD SI SERVVS.] Habeo vsumfructum in seruo: tu proprietatem, hic seruus inuenit thesaurum in fundo proprietarij, vel in fundo extranei: dimidia vadit ad dominum fundi in quo est inuentus. Sed quid de alia dimidia? & certè dicit quòd vadit ad proprietarium, non ad fructuarium: cum non videatur quærere ex opera. Idem est & si in fundo fructuarij hic seruus inuenit thesaurum. nam dimidia ibi ad proprietarium tanquam ad dominum serui. [QVOD SI CREDITOR INVE.] Creditor in fundo sibi obligato inuenit thesaurum. pars ibit ad debitorem tanquam ad dominum fundi: alia pars sibi remanebit. Sed quid si creditor impetrauit vt habeat pignus tanquam proprium, nisi luatur intra certum tempus? Dicitur quòd si inuenit thesaurum intra tempus prædictum? est idem quod dictum est 3. sed si post tempus inueniat: tunc totum quod inuenit, inuentoris est. Tertiò dicit, quod dixi, si inueniat creditor thesaurum intra tempus, quòd pars vadit ad debitorem, verum est si debitor postea luat: non aliàs. Franc.

a ¶ *Si is qui in aliena.* patris vel domini. Accursius.
b ¶ *Inuenerit.* non data opera. *vt C. de thesau. l. j. lib. x. vbi dicitur quis sit thesaurus. & ī. eo. l. nunquam. §. thesaurus.*
c ¶ *Persona eius.* in cuius potestate est.
d ¶ *Hoc erit.* nunc respon.
e ¶ *Partem ei.* in cuius agro inuenit.
f ¶ *Illius.* patris vel domini.
g ¶ *Alieno.* priuati. Quid autē sit in sacro[a], religioso, vel publico, vel fisci, habes ī. *de iure fisci. l. e. iij. §. fin. & Instit. eo. §. thesauros.*
h ¶ *Pars.* domino vel patri acquiratur.
i ¶ *Traditur.* quid tūc fit, habes Insti. *de stip. ser. §. seruus communis. & ī. de stipu. ser. l. si seruus communis.*
k ¶ *Donum fortunæ.* aliàs domini fortunæ. & aliàs donū[b] fortunæ: sed certe legatum[c] & hereditas non sunt omnino donum fortunæ: sed fiunt ob præcedēs[d] meritū: *vt ī. pro socio. l. nec adiecit.* & l. seq.
l ¶ *De parte.* dimidia.
m ¶ *Ex parte.* quæ aliàs inuentori tribui solet.
n ¶ *Vel nominatim.* quibus casibus soli ei quæritur *ī. eod. l. per seruum. §. sicut.*
o ¶ *Quod magis dici poterit.* vt ei soli acquiratur, quemadmodum stipulando, vel nomine eius per traditionē accipiendo, secundùm quosdam. Vel legas in textu aliàs: vt postea dicas medietatem medietatis adquiri alteri: quod videtur habere rationem, secundùm Al. vel dic referri non ad proximum, sed superius an aliquid &c. & est idem sensus. pro quo est infra *de stipul. ser. l. iiij.*
p ¶ *Proprium habeat.* id est cuius est in eo proprietas.
q ¶ *Illius.* scilicet proprietarij.
r ¶ *Eidem.* proprietario.
s ¶ *Num.* id est an.
t ¶ *Adquiratur.* iste thesaurus.
u ¶ *Inuenisse.* operando tamen.
x ¶ *In abdito loco.* id est latenti. Accursius.
y ¶ *Inuenerit.* scilicet fortuitò. Accursius.
z ¶ *Illius.* quod inuentum est fodiendo.
a ¶ *Nemo enim.* verè nullo casu ad fructuarium pertinet. Accur.
b ¶ *Aliud dedit.* Quid ergo si propterea fodiebat iussu fructuarij? Dicit P. & R. idem quasi hoc non liceat: quod est falsum: imò licet in suo: non tamen arte[e] magica: *vt C. de thesau.* & sic quærit ei: vt hic innuit. Accursius.
c ¶ *Inuenerit.* fortuitò, non fodiendo iussu fructuarij pro eo inueniendo.
d ¶ *Quòd si creditor inuenerit.* in fundo pignorato.
e ¶ *Recepta.* id est soluta.
f ¶ *Pecunia.* pro qua erat iste fundus obligatus.
g ¶ *Permansit.* secus in eo quod actione furti consecutus est creditor: *vt supra de pigno. act. l. si pignore.*
h ¶ *Intra constitutum tempus.* scilicet biennium: *vt C. de iure do. impe. l. fin. §. fin autem imper tor.*
i ¶ *Vertitur.* vt sit idem quod erat ante prædictam impetrationem: vt supra & infra proxi.
ff. Nouum.

k ¶ *Tenebit.* scilicet creditor.
l ¶ *Oblato.* scilicet creditori. Accur.
m ¶ *Debito.* cum vsuris & damnis eius vitio creditori illatis: *vt & d. §. fin autem.*
n ¶ *Simpliciter petitore.* id est ita omnia restituuntur, ac si pignus simpliciter esset non impetrato iure dominij: & ita simplex petitor est debitor, qui repetit pign[*] antè impetrationē iuris dominij.
o ¶ *Debebit.* scilicet thesaurus.

Q[Væ quisque.] CASVS. Aliquis cùm æstimaret bona sua, vt de his postea solueret censum siue tributum: æstimauit quoddā prædium tanquam suum, cùm non esset: & soluit pro eo censum siue tributum. dicitur quòd hæc æstimatio, & solutio census nō facit suum prædium. & hoc si habes in litera, nihilo magis. Si habes nihilo minus: dic, id est non ideò minus prædium remanet eius cuius in veritate erat. Francisc. Accursius.

p ¶ *Nihilo magis.* aliàs nihilo magis, id est[a] non fiunt soluentis censum & tunc facit. C. *de dona. censua lu. & Cod. de rei vind. solentibus. & Cod. de act. empt. si pater.* aliàs nihilo minus. & tunc dic fiunt, id est remanent eius cuius fuerāt, sic supra *de iudi. l. g. Iulianus.* Accursius.

S[I epistolam.] CASVS. Misi tibi epistolam. non prius fit tua quàm si tibi traditur, fallit in duobus casibus. Primus si per tabellarium tuum quem ad me miseras eam tibi misi causa respondēdi. nam statim cum dedi tabellario, tua fuit effecta idem si causa tui tantum mittebam litteras. nam etiā antequam tibi dentur, tuæ fiunt. [SI QVA INSVLA.] Insula nata est in flumine prope fundum meum. mea est. dicunt quidam quòd nec aliquid publici est ibi, sed falsum est: vnde dicas quòd insula similis est ripæ, nisi quòd ad vsum sit publica insula sicut ripa: sed quò ad proprietatem sit propria mea. [ET LITORA] Litora maris sunt publica, & publicè communia, sicut & litora fluminis sunt publica. [IDEM IVRIS.] Si insula est nata in flumine publico: eius est qui habet proximiorem fundum. hoc verum est de ea insula quæ sustentatur ipso alueo fluminis. Sed quid de ea quæ non sustentatur, sed in virgultis stat. seu alia qualibet materia? Certe est publica talis insula quò ad vsum, sed quò ad proprietatem est eius qui habet proximiorem fundum. & sic secundùm hoc non refert sustentetur vel non insula ab alueo. vel aliter vt in glo. [PAVLVS] Insula est nata in flumine iuxta ripam mei fundi: & sic est mea effecta. tandem inter hanc insulam & contrariam ripam est nata alia insula, & est quæstio cuius sit, scilicet an mea, an vicini ex alia parte fluminis. & dicitur quòd mensurari debet cui magis est vicina: & illius qui magis est propinquus, erit: & mensura incipiet ab insula quæ mea est, non ab agro meo. [SI ID.] Quamuis id quod ædificatur in flumine publico, est publicum: scilicet ratione vsus: tamen insula nata in flumine publico, publica non est, scilicet ratione proprietatis: vel aliter vt in glos. Franc. Accursius.

S[I] is qui in aliena[a] potestate est, thesaurum[*] inuenerit[b]: in persona eius[c] cui adquirit. hoc erit[d] dicendum. vt si in alieno agro inuenerit, partem[e] ei adquirat. si verò in parentis dominiue loco inuenerit, illius[f] totus sit. si autem in alieno[g], pars[h]. 1 ¶ Si cōmunis seruus in alieno inuenerit: vtrum pro dominij partibus, an semper æquis adquiret? Et simile est atque in hereditate, vel legato, vel quod ab aliis donatū seruo traditur[i]: quia & thēsaurus donū † fortunæ[k] creditur, scilicet vt pars quæ inuentori cedit, ad socios pro qua parte serui quisque dominus est, pertineat. 2. ¶ Si cōmunis seruus in domini vnius fundo proprio inuenit: de parte[l] quæ soli domino semper cedit, non est dubiū quin solius domini prædij sit. verùm an aliquid ex parte[m] ferat alter socius, videndum est: & nūquid simile sit atque cum stipulatur seruus iussu vnius domini: aut per traditionem aliquid accipit vel nominatim[n] alteri. quod magis[o] dici poterit.

3 ¶ Quòd si seruus in quo vsusfructus alienus est, inuenerit in eius loco qui seruum propriū habet[p]? an totum illius[q] sit? & si in alieno, an partem eidem[r] adquirat, an vero fructuario? Inspectio in illo est, num[s] ex operis serui adquiratur[t] finge, terram fodiētem inuenisse[u]: vt hoc dicatur fructuarij esse. quod verò subitò in abdito loco[x] positum, nihil agēs, sed aliter ambulās inuenit[y]: proprietatis domini sit. ego nec illius[z] ad fructuarium pertinere partē arbitror. nemo enim[a] seruorum opera thensaurum quærit: nec ea propter tunc terrā fodiebat, sed alij rei operam insumebat, & fortuna aliud dedit[b]. Itaque si in ipsius fructuarij agro inuenerit[c], puto partem solam vt agri dominum habiturum: alteram ad eum cuius in seruo proprietas est pertinere.

4 ¶ Quòd si creditor inuenerit[d], in alieno videbitur inuenisse. partem itaque sibi, partē debitori præstabit: nec recepta[e] pecunia[f] restituet quod iure[*] inuentoris, non creditoris ex thēsauro apud eum permansit[g] †. Quæ cùm ita sint, & cū ex principis auctoritate creditor vt proprium agrum tenere cœpit iure dominij: intra constitutum luendi tempus[h] pignoris causa vertitur.[i] Post trāsactum autem tēpus thensaurum in eo inuentum ante solutam pecuniam totum tenebit[k]. oblato[l] verò intra cōstitutum tempus debito[m], quoniam vniuersa præstantur, atque in simplici[n] petitore[*] reuocantur: restitui debebit[o], sed pro parte sola: quia dimidiū inuentori semper placet relinqui.

LXIIII. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA *libro singulari* πῶ.

Q[V]æ quisque aliena in censum deducit, nihilo magis[p] eius fiunt.

LXV. ¶ *Labeo libro sexto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

[*] de hoc orthographia not. sup. eo. ti. l. nunquam.
a Thesaurus in sacro religioso, publico, vel fiscali inuentus cuius fiat.
† Del beneficium appellatur. l. C. de Thesaur. l. ...
b Fortuna donum thesaurus.
c Fortunæ donum legatum & hereditas non sunt omnino.
d Legata & institutiones solent ob præcedens meritum, non sunt dona ex mera & nuda fortuna.
e Magica arte thesaurumque ... non licet ... Argenti ... forma ... Alex...
[*] Alexander Seuerus imp. thesauros repetitos hisque repererant donauit. Aelius Lamprid. in eo.
† remansit.
a Professio cō fuam rei alienæ tanquam suæ, profitenti ius dominij non tribuit: & per contrariū dominū vero rei domino non aufert.
[*] pignorē.

a ¶ *Reddita*.id eſt data.*ſic infra.de verbo.ſignif.l.verbum reddendi.*

b ¶ *Tabellarium*.i.ª ſeruũ ſiue ſcriptorẽ:vel etiã notariũ aliquem.

a Tabellarius proprie quis, ſcriptor, notarius.

c ¶ *Tabellario tuo*.mei & tui cauſa.nam ſtatim. ſequitur cùm tui cauſa tantum *& facit ſ.de dona. qui mihi.& infra de furt. eum qui. §. fin.& ſupra de dona. inter vi. & vxo.l.ſi ſponſus.in princ. & l. ſed interim.§.idem Marcellus.*

Verba Labeonis.

SI epiſtulã tibi miſero ,nõ erit ea tua antequã tibi reddita[a] fuerit. Paulus,imò contra.nam ſi miſeris ad me tabellarium[b] tuũ, & ego reſcribendi cauſa litteras tibi miſero:ſimul atque tabellario tuo[c] tradidero,tuæ fient. Idem accidet in his litteris quas tuæ dumtaxat rei gratia miſero: veluti ſi petieris à me, vti te alicui commendarem,& eas commendatitias tibi miſero,literas†.

1 ¶ Si qua inſula in flumine propria tua eſt[d],nihil in ea publici eſt. Paulus: Imò in eo genere inſularum,ripæ flumini[e],& litora mari proxima, publica ſunt non ſecus atque in continenti agro[f] idem iuris eſt.

2 ¶ Si qua inſula in flumine publico proxima tuo fũdo nata eſt,ea tua eſt[g]. Paulus: Videamus ne hoc falſum ſit de ea inſula: quæ non ipſi alueo fluminis cohæret,ſed virgultis aut alia qualibet leui materia ita ſuſtinetur in flumine,vt ſolum eius nõ tangat atque ipſa mouetur. hęc enĩ propemodum[h] publica,atque ipſius fluminis eſt inſula. 3 ¶ Paulus[i]. Si inſula in flumine nata, tua fuerit,deinde inter eam inſulam & contrariam ripam alia inſula nata fuerit: menſura eo nomine erit inſtruenda à tua inſula, non ab agro tuo propter quẽ[k] ea inſula tua facta fuerit.nam quid intereſt, qualis ager ſit, cuius propter propinquitatẽ poſterior inſula cuius ſit quęratur[l]? 4 ¶ Labeo libro eodẽ.ſi id quod[m] in publico innatũ aut ædificatum eſt, publicũ eſt:inſulaquoque quę in flumine publico nata eſt publica eſſe debet.

d ¶ *Tua eſt*. ratione propinquitatis.

b Ripæ vſu publicæ:proprietate vicinorũ.

e ¶ *Ripa fluminis*. quæ quò ad vſum[b] ſunt publicæ. Ioan. ſed quò ad ꝓprietatem ſunt eorũ qui poſſidẽt propè: *vt Inſti.eo.§.riparum.*

Verba Labeonis.

f ¶ *Continenti agro*. agrum vocat locũ adiacentẽ flumini:*vt ſ.eod.l. inſula. in fin. & j. de flu. & ne quid in flu. publ. l. pen.* Sic ergo litora[c] quæ alicui agro ꝓpinqua ſunt,publica ſunt, ſic & mari ꝓxima ſunt publica[d],i.publicè cõmunia: *vt Inſti.eo.& §. quidem. & §. litorum. & ſ.eo.quod in litore.*

c Litora publica.

d Publicã pro publicè communi.

g ¶ *Ea tua eſt*.ratione vicinitatis. Accurſius.

h ¶ *Propemodum*.nam eius proprietas noneſt publica, ſed eius vſus: & ſic nõ eſt differentia inter hanc[e] & illã quæ ſolum tãgit. Vel dic ꝙ & huius proprietas eſt publica: & ſic differt ab illa quæ tangit ſolũ: & ꝓpè eſt philoſophicum temperamẽtum.

e Inſulæ ſolũ tangentis & non tangentis differẽtia.

i ¶ *Paulus.facit ſup.eo.inſula.* Accurſius.

k ¶ *Quem*.ſ.agrum.

l ¶ *Quæratur*. quaſi dicat nihil intereſt.

m ¶ *Si id quod* aliàs. ſi id quod, &c. & tunc dic,ſi, id eſt quamuis. & quod ſubiicit publicum eſt, ſcilicet ratione vſus: & in fine ſi habes ſine non:dic debet ratione vſus: Si cum non:dic,ratione proprietatis:*vt ſ.eod.l.adeo.§. inſula.* aliàs ſicut id quod in publico natum aut inædificatum publicum non eſt: ita inſula publica debet eſſe: & eſt tunc ſimilitudo[f] per contrarium, vt & ibi,Lazarus ſimiliter mala Accurſius.

f Similitudo per cõtrarium.

LXVI. VENVLEIVS *libro ſexto Interdictorum.*

CVm prægnas mulier legata, aut vſucapta, alióve quoquo modo alienata pariat: eius fiet* partus[n], cuius eſt ea † cui emeretur: * non cuius tunc fuiſſet,cùm conciperet.

* fiet. † quæ. * cum emitteretur.

CVm prægnans.] CASVS. Prægnans ancilla legata eſt Titio: vel vendita: vel Titius vſucepit eam. poſtea peperit:dicitur quòd partus eſt eius cuius eſt ancilla tempore quo peperit: & ſic Titij erit.Franciſcus.

n ¶ *Fiet partus*. vt *& C. de liber. cau. placuit.* Sed contra *ſupra qui po.in pigno. h.s.potior. §.ſi de futura.* Sed in pignore, vt ibi diximus: hic in dominio. Accurſius.

g Dominium iure ciuili adquiritur vſucapione.

DE ADQVIRENDA vel amittenda† poſſeſſione. TITVLVS. II.

Appellata eſt poſſeſſio à pedum poſitione: & ab ea olim incepit dominium: & hodie incipit ab his quæ in nullius bonis ſunt.Bart.

I. PAVLVS *libro quinquageſimoquarto ad Edictum.*

POſſeſſio appellata eſt, vt & Labeo ait,*à ſedibus[o], quaſi poſitio:

DE ADQVIRENDA VEL AMIT. &c.

Dixit, qualiter iure gentium adquiritur dominium: nunc qualiter iure ciuili[g], id eſt per vſucapionem:quæ cum[h] non ſit ſine poſſeſſione: vt infra titu.1.lege ſine poſ.*de ea præmittit.& not.quod hic dicit amittenda ſit d.[i] C. eadem dicit retinenda: quod in idem recidit:quia contrariorum[k] eadem eſt diſciplina.*

h Vſucapiendo eſt ſine poſſeſſione.

i Amittere & retinere contraria.

k Contrariorum eadẽ eſt diſciplina,cognitione,poſſeſſione, ſeu potentiaſ ſuæ deciſione. vno enim cognito aliud cognoſcitur: quod ſieri poteſt in vno eõ trariorũ hoc ſit in altero: deciſio vnius, alteriuſque; deciſio,ſeruata tamẽ eiuſque contrarii qualitate ad de Eueradũ in loco à contrarium.

Placet definitio Aelij Galli poſſeſſio eſt vſus rei. ſi modo vſum accipias pro detentione,ſiue,vt in hoc libro ſcriptum eſt duobus locis.detentatione, non pro eo quod Græci χρῆσιν dicunt.ab vſu enim huiuſmodi plurimum poſſeſſio diſtat.plures eandem rem pro ſolido poſſidere non poſſunt, vti ea pro ſolido poſſunt. Seruitutes & forum non poſſidemus. eis vtimur tamen. & hic vſus in ſeruitutibus,quia tangi non poſſunt, pro poſſeſſione eſt. Adquiritur autem poſſeſſio corpore & animo, amittitur etiam ſolo animo,non corpore ſolo quia animo retinetur ſiue propoſito,vt loquitur. l. 47.alibi voluntate,affectione.Græci etiam variè [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]. Dominium longe aliter. poteſt enim adquiri ipſo iure, & non amittitur nudo animo.Cuiacius.

POſſeſſio.] CASVS. Dicit vnde dicatur poſſeſſio. Secundò dicit de effectu poſſeſſionis. nam ex poſſeſſione deſcendit dominium. nam animalia fera ſtatim dum capimus & incipimus poſſidere: eorum efficimur domini. dat & alia exempla.[ADIPISCIMVR.] Adquirere poſſumus poſſeſſ.per noſmetipſos.pupillus autem & furioſus non poſſunt adquirere poſſ.ſine tutoris auctoritate:cum tutoris autẽ auctoritate poſſunt. Ofilius autẽ corrigit in pupillo,dicenſꝙ pupillus poteſt adquirere poſſeſ.etiam ſine tutore: dum tamen habeat intellectum.[SI VIR.] Poſſeſ. nudam fundi donauit vir vxori: & ceſſit ei. nunquid ipſa poſſidere dicatur quæritur.& videtur ꝙ poſſideat, cùm poſſeſſio ſit facti, quod tolli non poteſt per ius ciuile quod inhibet dona. inter virum & vxorem fieri. Item & alia ratione donatio inhibetur inter virum & vxorem, ideo ne pauperior vnus eorum efficiatur propter alium. ſed in noſtro caſu ſi diceres non adquiri poſ. mulieri: tamen vir amiſiſſet: meliꝰ eſt ergo vt dicamus eam poſſe. adquiri mulieri [ITEM ADQVIRIMVS] Supra dixit per nos quæri poſſeſ. nobis. nunc dicit per quas alias perſonas nobis quęratur. & tex.eſt ſatis planus vſque ad §.veteres. [VERBERES] Heres futurus nunquam poteſt adquirere poſſeſ. alicuius rei hereditariæ per ſeruum hereditarium. ſed ſi legati ſint mihi plures ſerui vel donati vel venditi, & poſſ. vnus poſtea incepi habere, per iſtum poſſum adquirere poſſeſſionem aliorum. [SI EX PARTE.] Si teſtor vni heredum prælegauit ſeruũ re poteſt adquire poſſeſ.ille heres per talem ſeruum fundi hereditarij.idem & ſi teſtator habebat ſeruum cõmunem cum vno heredum. nam per talem ſeruum poteſt heres adquirere poſſeſſionem fundi hereditarij.[PER PROCVRATOREM.] Per procuratorem,item per tutorem ſiue curatorem adquiritur nobis poſſeſſio,ſi noſtro nomine accipiant.ſed ſi ſuo,nunquam adquiritur nobis & verum eſt quod dixi nobis quæri,ſi noſtro nomine accipiant.Si enim nobis non quæritur,cui quęretur? eis non:quia non habuerunt animum ſibi quærendi:nec is qui tradit,habet poſ.cum eam amiſit.ergo dicẽdum eſt quòd nobis quęrant.[SI IVSSERIM.] Enumerat quoſdam caſus in quibus nobis adquiratur poſ.etiam ſine apprehenſione noſtra. [MVNICIPES.] Municipes per ſe nihil dicuntur poſſidere, cùm non poſſint conſentire.& dic commodè:cùm nec forum nec baſilicam dicantur poſſidere: ſed promiſcuè vti. Per ſeruum autem communem peculiariter adquiſitum poſſidere & vſucapere poſſunt,licèt quidam contra:cùm nec ipſos ſeruos dicantur poſſidere. Sed contrarium eſt verum,nam & poſſidere & vſucapere poſſunt.Item poſſeſſio adquiri poteſt eis per ſeruum eorum, & per liberam perſonam ab eis poſſeſſam.& hoc dicit hic §.cum l.ſeq.Franciſ.

† In verbo omittenda.ſed in indice tit. eſt amittenda quomodo & hic emẽdauit Taurellus. vt ipſe in admon. ait Poſſeſſio inquit. Aelius Gallus apud Feſtum,eſt vſus poſſidendi fundi, non ipſe fundus. * Vide Alc.li. 4.Diſpun.c.1.& lib.2.Duar.lib.1.diſputa.c.19. Hoto c.20. obſeruat.

o ¶ *A ſedibus*. aliàs[a] pedibus. Et tunc ſi habeas ſedium,reſpicit finem dictionis poſſeſſio:quia ibi ſedebãt.aliàs ſi à pedibus,& habeas tunc pedum: ſic reſpicit principium.& hæc bona,vt ſubiicit & hic eſt alluſio[b] vocabuli, quaſi compoſitio ſeu deriuatio vocabuli, vel deſcriptio vocabuli. *ſic & ſ.ſi certum pet.l. ij.§. appellatam.*

¶ Definiri[c] autem poteſt ſic ſecundùm Ioan. 1 Poſſeſſio eſt ius quoddam rem detinendi ſibi. 2 Vel ſecundùm Az.duobus modis. primo ſic:Poſſeſſio eſt ius quoddam quo quis rem corporalem verè vel interpretatiuè ſibi habet. 3. Tu dic, vt idem Azo.poſtea dixit:Poſſeſſio eſt corporalis rei retentio corporis & animi, iuris adminiculo concurrente. De corporali ideò dicit.quia incorporalia[d] propriè non poſſidentur:*vt infra eodem.l.iij.in princip. & j.tit. j.l.ſequitur. §. ſi viam.* Item retentio dicitur propter id quod ſtatim hic ſequitur,corporis[e] & animi:propter id quod eſt *j. leg. iij. in prin.* Iuris adminiculo ideò,quia ius[f] operatur & in adquirenda,& in

a Poſſeſſio an à ſedis an à pedis poſitione.

b Alluſio vocabuli quid.

c Poſſeſſionis definitio.

d Incorporalia propriè nõ poſſidentur.

e Poſſeſſio detinetur corpore & animo.

f In poſſeſſione adquirẽda & amittenda ius operatur.

quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit: quam Graeci κατοχὴν[*] dicunt 16 ¶ Dominiúmque[b] rerum ex naturali possessione[c] cœpisse Nerua filius ait[d]: cuiusque rei vestigium[e] remanere in †his[f] quæ terra, mari, cœlóque capiũtur. nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi[g] possessionem eorum adprehenderint. Itẽ bello[h] capta, & insula in mari[i] enata, & gemmæ, lapilli[k], margaritæ in litoribus inuentæ, eius fiunt, qui primus eorum possessionem nanctus est[*].

Adipiscimur possessionem per nos maiores & sanæ mentis: secus in furioso, & infante sine tutoris auctoritate. Bart.

2 ¶ Apiscimur† autẽ possessionem per nosmetipsos[l]. 3 ¶ Furiosus & pupill' sine tutoris[m] auctoritate non potest[*] incipere[n] possidere: quia affectionẽ tenendi non habent, licèt maximè[o]

da, & in retinenda: quia quandoque[a] habet plurimum, quandoque multum, quandoque parum iuris possessio: *vt dices infra eod. l. possessio.* Item iuris, vt ius non reprobet: vt in re sacra & simili: *vt infra eo. qui vniuersas. §. j.* vel quia alius possidebat, cum duo in solidum, &c. *vt infra eod. titu. l. iij. §. ex contrario. §.* Item nota ex eo quod hic dicit: quia minus[b] propriè dicitur res mobilis possideri: cùm à pedibus dicatur possessio. Accursius.

a ¶ *Quia naturaliter.* id[c] est corporaliter.

¶ Sed quare corporalis[d] possessio dicitur naturalis? Respõ. ad differentiam[e] ciuilis: & ideo quia de iure naturali primæuo antequam essent iura ciuilia, id est leges, fuit statutum vt quamcunque terram calcauerit pes tuus, tua sit. Item ideò, quia naturæ sustentamento, id est corporis auxilio, opus est: *vt infra l. iij. in princip. & in q. respon.* ¶ Item not. quòd ex eo quod hic subiicit, tenetur & insistit. 1 Dicunt quidam quòd statim cum desinit[f] insistere vel tenere, desinit possidere: siue fundum, siue domum, & per hoc etiam ea quæ in domo sunt. pro quibus est infra *de vi & vi arm. l. j. §. illud: atque. in fin. §.* In partibus ergo quibus insistit, naturaliter possidet, in alijs ciuiliter. quod non placet R. 2 Sed P. & Azo dicunt[g] quòd retinet naturalem quocunque vadat: cum possit redire quando vult. Sed opponitur contra eos: quia secundùm eos non esset ciuilis sine naturali. Item plures haberent naturalem: quia ingressus habet naturalem, etiam secundùm eos: quòd ipsi aliàs negãt, scilicet duos in solidum possidere naturaliter: sed dicunt, verum est eodem iure, sed diuerso possunt duo possidere naturaliter. nam ingrediens habet naturalem naturaliter, sed absens habet naturalem ciuiliter. 3 Aldri. dixit[h] quòd statim cùm exit de fundo, amittit naturalem, & adquirit ciuilem in ipso exitu cùm autem redit in fundum, amittit ciuilem, & recuperat naturalem: nec simul esse possunt, secundùm eum. 4 ¶ Tu distingue secundùm Io. an habeat quis naturalẽ & ciuilem per se, an per alium tantum, (vt per filium & seruum ex causa peculij: *vt infra eod. l. iij. §. quòd si seruus & §. saltus.*) & an per se ciuilem, per alium naturalem, an habeat tantum naturalem. 1 2 ¶ Primis duobus[i] casibus si exeat detentans de fundo: non amittitur possessio, scilicet naturalis, si sit in conspectu etiam per x. miliaria, cùm etiam sic quæratur: *vt infra eod. quod meo. §. venditorem.* Ergo magis[l] retinetur: *argum. infra de superficiebus l. j. §. quod ait. ibi, nam cui damus actionem, &c.* aliàs si non est in conspectu, naturalis amittitur, sed ciuilis retinetur: *vt C. eod. licet.* Sed quid si non[m] est in conspectu, sed de proximo, sic quòd citò[n] potest ingredi? Respond. non amittit, cum etiam sic quæratur: *vt supra de contrahend. empt. l. clauibus. & j. ea. l. §. si iusserim.* Item quid[o] si non est in conspectu, nec de proximo, & sic amisit: si redeat, & sic sit de proximo, vel in conspectu: an recuperet? Respon. sic, si ita stat vt de facili possit recuperari. 3 ¶ Si[p] autem per alium habeat dictã naturalem pos. (vt per[q] procura. tu. & cu. filium vel seruum,) & per se ciuilem: licèt detentans exeat: & nec sit in conspectu, nec de proximo: tenetur naturalis per dominum si exiens habeat animum retinendi dominij: *vt infra eod. l. clam. §. qui ad nundinas. in princip. & leg. si colonus.* 4 ¶ Et idem dico in quarto casu quando solam[r] naturalem habet per se, vt fructuarius: *vt j. eod. naturaliter.* nam retinet quocunque vadat: *vt probatur. j. de vi & vi arm. l. j. §. interdictum hoc. & l. iij. §. vnde vi.* ¶ Sed quare retinetur hic vel in vltimo casu plus naturalis quàm primo & secundo casu? Respond. quia ibi satis operatur animus in retẽtione ciuilis: quod hic non facit. operatur ergo retentionem naturalis possessionis. Sed quidam dicunt quòd hic naturalis habet quiddam ciuilitatis in se, quod animo tenet, licèt exeat. quod non placet: quia ciuilem[f] habet proprietarius. ergo iste habere non potest: *vt dices infra l. iij. §. ex contrario.* Item in superiori proximo casu animus detinentis operatur retentionem naturalis: *vt d. l. j. eod. l. si colonus.* cum aliud non operetur. nam ciuilem meo animo retineo. & hæc omnia de naturali. At ciuilis siue sola, siue cum naturali, retinetur quocunque vadat ille qui habet. *infra eod. l. clam. §. qui ad nundinas.* ¶ Ex prædictis patet quòd duæ sunt possessiones, ciuilis, & naturalis: vt statim dices secundùm Azo.

b ¶ *Dominiumque rerum.* ecce effectus possessionis.

c ¶ *Naturali possessione.* hoc expone vt supra.

d ¶ *Ait.* & bene, vt patet ex prædicta auctoritate: quidquid calcauerit pes tuus, &c. hæc autem possessio si corpore sit quæsita, vt hic: vel oculis, & animi affectu: *infra ea. l. §. penult.* dicitur naturalis[a]: id est ex iure gen. *vt & ponitur Instit. de re. diui. §. per traditionem.* non eo quòd omnibus conuenit animalibus: nam irrationabilia non possident, sicut nec furiosi vel dormientes: *vt infra §. sed furiosus.* & hæc eadem[b] potest dici ciuilis approbatione, *ar. infra de verbor. signifi. l. lege.* ¶ Et sic non[c] duæ sunt apud eundẽ, sed vna, secundùm P. & Azo. At Io. & alij dicunt duas esse: naturalem, quæ corpore: ciuilem, quæ animo consistit: *vt j. l. iij. in pr. ne. & C. eo. l. nemo.* quod est tutius. Quod ergo dicitur. *C. eod. licet.* quod exiens de fundo retinet possessionem etiam si non est in conspectu, dices[d] ciuilem secũdùm Io. Sed Azo. naturalem, quæ etiam ciuilis potest dici secundùm eum, ex eo quòd ius ciuile operatur ad retentionem. sic & ciuilis actio dicitur prætoria, ratione extensionis: *vt s. de nova. l. electio. §. si is.* si autem ne absente quis ingreditur meum prædium quod possideo: ciuilis iuris auctoritate (vt dictum est secundùm Azo.) ingrediẽs habet naturalem de iure naturali: cum & econtra extraneus habeat interdictum vti pos. *vt j. vti po. l. j. in fin. & l. seq.* & illam naturalem etiam de iure na. interpretatur lex retineri animo: sicut in fructuario dicitur: *vt infra de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi.* Nec mirum: quia hic in hoc casu plurimum à iure mutuatur, id est habet possessionem: *vt infra eo. possessio.* sed si iste retinet naturalem, & ingressus adquirit naturalem: ergo duo[e] habent naturalem: quod est falsum. Nec potest dici quod statim quòd ingressus quærit, ille amittat: quia non tunc, sed postea cum rediens non admittitur: *vt infra eod. l. clam. §. fin.* Dices ego secundùm Ioan. quòd retinet ciuilem.

e ¶ *Vestigium.* i. exemplum vt dominium[f] ex naturali possessione quæratur, id est cùm cœpit possidere, statim fit dominus.

f ¶ *In his.* feris animalibus. nam ista cum[g] possessione statim quæruntur: *vt s. tit. j. l. j. & l. seq.* secus in alijs rebus. nam non[h] statim in aliqua re quæsita possessione quæritur dominium: at in his non quæritur vnum sine altero. Idem in amissione dicunt quidam, vt vnum sine alio non amittatur: quod non placet: vt statim dices.

g ¶ *Qui primi.* secus si alius occupasset, quia illius esset etiam si possessionem amittat per alterius occupationem: *vt j. eod. l. rem quæ.* ¶ Sed an & talia quærantur statim quæ sunt in conspectu, si[i] habemus animum adquirendi? Respond. aut sunt animalia: & tunc serua quod habes *supra tit. j. l. naturalem. § illud. & l. in laqueum.* In non animatis videtur distinguendum inter res ab aliquo pos. vt tunc etiam non apprehensa possessione quærantur: *vt infra eo. l. quod meo. §. si venditorem.* & vacantes siue pro derelicto habitas: & tunc demum post corporalem apprehensionem: *vt hic & inf. eo. l. iij. §. Neratius. in fi.* & est ratio, quia primo casu concurrit tradentis & adquirentos consensus secundò non: *vt j. de stip. si cenus testamento.* Alij dicunt hic sufficere conspectum cum affectione quærendi. Nec ob. *d. §. Neratius.* quia ibi non videbatur: hic sic. Arg. contra *s. de contrahen. empt. l. clauibus.* Vel dic quia ibi etsi sciebat thesaurum esse in fundo: non tamen vt hic, sic & in illa clauibus. Tertiò dicit ibi de possessione: hic de dominio: vel ibi de alio genere quærendi, scilicet per inuentionem: hic[k] per occupationem: quæ diuersa sunt: *vt Inst. de re. diui. §. feræ. & §. thesauros.* Accur.

h ¶ *Bello.* licito, vt[l] indicto à po. Ro. vel ab alia ciuitate: *vt j. de cap. l. hostes.* Accur.

i ¶ *In mari.* secus in flumine, nisi sint ibi agri limitati: *vt j. de flu. l. j. §. si insula. & s. tit. j. in agro. & l. adeo. § insula.*

k ¶ *Lapilli.* quid inter se differant, legitur *s. de auro. & arg. leg. l. si non sint. §. gemmæ. & facit s. de rerum diui. l. item lapilli.*

l ¶ *Per nosmetipsos.* non remouet quin & per alium: *vt j. eod. §. item adquirimus. cum seq.*

m ¶ *Sine tutoris.* vel curatoris propter furiosum. ¶ Nunquid ergo cum tutoris auctoritate vel cùm infans & furiosus adquirũt possessionem: Videtur quòd non: *vt j. proxi.* sed pupillus, &c. & ibi, quæ sententia, &c. *& j. de re. iud. in negotiis.* Sed contra hoc innuit. *j. eo. quamuis. §. infans.* sed licèt non quæratur furioso sine curatore, retinet[m] tamen: *vt j. eo. l. si is qui & j. tit. j. l. insto. §. cum. & l. nunquã. §. antepe.* licèt[n] enim desinat habere animum possidendi, non tamen habet animum nonpossidendi: quia tunc desineret: *vt j. eo. si quis vi. § differentia.*

n ¶ *Non possunt incipere possidere.* i. adquirere possessionem.

o ¶ *Licèt maximè.* i. quod est maximum in possessione quærenda:

a Possessio plurimum, multũ parũ iuris interdũ habet.
b Possideri res mobilis minus propriè dicitur.
* Corpossessio κατοχὴ dicatur, vide Alci. li. Pater. c. a. s.
c Naturaliter pro corporaliter.
* Fl. de his.
d Corporalis possessio cur naturalis dicatur.
e Possessionis naturalis & ciuilis differentia.
f Possidere an desinat qui insistere vel tenere desinat.
g Hæc opi. reprehẽditur per Bar. & est de mente aliorũ.
h Hæc etiam est falsa secũdùm Ale.
i Possessionẽ naturalem simul & ciuilẽ per se vel per alium habens si de fundo exeat naturalem possessionem non amittit si rẽ in conspectu habeat, & nõ habeat si esse autẽ in cõspectu...
k Possessio vel solo cõspectu quæritur.
l Retentio facilior est adquisitione.
m Proximi habetur pro eo ac si esset in conspectu.
n Proximo de fundo possidens quam cito ingredi possessionis...
p Possessionẽ per se ciuilẽ, per alium naturalem habẽs naturalem amittit si ...
q Possidens naturaliter & quis per se ...
r Possessionẽ naturalẽ habẽs per se vel ciuilem solã vel ciuilẽcum naturali, cam retinet, quocunque proficiscatur.
f Possessio ciuilis tantũ penes proprietarium, naturalis penes fructuarium.
t Possessiones

duæ sunt naturalis & ciuilis.
a Possessio naturalis est ex iure naturali secundario, quod & iure gentium & cur.
b Possessio naturalis, dici potest ciuilis approbatione.
c Possessio duplex apud eũdem esse potest.
* P. in ... (vt h. ...) naturalia sunt sed aut veteri occupatione, vt qui quondam vacua venerũtant vicina, vt qui bello potiti sunt. t. K.
† Adipiscimur possunt.
d Possessionẽ ciuilẽ retinet qui e fundo exit: opinione Ioh. & Accur. hic in fi.
Actio ciuilis prætoria dici potest ratione extensionis.
e Possessionẽ naturalẽ vnam & eandẽ res duo habere nõ possunt.
f Dominiũ ex naturali possessione quæritur.
g Dominiũ ferarum statim cum ipsa possessione quæritur.
h Possessione quæsita regulariter nõ statim dominiũ quæsitum esse intelligitur.
i Dominium rerum quæ in conspectu habet quemadmodum adquiratur, si aut res sint animata, siue inanimata ab aliquo vel nullo possessa.
k Adquirendi per inuentionem modus differt ab eo qui fit per occupationem.
l Bellum licitum quod indictum ab eo qui indicendi potestatem habet.
m Quærendi & retinẽdi differentia. Hæc illo sciliset tunc tenetur.
n Posidendi & nonposidendi animum habere differunt.

Detentatio aliud est a possessione: hæc, siue naturalis sit, siue ciuilis, iuris est, illa facti.

b Possessio triplex, ciuilis, naturalis, & detentatio: vt in Gl. §. item infra. Gl. l. Fulcinius & inf. de vi & vi.

c Detinent sibi suoque nomine colonus & inquilinus. possident autem domino. Idcoque domini per se ciuilem: per illos naturalē retinēt. cuius detentationis homine colonis officio iudici insubuentur.

d Pupillus sine tutoris authoritate stipulari & vsucapere potest.

e Furiosi & pupilli differunt in adquirenda possessione. Hæc sine tutore possessionem adquirere potest: ille non potest & cur.

f Fictione iuris factum venit fingitur esse alterius.

g Iuris plurimum habent quæ per aliū quæruntur.

h Facti plurimum habent quæ quis per se tantum quærere potest.

i Furiosus & pupillus vsucapiendi effectu nō habet.

k Infans sine tutore potest ea quærere in quæ affectio infantiæ cadere potest.

l Possidet vxor res donationē a marito acceptas, quæ ad vsucapienē attinet, non quod ad effectum.

m Factum nō factum esse in re ciuili aliquando fingitur vt hic & ff. Quandoque factum non factum fingitur vel ideo, quod ius nūquā fingit, vbi fictio est nullius effectus.

n Possessionem adquirimus per filium alio possessos, veros, non putatiuos.

o Putatiui filij & veri differentia in quærenda possessione.

p Putatiui serui & filij differentia in quærenda domino & patri possessione.

q Argumentū ab inutili ad ignorantem.

r Vsucapionē effectus possessionis.

---

vt infra. l. iij. in princ. & C. quod me causa. l. iij. non ª ergo omnis detentatio est possessio: sed triplex ᵇ est. nam alia ciuilis, alia naturalis: in quarum vtraque quærenda duo exiguntur: vt infra eo. l. iij. in prin. alia detentatio: vt hic: qualem etiam habet colonus ᶜ.

a ¶ *Dormienti. facit supra de aucl. tut. l. j. in fin.*

b ¶ *Pupillus.* idem de furioso, vt dixi, licèt in pupillo tantùm prosequatur.

c ¶ *Eam enim rem.* i. adquisitionē possessionis. & subaudi maximè. nam & si iuris, esset idem: vt ecce ᵈ potest stipulari sine tutoris auctoritate: *vt Insti. de aucl. tut. in prin.* & vsucapere: *vt j. titu. j. sequitur. §. pupillus. quæ iuris sunt.* Sed secundùm hoc quomodo est factum, non ius? Respon. quia ea adquisita de facto, quæritur, de iure vel non iure sit quæsita: *vt j. l. iij. §. ex contrario.* Tu dic quòd est ratio quare ᵉ furiosus nō possit adquirere poss. sed pupillus sic si ne tutore: quia ea res non est iuris, id est, in ea non desideratur fictio ᶠ iuris. quæ factum alterius fingat pupilli: quia ipsemet quærit. ea ᵍ autem quæ per alium quæruntur, habet plurimum iuris: sed ea quæ ʰ per se, plurimum facti: quod factum bene cadit in persona pupilli qui habet intellectum, sed ⁱ non in furioso: quia etsi plurimum facti habet talis possessio, non tamen quæritur sine animo.

d ¶ *Recipi potest.* vt pupillus sine tutore incipiat possidere.

e ¶ *Capiant.* non ergo infans quærit sine ᵏ tutore. Sed contra. C. *de don. l. donatarum.* Solu. *vt infra eo. l. quamuis. §. infans. & facit Insti. de inuti. stip. §. pupillus.*

corpore suo rem contingant: sicuti si quis dormienti ª aliquid in manu ponat. Sed pupillus ᵇ tutore auctore incipiet possidere. Ofilius quidem & Nerua filius etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum aiunt. eam enim rem ᶜ facti, non iuris esse. quæ sententia recipi potest ᵈ, si eius ætatis sint vt intellectum capiant ᵉ.

Ex inutili contractu transfertur possessio. Bartolus.

4 ¶ Si vir vxori cedat possessione ᶠ donationis causa, plerique putant possidere eam ᵍ: quoniam res facti infirmari iure ciuili non potest ʰ. Et quid attinet dicere, nō possidere mulierem, cū maritus vbi noluit possidere, protinus amiserit ⁱ possessionem ᵏ?

Per seruum & filium ex causa peculiari adquiritur nobis ignorantibus possessio, & vsucapiendi conditio. Item per seruum & liberum bona fide possessum adquirimus. Item per seruum communem & fructuarium, si tamen sciens existat. Bartolus.

5 ¶ Item adquirimus possessionem per seruum aut filium ˡ qui in potestate est: & quidem earum rerum quas peculiariter ᵐ tenent etiam ignorantes: sicut Sabino & Cassio & Iuliano placuit: quia nostra voluntate intellegantur possidere ⁿ, qui eis peculium habere permiserimus ᵒ. Igitur ex causa ᵖ peculiari & infans & furiosus adquirunt possessionem, & vsucapiunt ᑫ: & heres ʳ, si hereditarius seruus emat.

Per seruum alienum, vel liberum hominem bona fide possessum adquiritur possessio possessori: sed si mala fide, nec illi adquiritur, nec etiam alteri. Pau. de Cast.

6 ¶ Sed & per eum quem bona fide possidemus, quamuis alienus sit vel liber, possessionē adquiremus ˢ. Quòd si mala fide eum possideamus: non puto adquiri nobis possessionem ᵗ per eum. Sed nec verò ᵘ domino, aut sibi adquiret qui ab alio possidetur ˣ.

Seruus communis potest vni ex dominis possessionem in solidum adquirere si hoc egerit. P.

7 ¶ Per communem sicut per proprium adquirimus etiā singuli ʸ in solidum, si hoc agat seruus, vt vni adquiratur: sicut in dominio ᶻ adquirendo.

Per seruum in quo habemus vsumfructum, adquiritur nobis possessio ex re nostra, vel ex opera sua, licet ipsum ciuiliter non possideamus.

8 ¶ Per eum ª in quo vsumfructum habemus, possidere possumus: sicut ex operis suis adquirere nobis solet. nec ad rem pertinet, quòd ipsum non possidemus ᵇ: nā nec filiū ᶜ.

Per illum qui penitus intellectu caret, non possumus adquirere: secus si non penitus, licet perfectum non habeat. Paul. de Cast.

9 ¶ Ceterū ᵈ & ille per quem volumus possidere, talis esse debet, vt habeat intellectū possidēdi. 10 ¶ Et ideò si furiosū seruū

f ¶ *Possessione.* nudam: cùm fortè alterius esset proprietas.

g ¶ *Possidere eam.* Imò non possidet: *vt j. de dona. inter vi. & vxo. l. si cum qui. quæ est contra.* Sol. *vt ibi.*

h ¶ *Non potest. sic infra de cap. & postlim. rev. l. in bello. §. facta.* hoc falsum ᵐ in postliminio & fictione legis Cornel. & alijs, *vt C. de res vxo. actio. in princ.*

i ¶ *Amiserit. vt j. eod. l. si quis vi. §. differētia.* & est bona ratio: omnino enim consulere voluit donanti, secundùm quod primò allegauit, licèt falsum sit. per hoc autem non consuleretur: cùm etsi non quæratur. hic tamen amittit: *vt j. eod. quod meo. §. si à furioso.* Sed contra. *j. eo. l. si me in vacuam.* Sol. vt ibi.

k ¶ *Possessionem.* vt hic fuit.

l ¶ *Filium.* etiam ⁿ qui ab alio possidetur in rebus peculiaribus: *vt j. eo. quidquid.* Item dic filium verum, non ᵒ putatiuum: *vt j. eo. per eum.* secus ᵖ in putatiuo seruo: *vt j. §. proxi.* & est ratio *vt j. tit. j. l. iusto. in prin.*

m ¶ *Peculiariter.* Quid ergo si non peculiariter, an ignorantibus nobis quæratur? Quidam quòd non, *vt hic, & j. l. iij. §. saltus. & leg. peregrè. §. quæsitum.* Nos tamen contra pro nobis. *j. eod. quod seruus. & Instit. per quas perso. nob. adqui. §. item nobis.* vbi dicitur: & si nullū fit peculium, quærere etiam domino inuito: ergo multo ᑫ magis ignoranti. & quòd dictis legibus dicitur scientiam exigi, restringitur quantum ad vsucapionem ʳ, quæ est effectus pos. *vt j. pro solu. l. j. & j. titu. j. adquiritur. §. non solum. in fin. & j. tit. j. l. Labeo.* & hic subiicit vsucapiunt. Vel expone hic peculiariter, id est quicquid quærit iussu: *vt d. l. quod seruus.*

n ¶ *Intelliguntur possidere.* i. ª detinere. *sic & infra eo. l. quod seruus.* ne sit contra infra *de verbo. oblig. stipulatio ista. §. hi qui. in fi. & §. hæc quoque stipulatio.*

o ¶ *Permiserimus.* tacitè ᵇ hoc ipso quòd non ademimus. alia causa est liberæ ᶜ administrationis: *vt supra de pecu. quam Tuberonis. §. ego. & §. alia.*

p ¶ *Igitur ex causa.* quia ignorantibus adquiritur poss. igitur, &c. *argu. instit. de hered. qua ab intesta. §. sin autem.* non ergo ad proximum dictum refertur, quia nostra voluntate, &c. quia non possunt peculium concedere: *vt s. de pecu. quam Tuberonis. §. j. & facit j. tit. j. l. si seruo furiosi.* Accur.

q ¶ *Et vsucapiunt.* ignorantes. Sed op. furiosus per ᵈ se non incipit vsucapere: ergo nec per seruum: *vt infra tit. j. l. Labeo. in fi.* Sol. vt ibi.

r ¶ *Et heres.* scilicet vsucapit, sed post ᵉ aditam hereditatem: *vt infra titu. j. l. simul. §. fin.*

s ¶ *Adquiremus.* ex duabus causis: *vt Insti. per quas perso. no. adquir. §. non solùm.* Quid ergo de alijs? Respond. P. proprietatem domino vel sibi libero: possessionem nulli: *vt supra titul. j. homo liber. in fin.* nisi hic gestiat alicui possessionem quærere vel saltem tradens: *vt supra de dona. l. qui mihi.* Sed nunquid tunc quæritur sine ratihabitione ᶠ? idem de proprietate quæro quando vel tradens gestit alicui quærere: arg. quòd demum post ratihabitionem ᵍ *supra de neg. gestis. si ego.*

t ¶ *Possessionem.* per eum. *vt & Cod. de rei vindic. l. j. in fi.*

u ¶ *Nec vero domino.* scilicet adquirit poss. Quid de dominio ʰ? quidam, idem: quasi nō possit dominium sine poss. quæri. pro eis. *C. de prob. cum res.* Tu dic vero domino quæri: *vt s. tit. j. homo liber. in fin. & de peculio. eo. tempore. in fin. & j. de fol. fugitiuus. & j. eo. quicquid. & s. de fundo dot. si fundum.* Sed contra: *s. tit. j. si seruus. in fi.* sed eam expone vt ibi. ADDITIO. Dic quòd loquitur quando venit ex re vel ex opera bonæ fidei possess. Alex.

x ¶ *Qui ab alio possidetur.* huic rationi est contra *supra de lib. cau. l. cui. §. licèt.* Solu. hic animo & corpore ab alio possidetur: vt ibi dixi. Azo. Sed quomodo ᵏ liber homo possidetur? Respon. quòd credo esse seruum alienum: aliàs non possiderem: *vt j. eo. l. cum heredes. §. item quæro.*

y ¶ *Singuli.* i. vel ego vel socius totum, vt subiicit: non autem ambo in solidum possumus: *vt j. l. iij. §. ex contrario.* Quid ergo si non agat vt vni in solidum quærat? Respon. vt infra *de stipu. ser. si seruus communis.* per stipulationem autem potest dominis in solidum quærere: *vt j. de stip. ser. l. si seruus communis.*

z ¶ *In dominio. vt s. tit. j. l. per seruum. §. sicut.*

a ¶ *Per eum.* ex operis suis, vel ex re nostra: *vt infra eod. l. poss. §. quoque.*

b ¶ *Non possidemus.* ciuiliter, sed naturaliter sic: *vt j. eo. l. naturaliter.* Sed P. dixit nullo modo. & idem ˡ de alijs qui habent ius ᵐ in re dixit, vt in emphyteuta & similibus.

c ¶ *Nec filium.* s. possidemus ⁿ: alia tamen ratione per eum adquirimus, scilicet iure patriæ potestatis.

d ¶ *Ceterum.* vt poss. quis per se quærat, possidendi animum habere

---

a Possidere pro detinere, vt in G. §. j. & eo. vt & possessio pro detentione.

b Conducere tacitè peculiū intelligitur qui non adimit.

c Peculiū aut expressè aut tacitè conceditur. Expressè, idque restrictius, nonnunquam liberius.

d Vsucapere incipere per se furiosus non potest.

e Vsucapere, quæsitū à seruo hereditario, heres incipit post aditā hæreditatem.

f Homo liber nobis nō adquirit nisi mādato aut ratihabitione interueniente.

g Ratihabitio nō conualescit & confirmatur adquisitio nobis facta ab aliquo.

h Mala fide possessus, neque possessionem neq; dominium adquirit possessori, sed vero domino. Dominiū regulariter sine possessione nō quæritur.

k Possideri homo liber non potest, nisi si qui possidet, eum seruū alienum esse credat.

l Possessionē latæ penes vsufructuarios & eos qui ius in re habent, ut in emphyteuta & similes.

n. Possideri à patre filius nō potest, tametsi pater possessionem patris, & huiusmodi iura habere filius in possessione filiationis esse dicatur.

miseris, vt possideas: nequaquã videris adprehendisse possessionem. 11 ¶ Quòd si impuberem[a] miseris ad possidendum, incipies possidere: sicut pupillus[b] maximè tutore auctore, adquirit possessionem.

12 ¶ Nam per ancillam quin possis nancisci possessionem, nõ dubitatur.

Impubes potest esse procurator ad negotia, & etiam institor. h.d.

13 ¶ Pupillus[c] per seruũ siue puberẽ siue impuberem adquirit possessionẽ, si tutore auctore iusserit eum[d] ire in possessionem.

Seruum fugitiuum possidemus, vsucapimus, & per eum adquirimus. Bartolus.

14 ¶ Per seruum qui in fuga sit, nihil posse nos possidere, Nerua filius[e] ait: licet respondeatur, quandiu ab alio non possideatur[f], à nobis eum possideri, ideóque interim etiam vsucapi[g]. Sed vtilitatis causa receptum est, vt impleatur vsucapio[h], quãdiu nemo nactus sit eius possessionem. Possessionem autem per eum adquiri, sicut & per eos quos in prouincia habemus, Cassij & Iuliani sententia est[i].

Per seruum à nobis pignori traditũ non adquiritur nobis possessio. Bart.

15 ¶ Per seruum corporaliter[k] pignori datum non adquirere possessionem Iulianus ait. ad vnam enim tantùm causam videri eum à debitore possideri, ad vsucapionem[l]. nec creditori: quia nec stipulatione, nec vllo

bere debet: *vt supra ead. l. §. sed furiosus. caeterum & ille*, &c.

a ¶ *Impuberem.* scilicet seruum.

b ¶ *Sicut pupillus.* qui habeat intellectum: vt innuit litera ipsa, scilicet parum. Vel dic etiam[a] si non habeat intellectũ: vt tantùm faciat mea iussio, quãtum faceret tutoris auctoritas: *vt infra eod. quamuis. §. infans.* Nec ob. litera prædicta. sic enim intelligi potest scilicet vt non sit furiosus. ¶ Sed illud quæritur, an per seruũ furiosum quæratur si hoc gestiat tradens? Respõ. sic[b], secundùm Azo. cũ & inuito[c] procuratore hoc fiat: *vt s. de dona. l. qui mihi.*

c ¶ *Pupillus.* vel dic habens intellectum. & j. dic tutore auctore, scilicet maximè, propter id quod est *s. eo. §. sed furiosus. in fin.* Vel dic, pupillus etiam infans. *vt j. eod. l. quamuis. §. fin.*

d ¶ *Iusserit eum.* Sed quid si tutoris auctoritate seruus pupilli violenter occupauit, an quæritur pupillo? Videtur quòd non, quasi perperam[d] sit data auctoritas: *vt supra de aucto. præstan. l. ij.* Econtra quòd sic: *vt infra quod vi aut clam. leg. si qui vi. §. si tutoris. & C. vnde vi. l. meminerint. & infra de vi & vi arm. l. si vi me.*

e ¶ *Nerua filius.* & malè: vt infra dicit.

f ¶ *Possideatur.* vt[e] *& supra de vsufru. leg. arboribus. §. de illo.* & hoc nisi diu, &c. *vt j. l. ij. §. si seruus.* secus autem dicitur in aliis rebus mobilibus: *vt j. l. iij. §. Nerua. & l. Pompo. in princip.* & est ratio vt in l. rem quæ. *& l. si rem mobilem.* ¶ Sed op. iste facit furtũ sui: *vt C. de ser. fugi. l. j.* ergo desinimus possidere, *vt infra eod. l. rem quæ.* Sed respon. hoc verum extraneo furante: nõ filio vel seruo, vt ibi. Item quid si iam cœpit possideri ab alio, vel se liberum contendat: an potest nobis adquiri possessio? Videtur quòd non: vt hic à contrario[f] sensu, & *j. p. ax. §. & s. eod. §. sed & per eum.* Econtra quòd sic: *vt s. de lib. cau. si cui. §. licet.* Sed, quod dicit magis est vt adquirat: scilicet alia, nõ poss. Vel ibi adhuc possidebat animo: *vt & infra l. iij. §. si seruus.* Aliud ergo si ab alio possidetur. Accur.

g ¶ *Vsucapi.* ipsum seruum si antè fugam inceptam vsucapere: *vt j. de fur. serui & filij. §. fin. & j. tit. p. si u. §. si seruus*, &c.

h ¶ *Vsucapio.* rerum possessarum per seruum.

i ¶ *Sententia est.* & nostra: *vt j. eo. per eum in fin. & supra de lib. cau. si cui. in fin.* reprobata est Neruæ sententia. Sed contra supra *de pub. si seruus.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur de seruo ab alio possessio: hic non. Bart.

k ¶ *Per seruum corporaliter.* secus si solo cõsensu: *vt s. de pig. act. l. j.*

l ¶ *Ad vsucapionem.* vt *j. eo. qui pignoris. & j. titu. j. pignori.* Item & quantum[g] ad euitandum satisdationem: *vt supra qui sa. co. l. sciendum. §. creditor.* & de hoc dic quis possideat, *vt not. C. de præscrip. xxx. an. l. cum notissimi. §. j.*

m ¶ *Possideat.* vt *& s. titu. j. l. per seruum. in princ.* Sed quid in dominio rerum ab eo quæsitarum? Dicunt quidam interim nullius esse. Io. dicit domino quæri, vt in seruo alieno & libero homine bona fide possesso: *vt s. eo. §. sed & per eum.*

n ¶ *Nos.* scilicet heredes.

o ¶ *Quod sit eiusdem.* tria hic includit, id est nec hereditatem, nec

a Possessionẽ nobis quærere nõ potest qui caret intellectu, vt hic aduersus Gl. notat Bart. et l. in negotiis inf. de regulis iuris.

b Per furiosũ seruum domino veiũ quæratur si tradens transferendi dominii voluntatẽ habeat: Accursius hic ait. Bar. vero negat.

c Inuito procuratore nobis adquiritur.

d Auctoritatẽ perperam interponit qui per vim aliquid occupari iubet.

e Possidemus necne per seruum fugitiuum.

f Argumentũ à cõtrario sensu.

g Tacatio anõ excludit. similes casus. com. Gl. in l. seruo inuito. inf. de vsuca. in l. quia propter necessitatem. inf. de reg. iur. malior tenet de iure in l. s. j. si mens. fal. mo. dixerit. per Dy. in c. in argumentum. de reg. iur. in 6. per Bar. in l. s. sequitur diem nõ obtemp. Cle. curatur de paradiso. §. cum autem. de verb. sig. de quo per Pau. de Cast. cons. 216. & Alex. cons. 107. vol. 1.

alio modo per eum adquirat, quamuis eum possideat[m] †.

Per seruum hereditarium nihil nobis hereditatis adquiritur: sed per emptum & donatum aliæ res emptæ & donatæ adquiruntur. Bart.

16 ¶ Veteres putauerunt nõ posse nos[n], per seruum hereditarium adquirere quod sit eiusdẽ[o] hereditatis. Itaque agitur, num hæc regula longius producenda sit, vt si plures serui legati sint, per vnum an possint cæteri possideri. Idem tractatus est, si pariter empti vel donati sunt[p]. Sed verius est, ex his causis posse me per vnum reliquorum[q] adquirere possessionem.

17 ¶ Si ex parte[r] heredi instituto seruus legatus[s] sit: propter partem[t] quam ex causa legati habet, adquiret fundi[u] hereditarij possessionem.

18 ¶ Idem dicendum est si seruum communem[x] iussero adire hereditatem: quia propter partem meam adquiro[y].

Seruus adquirit domino ita demũ si vult: quia secus si de contraria ipsius serui voluntate appareat. Paulus.

19 ¶ Hæc quæ de seruis diximus[z], ita se habent, si & ipsi velint[a] nobis adquirere possessionem. Nam si iubeas seruum tuũ possidere, & is eo animo intret in possessionem, vt nolit tibi, sed potius Titio[b] adquirere: non est tibi adquisita possessio.

Per procuratorem nobis adquiritur possessio si hoc agatur: aliàs secus. Bartolus.

dominium rei hereditariæ, nec possessionem: *vt s. tit. j. l. per hereditarium. & s. de adquir. hered. l. heres per seruum.* Sed contra. *j. eo. qui absenti. §. fin.* Sed ibi non erat hereditarius: vt ibi dices.

p ¶ *Donati sunt.* vtrum per vnum eorum cæterorum possit adquiri possessio.

q ¶ *Per vnum reliquorum.* non vt possesso vno per eum videar & cæteros possidere: sed post adquisitam posses. in vno, incipiat alios meo nomine possidere: *vt hic, & infra eod. prædic.* nisi in[a] legatis, vbi etiam sine posses. quæritur dominium: *vt j. de furt. l. à Titio.* ¶ Sed quæ est ratio quòd per hereditariũ nihil quæritur, per istos alios sic: Respond. Ioan. vrgens disputatio: alij, ratio coæqualium: quia dedignatur res hereditaria per comparem quæri. nam asinus[b] intumescit si per comparem se videt apprehendi. Hoc non valet: quia in legatis idem deberet esse vt in cæteris. Tu dic quòd hereditarius[c] seruus dicitur antè aditam hereditatem: quo tempore nihil quærere potest: cùm non sit seruus: *vt j. eod. l. si me in vacuam. §. fin.* At post aditam iam non est hereditarius, sed proprius heredis: *vt j. eod. l. cum heres.* licèt impropriè quãdoque, vt hic scilicet, seruus heredis factus, hereditarius appelletur: *vt s. e. §. item adquirimus. in fin.* Hoc ergo nomen hereditarius[d], dominam, scilicet hereditatem significat: quam non habet dominam et adita ab herede. Sed[e] cùm dico emptos, donatos, & legatos: titulos designo per hæc nomina vel participia: vnde licèt fact[us] sit domin[us] legatarius, adhuc seruus legatus dicitur. & ita de cæteris: & sic fortè intellexit Io. cùm dixit, vrgens disputatio in hereditate ipsa. Est & alia ratio quare non quæritur per hereditarium seruum: *vt supra de adquir. hered. Paulus.* ¶ Sed quid si habeam vsumfru. in seruo testatoris mei: nunquid per eum adquiram hereditatẽ? resp. quòd non, cùm nec per seruum heredis possit quæri. secus si seruus instituatur, quia per eum tunc adquiritur. Accur.

r ¶ *Si ex parte.* secus si in totum. tunc enim inutile esset legatum: *vt supra de leg. j. legatum. §. j.* sed si abstinet, totum consequitur: *vt eo. tit. l. qui filiabus. §. fin. & l. sequen.*

s ¶ *Legatus.* id est prælegatus.

t ¶ *Partem.* dimidiam, si ponas duos heredes, aliam autem habet iure hereditario.

u ¶ *Fundi.* non ipsam hereditatem: cùm per me sim heres: vt supra de adquir. here. P.

x ¶ *Seruum communem.* mei & testatoris cui successi per ipsum seruum: *vt supra de hered. instit. l. iij. in princ.* secus si per me: *vt d. leg. Paulus.* & erit non hereditarius hoc casu, sed totus mihi accedit, secundùm Ia.

y ¶ *Adquiro.* s. totam hereditatem. posset & poni in seruo duorũ instituto ab extraneo contemplatione alterius.

z ¶ *Hæc quæ de seruis diximus.* vt per eos adquiratur nobis posses. *vt s. eo. §. item adquirimus. & sequentibus.*

a ¶ *Velint.* & sciant velle: *vt & s. eo. § cæterùm.*

b ¶ *Nolit tibi, sed potius Titio*[f]. si tamen habeat ratum: *vt supra de*

† qualiter quæratur. l. 88 sup. de acquir. here. l. 18 §. vlt. inf. eod.

a Dominiũ in legatis sine possessione adquiritur.

b Asinus intumescens si per comparem apprehendatur.

c Hæreditarius seruus propriè ante aditam hæreditatem: impropriè, post aditam dicitur.

d Hæreditarius seruus dominam habet hæreditatem.

e Donati & legati serui, statim donatarii sunt & legatarii ideoque his ab illis quæritur. Nõ idem in seruo hæreditario & herede. Neque enim qui hæreditarius, hoc est hæreditatis seruus, propriè est heredis, sed hæreditatis.

f Idem P. Alex. & Ias.

dego.gest.si ego. Item hoc nisi ille qui tradit, hoc agat vt mihi adquiratur:quo casu serui malignitas non nocet: *vt supra de dona. leg.qui mibi.& supra titu.j.per seruum.§. fina. quæ est contra.* vt hic à nemine tradebatur. item hoc in quærendis : secus in quæsitis: *vt infra eod.leg.fin.& Cod. de pact.leg.seruum& facit supra de bo.posses. secundum tabu. leg. penult. & de iure dotium. cum vxor. & infra eo.l.si me in vacuam. in fin.*

20 ¶ Per procuratorem,tutorem, curatorémve possessio nobis adquiritur[a]. Cùm autem suo nomine nacti fuerint possessionem,non cùm ea mente,vt operam dumtaxat suam accommodarent nobis[b], non possunt adquirere[c]. Alioquin[d] si dicamus per eos non adquiri nobis possessionem, qui nostro nomine accipiunt: futurum vt neque is possideat cui res tradita sit, quia nõ habeat animum possidendi[e]: neque is qui tradiderit[f],quoniam cesserit possessionem.

Oculis & aspectu adquiritur possessio rei ab alio tradita. Bart.

21 ¶ Si iusserim venditorem procuratori rem tradere, cùm ea in præsentia[g] sit, videri mihi traditã Priscus ait. Idémq; esse, si nummos[h] debitorem iusserim alij dare. Non est enim corpore & actu necesse adprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu[i]:&argumento esse eas res quæ propter magnitudinem ponderis[k] moueri non possunt, vt columnas: nam pro traditis eas haberi,si in re præsenti consenserint:& vina tradita videri, cùm claues cellæ vinariæ emptori traditæ[l] fuerint.

Vniuersitas per se & per alium potest possidere, & possessionem adquirere.

22 ¶ Municipes per se nihil possidere possunt[m]: quia vni † consentire non possunt[n]. Forum autem & basilicam, hísque similia non possident[o], sed promiscuè his vtuntur[p]. Sed Nerua filius ait[q]: per seruum, quæ peculiariter adquisierint,& possidere & vsucapere posse, sed quidam contra putant[r]: quoniam ipsos seruos non possideant[s].

II. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

SEd hoc[*] iure vtimur[t], vt & possidere & vsucapere municipes possint: ídque[u] eis & per seruum[x] & per liberam[y] personam adquiratur[z].

a ¶ *Adquiritur.* Dic[a] quòd per[b] procuratorem quæritur possessio & dominium si dominus fuerit tradens, etiam ignoranti:aliàs[c] si ipse tradens non fuit dominus, conditio vsucapiendi ex quo sciuit dominus : *vt hic, & supra titu.j.l. si procurator. & C. eo.per liberam. & l. per procuratorem.* 2 Sed R.dixit: quandoque quæritur per procuratorem pos. & dominium etiam ignoranti mihi: vt quando specialiter[d] ad hoc constituto traditur gestiente etiam tradente, licèt procurator malignetur : *vt C. si quis alteri vel sibi.l.fina. & supra de don.l. qui mibi. & supra titu. j. si procurator.* Quandoque possessio sola : & ea mediante sine per eam dominium, si ab ea separari non potest : vt si habeat[e] speciale mandatum, & meo nomine accipiat,eo qui dat non hoc agente vt mihi quæratur:*vt hic,& C.eo. per procuratorem.& l.per liberam.* Quandoque tunc demum rei traditæ procuratori nomine meo mihi quæritur pos.cum nouero & ratum[f] habuero[g]:vt si generalis[h] erat procurator , vel ad alia constitutus : *vt j.eo.l.cersiunsis. §.si.& s.de neg.gest.si ego.* Quandoque tunc demum mihi quæritur, cum tradita mihi fuit: vt si in tradendo neuter id egit,vt mihi quæratur : *vt supra titu.j. l.res.& C.de his qui non à do.l.ij.* 3. Sed Ioan. non distinguit in generali & speciali procuratore : & quod[i] facit specialis quo ad quædam,hoc generalis quò ad omnia:& econtra:*vt supra de admi. tut.l.si duo.* Item non distinguit in generali , vterque vel tradens tantum gerat : *vt supra de don. qui mibi.& supra titu.j.l.per seruum. in fin.*vel etiam accipiens tantum : quia etiam eius voluntas inquiritur:*vt s.eo.§. cæterum.& §. hæc quæ de seruis?* Item non dicit dominium mediante posses.quæri: sed per ipsum procuratorem: *vt in inst.per quas perso. nob.adqui.§. ex his.*& illa l communis. §.j. & l.si ego.intelligitur quando non habebat mandatum. Sed videtur dominium non quæri per procuratorem:*vt C.per quas perso.nob.adquir.l.j.* Sed ibi non dicit excepta pos. sed causa[k] pos.id est dominio.

b ¶ *Accommodarent nobis.*id est nostro nomine.

c ¶ *Non possunt adquirere.*nisi tradens gerat: *vt supra de don.qui mibi.* nisi fuerit res tradita: *vt supra titu.j. res.* Item contra infra *eo. communis.in fin.* Sed illa in gestore sine mandato dicit,& nostro nomine accipit.

d ¶ *Alioquin.*non ad proximum,sed ad superius dictum refertur.

e ¶ *Possidendi.*sibi,sed nobis.

f ¶ *Tradiderit.*quod est absurdum:*vt & infra eo.l. si me in vacuam.* tamen talis absurditas[l] quandoque toleratur:*vt j.eo.l. quod meo. §.si furioso.*

g ¶ *In præsentia.* ¶ Sed quid operatur præsentia:cum &[m] ignorantibus nobis per procuratorem adquiratur:*vt s.proxi?*Respon.ibi per procuratorem:hic per meipsum adquiro, sicuti cùm mitto epistolam[n] vel nuntium[o]:*vt s.de constit.pecu.l.& licèt. & j. eo.leg. quod meo.§.procurator.*

h ¶ *Si nummos.*vt & *j.de sol.si pecuniam.& j. de furt.falsus. §.sed & si.& s.de dona.inter virum & vxo.l.ij.§.fin.*

i ¶ *Et affectu.*sufficit scilicet.Sed contra.*j.l.quemadmodum.* Solu. vt *j.l.ði.in prin.quæ est similiter contra.* ADDITIO. Dic quòd hic interuenit actus verè:tamen fictè sic. Alexan.

k ¶ *Ponderis.*Idem de aliis mobilibus,vt pecunia: *vt supra proxi.*

sed in his maximè.si ergo sine ingressu per affectum[a] quæritur, multò[b] magis retinetur:*vt not.s.eo.in princ.*

l ¶ *Traditæ.*coram cella:*vt s.de contrah.empt.l.clauibus.*

m ¶ *Possidere possunt.*Contra.*vt j.l.proxi.*Solu. vt ibi.

n ¶ *Non possunt.* vt *supra de liber.vniuersi. l.j. & argum. supra de arbi. item si vnus. §. principaliter. & supra de dol. sed & ex dolo. §.j.* & subaudi hic, facilè[c] vel commodè : *argum. supra de his qui deie. vel effu.l. cùm sanè. & infra de verbo. signific. l.nepos. Proculo.* & hoc ideo, ne sit contra. *Co.de leg.& constit.l.humanum. & supra quod metus causa. l. metum. §. animaduertendum.*

o ¶ *Non possident.* s. municipes.

p ¶ *Vtuntur.* sic *infra quorum leg.l.j. §.quod autem ait.*

q ¶ *Ait.* & bene : *vt infra l. proxi. & supra de ser.l.non dubito. & de Pub. sine autem. §. fin.* Sed contra. *infra titu.j.l. Labeo. in fine.* Solu. ibi ex delicto dominus non potest vsucapere : præterea ipsi municipes vsucapiũt: *vt j.l.proxi.*

r ¶ *Putant.* & malè Accur.

s ¶ *Non possideant.*imò vt subiicit , sed hoc iure,&c.Accur.

t SEd hoc iure vtimur.reprobata superiori sententia.& sic possidere propriè[d] accipe:*vt & supra ad exhib.l.tigni.§.item municipes.* 2 Alij dicunt impropriè possidere: ne obsit prædictis.3 Sed R.dixit municipes non possidere: sed illos quibus administratio municipum est commissa:*vt arg.s.de condi. & demonst. l. municipibus.& j.ad muni.l.municipes.* Accur.

u ¶ *Idque.*scilicet possessio.

x ¶ *Per seruum* vt *s.l.proxi.in fin.*

y ¶ *Liberam.*vt *j.de vi & vi arm.l.si vi me.& j.vt in posses.leg.l. municipio.in fin.*Accur.

z ¶ *Adquiratur.* & etiam per seipsos , si maior[e] pars in hoc consentiat : *vt supra quod metus cau.metum. §. animaduertendum. & C.de leg.& constit.l.humanum.* Item per eos quibus res municipum est commissa:*vt supra de condition. & demonstration. l.municipibus.*

POssidere.] CASVS.Res corporales dicuntur possideri. Secundò dicit quòd in adquirenda posses.sunt duo necessaria. scilicet animus,& corpus:nec est necesse quòd singulas glebas possideã:sed sufficit partem fundi me introire ad hoc vt dicar totũ fundum possidere.incertam autem partem non possum possidere : vt si volo possidere de fundo quantum Titius possidebat : cùm incertum sit.[NERATIVS.]Animo solo non potest adquiri possessio,nisi etiam interueniat apprehensio corporalis.Dicunt quidam,vel aliud quod pro apprehẽsione habeatur.vnde thesaurum quem in fundo meo scio:eo ipso q possideo fundum , & habeo scientiam thesauri,videor apprehendere pos.thesauri.Plus etiam dicunt,quòd eo ipso quòd vsucapio fundum , videor vsucaperẽ thesaurum qui in eo est.sed hoc secundum falsum. Itẽ quod dixi de pos.the. similiter falsum est.nam non videor adquisiuisse poss. thesauri,nisi prius remoueam eum de loco in quo erat. [EX PLVRIBVS.] Possessionem alicuius rei possum habere ex pluribus causis.& ponit exemplum.sed dominium alicuius rei nõ possum habere ex plurimis causis.sed ex vna.[EX CONTRARIO.] Cõtinua vt in Glos.& dicit: hic §.duos vel plures non posse vnam & eandem rem in solidum possidere naturaliter. vel dic ciuiliter: & dic de hoc vt in Glos.Secundò dicit:si concessi tibi rem precario,ego possideo,scilicet ciuiliter,tu naturaliter , hoc secundum dictum confirmat Trebatius.dicit etiam duos posse eandem rem possidere,vnum purã iustè,alium iniustè : quod vltimum dictum est falsum & redditur ratio. [IN AMITTENDA.] Ad hoc vt amittam pos.debeo habere animum desinẽdi possidere.hinc est q si in fundo sim,& velim te possidere:statim amitto poss. Secundò dicit

a Procurator an & quando nobis dominium adquirat. v. Glossam in l. 13. in verbo adquiri. in fi. §. et domat.
b Procurator adquirere potest possessionem & dominium etiam ignoranti, si qui procurato rem tradidit, fuit eius dominus.
c Procurator conditionem vsucapiendi quæri adquirit. si qui è procuratori tradi dit dominus non fuit. Vsucapio tamen non currit nisi ex quo verus dominus sciuit rẽ traditam esse.
d Procurator specialis quæ nobis possit adquirere.
e Displicet Azoni & Alex.
f Ratihabitio in quærendo domini qui tum possit.
g Displicet Azoni & Alex.
h Procurator generalis vel ad alia constitutus dominium tum demum nobis adquirit cum ratum habuerimus. Glo. in l. si ego. 24. §. ... in verbo adquirit. l. de donationibus.
i Generalis procurator quod ad omnia tantũ facit quantum specialis ad quædam & specialis ... Gl.
k Causa possessionis pro dominio. adde l. 1. Co. per quas personas nobis adquiritur.
l Absurditas quandoque toleratur.
m Procurator etiam ignorã ti adquirere potest.
n Epistola repræsentat dominum.
o Nuntius repræsentat dominum.
a Affectu solo possessio quæri potest.
b Retentio facilior adquisitione: seu retinetur quid facilius quam adquiritur.
c Vniuersitas non facilè aut commodè consentit.
† vniuersi.
e Exemplum est ex tractatu de interdictis.
d Vniuersitas an propriè, an impropriè, an per administratores censeatur possidere.
e Partis maioris consensus habetur pro munere consensu.

Corporalia propriè possidentur: & animo & corpore possessio quæritur: & per ingressum partis adquiritur possessio totius. Bart.

III. PAVLVS *libro quinquagesimoquarto ad Edictum.*

POssideri [a] autē possunt quæ sunt corporalia[b]: 1 ¶ Et adipiscimur possessionem corpore[c] & animo: neque per se animo[d], aut per se corpore. Quod autem diximus[e], & corpore & animo adquirere nos debere possessionem: nō vtique ita accipiēdū est, vt qui fundum possidere velit, omnes glebas circūambulet, sed sufficit quālibet[f] partē eius fundi introire, dū mente & cogitatione hac sit, vti totum fundum vsque ad terminū velit possidere.

Incerta pars ratione loci & quota non potest possideri. Bart.

2 ¶ Incertam partem rei possidere nemo potest: veluti si hac mente sis, vt quidquid Titius[g] possidet, tu quoque velis possidere.

dò dicit: me absente quidam intrauit agrum meum, & ego adhuc habeo animum possidendi. ille possidet naturaliter: ego ciuiliter. si autem cùm audiui aliquem intrasse agrum meum vel domum, timore ductus nolui ire: dicitur quòd amitto possess. Il possideo. per seruum vel colonum: licèt illi recedant, non amitto poss. sed si alij tradant poss. fundi: amitto poss. Sed pone quòd seruus meus pro libero se gerit, & iudicium liberale sustinet. vt fecit Spartacus. dici[?] quòd amitto possessio. & hoc est verum si diu in libertatis possessione stetit, si autem nō stetit diu, sed ex poss. seruitutis in libertatem se proclamat: non amitto poss. eius: cùm animo eum possideam. Item saltus hybernos dicor possidere, licèt in æstate eis non vtar: & econtra saltus æstiuos possidemus, licèt in hyeme eis nō vtamur: item euenit quòd animo nostro possidemus, & ita scientes: & corpore alieno: vt per seruum & colonum: & etiam quasdam res ignorantes possidemus, vt eas, quas compararerūt peculiariter. [NERVA.] Rerum mobiliū, excepto homine, retinemus pos. donec sunt in nostro conspectu: vel fortè reconditas habemus in camera vel inscrinio, vel in alio loco: ita quòd quando velimus, possumus eas habere. si enim pecus meum aberrauerit, vel vas ita exciderit quòd non inueniatur: desinimus possidere. [ITEM FERAS.] Feras quas in viuariis quæ parui spatij sunt, posuimus: item pisces quos in piscina collegimus: possidemus. secus si pisces in stagno, id est in loco spatioso posui. Item feras in syluis circunseptis positas non possidemus. aues autem quas clausas tenemus in caueolis, possidemus. Item columbas quæ euolant de domo nostra. & redeunt: possidemus. Locum autem nostrum quem mare aut flumen occupat, desinimus possidere. [SI REM APVD TE DEPOSITAM.] Deposui rem apud te: & eam inficiaris & contrectas. dicitur quòd desino possidere. si autem tantùm inficiaris, nō autem contrectas: non desino possidere. Secundò dicit, quis non potest causam pos. sibiipsi mutare: vt si ex vna causa possidens fundum, putà tanquam colonus: constituat in animo suo se velle possidere tanquam emptor. nam non auditur. Sed ponè quòd rem apud te deposui vel commodaui, eandem rem tibi vendo: incipies possidere eam rem tanquam emptor, nec videris mutasse causam poss. cum prius non diceris possidere. [GENERA POSSESSIONVM.] Genera possessionis quærenda tot sunt quot causæ quærendi dominij, vt pro emptore, pro donato, & similibus. Item cum capimus feram vel pisces: & vt breuiter dicam, vnum genus est possidendi: species autem plures. Vel potest dici quòd genus possessionis diuiditur. nam aut quis possidet bona fide, aut non bona fide. Vltimò reprehenditur Quintus Mucius dicens missum in posses. rei seruandæ causa, vel ex causa damni infecti, vel legatorum, vel simili, possidere: nam non possidet, sed custodiam rei vel verū dicitur habere: & si missus ex causa damni infecti diu stetit in tenuta, poterit impetrare vt possideat, & sic vsucapiat.

a ¶ *Possideri.* cui & per quem possess. quæritur, dixit: nunc cuius rei, audi.

b ¶ *Corporalia.* incorporalia non: *vt* j. *tit. j. sequitur. §. si viam. & supra tit. j. l. seruum. § incorporales.* sed quasi [a] possidentur: vnde [b] dantur interdicta: *vt* s. *de serui. l. quoties. & de ser. vrba. prædio. si ædes. § libertas. & si ser. vind. sicuti. §. Aristo.* Item nec [c] corporalia omnia, vt liber homo: *vt* j. *eo. l. cùm heredes. §. item quæro.* & alia: *vt* j. *eo. l. qui vniuersas. §. j.* Item res vsibus publicis destinatæ: *vt* s. *l. j. §. fin.* Accur.

c ¶ *Corpore & animo.* vt & j. *eod. l. quemadmodum. & C. e. l. nemo.* & sic quæsita est naturalis tantùm secundùm Azo. Vel naturalis & ciuilis secundùm Ioan. quod tutius est: *vt supra eod. leg. j. in princip.*

d ¶ *Animo.* licèt retineri possit: *vt* j. *eo. si id quod. §. fi. & C. eo. l. licèt.* sed in casibus etiam solo [a] animo adquiritur. 1 Primus, propter rei præsentiam: *vt* s. *eo. l. j. §. si iusserim.* 2 Secundus propter custodis appositionem: *vt* j. *eod. l. quarundam.* 3 Tertius, *supra de contrahend. emp. leg. clauibus.* 4 Quartus, j. *eo. l. quod meo. in princip.* 5 Quintus, per traditionē instrumenti: *vt C. de do. l. j.* 6 Sextus, per retentionē vsusfruct. *vt C. de dona. quisquis.* cùm enim conceditur à iure me posse retinere vsumfr. necessario sequitur q in aliū trāseat poss. ciuilis & dominium: cū solam retineā naturalem: *vt* j. *eo. nature aliter.* nec enim pro derelicto possessionē vel dominium habere volui. Vel dic quòd his casibus interueniat actus corporalis, vel quasi. ¶ Sed quid si intraui quasi mihi traditam scilicet in præteritum, cùm non esset? Respon. non quæro, vt hic innuit: quia deest animus adquirendi, licèt retinendi [b] sit.

e ¶ *Quod autem diximus.* scilicet s. proxi.

f ¶ *Quamlibet.* Imò non: *vt infra eo. quod meo. §. fin. contra.* Solu. hic iustè voluit adipisci poss. ibi iniustè. Hæc non valet: *vt* j. *§. ex contrario.* Vel quòd hic dicit, est verum, nisi impediatur vel ratione rei: vt quia sit pars rei sacræ vel religiosæ: Vel ratione causæ: quia alius sit in possessione partis vt ibi erat. ¶ Item est hic arg. quòd pro [c] parte baptizatus, pro toto habeatur. Sed contra videtur quòd caput: *vt supra de religio. cùm in diuersis.* ¶ Item quid si ingrediatur in vno prædio pro eo & pro aliis? Respon. non sufficit, vt hic innuit, vsque ad terminum &c. item facit *supra de leg. ij. l. si cui.*

g ¶ *Titius.* qui similiter sit incertus quantum possideat. & *facit* j. *e. l. locus. & j. tit. j. si fur. §. fi.* Sed op. pars incerta [d] vindicatur: *vt* s. *de re. vin. quæ de tot. z. § incerta. quæ est contra.* Sed quidquid vindicatur[e], possidetur: *vt C. de alien. iud. l. j.* ergo incerta [f] pars possidetur? Respon. Imò in l. quæ de tota. totum possidebat. & est in dicto arg. sophisma vel fallacia [g] secundùm accidens. nam licèt vendicem incertam partem, non tamen sequitur quòd ille à quo vindico, possideat incertam. Instantia, id est simile: habeo contra te directam ex maleficio act. si tu efficeris seruus: ergo & hodie habeo: non sequitur: imò est noxalis: *vt Insti. de noxali. §. ex diuerso.* ¶ Illud quæritur, quomodo mihi vindicanti incertam partem, fiet restitutio incertæ partis? Respon. *vt d. l. quæ de tota.* Accur.

Thesauri possessio non quæritur nisi per apprehensionem. Bart.

3 ¶ Neratius & Proculus & solo animo nō posse nos adquirere possessionem, si non antecedat naturalis possessio[h]. Ideóque si thensaurum in fundo meo positum sciam: continuo me possidere, simul atque possidendi affectum habuero[i]: quia quod desit naturali possessioni[k], id animus implet. Cæterùm[l] quod Brutus & Manlius putant, eum qui fundum longa possessione cepit, etiam thensaurum cepisse[m], quamuis nesciat in fundo esse: non est verum. Is enim qui nescit, non possidet[n] thensaurum[o], quamuis fundum possideat. Sed & si sciat, non capiet longa possessione: quia scit alienum[p] esse. Quidam putant Sabini sententiam veriorem esse[r]: nec aliàs eum qui scit, possidere, nisi si loco mot[9] sit[s]: quia non sit sub custodia nostra. quibus consentio.

Ex pluribus causis non contrariis,

h ¶ *Naturalis possessio.* id [h] est corporalis apprehensio: *vt* s. *eo. l. j. secundo respon. dixi* & supple, vel aliud quod pro [i] eo habeatur: & sic bene sequitur: & ideò &c. nam fundi [k] apprehensio, & sciētia thesauri, æquipollent [l] apprehensioni thesauri, vt subiicit secundùm eos.

i ¶ *Habuero.* scilicet dicunt: sed malè.

k ¶ *Naturali possessioni.* id est apprehensioni.

l ¶ *Cæterùm.* pro certè.

m ¶ *Cepisse.* s. per præscriptionem. & pro eis s. *ea. l. §. j.* Sed thesaurus [m] non est pars fundi vt gleba.

n ¶ *Non possidet.* i. non incipit [n] possidere, sed retinet ignorans: aliàs nullus dormiens [o] vel furiosus retineret: quod est falsum: *vt infra eo. l. si is qui.*

o ¶ *Thesaurum.* non ad proximum. sed ad superius dictum refertur.

p ¶ *Alienum.* loquitur ergo impropriè de thesauro: *vt & s. ad exhi. l. thesaurus.* secundùm H. Vel dic de vero thesauro. & quod dicit alienum[p], id est non suum: *vt & C. vnde vi l. fi.* item & quia non possidetur nisi apprehendatur: *vt subiicit.*

q ¶ *Quidam.* corrigit nunc superiorem casum, ideòque &c.

r ¶ *Esse.* hanc quæ sequitur, nec &c.

s ¶ *Motus sit.* Sed videtur per solum conspectum: *vt* s. *eo. l. j. §. j.*

a Quasi possidentur incorporalia.
b Interdicta dantur pro rebus, quæ quasi possidentur.
c Possidentur res corporales non omnes & quæ illæ.

a Possessio solo animo quibus casibus adquiratur.
b Retinēdi animo nouam adquisitionē induci hic notat Castrensis aduersus hāc Glossam.
c Pro parte factum, pro toto factum esse quando intelligitur.
d Incerta pars vindicari potest.
e Vindicatio datur aduersus possidentem.
f Incerta pars possideri non potest.
g Fallacia accidentis.
h Possessio naturalis pro corporali apprehensione, cōre quod pro corporali habetur.
i Acquipollentibus aliquid fiat nihil interest.
k Apprehendimus quid etiam mediatè vt hic thesaurum, fundo apprehenso & scientia thesauri, apprehensus intelligitur.
l Paria sunt esse & mediatè quid & immediatè facere.
m Thesaurus nō est pars fundi vt gleba.
n Possidere is etiam dicitur qui incipit possidere.
o Dormientes & furiosi retinent possessionem.
p Alienū pro non suo.

ibi.qui primi poss. Sed ibi de proprietate, hic de poss. Vel ibi videbatur: hic non. hoc non valet: *vt §. de contrahen. empt. clauibus.* Sed ibi factum interuenit, clauium [a] scilicet traditio: quod pro apprehensione habemus. Sed certè & hic factum, scilicet poss. fundi, quæ tantúdem debet operari. Vel clauium traditio fit, vt per hoc mihi mercium quæratur poss. sed poss. fundi non pro hoc traditur vt thesauri poss. detur. vel dic verius vt d. l. j. not. & facit Instit. *de re. diui. §. thesauros. & infra eo. l. peregrè. in prin.*

a Clauium traditio pro apprehensione habetur.

sed diuersis se inuicem compatientibus, possessio potest haberi: dominium vero non potest haberi ex pluribus causis in diuersum tempus adquisitionis concurrentibus vtraque causa remanente. Bart.

a ¶ *Putant.* & bene [b].
b ¶ *Eum.* primum exemplum.
c ¶ *Vsuceperit.* futurum [c] vel etiam præteritum subiunctiui *vt infra pro suo. l. j.*
d ¶ *Sic enim.* secundú exemplum.
e ¶ *Possideo. vt supra de peti. her. & non tantum. §. antepen.*

b Præscriptio potest procedere ex pluribus causis seu titulis: cuius sententiæ ea vtilitas est, vt si cui prima præscriptio non succedat, possit ex alio titulo præscribere. v. Baldu. tract. de prescriptio. 3. parte 2. quæst. 11. nu. 4.

c subiunctiui modi verba quæ in perterito & futuro inueniuntur, in dubio in præterito & futuro verificantur, nisi quid aliud suadeat vt hinc colligit Iason. Contraria est Gl. in l. Cum tale. 72. §. falsam. inf. de condit. & demo. Tract. de quo. plenius Zas. 2. Respon. p. 40. Gloss. in tracta. Testa. inf. pro suo, vbi dixi.

4 ¶ Ex plurimis causis possidere eandem rem possumus, vt quidam putant [a] & eum [b] qui vsuceperit [c], & pro emptore, & pro suo possidere. sic enim [d] & si ei qui pro emptore possidebat, heres sim, eandem rem & pro emptore, & pro herede possideo [e]. Nec enim sicut [f] dominium nō potest nisi ex vna causa contingere: ita & possidere ex vna dun taxat causa possumus.

¶ Sed si vna vsucapio citius finiatur, an alia desinit? Respon. sic, sicut & si rem tuam vsucapiens tibi succedam: desino vsucapere. Vel subtilius, & eadem est vtraque vsucapio: sed adiungitur primæ, scilicet pro emptore, [1] noua forma, scilicet pro herede, quam antè non habeat, scilicet vsucapio retenta prima: *vt infra pro suo l. j. in fin.* Vel ab ipso initio iunguntur duæ [d] formæ, scilicet pro emptore, & pro suo, ad vnum effectum, scilicet dominium adquirendum: sicut [e] si aliquis acciperet cultellum & ensem simul diuersis temporibus ad vnum effectum, scilicet hominem occidendum. nam & hic occiditur seu extinguitur dominium primi: *vt Instit. de re. diui. §. si tamen.*

f ¶ *Nec enim sicut.* ¶ Not. duas regulas, scilicet dominium ex [f] vna causa. 2 possessio etiam ex pluribus habetur: *vt & infra de re iur. l. non vt ex pluribus.* ¶ Primæ [g] obiicitur, si concurrit vsucapio pro emptore, & pro suo: *vt hic:* & vsucapio est adquisitio dominij: *vt infra tit. j. vsucapio.* Ergo ex diuersis causis quæritur dominium. Respon. proximam causam inspici, id est traditionem siue adquisitionem poss. non remotam scilicet causā ex qua fit traditio. & sic not. tria: causa scilicet traditionis, seu tit. qui possunt esse plures vno vel diuerso tempore inchoantes. secundò est traditio poss. quæ est vna. tertiò vsucapio, quæ nascitur ex primis duobus. 2 Secundò oppo. dominium vsucapione quæritur: & vsuca. ex multis causis procedit. scilicet tit. & bo. fi. ergo & dominium? Respon. hæc omnia faciunt vnam causam, id est vsucapionem. 3 Tertiò op. qui agens in rem, omnem causam dominij in ius deducit: *vt infra de excep. rei iu. si mater. §. eadem. in fin. §. & l. & an eadem. §. actiones.* Sed nec dicit ibi suam, nisi ex vna causa. 4 Quartò. si res debita ex pluribus causis soluitur: *vt infra de solu. cum quis. §. de peculio. & l. in numerationibus. & de leg. j. si crediturí. §. Marcellus?* Respon. vt in prima: quia proximam causam inspicio, id est traditionem, quæ ex multis causis fieri potest, sicut in vsucapione inspicitur traditio: licèt illa fiat ex diuersis. sed hæc non valet: ergo nec hoc in prima quæstione: quia secundùm hoc pos. non potest esse nisi in vna causa, scilicet ex traditione: quod est contra hunc §. Sed respon. hæc verba, ita possidere &c. referri ad id quod dixi in prin. §. & eum qui vsu &c. hoc est ad remotam causam: quod non placet, vt in dominio proxima, in poss. remota inspiciatur: quod est contra mentem huius §. Tu ergo dic secundùm Azo. in vtraque regula inspici remotam, vt dominium ex pluribus causis separatis non quæratur, sed concurrentibus sic: possessio autem etiam ex separatis, hoc modo; quod meum est, non plus fieri potest meum ex aliqua causa superueniente primo remanente dominio. At quod semel cœpi possidere eadem manente possessione ex noua causa possidere possum: *vt hic, & infra eo. si quis antè.* 5 Quintò p. ex l. supra. *ad l. fal. l. fundo.* vbi habens dominium vt heres, incipit habere vt ex legato. sed nec ibi ex pluribus causis adquiritur: sed tantùm ex causa legati, & desinit ex causa hereditaria. 6 Sextò, si heres rem mihi legatam sub conditione, leget sub eadem conditione. sed dic & ibi ex prima causa tantum quæri: *arg. d. l. fundo.* 7 Septimò, si rem quam mihi sub conditione debebas, tradas mihi vt fiat mea existente conditione: & postea mihi leges sub eadem conditione: & extat conditio. Sed certè hic ex causa debiti fit mea: quia & si diuersa esset conditio, & existeret. scilicet conditio legati, & post conditio debiti scilicet existeret: ex ea scilicet conditione debiti peteretur: *arg. dicta l. fundo.* licèt sit arg. contra *inst. de leg. §. quod si in diem.* vbi non vitiatur legatum licèt post existat conditio debiti ex eo. sed dic verum non vt vitietur legatum, id est res legata: quia semper petetur res legata, licèt non ex causa: sed causa debiti cuius conditio prior extitit vt possit exigi: sed nō ex ea causa petitur, nec dominium habet *vt §. de leg. ij. debitor.* ¶ Ad secundam [a] regulam op. *C. de contrahen. emp. l. cum res.* Sed ibi poss. pro [b] dominio ponitur. 2 Item op. *j. pro emptore. l. ij. in princ.* Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi tituli erant contrarij: hic autem non, secundùm Barto.

d Possessio naturalis indicis & argumenta. [sic]

e Præscribit dominium rei alterius, proprius dominium dicitur occidere: sicut qui præscribit libertatem dici tur occidere seruitutem. *vt ad l. Aquil. l. ads. & de fornica. vrbanorum.* Cons. pol. in tit. de vsuca. pro emptore.

f Dominij & possessionis in causis differentia.

g Dominium verum diuersis ex causis quæri possit.

a Possessio vna ex vna tantum causa, quæ et possit. b Possessio & dominio quidoque vsurpatur.

c Possidere vnam & eandem rem plures in solidum non possunt.

d Possessionis naturalis indicis & argumenta.

Eadem possessio numero non potest esse in solidum apud plures: sed plures possessiones eiusdem rei specie, vel numero differentes possunt esse in solidum apud plures. Bart.

5 ¶ Ex contrario [g] plures eādē

g ¶ *Ex contrario.* Dixit vnum ex pluribus causis possidere: nunc econtra [c] plures &c. ¶ Et not. quòd R. P. & alij intellexerunt hūc §. in naturali pos. tantum, ex [d] eo quod dicit tenere, stare, sedere. & Trebatium à Labeone reprehēdi: quia dicebat Trebati° duos naturaliter [e] in solidū possidere, vnum, s. iustè, & alium iniustè: quod est impossibile, vt probat Labeo, nam, quo ad summam pos. [f] i. ius ipsum possidendi, vel in genere possidendi, non multum interest &c. & hoc satis stare posset. Sed ciuiliter [g] dicebant R. & P. & alij duos in solidum possidere diuersis respectibus & causis: & hoc iustè, vel iniustè: vel vn° iustè, alter iniustè: vt debitor qui habet ciuilem, & creditor qui cum naturali habet quandam ciuilem. Item de re data in emphyteusim, vel in feudum, vel in dotem: talibus casibus admittebat. R. in aliis fortè non. 2 Sed Ioan. dixit creditorem omninò [h] possidere, & non debitorem: *vt supra l. j. §. per seruum corporaliter.* Item mulierem [i] nullo modo, nisi quò ad vitandam satisdationem, vt debitor: *vt & supra qui satisd. coz. l. sciendum §. creditor.* & quò ad commodum: quo etiam respectu dicitur domina: *vt C. de iure do. l. in rebus.* Item feudatarium [k] & emphyteutam, (quos dixit R. habere ciuilē ratione iuris quod habent in re) dixit Io. nullam ciuilem habere, sed naturalem tantum. & dominus tam ciuilem quàm naturalem retinet, etiam si ad nundinas eat. quod patet: quia datur eis interdictum vnde vi, si reuersi non admittantur: *vt infra de vi & vi ar. na. l. j. §. hoc interdictum. & l. iij. §. vnde vi.* ciuilem autem solus, dominus habet: cùm duo etiam ciuiliter in solidum non possideant, secundùm eum. Quod autem dicitur hîc, tenere, stare, sedere, & similia: quod facit pro R. & P. alius non ob. quia & ciuilis non dicitur teneri animo. Vel verius exemplificat de naturali cùm dicit, contra naturam &c. vt euidentius probaret de ciuili: quod non posset dici nisi in ænigmate. 3 Alij dicunt indistinctè duos vel plures in solidum ciuiliter possidere non solùm in prædictis casibus positis à P. vel R. iustè vel iniustè, sed mixtim: quod sic probant: qui ad nūdinas [l] iuit, possidet ciuiliter. sed si quis intret, animo & corpore possidet: ergo & ipse ciuiliter, ex quo est talis res quæ potest possideri, secundùm R. Sed secundùm Ioan. non sequitur: quia si liberum hominem, sciens liberum, inuadam animo & corpore: non tamen possideo, *vt infra eod. l. cum heredes. §. j.* Sed dicent, hæc res est quæ à sciente non potest possideri: & ego dicam quòd hic est aliud quod impedit, scilicet quia alius ciuiliter possidet. Contra omnes est. *infra de precario. l. duo.* Sed ipsi dicunt, in solidum vtroque iure vel naturali non possunt: vt ibi. Præterea obiicitur eis: si duo in solidum ciuiliter possident: cur non naturaliter? verbi gratia si ingredior fundum quem tu possides: vt possideamus in solidum naturaliter præter id tantillum quod stamus: vel etiam in solidum si ambo exeamus, & stemus in conspectu. quod M. dicitur admisisse, scilicet duos naturaliter in solidum possidere. Item secundum eos qui dicunt duos ciuiliter in solidum possidere: si plures intrent fundum eius qui ad nundinas iuit. diuersis temporis, vel vno: & exeuntes retineant ciuilem: ergo infiniti possident ciuiliter: ergo si omnes habeant bonā fidem & titulum: quia ab aliquo acceperunt non clàm: cum non credant se prohibendos: omnes vsucapiunt: quod est absurdum. nam & sic haberent dominium vsucapione tali in solidum: quod est contra legem. *supra commo. si vt certo. §. fin.* Item quilibet efficeretur dominus fructuum in solidum si decidant, per aliquem colligantur: quod sufficit vt fiant bonæ fid. poss. *vt supra de vsu. qui scit. §. in alieno.* Vel dic quòd ingrediens habet tantum naturalem. Dic ergo secundùm Ioan. duos [m] in solidum non possidere neque ciuiliter & naturaliter: neque naturaliter tantum: neque ciuiliter tantum: neque ambo iustè, neque ambo iniustè: neque vnus iustè, alter iniustè: *vt hic, & infra de preca. l. duo. in princip.* sed [n] vnus ciuiliter, alter naturaliter: sicut fructuarius & proprietarius. 2 Item dominus & vasallus. 3 Item dominus & emphyteuta. 4 Item vadens ad nundinas & ingrediens. Sed contra *infra vti poss. l. si duo. in princip.* Respond. ibi accipe iustam ciuilem: iniustam naturalem: *vt & alias. j. eod. quod seruus.* Sed quid si ille qui habet naturalem [o] tantùm, vt vasallus & similes

e Possidere naturaliter duo in solidum impossibile est.

f Possessionis summa, proinde vel genere possidendi.

g Possidere ciuiliter duo in solidū an possint varie veterum sententiæ.

h Possessio ciuilis pignoris tota penes creditorem.

i Possessio vel dotalis ciuilis an & quatenus penes eam sit.

k Possessio feudi & emphyteusis ciuilis an penes dominū tantum.

l Possidet ciuiliter qui ad nundinas iuit ? dic vt inf. eod.

m Possidere duo naturaliter simul, vel ciuiliter non possunt.

n Possidere vnus ciuiliter, alter naturaliter potest.

o Vasalli, & similes naturaliter tantum possidentes: qui si subfeudent, naturalē tantum transferunt, nulla ciuilis penes eos remanente.

similes alij, det in feudum vel in emphyteusim, an habeat postea ciuilem? Respon. secundùm Ioan. naturalem transferre.

a ¶ *Possidere non possunt.* naturaliter secundùm R. Tu dic ciuiliter: & hoc probat per hoc quia sic [a] est in naturali: & sic subiicit cōtra, &c. & eodem modo dic in fin. §.

a Possidere vt naturaliter ita ciuiliter duo in solidū non possunt.

a Fl. Cuppe.

rem in solidum possidere non possunt[a]. Contra naturam quippe * est, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris[b]. Sabinus tamen scribit eum qui precariò dederit, & ipsum possidere, & eum qui precariò acceperit[c]. Idem Trebatius probabat[d], existimans [e] posse alium iustè, alium iniustè possidere[f]: duos iniustè, vel duos iustè non posse[g]. quem Labeo reprehendit: quoniam in summa[h] possessionis non multum interest, iustè quis an iniustè possideat, quod est verius[k]. Non magis enim eadem possessio[l] apud duos esse potest, quàm vt tu stare videaris in eo loco in quo ego sto: vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.

Possessio retenta animo & corpore nostro, vel animo tantùm: sine animo nostro non perditur: secus in ea quae animo nostro & alieno corpore retinetur. Bart.

6 ¶ In amittenda quoque possessione affectio[m] eius qui possidet intuenda est. Itaque si in fundo sis, & tamen nolis eū possidere: protinus amittes possessionē. Igitur amitti & animo solo [n] potest, quamuis adquiri nō potest.

7 ¶ Sed & si animo solo possideas, licèt alius in fundo sit, adhuc tamen possides[o].

Qui scit naturalem possessionem occupatam, & propter timorem negligit recuperare: perdit etiam ciuilē. Paul.

8 ¶ Si quis nuntiet domum à latronibus occupatam, & dominus timore conterritus noluerit accedere: amisisse[p] eum possessionem placet.

Per mortem eius cuius corpore possidemus, ciuilem non perdimus: sed per traditionem eius, vel deiectionē, vel animo nostro sic. Paulus.

b ¶ *Tu quoque id tenere videaris.* eodē iure. nam alio potest esse.

c ¶ *Acceperit.* quod videtur contra praedicta: [illegible] non est: quia vnus possidet ciuiliter, alter naturaliter. quod dic vt j. *de preca. l. & habet. §. eum.*

d ¶ *Probabat.* & bene.

e ¶ *Existimans.* in hoc malè.

f ¶ *Possidere.* naturaliter & in solidum. & sic reprehenditur secundùm R. sed si de ciuili intellexisset: idē esset secundùm Io. s. quòd reprehenderetur.

g ¶ *Non posse.* in hoc bene. ¶ Et est iusta[b], in qua est bona fid. & iniusta [c] vi, vel clam, vel similis.

h ¶ *In summa.* i. [d] in iure vel genere possidendi.

i ¶ *Non multum.* quia nihil quātū ad hāc causam: quantum ad alia fortè multum interest: quia vnus facit fructus suos, alter non.

k ¶ *Verius est.* s. dictū Labeonis.

l ¶ *Eadem possessio.* s. naturalis secundùm R. & P. Vel etiam ciuilis secundùm nos, quod probat per naturalem.

m ¶ *Affectio.* definēdi possidere. & sic nō [e] potest opponi de furioso: vt j. *eo. l. si is qui.*

n ¶ *Animo solo.* hic est contra j. *eo. quemadmodum. & infra de re. iu. l. fere.* Solu. hic §. totus de ciuili loquitur, ille de naturali. quod non placet: quia hic dicit in fundo iis. 2 Secundò dic duo necessaria ex parte ei[f] qui expulit vt sibi quaerat, & alij auferat: sed ex parte perdētis vnū sufficere. 3 Vel tu dic hāc secundū illam, vt semper duo sint necessaria. & quod hic dicit affectio, dic, sed non sola. Itē protin[g] [g], subaudi postquā exiueris. sic j. *de ver. obli. stipulatus sum Damam. in fi. ibi,* continuo [h]. id est post rei interitum. & quod dicit, animo: dic quando solo animo possidet. & sic bene iungitur sequens respon. sed & si quis. &c. sed vsque nunc de naturali & ciuili dixit: vel hic de ea quā per me retineo: ibi de ea quā per alium teneo, quā non amitto licèt desinā animo possidere, nisi colonus expellatur: vt j. *de vi & vi ar. leg. iij. §. si quis autem. circa fi.* Vel dic secundū Io. vtrunque necesse in perdendo si [i] incipias à corpore: secus si ab animo. sic *C. de in. deli. potuit & ar. j. eo. peregrè. §. de* §. Sed nūquid solo corpore retinetur [k]? Quidam quòd sic, vt in furioso & infante: sed [l] in furioso est animus. scilicet praeteritus. *item fa. j. eo. l. si quis vi. §. differentia.*

o ¶ *Tamen possides.* ciuiliter. & ille naturaliter, donec rediens nō admittaris, vel repelli suspiceris: vt j. *eo. si id quod. & j. prox. §. & l. clam. in fi.* ¶ Item no. quod dicit, animo solo. nam si corpore alieno, aliud esset: vt & j. *proxi. §. quòd si seruus.*

p ¶ *Amisisse.* siue erit verum, siue falsum: quia suspicatus fuit se repelli: vt j. *eo. si id quod: §. fin.* Sed an sit vitiosa, vel detur interdictum, dic vt & infra *de vi & vi ar. l. iij. §. si quis autem.*

b Possessio iusta dicitur in qua est bona fides.

c Possessio iniusta quae vi, clā & similis.

d Possessionis summa pro iure vel genere possidendi. vt ḃ. eod. in versi. ex contrario.

e Possessionē furiosus non amittit qui ad sectionem amittendi non habet.

f Possessio ciuilis solo animo amitti potest.

g Protinus.

h Continuo.

e ¶ *Facit vers. s.* quòd non interpelletur ciuilis: & sic ad secundum casum se refert. & per consequens ad tertium. si habeas idem aliàs si alius possedit, etiam ciuilem perdit. ¶ Sed videtur quod nô perdam statim per alterius ingressum: *vt s. eod. l. si id quod. §. fin. & l. clam. §. fi.* Respon. hic non dicit quòd fuerit ingressus tantùm, sed quòd possedit: & quia suspicatus sum me posse repelli: *vt & j. pro emp. l. qui cum tra. §. fi.* Alij dicunt quòd contrahit ciuilis originem ex natur. quæ perditur mortuo colono, vel recedente animo deserendi. sed hoc non placet: quia secundùm hoc si quod possidebam, locaui & colonus deiicitur: non perdam ▮ inspicitur origo. prima ergo placet. Item videtur quod etiam naturalis mortuo colono non amittitur: cùm hic dicat quòd in hereditate manserit. sed dic res, non possessio. Vel si possessio, impropriissimè: *vt s. de adqui. here. l. pro herede,* nam verè hereditas non possidet: *vt j. si quis testa. l. j. . Scæuola.*

f ¶ *Ait. su j. tit. j. iusta. & sup. possessionis.* Sed contra. *j. pro suo. l. si ancilla.* Sol. illud singulariter furis odio dictum est secundùm R. *vt dixi supra eod. l. clam.*

g ¶ *Non retro.* i. econtrario. *& ad hoc facit j. de fur. l. qui ea mente.*

a Decedere hic an moriatur an ex fundo exire?

* Côtinuaretur.

b Possessioné per colonum retinemus, si detineat, aut si animo possideat.

c Possessio, mortuo colono, quæ à domino amitti possit: an naturalis, an ciuilis.

d Possessioné naturalem amittimus colono mortuo.

e Possessio naturalis per hereditatem nô tenetur.

f Possessioné, mortuo colono, ciuilé dominus amittit ▮ non petit naturalem colono mortuo.

g Adipisci propriè dicimur possessionem naturalé.

h Possessio impropriissima dicitur quæ tenetur ab hereditate. Nec enim hereditas verè aut propriè possidet. sed impropriissimè v. Zasium 2. Responsorum 17.

i Hæreditas vere non possidet.

1 ¶ Si fortè colonus per quem dominus possideret, decessisset[a] propter vtilitatem receptum est, vt per colonum [b]possessio & retineretur & contineretur*. quo mortuo non statim dicêdum eâ interpellari. sed tunc demum cû dominus possessionem apisci neglexerit[c]. Aliud existimandum[d] ait, si colonus sponte possessione discesserit. sed hæc ita esse vera[e], si nemo extraneus eam rem interim possederit, sed semper in hereditate coloni manserit.

Possessio iusta vel iniusta absque noua causa extrinseca non mutatur. Bart.

2 ¶ Seruum tuum à Titio bona fide emi, & traditum possedi deinde cùm comperissem tuum esse, ne eum peteres, celare cœpi. non ideò magis hoc tempore clam possidere videri me ait[f]. nam retro[g] quoque si sciens tuum seruum non a domino emerim, & tuum clam eum possidere cœpissem, postea certiorem te fecerim: non ideo desinere nôn clam possidere.

In qua re non cadit locatio & precarij rogatio, in ea non cadit clandestinitas. Bartolus.

3 ¶ Si seruum meû bonæ fidei emptori[h] clam abduxerim[i], respondit, nô videri[k] me clam possidere: quia neque precarij rogatione, neque côductione suæ rei dominum teneri[l]: & non posse causam clandestinæ possessionis ab his duabus[m] causis separari.

Qui ingreditur fundum ratione amicitiæ vel familiaritatis: non dicitur possidere. Bart.

XLI. PAVLVS *libro primo Institutionum.*

QVi iure familiaritatis[n] amici fundum ingreditur, non videtur possidere[o]: quia non eo animo ingressus est, vt possideat, licèt corpore in fundo sit.

Not. per istum text. si remanserunt plures filij parui, & vnus magnus alicuius: & iste maior omnia administrauit solus & ipse solus accedebat ad fundos hereditarios, & fructus percipiebat: quod hoc videtur fecisse nomine suo & fratrum suorum: & omnes videntur fuisse in possessione, posito quòd alij non possunt probare se vnquam fecisse aliquos actus ex quibus resultet præsumptio possessionis. Paulus.

XLII. VLPIANVS *libro quarto Regularum.*

COmmunis[p] seruus etiam si ab vno ex dominis omniû nomine possideatur, ab omnibus possideri intellegitur.

Per procuratorem habentem mandatum speciale, vel generale, adquiritur possessio domino etiam ignoranti, si hoc cadebat in generali mandato: sed si non cadebat, vel nullum mandatum habebat, ratihabitione adquiritur secuta. Bartolus.

1 ¶ Procurator[q] si quidê man-

h ¶ *Emptori.* qui emit à non domino.

i ¶ *Abduxerim.* i. abstulerim.

k ¶ *Non videri clam me.* sed furti teneor: *vt j. de furt. l. qui. §. j. & l. cum ex §.* Azo. Sed hic dicas quòd feci credens mihi licere, cum credetem meam: vnde non teneor furti, sed consti. si quis in tantam: *vt Institut. vi bo. rap. §. j.*

l ¶ *Teneri. vt supra depositi l. qui rem. & infra. de precario. l. in rebus. §. fina. & j. titu. j. l. ei à quo.* ¶ Et not. quòd facit argum. à pari. q. d. cui rei illa possunt côuenire: & hoc. & à qua illa remouentur: & hoc vt subiicit, & non posse, &c. Sed videtur falsum hoc argumen. quia pro opere quod quis in suo facit, tenetur quod vi aut clam. *vt infra. quod vi aut clam. l. j. & y. & l. si qui in puteum. §. final.* Sed respondeo: aliud est agi quod vi aut clâ, quando agitur ad interesse pro opere facto vi vel clâ: & aliud possideri aliquid clam. Nam non ideo quòd facit clam opus, possidet clam cùm origo in spiciatur poss. *vt s. eod. l. clam.* Secundò op. quia precarium tenet in sua re ratione pos. *vt s. eo. l. si aliquam.* Sed hic credebam esse eius qui possidebat, secundùm Io. ibi sciebâ meam proprietatem. Argum. *j. de preca. l. certè. §. fin.* Vel etiam si putabâ hic meam proprietatis gratia, clam abduxi metuens mihi fieri côtrouersiam proprietatis, in qua nec clandestinitas nec precarium tenet: sed in poss. posset esse vtrumque si ego non possidebam. Item opp. si à me possides clam, vinco in interdicto vti possidetis: *j. vti possidetis l. j. in fin. & l. seq.* Si tu dicas te dominum, ergo nô possides clam. sicque remoues me ab interdicto. quod est falsum. sed responsio est ex prædictis: quia in pos. suæ rei potest esse clandestinitas, si primò alius possidebat.

m ¶ *Duabus.* s. à precario, & à conductione.

QVi iure. CASVS. Si aliquis scholaris vel aliquis meus amicus vineam meam intret causa comedendi de vuis, vel causa ibi solat, andi: non adquirit per hoc poss. vineæ: quia non eo animo intrauit. Fran. Accur.

n ¶ *Qui iure familiaritatis.* i. amicitiæ.

o ¶ *Videtur possidere.* facit *j. de iti. actuque priua. l. j. §. si in cuius. & s. quemadmo. ser. amit. l. vsu.*

COmmunis. CASVS. Plures habemus seruum communem. si vnus nostrûm seruum possideat nomine aliorum: ab omnibus dicitur hic seruus possideri. Secundò dicit, procurator meus emit rê meo nomine, & ei est tradita. dicitur quòd statim est mihi quæsita pos. illius rei. Si autem gestor negotiorum meorum emit meo nomine, & ei est tradita: non adquiritur mihi pos. nisi habeam ratam illam emptionem. Fran. Accur.

p ¶ *Communis.* facit *s. eod. l. quod meo.* cum is possideat, cuius nomine possidetur. Accur.

q ¶ *Procurator.* facit differentiam inter specialem procuratorem & generalem. nam generalis vel ad alia constitutus, post ratihabitionem demum: *vt in fi. huius §.* si specialis ad hoc, tunc statim, *vt in princip.* siue vterque gerat, siue alter tradens vel accipiens. Sed Ioa. non distinguit inter generalem & specialem, *vt not. supra eodem l. j. §. per procuratorem.* & ideo primò expone procurator, id est procurans. *sic supra de negotiis gestis. l. ergo.* & de

a Furti nô tenetur qui rem alienam credêssuam esse contrectat.

b Argumentû à pari quêadmodum fiat.

c Clam facere & possidere differunt.

d Precariû tenet ▮ in sua ratione possessionis.

e Clam possidere rem suâ quis potest.

f Familiaritas pro amicitia.

g Possidere is intelligitur cuius nomine possidetur.

h Procurator, pro procurante vel gestore.

de procuratoribus l. Plautius. nam de habente & non habente mandatum dicit. Vel dic procurator. i. gestor, & statim specificat de procuratore. postea de gestore.

a ¶ *Adquirit possessionem.* Contra ‡. *tit. j. l. res ex mandato.* Sol. ibi neuter egit vt mihi quæreretur: hic sic. Io.

b ¶ *Sponte emerit.* habens generale mandatum. Ro. Sed Io. non habens mandatum.

c ¶ *Emptionem.* ¶ No. quòd per [a] procuratorem habentem mandatum quæritur mihi dominium & pos. etiam ignoranti: *vt hic & ‡. eod. l. j. §. per procuratorem.* Si autem mandatum non habeat: non quæritur mihi ignoranti nisi ratum habeam: *vt ‡. de neg. gest. l. si pupilli.* Bar.

a Possessio mihi adquiritur per procuratorem etiam ignoranti, si habeat mandatum ratum habeo.

dante domino rem emerit, protinus illi adquirit possessionem[a]. quod si sua sponte emerit[b], non nisi ratam habuerit dominus emptionem[c].

Qui scit certam partem diuisam vel indiuisam esse alienam, vel ius aliquod eatenus non præscribit. Bart.

XLIII. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

Siquis fundum emerit[d], cuius particulam scribat esse alienam Iulianus ait, si pro diuiso sciat[e] alienam esse, posse cũ reliquas partes longa possessione capere. sed si pro indiuiso, licèt ignoret quis sit locus[f], æquè cũ capere posse[g], quod sine vllius[h] damno parsque putatur esse venderis, per longam possessionem ademptorem transit.

1 ¶ Sed & Pomponius scripsit libro quinto variarum lectionum, si sciat vel putet alienũ esse vsum fructum: bona fide[i] diutina possessione capere posse[k].

2 ¶ Idem inquit & si emero rem quam sciam pignori obligatam[l].

Per obliuionem partis loci in qua res mobilis custodiæ causa reponitur, possessio non perditur, nisi per alium occupetur.

XLIIII. PAPINIANVS *libro vicesimo tertio Quæstionum.*

Peregrè profecturus pecuniam in terra custodiæ causa condiderat[m]. cùm reuersus locum thensauri[o] immemoria non repeteret[p], an desisset pecuniam possidere: vel si postea recognouisset locum, an confestim possidere inciperet, quæsitum est. Dixi, quoniam custodiæ causa pecunia condita proponeretur, ius † possessionis ei qui condidisset, non videri peremptum. nec infirmitatem memoriæ[q] damnum adferre possessioni quam alius nõ inuasit[r]: alioquin responsuros[s], per momenta seruorum quod non videremus, interire possessionem[t]. Et nihil interest, pecuniam in meo, an in alieno condidissem: cum si alius[u]: in meo condidisset non aliàs possiderem, quàm si ipsius rei[x] possessionem supra terram[y], adeptus fuissem. itaque nec alienus locus meam propriam aufert possessionem: cum supra terram, an infra terram possideam, nihil interest.

Ex causa peculiari quæritur vsucapiendi conditio & possessio domini ignorantis: ex alia possessio & vsucapio tantùm scienti. Bartolus.

1 ¶ Quæsitum est, cur ex peculij causa per seruũ ignorãtibus[z] possessio quęreretur[a]. Dixi, vtilitatis causa iure singulari[b] receptum: ne cogerentur domini per momenta species[c] & causas peculiorum inquirere. nec tamen[d] eò pertinere speciem istam, vt ani-

Si quis.] CASVS. Emi fundum à non domino. quandam particulam eius scio alienam & certam, putà à fossato supra, illam partem non præscribam: aliam sic. Sed quid si incertam scio alienam: putà duo iugera scio esse aliena in quodam angulo fundi, sed nescio vsquequo durent. Dicitur quòd reliquã partem præscribam. Vltimò dicit: emi fundũ cuius vsum fructum scio alienum. non impedit quin præscribam fundum. idem si sciam eum obligatum. Fran. Accur.

d ¶ *Si quis fundum emerit.* à non domino. Accursius.

e ¶ *Sciat.* vt eam sciat ostendere: vt vsque ad foueam illam. aliàs non: *vt infra pro empt. emptor. in princip. quæ est contra.* secundùm Ioan. ADDITIO. Dic secundùm Bartol. quòd hic sciebat alienam pro parte certa, & diuisa, & determinata.

f ¶ *Locus.* sibi contradicere videtur litera. nam siue dimidiam, siue tertiam, vel aliam quotam habet alius, non potest ignorari locus, cùm in qualibet gleba quotam habeat portionem, vt in toto. vnde dic quòd scio eum habere duo iugera in quodam angulo: nescio tamen vsquequo teneant. & hoc dicat pro indiuiso[b]. Vel etiam dic, scio eum habere tertiam totius: nec tamen scio locum scilicet tertium qui totus sit suus, quia nec est. quod enim non est, sciri non potest. & secundùm hoc non est contra supra *eod. l. locus. quæ signatur contra.* Potest & tertio solui, quia ibi tradebatur pars incerta, hic autem tota res, sed pars sciebatur aliena. Posset etiam dici quòd fundus habeat certas partes, & in vna sciam quendam habere tertiam pro indiuiso: nescio tamen in qua. Accursius.

b Bona & mala fides recipet diuisionẽ quia potest quis habere fidem bonam respectu vbius. & malam respectu alterius: vt plura- pone Bal. à tra. de præscript. j. par. 2. q. 4. & ac l 4. vers. pro emptore.

g ¶ *Capere posse.* reliquas partes quas credit esse vendentis, licèt non sint.

h ¶ *Sine vllius.* i. illius cuius hanc portionem scit: ceterùm nec reliquas sine damno domini vsucapit. & sic apparet quòd totus fundus erat alienus: particula putà Titij, reliquæ partes Seij, & sic nõ nocet Titio si reliquæ partes vsucapiantur. Vel dicas totum fuisse Titij, & tunc nihil nocet Titio quo ad particulam quæ scitur aliena, si reliquæ partes vsucapiantur.

i ¶ *Bona fide.* i. dominium per diutinam &c.

k ¶ *Capere posse.* in hoc ergo non habet similitudinem cum dominio, *vt no. ‡. de vsufr. l. iij.*

l ¶ *Pignori obligatam,* sed aduersus hypothecariam non præscribet, cùm[c] non sit iusta possessio vbi bona fides abest, *vt C. si aduer. cred. l. j. in prin.*

c Mala fides scientia rei alienæ. v. Bal. hom. tract. de præscr. j. par. 3 q. 1. n. 1.

Peregrè.] CASVS. Cum vellem ire ad sanctum Iacobũ, vel alibi, pecuniã sub terra condidi, vt sic stet salua. nunc reuersus sum, & bene recordor in quo fundo eam posui, sed nõ recordor in qua parte fundi posui. Dicitur quod bene retineo possess. pecuniæ quã uis eam non video. nam aliàs diceres me amittere poss. seruorum meorum quando eos non video: quod esset absurdum. nec est vis si pecuniã posui in meo fundo, siue in alieno. [QVÆSITVM.] Si ex causa peculiari seruus quærat poss. adquirit mihi eam etiam ignoranti. & redditur ratio. Secundò dicit: si ex causa non peculiari: tunc oportet interuenire scientiam domini, & corporalem poss. serui. His præmissis vult dicere quòd refert teneam poss. fundi per me, an per alium. nam aliter amittitur vno casu quam altero. nam quando possideo meo corpore, non amitto nisi animum habeam desinendi possidere: & desinam, illam autem quam tenebam per seruum, non amitto nisi alius ingrediatur: nam tunc etiam ignorans amitto. hinc est quod saltũ hibernũ vel æstiuum dicor possidere, licèt ibi nullus sit, nec eiusamitto pos. licèt alius ingrediatur, nisi habeam animum desinendi possidere. & hoc dicit hic §. cum l. sequen. & seq. Francis. Accursius.

† Possessionis ius esse & habere hinc colligitur: per Antonium, Bart. Castr. Albert.

m ¶ *Condiderat.* hic videtur prohibitum pecuniam sepeliri, *vt j. ad l. Iul. pe. l. iiij. §. nõ fit.* sed illud vt cadauer: sed causa custodiæ[a] potest, vt hic. Accur.

n ¶ *Locum.* fundũ tamẽ bene sciebat: ne sit contra. ‡. *eo. l. si id quod in princ.*

o ¶ *Thesauri.* impropriè[b], i. pecuniæ. *sic ‡. ad exhi. l. thesauros. & supra de rei vind. l. à tutore.* aliàs aliter, *vt supra titu j. l. nunquam. §. thesaurus.*

a Pecuniã sepelire custodiæ causa permissum, et nõ cadaueris instar.

b Thesaurus impropriè, pro pecunia custodiæ causa in terra recondita.

p ¶ *Non repeteret.* id est non recordaretur in quo loco pecuniam condiderat. Accur.

q ¶ *Infirmitatem memoriæ.* adhibita[c] tamen diligenti inquisitione recordaretur: *vt ‡. l. iij. §. Neratius.* vbi ergo abest infirmitas, abest diligens inquisitio: quæ si adesset, recordaretur. *& facit C. de vete. iur. enu. l. ij. §. si quid autem.* Arg. ‡. *deposi. l. j. §. si cista. in fi.*

c Possessionẽ memoriæ infirmitate non amittimus, hoc est obliuione, nisi obliuio talis sit vt adhibita etiam diligẽti inquisitione possessionis, non possimus recordari.

r ¶ *Non inuasit.* secus si inuasit, quia mobilis rei possess. est vilis & abiecta, *vt ‡. eod. l. rem quæ. & j. eod. l. firm.*

s ¶ *Responsuros.* s. nos diceret quis.

t ¶ *Interire possessionem.* quod est falsum, vt d. l. rem quæ.

u ¶ *Si alius.* aliàs, cùm si alius in meo. & aliàs, cùm si in alieno.

x ¶ *Ipsius rei.* s. thesauri.

x ¶ *Supra terram.* & sic effossi, & ex loco moti, *vt ‡. eo. l. iij. §. Neratius. in fi.* & dicas idem, & sub terra sit tactus & motus, vt subiicit.

z ¶ *Ignorantibus.* datiui casus.

a ¶ *Quæreretur.* *vt & ‡. eod. l. j. § item acquirimus.*

b ¶ *Singulari.* i. speciali.

c ¶ *Species.* i. res & causas. s. adquirendi. ad quod facit. *C. de præscr. xxx. an. l. ij.* ¶ Et no. quod hic innuit quod extra causam peculiarem non adquirit domino ignoranti, quod est falsum. vnde expone hic, pos. quæreretur. id. effectus poss. s. vsucapio[e] quæ est effectus eius: *vt j. tit. j. l. sine poss.* ergo ignoranti. sed vsucapio demum scienti in non peculiari. Vel dicas peculium[f] hic largissimè dici, *vt ‡. e. l. quod seruum. & hoc. no. ‡. ea. l. j. §. item adquirimus. & facit j. tit. j. Labeo. & l. nunquam. §. si seruum & pro emp. l. ij. §. Celsus.* Accur.

d ¶ *Nec tamen.* respondet tacitæ obiectioni.

d Possessionis effectus possessionis seu vsucapione.

e Possessionis effectus vsucapio.

f Peculium largissimè accipitur.

a ¶ *Vt animo videtur.* q. d. aliàs ergo necessaria est scientia domini. vnde videtur quòd tunc solo animo quærat: quod remouetur: quia & corpore serui quæritur. Vel aliter diceret aliquis: quia ignorans acquirit possess. ex causa peculiari, ergo ignorans habet animum acquirendi. quod est impossibile[a] vt habeat acquirendi animum, qui non habet aliquem animum. quod hic remouetur, quia animo & corpore serui quæritur, non suo.

b ¶ *Necessariam.* ad effectum[b] possess. id est vsucap. vel ad peculiarem: vt largissimè intelligas: *vt dixi. & facit j. de actio. & oblig. l. qui à seruo. in fi.*

c ¶ *Quibus explicitis.* hic non est. §. secundũ Ioan. sed continuatur cum superiori.

d ¶ *Si modo.* non ergo corpore sufficit, si ab eo incipias: *vt s. l. quemodo. & l. iij. §. am ttenda. & l. si quis vi. §. differentia.*

e ¶ *Ingressus fuisset.* colono discedente nõ animo deserendi: & tunc alio ingrediente ego videor deiici, & habeo interdictum: *vt infra de vi & vi arma. l. j. §. quod etruus.* Antè eiectionem serui, nec ciuilem nec naturalem amitto, etiam si constituam in animo meo me nolle possidere. & hæc est prima differentia[c]: quia aliam, scilicet quam possidebam per me, animo solo amitto, hanc non. *& pro hoc facit infra de vi & vi ar. l. j. §. non autem.* & est mirabile: quia ciuilis retinetur per naturalem antè deiectionem: à qua non potest separari. & quod sequitur, eámque &c. est secunda differentia. Nam quam possessionem per eos habeo, amitto ignorans, si deiiciuntur: quam per me non: siue habeam ciuilem & naturalem, siue etiam ciuilem tantum: de quo subiicit exemplum de saltu, illa quoque &c. & duæ sequentes leges iunguntur ad istam. *C. eod. l. fin.* vbi dicitur quòd domino[d] non præiudicat factum serui vel coloni. Solu. vt ibi. Accursius.

mo videatur[a] adquiri possessio, Nam si non ex causa peculiari quæratur aliquid scientiam quidem domini esse necessariam[b], sed corpore serui quæri possessionem.

Possidens suo animo & corpore, demum sciens, possessionem amittit secus in eo qui suo animo & corpore alieno possidet. Bar.

2 ¶ Quibus explicitis[c], cùm de amittenda possessione quæratur: multum interesse dicam per nosmetipsos, an per alios possideremus. Nam eius quidem quod corpore nostro teneremus, possessionem amitti vel animo, vel etiam corpore: si modò[d] eo animo inde digressi fuissemus, ne possideremus: eius vero quod serui vel etiam coloni corpore possidetur, non aliter amitti possessionem, quàm eam alius ingressus fuisset[e]: eamque amittendi nobis, quoque ignorantibus. illa quoque possessionis amittendæ separatio est: nam saltus hibernos & æstiuos, quorum possessio retinetur animo[f],

XLV. IDEM *libro secundo Definitionum.*

Licèt neque seruum, neque colonum ibi habeamus:

XLVI. IDEM *libro vicensimotertio Quæstionum.*

Quamuis saltus[g] proposito[h] possidendi fuerit alius ingressus, tamdiu priorem possidere dictum est: quamdiu possionem ab alio occupatam ignoraret. Vt enim eodem modo vinculum obligationum soluitur, quo quæri adsolet[i]: ita nõ debet ignoranti tolli[k] possessio quæ solo animo tenetur.

a Animũ acquirendi non habet, qui animum non habet.

b Possessionis effectum vsucapio.

c Possessionẽ retinere corpore & animo suo differt à possessione quam retinemus animo nostro, corpore verò alieno vt per colonum. hoc posteriore casu colono expulso amittitur ciuilem amitti. v. hic Bart. & Castrẽsem

d Factum serui vel coloni an præiudicet domino.

f ¶ *Retinetur animo. vt s. eo. l. iij. §. saltus.*

g ¶ *Quamuis saltus.* æstiuos vel hibernos, de quibus sum locutus, & dicitur *infra de vi & vi ar. l. j. §. quod vulgo.*

h ¶ *Proposito.* id[e] est animo.

i ¶ *Adsolet. vt j. de regu. iur. l. nihil. & l. fere. & j. de solu. l. prout quisque.*

k ¶ *Ignoranti tolli.* in[f] mobilibus hoc fallit: quia ignorans amittit: *vt s. eo. l. rem quæ. & j. eo. j. si rem.* Item in immobilibus quandoque: *vt s. eo. qui vniuersas. §. j. & l. iij. §. Labeo. & supra de dam. infect. l. si finita. §. si forte.* Item in illa fallit quam per animum teneo: *vt s. eo. l. peregre. §. fi.*

Si rem.] CASVS. Deposui apud te librum. vel commodaui, tu constituisti in animo tuo retinere librum, & non reddere. dicitur quòd amitto possess. & reddit rationem ponendo nouum casum. Meritò in superiori casu amitto possess. rei mobilis. nam rerum mobilium neglecta atque omissa custodia facit nos amittere possess. earum. licet nemo inuaserit poss. earum. secus est in homine, id est seruo. nam licèt nesciam vbi sit seruus meus, nemo tamen alius eum possidere cœpit, retineo poss. Quare fit speciale in seruo, reddit rationem: in aliis autem rebus mobilibus statim eã nescio vbi sint, amitto possess. Fran. Accursius.

e Propositũ pro animo.
f Obligatio eo modo soluitur quo acquiritur.
g Possessio ignoranti qui bus casib. tollitur.

Possessio rei mobilis contrectata furandi gratia, perditur ab ignorante. idem si rei custodia amittatur: secus in animali rationali statuitur. Bart.

XLVII. IDEM *libro vicensimosexto quæstionum.*

Si rem mobilem apud te depositam, aut ex commodato[l] tibi possidere, neque reddere constitueris: cõfestim amisisse[m] me possessionem vel[n] ignorantem[o] responsum est. cuius rei forsitan illa ratio est, quòd rerum mobilium[p] neglecta[q] atque omissa custodia, quamuis eas nemo alius inuaserit, veteris possessionis damnum adferre consueuit. idque Nerua filius libris de vsucapionibus retulit. Idem scribit, aliam causam esse hominis commodati omissa custodia[r]. nam possessionem tamdiu veterem fieri[s], quamdiu nemo alius eum possidere cœperit: videlicet ideo, quia potest homo proposito redeundi domino possessionẽ sui conseruare, cuius corpore cæteras quoque res possumus[t] possidere. Igitur earũ quidẽ rerum quæ ratione vel anima[u] carent cõfestim[x] amittitur possessio: homines autẽ retinentur, si reuertendi[y] animum haberent.

Per instrumentum non probatur possessionis traditio. item instrumentum verificatur ex actu vero, non ficto. Bar.

XLVIII. IDEM *libro decimo Responsorum.*

Prædia cum seruis donauit[z], eorúmque se tradidisse

l ¶ *Commodatam.* aliàs ex commodato.

m ¶ *Amisisse.* Contra supra *eod. l. iij. §. si rem. ij. respon.* Solu. hic contrectauit, & mouit de loco: vt & ibi: Ioan. & quòd dicit hic, confestim, scilicet[a] antequam sciam. Vel hic fuit habita diligens inquisitio: ibi non. Vel hic constituit sibi possidere: ibi tantum habuit animum insiciendi. ¶ Sed oppo. hic videtur poss. animo quæri commodatario vel depositario. & sic est contra supra *eod. l. quemadmodum.* Respon. hoc facit præsens apprehensio. *Argument. supra si cert. petat. certi condictio. §. fina.* Item & quia sic faciendo fit furtum: *vt infra de fur. l. insiciando. ij. respon.* vnde desino possidere: *vt supra eod. l. rem quæ nobis.* ¶ Item op. nonne mutat ibi causam possess. & sic est contra *infra titu. j. non solum. §. j.* Respond. hic extrinseca[b] causa est, scilicet furtum, vel alia vis: *vt infra de vi & vi arma. l. colonus.* ¶Item op. quasi origo debeat inspici: *vt s. eo. l. clam.* Sed hic nulla erat origo: quia priusnõ possidebat.

n ¶ *Vel.* pro etiam.

o ¶ *Ignorantem.* ¶Nota quòd ignorans[c] amitto possess. rei mobilis: nisi in homine[d]: vt subiicit: non sic in immobili: *vt supra eo. l. si id quod. §. fin.* Accursius.

p ¶ *Mobilium.* etiam quas per me tenebam: *vt & supra eod. l. iij. §. Nerua.* & secundùm hoc dic, inuasit, quod est infra, id est apprehendit, in nostro tamẽ casu est contrectatio alterius. vnde quod hic negligentia, ibi alterius contrectatio facit, quando tamen ex negligentia perdo, distinguitur, an fuerit diligens inquisitio, vel non. *vt s. eo. l. iij. §. Nerua.* Accur.

a s. quia propter. & sic Pa. ... de diff. Glo. in c. si in qualibet. 2. quæst. 2.

b Adde Ol. l. si illud ... eod.

c Ignorans amittere potest possessionem rei mobilis at non hominis. d Mobilis appellatione homo cõtinetur, vt hoc Glossa.

q ¶ *Neglecta.* ¶Not. ex hoc colligimus tota die quòd pos.[e] rei mobilis est vilis & abiecta, eo quòd facilè perditur, id est etiam ab ignorante: quod non est in immobili: *vt s. eod. l. peregrè. in fi.*

r ¶ *Custodia.* vel à domino, vel à commodatario, vel ab vtroque.

s ¶ *Veterem fieri.* i. remanere. *fic. s. de indi. l. Iulianus. ij.*

t ¶ *Possumus possidere. vt s. eod. l. rem. quam.*

u ¶ *Vel anima.* i.[f] rationali anima, ne sit contra *s. eodem l. iij. §. Nerua filius.*

x ¶ *Confestim.* amissa[g] custodia.

y ¶ *Reuertendi animum.* maximè subaudi: *vt s. eod. l. j. §. per seruum & l. possidere. §. Nerua & l. rem quæ in fin.* nisi diu: *vt s. eo. l. iij. §. si seruus.* vel nisi ab alio possideatur: *vt j. eo. l. per eum. §. fi.* Acc.

e Possessio rei mobilis vilis est & abiecta.

f Anima pro rationali anima.

g Confestim, pro amissa custodia.

Prædia.] CASVS. Quidam donauerat prædia cùm seruis mihi. vnus seruorum donatorum peruenit ad me: & eum misi vt intret possess. fundorum mihi donatorum, & seruorum ibidem existentium. dicitur quòd per istum acquiro possess. prædictarum rerum. Fran. Accur.

z ¶ *Donauit.* scilicet aliquis.

Pedem suũ?

a ¶ *Declarauit.* istæ literæ fuerunt scriptæ postquam seruus remissus poss. intrauit: alioquin non esset verum se tradidisse in præteritum. Accursius.

b ¶ *Vel vnus.* scilicet tantum. q. d. & si in hunc modū fuerit quæsita poss. quod literis declaratur.

c ¶ *Peruenit.* consensu domini præcedente, & sic rite. Ioan.

d ¶ *Remissus est.* per eum qui accepit domum vt intret poss. nomine suo.

e ¶ *Seruorum.* repete, quæsitam possessionem.

f ¶ *Constabit.* vt & sup. eo. l. j. §. veteres.

possessionem literis declarauit[a]. Si vel vnus[b] ex seruis qui simul cum prædiis donatus est, ad eum qui domum accepit, peruenit[c], mox in prædia remissus[d]: per seruum prædiorum possessionē quæsitam, cæterorúmque seruorum[e], constabit[f].

Aliquando possessio habet plurimum iuris: aliquando plurimum facti. Pau. de Castro.

XLIX. IDEM libro secundo Definitionum.

POssessio quoque per seruū, cuius vsusfructus meus est, ex re mea vel ex operis serui adquiritur mihi: cum & naturaliter à fructuario teneatur[g]: & plurimum ex iure[h] possessio mutuetur.

1 ¶ Qui in aliena potestate[i] sunt, rem peculiarem tenere possunt[k]: habere[l] possidere non possunt: quia possessio non tantùm corporis[m], sed & iuris est.

Possessio & dominiū quæritur per procuratorem: actio personalis non quæritur nisi cedatur. Bart.

2 ¶ Etsi possessio per procuratorē ignoranti[n] quæritur, vsucapio verò scienti[o] cōpetit[p]: tamen euictionis actio domino contra vēditorem[q] inuito procuratore non datur: sed per actionē mandati eam cedere[r] cogitur[f].

Per filium putatiuum nobis non quæritur. Pau.

L. HERMOGENIANVS libro quinto iuris Epitomarum.

PEr eum quē iusto ductus errore filium meum, & in mea potestate esse existimo: neq. possessio, neque dominiū nec quidquam aliud ex re mea mihi quæritur[t]. 1 ¶ Per seruum in fuga agentem[u], si neque ab alio possideatur[x], neque se liberum esse credat[y], possessio nobis adquiritur.

In rebus in quibus propter earum magnitudinem vel naturam non cadit corporalis apprehensio: non potest acquiri possessio per alium actum æquipollentem, putà per appositionem custodis, vel aspectum: & tunc dicitur apprehendi potiùs animo, quàm corpore. Paulus de Castro.

LI. IAVOLENVS libro quinto ex posterioribus Labeonis.

QVarundā rerū animo possessionem apisci nos ait Labeo[z]: veluti si aceruum lignorū emero, & eū vēditor tollere me iusserit: simul atque[a] custodiam posuissē, traditus mihi videtur[b]. Idem iuris esse vino vēdito, cùm vniuersæ amphoræ vini simul[c] essent. Sed videamus, inquit, ne hæc ipsa corporis traditio sit: quia nihil interest, vtrū mihi, an & cuiuslibet iusserim, custodia tradatur. In eo puto hanc quęstionē consistere, an etiam si corpore aceruus aut amphoræ adprehensę non sunt, nihilo minus traditæ videantur. Nihil video interesse, vtrum ipse aceruum, an mandato meo aliquis custodiat. Vtrobique animi[d] quodam genere possessio erit æstimanda.

Possessio est res diuersa ab vsufructu sicut à proprietate. Paul. de Castr.

LII. VENVLEIVS libro primo Interdictorum.

POssessio.] CASVS. Per seruum in quo habeo vsumfru. acquiritur mihi possess. si ex re mea, vel ex opera sua quærat. Secundò dicit: seruus & filius dicuntur res peculiares tenere, non possidere: cum possessio non tantum sit corporis sed etiam iuris. Tertiò dicit: si procurator emat rem meo nomine, & ei sit tradita, acquiritur mihi possessio etiam ignoranti, non autem vsucapiam: nisi sciam eam rem emptam meo nomine. Item non habeo regressum de euictione contra venditorem ignoranti, si procurator meus eā mihi cedat: ad quam cedendam compellitur actione mandati. Franc. Accursius.

g ¶ *Teneatur.* id[a] est possideatur: vt & supra eodem. l. e. naturaliter. non ciuiliter. vt & supra eod. l. j. §. per eum.

h ¶ *Ex iure.* id est ex vsufructu[b], quod est ius. Vel dic quòd plurimū trahit à iure possessionis. f. talis quæ ex causa peculiari quæritur: vt ista. nā ignorāti[c] domino quæritur poss. & vsucapio: & fictio[d] postliminij habet locum in omnibus quibus fingit ius: sed illa quam quæro per meipsum, habet plurimum facti in acquirendo: vt & ī. quib. ex cau. ma. l. denique. quæ est contra. & hoc plenè no. ī. eod. l. j.

i ¶ *Qui in aliena potestate.* vt serui filij.

k ¶ *Possunt.* vt & ī. eo. l. quod seruus.

l ¶ *Habere.* scilicet dominium. aliàs etiam qui tenet[e], habere dicitur: vt infra de verbor. oblig. stipulatio ista. §. habere non possunt. vt & infra de reg. iur. leg. quod attinet. & l. filius fam. & §. eodem. l. quicquid. & l. qui vniuersas. §. item quòd à mari. & infra de verborum obli. leg. stipulatio. §. hoc quoque. & infra titul. j. numquam. §. seruus. & hoc in omni peculio, excepto[f] castrensi, vel quasi: in quibus etiā iure veteri censetur vt paterfami. vt sup. ad Macedo. l. iij. & nouo: vt C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. Restat ergo quòd aduentitium nō possidet filius vllo modo iure isto: cum vt seruus domino, sic filius patri tale peculium quod non erat castrense vel quasi, quæritur: Instit. per quas perso. no. acqui. §. j. sed cum hodie non quærit patri quo ad proprietatem, dici potest vt naturalis patri per filium poss. quæratur ratione vsusfr. patri quęsiti: vt sup. l. naturaliter. sed filius ciuiliter possideat vt proprietarius. vt C. de bon. quæ libi. l. cum oportet. §. j.

m ¶ *Corporis.* & ita facti.

n ¶ *Ignoranti.* scilicet domino.

o ¶ *Scienti.* scilicet domino.

p ¶ *Competit.* vt C. eo. per liberam. & ī. pro soluto. l. iij.

q ¶ *Contra venditorem.* à quo emit procurator.

r ¶ *Cedere.* sic supra mandati l. si procuratorem. §. fin. argumen. infra de fur. leg. si vendidero. §. fin. & infra quorum lega. leg. j. §. satisdatum. Audi ergo Azo.[a] hic contra te, quòd actio[b] ex alterius pacto non quæritur nisi cessa, & nisi in casibus specialibus quos not. Instit. de inutil. stipul. §. si qui. Sed tu dicas directam non dari, sed vtilem.

f ¶ *Cogitur.* procurator domino.

PEr eum.] CASVS. Credo[c] quendam esse meum filium. dicitur quòd per eum neque possessio neque dominium mihi quæritur etiam de re mea. Secundò dicit: per seruum meum existentem in fuga potest possessio mihi quæri. nisi ab alio possideatur, & nisi stet in possessione libertatis. Fr. Accursius.

t ¶ *Mihi quæritur.* secus in alieno seruo bona fide possesso, vt sup. eodem. l. j. §. sed & per eum. & est ratio: vt infra tit. j. leg. iusto. in princip. & facit supra eod. l. cum heredes. in fin. & l. quicquid.

u ¶ *In fuga agentem.* i. constitutum.

x ¶ *Possideatur.* vt & supra. leg. j. § per seruum.

y ¶ *Credat.* & stat in possess. libertatis: vt infra titu. j. l. nunquam. §. seruus. & leg. si is qui. §. si seruus. & diu steterit: vt supra eodem. leg. ij. §. si seruus. & facit supra de lib. cau. leg. qui de libertate.

QVarundam.] CASVS. Quandoque acquiro possess. solo animo: vt si aceruum lignorum emi, vel legatam plenam vino cum toto vino, & iubeas quòd tollam, & ego apposui custodem, qui interim donec tolli facerem custodiret: nam possessione animo acquisiui. Franciscus Accursius.

z ¶ *Ait Labeo.* sed mala dat exempla, vt & per hanc eandem legem probatur, nam & animo & corpore quæri videtur apposito[d] custode, & te existente in præsentia: & etiam sine custode idem. quia sufficit iussus: vt ī. eodem. l. j. §. si iusserim. secundum Mar. & leg. quod meo. §. si venditorem. Alia ergo debuit dare quæ dixi sup. eod. l. iij. in prin. licet etiam in illis semper videatur aliquid pro corporis actu interuenire.

a ¶ *Simul atque.* id est statim.

b ¶ *Traditus mihi videtur.* facit[e]. supra de contrah. empt. l. cùm lib. & ī. de sol. l. si soluturus. in fin. & ī. de iur. dot. l. si egō. §. pen. Accur.

c ¶ *Simul.* & in præsentia mihi assignatæ: vt C. de peric. & com. rei vend. l. iij.

d ¶ *Animi.* & corporis, vt dixi, sit appositus custos vel non. Sed ar. contra[f] de custode: vt ī. commo. l. si vt certo. §. si de me.

POssessio ab vsufructu.] CASVS. Possessio & vsusfructus non sunt idem: imò diuersa. Item possess. & proprietas non sunt idem: imò diuersa. nam alius potest habere possess. fundi, & alius vsumfructum. [EVM QVI.] Si prohibeo te in tuo ædificare: videor te prohibere possidere: vnde potes agere contra me interdicto vti possidetis. & hunc casum habes. infra vti poss. si duo. §. j. [SED SI IVS.] Si iudex mittit me in poss. fundi aduersarij mei, eo quia is non defendit, debet me etiam defendere in ea possessione. Francisc. Accursius.

a Tenere pro possidere.

b Vsusfructus ius est.

c Possessio & vsucapio ignoranti domino adquiritur.

d Fictio postliminij locum habet in omnibus in quibus ius fingit.

e Tenens etiā habere dicitur.

f Filiusfamilias in castrē si, vel quasi castrēsi peculio loco patrisfamilias habetur.

a aliàs legitur Martinus, aliàs Hugol.

b Actio directa non cessa fit non quæritur ex alterius pacto, nisi in casibus exceptis, v. Iacob. de Arena & Ioannem à Grassis in tract. de cessionibus.

c Putatiuus filius patri putatiuo possessionem non adquirit etiā si sit in quasi possessione filiationis.

Labeo lib. ex posterioribus.

Iauolenus.

d Possessio quæritur apposito custode.

e Custodiā apponentem tradidisse videtur.

f Custodis appositio vtrum teneatur de periculo. addi Gl. Menoc. recu. 1. §. si de me. sup. de adquir. poss.

a Possessionis & vsusfructus duæ sunt causæ, se non cōtingentes & penes diuersos existentes.

b Possessio si ne proprietate esse potest: & è contra.

†Sic Fl. sed in Vaticano & nostris manuscr. est, neque & rectius id quidem quàm Flor.

*amputari.

e In possessionem inductus à iudice per eūdem defendi debet.

d Inducimur in possessionē vel à prætore vel à priuato, puta venditore.

¶Seu, in Indice. De hac re vide Gel. lib. 7. c. 10. & Cui. pro Caecinna.

e Inducis in possessionem prætor qui prohibet vim fieri.

f Prohibere vi fieri plus est quam iubere restitui. hoc altercatrallo, vtraque possessio ciuilis & naturalis continetur.

a ¶ *Permisceri causas*. vt fit vna causa. duæ [a] enim sunt, nec se contingentes, & penes diuersos existentes.

b ¶ *Possessionis*. s. ciuilis. Accursius.

c ¶ *Misceri*. i. confundi oportet: vt sic [b] vnum non possit esse sine alio: quia bene potest.

d ¶ *Debent*. vt &). s. l. *naturaliter*. §. *nihil*. &). *de except. rei iudi. & an eadem*. §. *fi*. Accursius.

e ¶ *Alter possideat*. non ergo sequitur vnū ad aliud remotiue. s. si vnus habet vnum: ergo alius nō potest habere aliud: *vt hic & sup. ad exhi. leg. iij. §. Pomponius. & l. Cels. §. Iulian*.

f ¶ *Manifestum est*. & sic habet interdictum vti pos. *vt infra vti pos. si duo. §. ij. &). de vi & vi armat. l. vim facit. & s. si ser. vind. l. loci. §. si quis*.

g ¶ *Species*. vere est species, siue modus, nā pōt quis induci: & in ea retinēda defendi. & [c] hoc facit ptor cū mittit aliquē in pos. *vt hic & inf. ne vis fiat ei. leg. j. §. j. & ij*. Itē pōt induci à venditore vel inducēte: nec tamē defendetur in ea retinēda. & hoc in priuato vendēte, vel inducente: *vt in fi. huius §*.

h ¶ *Inducēdi*. Duob. [d] modis quis inducitur in pos. à prætore (qui [e] & prohibet vim fieri) à priuato, vt à vendente. & prima planior, se cūdū primā positionē

i ¶ *Possessionem*. s. à prætore ex causa damni infecti, vel simili.

k ¶ *Iubet*. prætor ille qui phibet ingredienti vim fieri.

l ¶ *Restituere*. priuatū priuato ex præcedēte obligatione. s. venditoris quæ ei tradere tenebatur. nam tenetur eum inducere, sed nō defendere ne fiat ei vis: *vt hic & C. de act. empt. l. expulsus*. ac secus cum prætor dicit se missurum. nā & tueri debet prohibēdo vim fieri: vt dixi, Vel dic secundū Io. plus [f] est phibere vim fieri (quia sic ciuilē & naturalē vult esse apud eū pro quo prohibet.) At cum iubet prætor restitui: potest esse restitutio in sola ciuili vel naturali.

Permisceri causas [a] possessionis [b] & vsusfructus non oportet, quemadmodum nec possessio & proprietas misceri [c] debent [d], namque † impediri possessionem, si alius fruatur neque alterius fructum computari, [*], si alter possideat [e]. 1 Eum qui ædificare prohibeatur, possidere quoque prohiberi manifestum [f] est.

Per secundum decretum missus acquirit possessionem: & in ea debet per iudicem immittentē defendi: sed per traditionem quæ fit à priuato, licet acquiratur possessio, non tenetur ille priuatus cum in illa defendere. P.

2 ¶ Species [g] inducendi [h] in possessionem [i] alicuius rei est prohibere ingredienti vim fieri. Statim enim cedere aduersarium, & vacuam relinquere possessionē iubet [k]: quod multo plus est quàm restituere.

LIII. IDEM *lib. 5. Interdictorum*.

Aduersus [m] extraneos vitiosa possessio prodesse solet.

DE VSVRPATIONIB. & † vsucapionibus.

TITVLVS III.

Primo declaratur propter quid fuit introducta vsucapio: quia propter bonum publicum. Secundo, in quo consistat illud bonum publicum: scilicet ne dominia rerum sint in incerto.

Aduersus.] CASVS. Si tu possides fundum vi à Titio, non nocebit tibi quin obtineas interdicto vti possidetis contra alium: vt & hunc casum habes). vti possidetis l. j. in fin. Franc.

m ¶ *Aduersus*. Pone casum vt). vti possidetis. l. j. in fi. & l. 2. 2. Itē vt). de vi & vi arma. l. cum à te. 3. Item vt C. vnde vi. l. j. 4 Itē vt C. de rei vindi. l. res alienas. Et sic non obstat s. eo. l. *Pomponius in fin*. quia nihil hic de accessione dicit. Accursius.

DE VSVRPATIONIB. ET VSVCAPIONIB.

g Vsucapio quid.

h vt. md figura.

i Vsurpatio quid.

¶ *De effectu possessionis dicit quid est vsucapio*: vt). eo. fine possessione. *Item vsurpatio, id est interruptio*. vt). eo. l. ij.

¶ *Per possessionem adquiri dominium hic titulus demonstrat. nihil enim aliud est vsucapio* [g] *quàm adquisitio dominij per possessionem prolixam & iustam vel adquisitio. per vsum*. lege xxiij. §. vult. Ex quibus causa. ma. *qua plenum ius tribuit*. lege xvij. in finali. de rei vindi. *ex XII. tabularum atque ideo vtilissimum ius esse dicitur bona fidei possessori*, lege in bello. §. si quis seruum. De cap. & poss. & *vsus nonnunquam*. lege deducta. §. ante. Ad Trebel. & *possessio*. vt l. cum miles & lege denique ex quib. cau. ma. *ex qua efficitur vnum* [h] *elegans possessionem sine possessione non consistere. Aliud enim possessio in initio, aliud postea significat. Vsucapioni contraria est vsurpatio* [i], *et enim vsucapionis interruptio quæ fit amissa possessione ante tempus complendæ vsucaptionis finitum, vel interpellatione aut vsu domini. A Græcis desinitur* [illegible] *Cuiac.*

Bono.] CASVS. Vult dicere rationem quare vsucapio sit introducta. & est ratio, ne dominia rerū sint incerta id est in dubio. Secundo quid sit vsurpatio. Tertio quid sit vsucapio. hoc dicit cum duabus ll. seq. Franciscus.

n ¶ *Bono publico*. i. [a] ad vtilitatem omnium communem contra æquitatem naturalem [b]: *vt supra de neg. gest. l. j. in fi. & s. de cōdic. inde. l. nam natura*. sed sibi imputet negligēs: *vt infra de reg. iur. l. quod quis*. sic & seruitutes sunt contra ius naturale: *vt Instit. de iure per so. §. seruus*. & sic est aliud [c] bonum: & aliud æquum: *vt & C. de pact. conuen. super dote. l. hac lege*. Accur.

o ¶ *Fere*. hoc ideo, quia si [d] vsucapio non esset, essent tamen certa dominia in quibusdam casibus de [e] iure gen. quos habet Instit. *de re. diui. §. singulorum. vsque in fin. tit.* & ad hāc rationem facit. Instit. *eod. in prin.* est & alia, vt sit finis litium: *vt). pro suo. l. si*. Accur.

p ¶ *Sufficeret*. id est sufficere posit.

q ¶ *Tempora*. in vsucapione.

r ¶ *Spatium*. quod habes Insti. *de vsuca. in prin.*

f Vsurpatio.] *Interruptio*. vt &). e. *l. naturaliter*.

t ¶ *Oratores*. i. dictatores. & etiā legistæ quandoque: *vt & infra de iniur. l. iniuria. §. fi. & sup. solu. ma. l. si constante. §. quotiens. infi.* Accursius.

u ¶ *Autem*. pro sed.

x Vsu.] ¶ *Adiectio*. i. adquisitio. & accipe dictum per causam. Est enim vsucapio causa [g] acquisitionis dominij: non ipsa est aequisitio: sicut nec traditio [h] facta à domino, dominij est acquisitio, sed [i] causa acquisitionis: sic nec facta à non domino est vsucapio, sed causa

Tertio remouet obiectionem quæ posset fieri de iniquitate. Pau. de Castr.

I. GAIVS *libro vicensimo primo ad Edictum Prouinciale*.

Bono publico [n] vsucapio introducta est: ne scilicet quarundā rerum diu & fere [o] semper incerta dominia essent: cū sufficeret [p] dominis ad inquirendas res sua statuti [*] temporis [q] spatium [r].

Interdum verba impropriantur: quia vsurpatio sumitur pro vsucapione, cum tamen non sit vsucapio, sed vsucapionis interruptio. Pau.

II. PAVLVS *libro quinquagensimo quarto ad Edictum*.

Vsurpatio est vsucapionis interruptio [f]. Oratores [t] autē [u] vsurpationem frequentem vsum vocant.

Vide Gellium lib. 7. cap. 10. Horat. Quædam, si credis consultis, mancipat vsus.

III. MODESTINVS *lib. 5. Pandectarum*.

Vsucapio est [x] adiectio † dominij per continuationem possessionis [y] temporis [z] lege definiti [a].

Titius pro herede cū cōsistat in iure nō cadit in seruo. & ideo seruus tali titulo non potest vsucapere pro se, nec pro domino. sed si ipse seruus sit institutus, & adiuit iussu domini: ipse dominus est ille qui vsucapit tali titulo. Pau.

IIII. PAVLVS *libro quinquagensimo quarto ad Edictum*.

vsucap. Si autem aliter dixerim: cum vsuca. posit. esse ex pluribus causis: ergo & dominium. quod est falsum [k]: *vt sup. titu. j. l. iij. ex pluribus. vbi de hoc dixi*. Item large [l] accipe vsucap. pro præscriptione: *vt hic, & toto hoc tit. vt infra e. l. quaritur*. Sed [m] propriè vsucapio est in re mobili: præscriptio in re immobili: *vt C. de longi. temp. præscrip. l. ij.* secundùm hoc ergo non solùm vsucapione quæritur dominium quod secundùm omnes constat, *vt & C. de pact. leg. traditionibus*. sed etiam præscriptione [n]. quod M. concessit: *vt hic & infra eodem. cum qui. & Institu. eodem. circa principium*. Sed Bul. dixi. principaliter quæri exceptio. secundario vtile dominium: *vt C. de præscript. triginta ann. l. si quis emptionis in princ.* & hanc & aliam intelligit de vtili patet ergo quòd hoc verbum dominij [o], diuersimode accipitur pro directo & vtili *sic supra de offic. procons. l. ij.* Accursius.

y ¶ *Possessionis*. sub quæ posses. est habita [p] bona fide, & iusto titulo. Accursius.

z *Temporis* scilicet continui: *vt hic, & infra eodem l. nunquam. §. j. & l. possessio*.

a ¶ *Definiti* aliter olim, & aliter hodie: *vt Insti. eo. in prin.*

Sequitur.] CASVS. Nunc vult dicere de vsucapione, hoc modo: Primo, quis posit vsucapere. Secundo, quas res. Tertio. quanto tempore. & per ordinem dicit. Et primo quis posit vsucapere. Potest paterfam. Item filiusfami. maximè miles: quod expone vt in gl. Item pupillus, si tutore auctore cœpit possidere. Idem si sine tutore, si capax sit doli, & sic habeat animum possidendi. Item furiosus vsucapit, si ante furorē cœpit possidere, & ex causa ex qua vsucapio sequatur: vt pro emptore, & simili. Seruus autem non potest possidere pro herede: & sic nec vsucapere. & sic vidimus de primo membro. Nunc autem de secundo videndum est: scilicet quæ rei posint vsucapi. & quidem si defunctus possidebat bona fide partum ancillæ: vel fructum agri: vel fœtum pecorum: & sic vsucapiebat: & interim decessit: poterit vsucapere prædicta heres eius. Item res furtiua non potest vsucapi, nisi reuertatur res in

a Ad bonum publicum referuntur quæ ad vtilitatem omnium cōmunem pertinent. z. *Bald. tract. de præscript. parte 1. quæst. 3.*

b Vsucapiones & præscriptiones contra iura naturalia introductæ.

c Vsucapio ex bono publico introducta cōtra æquitatē naturalem. est igitur aliud bonum, aliud æquum. vnde colligitur ob vtilitatem publicam ab æquitate recedi posse.

*Nec mutatum à Triboniano.

d Dominia certa esse possunt ex alia causa quàm vsucapione.

e Præscriptiones introductæ sunt ciuili, adeo vt si ius ciuile non esset, præscriptiones non [illegible] *Bald. tract. de præscript.* [illegible]

† Duarenus hoc loco legē dum putaret adeptio. *ex Vlpia. 19. tit.* [illegible] *Ind. quod à modestino. in l. 25. sed nihil censeo mutandum.*

f v. *Bald. tract. de præscr. parte 1. quæst.*

g Vsucapio causa est dominij adquirendi, nō ipsa adquisitio.

h Traditio causa dominij adquirēdi est, nō ipsa adquisitio.

i Adquisitio ipsa & causa adquirendi differunt.

k Vsucapio vel ex pluribus causis fit, at dominium.

l Vsucapionis verbo præscriptio etiam cōtinetur.

m Vsucapionis & præscriptionis differentia. vide apud *Baldum tractat. de præscript. 1. parte. quæst. 3.*

n Præscriptione principaliter quæritur exceptio, secundario vtile dominium. *v. Gl. & quod dicitur in specif. l. traditionibus. C. de pactis.*

o Dominium aliud directū, aliud vtile.

p Vsucapio requirit bonam fidem, iustum titulum, & tempus continuum. *vt Gloss. prox.*

in poteſtatem eius cui ſubrepta eſt. & hoc dicit lex Atinia. Hæc autem vltima verba.niſi reuertatur.&c. indigent expoſitione: & exponamus ea hoc modo quòd in domini poteſtatem debent reuerti.hinc eſt quòd ſi res mea ſubrepta eſt creditori vel commodatario non poterit vſucapi, niſi reuertatur in poteſtatem mei domini. Si autem res peculiaris ſeruo ſubrepta eſt ſi quidem me ignorante, tunc ſufficit reuerti penes ſeruum etiam me ignorante vt ſic à modo poſſit vſucapi. ſi autem ſciui eam ſubreptam: tunc me ſcire oportet eam reuerſam penes ſeruum ad hoc vt poſſit amodo vſucapi. Sed quod dixi, ꝙ ſufficiat eam reuerſam penes ſeruum in primo caſu.vt ſic deſinat eſſe furtiua: eſt verum,quando volui illã rem eſſe in peculio ſerui. ſi autem nolui eſſe in peculio ſerui, tunc debeo ſcire eam reuerſam penes ſeruum, vt ſic deſinat eſſe vitioſa. Quid autem ſi ſeruus meus rem meam ſubripuit, & eandem poſtea in priſtinum ſtatum reponit:an deſinat eſſe furtiua? Et certè ſi ſciui eam ſubreptam, tũc ſcire debeo eam reuerſam,&tunc ſufficit eam reuerſam etiã me ignorante. poſtea dicit Seruus meus ſubripuit rẽ meã, & eam retinet in peculio. dicitur ꝙ non deſinit eſſe vitioſa, niſi reuertatur in ſtatũ antiquum, ſiue ſciebã furtum factum, ſiue ſciebam rem eſſe in peculio, & ei illam rem habere conſenſi. hoc dicit vſque ad §.item Labeo.Franc.Accurſius.

† Additum à Triboniano.

SEquitur de vſucapione dicere:& hoc ordine eundum eſt vt videamus quis poteſt vſucapere,& quas res[a],& quanto tempore. 1 ¶ Vſucapere poteſt ſcilicet pater familias, filiusfamilias, & maximè †miles[b] in caſtris adquiſitum vſucapiet. 2 ¶ Pupillus[c] ſi tutore auctore cœperit poſsidere,vſucapit.ſi non tutore auctore poſsideat,& animum poſsidendi[d] habeat, dicemus poſſe eum vſucapere. 3 ¶ Furioſus quod ante furorem poſsidere cœpit:vſucapit[e].Sed hæc perſona[f] ita demũ vſucapere poteſt, ſi ex ea cauſa poſsideat,ex qua vſucapio ſequitur. 4 ¶ Seruus pro herede[g] poſsidere non poteſt.

Acceſsiones perpetuæ ex re aliena, ſi non fuerunt effectæ percipientis, ſola perceptione poſſunt per heredem eius vſucapi titulo pro herede.Pau.

5 ¶ Fructus,& partus ancillarum.&fœtus pecorum,ſi defuncti[h] non fuerunt[i],vſucapi poſſunt[k].

Ad hoc vt vitiũ furti purgetur,debet res reuerti in poteſtatẽ veri domini: nec ſufficit quòd reuertatur in poteſtatem illius cui fuit ſubrepta, ſi non erat verus dominus, ſed cuſtos vel habebat in re.Paulus.

6 ¶ Quod autem dicit lex Atinia vt res furtiua non vſucapiatur,niſi in poteſtatẽ[l] eius cui ſubrepta eſt, reuertatur:ſic acceptũ eſt,vt in domini poteſtatem debeat reuerti, non in eius vtique cui ſubreptum* eſt.Igitur creditori ſubrepta[m],& ei cui commodata eſt, in poteſtatem domini redire debet.

Sufficit quòd res furtiua reuertatur ad eum per quem dominus poſsidebat, vel quòd reponatur in loco vbi ſtabat domino ignorante: aliàs domini noua ſcientia & voluntas requiritur.Bart.

7 ¶ Labeo quoque ait: ſi res peculiaris ſerui mei ſubrepta ſit[n] me ignorante[o],deinde eam nanctus[p] ſit videri in poteſtatem meam rediſſe.Commodius dicitur etiam ſi ſciero[q] rediſſe eam in meam poteſtatem.Nec enim ſufficit,ſi eam rem quam perdidit†, ignorante me ſeruus adprehendat: ſi modo in peculio eam eſſe volui. nam *ſi nolui[r], tunc exigendum eſt vt & ego facultatem eius nactus ſim[ſ].

8 ¶ Ideoque & ſi ſeruus meus rem[t] mihi ſubripuerit.deinde eandem loco ſuo reponat:poterit vſucapi,quaſi in poteſtatẽ meam redierit:vtique ſi neſcij[u].Nam ſi ſciui, exigimus vt rediſſe ſciam[x] in meam poteſtatem. 9 ¶ Item ſi eam rem[y] quam ſeruus,ſubripuerit, peculiari nomine.

a ¶ *Et quas res.* ſ. poſſit quis vſucapere, & quas non.

b ¶ *Et maximè miles.*abundat maximè[a].*ſic C. de teſta.mi.lege fin.§.ij.*nam aliàs filiusf.totum quærit patri.ſecũdùm hæc iura: *vt Inſtit. per quas perſo.no.acqui.§.j.* Vel dic miles. i. militans.nam idem in veterano filiofam. Vel maximè propter peculiũ quaſi caſtrenſe:qđ & his legib.locum habebat:*vt ſup.de colla.bo.l.j.§.nec caſtrenſe.* Vel dic ꝙ reſpexit ad noua iura nam hodie in aduentitiis vſucapit filiusfa.*vt ſ.tit.j.l.poſſeſſio.§.j.* & ſecundùm tres vltimas non abundat maximè.

c ¶ *Pupillus.*etiam infans.*vt ſ.tit.j.quamuis.§.infans.*

d ¶ *Animum poſſidendi.* vt quia[b] ſit doli capax, & pubertati proximus:*vt ſup.tit.j.l.j.§.adipiſcimur.* quales Lombardia & Normania patit:& auaritiæ[c] caput Roma cunctos tales generans.Io.

e ¶ *Vſucapit.* cùm non deſinat poſſidere: *vt & j.eo.l.penul.§.eum. & ſ.tit.j.l.ſi is qui animo.*Accurſius.

f ¶ *Sed hæc perſona.* ſ.furioſi, idẽ in aliis. ſed de hoc gratia exempli dixit.nam quia fauebat ei in retinendo poſſeſſionem & vſucapiendo,crederet quis quòd etiam in titulo:quod remouet.

g ¶ *Seruus pro herede.* idem in quolibet alio titulo:vt ſeruus non poſſideat.ſed ideo de hoc titulo pro herede magis dixit,quia[d] nullo momento poteſt dici heres ſeruus,vel poſ.vel hereditas eſſe penes ipſum: *vt ſ.de adqu.hered.placet.* ſed[e] poteſt bene dici emptor & donatarius.Item alio titulo poteſt habere & vſucapere domino ignorante, licet non poſſideret,vt dixi:ſed non hereditatem adire ſine iuſſu domini:*vt ſup. de acquir.hered.leg.ſi quæ mihi bona.§.iuſſum.* Item alio titulo vſucapit dominus per ſeruum: ſed in hoc ſ.tit.pro herede, per ſeipſum dominus vſucapit etiam ſeruo inſtituto:cùm nec momẽto remaneat penes eum hereditas: *vt d.l.placet.*Accurſius.

h ¶ *Defuncti.*genitiui caſus.

i ¶ *Def.non fuerunt.*i.in dominio defuncti, erant tamen in rerum natura tempore vitæ defuncti. ¶Sed opponit:aut defunctus erat malæ fidei:& non vſucapit heres:quia vitiorum[a] & culpæ defuncti eſt ſucceſſor.*vt infra de diuer.præſcri.l.cum heres.* & etiam fiebat ex contrectatione res furtiua[b], quæ vſucapi non poteſt:*vt j. proxi.§.aut* bonæ fidei:& ſic facit fructus ſuos:*vt ſup.tit.ij.bonæ fidei.*& ſic non vſucapit.& ſic ſunt heredis:*vt inf.ea.l.§.lana.* Reſpon. ſecundùm M. & Azo. in malæ fidei loqui. ſed[c] heres ex ſua perſona facit initium vſucapionis:*vt C. de præſcript. long. temp.l.j.* quod Io. non placet, vt ex perſona ſua poſſit vſucapere. 2. Alij vt Ot.ſimiliter in malæ fid. ſed alia ratione.ſ. quia defunctus percepit per alium habentem bonam fidem ideoque poſſit vſucapi: non dico ab herede qui eſt ſucceſſor vitiorum. 3. Tertij dicunt de eo qui[d] prius malæ fid. & nunc bonæ fid. erat. 4. Tu dic in bonæ fidei loqui,& in fructibus naturalib.[e]quos nullus etiam bonæ fid. facit ſuos:*vt ſup.de vſur.l.fructus.* ¶ De partu[f] ancillæ planũ eſt, quia non ſunt fructus: & ideo non poterunt fieri bonæ fid.poſſeſſ. *vt ſup. de vſu.lege in pecudum.* ¶ De fœtu[g] quid eſt, cum & ipſe fiat bonæ fid.poſſeſſoris? Reſpon. hic vſucapi poteſt ab alio quàm ab herede,ſi non heres ſed alius apprehendat poſſ. à non domino cum titulo[h], ¶ Idem in fructibus[i] induſtrialibus. Vel dic quia non eſt bonæ fid. poſſeſſor, incommutabiliter fructus vel fœtus apud eum extantes tenetur reſtituere, ſaltem offic[k]. iud. ſi agat rei vin.pro capitib. & pro re. *vt C. de rei vin. l. certum.* in hoc ergo vſucapi poterit, vt per offi iud.non reſtituatur.Vel dic planè in fructu& fœtu & partu quæ defunctus vſucapiebat. Si autem cœperunt prædicta eſſe in[l] rerum natura poſt mortem defuncti:eadem oppo.& reſpon.fieri poteſt.Accur.

k ¶ *Poſſunt.*ab herede.

l ¶ *Niſi in poteſtatem.* vt inſſi.eo.§. ſin tina.& j.de vi bo.rap.l. ſi.& ita quòd non poſſit auelli:*vt j.ea.§.tunc.*Accur.

m ¶ *Creditori ſubrepta.*ab extraneo, non debitore: ne ſit contra: *j.pro ſol.l. ſi.* Vel ibi rem alienam,hic ſuam debitor obligauit. vnde non ſufficit in poteſtatem creditoris redire. *& facit j.pro emp.l. ſi rem quam.*

n ¶ *Subrepta.*ſ.ab extraneo.

o ¶ *Me ignorante.* ſ. quòd ſubrepta ſit. ſecus ſi ſcirem, ſecundùm Io.*vt j.eo.§.*Azo.

p ¶ *Nanctus ſit.*etiam me ignorante,ſcilicet ſeruus.

q ¶ *Etiam ſi ſciero.*furtum factũ:& tunc dic rediſſe, ſi ſciam eum rediiſſe:Io. Vel dic ſciero,ſcilicet quòd ſeruus ſit nactus: & tunc dic rediſſe etiam me ignorante.& ſic concordat cum primo,niſi hic addat quòd poſt reuerſionem ſciui.Quod autem ſubiicit:nec enim &c.redit ad primum caſum,quando me ignorante eſt ſubrepta.quem determinat.& ita loquitur de peculiari vſque illuc:& ideo &c. hoc modo: prædicta in peculiari:non ita in dominica.& h. d. nec enim &c.& ſic habeas ibi,perdidi. aliàs eſt perdidit,ſecundùm aliam lecturam.

r ¶ *Nolui.*ſ.eſſe in peculio.

ſ ¶ *Nactus ſim.*per me vel per alium.

t ¶ *Rem.* ſ. dominicam:nec tamen tenet in peculio: vt differat à ſequenti caſu.de peculiari enim non poteſt loqui: *vt j. de furt. interdum.§.cum autem.*Accur.

u ¶ *Si neſcij.*ſ.rem eſſe ſubreptam.

x ¶ *Sciam.facit j.eo.l.ſi rem.*

y ¶ *Item ſi eam rem.*dominicam.

a Maxime particula multis locis in iure abundat, ... *C. de teſt. militis*

b Vſucapere poteſt pupillus capax & pubertati proximus.

c Roma caput auaritiæ.

d Heredium vel bonorum poſſeſſio nullo momento eſſe poteſt penes ſeruum.

e Seruus emptor & donatarius eſſe & vſucapere poteſt domino ... hereditate: nec enim illo momento heres eſſe aut pro herede vſucapere poteſt.

a Heres vitiorum & culpæ defuncti eſt ſucceſſor.

b Vſucapi nõ poteſt res furtiua.

c Vſucapionis initium ex ſua perſona heres ab ſe facit.

* Subrepta.

d Vſucapionẽ nõ perceptione fructus ſuos facit qui ab initio malæ fidei fuit, nunc verò eſt bonæ fidei. de quo v. Bart.hic.

e Vſucapere fructus naturales qui defuncti nõ fuerunt etiam bonæ fidei poſſeſſor heres non poteſt.

† a vulg. perdidi peperã.

* Perperã hæc in vulg. leguntur inuerſa, nolui, nam ſi volui, &c. Ant. Augu. ...

f Partus ancillæ non eſt in fructu.

g Vſucapere partum etiam bonæ fidei poſſeſſor heres nõ poteſt.

h Vſucapere fœtum,quem fuit defuncti, heres nõ poteſt extraneus poteſt. ſi cum titulo adprehendat poſſeſſionem à non domino.

i Vſucapere fructus induſtriales extantes qui nõ fuerunt defuncti debitos officio iudicis vero domino heres defuncti, poteſt vt cõpletâ huiuſmodi vſucapione fructus ita extantes induſtriales nullo modo dominus poſſit conſequi, neque dem officio iudicis.

k Vſucapiuntur triennio à bonæfidei poſſeſſore fructus qui debentur regulariter officio iudicis: adeo vt bonæ fidei poſſeſſor non teneatur illos reſtituere, ſiue conſumptos ſiue extantes: quæ ſententia,cõmuni opinione interpretum limitantur leges quibus cauetur fructus extantes reſtitui à bonæ fidei poſſeſſore,quæ intelliguntur niſi per triennium poſſederit, eſt de plura apud Balbum tract. de præſcriptionibus. 4. parte 4. quæſt. 35.

l Vſucapi an & quomodo poſſint fructus partus & fœtus qui in rerum natura poſt mortem defuncti.

teneat, non videri in potestatem meam reuersam [a]. Pomponius ait: nisi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus antequam subriperetur: aut cum rescissemus, in peculio eum habere concessimus.

Sufficit rem rediisse ad eum per quem quis possidebat. Bart.

10. ¶ Item Labeo: si rem quã apud te deposueram, lucri faciendi causa vendideris [b], deinde ex pœnitentia redemeris, & eodem statu habeas: siue ignorante me siue sciente [c] ea gesta sint [d], videri in potestatem [e] meã rediisse secundùm Proculi sententiam: quæ & vera est.

Sufficit rem redire in potestatem legitimi administratoris. Bart.

11 ¶ Si pupilli res subrepta sit, sufficere [f] dicendum est, si tutor eius sciat [g] rediisse eam in domum pupilli: & si furioso [h], sufficere curatores scire.

Ad hoc vt purgetur vitium furtiuitatis, requiritur quòd res redeat irreuocabiliter in domini potestatem verè vel interpretatiuè. Bartolus.

12 ¶ Tunc in potestatem domini redisse dicendum est, cum possessionem eius nactus sit iustè, vt auelli non possit [i]: sed & tanquam suæ rei. Nam si ignorans [k] rem mihi subreptam, emã: non videri in potestatem meam reuersam [l]. 13 ¶ Sed & si vindicauero rem mihi subreptam, & litis æstimationem accepero: licèt corporaliter eius non sim nactus possessionem, vsucapietur [m].

14 ¶ Idem dicendum est etiã si voluntate mea alij tradita sit.

Tribus modis partus ancillæ dicitur furtiuus. Primo, quando erat in vtero tẽpore quo mater fuit subtracta. Secundo, si tunc nõ erat in vtero: sed postea cõcipiatur apud furem. Tertio, quando nõ cõcepit apud furem: sed apud aliũ malæ fidei possessorem. Pau.

15 ¶ Heres qui in ius defuncti [n] succedit: licèt apud eum ignorantem ancillam furtiuam esse, conceperit ea, & pepererit, non tamen vsucapiet [o].

Partus ancillæ furtiuæ editus penes bonæ fidei possessorem, non potest vsucapi, si fur in eius potestate fuerit. aliter potest vsucapi, si ante natiuitatem scientiam rei alienæ non habuit. Bartolus.

a ¶ *Reuersam.* vt vitium purgetur, verè tamen possidemus dum seruus tenet: *vt supra tit. j. leg. rem quæ, quæ est contra.* Aut ergo res peculiaris, aut dominica subripitur. & aut à seruo: aut ab extraneo. Si à seruo, & [a] peculiaris: tunc serua quod dicitur infra de fur. *interdum. §. cum autem.* Si ab extraneo: aut domino ignorante, & tunc etiam eo ignorante reuersa ad seruum, purgatur vitium: nisi in peculio esse noluit. si sciente: & eo sciente redire debet: *vt hoc §.* Si dominica [b] à seruo subripitur, retinet nihilominus possessionem, sed fit vitiosa: *vt §. & ideo. &c. & §. item si eam rem.* si ab extraneo: oportet quòd me sciente ad me redeat: nisi in peculio esse volui. tunc si me ignorante ad seruum perueniat, purgatur vitium, *vt hic:* nec enim &c. secundùm secundam lecturam. Accursius.

Item Labeo.] CASVS. Depositarius rem depositam vendidit animo lucrandi: & sic effecta est furtiua: tandem redemit, & in statu antiquo posuit. dicitur: quod desinit esse vitiosa siue me sciente, siue me ignorante hoc fecit. [SI PVPILLI.] Res pupilli subrepta est. sufficit si reuertatur tutore sciente in domum pupilli. Item si res è furiosi subrepta sit: sufficit eam rediisse sciẽte curatore. [TVNC IN POTESTATEM.] Quod dictum est desinere esse furtiuam si reuertatur in potestatem domini, intelligimus ita eam reuersam, vt non possit ab eo auelli, & quòd tanquàm sua res reuertatur. quid enim si dominus ignorans esse suam, eam emit: & est sibi tradita? non dicitur esse reuersa. Sed quid si dominus rem suam sibi subreptam vindicauit, & litis æstimationem accepit? certe desinit esse furtiua. Idem si voluntate domini alij sit tradita res furtiua. [HERES.] Ancilla furtiua concepit & peperit penes heredem furis. quæritur an hæres hunc partum possit vsucapere? & dicitur quòd non. [DE ILLO QVAERITVR.] Seruus meus ancillam subripuit alicui, & eam mihi dat ad hoc vt eam manumittam: & manumisi. quæritur si hæc ancilla concipiat & pariat, an partum possim vsucapere? & dicitur quòd non: quia hæc poss. quam seruus vitiosè cepit, mihi domino nocet. idem est si aliquis extraneus ancillam quam subripuit alicui, dat mihi vt seruum meum manumittam. nam partum huius ancillæ apud me conceptum & editum non vsucapiam. idem est si aliquis talem ancillam mihi dedit ex causa permutationis, & in sol. vel ex causa donatio. nam partum eius vsucapiam. & hæc omnia sunt vera si antequam pariat, subaudi & concipiat, sciui eam alienam. & idem in emptore. si autem ignorem alienam: possum vsucapere partum eius: & in initio vsucapionis inspicitur scientia mea, vel ignorantia. [LANA OVIVM.] Oues meas subripuisti, & eas vendidisti. quæritur an lana ex ouibus detonsa possit vsucapi? Distinguitur: nam si detonsa sit apud furem: amodo non potest vsucapi etiam à bonæ fid. emptore. si verò detonsa sit penes bonæ fidei possessorem: secus est quàm supra. nam tunc hæc lana poterit vsucapi ab aliquo possessore alio quàm emptore. emptor verò non dicitur vsucapere, cùm dominus sit eius. idem in agnis, si eos consumpsit. Vltimò dicit: pone quòd ex lana furtiua facta sunt vestimenta à malæ fid. possessore, dicitur quòd vestimenta sunt furtiua, vt sic non possint vsucapi. [SI REM PIGNORI.] Rem meam tibi obligaui &, tradidi: tandem eam tibi subripui, & eam Titio vendidi: alius tamen ei tradidit, non ego. quæritur an eam possit vsucapere? & dicitur quòd sic: nec dicitur hæc res furtiua, licèt ego furti tenear. [SI TV VI.] Deiecisti me de possessione fundi mei: nec eam possessionem apprehendi: alius tamen apprehendit. quæritur an apprehendens possit eam præscribere? & dicitur quòd sic. non enim dicitur vi possessa. si autem possessio esset vi possessa, non posset præscribi, & si malæ fidei possessor deiectus inde sit. nam dictus apprehendens possessionem, non poterit eam præscribere. idem si aliquis expulit malæ fidei possessorem possidentem titulo pro herede. nam hic expellens non poterit eam præscribere. idem si aliquis expulit bonæ fidei possessorem fundi alieni, sciens alienum: & cœpit possidere. nam non præscribit. Vltimò dicit: dominus fundi sui deiecit possessorem fundi sui. dicitur quòd hæc possessio dicitur vitiosa: cùm teneatur dominus deiiciens eam reddere per interdictum vnde vi. [SI VIAM.] Habebam viam per fundum tuum. expulisti me, ita quòd non iui per illam viam longo tempore, dicitur quòd non vtendo illa via per longum tempus, amitto eam. nec videris possidere vi, cum ius incorporale non possit possideri. Secundò dicit: vacuam possessionem à nemine possessam nec animo nec corpore, apprehendi: tandem venientem dominum ad hunc fundum prohibui eum intrare. dicitur quòd non videor possidere. Tertiò dicit: Libertas seruitutis potest præscribi: seruitus autem non. & hoc prohibuit lex Scribonia: nisi habeat perpetuam causam, vel quasi. postea dat exemplum de primo vt si debet domus mea seruitutem tuæ domui altiùs non tollendi: & eam altiùs eleuaui: & sic altam teneo longo tempore: nam præscribo libertatem. Franciscus Accursius.

b ¶ *Vendideris.* non tamen tradideris secundùm quosdam: vt forte melius tollatur contra. *sup. depos. l. j. §. si rem.* quod non placet. Sed solu. vt ibi. Accursius.

c ¶ *Siue sciente.* scilicet eam redemptam, & in eodem statu repositam, secundùm Al. venditionem tamen ignoraui: vt non sit contra supra *eo. §. Labeo.* & eodem modo solue contra infra *de fur. l. si ad dominum.* Vel ibi apud dominum, hic apud depositarium erat. Azo.

d ¶ *Gesta sint.* Sed qualiter hoc fieri potest, cùm ipse amisit possessionem non ignorans?

e ¶ *In potestatem.* Igitur in pos. *vt j. §. tunc.* Sed [a] non sequitur *vt in fi. eo. §.* hic ergo non incipit dominus possidere, *vt j. eo. si rem subreptam.* Item contra. *j. de fur. l. qui ea mente.* Sed nec [b] excusat hic eum à furto, licet res desinat vitiosa esse. Accursius.

f ¶ *Sufficere.* i. sufficeret tutorem vel curatorem scire.

g ¶ *Si tutor eius sciat.* qui [c] domini loco est: *vt inf. de fur. l. Interdum. §. qui tutelam.* & idem est si sciat pupillus: *vt infra pro empt. l. qui fundum. §. si tutor.*

h ¶ *Et si furioso.* scilicet res subrepta fuerit. Accursius.

i ¶ *Non possit.* posset autem si ex interuallo per vim ei abstulisset: *vt j. eadem l. §. si dominus. & facit inf. de verb. sign. l. mulieris. §. desinere. & sup. tit. j. l. non videtur.* ¶ & not. quandoque [d] redit in possess. non tamen in potestatem. *vt s. eo. l. Labeo.* quandoque non redit in possess. & tamen redit in potestatem: *vt j. statim subijcit.* quandoque concurrunt: *vt hic.*

k ¶ *Ignorans.* scilicet ego.

l ¶ *Reuersam.* & hic est reuersa: & fingitur [e] non reuersa. sed *j. proximo casu est contra.*

m ¶ *Vsucapietur.* Ab alio bona fide possidente. ille [f] autem qui præstitit litis æstimationẽ, statim est dominus si res erat præsens: *vt s. de rei vind. leg. eius rei. & l. hoc si res. & facit inf. de verb. signif. l. potestatis. §. fi. & s. de noxa. l. quotiens. §. prætor. & j. eo. l. si fur.*

n ¶ *Defuncti.* scilicet furis.

o ¶ *Non tamen vsucapiet.* non quia sit res furtiua, sed [g] quia in malam

a Furtiuæ rei peculiaris (si ea vel à seruo vel ab extraneo subrepta sit) vitium an & quomodo purgetur.

b Furtiuæ rei dominicæ (si ea vel à seruo vel ab extraneo subrepta sit) an & quomodo purgetur id est an & quomodo redire in potestatem domini dicatur, vt desinat esse furtiua.

a In potestatem nostram redire aliquid potest quod tamen in nostram possessionem non reuertitur.

b Furti tenetur etiã is qui rem meã sciẽs alienauit & eam redemit.

c Tutores loco domini.

d In possessionem & in potestatem redire differunt.

e Fingitur aliquid non reuersum.

f Litis æstimatione præstita rei dominium præsentes adquirimus.

g Vsucapere non potest heres in malam fidem succedẽs defuncto

lam fidem ſuccedit: *vt ſupra de Publi. l. ſi ego. §. partus. vbi plenè de hoc diſtinxi.*

a ¶ *Subripuit.* extraneo.

b ¶ *Dederit.* vt eum manumitteret.

c ¶ *Non putãt.* ſi ante conceptionẽ ſciũ alienam: vt ſtatim dicet.

d ¶ *Domino noceret.* idem[a] in filio & patre: *vt j. eo. l. heres. §. ſi.*

a Poſſeſſio vitioſa ſerui & filij, domino & patri, nocet.

16 ¶ De illo quæritur, ſi ſeruus meus ancillam quam ſubripuit[a], pro libertate ſua mihi dederit[b]: an partum apud me conceptum vſucapere poſſim. Sabinus & Caſsius non putant[c]: quia poſſeſsio quam ſeruus vitioſè nanctus ſit, domino noceret[d]. & hoc verum eſt.

17. ¶ *Sed* & ſi vt ſeruum meũ manumitterem, alius mihi furtiuam ancillam dederit, eáque apud me conceperit[e] & peperetit, vſu me non capturum. Idémque fore etiam ſi quiseam ancillam mecum permutaſſet, aut in ſolutum dediſſet: itẽ ſi donaſſet[f].

18 ¶ Si antequam pariat, alienam eſſe neſcierit emptor, diximus non poſſe eum vſucapere: quod ſi neſcierit, poſſe. Quòd ſi cùm iam vſucaperet, cognouerit: alienam eſſe: initium[g] vſucapionis intueri debemus: ſicut in emptis rebus placuit[h].

e ¶ *Conceperit.* & hic dicas quòd ante conceptum ſciui alienam.

f ¶ *Donaſſet.* hæc vera ſunt, ſcilicet antè, &c. Azo, & quod dicit pariat, ſubaudi, & concipiat. *ſic ſupra de ſtatu. leg. emancipatum.* ſecus ſi poſt conceptionem ſciui: *vt infra. l. iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. quæ eſt contra.* 1. Vel vt ibi, & quod eſt ſubiicit in emptore, idem in ſuperiorib. & quod dicit, diximus, ſcilicet aliàs. 3. Vel dic, omnes[b] prædictos emptores vocat: *vt ſ. de ſtatu lib. l. ſtatuliberos. §. ſi.*

b Emptóris appellatione latiſsime continentur in ſolutum accipientes donatarij & ſimiles.

g ¶ *Initium* ſic[c] *C. de vſuca. transfor. leg. vnica. §. hoc tantummodo. & ar. ſup. de hered. inſti. l. ſi alienum. §. j.*

c Vſucapionis initium intuemur.

h ¶ *Placuit.* vbi duobus tẽporibus vel vno ſufficit bona fides: *vt inf. pro empt. l. ij.* & adde hic diſtinctionem de partu: *vt ſ. de Pub. l. ſi ego. §. partus.*

i ¶ *Emptorem contra.* i. vſucapilis eſt, non ab emptore, quia ſua eſt: ſed ab alio, *vt ſubycit. & infra de furt. lege qui vas. §. ſi ancillam quæ eſt contra.*

k ¶ *Statim emptoris.* ¶ Not. quod[d] meum eſt, nõ poſſum vſucapere: *vt & hic & infra de capti. in bello. §. ſi quis.* nam quod meũ eſt &c. *vt Inſtit. de lega. §. ſi rem legatam.* Sed oppon. ex eo quod eſt j. *de fur. qui vas. §. ſi ancillam.* in eo quod dicit: idem in fœtu & fructu, quod in partu. Sed illud ſi à fure, non à bonæ fidei poſſeſſore percipiatur: *& facit ſup. titu. j. l. bonæ fidei. in ſi.*

d Vſucapere nemo quod ſuũ ſit poteſt.

Lana ouium furtiuarum, ſi fuit detonſa penes furem, eſt furtiua, & per nullum poteſt vſucapi. ſi vero penes bonæ fidei poſſeſſorẽ, non eſt furtiua: & ſic eſt vſucapibilis per aliũ quàm per bonæ fidei poſſeſſorem: non quia ipſe efficitur dominus eo ipſo quòd percipit, & idem in agnis ouium furtiuarum. h. d. Pau. de Caſt.

19. ¶ Lana ouium furtiuarũ, ſi quidẽ apud furẽ detonſa eſt, vſucapi non poteſt. ſi verò apud bonæ fidei emptorem, cõtrà:[i] quoniã in fructu eſt, nec vſucapi debet, ſed ſtatim emptoris[k] fit. Idẽ in agnis dicendum, ſi cõſumpti[l] ſint. quod verum eſt.

Quando malæ fidei poſſeſſor de lana furtiua fecit veſtimentum, furtinũ eſt: ſecus eſt ſi erat bonæ fidei: quia tũc cum materia trãſiuit in materiatum, materia non debet conſiderari per ſe, ſed materiatum, quod eſt diuerſum. & illud nunquam fuit ſubtractum. h. d. Pau. de Caſt.

20 ¶ Si ex lana furtiua[m] veſtimentum feceris[n], verius eſt vt ſubſtantiam ſpectemus: & ideo veſtis furtiua[o] erit.

l ¶ *Conſumpti.* idem & ſi extent: licet tunc per officium[e] iudicis poſſint reuocari. *ſic ſ. titul. ij. leg. quæſitum. in ſin.*

e Officio iudicis fructus rei noſtri apud alium extãtes, reuocari poſſunt.

m ¶ *Si ex lana furtiua.* hoc eſt cum mala fide.

n ¶ *Feceris.* *vt ſup. ad exhibend. l. de eodem. §. ſi quis,* aliàs ſerua quod eſt. *ſ. tit. ij, adeo. §. cum quis, & facit ſupra de contrahend. empt. l. in venditionibus. §. inde quæritur.*

o ¶ *Furtiua.* & ideo non poteſt vſucapi.

p ¶ *Si rem.* quam quis vſucapiebat.

q ¶ *Subripuerit.* creditori.

r ¶ *Poſſe.* Imò videtur quòd prius in poteſtatẽ creditoris debeat redire: *vt infra pro ſolu. l. ſin. quæ eſt contra.* aliàs ſit furtiua, *vt C. de vſucapio. pro empt. lege cum ſit probatum.* ſiue ſimiliter eſt contra. Solu. hic ſuam, ibi (id eſt in contrariis) alienam obligauit debitor. *vt j. pro empt. l. ſi rem.* & dic hic alio tradente quàm domino. Alij quòd & dominus hic tradidit: ſed erat ei interdicta adminiſtratio: vt[a] quia prodigus. & ſic licet[b] non dominium, tamen cauſam vſucapiendi præſtat ignoranti, non ſcienti. *vt infra eod. l. ſi ab eo.* Sed argu. contra *inf. de verb. ſignif. l. alienationis.* Vel dic contra hypothe. *vt C. ſi aduerſ. credit. l. j.* & contra vtilem in rem, quæ merum paſsio poſſet dari: *& C. quod met. cau. ſi vi. & facit infra. de fur. ſi ∗ in princ. & ſup. de pignor. acti. l. ſi pignore.*

a Prodigo interdicitur rei ſuæ adminiſtratio.

b Prodigus cui interdicta bonorum adminiſtratio rẽ alienãs ignorantis dominiũ non trãsfert, ſed cauſam vſucapiendi.

Quando dominus ſubripuit rẽ ſuã etiam ei qui habebat iuſtam cauſam detinẽdi, & ius in re: non efficitur res furtiua: & ſic eſt vſucapibilis, licèt furtum committatur. h. d. Pau. de Caſt.

21 ¶ Si rem[p] pignori datam debitor ſubripuerit[q] & vendiderit, vſucapi eam poſſe[r] Caſſius ſcribit: quia in poteſtate domini[ſ] videtur perueniſſe, qui pignori dederit: quamuis cum eo[t] furti agi poteſt[u]. quod puto rectiùs dici.

ſ ¶ *Domini.* id eſt bonæ fidei poſſeſſoris qui opinione domini poſſidet.

t ¶ *Eo.* debitore.

u ¶ *Furti agi poteſt.* Hic not. quòd[c] quandoque ſit furtũ, & cõpetit actio furti: & res ſit furtiua: vt cũ mihi extraneus rem meam ſurripuit. Quandoque ſit furtum[d], & res eſt furtiua. non tamẽ competit actio furti: vt dũ filij & ſerui ſurripiunt: *vt Inſtitu. de oblig. ex delic. §. y.* Quandoque non eſt[e] furtiua, ſed ſit furtum: & competit actio furti. *vt hic & facit infra de furt. l. itaque.* Accurſius.

c Furto facto quando competat actio furti, & res fiat furtiua.

d Furto facto quãdo res furtiua fiat, non tamẽ furti actio cõpetat.

e Furto facto quando competat actio furti, non tamen actio furtiua.

Res violenter poſſeſſa, etiam à malæ fidei poſſeſſore non poteſt vſucapi vel præſcribi, niſi vitium violentiæ ſit purgatũ: ſecus ſi non eſt violẽter poſſeſſa, licèt poſſeſſor fuerit violenter expulſus: & non dicitur vitium purgari, ſi res fuerit reuerſa ad dominum violenter: licèt ab ipſo violenter fuerit poſſeſſa: quia non eſt reuerſa irreuocabiliter. Pau. de Caſt.

22 ¶ Si tu me vi expuleris de fundi poſſeſsione, nec adprehenderis poſſeſsionẽ, ſed Titius[x] in vacuam[y] poſſeſsionem intrauerit: poteſt longo tempore capi res[z]. Quamuis enim interdictũ vnde vi, locum habeat[a], quia verum eſt vi me deiectum[b]: non tamen verum eſt & vi poſſeſſum[c].

23 ¶ Cęterùm etiam ſi mala fide fundũ me poſsidentẽ deieceris, & vẽdideris, nõ poterit vſucapi: quoniã verũ eſt vi poſſeſſum eſſe, licèt à nõ domino. 24 ¶ Idem dicendũ[d] eſt in eo qui eum expulit qui pro herede poſsidebat[e], quãuis ſciat eſſe hereditariũ. 25 ¶ [Si fundum[*] alienũ bona fide poſsidentẽ quis ſciẽs[f] eſſe alienũ expulerit, vſucapere nõ poteſt: quoniam vi poſsidet.]

26 ¶ Si dominus fundi poſſeſſorem[g] vi deiecerit: Caſsius ait nõ videri in poteſtatem eius rediſſe, quando interdicto vnde vi reſtituturus ſit poſſeſsionem.

Non vtens ſeruitute per legitimũ tẽpus, perdit eã: licet per dominũ fundi ſeruientis fuerit vti prohibitus: & ille præſcribit libertatẽ. Pau. de Caſt.

x ¶ *Sed Titius.* tertius.

y ¶ *In vacuam.* id eſt in vacantem, quã[f] nemo animo vel corpore poſsidet: *vt Inſti. de vſucapi. §. quod autem.*

f Vacua ſeu vacans eſt poſſeſſio quã nemo animo vel corpore poſsidet.

z ¶ *Res.* ſubaudi, ſi ille qui intrauit, habebat bonam fidem: & non aliter.

a ¶ *Locum habeat.* contra deiicientem, nõ occupantem: *vt & infra de vi & vi arma. l. cum à te. & C. vnde vi. l. ſi.*

q ¶ *Deiectum.* vt[g] *& inf. eodem, non ſolum. §. ſi dominus.* Sed contra *ſupra quod met. cau. leg. metum. in princ.* Solut, vt ibi.

g Vi non cõtinuo poſsidetur quod ad vi deiectũ pertinet

* Incluſa hæc vſque aduerſ. Si dominus fundi &c quę in vulgaribus reperiũtur cęſtè abſunt à Florentino codice.

c ¶ *Poſſeſſum.* & ideo in hoc caſu lex[h] Attinia non impedit vſucapionem.

h Lex Atinia non impedit vſucapionem rerum vi non poſſeſſarum.

d ¶ *Idem dicendum* contra deiicientẽ, non occupantem, vt non poſsit vſucapi quaſi vitioſum.

e ¶ *Poſſidebat*, & ſciebat ſe non eſſe heredẽ: vt conueniat precedenti reſpon. Vel etiam credebat ſe heredem: *vt ſeq. §. ſi fundum.*

f ¶ *Sciens.* aliàs ſi crederet ſuam inuaſor, nõ ſit vitioſa: licèt conſtitutio, *ſi quis in tantam,* locum habeat.

g ¶ *Poſſeſſorem.* alium quàm inuaſorem: *vt infra de vi & vi arm. l. j. §. qui vi à me.* 2 Vel dic ipſum deiicientẽ deiecit, & tunc dic ex interuallo. ſecus ſi incontinenti: *vt infra de vi & vi arma. lege iij. §. eum. & lege qui poſſeſſionem. & facit infra de verbo. ſignifi. mulieris. §. deſinere. & ſupra titulo. j. non videtur. & infra de regul. iur. lege non videtur.*

a ¶ *Si viam.* id est seruitutem.

b ¶ *Amittam.* sed tamen ex a æquitate in integrum restituar: *arg. j. de vi & vi arma. l. si plures. §. deiectum. & l. si de fundo.*

c ¶ *Quia nec possideri.* respõdet obiectioni quasi esset vi possessa. Accursius.

d ¶ *Incorporale.* vt & *s. tit. ij. l. seruit. §. incorporales.*

e ¶ *Detruditur.* ex quo nõ possidetur: & sic est ratio proximi dicti.

f ¶ *Item si occupaueris vacuam.* corpore & animo. Accursius.

g ¶ *Possessionem.* quã b nullus retinet etiã animo. aliàs cõtra *inf. de vi & vi arm. l. j. §. sine autem. & sup. tit. j. l. clàm. in fine.* Sed nihilominus possessio est vitiosa c vitio quasi violentiæ: *vt C. vnde vi. l. fin.* nec enim signo eam pro contraria.

h ¶ *Verius est.* aliter d tamen in rustica, aliter in vrbana: *vt s. de ser. vrba. prædio. leg. hoc autem. & leg. si ædes. & facit C. de præscript. long. tempo. l. fina. in fi.*

i ¶ *Sustulit.* nisi e quando habet perpetuam causam: vel quasi: quod plene dic vt supra *de ser ui. l. seruitutes.*

k ¶ *Seruitutem.* scilicet acquirendam.

l ¶ *Statutum.* x. ann. inter præsentes. xx. inter absentes: *vt C. de ser. l. fin. in princ.*

27 ¶ Si viam a habeam per tuũ fundum, & tu me ab ea vi expuleris, per longum tempus non vtẽdo amittam b viam: quia nec possideri c intelligitur ius incorporale d: nec de via quis id est mero iure detruditur e.

Quis occupat possessionem vacantem, non dicitur violenter possidere: & sic res non afficitur vitio reali. Pau. de Cast.

28 ¶ Item si occupaueris f vacuam possessionem g, deinde veniẽtem dominum prohibueris: non videberis vi possedisse.

Contra non vtentẽ seruitute præscribitur libertas indistinctè, etiam si sit seruitus habens causam discontinuam: licèt ista seruitus tempore non præscribitur: nisi tanto tempore cuius contrarij memoria non existat. Pau. de Cast.

26 ¶ Libertatẽ seruitutium vsucapi posse verius est h: quia eam vsucapionem sustulit i lex Scribonia, † quæ seruitutem k constituebat, non etiam eam quæ libertatem præstat sublata seruitute. Itaque si cùm tibi seruitutem deberem, ne mihi putà liceret altiùs ædificare, & per statutum l tempus altiùs ædificatum habuero: sublata erit seruitus.

Si præscribens cadat à possessione, præscriptio naturaliter interrũpitur: & ista interruptio prodest omnibus contra quos præscribitur, non solùm interrumpenti. Pau. de Castro.

v. GAIVS *libro vicesimoprimo ad Edictum Prouinciale.*

NAturaliter interrũpitur possessio, cũ quis de possessione m vi deiicitur n, vel alicui res e-

NAturaliter.] CASVS. Si possidebas rem alienam bona fide in qua re habebat Titius hypothecã, vel aliquod aliud ius: & vsucapiebas illam rem aduersus omnes qui habebant ius in dicta re: & antequam complêres vsucapionem, deiectus fuisti per vim de possessione fundi: dicitur quòd interrũpitur possess. & vsucapio aduersus omnes, nec refert quis te deiecerit. Fr. Accur.

m ¶ *De possessione.* rei immobilis.

n ¶ *Vi deiicitur.* quandoque etiam f sine vi: *vt C. de præscriptione triginta annorum. lege cum notissimi. §. imò.* Sed quocunque modo desinat possidere, interrumpitur naturaliter. fallit in capto g, qui deiicitur eo quòd captus est: tamen fingitur peculiari retinere: *vt j. eo. l. si ser. §. j.*

o ¶ *Aduersus eum.* imò pro eo. Vnde dic interrumpitur pos. aduersus eum h, id est pro eo. *sic & j. proxi.*

p ¶ *Aduersus omnes.* i. i pro omnibus: sicut & ei à k quo, ponitur pro contra quem: *vt j. eod. l. eius qui.* Vel possess. interrumpitur l, aduersus eum, id est effectus possessionis qui erat aduersus eum: hoc est vsucapio interrumpitur. Sic & j. proxim. aduersus omnes, scilicet possessio, id est effectus eius qui erat aduersus plures, interrumpitur: vt quia currebat vsucapio cõtra debitorem & creditorem vel dominum vel emphyteutam vel habentes vtilem in rem vel Publicianam. à capite ergo oportet possideri: *vt j. eod. l. si is. §. si quis. & s. de ser. vrb. prad. l. si ædes. §. j.*

q ¶ *Vsurpauerit.* i. possess. siue vsucapionem interrumpit: *vt s. e. l. ij.*

r ¶ *Dominus fit.* imò quo ad constitutionem si quis in tãtam. sed illud nouum vel licet perdat: tamen interrumpitur possessio.

s ¶ *Pro suo.* i. m pro sua pecunia: non ex causa lucratiua. Non enim hic ponitur pro titulo: & sic sunt duæ partes pro suo. Vel dic pro suo: quia in littore maris inuenitur: vel ab hostib. cepit, vel fecit vt esset in rerum natura: Vel dic generaliter accipi pro quolibet titu. & quod subiicit lucratiua a. id est sine titulo. prima placet. & dic hic quæ not. *C. de præscript. xxx. ann. leg. cum notissimi. §. sed & si quis.*

IN vsurpationibus.] CASVS. Cùm in vsucapione triennium sit statutum: nunc dicit quòd sufficit tangi vltimam diem triennij. & h. d. hæc lex cum seq. Accursius.

ripitur: quo casu non aduersus o eum tãtùm qui eripit interrumpitur possessio, sed aduersus omnes p: nec eo casu quidquam interest, is qui vsurpauerit q, dominus fit r, nécne: ac ne illud quidẽ interest, pro suo s quisque possideat, an ex lucratiua causa.

In vsucapionibus dies cœptus habetur pro completo. Pau. de Cast.

vi. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

IN vsucapionibus non à momento ad momentum, sed totum * postremum diem computamus t.

t ¶ *Computamus.* aliàs, sed ad totam diem computamus postremũ. & tunc. i. ad quamlibet partem postremi diei. aliàs diem totum computamus postremum, accipiendo b partem pro toto. *vt & inf. de diuer. præscrip. leg. in vsucapione. in princ. & j. l. proxi.* Sed contra *infrà. de act. & obliga. l. in omnibus.* Solu. plenè vt no. *sup. de mino. l. ij. §. minorem.* quia hæc in vsucap. triennij: illa in præscriptione.

vii. IDEM *libro vicesimo septimo ad Sabinum.*

IDeoque qui hora sexta diei u kalendarum Ianuarium possidere cœpit x: hora sexta y noctis pridie kalendas Ianuarias implet vsucapionem.

u ¶ *Deoque.*] Diei. artificialis.

x ¶ *Cœperit.* & vsucapere.

y ¶ *Hora sexta.* scilicet completa. nam c tunc finitur & incipit dies: *vt supra de ferijs. l. more.*

Ex causa peculiari domino etiam ignoranti acquiritur vsucapiendi conditio: & qui non potest vsucapere per se, nec per alium potest. Pau. de Cast.

viii. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

LAbeo, Neratius responderunt z, ea quæ serui peculiariter a nancti sunt, vsucapi posse: quia hæc etiam b ignorantes domini vsucapiunt. Idem Iulianus scribit. 1 ¶ Sed eum qui suo nomine nihil vsucapere potest c: ne per seruum quidem posse d. Pedius scribit.

LAbeo.] CASVS. Si seruus peculiariter acquisiuit rem à non domino: vsucapiam interim per eum illam rem etiam si ignoraui hoc: dum tamen sit res quam per me possum vsucapere, non furtiua: vel sim persona quòd per me possem vsucapere: & hoc dic vt in glo. Fran.

z ¶ *Responderunt.* & bene. Accursius.

a ¶ *Peculiariter.* i. ex causa peculiari: strictè d vel largè accipiatur peculium: *vt inf. pro solut. l. ij.*

b ¶ *Quia hac etiam.* videtur esse ratio eius quod dictum est. sed dic vsucapimus scientes: quia & ignorantes: *arg. contra. sup. de officio præsi. l. si forte. & s. de leg. ij. l. si.* Vel ita completur nobis scientibus: quia inchoatur ignorantibus, secundùm Azo. & facit *j. pro empto. leg. ij. Celsus. & l. qui fundum. §. fi. & sup. de adquiren. poss. l. peregrè. §. quæsitum. & l. j. §. item acquirimus.*

c ¶ *Vsucapere potest.* ratione e rei: (quia furtiua: *vt sup. eod. l. sequitur. §. heres.*) Vel ratione personæ: (vt si f legetur non capaci, non vsucapitur pro legato: *vt instit. de here. quali. & dif. §. in extraneis.* Idem in libero homine possesso: vt per eum vsucapiam quod non per me: sed nec vsucapit ipse, quia ipse non possidet: *vt sup. tit. ij. homo liber. in fi.*) Vel mixtè, ratione rei & personæ: vt in Iudæo & mancipio Christiano: *vt C. ne christianum mancipium. l. j. & facit C. de here. insti. lege neque per se. & quod ibi no.* Sed argu. contra. *s. de acquir. here. l. cum hereditate.* Item contra. *inf. eo. si seruo. & sup. tit. j. l. j. §. item acquirimus. in fi.* Sed ibi ratione defectus intelligentiæ in furioso & in infante. Accursius.

d ¶ *Posse.* scilicet vsucapere.

Res quæ non sunt in commercio nostro, non possunt vsucapi vel præscribi. Pau.

ix. GAIVS *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

VSucapionem † recipiũt maximè * res e corporales, ex-

VSucapionem.] CASVS. Res corporales dicuntur posse vsucapi: exceptis rebus sacris, sanctis publicis, & similibus, & liberis hominibus qui vsucapi non possunt. Fr. Accursius.

e ¶ *Maxime rei.* imò corporales tantùm: *vt supra tit. ij. l. seruit. §. incorporales.* abundat g ergo maximè: *vt & supra. si quis omis. causa testa. l. ij.* Vel dic quòd incorporales h quandoque vsucapiantur. vt cum

a Restitutionem integrũ ex æquitate introductã.

b Vacuũ possessionem nullus retinet, nec animo quidẽ.

c Vacuam possessionem qui occupat quasi violentiam admittere videtur.

d Libertas seruitutis aliter vsucapitur in vrbanis, aliter in rusticis prædiis.

e Vsucapionẽ quarum terrã sustulerit lex Scribonia.

† Quidã lac. putat an. vrb. 719.

f Poss. sdo naturalis interrumpitur etiã sine vi.

g Captus eo ipso quod captus deiicitur possessione.

h Aduersus eũ pro, pro eo.

i Aduersus omnes, pro, pro omnibus.

k Ei à quo pro, contra quem.

l Præscriptio non interrumpitur mala fide superuenient aduersus omnes: sed aduersus eũ tantum in quem quis malafide possidet: vt hinc colligit Bartolus.

m Pro suo possidere, propecunia sua vel est titulo pro titulo.

a Vsucapio ex causa lucratiua, pro sine titulo.

b Pars pro toto accipitur.

* Si e Flo. sed deest in vno manusc. recte. perperam Haloander hanc legem edideras, vt notat Ant. Augusti. 4. c. ij.

c Dies quã hora incipiat & definat.

d Peculium strictè & latè sumitur.

† diuturnam possessionem. Græci.

* Additum à Triboniano propter seruitutes, &c.

e Vsucapere suo nomine quis non potest ratione rei, personæ, vtriusque.

f Præscriptio ratione personæ impeditur quoties incapaci legatur.

g Maximè dictio quandoque abundat. vt que scrips. in Gloss. in verbo maximè Cod. de to. flam. manum. h.

h Vsucapiantur an & quomodo res incorporales ad Gl. sicut. 3. in verbo vel Cod. de præscript. 30. ann.

a Vſucapi nō poſſunt res in quas non cadit continua poſſeſſio ſcuiuſmodi ſunt eæ quæ non habent perpetuã cauſam vel quaſi, niſi per tantum tēpus cuius non extet memoria, vel allegetur titulus & probetur vſus quòd vſus fuerit domino ſciente & non contradicēte, per decem vel xx. annos.

b Vſucapi poſſunt res eccleſiæ non ſacræ.

c Vſucapi poſſunt res publici qui tamē non ſunt in vſu populi Romani.

vt cum habent perpetuam [a] cauſam: vel quaſi: *vt C. de ſer. & aqua. l. ij. & ff. de ſer. vrban. præd. l. foramen.* Item & quando non habent quandoque: vt cum ædificiis: *vt ff. l. proxi. §. j.*

a ¶ *Sacris*. i. eccleſiis ſactis. ſed vſucapio triennij admittitur hodie in his: *vt C. de ſacroſan. ec. Authen. quas actiones.* Sed [b] illa loquitur in rebus eccleſiæ non ſacris.

q ¶ *Sanctis*. vt muri ciuitatum.

c ¶ *Romani*. i. quæ ſunt in vſu ipſius populi Romani. aliorum [c] autē quæ non ſunt in vſu, bene recipitur vſucapio: *vt C. de ſacroſan. eccl. lege ſi. & ff. de diuer. præſcr. leg. intra. & leg. in omnibus. vbi plene notatur.*

d ¶ *Ciuitatum*. ſi ſunt in vſu vniuerſitatis: *vt inf. de via. publi. leg. viam publica.* Aliæ poſſunt: *vt inf. de contrahen. empt. ſed Celſus. & C. de præſcrip. xxx. an. leg. omnes. quæ ſunt contra.* Vel hic loquitur de præſcript. longa. & de hoc no. in d. l. in omnibus.

d Liber homo in nullius dominio eſſe poteſt.

e ¶ *Hominibus*. quia in nullius dominio eſſe poſſunt: *vt Inſtit. eod. §. j.*

ceptis rebus ſacris [a], ſanctis [b], publicis, populi Romani [c], & ciuitatum [d], item liberis hominibus [e].

Cum vſucapitur vel præſcribitur titulo pro emptore: requiritur bona fides tam emptore contractus quàm etiam traditionis. Pau. de Caſt.

x. VLPIANVS libro ſextodecimo ad Edictum.

SI aliena res bona fide empta ſit: quæritur, vt vſucapio currat, vtrum emptionis [f] initium vt bonam fidem habeat exigimus: an traditionis [g]. Et obtinuit Sabini & Caſſij ſententia, traditionis initium ſpectantium [h].

Seruitus habens cauſam diſcontinuam, non vſucapitur vel præſcribitur lōgo tempore per ſe: ſed ſi præſcribatur fundus cui debetur, vel adquiſita eſt: vnà cum fundo tranſit ad præſcribentem. Paul. de Caſtro.

1 ¶ Hoc iure vtimur, vt ſeruitutes [i] per ſe nuſquam longo tempore [k] capi poſſint: cum ædificiis [l] poſſint [m].

Partus conceptus & editus penes furis heredem, eſt vſucapibilis ab extraneo. Bartol.

2 ¶ Scæuola libro vndecimo quæſtionum ſcribit Marcellum exiſtimaſſe ſi bos [n] apud furem concepit, vel apud furis heredem: pariatque apud furis heredem vſucapi [o] ab herede diſtractum [p] iuuencum non poſſe: ſic, inquit, quemadmodum nec ancillæ [q] partus. Scæuola autem ſcribit: ſe putare vſucapere poſſe & partum [r]. nec enim eſſe [t] partū rei furtiuæ par

SI aliena.] CASVS. Si rē alienā emi à nō domino: ad vſucapiendum debeo habere bonam fidem duob. temporibus. ſ. tēpore contractus: & itē tēpore conditionis. Secūdo dicit: ſeruitus per ſe non poteſt præſcribi. ſubaudi, niſi haberet perpetuā cauſam vel quaſi, vt ſeruitus aquæductus vel ſtillicidij. ſi autem præſcribam fundū vel domū cui debetur ſeruitus: videor præſcripiſſe & ſeruitutes eis debitas. [SCAEVOLA.] Vacca furtiua concepit apud furem, vel ſuis heredem & peperit apud furis heredem & hic vitulus venditus eſt. an emptor bona fide vſucapiat, quæritur. & dicit Marcellus quòd non, ſicut nec partus ancillæ furtiuæ. ſed Scæuola dicit quòd poteſt emptor vſucapere vitulum, ſicut & partum ancillæ furtiuæ. ſi enim eſſet pars: non poſſet vſucapi: etiam ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem peperit: quod eſt falſum. Fr. Accurſius.

f ¶ *Emptionis*. ſcilicet tantum.

g ¶ *Traditionis*. initium. ſubaudi etiam. nam & [e] in emptione initium ſpectatur: *vt infra pro ſol. l. iu. & pro empt. l. ij. in princip. & facit inf. eodem l. iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. & ſupra ſolut. mat. leg. de diuiſ. ana.*

e Initio emptionis inſpicimus bonam fidem.

h ¶ *Spectantium*. hoc eſt dicere: requiritur quòd quis habeat bonam fidem tempore emptionis & traditionis.

i ¶ *Seruitutes*. quæ habent cauſam interpolatam.

f Præſcriptio eſt rei inſidentionem quæ territorio & non perſonæ coheret præſcribitur.

k ¶ *Longo tempore*. vt licet per fundum meum vadas, non quæras ſeruitutem & ſic intelligitur hic §. de his quæ non habent perpetuam vel quaſi perpetuam cauſam.

l ¶ *Aedificiis*. & ita cum [f] vrbanis prædiis. idem [g] in ruſticis.

g Vſucapi per ſe ſeruitutes non poſſunt: ſed cū ædificiis ſeu vrbanis vel ruſticis.

m ¶ *Poſſint*. non quòd tunc vſucapiantur: ſed vſucapto ædificio cui debetur ſeruitus, ſeruitutem habeat. *& facit ff. tit. ij. quadam. & ſupra eod. ſequitur. §. fin.*

n ¶ *Si bos*. id eſt [h] vacca. *ſic ff. de vſur. l. aquis.*

h Bos pro vacca.

o ¶ *Vſucapi*. ab emptore. Accurſius.

p ¶ *Diſtractum*. in alienum. Accurſius.

q ¶ *Nec ancillæ partus*. ſubaudi, debet poſſe vſucapi, ſi eſt conceptus & editus apud furem: vel conceptus apud furem, & editus apud furis heredem.

r ¶ *Partus*. cum Marcel. concor. *ff. de fu. qui vas. §. ancillam.*

ſ ¶ *Etiam partum*. Non ſolùm iuuencum. & ſic in partu & in fœtu contradicit. *ff. de fur. l. qui vas. §. ſi ancillam. & §. idem in pecudibus.* Solu. vt ibi.

t ¶ *Nec enim eſſe*. *vt & infra de verb. ſign. l. partum.* Sed contra. *ff. de ven. inſpi. leg. j. §. ex hoc reſcripto.* Solut. illud [a] eſt ante quàm edatur: hoc poſt. Vel illud [b] quo ad hoc vt non poſſit agi interdicto de libe. exhiben.

tem. cæterùm ſi eſſet pars [u]: nec ſi apud bonæ fidei emptorē peperiſſet, vſucapi poterat [x].

Seruus captus ab hoſtibus non dicitur aliquid poſſidere, nec dominus captus per eum. Franc. Accur.

XI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

NEque ſeruus [y], neque per ſeruum dominus [z], qui [a] apud hoſtes eſt, poſſidet.

Titulus nullus non dat ſcienti cauſam vſucapiendi. Pau. de Caſt.

XII. IDEM libro vicenſimo primo ad Edictum.

SI ab eo emas, quē prætor vetuit [b] alienare idque tu ſcias: vſucapere non potes.

Qui non poſſidet rē tanquam dominus: eam non vſucapit vel præſcribit. Pau. de Caſt.

XIII. IDEM lib. 5. ad Plautium.

PIgnori rem acceptā vſu non capimus [c]: quia pro alieno [d] poſſidemus.

Titulus putatiuus iuſto errore interueniente tribuit iuſtam cauſam vſucapiendi. Pau. de Caſt.

1 ¶ Eum qui † à furioſo bona fide [e] emit, vſucapere poſſe reſponſum eſt.

Qui ſcit ſe actione perſonali tantùm teneri non eſt poſſeſſor malæ fidei Bartolus.

2 ¶ Si mādauero tibi vt fundū emas, ex ea cauſa traditum [f] tibi [g] diutina [h] poſſeſſione capis [i]: quāuis poſſis videri non pro tuo [k] poſſidere, cùm nihil interſit [l], quòd [m] mādati iudicio tenearis.

a Partus vel furtiuæ pars non eſt poſt. quā editus eſt antequam editus ſit pars non eſt rei furtiuæ.

b Partus ante quam edatur interdictio de liberis exhibendis peti non poteſt.

u ¶ *Pars*. ſubaudi, partus ancillæ furtiuæ.

x ¶ *Poterat*. quod eſt falſum: quia vſucapit: *vt infra eodem. l. non ſolum. in princip.* & in diſtinctione de partu, quam habes ſupra *de Publiciana. ſi ego. §. partus.*

y ¶ *Neque ſeruus*. ſcilicet captiui. hoc niſi ex cauſa peculij: *vt ff. eo. l. iuſto. §. ſi.*

z ¶ *Dominus*. ſcilicet captus.

a ¶ *Qui*. ſcilicet dominus. vel ergo ipſe dominus emerat, vel ſeruus extra cauſam peculiarem.

SI ab eo.] CASVS. Emi à prodigo cui interdictum erat bonis & hoc ſciebam. dicitur quòd non poſſum vſucapere rem emptam. Fr. Accurſius.

b ¶ *Vetuit* [c]. vt prodigo. ſic *ff. pro empt. leg. qui fundum. §. qui ſciens.* ¶ Sed quid ſi [d] vt prodigo, cum non ſit ei interdictum? Reſpon. Idem propter auctoritatem ſententiæ. Accurſius.

PIgnori.] CASVS. Creditor non poteſt vſucapere pignus cum ſciens aliena rem poſſidebat. Secundo dicit: Emi à furioſo credens eum eſſe ſanæ mētis dicitur quòd poſſum vſucapere. Tertio dicit: Mandaui tibi vt emeres mihi fundum. tu emiſti hoc animo vt pro tuo teneas. dicitur quòd vſucapies, ſiue præſcribes, cum videaris poſſidere pro tuo. nec hoc mihi nocet. cum tenearis mihi mandati act. Fran. Accurſius.

c Sed quid ſi prodigus cui bonis interdictum alienauit de cōſilio curatoris, aut amicorum, & protinus ei profuit: putà quia ſatisfactū eſt cum creditoribus. v. tamen in Gloſſa in l. ſi quis. inf. de a. inſ. pro emptore.

† Concor. eſt mente huius §. text. in c. ad apoſtolicæ de donat. & in c. cum dilectus. extra de conſue.

d Vt prodigo (qui tamē re ipſa talis non eſt) facta à iudice interdictio valet, ita vt cum eo cōtrahi non poſſit idque propter auctoritatem ſententiæ ſiue ſi Gloſſa in l. ocut. 6. inf. de verbo oblig. niſi forte interdictio expreſſum errorem continet. arg. Glo. l. 2. C. quando prouocare. adde Balbum docti ſui.

c ¶ *Non capimus*. nos creditores.

d ¶ *Alieno*. id eſt [e] ſcientes alienum: *vt ſup. de noxa. l. ſi ſeruum. §. ſi is qui & ſup. de lega. iij. qui habebat.* ſibi [f] tamen poſſidet creditor: *vt no. C. de præſcr. xxx. an. l. cum notiſſimi. §. j.* Sed an. xxx. an. Reſpon. non quantum ad rei vindic. *arg. C. de præſcript. xxx. an. leg. male.* ſed quantum ad pigneratitiam ſic & ius [g] auferendi.

e Poſſidere pro alieno is dicitur, qui ſcit alienum.

f Poſſidet etiam ſibi creditor pignus.

e ¶ *Bona fide*. cum crederet ſanæ mentis: quia [h] erat in conſpectu inumbratæ quietis. *& facit infra pro empto. l. ij. §. ſi à furioſo. & ff. de Publ. l. cum q. i.*

f ¶ *Traditum*. à non domino: aliàs mihi etiam ignoranti dominiū & poſſ. ſtatim quæritur altero geſtiente, vel vtroque. ſi verò neutro. tibi: *vt ff. tit. y. l. ſi procurator. & l. res ex mandato. & hic.*

g ¶ *Tibi*. ementi & recipienti tuo nomine non mandantis.

h ¶ *Diutina*. nunc reſpondet.

i ¶ *Capis*. quando neuter egit vt poſ. mihi quæratur. *& facit inf. pro empt. l. ij. §. procuratorem.* aliàs cum ego, non vt poſſideas, non vſucapis. *vt ff. eo. l. fine.*

k ¶ *Non pro tuo*. quo ad exitum & effectum: vere tamen pro tuo poſſides. Accurſius

l ¶ *Cum nihil interſit*. tua. Vel dic, nihil interſit quo ad effectum dicaris pro tuo poſſidere, an non.

m ¶ *Quod*. id eſt quia mea &c.

g Lege adnotatio ſecūdū. An autem ius auferendi præſcribatur. v. quæ ſcripſi ad l. & nouiſſime. 7. ff. eodem tit. ubi opponere tenetur. C. de præſcr. xxx. an. adde Bar. hic.

h Fidem gerere ſane ea quę in cōſpectu ſūt

ID tempus.] CASVS. Illud tamen quo possedit venditor, prodest emptori ad præscriptionem complendam, quo tenuit venditor antequam venderet: non illud quo tenuit postquam vendidit & tradidit, si ex aliqua causa possidere cœpit. Secundo dicit: Testator legauit rem alienam quam bona fid. possidebat. dicitur quòd tempus quo possedit testator hãc rem, prodest legatario ad complendam vsucap. sicut prodesset heredi si non esset hæc res legata. Fr. Accursius.

a ¶ *Emptori.* quò [a] ad vsucapionem vel præscriptionem perficiendam.

b ¶ *Venderet.* id [b] est traderet: *vt infra de diuer. & temp. præscrip. lege in vsucapione. §. penult.*

c ¶ *Possessionem.* quam traditione [c] amiserat. cùm emptor ab ea ceciderat. *& facit supra titu. j. lege Pomponius. §. cum quis.*

d ¶ *In accessione temporis.* vel alluuionis: *vt supra de leg. j. l. quod in rerum. § .ij.*

e ¶ *Heres est.* vt [d] iacente hereditate vsucapiat sicut heres: *vt & j. eaenim l. nunquam. §. vacuum.* Vel dic quòd heres [e] iacente hereditate vsucapit: sed id [f] tempus legatario iungitur: *vt dicto §. vacuum. & facit j. de ver. signi. le. in conuentionibus. & §. tit. j. l. Pomponius. §. sed & legatario.*

a Tempus venditoris empto ri prodest in vsucapione & præscriptione perficienda.
b Vẽdere pro tradere.
c Traditione rẽ amittimus. ¶ quã.
d Legatarius iacente hereditate, sicut heres, vsucapit.
e Heres iacẽte hæreditate vsucapit.
f Vsucapionis ab hærede inceptæ tempus legatario iungitur.

Singularis successor vtitur accessione ex persona sui auctoris de possessione præcedente titulum & traditionem, non de sequente. Pau. de Cast.

XIIII. IDEM libro tertiodecimo ad Plautium.

ID tempus venditoris prodest emptori [a], quo antequam venderet [b], possedit. nam si postea nactus est possessionem [c] venditor, hæc possessio emptori non proficiet.

Legatariis vtitur accessione ex persona defuncti sicut heres. Paulus de Castro.

1 ¶ In re legata, in accessione temporis [d] si quo † testator possedit, legatarius quodammodo quasi heres est [e].

Vsucapionem rerum quas quis per se vel per alium extra causam peculiarem suo nomine possidet, superueniens captiuitas interrumpit: nec per fictionem postliminij, vel l. Corneliæ restauratur: secus in his quæ peculiari nomine per alium possidentur: vel post captiuitatem cœpta sunt possideri. Bartolus.

XV. IDEM libro quintodecimo ad Plautium.

g ¶ *Emptum.* à non domino. Accur.

h ¶ *Possessionis.* rei immixtæ. Accursius.

i ¶ *Ouis.* fit mea per hoc.

k ¶ *Causam.* i. naturam quam habebant antè immixtionem, tenebunt etiam post immixtionem. Accur.

l ¶ *Vsucapiantur.* cum sint furtiuæ.

f Gregis singulæ partes possidētur & vsucapiuntur.

g Nō vt gregis ita domus partes possideantur.

NVnquam.] CASVS. Ponit regulam Secundò dicit exemplum. & est regula, quòd in vsucapionibus iuris error non prodest possessori, exemplum est, quòd si emo à pupillo in initio absque auctore tutore per errorem, & tradidit mihi rem : licèt postea ex interuallo interueniat auctoritas tutoris : non tamen vsucapio. [IN VSVCAPIONIBVS.] In vsucap. rerum mobilium continuum tempus exigitur. [SERVVS.] Seruus stans tanquam liber, nihil potest possidere sibi: nec dominus per eum possidet. si autem nomine alicuius adquirat rem, quærit poss. ei cuius nomine quæsiuit. [SI SERVVS.] Si seruus meus vel filius quæsiuit peculiari nomine aliquam rem: sicut adquiritur mihi possessio & etiam vsucapio ignoranti: ita eandem possess. teneo, & in vsucap. procedo etiam si furere incipiat. idem est in colono & in inquilino. [SI VI AVT CLAM.] Possideo fundum vi, aut clam, aut precario. nunc efficior furiosus. adhuc eodem modo dicor possidere : sicut & curator furiosi potest experiri interdicto vti possidet is pro possess. quam antè furorem adquisiuit furiosus per se , vel quam adquisiuit post furorem per alium. [VACVVM.] Defunctus cœpit vsucapere rem, decessit. dicitur quòd tempus quod transiuit post mortem defuncti, & antè aditam hereditatem, vel quòd transiuit post aditam hereditatem : & antè comprehensam poss. huius rei , prodest heredi ad complendam vsuc. [SI DEFVNCTVS.] Defunctus vsucapiebat rem titulo pro emptore. heres eius credidit defunctum possedisse ex causa donationis illam rem. dicitur quòd non impeditur pter hoc vsucapio. Fran Accursius.

cōtinuum tempus numeratur[q].

Postquam desij seruum fugitiuum possidere, nec sibi nec mihi possessionem adquirit : nisi eam adquireret nomine meo, & ego ratum haberem. Pau. de Castro.

2 ¶ Seruus licèt in libertate moretur, nihil possidet[r]: nec per eū[s] alius[t]. Atquin si nomine alicuius, dum in libertate moratur, nactus fuerit possessionē: adquiret[u] ei cuius nomine nact[u] fuerit.

Furor superueniens ei per quem possideo: me possessione non priuat. Paulus de Castro.

3 ¶ Si seruus meus vel filius peculiari vel etiam meo nomine quid tenet, vt ego per eum ignorans possideam[x], vel etiam vsucapiam[y]: si is furere cœperit, donec in eadē causa res fuerit[z], intelligendum est & possessionem apud me remanere: & vsucapionem procedere: sicuti per dormientes quoque eos idem nobis contingeret[a]. Idémque in colono & inquilino, per quos possidemus, dicendum est.

Per furorem superuenientē iniusta possessio non fit iusta : nec econuerso iusta efficitur iniusta. Pau. de Cast.

4 ¶ Si vi aut clā aut precario possessionem nactus quis, postea furere cœperit : & possessio[b] & causa eadem durat de hoc quod precario furiosus habet: quemadmodum interdicto quoque vti possidetis, furiosi nomine rectè experimur[c] eius possessionis nomine.

m ¶ *Prodest*[a]. hoc exēplum subiicit. & *j.eod l.si fur. §.j. & infra p.e empt.l. ij. §. si à pupillo.* Sed contra *infra eod. l. pen.§.j. & infra pro donato.l. si vir.* Solu. *vt. §.de iur.& fac. igno. l. iuris ignorantia. & facit l. iuris ignorantia.*

a Error iuris inducit malā fidem in vsucapionibus & præscriptione longi temporis, adeo Dynū in c. possessor. de reg. iur. in 6. vel ita, iuris error officit vsucapioni. Sed q.d. an saltem pro debito iuris error quod ad fœnus pro deesse putat Romanus singulari ...

n ¶ *Factus.* aliàs non. & tunc supple, nec aliquo tempore : vt bene iungatur, vel post &c. Vel sit expositio superioris hic versus, vel post &c. q.d. non est factus auctor vt debuit : sed ex interuallo postea. Aliàs sine non: & tunc dic in initio scilicet tantum , non in[b] ipso contractu & eo perfecto: quod fieri debet: *vt Instit. de aucto. tut. §. tutor &c. & supra de adquiren. hered. l. si quis mihi bona. §.iussum.* Vel dic factus, sed perperam : *vt supra de aucto. tuto. l. j. in fin. & l. ij. & l. si conditionalis. & l. non multum.*

b Tutor post lo auctor esse debet in ipso contractu, adeóque authoritatem ante vel post interuenire non sufficit.

o ¶ *Longum* p *tempus.* sic *j.de solu.l. cæterùm.* Accur.

p ¶ *In vsucapionibus mobilium.* idē in immobilium : *vt §. de.l.de vsucapionem. & l. naturaliter.* de his tñ magis erat dubiū: quia citius[c] adquiritur. Itē qa vilis & abiecta est possess. rei mobilis: *vt §.tit.j.l.si rē.*

c Mobilia citius adquiruntur quam immobilia.

q ¶ *Numeratur.* olim annus: hodie triennium.

r ¶ *Nihil possidet.* nisi vt *tit.j.l.iij.§.si s.tuus.* nam nullā communionem habet ad ius ciuile: *vt §. de testa.l. qui testamento.§.seruus.*

s ¶ *Per eum.* Oppo. nec ante decennium habet locum hic §. quia tunc dominus per eum: nec post: quia tunc ipse possidet: nisi dicas nihil possidet antè decennium: nec per eum alius, s. post decenniū.

t ¶ *Alius.* vt etiam dominus: quod accipe vt d. §.si seruus. s. q diu stet morat' in possessione libertatis: & q paratus sit subire iudiciū liberale. aliàs secus: quia adquirit possessionem domino: *vt j.eo.tit.l.j.§.per seruum. & facit l. per eum. in fi. & §.eo.l.si is.§.si seruus.*

u ¶ *Adquiret.* tanquam procurator: *vt §.tit.j.l.si me.§.fin.*

x ¶ *Possideam.* nam ex[d] causa peculiari ignorantibus nobis adquiritur possessio & vsucapio: *vt §.titu.j.l.possessio. in princip. & l.j.§. per eum.*

d Possessio & vsucapio nobis ignorantibus adquiritur ex causa peculiari.

y ¶ *Vsucapiam.* ad hoc peculiares respicit: *vt j.pro solu.l.ij.*

z ¶ *Res fuerit.* i. non apprehensa per alium.

a ¶ *Contingeret.* nam licèt[e] tales non quærant: *vt §.tit.j.l.j.§.furiosus.* retinent tamen, : t hic & *j.proxi.§. & §.tit.j.l.si id quod.§.j. & l.si is qui. & fa. j.pro emp.l.qui fundum. in prin. & j.eo.l.iusto.§.cum. & §. de adqui. here.l.si quis alicui.*

e Possessionē facilius retinemus quàm adquirimus.

b ¶ *Et possessio.* nunc respondet : & ita tenetur interdicto de precario: & quod vi aut clam: quemadmodum &c. q.d. sicut iusta non mutatur, sic nec iniusta. & *facit §.§.proxi.*

c ¶ *Experimur.* scilicet nos curatores eius.

mine, quam ante furorem per se, vel post furorem per alium [a] nactus est.

In vsucapione cœpta complenda computatur tempus quo post mortem vsucapientis possessio stetit vacua vel ante aditam hereditatem vel post. Pau. de Cast.

5 ¶ Vacuum [b] tempus, quod ante aditam [c] hereditatem [d] vel post aditam [e] intercessit, ad vsucapionem heredi procedit [f].

Heres vsucapit titulo quem habebat defunctus: licèt ipse credebat de alio titulo quàm re vera esset. Paulus de Castro.

6 ¶ Si defunctus emit [g], heres autem putat eum ex donationis causa possedisse: vsu eum capturum [h] Iulianus ait.

Vitium furti purgatur si fur domini voluntate habere incipiat. Paulus de Castro.

XXXII. POMPONIVS *libro trigensimosecundo ad Sabinum.*

SI fur rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit: desinet eam pro furtiua possidere [i] & † incipiet pro suo possidere.

Qui putat se non posse vsucapere, cum possit, errando in iure: dicitur malæ fidei, & non vsucapit. Paul. de Castro.

1 ¶ Si quis id quod possidet [k], non putat sibi per leges licere vsucapere [l]: dicendum est, etiam si erret non procedere tamen eius vsucapionem: vel quia non bona fide videatur possidere, vel quia in iure erranti [m] non procedat vsucapio.

2 ¶ In certam partem possidere nemo potest: ideo si plures sint in fundo, qui ignorent quotam quisque partem possideat: neminem eorum mera [n] subtilitate * possidere Labeo scribit.

Quilibet bonæ fidei possessor cum titulo vsucapit partum ancillæ furtiuæ apud se conceptum & editum. Bart.

XXXIII. IVLIANVS *libro quadragensimoquarto Digestorum.*

NOn solũ bonæ fidei emptores [o], sed & omnes qui possidẽt [p] ex ea causa [q] quã vsucapio sequi solet [r], partũ [s] ancillæ [t] furtiuæ vsu suũ faciunt, idq; ratione iuris introductũ arbitror. Nã ex qua causa [u] quis ancillam vsucaperet, nisi lex duodecĩ tabularũ vel Atinia [x] obstaret: ex ea causa

a ¶ *Per alium.* vt per seruum vel filium: per quos vsucapio [a] quæritur ignoranti: *vt s. titu. j. l. ij. §. saltus. & l. quamuis. §. fin.*

b ¶ *Vacuum.* quod fuit post mortem testatoris antè aditam hereditatem. Accursius.

c ¶ *Aditam.* animo.

d ¶ *Hereditatem.* quę [b] non possidet: *vt infra si quis testa. li. leg. j. §. Scæuola.*

e ¶ *Post aditam.* antè apprehensam poss. *vt supra titu. j. leg. cum heredes.* & sic dicitur [c] vacuum, propter poss. quæ apud neminem est.

f ¶ *Procedit.* vt finiatur: *vt & supra eo. l. cõptum. & supra eo. l. rerum mixtura. §. Labeo. & arg. supra tit. j. l. j. §. per seruum. & l. Pomponius. §. fi.* nõ [d] autem vt inchoetur: *vt supra eod. l. fine & est hic ratio: vt infra de regulis iuris. leg. omnis.*

g ¶ *Si defunctus emit.* & per traditionem cœperit non à domino.

h ¶ *Capturum.* tit. pro empto, *arg. j. pro donato. leg. fina.* & etiam pro donato [e], si iustus sit error secundùm Io. ¶ Sed quid si heredi fuit facta traditio? Respon. cum ex causa solutionis datur, & accipitur, non nocet: *ar. supra titu. ij. leg. cum in corpus.* Si verò vt contractus constitueretur, scilicet fiebat traditio, si alter intendens vendere, alter donatum accipere: tunc dissensus non nocet. & facit infra eo. l. heres eius. Accursius.

a Vsucapio, ignorantibus quibus & per quos adquiratur.

b Hereditas adita nec apprehensa, nõ possidet.

c Vacuum tempus dicitur cũ penes aliquẽ possessio non est.

d Vsucapionis finiẽdæ & inchoandæ diff. secreta.

e Et etiam pro herede. quia plures tituli possent concurrere ad eãdem vsucapionem cõplendam, etiam diuersis temporibus inchoãtes.

† Sic Flo. & in plerisque libris, in vno tamen manuscr. desunt hæc verba. & incipiet &c.

SI fur.] CASVS. Fur rem furtiuam à domino emit, & habuit eam pro derelicta. dicitur quòd desinit esse furtiua: & possidetur ea amodo pro suo. Secundò dicit: Possessor non credit sibi licere per leges vsucapere rem quam possidet: vt quia Iudæus non credit sibi licere per leges vsucapere rem quam possidet, putà seruum Iudaicum, quem possidebat. dicitur quòd hic error iuris nocet ei in vsuca. facienda. Tertiò dicit: Incertam partem fundi nemo potest possidere. & ponit exemplum. Franc.

i ¶ *Possidere.* non dicit vsucapere: quia sua est: *vt s. de rei vindi. l. hoc si res.* nisi dicas contra eum qui haberet eam obligatam. & *facit j. proxi. §. quod vulgo. & infra de fur. l. quamuis. & j. de hered. instit. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam.* Accursius.

k ¶ *Possidet.* in veritate.

l ¶ *Vsucapere.* putà Iudæus possidet mancipium Iudaicum, qui non putat se posse vsucapere, sicut nec Christianum.

m ¶ *Erranti.* cum [f] putaret sibi non licere vsucapere mancipium Iudaicum. *& ad hoc s. de leg. iij. l. j. in princ. & s. eo. l. nunquam. in prin.* secus si in facto: *vt j. eo. l. iusto. §. filiusfamilias. quæ est contra. & s. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. & s. de adquir. her. l. si quis extraneum. §. sciendum. quæ sunt contra.* & probatur hæc distinctio *j. pro emp. leg. ij. §. si à pupillo.* ¶ Item arg. contra *s. de peti. here. l. sed & si lege. §. scire.* vbi etiã qui in iure errat, est bonæ fidei. Sed illud quo ad fructus [g], hoc quantum ad vsucapionem.

n ¶ *Mera.* vnde secus est de æquitate, secundùm quosdam. hoc ar. nõ placet. & fallit *j. de iure do. l. si ego. §. j in fi.* Item nec quod dicit placet: *vt s. tit. j. l. iij. §. ij. & l. locus.* vbi sunt exempla hui⁹ §. sed pars quæ durat ab hoc puncto vsque ad illud, licèt nesciatur quota pars sit fundi, bene possidetur. nam distincta ab aliquo, quasi per se fundus est: aliàs diceremus neminem in fundo possidere fundũ vel agrum: cum nesciatur quota pars mundi sit fundus vel ager, siue quota pars huius regni. Accursius.

f Iudæus potest vti exceptione præscriptionis cõtra Christianum, licet sit adinuenta de iuris rigore. v. Bal. hunc tractat. de præscript. parte 2. quæst. 5. in fin.

g Error iuris vsucapioni quidem officit vt l. Nunquam. ff. 3. eod prodest tamẽ quod ad fructus. vt hic. ad de Romanum singulari 90.

Incerta pars rei alicuius possideri non potest: & vt sint illa verba intelligenda.

NOn solùm.] CASVS. Si quis emit ancillam furtiuam bona fide, siue alio iusto titulo cœpit eam habere, & hæc ancilla concepit & peperit apud bonæ fidei possessorem: possessor vsucapiet partum eius. [QVOD VVLGO.] Emi fundum à non domino sciens: & sic non possum vsucapere propter malam fidem. nunc volo mutare qualitatem possidendi, volens possidere istum eundem fundum titulo pro herede, vel simili: & sic vsucapere: quæritur an possum? & dicitur quòd si nulla causa interueniat, non possum mutare: & si aliqua causa extrinseca interueniat, possum mutare: vt si istum eundem fundum emi à vero domino, vel ab eo quem credebam dominum, vel si à domino sim heres institutus, vel bonorum possess. eius accepi: incipiam pro herede possidere. Item si credam me heredem institutum à domino, & habeam iustam causam hoc credendi. in his enim casibus vel efficior dominus, vel vsucapiam. Vltimò dicit de colono fundi, qui non potest sibi causam posses. mutare nulla extrinsecus accedente causa, cum nec posses. aliquam dicatur colonus habere. si autem causa extrinsecus interueniat, tunc incipiet possidere: veluti si mortuo domino fundi, emat istum fundum ab eo qui existimat se heredem domini, vel bonorum possessorem. hoc enim casu incipiet colonus possidere pro emptore, [SI DOMINVS.] Existens in fundo meo vidi homines armatos. timens ne venirent ad me, fugi: non tamen venerunt ad fundum. dicitur quòd possess. fundi amitto: & qui bona fide incipiet possidere, præscribet fundum. [SI MIHI.] Dic primo in genere, secundo in specie. Sj promiseras mihi fundum & cessisti mihi eius possess. & in solutum accepi: cum fundus iste non fuerit tuus, præscribam. Vel aliter vt in Gloss. quæ incipit, videtur &c. [QVI PIGNORI.] Rem quandam vsucapiebam. eam tibi obligo. dicitur quòd adhuc procedo in vsucap. donec hæc res stat penes creditorem. si autem creditor alij tradat hanc rem, & suo nomine, amodo interrumpitur vsucapio: perinde ac si deposuissem hanc rem vel commodassem, & depositarius hanc rem alij traderet suo nomine. nam & hoc casu interpellabitur vsucapio mea. Si autem hanc rem obligaui & non tradidi, in vsucapione procedam, etiam si creditor hanc rem alij tradiderit, cum possessionem non potuerit tradere: cùm eam non habeat. [SI REM TVAM.] Possidebam rem tuam, & bona fide: tandem obligaui eam tibi ignoranti tuam esse. an procedam in vsucap. quæritur. & distinguitur. nã aut tradidi tibi, & tunc non procedam. aut non tradidi, sed simpliciter obligaui: & tunc procedo. & quæ sit ratio diuersitatis inter hos duos casus, dic vt in Glos. [SI REM PIGNORI.] Rem quam possidebam bona fide, obligaui tibi. & tradidi: postea seruus tuus subripuit eam tibi. dicitur quòd non interrumpitur vsucapio mea. idem & si seruus meus tibi eam subripuit, & reddit rationem. idem si tu creditor concessisti mihi eam rem precario, & seruus meus eam à me subripuit. idem & si conduxeram eam rem à te. idem si eam conduxi à te, & eam tecum habui precario simul. Fran.

* Sed ex æquitate aliud dicendum. Martinus.

o ¶ *Emptores.* ancillæ furtiuæ.

p ¶ *Possident.* matres.

q ¶ *Causa.* id [a] est titulo & bona fide.

r ¶ *Solet.* vt ex donatione vel quolibet alio titu. & dic, possident ancillam.

s ¶ *Partum.* nunc respondet.

t ¶ *Ancillæ.* quam & si possidenti sed non eod. tit. quo matrem: vt de his plenè no. *s. de Publicia. l. si ego. §. partus.* vbi titulo pro suo vsucapitur partus.

u ¶ *Ex qua causa.* vt titulo & bona fide. Accur.

x ¶ *Atinia.* vt [b] *Instit. de vsuca. §. furtiuæ. & fa. infra pro emp. l. seruus domino.*

a Causa ex qua vsucapio sequi solet, Titulus & bona fides.

b Lex Atinia.

Eum.

necesse est partum vsucapi, si apud eum [a] conceptus & editus eo tempore fuerit, quo furtiuam esse matrem eius ignorabat.

Nemo potest causam suæ possessionis mutare, nisi superueniat causa extrinsecus iusta & vera, vel putatiua.

1 ¶ Quòd vulgo respondetur [b], ipsum sibi causam possessionis mutare non posse: totiens verum est [c], quotiens qui sciret se bona fide non possidere [d], & lucrifaciendi causa [e] inciperet possidere: idque per hæc probari posse [f]: si quis emerit fundum sciens ab eo cuius nõ erat, possidebit pro possessore [g], sed si eundem à domino emerit, incipiet pro emptore possidere: nec videbitur sibi ipse causam possessionis mutasse [h]. Idémque iuris erit etiam si à non domino emerit, cum existimaret eũ dominum [i] esse. Idem hic si à domino heres institutus fuerit, bonorum eius possessionem acceperit: incipiet [k] fundum pro herede [l] possidere. Hoc amplius, si iustam causam habuerit [m] existimandi se heredem, vel bonorum possessorem domino extitisse: fundum pro herede possidebit, nec causam possessionis sibi mutare videbitur. Cùm hæc igitur recipiãtur in eius personam, qui possessionem habet: quanto magis in colono recipienda sunt [n], qui nec viuo nec mortuo domino vllam possessionem [o] habet?

Et certè si colonus mortuo domino emerit fundum ab eo qui existimabat se heredem eius, vel bonorum possessorem esse: incipiet pro emptore possidere.

Non sufficit quem deiectum esse, nisi prædium sit vi possessum. Bart.

2 ¶ Si dominus fundi homines armatos veniẽtes existimauerit [*], atque ita [p] profugerit: quãuis nemo eorum fundum ingressus fuerit, vi deiectus videtur [q]: sed nihilominus id prædium etiam antequam in potestatem domini redeat, à bonæ fidei possessore vsucapitur [r]: quia lex Plautia † & Iulia ea [f] demum vetuit longa possessione capi, quæ vi [t] possessa fuissent: non etiam ex quibus vi qui deiectus fuisset.

Traditio facta ab eo qui conuenitur actione personali, præstat iustam causam vsucapiendi. Bart.

3 ¶ Si mihi Titius, à quo fundum petere volebam, possessione cesserit: vsucapionis causam iustam habebo [u]. Sed & is [x] à quo [y] ex stipulatu fundum petere volebam: cedendo mihi possessione, si soluendi causa id fecerit, eo ipso efficiet vt fundum longo tempore capiam.

Per creditorem cui res traditur debitor vsucapit. quæ vsucapio interrumpitur si per creditorem possessio in aliũ transferatur. Bart.

4 ¶ Qui pignori rem dat: vsucapit quandiu res apud creditorem est [z]. si creditor eius possessionem alij tradiderit [a], interpellabitur vsucapio [b]. & quantum [c] ad vsucapionem attinet, similis [d] est ei quicquid deposuit, vel commodauit: quos palam est desinere vsucapere, si commodata vel deposita res alij tradita fuerit ab eo qui commodatum vel depositum accepit [e]. Planè si creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit [f], vsucapere debitor perseuerabit [g].

Rei propriæ non consistit pignus: & si tali creditori traditur, vsucapio interrumpitur, siue tradita verè, siue fictè. Bart.

5 ¶ Si rẽ tuam † cũ bona fide possiderẽ, pignori tibi dẽ, ignoranti tuam esse, desino vsucapere [h]: quia non intellegitur quis suæ rei pignus contrahere [i]. at si nuda conuentione pignus con-

a ¶ *Eum.* emptorem, vel id est habentem alio titulo matrem.
b ¶ *Quod vulgo respondetur.* vt [a] C. de adquir. poss. l. cùm nemo. vbi plenè dixi.
c ¶ *Verum est.* i. sic per exemplum intelligenda est.
d ¶ *Non possidere.* vel detinere tantum: vt habeat locum quod de colono infra dicit. & ∫. pro herede. leg. v. & sic non vsucapere, & dic cum titu. vel sine.
e ¶ *Causa.* per vsucapionem.
f ¶ *Probari posse.* s. non directò, sed per exempla ducta in contrarium.
g ¶ *Pro possessore:* vt impediatur vsucapio: non vt talis possessor directa petitione heredi. teneatur: vt supra de peti. heredi. l. nec vllam. §. si quis sciens. quæ est contra.
h ¶ *Mutasse.* licèt mutata sit: quia extrinseca [b] causa superuenit: vt ∫. tit. j. l. ij. §. illud.
i ¶ *Eum dominum.* ergo si habuit malam fidem, videtur mutare: & sic sunt hæc exempla, sed per obliquum. Accur.
k ¶ *Incipiet.* qui antè p possessore possidet.
l ¶ *Fundum pro herede.* scilicet tit. & etiam vsucapit propter iustum errorem: licèt nõ sit heres: vt supra eod. l. Celsus.
m ¶ *Habuerit.* s. emptor malæ fidei. s. q possidẽs mala fide nõ possit mutare causam pos. nisi extrinseca aduenĩat: quanto magis &c.
n ¶ *Recipienda sunt.* vt nõ possit sibi mutare causam possessionis.
o ¶ *Vllam possessionem.* iustam vel iniustã ciuilem, sed naturalem sic, secũdùm quosdam, pro eis. ∫. pro herede. l. v. §. j. & ∫. communi diui. l. communi diui. §. neque. Tu [c] dic nullam, scilicet neque naturalem, neque ciuilem. & facit ∫. de precario. leg. certè. §. Iulianus. & l. proxi. in prin.
p ¶ *Atque ita.* quia scilicet vidit homines armatos.
q ¶ *Videtur videtur.* vt amittat pos. & desinat vsucapere: non verò vt habeat actionẽ quod me. cau. vt ∫. quod me. causa. l. metum. in prin. quæ est contra. nec habet locum vnde vi: vt infra de vi & vi arma. l. ij. §. si quis autem. quæ est contra. & ibi plenè dices. Accur.
r ¶ *Vsucapitur.* vt & ∫. eo. l. sequitur. §. si tu.
ſ ¶ *Ea.* scilicet prædia.
t ¶ *Quæ vi.* ablatiua vel expulsiua, non [d] compulsiua: vt C. quod me. cau. l. si vi.
u ¶ *Iustam habebo.* tit. pro soluto.
x ¶ *Sed & is.* videtur idem repetere: Quare dic q primo in genere, secundo exemplificatiuè. Vel primo de alijs: secundò specialiter de actione ex stipulatu, de qua erat dubiũ, cum [e] esset stricti iuris. Vel primò erat debitum verè: secundo non, sed credebatur ex stipulatu deberi: vt infra tit. j. l. j. Non autẽ dicas in aliquo quod peterem act. reali: quia tunc aut essem dominus, & non vsucaperem: vt ∫. eod. l. sequitur. §. lana. aut tradens, & non ego: nec tunc vsucaperem: cùm is vt meam, non vt suam tradat: vt ∫. de condic. ob cau. l. ij. §. subtilius. aut neutrius, & tunc idem: quia qui [a] non transfert dominium, cum est dominus, nec causam vsucapiendi præstat, cùm non est dominus: licèt illa regula fallat ∫. pro emp. l. ij. §. si à furioso. & de hoc dic vt supra titu. j. leg. Pomponius. §. si liber. & §. si iussu. Item secundùm hoc non est contra. supra eod. l. cum solus. nam & ibi agebatur rei vindicatione, seu petitione hereditatis, quæ [b] est in rem: nec causam habebat à tradente: hic personaliter quanquam posset dici quod ibi non impeditur alia vsucapio nisi pro herede. Alij dicunt quòd ibi loquitur in causa lucratiua: hic in non lucratiua: quod non placet, quia & hic fortè causa lucratiua erat: putà [c] ex causa legati. Alij quòd ibi speciale. quod non placet.
y ¶ *A quo.* personaliter obligato.
z ¶ *Apud creditorem est.* vt & supra eodem. l. serui nomine. Accursius.
a ¶ *Tradiderit.* scilicet suo nomine: vt transferat possess. in accipientem, putà vendendo: secus [d] si suo creditori obliget, & etiam tradat.
b ¶ *Vsucapio.* scilicet debitoris.
c ¶ *Et quantum.* non ergo quo ad alia: & sic non [e] quo ad poss. ergo iste scilicet debitor nullo modo possidet, licèt fingatur [f] quo ad vsucapionem: sed [g] cõmodator vel deponẽs bene possidet. ∫. depositi. l. licèt. §. rei. Accursius.
d ¶ *Similis.* s. debitor.
e ¶ *Accepit.* vt & supra eod. l. iij. §. quod si seruus. ¶ Sed contra. ∫. tit. j. l. qui vniuersas. §. fin. Solu. vt ibi. 2 Item contra. C. de adquir. poss. l. fi. in fin. sed aliud est tradere, vt hic: aliud est perdere, vel derelinquere: vt ibi. 3. Item arg. contra. ∫. de bon. poss. l. tutor. & de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. l. si fundus. §. quamquam. & de succes. edi. l. j. §. vnusquisque.
f ¶ *Contraxerit.* & sic [h] apud debitorem res stetit.
g ¶ *Perseuerabit.* etiam si creditor alij tradat: quia nec [i] potest. s. creditor transferre poss. cum non habeat.
h ¶ *Desino vsucapere.* quia & possidere.
i ¶ *Contrahere.* vt supra eo. l. ei à quo. & infra de reg. iur. l. neque pignus. & aperit hãc rationem: quia per te volui possidere, sicut per creditorem cui pignus tradidissem. sed pignus nullum, possessio ergo nulla retinetur: planè amittere possessionẽ potui: quod noluj. Accur.

a Possessionis causam regulariter nemo sibi ipsi mutare potest.

b Possessionis causam sibi mutare licet extrinsecacausa accedente: adde Glo. l. ij. §. eod.

c Colonus neque naturalẽ neque ciuilẽ possessionem habet.

* Extimuerit

d Vis ablatiuæ vel expulsiuæ & compulsiuæ differentia.

e Actio ex stipulatu stricti iuris est.

a Dominium qui non transfert cùm est dominus, nec causam vsucapiendi præstat cum non est dominus: nisi certis casibus, vt hic.

† Lataan. vib. 414. secundũ quosdã. Legis verò alia tẽpus certum & possessiuũ est.

b Petitio seu vindic. tio hereditatis, in rẽ actio est.

c Causa lucratiua est causa legati.

d Creditoris pignus vendens & id pignori tradens fuo creditori differentia.

e Possessionẽ rei debitor amittit, rem ipsam pignori tradendo.

f Fingitur ad vsucapionem fingitur, qui reipsanõ possidet.

g Possessio vel commodatæ, vel depositæ penes commodatorẽ & deponentem manet.

† Et ratio huius §. est, quia dignus & dominium non concurrunt. not. Speculo tit. de rest. spol. §. j. v. sed quid si ergo & vers. eod. pone. habe. & in nr. ac locis § 6. ver. 45

h Possessio nõ transfertur nuda conuentione hypothecæ.

i Possessionẽ nemo, nisi qui ipsã habeat, in alium transferre potest.

a ¶ *Videbitur.* Not. eandem rationem ad oppositos casus. & sic est arg. contra *C. de consti. pecu. l. fin.* Sed dic quòd hic non desino possidere: sed superiori casu sic Item tibi licèt non [a] de iure: de facto tamen contractum est pignus. & facit supra *de pignora. actio. l. si rem alienam.*

a Pignus non semper iure sed etiam facto contrahitur.

b ¶ *Non subuertit.* vt & *supra tit. j. l. si de eo in princip. & leg. rem quæ. & l. si rem.* ¶ Sed [b] nonne incidit in vitium furti? Respon. vtique, quia hoc fieret etiam si esset dominus rei subtractæ: *vt Institut. de oblig. ex de. §. hi qui.* Cur ergo non interpellatur vsucapio? Respon. quia iam erat cœpta: & ideo nõ interpellatur ex posteriori facto.

b Vsucapionẽ debitoris seruus creditoris non subuertit aut interpellat, pignus ipsum subtrahendo.

c ¶ *Desinat.* Ergo possidet.

d ¶ *Obtinebitur.* scilicet vt vsucapio non interrumpatur: cum hic qualitercunque teneatur debitor. Accursius.

e ¶ *Eius.* scilicet debitoris.

f ¶ *Possidet enim hoc casu.* vt *supra de pign. act. l. si pignus.* Accursius.

g ¶ *Liceat.* id est vt sit in possessione. nam si precario rogaret vt possideret, & postea conduceret, vel econtra: per vltimum [c] tollitur primum: *vt supra de adquir. poss. leg. si quis antè.*

c Vltimus cõtractus semper attenditur. Hoc enim recessum à priori videtur.

S*I seruus.*] CASVS. Seruus tuus nõ habens liberam peculij administrationem, vẽdidit mihi rem peculiarem, & tradidit, credens de tua voluntate hoc facere: & etiam ego emptor credebam. dicitur quòd statim rem possum vsucapere: vel potes aliter ponere casum vt in glos, Fran. Accur.

tractum fuerit, nihilominus vsucapiam: quia hoc quoque modo nullum pignus contractum videtur[a].

Si seruus debitoris vel creditoris subripiat rem pignori traditam vsucapio non interpellatur, siue sit tradita verè siue fictè. Bartol.

6 ¶ Si rem pignori datam creditoris seruus subripuit, cum eam creditor possideret, non interpellabitur vsucapio debitoris: quia seruus dominum suum possessione non subuertit[b]. Sed & si debitoris seruus subripuerit: quamuis creditor possidere desinat[c], tamen debitori vsucapio durat: non secus ac si eam creditor debitori tradidisset.

Nam quãtum ad vsucapiones attinet, serui subtrahendo res, non faciunt deteriorem dominorum conditionem. Facilius obtinebitur[d], si precario possidente debitore, seruus eius[e] subripuerit. nam conductio idem præstat, quod si apud creditorem res esset. possidet enim hoc casu[f] creditor. Sed & si vtrumque intercesserit, & precarij rogatio, & conductio: intelligitur creditor possidere. & precarij rogatio non in hoc interponitur, vt debitor possessionẽ habeat, sed vt ei tenere rem liceat[g].

XXXIV. ALPHENVS VARVS *libro primo Digestorum à Paulo Epitomatorum.*

S I seruus [h] insciente [a] domino rem peculiarem vendidisset, emptorem vsucapere posset.

Crimen expilatæ hereditatis inusucapibilem rem facit: secus in furto commisso aduersus fructuarium vel heredem. Bartol.

XXXV. IVLIANVS *libro tertio ad Vrseium Ferocem.*

S I homo [i] cuius vsusfructus legatus erat[k], ab herede nũquã possessus, subreptus fuisset: quæsitum est, quia heres furti actionem non haberet[l], an vsucapi possit. Sabinus respondit, nullam eius rei vsucapionem esse, cuius nomine furti agi posset[m]: agere autem furti eum, qui frui deberet, posse. quòd sic accipiẽdum[n] est, vt[o] fructuarius poterit vti frui[p]. aliter enim[q] homo in causa[r] [a] non perduceretur. Sed si vtenti iam & fruenti abductus homo fuerit: non solùm ipse[f], sed etiam heres furti agere poterit[t].

Error iuris qui est in persona tradentis, vsucapionem non impedit: Paulus de Castro.

XXXVI. GAIVS *libro secundo Rerum cottidianarum siue aureorum.*

P Otest pluribus modis accidere, vt quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquam suam vendat fortè, aut donet, & ob id à bonæ fidei possessore res vsucapi possit: velutisi heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse,

here l. ij. §. apparet. & ¶ de præscript. verb. l. gratuitam. §. fin.

m ¶ *Agi posset.* contra extraneum. secus si contra dominum, scilicet potest agi furti: *vt supra eod. l. sequitur. §. si rem.* sed vtrunque istorum est falsum: nam domino subripiente, & extraneo opem præstante, agitur [a] furti contra extraneum: & tamen res non est furtiua. Item extraneo subripiente, & re mihi restituta [b] desinit esse furtiua, & [c] tamen furti actio durat: nec de hoc dubium est. dicas ergo verum quod Sabi. ait cum extraneus subripit, nec restituit. Azo.

a Furti aliquãdo experiri possumus licet res non sit furtiua.
a Quidam interpretantur insciente, id est sciente, arg. legis Manliæ.
b Furtiua res esse desinit, quæ domino restituta.
c Furti actio durat res desinente esse furtiua.

n ¶ *Quod sic accipiendum.* vt possit agere furti fructuarius.

o ¶ *Vt. i.* [d] postquam. Accur.

d Vt pro postquã. sic apud Virgilium vt vidi vt perij.

p ¶ *Posse vti frui.* ¶ Sed quando potest? Respon. adita hereditate. & tunc cur magis agit quàm heres: nam & heredis interest ratione dominij? Respõ. quod dicitur, vt possit, dictum fuit propter satisdationem de custodia rei & salutem. nam [e] antequam eam scilicet satisdationem præstet, frui non potest: *vt supra de vsufru. leg. Lucari.* postea verò frui potest: & iam interest [f] eius: & non solùm ratione iuris, sed etiam custodiæ: quia domino pro [g] custodia tenetur. vnde furti agit. dominus verò nulli ad custodiam tenetur. ¶ Sed quomodo tenetur, scilicet fructuarius, cùm nondum possedit? Respond. quia [h] per eum stetit quo minus possidere inciperet: *vt supra de hered. ven. leg. secunda. §. peruenisse. & §. illud. secundum* Azo. Vel dic secundùm Ioan. & dominum agere ratione dominij nudi: aliter ratione seruitutis: *vt ¶. de fur. leg. his casibus.* Nec obstat quòd non possedit: quia & hoc aliàs contingit ratione iuris: *vt infra de fur. l. si is qui rem. in princip.* & quod in principio dixit, non habet: dic ratione pleni dominij.

e Fructuarius frui nõ potest, adita hereditate & satisdatione præstita.
e eam causam.

f Interest nostra non modo ratione iuris, sed etiam custodiæ.
g Custodiam proprietario rei fructuarius debet.

h Possedisse videtur qui effecit quo minus possidere inciperet.

p ¶ *Aliter enim.* i. nisi dies cesserit, & satisdederit.

r ¶ *Causa.* scilicet furti.

f ¶ *Ipse.* gratia naturalis poss.

t ¶ *Poterit.* vt & *infra de fur. inter omnes. §. si seruus.* & est ratio: quia per [i] fructuarium possidentem naturaliter heres possidet, & ciuiliter Sed hoc quomodo, cum sibi tantum naturaliter fructuarius possidet? Dic ergo satis esse quòd non possidetur ab aliquo, etsi non à se: secus si à nemine: *vt infra si quis testa. lib. esse ius. fue. l. prima. §. Scæuola. & infra de fur. l. hereditariæ.* fructuarius tamen quia sua interest [k] ratione iuris & custodiæ, agit etiam si à nemine possidebatur cum sibi fuerit subrepta. *& fa. infra de vi & vi arma. l. tertia. §. penult. & supra de vsufru. l. si fur.*

t ¶ *Poterit.* subaudi, apprehensa sua poss. ciuili. Si autem vsufructuarius non apprehenderet suam naturalem, nec [l] heres suam ciuilem, agere non possent: vt in princi. legis.

i Possidet heres per fructuarium possidentem naturaliter & ciuiliter, imò non possidet. *Cl. l. in f. §. vsusf. quem casum.*
k Agere is potest cuius interest.
l Possessionẽ naturalẽ adquirente fructuario, proprietarius ciuilem non adquirit nisi in casu *l. quisquis C. de dona.* & è contrario, fructuario amittente naturalem, suam ciuilem proprietarius non amittit. *Glo. l. in f. sup. vsusf. quem casum.*

h ¶ *Si seruus.* habens liberam administrationem peculij: vel expressam domini voluntatem: aliàs vitiosa facta non procederet vsucapio. *vt C. quod cum eo. l. si liberam. & infra de diuer. præscri. leg. in vsu. §. sed si antè.* & dicas quod res non erat peculij: sed fortè seruus emerat à non domino: alioquin si esset de peculio, statim fieret emptoris: *vt d. l. si liberam.* Vel dic quòd non habet liberam sed [d] credit cum voluntate domini facere: & emptor credit idem: & sic non incidit res in vitium furti. aliàs contra: *vt infra de fur. interdum. §. cum autem.*

d Furtum nõ facit qui credit se facere cum domini voluntate rem attrectare.

S*I homo.*] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo instituit me heredem, & Seio legauit vsumfru. serui. hic seruus postea subripitur. quæritur an possit vsucapi si aliquis emat eum à non domino: & distingue tria tempora. Primum antè apprehensam possess. serui per heredem vel fructuarium, & antè satisdationem à fructuario præstitam. & si hoc tempore subripiatur, non fit furtiuus, & vsucapi non poterit. Secundum tempus est postquam fructuarius satisdedit de custodia rei, & tunc si subripitur seruus, efficitur furtiu[e], nec poterit vsucapi. & dic de hoc, vt in glos. Tertium tempus est postquam fructuarius apprehendit pos. serui naturalem & sic videtur habere ciuilem: & tunc si subripitur. efficitur furtiuus, & tam heres quàm fructuarius possunt agere furti. & sic seruus vsucapibilis non est. Franciscus.

e Vsucapi potest expilatus res ex hereditate, at non furtiua. & vt interpretatio quantur, crimen expilatæ hereditatis non reddit rẽ inusucapibilẽ licet vitium furti reddat.

i ¶ *Si homo.* seruus.

k ¶ *Legatus erat.* subaudi Titio.

l ¶ *Non haberet.* quia nunquam poss. habuit, vel quia non audiuit hereditatem: vel si adiuit, tamen non possedit, sed [q] crimine expi. here. agere potest, *vt infra de fur. l. hereditariæ. & de crimi. expi.*

P*Otest.*] CASVS. Aliquando euenit quòd quis credit rem suam, iusto errore ductus, & eam tanquam suam vendit vel donat, cum in veritate sit aliena. & sic bonæ fid. possess. eam vsucapiet: vt putà si heres rem defuncto commodatam vel depositam, credens hereditariam, eam vendit vel donat: vel si quis credens se heredem, cum non sit, hereditariam rem vendit vel si quis habens vsumfructum ancillæ, credit partum eius esse

in

in fructus: & ſic ſuum eſſe credit. nã poſſeſſor vſucapere poterit has res: nec dicitur fieri furtum, cùm nõ ſit affectus furandi. & h. d. hæc l. cum prin. ſequen. Fran.

a ¶ *Alienauerit.* *vt Inſtit. eod. §. ſed tamen. & ſ. mand. l. mandatum.* & idem in ſimilibus vbi iuſtus eſt error: *vt ſ. manda. l. mandatum.* ¶ Sed nunquid ipſe heres per ſe vſucapiet? Reſpon. non. quia perſonali actione tenetur. ſed nulla eſt ratio: *vt ſupra eod. l. pignori. §. ſi.* Sed ea ratio eſt, quia videtur [a] non bonam fidem habere, cum in eius locum ſucceſſit qui bonam fidem non habebat, non [b] dico malam: *vt j. de diuer. præſcriptio. l. cum heres. & fa. ſ. de adquir. here. l. cum quidam. §. quòd ſi ipſe.* ¶ Item nonne poſſeſſionẽ deponens, & ſi alij tradita ſit, retinet? Reſpõ. non, *vt ſ. eodem. l. non ſolum. §. qui pignori. & ſ. titu. j. l. iij. §. quòd ſi ſeruus.* maxime rei mobilis. Accurſius.

b ¶ *Crediderit.* Vt ſi quis ſit inſtitutus heres, & poſtea ſit mutatum teſtamentum. Accurſius.

c ¶ *Exiſtimans.* ſcilicet errore iuris. & ſic eſt contra ſupra, *l. nunquam in principio.* Solũ. loquitur de eo qui per errorem iuris credit titulum emptionis iuſtũ eſſe cum ipſo iure nullus ſit: hic loquitur de illo qui errat in facto, quia credebat fructuarium proprietarium eſſe. 2 Vel hic non fuit error ex parte accipientis. 3 Vel dic. vt ibi.

d ¶ *Quia.* hac ſimilitudine, quia &c.

alienauerit [a]. 1 ¶ Item ſi quis aliqua exiſtimatione deceptus crediderit [b] ad hereditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hereditariam alienauerit: aut ſi is ad quem vſusfructus ancillæ pertinet, partum eius exiſtimans [c] ſuum eſſe, quia [d] & fetus pecodum ad fructuariũ pertinet, alienauerit.

Si res cuius poſſeſſio ciuilis & naturalis vacat, clãdeſtinè occupetur: non efficitur per hoc vitioſa vitio reali, ſed perſonali: & ideo licet occupãs nõ poſſit vſucapere, vel præſcribere propter ſuam malam fidẽ, per aliũ tamen bonæ fidei poſſeſſorem cum tit. poterit præſcribi, & dicitur vacare ciuilis vel naturalis, vel per negligentiam commiſſum in recuperãdo naturalem: vel quia poſſeſſor deceſſit ſine herede: vel per obliuionem quæ inducitur per lapſum longi temporis. h. d.

XXXVII. IDEM *libro ſecundo Inſtitutionum.*

FVrtum non cõmittitur: furtum enim ſine affectu furandi non committitur [e]. 1 ¶ Fundi quoque alieni poteſt aliquis ſine vi nanciſci poſſeſſionẽ, quæ vel ex negligentia [f] domini vacet, vel quia dominus ſine ſucceſſore deceſſerit [g], vel longo [h] tempore abfuerit [i].

XXXVIII. IDEM *libro ſecundo Rerum cottidianarum ſiue aureorum.*

QVam rem [k] ipſe quidem nõ poteſt vſucapere: quia intellegit alienũ ſe poſſidere, & ob id mala fide poſſidet. Sed ſi alij bona fide accipienti tradiderit [k], poteritis vſucapere [l]: quia neq. vi poſſeſſũ, neque furtiuũ poſſidet. Abolita eſt enim quorundã ve-

F*Urtum.*] CASVS. In §. fundi quoque. poſſum aliquando poſſeſſ. fundi alieni adquirere ſine vi: vt cùm dominus eam reſpuit: vel deceſſit dominus abſque ſucceſſore: vel ſi tradidit eam dominus obliuioni ex longa abſentia: & hanc poſ. ego intraui. nam adquiro eam: non tamen poſſum vſucapere, cum ſcio alienum fundum me poſſidere: tamen alij tradam bona fide accipienti ex cauſa venditionis, vel ſimili: poterit ille cui trado, vſucapere: nec dicitur hic fundus furtiuus, cùm loci ſiue fundi non poſſit fieri furtum, & hoc dicit hic §. cũ l. ſeq. Franc.

e ¶ *Non committitur.* niſi vt ſ. *de cond. ob cau. l. cùm ſeruum. & j. de fur. l. qui ſaccum. & l. falſo. §. qui ancillam.*

f ¶ *Ex negligentia vera.* vera, vt quia poſſeſſionem reſpuit &c.

g ¶ *Deceſſerit.* vel etiam cum ſucceſſore, ſed hereditatem nõ adiuit: vel ſi adiuit, poſſeſſionem non apprehendit: *vt ſ. tit. j. l. cum heredes.* Accurſius.

h ¶ *Vel longo.* i. ex obliuione [c], quæ ex [d] longa abſentia prouenire præſumitur. *vt ſ. titu. j. l. ſi id quod j. reſpon. & l. peregrè. in principio. & ad hoc. ſ. de damno infe. l. ſi finita. §. non autem ſtatim.* Tempus autem ſolum non ſufficit: *vt ſ. quibus mod. vſusfruct. amit. l. ſi mulieri.* Alij dicunt ſolo tempore amitti. *vt arg. ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. de illo.* Item longo accipe quantum iudici videbitur, per quod obliuio inducitur: *argum. Inſtit. de obl. g. quæ ex quaſi delict. naſcun. §. j.* non autem longum, vel x. vel xx. an. & facit Inſtit. eo. §. *quod autem.* Accurſius.

i ¶ *Abſuerit.* à fundo.

a Hæres ſuccedens in locum defuncti qui ſciebat rẽ alienam, dicitur non habere bonam fidem, non autem malam, vt hinc colligamus idem eſſe non bonam fidem quod fictam malam fidẽ. Duplex enim mala fides vna vera & propria quã do quis ſcit rẽ alienam eſſe. Altera ficta quando quis ex perſona alterius, id eſt authoris cenſetur malæ fidei eaque cõſideratur in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari quorum ille fingitur eadem perſona cum defuncto. Huius differentiæ veræ ſcilicet & fictæ malæ fidei varij effectus: Namuera loquentia de mala fide intelligenda ſunt de vera non de ficta. Deinde error iuris inducẽs malam fidem in vſucapionibus & præſcriptionibus non intelligitur nec refertur ad malam fidem fictam heredis. v. plura apud Baldum *tract. de præſcrip. 3. par. 2. quæſt. 3.*

* Vulg. Quare. Vt Sabini in lib. de furtis. *apud Gell. lib. II. c. vlt.*

b Bonam fidẽ non habere quis poteſt. & tamen nõ malam. Hæc igitur inter ſe differunt. Bonam fidem habet qui opinatur dominus poſſidet. Malam qui ſcit alienam. Mediam quã ignorat.

c Obliuio quã eo tẽpore inducatur, relinquitur iudicis arbitrio, vt hac Gloſſa. quam ſequuntur interpretes repudiata Gloſſa. in l. 4. in ſi. ff. de aqua poſſ. quæ decennio præſumi ſcribit. adde Menoch. 2. de arbitr. Centuria. 1. caſu 26

d Obliuio ex lõga abſentia, prouenire præſumitur.

k QVare.] *Tradiderit.* ille qui ſine vi nactus fuerit poſſeſſionẽ.

l *Vſucapere.* vel pro donato, vel pro emptore, vel pro ſoluto, ſi ex his cauſis fuerit tradita.

m ¶ *Locive.* & ita rei immobilis.

n ¶ *Fieri.* & ideo præſcribitur. ſed hodie contra: *vt in Authen. vt ſpoſſidet. §. rurſus.* Ac.

terum ſententia exiſtimantium etiam fundi locive [m] furtum fieri [n].

Pone hic caſum, quòd quis occupauit ſolum per vim, poſtea ibi ipſe vel alius ædificauit: deinde ad te peruenit ſolum & ſuperficies bona fide & titulo. certum eſt quòd ſolum non poteſt præſcribere: quia eſt affectũ vitio rea i. an ſaltem ædificium? & dicitur quòd non: intellego verum reſpectu directi dominij. ſed reſpectu vtilis, ſi poſſedit tanquam ſuperficiarius, videtur ſecus. Pau. de Caſt.

XXXIX. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SI ſolũ [o] vſucapi nõ poterit: nec ſuperficies [p] vſucapietur.

Per hereditatem iacentem vſucapio cœpta per defunctum poteſt compleri, & ſine poſſeſſione. Pau.

XL. NERATIVS *libro quinto Regularum.*

COeptã [q] vſucapionẽ à defuncto poſſe & antèaditã hereditatẽ impleri, conſtitutũ eſt [r] *.

Vitium furti vel violentiæ nõ purgatur licet res veniat in poteſtatem procuratoris. Pau. de Caſt.

XLI. IDEM *libro 7. Membranarum.*

SI rem ſubreptã mihi procurator [s] meus adprehẽdit: quãuis per procuratorem [t] poſſeſſionẽ apiſci nos iam ferè [u] cõueniat, nihilo magis [x] eam in poteſtatẽ meam rediſſe, vſúque [y] capi poſſe [z] exiſtimãdum eſt: quia contra ſtatui [a], captioſum erit [b].

Si venditor ſuccedat domino rei furtiuæ vel dotalis, vitium reale purgatur. Bart.

XLII. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

CVm vir prædium dotale [c]

o SI *ſolum.*] Nõ poterit. per vim primò occupatum, & poſtea inædificatũ: Azo. Vel quia dotale [a], vel quia poſſeſſor habebat malam fidem: *vt ſ. l. prox.* Vel non habebat nec poſſidebat.

p ¶ *Nec ſuperficies.* cum ſolo puta domus. inest [b] enim ſibi: ſed ipſa per [c] ſe quandoque poteſt: *vt ſ. eo. l. rerum mixtura. §. Labeo.* & ecõtra ſi ſolum poteſt. nõ tamẽ ſuperficies poteſt per ſe: *vt ſ. eo. l. eũ qui.* ſed cum ſolo poteſt cedere ei. *ſic & ſ. eo. l. ſi aliena. §. j.*

q COeptã. ſecus [d] ſi nõ cœptã: *vt j. l. ſi. §. ſi. & facit ſ. eo. l. nũquã. §. vacuum. & j. pro emp. l. qui cum. in ſi. & l. qui fundum. in princip. & ſ. ex quib. cau. ma. l. cum miles. & ſ. de leg. j. l. legatum eſt. §. ſeruo. & ſ. tit. j. l. hereditas. & j. eo. l. iuſto. §. nondum.* Acc.

r ¶ *Conſtitutum eſt.* quia hereditas [e] fungitur vice perſonæ: *vt ſ. eo. l. heres & hereditas. & l. nunquam ij. §. vacuum.*

SI *rem.*] CASVS. Res mihi ſubrepta eſt: tãdẽ peruenit hæc res ad procuratorẽ meũ. nunquid deſiit eſſe vitioſa, quæritur. Et dicitur quòd nõ. nã licet aliàs per procuratorẽ mihi quæratur poſſeſſio etiã ignoranti: tamẽ res mihi ſubrepta non videtur in meã poteſtatem venire quo ad hoc vt deſinat eſſe vitioſa. licèt perueniat ad meũ procuratorem me ignorãte. & reddit de hoc rationem. Frã.

ſ ¶ *Procurator.* generalis, non ad hoc ſpecialis. Alioquin nullã eſſet captio, ſecundũ Io. ¶ Et ita lex iſta eſt pro nobis qui [f] dicimus per generalem adquiri poſſeſſionem, in eo quòd dicitur, quãuis per procuratorem &c. licet R. diſtinguat inter generalem & ſpecialem: *vt no. ſ. tit. j. l. j. §. per procuratorem.*

t ¶ *Procuratorem.* etiam generalem. arg. contra. ſ. *de adquir. heredi. l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum.*

u ¶ *Fere.* quia ſi ſuo nomine nactus eſt poſſeſſionem, nõ adquirit nobis niſi tradens hoc velit: *vt ſ. de dona. l. qui mihi.*

x ¶ *Nihilo magis.* i. non ideò magis.

y ¶ *Vſuque.* repete, nihilo magis.

z ¶ *Capi poſſe.* quia dominum ſcire oportet ſe poſſeſſionem habere: *vt ſ. eo. l. ſequitur. §. tunc.*

a ¶ *Statui.* i. ſi diceremus quòd in meam poteſtatem rediiſſet. Acc.

b ¶ *Captioſum erit.* colludentibus procuratoribus, & paciſcentibus cum furibus. Et no. quòd captio [g] euitatur. *ſic ſ. quod met. cau. l. ſi cum. §. aliquando.*

CVm vir.] CASVS. Si vir fundum dotalem vendidit, non valet venditio. ſed ſi mulier decedat in matrimonio, & vir lucretur dotem ex forma pacti initi inter eos, confirmatur venditio. idem eſt ſi rem furtiuam vendidi, tandẽ ſucceſſi domino rei: nam confirmatur venditio. Fran. Accurſius.

c ¶ *Dotale.* prædium [h] dotale dicitur datum inæſtimatum: *vt C.*

a Vſucapi nõ poteſt fundũ dotale.

b Superficies ſolo ineſt.

c Superficies quandoque per ſe vſucapi poteſt quandoque nõ poteſt.

d Vſucapionẽ dum cœpta non poteſt inchoari ab hereditate iacẽte, ſed nec aduerſus hereditatem iacentẽ incipere põt.

* Vide Alciat. lib. 7. parer. c. 16.

e Hæreditas fungitur vice perſonæ.

f Poſſeſſio an adquiratur per generalẽ procuratorẽ.

g Captio euitanda.

h Dotale prædiũ eſt quod inæſtimatum datum eſt.

de rei uxo.act.l.vxlea.§.penul.

a ¶ *Non valet.* vt *Institu.qui alie.li.in prin.*

b ¶ *Quam.* s. venditionem.

c ¶ *Conuenit.* inter sapientes. & tunc verbum conuenit, est præteritum. Vel dic quod sit præsentis temporis, id est cōueniens est

a Ab initio quod non valet non conualescit solo tempore seu stricto iure sed alio cooperāte: idque ex æquitate, ope exceptionis. adde Dynum in cap. non firmatur de regu. iu. in 6.

¶Sed contra. j.ª *de regul.iur. quod in initio. & l.qui ab initio.* Sed dic non conualescit solo tempore, vt ibi: sed alio cooperante sic, vt hic: Vel non conualescit de rigore, vt ibi, sed de æquitate ope exceptionis sic, vt hic.

vendidit scienti vel ignoranti rem dotis esse: venditio non valet [a]: quam [b] defuncta postea muliere in matrimonio confirmari conuenit [c], si tota [d] dos lucro mariti cessit. idem iuris est cùm is qui rem furtiuam vendidit, postea domino heres extitit [e].

In vsucapione inchoanda per heredem, mala fides eius nocet. secus in inchoata per defunctum. Pau. de Cast.

XLIII. IDEM *libro vicensimosecundo Quæstionum.*

HEres eius [f] qui bona fide rē emit, vsu non capiet sciò alienam [i] si modò ipsi [g] possessio tradita sit [h]: cōtinuatio* vera non impedietur heredis scientia.

In quæsitis per filium, tam mala fides eius, quàm etiam patris impedit vsucapionem inchoari. Pau. de Castro.

1 ¶ Patrem vsu non capturum quod filius emit, propter suam [k] vel filij scientiam [l], certum est.

Per filium putatiuum nobis non quæritur. secus per seruū putatiuum. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro vicensimotertio Quæstionum.*

IVsto [*] errore [m] ductus Titium filium meum, & in mea potestate esse existimaui, cùm adrogatio non iure [n] interuenisset. Eū ex re mea querere mihi nō exi-

2 Item contra *C. de cap. l. nec nos.* Solut. quòd ibi dicit non obesse quod fecit cum non erat dominus, scilicet quo minus sit heres: obest tamen vt à vindicando except. repellatur. 3. Item contra. *s.qui & à quibus l.si seruo.* Solut. Secundùm quosdam aliud [b] in libertate: pro qua si eam dat, non obligatur: aliud in his contractib. Vel dic vt ibi. 4. Item argument. contra. *s.de heredita. institu. l. si alienum.j.respon.*

b Libertas seruo data non confirmatur ex iure superueniente manumittentis: quia sua non interest, cum ad aliquid nō teneatur. & hanc solutionem admittit Bartol. potius quàm vt dicatur libertatē non confirmari ipso iure, sed ope exceptionis. vt in Glo. l. si seruo. ss. qui & à quibus manumissi. vel aliud in libertatibus est: quòd cū difficilius dētur, difficilius reuocentur, vt in Glo. l. rem alienam l. de pignorat. act.

d ¶ *Si tota.* maximè. quia idem si solum illum fundum esset lucratus. aliàs si lucretur vir dotem ex [c] pacto, ex persona mulieris posset vindicare: non sua: cùm contra [d] suum factum venire nō possit: *vt C. de reuoca.dona. l.cum profitearis.* sed & tunc. s. si agetur ex persona mulieris, posset exceptione repelli: *vt s.de euict.l.vindicantem.* Accursius.

c Dotē lucrari ex pacto maritus potest, præmortua muliere.

d Factum suū impugnare nemo regulariter potest.

e ¶ *Extitit.* vt confirmetur, nō quòd statim sit emptor dominus: sed fortè definit esse vitiosa. *& facit s. de contrahen. emp.l.si in emptione §.Item si emptor.*

HEres.] CASVS. Si Titius emit rem alienam bona fide, & decessit: & tandem tradita est eius heredi sciente alienam: dicitur quòd hic heres non vsucapiet. secus autem est si Titio tradita est, & tandem peruenit ad eius heredem, nam mala fides heredis non impediet vsuca. cœptam à defuncto. [PATREM.] Si mandante patre filius emit rem alienam, siue pater sciat rem alienam, siue filius: impeditur vsucapio. Fran. Accursius.

f ¶ *Heres eius.* emptoris.

g ¶ *Ipsi.* heredi.

h ¶ *Tradita sit.* secus si defuncto. quamuis ipse malę fidei sit: *vt j. pro emp.l.v.§.si defunctus. & s. de Publi.l.cum qui §.in hac. & hic subijcit.* cui est contra *s.tit.j.l. Pomponius. in fi.* quia requiritur bona fides tempore emptionis, & traditionis.

i ¶ *Scientia.* re tradita defuncto. Vel dic scientia, id est propter heredis scientiam.

k ¶ *Propter suam.* s. patris.

12 ¶ Pomponius quoque[a] in his quæ nomine domini possideantur, domini potiùs quàm serui voluntatem spectandam ait. Quòd si peculiari, tunc mentem serui quærendam: & si seruus mala fide possideat, eámque dominus nãctus sit, vt suo nomine possideat, adempto putà peculio: dicendum est, vt eadem causa sit possessionis, & ideò vsucapio ei non magis procedat.

In rebus peculiaribus scientiam serui inspicimus, in dominicis scientiam domini. & illa scientia inspicitur quæ fuit in initio possessionis: non postea superuenit. Bartolus.

13 ¶ Si seruus bona fide emerit peculiari nomine: ego vbi primùm[b] cognoui[c], sciã alienã: processuram vsucapionẽ Celsus ait. initium enim possessionis sine vitio fuisse. Sed si eo ipso tempore quo emit, quanquam id bona fide faciat, ego alienam rem esse sciam[d]: vsu me non capturum.

14 Et si quod nõ bona fide seruus meus emerit, in pactionẽ libertatis mihi dederit: non ideo me magis vsucapturum. durare enim primam causam possessionis[e] idem Celsus ait.

Error iustissimus præstat causam vsucapiendi in tit. pro emptore. secus si sit error iniustus: vt error iuris. Barto.

cet quibusdam: *vt ff. de reb. eo. l. in ijs. §. j.* Item dic quòd auctoritate contutoris[a] emit: quia ipse se auctore non posset: *vt supra de auto. tu. l. v. §. item ipse. & ff. de contrahen. empt. l. si in emptione. §. fin. & l. non licet. & C. de contrahen. empt. l. cum ipse.* si enim se auctore fecisset, aut sciuisset ius, & non vsucaperet: *vt supra t tul. ij. l. fur. §. j.* aut ignoraret: & tunc idem: *vt infra si à pupillo.* nec posset dicere se credere puberem: *vt C. de interdict. & relega. l. de tutela.* sed extraneus posset: *vt j. §. si à pupillo.*

a Tutor res pupilli etiam immobiles contutore authore emere non potest, aliàs non præscribit.

k ¶*Eo quòd.* id est ideò quia.

l ¶*Si pluris.* s. i. quamuis alius velit plus dare: quia conuenit tutorem ementẽ, & auctoritatẽ præstantem. Vel dic pluris &c. id est si iste tutor plus dedit quàm alius daret. si autem minus, hoc subijcit: & si minoris &c. & nota tutelę conueniri, quia sicut[b] ab aliis, sic à seipso pupillũ debuit custodire. *vt hic, & ff. de ser. vin. l. Ictius.*

b Tutor sicut ab aliis, ita à seipso pupillũ custodire debet.

m *Emerit.* auctoritate contutoris: *vt ff.*

n ¶*Addixisset.* id est vendidisset: cùm plus habere potuisset dominus.

o ¶*Procuratorem quoque.* non solum tutorẽ. Accur.

p ¶*Ex actione.* id est ex administratione.

q ¶*Emerit.* à procuratore: vt conueniat prędictis. Vel dic à quodã alio nomine domini: *vt ff. de vsuca. l. pignori. §. fin.*

r ¶*Vsucapturum.* procuratorem, secundùm primum: vel dominũ, secundùm alium.

s ¶*Gerens.* sine mandato.

t ¶*Emerit.* à procuratore domini, vel etiam ab extraneo, etsi rem domini: *vt supra de negot. gest. at qui. §. cum me.*

u ¶*Peculiari.* secus si dominico: *vt j. e. §. Pomponius.*

x ¶*Vsucapere vt ff. pro solu. l. ij. & j. de capti. l. pe.* Accur.

y ¶*Scientem.* quo ad vsucap. sed quo ad possess. etiam ignorante: *vt d. l. pro soluto. l. ij.* cum[e] ergo mea conscientia exigitur: si illa est cum mala fide, non vsucapio: sed in peculiari nocet domini scientia ad inchoandum: *vt j. eo. §. si seruus. in fine.*

e Vsucapere nõ potest malæ fidei possessor vbi conscientia eius exigitur.

z ¶*Vitiosè.* putà per vim.

a ¶*Pomponius quoque.* non tantum Celsus dicit quòd si non peculiari nomine emit, inspicitur scientia domini: sed etiam Pomponius dicit idem.

b ¶*Primum.* scilicet ex post facto.

c ¶*Cognoui.* scilicet emptionem factam.

d ¶*Sciam.* quia fui præsens quando seruus emit: nec prohiberi cũ possem: *vt ff. de lib. cau. l. imò in fin. & ff. de vsu. l. heres. §. fi.* secus si non potuissem prohibere: *vt ff. de contrahen. emp. in huius.*

e ¶*Primam causam possessionis.* ¶Sed cur non vsucapio sicut extraneus emptor. cum mala fides serui non nocet? nam dominus vice emptoris est: *vt j. eo. si seruus.* hîc ergo vice heredis, non vice emptoris habetur. Azo. & *sic ff. de acquir. hered. cùm quidam. §. scientia. & quod no. ff. de a.. l. .. cùm ex causa ...*

a ¶ *Si à pupillo* a *emero*.rem alienam b. & sic est error dominij. res enim sua c non potest vsucapi,*vt in contra supra de acquiren. re. do.l. bonæ fidei*. Vel hic erat mobilis d, ibi immobilis. & eisdem modis solue.*C.eo.l.fi.* Vel ibi sciebat e emptor pupillum. Item op. aut pupillus iste possidebat,aut non. sed si non:nec iustam causam poss. potest præstare:*vt C.de acqui.possess.l. cum nemo.* si possidebat, transferre poss.non poterat:*vt supra de acquiren. pos. l. possessionem.& de acquiren. re. do. pupillus.* quæ sunt contra. si ergo ipse non amittit: ergo nec alius quærit: ergo nec vsucapit: *vt supra e tit.ij. in Glo.l.vlt. & l.fine* ? Respon. non pupillum, sed emptorem possidere vt precario à patre pupilli:& tamen iustam præstat causam vsucapiendi:*vt supra ti. ij.l.non solum.§.quod vulgo*.secundùm Azo. Vel dic quòd tradidit cum tutore. Vel dic quòd non amittat ex sua traditione,vt ibi : sed ex eo quòd emptor possidet & contrectat: *vt §. de acquiren. posse. l.rem.* Vel hic proximus pubertati,ibi non : Vel aliud f est tradere,vt hic: aliud nolle possidere, & deserere:vt ibi. *arg. §.de acq.poss.l.iij.§.quod seruus.*

§ An Titulus habitus à pupillo vel adulto absque decreto & solemnitatibus requisitis præstet causam præscribendi adde Bar.hic.

b v.quod scripsi nobis.l.vlt. C.de vsuca.pro emptore vel ibi Cepolam.

c Vsucapere quod suum sit nemo potest. & adde Gloss.l. 3.Cod. de auct. præstando. ev.quod scripsi in Glo.l.vlt. & l.fine de vsucap. pro emptore.

¶ Sic Flor. quidam tamë aiit eo esse suppositia,& contra l. Sed etsi §. Marcellus §.de publi.

f Tradere & nolle possidere & deserere differunt.

15 ¶ Si à pupillo emero a sine tutoris auctoritate, quem puberem b esse putem: dicimus vsucapionem sequi: vt hic plus c fit in re d quàm in existimatione. Quòd si scias pupillum esse, putes tamen pupillis licere res suas sine tutoris auctoritate administrare, non capies e vsu: quia iuris error nulli prodest f.

16 ¶ Si à furioso, quem putem sanæ mentis, emero g: constitit vsucapere h vtilitatis causa i me posse, quamuis nulla esset emptio : & ideo neque de euictione actio nascitur mihi: nec † Publiciana k competit, nec accessio possessionis.

Bona fides auctoris non prodest singulari successori habenti scientiam rei alienæ: secus in successore re vniuersali. Bartolus.

17 ¶ Si eam rē quam pro emptore vsucapiebas, scienti mihi alienam esse vendideris, non capiam vsu. 18 ¶ Etiam heredi vlteriori defuncti possessio proderit : quamuis medius heres possessionem eius nanctus non sit m.

Ibi vsucapietur res, scilicet si defunctus inceperat eā vsucapere: quia fuit sibi tradita.secus si non inceperat, quia fuit tradita heredi malæ fidei, licèt defunctus bona fide emisset: quia non inchoauit vsucapere.

16 ¶ Si defunctus bona fide emerit,vsucapietur, res quāuis heres scit alienā n esse.hoc & in bonorū possessore o,& in fideicōmissariis quib. ex Trebelliano restituitur hereditas,cæterisq. p prætoriis successoribus obseruatū est.

20 ¶ Emptori q tempus vēditoris ad vsucapionem procedit.

Per litis contestationem non interrumpitur vsucapio triennij : & ex duabus causis se non compatientibus res non potest possideri. Bartolus.

21 ¶ Si rem alienam emero:& cum vsucaperē,eādem rē dominus à me petierit,nō interpellari vsucapionem r meam litis contestatione. sed si litis æstimationē sufferre maluerim f, ait Iulianus causam possessionis s mutari ei qui litis æstimationem sustulerit. idémque u esse si dominus ei qui rem emisset à non domino, donasset, eáque sententia vera est.

III. VLPIANVS *libro septuagensimo-quinto ad Edictum.*

Litis æstimatio similis x est emptioni.

Mala fides in parte impedit vsucapionem alterius partis, si est incerta ratione loci & quota aliàs secus. Pau. de Castro.

IIII. IAVOLENVS *libro secundo ex Plautio.*

Emptor fundi partem eius alienam non † esse ignorauerat y. Responsum est,nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum. Quod ita verum esse existimo, si quæ pars aliena esset in eo fundo, emptor ignorauerat z. quòd si certum locum esse sciret, reliquas partes longa possessione capi posse non dubito.

1 ¶ Idem iuris est si is qui totum fundum emebat, pro indiuiso partem aliquam alienā esse

b ¶ *Quem puberem.* & sic est error ætatis.

c ¶ *Hic plus.* aliàs est non.aliàs fine non.

d ¶ *Sit in re.*plus enim est quòd res est aliena, quàm opinari eam esse pupilli,*vt supra ea.l.§. si sub conditione. & §. de ma.vindic. l. si pater. §. quotiens.* Aliàs est non, hoc modo, nō plus est in re, (scilicet quòd ille est pupillus,) quàm in existimatione,quòd creditur pubes:&tunc est sic supra *de acquir. here. qui put.t.* & sic duo erant hic errores: primus de rei dominio, secundus de ætate.

g Plus in re quàm in existimatione ea fit,& quomodo.

e ¶ *Non capies vsu.* vt *C.si quis ignorans rem mi.l.j.& C.eo.l.fi.* Accursius.

f ¶ *Nulli prodest.*vt *& §.de vsucap.l.nunquam.* Sed certe & si puberem putem, possum in iure errare:vt si credam possessionem sine decreto alienare:quod non potest.adquod dic vt notaui infra *pro donato.l.si vir uxori.*

g ¶ *Emero* b.rem quam possideo:nam possessionem transferre non potest,sicut nec pupillus sine tutore.

h ¶ *Capere.*pro emptore.nam de eo titu.hic tractat Azo.

i ¶ *Vtilitatis causa.* secus de rigore: quia non est contractus deficiente consensu.*& facit §.de Iustit.sed & si pupillus.§.fin.* Sed contra. *§.eo.cum Stichum.*Solue vt ibi.

k ¶ *Publiciana.*Imò competit:*vt §.de Pub.l.cum qui à furioso.quæ est contra.*Solu.vt ibi.

l ¶ *Si eam rem quam pro emptore.* idem in quolibet alio tit. *vt §.de acqui.poss.l.Pompo.in fi.*licèt alij dicant secus.& idem quod in herede:*vt j.l.si defunctus.*

m ¶ *Non sit.*nisi alius in medio possederit:*vt j.eo.tit.l.qui cum herede.§.fin.*

n ¶ *Scit alienum.*& est ratio:quia & si heres non adijsset,hereditas complerет vsucap.*vt supra e.l.nunquam.§.[illegible].* & quia est eadem persona:*vt in Auth.de [illegible]* & e cōtra si defunctus sciuit,heredi quamuis bo.fi.nocetur,licèt à se velit incipere:*vt j.de diuer.præscrip.cum heredes.* Quis ergo k pro herede vsucapit: Respon.heres in re quam defunctus bona fide posseder.[illegible]. Et not.ex prædictis [illegible]

ß An Titulus habitus à furioso, absque decreto & solennitatibus requisitis præstet causam præscribendi. v. Bart.hic.

¶ Vsucapionē complere potest etiam hereditas.

k Vsucapit quis pro herede.

parari a causam successoris vniuersalis & singularis:*vt hic & Insti. eo.de vsuca.§. diutina. & §.eo.§.si eam rem.*

o ¶ *Possessore.*ordinario:vt habeat locum sequens litera.

p ¶ *Cæterisque.*qui habent septimam bo.poss.extraor. *vt Institu. de poss.§.septima.*

a Successoris vniuersalis & singularis differentia.

q ¶ *Emptori.*facit *Insti. eo.§.inter.*

r ¶ *Vsucapionem* b .rei mobilis: secus de præscriptione in immobili, *vt C. de rei vindi. l. more litis.*Item hoc quò ad cursum : secus quò ad effectum:*vt §.de rei vindi. l. si post acceptum.* Sed hodie videtur interpellari etiam quoad cursum.*Cod.de anna.exceptio : vt possessim.* secundùm M.Sed secundùm Ioan. illa in quatuor casibus loquitur:*vt not. dict.l.si post acceptum.*

b Vsucapio an & quomodo interpelletur litis contestatione & sola citatione. vide hic apud Bar.

f ¶ *Maluerim.* pro re quam emeram à non domino & vsucapiebam.

s ¶ *Causam possessionis.* id est c eius quod est effectus possess.id d est vsucapionem,nā prius vsucapiebam:nunc nō, cùm factus sim dominus, si res præsens est:*vt §.de rei vin.l. eius. & l.hoc si.*causa autem possess. constat quia mihi non mutatur, imò & priorem causam retineo:*vt §.de acqui. poss.l. iij.§.ex pluribus. quæ est contra.*

c Causa pro effectu. d Vsucapio effectus est possessionis.

u ¶ *Idémque.*vt f.causa poss. mutetur prædicto modo.

x ¶ *Litis æstimatio similis.*vel vt c fiat dominus si res est præsens: *vt supra de rei vindi. l. eius. & l.sequent.* Vel vt detur causa vsucapiendi,*vt supra eod. l. j.* Item vt competat Publ. *vt supra de Publi. l.sed & si res. §.si lis.* Item vt de euic. teneatur f: *vt hic & §. rerum amo.l. si propterea. & argu. j. qui.ex cau. in pos.e.a.l.fin.* Sed non cauetur g de euic.licèt teneatur,*vt dixi,vt §. de rei vin.l. ex diuerso. §.petitor.& §.de condic.fur.si seruum , §. cauere.* Sed quidam dicunt eum non teneri de euic.*argum. C.de transac.si pro fundo.* sed certè hic non est transactio.Item facit *§.commo.l.si vt certo. §. j. & §.de euic.l. si seruum ven.§.j.*Sed argu.contra, *C. de ser.fugi.l.mancipia.in fin.* ADDITIO. Dic secundùm Bart.quòd ibi soluit pœnam:hic litis æstimationem.

† Sic Flor.sed libri manuscr. habent incertam lectionē ita alienam esse non ignorauerat. vtrumque defendi potest.

e Litis æstimatio quibus in rebus sit similis emptioni.

f Euictionis tenetur qui recipit litis æstimationem: imo non tenetur.v.Gl.hic. in §.ius.quibus in causis non possessio.

g Euictionis nomine caueri nō tenetur is qui recepit litis æstimationem. nisi in casibus quibus de euictione non tenetur. vt in Dynam. c. pro possessore de regu.in 6.

EMptor.] CASVS. Emi fundum meum à te:& partem h fundi scio alienam.quæritur an reliquas partes vsucapiam. Et distinguitur.nam aut nescio quæ sit pars aliena, nec ratione loci, nec quotæ: & hoc casu non vsucapiam, aut scio quæ pars sit aliena pro diuiso,& tunc vsucapiam cæteras partes.Fran.

y ¶ *Ignorauerat.*quantum est alienum,ratione loci & quotæ : *vt in primo.*aut scio ratione loci : *vt in secundo.* aut ratione quotæ : *vt in tertio.*

z ¶ *Ignorauerat.*ratio ergo incertitudinis i nihil valet argu.contra *§.de leg.j.l.si ita sit scriptum.* & secundùm hanc intellige supra *de acquir.poss.l.si quis fundum.* ¶ Sed k quid si emptor ignoraret quòd aliqua pars sit aliena: venditor scit, & dixerit , vendo tibi quicquid iuris habeo in isto fundo: Respon. non procedere vsuca. *arg. §.de acquir.poss.l. locus.* venditio autem tenet:*vt §. de here. ven.l. quòd si nulla,* Vel dic procedere vsucap.*vt j.eod. qui cum.§.j.*Nec obst.l.locus.quia potest dici quòd ibi vterq; sciebat quòd aliqua pars erat aliena, secundùm Il.

h v. quæ scripsi ad l.3.l.de acquir.possess.

i Possideri non potest res sub incerto cēsu, ideoque cū sine possessione non procedat præscriptio sequitur vt incertus titulus non sufficiat ad præscriptionem: incertus dicitur si quis vēdat,vel donet vel vendat quidquid iuris habet de quo. v.plenius Balbum tract. de præscriptionib. 3.parte 1. q. 6.

k Vsucapere an possit, qui partem scit esse alienam non ignorauit.

Stil.

scit[a]. eam enim duntaxat non capiet: cæterarum partium non impedietur lõga possessione capio.

Furtum factum à domino, vsucapibilem rem non facit, Bartolus.

v. MODESTINVS *libro 10. Pandect.*

SI rem quam tibi pigneraui, subripuero[b]. eámque distraxero. de vsucapione dubitatum* est. Et verius est vtiliter cedere tempora vsucapionis.

Qui ab alio rogat precario quòd possidet, incipit possidere ex noua causa, & desinit ex antiqua. Bartolus.

vi. POMPONIVS *libro trigensimosecundo ad Sabinum.*

QVi cùm pro herede vel pro emptore vsucaperet, precario rogauit[c], vsucapere non potest. Quid[d] porrò inter eas[e] res interest: cum vtrubique desinat ex prima causa possidere, qui precario vult habere?

Mala fides in vna re certa, non nocet in altera in qua certum est adesse bonam fidem, secus si ambæ sunt incertæ. Paulus.

1 ¶ Si ex decem seruis quos emerim, aliquos putem alienos, & qui sint sciam, reliquos vsucapiam. quod si ignorem qui sint alieni, neminem vsucapere[f] possum.

Vsucapio cœpta per defunctũ, completur per heredem etiam possessione non apprehensa. Paulus.

2 ¶ Post mortẽ eius qui hominẽ emerit: expleto tẽpore quod defuisset ad vsucapionem, quãuis eum hominem heres possidere non cœpisset, fiet[g] tamen eius[h]: sed ita hoc si nemo eum possedisset[i].

Ad vsucapionem sufficit sola possessio. Bartolus.

vii. IVLIANVS *libro quadragensimo quarto Digesto. * rum.*

QVi fundũ pro emptore possidebat: antequam diutinã possessionem impleret, decessit. serui qui in possessionem relicti fuerant, discesserunt relinquendæ eius gratia. Quæsitum est an nihilo minus heredi[k] tempus longæ possessionis procedere potest. Respondit, etiam discedentibus seruis hoc tempus[l] heredi procedere[m].

In parte addita fundo noua emptione, noua præscriptione opus est Bartolus.

1 ¶ Si fundum Cornelianum pro emptore longa possessione capiam, & partem ex vicini fundo ei adiiciam[n]: verum eam quoque partem reliquo tempore[o] pro emptore capiam, an integro statuto tempore? Respondi: partes quæ emptioni fundi adiiciuntur[p], propriam ac separatam conditionem[q] habent: & ideò possessionem quoque earum separatim nancisci[r] oportere: & longam possessionem earum integro statuto tempore impleri.

Restitutio procuratoris facta ei qui scit vel scire debet ad se non pertinere, vsucapiendi causam non tribuit: nisi procurator restituens fuerit sciens. tunc enim donare videtur. Bartolus.

a ¶*Scit.* putà tertiam.

S*I rem.*] Pone casum vt posui supra *de vsucap. l. sequitur. §. si rem pignori.* Franc.

b ¶*Subripuero.* Ego dominus: secus si non sum dominus: *vt* ȷ̃. *pro sol. l. fin. & C. eod. l. cum scit.* Vel solu. vt supra *de vsucap. l. sequitur. §. si rem.* vbi etiam quæsiui quomodo hoc casu potest[a] habere locum vsucapio: cùm dominus alienet. *& fa.* ȷ̃. *de fur. l. cum heres. §. j.*

Q*Vi cum pro herede.*] CASVS. Vsucapiebam rem titu. pro emptore, vel pro herede: & interim eandem rem petij precario à vero domino. dicitur quòd desino vsucapere. [SI EX DECEM.] Emi x. seruos à domino, quosdam scio alienos, & eos cognosco. alios vsucapiam. sed si non cognosco illos quos scio alienos, neminem eorum vsucapiam. [POST MORTEM.] Testator vsucapiebat seruum titu. pro emptore. decessit testator. heres interim distulit adire hereditatem. dicitur quòd hereditas complet vsucap. & ea completa si heres postea adeat here. efficitur dominus huius serui sicut aliarum rerum hereditariarum. & hęc sunt vera nisi alius interim eum seruum possidet. Franc.

c ¶ *Rogauit.* à vero domino: *vt* ȷ̃. *de adqu. poss. interdum.* non à creditore debitor. nam non desineret vsucapere: *vt* ȷ̃. *titu. ij. l. non solum. §. qui pignori. & §. fin.*

d ¶*Quòd.* pro quia. aliàs quid.

e ¶*Inter eas.* i. tit. pro empt. & pro herede ex vna parte: & precariũ ex alia.

f ¶*Neminem vsucapere.* ratione[b] incertitudinis[c]: *vt* ȷ̃. *eo. l. emptor.*

g ¶*Fiet.* adita hereditate, saltem animo.

h ¶*Eius.* vt ȷ̃. *tit. ij. l. captam.*

i ¶*Possedisset.* vt ȷ̃. *titu. ij. l. si de eo. §. j. & l. Pomponius. §. quæsitum.*

Q*Vi fundum.*] CASVS. Vsucapiebat Titius fundum titulo pro emptore. decessit interim Titius. serui defuncti qui stabant in illo fundo. recesserunt de fundo animo relinquendi posses. illius fundi. dicitur quòd adhuc procedit vsucapio. [SI FVNDVM.] Possidebam tit. pro emptore fundum si iam tenueram eum aliquo tempore, nunc cœpi possidere partem fundi vicini aliquo tit. dicitur quod de nouo incipio possidere & vsucapere illam partem. [SERVVS.] Seruus meus mandauit Titio vt ei emeret fundum. tandem illi seruo in testamento reliqui libertatem: & Titius emit fundum, & seruo facto libero tradidit. quæritur an ille factus liber vsucapiat fundum? & dicitur quòd non: siue Titius credebat concessum liberum peculium seruo facto libero: siue ignorabat. & redditur ratio: quia aut seruus nunc factus liber scit sibi peculium concessum non esse: aut scire debet, cùm in testamento manumisso intelligitur peculium ademptum: & sic si scit. est malæ fidei possessor. si autem ignorat: errat in iure & sic non vsucapit. & adducit simile de eo qui simulat se meum creditorem: & ei soluã. nam non vsucapit, cùm sit malæ fidei possessor. si autem sciebat Titius peculium manumisso eo. cessum non esse, & tamen soluit: præsumitur donare potius quàm indebitum soluere. [SI TVTOR.] Tutor rem pupilli surripiens vendidit eam. dicitur quòd emptor eam non vsucapiet, cùm sit furtiua. [QVI BONA.] Emi fundum à non domino bona fide, & eum possidere cœpi: tandem alius inuasit poss. fundi: & postea ab inuadente recuperaui: & eo tẽpore quo recuperaui, cœpi habere malam fidem. dicitur quòd nõ vsucapiam. & reddit rationem. postea adducit simile, cum emi rẽ à non domino bona fide: & tempore quo traditur mihi: incepi habere malam fidem, nam illam rem non vsucapiam. Postea adducit aliud simile. Vendidisti mihi seruum vitiosum qui tamen non erat tuus: tamen possidebas cum bo. fi. & tradidisti: tandem quia apparet vitiosus, reddidi eum tibi recepto precio: & nunc incipis habere malam fidem. dicitur quòd non vsucapies. Idem est in eo qui bona fide possidebat fundum, & postea deiectus de eo fuit, & eum recuperauit per interdictum vnde vi: & tempore quo recuperauit, cœpit habere malam fidem. [QVI SCIENS.] Interdictum est heredi quòd non dominus de rebus hereditariis. tandem vendidit cuidam hoc scienti, dicitur quòd ille qui emit. non vsucapiet. [PROCVRATOR.] Mandaui procura. meo vt venderet fundum quem possidebam: & hic fundus valebat cẽtum. tandem procurator vendidit eum pro xxx. odio mei, vt afficeret me damno. dicitur quòd si emptor hoc ignorauit, bene poterit præscribere. & adducit simile de eo qui sciẽs rem alienam vendidit ignoranti. dicitur quòd emptor pręscribit fundum. si autẽ emptor cum procuratore meo collusit. dicitur quod emptor non præscribit: [FVRTIVA.] Subripuisti mihi seruum. tandem eum mihi ignoranti esse meum seruum, obligasti: & eum luisti postea: & eum vendidisti cuidam bo. fi. ementi. dicitur quòd emptor non vsucapiet: cùm hæc res sit furtiua: nec videtur venisse in potestatem domini, cùm dominus hoc ignorauit. [LIBER HOMO.] Liber homo quem possidemus bona fide, ex iisdem modis nobis acquirit, ex quibus acquirit seruus domino. & ita liber homo si ex peculio quod ad me spectat, aliquam rem à non domino emerit, etiam ignorans vsucapio. Fran.

k ¶*Heredi.* qui adiuit antequam serui discederent: & sic fuit ei quæsita ciuilis per seruum.

l ¶*Tempus.* ante discessum seruorum, vel post.

m ¶*Procedere.* quia retinuit[a] ciuilem possessionem: quam nisi certis modis non potuit perdere: *vt* ȷ̃. *tit. ij. l. si id quod. §. j. & fa. si colonus. & quod ibi. no. &* ȷ̃. *de dolo l. cum quis.* Item hoc nisi sit alius ingressus *arg. supra l. proxi. in fin.*

n ¶*Adiiciam*[b]. acquirendo aliquo tit. aliàs quomodo vsucaperẽ?

o ¶*Reliquo tempore.* quod adhuc superest ad vsucap. complendam.

p ¶*Adiiciuntur.* s. post emptionẽ primã: secus si totũ simul: *vt in contra.* ȷ̃. *e. l. ij. §. sed si fundus.* Vel ibi totũ credidi vnius vẽdẽtis: hic nõ.

q ¶*Conditionem.* nisi adiiceretur per alluuionem: *vt supra de Pu. l. si ego §. idem ait.*

r ¶*Nancisci.* non ergo trahitur vltima acquisitio ad primam: quod videbatur ratione[c] cuiusdam vniuersitatis: sed non est: *vt* ȷ̃. *tit. ij. l. seruum. §. fi. & facit* ȷ̃. *de auro & argen. leg. l. cum aurum. §. fi. &* ȷ̃. *de iuris regul. l. fi.*

a Vsucapio eo locum habere possit, quo ea so dominus rẽ suam alienat.

p Inter Cassianos & Proculianos l. Sequitur. l. ti. proxi.

b Causæ duæ quoties concurrunt, quarum vna nocet, altera prodest, ea præponderat quę nocet: vt hic, qui in vna re bonam fidem habet, in alia malam eam inspicitur in qua malam fidem habuit. vt neutra vsucapiatur.

c Incertitudinis ratione vitiatur vsucapio.

a Per seruos proprios detinentes res hereditarias (& sic etiam per colonos & inquilinos) tempore quo aditur hæreditas hæres adeũdo non solum adquirit dominium, sed & possessionem: secus si nullus detinebat.

b Vsucapione noua indiget, quod fundo, qui vsucapitur, adiicitur.

c Vniuersitatis ratione nõ semper trahitur [illegible]

a ¶*Manumisso.* in vltima voluntate domini: vel etiam inter viuos.
b ¶*Cùm ignoraret.* errans etiam in iure, nã soluenti ad impediendã conditionem indebiti non nocet etiam error iuris: *vt no. C. de iur. & fac. igno. l. cùm quis.* & sic repetet hîc Titius condic. indebi.
c ¶*Seruum.* scilicet manumissum in vltima voluntate, vel etiam inter viuos &c.

2 ¶ Seruus meus Titio mandauit vt fundum ei emeret: eique manumisso Titius possessionem tradidit. quæsitum est an longa possessione caperet. Respondit, si seruus meus mandauerit Titio vt fundum emeret: & manumisso[a] ei Titius fundum tradiderit, cum putaret & peculium ei concessum esse, vel etiã cum ignoraret[b] peculium concessum non esse: nihilo minus* seruum[c] diutina possessione capere quia aut scit seruus[d] peculium sibi concessum non esse, aut scire debet[e] & per hoc similis est ei qui se creditorẽ esse simulat[g]. Quòd si scierit Titius peculium manumisso concessum non esse: donare potius[h] quàm indebitum fundum soluere intelligendus est.

Furtum tutoris facit rem inusucapibilem, nec sufficit rem in tutoris potestatem reuerti. Bartolus.

3 ¶ Si tutor rem pupilli subripuerit, & vendiderit: vsucapio non contingit prius quã res in potestatem[i] pupilli redeat. Nam tutor[k] in re pupilli tunc domini loco* habetur, cùm tutelam administrat[l], non cũ pupillum spoliat[m].

Eo tempore quo possessio recuperatur, debet quis esse bonæ fidei: aliàs non procedit præscriptio: siue recuperetur extra iudicium siue per actionem personalem, siue per interdictum. Bartolus.

4 ¶ Qui bona fide alienũ fundũ emit, & possessionẽ eius amisit[n]: deinde eo tẽpore adprehendisset[o] quo scit rem alienam esse, non capiet[p] longo tẽpore: quia initium secundæ possessionis vitio[q] non carebit: nec similis † est ei qui emptionis quidẽ tempore putat fundum vendentis esse, sed cum traditur, scit alienum esse[r]. Cùm enim[s] semel amissa fuerit possessio: initium rursus recuperatæ[t] possessionis spectari oportet[u]. Quare si eo tempore redhibeatur[x] homo, quo emptor[y] scit alienum esse, vsucapio non contingit[z]: quamuis antequam venderet, in ea causa fuerit, vt vsucaperet. Idem iuris est in eo qui de fundo deiectus, possessionem per interdictum recuperauit[a], sciens iam alienum esse.

Qui sciens emit ab eo cui est interdicta administratio à iudice, vel à lege, non præscribit. Paulus.

5 ¶ Qui sciens[b] emit[c] ab eo quem prætor[d] vt suspectũ heredem deminuere vetuit: vsu non capiet.

Malitia procuratoris non nocet emptori bonæ fidei: secus si procurator colludat. Bartolus.

6 ¶ Procurator tuus si fundũ[e] quem centũ aureis vendere poterat, addixerit[f] triginta aureis in hoc solùm vt te damno adficeret, ignorante emptore: dubitari nõ oportet, quin emptor longo tempore capiat. Nam & cùm[g] sciens quis alienũ fundum vendidit ignoranti: non interpellatur[h] longo possessio. Quòd si emptor cum procuratore colludat...

d ¶*Scit seruum.* & sic est malæ fi. quare non vsucapit: *vt s. titu. ij. l. si fur. §. j.*
e ¶*Scire debet.* quia* in vltima voluntate non intelligitur datum in dubio: *vt Insti. de legato. §. peculium.* si ergo hoc nescit, in iure errat: & sic non vsucapit: *vt supra de vsuca. l. nunquam in princ.* Vel dic, scire[b] debet: quia cùm esset legatum fuit ademptum, & hoc sciuit: sed dicit se obliuioni[c] dedisse: & sic etiam inter viuos esse potuit: quia expresse dixit dominus se non concedere peculium: & hoc sciuit: sed tradidit obliuioni manumissus: quare crassa[d] ignorantia nocet: *vt supra de iur. & fac. igno. nec supina.*
¶ Et secundũ hoc no. j. Quem[e] non debere tradere obliuioni quod scit. *sic C. de contrahend. & commit. stip. l. magnam.* 2. Item non[f] debere quem factum suum vel quasi ignorare: *vt C. de rescind. ven. quisquis & j. quod vi aut clam l. ij. in fin. & s. de cer. pet. l. quod te. & j. de fideiuss. l. si Titius. §. Seia.*
f ¶*Et per hoc.* refert se ad articulum quando sciuit sibi concessum non esse: & sic[g] fuit malæ fidei possessor: cui hic casus similis est.
g ¶*Simulet.* cum non sit. si ergo ex hac causa solutum sit, non vsucapit, cum sit malæ fidei possessor.
h ¶*Donare potius.* vt[h] *& j. de reg. iur. l. cuius per & s. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si mater.* non ergo repetit, & domino tenetur adhuc actione mandati: *vt j. de sol. l. si quis seruo & l. si seruus.* ¶Sed si quæras, secundùm Azo. an trãslatum sit dominium hoc casu in manumissum? Respon. ita, si procurator factus fuit dominus: quod est si ipse & tradens, vel alter eorum, hoc egerit, vt domino quæreretur. ¶Sed si ponas procuratori à non domino traditum esse, cúmque postea manumisso soluisse, & sciens peculium non concessum: an vsucapiet manumissus? Respon. ita secundùm Io. ¶Quid ergo s. proxi. dicitur? Respon. illud tunc verum est cum quasi creditor acceperit: hic verò quasi extraneus de dono habet vsucapionem. ergo siue sciat cum scienter indebitum soluere, & tunc ti. pro donato habet locum: siue ex prima causa credat sibi solui, cum tamen probabiliter[l] credat sibi peculium concessum, & tunc ex ea causa ex qua putat sibi tradi. si autem scit non concessum, est malæ fidei, & non præscribit: *vt s. proxi. respon.*
i ¶*Priusquam res in potestatem.* ¶Sed certè nec tunc, cùm sit pupillaris: *vt s. de acqui. re. do. bonæ si qua est contra.* Respon. non ob. postea quòd fuerit furtiua: sed[k] quòd est pupillaris, sic. Vel ibi in immobili: hic in mobili. Vel hic rediit postquam fuit factus pubes: & secundùm hoc dic in potestate pupilli: id est eius qui fuit pupillus. Vel secundùm Azo. de ipso pupillo dicit quòd interim non vsucapit, cùm sit possessione priuatus: *vt s. tit. in. l. cùm quæ.*
k ¶*Nam tutor.* videbatur sufficere redire in potestatem tutoris quasi domini: sed non est ita: nam &c.
l ¶*Administrat.* ad opus pupilli.
m ¶*Spoliat.* sic etiam in omnibus* est dicendum qui gerunt officium, siue in diuinis, siue in humanis rebus. *& facit j. de fur. l. interdum. §. tutelam. & C. de pactis l. pactum. & supra de mi. se. l. qui filium. §. itaque.*
n ¶*Admisit.* quia alius inuasit.
o ¶*Apprehendisset.* cum titulo, vel sine.
p ¶*Non capiet.* vsu: *vt & supra tit. ij. l. si is cui §. si quis bona.*
q ¶*Vitio.* personali.
r ¶*Alienum esse.* qui non vsucapit: *vt s. eod. ij. in prin.*
s ¶*Cum enim.* redit ad primum.
t ¶*Recuperatæ.* cum titu. vel sine titulo.
u ¶*Oportet.* vt vsucapiat, si habeat malam fidem: aliàs sic etiam ex primo tit. *vt no. in l. naturaliter.*
x ¶*Redhibeatur.* non est hic casus similis aliis nisi ad id de quo tractat: scilicet quia interrumpitur prima possessio, & initium secundæ[c] inspicitur, vtpote cum is cui redhibetur, redhibentis tempora sibi continet: sed non sic in aliis supradictis: quia ibi nõ continuantur tempora: *vt supra titu. ij. l. si hominem. & titu. ij. l. Pomponius. §. præterea. & §. quæsitum.*
y ¶*Emptor.* i[d]. venditor: *vt & supra de act. empt. l. veteres.* nam & hic quasi emptor est, cùm pretium reddit & dat: *vt j. de diuer. præscri. l. si duobus. §. vendi.*
z ¶*Non contingit.* quãdo secundum initium est vitiosum: *vt hic.* aliàs secus: *vt d. l. si hominem. & l. Pomp. §. præterea. quæ sunt contra.* Alij dicunt quod potest si incipiat à se. alij econtra, scilicet si velit continuare cum primo. prima placet.
a ¶*Recuperauit.* secus si incontinenti[e]: quia tunc possessor in[f] pristinam causam redit: *vt infra de vi & vi ar. l. qui possessionem.* ¶Sed an[g] hoc quod non vsucepit, pro interesse ab inuasore recuperat? Respon. non: *vt ar. j. de fur. l. si is cui. in fi.*
b ¶*Sciens.* si verò ignoraret datur accessio[h]: *vt s. tit. ij. Pomponius. §. si iussu.* Fran.
c ¶*Emit.* rem hereditariam.
d ¶*Prætor.* viuus postulantibus[i] creditoribus: quod causa cognita fieri debet: *vt supra de cur. fur. l. obseruare.* Vel dic etiam mortuus: quod facit mota quæstione de hereditate iudicio[k] petitorio: *vt s. de peti. here. diuus.* vel diuisorio: *vt s. fam. ercisc. alienationes. & facit supra de vsuca. si ab eo.*
e ¶*Fundum.* quem bona fide alienum possidebas. idem si tuum: si tamen pro certa quantitate tantum dari mandaueras: putà pro c. & ipse[l] minoris vendidit: quo casu dominium non transtulit: *vt s. man. si diligenter.* ¶Quid autem si[m] certa forma non erat præfixa in mandato: sed simpliciter mandauerat vt venderet? nunquid dominium trãstulit cùm dolosè eum pro minori vendidit? arg. quòd non *supra man. l. antepen. §. fi.*
f ¶*Addixerit.* i. vendiderit.
g ¶*Nam & cum.* vere malitia procuratoris nõ obstat præscriptioni: quia nec alterius cuiuslibet venditoris.
h ¶*Non interpellatur.* id est non impeditur. & hoc iure isto: hodie secus:

a Peculium tacite nõ sequitur seruum in testamẽto manumissum.
b Scire & scire debere paria. *Sic Plo. in ver. nihilo ma gis. ait Taure. & c & in mo.
c Obliuio nõ excusat.
d Ignorantia crassa nocet.
b Obliuioni tradere idem non debet cuius notitiam semel habuit.
g Ignorare factum suum nemo debet.
* Iuxta hoc Paul. ad Gal. c. 4. quandiu heres puer est, nihil differt à seruo, cũ sit dominus omnium &c.
g Malæ fidei possidet qui sciens alieno abutitur.
h Donatio interdum præsumitur.
l Opinio probabilis cõfert ad vsucapionem.
k Causæ duæ finales si sint vnius impedimenti, vna cessante, adhuc durat impedimentum.
a Tutores, curatores, omnes denique qui alienum officium gerunt domini loco habẽtur cum bene administrant nõ cum spoliant.
b Administratores ecclesiæ sic loco dominorum habentur cum bene administrant.
† dissimilis vt l. 2. sup. eo. in prin. maxime cum Iulianus author huius legis Sabinianus fuerit l. 2. in fin. sup. de orig. iur. & Sabinianorum hæc sententia fuerit l. si alienas sup. de vsuca.
c Possessionis secundæ initium tamen quandoque non inspicitur, sed causa primam traditionis.
d Emptor pro venditore.
e Incontinenti recuperata interdicto possessionem, in pristinam causam redire intelligitur.
f In pristinam causam possessionis qui redire dicatur.
g Vnde quæsitum in Gl. ad l. si quis vero de in verbo habituram sit de vi & vi armata.
h Vitiosa tamen non accedit vitiosis. Alberic.
i Hæres suspectus deminuere ex hæreditate prohibetur: vel Prætore, postulantibus id creditoribus, interdicente, vel mota quæstione de hæreditate.
k Hæreditatis mouetur quæstio iudicio petitorio vel diuisorio.
l Mandãs vendi pro certo, si mandatar minoris vendiderit, dominium non trãsfertur.
m Mandatum vendendi simpliciter habens, si dolosè minoris vendiderit, dominium nõ transfertur.

secus: vt C. de praescrip. long. temp. Authen. mala fidei. Accursius.
a ¶ *Mercaretur.* & sic illa procuratori vilius venderet.
b ¶ *Bonae fidei.* sic supra de leg. j. l. si seruus plurium. §. j. ¶ Et quòd dicit praemio, an idem si gratia: videtur idem, ar. j. de fur. l. pignori.
c ¶ *Replicationem.* quia collusit eum procu. & hoc nisi reliquum quod deest, vellet emptor supplere: tunc enim non obstaret replicatio: vt supra man. l. diligenter. §. j.
d ¶ *Ignorauerit.* vt & infra de fur. si ad dominum. in fin. tex. & de verbo. signific. l. Labeo. §. item si. & j. de vsuca. sequitur. §. tunc. nisi in casu: vt in d. l. sequitur. §. Labeo. Ar. contra Insti. de le. §. si quis rem suam.
e ¶ *Si igitur.* quantum ad propositum: quia in veritate suae rei pignus non contrahitur.
f ¶ *Pignori dedero.* quantum ad propositum.
g ¶ *Non poterit.* quia in potestatem tuam rediisse ignorasti.
h ¶ *Ex re nostra.* vel opera sua: vt j. de adquir. re. do. l. adquir. tur. §. de his.
i ¶ *Solemus.* ¶ Not. paria quo ad quid, liber homo possessus & seruus. sic j. de vsur. qui scit. §. in alieno.
k ¶ *Quare sicut traditione.* facta à domino.
l ¶ *Vsucapione.* quando à non domino.
m ¶ *Ignorantes.* facit j. pro soluto l. ij.

SI quis.] CASVS. Emi rem à Titio, quem sciebam pecuniam statim consumpturum. bene vsucapere possum istam rem, nisi Titio esset interdictum bonis: quia erat luxuriosus. nam tunc si emam ab eo, non vsucapio. Franciscus. Accursius.
n ¶ *Consumpturum.* non tamen in turpem vsum. Sed idem si in turpem vsum: si tamen poterat vendere: quia non erat ei interdictum: vel si erat, fecit cum tutore vel curatore: aliàs bona fides non prodest: vt supra de vsucap. l. vbi lex. Accursius.
o ¶ *A domino emit.* secundùm credulitatem suam.
p ¶ *Luxurioso.* cui per hoc erat interdictum bonis à iudice: sed furioso per legem interdicitur: vt supra de cur. fur. l. j. aliàs cuicunque det, quid ad me? & pro hoc supra de aleato. l. si. §. ij. resp. Alij dicunt etiam si non interdictum. & pro eis supra de mino. quod si minor. §. fina. & supra mande. l. si vero non remunerandi. §. si adolescens. Sed illa in minore loquuntur. Item pro eis infra quarum rerum act. non datur. l. ij. Sed ibi contraxerunt collusiores inter se: secus si extraneus. Vel illud in ac. de euic. aliud in principali.
q ¶ *Scorto,* id est meretrici.
r ¶ *Non vsucapiet.* lubatti di. nam &c.

QVi ob pactionem.] CASVS. Seruum meum manumisi, & ob hoc dedit mihi ancillam furtiuam. dicitur quòd partum ancillae poterò vsucapere tanquam emptor. Fran. Accur.

a Gratia an praemio quis corrumpatur nihil interest.
b Emptor qui collusit cum procuratore domini rei venditae bonae fidei emptor non est, ideóque domino rem restituere tenetur, nisi reliquum quod deest vero & iusto pretio suppleat.
* Fl. exceptionem.
e Pignus rei suae non contrahitur.
d Liber homo possessus & seruus in multis pares.
e Titulus habitus ab eo cui bonis est interdictum vel ab eo quem quis sciuit consumpturum in aliquem malum vsum non sufficit aut praestat causam praescribendi. vt Bart. in d. l. vbi lex.
f Is cui bonis interdictum est cum tutore vel curatore vendere potest.
h Titulus habitus ab eo cui bonis est interdictum non praestat causam praescribendi.
¶ si autem de iure gentium...

fit, & eum praemio corrupit quo vilius mercaretur [a]: non intellegetur bonae fidei [b] emptor, nec longo tempore capiet. & si aduersus petentem dominum vti coeperit exceptione [*] rei voluntate eius venditae: replicationem [c] doli vtilem futuram esse.

Res non dicitur reuersa in potestatem domini, qui furtum factum ignorauit. Paulus.

7 ¶ Furtiua res non intellegitur redisse in domini potestatē, quamuis possideret eā, si modò ignorauerit [d] subreptam sibi esse. Si igitur [e] seruum qui tibi subreptus erat, ignorāti tibi tuum esse, pignori dedero [f], & soluta pecunia cum Titio vendidero: Titius vsucapere non poterit [g].

Per liberum hominem bona fide possessum, ex re possessoris, & ex operis suis adquiritur dominium & vsucapiendi cōditio, sicut per seruum proprium. Paulus.

8 ¶ Liber homo qui bona fide nobis seruit, hisdem modis ex re nostra [h] adquirit nobis, quibus per seruum nostrum adquirere solemus [i]. Quare sicut traditione [k], ita vsucapione [l] rem nostrā faciemus, interueniēte liber a persona. & si peculij nomine quid nos sequi debet, emptio contracta fuerit: etiam ignorantes [m] vsucapiemus.

Qui emit ab eo quem scit consumpturum pretium, bonae fidei est: nisi sciat eum consumpturum in aliquem malum vsum. Bartolus.

VIII. IDEM *libro secundo ex Minicio.*

SI quis cùm sciret venditorem pecuniam statim cōsumpturum [n], seruos ab eo emisset: plerique responderunt, eum nihilo minus bona fide emptorem esse. idque verius est. Quomodo enim mala fide emisse videtur qui à domino emit [o]? nisi fortè & is qui à luxurioso [p] & protinus scorto [q] daturo pecuniam, seruos emit, non vsucapiet [r].

Dominus potest vsucapere partum ancillae furtiuae ab alio quàm à seruo subtractae, & per seruum domino traditae. Bartolus.

IX. IDEM *libro tertio ad Vitellium Ferocem.*

QVi ob pactionem libertatis ancillam furtiuam a seruo accepit: potest partum eius quasi emptor [s] vsucapere.

Dominus potest vsucapere partum ancillae à seruo manumisso sibi. actae, & sibi traditae. Bartolus.

X. IDEM *libro secundo ad Minicium.*

SEruus domino ancillam quā subripuerat, pro capite suo dedit. ea concepit, quaesitum est, an dominus eum partum vsucapere possit. Respondit, Hic dominus quasi emptor partum vsucapere potest [t], nāque [u] res ei abest pro hac muliere: & genere quodam modo [x] venditio inter seruum & dominum contracta est.

Iustissima causa erroris in titu. pro emptore tribuit causam vsucapiendi. Bartolus.

XI. AFRICANVS *libro septimo Quaestionum.*

QVod vulgo traditum est, cū qui existimat se quid emisse nec emerit, non posse pro emptore vsucapere: hactenus verū esse ait, si nullam iustam causam eius erroris emptor habeat [y]. Nā si fortè seruus vel procurator cui emendā rem mandasset persuaserit ei se emisse, atque ita tradiderit, magis esse vt vsucapio sequatur.

Per missionem in possessionem ex primo decreto, non desinit quis vsucapere vel praescribere. Paulus.

XII. PAPINIANVS *libro. 10. Responsorum.*

MIsso legatario in possessionem [z], res pro emptore

s ¶ *Quasi emptor.* qui nullo tempore sciuit alienam. idem si nato partu & inchoata partus vsucapione cognosceret, siue alienam, siue furtiuam. idem si post conceptionem ante natiuitatem cognouit simpliciter alienam. in aliis casibus secus: & sic non est contra supra de vsuca. l. sequitur. §. de illo. ¶ Item quo titu. dic pro soluto, & sic dictio quasi [b] non est expressiua veritatis nam est facio vt des: vt dixi j. pro soluto. l. ij. & facit infra l. prox.

SErvus.] CASVS. Seruum meum manumisi, & ob hoc dedit mihi ancillam, quàm ipsemet subripuerat: & haec ancilla peperit penes me. dicitur quòd vsucapiam partum. Fr. Accur.
t ¶ *Vsucapere potest.* ¶ Quid est ergo quod dicitur supra de vsucap. l. sequitur. §. de illo? Respon. superior [c] pars §. per inferiorem determinatur. Ioan. Vel aliter, ibi sciuit seruum vitiosè detinere antequam sibi seruus traderet: hic dominus ignorauit. Vel ibi dedit cum erat seruus: hic iā liber factus quondam domino tradiderat. Vel melius quando seruus non subtraxit ancillam, sed eam sine vitio suo habet, vsucapit dominus partum: vt j. l. proxi. at quando subtraxit eam, & tradit quoad seruus est, non vsucapit dominus: quia possessio [d] serui vitiosa domino nocet: vt j. d. §. de illo. & supra eo. l. ij. §. si seruus bona fide. si autem tradit iam liber, vsucapit: vt hic. Ioan.
u ¶ *Namque.* ¶ Si haec est ratio quare vsucapit partum cur in matre prohibetur: vt j. eo. l. ij. sed si seruus. Respon. non est ratio quare dicatur vsucapere: sed quare videatur quasi emptor.
x ¶ *Et genere quodam modo.* i. de iure gen. vt apparet j. de contrahen. emp. l. j. in prin. ibi. olim non erat. &c.

QVod vulgo.] CASVS. Id quod vulgo dicitur, cum non posse vsucapere pro emptore, qui credidit se emisse, & non emit, fallit in casu: vt si credam emptionem factam: vt ecce si mandaui seruo meo, vel procuratori meo vt emat mihi rem: & ille postea dicat se emisse, cū non emerit, & tradat eam mihi: nam vsucapio pro emptore illam rem. Fran. Accursius.
y ¶ *Emptor habeat.* A contrario [f] ergo si [g] iusta causa interuenit, habet locū vsucapio pro emptore. nā & sic facit ad tit. & pro hoc j. pro legato l. fin. & j. de vsuca. l. non solum. §. quod vulgo. ibi. hoc amplius &c. Alij dicunt, id est tit. pro suo. ar. j. de iure do. l. Proculus. ¶ Item quod dicit, iustam [h]: dic id est iustissimam. quia [i] in alieno facto: vt subicit: vt & j. pro suo l. fi. & dixi j. l. ij. in prin.

MIsso.] CASVS. Heres qui possidebat rem aliquam titulo pro emptore: licet legatarius mittatur in possess. huius rei causa legatorum seruandorum: tamen heres procedit in vsucapione. Francisc.
z ¶ *In possessionem.* causa rei seruandae.

a Quasi dictio nō semper est expressiua veritatis.
b Vsucapit partum qui interrumpitur, nisi quo casu accipiens sciuit furtiuam; adde quae scripsi in l. si ancillam. 4. inf. pro suo.
* l. prodigo. vide Anton. Aug. li. 4. c. 13.
c Superiori in ferioribus determinantur.
d Possessio serui vitiosa nocet domino.
e Obligatio inter dominū & seruum quasi iure gentium spectatur subsistere potest.
f Argumentū à contrario valet. s. v. S. & ... dum ... Ol ... in ...
g Vsucapit pro emptore qui iustissime errore credit se rem emisse.
h Iustum pro iustissimo.
i Erroris causa iustissima est in alio facto.

de rei uxo. act. l. unica. §. penul.

a ¶ *Non valet.* vt Institu. qui alie. ll. in prin.

b ¶ *Quam.* s. venditionem.

c ¶ *Conuenit.* inter sapientes. & tunc verbum conuenit, est præteritum. Vel dic quod sit præsentis temporis, id est cōueniens est ¶Sed contra. ✠. de regul. iur. quod in initio. & l. qui ab initio. Sed dic non conualescit solo tempore, vt ibi: sed alio cooperante sic, vt hic: Vel non conualescit de rigore, vt ibi, sed de æquitate ope exceptionis sic, vt hic.

a Ab initio quod non valet non conualescit solo tempore seu stricto iure sed alio cooperante: idque ex æquitate, ope exceptionis. adde Dynum in cap. non firmatur, de regu. iu. in 6.

2 Item contra C. de usucap. l. nec nos. Solut. quòd ibi dicit non obesse quod fecit cum non erat dominus, scilicet quo minus sit heres: obest tamen vt à vindicando except. repellatur. 3. Item contra. ✠. qui & à quibus l. si seruo. Solut. Secundùm quosdam aliud[b] in libertate: pro qua si eam dat, non obligatur: aliud in his contractib. Vel dic vt ibi. 4. Item argument. contra. ✠. de heredita. instituen. l. si alienum. j. respon.

b Libertas ser uo data non confirmatur ex iure superueniente manumittenti: quia sua non interest, cum ad aliquid nō teneatur. & hanc solutionem non admittit Bartol. potius quàm vt dicatur libertatē nonconfirmari ipso iure, sed ope exceptionis. vt in Glo. l. si seruo. eo l. qui & à quibus manumiss. vel aliud in libertatibus est: quòd cū difficilius dētur, difficilius reuocentur. vt in Glo. l. rem alienam. ✠. de pignorat. act.

c Dotē lucrari ex pactoma ritus potest, præmortua muliere.

d Pactum sua impugnare suo regulariter potest.

d ¶ *Si tota.* maximè. quia idem si solum illum fundum esset lucratus. aliàs si lucretur vir dotem ex[c] pacto, ex persona mulieris posset vindicare: non sua: cùm contra[d] suum factum venire nō possit: vt C. de reuoca. dona. l. cum profitearis. sed & tunc. s. si agetur ex persona mulieris, posset exceptione repelli: vt ✠. de euict. l. vindicantem. Accursius.

e ¶ *Extitit.* vt confirmetur, nō quòd statim sit emptor dominus: sed fortè definit esse vitiosa. & facit ✠. de contrahen. emp. l. si in emptione §. item si emptor.

vendidit scienti vel ignoranti rem dotis esse: venditio non valet [a]: quam [b] defuncta postea muliere in matrimonio confirmari conuenit [c]; si tota [d] dos lucro mariti cessit. idem iuris est cùm is qui rem furtiuam vendidit, postea domino heres extitit [e].

In vsucapione inchoanda per heredem, mala fides eius nocet. secus in inchoata per defunctum. Pau. de Cast.

XLII. IDEM libro vicensimosecundo Quæstionum.

Heres eius [f] qui bona fide rē emit, vsu non capiet sciò alienam [i] si modò ipsi [g] possessio tradita sit [h]: cōtinuatio [*] vera non impedietur heredis scientia.

In quæsitis per filium tam mala fides eius, quàm etiam patris impedit vsucapionem inchoati. Pau. de Castro.

1 ¶ Patrem vsu non capturum quod filius emit, propter suam [k] vel filij scientiam [l], certum est.

Per filium putatiuum nobis non quæritur. secus per seruū putatiuum. Bartolus.

XLIII. IDEM libro vicensimotertio Quæstionum.

Iusto † errore [m] ductus Titium filium meum, & in mea potestate esse existimaui, cùm adrogatio non iure [n] interuenisset. Eū ex re mea quærere mihi nō existimo. non enim constitutum est in hoc [o], quod in homine libero qui bona fide seruit, placuit, ibi propter assiduam & cottidianam comparationem seruorum ita constitui, publicè interfuit [p]. Nam frequenter ignorantia [q] liberos emimus: non autem tam facilis, & frequens, adoptio vel adrogatio filiorum est.

Vendens rem alienam præter voluntatem domini, transfert dominium, si tempore traditionis domini voluntas adest. Paulus.

1. ¶ Cōstat, si rem alienā scienti mihi vendas. tradas autem eo tempore quo dominus ratum habet: traditionis [r] tempus inspiciendum, rémque meam fieri [s].

Quantum ad bonam fidem, initium possessionis inspicimus quo ad rem ipsam: & etiam quo ad ea quæ procedunt ex ea. Bartolus.

2 ¶ Et si possessionis, non contractus [t] initium, quo ad vsucapionem pertinet, inspici placet [u]. nonnunquam tamen euenit, vt non initium præsentis possessionis [x], sed causam antiquiorem traditionis, quæ bonam fidem habuit, inspiciamus: veluti circa partum eius mulieris [y] quam bona fide cœpit possidere. nonenim ideo minus capietur [z]

Heres.] CASVS. Si Titius emit rem alienam bona fide, & decessit: & tandem tradita est eius heredi sciente alienam: dicitur quòd hic heres non vsucapiet. secus autem est si Titio tradita est, & tandem peruenit ad eius heredem. nam mala fides heredis non impediet vsuca. cœptam à defuncto. [PATREM.] Si mandante patre filius emit rem alienam, siue pater sciat rem alienam, siue filius: impeditur vsucapio. Fran. Accursius.

f ¶ *Heres eius.* emptoris.

g ¶ *Ipsi* heredi.

h ¶ *Tradita sit.* secus si defuncto. quamuis ipse malę fidei sit: vt ✠. pro emp. l. v. §. si defunctus. & ✠. de Publi. l. eum qui §. in hac. & hic subijcit. cui est contra ✠. tit. j. l. Pomponius. in fi. quia requiritur bona fides tempore emptionis, & traditionis.

i ¶ *Scientia.* re tradita defuncto. Vel dic scientia; id est propter heredis scientiam.

k ¶ *Propter suam.* s. patris.

l ¶ *Scientiam.* si mandante patre. s. filius emit nomine suo vtriusque scientia nocet: vt hic. Item & patris nomine. i. si tempore contractus sciuit vterque vel alter: vt hic. & ✠. pro empt. l. ij. §. Celsus. in fin. §. superueniens enim scientia patris non nocet. Sed quidam hunc casum non approbant: quia filij scientia non nocet, sed tantum patris ad vsuca. arg. ✠. pro emp. l. ij. §. Celsus. circa princ. In seruo dic. vt ✠. de ædi. edic. l. cum mancipium. & sic ad hoc facit ✠. de contrahen. emp. l. in huiusmodi. & ✠. pro emp. l. ij. §. si seruus. & §. sequen. & supra de lib. cau. l. imò. §. fi. Sed contra. ✠. de iur. & fact. igno. l. in quis. mum.

a Iusticia tulit in præscriptionibus ex scientia dicitur qui tendit ad domini translatione cessante scientia rei alienæ. v. Baldum tract. de præsc. j. parte i. quæst. j. nu. 4.

r ¶*Cessare vsucapionem.* re propria donata. Idem esset si de aliena, in casu cum donator pauperior est, & donatarius ditior. nā hoc quoque casu irrita est donatio. R.

s ¶*Mutare.* mutata quidem est causa possessionis, vtpote cum reuocata sit donatio: *vt supra de don. inter vir. & vxo. l. sed interim. §. fin.* ipsa vero cui donatum est, non potest sibi mutare causam possessionis: vt ipsa quę nunc iniustum tit. habet, efficiatur validus & iustus tit. scilicet pro donato.

t ¶*Ait.* scilicet Cassius.

u ¶*Intellegatur.* vt *s. de dona. inter vi. & vxo. cum hic status. §. si diuortium.* nec mutat causam posses. sed ei mutatur: *vt supra de vsucap. l. non solum. §. j.*

x ¶*Putat.* vt *s. de adqui. poss. l. j. §. si vir.* Sed contra. *s. de don. inter vi. & vxo. l. inter.* Solu. vt ibi. Accursius.

SI is qui.] CASVS. Donaui tibi rem alienam: tandem cum vsucaperes istam rem, existis mihi ingratus: & sic reuoco à te istam rem donatam: & de hoc est iudicium. dicitur quòd vsucapio non interrumpitur. Franc. Accursius.

y ¶*Donationē.* vel quia donatarius extitit ingratus: vel quia causa

a Vsucapit pro donato is qui rem à non domino donatā traditione accepit.
b Traditione facta à vero domino, statim transit dominium in accipientem.
c Donatio nō est nisi res fiat statim accipientis.
d Vsucapio pro donato locū nō habet vbi nulla est donatio, aut titulus donationis deficit.
e Legendum donantis, vt in Gl. l. vltim. ff C. eo.
f Vsucapio inducitur iusto errore: impeditur vero errore supino.
* vsu.
g Donationē putatiua seu erronea nō transfertur dominiū, aut vsucapiendi conditio. vt Cyp. in l. j. C. pro donato.
h Opinio supina, impedit vsucapionem.
i Vsucapere peculium sibi à parte donatū filius potest.
k Vsucapere pro donato filius potest quod vt bene meritus à patre accepit, quo casu vsucapio non incipit à die donationis factæ, sed eius confirmatione. morte patris. Proinde illo casu donatio non retrotrahitur, vt ab ipso momento donationis facta dominii consequutus sit, aut vsucapere ceperit, licet fructus suos ab illo momento faciat filius.
l Donatio facta filio in potestate à patre, patris silentio confirmatur, sed & eius hæredum.
m Donari filio vt extraneo potest.

propter quam donatum fuit, impleta non erat. Azo. Vel pone in donatione[a] causa mortis, quæ reuocatur conualescentia: *vt supra de dona. cau. mor. qui alienam.*

a Donatio causa mortis conualescentia reuocatur.

a ¶*Edidit*. id est litem contestatus fuerit.

b ¶*Curret vsucapio*. nihilominus: quia non interrumpitur lit. contest. *vt supra pro emp. l. ij.*

ediderit[a], rémque cœperit vindicare, curret[b] vsucapio.

Si concurrit error iuris cum errore facti, non impeditur vsucapio. Bart.

III. POMPONIVS *libro vicensimoquarto ad Quintum Mucium*

SI vir vxori, vel vxor viro donauerit: si aliena res donata fuerit, verum est quod Trebatius putabat, si pauperior[c] is qui donasset non fieret, vsucapionem possidenti procedere[d].

IIII. IDEM *libro trigensimosecundo ad Sabinum.*

SI pater filiæ donauerit quæ in potestate eius erat, & eam exheredauerit: si id heres eius ratū habeat[e] exinde ea vsucapiet donationem, qua ex die ratam heres[f] donationem habuerit.

Ante completam vsucapionem nō est acquisitum dominium vsucapiēti item non dominus serui non potest ipsum manumittere: sed si de facto manumittat, cadit à possessione: & sic vsucapio interrumpitur naturaliter Pau.

V. SCÆVOLA *libro quinto. Responsorum.*

QVi pro donato cœperat vsucapere, manumittendo nihil egit[g]: quia nec dominium nanctus fuerit. quæsitum est, an vsucapere desierit. Respondi, eum de quo quæritur, omisisse videri possessionem, & ideo vsucapionem interruptam[h].

V. HERMOGENIANVS *libro secundo iuris Epitomarum.*

DOnationis[i] causa facta venditione, non pro emptore, sed pro donato res tradita vsucapitur.

§. fi. hodie contra: *vt s. de anna. except. l. vt perfectius.* Vel illa in quatuor casibus loquitur, secundùm Io. Vel verius hic non fuit à vero domino lis mota: & sic[b] ciuilis interruptio non prodest aliis: licèt in naturali interruptione secus: *vt s. de vsucap. naturaliter.*

b Interruptio naturalis prodest aliis: at non ciuilis.

SI vir.] CASVS. Vir donauit vxori suæ rem alienam. dicitur quòd vxor poterit vsucapere istam rem: nisi vir ex ista dona. fit pauperior effectus: vt quia habebat vir eam commodatam, vel depositam. Fran.

c ¶*Pauperior*. pauperior[c] autem tunc intelligitur fieri, cùm eius rei nomine obligatus est cōmodanti vel deponenti: & hoc casu cessat, sicut & in sua: *vt s. eo. l. j. §. si inter*, aliàs si non tenetur, vel quia dominus consensit: obtinet quod hic dicitur, & *s. de don. inter vi. & vxo. si constante.* Accursius.

c Pauperior factus censetur qui obligatus est.

d ¶*Procedere*. Oppo. aut putauit dona. valere, & sic errat in iure: &[d] non vsucapit: *vt s. de vsucap. l. nunquam.* aut scit: & ita est malæ fidei: & non vsucapit: *vt s. de vsucap. si fur. §. p* Respond. hic speciale vt error iuris non noceat. Vel verius, hic duplex fuit error. errauit enim in iure credens donationem generaliter valere inter virum & vxorem. Item errauit in facto, putans rem donatam fore donantis: non errauit cū putauit dona. in illa retenere: putà quia maritus ex causa lucratiua habebat, vincitur[e] ergo hic error[f] iuris ab errore facti adiuncto per veram[g] opinionem quam vxor habuit in re donata: & sic procedit vsucap. Item ex dicto errore facti, quia credidit rem donantis, prouênit error iuris, dum putat rei propriæ coniugis valere dona. & ita ex quo principale[h] non nocet, nec accessorium. Item error facti & iuris est mixtus: vt patet ex prædictis: & sic non nocet, *arg. s. de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. generaliter.*

d Vsucapere nō potest qui errat in iure.

...usæ duæ quoties concurrunt quarum vna nocet, altera prodest, inspicienda est illa quæ nocet. *de quo C. Cepolam in l. 4 C. de vsucap. pro empt. nu. 15.*

f Error iuris ab errore facti adiuncto vincitur per verā opinionem.

g Opinione vera, error facti iuris errorem vincit.

h Principale si non nocet nec accessorium.

i Donatio reuocari videtur per exhæredationem.

SI pater.] CASVS. Pater filiæ quam habebat in potestate, donauit rem alienam: tandem eam exheredauit: decessit relicto herede: & heres habuit ratam donationem. dicitur quòd extunc poterit filia vsucapere. Fran.

e ¶*Ratum habeat*. cum pater mutasset volantatem: vel forte olim non confirmabatur silentio. Azo.

f ¶*Heres*. non enim prohibetur heres donare. ¶Sed an exheredādo[i] videtur mutare voluntatem forte? distinguitur: mala mente, vel non: *vt arg. s. de bo. lib. l. si patronatus.*

QVi pro donato.] CASVS. Seruum mihi donatum à non domino manumisi antequam vsucepissem eum, dicitur quòd non valet manumissio: & desino vsucapere illum seruum. Fran.

g ¶*Nihil egit. vt C. de his qui à non domino ma. l. si non proprietatem.*

PRO DERELICTO. TITVLVS VIII.

Res habita pro derelicto à vero domino, statim desinit esse ipsius, etiam antequam per alium occupetur: & efficitur occupantis, si scit eam pro derelicto habitam, si autem non erat illius, sed aliena: tunc occupans non acquirit statim dominium, sed vsucapiendi conditionem: & idem in alio qui habet causam ab ipso. Paul.

h *Interruptam*. ¶Nūquid procedet eo possidente libertatē: vt & aliàs inter emptorē & venditorē fit cōtinuatio: *vt s. pro emp. l. ij. §. emtori.* Respon. hic videtur dicere quod non: cùm dicat interruptam.

DOnationis.] CASVS. Vendidi tibi rem alienam causa donationis in totum. dicitur quòd tu vsucapies rem titu. pro donato: non pro emptore. Franc.

i ¶*Donationis*. in totum: *vt supra de contrah. emp. l. si quis fundum.* secus si pro parte *vt eo. tit. si quis donationis & facit C. de contrahen. empt. l. emptio. & plus valere quod agitur.*

a Præscriptionem non procedere ex titulo simulato sed ex vero, hinc colligitur.

I. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

SI res pro derelicto, habita sit, statim nostra esse desinit[k]: & occupantis statim fit: quia hisdem modis[l] res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur,

Res habita à domino pro derelicto, si sciens hoc, accipio eam, statim efficitur pro derelicto, & desinit esse eius: licèt Proculus contradixerit. Fran.

II. PAVLVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

PRo derelicto rem à domino habitam si sciamus[m], possumus adquirere. 1 ¶ Sed Proculus[n] non desinere[o] eā rē domini esse, nisi ab alio possessa fuerit: Iulianus desinere quidē omittentis esse: nō fieri autem alterius, nisi possessa fuerit, & rectè.

Quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem: sed non est idem iuris de parte quo ad totum. Bartolus.

III. MODESTINVS *libro sexto Differentiarum.*

AN pars pro derelicto haberi possit, quæri solet. Et quidē si in re cōmuni socius partem suam reliquerit, eius esse desinit: vt hoc sit in parte, quod in toto[p]. Atquin totius rei dominus efficere nō potest[q], vt partem retineat, partē pro derelicto habeat.

PRO DERElicto.

¶ *Iustar*[b] *habet donationis*: vt infra de stipula. seru. l. quod seruus. *& ideo post præcedentem titu. competenter ponitur.*

b Pro derelicto habere donare videtur.

¶ *Et similiter titulo*[c] *pro derelicto possidet qui rem à domino vel possessore derelictam occupauit. Cuiacius.*

c Pro derelicto titulo possidere quid.

SI res.] CASVS. Rē habuit dominus pro derelicto. statim desinit esse dominus eius rei: & qui eam occupat, statim fit dominus eius rei: & vltima verba l. expone vt in glo. Franciscus.

k ¶*Desinit*. mobilis[d], cum abiecta est: immobilis, cum exieris de ea animo derelinquendi. & sic non est contra *s. de acquir. possess. si quis vi. §. differentia. & facit j. l. proxi. & supra de noxa. li. quemadmodum. §. j. & infra de furt. l. falsus. §. si quis. & §. si iactum.*

d Pro derelicto res mobiles & immobiles quemadmodum habeantur.

l ¶ *Iisdem modis*. acquiruntur[e] enim per occupationē, quæ occupabiles sunt, vt feræ & similia. econtra amittuntur cum fuerint occupabiles, quæ ante non erant. *& facit infra de regu. iur. l. nihil tam & l. ferè. quibuscumque.* ¶ Et not. quòd in hac & duabus sequentibus legibus non habet locum vsucap. pro derelicto: quia statim fit occupantis cum erat derelinquentis. Accur.

e Occupatione res adquiruntur & amittuntur.

m PRo derelicto.] *Si sciamus*. aliud si[f] ex alia causa putarem me acquirere, & pro derelicto rem habitam occuparem, *arg. s. pro emptore. l. ij. §. si sub conditione & j. eo. l. si id quod.*

n ¶*Proculus*. & malè. argu. tamen pro eo. *supra ex qui. cau. ma. l. nec vtilem.*

o ¶*Desinere*. si modò desinat possidere: *vt dixi. s. l. proxi.* ne sit contra. *s. de acquir. pos. si quis vi. §. differentia.* Accursius.

AN pars.] CASVS. Si ego & tu habemus rem communem: possum partem quam habeo in re, habere pro derelicto: secus si partem rei meæ volo hàbere pro derelicto. nam non possum. Franciscus.

p ¶*Quod in toto*. sic[g] *s. de acquir. here. l. si seruus eius qui capere. & de vsur. l. qui scit.*

q ¶*Non potest*. sic *s. de acq. here. l. j. & de admini. tut. l. cum quæritur. & de procu. l. in causæ. & C. de iure deli. l. quidam. in fin.* & hoc nisi[h] fortè prius fundo diuiso, vel domo per parietes, alteram pro derelicto habeat: quia tunc duo fundi, & duæ domus sunt: *vt s. de lega. j. l. quadin rerum. §. si quis poss.*

f Vsucapere pro derelicto nō potest, qui pro derelicto habitam existimans non ... tat se vincere, sed ... quod Cepolæ tit. Cod. pro derelicto nō probatur. Plus enim valere veritatē quàm opinionem existimat.

g Partis ad partem idem ius, quod totius ad totum.

h Totius rei dominus partem retinere, partem pro derelicto habere quemadmodū possit.

Id quod

ID quod.] CASVS. Rem habitam pro derelicto à non domino apprehendi, credens quòd dominus verus esset ille qui habuit eã pro derelicto. dicitur quòd vsucapio istam rem. Franciscus.

a ¶Habitum. à non domino.

b ¶Putamus. à domino, scilicet pro derelicto.

SI id quod.] CASVS. Rem habitam à nõ domino pro derelicto occupaui, & eam vendidi tibi scienti eam pro derelicto fuisse. dicitur quòd bene vsucapies tam pro emptore, quàm pro derelicto. Idem si vxorẽ alienã donat viro: & vir eam vendat: nã emptor vsucapit. [ID QVOD.] Rẽ habitam pro derelicto à vero domino, apprehendi, statim mea efficitur. Idem cum quis spargit pecuniam, vel aues amittit: nam apprehendentium efficiuntur. Fran.

IIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

ID quod pro derelicto habitũ[a] est, & haberi putamus[b], vsucapere possumus, etiam si ignoremus à quo derelictum sit.

V. POMPONIVS libro trigensimosecundo ad Sabinum.

SI id quod pro derelicto habitum[c] possidebas, ego sciens in ea causa esse[d], ab te emerim me vsucapturum constat[e]: nec obstare quòd in bonis[f] tuis non fuerit. Nam & si tibi[g] rem ab vxore donatam sciens[h] emero: quia quasi volente & concedente domino[i] * id faceres, idem iuris est. 1 ¶ Id quod quis pro derelicto habuerit, continuo[k] meum fit: sicuti cum quis æs sparserit, aut aues amiserit: quamuis incertę personæ voluerit eas esse, tamen eius fierent cui casus tulerit †: eaque cum quis pro derelicto habeat, simul[l] intellegitur voluisse alicuius fieri.

VI. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

NEmo potest pro derelicto vsucapere, qui falso existimauerit rem pro derelicto habitam esse[m].

VII. IDEM libro 2. ex Minicio.

SI quis merces[n] ex naue iactatas inuenisset: num ideo vsucapere non possit, quia non viderentur derelictæ, quæritur. Sed verius est, eum pro derelicto vsucapere non posse.

Qui negat alimenta, & alij tradi mandauit: pro derelicto videtur habere. Bartolus.

VIII. PAVLVS libro octauodecimo Responsorum.

SEmpronius Thetidi[o] status quæstionem facere tentabat, quasi de serua sua nata sit[p]: qui[q] iam testato conuentus à Procula nutrice Thetidis in soluendis alimentis[r], respondit non se habere vnde alimenta eiusdem exsoluat: sed debere eá patri suo restitui Lucio Titio[f], idque * ea illa in testationem[t] redegisset, vt postea nullam quæstionẽ pateretur ab eodẽ Sempronio: Lucius Titius Seiæ Proculæ solutis alimentis[u] puellá vindicta manumisit. quæro, an possit rescindi libertas Thetidis. Paulus respondit quoniá dominus ancillæ ex qua Thetis nata est. Thetidem pro derelicto habuisse videtur, potuisse eam à Lucio Titio[x] ad libertatem perduci.

PRO LEGATO. TITVLVS IX.

Ille possidet & vsucapit titulo pro legato, cui locatum est à non domino. vt in glo. Francis.

I. VLPIANVS libro 6. Disputationum.

LEgatorum nomine is videtur possidere, cui legatum est[y]. Pro legato enim possessio & vsucapio nulli alij quàm cui legatum[z] est, competit.

II. PAVLVS libro quinquagensimo quarto ad Edictum.

SI possideam aliquam rem, quam putabam mihi legatá, cum non esset[a], pro legato non vsucapiam.

III. PAPINIANVS libro vicensimotertio Quæstionum.

Non magis quàm si quis emptum existimet, quod non emerit[b].

Not. hic casum in quo ille qui habet causam à domino non efficitur dominus, adquirit vsucapiendi conditionem. Pau.

IIII. PAVLVS libro quinquagensimoquarto ad Edictum.

PRo legato potest vsucapi, si res aliena legata sit: aut testa-

c ¶Habitum. à non domino: aliàs statim effet factus dominus.

d *In ea causa esse.* id est pro derelicto habitam.

e ¶ *Constat.* tam pro emptore, quàm pro derelicto.

f ¶ *In bonis.* i. in dominio.

g ¶ *Nam & si tibi.* bonum simile[a], nã quod pro[b] derelicto possidetur, quasi ex donatione possidetur: *vt j. de stipu. ser. l. quod seruus.* Accur.

h ¶ *Sciens.* tibi donatã non sciens alienam.

i ¶*Domino.* putatiuo: quia (vt dixi) tesserat aliena: & sic cũ nõ sit facta pauperior, procedit vsucapio: *vt j. tit. j. l. si vir.* & dic quòd dicitur concedere etiam si est absens cum donauerit. Sed quidá dicũt quòd etiam si sua res fuisset, habet locum quod hic dicitur: vt tamen exigant eam præsentem cum vir vendit: & sic emptor quasi à muliere videatur emere: & secundũm hoc præsens consentit.

k ¶*Continuò.* id est statim cũm apprehenderit.

l ¶ *Simul.* post apprehensionem. differunt[c] tamen missilia ab habitis pro derelicto: quia qui habet pro derelicto, principaliter vult carere: vnde etiá antequã ab alio apprehendantur, desinunt esse sua: *vt j. eod. l. ij. in fi.* sed iactata in vulgus principaliter vt alius habeat: licèt secundario carere velit, tamen demum post apprehensionem alterius desinit esse dominus: *vt & Inst. de rer. diui. §. hoc amplius.* & *§. pe.* Item est arg. contra. *huic §. J. de testa. tut. l. tutor incertus.* & *l. tutorita.*

NEmo potest.] CASVS. Rem quam putabam esse pro derelicto, cũm non esset, apprehendi. dicitur quòd non vsucapio. Fran.

m ¶*Esse.* nisi[d] iustus error interueniat: vt in aliis diximus supra *de vsucap. l. Celsus.* Accur.

SI quis merces.] CASVS. Mercator merces quas habebat in naui, eiecit eas adeo compositas quòd aqua nõ poterát eas destruere. dicitur quòd non præsumitur velle eas habere pro derelicto: & ideo apprehendens eas non vsucapit titulo pro derelicto. Fran. Accursius.

n ¶*Si quis merces.* si bene compositas: vt etiam si nõ capiatur, peritur non fint: alioquin[a] credendũ esset derelinquendi animo merces iactasse: *vt j. de fur. falsis. §. si iactum. so.* & *facit ¯s. ad le. Rho. de iac. l ij. §. si.* & *l. qui leuandæ.* & *Insti. de rerum diui. §. si.*

SEmpronius.] CASVS. Thetis nata ex serua Sempronij, & ex Lucio Titio: habebat Proculam in alumnam: quæ alumna nomine Thetidis petiit alimenta à Sempronio: & Sempronius denegauit ei Thetidi dare alimenta, & dixit: vadat ad patrem suum Lucium Titium. & hæc responsio fuit in scriptis redacta: tandẽ Lucius Titius eam apprehendit, & manumisit. dicitur quòd libera est, quasi dominus habuerit eam pro derelicto, & sic effecta fuit Lucij: & sic Lucius tanquã effectus dominus potuit eam manumittere. Fran.

o ¶*Thetidi.* pupillæ.

p ¶*Nata sit.* de Lucio Titio: *vt infra in fin. le gis.*

q ¶*Qui.* f. Sempronius.

r ¶*Alimentis.* quæ si dominus erat, dare debebat.

f ¶*Lucio Titio.* qui pater erat Thetidis.

t ¶ *In testationem.* i.[b] scripturam coram testibus.

u ¶*Solutis alimentis.* & apprehensa puella à Lucio Titio.

x ¶ *Lucio Titio.* qui eam occupauit. & est sic supra *de noxa. quemadmodum. §. j.* Sed videtur statim libera: *vt in authen. de nup. §.* & *multò potius* & *C. de Lati. lib. tol. l. j. §. sed scimus. quæ sunt contrat* Solu. hic dixit dandam Lucio Titio: quod non dixit in contrariis. Alij q; illæ hanc corrigant. 3. Tu dic quòd[c] illæ in languente, hic in non languente. ¶An autem sola[d] denegatio alimẽtorum faciat haberi pro derelicto? Respon. non: *vt C. de infan. ex. l. ij.* & *facit supra de fu. bon. l. seruus.* & *de dam. infect. l. si finita. §. non autem.* & *§. si quis.*

PRO LEGATO.

¶ *Titulo. pro legato possidet is qui ex legati causa aut legati nomine rem habet. Cuiacius.*

y LEgatorum.] Legatum est à non domino, & quandoque à domino: *vt j. l. iij.* aliàs statim[e], fit dominus etiam sine traditione: *vt. j. de fur. l. à Titio.* ¶ Et an sic curat vsucapio sine traditione poss. dic vt *¯s. de vsucap. Celsus.*

z ¶*Legatum.* vel iustus error interuenerit. quòd dic *vt j. ea. l. iiij.* & *j. pro suo. l. pen. §. si.*

SI possideam.] CASVS. Credo rem mihi legatam, cum non sit. non vsucapiam eam tit. pro legato. idem in tit. pro emptore. h. d. cum l. seq. Francis.

a ¶*Non esset:* nec iustus error adest: *vt dixi ¯s. l. proxi.*

b NOn magis.] *Non emerit.* nec iustissimus error interuenerit: *vt ¯s. pro emp. l. ij. in princ.* & *l. quod vulgo.*

PRo legato.] CASVS. Siue testator legat rem alienam mihi, siue suam, & in codicillis adimat, & hoc ignorem: dicitur quòd vsucapio istá rẽ tit. pro legato. Idem est & si leget Titio, & duo sint

* domino.

Qui eas habet ferie.

a Pro derelicto & pro donato vsucapio nisi similitudo. b Pro derelicto habendo mare videtur.

* Missilium & pro derelicto habitorũ differentia.

d Vsucapere pro derelicto is etiã potest qui iustissimo errore putat rem (aliénam te ipsa) habitam pro derelicto. vide Cuja. lem. C. de. fur. pro aus. ecin.

a Pro derelicto rẽ haberi colligimus ex animo & actio ne ipsi. rẽ. f. i. proiectã in vt hic: qui merces bene compositas in fluctum proicit, pro derelicto rem suam habere non intelligitur, hoc est rem suam perdere velle. adde Glo. j. 30 §. 1. de adquir. rerum dominio vide qs est illa.

b Testatio pro scriptura coram testibus facta.

c Alimenta languenti seruo denegans dominus statim liberum facere videtur.

d Pro derelicto nõ statim habetur cui alimenta cantum futura denegantur, vel hic: Imò pro derelicto habetur adeo vt seipsum possit occupare & pro libero gerere.

e Legatorũ dominium statim transit in legatarium, si res ei legata est à domino: si à non domino, vsucapio à conditione.

Titij, & vnus eorum apprehendat legatum. nam vsucapit. Fran.

a ¶*Adempta.* Quòd ergo est ademptum[a], non omnino perinde habetur ac si legatum non fuisset, cum[b] hoc inducat iustam causam errandi: & est sic in reuocatione mandati: *vt j. de solu. cum qui.* Sed arg. contra *s. de le. j. l. si ita sit scriptum*[c]. Sed ∥ res adempta erat testatoris, & sit postea heredis: ergo transtulit dominium in legatarium: non ergo indiget vsuca. Ad hoc quidam dicunt quòd res erat apud legatarium sine vitio: *vt inf. eod. l. si non traditam.* 2 Alij quòd heres nó tradidit, sed dixit, cuicunque est legata, eam accipiat. vnde non videtur huic tradidisse, cum ei legata non erat. 3 Alij quòd vere tradidit heres: sed sub conditione, si ei debetur, statim est dominus: nunc ergo vsucapiet. 4 Tu dic quòd heres simpliciter tradidit: & prudens in iure credebat dominiú[d] rectà via in legatarium transisse: vnde tradendo non intendebat transferre dominium: sed[e] iam translati dominij pos. tradere: vnde non transtulit: *vt s. de condic. ob cau. l. iij. §. subtilius.*

b ¶*Iusta causa.* sic *infra eod. l. fin. & arg. supra de acquiren. hered. l. cum quidam. §. quod si ipse putet.*

c ¶*Idem potest dici.* si sit iustus error.

d ¶*Existimauerit.* & existimare debuit propter maiorem affectum[g]: nec dubium sibi erat. aliàs si in dubium reuocet ius, impedit hoc legatum: *vt supra de rebus dub. si fuerit.* & ita hic erraret in iure: & sic non vsucaperet.

toris quidẽ sit, sed adempta[a] codicillis ignoratur. in horũ enim persona subest iusta[b] causa, quæ sufficit ad vsucapionem. Idẽ potest dici[c] & si in nomine erit dubitatio: veluti si Titio legatũ sit, cum sint duo Titij: vt alter eorũ de se cogitatum existimauerit[d].

Quantum ad vsucapiendum tit. pro legato, sufficit mors illius qui legauit, & quòd putetur fuisse ipsius, licèt sit aliena. & dominus eius viuat. Paulus.

V. IAVOLENVS *libro septimo ex Cassio.*

EA res quę legati nomine tradita est: quamuis dominus eius viuat[e], legatorum tamẽ nomine vsucapietur.

VI. POMPONIVS *libro trigesimo secundo ad Sabinum.*

SI is cui tradita est, mortui esse existimauerit[f].

Is potest vsucapere tit. pro legato, qui potest capere ex testamento. Fran. Accursius.

VII. IAVOLENVS *libro septimo ex Cassio.*

NEmo potest legatorum nomine vsucapere, nisi is cum quo testamenti factio est[g]: quia ea possessio ex iure testamenti proficiscitur.

Semper non est necessaria traditio ad vsucapiendum.

VIII. PAPINIANVS *libro vicesimotertio Quæstionum.*

SI non traditam possessionem ingrediatur sine vitio[h] legatarius, legatæ rei vsucapio competit.

EA res.] CASVS. Legasti mihi rem Titij. dicitur quòd vsucapio istam rem licet dominus eius viuat: dum tamen credam testatoris fuisse. & h. d. hæc l. cum seq.

e ¶*Viuat.* Non est cótra *s. pro herede. l. j.* quia ibi non erat mortuus cuius credebatur fuisse hereditas. & hic erat mortuus cuius credebatur fuisse res legata. & fa. *j. pro suo. l. pen. §. fin. & l. fin. & coniunge le. seq.* Accursius.

f SI is.] *Existimauerit.* & est verum eum mortuum esse, & scitur.

g NEmo.] *Fallit est.* passiue: *vt j. eod. l. fin.* Sed si eius rei non habeat commercium, idem: secus si ab eo legetur qui nonest capax: *vt supra de lega. ij. mortuo. §. Labeo.* ¶Item quid si errãs in facto putet se ∥ posse vsucapere, quia incestuosus est: sed putat se legitimum: Item quid si aliàs sit capax, sed[f] non ab isto à quo credit sibi relictum: Respon. hoc casu non vsucapit. Azo. Item facit supra *pro herede l. fin.*

h SI non tradi tã.] *Sine vitio.* vt quia heres non satisfdat: *vt in exéplo j. quorum le. l. j. §. si per legatarium.* Vel quia heres accommodauit voluntatẽ, licet non tradidit: vel quia vacantem & nódum per heredem apprehensam occupauit. & secundùm hoc non obst. *s. de adquir. poss. l. si ex stipulatione.* Item facit hæc l. ad id quod no. *s. de vsucap. l. celsus.* ¶Sed nónne tenetur petitione hereditatis? Dic quòd non, propter iustum errorem. quod dic *vt j. l. p. oxi. not.*

PRo legato.] CASVS. Is potest vsucapere titu. pro legato, cui potest legari, quia sit persona quæ possit capere ex testamento. Secundo impubes condidit testamentum, & legauit Titio aliquam rem: hic Titius credidit testatorem esse puberẽ: & sic posse testari. dicitur quòd vsucapiet. Tertiò, testator leg. uit mihi rem tandem ademit eam mihi in còdicillis: ego hoc ignorans cœpi possidere illam rem. dicitur quòd vsucapiam. Fran. Accur.

i ¶*Rectè.* i. cui testator rectè legare potuit.

k ¶*Non iure.* Sed op. aut sciebat: & tunc mala fide: *vt s. de vsuca. l. si fur.* aut non: & sic errabat in iure: & tunc idem vt non vsucapiat: *vt s. de vsuc. l. nunquam?* Respond. licet de iure non teneat, tamen legatarium dic in facto errasse: vt quia[a] credidit puberem & sic posse testari, qui erat impubes. *ar. s. pro empt. l. ij. §. si à pupillo.* Vel credidit adesse septem testes vel sigilla, vel ex causa præteritionis apparuit postea non valere iure isto: licet hodie secus: *vt C. de li. præte. authen. ex causa.*

l ¶*Ademptum est.* de hoc dixi *s. eo. pro legato.*

m ¶*Post.* si iustus sit error. ¶Sed videtur quòd cesset vsucap. pro leg. cũ teneatur petitione hereditatis quę est perpetua[b]: *vt C. de pet. here. l. hereditatis?* Resp. propter iustum[c] errorem habetur ac si titulum[d] haberet: vnde dicta actione non tenetur.

a Testari impubes nõ potest.

b Hereditatis petitio perpetua est.

c Error iustus pro titulo habetur.

d Titulum habere videtur, qui errorẽ iustum habet.

IX. HERMOGENIANVS *libro quinto Iuris epitomarum.*

PRo legato vsucapit, qui rectè[i] legatum relictũ est. Sed & si non iure[k] legatũ relinquatur, vel legatum ademptum est[l]: pro legato vsucapi post[m] magnas varietates obtinuit.

PRO DOTE.
TITVLVS X.

Si res detur in dotem vniuersaliter, vel specialiter, matrimonio contracto vsucapitur pro dote, ante contractum vero vsucapitur pro suo: nisi expressè sit actum quod non trãseat dominium nisi matrimonio contracto: & hoc siue res detur æstimata, siue inæstimata. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigesimoprimo ad Sabinum.*

TItulus est vsucapionis & quidem iustissimus, qui appellatur pro dote:[n] vt qui in dotem rem[o] accipiat, vsucapere possit[p] spatio solenni quo solẽt qui pro emptore vsucapiunt.

1 ¶ Et nihil refert, singulæ[q] res an pariter vniuersæ[r] in dotem dentur. 2 ¶ Et primum de tempore videamus, quando pro dote quis vsucapere possit: vtrũ post tempora nuptiarum[s], an vero & ante nuptias[t]. Est quæstio vulguta[u], an sponsus possit, hoc est qui nondum maritus est, rem pro dote vsucapere. Et Iulianus inquit: Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, vt non ante eius fieri vellet. quá nuptiæ secutæ sint: vsus quoque capio

PRO DOTE.

¶*Titulo pro dote possidet qui ex causa dotis rem sibi habet. Cuiac.*

TItulus.] CASVS. Titulus pro dote iustissimus est: namq; quum est vt qui accepit rẽ in dotẽ, possit eam vsucapere titu. pro dote: sicut qui emit, vsucapit tit. pro emptore. nec est vis vtrũ res quas dedit vxor in dotem, omnes sint alienæ: an quædam sint suæ, & quædã alienæ. Postea dicit quãdo vsucapere quis possit ti. pro dote: an demum post nuptias contractas: an etiam ante? Et dicitur quòd ∥ sponsa post contractas nuptias dedit dotem sponso eo animo vt demum fiat eius: tunc antequam matrimonium sequatur, non poterit vsucapere vir. ∥ autem non apparet quo animo dederit: cum præsumamus quod dederit eo animo quòd statim fiat eius: sic spõsus possit statim vsucapere illas res tit. pro suo: non pro dote. [CONSTANTE.] Vxor res alienas dedit in dotem viro. dicitur quòd vir potest illas res vsucapere tit. pro dote. hoc fallit in duobus casibus. Primus, quando nullum matrimonium est contractum: licet hoc putarent. alius, vt si est contractum inter personas quæ sunt prohibitæ à iure contrahere. Fran.

n ¶*Pro dote.* vt *s. de Publi. l. sunt & aliæ. §. j.*

o ¶*Rem.* alienam.

p ¶*Possit.* facit *C. eo. l. vnica.* Accursius.

q ¶*Singula res.* i. singulariter, & per se tantum. res enim illæ alienæ fuerunt datæ in dotem.

r ¶*Vniuersæ.* s. res mulieris. i. cum aliis quæ erant mulieris, vel dãtis: & sic omnia bona sua dedit, inter quę erant quędam res alienę: & hoc casu videtur[e] dominium transire sine possessione, vt in societate omnium bonorũ: *vt s. pro socio. l. v.* sed vsucapio demum[f] secuta possessione: *vt s. de vsuc. l. sine.* Sed nó audeo primũ dicere, quod dominium sine possessione transeat, quando generaliter dedit: sed fortè pro suo habet locũ: *vt j. inuuit. §. proxi.* Sed alio casu ibi dicit.

s ¶*Nuptiarum.* & ita post matrimonium contractum.

t ¶*Nuptias.* & sic ante contractum de iure, vel de facto. Accur.

u ¶*Vulgata.* i. consueta[g]. Vel dic apertius & magis vulgariter quàm supra, licet statim facta sit illa eadem quæstio supra proxim.

e Dominiũ rei dotalis non transfertur in marit. cum sine traditione etiã si in dotem data sit vniuersa bona rem, vel terrã putà hæreditas. de quo est Campeg. trac. de dot. part. 4. q. 6. adde Cepolam. C. eod.

f Vsucapio nõ transfertur sine possessione.

g Vulgatũ pro consueto, aperto.

Cessabit.

cessabit[a]. Si tamen nō euidēter[b] id actum fuerit, credendum esse id agi Iulianus ait, vt statim res eius[c] fiant[d]: & si alienæ sint, vsucapi possint[e]. quæ sententia mihi probabilis videtur. Ante nuptias autem non pro dote vsucapit, sed pro suo[f].

3. ¶ Cōstante[g] autē matrimonio pro dote vsucapio inter eos locum habet, inter quos est[h] matrimoniū: cæterùm si cesset[i] matrimonium, Cassius ait cessare vsucapionem: quia ei dos nulla sit.

4. ¶ Idē scribit, & si putauit[k] maritus esse sibi matrimonium, cum non esset vsucapere eū non posse: quia nulla dos sit[l]. quæ sententia habet rationem.

Ante contractum matrimonii æstimata res à sponsa sponso data, non vsucapitur à viro nec titul. pro suo: nec tit. pro emptore. Fran. Accur.

II. PAVLVS *lib. 54. ad Edictum.*

SI æstimata[m] res ante nuptias tradita sit: nec pro ēptore, nec pro suo[n] āte nuptias[o] vsucapietur.

Res præscripta vel vsucapta in iudicium diuisorium non venit. Bart.

III. SCAEVOLA *lib. 25. Digestorum.*

DVæ filiæ intestato patri heredes extiterūt: & mācipia cōmunia singulæ[p] in dotē dederūt: & post aliquot annos à morte patris familiæ erciscundæ iudiciū inter eas dictatum est, quæsitum est, cum mariti bona fide mancipia in dotem accepta, vt dotalia multis annis[q] possederunt: an vsucepisse videantur, si qui accipiebant, dantis credidissent esse. Respondit nihil proponi cur non vsucepissent[r].

a ¶ *Cessabit.* pro dote, & pro suo: quia nec dominium transferet si sic daretur: licet esset mulieris: *vt* §. *de iure do. l. dotis fruct.* §. *fin.*

b ¶ *Non euidenter.* id est non apertè.

c ¶ *Eius.* sponsi.

d ¶ *Fiant.* *vt* §. *de iure dot. lege sed nisi. & est sic sup. de here. instit. l. quotiens.* §. *si duo. & de donat. l. Aristo. & de admi. tuto. l.* §. *si duo.*

e ¶ *Possint.* tit. pro suo & sic soluitur contrarium infra l. proxi.

f ¶ *Sed pro suo.* hoc cū dos[b] fuit inæstimata. secus si æstimata: *vt infra leg. proxi.* secundùm Azo. & H. vel aliter vt ibi.

g ¶ *Cōstāte.* i. est cōtracto de iure & de facto.

h ¶ *Si cesset.* de facto. & de iure: vt differat à sequenti respon. *& est sic sup. de iure do. leg. iij. & supra tit. j. l. nemo.*

i ¶ *Nulla sit.* sine matrimonio.

k ¶ *Putauit errans*[c] in iure: vt quia credebat valere in casu phibito qui multis sūt: *vt instit. de nupt.* §. *sunt & alia.* vnde cum sit error iuris, nocet *vt hic, & sup. de vsuc. l. nunquam.* secus si[d] in facto erret: vt quia credebat liberam, quæ est, ancilla: quia tunc vel pro dote, propter iustū errorem, habet locum: vel p suo. secundū Azo. vel vtraq; secūdùm alios: *vt sup. de iure do. l. Proculus.*

l ¶ *Sit.* vbi non sit matrimonium.

m SI *æstimata.* secus[e] si nō æstimata: *vt* §. *e. l.* j. §. *ante.* qua est cōtra, secundū Azo. & H. & dic in æsti. etiā si æstimentur ideo vt sciatur an fiant deteriores: *vt C. de iure do. l. si inter.* Alij, vt R. distinguunt, an sic dentur, vt demum secutis nuptiis, fiāt accipientis: & tūc obtinet quod hic. an q statim, vel nihil de hoc agitur: & tūc quod ibi. *& pro eo. infra titu. j. l. i.* Cui oppon. §. *pro emp. l. ij.* §. *si sub condit.* Sed respon. verum est pro emp. vt ibi: sed pro suo sic & hic, etiam ante cōditionem. vel illud in condit. expressā: hic in tacita. Tu dic q cum dantur æstimatæ: etiam si agitur vt statim fiant viri, tamen contractus suspenditur in euentum conditionis: *vt sup. de iure do. le. plerumque.* §. *si ante.* vnde cum habeatur pro eo ac si non fuerit, non potest dici q habuit bonam fidem vir in eo quod non fuit: quod est necesse non solum tempore traditionis, sed etiam cōtractus in venditione: *vt* §. *pro emp. l. ij.* qualis iste est: *vt C. de iur. do. l. quotiens.* vnde prima solutio vera est.

n ¶ *Nec pro suo.* nedum pro dote.

o ¶ *Ante nuptias.* nec mirū: quia conditionalis est venditio: *vt* §. *de iure do. l. plerumque.* §. *si ante.* vnde interim vsucap. cessat: *vt* §. *pro emp. l. ij.* §. *sub conditione.* licèt R. contra: vt modo dixi. post conditionem autem vsucap. pro emptore locum habet *vt dicta l. plerumque.* §. *si ante. & C. de iure do. l. quotiens.*

D*Væ.*] CASVS. Duæ filiæ successerūt patri ab intestato. in hac hereditate plura erant mancipia, putà decem. vna ex his dedit viro suo quinque: alia ex his mancipiis in dotem alia quinque. & ista mancipia sēparata quilibet virorum longo tempore possedit: nunc filiæ vellent diuidere hereditatē, & sic etiam mancipia dicitur q mancipia non possunt diuidere, cum vsucapta sint. Frāc.

p ¶ *Singulæ.* putà vna quinque mācipia: alia totidem: cum essent decem cōmunia. & sic etiam remanserunt communia: nec tamē fecerunt adinuicem furtū: cū quælibet credidit aliam permissuram.

q ¶ *Multis annis.* id est tempore statuto: in vsucapione. Accur.

r ¶ *Cur non vsucepissent.* triennio. ¶ Et sic not. actionē[f] communi diuidundo tolli minori spatio xxx. an. *vt & C. commu. rerum alie. l. ij. & no. C. in quibus cau. ces. lon. temporis præscrip. l. vnic.* nam habebat hic locum communi diuid. ante præscriptionem, etiam cōtra acceptorem virum: *vt* §. *de act. empt. l. Iulianus.* §. *idem Celsus.*

a Dotales res traditæ in dubio præsumūtur traditæ in earum dominium maritus haberet.

b Dotis æstimatæ & non æstimatæ differentia.

c Error iuris præiudicat errantí.

d Error facti prodest vsucapere volenti vt hic. si modo aliàs persona quæ vult vsucapere nō est incapax *vt l. Nemo 7. l. & proxime. ad. de Rebu. tract. præscrip. 4. parte 4. quæst. 18. nu. 5.*

e Adde Glos. in ibi Copel. in Cod. pro dote.

f Præscribitur communi diuidundo maiori tempore quam triennio, idque per consequentis vt hic à triennio accrescit rerum tātum et consortibus possidentes præscribitur hoc actione: 10. annis. vt & quæ possidentur si sic durante communione non currit præscriptio. Nec enim impeditur diuisionis petitio tametsi duo vel plures 30 & amplius annis in communione steterint. *adde Glos. & l. ij. dict. Co. de annali excep.*

PRO SVO.

¶ *Nota quòd pro suo, tribus*[a] *modis dicitur.* 1 *Primo strictè: quando deficit alius tit.* vt hic, & j. l. 3. 2 *Secundo largius, quando concurrit cum quolibet alio tit.* vt j. l. j. §. j. *etiam cum tit. pro sol. qui est generalior*[b] *aliis:* vt j. e. l. *hominem. & §. pro sol. l. j.* 3. *Tertio largissimè quicunque pro se possedisset. vnde etiam dominus pro suo possidet:* vt inf. e. l. 2. *& dicitur tunc ad differentiam creditorum & similium qui non pro suo possident: & hoc tertio modo non est tit. vsucapionem*[c] *par eus, quia iam quilibet, possessor etiam malæ fidei, & sine tit. vsucaperet. Sed quidam dicunt, quòd vbi concurrit alius tit. hic non est tit. sed dicitur pro suo, id est proprio. quod non placet: cum species*[d] *scilicet pro emptore, vel similis, per genus, s. per titu. pro suo non tollatur: & econtra: nec ex pluribus*[e] *causis quis possidere prohibeatur:* vt supra de adquir. pos. lege 3. §. ex pluribus. ¶ *Titulus pro suo coharet superioribus. Sed & hoc solo titulo pro*[f] *suo possidemus ea quæ alium titulum non habent, vt quæ cala, terra, mari vel ab hostibus cepimus, vel quæ ipsi ne in rerum natura essent fecimus, vel quæ alluuione fluminis adcreuerunt, & his similia. Additur in indice vndecimus titulus, Communia de accessionibus possessionum, & forsitan hic aliqua labes facta est, vt in titulo, De interdi. & releg. & in titu. De bon. dam. atque etiam vt opinor, in tit. De condit. institut. in cuius fine Papinianus ita videtur scripsisse, Quemadmodum si exheredato filio nepotes cum filius moreretur fuissent & heredes instituti postea repudiassent. Verum enimuerò si fuit præter decem superiores hoc loco alius non fuit, vt opinor talis, Communia de accessionibus possessionum, qua de re est 44. tit. 3. sed, Communia de causis possessionum, vel, vt in Codice, Communia de vsucapionibus. Cuiacius.*

PRO SVO.
TITVLVS XI.

Pro suo possidet, qui possidet ex causis ex quibus de iure gentium dominium quæritur. Item quocunque titulo possidet. Item quilibet dominus. Bar.

1. VLPIANVS *lib. 15. ad Edictum.*

PRo suo possessio talis est, cum dominiū nobis adquiri putamus: & ex ea causa possidemus, ex qua adquiritur[f], & præterea[t] pro suo: vt puta ex causa emptionis, & pro ēptore, & pro suo possideo. Itē donata vel legata: vel pro donato, vel pro legato etiā pro suo possideo. 1. ¶ Sed si res[u] mihi ex causa iusta, putà emptionis, tradita sit, & vsucapiā: in cipio quidē & ante vsucapionē[x] pro meo possidere. Sed an desinā ex causa emptionis post vsucapionem, dubitatur. Et Mauricianus dicitur existimasse non desinere[y].

P*Ro suo.*] CASVS. Titulus pro suo habet locum quando alius titulus deest: vt si seruum tuum, credens non mansuetū, cepi. Habet etiam locum cum alio titulo: vt si possideo rem ex causa emptionis, vel donationis. nā possidere dicor & titulo pro emptore, vel pro donato, & pro suo. postea aliqua ex prædictis repetit, vt addat. nam si emi à domino, & antequā vsucapiā possideo: possideo titulo pro suo, siue pro meo: & etiam postquam vsucepi, possideo titulo pro suo, & pro emptore. Franc.

f ¶ *Adquiritur.* id est adquiri solet: & est exemplum, vt si tuum seruum, credens non mansuetum: vel tuam gemmam credens nullius, in littore inuenio: *vt supra de adquiren. possess. leg. iij.* §. *generali. & infra l. ij.* si autem esset nullius, fieret meum: & sic non vsucaperem: *vt supra de vsucap. l. sequitur.* §. *laus.* præterea est exemplum huius respon. vbicunque est iusta causa vsucapiendi, & deficit alius titu. nec[g] enim est determinatus tit. iste: vt patent exempla *supra titu. j. l.* j. §. *ante nuptias. & supra de iure do. l. Proculus. & infra eo. l. si.* Accursius.

t ¶ *Et præterea.* ex hoc §. not. quòd omnibus[h] tit. adhæret: licet quidam contradicentes hic. pro suo. id est pro proprio.

u ¶ *Sed si res.* videtur repetere supradicta: vnde R. dixit hic de conditionali emptione loqui: in qua si pendente conditione traditio fiat. habet locum vsucapio. quod non[i] placet: *vt not.* §. *tit. j. l. si æstimata.* Dic ergo repetit vt addat & distinguat inter tempus ante vsucapionē completam: & tempus post vsucapionem completam. Idem tamen dicit vtrobique.

x ¶ *Vsucapionem.* scilicet completam.

y ¶ *Desinere.* scilicet possidere: aliàs est in litera. & tunc nō sub-

a Titulus pro suo stricte largior largissime sumitur.

b Titulus pro soluto generalior est aliis, *hic adde Gloss. & quod ibidem scripsi.*

c Vtrū hic generalis titulus pro suo sufficiat ad præscriptionem. *Rolan. tract. de præscriptionibus, parte 1. qu. 13.*

d Species nō tollitur per genus.

e Titulo pro suo concurrente cum alio titulo, duæ vsucapiones non leuntur. *adde Glos. 3. in verbo p suo. de adquir. poss.*

g Titulus pro suo nō est determinatus.

h *Glo. l. 1. in verbo pro suo C. eod.*

i Vsucapio nō habet locū in emptione cōditionali in qua pendente conditione fit traditio.

Pro suo dicor possidere omnia quæ capimus mari, cælo, vel terra, & etiam ea quæ per alluuionem fluminum adquirimus. partum ancillæ hereditariæ; & etiam fructus rei emptæ seu donatæ, dicor possidere titu. pro suo.

II PAVLVS *libro quinquagesimoquarto ad Edictum.*

EST species [a] possessionis quæ vocatur pro suo. hoc enim modo possidemus omnia quæ mari, terra, cælo capimus [b]: aut quæ alluuione fluminũ nostra fiunt [c]: itẽ quæ ex rebus alieno nomine[d] possessis nata possidemus veluti partũ hereditariç aut emptæ [e] ancillæ pro nostro possidemus: similiter fructus[f] rei emptç aut donatæ, aut quç in hereditate inuenta est.

III. POMPONIVS *libro vicesimosecundo ad Sabinum.*

HOminem quem ex stipulatione te mihi debere falso existimabas, tradidisti mihi. Si scissem mihi nihil debere, vsu eum non [g] capiam [h]: quia si nescio verius est vt vsucapiã, quia ipsa traditio ex causa quam veram esse existimo, sufficit ad efficiendum, vt id quod mihi traditum est [i], pro meo possideam. & ita Neratius scripsit: idque verum puto.

Si post cœptam vsucapionem partus ancillæ furtiuæ per bonæ fidei possessorem, superueniat scientia quod ancilla erat furtiua: ita demum procedit & completur vsucapio, si ignorauerit cuius esset: vel sciuit & sibi denuntiare non potuit: vel si potuit, denuntiauit: aliàs secus.

IIII. IDEM *libro trigesimosecundo ad Sabinum.*

SI ancillam furtiuam emisti [k] fide bona: ex ea natũ & apud te conceptum est, ita possedisti, vt intra constitutum vsucapioni tempus [l] cognosceres matrem eius furtiuam esse. Trebatius omnimodo putat [m], quòd ita possessum esset, vsucaptum esse. ego [n] sic puto distinguendum, vt si nescieris intra statutum tempus, cuius id mancipium [o] esset: aut si scieris, neque potueris certiorem dominum facere: aut si potueris quoq;, & feceris certiorem: vsucaperes [p]. sin verò cum scires & posses, non feceris certiorem: contra esse [q]. tum enim clam possedisse videberis [r], neque idem & pro suo [s], & clã possidere potest.

Licet filij in potestate res alienas inuentas in hereditate paterna non vsucapiãt tit. pro herede, vel pro suo: si tamen fuerunt per patrem inter eos diuisæ & traditæ, & ipsi per mortem tenuerunt ex illa diuisione, ratam ipsam habentes: vsucapiunt titu. pro suo, & ex dicta diuisione. Pau.

1 ¶ Si pater cũ filiis [t] bona quç habebat, partitus [u] sit. & ex ea causa [x] post mortem patris ea teneãt, quod [y] inter eos conueniret vt ea diuisio rata esset: vsucapio his procederet, pro suo [z] in his rebus quæ alienæ in bonis patris inueniuntur. 2 ¶ Quod legatũ [a]

audies. nam pluribus causis tenere potest: *vt ſ. de adquir. possess. l. iij. §. fin. & adde quod ibi de hoc notaui.*

a ¶ *Est species.* Mirabiliter dicit species, cum cõcurrat [a] cũ quolibet tit. sed respexit ad id quod quandoque procedit etiam nullo alio tit. interueniente: *vt ſ. l. proxi. not.* Item caute dicit possessionis, & non vsucapionis: nõ enim in omnibus exemplis procedit vsucapio. Accur.

b ¶ *Capimus.* si quidẽ sint alicuius, cum credam nullius: possidens vsucapio pro suo. si nullius [b], possideo pro suo sed non vsucapio [c], cum meum sit: *vt not. supra l. proxi.*

c ¶ *Nostra fiunt.* vel vere: & sic non vsucapimus. vel putatiuè: quia puto meum fundum cui accedit, cum non sit: *vt supra de Publi. in rem. l. si ego. §. quod tamen.*

d ¶ *Alieno nomine.* Imò suo nomine: sed dicit alieno: quia [d] ab alio habet causam. sic ponitur verbum alieno nomine, supra *de his qui no. infa. l. furti, §. si quis alieno.* Vel dic re vera alieno: vt quia procurator meus qui emit ancillam, vsucapit antequam sciam, & mihi tradat: sed iure mandati restituit. potuit enim procurator errare in facto quia [e] putat partum illius esse ex sua ancilla propria.

e ¶ *Empta.* à procuratore.

f ¶ *Fructus.* naturales, aliàs fiunt statim mei: *vt supra de vsur. l. fructus.*

HOminem.] CASVS. Credens te mihi debere Stichum ex stipu. eum mihi tradidisti. dicitur quòd si ego etiam hoc credebam: vsucapiam titulo pro meo [f]. si autem sciam eum mihi non deberi: tunc non vsucapiam. Fran.

g ¶ *Non vsucapiam. vt ſ. pro soluto. l. si existimaui. & ſ. pro emp. lege. qui fundum. §. seruus.* sed condictione [g] indebiti teneor ratione possessionis: *vt supra de condic. indebi. l. indebiti. §. j. & facit ĩ. de fur. l. falsus. sed si is. & supra si mulier ven. no. l. j. competit.*

h ¶ *Capiam.* quia habeo malam fidem.

i ¶ *Traditum est.* vt fiat meum: secus si mihi tradatur quasi meum: *vt supra de vsuca. l. cum solum. quæ est contra.*

SI ancillam.] CASVS. Ancillam furtiuam bona fide emisti. tandem hæc ancilla concepit & peperit penes te. & sic cœpisti possidere partum: & antequàm compleres vsucap. partus, cœpisti scire ancillam furtiuam esse. quæritur, an procedat vsuca. & dicitur quòd sic: quia non interrumpitur per talem scientiam. & hoc dixit Trebatius: auctor tamen legis dicit fore distinguendum: nam aut nesciuisti ancillam furtiuam intra prædictum tempus: & tunc bene vsucapis, aut sciuisti: & volebas certiorare dominum, & non potuisti: vel certiorasti: & tunc similiter procedis in vsuca. si autẽ poteras certiorare dominum, & non fecisti. tunc diceris possidere clam. non pro suo. [SI PATER.] Pater diuisit bona inter filios & tradidit: tandem filij post mortem patris habuerunt ratam diuisionem. dicitur quòd filij dicuntur possidere & vsucapere titulo pro suo, si qua ex his quæ sunt diuisa, non fuerunt de bonis patris. [QVOD LEGATVM.] Testator reliquit legatum Titio, cũm duo essent Titij. heres dedit vni ex his de quo forte testator non senserat. dicitur quòd ille vsucapiet titulo pro suo. Franc.

k ¶ *Emisti.* à fure, putans eum dominum.

l ¶ *Tempus.* scilicet triennium.

m ¶ *Putat.* & male.

n ¶ *Ego.* iurisconsultus.

o ¶ *Mancipium.* scilicet furtiuum.

p ¶ *Vsucaperes.* id est perficeres vsucapionem, cum scires scilicet cuius esset, & per hoc furtiuum. secus [a] autem si simpliciter alienum sciuisti: quia non ideo minus vsucapis: *vt ſ. de vsucap. l. iusto. §. & si possess.* quæ est contra. & adde distinctionem quç est supra *de publi. si ego. §. partus.* Accursius.

q ¶ *Esse.* quia non vsucapit. Accursius.

r ¶ *Videris.* Contra *supra de adquiren. poss. l. clam.* Solue vt ibi. Vel posset illa secundùm hanc loqui: vt is non possideat clam in casibus hic supra positis, quo minus vsucapiat: sed hoc casu sic. & eodem modo solue in eod. titu. *l. si de eo. §. seruum.* Item est contra. *supra de statu homi. l. qui in vtero. §. præterea.* Sed ibi erat iam prægnans [b] cum erat subrepta: vnde nõ vsucapitur partus. Item facit C. *de vsuca.* [c] *pro empto. l. si matrem.* Item ad denuntiationem [d] facit supra *de libe. agno. l. j. §. sed si maritus & supra loca. l. item quæritur. §. exercitu.*

s ¶ *Pro suo.* id est bona & mala fide, cum [e] sint opposita. Vel pro suo. id est tit. qui [f] aliis adhæret, & per eum vsucapitur, & clam. ¶ Item not. non inspici initium [g]. Item scientiam [h] superuenientem nocere. In quo est arg. contra. *C. de vsucap. transfor. leg. j. §. hoc proculdubio.* sed & furtiuam hic sciuit. Item facit supra. *de vsuc. l. sequitur. §. de illo. & l. non solum.*

t ¶ *Si pater cum filiis.* in potestate constitutis.

u ¶ *Partitus.* & sic non valuit inter patrem & filium: cum [i] non possit nasci inter eos ciuilis obligatio. Accursius.

x ¶ *Ex ea causa.* diuisionis.

y ¶ *Quod.* id est quia. sed inuiti tenentur stare, si solenniter fuit facta: *vt C. fami. ercis. l. fi. & Authen. si modo. & C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & Authen. quod sine.*

z ¶ *Pro suo.* Dicunt quidam quod vbicunque cessat vsucapio pro herede, quia sunt sui: habeat locum pro suo. quod non placet: quia verbis [k] non rebus, lex quæ prohibet (*vt C. pro herede l. nihil.*) esset imposita. 2. Alij quòd hic sit specialis casus: & ideo hic ponitur vt suus pro herede vsucapiat. 3. Tertij quod erant emãcipati: sed certe tunc & pro herede haberet locum. sed hoc verum, si in tempore mortis testator habuisset. hic autẽ prius tradiderat. 4. Alij quòd hic fuit eis tradita post mortem patris, à quodam qui se crediderat debere patri, cum non deberet quod nõ placet. 5. Alij, vt Azo, quòd cœperat possidere pro suo. 6. Tu dic quòd pater donauit, & tradidit, & diuisit, & procedit vsucapio pro suo ex diuisione quam ratam habuerunt post mortem patris: quæ vicem [l] obtinet emptionis: *vt C. communia vtriusque indi. l. j.* & secundùm hoc soluitur contra. supra *pro dona. l. j. §. si pater.* Item contra supra de vsuca. cum solus. vbi huiusmodi traditio siue diuisio non inducit vsuca. Sed expone vt ibi.

a ¶ *Quod legatum.* legatum erat Titio, duo erant Titij: heres soluit ei de quo testator non senserat vsucapit.

a Vsucapio pro suo concurrere potest cum quolibet alio titulo.
b Nullius quę sunt, possidendo ea nostra facimus at nõ vsucapimus.
c Vsucapere quod suum sit nemo potest.
d Alieno nomine possidet non is qui ab alio causam habet, sed ad vtilitatem alterius; vt est procurator.
e Partum nõ cõtinuo emit qui ancillam emit.
f Titulus pro suo connectitur titulo pro soluto, vt hinc colligit Albericus.
g Indebitũ soluta indebiti condictione repetuntur.
a Furtiuum & alienum scire differunt.
b Partus prægnatis maximè non vsucapitur.
c Vsucapionẽ interrumpit denuntiatio seu certioratio. v. Cepolã in l. si matrem, C. de vsuca. pro emptore. adde Gloss. l. qui à possessionem. q. 2. pro emptore.
d Contrariæ qualitates nõ possunt esse in eodem subiecto.
e v. Euerardũ in loco à contrariis aduersis generibus seu oppositis.
f Titulus pro suo aliis titulis adhæret vt hic & Glo. i. a. sup. eod.
g Initium nõ semper inspicitur.
p ¶ *Prætor.* Vel quilibet[b] iudex etiam delegatus: & da exemplum, vt quia primo iussit adesse Kalendis, postea Idibus: *vt supra de arbit. l. dicere. §. fina.* & idem in qualibet sententia interlocutoria: quæ[c] nihil dari vel restitui, vt expensas litis, imperet, aut quietè possideri imperet: alioquin contra, putà in iudicio momentaneæ poss. super quo lata sententia, etiam si appellatio interponatur, tamen debet sortiri effectum. *C. si de momen. poss. fue. ap. leg. j.* secundùm Azo. & secundùm hoc omnis[d] interlocutoria per[e] quã deciditur incidens vel emergens potest mutari: & hoc secundùm Azo. & secũdùm eum vsque ad quatuor menses poterit reuocari: non postea, forte quasi tunc habeat executionem. ¶ Sed quid erit de sententia lata in possessorio[g]? videtur, si est interlocutoria, vt quidam dicunt, quòd possit mutari secundùm Azo. Sed contra est, scilicet quia non possit mutari etiam secundùm eum: quia nec appellari: *vt C. si de momen. poss. fue. app. leg. j.* Item hoc posito quòd sit interlocutoria, continet aliquid restitui, vel dari, vel æquipollens vt quiete possidere: sed certè definitiua est: *vt d. l. vnica no.* vnde cessat hæc quæstio. Alij dicunt quòd ■ est talis interlocutoria, per quam quæstio incidens vel emergens decidatur, hanc iudex corrigere non possit: sicut nec definitiuam: cum huiusmodi interlocutoriæ sic inducant except. rei in illo. c. sicut definitiua: *vt supra de compen. l. quod in diem. §. si rationem. & C. si ex fal. instrum. l. j.* Incidens[h] autem est, vt[i] si actor seruus dicitur, & similes. Emergens[k], vt testem admittendũ vel non admittendum: & similes. si autem talia non cõtineat, tũc possit mutari: putà vt adsint partes idibus vel Kalendis: *vt supra de arbi. l. dicere. §. fin.* & ita hic loquitur. Sed videtur quòd etiam in dictis exemplis non possit mutari: *vt C. de dila. l. siue pars quæ est contra.* Sol[l] vt ibi. Vel distingue in dilationibus[m] vtrum à lege: (& tunc coarctari tantùm, non mutari à iudice possunt) an à iudice: & tunc mutari: *vt d. l. dicere in fine. & argum. supra de noui operis nuntia. l. si opus.*

aut tantundem erit, aut minus, aut interdum etiam nihil[i]. neque enim[k] vani timoris vlla æstimatio est. verùm forte soluta nullum iam pretium æstimationis est: aut quantum ex sorte fuerit solutum, tantundem ex æstimatione decedet[l].

In obligationibus faciendi, post moram succedit obligatio ad interesse. Bartolus.

1 ¶ Si quis promiserit prohibere † se, vt aliquid damnum stipulator patiatur & faciat: neque ex ea re damnum stipulator patietur & faciat: ita habeatur facit quod promisit. si minus: quia nõ facit quod promisit, in pecuniã numeratam[m] condemnatur: sicuti euenit in omnibus faciendi obligationibus[n].

Iudex potest suam sententiam interlocutoriam reuocare, non definitiuam. Bartolus.

XIIII. IDEM *libro vicensimoquinto Digestorum.*

QVod iussit[o] * vetuítve prætor[p], cõtrario imperio tollere & remittere † licet: de sententiis[q] contra.

q ¶ *De sententiis.* definitiuis[n]: *vt infra eo. l. Paulus. & de pact. lege dini fratres. & de quæst. l. j. §. fin. & dices supra eo. l. iudex.*

A *Diuo.*] CASVS. Magistratus populi Romani mandabunt executioni sentẽtiam delegatorum, item arbitrorum: & intellige quando partes cõfirmauerint expressè, vel tacitè, putà taciturnitate x. dierum compromissum. Item sentẽtia in vna terra dicta, poterit mandari executioni in alia: putà si cõdemnatus in vna terra nõ habeat bona ibi: sed in alia. Tertio dicit, executio debet fieri in bonis condemnati hoc modo. primo mobilia, si qua habet condemnatus, recipientur & vendentur: & si hæc nõ sufficiant, accipientur immobilia, & vendentur: & si hæc nõ sufficiant, tunc peruenietur ad nomina si qua habeat debitor. Sed pone quòd pignora quæ capta sunt de bonis condemnati, non possunt vendi: quia non inuenitur emptor. hoc casu dabuntur in solutũ ipsi creditori pro toto debito, licèt minus valeant: quia lex præsumit quòd creditor ex quo ea accepit, quod vult ea tenere loco debiti: & non amplius debitum nec eius partem petere poterit. [SI SVPER REBVS.] Titius est condemnatus mihi in decem: & quia non soluebat, executor posuit me pos. cuiusdam prædij. venit quidam, & dicit hoc prædium esse suum, & non condemnati. dicitur quòd executor prædij cognoscet super hoc: & si viderit esse condemnati procederet in executione. si non viderit esse condemnati, sed petentis: dimittet illud prædium penes petentem. & de his debet summatim cognoscere: nec hæc sententia alicui partium faciet præiudicium, si de proprietate prædij velint postea plenius in-

a Iudex, ex officio suo, potest intercedere inimicitias inter se exercentibus, ne alibi ante alterius ædes obambulet.

b Sententiam interlocutoriam quilibet iudex etiã delegatus non tantum ordinarius reuocare potest: quin imo etiam arbiter. *l. dicere sup. de arbitr.*

c Sententia interlocutoria quid velit dari vel possideri iubetur & quæ harum mutari possint. vt hic Bartolus.

d Sententia omnis interlocutoria dicitur per quam deciditur incidens vel emergens.

† Vulg. prohibere se ne aliquod damnum stip. patiatur & faciat ne quod ex ea re damnum stipulator habeat facit quod & c.

f Sententia interlocutoria ad quatuor que menses reuocari potest vt hic, usque ante sententiã definitiuam, non post, sed nec post executionem (nisi causa cognita vel partium consensu) de quo v. meas notas ad hanc legem.

g Sententia interlocutoria super possessorio lata retractari & reuocari non potest.

* Contrar. text. ... in causa extra de appel.

† repetere.

h Causa incidens quid.

i Incidens aliis dicitur quod respicit meritũ causæ sed mrũ habuit ante litem contestatam: quo in genere est exceptio pacti transacti non & c. posita.

k Causa emergens quid.

l ... tollam in intelligenda poterit Bart. & Alexan.

m ... sententiæ ap pellatione in dubio venit seu intelligitur definitiua de quo v. quæ scripsi in Gl. l. ... §. ... quando appellandum.

ter se litigare. & si executor viderit esse prædium condemnati, quod tamen ipse præscribebat,& misit creditorem in tenutam. vsucapio siue præscriptio interrumpitur. Postea dicit: cum executor volebat creditorem in tenutam alicuius prædij ponere: obiicitur ab aliquo quòd illud prædiũ non est condemnati, debet executor illud dimittere, & in alia bona debitoris condemnati ire. Sed quid si aliquis contradicit executori ne illam rem condemnati capiat, dicens eam sibi obligatam: quæritur an possit vendi vt primo satisfiat creditori qui habet eam in pignus: & postea victori? & certe dicitur quòd sic. hinc est quòd si aliquis velit emere hanc rem, & primo satisfacere creditori qui habet eam obligatam, & residuum soluere victori auditur etiam si nolit hoc creditor. [SI POST ADDICTVM.] Titius est condemnatus mihi in c. & quia non soluebat: executor misit me in poss. cuiusdam prædij, & vendidit postea illud prædium: ita quòd est mihi satisfactum, vel mihi ipse dedit in solutum: postea venit quidam, & dicit illud suum prædium. dicitur quòd executor non debet se intromittere de hac causa etiã si poss. prædij iam esset tradita emptori. Quid autem si emptor nolit soluere pretium, nunquid executor debet in hac causa se intromittere vt condemnet emptorem, & mandet sententiam executioni in aliis rebus emptoris: & certe non. nam iam hæc causa iret in infinitum. pone enim aliquem venire & mouere quæstionem in his rebus emptoris pignori captis. Vel dicas emptorem haberi pro condemnato ad illud pretium: pone quòd ipse neget se emisse: vel si confiteatur se emisse, dicat tamen se pretium soluisse. & sic non videtur habere locum quod de condemnato dixi. quid ergo erit? iam victor videtur derisus. sed ne hoc eueniat, dicamus, quòd executor prædium captum pignori non debeat vendere nisi statim pretium soluatur: & posito quòd vendat, nec soluatur pretium, vt fuit in quæstione proposita: tunc executor recuperet prædium, & vendat alij, quasi vinculo pignoris non sit liberatum donec soluatur pretium. [SIC QVOQVE.] Non solum prædictis modis fit executio: sed etiam hoc alio, vt si debitor condemnatus non habeat corporalia, sed habet nomina debitorum, tunc nomina capiantur pignori, & hæc sunt vera si confiteantur se debere. si autem negent: dicunt quidam de hoc debere cognosci, debeant, vel non: sicut fit in corporalibus si de eis vertatur quæstio, sed tamen dicit quòd secus fit in nominibus, vt illa demum nomina dentur pignori, quæ confitentur debitores, & tunc vel executor exiget illud nomen, & soluet victori, vel vendet vt corporalia vendi solent, & pretium soluet victori, secundùm quod melius & facilius de his duobus ei executori videbitur. Sed pone quod condemnatus habet pecuniam penes argentarios, vel penes alium, vel deposuit eam. certe hanc pecuniam accipiet executor, & satisfaciet victori. idem est si pupillus sit condemnatus alicui, & pecuniam habebat in arca hic pupillus. nam hanc pecuniam accipiet executor, & mihi victori soluet. Franciscus.

Iudices ordinarij exequuntur sententias delegatorum ab eis, & etiam arbitrorum quæ merentur executionem. Paulus.

XV. VLPIANVS *libro tertio de officio consulis.*

ADiuo Pio rescriptum [a] est, magistratus populi Romani vt iudicum à se [b] datorum vel arbitrorum [c] sententiam exsequantur, hi qui eos dederunt.

Potest vnus iudex alterius iurisdictionis iudicem requirere vt eius sententiam exequatur. Bart.

1 ¶ Sententiam Romæ dictam [d], etiam in prouinciis [e] posse præsides, si hoc iussi fuerint, ad finem [f] persequi [g], imperator noster cum patre rescripsit.

a ¶ *A diuo Pio rescriptum.* Concor. *extra de foro compe. lege si quis ad finem.*

b ¶ *A se.* id est à magistratibus populi Romani, & idem [a] de quolibet alio ordinario. Vel dic à se generaliter loqui, licèt rescriptum missum fuerit magistratibus populi Romani. sic ergo delegatus non exequitur suam sententiam iure nostro, vt hic. ¶ Sed quid in delegato [b] principis: videtur secus tum, quia [c] delegat vt ordinarius, *vt Cod. de iudi. à iudice.* & citat: *vt in Authent. de litig. §. omnem. ibi, aliis autem omnibus, &c.* Item si cui executio mandatur, cognoscit de veritate precum, *vt Cod. si contra ius vel vtilit. publi. l. & si non cognitio.* Ergo idem & econtra, scilicet si [d] & commissa principalis, & executio videatur commissa. Sed licèt hæc specialia habet, non [e] tamen hoc contra ius commune habere debet, cum hoc non inueniam specialiter. nec [f] ideo quia cognitio mandatur, videtur mandari executio, licet [g] secus [h] fit econtra, quia [i] executio [k] vt fiat missio, de mixto imperio est, *vt supra de iurisdict. omn. iudic. leg. iubere.* Sed iure [l] canonum delegatus à papa potest exequi, *vt extra de offic. & potest. iud. deleg. c. pastoralis. §. præterea postulasti.* 2 Item secundùm Azo. illud potest quæri, an executio [a] sententiæ possit demandari: & potest apertius proponi quæstio, si mandari possit vt in possessionem mittat: quòd dic vt diximus *s. de offi. eius cui manda. est iurisdi. lege cognitio. §. vt possessio. & de iurisd. om. iu. l. j.* Illud instantius quæritur, an hoc [b] saltem vt possit in possessionem mittere, non [c] vt possideat, delegetur: & quidem quilibet magistratui municipali hoc permittitur. quòd dic vt supra *de damn. infect. l. iiij. §. an tamen & §. si forte. & infra ad muni. l. ea quæ. §. magistratibus.* ergo delegatur: quia [d] magistratus iure competit: *& supra de offic. eius cui man. est iur. lege j. in princ.* secundùm quosdam. Azo. ¶ Item quæro de eo cui vniuersitas [e] causarum alicuius loci mandatur: & dicam non [f] transire quod specialiter non posset delegari, scilicet sententiæ suæ vel alterius executio: *vt supra de offic. eius cui man. est iurisd. l. j. responsion.* licèt de illis causis aliquam possit alij delegare: *vt infra quis & à qui. ap. l. j. §. j.* Item videtur delegatum in possessionem mittere: *vt in Authen. de exhi. §. si verò.* Sed ibi non aperit [g] de delegato vel ordinario dicat: quare dic loqui de ordinario. Vel [h] ibi de delegato principis, secundùm quosdam.

c ¶ *Arbitrorum.* quando sine pœna factũ fuit arbitrium, & expresse vel tacite [i], scilicet taciturnitate x. dierum sit homologatum. id est à partibus comprobatum: *vt C. de arbi. l. pen.* quod ius nouum hic respexit. Vel loquitur quando à partibus fuerunt petiti certi iudices, supra non. Vel quando in locum recusati alij dantur: *vt C. de iudi. l. apertissimi. §. fin.* Accursius.

d ¶ *Sententiam Romæ dictam.* accedit ad hoc. *extra de foro compe. ca. postulasti.*

e ¶ *In prouinciis.* idem econtra [k]: *vt s. de iudi. l. argentarium. §. nomine pupillæ.* item vna de prouincia: vel ciuitate in aliam: *vt inf. de bo. author. iud. poss. leg. cum vnus. §. fi. & C. de iudi. properandum. §. si autem reus.* secus in delictis [l], vbi remittitur ad locum delicti: *vt in Auth. vt nulli iu. §. si vero quis comprehensorum.*

f ¶ *Ad finem.* quia sententia sit efficax.

g ¶ *Persequi.* aliàs perduci. Accur.

h ¶ *In venditione.* Dixit faciendum executionem, & per quos: audi nunc qualiter.

i ¶ *Animales.* aliàs animalia: quæ [m] & ipsa mobilia sunt: *vt infra de verb. signif. l. mouentium. 93.* & licet non faciat hic ordinem inter mobiles, facias [n] tamen: vt primo [o] illa quæ minus debitori nocerent: & maxime pecunia. Sed est argu. contra *supra de vend. in poss. mit. l. j. §. diminutio. & C. de bo. quæ libe. l. fin. §. vbi autem. & supra de serui. l. si cui.*

k ¶ *Iubent.* scilicet dicti exequentes. aliàs iubentur.

l ¶ *Mox* [p]. hoc dic vt no. *C. de bo. auct. iudi. poss. l. cum proponas.*

m ¶ *Bene est.* Imò videtur contra: *vt C. de his qui ad eccl. confu. l. fin. §. cum autem monitus.* Sed illa secundùm illam. Vel ibi ex interlocutoria, & sic non liquido. hic ex definitiua: & sic in liquido debito.

n ¶ *Mouentia.* vel alia mobilia.

o ¶ *A pignoribus.* impropriè: *vt j. de verb. sign. l. plebis. §. pignus.*

p ¶ *Faciunt.* exequentes.

q ¶ *Interloqui.* aliàs, interim exequi: aliàs, interloqui.

r ¶ *Capiantur.* & sic fertur sub conditione. ¶ Sed contra [q] infra *quando appel. sit. leg. j. §. biduum.* Sed dic quòd hic versus quòd si nulla, &c. non fit de sententia. sed hic, vt soli, &c. & sic dictio quod, vel non est, vel abundat. 2. Alij quòd hic de interlocutoria: ibi de definitiua. 3. Tertij, quòd hic de præsenti: permittit: ibi prohibet de futuro. *arg. supra si cer. pet. l. itaque.* 4. Vel licèt ferri non debeat, lata tamen tenet. & sic [r] statuetur [f] tempus intra quod si non appareant mobilia, capiantur res soli. *argu. supra de here. institu. lege si quis instituatur. vt infra de bo. auct. iudi. poss. lege ferum.* ADDITIO. Ista vltima solu. etiam placet Paul. & Alex. Vel dic aliter secundùm Bartol. Paul. & Alexan. quòd sententia definitiua non potest ferri sub conditione extrinseca, sed bene intrinseca.

f ¶ *Quòd.* f. dicentes, quòd sic nec ea, &c. & hoc si habes, exequi. *Ad vnã.*

In executione primo debent capi mobilia, secundo immobilia: tertio nomina. Bartolus.

2 ¶ In venditione [h] itaque pignorum captorum facienda, primo quidẽ res mobiles animales [i] pignori capi iubent [k]: mox [l] distrahi. quarum pretium si suffecerit: bene est [m]. si non suffecerit etiam soli pignora capi iubent, & distrahi. Quòd si nulla mouentia [n] sint, à pignoribus [o] soli initium faciunt [p]. sic denique interloqui [q] solent, si mouentia non sint, vt soli quoque capiantur [r]. Nam à pignoribus soli initium faciendum non est. Quòd [f] si nec quæ soli sunt, sufficiant, vel nulla sint soli pignora:

a Sententiam iudicum à magistratibus populi Romani vel aliis ordinariis datorũ, ipsi magistratus & ordinarij qui iudices ipsos dederunt exsequuntur.
b Delegatus etiam principis (licet multa specialia priuilegia habeant de quibus hic) non potest suam sententiam exsequi. est enim mixti imperij exsecutio. Iure tamẽ Canonum delegatus à Pontifice Romano potest exequi.
c Delegatus à principe specialia hæc habet, delegat vt ordinarius, citat, cognoscit de veritate precum executoris.
d Principali causa cognitione commissa, non statim intelligitur commissa executio.
e Ius commune in omnibus seruandũ, nisi specialiter derogetur iuri cõmuni.
f Cognitione mandata non statim intelligitur mandata executio.
g Executione mandata, intelligitur mãdata esse cognitio, at nõ è contra. de quo v. hic Bartolum.
h Executionis & cognitionis mandatæ differentia.
i Imperij mixti quæ sunt, non competunt nisi specialiter à lege demandentur.
k Executio mixti imperij est.
l Delegati à Pontifice Romano Iure Canonum suas sententias exequi possunt.

a Sententiæ executio an possit demandari.
b Delegari potest in possessionem mitti ditio.
c Delegari potest non id vendi possidere facultas.
d Delegare quis potest ea quæ iure magistratus habet.
e Sententiæ sum vel alterius exequendæ ius non habet is cui vniuersitas causarum mandata est.
f Non transit quod speciali ter delegari non potest.
g Istũ de delegato loquitur Bart.
h Dic potius cum Bartolo delegatum eo exequi posse non ciando.
i Arbitrium tacite decennio comprobatur.
k Sententiam in prouincia dictam potest iudex vrbanus vel prouincialis (si id iussus sit) & è contra in vrbe dictã. prouincialis iudex exequi. In delictis fit remissio, iudi ce delicti id petente.
m Mobilium appellatione animalia cõtinentur nisi voluntas testatoris refragetur. *l. mouentium. 93. inf. de verb. sign. adde Mantic. de coniect. vlt. vo lun. 12. j. impr.*
n In executione iudicati bonorum etiã mobilium, de iure communi seruandus ordo. vt ab initio capiatur quod minus debitori noceat & si talis ordo peruertitur non tenet quod ita gestum, salté ab eo potest appellari. *vide Balbum dec. 14.* Idem in immobilibus.
o Ordo in mobilibus capiendis seruãdus.
p Mox fieri quid dicatur.
q Sententia an & quomodo ferri possit sub conditione.
r Probari quẽ admodũ possit nulla esse mobilia.
f Vel dic creditor executori bus.

a ¶ *Adiura*.id est nominat *C.quando fis. vel pri.l.ij. & infra eod. §.si quoque.*

b ¶ *Isto modo*, nullo excepto priuilegio: *vt ff. quod cuiusque vniuer. l.ciuitatis. & de fun.dota.l.j. & C.de prædiis mino.l.j.* ¶ Quid autem de ecclesiasticis? Respon. idem secundùm Azo.

c ¶ *Non inueniant*, vel non iustum pretium offerentem inueniant. *arg.ff. de leg. iij.l. non dubium §.fin.*

d ¶ *Addicantur*.id est dentur in solutum.

¶ Et not. quòd quadruplex est via victori. Primo, vt quasi pignori teneat. 2 Secundo, si magis velit, addicantur sibi pro quantitate debita, non pro minori: vt hic. & hæc additio est quasi emptio: *vt C.de euict. leg.si prædium.* 3 Tertio, quia potest licitari & emere ab executore: vt quilibet alius: *vt C.si in causam iud. pignus.l. ij.* 4 Quarto, quia si victus callidè fecerit quòd non inueniatur emptor, dominium à principe impetratur: *vt C.si in causam iudi. l. finali.* & secundùm hoc intellige. *C. de excep.rei iudi. l. ordo. & facit C.de iure do. impe. leg.fin. §.si autem in tempore.*

e ¶ *Quæ debetur*. nō pro minori, inuito cōdemnato, & executore: *vt infra in fin. huius §.*

f ¶ *Creditum*. id est propter creditū: & est appellatio generalis: *vt ff.si cert.pet.l.j.*

g ¶ *Contentus*. quod præsumit hæc lex: siue sit hoc actum, siue simpliciter accipiat: siue etiam victor dicat: cum victus & iudex non consentiant: & sic cum lex præsumat super certo, non admittitur probatio in contrarium, vt dicat quod pro parte debiti accepit: *vt not. C. de probat. leg. si possidetis.* secus si iudex pro certa quantitate det, vt videmus quotidiè fieri. est ergo tutius victori emere vt quilibet, quàm sic in solutum accipere.

h ¶ *Amplius quàm*. aliàs deest quàm. & tunc est plana. Aliàs non deest, & tūc dic nō amplius quàm quod sibi, &c. id est nihil vltra. iam enim nihil vltra debitum est, cum præsumatur pro toto accepisse: & verbum amplius expone. id est decreto. non autem poterit pignora restituere, & debitum petere. Sed quidam dicunt quòd residuum ad quod pignus non sufficit, potest petere: & non plus, si fortè vellet pœnitere de eo quòd pignora accepit: quod præcedens & sequens litera non patitur: licèt esset æquum: & licet sic fit in pignore conuentionali: *vt C.de iu.do.impe.l.fin.§. sed si quidem.* Sunt & aliæ differentiæ inter conuentionale & prætoriū siue iudiciale pignus: *vt no. ff. de pigno. act.l.j.*

i ¶ *De credito*. s. cætero, adeò vt probatio in cōtrarium nō admittatur: vt dixi. ¶ Et sic no. quòd lex præsumit remissionem residui, & transactionem factam, vt aliàs pactionem: *vt C.de pact.l.ij.* secus si partem debiti accepisset: *vt C.de excep.l. si ex maiore.* sed alij dicūt de cætero. i. deinceps: quia velit pœnitere: vt dixi.

k ¶ *Petere*. ar. *ff. de procura.l.in causæ.in prin.*

l ¶ *Fiat*. ab aliquo iure dominij. idē si iure possessionis: quia dicat alius se possidere: sed hic cōstabat debitorem possidere. & dic hoc fieri ante addictionem. si autem post: habet tunc locum inferior §. si post. Accur.

m ¶ *Summatim*. No. similia de summaria cognitione: *vt no. C. de iudic. l.iudices.*

tunc peruenietur etiam ad iura[a]. Exsequuntur itaque rem iudicatam præsides isto modo[b].

Si pignus datur creditori in solutum simpliciter: præsumitur datum pro toto debito. Bart.

3 ¶ Si pignora quæ capta sunt, emptorem non inueniant[c]: rescriptum est ab imperatore nostro, & diuo patre eius, vt addicantur[d] ipsi cui quis condemnatus est. addicantur autem vtique ea quantitate quæ debetur[e]. Nam si creditor maluerit pignora in creditum[f] possidere, hisque esse contentus[g]: rescriptum est, non posse eum quod amplius[h] sibi debetur petere: quia velut pacto transegisse de credito[i] videtur, qui contentus fuit pignora possidere: nec posse eum in quantitatem certā pignora tenere, & superfluū petere[k].

Coram iudice exequente examinatur quæstio emergens super rebus pignori captis summatim: quæ cognitio non facit præiudicium volenti ordinariè agere: & post pignus addictū creditori ad vsucapionem proficiet. Bartolus.

4 ¶ Si rerū quæ pignoris iure captæ sunt, cōtrouersia fiat[l]: cōstitutum est ab imperatore nostro, ipsos qui rem iudicatam exsequuntur, cognoscere debere de proprietate: & si cognouerint eius fuisse qui condemnatus est, rem iudicatam exsequētur. Sed sciendum est, summatim[m] eos cognoscere debere: nec sententiam eorū posse debitori præiudicare[n], si fortè hi dimittendam eam rem putauerint, quasi eius sit qui controuersiā mouit, nō eius cuius nomine capta est: nec eum[o] cui restituta est, statim habere per sententiam debere, si fortè iure ordinario cœperit ab eo res peti. Sic euenit, vt omnibus integris[p] tantū capioni res iudicata proficiat.[q] ¶ Sed illud debet dici, vbi controuersia est de pignore, id dimitti debere, & capi aliud si quod est sine controuersia[r].

Quando est aliquid quod posset capi sine controuersia: illud quod captum fuit in quo est controuersia, dimittitur, & præcedens summaria cognitio cessat: & illud quod est sine cōtrouersia, capietur. item si moueatur executio, sed pignus venditur, & priori creditori satisfacit: & residuū in causam iudicati conuertitur.

5 ¶ Quòd si res sit pignerata[s], quæ pignori capta est, vidēdum est an sic distrahi possit, vt dimisso creditore superfluum in causam iudicati conuertatur. Et quāquam non cogatur[t] creditor rem quam pignori accepit, distrahere: tamen in iudicati exsecutionē seruatur: vt nisi emptorem inuenerit res quæ capta est, qui dimisso priore creditore superfluum soluere sit paratus, admittēda sit huius quoque rei distractio[u]. nec videtur deterior conditio creditoris fieri, suum cōsecuturi, nec prius ius pignoris dimissuri, quàm si ei fuerit satisfactum[x].

Post rem venditam & in solutum datam cessat summaria cognitio iudicum exequentium. Bar.

6 ¶ Si post addictū pignus aliqua cōtrouersia emptori mouea-

n ¶ *Præiudicare*. si summatim feratur sententia, non præiudicatur: *vt & ff. de libe. agno. leg. si quis à libero. §. meminisse.* secus si plenè: *vt no. C.de ordi. cog.l.ij.*

o ¶ *Nec eum*. mouentē litem 2 Vel verius, id est victorem. & dic, restituta, id est tradita: *vt infra de verbor.signific.l.verbum reddendi.*

p ¶ *Integris*. id est omnibus integrè venientibus quæ sunt necessaria ad vsucapionem: & secundùm hoc proficiet vsucapioni, scilicet faciendæ per creditorem: *vt ff. de adqu. poss.leg. Pomponius. §.si iussu.* secundùm quosdam. quod potest dici post addictionē. 2 Si autem tantùm pignori capiatur, vt hic erat, dices, integris omnibus, id est tam iure debitoris quā creditoris: item & eius qui mouet controuersiam super re captam in causa iudicati, & quod subiicit vsucapioni, scilicet interrumpendæ. fuit enim naturalis interruptio: *vt supra de vsuc. leg.naturaliter.* nam missus in possess. non potest vsucapere, cū non habeat possessionem: *vt supra de adquir.poss.l.iij. §.fin. & infra vti possi.l.si duo. §. creditores.*

q ¶ *Proficiat*. quia pro suo possidens vsucapit.

r ¶ *Sine controuersia*. *vt C. quando fi. vel pri. l.ij. & infra eod. §. sed vtrum.*

s ¶ *Pignerata*. cuidam alij ex conuentione.

t ¶ *Non cogatur*. aliàs scilicet *vt ff. de pign. actio.l.quamuis.*

u ¶ *Distractio*. & sic vel creditor conuentionalis pignoris vēdet, vel venditioni consentiet, aliàs etiam eo inuito fiet.

x ¶ *Si post addictum*. i. captum & postea venditum auctoritate iudicis. Et continua: Quia supra dixit quando controuersia mouetur ante addictum pignus, vbi summatim cognoscitur: nunc quando post, vbi siue de proprietate siue de possessione fiat quæstio, non se intromittunt exequentes[k], cuicunq; sit addicta. si autem de pretio: consulitur iudici vt omni alia quæstione omissa, aut præsenti pecunia vendat: aut si hoc non fecerit, res ipsas vbicunque inueniat, quasi nondum vinculo pignoris liberatas accipiat. ¶ Sed quare magis de pretio? Respondetur, quia ibi non est longa cognitio auferre rem: imò ideò, quia nihil videtur fecisse executor, nisi pretium soluatur: quo soluto totum videtur fecisse: cum ei amodo auocari non possit pretium. vbi autem sibi res est addicta, semiplenè facit executor. nam tum demum extinguitur iudicati actio omninò, si res addicta facta est accipientis: *vt infra de solutio.l. si quis aliam.* vnde alia euicta non cessat eorum audientia, secundùm quosdam, prout habes non cessabunt, & postea, idémque, &c. & sic ad proximum dictum refertur. Vel secundùm alium cessat eorum officium: quia licèt non plenè, tamen

a Iura pro nominibus. b Nomina in iure cōsistūt. c Paria sunt emptorem nō reperire aut in iustū pretium offerentem. d Addicere dare in solutum. e In executione rei iudicatæ quatuor remedia cōpetunt victori, pignori tenere, in solutum capere, emere, dominium impetrare. f Additio quasi emptio est, idcoque addictis mihi bonis debitoris mei debebitur euictio. g Emere ab executore rē debitoris iudicatus causa captā potest ipse etiam creditor. h Dominij ius in pignore à principe impetrandum. i Addictio rei iudicati causa captæ fit creditori pro tota & vera rei quātitate, nisi de pretio aliquid debitor remittat. k In, pro, propter. l Crediti appellatio generalis. m Præsumitur creditor accipere rē debitoris in solutū totius crediti causa: nō pro parte. Nec vm habeat plures vias, si malam elegit de se queri debet. n Præscriptionis certæ effectus. o Probatio nō admittitur ad uersus certam legis præsumptionem. p In rei iudicatæ executione vt antea dixi in verbu addicantur, quatuor remedia competunt creditori: tertium quod est emere. Glo. rAmplius pro de cætero. f Pignus iudiciale accipiens in solutum creditor, pro integro debito id accepisse præsumitur. Quid si pignus ita captum integro debito non sufficit, an pœnitere potest vt pignus restituat & debitum pet. Inō posse sentit hic Accu. licet sit aliud in pignore conuentionali. t Pignoris cōuentionalis prætorij siue iudicialis differentiæ. u Præsumitur remissio residui vt & transactio facta & pactio. a Summaria cognitio. b Sententia summatim lata non præiudicat. c Integris omnibus vsucapioni rem iudicatam proficere quid sit. d Reprehēditur à Zasio, & intellect. e Reprehenditur hæc Glossa à Zasio, & intellect. vlt. f Missus in possessionem non possidet. g Possessionē non habens vsucapere nō potest. h Idem Imo. & Al. contra Bar. qui contrariū tenet. i Addictum pignus quid. k Exsecutores sententiæ cad sæ cognitionem an habeat.

prout voluit petitor, finierunt. *arg. s. eod. §. si pignora.* sed pretio non soluto nec plenè nec semiplenè fecerunt. Azo [a].

a ¶ *Peculium.* quo ad hoc vt teneatur pretium soluere. 2 Item quo ad executorem, vel victorem, qui [b] de euict. non tenetur: sed non quo ad illum cui proficit solutio: *vt supra de euict. l. antè. §. j. & l. si pignora. & C. de eui. l. si ob causam.*

b ¶ *Cessabunt.* Si habes, nónne cessabunt? respond. vtique cessabunt: & hoc si quæstio proprietatis vel possessionis moueatur: secus si pretij non soluti: *vt subiicit.* Item hoc siue tradita sit iam possessio: *vt hic.* siue non: *vt supra prox. respon:* dummodo contracta sit venditio. nam & antè fieri potest controuersia: *vt C. de rei vindic. l. si fundum. & Cod. de euict. l. si poss.* Venditione autem nó facta summatim cognoscetur: *vt supra §. si super rebus.* 2 Item alia litera est, non cessabunt [c]. & tunc dic cùm mouetur quæstio de pretio. Alij dicunt priori casu non suscepisse periculum: hic sic. & sic non cessat. Alij quòd superiori casu agitur aduersus alium ad quem possessio casu deuenerat: hîc conueniebatur: & sic hic non cessat.

c ¶ *Idémque.* quod in proximo casu, si habes nónne. vel ad primum, non ad proximum, si habes nó cessabunt. sed alij referunt ad proximum etiam si sit, non cessabunt.

d ¶ *Addicta.* alio emptore non inuento: *vt eo. §. si pignora.*

e ¶ *Non soluat.* executoribus qui vendunt: *vt supra de euic. l. si pignora.* Accursius.

f ¶ *Videndum est.* hic potest continuari: quid enim, &c. vsque illuc, melius, &c. & tunc assume. & non puto, &c. & junge cum eo: melius, &c. & secundùm hoc, quod enim, &c.

g ¶ *Et.* examinatio quæstionis. 2 Vel lege rectè: & quod dicit non puto vltra procedere debere, id est vt mandet sententiam executioni pro pretio non soluto in alias res ipsius emptoris.

h ¶ *Cæterum.* id est alioquin.

i ¶ *Longè* [d]. in infinitum [e]. pone enim iterum ab aliquo super rebus illius emptoris captis moueri quæstionem. Item quod subiicit, quid enim, &c. dic q probat causam suæ responsionis: quod longè scilicet res abiret. nam aut dices quòd condemnabunt emptorem, & eius res capient & distrahent: aut dices quòd habebunt pro condemnato. hoc secundum dici semper non potest. quid enim si negat se emisse vel dicit se pretiũ soluisse quod negatur solutum? necesse ergo habes dicere condemnationem faciendam. sed quodcunque diceres, vel pro iudicato habendum, vel condemnationem fieri [f], procederes in infinitum: quia quod in venditione primi condemnati contingit, posset contingere in venditione bonorum secundi & tertij: & sic per singulos. quod esset absurdum.

k ¶ *Pro iudicio.* vt sic non condemnetur: & sic est argu. quod cõfessus [a] non condemnatur. quod dic vt infra *tit. j. l. j.*

l ¶ *Non se interponant.* ad exequendam sententiam pro pretio.

[a] Displicet Bar. Pau. & Alex.
[b] Euictionis non tenentur qui ex causa iudicati pignus debitoris vendunt, siue sint creditores, siue executores sententiæ.
[c] Displicent Alexandro hæ tres consequentes opiniones.
† Vide in hũc locum Bal. Chil. 4. cent. 9. proner. 8.
[d] Longè pro in infinitum.
[e] Infinita vitanda. Glo. s. §. inf. quibus ex cauf. in possess.
[f] Placet Bar. Pau. & Alex.

tur: an sit cognitio eiusdem iudicis qui sententiam executus fuerit, videndum est. Et cùm semel emptio perfecta sit: eiúsque qui comparauit, periculum [a] vertatur: non puto locum esse cognitioni. Certè posteaquam inductus est emptor in possessionem: nónne cessabunt [b] partes eorúmdem iudicum? Idémque [c] & si ipsi cui quis iudicatus est, res fuerit addicta [d].

Si per iudicem exequentem res sit vendita, pretio non soluto cessat officium iudicis in pretio exigendo: vnde res debet vendi præsente pecunia, vel res vendita reuocari. Bartolus.

7 ¶ Sed si emptor cui pignora sunt addicta exequente iudice pretium non soluat [e]: vtrum aduersus emptorem porrigere manus † debeant iidem iudices qui sententiam exequuntur, videndum est [f]. Et [g] non puto eos vltra procedere. Cæterùm [h] longè [i] res abibit. Quid enim dicemus?

Condemnabunt emptorem, & sic exequentur aduersus eum sententiam? an statim pro iudicato [k] habebunt? & quid si neget se emisse, aut exsoluisse contendat? Melius igitur erit, si non se interponant [l]: maximè cum nec habeat [m] actionem aduersus eum, is cui [n] iudicatum fieri desideratur. nec iniuria adficietur [o].

Oportet enim res captas pignori & distractas, præsenti pecunia distrahi: non sic, vt post tempus pecunia soluatur. Certè si se interponant [p]: hactenus debebunt interuenire, vt ipsam rem addictam [q] capiant, & distrahant, quasi non vinculo pignoris liberatam [r].

Vbi alia res non sunt, nomina capiuntur eorum qui confitentur: quæ exigentur vel vendentur, vt iudici videbitur. Bart.

8 ¶ Sic quoque [s] iudices exequentur iudicatum, vt nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud [t] sit quod capi possit. Posse enim nomen iure pignoris capi, imperator noster rescripsit.

9 ¶ Sed vtrum confessum nomen tantùm capi possit, an etiam si neget quis se debere, videamus. Et magis est vt id duntaxat [u] capiatur, quod confitetur [x]. Cæterùm si negetur, æquissimum erit discedi à nomine: nisi fortè quis exemplum secutus [y] corporalium pignorum, vltra processerit, dixerítque ipsos debere iudices de nomine cognoscere [z], vt cognoscũt de proprietate [a]. sed contra rescriptum est [b]. 10 ¶ Item quid dicemus? vtrùm ipsi iudices cõueniét nomen [c], exigéntque id quod debetur, & in causa iudicati conuertent: an verò vendent nomé, vt pignora corporalia solent? Et necesse est, vt quod eis facilius videatur ad rem exequendam, hoc faciant.

Si creditor habet pecuniam debitoris, vel debitori destinatam: ipsa pecunia capitur: nõ debitoris nomen. Bart.

11 ¶ Sed & si pecunia penes argẽtarios sit: æquè capi solet. Hoc amplius & si penes alium quem, destinata tamen ei qui condemnatus est: solet pignoris iure capi [d], & cõuerti in causam iudicati. 12 ¶ Præterea pecuniã quoque depositam nomine condẽnati, vel in arcam reclusam solét capere, vt iudicato satisfiat. Hoc amplius & si pupillaris pecunia in arcam reposita sit ad prædiorũ comparationem, & citra permissum prætoris ab eo qui exequitur iudicatum, solet capi [e], & in causam iudicati conuerti.

m ¶ *Cum nec habeat.* si est habeat, in singulari, dic habeat, is, scilicet emptor contra eũ cui, &c. sed aduersus eum qui pretio pignoris liberatur: *vt supra de euic. l. antepenul.* & sic supple: ergo & iste victor non debet habere contra eum emptorem. 2 Vel dic is, scilicet victor aduersus eum emptorem.

n ¶ *Cui.* i. à quo. nam frequenter datiuus [b] pro ablatiuo ponitur. Si habes in plurali habent, scilicet exequentes contra victorem. quasi dicat sicut non possunt iudices stare pro emptore contra victorem: sic nec contra emptorem pro victore. & secũdùm hoc abundat is. Vel etiam legi potest cum sequẽ. versicu. quasi dicat is cui, &c. nõ affici da mno, &c.

o ¶ *Adficiatur.* scilicet victor.

p ¶ *Interponant.* executores prædicti, quia emptor nõ soluit pretium: vt dictum est. Accur.

q ¶ *Addictam.* id est captam & venditam.

r ¶ *Liberatam.* Non [c] videtur ergo posse haberi fidem de pretio ab exequentibus: & si habeatur non transeat dominium, *argum. infra de iure fisci. l. si procurator. in fin.* Sed qualiter au feratur ei si dicat se soluisse pretiũ? Respond [d]. hoc fortè non dicebat: aliàs contra.

s ¶ *Sic quoque.* quasi dicat non solùm prædicto modo exequuntur iudicatum, sed [e] etiam isto.

t ¶ *Aliud.* corporale, vel sic. s. in quæstione: *vt s. e. §. sed illud.*

u ¶ *Id duntaxat.* s. nomen.

x ¶ *Confitetur.* passiuè ponitur. R.

y ¶ *Secutus.* in nomine, vt cognoscatur de eo sicut de corporali pignore.

z ¶ *Cognoscere.* summatim: *vt s. eo. §. sed sciendum.*

a ¶ *De proprietate.* ante addictionem.

b ¶ *Rescriptum.* ergo non confessi tantùm capient.

b ¶ *Rescriptum est.* Quæritur quare secus [f]? Respon. quia facilius [g] in rebus corporalibus habetur summaria cognitio. cætera [h] dic vt not. *C. quando fiscus vel pri. l. ij.*

c ¶ *Conuenient nomen.* tunc. s. quando nomen non diffitetur.

d ¶ *Capi.* sic [i] dicendo, habeas illud nomen loco pignoris. & iste postea habebit vtilem actionem, sicut video in nomine pignori obligato ex conuentione: *vt supra de pign. l. cum conuenit. & facit C. de prædo. pigno. l. j. & ij. & C. de his qui ad eccle. confu. leg. fin. §. ij.* Accur.

e ¶ *Solet capi.* pupillo condemnato.

[a] Confessus non condemnatur.
[b] Datiuus pro ablatiuo.
[c] Vẽditor rei alienæ (putà executor sententiæ testamenti, procurator, tutor, curator & similes) vtrum possint dominium rei transferre habita fide de pretio adde Cyn. in l. in ciuile C. de rei vindic. Bar. &c. d Idem & si diceret: dũ tamen constaret iudici emptorem non soluisse. Bart. An & Alex.
[e] Ordo executionis iuest, vt post mobilia & immobilia executio fiat in nominibus.
[f] Corporalis debitoris bonorum & nominum differentia.
[g] Summaria cognitio facilius habetur in corporalibus, quàm in incorporalibus.
[h] Ordo qui seruetur si in bona debitoris fiat tantũ nomina.
[i] Nomen debitoris quemadmodum capiatur, adde in hoc Glos. sam in l. 1. C. de prætoreo pignore.

Sunt qui.

SVnt qui in id.] C A S V S. Debes scire quod regulariter[a] quilibet conuenitur in solidum, exceptis quibusdam personis quę cõueniuntur in quantum facere possunt, deducto ne egeant, & non deducto ære alieno: vt socius. Item patronus patrona, & liberi eorum, & parentes. Item maritus quando conuenitur de dote. Item miles qui in militia existens cõtraxit debitum. nam isti in quantũ facere possunt, conueniuntur. Tãdem dicit: quidam est debitor multorũ ex simili causa: nec est omnibus soluendo. dicitur quòd occupantis conditio erit melior. & si vnus egerit, non deducitur quod debetur aliis qui sunt similis conditionis. sic est & in act. de peculio. & idem si filius vel libertus agat contra patrem, vel patronum. nam non deducitur quod alijs filiis vel libertis debetur. Est & alius qui cõuenitur in quantũ facere potest: vt qui conuenitur ex causa donationis: & iste deducit quod omnibus debet. Item quod supra dixi, quòd si vnus filiorum agat contra patrem vel patronum, esse occupantis meliorem conditionem: intelligas tamẽ quod ille conueniatur deducto ne egeat. Item si vir conueniatur ab vxore ex causa dotis, siue ex alio contractu: habet vir hoc priuilegium, vt conueniatur in quantum facere potest. Idem econtra si vxor conueniatur à viro ex aliquo contractu. Item priuilegium quod datur viro si conueniatur ab vxore, idem priuilegium datur socero & patri viri. Sed quid erit si pater mulieris promisit dotem genero pro filia: & fecit pactum quòd gener lucraretur si filia decedat in matrimonio: tunc gener agit contra socerum ad hanc dotem: nunquid hic socer habet priuilegium ne conueniatur nisi in quantum facere potest? Certè non. & hoc est verum si soluto matrimonio per mortem filiæ gener petat dotem. si autem adhuc constante matrimonio gener petat dotem à socero, tunc socer condemnandus est in quantum facere potest. Item quod dictum est socerum genero condemnari in quantum facere potest, fallit si conuentus neget se socerum, vel si conueniatur ex causa doli. Item priuilegium quod datur viro, datur etiam procuratori viri, vel defensori qui conuenitur nomine viri, & eo viuo: post mortem autem viri conuenitur in solidũ. Item priuilegium quod dixi prædictis personis dari, non transit ad eorum fideiussores. Item priuilegium quod datur viro & aliis personis supra numeratis, non vadit ad heredes eorum, sed in solidum tenentur. & hoc dicit hæc lex cum seq. vsque ad l. si conuenerit. Franc. Accur.

a In solidum regulariter qui debẽt siu debitores cõueniuntur.

† Flo. Socium.

* accipiendũ.

l. 6. sup. eo. Errore Triboniani hic hoc positum esse ait Anton. Augu. lib. 1. c. 7.

Personæ hic enumeratæ conueniuntur & exiguntur in quantum facere possunt, & ære alieno non deducto. fallit in donatario. Bart.

XVI. IDEM *libro sexagensimotertio ad Edictum.*

SVnt qui in id quod facere possunt[a] conueniũtur: id est[b] non deducto ære alieno[c]. & quidem sunt hi ferè[d], qui pro socio conueniuntur. Socius † autem omnium bonorum accipiendus[e *] est. Item parens.

XVII. IDEM *libro decimo ad Edictum.*

PAtronus[f], patrona, liberíque eorum, & parentes[g]. Itẽ maritus de dote[h] in id quod facere potest, conuenitur.

XVIII. IDEM *libro sexagensimosexto ad Edictum.*

ITem miles[i] qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, cogitur soluere.

XIX. PAVLVS *libro sexto ad Plautium.*

INter eos quibus ex eadem causa[k] debetur, occupantis[l] melior conditio est: nec deducitur quod eiusdem conditionis hominibus debetur: sicuti fit in de peculio actione[m]. nam & hic[n] occupantis melior est causa. Sed & si cum patre patronóve agetur, non est deducendum æs alienum: maximè quod eiusdẽ conditionis[o] personis debebitur, vt liberis, libertis.

I ¶ Is quoque qui ex causa donationis conueniunt[p], in quantum facere potest cõdemnatur[q], & quidem is solus[r] deducto ære alieno[s]. Et inter eos[t] quib' ex simili causa pecunia debetur: occupãtis potior erit causa. imò nec † totum quod habet, extorquendum ei puto: sed & ipsius* ratio habẽda est ne egeat.

a ¶ *Possunt.* deducto[b] ne egeant. aliàs[c] nullum esset priuilegium: *vt j. de reg. iur. l. in condemnatione. in prin.*

b ¶ *Id est.* pro[d] scilicet ponitur, secundùm Ioan. *sic supra quando act. de pecul. est annal. l. j. §. quandiu. in glo. id est.* Azo.

c ¶ *Aere alieno.* excipe donatorem: *vt infra eodem. l. inter eos. §. fin.*

d ¶ *Fere.* ferè dicit: quia si[e] negauit se socium esse, in solidum condemnatur: *vt j. eo. l. sed hoc. §. causa.* quia & alij sunt, vel donator: *vt j. eo. l. inter eos in fine.* Item qui cessit bonis: *vt j. de ces. bo. l. is qui bonis.* Item filius exheredatus vel abstentus. quod dic vt not. supra *quod cum eo. l. ij. & iij.* 2 Vel ferè dicit, quia hic etiam enumerati non semper habent beneficium: putà maritus, vel socius, si quid dolo[f] facerent: *vt supra pro socio. l. verum. §. tempus. vers. hoc quoque. & supra sol. matri. l. etiam. §. licèt. & C. de rei. vxo. act. §. cum autem.* 3 Vel tertio, secundùm H. ferè propter donatorem[g] dicit, qui æs alienum deducit: vt dixi.

e ¶ *Accipiendus est.* Contra supra *pro soc. verùm. in prin.* vbi etiam specialis rei socium dicit habere beneficium hoc. Sol. hic sub. maximè. Vel illa ad istam trahitur. Vel hic interrogatiuè lege: & solue per illam: Vel vt ibi. Prima placet.

f PAtronus. nisi patronatus ius amiserit, quod[h] multis modis fit: *vt not. C. de bo. quæ lib. l. fin.* Accur.

b Vide Glos. & quod vbi notatur in l. 3. in verbis, in C. que bona eadem.

c Priuilegia ista non interpretari oportet, vt aliquid operentur.

d Id est pro scilicet.

e Socium qui se negauit in solidum condemnatur.

f Dolus facit quem in solidum condemnari, qui aliàs non condemnaretur nisi in quantum facere posset.

g Donator à donatario cõuentus æs alienum deducit.

h Patronatus ius multis modis amitti potest.

g ¶ *Parentes.* in[a] infinitum, cum sit fauor in omnibus his, *accipe vt supra de in ius vo. l. quique. §. parentes. & l. sed & si. §. libertos aut. m. & de libe. & posthu. l. cum quidam.* propriè tamen aliter: *vt supra de gradi. l. iurisconsultus. §. parentes.*

h ¶ *De dote. vt s. solu. matri. l. maritum.* cauet[b] tamen de soluendo si peruenerit ad fortunam pinguiorem: *vt C. de rei vxo. act. §. cum autem.* Sed contra. Insti. *de act. §. item si de dote.* Sed non est: quia in[c] quantum facultas patitur, vt ibi: idem est quòd in quantum facere potest. Item contra supra *de neg. gest. l. diuortio. in princip.* Solu. vt infra *eadem. l. non tantùm, in Glo. ij.*

i ITem miles. facit *supra eo. l. miles. in prin. & quod ibi not.* & no. quòd istæ tres leges respiciunt secundã partem rubricæ.

k INter eos.] *Ex*[d] *eadem causa.* in genere dicit, id est ex credito: sed eandem causam dicit, quia omnibus in quantum facere potest, debet cõdemnari. & sic omniũ est eadem causa vel conditio in condemnatione. Aliàs aliter dicitur eadem causa, *vt infra de except. rei iudic. leg. & an eadem.* & aliàs aliter: *vt supra de inoffic. testa. l. circa.*

l ¶ *Occupantis.* occupare[e] dicitur, qui primò ad sententiam peruenit: *vt supra de pecu. l. si vero.* aliàs qui primo litem contestatur: *vt supra de lega. 3. l. si pluribus.* Item hoc accipe inter non priuilegiatos & priuilegiatos æquali priuilegio personali: *vt supra quod cum eo. l. sed an. & de pecul. leg. ex facto. §. planè. quæ sunt contra:* nisi in duabus dotibus: *vt C. qui po. in pigno. hab. l. fin. §. fin.* Item non[f] videtur melior conditio occupantis, cum in executione vltimis veniat cum primo: *vt infra eod. l. in iudicati. quæ est contra.* Solu. in hoc est melior, quia totius debiti fit certa condemnatio non habito respectu quòd alij hic idem conuentus damnari potest posteà. At in vltima sententia debet haberi respectus ad primam: vt quod debetur ex prima, ex bonis deducatur: & si quid in bonis superfuerit, secundùm eius æstimationem fiat condemnatio. cum autem vtraque sententia executioni mandatur, non potest petere primus vt primo sibi satisfiat, & postea alij: imò vterque admittitur: pro rata tamẽ portione debiti cuiusque: scilicet vt plus accipiat cui plus debetur: vt ibi. quod multũ prodest vltimò, si fortè bona post vtranque sententiam sint minorata, habetur ergo ratio non in executione, sed in sententiæ prolatione. Si autem solus secundus primo petat executionem, non habetur ratio primi qui non petit: imò secundi occupantis melior erit causa: vt ibi. Accur.

m ¶ *In de peculio actione.* vbi non deducitur. quod dic vt supra *de pecu. l. si verò.*

n ¶ *Et hic.* in actione de peculio: *vt d. l. si verò.* & in aliis etiam casibus ibi no.

o ¶ *Eiusdem conditionis.* nec aliis excepto donatore: *vt j. prox. & j. eo. l. exheredatum.* Accur.

p ¶ *Conuenitur.* ex[g] stipulatione olim: hodie etiam ex nudo pacto datur ex lege condictio: *vt Cod. de dona. leg. si quis argentum. §. penult.*

q ¶ *Condemnatur.* si ab eo cui donauit, conueniatur. secus si ab eo cui sic delegatus est: *infra eo. l. Nesennius.* Azo.

r ¶ *Is solus.* & hoc est contra infra *eod. in iudicati.* Sed solue vt modo dixi.

s ¶ *Alieno.* in quo non computatur quod ex simili causa debetur: vt subiicit.

t ¶ *Inter eos.* s. donatarios. *& facit j. eodem. l. cum ex causa. & leg. exheredatum. & de reg. iur. l. diuus. & l. quotiens. & leg. in condemnatione. & suprà de dona. l. qui in donatione. & supra solu. matri. leg. maritus. ij.* ¶ Hic quæro, secundùm Azo. an hæc exceptio[h] vt quis damnetur in quantum facere possit, sit dilatoria, vel peremptoria? videtur dilatoria: quia non semper obstat agenti. *vt Insti. de*

a Parentes in infinitum intelliguntur in fauorabilibus.

b Dotis nomine maritus cõuenitur in id tantum quod facere potest: hoc tamen casu cauet de soluendo si peruenerit ad meliorem fortunam.

c In quantũ facultas patitur, & in quantum facere potest, paria.

d Eadem causa quando dicatur.

† l. 73 Inf. de re iu. quæ videtur ostendere hæc verba, nec totum quod habet & etiam pertinere ad alias personas Ant. Aug. li. 1. cap. 7.

* ipsi.

e Occupare quis dicatur.

f Occupantis an sit melior conditio.

g Donator etiam ex nudo pacto donationis hodie conuentus potest conueniri donationis nomine.

h Exceptio vt quis damnetur in quantũ facere possit an dilatoria sit vel peremptoria, vel perpetua.

excep. §. perpetua. & §. temporales. Item quia si soluatur, non est repetitio: vt supra de condic. inde. l. in dicm. & l. quod nomine. & leg. nam & si maritus. Econtra perpetua: quia post litem contestatam opponitur: imò etiam quandoque post sententiam: vt infra eo. l. Nesennius. §. fi. quod non est in dilatoriis: nec etiam peremptoriis: vt C. senten. rescin. non poss. leg. per emptorias. Sed Ioan. dicit eam dilatoriam.

a ¶ Non tantum dotis nomine.] Cōdēmnatur, etiam a soluto matrimonio: & etiam eo constante in casibus permissis: vt supra de iud. dot. l. manente. §. manente.

b ¶ Condemnandus est. constante matrimonio, non soluto: vt supra de nego. gest. l. diuortio. in princ. etiam si durante matrimonio contraxit. Nec obstat, supra de constit. pecu. l. ly. vbi ex alio contractu etiam soluto matrimonio habet priuilegium: sed ibi ideo, quia imitatur naturam primi contractus actio de constituta: vt supra de dona. l. qui id quod. in princip. & facit C. de donat. inter vir. & vxo. l. & si de tua. Item hoc in contractu: secus in delicto: vt infra eo. l. si rerum. & argu. infra e o. l. sed hoc ita. §. j. Accursius.

c ¶ Sicut.] Cum socero. patre viri: vt supra solu. ma. l. rei iudicata. §. fina. & leg. sequen.

d ¶ Cum socero. patre vxoris. Accursius.

e ¶ Utimur. nos ergo sequimur æquitatem b, iu qua lex deficit: vt & supra solu. matri. l. si verò. §. de viro. & C. de pact. conuen. tam, uper dote. leg. hac lege. & de vsucap. dicitur. sed hoc soluto matrimonio: vt inferior lex distinguit: vt supra solu. matri. l. in diuerso. in princ.

f ¶ Ed hoc ita.] Soluto matrimonio. per mortem filiæ: aliàs non valeret pactum: vt supra de pact. dot. leg. ij. & debeat lucrari dotē ex pacto: vt supra de iur. do. l. si de dote.

g ¶ Succurrendum. ratio distinctionis hæc est, quia constante c matrimonio durat affinitas & in parentibus viri, quia affines sunt vxori: & in parentibus vxoris, quia affines sunt viro: cæterùm vxore mortua, & ita ab vna parte affinitatis vinculo soluto, sicut amoris vinculum, ita d & priuilegij decrescit beneficium.

h ¶ Socium. facit supra eod. l. sunt qui. & supra pro socio. l. verum. §. tempus. versi. hoc quoque. & l. si vnus. §. fin. & infra de fideiuss. l. si dubitetur. §. j.

i ¶ Si cum.] Fuerit. id est fieri postuletur.

k ¶ Facere potest. scilicet maritus: vt s. sol. matri. l. alia. §. j. est ratio: quia si non obtulit se, in dominium fiet executio: vt s. eo. l. si se. siue obtulit, actione mandati, vel neg. gest. recuperaret c à domino. est ergo æquum vbique procuratorem sic damnari. Accur.

SI *magiſtratus.*] CASVS. Legatarius conditionalis, quia ſibi non cauebatur ab herede: miſſus eſt in poſſ. omnium bonorum. Dicitur quòd ſi in his bonis ſunt aliqua quæ ſeruando deteriora fierent: debet dari curator bonis per quē vendantur: & pecunia inde redacta dabitur in depoſitum legatario: & veniente conditione ſibi de ea ſatisfiet. Franc.

e ¶ *Si magiſtratus.* non municipales [h], ſed maiores: *vt j. ad municip. l. ei qui. §. j.*

f ¶ *Fideicommiſſi.* relicti ſub conditione.

g ¶ *In poſſeſſionem.* omnium bonorum olim: *vt s. qui. ex cau. in poſſ. eat. l. j.*

h ¶ *Arbitrum.* id eſt [i] curatorem bonis: *vt s. de bo. auct. iudic. poſſi. in vendi tione. §. fin.*

i ¶ *Conſtet.* exiſtente vel deficiente conditione.

h In poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa mittere magiſtratus maiores poſſunt, non municipales.

i Arbiter pro curatore bonis conſtituto.

P*ater familias.*] CASVS. Paterfam. filium ſuum impuberem ſibi heredem inſtituit: & ſi decederet intra pupillarem ætatem, ei ſubſtitutum reliquit. tandem filius inſtitutus abſtinuit ſe ab hereditate paterna & ſic creditores paterni intrauerunt poſſeſſ. horum bono, tanquam vacantium. & non ſufficiunt eis. tandem iſte impubes inſtitutus heres à quodam extraneo adiuit illam hereditatem, & poſtea deceſſit intra pupillarem ætatem, & ſubſtitutus datus ei à patre ſucceſſit pupillo. nunc creditores patris volunt agere contra ſubſtitutum. quæritur, an poſſint? Et videtur quod non cum ſubſtitutus nihil habeat de bonis paternis. Item quia creditores patris nullum ius habent in bonis pupilli aliunde quæſitis, qui non ſucceſſit patri. Econtra videtur quod ſic: cum teſtamentum vnum dicatur in quo fuit inſtitutio & ſubſtitutio. tamen poſtea ſoluit, & dicit non poſſe conueniri ſubſtitutum, ſicut nec pupillum: tum quia filij pudori parcitur, vt potius patris bona dicantur vendi per creditores, quàm filij: tum quia hæc bona quæ habuit filius, & per conſequens ſubſtitutus: non habuit à patre. & hoc dicit vſque ad §. at cum, &c. Si autem impubes adiuit hereditatem patris, & ſucceſſit alij, vel non, & deceſſit intra pup. ætatem, & ſubſtitutus ſucceſſit, tunc ſubſtitutus tenebitur creditoribus paternis, cum bona patris & filij eadem dicantur. & ſicuti poſt quam adiuit ſubſtitutus, ſi nō ſe defendat à creditoribus bona eius venduntur eo inuito: ita eo inuito cogetur reſpondere omnibus creditoribus tam patris quàm filij: nec poteſt eos ſeparare. Cætera ſunt plana. Franc.

PAter familiàs impuberi filio, ſi ante pubertatē deceſſiſſet, ſubſtituit heredem. is filius paterna hereditate ſe abſtinuit [k], ideoque bona patris [l] venierunt poſtea filio hereditas obuenit [n]: qua adita [o] deceſſit. quæro, cum prætor in ipſum pupillum, quamuis poſtea hereditas obueniſſet, creditoribus tamen patris actionem non daret [p]: an in ſubſtitutum creditoribus patris danda ſit actio: cum [q] ex bonis paternis quæ ſcilicet ad creditores miſſos ad bona pertinet, nihil adquirat [r]: & cum creditores nihil iuris in bonis pupilli [ſ] habuerint eorúmque nihil interfuerit, adiretur néc ne pupilli hereditas [t]: cum ea bona [u] omiſſa [x] à ſubſtituto hereditate [y], ad creditores [z] non pertinebant. Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus tuis [a] placet, vnum eſſe teſtamentum. Reſpondit, Quod prætor filio qui à paterna hereditate ſe abſtinet, præſtat, ne bonis patris eius venditis in eum actio detur, tametſi poſtea ei hereditas obuenit, creditoribus non reddat: idem in ſubſtituto [b] filio [c] herede ſeruandum non † eſt [d]: quoniam filij pudori parcitur, vt potius patris quàm eius bona veneant. itaque

k ¶ *Abſtinuit.* Si [a] abſtinuit, ergo non valet teſtamentum patris: ergo nec filij: *vt ſupra de pupil. ſubſtit. l. 17. §. quiſquis. 17. reſpon. quæ eſt contra.* fruſtra ergo dicit de ſubſtituto. Sol. non timebis iaculum, ſi [b] ponas impuberem non in ſolidum ſed cū alio inſtitutum [c], ſecūdùm Ioan. 2 Vel dic quòd adiuit [d]: ſed per reſtitutionem abſtinuit [e]: vnde nihilo minus eſt heres: *vt ſupra de mi. & ſi ſine. §. ſed quod Papini.* 3 Vel dic quòd in l. contra fuit exheredatus: hic inſtitutus. vnde licet [f] non adeat, eſt tamen heres: *vt s. de fideicom. lib. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. & s. ad Tertul. l. 17. §. ſed ſi non.*

l ¶ *Bona patris.* quaſi vacantia.

m ¶ *Venierunt.* à creditoribus.

n ¶ *Obuenit.* à quodam extraneo.

o ¶ *Qua adita.* deceſſit in pupillari ætate. & aliàs eſt, qua adita. & aliàs, qui ita dec. &c. id eſt de hereditate ad eum perueniente.

a Subſtitutio pupillaris nō valet ſi ex teſtamento patris non adeatur hæreditas.

b Aditione hæredis teſtamentum conſumatur. Hoc vt ſit verum: tamen hoc caſu legis non cōſideret. q̄a cohærede adeunte, & pupilli abſtinentis portio adeuntis adcreſceret, neque vt vacans vēderetur à creditoribus defuncti.

* admiſſa.

c Sub. ſalte qui ſaltem adeat. Id enim ſufficit. l. ita tamē. §. qui ſuſpectā. ſupra ad Trebe. Dyn. Azo. in ſumma de vulgari.

† Sic Flo. aliis deeſt negatio, rectè vt opinor, ne diſcrepet cum l. 42. l. de acquir. hær.

d Aditione aſſumunt vires tabulæ pupillares.

e Abſtinendo, pupillus non rumpit tabulas pupillares.

f Exiſtentis ſola ſui heredis confirmat tabulas pupillares, etiamſi non adeat.

p ¶ *Non daret.* vt & *C. arbi. tu. l. eum.* niſi in caſibus: vt ibi not.

q ¶ *Cum* & videtur quòd non, cum, &c.

r ¶ *Nihil adquirat.* ſcilicet ſubſtitutus, nec etiam filius. Accurſius.

ſ ¶ *Pupilli.* non à patre, ſed aliunde obuenientibus. Accur.

t ¶ *Pupilli hereditas* aliunde delata.

u ¶ *Bona.* obuenientia ex alienis bonis.

x ¶ *Omiſſa.* id eſt ſi non adiiſſet ſubſtitutus.

y ¶ *Heredi tate.* pupilli.

z ¶ *Ad creditores.* ſcilicet patris.

a ¶ *Præceptoribus tuis.* vt *s. de vulg. ſubſtitu. l. pater. & Inſtitu. de pupil. ſubſtit. §. igitur.*

b ¶ *Idem in ſubſti tuto.* ablatiuus.

c ¶ *Filio.* datiuus, ſed alij ablatiuus.

d ¶ *Seruandum eſt.* aliàs [g] ſine non [h]: & tunc plana: quia non debet plus onerari ſubſtitutus quàm impubes: *vt ſupra de adquirend. hered. ſi pupillus. 17. reſpond. & ad leg. Falcid. qui fundum. §. qui filios. in fin. §.* & continuabis literam vſque illuc, at cum ſubſtitut. &c. Item coniunge poſtea in fine, quòd ſi ſubſtitutus, &c. & dices abſtinuiſſe, ſiue quia non adiit: ſiue adiit, ſed reſtitutus eſt vt abſtineat. ſed in § at cum, &c. loquitur quando adiit, & non [i] dimiſit. 2 Alibi [k] eſt cum non, & tunc muta caſum: quia ſupra cum abſtinuit inſtitutus: hic cum adiuit, & non eſt reſtitutus: quo caſu & ipſe ſubſtitutus tenetur creditoribus patris: & tunc continua literam vſque illuc, quòd ſi ſubſtit. &c. & exinde vſque ad fin. non adiuit: vel adiuit, ſed reſtitutus eſt. & quod ſubiicit, quoniam filij, &c. ſcilicet vt poſſit reſtitui: & ſic potius patris, &c. ¶ Item quod ſubiicit denegatur, ſcilicet petita reſtitutione ſed ſecundùm hanc literam opponitur, cum poterat inſtitutus reſtitui: ergo heredēs eius. *vt ſupra de integ. reſtit. l. non ſolum. quæ eſt contra.* Solu. ſecundùm P. poterit: Sed hoc hic non negat, ſed alio modo quàm pupillus: quia ille etiam ſine reſtitutione: ſed hic ſubſtitutus per reſtitut.

g Prima lectio nis varietas in hoc reſponſo.

h Ita legit Azo in ſumma de vulgari ſubſt.

i id eſt nō abſtinuit.

k Secunda lectionis varietas in hoc reſponſo.

ſtitut. in integr. vt ſupra de acquiren. hered. in pluribus. & de minoribus. ait prætor §. non ſolum. Vel [a] melius [b] non poteſt hic reſtitui: cum adeundo hereditatem impuberis, paternam voluntatem & per hoc hereditatem agnouiſſe videtur: *vt ſubijcit infra ibi:* quemadmodum enim, &c. ſecus ſi ab inteſtato pupillo ſuccederet: *vt ſupra de acquiren. hered. ſi pupillus. §. reſpon.* At in l. contra. non dicit in talibus heredem reſtituendum, in quibus adeundo videtur comprobare: ſed in aliquibus contractibus quos fecerat ille cui ſuccéditur. Vel dic quòd erat neceſſarius ſubſtitutus heres, putà ſeruus teſtatoris: *vt ſupra de vulga. & pupil. ſubſtitut. ſed & ſi plures. §. quos.* & ideo non reſtituitur: *vt ſupra de acquirend. heredi. l. neceſſariis. in fin.* Vel dic ſecundùm Azo [c]. non ſeruatur idem: quia pupillus licet ſemel ſit heres, abſtinet tamen ipſo iure niſi [d] ſe immiſcuerit: quod non eſt in extraneo ſubſtituto. ¶ Item ſecundùm eandem literam eſt contra *ſupra de acquirend. heredi. l. vij. §. j.* Sed ibi non ſe immiſcuerat inſtitutus: nec dicitur ibi quòd nepos fuerit ſubſtitutus. Ex prædictis patet quòd tres ſunt caſus: quia aut non adiit: aut adiit, ſed reſtituitur: & vtrobique non tenetur nec ipſe nec ſubſtitutus creditoribus patris. aut adiit & retinuit: & tunc vterque tenetur. Sed quidam, vt R. & Ioann. dicunt quòd quando adiit & reſtituitur, quòd ſubſtitutus tenetur: ſed non ipſe. & hic erit caſus à capite vſque fere ad finem illuc, quòd ſi ſubſtitutus &c. prout habes in litera, non. & ſecundum hoc quod dicit in principio huius legis. abſtinuit, ſcilicet per reſtitutionem. Item quod ſubijcit infra at cum ſubſtit. &c. ibi, ſe paternæ miſcuerit: ſupple, & abſtinuit. Accurſius.

a Duas hæc ſolutioneſ probat.
b Subſtitutus pupillo ſe immiſcentis in hereditate paterna ſi pupillus poſtea moritur in pupillari ætate. nō poteſt poſtea petere reſt. in integrum ex perſona pupilli aduerſus dictam immiſtionem: & hoc modo ſeparare hereditaté paternam à pupillari, quę iam confuſa eſt, cum ea... in l. quidam ... C. de iure delibe. poſt Io. de Imo. in l. ſi. ff. de acq. here.
c In ſumma de vulgari ſubſtit.
d Adde Romanum ſingulari 98.
* Fuſdius al. Fulcinius.
† Emptor bonorum qui ... Theophilus in inſtitutionibus ... de ſucceſſionibus ſub...

in id quod poſtea ei obuenit, actio creditoribus denegatur: quia id ex aduenticio adquiſitum eſt, non per partem ad eum peruenit. At cum ſubſtitutus filio, hereditatem adijt, poſtquam pupillus ſe paternæ miſcuerit hereditati, tunc hereditas, & patris & filij vna eſt: & in omni ære alieno quod patris aut filij fuerit, etiam inuitus heres [a] obligatur. & quemadmodum liberum ei non eſt [b] poſt obligationem, vt non omnimodo ſi non defenditur ipſius bona veneant [c]: ita ne ſeparare quidem æs alienum patris & filij poterit: quo caſu efficietur, vt creditoribus in eum actio dari debeat. Quòd ſi ſubſtitutus heres hereditatem non adierit [d]: creditoribus patris in id quod pupillus reliquit [e], actio dari non debet: quoniam neque pupilli [f] bona venire debent propter æs alienum patris neq; in bonis patris eſt quod pupillus [g] adquiſiuit [h].

Omnibus bonis debitoris venditis per creditores, non videtur vendi ſtatua in honorem eius in ciuitate poſita. Franc.

XIIII. vel XXIX. PAVLVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

AVfidius [i] * refert, ſtatuas in publico poſitas, bonis diſtractis eius cuius in honoré poſitæ ſunt, nō eſſe emptoris † bonorum eius: ſed aut publicas [k], ſi ornandi municipij cauſa poſitæ ſint: aut eius [l] cuius in honorem poſitæ ſint: & nullo modo eas detrahi [m] * poſſe.

Non debet à principe impetrari quod de iure communi conceditur. Bartolus.

XV. vel XXX. PAPIRIVS IVSTVS *libro primo de Conſtitutionibus.*

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt, eos qui † bona ſua negant iure veniſſe [n], præiudicio [o] * experiri debere: & fruſtra [p] à principe † deſiderare reſcindi venditionem.

Heres ſuſpectus cogitur ſatiſdare cauſa cognita: & contra non ſatiſdantem proceditur ad miſſionem, & venditionem. Bartolus.

XVI. vel XXXI. VLPIANVS *libro ſecundo de omnibus tribunalibus.*

SI creditores heredé ſuſpectú [q] putent, ſatiſdationem [r] exigere poſſunt pro ſuo debito reddendo: cuius rei gratia cognoſcere prætorem oportet: nec ſtatim eum ſatiſdationis neceſſitati ſubiicere debet [ſ]: niſi cauſa cognita conſtiterit proſpici debere his qui ſuſpectum eum poſtulauerunt.

1 ¶ Sed ſuſpectus heres nō iiſdem modis quibus ſuſpectus tutor æſtimatur. Si quidem tutorem non facultates [t], ſed fraudulenta in rebus pupillaribus, ſed callida conuerſatio ſuſpectum commendet [u]: heredem verò ſolæ facultates.

2 ¶ Planè in recēti aditæ here-

a ¶ *Etiam inuitus heres*, ſcilicet ſubſtitutus.
b ¶ *Liberum non eſt*. habeas non. & dic quemadmodum non eſt liberum ſubſtituto poſt obligationem quam contrahit adeundo, quin bona ſubſtituti veneant per creditores, ſi non defendatur ſcilicet ipſe ſubſtitutus: ita, &c. & eſt plana. Vel ſi nō habeas, non, &c. dic quemadmodum liberum eſt, ſcilicet heredi pupilli ab inteſtato: poſt obligationem ſcilicet tranſlatam de patre in filium: vel poſt obligationem quam contrahit adeundo, ſcilicet cum creditoribus pupilli, nō patris, ita contra, &c. ſcilicet quando eſt ſubſtitutus, qui adeundo videtur agnoſcere. Vel dic etiam, quemadmodum liberum eſt, ſcilicet pupillo poſt obligationem quam cōtraxit adeundo: nam poteſt reſtitui: ita econtrario ſi non petiit reſtitui ſubſtitutus adiens, tenebitur omnibus.
c ¶ *Veneant*. ſupple, vel non veneant. & ſic non eſt vis, ſit ibi omnino: &c. vel non ſit ibi.
d ¶ *Non adierit*. ſcilicet patris pupilli: quia pupillus ſe abſtinuit [e]. Azo. alij habent, & heres: & tunc plana.
e ¶ *Reliquit*. aliunde acquiſitum [f]. Accur.
f ¶ *Neque pupilli*. viuentis & deliberantis.
g ¶ *Pupillus*, quia ſe adhuc abſtinere poteſt.
h ¶ *Adquiſiuit*. cum iam abſtinuit. igitur nec ſubſtitutus tenetur creditoribus patris. *& facit ſ. ad Trebe. debitor. §. ſi. Item ſ. qui. ex cau. in poſſ. ea. l. apud Iulianum.*

e Et nullo ſe tempore immiſcuit.
f Quam à patre.

i ¶ *Aufidius*. aliàs, Furius: & aliàs, Aufidius.
k ¶ *Publicas*. id eſt [a] vniuerſitatis. & ſic impropriè: *ſ. de verb. ſignif. l. cum ſic ponitur. C. de ſacroſan. eccle. l. ſi. in prin.*
l ¶ *Aut eius*. quo ad memoriam, *& facit ſ. de acquiren. re. domin. l. ſtatuas. & ſ. de except. Paulus. & infra quod vi aut clam. l. ſi quis in puteum. §. j.*
m ¶ *Detrahi*. aliàs detrahi: & aliàs diſtrahi.

IMperatores.] CASVS. Creditores vendiderunt bona debitoris qui tamen ſe defendebat: & ſic iniuſte vendiderūt. Dicitur quòd debitor vindicabit bona ſua ab emptoribus ſuo iure, nec eſt opus in integrum reſtitutione ad hæc. Franciſcus.

n ¶ *Iure veniſſe*. fortè quia [c] defendebantur. 2 Vel dic quia non latitabant: *vt ſupra quibus ex cau. in poſſ. ea. Fulcinius. §. j.* Sed in hoc ſecundo caſu fortè valet venditio; ſed per reſtitut. in integr. reſcinditur: *vt ſupra de damn. infect. l. ſi finita. §. ſi forte.*
3 Alij dicunt, vt M. quòd vbi vendita ſunt bona alicuius ob tributa non ſeruatis ſolennitatibus, quòd poſſeſſio redit ad eum. nā contra agentem emptorem excipiet exceptione præiudiciali. Accurſius.
o ¶ *Præiudicio*. id eſt [d] rei vindic. quæ præiudicat venditioni, quæ tantùm de facto tenuit. 2 Vel dic ſecundùm M. quia præiudicatur ſolutioni quæ à creditoribus poſtulatur: non autem dicit de tali præiudiciali, *de qua eſt Inſtitut. de actio. §. præiudiciales.* Accurſius.
p ¶ *Et fruſtra*. quia [e] communi iure conceditur, cum non tenuerit venditio, *ſic C. de theſau. l. j.* ¶ Sed nunquid [f] actor probat non iuſte factam venditionem? Reſpond. ſic ſecundùm Azo. quaſi [g] præſumatur legitimè facta. Ioan. contra: cum per rerum naturam, &c. *vt C. de probat. l. actor.* Accurſius.

SI creditores.] CASVS. Debitor multorum deceſſit relicto herede creditores hereditarij volunt mitti in poſſeſſ. bonor. & vendere, niſi heres ſatiſdet. Dicitur quòd audiuntur ſi heres eſt ſuſpectus, quod cognoſcitur ex facultatibus: licet in tutore ſit ſecus, qui præſumitur ſuſpectus ex malis moribus: non ex facultatibus. & hoc eſt verum ſi creditores ſtatim adita hereditate petunt hoc: non ſi diu poſt. & ſi nolit ſatiſdare heres, tunc bona hereditaria poſſidebuntur & vendentur. & prædicta ſunt vera quando iam aliqua alienauerat. ſi autem nihil vendiderat: tunc ſatis eſt ſi iubeatur vt non deminuat. Vltimo dicit: cum creditores dicunt heredem idoneum, & ideo petunt ſatiſdari, & hoc probare non poſſunt: tunc tenentur actione iniuriarum ipſi heredi. Franciſcus.

q ¶ *Suſpectum*. id eſt [h] non idoneum [i] *& facit ſupra qui ſatiſd. cogan. ſi fideiuſſor. & quod ibi not.* Accur.
r ¶ *Satiſdationem*. facit *ſupra de iudi. l. in omnibus & quod ibi not.* Accurſius.
ſ ¶ *Subijcere debet*. prætor.
t ¶ *Non facultates*. principaliter [k]: *vt Inſtitut. de ſuſpectis tutoribus. §. fin. & C. de ſuſpectis tutoribus l. in poſtulando. & ſupra de ſuſpect. tuto. l. ſuſpectum.* ſed ſecundario ſic: *vt ſupra de magiſtratibus. conuen. l. j. §. ſ.*
u ¶ *Commendet*. per contrarium, id eſt accuſet.

a Statuæ defuncti in publico poſitæ non ſequūtur emptorem eius hereditatis.
b Publicum impropriè dicitur res vniuerſitatis.
* diſtrahi.
c Vēditio bonorum debitoris non latitantis & quemadmodum retractetur, Dynus ita diſtinguit: vēditionem ipſo iure nullam eſſe ſi omiſſa ſit forma legitima, reſtitutionis obnoxia, ſi contra priuilegiū perſonæ debitoris facta.
† Quidam ita emendandū putant, qui bona ſua negant iure veniſſe per iudicem experiri debere, & fruſtra per principē deſiderare reſcin. &c. ſed hanc lectionē nuſquam reperi. Val. Max. lib. 4. c. 4.
* iudicio.
† Flo. fruſtra principē de.
d Præiudiciū pro rei vindicatione.
e Cōmune auxiliū cōpetit re, ſpeciale nō datur.
f Præſumi ſolennitas non ſolet, niſi ex ſcriptura ipſa appareat.
g Probandi onus ei incumbit cōtra quē facit præſumptio, vide Bar. in l. vlt. ... proximo.
h Suſpectus heres pro non idoneo.
i Vel alienigenam Albe.
k Suſpectus ſit nemo principaliter d. ſecūdū facultates: ſed ſecūdario;

a ¶*Passi.* creditores.
b ¶*Post multum.* quinquennium [a] : *vt j. tit. j. l. j. §. quod autem actum est.* vel arbitrio iudicis: *vt s. de iure delib. l. j. in fin.* Accur.
c ¶*Iniuriarum actione.* sic *supra qui sat sda. cog. l. si vero pro condemnato. §. fina.*

a Multum temporis pro quinquennio & eo spatio quod arbitrio iudicis definitum erit.

PRiuilegia.] CASVS. Not. quod duplex est priuilegium competens aliquando creditoribus. Vnum reale, scilicet hypothecarium, aliud personale: & de hoc dicit. Et sic pone casum: Quidam habet multos creditores priuilegium personale habentes: quæritur quis eorum præferatur? Et certe non inspicitur tempus, vt qui primo contraxit, præferatur: sed causa inspicitur: vt quis eorum habeat magis fauorabilem causam: vt est in funeraria, quæ præfertur aliis, putà actioni tutelæ, & similibus. Si autem sunt duo creditores eiusdẽ causæ, tũc concurrunt, licet diuersis temporibus cõtraxerũt. & de hac materia dic plene vt in gl. magistrali hic posita, quæ incipit: vt priuilegiatus &c. Fran.

d ¶*Priuilegia.* personalia [b]. secus in realibus: *vt C. de priuileg. fisci. l. ij.* Azo.

e ¶*Ex causa.* vt priuilegiatus [c] præferatur non priuilegiato in soluendo, & etiam repetendo: *vt hic & C. de priuileg. fisci. l. pecuniis. & supra quod cum eod. l. sed an. & de peculio ex facto. §. fin.* Et si [d] ambo priuilegiati: præferatur priuilegiatior, id [e] est cui debetur ex priuilegiatiori causa: vt mulier deponentibus, & similibus: *vt hic & C. qui po. in pign. ha. l. assiduis.* §. j. Si vero paria [f] sunt priuilegia, vt duo deponentes, & sic eiusdem titu. tunc concurrant: licet vnus ante alium contraxerit, *vt subiicit. vt supra deposi. l. si hominem. §. quotiens. in fin.* Hoc tamen fallit in duabus [h] dotibus ex eadem substantia debitis, etiam si personale tantum priuilegium prætendatur: *vt C. qui potio. in pignor. ha. l. fin. §. exceptis.* quod dixi quando sunt eiusdem tit. Idem & si diuersorum: vt quia vnus habeat cond. ob causam pro dote futura: & alter depositi: *vt s. eo. l. ij. §. fin. & l. si ventre. §. fin. & s. de iure dot. l. si sponsa.* vel vnus tutelæ, alter depositi: nisi nominatim probetur alterum [i] in priuilegio personalis actionis præferendum: vt in quatuor casibus. Primus in fisco: *vt j. eod. quod quis.* Secundus in muliere dotem suam repetente. cum enim ipsa priori tacitæ hypothecæ præferatur, & ita habeat priuilegium potentius alio priuilegio quo ad hypothecã: item videtur in hoc priuilegio personalium actionum. *argu. j. quæ in frau. cred. qui autem §. sciendum.* Tertius, in eo qui credidit in rem reficiendam: *vt supra qui po. in pig. ha. l. interdum.* Quartus in funeraria: *vt supra de reli. l. p. n.* Sed & si contentio est inter eos adeo priuilegiatos: nunquid vnus eorum alteri præferatur? Respond. non, per hanc l. nisi expresse inueniatur contra: *vt j. eod. quod quis & in Authen. de æqualit. dot. §. his consequens.* 2 Inter [k] hypothecarios autem dic præferendum priorem tempore: *vt C. qui po. in pig. ha. l. si fundum.* nisi in casibus quos not. infra *eod. titu. l. diuersis. & l. eos.* quibus casibus inspicitur causa etiam in hypothecis. Item si alter habeat hypothecam, alter priuilegium: præfertur hypotheca, *vt C. qui po. in pign. l. eos. & supra de pact. l. rescriptum.* 3 ¶Si autem nullus [l] hypothecam vel priuilegium habeat: præfertur qui occupat [a], nisi iam possessa erant bona, vel nisi ambo instarent, & debitor vni soluerit: *vt supra de bonis auctor. iud. poss. l. si non expedierit. §. j. & infra quæ in fraud. cred. l. qui autem. §. sciendum. & l. pupillus.* Sed in hoc videtur contra *supra locati. l. in operis.* Solu. vt ibi. Accursius.

b Priuilegia personalia ex causa non æstimantur vt realia.
c Priuilegiatus actione personali præfertur nõ priuilegiato.
d Priuilegiatis si duobus concurrentibus in actione personali præfertur is cuius causa magis priuilegiata.
e Priuilegij qualitas consideratur ex ipsa causa priuilegiata, vt quò causa, eò priuilegiatior sit persona.
f Dotis causa priuilegiatior deposito.
g Priuilegiis paribus in actione personali, siue sint eiusdem titu. li, siue diuersorum, priuilegiati simul concurrunt licet alius ante alium contraxerit. Hoc tamen fallit in duabus dotibus.
h Dotiũ duarum priuilegium considératur ex eadem tempore.
i Priuilegiati in actione personali, fiscus, dos, creditor rei reficiendæ vel funeris: horum alter, alteri nõ præfertur.
k Priuilegiũ hypothecariũ seu reale ex tẽpore definitur, certis tamen casibus ex causa.
l Priuilegium quendam sit seu qui præferantur inter creditores priuilegium non habentes.

ditatis audiendi erunt qui suspectum postulant. Cæterum si probentur passi [a] eum in hereditate morari, nec quicquã possint obiicere criminis, quasi dolose versato eo: non debebit post multum [b] temporis ad hanc necessitatem compelli. 3 ¶ Quod si qua si suspectus satisdare iussus, decreto prætoris nõ obtemperauerit: tunc bona hereditatis possidere. venúmq. dari ex edicto suo permittere iubebit. 4 ¶ Planè si doceatur nihil ex bonis alienasse, nec sit quod ei iustè præter paupertatem obiiciatur: contentus esse prætor debet vt iubeat eum nihil minuere. 5. ¶ Quòd si nec inopia laborantem eum creditores ostendere poterint: iniuriarum actione [c] ei tenebuntur.

XVII. vel XXXII. PAVLVS *libro singulari Regularum.*

PRiuilegia [d] non ex tempore æstimantur, sed ex causa [e]: & si eiusdem tituli fuerunt, concurrunt [f]: licèt diuersitates temporis in his fuerint.

Potest capi de bonis pupilli ad eius nutrimentum, licet bona ipsius sint à creditoribus possessa eo quòd defendebatur.

XVIII. vel XXXIII. VLPIANVS *libro tertio Regularum.*

SI pupillus ex contractu suo non defendatur, ideóque bona eius creditores posidere coeperint: deminutio ex his bonis fieri debet vescendi [g] pupilli causa.

Bonis debitoris à creditoribus possessis: si satisdederit debitor de iudicio suspiciendo: debent creditores à possessione discedere. h. d.

1 ¶ Defendere debitorem sicut antequam bona eius posiderentur, licet ita post bonorum quoque possesionem eius, siue ipse sui, siue alius defentionem eius suspiciat, debet satisdare [h]: vt satisdatione interposita iudicium accipiatur, & à possesione discedatur.

Qui credit pecuniam in refectionem vel instructionem rei, habet priuilegium primum post fiscum.

XIX. vel XXXIIII. MARCIANVS *libro quinto Regularum.*

QVod quis nauis fabricandæ vel emendæ vel armandæ vel instruẽdæ causa vel quoquo [*] modo [i] crediderit, vel ob nauem venditam [k] petat habet priuilegium post fiscum [l].

Qui abest causa reipublica dolo malo: patitur missionem in bona sua. Qui autem abest causa reipublica bona fide, non patitur missionem in bona sua.

XX. vel XXXV. IDEM *libro singulari ad Formulam Hypothecariam.*

EVm qui in possesioné missus sit eius qui reipublicę causa absuit: si apparuerit eum dolo malo reipublicæ causa abesse, iure in possesione esse placet [m], donec solidum soluatur. Eum autẽ qui rerũ eius qui sine dolo malo reipublicæ causa absuit, in possesionem missus sit, pignus non

f ¶*Concurrunt.* præterquam in duabus [b] dotibus ab eadem substãtia debitis. tunc enim prærogatiua temporis seruatur: *vt Cod. qui po. in pig. hab. l. vlt. §. in duabus.*

SI pupillus.] CASVS. Creditores qui contraxerant cum pupillo, missi sunt in possess. bono. eius, quia pupillus non defendebatur. Dicitur quòd de his bonis potest fieri deminutio causa nutiendi [c] pupillum. Secundo dicit: sicut debitor à principio potest se defendere si satisdet iudicio sisti, vel per alium potest defendi, nec bona eius possidebuntur: ita si non se defendat à principio, vel per alium, & missio sit facta in bonis eius: nunc volẽs se defendere, & satisdare iudicio sisti, admittitur, & recuperat possessionem bonorum. Franciscus.

h ¶*Vescendi.* aliud si ex paterno contractu. Vel dic idem [d] si modò non esset facta venditio quæ fieri tunc potest, non nunc: *vt supra quibus ex cau. in poss. ea. l. apud Iulianum. & l. in possessionem. & facit s. vt in possess. leg. l. si cui. §. qui legato. u. & l. quæ legatorum. & j. eo. l. fin.*

h ¶*Debet satisdare.* iudicio [e] sisti [f] non iudicatum solui, quando ipse se defendit: *vt supra quibus ex cau. in posse. ea. l. hac autem. §. fin. quæ est contra.* sed si alius, tunc sicut *s. ex quibus cau. ma. l. item ait prætor. §. fin.* ADDITIO. Dic quòd nõ debet satisdare de iudicato soluendo: vt per Bar. in l. contraria.

i QVod quis.] *Quoquo modo.* vel domino dãdo, vel ipsi redemptori, vel venditoribus materiarum domino mandante: *vt s. eo. l. si ventri. §. j.*

k ¶*Ob nauem venditam.* vt venditor, nauis pretium: vel naui vendita authoritate iudicis. nam creditores propter quos est vendita, habent priuilegium personale in bonis emptoris. 2 Tu dic quòd alius vendidit nauem, & ego credidi debitori pretium. nam habeo personale priuilegium: *vt hic & s. eod. qui nauem. & in Auth. de æquali. dot. §. his consequens. colum. vij.* Sed argum. contra *supra de tributo. l. procuratoris. §. plane.* Sed refert [g] simpliciter mutuem, vt ibi: an dicam in nauem emendam, vt hic: an etiam vt sit mihi obligata: *vt C. qui po. in pig. ha. l. licet.* reale autem non habeo: *vt C. de pign. l. quamuis.*

l ¶*Post fiscum.* siue ante siue post contrahat, fiscus præfertur in personali priuilegio ei qui credidit in refectionem: vt hic. sed mulier præfertur eidem: *vt in Auth. de æquali. do. §. his consequens. col. vij.* in reali præfertur iure, qui potior est tempore: *vt s. qui po. in pig. ha. l. si pignus & C. qui po. in pign. ha. l. si fundum & facit s. qui po. in pig. l. interdum. & l. seq.* Accur.

EVm qui.] CASVS. Contra debitorem absentem dolo malo fit missio & venditio. sed si sine dolo absuit, fit missio, sed non vẽditio. & finem huius l. expone vt in gl. Fran.

m ¶*Esse placet.* etiam vt vendere posit. Accur.

a Occupantis melior est conditio inter eos qui nullũ habent priuilegiũ, vt hoc casu, præoccupatio hoc priuilegiũ esse videatur.
b Dotium duarum ea est prærogatiua, vt quæ earum prior sit tempore, potior sit iure.
c Debitor regulariter non est alendus ex fructibus bonorũ in quæ missio facta est, seu capeorum in tenutam. Hoc tamen fallit in pupillo. vbi hic.
* Fin. quoque.
d Idem tenet Oldradus & Albericus.
e Debitorem nauiũ hoc est possessionem bonorum suorum volens recuperare, satisdare tenetur, & refundere expensas. l. si quis emptionem. in fi. C. de præscript. 30. annorum.
f Declinatoria fori hac cautione iudicio sisti, admittitur. Bar. in l. quidam. ff. de re iudicata.
g Mutuum in nauis emendæ causa, quare non priuilegiũ habent.

Non tam-

a ¶*Non contrahere*.f.taliter vt possit fieri venditio:tenet tamen pignus causa rei seruandæ: *vt s.qui.ex cau.in pos.ea.l.j.§.j.& C.de re-stit.milit.l.ignorare*. Sed & venditio [a] quandoque fiet ad instar furiosi:*vt s.tit.ij.Fulcinius.§.adeo*.

a Quemadmodum ęre alieno vrgente, & dilatione periculum afferête ipsi creditori, potest contra pupillum & furiosum qui non latitant veniri ad secundũ decretum dato curatore eius bonis: ita etiam potest veniri contra absentem reipub.causa A-lex.

b ¶*Oportere*.f.placet eum qui in solutum talem rẽ accepisset, vel ecõtra ex prædicta causa, & hoc petita in integ.rest. prius: *vt no.s.titu.ij.Fulcinius.§.si quis possederit*.Accur.

contrahere [a]: & ideo discedere oportere [b] de possessione.

XXI.vel XXXVI.VLPIANVS *libro quadragesimoquinto ad Sabinum.*

EVm qui circa columnas se occultat vt creditorem euitet, latitare placet. Nam & eum qui recedit, hoc est, qui subterfugit, ne secum aliqua actio moueatur latitare placet: tam & qui vrbe profugit, vtique fraudandi causa. Nec enim interest, quod attinet ad latitandum, vtrum quis profugerit, an verò Romæ agens copiam sui non facit [c].

EVm qui circa.] CASVS. Quocunque modo quis latitet ne videatur & cõueniatur à creditore, dicitur latitare: & sic fit missio & venditio in eius bonis: siue post columnam se occultet: siue subterfugiat: siue propter hoc exeat de ciuitate, siue non [b]. Fran.

b Missio et secundo decreto interponitur etiam cõtra latitantẽ si periculum sit in mora. v. Romanum singulari 591.

c ¶*Non facit*.vt s.titu.ij.Fulcinius.§.illud sciendum est. Accur.

Ius pignori competens, priuato præfertur: vel aliter: Priuilegium competens personali beneficio principis, non præfertur priuato habenti hypothecam Bartolus.

ANtiochensiu.] CASVS. Ciuitas Antiochenensium impetrauit priuilegium à principe, vt habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris, hoc priuilegium non nocet creditoribus aliis illius debitoris, quin illi præferantur in pignoribus expressis. Fran.

d ¶*Lege*.i.priuilegio suæ patriæ dato. Accursius.

e ¶*Sua*.quia fortè impetrauerat vt preferretur omnibus creditoribus in personali actione. Vel impetrauit vt haberet tacitã hypothecam, quã aliàs non haberet: *vt C.de iure reipub.l.ij.lib.xj.* a. Vel dic de lege sua quòd ipsamet [e] cõstituit tale ius municipale, quod licet: *vt C.quæ sit long.consue.l.j.& facit s.ad muni.l.Lucius.§.fi.*

e Ciuitas lege generali non probata, potest auferre ius priuati, Bar.hic, Innocen.c.quæ in ecclesiarum.extra.de constitu.

f ¶*Priuilegium*.subaudi post.

g ¶*Constitit*.i. si aliquis alius habeat ius pignoris in bonis illis, non omittat propter legem illam municipalem vel impetrationem, & præfertur huic ciuitati non obstante eo priuilegio, quod lege &c.*facit j.ad muni.l.simile*. Accursius.

BOnis venditis.] CASVS. Bonis debitoris venditis per creditores, non videtur vendita ancilla quæ fuit concubina debitoris: nec filij ex ea nati. Secundo dicit: respublica putà ciuitas Bononiensium, præfertur cæteris creditoribus in personali. Fran.

h ¶*Concubina*.quæ [d] erat sua ancilla, & filij ex ea serui sui.*& facit s.de pign.l.obligatione*. Accursius.

d Adde Gl.l.i.C. quæ res pignori.

i ¶*Respublica creditrix*. aliàs creditrix: & aliàs creditoria, id est chirographaria. sed fiscus nunquam est chirographarius: *vt C.in qui.cau.pig.ta.contra.l.j.& ij*. Dic ergo Bononiensium [e]. & sic impropriè. *vt j.de verb.sig.eum qui vectigal*. Accursius.

e Imò Romanissimè, hic.

PVpillus.] CASVS. Si non defendatur pupillus, [l] & sic est facta missio in eius bonis: adhuc tamen ex istis bonis dabuntur pupillo alimẽta vsque ad pubertatem. Secundo dicit, debitor multorum captus est ab hostibus: & quia non defenditur, bona eius sunt possessa à creditoribus, dicitur ꝙ non fiet venditio horum bonorum, nisi reuertatur ab hostibus, & nolit se defendere. Fran.

k ¶*Pupillus*. de hoc notaui.s.e.si pupillus. in glo.j. Accursius.

l ¶*Eius qui*. de hoc no.s.*ex qui.cau.in pos.ea.l.in possessionem.§.j.*

DE SEPARATIONIBVS.

De creditoribus in bonis mittendis dictum est: sed quia quidam eorum solent separationem bonorum impetrare, ideo de ea subiicit. & expone de ea.j. quod tempus impetrari possit, & ex quibus causis denegatur. Accursius.

¶ *Et hoc titulo postulantibus creditoribus defuncti intra [f] quinquennium ab adita hereditate, decreto prætoris separari creditores & bona. Hereditarios solos venire in possessionem bonorum defuncti, heredis æquè solos in possessionem bonorum heredis. quod remedium [g] perquam vtile est hereditariis creditoribus, quibus sufficiunt bona defuncti, quæ non sufficerent si & in ea mitterentur proprij creditores heredis fortè mediocris vel egeni. Sed & de alia [h] separatione hoc tit. agitur quæ cõceditur herede necessario, ne creditores hereditarij etiam vendant bona eius propria, quæ post domini mortem adquisiuit vel quæ ei dominus debuit, item de alia quæ conceditur patrono heredi libertæ, quæ Titio, exempli gratia, heres extitit. ne creditores Titij etiam vendant alia libertæ bona, & de alia, quæ castrensibus creditoribus vt separẽtur à paganis, vt cum non vno genere separationis hoc tit. tractetur, rectè videatur pluratiuo numero ita conceptus, de separationibus, maxima tamen pars eius est de separatione illa quæ hereditariis creditoribus conceditur, ne creditores heredis vendant etiam bona hereditaris, aut ex venditione eorum bonorũ partem aliquam ferant. Separatio est bonorum & creditorum aliorum ab aliis seorsum habita ratio. Cuiacius.*

f Separatio intra quod tẽpus petatur.

g Separationis beneficiũ vtile creditoribus.

h Separationis beneficiũ vtile hæredi necessario.

SCiendum est.] CASVS. Separatio impetratur decreto prætoris. & impetrant eam creditores hereditarij, vt separentur bona hereditaria à bonis heredis, vt sic eis satisfiat in totum, vel plenius quam si concurrerent cum creditoribus propriis heredis. creditores autẽ heredis non impetrant separationẽ. & redditur ratio in littera. Itẽ creditores hereditarij post quã impetrauerunt separationem, præferuntur omnibus creditoribus heredis, etiã si heres rem hereditariam alicui obligauit, & etiã fisco & municipibus ꝗ erant creditores heredis. in casu tamen creditores heredis impetrãt separat. bonorum heredis à bonis hereditariis: vt si heres dolo malo in fraudem suorũ propriorum creditorũ adiuit heredi. debitis grauatam. Item in casu ipse heres impetrat separat. vt si heres institutus & grauatus de restituendo coactus adiuit. tandem non apparet cui restituat: vt quia fideicommissarius decessit antequam sibi hereditas restituatur: nunc creditores hereditarij cõueniunt heredem: poterit heres separat. bonorum propriorum à bonis hereditariis impetrare, vt sic tãtum de bonis hereditariis satisfaciat creditoribus heredit. & non de suo. Item hoc casu si heres non impetret, poterunt creditores eius hoc impetrare. [ITEM VIDEAMVS.] Pater filium suum impuberem sibi instituit heredem, & ei substituit. tandem impubes adiuit & decessit, & substitutus successit. nunc creditores substituti bona eius petũt vendi. quæritur an creditores patris possint impetrare separationem, vt bona patris separentur à bonis substituti? Et dicitur quod sic. hoc idem permissum est creditoribus impuberis qui cum impubere contraxerant. Postea dicit: primus instituit secundum: secundus tertium: creditores tertij volunt vendere omnia bona tertij dicitur quod creditores primi possunt impetrare separa. bonorum primi à bonis secundi, & tertij. Item creditores secundi & tertij. Item creditores secundi possunt impetrare separationem bonorum tertij, non primi. [SI FILIVSFAMILIAS.] Filiusfa. antequã militaret, cœpit habere creditores: & peculium paganicum quod habebat, non erat soluendo postquã cœpit militare: & sic habuit pecul. castrense. cœpit habere & alios creditores, & hoc pecu. castrense. bene est soluendo. De istis vltimis creditoribus quæritur an fiat separatio inter creditores secundos & primos? Et dicitur ꝙ sic ad postulationem contrahentium cum eo iam militante. Itẽ in alio casu quando creditor contraxerat cũ non militãte: tamen pecunia peruenit in rem patris. nã alij creditores reiicient istũ à bonis castrensibus. [ILLVD.] Ponuntur quidam casus in quibus creditor hereditarius non potest impetrare separat. Primus si nouauit obli. ab herede. Secundus, si accepit vsuras huius debiti ab herede. Tertius, si recepit satisdationem de hoc debito ab herede, licet minus idoneam. Quartus, si bona hereditaria & heredis sint commixta, vt vinum hereditarium cum vino heredis. Idem in frumento & similibus, sicut in prædiis quæ non dicuntur misceri. idem in similib. Quintus, si est lapsum quinquennium ab adita hereditate, intra quòd non fuit impetrata separatio. & de prędictis cognoscet prætor vel præses: & nullus alter. Est & sextus, vt si creditor hereditarius accepit pignus ab herede pro hoc debito. [QVÆSITVM EST.] Si aliqui ex creditoribus hereditariis elegerunt fidem heredis, vt nouando cum herede, vel pignus ab eo accipiendo, vel simili modo: aliqui non: factum illorum non nocet istis quin isti possint impetrare separa. bonorum testatoris à bonis heredis. & hæc impetratio non proderit illis qui secuti sunt fidem heredis. Secundo dicit, postquam creditores hereditarij impetrauerunt separa, & eis erit satisfactum: si quid de bonis testatoris supererit, proderit creditoribus heredis, non sic econtra. s. quod bona heredis prosint amodo creditoribus hereditariis ex quo impetrauerunt separa. & redditur ratio in littera, nisi veniam impetrarent, & hoc tunc demum cum creditoribus heredis erit satisfactum. [ITEM SCIENDVM.] Dominus instituit seruum suum heredem & liberum. tandem mortuo domino aliqua acquisiuit seruus ante-

XXII. vel XXXVII. PAPINIANVS *libro decimo Responsorum.*

ANtiochẽsium Cœlesyriæ † ciuitati, quòd lege [d] sua priuilegium [e] in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequendi pignoris durare constitit [g].

† Vide in hanc l. Alciat. lib. III. ... Cœlesyria Plin. ...

XXIII. vel XXXVIII. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

BOnis venditis † excipiuntur concubina [h] & liberi naturales. 1 ¶ Respublica creditrix [i] omnibus chirographariis creditoribus præfertur.

† Adde D. ... notabiliter.

Pone casum vt supra eo.l.si pupillus.

XXIX. vel XXXIX. IDEM *libro quinto Sententiarum.*

PVpillus [k] si nõ defendatur, in possessione creditoribus cõstitutis: minoribus ex his vsq. ad pubertatem alimenta præstanda sunt. 1 ¶ Eius qui [l] ab hostibus ca-

quam attingeret bona domini, nunc cõuenitur à creditoribus domini cuius est heres. vult hæc bona post quæsita separare à bonis domini. Item quod dominus sibi debebat: vt sic à creditoribus domini non possideantur. dicitur quòd auditur. Fran.

ptus est: bona venire non possunt quamdiu reuertatur.

DE SEPARATIONIBUS.

TITVLVS VII.

Glossa prima summat totam hanc legem, vt dicit Bartolus. ideo vide eam.

1 VLPIANVS *libro sexagesimo quarto ad Edictum.*

SCiendum est, separationem solere impetrari decreto prætoris [a]. 1 ¶ Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis [b]: vt putà debitorem qui Seium habuit: hic decessit: heres ei extitit Titius: hic non est soluendo: patitur [c] bonorum venditionem: creditores Seij dicunt bona Seij sufficere sibi. creditores Titij [d] contentos esse debere bonis Titij: & sic quasi duorum [e] fieri bonorum venditionem. fieri enim potest, vt Seius quidem soluendo fuerit: potueritque satis creditoribus suis vel ita semel [f]. etsi non in assem, in aliquid tamen satisfacere: admissis autem commixtisque creditoribus Titij, minus sint consecuturi [g], quia ille non est soluendo [h]: aut minus consequantur, quia plures sunt [i]. hic est igitur æquissimum creditores Seij desiderátes separationem audiri, impetraréque à prætore vt separatim quantum [*] cuiusque creditoribus præstetur.

2 ¶ Ex contrario autem creditores Titij non impetrabunt separationem. nam licet [k] alicui adiiciendo sibi creditorem [l], creditoris sui facere deteriorẽ conditionem. at qui igitur adiit hereditatem debitoris mei, non faciet [m] meam deteriorem conditionem adeundo: quia † licet mihi separationem impetrare. suos verò creditores onerauit, dum adiit hereditatem quæ soluendo non est: nec poterunt [n] creditores eius separationẽ impetrare.

3 ¶ Siendum est autem, etiam si obligata res esse proponatur [o] ab herede iure pignoris vel hypothecæ: attamẽ si hereditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum qui separationem impetrauit [p]: & ita Seuerus & Antoninus rescripserunt. 4 ¶ Sed etiam aduersus fiscum [q] & municipes impetratur separatio. 5 ¶ Quæsitum [r] est, an interdum etiam heredis creditores possunt separationem impetrare, si fortè ille in fraudem ipsorum adierit hereditatem. Sed nullum remedium est proditum. sibi enim imputent [s], qui cum tali contraxerunt: nisi si extraordinem putamus prætorem aduersus calliditatem eius subuenire, qui talem fraudem commentus est, quod non facilè [t] admissum est. 6 ¶ Sed si quis suspectam hereditatem dicens, compulsus fuerit adire, & restituere hereditatem: deinde non sit cui restituat, ex quibus casibus solet [u] hoc euenire: & ipsi quidem desideranti succurri sibi aduersus creditores hereditarios, subueniemus. hoc & diuus Pius rescripsit, vt perinde testatoris bona veniTent, atque si adita hereditas non fuisset. Creditoribus quoque huiusmodi heredis desiderantibus hoc idem præstandum puto: licèt ipse non desiderauit: vt quasi separatio [x] quędam præstetur. 7 ¶ Item videamus, si quis heres parenti extiterit, cum esset impubes: deinde intra pubertatem decesserit, & substituti bona veneant [y] qui impuberis hereditatem adiit: an patris creditores possint separationem impetrare. Et puto posse. Hoc amplius puto etiam

a *Decreto prætoris.* ¶ No. viij. casibus impetrari [b] separationem. 1. Primo, quãdo creditores defuncti: *vt statim hic subiicit, & C. eo. l. ij. & de here. ac. si adulta.* 2 Item secundo, creditores heredis, (in casibus s. specialibus duobus. Primo, quando dolose heres fecit: *vt j. ea. §. quæsitũ.* Alius est etiã *j. §. sed si quis suspecta. in fin. §.*) 3 Tertio, ipse heres impetrat de suis bonis ab hereditariis: *vt & j. ea. l. §. sed si quis suspectam.* 4 Quarto, heres necessarius bona postea quęsita, si adhuc bona patroni non attigit: *vt j. ea. l. fi.* 5 Quinto etiam si attigit, & est minor: vt per restitutionem: *& s. de mino. ait prætor. §. non solum.* 6 Sexto, in patrono q libertã ab alio institutam reuocat in seruitutem: *vt j. e. l. quotiens. §. si liberta. & s. de in integr. rest. non solum. §. fin.* 7 Septimo, creditores castrenses: *vt j. e. §. si fi- lijs.* 8 Octauo, substitutus pupillariter bona pupilli à bonis patris pupilli, si pupillus non adiit, vel per restitutionem abstinuit: *vt s. tit. j. l. pater.*

b ¶ *Ex his causis.* supple & similibus, vt modò not.

c ¶ *Patitur.* s. Titius, cum latitet. & non defendatur: *vt s. tit. ij. l. Fulcinius. §. y.*

d ¶ *Credit. Titij.* repete dicunt, si non est in litera.

e ¶ *Duorum.* hominũ. s. Seij & Titij. vel dic duorũ bonorum. Azo.

f ¶ *Vel ita sem.* i. i. insolidum. & perficitur oratio, & incipit alia: etsi non in assem. Accur.

g ¶ *Consecuturi.* creditores Seij.

h ¶ *Non est soluendo.* in aliquo.

i ¶ *Plures sunt.* creditores, licet Titius est in aliquo soluendo. & ita supponit duas rationes quare minus cõsequebantur, secũdùm Azo. Sed quidam dixerunt hoc idem inutiliter repeti: & sic falsam literã. & dic creditores. s. Titij, vel dic omnes permixti, Seij, & Titij.

k ¶ *Nam licet.* id est licitum est.

l ¶ *Creditorem.* non fraudulẽter: aliàs secus: *vt j. ea. §. quæsitum. & j. quæ in fran. credi. l. ij.* Et est arg. contra *s. de ali. in. l. j.*

m ¶ *Non faciet.* licet defunctus facere potuerit: & sic [c] nõ licet heredi quod defuncto licuit. Arg. contra. *j. de reg. iur. l. heredem. & in Authen. de iureiuran. à mo. §. cum vtique.* vbi dicit esse [d] vnam personam vtriusque.

n ¶ *Nec poterunt.* nisi in casu *vt j. ea. §. quæsitum.* qui est contra. Ac.

o ¶ *Proponatur.* eius hereditatis cuius nomine postulatur separatio, vt subiicit.

p ¶ *Impetrauit.* etiam si chirographarius est. & sic contra *C. qui po. in pig. ha. l. eos.* Solu. hoc admittitur hic beneficio separationis: quã scilicet separationem impetrabat. Item contra *j. l. prox.* Sed ibi in alienatione: hic in hypotheca. Accur.

q ¶ *Aduersus fiscum.* cui essent dictæ res obligatæ. Vel dic, fiscus & municipes sunt creditores heredis. *& facit s. de pet. her. l. item veniunt. §. ait prætor.*

r ¶ *Quæsitum est.* extra ordinem. ¶ Sed nónne etiam ex hoc edicto per officium iudicis. & sic extra ordinẽ subuenitur alicui? Respond. sic: sed quod hic dicit, dic. id est non ex ordine huius edicti: neque per hoc edictũ. Item hoc eodem casu subuenitur per inferius edictum, quæ in fraudem creditorum: *vt infra quæ in frau. cred. l. ij. & l. hac in factum.* Sed ibi secundùm Azo. exigitur fraus non solum heredis, sed etiam creditorum hereditariorum: *vt j. tit. ij. l. qui autem. §. hoc edictum. & §. similique modo & §. in hos.* Accursius.

s ¶ *Sibi enim imputent.* Notat. nam qui [a] cum alio &c. *vt j. de re. iur. l. qui cum alio. & fa. supra de arbi. diem. § stari. & de peculio. l. si postea. & de cap. de. l. ij. §. hi. & de iudic. l. interdum §. finali. & si mensor fal. mo. dix. l. j. §. j. & de mino. l. cum mandato. in fine. & de dam. infec. qui bona. §. de illo. & C. de iure delib. l. finali. §. sin autem & §. si quis can. l. ij. §. si quis. & de rei vin. & ex diuerso. §. petitor. & commo. l. si. & ad l. Aquil. item Mela. in prin. & de exerc. l. j. §. cuius autem. & de iureiu. l. si seruus iurauerit. & de pri. & com. l. si vina. ij. ibi. de se queri. & s. qui. mo. pig. vel hypo. sol. item §. si quis paratus. & de inst. sed & si pupillus. §. cæterum. & Instit. qui. mo. re. contra. ob. §. pe. & C. de episc. aud. l. si legibus & ad Velleia. l. si mulier.* Accursius.

t ¶ *Quod non facile.* i. aliter quàm dolo interueniente.

u ¶ *Ex quibus casibus solet.* sunt enim casus quibus non est cui restituatur: veluti si decedat fideicommissarius sinè herede: *vt s. ad Treb. l. postulante. circa prin. & l. apud Iulianum. §. vtrum. 2.* Vel si non est præsens, vel infans: *vt s. ad Treb. l. antep. in prin.*

x ¶ *Separatio.* propriè [b] enim separatio dici non potest, quia nulla est mixtio. aditio enim habetur pro nulla. & facit *C. de non num. pe. l. si cui. & s. de bonorum poss. contra tab. si post morte. §. fin. & infra de appel. à sententia & j. ind. sold. iam tamen § in hac. & supra de lib. cau. l. j.*

y ¶ *Substituti bona veneant.* à parentis creditoribus. idem & si à creditoribus impuberis quibus substitutus tenetur: *vt s. tit. j. l. pater.* Accursiue.

a ¶ Separatio bonorum octo casibus impetratur & à quibus. vt hic. septem verò ex causis impeditur vt hic per Albericũ.

b Separatio bonorum petitur officio iudicis.

* quantumcunque.

† qui. Gręcismus Ant. Aug. li. 2. c. 2.

c Heredi interdum nõ licet quod defuncto licuit.

d Heredis & defuncti vna persona esse intelliguntur.

a Contrahẽs cum alio vel est vel debet esse non ignarus eius cõditionis de quo vide plura apud Dec. in l. qui cum alio contrahit. 19. inf. de reg. iu.

b Separatio dari non potest nisi fuerit aliqua commixtio.

c Priuatio præsupponit habitum.

Credito. r.

a ¶ *Creditores eius.* s. impuberis. & sic intransitiuè legitur.
b ¶ *Videamus.* subaudi, & puto non fieri. R. & hoc probat, simul ergo &c. vel nil subaudi, & lege interrogatiuè. & quod sequitur, quod puto probandū: ad vtranque quæstionem refertur.
c ¶ *Separari.* ipsis castrensibus creditoribus hoc stipulantibus.
d ¶ *Cum castrensibus creditoribus.* hoc postulantibus. habentur enim castrenses vt hereditarij: cum & hoc peculiū hereditas est[a]: *vt* ℥. *de test. mili. l. si certarum.* §. *Iulianus.*
e ¶ *Si quid.* filio creditum. R. *& facit ad* §. *supra locati. cum in plures.* §. *vestimenta. & de peculio. l. hinc quæritur.* §. j. *ibi: cum enim* &c.
f ¶ *Qui non nouandi.* No. quid sit nouandi: idem videtur *vt j. p. ex.* §. *&* §. *si quis pignus.* de nouatione autem ideo dixit, quia olim ex cōiectura huius nouæ personæ præsumebatur: *vt Inst. quib. mo. tol. obli.* §. *præterea.*
g ¶ *Elegerunt.* & [b] *facit supra de lege commissor. l. de lege.* §. *post diem. & C. de pact. conuen. l. si. &* ℥. *naut. caup. stabu. l. idem*[c]. §. *fin. &* ℥. *de re iudi. si fi.* §. *si ex conuentione. & C. eod. titu. l. ex iurisdictione.* Accursius.
h ¶ *Vsuras.* facit *supra depositi. l. si hominem.* §. *quotiens. & C. de iure domin. impetrand. l. ij. & infra quæ in fraud. cre. l. ait prætor.* §. *si fraudator. versicu. si quid.* Et est præsumendum [d] si futuri temporis ab eo vsuras accepit, vel etiā præteriti, ex quo fuit heres. ¶ Quid autem si prioris[e]? nam videtur approbasse fidem ipsius si partem sororis acipiat: & ideo non potest impetrare separationem. *Arg.* ℥. *ad Maced. sed Iulianus. in fi. & l. s. q.* & idem si acceperit vsuras: *vt C. de non nume. pec. l. cum fidem.* Item *facit j. de va. mu. l. pe.* §. *fi.* Accur.
i ¶ *Cur minus idoneos.* facit *supra mandat. l. inter causas.* §. *abesse. & qui satisda. cog. l. si ab arbitrio. & infra de fideiuss. l. ij.*
k ¶ *Mixta sunt.* vt frumentum, vinum, & similia. quod de facto accipe. de iure enim postquā heres heredi-

a Et hinc est quod taceo præmium exercitus dem causis cōmeatus, ex quibus heredes extra nec aufertur, *vt* ℥. *de mili. testa. l. fi. & ad sua.*

b Electionem mutare nō licet: neque variasse ... extra de electionibus ...

d Præsumitur nouatio ex vsurarum acceptatione, hoc est, quoties creditor a debitoris herede vsuras vel præteriti accepit, præsumitur eiusdem elegisse.
e Hoc est præteriti.

e Testimoniorum authoritas perit perempta instantia, *similiter fraudatorum l. j. in fi. C. de iudicio.* sed tamen Bartol. *in d. l. e.* negat perempta instantia testimoniorum authoritatem aliàs perire, quamsi instantia sit peremptum ante publicationem testium. *adde l. vl. C. de testibus.*

f Mori lis intelligitur instantia perempta.

g Testiũ mortuorum authoritas perempta instantia perit, vel si non perit. [illegible]

h Facere etiã videtur, qui nõ facit quod facere tenetur.

in fraudem creditorum [a] preponat [b].

III. Idem *libro sexagesimosexto ad Edictum.*

VEl ei [c] præbuit exceptionem: siue se obligauit fraudandorum creditorum causa [d]: siue numerauit pecuniam: vel quodcunque aliud [e] fecit in fraudem creditorum: palam est edictum locum habere. 1 ¶ Gesta fraudationis causa accipere debemus non solùm ea quæ contrahens gesserit aliquis: verumetiam si fortè data opera [f] ad iudicium non adfuit [g], vel litem mori patiatur [h]: vel à debitore non petit, vt tempore liberetur: aut vsumfructum vel seruitutem amittit [i]. 2 ¶ Et qui aliquid fecit vt desinat habere [k] quod habet: ad hoc edictum pertinet.

IIII. Paulus *libro sexagesimooctauo ad Edictum.*

IN fraudem facere videri etiam eum qui non facit quod debet facere, intellegendum [l] est: id est si non vtatur seruitutibus.

V. Gaius *libro vicensimosexto ad Edictum prouinciale.*

SEd & si rem suam pro derelicto habuerit, vt quis eam suam [m] faciat.

Qui negligit adquirere: non potest dici hoc facere in fraudem creditorum. h. d. cætera huius l. satis plana sunt.

VI. Vlpianus *libro sexagesimosexto ad Edictum.*

l ¶ *IN fraudem.] Intelligendum est.* Nor. qui [h] non facit, facit: *vt & j. de regu. iur. l. qui non facit. & supra de aedili. ed. l. i. quis sit fugitiuus. §. idem ait si seruus. & infra de re militari. omne. in fine. & supra de lib. agnosc. l. necare. & infra de verbo. significat. l. alienationis. q. respon.* Accursius.

SEd & si rem.] *Vt quis eam suam* quod est eo ipso quòd pro derelicto habuit: *vt s. pro derelicto. l. si id.* Accur.

QVi autem.] CASVS. Aliquis noluit adquirere quod posset: & hoc fecit in fraudem creditorum. bene valet quod fecit, nec reuocatur per creditores, putà si noluit implere condit. sub qua stipulatus erat aliquid: vel repudiat here. vel legatum sibi relictũ. Idem si emancipauit filium suum, qui erat heres institutus: vel legatarius ei relictus: & hoc fecit in fraudem credi. Idem si seruum suum ab aliquo heredem institutum alienauit: & sic hereditas iussu emptoris est adita, & ei quæsita: nam hæc non reuocantur, nisi alienatio in frau. credi. esset facta. & hoc dicit vsque ad §. apud Labeonem. [APVD LABEONEM.] Si debitor multorum soluat vni ex creditoribus iussu iudicis. non spectat ad hoc edictum. nam non reuocatur à cæteris creditoribus. licuit enim sibi vigilare. & hæc sunt vera quando satisfactum est isti antequam creditores sint in possess. bon. debitoris, si vero postea satisfactum est isti, tunc quod accepit, communicabit cum aliis creditoribus. Item sciat quòd hoc edictum punit contrahentem in frau. credi. cum debitore. si enim contrahat non in fraud. credi. vel contrahat scientibus creditoribus & consentientibus: non tenetur. licèt debitor fraudem haberet. [SI QVID CVM PVPILLO.] Si debitor multorum donauit rem aliquam pupillo fraudem ignoranti: & ex hoc lædantur creditores, reuocabitur hoc quod donatum est. Idem multo magis si extraneo donauit in frau. credi. licet donatarius fraudem ignorauit, & tenebitur in quantum locupletior est ex illo dono. Sed pone quòd seruus meus emit aliquam rem à debitore vendente in fraudem credi. & ipse seruus participauit fraudem. in quantum teneor ego dominus quæritur. & distinguitur. nam aut ego dominus hoc ignoraui: & tunc teneor de peculio, vel de in rem verso. & hoc idem dicas in filio. si autem hoc sciui: tunc meo nomine conuenior in solidum. Item si debitor in fraudem credi. plura legauit: & heres hæc legata soluit creditoribus: reuocantur hæc legata. Vltimo dicit, hæc actio durat anno vtili: & incipit ex die cõtractus facti. Fran.

QVi [a] autem cum possit aliquid † quærere, non id agit, vt adquirat: ad hoc edictum non pertinet. Pertinet enim edictum ad deminuentes patrimonium suum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur [n]. 1. ¶ Vnde si quis ideo conditioni non paret, ne committatur stipulatio [o] in ea conditione est, ne faciat huic edicto locum. 2 ¶ Proinde & qui repudiauit hereditatem vel legitimam, vel testamẽtariam: non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat. noluit enim adquirere: non suum proprium patrimonium deminuit.

3 ¶ Simili modo dicẽdum est, & si filium suum emancipauit, vt suo arbitrio adeat hereditatem: cessare hoc edictum.

4 ¶ Sed & illud probandum, si legatum repudiauit [p]: cessare edictum. quod Iulianus quoque scribit.

5 ¶ Si seruum suum heredem institutum alienauit, vt iussu emptoris adeat: si quidem in venditione [q] nulla fraus est: sed in hereditate [r] sit, cessat [f] edictum quia licuit ei etiam repudiare hereditatem. At si in ipsa serui alienatione fraus est, reuocabitur [t]: quemadmodum si eum in fraudem manumisisset.

6 ¶ Apud Labeonem scriptum est, eum qui suum recipiat, nullam videri fraudem facere [u]: hoc est, eum qui quod sibi debetur, recuperat [*]. cum enim quem præses [x] inuitum soluere cogat [y], impunè non solue-

a Fl. Quod autem.

† quis.

n ¶ *Locupletentur.* Ad [a] hoc & inferiora facit. *s. si quid in fraud. pat. l. j. §. verum & infra de regu. iur. l. non fraudantur. in principio. & supra pro socio l. nemo. §. j. & infra de iniur. l. iniuriarum. j. §. si quis de honoribus & supra ad Treb. postulante. in fin. & infra de verbor. significat. l. alienationis. §. j. & infra de iure fisci. l. cum quidam.* ¶ Sed contra [b], *infra titu. de iur. fisc. l. in fraudem in principio.* Solu. vt ibi. ¶ Item argumen. contra *supra de hered. vend. l. ij. §. non tantum & supra ad legem Aquil. l. si seruum. & sup. vsufruc. quemadmodum cau. l. iij. §. j. & de peti. here. l. sed & si. §. proinde. & s. si quis omis. cau. testa. l. j. §. penult.* Sed ille [c] in suis tractatibus [c]. ¶ Item contra. *j. eo. l. ait prætor. §. pe.* Solu. vt ibi. Accursius.

o ¶ *Stipulatio.* erat enim ei promissum aliquid si ascenderet Capitolium: *vt s. si quid in frau. pa. l. j. §. verum.*

a Lucrari & adquirere nemo regulariter cogitur.

b Lucrari & adquirere qs interdum cogitur ne alioqui videatur in fraudẽ creditorum facere, non adquirendo.

c Hoc est, illæ leges loquuntur in casibus in quibus quis de natura cõtractus tenetur adquirere: hac autem lege adquirere debitor non cogitur.

* Forte legendũ, recuperat, d. lic. pudatio ne, legatum quod à tempore mortis defuncti nostrũ esse videbatur fingitur nostrum non fuisse. Proinde qui ita repudiat nõ gitur non deminuisse patrimonium.

e Legatũ non potest repudiari ante aditam hereditatem quasi non potest deliberari [illegible] Fran. Arg. l. qui heres, h. de adquir. her. facit reg. in l. qui potest §. j. de reg. iur. [illegible]

f Alienato in fraudem creditorũ seruo heredi instituto, hereditas, quæ postea adquisita fuit per seruum, reuocari potest vna cum ipso seruo.

[illegible]

p ¶ *Legatum repudiauit.* ¶ Sed nónne cum legatum repudiat, de suo deminuit, cum statim adita hereditate fiat dominus? Respond. si dicas hic repudiauit [d] ante aditam hereditatem, nihil est: *vt j. de reg. iur. l. qui potest. §. j. & j. quorum lega. l. j. §. quod ait. & supra de suc. edict. l. j. §. decretalis.* Sed respon. quòd licet [e] postea repudiet, non deminuit, cum fingatur non esse quæsitum: *vt s. ad leg. Aquil. l. nam sicut.*

q ¶ *In venditione.* s. non adquirenda. Accur.

r ¶ *Sed in hereditate.* non tamen alienatione interueniente. Accursius.

s ¶ *Cessat.* i. non reuocabitur. Accur.

t ¶ *Reuocabitur.* ¶ Sed nunquid reuocabitur hereditas [f] cum seruo, quando in serui alienatione fraus interuenit: vel an seruus tãtum? Et dic vtrunque: *vt j. de reg. iur. l. cum principalis.*

u ¶ *Facere.* vt [g] & j. *de reg. iur. l. nihil dolo. & s. de condi. ob cau. l. si à natura. §. j. & facit ad hunc & ad seq. §. C. depositi. l. fina. & C. de iur. delibe. l. fina. §. & si præfatam. & s. de bon. auctor. iudi. poss. l. si non expedierit. §. j. in princ. & C. de manumiss. testamen. l. fin. §. sin autem & s. de mino. l. si mulier. in fine* Arg. contra. *supra de tribu. l. illud. §. proinde.* Accursius.

x ¶ *Quem præses.* vel alius iudex. Accursius.

y ¶ *Cogat.* actore agente:

Non

re, iniquum esse. totum enim hoc edictum ad contractus pertinere, in quibus se prætor non interponit [a]: vt puta pignora [b], venditionesque [c]. 7 ¶ Sciendum Iulianum scribere, eóque iure nos vti, vt qui debitam pecuniam recepit [d] antequam bona debitoris possideantur: quamuis sciens prudénsque soluendo non esse, recipiat: non temere hoc edictum [e]. sibi enim vigilauit [f]. Qui verò post bona possessa debitum suum [g] recepit [h], hunc in portionem vocandum, exequandúmque cæteris creditoribus, neque enim debuit præripere [i] cæteris post bona possessa: cum iam par conditio omnium creditorum facta esset. 8. ¶ Hoc edictum eum coercet, qui sciens eum in fraudem creditorum hoc facere, suscepit quod in fraudem creditorum fiebat. Quare si quid in fraudem creditorum factum sit si tamen is qui cepit ignorauit, cessare [k] videntur verba edicti.

9 ¶ Præterea illud sciendum est, eum qui consentientibus [l] creditoribus aliquid à fraudatore vel emit, vel stipulatus est, vel quid aliud contraxit: non videri in fraudem creditorum fecisse. Nemo enim [m] videtur fraudare eos † qui sciunt, & consentiunt.

10 ¶ Si quid cum pupillo [n] gestum sit in fraudem creditorum: Labeo ait omnimodo [o] reuocandum, si fraudati sint creditores: quia pupilli ignorantia quæ per ætatem contingit, non debet esse captiosa creditoribus, & ipsi lucrosa, eóque iure vtimur, 11. ¶ Simili modo dicimus & si cui donatum est, non esse quærendum an, sciente eo cui donatum, gestum sit: sed hoc tantùm, an fraudentur creditores. Nec videtur iniuria adfici is qui ignorauit, cum lucrum extorqueatur [p], non damnum infligatur. In hos tamen qui ignorantes ab eo qui soluendo non sit, liberalitatem [q] acceperunt, hactenus actio erit danda, quatenus locupletiores facti sunt: vltra non. 12. ¶ Simili modo quæritur, si seruus [r] ab eo qui soluendo non sit [s], ignorante domino ipse sciens rem acceperit [t], an dominus teneretur. Et ait Labeo hactenus eum teneri, vt restituat, quod ad se peruenit: aut duntaxat de peculio damnetur, vel si quid in rem eius versum est. Eadem in filiofamilias probáda sunt. sed dominus [u] scit, suo nomine conuenietur 13. ¶ Item si necessarius heres [x] legata [y] præstiterit, deinde eius bona venierint, Proculus ait, etiam si ignorauerint legatarij [z], tamen vtilem actionem dandam. quod nequaquam dubium est.

14 ¶ Huius actionis annum computamus vtilem, quo experiundi potestas fuit, ex die factæ venditionis [b].

Cum res vendita reuocatur, pretium emptori non restituitur, nisi in vtilitatem debitoris appareat esse conuersum. Bart.

VII. PAVLVS *libro sexagensimosecundo ad Edictum.*

SI debitor in fraudé creditorum minore pretio [c] fundum scienti emptori vendiderit: deinde hi quibus de reuocando eo actio datur, cum petant [d]: quæsitum est an pretium restituere debeant. Proculus existimat, omnimodo restituendum esse fundum, etiam si pretium nó soluatur [e]. & rescriptum est secundùm Proculi sententiam.

VIII. VENVLEIVS SATVRNINVS *libro sexto Interdictorum.*

EX his colligi potest, nequidem portionem emptori reddendam ex pretio: posse

a ¶ *Non interponit* iubendo [a] vel approbando: vt hic fecit. ¶ Et sic no. quòd iussus [b] vel auctoritas iudicis excusat: *vt inf. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iussu. & s. de iurisdi. om. iud. l. si quis id. §. doli. & de infamibus furti. §. qui iussu.*

b ¶ *Pignora.* in fraudem contracta: *vt infra eodem l. ait prætor. §. si cum in versi. si cui.* & idem est in véditione. Accursius.

c ¶ *Venditionésque.* quæ fiunt nulla cogente necessitate.

d ¶ *Recepit.* aliàs accepit. Accursius.

e ¶ *Hoc edictum.* secus in fisco: *vt Cod. de priuileg. fisci. lege pecunia. & facit s. prox. §. & quod ibi not.* Accur.

f ¶ *Vigilauit.* facit [c] *s. de pecu. lege summa. §. sed & si alij. & de separationibus. leg. debitor. in fi. 1. respon. & j. eod. l. pupillus. & l. ait prætor. §. si cum in diem.*

g ¶ *Suum.* scilicet debitoris.

h ¶ *Recepit.* malè legit Acc. fecerit. i. recepit. L.R.

i ¶ *Præripere.* sic [d] *s. de re iudi. l. pen. & de bon. auct. iud. poss. l. si non expedierit. §. j. 4. respon.* Acc.

k ¶ *Cessare.* in titul. non lucratiuo accipe: *vt s. eod. l. j. in princ. & j. eod. l. si debitor.* & sic non est contra *j. eod. §. simili.* Vel dic in [e] lucratiuo: & tunc determinatur *j. eod. §. in hoc.* ¶ Sed quid si tempore contractus bona fide contraxerit: sed cum traditur, scit in fraudem creditorú alienari? Resp. teneri: quia gestum est aliquid tunc: *vt s. l. j. in prin.* Accur.

l ¶ *Consentientibus.* s. expresse, vel quibusdá coniecturis hoc appareat. ¶ Sed quid si videntes [f] tacuerunt? videntur consentire: *arg. C. de remis. pign. leg. j. & ij. §. fi.* sed forte distinguetur *s. quib. mo. pignus. vel hypot. sol. l. sicut. non videtur.* Acc.

m ¶ *Nemo enim.* vt [g] *& infra de reg. iur. l. nemo videtur & supra de actio. empt. l. j. in fi. & sup. quod falsi. tuto. aucto. l. j. in fi.*

n ¶ *Si quid cum pupillo.* in quem alienatum est. Accursius.

o ¶ *Omnimodo.* id est [h] siue [i] habeat titulú lucratiuum, siue non lucratiuum, siue sciat, siue nondum tamen tutor sciat: *vt j. eod. l. ait prætor.* & sic potest notari hic esse deteriorem [k] conditionem pupilli quàm aliorum? in quibus aliis distinguitur: *vt supra proxi. dixi.* Vel dic secundùm Azo. quòd loquitur de pupillo cui donatum erat: nam primo casum dubitabilem ponit: postea minus dubitabilem generalem in §. simili. *sic s. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit. versi. rupisse.* Accur.

p ¶ *Extorqueatur.* sic [l], *j. eodem. l. si fraudatur. in prin. & C. eodem de reuoc. ijs quæ in fran. cre. l. ignotis & j. de regu. iur. l. non debet alteri. §. in re obscura. & C. de iure deliberan. l. fin. §. sed & si legatarij. & de codicil. j fin. §. penul. & j. eo. l. penult.*

q ¶ *Liberalitatem.* in casu etiam ille qui non liberaliter accepit, non tenetur in plus *vt j. eo. l. ait prætor. §. ait prætor.* Accursius.

r ¶ *Si seruus.* alienus. Accur.

s ¶ *Soluendo non sit.* & qui fraudat creditores.

t ¶ *Rem acceperit.* ex causa peculiari: non dominica. nec domini mandato.

u ¶ *Dominus.* vt [a] qui a præsens est: & posset contradicere: *vt sup. de libe. caus. l. immo. in fin.* aliàs non præiudicat. s. si nó potest cótradicere: *vt s. de cótrahen. emptio. l. in huiusmodi.* & adde distinctioné quá habes. *s. de ædilit. edictio. l. cum mancipium.*

x ¶ *Heres.* putà seruus debitoris heres institutus à debitore.

y ¶ *Legata.* relicta à debitore in fraudem. Accur.

z ¶ *Legatarij.* s. fraudem commissam.

a ¶ *Actionem.* vel in debiti: *vt C. de iure delib. l. fi. §. sed & si legatarij.* vel Flauianam, vel in factú. *& facit s. si in frau. pa. l. j. §. j.*

b ¶ *Venditionis.* vt [b] *& infra eod. l. ait prætor. §. annus. & C. eodem de reuocá. ijs quæ in frau. l. si actum.*

c ¶ *Minore pretio.* hoc non est curandum: cum sciens fuerit emptor: sed vt apertius fraus appareat. h. d.

d ¶ *Petant.* per Paulianam, vel in factum, *vt s. eod. l. j. in prin.*

e ¶ *Non soluatur.* à creditoribus. ¶ Sed nú quid soluendum est ab eo qui in fraudem vendidit? videtur quòd non: *vt C. de rescind. vendi. l. hi qui.* Sed illud dico speciale in fisco: licet sit arg. cótra [c]. *C. de præscrip. triginta ann. l. j.* Azo. hic enim videntur restitui, si salui sunt: *vt j. proxi. & facit C. de rei vindic. leg. si mancipium.* Sed contra. *s. si quid in fraud. pat. l. j. §. si quid in fraudem.* vbi pretium restituitur emptori. Solu. quare ibi secus sit obseruandum: euidens est ratio, secundùm R. quia ibi fuit ignorans emptor qui emit à liberto vendente in fraudem patroni: hic sciés. Accursius.

SI debitor.] CASVS. Debitor multorum vendidit rem cuidam in fraud. credit. etiam minori pretio quàm valeret: & emptor participauit fraudem quæritur, an si creditores agant reuocatoria, debeant restituere pretium emptoribus quod pro se dederant? Et dicitur quòd non, nec totum pretium, nec partem: nisi hoc extaret penes debitorem vendentem. & hoc dicit hæc l. & sequens. Fräc. Accur.

QVI à debitore.] CASVS. Emi à debitore in fraudem credit. vendente: & sciens hoc emi. & antequá bona debitoris possiderentur à creditoribus, ego emptor hanc rem alij vendidi bona fide ementi. quæritur, an creditores possint hanc ré reuocare ab isto emptore bonæ fidei? Et dicitur quòd non: sed ego eis teneor

a Authoritatem interponere dicitur qui iubet vel adprobat. b Iussus vel authoritas iudicis excusat ad de Gl. l. 7. §. 1. s. de & mino. vo. l. 37. l. a l l. Aqui. & l. 2. C. de sepul. hoc Li[illegible] in l. nó videtur §. qui iussu. inf. de reg. iur.

c Vigilantibus creditoribus & suum recipientibus à debitore, antequam debitoris bona à creditoribus possideantur, iura subueniunt: soluere nihil ad. de Gl. l. 24. inf. eod.

d Pignoris prætorij causa, omnium creditorum æqua est conditio nec qui prior tépore prior est iure. Bart. hic.

e Edictum reuocatorium tamen si locum habeat aduersus donatarium, locum tamen non habet si donatarius particeps fraudis non fuit. Sed contrarium sentit Glossa in § si quis in. f. a. 10. in l. 10. in verbo ca. inf. eod. l. pen. C. eod.

† Id. in Arist. lib. 5. ethicorum c. 9. & 11.

f Omnimodo reuocatur, quod gestum est cú pupillo fraudationis causa. Omnimodo in quam, id est etiam si nó donatum sed venditum: etiam si ignorans id acceperit. sed dic omnimodo quatenus ad eum peruenit.

g Tacere & videre consentire intelligitur.

h Fraudari nó intelligitur qui scit & cósentit.

i Gestum cum pupillo in fraudem creditorum, reuocatur, licet pupillus ignorauerit. hic & l. 10. in verbo not. ignorauerit. l. 10. atque ita deterior est conditio pupilli quá maioris. Sed Azo hoc tantum admittit in pupillo cui est donatum.

k Pupilli conditio in deterior quandoque esse potest, quá maioris.

l Lucrum facienti extorqueri quá dánú infligatur.

a Præsens cú posset, non contradicés, cósentire intelligitur di. §. i ad l. Imo. 15. in f. sup. de liberal. caus.

b Reuocatoriæ edicti proponendi tempus quemadmodum vtile sit.

c Restituit ré in fraudem alienatam an & quando pretium emptori sit restituendum.

ad pretium quod habui ex hac re.Franc.Accursius.

a ¶ *Qui à debitore*.in fraudem creditorum vendente. Acc.

b ¶ *Possessa sunt*.à creditoribus etiam:alioquin secundus emptor tenetur hypothecaria:*vt C.de prato.l.fina.*

c ¶ *Conueniri possit*. reuocatoria. Accur.

tamen dici, eam rem apud arbitrum ex causa animaduertendá, vt si nummi soluti in bonis extent,iubeat eos reddi:quia ea ratione nemo fraudetur.

IX. PAVLVS *libro sexagensimo secundo ad Edictum.*

IS qui à debitore [a] cuius bona possessa sunt [b], sciens rem emit: iterum alij bona fide ementi vendidit. quæsitum est, an secundus emptor conueniri [c] potest. Sed verior est Sabini sententia, bona fide emptorem non teneri: quia dolus ei duntaxat nocere debeat, qui eum admisit [d]: quemadmodum diximus [e] non teneri eum [f], si ab ipso debitore ignorans emerit. Is autem qui dolo malo emit, bona fide autem ementi vendidit:in solidum pretium rei quod accepit, tenebitur [g].

d ¶ *Qui eum admisit.* vt [a] *& C. de rescinden.vendit. leg. dolus. & de peric. & commo. l. dolum. & supra de Publiciana. l. sed & si.* [b] *§.prætor. & infra de except. doli. l. apud Celsum. §. de auctor.& infra de regu.iur.l. fraudis.*

e ¶ *Diximus*. ∫. eodem *l.qui autem. §. hoc edictum.*

f ¶ *Eum*. primum emptorem.Accursius.

g ¶ *Tenebitur*. creditoribus reuocatoria. & sic pretium [c] loco rei succedit. *& facit supra de rei vindic. l. Iulianus. j. in princi. & j.de regul.iur.l.factum.* Accursius.

A *It prætor.*] CASVS. Ponit edictû,cuius sensus est: qui contraxit cum debitore multorum in frau. cre. contrahente, vel emit à debitore, vel similé contractum fecit: & hic contrahens participauit fraudem cum debitore: tenebitur intra annum vtilem restituere quod de bonis illius debitoris habuit,creditoribus eius. & ad hoc inducta est actio in factum. Item quandoque tenetur & si fraudem non participauit:vt quia ex titulo don.habuit rem. Tandem loquitur Vlpian.& exponit verba edicti,& dicit:hoc quod dictum est in fraud. credit. factum reuocari: est verum si creditores ex hoc habent damnum: vt quia non possunt consequi solidum quodéis debetur,cum debitor tantum non habeat. Sed pone quòd debitor in fraudem credit. aliqua vendit: postea istis creditoribus soluit quod eis debet:& incipit alios creditores de nouo habere. nûquid isti alij possunt reuocare prædicta alienata? & distinguitur, an isti primi creditores sint liberati de pecunia secundorum: & tunc eis secundis cõpetit hæc actio ad reuocanda alienata.aut de alia pecunia: & tunc non possent reuocare. Item quod dictum est in edicto quòd contrahens cum debitore participauit fraudem. bene dictum est, si enim contrahens sciret debitorem habere multos creditores, non tamen aliam fraudem habuit.non tenebitur hac actione, nisi creditores denuntiassent ei ne contraheret cum debitore.Sed quid si tutor pupilli, vel curator adulti sciens contrahat cum debitore multorum in fraud.cre.an pupillus vel adultus ex hoc tenebitur: & dicit quòd sic inquantum ad eos peruenit.[PRÆTEREA.] In fraud.cred.à debitore alienata reuocantur, siue vnus creditor erat tempore alienationis,& adhuc est:siue plures erant,& adhuc omnes sunt, vel vnus eorum tantum nunc remansit, cum aliis sit satisfactum. Sed pone quòd contrahens cum debitore scit vnum creditorem fraudari, non alios:nunquid habet locum hoc edictû: certè sic:vt ille solus reuocet.Sed pone quòd satisfactum est fraudato. cessat hoc edictum: & sic reuocatoria.sed si offeratur quod debetur fraudato, & nolit recipere: non editur actio ex hoc edicto.[SI FRAVDATER.] Debitor in fraud.credit. aliqua alienauit, & decessit relicto herede. creditores hereditarij secuti sunt fidem heredis: & quia heres non soluebat, imò latitabat: bona eius venduntur. dicitur quòd bona heredis dicuntur vendi. non defuncti.& ideo non est quærendum quæ defunctus in fraudem alienauit nec reuocantur. [SI QVID IN FRAVDEM.] Quidam heres suus,vel extraneus,minor xxv.ann. adiuit here.& aliqua de here.in frau. cre. hereditariorum alienauit.tandem hic heres abstinuit se ab here.petita in integr.restit.quæritur an creditores possint reuocare alienata per heredem. Et dicitur q sic vtili act. quare nó directa?dic vt in gl.hoc idem dicas in seruo herede instituto qui postea abstinuit habita in integr. restitu. Sed an alienata per defunctum,reuocari possunt:disting. aut creditores non sunt secuti fidem heredis: & tunc reuocantur,aut sunt secuti:& tunc non reuocantur. & exempla vtriusque sunt in litera. [SI IMPVBES.] Debitor alienauit aliqua in frau. credito.hic debitor decessit relicto herede filio impubere. impubes adita hereditate aliqua alienauit in frau.cre.tam hereditariorum quàm propriorum: vel eius tutor alienauit, separatione à creditoribus hereditariis impetrata. dicitur quòd creditores reuocabunt alienata in frau. eorum. [SI CVM IN DIEM.] Debitor in fraud. cred. debitum quod in diem debebat, ante diem soluit. dicitur quòd quicquid in medio tempore habuit creditor cui solutum est: reuocabitur per alios creditores. Item si debitor in frau.cre. dedit rem suam pignori vni suo creditori antiquo, reuocabitur hoc pignus per alios creditores. Item si mulier in frau. credi. accepto tulit Titio quod Titius ei debebat, vt hic Titius hoc habeat in dotem,non tenet hæc acceptilatio. sic ergo obligatio debiti in antiquo statu reponitur. Item si debitor in frau. cre. constituat vsumfr. in fundo suo,vel vsumfr. sibi debitum remittat, vel alicui promittat aliquid in annos singulos: reuocabitur qđ faciet. [SI DEBITOREM.] Debitorem meum & plurium aliorum fugientem sui persecutus, & pecuniam secum ferentem ei abstuli.an tenear reddere aliis creditoribus? & disting. aut hoc feci antequam creditores missi sint in pos. eius,& tunc non reddo. aut post:& tunc reddo.[SI EX CONSTITVTIONE.] Quidam debitor in frau. cre. aliqua alienauit, & testamento reliquerat libertatem seruis suis.tandem nemo volebat ei succedere ex testamento,vel ab intestato.venit quidam.& petiit hæc bona hæreditaria sibi dari causa libertatum cõseruandarum,promittens de solido soluendo creditoribus. dicitur quòd amodo creditores non possunt reuocare alienata per defunctum,cum solidum cõsequantur ab accipiente hæc bona. Secundo dicit:annus huius actionis incipit currere à tempore quo vendita sunt bona in frau.cre. Tertio dicit: per hanc act. in factum reuocantur res alienatæ in frau. cre.cum sua.causa. i.cum fructibus perceptis à pos. & percipiendis, dum tamen expensæ si quæ sunt factæ necessariæ,deducantur: & etiam voluntariæ expensæ deducuntur, si factæ sunt voluntate creditorum vel fideiuss.debitoris.& sic ancilla fuit vendita in frau. cre.reuocabitur,& etiam partus si quem habuit.vt & generaliter dicam,scias quòd per hanc act. reuocabitur res alienata in pristinum statum.Item obligatio si remissa erat in fraudem credi.reuocabitur in pristinum statum,perinde ac si non,esset facta remissio, adeo quòd & commodum medij temporis veniat:vt putà fructus, vsuræ autem medij temporis non veniunt nisi prius erant debitæ iure stipula.vel iure contractus bonæ fidei. & si obligatio erat sub die vel sub condi,reuocabitur in pristinum statum. si autem erat temporalis, vt quanto minoris, quam remisit debitori in fraud. cred. illa reuocari poterit intra tantum tempus quantum supererat ei,& non intra annum. Vltimo dicit:hęc act.durat perpetuo in eo quod peruenit ad conuentum,siue sit fraudator,siue alius.Item hæc actio datur creditoribus & heredibus eorum. Item datur in accipientem & eius heredem in id quod ad eum peruenit.& h.d. hic §.cum sequen.& cum l.sequen.Fran.

a Dolus suus cuique nocet, non alij.

b Leum qui-

† In vulg. Qui à.

c Pretium loco rei succedat in iudiciis vniuersalibus In particularib. realibus, non succedit nisi in subsidium re præscripta vel vsucapta:in particularib. personalibus loco rei succedit quando cõuenitur ius ratione doli. secus si ex simplici contractu: vide Bartolum hic ad. de Socinum regula pretium in particularibus loco rei non succedit 202. An verò in hypothecaria pretium succedat loco rei. vide Glo. l.s. Sup. de distr. pignore. An res loco pretij succedat vide Tiraquellum tract. de retr. lignagier §. 31. Gl. vnica num. 10. & sequentibus.

X. VLPIANVS *libro septuagensimo tertio ad Edictum.*

AIt prætor: *Quæ Lucius Titius* [h] *fraudandi* [i] *causa sciente† te* [k], *in bonis* [l] *quibus* [m] *de(ea* re* [n]*) agitur fecit: ea* [o] *illi* [p], *si eo nomine* [q] *quo de agitur, actio ei † ex edicto meo competere* [r] *esséve* [s] *oportet, ei si non plus quam annus est* [t], *cum de ea re qua de agitur, experiundi potestas est, restituas. Interdum causa cognita, etsi scientia, non sit* [u], *in factum actionem permittam.*

Creditores præteriti habent reuocatoriam: non creditores post secuti: nisi in locum priorum successerint. Bartolus.

I. ¶ Ita demû reuocatur quod fraudandorum creditorum cau-

Hoc appellatur interdictũ fraudatoriũ, l.96.inf.de solu.

† id est fraudem participante.

* Flor. vero transfiguntur hæ voces ea re, tanquam vacantes.

† Græcismus.

h ¶ *Lucius Titius*. debitor. Accursius.

i ¶ *Fraudandi*.creditores. Accursius.

k ¶ *Sciente te*.acceptore. Accursius.

l ¶ *Bona*.quæ accepisti. Accur.

m ¶ *Quibus de*.id est de quibus. Azo.

n ¶ *De ea re*.id [a] est fraude vel alienatione fraudulenta.

o ¶ *Ea*.scilicet bona. Azo.

p ¶ *Illi*. scilicet creditori.aliàs illis,scilicet qui conqueruntur.& accipe,restituas. Accur.

q ¶ *Si eo nomine*,i.nomine fraudis propter quam agitur.

r ¶ *Competere*.scilicet directo vt creditori. Azo.

s ¶ *Esséve*.vtiliter,vt procuratori bonorum:*vt & ∫.e.l.j.in prin.*

t ¶ *Annus est*.supple qui fluxit, cum &c. nam vtilis annus est. & quod subiicit,de ea re,id est alienatione. ¶Sed quid differt.hoc edictum ab illo, ∫.eod.l.j.Respon. nihil nisi quoad verba:quia hic loquitur in secunda persona.∫.in prima. sed vt exponat,ideo repetit.Vel alius prætor fecit illud,& alius illud.

a Re pro fraude & fraudulenta alienatione.

u ¶ *Scientia non sit*.cõtrahentis cum fraudatore: putàcum inter-

cessig

ſa factum eſt, ſi euentum fraus habuit [a]: ſcilicet ſi hi creditores quorum fraudandorum cauſa fecit, bona ipſius vendiderunt [b] Ceterùm ſi illos dimiſit, quorum fraudandorum cauſa fecit, & alius ſortitus eſt: ſi quidem ſimpliciter [c] dimiſsis prioribus quos fraudare voluit, alios poſtea ſortitus eſt: ceſſat reuocatio. Si autẽ horum [d] pecunia quos fraudare noluit [e], priores dimiſit quos fraudare voluit Marcellus dicit reuocationi locum fore. ſecundum hanc diſtinctionem & ab imperatore Seuero & Antonino reſcriptum eſt, eóque iure vtimur.

Non ſufficit ſcire creditorem alienantem habere creditores: ſed oportet fraudem participare, vt hoc edictum locum habeat. Bart.

2. ¶ Quod ait prætor, *ſciẽte*[*te*] ſic accipimus, teconſcio, & fraudem participante. Non enim ſi ſimpliciter ſcio illum creditores habere hoc ſufficit ad contendendum [f] teneri eum in factum † actione: ſed ſi particeps fraudis eſt.

Non poteſt videri fraude carere, qui emit contempta denuntiatione facta à creditoribus ne emeret à debitore in fraudem alienante. Bart.

3 ¶ Si quis particeps quidem fraudis non fuit, veruntamẽ vendente [g] debitore teſtatò [h] conuentus eſt à creditoribus, ne emeret: an in factum actione teneatur ſi comparauerit? Et magis eſt vt teneri debeat. Non enim caret fraude, qui conuentus teſtatò, perſeuerat [i]. 4. Aliàs autem qui ſcit aliquem creditores habere: ſi cum eo contrahat ſimpliciter ſine fraudis conſcientia [k], non videtur hac actione [l] teneri.

5. ¶ Ait prætor, *ſciente*, id eſt eo qui conuenietur hac actione. Quid ergo ſi fortè tutor pupilli ſcit, ipſe pupillus ignorauit? videamus an actioni locus ſit, vt ſcientia tutoris noceat. idem & in curatore [m] furioſi & adoleſcentis. Et putem hactenus iſtis nocere conſcientiam tutorum ſiue curatorum, quatenus quid ad eos [n] peruenit. 6. ¶ Præterea ſciendum eſt, poſſe quæri [o], quod dicitur in fraudem creditorum alienatum reuocari poſſe, ſi iidem ſint creditores [p]: & ſi vnus creditor ſit ex illis qui fraudati ſunt [q]: ſiue ſolus tunc fuit: ſiue quum [r] cæteris ſatisfactum eſt, hic ſolus remanſit: probandum eſſe adhuc actioni [ſ] fore [t] locum.

7 ¶ Illud certè ſufficit, etſi vnum ſcit creditorẽ fraudari, cæteros ignorauit: fore locum actioni.

8 ¶ Quid ergo ſi ei quem quis ſcit, ſatisfactum eſt? nunquid deficiat actio: quia qui ſuperſunt, non ſunt fraudati? Et hoc puto probandum [u]. Non tamen ſi dicat aliquis. *Offero quod debetur ei quem ſcio creditorem:* audiendus erit, vt actionem eludat [x].

Si filius qui poteſt abſtinere ab hereditate paterna, faciat aliquid in fraudem creditorum, & petat in integrum reſtitui eo quòd ſe immiſcuit hereditati paternæ: ſi reſtitutus fuerit, cõpetit hæc actio reuocatoria creditoribus ad reuocandũ quæ alienata ſunt per defunctum, ſi creditores non ſunt ſecuti fidem heredis. Si autem eius fidem ſecuti ſunt: tunc tantùm reuocantur ea quæ heres alienauit. h. d.

9. ¶ Si fraudator heredẽ habuit [y], & heredis bona venierint [z]: non eſt in bonis quibus de agitur, factũ [a]: & ideo ceſſat hæc actio. 10. ¶ Si quid in fraudem creditorum fecerit filius qui ſe poterat abſtinere, & in integrũ ſit reſtitutus, quòd ſe miſcuerat: vel ſi quis fecit voluntarius [b] etiam, vel per ætatem, vel quam aliam cauſam [c] iuſtam in integrum meruit reſtitutionem: dicendum erit vtilem [d] actionem cõpetere. Idem & in ſeruo [e] neceſſario. Sanè cum illa diſtinctio ne hoc admittendum [f] eſſe Labeo ſcribit, vt ſi quidem protinus [g] bona vendiderunt creditores, vel abſentibus vel paciſcentibus creditoribus ſe neceſſarius miſcuit: vtriuſque [h] fraus [i] reuocetur: id eſt teſtatoris, & ipſius [k].

ceſſit eit. lucratiuus: *vt ſ. eo. l. qui autem. §. ſimiliqúe modo.*

a ¶ *Habuit.* fraudantes creditores ſuos.

d ¶ *Vendiderunt.* & [a] non ſunt dimiſſi in ſolidum: *& facit* [b] *C. de ſer. pign. dato ma. l. ſi creditoribus. & ȷ. de reg. iu. l. ſi. andr.* Accurſius.

c ¶ *Simpliciter.* id eſt ſi ſuam pecuniam, nõ poſteriorũ. Hu. 2. Vel id eſt ſine intentione dandi pecuniam ſecundariò prioribus. ſcilicet cũ id non agebatur inter iſtum fraudatorem & hos ſecũdos creditores. 3. Vel dic. id eſt non directo peruenit: *vt ſupra de priuil. cred. l. ſi ventri. §. fina. & facit ſupra de bon. au. iud. poſſ. l. cum vnus. & ȷ. eo. l. Papinianus.*

d ¶ *Horum.* poſteriorum.

e ¶ *Noluit.* in alienando. *& facit ſ. ſolu. matrimo. lege etiam. §. quanquam. & ſ. qui. ex cau. in poſ. eatur. l. Fulcinius. §. quòd ſi aduerſus.*

f ¶ *Contendendum.* id eſt dicendum, *vt & infra proxi. §.*

g ¶ *Vendente.* ſecus poſt venditionem: *vt ſupra pro em pt. l. alienam.* Accur.

h ¶ *Teſtatò.* id eſt cõram teſtibus. Accur.

i ¶ *Perſeuerat.* ſic [d] *& C. de rei vind. l. ſi fundum. & ſ. de eden. quædam. §. ſi autem. verſic. ſed ſi ei. & ſup. de leget. præſt. leg. virilis. §. ſi adiecerit. & ſ. manda. leg. ſi hominem.* Sed arg. contra. *C. de reſcind. vend. l. ſi maior.* Sed ibi non eratius nuntiandi. Item argum. contra *ſupra quod fal. tut. aucto. l. ij.* Accurſ. ADDITIO. Dic ſecundùm Bartolum hic quòd ille qui denuntiabat, certabat de lucro: ſed ille cui denũtiabatur: certabat de damno: ideo eſt potior conditio eius cui denũtiabatur: quia poteſt dicere, non credidi tibi. ſecus ſi eſſent in pari cauſa: *vt hic: vt per Bart.* hic.

k ¶ *Conſcientia.* facit *ȷ. de reg. iuri. l.* [e] *fraudis. & ſup. proxi. §. & ſup. qui & à quibus. l. in fraudem.* Accur.

l ¶ *Actionem.* in factum ex hoc edicto. & eſt fortè ratio, ſecundùm Azo. quia hæc [f] actio vt Fauiana eſt perſonalis, non in rem ſcripta: *vt ſ. ſi quid in fraud. pat. l. j. §. antepe.*

m ¶ *In curatore.* ſecus [g] in procuratore: *vt infra de doli. except. l. apud Celſum. §. illud. verſi. illa etiam. & §. ſi quis non & facit. infra de regu. iur. l. neque in interdicto. & ſupra de dolo. l. ſed ex dolo. & de tribu. l. ij. §. j. & de pecu. l. ſumma. §. ſi dolo.* Sed contra infra *ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto.* Solu. vt ibi.

n ¶ *Ad eos.* ſcilicet pupillos. Accurſius.

o ¶ *Poſſe quæri.* ſcilicet in eo qđ dicitur, &c. ſubaudi, & vtrũ ita habeat locum reuocatio, non aliter hoc. ſcilicet quæritur. Accur.

p ¶ *Iidem ſint creditores.* qui tunc erant cum alienatio fiebat. & quod ſubiicit, etiam ſi vnus, &c. incipiet reſpondere. 2. Vel poteſt dici quod reſpondet infra, probandum &c. Accur.

q ¶ *Fraudati ſunt.* Quæritur an habeat locum reuocatio. ſic & dices infra reſponderi, probandum.

r ¶ *Quum.* id eſt quando. Ioan.

ſ ¶ *Actioni.* ab omnibus exercendæ [a]. Sed quid ſi nullus remanſit de his: Reſp. vt ſ. *eo. l. §. ita demum.* Accur.

t ¶ *Locum.* licet vnus tantum creditor ſit in cuius fraudem eſt alienatum.

u ¶ *Probandum.* vt deficiat.

x ¶ *Actionem eludat.* fraudati & volẽtis reuocare quicquid alienatum eſt: licet vltra ſit debitũ: & quia proficiet aliis creditoribus. Azo. & hoc poſt [b] miſſionem in poſſeſſionẽ: *arg. ſ. eodem l. qui autem §. ſciendum.* 2. Vel dic non audiri quãdo conuentus eſt reuocatoria ſi autẽ ante vellet ſoluere, audietur forte: *argu. ſ. de alien. iud. mutan. l. iij. §. fin.* Accurſius.

y ¶ *Habuit.* & creditores fidem eius ſecuti ſunt, aliàs enim impetrarent ſeparationem.

z ¶ *Venierint.* nõ fraudatoris.

a ¶ *Factum.* i. alienatum in fraudem. non enim fraudatoris bona veneũt, ſed heredis. *& facit Inſtit. de hered. quali. & diff. §. j.* Accur.

b ¶ *Voluntarius.* fortè extraneus.

c ¶ *Cauſam.* vt quia per metũ adierat. *vt ſupra quod met. cau. l. ſi mulier. §. penult.*

d ¶ *Vtilem.* quia non propriè in bonis de quibus agitur, factum intelligitur: cũ ſint hereditaria: nec defunctus in eis fecerat, ſed heres: ſed quia [c] quãdo hæc bona hereditaria heredis fuerunt, vtilis actio cõpetit. M. *& facit ſ. de minor. l. ſi mulier.* Accurſius.

e ¶ *Idem & in ſeruo.* vt detur vtilis. nã & iſte per reſtitutionẽ impetrare poteſt ſeparationẽ, etiã poſtquã ſe immiſcuit: *vt ſ. de mino. l. ait prætor. §. non ſolum.* ante verò etiã citra reſtit. *vt ſ. de ſepara. l. j. §. fin.* Accur.

f ¶ *Hoc admittendum.* id eſt hanc actionem ceſſare ſi bona eius veneant.

g ¶ *Protinus.* id eſt antequam heredis perſonam fidémque ſequantur. R. Accurſius.

h ¶ *Vtriuſque.* patris & impuberis. Accurſius.

i ¶ *Fraus.* facta in bonis patris.

k ¶ *Et ipſius creditoris.* creditoris filij.

a Reuocatoria actio datur etiam in ſubſidium, adde l. penul. C. eo.

b Fraus dupliciter conſideratur primo, ex propoſito, conſilio ſeu intentione. Secundò reipſa & euentu. vide Decium. in l. ſonda in terpretatio 79. inf. de reg. iur.

c alii priores.

d Proteſtatione, denuncia tione & ſimilibus conſtituntur aliqui in dolo & mala fide, ſi vel auctoritate iudicis, vel ex cauſa neceſſaria, vel iuſte omnino facta eſt ab eo qui apertum ius denunciandi habuit, adde Albert. hic.

† De reuocatoriis in factũ actionibus Pauliana, Fauiana, Caluiſiana: adde Gloſſ. ſupr. de aſt. §. ſi quis in fraudem.

e Fraus et conſilio vt & euẽtu colligitur.

f Actio reuocatoria eorũ quę in fraudẽ creditorũ geſta ſunt, perſonalis eſt, nõ in rẽ ſcripta.

g Tutorũ curatorumue ſcientia, pupilli, adulti & ſimiles non tenẽtur, niſi quatenus ad eos peruenit.

a Contrà ſ. Fulcinius. §. quod ſi ſ. illud ſ. quib. ex cauſ. in poſſ. l. iij. debitori in cauſa huius legis animum fuiſſe creditorum omnium fraudandorum. Bart. Alberic.

b Emptor, reuocatoria conuentus a creditoribus, nõ auditus offerens pretium rei ſecus ſi ſolutionem offerat, Dyn. ſed ... ſi qua in fraudem, Bar. hic.

c Reuocatoria vtilis quãdo & in quibus detur.

ff. Nouum.

Si verò passi sunt necessariũ creditores [a], & quasi in creditum habuerunt nomen eius: vel dulcedine [b] vsurarum, vel qua alia ratione secuti sunt [c]: dicendum est nihil reuocari ex his quę testator alienauit.

11 ¶ Si impubes patri heres extiterit, ciúsque [d] mortui bona veneant: separatione impetrata [e], vtriusque fraus erit reuocanda, pupilli, vel etiam tutoris, item curatoris [f].

Si quis in fraudem creditorum citius soluit quàm debuerit: competit hæc actio propter commodum repræsentationis pecuniæ.

12 ¶ Si cum in diem mihi deberetur, fraudator præsens soluerit: dicendũ erit, in eo quod sensi cõmodum in repræsentatione, in factũ actioni locũ fore. Nam prætor fraudem intellegit etiam in tẽpore [g] fieri. 13 ¶ Si cui solutum quidem non fuerit, sed in vetus creditum pignus acceperit [h], hac actione [i] tenebitur: vt est sæpißime constitutum.

Liberatio à debito facta ab vxore ipsi causa dotis constituendæ, facit huic edicto locum.

14 ¶ Si cum mulier fraudandorum creditorum consilium inisset, marito suo, eidémque debitori in fraudem creditorum acceptum debitum fecerit dotis constituendę causa, locum habet hæc actio: & per hãc omnis pecunia quam maritus debuerat, exigetur: nec mulier de dote habet actionem. Nequeenim dos in fraudem creditorum constituenda est: & hoc certo certius est, & sæpißime constitutum [k]. Exitus autem actionis [l] erit, vt stipulatio quæ accepta facta fuerat, ex integro interponatur. 15. ¶ Per hanc actionem & vsusfructus [m], & huiusmodi stipulatio, *In annos singulos dena dare spondes?* exigi potest.

Qui pecuniã sibi debitã à debitore fugiente abstulit, cõmunicare non cogitur alijs creditoribus ante bona possessa: secus si post bona possessa. Bart.

16 ¶ Si debitorem † meum & cõplurium creditorũ consecutus essem fugientem secum ferentem pecuniam, & abstulissem ei quod mihi debebatur: placet Iuliani sententia dicentis multum interesse, antequam in possessionem bonorum eius creditores mittantur, hoc factum sit, an postea. si ante, cessare in factum actionem. si postea, huic locum fore [n]. 17 ¶ Si ex constitutione [o] diui Marci bona sint addicta alicui libertatium conseruandarũ causa: dicendum erit actionem cessare [p]. ita enim succedunt, vt rata sint quæ paterfamiliàs gesserat [q]. 18. ¶ Annus huius in factum actionis computabitur ex die venditionis bonorum [r].

Per istam actionem in factum reuocantur res alienatæ in fraudem creditorum cum sua causa, id est cum fructibus perceptis à possessore & percipiendis: expensis necessariis deductis: & etiam voluntariis, si voluntate creditorum factæ sunt.

19 ¶ Per hanc actionem res restitui debet cũ sua scilicet causa.

20. ¶ Et fructus nõ tãtùm qui percepti sunt, verùm etiã hi qui percepi poterunt [f] à fraudatore, veniunt: sed cũ aliquomodo, scilicet vt sumptus facti deducãtur. nam arbitrio iudicis nõ prius cogẽdus est rem restituere, quàm si impẽsas necessarias [t] cõsequatur. Idémq. erit probãdum & si quis alius sumptus ex volũtate fideiussorum creditorúmq. fecerit [u].

Si ancilla fuerit alienata in fraudem creditorum, & peperit: reuocatur ancilla cum ipso partu. h. d.

21 ¶ Partum [x] quoq. in hãc actionem venire, puto verius esse.

22 ¶ Præterea generaliter sciendum est, ex hac actione restitutionem fieri oportere in pristinũ statum: siue res fuerũt, siue obligationes: vt perinde omnia reuocentur, ac si liberatio facta non esset. propter quod etiam medij temporis cõmodum, quod quis consequeretur liberatione non facta, præstandum erit, dum vsuræ [y] non præstentur, si in stipulatum deductæ non fuerunt: aut si talis [z] cõtractus fuit, in quo vsuræ deberi poterunt etiam

a ¶ *Creditores.* in partem se venturos.

b ¶ *Dulcedine.* Not. dulce [a] accipere.

a Vsuræ fœneratoribus dulces.

c ¶ *Secuti sunt.* facit *supra de separa. l. illud sciendum.*

d ¶ *Eius.* scilicet patris. Accursius.

e ¶ *Impetrata.* scilicet à creditoribus patris impetrantibus vt patris à bonis impuberis separentur: *vt s. de separa. l. j. §. item videamus.*

f ¶ *Item curatoris.* supple & testatoris. & hoc si creditores non sunt secuti fidẽ filij: alioquin defuncto: *vt s. proxi. §.* hic ergo patris fraudẽ reuocabũt eius creditores: filij fraudem reuocabunt eius filij creditores.

g ¶ *Etiam in tempore.* vt [b] *& j. eod. l. omnes. §. fi. & facit Instit. de act. §. tempore. & supra ad l. Fal. l. j. §. si quis.* ¶ Sed quid si pro tali debito datum fuerat pignus? videtur non esse locum reuocationi: quia in hoc prætor se interponeret: *vt s. de iud. lege in omnibus. Azo. & s. eodem l. qui autem. §. apud Labeo.* Sed in puro debito dic *vt j. proxi.* Acc.

b Reuocatorium edictũ, locum etiam habet propter fraudem commissam in tempore: quo casu edicto reuocatorio fit temporis repræsentatio.

h ¶ *Acceperit.* in fraudem creditorum.

i ¶ *Actione.* reuocatoria. Sed contra *j. eo. l. illud.* Solu. ibi ab initio obligauit, sed non tradidit: hic non obligauit ab initio. Vel hic accepit postquam esset postulatum mitti in possessionem: ibi ante: *arg. j. ead. l. §. si debitorem.* Vel hic in fraudem creditorum: ibi non *arg. j. eod. l. cum in vetus.* Accursius.

k ¶ *Constitutum.* vt [c] *& infra eo. l. fi. §. j. & C. eo. de reuo. his quæ in frau. l. ij. & infra eo. l. hac in factum. §. fin.* libertus tamen in [d] fraudem patroni dotem constituere potest: *vt supra si quid in frau. pa. l. j. § sed & si libertus.*

c Dos in fraudẽ creditorũ constitui non potest: nisi à liberto.

d In fraudem patroni dotẽ constituere libertus potest.

l ¶ *Actionis.* s. in factum reuocantis quod mulier fecit supra proxi. respon. *vt j. eo. l. hac in factum.*

m ¶ *Vsusfructus.* siue remiss., siue alij in fraudem creditorum constitutus: & idem in alio exẽplo quod sequitur.

n ¶ *Locum fore.* & ita neutro casu punior. & sic est contra *supra quod me. cau. l. extat. & C. vi bono. rap. l. res & de Iuda. l. nullus. in glo. vltionem. & infra eo. l. pupillus. §. quid ergo si cum in eo,* &c. Solu. hic auctoritate iudicis factum est, in contrariis non, secundùm Alex: & secundum hoc verbum abstulissem, dic per iudicem: *vt & infra de fur. leg. qui vas in princ. & l. Interdum. §. j.* 2. Vel dic quòd etiam sine [e] auctoritate iudicis: sed ideo quia fugiebat, & iudicis tam cito copia haberi non poterat. *arg. C. quando liceat vnicuique sine iudi. l. j.* si autem sit copia iudicis, tunc secus: vt in contrariis. 3. Alij dicunt quod hoc corrigitur per l. illam, *res. Cod. vi bon. rap.* quod non placet. 4. Alij quòd ibi de rigore: hic de æquitate: quod in idem recidit cum secunda. 5. Item facit *supra eo. l. qui autem. §. sciendum.* Accur.

† ex leg. 12. tab. Si calui tur, pedẽmve struit, manum endo iacito.

e Fugientem debitorem ea pete propria authoritate licet etiã die feriata *vt hoc. Gl. ex tex. l. quod metus cau. §. Scimus Regn.* Late [illegible] fugitivus, adde Petrum Duenn. Regula deb. ter fugi. nume. 155. Nar. [illegible] singular. 43.

o ¶ *Si ex constitutione.* cuius verba sunt *Instit. de eo cui liber. causa bo. addic. §. j.* Accur.

p ¶ *Cessare.* contra eos quibus alienauit defunctus.

q ¶ *Gesserat.* exponendo cautionem de solido soluendo cuique: *vt d. §. j. instit. & C. de manu. testa. l. fi.* per quod videntur creditores sequi fidem eius: *argu. sup. ea. l. §. si quid in fi.*

r ¶ *Venditionis bonorum.* quæ reuocantur, vt pote in fraudem alienata: *vt & s. eod. l. qui autem. §. fin. & C. eodem. eodem l. j. in prin. & C. eo. leg. si actu. & sup. ead. l. in prin.* & hoc in id quod peruenit ad accipientem: *vt j. §. actio.*

f ¶ *Percipi potuerunt.* nec titulus [a] excusat: quod est speciale: aliàs secus: *vt not. C. de rei vindi. l. si fundum.* ¶ Item in id quod dicit fructus medij temporis venire, est contra *j. ead. l. fi. §. non solum.* Solu. hic cohærebant solo tempore alienationis: *vt & ibi dicitur,* secundum B. Vel hoc lite contestata, vt & ibi dicitur. 3. Vel solue vt ibi.

a Titulus excusare solet à fructuum qui percipi potuerunt restitutione. Fallit tamen hæc sententia certis casibus vt hic.

t ¶ *Necessarias.* Vtiles [b] autem aufert sine læsione rei: cum sit malæ fidei poss. *vt C. de rei vind. l. domum.* & hoc in sumptibus [c] factis circa [c] rem: *vt sup. de impens. in reb. do. fact. l. iij. §. nos generaliter.* Expensas [d] autem fructuum indistinctè seruat: *vt supra famil. ercis. l. fundus. & de petit. hered. l. si à domino vel à patre. §. fin. & ad hoc. sup. de vsur. l. videamus. ij. § in Fauiana. & si ser. vindi. l. & si forte. §. fi.*

b Impensas vtiles aufert etiam malæ fidei possessor, si tamen sine læsione rei auferri potest. c impẽsa siue vel circa rem vel circa fructus rei.

d Impẽsas fructuum etiam malæ fidei possessor seruat.

u ¶ *Fecerit.* putà voluntarios [e]: nam prædictos etiam citra voluntatem prædictorum factos recuperat.

e Impensas voluntarias emptor repetit siue propria voluntate eas fecit, siue voluntate venditoris creditoris.

x ¶ *Partum.* cõceptum ante alienationem: secus si post: *vt j. ead. l. fin. § non solum. in fin. §. & §. Proculus.* Accur.

y ¶ *Dum vsuræ.* scilicet medij temporis restituta prima obligatione: nisi in duobus casibus quos subiicit. ad quod est contra infra *eo. l. fin. §. non solum.* Sed ibi de fructibus: hic de vsuris. 2. Vel hic in personalibus præstationibus: ibi in fructibus naturalibus. 3. Vel solu. vt ibi. Accursius.

z ¶ *Aut si talis con.* aliàs est, si non talis; aliàs deest, non: sed subauditur.

non deductæ[a]. 23. ¶ Si conditionalis fuit obligatio, cum sua conditione: si in diem, cum sua die restauranda est[b]. Si tamen ea erat[c], cuius dies finitur[d]: potest[e] dici restitutionem intra id tempus posse postulari, quod tempus superererat obligationi: non vtique intra annum. 24. ¶ Hęc actio[f] post annum de eo quod[g] ad eum peruenit, aduersus quem actio mouetur, cōpetit. iniquum enim prætor putauit, in lucro morari eum, qui lucrum sensit ex fraude: idcirco lucrum ei extorquendum putauit. Siue igitur ipse fraudator[h] sit ad quem peruenit, siue alius quiuis[i]: competit actio in id quod ad eum peruenit, dolóve malo eius factum est quo minus perueniret.

25. ¶ Hæc actio[k] heredi cæterísque successoribus[l] competit. sed & in heredes[m] similésque personas datur.

XI. VENVLEIVS SATVRNINVS libro sexto Interdictorum.

Cassius actionem introduxit in id quod ad heredem peruenit.

In generali concessione non videtur concessa fraus. Bar.

XII. MARCELLVS libro octauodecimo Digestorum.

Si pater filiofamilias liberam peculij administrationé dederit, non videtur ei & hoc concessisse, vt in fraudé creditorum alienaret[n]. talem enim alienationem non habet. At si hoc quoque concessit filio pater, vt vel in fraudem creditorum facere possit: videbitur ipse fecisse[o]: & sufficient competentes[p] aduersus eum actiones. Etenim filij creditores[q]: cum eius[r] generis videlicet habebunt actionem, vt his de peculio præstari necesse sit[f].

XIII. PAVLVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

Illud constat, eum qui pignus tenet[t], hac actione non teneri[u]. suo enim iure, & vt pignus, non rei seruandæ causa possidet.

Hoc edictum competit ad hoc vt res alienatæ restituantur, vel actiones, vel vt actiones cedantur ab eis quibus competunt. h.d.

XIIII. VLPIANVS libro sexto Disputationum.

Hac in factum[x] actione non solùm dominia reuocantur[y], verum etiam actiones[z] restaurantur. Ea propter competit hæc actio & aduersus eos qui res[a] non pōsident, vt restituāt[b]. & aduersus eos quibus actio cōpetit, vt actione cedant. Proinde si interposuerit quis personam Titij, vt ei fraudator res tradat: actione mandati cedere debet[c]. Ergo & si fraudator pro filia sua doté dedisset scienti fraudari creditores: filia[d] tenetur vt cedat actione de dote aduersus maritum.

auditur & repetitur supra positum. vel tertio supple in fine debebuntur scilicet vsuræ.

a ¶ *Non deducta.* in stipulatu: vt in bonæ fidei iudiciis: *vt* ꝭ. *de vsur. l. mora. §. bonæ fidei. & facit C. de vsur. l. ij.* Accur.

b ¶ *Restauranda est.* sed si [a] pura, tunc ipsa pecunia: *vt & supra de iure do. l. licet. §. fi. &* ꝭ. *eo. l. hac in factum.*

c ¶ *Erat.* scilicet obligatio.

Videamus.] CASVS. Est primo vidẽdũ de quibus rebus cõpetãt interdicta. & certe cõpetũt tam de rebus diuinis, quàm de humanis. de diuinis, vt de lòcis sacris vel religiosis. de rebus hominũ cõpetũt interdicta dupliciter. nã vel de rebus quę sũt alicuius: vel de rebus quæ nõ sũt alicuius: & de his primo dat exẽpla, vt de libero homine exhibendo & deducẽdo. Interdicta autem quę cõpetũt pro rebus alicuius, quędam sunt publica, quædã singulorum. publica sunt interdicta quæ tractãt de locis publicis & viis, & de fluminibus publicis. Interdicta autem singulorũ, i. ad singulorũ vtilitatẽ spectãtia, quædã sunt vniuersalia: vt interdictũ quorũ bonorũ. quædã singularia, vt interdictũ vti possidetis: & interdictũ de itinere actúq; priuato. Tãdẽ ponitur diuisio in qua comprehendũtur omnes superiores: & est talis: Interdictorũ tres sunt species quædã enim sunt exhibitoria: vt interdictũ de tabulis exhibẽdis, & similia. quędã prohibitoria. vt interdictũ ne quid fiat in loco sacro: & similia. quędã restitutoria: vt vnde vi. quędã mixta, id est tam prohibitoria, quàm exhibitoria: vti est interdictũ de libero homine exhibendo: cũ & exhibitio fiat ex hoc interdicto: & prohibitio ne detineatur. Tãdem ponitur alia diuisio, & est talis: Interdictorum quædam ad præsens tempus referuntur, quædam ad præteritum. ad præsens, vt interdictum vti possidetis. nam in eo obtinet qui lit. contestatæ tempore possidet non vi, non clam, non precario. de præterito sunt interdicto: vt interdicta de itinere actúque. nam in eo obtinet qui hoc anno iuit. Item interdictũ de aque æstiua. Postea pònit notabile dictum, vt licèt quædam interdicta videantur in rem concepta, vt quod vi aut clam: omnia sunt in personã: quia qui tenetur aliquo interdicto, est obligatus. Tandem ponitur alia diuisio interdictorũ. nam quædã sunt annalia, vt interdictũ vnde vi, de eo quod non peruenit ad violẽtum: & ferè omnia alia. quædam sunt perpetua: vt vnde vi interdictum, in eo quod peruenit ad violentũ. Tandem ponitur alia diuisio interdictorũ. nam quædã sunt inducta hominum causa, quædam causa diuini iuris & religionis, diuini iuris, vt interdictũ ne quid in loco sacro. religionis, vt de mortuo inferendo. hominum causa sunt in interdicta quædam ad publicam vtilitatem pertinentia, quædam causa sui iuris tuẽdi, quædam causa rei familiaris. & de his omnibus dat exempla. & hoc dicit hæc l. cum prin. seq. Franc. Accur.

a ¶ *Sacris.* de sacris duo exempla, de religiosis alia duo ponit: *vt infra eo. l. ij. §. j.*

b ¶ *Exhibendis.* hoc ad illud de libe. ho. exhi. & ad illud de liberis exhibendis referri potest: sed quod subiicit scilicet deducẽdis, tantùm ad secundùm, *vt habes infra de libe. ho. exhi. l. j. & de libe. exhi. l. j. & ij. in prin.* liberi [d] enim homines & filij nostri in bonis nullius sunt: *vt hic,* & *s. de rei vin. l. j. §. j. in glo.* non petuntur.

d Nullius in bonis sunt liberi homines & filij nostri.

c ¶ *Aut singulorum.* insufficiens videtur diuisio: *vt Instit. de re. diui. §. j.* Sed illa duo ad eum tractatum, hæc quo ad istum loquitur. Itẽ contra infra *de iniur. l. fane.* Sol. vt ibi.

e Interdictum quorum bonorum solum inter interdicta vniuersale est.

d ¶ *De locis publicis.* de his per ordinem dicet infra ne quid in loco publi. vsque ad tit. de vi & vi arma.

e ¶ *Quorum bonorum.* quod solùm [e] est vniuersale: *vt ĩ. tit. j. l. j. in fi.*

f ¶ *De itinere actúque.* s. priuato de quo est *ĩ. de itin. actúque. pri. l. j.*

g ¶ *Interdictorum.* superiores diuisiones, licèt alijs verbis, hic repetuntur. R.

h ¶ *Exhibitoria.* vt de tabulis exhiben. *vt ĩ. de tabu. exhiben. l. ij. §. hoc interdictum.*

i ¶ *Prohibitoria* sunt. s. ne quid in loco publico fiat: *vt infra ne quid in loco publi. fiat l. ij. §. j.*

k ¶ *Restitutoria.* vt [a] quod factum est, tollatur: *vt d. l. ij. §. prætor ait.* cætera exempla quære Inst. e. §. j.

a Interdicta restitutoria eo pertineat, vt quod factum est tollatur.

l ¶ *Mixta.* sicut [b] de libe. ho. exhi. & de libe. exhi. nam exhibitio fit per ea: sed & prohibet prætor detineri hominem liberum, & prohibet vim fieri patri quo minus dicat filium: *vt ĩ. de libe. homi. exhi. l. j. & ij. in prin. & infra de lib. exhi. l. j.* Sed ex alia causa mixtum est interdictũ ne vis fiat ei. s. prohibitoriũ & restitutorium, prohibet enim vim fieri possidẽti, & amissam pos. iubet restitui. ad quod est *ĩ. ne vis fiat ei. l. pe. §. cum prætor. & l. j. §. hæc actio.*

b Mixta interdicta dicũtur quod vel exhibitoria & restitutoria: vel prohibitoria & restitutoria.

m ¶ *Vt vti possidetis.* nam qui præsentialiter, id est litis [c] contest. tempore possidet non vi, non clam, non precario, obtinet: *vt ĩ. vti possidetis. l. j. in fi.*

c Interdicto vti possidetis obtinet, qui litis contestatæ tempore possidet, non vi, clã, precario.

n ¶ *Vt de itinere.* nam in eo vincit qui hoc anno iuit: *vt infra de itin. actúque priua. l. j. in prin.* & quod de aqua subiicit, habes infra de aqua quoti. & æsti. l. j. in prin.

o ¶ *Concepta.* s. quandoq;: vt quod vi aut clam: *vt ĩ. quod vi aut clam. l. cõpetit. §. in summa. & interdi. de ope. no. nun. vt s. de no. ope. nun. l. pe. & fi.* & sic in actione quod me cau. *vt s. quod me. cau. l. metum. §. cum autem. & ad exhibend. vt s. ad exhiben. l. de eo. §. fi.*

p ¶ *Vt tamen ipsa.* quia obligatus est qui tenetur interdicto aliquo, ad id quod venit in eo interdicto: sed [d] in actione in rem, nõ est quis ad aliquid obligatus: nec aliqua obligatione tenetur: *vt Inst. de act. §. j.*

d Interdictorũ & actionum differentia.

q ¶ *Annalia.* vt vnde vi, & de eo quod non peruenit ad violentũ: *vt ĩ. de vi & vi ar. l. j. in prin.* Et idẽ ferè in omnibus: cum prætoris imperiũ anno tantũ durabat: *vt inst. de perpe. & temp. ac. §. eas verò.* Quędam tamen sunt perpetua, vt subiicit: vt interdictum de tab. exhi. *vt ĩ. de tab. exhi. l. iij. §. fi.* Potest [e] igitur sic distingui: si contineant rei persecutionem, nec dentur ex maleficio: dentur perpetuo. sin autem sunt ex maleficio, aut non cõtinent rei persecutionem, terminentur anno: nisi de eo quod peruenit ad maleficium. vel heredẽ eius: de quo perpetuo agitur: *vt ĩ. de act. & obli. l. in honorariis. & ĩ. de vi & vi ar. l. j. in prin.*

e Interdicta perpetua, quæ continent rei persecutionẽ, neque ex maleficio sunt, cætera annalia.

INterdictorum.] Casum vsque ad §. quædam. vidistis s. in l. prox. [QVADAM INTERDICTA.] In quibusdam interdictis vertitur quæstio proprietatis [f]: vt interdicto de itinere actúque priuato, quando intentatur ab eo qui vult reficere iter. nam agẽs eo debet probare dominium seruitutis. & de hoc habes *infra de itin. actúque priu. l. iii. §. ait prætor. & §. hoc autem.* Item in interdictis quæ dantur pro rebus sacris vel religiosis, vertitur quæstio quasi [g] proprietatis, nõ verè. cũ sint in bonis nullius: vt est interdictũ ne quid in loco sacro fiat: & similia de quibus habuistis *s. circa prin. leg. qui enim ea intentat,* debet probare rẽ esse sacrã vel religiosam. Itẽ interdictũ de liberis exhibendis est simile superiori. nã pater qui illud intentat, debet probare illũ suũ filiũ quẽ petit. In fine dicit, & amodo nõ mireris si in interdic. quæ dantur pro re familiari, probatur causa proprietatis quãdoq;, vt dictũ est: cum & hoc eueniat in his quæ dantur causa diuini iuris tuendi, vt dictum est. [HAC AVTEM INTERDICTA.] Interdicta quæ pro rebus familiaribus dantur, quędam sunt inuenta adipiscendæ pos. cau. quædam recuperandæ, quędam retinendæ: quędam duplicia, id est tam recuperandæ pos. quàm adipiscendę. & de omnibus dat exempla, excepto vltimo. & de illo dat exemplũ: vt in interdicto ne vis fiat ei: vt habes exẽplum infra ne vis fiat ei. l. iij. §. cum prætor. Fran. Acc.

f Interdictis agimus ad possessionem regulariter: interdum tamẽ hoc est quibusdam interdictis agitur de proprietate vel quasi proprietate.

g Quasi proprietas.

Duplicia,

Interdictorum quædam duplicia sunt[a]: quædam simplicia[b]. Duplicia dicuntur, vt *Vti possidetis*[c]. Simplicia sunt ea, veluti exhibitoria[d] & restitutoria: item prohibitoria[e], *De arboribus cædendis: & de itinere actúque.* 1 ¶ Interdicta autem competunt vel hominum causa, vel diuini iuris, aut de religione[f]: sicut est, *Ne quid loco sacro*[g] *fiat*: vel *Quod factũ est, restituatur*: *& de mortuo*[h] *inferendo*, vel *sepulchro ædificando*. Hominum causa competunt vel ad publicam vtilitatem pertinentia[i], vel sui iuris tuendi causa, vel officij tuendi causa vel rei familiaris. Publicæ vtilitatis causa, cõpetit interdictum, *Vt via publica vti liceat*[k], *& flumine publico*[l]: & *Ne quid fiat in via publica*[m]. Iuris sui tuendi causa, *De liberis exhibendis*[n]: item *De liberto exhibẽdo*. Officij causa[o], *De† homine libero exhibendo*. Reliqua interdicta rei familiaris causa dantur. 2 ¶ Quædam interdicta rei[p] persecutionẽ continent: veluti *De itinere actúque priuato*[q]. nã proprietatis causam continet hoc interdictum. Sed & illa interdicta quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur[r], veluti[s] proprietatis causam continẽt. Itẽ illa de liberis[t] exhibendis, quæ iuris tuendi causa diximus competere: vt nõ sit[u] mirũ, si quę interdicta ad rẽ familiarẽ pertinent, proprietatis, non possessionis causam habeant.

3 ¶ Hæc autem interdicta quæ ad rem familiarẽ spectãt[x]: aut apiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Apiscendæ possessionis sunt interdicta, quæ competunt his qui antè non sunt nãcti possessionẽ. Sunt autem interdicta apiscẽdę possessionis: *Quorum bonorum*[y]. Sabinum quoque interdictũ, quod est de pignoribus[z], ex hoc genere est: &, *Quo itinere venditor vsus est: quominus*[a] *emptor vtatur, vim fieri veto.* Recuperandæ possessionis causa proponuntur sub rubrica[b] *Vnde vi*. Aliqua enim[c] sub hoc titulo[d] interdicta sunt. Retinendæ possessionis sunt interdicta, *Vti possidetis*[e]. Sunt interdicta vt diximus[f], duplicia tã recuperandæ quã apiscẽdę possessionis.

III. VLPIANVS *libro sexagensimonono ad Edictum.*

IN interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita[g] sunt, non retro[h].

IV. PAVLVS *libro sexagensimoseptimo ad Edictum.*

a ¶ *Duplicia sunt.* in[a] quibus quilibet est actor & reus: vt vti possidetis: *vt Instit. eo. §. tertia.* quandoque aliter dicuntur duplicia: *vt j. ea. l. §. fin.*

b ¶ *Simplicia*[b]. in quibus alter agit, alter est reus: *vt d. §. tertia.* Sed & in duplicibus qui prouocat, habetur actor. vel fortè[c] discernitur: *vt arg. supra de iudi. in tribus. & facit š. de procura. l. si defunctus. §. fi.* Accur.

c ¶ *Vti possidetis*[d]. vt j. *vti possid. si duo. §. hoc interdictum.* & vtrubi: *vt d. §. tertia.* & de superficiebus: *vt j. de superfi. l. j. §. proponitur.* & de aqua quotidiana & æsti. *leg. quandoque.* vt cum proponitur inter emptores & heredes. & bono. poss. *vt infra de aqua quoti. & æsti. l. j. §. ait prætor inter heredes.*

d ¶ *Exhibitoria*[e]. exempla horum accipe: *supra c. proxim. §. interdictorum. in primo interdictorum.*

e ¶ *Prohibitoria* supple. s. hoc de arboribus cædendis: quod est prohibitorium: *vt j. de arbo. caden. leg. j. in prin.* & de iti. actúque priu. quod est similiter prohibitorium: *vt infra dixi*: quia non omnia prohibitoria sunt simplicia: sed quædam duplicia sunt: vt vti possi. & vtrubi: *vt Inst. eo. §. tertia.*

f ¶ *Vt de religione.* exemplificatiuè lege: quia & sacra sunt, & religiosa. Vel dic, vt, id est sicut: & sic statim duo de quolibet ponuntur.

g ¶ *Ne quid in loco sacro.* exemplum diuini iuris, & est hoc *infra ne quid in loco sacro. l. j.* de restitutorio de quo subiicit, non habemus, sed eius meminit infra *ne quid in loco pub. l. ij. §. locorum.*

h ¶ *Et de mortuo.* exemplum religionis. *& habes hoc š. de mor. infe. l. j. in prin. & §. prætor ait.* Potest addi & quintum, ne quid fiat in loco sa. *vt supra ne quid fiat in loco sa. l. pe. & fi.* nam & sanctæ res quodammodo diui iuris sunt: *vt š. de rerum diui. l. j. in prin. & Inst. de re. diui. §. sancta.*

i ¶ *Pertinentia.* supple vel ad priuatam: ad priuatam dico, vel sui iuris, &c. Accur.

k ¶ *Vti liceat.* vt j. *ne quid in loco pub. l. ij. §. fin.*

l ¶ *Flumine publico.* vt j. *vt in flu. pu. na. lic. l. j. in prin.*

m ¶ *In via publica.* vt j. *ne quid in loco pu. l. ij. §. ait prætor in via.* Sunt & alia quæ collige à titu. infra ne quid in lo. pub. vsque ad tit. de vi & vi arma. & fa. š. *l. j. §. quæ sunt alicuius.*

n ¶ *Liberis exhibendis.* in quibus habemus ius patriæ potestatis: *vt Inst. de pa. po. in prin.* In libertum habemus ius patronatus: in neutro[f] habemus dominium: *vt š. eo. l. j. circa prin.* & ideo non pertinent ad rem familiarem. Adde his interdictum de vxore exhibenda: *vt j. de lib. exhib. l. ij.*

o ¶ *Officij causa.* quod debet homo[g] homini: *vt š. de ser. expor. l. seruus ea.* ¶ Et caue tibi: quia hæc subdiuisio aliàs ad publicam, & aliàs ad priuatam vtilitatem se refert: alia verò fieri potest quæ respicit exercitiũ: quia alia sunt publica, id est publicè cuilibet cõpetunt: & sic sunt popularia: & hæc sunt octo. alia priuata quia tãtùm ei cuius interest dantur: & hæc sunt xxviij. quod dic vt *Inst. eo. §. interdictorum. alia sunt publica.*

p ¶ *Rei.* i. proprietatis.

q ¶ *Priuato.* s.[h] secundùm quod datur volenti reficere iter: vnde probat dominium seruitutis: *vt infra de itine. actúque priua. leg. iij. §. ait prætor. & §. hoc autem.* & idem in interdicto quod datur pro aqua ex castello ducenda: *vt j. de aqua quoti. & æsti. l. j. § fina.* idem de interdicto de arbo. cæden. *vt j. de arbo. caden. l. j. in prin. & §. non solùm.*

r ¶ *Proponuntur.* quæ dixi fore quinque: *vt š. ead. §. j.*

s ¶ *Veluti.* i. quasi. nam in[a] veritate non habemus eorum proprietatem: *vt Instit. de rerum diui. §. nullius.*

t ¶ *De liberis.* & de his habuistis in §. iuris sui. ¶ Et supple hic obtinent causam quasi proprietatis. nam nec[b] hi sunt in nostro dominio: *vt š. l. j. circa prin.* est ergo proprietas[c] & quasi: vt hic: sic & possessio[d] vera, vt in rebus corporalibus: & quasi, vt in incorporalibus: *vt supra de seruit. l. quotiens. ij.* ¶ Sed in quo est š. causa proprietatis, & hic[e] quasi? Respon. supra oportet probari dominium seruitutis, quanquam possessorio agatur: hic filiationem & libertinitatem, & rem sacram vel religiosam: sicut si ageretur petitorio iure dominij, vel quasi: vel simili: vt per in factum: *vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & supra de rei vindi. l. quæ religiosis.* vel in re præiudiciali: *vt supra de rei vind. leg. j.* Item effectus[f] victoriæ erit similis causæ proprietatis vel quasi, quia sicut causa[g] proprietatis finita totum finitur, sic hic: *vt hic & d. l. j. de aqua quoti. & æstiua. l. j. §. fina.* secus[h] in possessorio: quia secunda quæstio proprietatis remanet: *vt C. eo. l. incerti.*

u ¶ *Vt non sit.* Nam cum interdicta de religiosis & sacris, de his quæ sunt iuris sui tuendi causa inuenta, hoc habeant, scilicet causam proprietatis: non mirum si & illa quę ad rem familiarem pertinent, hoc habeant quandoque. nam si[i] id de quo minus videtur inesse, inest: multo magis id de quo magis. & facit ad §. š. *de publicia. l. cum sponsus. §. Publiciana.*

x ¶ *Spectant.* quæ sunt vnum membrum subdiuisionis. š. *posita in §. j. & facit Inst. eo. §. sequens.* Accur.

y ¶ *Quorum bonorum.* de quo est j. *tit. j.*

z ¶ *De pignoribus.* i.[k] de possessione rerum coloni tacitè obligatarum: *vt C. de Sal. interdic. l. j. & de hoc est j. de Sal. interdic. l. j.*

a ¶ *Quo minus.* quo casu emptor de quasi possessione seruitutis adipiscendæ contendit: cuius verba non habemus: sed eius mens est j. *de iti. actu. priua. l. pe.* Accur.

b ¶ *Sub rubrica.* directum[l] scilicet & vtile: vt vsufructuario[m] & vsuario: *vt infra de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi. & §. item si non vsufructus.* simile videtur in interdicto de precario: *vt j. de preca. l. j. in prin. §. j.*

c ¶ *Aliqua enim.* s. alia interdicta recuperandæ possessionis.

d ¶ *Sub hoc titulo.* i. post hunc titu. *sic š. si cer. pe. l. j.*

e ¶ *Vti possidetis.* &[n] vtrubi: *vt Inst. eo. §. recuperandæ.* & etiam illud, Ne vis fiat ei. *ar. j. ne vis fiat ei. l. j. in prin. & §. j. in prin.*

f ¶ *Diximus š. eo. l. j. in prin.* sed alio modo hic, & alio modo ibi ergo hic sunt duplicia recuperandæ & adipiscendæ possessionis: vt est interdictum ne vis fiat ei: *vt š. ne vis fiat ei. l. si quis missus. §. cum prætor.*

IN *interdictis.* CASVS. In interdictis veniunt fructus ex die litis contestatæ non priores: & de hoc dic vt in glossa domini mei Accur. Fran. Accur.

g ¶ *Edita.* i. lis in eis interdictis contestata.

h ¶ *Non retro.* vt *& j. de preca. l. quæsitum. §. ex hoc.* sed[o] hoc fallit in interdicto vnde vi: in quo habetur ratio ex die expulsionis: *vt j. de vi & vi ar. l. j. §. ex die. quæ est contra.* & idem quandoque in interdicto quod vi aut clam: *vt infra quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. quod ait prætor.* ¶ Et nota sex[p] regulas affirmatiuas in interdictis. Prima, quòd omnia sunt personalia: *vt š. eod. l. proxi. §. pen.* 2 Secunda, quòd in omnibus habetur ratio fructuum ex die contestatæ litis: *vt hic.* 3 Tertia, quòd in loco cuiuslibet in factũ actio dat:

a Interdicta duplicia quid.

b Interdicta simplicia q. d.

c Legendum secto.

d Interdicta duplicia sunt vti possidetis. vtrubi. de superficiebus. de aqua quotidiana & æstiua: quæ inter emptores hæredes & bonorum possessores proponuntur.

e Interdicta exhibitoria de arboribus cædendis & itinere actúque priuato.

¶ Interdictum de vasallo exhibendo, seu ciue, vel monacho, vel pupillo exhibẽdo, vel alia persona in qua ius habeo, eadem ratione competere potest simile de vxore exhibenda. l. ij. in fin. cum l. seq. inf. de lib. exhib. quod tene menti secundum Bar. hic.

f Liberi & liberti nõ sunt in dominio nostro.

g Officium homo homini debet.

h Interdicta quædam rei persecutionẽ continent vt de itinere actúque priuato, de aqua ex castello ducenda, de arboribus cædendis. In his enim probãdum est dominium interdicenti.

a Proprietatẽ veram liberorum parentes non habent.

b In dominio parentum nõ sunt liberi.

c Proprietas alia verè, alia quasi proprietas est.

d Possessio alia vera, alia quasi possessio est.

e Quasi proprietas vbi & quibus in interdictis probanda.

f Sententia absolutoria in proprietate parit exceptionem in possessorio: secus nõ parit. Gl. l. j. in verbis hoc ordine. C eo. vnde abiertur. hic.

g Proprietatis causa finita, finitur causa possessionis: at non è contra. nec enim finita possessionis causa proprietatis quæstio finita intelligitur.

h Proprietatis & possessionis differentia.

i Argumenti à minori ad maius sententia. similis est Gl. in l. vlt. C qui ætate vel professione. lib. x. vbi plenius dixi.

k Saluiano interdicto petimus possessionem rerũ coloni tacitè nobis obligatarum.

l Interdicta recuperandæ directa vel vtilia.

m Interdictũ recuperandæ vtile competit vsufructuario & vsuario & in causa precarij.

n Interdicta retinẽdæ possessionis tria.

o Interdictis fructuum habetur ratio ex die quo edita: hoc tamẽ fallit in interdicto vnde vi: & quandoque in eo quod vi aut clam: in quibus fructuum ratio habetur à die expulsionis.

p Interdictorum naturales prem regulas affirmatiuas & quatuor negatiuis de hinc tamen similis est Gl. l. j. in fi. C. eod.

vt Instit. eo. §. fi. 4 Quarta, vt quæstio per interdicta præcedat, cũ sint de possessione: *vt Cod. eo. l. incerti. & quorum bonorum. l. fina.* 5 Quinta q ea quæ sunt annalia, fiãt perpetua de eo quod peruenit ad eum cũ quo agitur: *vt j. l. proxi.* 6 Sexta, quod ea quæ sunt annua ad agẽdũ, sunt perpetua ad excipiẽdum: *vt C. de excep. litet.* 7 Addunt & septimã, quòd omnia reddãtur noxaliter: quod est falsum, cum enim ea tantùm quæ ex maleficio sunt noxaliter dentur: *vt j. l. proxi. ergo non alia.* ¶ Econtra quatuor no. regulas negatiuas. Prima, q nullum [a] interdictũ infamat: *vt j. de vi & vi ar. l. neque.* Secũda, quia nullum [b] solenniter redditur: *vt Instit. eo. §. fi.* Tertia, q in [c] nullo habetur ratio fructuum ante lit. contesta. nisi in interdicto vnde vi. Quarta, quòd nullum [d] redditur inter nõ subiectos: *vt C. eo. l. ij.* Adde & quintam, quia nullum [e] pœnaliter redditur.

EX quibus causis annua interdicta sunt: ex his de eo quod ad eum cum quo agitur peruenit, post annum iudicium dandum [a] Sabinus respondit.

V. IDEM *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

INterdicta noxalia ea sunt quæ ob delictum eorum quos in potestate [b] habemus, dantur: veluti cum vi deiecerunt [c], aut vi aut clam opus fecerunt. Sed officio iudicis continetur, vt dominum sua impensa opus restituẽtem absoluat [d]. patientiam tollẽdo operi præstantem, noxæ dedere iubeat, & absoluat [e]. si non dedat: quantum impensæ in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet. si neque patientiã præstet, neque ipse tollat cũ possit: in tantùm condemnet, in quantum iudex [f] æstimauerit, atque si ipse fecisset.

EX quibus.] CASVS. Interdictũ vnde vi durat anno de eo quod nõ peruenit ad vim inferẽtem. at de eo quod peruenit, perpetuo durat: *vt j. de vi & vi ar. l. j. in prin.* Fran. Accur.

a ¶ *Sabinus respondit.* vt j. *de act. & oblig. l. in honorariis. & j. de vi & vi ar. l. j. in prin. & §. fi. & l. iij. §. j. & C. vnde vi. l. vi pulsos.*

INterdictis.] CASVS. Quædam interdicta sunt noxalia: vt sunt ea quæ ex delictis seruorum dantur: vt si seruus meus vi deiecit aliquem: nam teneor vel emendare damnum, vel dare seruum pro noxa. Item si seruus meus fecit aliquod opus vi vel clam in meo fundo, ex quo habes damnum seruitutis quam habes in prędicto fundo, quia ea vti nõ potes. nã si volo restituere, id est destruere opus mea impensa, in amplius non teneor. si autem volo tantũ patientiam præstare tibi vt destruas opus, & non impẽsas: teneor dare seruum pro noxa: vel ad impensas condemnabor. si autem nec patientiam præstare volo, nec opus destruo, in tantum condemnabor in quantum iudex æstimauerit: perinde ac si ego fecissem. de quo dic vt in glo. domini mei Accursij Fran. Accur.

b ¶ *In potestate.* seruili [g], non filiali. *vt Insti. de noxa. §. fi.*

c ¶ *Vi deiecerunt.* *vt & j. de vi & vi ar. l. j. §. quod ergo adiicitur.*

d ¶ *Absoluat.* ab impensis destructionis.

e ¶ *Et absoluat.* ab expensis. *& ad hoc facit j. quod vi aut clam. l. si alius. in princip.*

f ¶ *Iudex.* vt damnum sarciatur, & impendia domino restaurentur: *j. quod vi aut clam. l. is qui. §. quod ait prætor. Ioan.*

QVORVM BONORVM. TITVLVS II.

Dictum est supra de interdictis in genere: nunc sequitur de interdictis in specie: & præmittitur de interdicto quorum bonorum, quod est generale, & denominatur à prima parte bonorum. Bar.

I. VLPIANVS *libro 67. ad Edictum.*

AIt prætor: *Quorum bonorum ex edicto meo [g] illi possessio [h] data est: quod de his bonis pro herede [i] aut pro possessore possides, possideresue si nihil vsucaptum [k] esses, quod quidem dolo malo fecisti vti desineres possidere: id illi restituas* [l]. 1 ¶ Hoc interdictum restitutorium est [m]: & ad vniuersitatem bonorum, non ad singulas [n] res pertinet: & appellatur Quorum bonorum: & est apiscendæ possessionis vniuersorum bonorum.

II. PAVLVS *libro 20. ad Edictum.*

INterdicto * quorum bonorum, debitores hereditarij nõ tenentur [o]: sed tantùm corporũ possessores.

QVORVM BONORVM.

A [p] primus verbis interdicti nominatur, sicut & in aliis interdictis, dixeit ergo in genere de interdictis: nunc in specie: & primo de vniuersali quod solum illud inuenitur: & datur directum [k] bonorum possessori, vtile heredi de iure ciuili: sicut [l] econtra peti [m]. heredi. directa heredi, vtilis bonorum possessori: & differt à peti. & consonat: vt not. in rub. C. eo.

¶ Explicationem incho at ab interdicto de vniuersitate, quo p aparatur [n] petitio hereditatis. (vt ferè interdicto [o] quoque aliqua actio similis) quam etiam in ordine actionum prætulit actionibus singularum rerum. sed [p] petitio hereditatis de iure est. Inte. dictum quo. um bonorum de possessione est enim ex parte bonorum possessoris apiscenda vel adprehendenda, ex parte possessoris restituendæ possessionis. Et petitio hereditatis datur in eum qui possidet ex eis bonis corpus vel minimum pro herede vel pro possessore vel qui im quasi possidet veluti in debitorem hereditarium, in dimque est in interdicto. Quo um bonorum, nisi quod non datur in debitorem hereditarium [q]. Cuia.

AIt prætor.] CASVS. Agnatus meus decessit. ei volo succedere. vnde in eius bonis petij bo. posses. vnde agnati. & habui. & sic ei succedo de iure prætorio. nunc volo consequi bona corporaliter. dicitur q agã interdicto quorũ bonorũ contra eũ qui tenet hæc bona pro herede, vel pro possessore, vel dolo desiit possidere. Secũdo dicit: per hoc interdictũ peto restitui. i. dari bona. & ad vniuersitatem bonorũ spectat. quod expone vt in Glo. & vocatur quorum bonorum: & est adipiscendæ poss. & eo interdicto conueniuntur corporum possessores. non autem debitores hereditarij. & h. d. hæc l. & seq. Fran.

g ¶ *Ex edicto meo.* secus si à iure ciuili: q a tunc vtile: vt no. in rub.

h ¶ *Possessio.* subaudi bonorũ [a]: vt sit vna dictio, & denotet ius [b]: *vt s. de bo. pos. l. ij. §. j.* nã [c] verbũ possessionis simpliciter positũ, factum denotat: *vt supra de acq. pos. l. j. §. fi. vir.* decretalis ergo verbotenus data erat, non facto.

i ¶ *Pro hered.* aut [d] pro possessore. hæc verba expone vt Inst. *eo. de interdict. §. pro herede. & §. pro possessore.*

k ¶ *Vsucaptum.* Sed cũ possidere [e] pro herede vel pro possessore, non sit habere titulũ: *vt C. in quib. cau. cessat lon. tẽp. præscript. leg. hereditatem.* quomodo habet locũ vsuca? Respon. probabilis [f] fuit error: *vt s. de vsuca. leg. non solũ. §. quod vulgo.* & secundũ hoc ad possidentẽ pro herede refertur. nam si [g] p possessore, nõ nisi xxx. an. præscriberet: quia præscriptione & hoc interdictum de pet. her. tollitur: *vt C. de peti. here. l. hereditatis.* Sed hoc non videtur posse stare: quia secũdum hoc post vsuc. tenetur hoc interdicto. nam sicut dicit, siue possides pro herede vel pro possessore: siue possideres, scilicet pro herede vel pro possessore, nisi quia est vsucaptũ: teneris ad rem vel æstimationem. quod non videtur: *vt d. l. C. de pe. here. & in quibus cau. ces. lon. temp. præscrip.* Quare dic vsucaptum non ab eo qui conuenitur, sed à quodam tertio, isto dolosè dimittente vsucapere. Sed contra hanc opinionem, nam quomodo potuit interpellare vsucap? Respon. iste ei vendidit, vnde emptor vsucapit: licèt qui alienat: malam fidem habeat: *vt C. de præscrip. lon. temp. l. j. vel di: vt no. supra de peti. here. sed & si lege. §. quod ait. versic. sed & culpa.* sed & prima potest saluari: vt iungas: & si nihil vsucapis, cum eo quod dixerat pro here. possides. & quod dicit possideresue, &c. iunge cum eo quod dicit: quódque dolo, &c. & ad hoc facit. *C. eo. l. ij. & s. de peti. here. l. etiam. § item si quis dolo. & pro socio. l. nemo. ex so iis. in fin.*

l ¶ *Restituas.* nisi incontinenti [h] paratus sis probare res tuas: *vt no. C. de edic. diui. Adri. tol. l. ij.*

m ¶ *Hoc interdictum restitutorium est.* *vt & Inst. eo. de interdic. §. restitutoria.* vt verbum restituas [i], dandi significationem habeat: *vt j. de verb. sig. l. verbum.* ac si dicat nõ prohibitorium vel exhibitoriũ.

n ¶ *Non ad singulas.* Imò & [k] ad singulas: *vt j. de fur. l. hoc amplius. & l. seq. quæ sunt contra: vt s. eo. l. in prin.* hoc innuit. *vbi dicit, quod ex his,* &c. Sed respon. sub tantùm, s. non tantùm ad singulas. &c. Vel datur alicui nõ quia successit in res singulares, sed quia in vniuersitatem: ideò ad eum pertinere dicitur. *sic est in peti. hered. vt s. de pet. here. l. regul. vtiter in s. licet.*

o INterdicto.] Non tenentur. & in hoc differt [l] à peti. he. *vt j. de peti. he. l. etiam. §. fi.* differt & in aliis: *vt no. s. in rub.* actione ergo heredit. eos conueniet.

QVORVM LEGATORVM.

Scilicet possessionem quis occupauerit: id restituat heredi. Legatorum, sicut superius est adipiscendæ possessionis. sic & hoc: vt j. in prin. & ideò de hoc post illud ponit. Accur.

¶ Sequuntur interdicta quæ ad [m] res singulas pertinent, et primum id quod dicitur à primis verbis, quemadmodum cætera ferè omnia, Quod legatorum. atque [n] apiscendæ ex parte actoris, restituendæ ex parte rei (sicut superius Quorum bonorum) quo vtitur heres [o] aut bonorum possessor paratus satisdare legatorum nomine aduersus legatarium aut fideicommissarium qui occupauit vacuam possessionem rei legatæ sine voluntate heredis, vt scilicet adepta possessione sibi Falcidiam seruet per retentionem. nec enim heredi erat Falcidiæ vindicatio, sed retentio tantum. & ex eo intelligitur cessante Falcidia, huic interdicto locum non esse. Cuiacius.

a Infamia nõ cõtrahitur interdictis.

b Solẽnitates interdictorũ sublatæ.

c Fructuum ante litem cõtestatam non habetur ratio in interdictis præterquam in vnde vi. Hoc enim interdicto fructus veniunt à die expulsionis.

d Interdicta non redduntur nisi inter subditos suæ quę prouinciæ homines.

e Interdictum nullum pœnale. vt hic. Vnde aliquod. l. j. §. *bon. actionum, inf. ne vis fiat, & unde vi.* exhibendum. Sint edictum vnde vi quandoque annale, quando perpetuum.

g Potestatis seruilis & filialis differentia...

h Interdictis præterque à primis verbis interdicti denominata.

i Interdictum quorum bonorum est de vniuersitate.

k Interdictũ quorum bonorum directum & vtile quibus competat.

l Petitionis hereditatis & interdicti quorum bonorũ æquatio.

m Petitio hereditatis directa & vtilis quibus detur.

n Interdicto quorum bonorum præparatur petitio hereditatis.

o Interdictis ferè præparatur aliqua actio ciuilis.

p Interdicti quorum bonorum & petitionis hereditatis differentia.

q l. 2. hoc titulo.

a Possessionẽ facti petere non potest qui possessionem iuris habet.

b Bonorũ possessio iuris nomen & ius denotat.

c Bonorũ possessionis & possessionis bonorum differentia.

d Possidere pro herede & pro possessore quid.

e Titulum nõ habet qui possidet pro herede vel pro possessore.

f Error probabilis seu iustus habetur pro titulo: atque ita res vsucapi potest.

g Præscribere non potest, ni si triennio, possessor pro herede.

* Sumpta ex l. de pet. her.

h Possessionis causa summarie cognita est. *l. momentanea. C. vnde vi. vt vsu. & demonst.*

i Restituere pro dare, atque ita per potest nobis restitui, quod nunquã habuimus.

k Interdictũ quorum bonorum an quando, & quibus datur ad res singulas.

l Interdicti quorum bonorum & petitionis hereditatis differentia.

m Interdictũ quorum legatorum apiscẽdæ est possessionis ex parte actoris: restituendæ, ex parte rei.

n Interdictum quorum legatorum bonorum quibus in quos & quatenus competat.

Hoc

HOc interdictum. CASVS. Hoc interdictum, cuius mens est j. statim, vocatur quorum legatorum, & est adipiscendæ pos. & habet locum quotiens legatarij sua auctoritate acceperunt aliquid legatorum nomine. nam tenentur illud dare. nō enim æquū est ius dicere sibiipsis. & ad heredem veniunt hæc bona & datur hoc interdictum heredi, & heredi heredis: & bonorum pos. & eius heredi. [QVIA AVTEM.] Nunc dicit quod aliquando datur hoc interdictum cum alia actione: vt si incertus est heres quo titulo possideat, conuentus, an tāquam legatarius, an tanquam heres, vel possessor, nam hoc casu proponit vtrumque id est petitionem hereditatis, & hoc interdictum. sic & aliàs: vt si nesciam qualiter quis possidet rem heredi. an tanquam ex causa empt. vel simili, an tanquā heres. nam & hoc casu agam vtraque via. scilicet rei vin. & petitione hereditatis. [SI QVIS.] Rem donatam à testatore causa mortis, donatarius sua auctoritate accepit. dicitur quòd reuocat eam heres per hoc interdictū non totam, sed in eo quod est vltra Falcidiam. Secundo dicit: Testator plures heredes instituit, & vni eorū ante partem aliquid legauit: siue per hoc verbū præcipiat, siue per aliū modū: cum quatuor erant olim modi legandi: *vt habes instit. de legat. circa prin.* & ille sua auctoritate rem legatam recepit. dicitur quòd tenetur per hoc interdictū eam reddere coheredibus: excepta portione hereditaria quā in ea re habet. [QVOD AIT.] Verba edicti, quæ & quod non habemus, vult exponere: & erant fortè talia: quorum legatorū pos. legatarius occupauit, id reddat: siue habeat, siue dolo desiit habere: nisi habeat voluntate eius ad quem ea res pertinet: & si satisdatum est vel per eum scilicet heredē, vel per bo. pos. nō stat, & hæc verba vult exponere Vlpianus per ordinem. & primo illud verbū, dolo desiit habere, &c. i. desiit habere facultatē rei restituendæ. tandē dicit: si alicui legatus est vsusfructus vel vsus alicuius rei, vel seruitus aliqua: & legatarius sua auctoritate accipit: an tenetur hoc interdicto, quæritur? Et videtur quòd non: quia talia non dicuntur possideri, sed teneri. tamē dicit quòd bene habet locū. Sed pone quòd legatarius conditionalis vel in diem est missus in pos. causa legatorum seruandorum, quia sibi heres nō cauebat. nunquid tenetur hoc interdicto? Et dicitur quòd non: cū nō possideat: sed custodit. item quia iussu iudicis tenet, nisi heres satisdet, & non reddat rem legatarius. nam amodo tenebitur hoc interdicto: cum videatur amodo possidere. Tādem dicit: hoc interdicto tenetur legatarius, item eius heres, & cæteri successores. Postea vult exponere verba illa, nisi habeat volūtate eius, &c, & sunt sic intelligenda, vt si heres vel bo. pos. postquam adiuit, ratificat quod legatarius fecit: cessat hoc interdictum. secus si ante aditam hereditatem ratificet. nam tunc non valet. Sed pone quòd legatarius duas res sibi legatas ambas occupauit. heres vel bono. pos. postquam adiuit. in vna re ratificauit: in alia non. in vna cessabit hoc interdictum: in alia nō. Idem si in vna re legata & in parte rei ratificat. in parte non. Tandē dicit hoc interdictū cōpetit siue legatarius cœpit possidere rem legatam, siue eius heres, vel successor etiam singularis. Postea dicit: quod dixi voluntatē heredis facere cessare hoc interdictum, est verum siue à prin. cœptę pos. interueniat voluntas heredis: siue postea. & sufficit semel voluisse: licèt pœniteat. sed si duo sunt heredes, & vnus ratificat quod fecit legatarius, alius non: quo ad ratificantē cessabit hoc interdictū: quo ad alium durabit. Postea exponit alia verba, hæc scilicet, & satisdatū sit. nā heres debet satisdare de legato dando, ad hoc vt vincat in hoc interdicto. & debet talis satisdatio dari quæ duret, & pręstetur vel ipsi legatario, vel eius procu. & satisda. est pro quibusdā rebus legatis: pro quibusdā non: pro his pro quibus est cautum & eorum augmētis habebit locū hoc interdictū: pro aliis cessabit. Postea exponit vltima verba, hæc scilicet, vel per eum non stat. nam si non stat per bo. pos. quo minus satisdet: habet hoc interdictum cum effectu: nec debet ipse offerre, sed petenti præstare moram non debet. Tandem dicit: legatarius hoc interdicto conuentus si non cedit, condemnatur in interesse. Tandem dicit: Pone quòd legatarius non vult sibi satisdari sed caueri. dicitur quòd auditur. Sed pone quòd vult pignora: & heres sponte dat bene est. sed si legatarius non vult sibi aliquo modo caueri, cogitur tamen reddere rem legatam: nisi nunc contentus pœnitet, & vult sibi caueri: non pœnitens auditur. Idem econtra. nam si per bono. pos. stabat, quia nolebat satisdare, & modo vult: auditur in hoc interdicto. & hoc inspicitur tempore lit. contest. & hoc dicit hic §. cum l. seq. vsque in eius finem. Fran.

QVOD* LEGATORVM.

TITVLVS III.

1. VLPIANVS *libro sexagensimoseptimo ad Edictum.*

HOc interdictum [a] vulgo Quod † legatorum appellatur. 1 ¶ Est autem & ipsum [b] apiscendæ possessionis.

2 Et continet hanc causam, & quod quis legatorum nomine, non ex voluntate heredis occupauit, id restituat heredi. Etenim æquissimum prætori visum est, vnumquenque nō sibi ipsū [c], ius dicere*, occupatis legatis: sed ab herede petere. Redigit igitur ad heredes [d] per hoc interdictū ea quæ legatorum nomine possidentur: vt perinde [e] legatarij possint eum conuenire.

3 ¶ Hoc interdictum & heredem heredis, bonorúmq. possessoris [f] habere, propter vtilitatem huius dicendum est: necnon cæteros quoque successores.

Vbicunque incertitudo causatur ex facto rei, admittitur libellus incertus. Bart.

4 ¶ Quia autē nōnūquā incertū est vtrū quis pro legato, an pro herede, vel pro possessore possideat: bellissimè Arrianus scribit, hereditatis petitionem instituēdam, & hoc interdictum reddēdum: vt siue quis pro herede, vel pro possessore siue pro legato possideat, hoc interdicto teneatur: quēadmodū solemus facere quotiēs incertū est [g] quę potius actio teneat. nā duas dictamus [h], protestati † ex altera nos velle cōsequi [i], qd nos contingit.

Si donatarius rem sibi donatam causa mortis sua auctoritate accepit: reuocatur per hoc interdictum in eo quod est vltra Falcidiam. idem est in ea re quam quis occupat, quæ sibi prælegata fuit: quia tenetur eam restituere: & intellige quocunque genere legati fuerit relicta. Bart.

a ¶ *Hoc interdictum.* cuius verba non habemus: sed eius mens est mox. j. ibi, & continet hanc, &c.

b ¶ *Et ipsum.* non solùm superius.

c ¶ *Non sibi ipsum.* vt. *C. ne quis in sua causa. l. j. & C. de Iudæis. l. nullus. & supra de acqui. pos. si ex stipulatione. & supra de re iud. l. miles. §. pe. & infra quod vi aut clam. leg. j. §. & parui. & supra pro leg. l. penult.*

d ¶ *Ad heredes.* nulla opposita exceptione: *vt hic & ar. j. quod vi aut clam. l. j. §. & parui. & C. de loca. si quis conductionis.* Accur.

e ¶ *Vt perinde, &c.* Sed videtur quod ius suum amiserit: vnde non possit amodo agere: *vt C. de legi. l. non dubium. quæ est contra.* Sed ibi erat hereditas adita: hic nō, secūdùm Azo. Alij aliter, vt ibi. 2 Item eodem modo contra. *s. quod me causa l. extat. & j. ad leg. Iuliam de vi priua. l. pe.* Sed ibi qui abstulit, habebat ius in re vel pro re quam abstulit. hic nullius erat, cum ante aditam hereditatem abstulit: vel si post. erat sua propria. nam adita hereditate fit legatarij, adeo quòd præsumatur ex die mortis sua fuisse: *vt j. de fur. à Titio.* 3 Item ad idem ob. *C. unde vi. l. cum quærebatur.* Sed ibi loquitur de vacante [c] possessione, quæ est alicuius, putà absentis: hic nullius. Alij dicunt quod hæc per illam corrigitur. 4 Itē ob. eodem modo. *C. unde vi. l. si quis in tantā.* Sed hic nemo possidebat. Item eadē ratione habet locū interdictū vnde vi. 5 Itē nec ob. *j. de cri. expi. here. l. ij.* quia ibi extraneus, non legatarius occupauit. 6 Item nec ob. in alium modum. *j. de doli ex l. dolo. & s. de Car. edi. l. iij. §. summatim.* vbi si euidenter appareat non filius, non datur ei Carbonianum. at hic etiam si euidenter appareat deberi. legatum tamen reddit Sed sol. vt dixi. d. l. dolo. ¶ Item no. hoc edictū tunc demum habere locum, secundū quosdā, & bene, cum [d] heres vult vti retentione Falcidiæ: non aliàs: *vt C. eo. l. j. in princip. & in fin.* ¶ Itē no. hoc interdictū [e] dari contra titulo possidentem, *vt hic:* quod non [f] est in superiori. sed datur contra eum qui possidet pro herede vel pro possessore: *vt s. tit. j. l. j. circa princ.* Accur.

f ¶ *Bonorumque possessoris.* sic ergo & heredi & bonorum possessori datur secundùm tabulas. Accur.

g ¶ *Incertum est.* heredi.

g ¶ *Incertum est.* propter [g] factum, non ius: maximè aduersarij: vt in præcedenti exemplo. Ad quod simile est quod dicitur *supra de præscript. ver. l. j. ij. & iij. & l. si rem tibi. j. respon.* Azo.

h ¶ *Dictamus.* si verò certum esset plures competere, & ex eodē facto: & idem per sequentes. actione vna, non omnibus esset vtēdum: vt infra de actio. & ob. l. plura. sin autem diuersæ ex diuersis factis, omnibus vtendum est. *vt infra eo. tit. de actio. & obli. l. qui seruum. & infra de petua. d. li. nunquam. ir.*

i ¶ *Velle consequi.* s. commodum. ¶ No. ergo aliquem simul proponere duas [h] actiones posse: & sic sunt cont. *C. de codicil. leg. fin. in pr.* Solu. vt ibi. 2. Et *j. de reg. iur. l. nemo. ex his. §. quotiens. & s. de tribu. quod in heredem. §. el. gere. & de leg. ij. cum filius. §. varia.* Sol. secundùm Azo. hic conuentus non certificabat actorē de qualitate possidendi: sic nec actor reum certificet de qualitate agēdi. & licèt hic dicat, quotiens, &c. quasi generalis. scilicet cum dubi-

* Vulg. Quorum leg.

† Quorum.

* Idem Arist. lib. 3. Poli. c. 6

† Protestationis commodū, adde Glo. ad hoc genus pro testatione in l. quod in herede. ff. [illegible] de tribu toria

a Iudex sibi ipsi nemo esse potest, vide tamen Socinum regula Iudex 195.

b Legatū sibi relictum propria authoritate occupat, an & quando priuetur legato priuatur iure suo, si post aditam hæreditatem occupauit, nō si iacente hęreditate. Odo. pe. Albert.

c Vacans possessio nō semper est nullius.

d Interdictum quorum legatorum, locum habet, quotiens hęres vult vti retentione Falcid. [illegible] Albert.

e Interdictum quorum legatorum datur aduersus titulo possidentē pro hærede vel possessore

f Interdictū quorum bonorum & quorum legatorum differentia.

g Libellus incertus admitti potest quoties incertitudo causatur facto rei vel aduersarij, vt quia præcisè non dicit, an pro hærede vel legato possideat, vide Bart. & Alber. hic, vbi varios casus profert quibus libellus incertus & sub alternatione admittitur, adde Dec. [illegible] §. quoties. [illegible] de reg. iur.

h Actiones plures vno & eodē libello an & quomodo possint proponi, vide hic Alber. & Dyne [illegible] de reg. iu. [illegible]

tamus, restringe, si dubitemus propter factum conuenti: vt erat hic. & idem potest contingere si poss. ssor rei non certificet heredem, possideat titu. vel non: & sic nescit agat rei vindicatio. vel petitio. heredi. & idem in similibus. aliàs si ex alia causa debito, secus est secundùm eum. Alij aliter soluunt: *vt not. in d. l. quod in herede. §. eligere. & facit* ff. *de acquir. pos. naturaliter. §. nihil. & supra nau. caup. stab. leg. dicitis. §. possumus.*

a ¶ *Cessabit.* Py. est, vtique necesse habebit interdictum, scilicet vtile. & tunc plana. Sed communis est, vtique cessabit interdictum: & tunc directum dic: sed vtile locum habet, quia &c. Vel dic verius cessat[a], scilicet in totum: quia non tota res reuocatur, sed quatenus est vltra modum Falcidiæ: *vt C. ad leg. Falcid. si quis quadringentorum.* Sed in legato reuocatur totum: *vt supra ea. leg. §. rediguntur.* Not. ergo hic casum in quo differt[b] legatum à donatione. sed regulariter conueniunt[c]: *vt Instit. de donat. §. j. & hæc est ratio*, quia in traditione differt: cum donatio à testatore, & legatum ab herede detur: *vt Instit. de lega. §. j.*

b ¶ *Præceptionis.* scilicet possideat.

c ¶ *Ab genere.* Quatuor[d] enim sunt genera legatorum: *vt Instit. de lega. §. j.*

d ¶ *Quod ait prætor.* verba fortè erant talia: Quorum legatorum possessionem legatarius occupauit, id reddat: siue habeat, siue dolo habere desiit: nisi habeat voluntate eius ad quem ea res pertinet: *vt infra eo §. quod ait.* & si satisdatum sit: *vt j. §. quod ait. v.* Nam hic duo[f] impediunt hoc interdictum, scilicet voluntas, & cessatio satisdationis, &c.

e ¶ *Possidetur.* scilicet ciuiliter[g]: *vt supra de adquirend. re. do. leg. adquiritur. §. fina. sed naturaliter sic: vt supra de adquir. poss. natur.*

5 ¶ Si quis † ex mortis causa donatione possideat, vtique cessabit[a] interdictum: quia portio legis Falcidiæ apud heredem ipso iure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatæ sunt.

6 ¶ Qui vero ex causa præceptionis[b] *, vtique tenetur hoc interdicto: sed pro ea scilicet parte quàm iure legati habet: non etiá pro ea quam quasi heres habet. Idémque erit dicendum & si alio genere[c] legati vni ex heredibus legatum sit. nam & hic dicendum est, pro ea parte qua heres est, cessare interdictum.

Exponit verba edicti. & dicit quòd istud interdictum habet locum etiam si quis propria auctoritate occupat seruitutem, vel vsumfructum sibi legatum: licèt talia non propriè videantur possideri, sed teneri. h. d.

7 ¶ Quod ait prætor[d], *Aut dolo desiit possidere:* sic accipere debemus, desiit facultatem habere restituendi. 8 ¶ Vnde est quæsitum, si vsusfructus vel vsus fuerit alicui relictus, eúmque occupauerit: an hoc interdicto restituere sit cópellendus. Mouet, quòd neque vsusfructus neque vsus possidetur[e], sed magis tenetur. Potest tamen defendi competere interdictum. Idem dicendum est & in seruitute relicta[f].

9 ¶ Quæsitum est, si quis legatorum seruandorú causa missus sit in possessionem, an hoc interdicto teneatur ad restitutionem. Mouet illud primum, quòd non possidet is qui missus est in possessionem legatorum causa, sed potius custodit[g]: deinde quòd prætorem habet[h] huius rei auctorem. Tutius tamen erit dicendum, hoc interdictum competere: maximè[i] si satisdatum sit iam legatorum nomine, nec recedat. tunc enim etiá possidere videtur[k]. 10 ¶ Legatorum nomine non tantum ipsum possidere dicemus, cui legatum est: verum heredem quoque eius[l], cæterósq. successores.

11 ¶ Quod ait prætor[m], *volútate eius ad quem ea res pertinet:* ita erit interpretandum, vt si post aditam hereditatem, vel bonorum possessionem adgnitam[n], voluntas accommodata est legatario, vt possideret interdictum cessat[o]. Quòd si antè aditam hereditatem, bonorúmve possessionem[p] adgnitam hoc factum est: rectius dicetur eam voluntatem non nocere debere[q].

12 ¶ Si duæ res legatæ sint, altera ex voluntate occupata, altera non ex voluntate: eueniet vt altera reuocari possit[r], altera non. Idémque erit probandum & in vna re, cuius pars ex voluntate, altera pars non ex voluntate occupata est. nam pars sola per interdictú aufertur[f]. 13 ¶ Illud tenendú, siue à te, siue ab eo in cuius locum successisti, possideri aliquid cœptum est: interdicto hoc † locum fore. In locum successisse accipimus, siue per vniuersitatem, siue in ré[t] his sit successum. 14 ¶ Prodest autem possedisse, quotiens voluntate eius ad quem ea res pertinet, possideri cœptum est. Sed etsi postea voluntas accessit[u] eius ad qué ea res pertinebat: tamé prodesse possessori debere. Vnde si quis cœpit quidé ex voluntate[x] eius ad qué ea res pertinet, possidere, postea verò voluntas nó pseuerat, nihil nocet: qa semel[y] possideri cœpit ex voluntate.

Vnus heredum consentiendo vt res legata possideatur: non præiudicat coheredi volenti hoc interdictum intentare.

ADDITIO. Dic istud esse verú in re in qua est vsusfructus, secundùm Bart. hic.

f ¶ *Relicta.* vt debeatur ex prædio hereditario: & legatarius occupauerat. secus econtra, si alius debeat prædio hereditario: quia tunc non venit in hoc interdicto: sicut nec in petitione hereditatis: *vt* ff. *de pet. hered. l.* & non tantùm. in fin. quæ est contra. Soluit ibi not. in glo. dicdici. hoc tit. etiam in corporalia venire, vt hic: quod non est in superiori: *vt* ff. *tit. j. l. fi.*

g ¶ *Custodit.* vt[h] & ff.[i] *pro hered. l. ij. in princ. & de adquir. poss. leg. iuxta fin. & l. si quis ante. & vt in poss. leg. l. ii cui. in princip. & quibus ex cau. in poss. eatur. leg. cum legati.* Argum. contra supra *communi diui. d. communi diuidundo. §. si duo.* Si autem hæc missio k cum heres non satisdat præstari legato existente die vel conditione. Accursius.

h ¶ *Habet.* per quod videbatur[l] hoc interdicto non teneri: *arg. supra de adquir. poss. l. iuste.*

i ¶ *Maximè.* abundat[a]. *sic C. de test. ma. l. fi. §. j. nam si non satisdat. heres ille non exit: vt supra vt in poss. leg. l. si pecunia. §. fin.* Vel supple, idem[b] & si paratus sit satisdare, vel etiam soluerit: *vt infra de solu. l. si pro me quis. & sic non abundat.*

k ¶ *Videtur.* propter interuersionem quam facit: *vt supra de adquir. poss. l. si quis rem. & infra de vi & vi arma. l. colonus.*

l ¶ *Eius.* f. legatarij ad quem legatum transmittitur, si purum est, vel purificatum: *vt C. de cadu. tol. §. cum igitur. & §. fin autem.*

m ¶ *Quod ait prætor.* supple hæc verba, *vt di xi supra ea. l. §. quia autē.* Accur.

n ¶ *Adgnitam.* f. secundùm tabulas.

o ¶ *Cesset.* si tamen errore facti credens bona sufficere, consensit: reuocat per conditionem indebiti quod vltra dodrantem est occupatum: *vt supra ad l. Falcid. l. j. §. si legatarius. & C. ad leg. Falcid. l. error.* Alij dant in factum.

p ¶ *Possessionem.* secundùm tabulas.

q ¶ *Debere.* Contra. C. *de pact. leg. j.* Solu. vt ibi[c]. ¶ Concor[d]. ff. *de leg. ij. l. fitia scriptum. §. si sub conditione. & supra de pign. l. j. §. in specie. & supra quod iussu. l. si tutoru. §. fina. & supra qui. ad liber. procla. non licèt. l. penul. & supra de rescin. vendi. Titius.* Argum. contra. C. *de temp. appel. l. fin. in fin. & infra à quibus appel. non licèt. l. j. §. j. & supra de aqua plu. arcend. l. in diem & ff. de euic. l. vindicantem. & ff. de pign. l. si fundus. §. aliena.* quibus legibus potest renuntiari iuri futuro.

¶ Quid autem[e] in ipsa apprehensione, vel parum ante? Resp. idem, vt valeat: *argum. C. de pact. l. petens.* Idem si prius: sed postea ratum habet: *vt infra. §. prodest.* Accur.

r ¶ *Reuocari possit.* quæ non ex voluntate occupata est. Accursius.

f ¶ *Aufertur.* facit ff. *de adquir. poss. si ex stipulatione.* Accur.

t ¶ *Siue in rem.* hoc speciale secundùm Io. vt personalis[f] actio sequatur successorem rei: regulariter contra: *vt* ff. *ad Treb. l. j. §. quod si heres. & de iudi. si fideicommissum. §. tractatum.* Sed de iure[g] exceptiendi constat: *vt* ff. *de exceptio. rei ven. l. fi. & j. de diuer. & tempo. præscrip. l. de accessionibus. & ff. de pactis. si tibi. §. pactum.*

u ¶ *Accessit.* facit ff. *de aqua plu. arcen. l. si autem. in fin.*

x ¶ *Ex voluntate.* post aditam hereditatem, vel bonorum possagnitam: *vt supra ea. l. §. quod ait prætor.*

y ¶ *Quia semel.* sufficit[h] voluisse: *vt supra ad Maced. l. si tamen in fi. & de aqua plu. arcen. leg. in diem. §. nullam. & C. de act. & oblig. sicut & Instit. de rerum diui. §. religiosum. versi. in alienum locum. & arg. supra de fideicom. liber. leg. quidam. in fi. j. respon.* Sed argum. contra. ff. *de diuor. & rep. si pœnituit.* vbi admittitur pœnitentia eius qui miserat libellum repudij. Sed ibi voluntas non pœnitentis affuerat tantùm: hic vtriusque.

r ¶ *Adscriptum habent.* pro quo competit eis actio. aliàs secus: vt[f] si lego tibi fundum si decem dederis Titio nam Titius nec legatarius dici potest: *vt ī. si quis omissa cau. test. l. si quis sub conditione.* & sic non habet hoc interdictum: *arg. sup. ad exhib. l. iij. §. sciendum.*

s ¶ *Interfuit.* eius qui agit.

t ¶ *Aestimandum est.* Sed certè non tantum interest[g]. cum[h] adhuc hereditatē petere non posset, vel legatū: Vel etiam non est cōditio. & sic est cōtra. ī. *de re iud. l. quatenus.* Sol. hic speciale propter contumaciam[i], vt hic subiicit, vt per eā[k] augeatur. sic econtra speciale, vt quandoq; minuatur: *vt C. de senten. quæ pro eo quod inter. est. l. j.* in eo quòd non[l] permittitur excedere duplum interesse communis. sic & ī. *qui ex cau. in poss. ea. l. pen.*

u ¶ *Restituturum.* exigitur ergo statim: & est speciale. aliàs[m] contra. *supra. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia. si deletum.* j. Acc. ADDITIO. Dic secundum Bart. q hic conuenitur quis propter dolum, ideo condemnatio repræsentatur: ibi propter culpam, ideo differtur.

x ¶ *Si hinc.* id est per hoc interdictum. Accursius.

y ¶ *Distinctio.* Vt[n] si à possessore hereditatis æstimationem sit cōsecutus: amplius eam non petat. si ab alio æstimationem consecutus est, hereditatē à possessore petere non prohibetur. ad quod est. *sup. de peti. here. l. nec vllam. §. penul. & ī. de solu. l. Stichum. §. dolo.* Nec est contra. *infra de re iu. ius. l. bona fides.* quia hic speciale. Vel à diuersis exigitur hic: secus si ab vno: *vt supra proxi. & in contrario. & infra de fur. l. ei qui furti in fi. & supra ut non cum qui in ius l. fin.* Item contra. ī. *de in iud. l. si quis dolo. §. fi.* Sol. hic speciale: quia occultat probationem: *arg. C. de hered. l. quoniam. in fi.* Item contra. ī. *de noua. l. fundum.* vbi etiam ab vno petitur res & æstimatio. Solut. ibi sunt duæ stipulationes: & eo animo interpositæ, vt vtraque habeat effectum, scilicet rei, & æstimationis rei.

a Exhibitio est appendendo, adprehendendo, egere describere posse. b Signa pro sigillis. c Pignoribus captis vel mulctis coercētur testes contumaces: atque ita coerceri pœnæ speciem. d Argumentū à contrario sensu. e Extra territorium nemo à non suo iudice cogi potest. f Legatarij nō sunt, qui à legatario quid accipere testamento iubentur.

g Interdicto de tabulis datur, reo non exhibente, ad id quod interest. h Interdicto de tabulis exhibendis vt vti possit heres & legatarius pendente cōditione. i Contumacia pœna. k Id quod interest augeri vel minui arbitrio iudicis potest. l Interesse communis duplū excedi nō potest. m Conditionis euentum an semper differenda sit condemnatio. n [illegible] I [illegible] & quæ possit, vid. l. de Occisionib. l. Bona fides. 57. vel. de iu. iur.

a ¶ *Post annum.* nec enim est pœnale, habito saltem respectu ad actorem: *vt j. de actio. & obliga. l. in honorariis.*

S*i sint.*] CASVS. Cum[a] quidam pupillus possideret tabulas testamenti: & eas peterē à mihi exhiberi: dolo tutoris eius desierunt esse apud eū pupillum. diciturq; tutor ex hoc dolo conuenitur hoc interdicto ad interesse: & de suo soluet. Fr. Ac.

b ¶ *Nō pupillum.* fa. b *j. quod vi aut clā. l. si q. §. si tutoris. & sup. de ac. emp. l. Iulianus. §. Idē Iulian*[9] *& j. de reg. iu. l. neque in- & C. vnde vi. l. meminerint. & §. tit. j. l. j. hoc edicto. & quod ibi not.*

D*E tabulis.*] CASVS Ponit duos casus in quib⁹ nō agitur hoc interdicto pro tabulis exhibēdis. Prim⁹ est, vt si in testamēto est Titi⁹ institutus heres: & nūc duo sunt Titij, quorum quilibet cōtendit se he redē in solidū: & petiit hered. per pet. hered. amodo aliquis eorū nō potest hoc interdictū ꝓponere, cū præparatoriū sit: & ideo ante li tē cōtest. super pet. hered. potuit hoc interdictū intentari: nō post: vt hic. secundus casus est, vt quādo aliquis pe dit testamentū exhiberi occasione legati sibi relicti, qđ ipsemet sibi adscripserat in testamēto: & sic ex hoc debet legatū amittere, & fisco applicatur: nā hoc casu nō auditur agens hoc interdicto: & hoc casu deponet interim testamentum in æde m sacram, vel apud bonū virum. potes & alia exempla dare in hoc secundo casu, vt in glo. & si bene inspicias vtrunque casum, inuenies in glossis præceptoris mei. Acc. Fran.

c ¶ *Pendet.* quia & lis cōtestata est: vt putā duo sumus Titij, & in tabulis est institutus Titius. vterq; nostrum per peti. heredi. in solidum sibi asserit hereditatem. non ergo agetur amodo hoc interdicto: quia[c] est præparatorium, sicut & actio. ad exhiben. & ideo ante lit.[d] contest. super peti. hered. debuit proponi. Accur.

d ¶ *Ad publicā quæstionē.* quod est si falsum dicatur: si tamē cōtrouersia iā cœpta sit, secūdū quosdā. 2. Vel dic, qđ est si nō sūt tabulæ signatæ, nec fuerūt ibi signationes: *vt j. ad l. Cor. de fal. l. si quis legatu. 3.* Vel tertio, qđ est si in eis sit relicta hereditas fisco. nā tūc vere pertinet ad publicā quæstionē, secūdū H. 4. Vel quarto, secūdū Azo. q. a is qui agit interdicto, sibi adscripsit in testamēto: cuius causa petit sibi exhiberi tabulas quod lege Cornel. vetitum est: & relictū fisco applicatur, cū auferatur indigno. & secūdū hos quatuor modos nō est contra *§. eod. l. j. §. hoc interdictum.* Vel dic vt ibi.

e ¶ *Itaque.* quia non agitur interdicto his duob. casibus: & ille apud quem sunt, posset eas vitiare: itaque &c. Sed secundum vltimas duas expositiones secundi casus, quare non apud fiscum vt digniorem: *vt §. de fide instru. l. fin.* Respon. & ipse dicitur vir idoneus. Vel ibi non erat hereditatis quæstio. hic sic.

a Interdicto de tabulis exhiben. agi potest aduersus tutorem pupilli, puta testatoris vel notarij aliusue successorē Bars. hic. Conc. Paulus li. 4. sent. ti. 7.
b Dolus tutoris pupillo nō nocet.

In indice tit. Ne quid in loco sacro vel stinc. fit Lib 48 Basili. tit. 35. c. 1. & seq.

f i. profano Græci vertit Nomocā. tit. 2. c. 1. secundā Theodorum Balsamonem.

c Reprobatur per Bartolum hic.
d Actione ad exhibendum agi nō potest lite contestata super rei vindicatione

16 ¶ Interdictum hoc & post annum[a] competere constat.

17 ¶ Sed & heredi cæterisque successoribus competit.

IIII. PAVLVS *lib. 69. ad Edictum.*

SI sint tabulæ apud pupillū, & dolo tutoris desierint esse: in ipsum tutorem competit interdictum. æquum enim est, ipsum ex delicto suo teneri, nō pupillum[b].

V. IAVOLENVS *libro 13. ex Cassio.*

DE tabulis proferendis interdictum competere non oportet, si hereditatis controuersia ex his pendet[c], aut si ad publicam quęstionem[d] pertinet. Itaque[e] in æde sacra interim deponendę sunt, aut apud virum idoneum.

NE QVID IN LOCO sacro fiat.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS *lib. 68. ad Edictum.*

AIt prętor: *In loco sacro*[f] *facere, inue ve immittere quod veto.* 1 ¶ Hoc interdictum de sacro loco, nō de sacrario[†] cōpetit, 2. ¶ Quod ait prętor, Ne quid in loco sacro fiat nō ad hoc pertinet, quod ornamēti causa fit: sed quod deformitatis, vel incōmodi. 3. ¶ Sed & cura ædium, locorúmque sacrorum mandata est his qui ędes sacras[h] curant.

II. HERMOGENIANVS *libro tertio Iuris Epitomarum.*

IN muris, itémque portis[i] & aliis sanctis locis[k] aliquid facere, ex quo damnum aut incōmodum irrogetur[l], nō permittitur.

III. PAVLVS *libro 5. Sententiarum.*

NEque muri neque portę habitari sine permissu principis[m] propter fortuita incendia possunt.

NE QVID IN LOCO SACRO FIAT.

¶ *Interposito titulo superiori occasione illorum titu. s. quorum bonorum, & quorum legatorum, redit ad propositam materiam. s. ne vis fiat ei. s. ad prohibitoria interdicta: & primo de dignioribus: est enim hæc causa diuini iuris. vt §. de interdictis l. ij. §. j.*

¶ *Sub hac titulo proponebatur interdictum prohibitorium & interdictum restitutorium[f] siue de opere restituendo.* lege ij. De interdict. *non tantum si quid fiat quo locus sacer deterior fit, fiat, sed etiam si quid aliud ex quo damnum ad priuatum redundet.* lege ij. §. locorum titulo. *qua ex causa licet etiam nuntiare nouum opus, sicut ex causa tit. viij. & xij. & xiij. & ex nuntiatione agere interdicto, si ei non pareatur. sed deest hic pars restitutoria: & ponitur tantum prohibitoria[f]. Et rursus quamuis dicat, Ne quid in loco sacro fiat, tamen porrigitur etiam ad locum sanctum.* lege ij. hoc tit. *& locum religiosum.* lege j. §. j. De op. no. nunt. *& est vt opinor popularis: vt sunt fere quæ sequuntur. vsque ad titu. xvj. Et iuris vel vsus publici tuendi causa. Cuiacius.*

f Interdicti. Ne quid in loco sacro fiat. pars restitutoria qualis fuerit.
f Interdicti. Ne quid in loco sacro fiat pars prohibitoria.

A*it prætor.*] CASVS. Prætor prohibet ne quid fiat vel immittatur in loco sacro, vt in sacrario, vbi vasa sacra reponuntur: & intelligas prohiberi ne quid in loco sacro fiat quod sit ad deformitatem vel incommodū. at ornamenti causa bene possunt aliqua fieri. tandem dicit q; curā siue custodiā ędium & locorum sacrorum debent habere qui ædes curāt. i. ædiles curules, qui ędes tuentur. Fran.

g ¶ *Sacro.* Sacer[a] est qui rite & per pōtifices Deo cōsecratus est: *vt Instit. de rerum diuisio. §. nullius.* Accur.

[†] ¶ *Non de sacrario.* [b] vbi sacra reponūtur: *vt §. de re. diui. l. sacra. §. illud notandum.* Azo.

h ¶ *Aedes sacras.* i.[c] Deo cōsecratas: *vt §. di xi.* & supple nō solum hoc interdicto prospicitur, sed & domus fiscalis dicitur sacra. *Instit. de vsuc. §. j.* & de his dicunt quidam hic loqui: & hi qui curant, dicuntur[d] æditui: *vt Insti. de tute. §. ij.*

a Sacer locus qui rite per pōtifices Deo consecratus.
b Sacrarium locus vbi sacra reponuntur.
c Sacrum, Deo consecratum.
d Aeditui, qui ædes sacras curant.

I*N muris.*] CASVS. In muris & portis ciuitatis Romanæ, & in aliis locis sacris, vt in muris municipiorum, prohibet aliquid fieri quod sit ad damnum vel incōmodum. Item & in muris & portis vetat habitari: & hoc est timore incendij ne habitantiū culpa incēderetur turris: nisi inhabitent de permissu principis. Vel aliter potes exponere finem legis: quod dic vt in glo. domini mei Accur. & h. d. hæc l. & seq. Franciscus.

i ¶ *Portis* ciuitatis Romanæ: *vt Instit. de re. di. §. sancta. & supra de re. di. l. finali.*

k ¶ *Locis.* vt in muris municipiorum: *vt §. de re. diui. l. sed diui. §. si. & l. sacra. §. muros.* Accursius.

l ¶ *Irrogetur.* damnum priuato: *vt j. titu. ij. l. ij. in princ.* vel etiam ipsi reipublicæ.

m N*Eque muri principis.* scilicet permittentis propter &c. *vt argu. supra de offi. præfec. vigil. l. j. vel di:* ne ibi possit oriri incendium.

DE LOCIS ET ITIneribus publicis.

I. POMPONIVS *libro trigesimo ad Sabinum.*

QVilibet in publicum petere permittēdū est id quod ad vsum omniū pertineat[n]: veluti vias publicas, itinera[o] publica: & ideo quolibet postulante, de his interdicitur[p].

II. VLPIANVS *libro quadragesimo octauo Digestorum.*

NEmini[q] licet in via publica monumentum extruere.

III. VLPIANVS *libro 33. ad Sabinum.*

VIæ vicinales, quę ex agris priuatorum collatis factę sunt, quarū memoria non extat:

DE LOCIS ET ITINERIB. PVBLICIS.

Differt ab inferiori rub. vt ibi dices.

¶ *In hoc titulo est veluti petitorium iuris publici tuendi causa. quo vt[e] constituatur via publica collatione facta ex agris priuatorum, & popularo. Cuiacius.*

e Interdictum de locis & itineribus publicis quatenus competat.

Q*Vilibet.*] CASVS. Si aliquis claudat viam publicam: quilibet de populo potest agere hoc interdicto, vt restituatur in pristinum statum. Franciscus.

n ¶ *Pertineat.* id est si aliquis clauserit[f] viam publicam cuilibet permittitur agere interdicto, *vt restituatur in pristinum statum: vt & infra titu. j. l. ij. §. prætor ait. & facit infra de popula. actio. l. prima.*

o ¶ *Itinera.* via[g] latior. iter minus dicitur: *vt argu. Institu. de seruitu. §. j. & §. via.*

p ¶ *Interdicitur.* id est interdictum redditur.

q N*Emini.* facit *j. tit. j. l. ij. §. ait prætor.* Accur.

f Viam publicam an & quis do claudere liceat. v. Cepolam tract. de seruit. rustic. prædi. cap. 3. Ibi quæro. 14. & 16. 17.
g Viæ & itineris differētia.

V*Iæ.*] CASVS. Ego Franciscus habebam fundum iuxta fundum Titij. fecimus viā in medio de parte mei agri, & de parte sui: & sic stetit diu, ita quòd non extat memoria. dicitur quòd præsumitur publica. Secundo assignat differentiam inter vias militares siue publicas. & vias vicinales. nam publica habet exitum in mare, vel in flumen. vel in aliam viam publicam: vicinales autem viæ quandoque habent exitum in vias publicas: quandoque sine exitu sunt. Franciscus.

Numero

a Via vicinales factae ex agris priuatorum non priuantur.

a ¶ *Numero sunt.* Imò[a] priuatæ, quando ex collatione priuatorũ: *vt j. e. tit. l. j. §. viarum. verſ. vicinales, quæ eſt contra.* Sol. vbi à publico emitur ſolũ viæ vicinalis, cõſtat publicã eſſe. vbi priuati cõferunt ex agris ſuis, vel emũt alicuius agrũ vt inde faciant viã, & nõ extat memoria: tunc idẽ, vt hic. ſed ſi extat memoria: tunc eſt priuata: *vt ibi.* 2. Alij φ hic habet exitũ ad vias publicas ſine iniuria publicorũ: ibi nõ. quæ non placet: *vt in f. huius l.* vbi non facit vim vbi habeant exitũ. ſed pro eis *j. tit. j. l. ij. §. priuata via.* & dic eſſe triplex[b] genus viarum: *vt j. tit. j. l. ij. §. viarum.* Acc.

b Viarum triplex genus.

b ¶ *Militares.* i. publicas. Accurſius.

c ¶ *Intermoriuntur.* ſ. *ſ. de ſeruit. ruſtic. præd. l. l. fin.*

publicarũ viarũ numero ſunt[a].

1. ¶ Sed inter eas & cæteras vias militares[b] hoc intereſt, φ viæ militares exitũ ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliã viã militarẽ habẽt. harum autẽ vicinaliũ viarum diſſimilis cõditio eſt: nam pars earũ in militares vias exitum habent, pars ſine vllo exitu intermoriuntur[c].

NE QVID IN LOCO publico vel itinere fiat, TITVLVS VIII.

Diuide in quatuor partes totũ hunc titulum. Primò ponit mariattiũculam quãdam, quæ loco cuiuſdam ſummary eſt. Secũdo ponit verba edicti prætoris. Tertio exponit verba edicti. Quartò quaſdam quæſtiones vel difficultates diſſoluit circa hoc edictum. Secunda ibi, prætor ai. Tertia ibi, hoc interdictum. Quarta propriam locum non obtinet: ſed ſicut ſanguis in corpore, ſic per totum hunc titulum diffunditur. Collige prudenter, & ſapienter diſcerne: & non errabis.

NE QVID IN loco publico vel itinere fiat.

¶ *Superiori tit. ſpecialiter, hic generaliter in omni publico dicit:* vt j. e. l. ij. §. publici: ſic & ſ. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit. *Vel ſuperior præparatorius eſt. nec eſt ibi aliquod interdictum: hic autem quatuor proponit. Primum in l. ij. in prin. Secundum in §. ait prætor. & ſunt prohibitoria tantum. Tertium in §. prætor. & eſt reſtitutorium. Quartum in §. ſi. & eſt prohibitorium. Accur.*

¶ *Conſtituta iam via aut itinere publico, ei cuius intereſt interdictum prohibitorium datur, Ne quid fiat in via, itinere vel alio loco publico quod actori nocere poſſit & vti caueatur non fieri, ſed de eo tamen quod factum eſt nemine prohibente, licèt ea res ad damnum priuati redundet, priuato non datur interdictum reſtitutorium. Adiicitur tamen aliud interdictum tam reſtitutorium quàm prohibitorium, Ne quid fiat in via publica itinereue publico, quo ea via idue iter deterius ſit, fiat, & quod factum erit vt boni arbitratu reſtituatur quod populare eſt. Adiicitur & aliud prohibito ium, Ne vis fiat ei qui vtitur via publica itinereue publico, etiam populare.* lege licet. in prin. De procurat. *quo nomine actionem quoque ciuilem dari Paulus auctor eſt in ſententiis veluti tuendi vſus publici cauſa. Et vtrumque ita populare, vt tamen condẽnatio fiat in id tantum quod actoris intereſt eã viã idue iter deterius non fieri, vel non prohiberi, vt & illud quod proponitur tit.* XI. *Locus*[e] *publicus eſt qui eſt in vſu populi: vel ad vſum populi communis locus. Cuiac.*

e Locus publicus quis dicatur.

IN loco publico. [C A S V S.] Primo dicit: prætor prohibet ædificare in loco publico: & ob hoc proponitur hoc interdictũ. Secundo ponit edictum: prætor ait, ne quid fiat vel immittatur in loco publico. ꝓpter qđ dãnum alicui detur: niſi lege pmittẽte, vel ſenatuſconſulto vel edicto vel decreto principis pmittẽte fieret, & da exẽpla de his vt in gl. & ſi factũ ſit in cõtrarium, interdictũ nõ dabo. ſ. reſtitutoriũ. & ſic habeas in litera, nõ dabo. aliàs deeſt nõ: & tunc dic, dabo interdictum reſtitutoriũ quandoq; vt quando opus eſſet factũ in via publica vel in itinere publico, vt de hoc habes *j. ead. §. ait prætor.* Poſtea loquitur Vlpianus, & dicit φ hoc edictũ prohibitoriũ eſt, & ſpectat ad publicã vtilitatẽ: ſpectat etiã ad priuatã: vt ſ homines qui ibi propè morãtur, poſſint per loca publica ire liberè: & inde habere lumen ad domos ſuas. & tantũ iuris habet aliquis ad obtinendũ vſum publicũ, quod ſit proponẽdo hoc interdictũ: quãtum aliquis ad prohibendũ vſum publicũ quod fiebat ædificando. Poſtea exponit verbum, publico: nã publicum cõprehendit areas ciuitatũ, & agros, & inſulas, & vias publicas. hoc autẽ interdictũ nõ extẽditur ad ea loca quæ ſunt in fiſci patrimonio: & ſi de iſtis locis fiſci erit quæſtio. præfecti. i. procuratores Cæſaris erunt iudices. habet itaq; locum hoc interdictũ in locis quæ ſunt in vſu publico. i. cuiuſq; ciuitatis. Tandẽ dicit, in ſolario domus meæ poſui velũ, putà linteũ vel ſimilem pannum, & hoc nocet luminibus domus tuæ: agere potes hoc interdicto vtili, ne hoc velum immittam. Vltimo dicit: ædificaſti in loco publico, nec prohibitus es: modo cum reficere vis illud ædificium, volo prohibere ne reficias, ex hoc interdicto dicitur quòd poſſum. [A D V E R S V S.] Molem in mare deieciſti. habeo hoc interdictum vtile contra te, ſi illud mihi nocet. aliàs non. & tamen domum in littore maris facere poſſis, ſi mihi vel alij non nocet, ſi autem in mari vis piſcari vel nauigare, vel lauare te in flumine publico, vel in curia communis proſpicere: non poſſum te prohibere: imò ſi prohibeo te de facto, teneor tibi iniuriarum act. [M A R I T O.] Nũc exponit Vlpianus verba illa edicti quæ dicunt, quæ ex re damnum alicui detur. & merito proſpicit prætor ne dãnum ex loco publico alicui detur. nam & quotiens princeps permittit alicui ædificare in loco publico: intelligitur permiſſum de eo ædificio quod non noceat priuato. vnde ſi ex hoc opere aliquis amittere ſperat liberũ aſpectum, habet hoc interdictum ſi autẽ ſperat amittere aquã quæ de meo fundo ad ſuum ibat nõ iure ſeruitutis, non propter hoc habet hoc interdictum. ſi autem ædificat in publico, & nocet ædificio quod feceras in eodem loco publico: nõ habes hoc interdictum: cum & tu illicite ædificas. ſecus ſi licite: vt quia permiſſu principis ædificaueras. [S I Q V I S A P R I N C I P E.] Impetraui à principe vt in loco publico, puta in curia communis, ædificarem. ita demum videtur conceſſum, ſi ſine iniuria ſiue damno alicuius ædificem: niſi expreſſe in contrarium dictum ſit in reſcripto. Secundo dicit: ædificaui in publico nemine prohibente. non cogor deſtruere iſtud opus per hoc interdictum. ſi tamen obſtet publico vſui: is qui procurat operibus publicis, deſtruet id opus ex officio ſuo. ſi autem non obſtat, dimittatur: ſalarium tamẽ dabitur de hoc ædificio ipſi ciuitati. Sed ſi cum vellem ædificare in publico, parabam iam me ad hoc: dicitur quòd iudicis officio cogor ad cauendum, vt de cætero nõ ædificem. nec ego, nec mei heredes. Vltimo dicit: ſecus eſt in locis ſacris, quàm in locis publicis. nam vetatur aliquid fieri in loco ſacro: & ſi fiat, cogitur reſtituere in priſtinum ſtatum. h. d. vſque ad §. prætor ait. Fran.

f quod ſi.

I. PAVLVS libro ſexageſimo-quarto ad Edictum.

IN loco publico prætor prohibet ædificare: & interdictum proponit[d].

II. VLPIANVS libro ſexageſimo octauo ad Edictum.

PRætor ait[e]: *Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re quid illi dãni detur, præterquam quod[f] lege[f], ſenatuſconſulto[g], edicto[h], decretoue[i] principum tibi conceſſum eſt: de eo quod factum erit, interdictum[k] nõ dabo.* 1 ¶ Hoc interdictũ prohibitoriũ[l] eſt 1 ¶ Et tã publicis vtilitatibus, quàm priuatorũ per hoc proſpicitur. Loca enim publica vtique priuatorũ vſibus deſeruiunt: iure ſcilicet ciuitatis[m], non quaſi propria cuiuſque[n] & tãtum iuris habemus ad obtinendum[o], quãtum quilibet ex populo ad prohibendum habet. Propter quod ſi quod fortè opus in publico fiat, quod ad priuati dãnum redundet, prohibitorio interdicto poteſt cõueniri: p.

p ¶ *Proponit.* vt *j. l. proxi. in prin. & ſe. j. quod vi aut clam. l. vim facit. §. ſi. & j. de ope. pub. l. ſi legatum. §. ſi.*

e PRætor.] *In loco publico.* hæc & ſequentia exponuntur *j. ead. l. §. publici. & ſequen.*

f ¶ *Lege.* ſcilicet municipali[a]. Vel dic, ſcripta: & ſecundum hoc ponitur vt genus: ſequentia vt ſpecies.

g ¶ *Senatuſconſulto.* permittente: *vt j. de flu. l. quominus.*

h ¶ *Edicto.* prætoris: *vt j. de via pub. l. j. in prin. & §. j. & l. ſi. §. ſi.*

i ¶ *Decreto.* vt *j. ea. l. §. ſi quis à principe. & ſ. de ſeruit. l. ſeruitutes. ij. §. publico. & j. de flumi. l. quo minus.*

k ¶ *Interdictum.* Pi. eſt, non dabo. aliàs deeſt, nõ. Dices ergo, cum factum eſt in via pub. vel in itinere publico, dabitur interdictum reſtitutorium: *vt j. ead. §. prætor ait. quod.* & ſic etiam intellige. *ſup. ſi cer. vin. l. ſi quando. §. fin.* ſi autem in aliis locis publicis, non habet locum interdictum reſtitutorium, ſed prohibitorium tãtum, *vt j. ead. §. ſi quis nemine.* & ſic vtraque litera eſt bona. *& facit ſupra de interd. l. j. §. publica. & de ope. no. nun. l. j. §. nunciatio. & j. de ope. pub. l. ſi legatum. §. fin.*

l ¶ *Hoc interdictum prohibitorium.* duntaxat: Vel dic etiam reſtitutorium quandoque: *vt ſ. proxi. reſpon. no.*

m ¶ *Ciuitatis.* fortè cuiuſq; alterius, nõ Romanæ: cũ ius ciuile dicitur cuiuſlibet ciuitatis: *vt Inſtitut. de iure nat. §. j.* ſic ergo quælibet[b] ciuitas publicũ habet, ſecundũ Azo. Vel dic, Romanæ ciuitatis tãtum: cum nõ adiiciatur nomen: *vt Inſtit. de iu. natu. §. ſed ius.* eſt ergo ſenſus: iure ciuitatis. i. iure ciuili Romanorũ quod omnes ſequimur. & ſic tam de publicis Romæ quàm aliarum ciuitatum dicit: quæ modò ſunt in vſu pub. *vt j. ea. l. §. hoc interdictum.*

n ¶ *Cuiuſque.* ſcilicet priuati hominis, ſcilicet iure ſeruitutis.

o ¶ *Ad obtinendum.* ſ. vſum publicũ quod facimus proponendo edictum quãtum quilibet ex populo ad prohibẽdum habet, quod ſit ædificando ſecundum lo. & ſic cum ſumus in pari cauſa, po-

a Seruitutem publicam, in latitudo & altitudo ſumere turcolue tudo & & ſtatis loci, ſic et Gil. quo lum... vrb. prædo. l. ... C. de ... in ... Cepolam tract. de ſeruit. ... ſi hoc etiam loco Bartolus colligit ciuitatem, ſtatuto facere poſſe de via publica vendendo & ædificare bi ponendo. Hunc modi ſi tuto ſemel facto, principe incõſulto in via publica tuto ædificari poſſe. adde Old. §. 21. ...

b Ciuitas quælibet, publicum habet.

a Obtinere vſum publicũ in eo æque poſſumus vt & in eodem prohibere aliquid aduerſus vtilitatem publicam ſieri. Obtinendo igitur vſus publice hoc eſt ſtruendo publico eadem eſt ratio quæ ab ... impediendo.

tior [a] est mea conditio qui prohibeo: *vt s. commu. diui. l. Sabinus & s. ser. vin. l. an vnum.* Item quia sum in quasi possessione vsus: vnde potior est conditio possidentis: cum adhuc alter non ædificauerit. Item & tertia quia publicum ius vniuersitatis tueor principaliter vel secūdario: & sic nō tantū, sed plus iuris habeo ego qui interdico. 2. Vel dic secundū B. tantum habemus ad obtinēdum. s. ædificando, quātum quilibet ex populo &c. i. durat mihi facultas ædificandi quousq; est facultas prohibēdi. 3. Vel dic tertio quod neuter vult ædificare, sed vterq; vti. hoc ergo casu neuter vincit: quia tātum ius habet vnus, quātum alter: vt in plaustris obuiātibus apparet: quo casu vel gratificationi locus est: *vt ar. s. de reli. & sum. fu. l. fi.* vel sorti. [b] *arg. sup. de iudi. l. in tribus.* nisi forte alter poterit præualere: alter nō. *ar. s. loca. & condu. l. si quis domum. §. j. & fa. C. de serui. & aqua l. per agrum.*

4. Vel dic quarto, tātum ius habet vnus ad vtendum loco public. quātum iuris habemus ad prohibendum ne quid in loco publico fiat quod nobis aliquid molestiæ inferat. Acc.

a ¶ *Pertineat.* quæ. s. sunt in vsu publ. *vt j. proxi. §. alter accipitur publicum: vt C. de vsur. l. acceptam. quæ est contra.*

b ¶ *Fiscales.* i. ciuitatis Romanæ. vel ipsius imperij. *& fa. C. de quadri. præscrip. l. fi. in princ.*

c ¶ *Faciat.* auctoritate prætoris vel decreto, non iure actionis: *vt supra de acqui. re. do. l. qua mulus.*

d ¶ *Præfecti.* hoc est procuratores Cæsaris: & sic soluitur cōtra. *C. vbi causæ fiscales. leg. ad fiscum.* Vel lege substātiue. i. propositi sunt quidam iudices s. dicti curatores. sic accipitur. *sup. de fideicomm. lib. lege iiij. §. si bona. vnd. s. cum præside: vt C. si aduersus fiscum. l. ij.* Acc.

e ¶ *Publico vsui.* cuiuslibet ciuitatis, non Romanæ: vt dictum est. & sic quælibet ciuitas habet publica. 2. Vel dic etiam de publicis Romanæ ciuitatis, quæ modo sunt in publico vsu: vt & s. loquitur de his quæ sunt in patrimonio, non tamen in vsu publico. *arg. supra de contrah. empt. l. sed Celsus.*

f ¶ *Cùm quidam velum.* de panno vel alia materia: sic dictum, quia habet instar veli: vel quia leuat lumen.

g ¶ *In Mæniano.* id est solario: à mænibus sic dicto. *& facit j. de verbo. signif. l. malum. §. j.*

h ¶ *Vtile.* quia in suo, non publico facit: licet extendatur in publico: quia in suo vsque ad cœlum liberum esse debet. *vt s. de serui. l. fin. & j. quod vi aut clam. l. fin. §. pen.*

i ¶ *In publico.* quod cum posuit, prohiberi potuit.

k ¶ *Vtile.* quia solum est cōmune, non publicum: *vt Insti. de re. diui. §. quia.* nulla enim communia sunt publica, vel econtra. *& facit*

prter quā rē hoc interdictū ppositū est. 13 ¶ Publici loci appellatio quēadmodū accipiatur, Labeo definit: vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineráq. publica pertineat [a].

4 ¶ Hoc interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio, nō puto pertinere. In his enī neque facere quicquā, neq. prohibere priuatus pōt. Res enim fiscales [b] quasi propriæ & priuatę principis sunt. Igitur si quis in his aliquid faciat [c]: nequaquā hoc interdictum locum habebit. Sed si fortè de his sit cōtrouersia, perfecti [d] eorum iudices sunt.

5. ¶ Ad ea igitur loca hoc interdictum ptinet, quę publico vsui [e] destinata sunt: vt si quid illic fiat quod priuato noceret, prætor intercederet interdicto suo.

6 ¶ Cum quidā velum [f] in Męniano [g] immissum haberet, qui vicini luminibus officiebat: vtile [h] interdictum competit, *Ne quid in publico immittas, quæ ex re luminibus Gay Seij officias.*

Sicut prohibetur prætoris interdicto, ne quid noui in loco publico fiat: ita etiā prohibetur ne iā factū restauretur.

7 ¶ Si quis qđ in publico [i] loco positum habuit, reficere voluit†: hoc interdicto locum esse Aristo ait ad prohibēdum eum reficere.

8 ¶ Aduersus eū q molē in mare proiecit, interdictū vtile cōpetit ei cui fortè hæc res nocitura sit. Si autē nemo dānū sentit: tuēdus est is qui ī litore ædificat, vel molē in mare iacit. 9. ¶ Si quis in mari piscari aut nauigare phibeatur, nō habebit [k] interdictum: quēadmodum nec is qui in cāpo publico ludere, vel in publico balneo lauare, aut in theatro spectare [m] arceatur: sed in oībus his casibus iniuriarū [n] actione vtēdū est.

10. ¶ Meritò ait prætor: *Quæ ex re quid illi dāni detur.* Nā quotiēsque† aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat: & ita solet princeps, quotiés aliud* noui operis instituēdū petitur permittere. 11. ¶ Dānum autē pati videtur qui cōmodū [p] amittit qđ ex publico cōsequebatur, qualequale [q] sit. 12. ¶ Proinde si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior, interdicto opus est. 13. ¶ Si quid in loco publico ædificauero [r], vt ea quæ ex meo ad te nullo iure [s] defluebát, desinant fluere interdicto me non teneri Labeo putat. 14. ¶ Planè si ædificium hoc effecerit [t], vt minus luminis insula tua habeat: interdictum hoc competit [u].

Qui illicitè facit: nō potest aliū arguere, qui ipsū impedit in simili actu: iuxta quod dicit Iuuenalis: Nihil indæus Iudæo, nihil Catilina Cethego.

15. ¶ Idē ait, si ī publico ędificē, deinde hoc ædificium ei [x] obstet quod tu ī publico ædificaueras [y], cessare hoc interdictū: cū tu quoque illicitè ędificaueris. nisi fortè iure tibi cōcesso [z] ędificaueris.

In rescripto principis videntur concessa quæ aliis incommodum non afferunt, nisi expressè aliud diceretur in rescripto.

16. ¶ Si quis à principe similiter impetrauerit vt in publico loco ædificet: nō est credēdus sic ędificare, vt cum incōmodo alicuius id fiat: neque sic cōceditur [a], nisi fortè quis hoc impetrauerit [b].

Ædificia quæ fiūt in locis publicis nullo prohibēte: nō debēt facta destrui, si non obstāt vsui publico: sed debet ipsis imponi annua pensio secus est in locis sacris: quia ædificia ibi posita debent destrui propter religionem.

17. ¶ Si quis nemine [c] prohibente in publico ædificauerit, nō esse eum cogendum tollere, ne ruinis vrbs deformetur: & quia prohibitorium est interdictum, non restitutorium [d].

18. ¶ Si tamē obstet id ędificiū

s. de ope. publi. l. v. & s. de serui. rust. præd. l. imperatores.

l ¶ *Non habebit.* quia nihil ille in publicum facit vel immittit: etiam in commune.

m ¶ *Spectare.* non opere facto, sed aliàs manu adhibita, sed in his omnibus, præterquā in mari, potest dici quod detur vtile. *vt j. de loco publi. fru. l. j.* Similiter posset dici in mari. nam cum hoc ponatur in parietate cum istis aliis, & in aliis cōpetat vtile in mari debet cōpetere: sic in via publica. *vt j. eod. §. fi. & ad hoc & infra de flum. l. j. §. si in mari. & infra vt in flumi. pub. na. l. j.*

n ¶ *Iniuriarum.* *vt j. de iniur. l. iniuriarum. j. §. fi.* sed & hoc vtile: vt dixi.

o ¶ *Sine iniuria.* i. dāno. ad quod est *s. si ser. vind. l. sic vti. §. pe. & §. fi. & j. ea. l. §. si quis à principe. & s. de reli. & sumfu. l. si quis sep. in fi. j. respon. & C. de preci. impera. offe. l. ij. & s. eod. §. cum quid im.* Accursius.

p ¶ *Commodum.* Cōtra. *s. de dam. infe. l. Procułus. & supra de aqua. plu. arc. l. j. §. sicut.* sed in publico hic fit opus: ibi in priuato faciētis: vnde non sic arcetur ibi.

q ¶ *Qualequale.* id est qualecunque.

r ¶ *Ædificauero.* i. ædificare voluero: *vt j. §. si quis nemine.* Azo.

s ¶ *Nullo iure.* tibi debito. Accur.

t ¶ *Effecerit.* i. facturum sit. Accursius.

u ¶ *Competit.* & potest esse ratio: quia primū à me: secūdū à deo habes

x ¶ *Ei.* ædificio quo ad lumen putā: *vt s. proxi. §.* Accur.

y ¶ *Ædificaueras.* nil dolosus doloso &c. ad hoc *sup. de dolo. l. si duo. & infra de fideiuss. l. si Titius. in fi. & s. de dim. infe. l. qui bona. §. si quis iuxta.* Azo. *& inf. quod vi aut clam l. si alium. §. bellissime. & C. de libe. cau. l. si filium. & de in offic. testa. l. in Arenam. & s. ne quis eum qui in ius. vo. l. ij.*

y ¶ *Cōcesso.* à principe, vel senatu: *vt s. proxi. §.*

a ¶ *Sic conceditur.* s. generali concessione vel simplici. quod est. *s. eod. merito. & C. de in offic. testa. l. si quando. in princ. & inf. de aqua quoti. l. j. §. illud tamen illic. & s. ad Treb. l. sed cum ab herede. & C. de emen. l. nec aum. & infra quod vi aut clam l. iij. §. plane. & j. ne quod in flu. pu. l. j. §. sunt qui putant.*

b ¶ *Impetrauerit.* Imò videtur non posse impetrari cum incommodo aliorum: *vt s. de serui. l. seruitutes. iiij. §. publico. in fin.* Solu. hic expressè pretium concessum fuit: ibi simpliciter: vt hic prædixit. Vel hic cum incommodo scilicet paruo, non magno: *vt ibi. argu. s. de reli. l. si quis sep. in prin. & C. de prec. impera. of. l. ij.* Vel ibi subaudi maxime. Accur.

c ¶ *Si quis nemine.* nec prætore: *vt j. l. fi. nec priuato.* quia & tūc tolleretur: *vt s. de ope. no. nun. l. j. §. nunciatio. & l. prætor ait.* Accursius.

d ¶ *Non restitutorium.* hoc in cæteris publicis, non in via vel itinere publico: *vt j. eod. §. prætor ait.* quia nec in flumine publico: *vt ne quid in flumi. publi. l. j. §. penul.*

Deponere

a In pari causa pot. or est prohibentis conditio.

E sorti quæ committuntur. v. apud Tiraquell. tract. de iure primogen. opin. ... 17. opinione ...

c Publica itinera quæ in vsu publico.

d Fiscales res pro rebus ciuitatis Romanæ vel imperij.

† Cons. ... in c. consuetus ... quod ... contra se ... fac. l. functiones ... seruitium ... Bald. ... C. de ... esse.

* huc.

g Præfectus, pro Cæsaris procuratore.

f Ciuitas quælibet publicū habet. † quotiens cumque. al. quoties.

g Mænianum à mænibus dictum putat Accursius falso. dictum enim à Menio quodam qui primus vltra columnas ... extēdit tigna, vt ampliarentur superiora. Fest. ... Plin. ...

h Cœlum vsque seu eo loco liberum quisque in suo sibi debet habere: & si ex opposito velis, ad centrum vsque terram fodiēdo in suo cuique potestas est.

i Maris solum commune est non publicū.

k Communia, nulla publica & è contra.

* aliquid.

a Iniuriis pro damno.

b Beneficium principis sine cuiusquā iniuria interpretari oportet.

c Damnum patitur cui commodum aufertur. ... l. ... de damn.

d Dolosus de dolo nihil obiicere potest. ... elicitè ... illicitè ... nihil ... colligitur ... l. doloso nō ... ... interest.

f Concessio principis vel senatus sine alterius iniuria interpretanda.

g Publica impetrari non possunt à principe cum incommodo priuatorum, idq; maxime si huiusmodi publica rescripti concessione priuati. v. Cepolam tract. de seruitutibus rusticorum. ... ibi quæritur.

g Expresse petis & concedi differētia simplici petitione & concessione.

h Impetrari à principe quæ damno possunt cum incommodo alterius paruo, nō magno: multo minus maxime. ... l. ... seruitutes ... ss. ... sep. de ... [illegible]

a ¶ *Deponere.* ex officio, non ex interdicto: *& ad hoc ff. de damn. infec. l. fluminum. §. quid ergo.*

b ¶ *Solatium.* aliàs solarium[a], à solo: aliàs salarium. *ad quod infra de ope. pu. l. si legatum. in fin.* & hoc ei si dimittitur. si autem auferatur de expensis circa finem distinguendum: *vt Institut. de rerum diuis. §. ex diuersa.*

publico vsui: vtique is qui operibus publicis procurat, debebit id deponere:[a] aut si non obstet, solarium[b] ei imponere. Vectigal enim hoc si appellatur solarium, ex eo quòd pro solo pendatur. Si tamen adhuc[c] nullum opus factum fuerit: officio iudicis continetur, vti caueatur non fieri. & ea omnia etiam in persona heredum, cæterorúmque successorum erunt cauenda.

19. ¶ Locorum sacrorum diuersa causa est. In loco enim sacro non solùm facere vetamur[d], sed & factum restituere † iubemur. hoc propter religionem.

20. ¶ Ait prætor: *In via publica, itineréve[e] publica facere, immittere: quid, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat, veto[f].*

21. ¶ Viam publicam eam dicimus, cuius etiam solum publicum est. Non enim sicuti in priuata via, ita & in publica accipimus. Viæ priuatę solum alienum est: ius tantùm eundi & agendi nobis competit[g]. Vię autem publicæ solum publicum est, relictum ad directum certis finibus[h] latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit[i], vt ea publicè iretur, commearetur.

22 ¶ Viarum quædam publicæ sunt*, quædam priuatæ, quędam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Græci[k] βασιλικάς † nostri prætorias, alij consulares vias appellant.

23. ¶ Priuatæ sunt, quas agrarias[l] quidam dicunt. Vicinales sunt viæ, quæ in vicis[m] sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt. quod ita verum est, si non ex collatione priuatorum hoc iter constitutum est[n]: aliter atque si ex collatione priuatorum reficiatur. Nam[o] si ex collatione priuatorum reficiatur, non vtique priuata est[p]. Refectio † enim idcirco de communi fit, quia vsum vtilitatémque communem habet. Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt: vel hæ quæ sunt agris: quibus imposita est seruitus, vt ad agrum alterius ducāt[q]: vel hæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare[r]* liceat: in quas exitur

c ¶ *Adhuc.* aliàs ∎ tamen ad nullum hoc opus &c. Id est non habet adhuc faciem operis: *vt supra de ope. noui nunc. l. stipulatio. §. opus.*

d ¶ *Vetamur.* vt *& supra titulo y. l. j.* Accursius.

e ¶ *In via publica, itinerève.* quod minus[b] est quàm via: vt & in via priuata vel itinere: *vt Institu. de serui. circa princ.*

Ait prætor.] CASVS. Ponitur aliud edictum. nam prætor vetat quid fieri in via publica, itineréve publico, per quòd impediatur vsus viæ. tandem exponit Vlpianus, & dicit: viā publicā eam dico, cuius etiam solum publicum est. priuatæ enim viæ solum priuatum est, vsus tamen communis est. at viæ publicæ etiam solum publicum est, & certæ latitudinis, & fiunt ab eo qui ius publicandi de prædiis hominum habuerit & facere vias: vt est princeps & senatus. Postea dicit: viarum quædam sunt publicæ, quædam priuatæ, quædam vicinales. publicæ sunt vt strata Paniculis, & stratæ Galeriæ, & similes: & istæ dicuntur etiam consulares. Priuatæ sunt, quæ ab agro tuo agro meo debentur. Vicinales sunt, quæ in vicis sunt: vt in Cardina delectabili, nostra villa est, quæ & publicæ dicuntur. quod est verum, si ex collatione priuatorum sint factæ: secus autem si ex collatione singulorum hominum sit via publica refecta: vt est strata quæ vadit versus Galeriam, quæ multum mala est hyeme. nam licet homines eam reficiant, ponendo sabulum ibi & lapides. nō propter hoc eorum est via. Publica autem via dicitur & quæ ab agro ad agrum ducit hominem vel quæ plures homines ad agros ducit. & exit homo de publica siue consulari, & intrat priuatam: vt est via posita iuxta sanctum Paulum de Rauone: quæ via vocatur M. buncellum. nam de via publica eximus, & intramus viam illam strictam, & imus ad vineas nostras quas ibi habemus, quæ via est nostra, & aliorum ibidem vineas habentium. Et habet locum hoc interdictum pro via rustica, non vrbana. non ergo habet locum in strata sancti Proculi, vel alia via. quæ sit intra ciuitatem. sed si in eis aliquis faciat opus: Vbertus de Vgene potestas Boñ. faciet restitui in pristinum statum, siue via in totum sit occupata per illud opus, siue in partem. Item tenetur qui cloacam faciat decurrere in viam publicam, ita quòd vsus viæ impeditur. Item tenetur hoc edicto qui fossam in suo faciat vt ibi aqua coadunetur, & decurrat in viam publicam, sed si faciam in meo opus, ex hoc tamen aqua in via publica collecta redundat, ita quòd homines non possunt commode transire: teneor perinde ac si aliquid immittam in viam publicam, ita quòd aditus liberior impeditur. Sed si habeo fundum iuxta viam, & venit aqua ex fundo vicini, & intrat meū fundum, & tandem venit in viam publicam, ita quòd vsus viæ impeditur: quæritur quis nostrum tenetur? & dicitur quòd si aquam istam recipio sponte: teneor ego hoc interdicto. sed si non sponte, tenetur vicinus meus: & in casu prædicto quando teneor, sufficit quòd agam contra vicinum meum vt non immittat aquam in meo fundo. Item teneor hoc interdicto, si in meo loco iuxta viam facio sulphurariam, & sic via publica efficitur pestilēs. Item teneor hoc interdicto si teneo porcos, & mando eos ad pascendum in via publica, & ipsi cauant viam ita quòd impeditur vsus viæ. [DEINDE AIT PRÆTOR.] Nunc exponit alia verba edicti, scilicet hæc, quo ea via idque iter deterius sit vel fiat. hoc est dicere, siue statim per illud opus sit deterior via: siue fiat postea. deterior autē dicitur fieri via, vt cum vsus eius impeditur: vt cum esset plana via, facta est cliuosa: & similibus modis quòd habes in litera. [TRACTATVM EST.] Dicitur quòd non possum facere pontem siue specum supra viam publicam. [HOC INTERDICTVM.] Hoc interdictum est perpetuum & populare, & fit condemnatio in eo quanti actoris interest. [PRÆTOR AIT.] Nunc ponit aliud edictum quo iubet destrui siue restitui quidquid est factum in via publica vel itinere publico. Secundo dicit: hoc edictum ex ∎ causa proficiscitur; ex qua & superius; scilicet propter publicam vtilitatem: in hoc tamen differt à superiori: quia hoc restitutorium est, illud prohibitorium. Item scias quòd hoc interdicto tenetur qui fecit opus in via publica. Item qui ab alio factum emit, vel ex causa legati tenet. Sed qui fecit opus in via publica, & illud postea habuit pro derelicto: an teneatur? quidam dixit quòd non: sed male. dicas ergo eum teneri. Postea dicit: arbor fundi mei cecidit vi venti, vel alio modo, in viam publicam: ita quòd homines commodè non possunt inde ire. quæritur an teneor hoc interdicto? Respon. si eam non habeo pro derelicto, teneor. si autem habeam pro derelicto: non teneor, nisi prohiberem eum qui vult inde remouere arborem. [IDEM LABEO.] Vicinus meus viam corrupit ex opere quod fecit. licet illud opus mihi prosit: non teneor hoc interdicto. sed ipse. si autem mea & sua voluntate fecimus fieri: tunc vterque nostrum hoc interdicto tenebitur. Secundo dicit: hoc interdicto tenetur qui fecit opus in publica via: siue adhuc illud opus possideat, siue dolo desiit possidere. Tertio exponit verbum restituas. & restituere debet viam in pristinum statum: siue remouendo quod posuerat: siue adiiciendo quod detraxerat. & si ille qui fecit opus, illud possideat: tenetur suis impensis restituere. si autem alius possidet, tunc tenetur possidens tantùm patientiam præstare. Quarto dicit: hoc interdictum est perpetuum, & datur quanti actoris intersit. [PRÆTOR AIT.] Nūc ponit aliud edictum, quo cauetur ne vis fiat quo minus quis via publica vel itinere publico vtatur. Franciscus.

f ¶ *Veto.* hoc prohibitorium. Sed sequens. j. §. prætor ait. restitutorium est. & protenditur hic tractatus vsque illuc.

g ¶ *Competit.* scilicet seruitutis iure: *vt & supra si serui. vindi. leg. loci in principio.*

h ¶ *Finibus.* scilicet octo[a] pedum in porrectum. xvj. in anfractum ad instar priuatæ: *vt ff. de seruit. rusti. prædio. l. via latitudo.* licet & alii: de publica & priuata possit intelligi.

i ¶ *Habuit.* vt[b] princeps, vel senatus: *vt inf. de flum. l. quo minus. & sup. de naue. fi. l. quæris. & supra de euic. l. Lucius & argum. s. de aqua plu. arcen. l. quod principis,* & etiam quælibet ciuitas[c]: *vt supra ead. §. j.* Accursius.

k ¶ *Quas Græci basilicas.* No. quòd[d] prætoria, consularis, militaris, pro publica via ponuntur: *vt hic, & ff. tit. j. l. fi. §. sed inter.*

l ¶ *Agrarias.* quia ab agro debentur.

m ¶ *Quæ in vicis.* prædiorū in rure, non in vrbe: *vt j. prox. §.* Accur.

∎ ¶ *Constitutum est.* ab initio de nouo.

o ¶ *Nam.* verba superioris edicti. Azo.

p ¶ *Priuata est.* scilicet per hoc. sed ita demum, si collatione[e] priuatorum sit facta ab initio de nouo. *& facit j. de itine. actuque priuato. l. ij. §. pen.*

q ¶ *Tuc tut.* has ff. vocauit agrarias.

r ¶ *Commeare.* etiam non habentibus ibi prædia. forte curia publica etiam dicitur.

à Solacium à solo.

b Iter habere minus est quā viam habere.

† i. directe Photius in N. mo canone.

* Vide de his vis in cap. 1. & ibi Falsid. 1 col. vers. item via publ. ea. in iis quæ sunt re ga. & Bar. Cepo. in tit. de seruitu. rus. tit. de via. c. 6.

† i. regias. aliàs δημοσίας. i. communes. Vide in hunc locum Alciat. lib. præter. a. hic ipso titulo, & Alexan. ab Alexan. lib. x. genia die ca. 15.

† Iure patronatus, ex Ecclesiæ refectione non tribui vel adquiri hinc colligit Oldradus. *d. de cap. quoniam extra de iure patronatus.*

* commiari.

a Viæ publicę in porrectum & anfractum latitudo.

b Publicandi iushabet princeps. senatus. ciuitas.

c Ciuitas ius habet vias mutandæ, dixi initio huius l.

d Via Prætoria, cōsularis, militaris, pro publica via.

e Viæ vicinales quæ in vicis sunt, vel in vicos ducunt, publicæ sunt, nisi collatione priuatorum fundorum constructæ fiet, v. C. polam tract. de seruit. rust. prædiorum. c. 3 num. 17.

a ¶ *Non is tenetur.* supple tantum. Qui[a] ergo facit, & factũ habet: tenetur ad destruendum suis sumptibus: Qui fecit, & factum non habet: tenetur ad impensam: Qui habet, & non fecit, ad patientiã: *vt hic & infra §. restituas. & infra de flu. l. j. §. fin. & argum. infra. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. & s. de aqua plu. arcen. l. si cum quo. & secundùm hoc expone hunc §.*

non is tenetur[a] qui in via publica aliquid fecit: sed is qui factum habet. Proinde si alius fecit, alius factum habet: is tenetur, qui factum habet. & est hoc vtilius: quia is potest restituere[b], qui factum immissum habet. 38 ¶ Habere eũ dicimus, qui vtitur †, & iure possessionis fruitur: siue ipse opus fecit, siue ex causa emptionis, vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo adquisiuit. 39 ¶ Vnde Ofilius putat eũ qui pro derelicto relinquit id opus quod fecit: si viam publicam corrupit, & reliquit, non teneri[c] hoc interdicto. non enim habet quòd fecit. Sed an in eũ actio debeat dari videbimus. Et puto vtile interdictum cõpetere[d]: vt quod in via publica ædificauit, restituat[e]. 40 ¶ Si ex fundo tuo arbor in publica sic ceciderit, vt itineri sit impedimẽto, eámq; pro derelicto habeas: non teneri Labeo scribit. Si tamen inquit, actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit: rectè tecum acturũ[f] interdicto de via publica reficienda. sed si pro derelicto non habeas: rectè tecũ agi hoc interdicto. 41 ¶ Idem Labeo[g] scribit, si vicinus meus viã opere corruperit: quamuis opus quod fecit, tam mihi quàm ipsi vtile[h] sit, tamen si is vicinus fundi sui causa id fecerit, me tamen non posse hoc interdicto[i] cõueniri[k]. si autem communiter hoc opus fieri curauerimus, vtrumq. nostrum teneri.

42 ¶ Hoc interdictũ locũ habet etiam aduersus eum qui dolo malo fecit quominus possideret, vel haberet. Etenim parem[l] esse conditionẽ oportet eius qui quid possideat vel habeat; atque eius cuius dolo malo factum sit quo min[us] possideret vel haberet. Et mihi videtur vera Labeonis sententia. 43 ¶ *Restituas*, inquit. Restituere videtur, qui in pristinũ statũ reducit. quo fit, siue quis tollat id quod factum est, vel reponat quod sublatum est & interdum suo sumptu. nã si ipse[m], quo qui interdixit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratum habitum sit quod fecit: ipse suis sũptibus debet restituere. si verò nihil horum interuenit, sed habet factũ: tũc dicemus patiẽtiã solam eum præstare debere[n]. 44 ¶ Interdictum hoc non esse temporariũ[o], sciendũ est pertinet enim ad publicam vtilitatem: cõdemnatióque ex eo faciẽda est, quãti actoris[p] intersit tolli quod factũ est.

45 ¶ Prætor ait[q], *Quo minus illi via publica, itinerève publico ire agere liceat, vim fieri veto.*

b ¶ *Potest restituere.* ad hoc tamen non tenetur, sed ad patientiã: vt dixi.

c ¶ *Non teneri.* etiam ad impensam.

d ¶ *Competere.* Etiam ad destruendum: non tantùm ad impensam: cum non sit alius qui destruat. aliàs secus: *vt infra §. restituas. & facit supra de his qui deic. vel effu. leg. si verò. §. positum.* Accur.

e ¶ *Restituat. supra de aqua plu. arcen. leg. si cum quo.*

f ¶ *Acturum.* si prohiberes eũ arborẽ tollere, & sic viam reficere: *vt j. de via pub. l. j. in prin.* sed & hoc vtili: *vt s. proxi.* Accur.

g ¶ *Idem Labeo.* aliàs incipit lex, si vicinus, Accur.

h ¶ *Vtile.* facit *supra de inof. test. l. posthumus. §. si quæ ex his. & de vsufruct. si absente. & infra quod vi aut clam. l. j. §. fi.*

i ¶ *Interdicto.* directo. Accur.

k ¶ *Conueniri.* aliàs cõtineri.

l ¶ *Parem.* sic[b] *j. de reg. iur. l. qui dolo. & leg. parem. & s. de rei vind. l. sin autem. §. sed & is. & s. de damn. infect. l. prætor. §. plane.*

m ¶ *Si ipse.* aliàs si ipse eũ quo quis inter. &c. aliàs, si ipse quod quis inter, &c.

n ¶ *Debere.* sic[c] seruatur in actione aquæ plu. arc. *vt s. de aqua plu. arc. l. emptor. & leg. post venditionem. & leg. si cum quo.* & in ope. no. nun. *vt s. de ope. no. nun. leg. penul. & fin.* & quod vi aut clam: *vt j. quod vi aut clam. leg. competit. §. in summa. & facit supra ea. l. prout. non est ibi. l. si vicinus. §. hoc interdicto. & de ali. iud. l. iiij. §. j.*

o ¶ *Temporarium.* Contra *j. de popu. act. l. fi.* Sed hoc speciale est: Vel hoc cum popularis non est ex maleficio, sed opere facto.

p ¶ *Actoris.* ¶ Quid si nihil[d] vel parum[e] interest: quia de alia contracta est: est enim populare, cum ex eadẽ causa est qua superius *vt s. ea. §. hoc edictum.* Item an alius aget? & eadem possunt quæri: s. §. hoc interdictum. Ad hoc respon. quòd possit intelligi hic & ille §. quando pro suo iure agit, non populari: *vt argum. j. de popu. actio. l. j.* vnde alius aget pro suo iure, & populari: & etiam ipsemet pro suo iure populari: *vt j. de li. hom. exhi. l. iij. §. penult.* nec dicimus agere ex eadem causa: *vt infra de popu. acti. l. iij.* 2 Vel dic ratione præteriti interesse hoc intellegitur: nihilominus ergo præcipitur destrui vel non fieri opus: *argum. infra vti possidetis. leg. si duo. §. fin.* & secundùm hoc non est populare prout ex causa sui fit condemnatio. 3 Vel dic tertio inspici interesse totius populi. nam ei competit vt toti populo. ¶ An autem per[f] testes probetur interesse, dic vt infra *quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.*

a Facere & factum hab. & fecisse & factum non habere, habere & non fecisse differũt. Primo casu reus opus destruere debet suis sumptibus: secundo, impensam debet: Tertio, patientiam.

† Habere is etiam dicitur, qui fruitur tantum, & ita verbum Habere, refertur ad conductorem.

b Possidere & dolo non possidere paria. Sic itaque, dolus possessionem repræsentat.

c Patientiam præstare quibus casibus quis teneatur seu pati aduersarium aliquid facientẽ.

d Nihil & parum paria.

e Via publica vnius contracta si clauda tur, potest ab quis alterius contracta eo nomine agere, tametsi nihil aut parũ intersit: vt hic, Capol. de serui. rustic. c. 3. lib. Quæro. 17

f Probari an possit testib. id quod interest.

q ¶ *Prætor ait.* Ecce quartum interdictum: vt in rubrica. & facit *j. vt in flumi. publ. l. j. §. j.*

L*itora.*] CASVS. Litora quæ tenet populus Romanus: eius sunt. Secũdo dicit: communis est vsus maris, sicut aëris: pilas autem quas iactat quis in mare, suæ adhuc durant: sed deiicere non poterit si impeditur per hoc vsus maris. Item in litore maris potest quilibet ædificare, nisi vsus publicus ex hoc impediatur. Item si per publicum locum est riuus, & is nocere mihi potest: agam vt mihi caueatur de damno si quod cõtinget. Postea dicit: qui hoc interdictum ne quid in loco publico fiat, intentare vult: potest hoc facere etiam per procuratorem. Vltimò dicit: qui in loco publico ædificat nullo prohibente: non tenetur destruere per hoc interdictum: tamen quia facit contra edictum, illud debet destrui iudicis officio: ne aliàs illusoria sint edicta: quod esse non debet. & hoc dicit hæc l. cum sequentibus vsque ad fin. tit. Franciscus Accursius.

III. CELSVS *libro trigesimonono Digestorum.*

Litora[r] in quæ populus[s] Romanus imperium habet, populi Romani* esse arbitror[t].

1 ¶ Maris cõmunẽ vsum omnibus hominibus, vt aeris: iactásque in id pilas, eius esse qui iecerit: sed id concedendum non esse, si deterior litoris marísve vsus esse eo modo futurus sit[u].

IV. SCÆVOLA *libro quinto Responsorum respondit.*

IN littore iure gentiũ ędificare licere: nisi vsus publicus impediret[x] †.

V. PAVLVS *libro 16. ad Sabinum.*

SI per publicum locum riuus aquæduct[us] priuato nocebit[y]: erit actio priuato ex lege duodecim tabularum, vt noxa[z] domino caueatur.

VI. IVLIANVS *libro quadragesimotertio Digestorum.*

EI qui hoc interdicto experitur, ne quid in loco publico

r ¶ *Litora.* maris scilicet. Accur.

s ¶ *Populus.* sunt enim quædam quæ à Sarracenis possidentur.

t ¶ *Arbitror.* Quo ad iurisdictionem, sic &. *s. de quadrien. præscript. l. j. §. j.*

u ¶ *Futurus sit.* facit *supra de adqui. rer. do. l. quod in litore: & leg. quamuis. & de rerum diui. leg. in tantum.* Sed* videtur etiam si fiat deterius, quòd liceat: *vt supra de oper. no. nuntia. l. j. §. nuntiatio. in fin.*

x I*N litore.*] *Impediretur.* tunc enim vel à magistratu est prohibendum, vel vtili interdicto agendum. & hic est contra: *supra de operis noui nuntiatione. leg. prima. §. nuntiatio.* Sol. vt ibi,

y S*I per publicum.*] *Nocebit*[b]. id[c] est nocere potest: *vt supra de stat. lib. l. Labeo.* alioquin non cautione, sed actione esset opus. Azo.

z ¶ *De noxa.* ab[d] vniuersitate, si publicè ducatur: alioquin à priuato. sed aliàs est non. s. vt non domino. id est etiam non domino, cuius tamen interest, vt vsufructuario, creditori, bonæ fidei possessori caueatur. dico ita, vt res per iudicem apud quem actio proponitur, disponatur ita, ne damnum possit pati. non autem dico quòd cautio damni infecti petatur per actionem. sed si cautionem petere vellet, bene posset per offic. iudi. *vt supra de seruit. vrba. prædio. l. si fistula. & supra de dam. infect. leg. fluminum. in prin.* ¶ Sed quæ actio[e] erit domino, vel non domino. *ex lege xii. tabul?* Respond. in factum, vel condictio ex lege, quæ ex antiqua lege datur vbi non est alia actio: *vt s. de condic. ex lege l. j.* & hoc si non habes noxa. si autem habes noxa, scilicet pro noxa futura. Vel dic, id est damnum datum resarciatur. Sed qua actione? Respond. ante.

* Vsu publico: licet quodam vsu barbaris non negando, modo hostes non sint, omnium hominũ sint. *l. quædam de rer. diuis. sup.* Quo pertinet illud Troiani oratoris. 1. Aeneid. Hospitio prohibemur arenæ.

† impediretur a Maris vsum deteriorẽ nemini facere licet.

b Nocebit, pro nocere posse.

c Verba plerumque ad potentiam tantum referuntur, non ad actum.

d Cauere de damno cogi vniuersitas potest.

e Cautionem damni infecti ab vniuersitate petere, an & quãdo priuatus possit.

l. Aquil. inuenta erat illa quæ pro aliis damnis: *vt supra ad legem Aquil. l. j.* hodie vtilis Aquil. vel in factum subsidiaria. Aquil. quæ datur pro damno dato.

E [*Iqui.*] *Facultas est.* pro[a] damno priuato: *vt ṡ. de procura. l. licèt. & l. non cogendum. §. qui ita.*

b *Sicut is.* aliàs licèt is &c. *& j. habet* ita tantum &c.

c ¶ *Deformetur.* item[b] alia ratione: *vt ṡ. eod. l. ij. §. si quis nomine.* & facit ad hanc rationem. *C. de priuat. ædif. l. ij. & ṡ. ad ex hiben. l. gemma.*

d ¶ *Aduersus edictum.* i.[c] prætore prohibente: *vt j. de reg. iur. l. qui vetante.* alij dicunt cū nō est perfectum ędificiū, tollat: aliàs non.

e ¶ *Tollere.* non per interdictum: sed iudicis officio[d]: *vt ṡ. ead. §. si quis nomine.*

f ¶ *Lusorium.* quod[e] esse non debet: *vt ṡ. de iud. l. si prætor.*

a Procurator dari potest ad actionem d. pn. ... ex publico commi... necessitate pre...

b Ædificia nullo prohibente facta in publico ... non destruenda.

c Aduersus edictum facta, qui facit prætore prohibente ...

d Officio suo iudex efficit sua defendi.

e Lusoria magistratuum edicta esse non debent.

fiat, quo damnū priuato detur: quamuis de loco publico interdicat: nihilominus procuratoris dandi facultas est[a].

VII. IDEM *libro quadragensimooctauo Digestorum.*

Sicut is[b] qui nullo prohibente in loco publico ędificauerat, cogendus non est demolire, ne ruinis vrbs deformetur[c]: ita qui aduersus edictum[d] prætoris ædificauerit, tollere[e] ædificium debet: alioquin inane & lusorium[a] prætoris imperium erit.

DE LOCO PVBLICO fruendo.

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS *libro sexagensimooctauo ad Edictum.*

PRætor ait: *Quo minus loco publico, quē is cui locādi ius fuerit, fruendum alicui locauit: ei qui cōduxit[b], socio ve[i] eius è lege locationis frui liceat, vim fieri veto.*

1 ¶ Interdictū hoc publicæ vtilitatis causa proponi palā est. Tuetur enim vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei qui id fruedū cōduxit. 2 ¶ Sed si simul veniant ad interdictum mouendū, ipse qui conduxerit, & socius eius: magis est vt ipse cōductor præferatur[k]. 3 ¶ Ait prętor: *Quo minus è lege locationis frui liceat.* Meritò ait, *è lege locationis.* Vltra legem enim[l], vel contra legem[m] non debet audiri qui frui desiderat.

II. VLPIANVS *libro 5. Sententiarum.*

COncedi[n] solet vt imagines & statuæ, quæ ornamento reipublicæ sunt futuræ, in publicum ponantur.

DE LOCO PVblico fruendo.

¶ *Sequitur aliud interdictum prohibitorium, ne publicanus[f], putà qui conduxerit areas, insulas, aut balneas publicas, aut porticus, lacus aut stagna, vel hi quos in eo conditione socios sibi ad iunxerunt vis fiat quominus ex lege locationis publicis locis fruantur, extra quam[g] si quis cui id concessum est statuam vel imaginem in publico loco ponere velit. hoc enim potest inuitis conductoribus si Senatus aut princeps permiserit. Permissu opus est ex edicto Claudij quod refert Dio LVIII. nisi qui publicum opus ædificet vel reficiat. Cuiacius.*

f Interdictum de loco publico fruendo publicano datur.

g Statuā vel imaginem in publico loco ponere potest nemo sine permissu Senatus vel Principis.

P [*Rætor ait.*] CASVS. Aliquis cōduxit pro se & pro socio capū Rheni, vel molendinū cōmunis. phibet prætor vim fieri cōductori & eius socio, quo minus vtatur & fruatur re cōducta secūdū legē siue pactū appositū in locatione. 2 Secūdo dicit: hoc interdictū ob publicā vtilitatē factū est. nā per hoc interdictū tuetur publica vectigalia, dū phibet vim fieri vtēti re cōducta ex forma locati. 3 Tertio dicit: vis fiebat cōductori, & eius socio[h], quo minus fruatur re cōducta. Vterq; vult agere hoc interdicto, præferetur cōductor socio suo. 4 Postea exponit Vlpianus verba illa. *s. ex lege locati.* & bene dixit prętor quod prohibet vim fieri fruenti re cōducta ex lege locati. nam si vltra legem vel contra legem frueretur, vel frui vellet: non audiretur. & expone hæc verba vt in glo. Franc.

g ¶ *Locandi.* vt[i] publicanus[k] vel qui tabulis præest: *vt ṡ. tit. j. l. j. §. si quis nomine.* Accursius

h ¶ *Conduxit.* Fortè etiam[l] ad modicum tempus. licèt enim non habeat rei vindi. potest tamen agere ad retinendum suam naturalem pos. *vt j. de super. l. j. §. quod ait.* aliàs nullum esset speciale hic: quia & cōducensā priuato ad non modicum tempus, haberet excep. & act. & interdictum ne vis fiat ei, secundum Azo. 2 Vel dic, hic ad modicum tempus conducenti dari in rē vtilem. vt priuato ad magnum. & facit *j. vti possi. l. si duo. §. cum inquilinus.* Item aliter hic[m] publicū quàm *ṡ. titu. j. l. j. §. publici.* accipitur: cum ibi pro eo quod est in vsu publico: accipiatur: hic non, sed pro quolibet loco fisci Cæsaris, ciuitatis, municipij: *vt j. ut in flu. pu. na. li. §. ergo.* sed quandoque concurrunt: *vt d. §. si quis nomine.*

h Locandi ... bi ... fundos agros ... curæ ... seu ius quibus competat.

i Publicani ... sunt ... locare.

k Gabellarius in solidum ... gere possit ... bellarionem ...

l Conductor publici loci etiam ad modicum tēpus, possessionem suam conseruare potest interdicto, secus in priuato nisi in longum tempus conductum.

m Publicum pro eo quod in vsu publico, & pro quolib. t loco fisci, Cæsaris, ciuitatis, municipij.

i ¶ *Sociòve.* hic est casus vbi ex[a] alterius contractu agit socius. aliàs non, nisi[b] cessa actione: *vt ṡ. pro socio. l. sed. in prin. fic & supra. si ser. vind. l. loci. §. si fundus.* Sed Ioan. non ex contractu socij, sed[c] propter contractum dixit dari, vtile: sed conductori directum: & est etiam aliud speciale, vt[d] ad heredem transeat: *vt ṡ. pro socio. l. adeò. & fac. tit. j. de iniu. l. iniuriarum. j. §. conductores.* Azo.

k ¶ *Præferatur.* quia directa[e] præfertur vtili: *vt ṡ. de Publi. leg. pe.* sed quandoque econtra: *vt dixi ṡ. de procura. l. in causa. §. si.*

l ¶ *Vltra legem enim.* i. vltra statutū tempus.

m ¶ *Legem.* i. pacta, vel si non soluit pensionē, nec enim fides[f] est seruāda ei qui non seruat: *vt & infra de regu. iul. cum par. §. ult.*

COncedi.] CASVS. Cōcessit princeps quod quis possit ponere statuā in honorē ciuitatis Bon. si amodo volens ponere prohibeatur, habet hoc interdictum. Fran.

n ¶ *Concedi.* ¶ Quid ad tit? Rñ. vt si postea prohibeatur, habeat hoc interdictum. & facit *j. de except. l. Paul. & ṡ. de adqui. re. do. l. statuas. & de priuile. credi. l. Aufidius.* Acc.

a Ex alterius cōtractu quis interdū agit etiam nō cessa actione.

b Cessa actione, aliter ex alterius contractu agere potest, vide. l. tu. C. de obligat.

c Ex cōtractu & propter cōtractum alterius agere differunt.

d Actio pro socio ad hęredē socij an & quo modo transeat.

e Actio directa præfertur vtili.

f Fidem non seruanti, fides non seruāda.

DE VIA PVBLICA ET si quid in ea factum esse dicatur.

TITVLVS X.

I. Ἐκ τοῦ ἀστυνομικοῦ μονοβίβλου τοῦ Παπινιανοῦ.

OἹ ἀστυνόμοι ἐπιμελείσθωσαν τῶν κατὰ τὴν πόλιν ὁδῶν, ὅπως ἂν ὁμαλισθῶσι, καὶ τὰ ῥεύματα μὴ βλάπτῃ τὰς οἰκίας, καὶ γέφυραι ὦσιν, ὅπου ἂν δέῃ. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ ὅπως οἱ ἴδιοι τοῖχοι ἢ τῶν ἄλλων, ἢ τῶν περὶ τὰς οἰκίας εἰς τὴν ὁδὸν φέροντα, μὴ σφαλερὰ ᾖ, ἵνα ὡς δεῖ, καθαίρωσιν οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐπισκευάζωσιν. Ἐὰν δὲ μὴ καθαίρωσιν, μηδὲ ἐπισκευάζωσιν: ζημιούτωσαν αὐτούς, ἕως ἂν ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδούς, μηδὲ χωννύῃ, μηδὲ κτίσῃ εἰς τὰς ὁδοὺς μηδέν. εἰ δὲ μή, ὁ μὲν δοῦλος ὑπὸ τοῦ ἐντυχόντος μαστιγούσθω, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐνδεικνύσθω τοῖς ἀστυνόμοις. οἱ δὲ ἀστυνόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸ γεγονὸς καταλυέτωσαν.

Ἐπισκευαζέτω δὲ τὰς ὁδοὺς τὰς δημοσίας κατὰ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν ἕκαστον, καὶ τὰς ὑδρορρόας ἐκκαθαιρέτω τὰς ἐκ τοῦ ὑπαιθρίου. καὶ ἐπισκευαζέτω οὕτως, ὡς ἂν μὴ κωλύῃ ἅμαξαν ὑπάγειν.

Οἱ δὲ μισθωσάμενοι οἰκοῦντες, ἐὰν μὴ ἐπισκευάζῃ ὁ δεσπότης, αὐτοὶ ἐπισκευάσαντες ὑπολογιζέσθωσαν τὸ ἀνάλωμα κατὰ τοῦ μισθοῦ. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ ὅπως πρὸ τῶν ἐργαστηρίων μηδὲν προκείμενον ᾖ, πλὴν ἐὰν κναφεὺς ἱμάτια ψύχῃ, ἢ τέκτων τροχοὺς ἔξω τιθῇ. τιθέσθωσαν δὲ καὶ οὗτοι, ὥστε μὴ κωλύειν ἅμαξαν βαδίζειν. Μὴ ἐάτωσαν δὲ μηδὲ μάχεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς, μηδὲ κόπρον ἐκβάλλειν, μηδὲ νεκρὰ μηδὲ δέρματα ῥίπτειν. [id est,

DE VIA PVblica, & si quid, &c.

¶ *Interdictum quod[g] habeimus tit. VII. Ne quid fiat quo via publica iterve publicum deterius fiat, ad viam rusticam pertinet. Nam si quid in via vrbica fiat, huic rei ædiles occurrunt iure sua potestatis nec ciuibus necesse est ire ad interdictum l. 2. §. hoc interdictum tantum eo. tit. quod hoc titulo demonstratur propriè: est igitur de via vrbica & munere ædilium non de rusticis. Cuiacius.*

Ædiles.] CASVS. Hæc lex notabilis est, & tradit circa quæ debent curam habere ædiles curules. debent enim procurare vt viæ in burgis positæ, item si intra ciuitatem sint positæ, adæquentur: & effluxiones non noceant domibus: & pontem fieri faciant supra vias vt erit necesse. Item studeant vt domus iuxta viam positæ non ruant: & quod domini eas domus ruentes reficiant: & si domini nolūt emēdare, mulctent eos. Itē curēt ædiles vt nullus fodiat vias vel subruat, vel faciat aliquod opus in viis. & si aliquis homo cōtra faciat: si sit seruus, qui inueniet eū in hoc opere, verberet eū. si autē sit liber, ducatur ad ædiles, & punietur ab eis. Item cogentur destruere qui fecerunt. Item quilibet homo debet construere viam ante faciem domus suę: itē aquęductus. & intelligas de dominis domorum, non de conductoribus. Si autem dominus domus non reficiat viam, & conductor reficiat: detrahit tantū de mercede. Item curēt ędiles vt ante stationes nihil ponatur: nisi fullo ante stationē quā cōduxit, poneret vestimēta vt siccentur. Itē qui facit rotas in statione poterit eas ante stationē ponere. Idē intelligas de magistro Garsone, magistro Soranorū, nostro hospite. Debēt autē prædicti ita ponere, vt nō impediatur vehiculū ire. Itē debēt ædiles curare vt rixæ nō fiāt in viis, neqs turpia deiiciantur in viis neque morticina, vt canes mortui, neq; coria, secus fit in quadragesima in nostra ciuitate. nā qui habent falcones vel similes aues, occidūt canes vt carnē dent comedere auibus, & proiiciunt coriū in viis. & hoc sæpe ego Franciscus vidi in

g Interdictū de via publica & de qd fiat in loco publico differentia.

Ex libro singulari Papiniani de officio ædilium.

Ædiles curā gerant per vt hem publicorum itinerū, vt complanētur: neve flumina damnā dent ædibus, & vt pōticuli sint quocunque loco opus fuerit. curēt item habeant, vt si priuati parietes, cum alij, tum domestici, qui in publicam viā feruntur, ruinā minentur, ædiū domini eos vt oporteat, demoliātur, ac reparent. Quod si vel nō demoliantur, vel nō reparent mulctam in eos dicant quousque vitiū emendauerint. Procurent etiam ne quis publica itinera perfodiat, aut aggeribus congestis obruat, neve quid in publico itinere ædificet, sin minus fecerit, seruus quidem flagellis ... qui eū deprehenderit cędatur. liber vero ædilibus ... ædiles autē lege in eū animaduertant & qd factū est opus destruāt. Præterea ante suas quisque ædes, publicas vias reparet ... quæ sub dio sunt ... quidem, vt ne quid impedimēto sit quo minus currus agatur. Quod si qui in conductis ædibus habitāt quod ædium domini eas nō reparent ... sumptū reparatione ... Procurēt insuper ne qd ante officinas propositū sit prę terquam

in Biriota laudabili venatore, nostro clarissimo vicino. Franc.

a ¶ *Aediles*. no. bonam legem Græcam. Accur.
b ¶ *Secundum ciuitates*. vt per [a] burgos. idem si in ipsa ciuitate.
c ¶ *Non labilia*. i. non ruant.
d ¶ *Illabilia*. i. non ruinosa.
e ¶ *Si autem*. i. contra factum fuerit.
f ¶ *Trochos*. i. rotas, quibus vehũtur ligna. & idem in similibus.

fullo vestimẽta ab excoctione ad auram traheret, vel si liber rotas exponat: vtamẽ ita collocent ne impedimẽto sint ducendo vehiculo. Sed neque rixari in itineribus, neque stercora proiicere, neque morticina aut pelles iactare permittant.

a Viam publicam, etiam eã quæ est per burgos ciuitatis quilibet reficere tenetur v. Cepol. unde seruit. rustic. c. 3. nu. 47.

DE VIA PVBLICA reficienda.

Titulus iste non ad aliud pertinet nisi quia qui viam publicè reficiebat, videbatur aliquid facere: sed hoc facere non est prohibitum. Dic ergo de via publica qualiter reficiatur & amittatur. Præterea hic de vrbana & rustica. sed supra tit. 2. tantũ de rustica: vt in l. 3. §. hoc interdictum. & sic non superfluit hic titulus. Accursius.

¶ *Hic verò titulus est de via rustica, & interdictum quid in eo proponitur prohibitorium & populare. Ne vis fiat ei qui viam publicã itérve publicum reficere velit. Non restitutorium. Sed si quid damni detur specie refectionis, vt si quis viã publicam reiecerit in fundum vicini, legis Aquiliæ actio est vt quæ in ripa reficienda obtinet. l. 1. §. vlt. tit. 15. eadem obtineat in via reficienda. l. 3. hoc tit. Tuisc.*

Aediles [a] curules studeant & quæ secũdũ ciuitates [b] sunt viæ, vt vtiq. adæquẽtur, & effluxiones nõ noceãt domib', & põtem faciant vbicunque oportet. 1 ¶ Studeãt autẽ vt proprij parietes, & aliorũ aliquid quę circa domos quæ ad viã publicam ducunt, nõ labilia [c] sint: quatenus vt oportet emundẽt domini domorũ & construãt. Si autẽ nõ emundauerint, neq. cõstruxerint: multent eos quoad illabilia [d] faciant. 2 ¶ Curent autem vt nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. Si autem [e] seruus quidẽ fuerit, ab obuiãte fustigetur: si liber. demõstretur ædilibus: ædiles autẽ dãnificent secũdũ legẽ: & quod factum est, dissoluant. 3 ¶ Cõstruat autẽ vias publicas vnusquisque secundùm propriam domum: & aquæductus purget qui sub diuo sunt, id est cœlo libero: & construat ita, vt non prohibeatur vehiculum transire. Quicunque autem mercede habitant si nõ construat dominus, ipsi construentes cõputent dispẽdiũ in mercedẽ. 4 ¶ Studeant autẽ vt ante ergasteria nihil proiectum sit vel propositũ: preterquã si fullo vestimenta siccet aut rectõ [*] trochos [f] exterius ponat. Ponãt autẽ & hi vt nõ prohibeant vehiculum ire. 5 ¶ Non permittãt autem rixari in viis: neque stercora proiicere, neque morticina neque coria iacere. Trãslatũ Pisis.

Praetor ait.] CASVS. Prætor phibet vim fieri volẽti reficere viã publicã, vel eam aperire: & si quis eũ impediat, tenetur impediens hoc interdicto. Postea exponit Vlp. verbũ aperire. Itẽ qui purgat, dicitur reficere. quid autẽ sit purgare, exponit. Tandem dicit: aliquis dicens se velle reficere viam: reficiendo eam, destruebat eandem dicitur quod potest prohiberi absque pœna. Postea dicit: hoc interdictum est perpetuum & omnibus & in omnes datur. Item in eo venit interesse agentis. Postea dicit, si populus Romanus non vtatur via publica longo tempore, non propter hoc amittit eam. Franc.

*Vide Alc. li. 2. prætermiss. hoc ipso tit.

DE VIA PVBLICA, ET itinere publico reficiendo.

TITVLVS XI.

g ¶ *Portio est*. i. species. sic ponitur *supra de conditio. ob causam. l. fin.* Azo.
h ¶ *Ad libramentum*. i. [b] admodum, Ot. vel. i. ad pulchritudinem.
i ¶ *Reducunt*. i. reficiunt.
k ¶ *Si quis in specie*. i. velamine.
l ¶ *Patietur*. ab aliquo, etiam sua auctoritate.
m ¶ *Neque longiorem*. per circuitus vel anfractus. *& facit de sacrosan. eccle. l. qui sub prætextu.*
n ¶ *Interdicit*. i. interdictum ponit. Azo.
o ¶ *Glaream*. i. [c] sabulum cum paruis lapillis. Accur.
p ¶ *Lapide stratam*. i. factam lapide manu strato: *ad quod est ĩ. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. 1.* Sed videtur hoc facere licere: *vt ĩ. de dam. infec. l. fluminum. in prin. quæ est contra.* Solu. ibi ad publicam vtilitatem: vt ibi notatur.
q ¶ *Actoris interesit*. hoc expone *vt ĩ. tit. ij. l. ij. §. pen.*
r Viam non potest. Nec [d] ergo ad sanctum Iacob si aliàs multis ire non liceret: & est speciale contra regulam. *C. de præscriptio. xxx. an. l. omnes.* Vel est ideò, quia videtur excipere si alius impediat: quod ius [a] excipiendi non tollitur tempore: *vt infra de except. do. l. pure. §. fin.* & hoc est etiam si centum an. non fuit [b], fauore publicæ vtilitatis.

b Libramentũ quid, vide apud Vitruuiũ passim.

c Glarea quid.

d Præscribi nõ possunt ea quę sunt in vsu publico. de quo dixi in Gl. l. sũ fernan. 39. nũ si sup. de legat. 1. ad te Cepolam tract. de seruit. rust. præd. cap. 1. vbi negat præscribi posse ius eundi per viam publicã.

a Præscribitur nullo tẽpore ius excipiendi. Cepola. d. loco.

b Præscribi non posse ea quę mere sunt facultatis hinc colligitur, vt hic, post se, re non est ius sed facultas, quod vt verum sit. v. Balbum tract. de præscript. 5. parte. 4. q. 1. & Cepolam. d. loco.

Si in agrum.] CASVS. Si in agrum vicini viam publicam deieci, teneor act. in factum ad interesse vicino. & da exemplum cũ via iret iuxta fundum tuũ: & fortè habebat hæc via aliquos angulos. idẽ si non haberet cauam fundi tui ripã, vt inde homines irẽt. Item qui viam publicam exarauerit: tenetur ad munitionem viæ. Franc.

I. VLPIANVS *libro sexagensimo octauo ad Edictum.*

Praetor ait: *Quo minus illi viã publicã, itérve publicum aperire reficere liceat, dũ ne ea via idve iter deterius fiat, vim fieri veto.*

1 ¶ Viam aperire, est ad veterem altitudinem latitudinémq. restituere. Sed & purgare refectionis portio est [g]. Purgare autẽ propriè dicitur, ad libramẽtum [h] proprium redigere, sublato eo quod super eam esset. Reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in pristinum statum reducũt [i]. 2 ¶ Si quis in specie [k] refectionis † deteriorẽ viam facit: impunè vim patietur [l] propter quod neque latiorẽ, neque longiorem [m], neque altiorem: neque humiliorem viã sub nomine refectionis is qui interdicit [n], potest facere: vel in viã terrenam glaream [o] iniicere: aut sternere viam lapide, quæ terrena sit: vel contrà lapide stratam [p] terrenam facere.

3 ¶ Interdictum hoc perpetuo dabitur, & omnibus. & in omnes: & habet condẽnationem in id quod actoris intererit [q].

II. IAVOLENVS *libro 10. ex Cassio.*

Viam publicã populus nõ vtẽdo amittere nõ [*] potest [r].

III. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit: tantum in eũ viæ receptæ † [s] actio dabitur, quanti eius interest cuius fundo iniuria [t] irrogata est. 1 ¶ Qui viã publicã exarauerit: ad munitionem eius solus compellitur [u].

s ¶ *Via reiecta*. i. [c] ꝓpter viã reiectã actio in factum. Io. vel vtilis Aquil. vel (vt dicunt quidam) nomen est actionis, actio viæ reiectæ. Accur.

c Actio viæ reiectæ.

t ¶ *Iniuria*. i. [d] damnũ. hoc tamen fallit in casu: quod dic *vt supra quemadmo. serui. amit. l. si locus. §. fin.*

d Iniuria pro damno.

u ¶ *Compellitur*. Qui si nõ est soluẽdo, vicini cogũtur: *vt ĩ. eo. l. ædiles. §. construant. & ne quid in loco publico fiat. l. ij. §. viarum.* Accur. Florentinus.

† refectionis.

DE FLVMINIBVS: & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, &c.

Et, pro [e] id est, ne quid &c. vel de flumine non nauigabili: & ne quid in flumine, &c. scilicet nauigabili &c. Acc.

e Et, pro id est.

¶ Sequitur interdictũ prohibitorium & restitutorium. Ne quid in flumine publico ripáve eius fiat quo deterior statio vel nauigatio sit, fiat & quod factum vel immissum erit vt restituatur. quod populare etiam esse arbitror. Et dari quoque vtiliter si [f] quid fiat in mari vel in litore quo portus, statio, vel nauigatio deterior sit, fiat & in flumine non nauigabili si quid fiat quo exarescat vel aqua cursus impediatur non si in torrente, i. [g] quod flumen hibernum Horatius dixit: Aelius Gallus flumen subitis imbribus concitatum qui aliqui siccitatibus exarescit, definiuit, Flumen enim perenne est. Vtrunque Homeri verbum quid esset Vlp. exposuit.

* Negatio hæc in Pand. Flo. non habebatur, sed per antiquum librarium addita erat. Vide. l. si locus. supra quẽad. ser. amitt.

f Interdictum de fluminibus vtile quandoque datur.

† reiectæ.

g Torrens, flumen hibernũ, & subitis imbribus concitatum.

Ait prætor.] CASVS. Probibet ne quid fiat vel immittatur in flumine publico, vel in eius ripa: quo statio. i. locus vbi naues appodiatæ securæ stant, vel iter nauigij deterius fiat. Secũdo dicit: flumẽ discernitur à riuo vel magnitudine, vt quia flumen est magnũ: vel opinione rusticorũ ibi iuxta morantiũ. Tertio dicit, fluuiũ aliud perẽne: aliud torrẽs perẽne est, quod sẽper currit: & torrẽs quod in hyeme currit. & licèt perẽne aliqua æstate siccetur, non desinit per hoc esse perẽne. Quarto dicit: flumen aliud publicum, aliud priuatum. publicum est quod perẽne est, vt Rhenus. & flumẽ Dicis: & ad hæc publica habet locũ hoc interdictum: nõ ad priuata. Postea exponit quid sit ripa: & certe ripa est quæ tenet flumen secundum naturalem cursum fluminis, si enim aliquo tempore super excrescat aqua, & vadat vltra ripas consuetas: non efficitur quod occupatur nunc, ripa, item si decrescat flumen, nõ minuitur. si autem flumen cœpit plus de terra occupare, vt quia creuit alio flumine adiuncto: bene hoc casu crescet ripa. [SI INSVLA.] Insula in flumine publico nata est: in ea aliquis facit opus. dicitur quòd videtur non in publico facere, & sic cessat hoc interdictum. nam si eg

insula non est publica:sed illorum qui habent ibi iuxta agros: nisi isti agri sint limitati:id est limitibus assignati quia tunc eis non accrescit insula:sed occupantis fiet. & quod dixi in insula: idē est & si flumē alueum dereliquit:& per alium locum cœpit currere, nam alueus antiquus desinit esse publicus, & fit illorum qui habent prædia ibi iuxta. vnde si fiat opus aliquod in tali alueo: cessat hoc interdictum. Idem est & si flumen dereliquit alueum nouum quem fecerat. nā is non reuertetur ad antiquos dominos:sed fiet eorum qui habent prædia ibi iuxta. [SI FOSSA.] Fossa quędam est manu facta; per quam currere incipit flumen. publica ex hoc fit: & si aliquidamodo in ea fiat, habet locum hoc interdictū. secus si flumen inūdauit agrum meum, non alueum ibi faciendo. nam non fit publicus ager meus. & si quid operis fiat in agro meo prædicto, non habet locum hoc interdictū. idem est si flumen vadat circumquaque agrū meū. nā meus ager remanet nec hoc interdictū habet locum si quid operis fiat in eo. idem & si fiat in flumine priuato. [IN PUBLICO FLUMINE.] Nunc exponit hoc verbum in flumine: & dicit, quod fit in aqua fluminis, dicitur fieri in flumine. si autem fit in ripa aliquod opus, non dicitur fieri in flumine. Postea dicit: non vetatur omne opus fieri in flumine publico, vel eius ripa: sed illud tantùm opus, quo facto deterior fit statio vbi naues appodiantur, vel nauigatio fiat deterior: & sic apparet quòd in flumine nauigabili habet locū hoc interdictum. at in flumine non nauigabili non videtur habere locum: sed æquus est vt dicamus, si opus fiat in flumine non nauigabili, ita quòd aqua siccetur, vel aquæ cursus impediatur: vtile hoc interdictum dari, vt liceat hoc opus tolli. Postea exponit verbū stationem, positū in edicto. Postea exponit verba vltimi edicti: hæc scilicet, iter nauigij deterius fiat. nam intelligo siue ipsum nauigiū fiat deterius per hoc opus, siue nauis, siue iter iuxta aquā fiat deterius, quod iter iuxta aquā causa nauigij erat. & vt breuiter dicam, qualitercumque nauigatio incommodior fit per hoc opus: habet locum hoc interdictum. [LABEO SCRIBIT.] Si fecisti opus in ripa per quod impeditur vsus nauigandi: licèt causa ripæ tuendæ feceris, non propter hoc te defendes: sed hæc est iusta exceptio faciendi opus: quasi dicat se fecisse lege concedente, vt conceditur *infra l. proxi.* Secundo dicit: hoc interdictum habet locum & in opere quod fit in mari, per quod portus siue statio siue nauigatio impediatur. Tertio dicit: hoc interdictum vtile datur & quando opus fiebat in flumine publico non nauigabili. [DEINDE AIT PRAETOR.] Nunc ponit aliud edictum, cuius sensus est, si facis opus in flumine publico, vel eius ripa, siue immissum ab alio habeas per quod statio siue iter nauigij deterior fiat: ait prætor vt illud opus restituas. Secundo dicit: primum edictū est prohibitorium, secundum restitutorium: & ad idem spectant, scilicet ad commoditatem nauigandi. Tertiò dicit: qui possidet opus per quod impeditur nauigium: licet illud opus non fecerit, tenetur hoc interdicto: scilicet vt restituat siue destruat opus illud. Fr. Accur.

† Hoc edictū eleganter explicat Cic. in ora. pro Cecina.

* nauigij deterius.

† Probatur fama per viciniam & circumcolentes. Proinde si de ditiis, moribus, matrimonio & similib quibusdā quæritur, vicini interrogandi vicinus enim conditionem vicini sui noscere intelligitur. *per text. in l. j. q. i. e. quæstā extra de præsum. l. si vestiam C. de N. p. tin.*

† Quæ sint flumina perennia, docet Arist. li. meteor. I. A. 13.

* torrēs quòd hyeme, hoc est, χειμάῤῥους.

† Continuum dici potest, etiamquod interuallum aliquod habuit. quod facere videtur ad tes flos deponētes aliquem continuo possidisse.

† Huius incrementi causas tradit Diodorus Sicul. lib. 1. antiquit. c. 3.

DE FLVMINIBVS: NE quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peius nauigetur †.

TITVLVS XII.

1. VLPIANVS *libro sexagesimo-octauo ad Edictum.*

Ait prætor: *Ne quid in flumine publico ripáve eius facias, ne quid in flumine publico, néve in ripa eius immittas, quo statio*[a] *itérve nauigatio*[b] * *deterius sit, fiat*[c]. 1 ¶ Flumen à riuo[d] magnitudine discernendū est, aut existimatione circumcolentium †. 2 ¶ Item fluminum quædam sunt perénia †, quædā torrétia. Peréne est, quod semper[f] fluat, ἀέναος: torrens * ὁ χειμάῤῥους. Si tamé † aliqua[g] æstate exaruerit quod alioquin perenne fluebat: non ideò minus[h] perenne est. 3 ¶ Fluminū quędā publica sunt quædā non. Publicum flumé[i] esse Cassius definit, quod perenne[k] sit. Hæc sentétia Cassij (quam & Celsus probat) videtur esse probabilis. 4 ¶ Hoc interdictum ad flumina publica pertinet. Si autem flumé priuatū sit: cessabit interdictum. Nihil enim differt à cæteris locis priuatis flumen priuatum. 5 ¶ Ripa autem ita rectè definietur, id[l] quod flumen cōtinet naturalem[m] rigoré cursus sui tenés. Cæterū si quando vel imbribus vel mari vel qua alia ratione ad tépus excreuit, ripas nō mutat. Nemo deniq; dixit, Nilū, qui increméto † suo Ægyptū operit, ripas suas mutare, vel ampliare. Nam cum ad perpetuam[n] sui mensuram redierit, ripæ aluei eius muniendæ sunt. Si tamen naturaliter creuerit, vt perpetuum incrementum nanctus sit vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione: dubio procul dicendum est ripas quoque eum mutasse, quemadmodum si alueo mutato aliā cœpit[o] currere. 6 ¶ Si insula in publico flumine fuerit nata, inque ea aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupātis est, si limitati[p] agri fuerūt: aut eius cuius ripā cōtingit: aut si in medio alueo nata est, eorum est qui ꝓpe vtrasq; ripas possident[q].

7 ¶ Simili modo & si flumen alueū suū reliquerit, & aliā fluere cœperit: quidquid in veteri alueo factum est, ad hoc interdictū nō pertinet: non enim in flumine publico factum erit, quod est vtriusque vicini. Aut si limitatus est ager, occupantis alueus fiet. certè desinit esse publicus. Ille etiam alueus quem sibi flumē fecit[r]: etsi priuatus antè fuit, incipit tamen esse publicus: quia impossibile est vt alueus fluminis publici nō sit publicus. 8 ¶ Si fossa manu facta sit, per quā fluit publicū[s] flumen, nihilominus publica fit: & ideò si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur. 9 ¶ Aliter atque si flumen aliquam terram inundauerit, nō alueū sibi fecerit. tūc enim non fit publicum, quod aqua opertū est. 10 ¶ Item si amnis[t] aliquid circumeat: sciendum est eius manere cuius fuit. Si quid igitur illic factum est, non est factum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit: nec quidem si in priuato flumine fiat. nam quod fit in priuato flumine: perinde est, atque si in alio priuato loco fiat. 11 ¶ In flumine publico factū accipere debem[*], quidquid in aqua fiat. Nā si quid extra factum sit, non est in flumine factum: & quod in ripa fiat, non

a ¶ *Statio.* vbi[a] naues tutæ stant: *vt infra eadem l. §. stationem.* Accur.

b ¶ *Nauigio.* aliàs nauigij, id est propter nauigium.

c ¶ *Si fiat.* fit in præsenti: fiat in futuro: *vt supra ne quid in loco publico. l. ij. §. deinde ait prætor.*

d ¶ *Flumen à riuo.* Hic riui[b] nomine aqua fluens accipitur. Accur. Florentinus.

e ¶ *Existimatione.* i. opinione[c]. *sic & supra de fund. instrum. leg. l. cum de lanionis. §. asinam.*

f ¶ *Semper.* i. sine[d] fine. *sic C. de diuer. re. leg. ij.*

g ¶ *Aliqua.* i. aliquibus temporibus: ita ꝙ plerúmque. *sic* ꝭ. *eo §. ripa. & Insiit. ad l. Aquil. §. is autem.*

h ¶ *Non ideò minus.* idem ergo per contrarium est in torrente.

i ¶ *Publicum flumen.* s. id demùm. alia enim sunt priuata[e], vt Rapo & Mellumzellum Azo. sed via[f] publica dicitur, cuius solum est publicum: *vt supra ne quid in loco publico. l. ij. §. viam.*

k ¶ *Perenne.* i. [g] perpetuum: etsi non omni tempore fluat.

l ¶ *Id.* s. est ripa quod continet &c. sic flumē est accusatiu": ripa dico tenens. s. vluò citróque.

m ¶ *Naturalem.* i. cōsuetum. Cursus sui. i. fluminis. cæterum &c. Vel dic flumē dico cōtinens &c. & hoc subiicit, cæterum &c. *& facit*[h] *infra eadem l. pen. & infra de verb. signif. l. littus. & Insiit. de re. di. §. est autem. &* ꝭ. *eadem l. §. item fluminum. &* ꝭ. *de adqu. re. domi. l. adeò. §. insula. in fi. & C. de allu. & palu. l. .*

n ¶ *Perpetuam.* i. naturalem, quam & solet tenere.

o ¶ *Cœpit.* facit[i] *supra de adquiren. re. do. l. ergo. §. alluuio.* Accursius.

p ¶ *Si limitati.* i. k certis finibus determinati, vt nulla occasione dominium eorum possit augeri (& quod hic de insula dicitur, idē est de iure alluuionis: *vt* ꝭ. *de adquir. re. do. l. in agris.*) aliàs est in litera, militares agri. i. militibus assignati. Accur.

q ¶ *Possident.* ad hoc *supra de adquiren. rer. do. l. adeò. §. insula. & leg. inter eos.*

r ¶ *Fecit.* hoc est vetus.

s ¶ *Publicum.* totum. Idem si pars ad nauigium ex Rheno vel aqua quæ ex Sauiana trahitur ad ciuitatem: nisi dicas quia non est perenne omne priuatum: *vt supra §. fluminum.*

t ¶ *Si amnis.* facit *Insiit. de re. di. §. insula.*

a Statio nauium.

b Riuus.

c Opinio, probationis est species.

d Semper, pro sine fine.

e Fluminaquędam sunt priuata.

f Publica via dicitur cuius solum est publicum.

g Perēne sit perpetuum & ei potest, licet omni tempore non durat.

h Littus & ripa quid.

i Aluei mutatione ripæ mutantur.

ll Limitati agri.

Vtile.

videtur in flumine factum.

12 ¶ Non autem omne quod in flumine publico ripáve fit, coercet prætor: sed si quid fiat quo deterior statio & nauigatio fiat. Ergo hoc interdictum ad ea tantum flumina publica pertinet, quæ sunt nauigabilia: ad cætera nó pertinet. Sed Labeo scribit, nó esse iniquum, etiá si quid in eo flumine quid nauigabile nó sit, fiat vt exarescat, vel aquæ cursus impediatur, vtile[a] interdictum cópetere, ne vis ei fiat, quo minus id opus quod in alueo fluminis ripáve ita factum sit, vt iter, cursus fluminis deterior sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere viri boni arbitratu possit. 13 ¶ Stationem[b] dicimus à statuendo[*]. Is igitur locus demonstratur[c], vbicúque naues tutò stare possunt.

14 ¶ Ait prætor: *Iterque nauigij deterius fiat.* Hoc pro nauigatione positum est. Immò nauigium solemus dicere etiam ipsam nauem[d]. Iter ergo nauigij potest & sic accipi: Iter naui deterius fiat. Nauigij appellatione etiam rates continentur. quia plerúnque & ratiú vsus necessarius est. Si pedestre[e] iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit[f].

15 ¶ Deterior statio, itéque iter nauigio fieri videtur, si vsus eius corrúpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut si in totum auferatur. Proinde siue deriuetur aqua vt exiguior facta minus sit nauigabilis: vel si dilatetur, aut diffusa breuem aquam faciat: vel contra sic coangustetur, & rapidius[g] flumen faciat: vel si quid aliud fiat quod nauigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorsus impediat, interdicto locus erit. 16 ¶ Labeo scribit, nó esse dandam exceptionem ei qui interdicto cónuenitur, *Aut nisi*[h] *ripa tuenda caussa factum sit:* sed ita excipiendum ait: *Extra quàm*[i] *si quid ita factum sit, vti de lege fieri licuit.*

17 ¶ Si in mari aliquid fiat: Labeo ait cópetere tale[k] interdictú: *Ne quid in mari, inve littore, quo portus, statio, iterve nauigio deterius fiat.* 18 ¶ Sed & si in flumine publico, non tamen nauigabili, fiat: idem putat[l]. 19 ¶ Deinde ait prætor: *Quod in flumine publico, ripáve eius fiat † siue quid in id flumen ripámve eius immissum habes, quo statio, iterve nauigio deterior sit, fiat, restituas.* 20 ¶ Superius[m] interdictum prohibitorium est, hoc restitutorium, ad eandem causam pertinens.

21 ¶ Iubetur autem is qui factum vel immissum habet, restituere quod habet: si modò id quod habet stationem vel nauigium deterius faciat. 22 ¶ Hęc verba, *Factum habes, vel immissum habes*[n]: ostendunt non eum teneri, qui fecit vel immisit, sed qui factum immissum habet. Denique Labeo scribit, si auctor[o] tuus aquam deriuauerit, & hoc interdicto[*], si ea tu vtaris.

Hæc lex tria facit. Primo ponit dictum vsque ibi, si modo. ibi dictum suum limitat vsque ibi, sed & si. ibi ponit limitationis exemplum vsque in finem. Bart.

II. POMPONIVS *libro trigesimo-quarto ad Sabinum.*

Quominus ex publico flumine ducatur aqua[p], nihil impedit: nisi imperator aut senatus vetet: si modò, ea aqua in vsu publico non erit. Sed si aut nauigabile est, aut ex eo aliud nauigabile fit: non permittitur[q], id facere.

III. PAVLVS *libro sextodecimo ad Sabinum.*

Flumina publica quæ fluunt, ripęq. eorum publicæ sunt[r].

1 ¶ Ripa ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet[f].

2 ¶ Secundú ripas fluminú loca non omnia publica[u] sunt: cú ripę cedant ex quo primum à plano vergere incipit vsque ad aquam.

IV. SCÆVOLA *libro quinto Responsorum.*

Quæsitum est, an is qui in vtraque ripa fluminis publici domum habeat, pontem priuati iuris facere potest. Respondit, non posse[x].

NE QVID IN FLVMINE publico ripáve eius fiat quo aliter aqua fluat, quàm priore æstate fluxit.

TITVLVS XIII.

Diuide titulum istum in duas principales partes. In prima ponit inter-

---

a ¶ *Vtile.* Si ex eo non nauigabili aliud nauigabile fiat: *vt infra §. si in mari. & §. seq. & l. quo minus. secundum* H. Vel Azo. etiam si non fiat illud nauigabile: vt quia caput ad mare tenet. ¶ An autẽ per Rhenum fiat aliud nauigabile, vt Padus: quod videtur: quia si Rhenus & alia ibi non immittant. s. caput, redditur non ita aptum ad nauigandum. Accursius.

b ¶ *Stationem.* Ad hoc *infra de verbo. signifi. l. eg. portus.*

c ¶ *Locus demonstratur.* s. stationis verb. Accur.

d ¶ *Nauem.* sic accipitur. *C. de sac. san. ecc. l. iubemus nullam in fin.* & sic no. duobus[a] modis dici nauigium.

e ¶ *Si pedestre.* q[b] est iuxta aquá, quo[c] itur quandoq; funibus trahendo. quòd dicitur restara vel piarda vulgariter vel de eo per qđ descenditur vel itur ad aquam siue naues.

f ¶ *Deterius fit.* vnde non competit hoc interdictum.

g ¶ *Rapidius.* Facit *s. de aqua plu. arcen. l. j. §. ij.* Azo.

h ¶ *Aut nisi.* verba exceptionis, quę nó debet dari: rectè interdiceres si non. &c. Acc.

i ¶ *Extra quàm.* Et hęc verba except. rectè agitur si quid factum sit: extra quàm si &c. lex autem permittit quandóque: vt infra l. proxi. vel sic rectè ageres nisi quia feci lege permittente vel principe.

k ¶ *Tale.* aliàs vtile. aliàs tale. Sed contra. *s. de oper. no. nun. l. j. §. nunciatio. versic. quòd si quis in mari.*

l ¶ *Putat.* vt exemplo interdicti de flumi. pu. hic interdicatur, sicut de mari dictú est mutatis verbis tantùm: cum eadem sit sententia secundùm Roge.

m ¶ *Spiritus.* facit *s. ne quid in lo. o pu. l. ij. §. prætor ait quod in.*

n ¶ *Hæc verba, factum habes.* siue habes nunc siue non: quod dic vt *s. ne quid in loco pub. l. ij. §. restituas.*

o ¶ *Auctor.* i.[d] venditor.

Quo minus.] CASVS. Ex flumine publ. potest dici aqua nisi imperator aut senatus vetet. & hæc sút vera quando flumen non est nauigabile: vel ex eo nó fiat aliud nauigabile: de his enim fluminibus non posset duci aqua, cum hoc lex vetet. Franciscus. Accursius.

p ¶ *Aqua.* non tamen per viam publicam: *vt supra de aqua plu. arcen. l. si in publico. §. fin. & facit supra de serui. rustico. prædio. l. imperatores.* ¶ Quid si ducebam aquam ex flumine infra, sed alius incipit ducere supra, ita quòd me impedit: an potest? videtur quòd sic, per l. istam. Argu. contra. *infra tit. j. l. j. §. sunt autem qui. & s. ne quid in loco publi. l. ij. §. merito.* & videtur verius. Accur.

q ¶ *Non permittitur.* à lege, etiam si princeps permitteret, nisi[a] diceret, nó[b] obstante lege ista vel alia: *vt s. de aqua plu. arc. l. si autem. §. fin. & est arg. instit. de here. qua. & diff. §. testamenti.* Item ad hoc quod princeps[b] & senatus æquiualeãt in cócedẽdo, *facit supra de aqua plu. arcen. l. quod principi. & quod no. in l. si autem. in fin.*

Flumina.] CASVS. Flumina publica q fluunt, & ripæ eorum sunt publicę. ripa autẽ dicitur, quæ continet plenissimum flumẽ & ea loca cedunt ripæs quę incipiunt vergere siue declinare versus aquam vsque ad aquã nam ripæ & prædicta loca sunt publica quo ad vsum.

r ¶ *Publicæ sunt.* quo ad vsum, sed flumina[d] etiã quo ad proprietatẽ: *vt s. de rer. diui. l. nemo. in fi. & l. riparum.*

f ¶ *Continet.* quod & habes *s. l. j. §. ripa.*

t ¶ *Secundum.* i. iuxta.

u ¶ *Publica.* aliqua ergo & hoc subiicit, cũ ripæ &c. & dic ripæ datiuus[e]: & cedãt, scilicet loca. & dic cedũt, vt sint publica quo[f] ad vsum. ¶ Quod dicit vsque ad aquã[g], id est naturalem cursum aquæ: siue vnde naturaliter consueuit fluere. Quid ergo si inter[h] duos mõtes currit? Et videtur vsque ad cacumẽ montis esse publicum, cum semper vergit ad aquam. sed dic vergit propter attractionem aquæ: sed in prædicto casu non sic. Sed quid si nil vergit ꝑpter tractioné aquæ, quia saxosus est vsque ad aquam: Respond. dicam esse publicum vsq; ad locum quo plenissimú flumen excurrit: *vt & supra proxi. & argum. infra de verbo. signific. l. litus.*

Quæsitum est.] CASVS. Habeo prædia ex vtraque parte fluminis. volo facere pontem supra flumen. dicitur quòd non possum. & sic est lex cótra nos: habemus enim pontem pulcherrimú supra flumen in nostra villa delectabili nomine Ricardina. sed hæc lex non nocet, cú consuetudo nostræ ciuitatis sit in contrarium. supra vias enim publicas videmus quotidie fieri solaria, & super fluminibus pontes. Franc.

x ¶ *Non posse.* idem in domibus: quod dic *vt s. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatur.* Accur.

---

a Nauigiũ pro nauigatione & naui.

b Ripæ domini nó possũt in ripa facere aliquid quo impediatur iter, pedestre nauigationis quod est iuxta aquam.

c Iter pedestre nauigationis id esse aotelli gitur quo iuxta aquam itur trahendo nauem cum funibus, vel quo descenditur aut itur ad aquam siue naues vt hic. adde Capol. de serui. rust. c. 30 stando.

d Auctor pro venditore.

a Legi princeps derogare quemadmodum possit, & soleat.

b Clausula nõ obstãte lege, de qua vide Glossam.

c Senatus & princeps parandem potestatem habens in cócedẽdo.

† Duarenus putat legendum l. & in argumẽtio sequentium verborum.

d Flumina proprietate publica.

e Eleganter subaudi ... teneri l. j. § permittitur. inf. de aqua quotid.

e Ripæ vsu publica sunt.

f imò nominatiuus: Forcatel. ius Necyomã. nu. 86. num.

g Aqua pro naturali cursu aquæ.

h Ripa nõ censetur id omne inter quod est à flumine inter duos montes inferius discurrente ad cacumina vsque eorum montium, de quo. v Barto. tract. Tiberiade, & Cepolam tract. de seruitut. rustic. prædi. cap. de ripa 16. Forcatulu 86. Necyomant. ...

NE QVID IN FLVMINE PVBLICO ripáve eius fiat, quo aliter aqua fluat quàm, &c.

Differt à superiori[a] *tit. quia illud propter nauigij vtilitatem, hoc propter agrorum vel aliam quàm nauigij, prohibet in flumine fieri. Item ille de nauigabili vel quasi dicit, hic de omni flumine*: vt j.l.i. circa prin. *Item differt*[b] *ab inferiori: quia hic prohibetur fieri in publico, ibi contra vetat fieri vim facienti & vtenti. Accur.*

¶ Hoc quoque interdictum populare & tam restitutorium quã prohibitorium est. Ne quid fiat in flumine publico qua aliter aqua fluat quàm priore æstate fluxit & quod factum erit vt restituatur sumptibus eius qui fecit. hæc enim impensa pœna inest omnibus. interdictis quæ sunt de opere restituẽdo, in quam heres, vt arbitror non succedit. Cmac.

dictum prohibitorium: in secunda interdictum restitutorium. secunda ibi, Deinde ait prætor. Item prima subdiuiditur in quinque. primò ponit verba edicti. Secundo narratiunculam quandam per modum summarij cuiusdam. Tertiò exponit edictũ. Quartò quæstiones aptat ad primum edictum. Quintò declarat cui & contra quos hoc edictum competit. Secunda ibi, hoc interdicto. tertia ibi, ait prætor. quarta ibi, si quis ex riuo. quinta ibi, hoc interdictum cuiuis. Secunda pars principalis subdiuiditur in duas. Primò ponit verba edicti restitutorij. Secundo differentiam ostendit inter hæc duo interdicta. Secunda ibi, hoc interdictum.

[Ait prætor.] CASVS. Primò ponitur edictum, cuius sẽsus est ne quid fiat in flumine publico, vel eius ripa, per quod aqua aliter fluat quam priore æstate cõsueuit fluere. Secundo loquitur Vlpia. & dicit: hoc edicto prospicitur ne deriuationibus flumina excrescãt: & ne mutatis alueis vicinis damnum inferatur. & habet locum in flumine nauigabili, & nõ nauigabili: & is demum hoc interdicto tenetur, qui fecit opus vel aliquid immisit, per quod aqua aliter fluat quàm priore æstate consueuit fluere: nec inspicitur currat minus aquæ vel plus per hoc opus. sed si mutetur aquæ cursus, cum vel depressior fiat aqua vel altior, & sic rapidior, & sic lædantur ex hoc colẽtes circunquaque flumen. [SI QVIS EX RIVO.] Si ue ducebam aquam per riuum coopertũ, & nunc prædictum riuum aperio: vel econtra: & hoc fit damnum colentium agros ibi iuxta iter: si immutem alueum fluminis: hoc interdicto teneor. Secundo quæritur an subueniatur ei qui fecit opus causa ripæ muniẽdæ licèt per hoc opus aqua aliter currat: & videtur quòd non: cum ex hoc opere lædantur vicini. de æquitate tamen dicas contrarium: vt ipse non teneatur. idem & si muniat agrum suum ripis magnis, siue aggeribus, vt per hoc defendat agrum suum à flumine. nam non tenetur, licèt per hoc cursus aquæ mutetur. Tertio dicit: bene dixi teneri eum qui facit opus per quod aqua aliter fluit. Et bene dixi prætor priore æstate: cum in æstate magis sit certus cursus aquæ, quàm in hyeme. æstas autem finitur in autumno: & sic in fine æstatis ago de opere quod hac æstate est factum, inspicitur principium præcedentis æstatis, non proximæ. & datur hoc interdictum cuique ex populo, & contra eum qui facit vt aqua aliter fluat quàm sit consueta. datur & in heredem. & dic de hoc vt in glo. [DEINDE AIT PRÆTOR.] Nunc ponit aliud edictum, & est sensus: Si habes factum aliquid vel immissum in flumine publico vel in ripa eius, per quod aqua aliter fluat quàm priore æstate: debes id restituere, id est destruere. Secundò dicit, hoc edictum restitutorium est, & ad opera iam facta locum habet: primum autem prohibitorium est, & nondum facto opere locum habet. Item tenetur qui dolo malo fecit quominus haberet factum, id est possideret: & tenebitur hoc interdicto, & veniet interesse. Franc.

1\. VLPIANVS *libro sexagensimooctauo ad Edictum.*

Ait prætor, *In flumine publico, inve ripa eius facere, aut in id flumen ripámve eius immittere, quo aliter*† *aqua fluat quæ priore æstate fluxit, veto.* 1 ¶ Hoc interdicto prospexit prætor, ne deriuationibus min[a] concessis flumina exarescãt*, vel mutatus alueus vicinis iniuriã[b] aliquam afferat.

2 ¶ Pertinet autem ad flumina publica: siue nauigabilia sint, siue non sint. 3 ¶ Ait prætor: *Quo aliter aqua fluat*[c] *quàm priore æstate fluxit.* Non omnis ergo qui immisit, vel qui fecit, tenetur: sed qui faciẽdo vel immittendo efficit aliter quam priore æstate fluxit, aquam fluere. Quod autẽ ait, *aliter fluat*: non ad quantitatem[d] aquæ fluentis pertinet, sed ad modum[e] & ad rigorem cursus aquæ referendum est. Et generaliter dicendum est, ita demum interdicto quem teneri, si mutetur aquæ cursus per hoc quod factum est: dũ vel depressior vel artior † fiat aqua, ac per hoc rapidior fit cum incommodo accolentium. & si quid aliud vitij accolæ[f] ex facto eius qui cõuenitur, sentient: interdicto locus erit. 4 ¶ Si quis ex riuo tecto[g] per apertum ducere[h] velit: vel contra qui ante[i] aperto duxit, nunc operto velit[k], interdicto teneri placuit: si modò hoc factum eius incommodum circa colentibus adferat.

5 ¶ Simili modo & si incile[l] ducat, aut alio loco faciat*[m], aut si alueum fluminis mutet, hoc interdicto tenebitur. 6 ¶ Sunt qui putent excipiendum hoc[n] interdicto, *Quod eius ripæ muniendæ causa*[o] *non fiet*: scilicet vt si quid fiat quo aliter aqua fluat, si tamẽ muniendæ ripæ causa fiat, interdicto locus non sit. Sed nec hoc quibusdã placet. Neque enim ripę cũ incõmodo accolentiũ muniẽdæ sunt. Hoc tamen iure vtimur[p], vt prętor ex causa ęstimet, an hanc exceptionem[q] dare debeat. Plerúnq. enim vtilitas sua det exceptionẽ istã dari. 7 ¶ Sed & si[r] alia vtilitas vertatur ei qui quid in flumine publico fecit (pone enim grande damnũ flumẽ ei dare solitũ, prædia eius depopulari) si fortè ageres vel quã aliã munitionem adhibuit. vt agrũ suum tueretur, eáque res cursum fluminis ad aliquid[s] immutauit: cur ei nõ cõsulatur[t]? plerósque scio prorsus flumina auertisse, alueósque mutasse dũ prędiis suis cõsulunt. Oportet enim in huiusmodi rebus vtilitatem[u] & tutelam faciẽtis spectari, sine iniuria[x] vtique accolarũ[y]. 8 ¶ Is autem hoc interdicto tenetur, qui aliter fecit fluere quam priore æstate fluxit: & idcircò aiunt prætorem priorẽ æstatẽ cõprehendisse, quia † semper certior est naturalis cursui fluminum æ-

a ¶ *Minus*. i. non. à principe enim vel à senatu esset facienda. Accur.

b ¶ *Iniuriam*. id[a] est damnum: *vt infra de iniuris. leg. j. circa princip.*

c ¶ *Aqua fluat.* facit *supra de ser. cord. prima. §. persuadere. & infra de verborum significat. leg. sæpe.* Accursius.

d ¶ *Ad quantitatem.* scilicet quod currat minus vel plus, nisi qualitas cursus mutetur, quòd vel citior, vel tardior, vel strictior, vel latior, vel altior, vel depressior sit, ita quòd sit incommodum vicinorum.

e ¶ *Admodum.* id[b] est qualitatem. Vel id est vt modo fluat vt priore ęstate.

f ¶ *Accolæ.* aliàs accolæ, & aliàs accolentes. Accur.

g ¶ *Si quis ex riuo tecto.* i. cooperto quod licebat.

h ¶ *Ducere velit.* id est qui ante ducebat per riuum coopertum, nunc vult ducere per apertum.

i ¶ *Ante.* id est priore æstate. Accur.

k ¶ *Velit.* scilicet ducere.

l ¶ *Incile.* locus[c] vbi lapis vel terra incidit, vt aqua de flumine trahatur: *vt infra de riuu. leg. j. § incile.*

m ¶ *Faciat.* quàm fuerat scilicet incile.

n ¶ *Excipiendum hoc.* id est exceptione repellendum. hoc scilicet modo &c. quasi dicat, bene me conuenirẽs, nisi ripæ muniendæ causa facerem.

o ¶ *Muniendæ causa,* secundùm quorundã opinionem. Accursius.

p ¶ *Vtimur.* spretis prędictis sententiis.

q ¶ *Exceptionem dare* Contra. *s. titu. j. l. j. § Labeo.* Sol ibi erat damnum nauigij: hic autem non erat vicinorum.

r ¶ *Sed & si.* & ita domum, &c. Azo. vel melius non solum muniendæ eius ripę, sed &c. *& facit C. de palu. l. j. & j. titu. j. l. j. §. is autem.* Accursius.

s ¶ *Ad aliquid.* i. aliquantulum.

t ¶ *Consulatur.* q. d. bene consulitur.

u ¶ *Vtilitatem.* maximam. Accur.

x ¶ *Sine iniuria.* maxima. ad quod est[d] *C. de prec. impe. of. l. ij. & supra ne quid in loco pub. leg. ij. §. si quis quod. versi. aduersus & §. quis à principe. & supra de aqua plu. l. j. § de eo. in fin. & supra de ædil. edi. leg. quis sit fugitiuus. § apud. & supra de serui. restitut. præ. leg. imperatores.*

y ¶ *Accolarum.* aliàs accolentium.

Marginalia: a Interdictũ Ne quid in flumine publico &c. ab interdicto in fluminibus differentia. — b Interdicti Ne quid in flumine publico ab interdicto, Vt in flumine publico &c. differentia. — ¶ Aliter dictio qualitatem denotat, non quantitatem. — * Flo. exarescant. — † altior. — a Iniuria pro damno. — * fiat. — b Modus pro qualitate. — c Incilia. — † Tempus magis certũ, semper inspici oportet. — d Princeps iniuria alteri inferenda potestatem nemini facit.

Nec

a ¶ *Nec ad instantem*.id est præsentem.

b ¶ *Indubitatior est*.aliàs indubitabilis:& aliàs indubitatior.

c ¶ *Refertur*. vt scilicet tunc finiatur. ac incipit[a] in æquinoctio vernali.& hoc largè accepto vocabulo: & sic cótinet sex menses: *vt j.de aqua quoti. & æsti.l.j.§.æstatem.* Sed strictè continet tres: cū in quatuor[b] partes diuidatur annus, secundùm cóputum: scilicet hyemē, ver, æstatē, & autumnū & quælibet pars habet tres méses: & est æquinoctiū[c] autūnale in nocte sancti Matthæi:& sic decimo die exeunte Septēbri sed vernale decimo die exeūte Martio: & p consequēs potes scire qualiter etiā quatuor tēpora diuiduntur accepto medio inter prędicta, & dicitur æquinoctiū[d], quia dies & noctes coæquātur: qđ bis in anno cótingit.s. in autūno & vere: *vt j.de aqua quoti. & æsti.l.j.§.æstatem.* Accur.

a Aestas latissima significatione ab æquinoctio verno incipit, sequ: méses continet: strictè, tres tantum.

b Anni in quatuor diuisio.

c Aequinoctium autumnale & vernale quādo incipiat.

d Aequinoctium vnde dictum.

* Flo.qui deleges.

d ¶ *Interdicetur*. i. de eo quod de hac æstate fuit factū, interdicetur adeò quod si in fine æstatis ago, inspicietur qualiter cucurrit etiā in principio præcedentis æstatis: & sic ferè per.xviij. mēses retro. Si autē in fine hyemis ago, inspicitur etiam principiū prioris æstatis,nó dico prox,si fortè in principio fluxit, non postea: & sic ferè ad duos annos retro inspicitur:vt hic subiicit.*& j.de aquæ quot.& æsti.l.j.§.priorē.* Accur.

e ¶ *Non proximæ*.cum enim prior sit inspiciēda, vt verbis edicti dicitur: prius autem est proprie q aliquid habet post se: sed proxima[e] æstas nullam habet post se:ergo præcedens inspicitur: *vt d.§.priorem.arg.tamen contra insti.de lege.agna.succes.§.si plures. & infra de verb.signi.l.in vulgari & l.proximus.& l proximi.*

e Proxima dicitur propriè quæ immediatè, seu nullo medio intercurrente, se contingunt.

state potius quam hyeme. Nec ad instantem[a] æstatem, sed ad priorem interdictum hoc refertur: quia illius æstatis fluxus indubitatior[b] est. Æstas ad æquinoxium autūnale refertur[c]: & si fortè æstate interdicetur[d], proxima superior æstas erit intuenda. si verò hyeme, tunc non proxima[e] hyemi æstas, sed superior erit inspicienda.

9 ¶ Hoc interdictū[f] cuius ex populo cópetit: sed nō aduersus omnes, verú aduersus eú qui id egit[g]* vt aliter aqua flueret, cūius nó haberet. 10 ¶ Hoc interdictum & in heredes[h] competit.

11 ¶ Deinde[i] ait prætor: *Quod in flumine publico ripáve eius factū, siue quid in flumen ripámve eius immissū habes: si ob id aliter aqua fluit atq. vti priore æstate fluxit, restituas.*

12 ¶ Hoc interdictū restitutorium proponitur. superius[k] enim prohibitoriū est: & pertinet ad ea quæ nondum facta sunt. Si quid igitur iam factum est: per hoc interdictum[l] restituetur: si quid ne fiat, prospicitur: superiore interdicto erit vtédum. & si quid post interdictū redditū fuerit factum, coercebitur[m]. 13 ¶ In hoc interdicto restitutorio non est iniquum (vt Labeo ait) venire etiam quod dolo factum est quominus haberes.

f ¶ *Hoc interdictum*. scilicet prohibitorium, quod est supra *eo. in principio.*

g ¶ *Id egit*.aliàs qui id agat:faciendo scilicet, vel immittendo.

h ¶ *Et in heredes*.lite contest. cum defuncto, vel vt præstet patientiam restituendi, vel vt restituatur.¶ Sed quomodo restituitur quod nec[f] est factum? est enim hoc prohibitorium: *vt j.§.hoc interdictum.* dic ergo in heredes non quasi in heredes, sed quasi possessores. hoc autem dico ne obsit. *j.de popu. act.l.fi*, vbi dicitur popularem[g] actionem non dari in heredes:hoc autem est populare: *vt s.proxi.§.*

f Restitui an possit quod non est factū.

g Actio popularis vtrum detur in heredes.

i ¶ *Deinde*.hoc est secundùm edictum:& est restitutorium: superius prohibitorium: *vt j.proxi.§.*

k ¶ *Superius*.de quo dictum.*s.eo.l.j.vsque ad §.deinde.*

l ¶ *Interdictum*.s.prohibitorium.

m ¶ *Coercebitur*.i.destruetur hoc interdicto secundo. ¶ Sed quid si primum non fuit motum:an secundum habeat locū? Innuit hic quòd non. Sed dic contra: *vt s.de ope.no.nun.l.j.§.j.* Accur.

n ¶ *Haberes*. Sed qualiter fiet condemnatio hoc casu? Resp. pro interesse agentis:& iurabitur[h] in litem: *vt ar.j.quod vi aut clam.l.semper.§.in hoc interdicto.* Vel dic vt no. *s.ne quid in loco publi.l.ij.§.pe.* ¶ Item an sit populare? Respon. sic, sicut & superius: *vt s.§.hoc interdictum cuius.* Accur.

h Iuratur in litem aduersus eum qui dolo desiit habere.

VT IN FLVMINE PVBLICO nauigare liceat.

Differt à superioribus:vt notaui supra in proxi.rub.

¶ *Hoc verò interdictum est populare, sed prohibitorium, non restitutorium, Ne vis fiat ei qui nauigat in flumine, lacu, fossa, stagno publico, vel qui in flumine publico piscatur vel qui aliàs eo vti oportet vtitur ripáve fluminis. quod exemplo tituli 8. & 12. produceret quis etiam ad eum qui in mari vel in litore nauigare, piscari aut ædificare prohibetur. Iure enim gentium cuilibet in mari & in litore ædificare licèt, dum[a] ne nauigationem, portum aut stationem deteriorem faciat, non in flumine publico ripáve eius. & quod scribitur interdictum non[b] dari ei qui in mari piscari aut nauigare prohibetur, forsitan acciperet non male de directo interdicto, non etiam de vtili. idem si in mari vel litore ædificare prohibeatur. Cuiacius.*

a Aedificare in mari, eiusq; litore quatenus liceat.

b Interdictum an & quod detur ei qui in mari piscari, nauigare vel ædificare prohibetur.

VT IN FLVMINE PVblico nauigare liceat.

TITVLVS XIIII.

1. VLPIANVS *libro 48. ad Edictum.*

PRetor ait: *Quominus illi in flumine publico nauem, ratem agere: quóve minus per ripam onerare, exonerare liceat vim fieri veto. Item vt per lacū, fossam, stagnum publicum nauigare liceat interdicam*[o].

1 ¶ Hoc interdicto ꝓspicitur ne quis in flumine publico nauigare prohibeatur. Sicuti enim ei qui via publica vti ꝓhibeatur, interdictū supra propositū est[p]: ita hoc quoq; ꝓponédū prętor putauit 2 ¶ Si priuata sunt suprascripta[q]: interdictū cessat. 3 ¶ Lacus[r] est, q꞉ꝑ perpetuā habet aquam.

4 ¶ Stagnum est, qđ tēporalē cōtineat aquá ibidē stagnantē, quę quidē aqua plerúnq. hyeme cogitur[s]. 5 ¶ Fossa est receptaculum aquę manu facta[t]. 6 ¶ Possunt autē ēt hæc esse publica †[u].

7 ¶ Publicano planè q lacum vel stagnum códuxit si piscari ꝓhibeatur, vtile interdictum[x] cōpetere Sabinus cōsentit & ita Labeo. Ergo & si à municipibus cō ductum habeat: æquissimum erit ob vectigalis fauoré interdicto eú tueri[y]. 8 ¶ Si quis velit interdictum tale mouere, vt loc[z] deprimatur pecoris appellēdi gratia:

PRætor ait.] CASVS. Ponit edictū quo vetat fieri vim volēti ducere nauē siue ratem per flumē. Itē vim fieri ꝓhibet volenti onerare & exonerare nauē in ripa fluminis. Itē prohibet vim fieri volēti nauigare p lacū, per fossam & per stagnum publicū: & qui prohibetur à prædictis, habet hoc interdictū ne ꝓhibeatur. Postea loquit Vlpia. & dicit, per hoc interdictū prouidetur ne vis fiat volēti nauigare per flumen publicū. sic & aliàs positum est interdictum, ne vis fiat volenti vti via publica: vt de hoc habes. *s.ne quid in lo.o pu. l. ij.§.fin.* quæ autem dixi de lacu, stagno & similibus: vera sunt, si erant publica. Postea dicit quid sit lacus, & q d sit stagnū, & quid sit fossa: & prædicta possunt esse publica, & priuata. Postea dicit: qui cōduxit stagnū vel lacū publicum, si prohibeatur piscari in eo, habet hoc interdictū vtile. Idem si à ciuitate quis conduxit lacū Perusinum. Sed si quis vult agere vt ripa fluminis deprimatur, vt sic pecora possint ire inde ad bibendum, non auditur. si autem prohibeas me ducere oues ad bibendum, in flumine publico: habeo hoc interdictum. Fran. Acc.

† Sic emendanda & dispungenda est vulgaris lectio, antea conturbata. Anton. Aug. li.1.c.9.

o ¶ *Interdicam*.i.interdictum proponam quo vetabo fieri impedimentum nauiganti. ¶ Sed nunquid vtile[c] dabitur de mari ad instar huius, & ad instar viæ publicæ, de qua subiicit? Respon. sic, *vt no. s. ne quid in loco publi.l.ij.§. si quis in mari.* Accur.

c Interdictū vt in flumine publico nauigare liceat, vtile datur, vt in mari nauigare liceat.

p ¶ *Propositum est*.vt.*s.ne quid in loco publi.l.ij.§.fin.* Accur.

q ¶ *Suprascripta*.flumen lacus, stagnum &c. Accur.

r ¶ *Lacus est*.facit *s.de adquir.re.do.l.lacus.* Accur.

s ¶ *Cogitur*.aliàs cogitur: aliàs colligitur. Accur.

t ¶ *Manu facta*.vt sæpe fit intra castra.

u ¶ *Publica*.ad *quod est infra de verb.sign.l.littus.ij.*

x ¶ *Interdictum*.non hoc, sed superius. *s.de loco publ.fru.l.j.in prin.* Vel dic hoc & illud simul concurrere hoc casu. *& facit j.de iniur.l.iniuriarum.j.§.conductori.*

y ¶ *Tueri*.aliàs tueri.& tunc eum, scilicet conductorem. aliàs teneri. & tunc eum qui prohibuit conductorem vti. Accur.

z ¶ *Locus*.ripæ fluminis.

DE RIPA MVNIENDA.

Scilicet publici fluminis.

¶ *Et hoc quoque interdictum, Ne[d] vis fiat tuenti, reficienti, munienti ripam fluminis agrumue qui circa ripam est, prohibitorium est non restitutorium. ex hac enim causa etiam in flumine publico ripáve eius ædificare licet. nec aduersus eum qui ædificat nuntiatio tenet. Cuiacius.*

d Interdicti de ripa munienda sententia.

PRætor ait.] CASVS. Primo ponit edictū quo est cautū ne vis fiat volēti facere op[?] causa ripæ, agrive qui circa ripā est, tuendi: dū ne ob id nauigatio deterior fiat dū tamē caueat vel satisdet de dāno infecto si q intra x. an. contingeret: vel paratus sit cauere vel satisdare. Postea lo-

quitur Vlpia. & dicit: & valde est vtile reficere ripas. sic & aliàs est interdictum propositum circa vias publicas reficiendas: vt habes ſ. de via publi. l. j. & bene dixit prętor, dum ne ob id nauigatio deterior fiat. nam secus esset si fieret deterior. is ergo qui vult reficere ripam fluminis debet cauere vel satisdare secundùm qualitatē personæ, quod expone vt in glo. domini mei Ac. & præstabitur vicinis qui habēt agros ibi iuxta: etiam si sint agri ex alia parte fluminis: & debet præstari ante opus factum. nam post opus perfectū non præstabitur hęc cautio, sed si damnum det, habet locum subsidiaria Aquil. scilicet in factū. Vltimò dicit. ea quæ dicta sunt in ripa fluminis munienda, habent etiam locum in ripa stagni & lacus & fossæ. Franciscus.

a ¶ *In annos decem.* i. vsque ad decimum annum: quo finito, noua interponitur cautio. Accursius.

b ¶ *Vel cautum.* idem prætor videtur sibi cōtrarius[a], *nam ſ. de dam. infec. l. prætor. §. de eo. quæ est contra.* dicit simpliciter satisdandū: hic adiicit, vel cautū. Sol. aliàs præcisè satisdat: Sed hic quia publicè expedit fieri, quandoq; cauet. 2. Vel verius illud cum eadem distinctione recipitur qua istud: quam dices j. eo. §. *is autem.* Accursius.

c ¶ *Propositum est.* vt *supra de via pub. l. j.*

d ¶ *Non est.* aliàs agitur ex illo edicto: *vt ſ. de flu. l. j. in prin. ad quod est tit. t. de interdi. §. prohibitoria.*

e ¶ *Qualitatem.* vt[b] si suo nomine petat quis: ei satisdandum est. si nomine publico, debet repromitti: *vt ſ. de operis no. nun. l. non solum. §. si cum.* Vel dic econtra si ille qui promittit, caueat suo nomine: debet repromittere, si alieno satisd. re: *vt j. de præto. stipu. l. j. §. stipulatio.* sed sufficit cautio, secundùm Ir. Vel dic si sit honestæ[c] vitæ probatæque, sufficit cautio, secundùm quosdam. Nec ob. *ſ. de dam. infec. l. prætor. §. de eo.* vt in princip. huius l. dixi.

f ¶ *Facultas.* quia prohibitorium est: & non restitutorium.

g ¶ *Datum.* aliàs datum: & aliàs factum.

h ¶ *Aquil.* i. ex mente huius. vt in factum subsidiaria Aquil. *vt argu. supra. de serui. vrba. prædi. l. si fistula.*

[a] Satisdare & cauere differunt.

[b] Satisdatio quemadmodum fiat pro qualitate personæ.

[c] Satisdationis onus remittitur hominis vitę honestæ & probatæ. vt hoc casu animiuertus sufficiat pro satisdatione & simplex cautio sufficiat. de quo v. plenissime Tiraquellum de pœnis causa, gl. nu. 37 consequentibus. ad. de Gl. i. pon. in verbo [illegible] supra ar. per tit. [illegible].

* appellatur. Vide in hunc titulum Ag. genum Vrbicum tit. de cōtrouersiis, & tit. de alluuio nibus.

nō debet audiri. & ita Mela scribit Idem ait, tale interdictū cōpetere, ne cui vis fiat quominus decus ad flumen publicū ripámve fluminis publici appelletur.

DE RIPA MVNIENDA.
TITVLVS XV.

1. VLPIANVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

PRætor ait: *Quo minus illi in flumine publico ripáve eius opus facere, ripæ, agrive qui circa ripam, est tuendi causa liceat, dum ne ob id nauigatio deterior fiat: si tibi damni infecti in annos decem[a] viri boni arbitratu vel cautū[b] vel satisdatum est, per illum non stat quominus viri boni arbitratu caueatur vel satisdetur, vim fieri veto.*

1 ¶ Ripas fluminum publicorum reficere, munire, vtilissimum est. Sicuti igitur de via publica reficienda interdictū propositū[c] est, ita etiá de ripa fluminis munienda proponédū fuit.

2 ¶ Merito adiicit, *dū ne ob id nauigatio deterior fiat.* Illa enī sola refectio toleráda est, quæ nauigio nō est[d] impediméto. 3 ¶ Is aūt q ripam vult munire, de damno futuro deberet vel cauere vel satisdare secundùm qualitatem[e] personæ. & hoc interdicto expressum est, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur, vel satisdetur.

4 ¶ Dabitur autem satis vicinis: sed & his qui trans flumen possidebunt. 5 ¶ Etenim curádū fuit, vt eis ante opus factū caueretur. Ná post opus factū persequédi hoc interdicto nulla facultas[f] superest, etiá si quid dáni postea datū[g] fuerit. sed lege Aquilia[h] experiédū est 6 ¶ Illud notandū est, q ripæ lacus, fossæ, stagni muniédi † nihil prætor hic cauit: sed idem erit obseruandum quod in ripa fluminis muniēda.

† muniendi tuendi causa.

DE * VI, ET DE VI armata.
TITVLVS XVI.

1. VLPIANVS libro 69. ad Edictum.

PRætor ait: *Vnde † tu[i] illum vi deiecisti, aut familia[k] tua deiecit: de eo[l], quaque ille tunc ibi[m] habuit, tan-*

* Rectè sic inscribitur Flo. nec admitto eorum emendationem qui ita mutāt vnde vi & de vi armata, quia interdictum illud vnde vi simpliciter appellatur, interdictum de vi l. Si quis vi sup. de adquir. possess.

† Vnde particula, significat locum cohærentem solo & etiā immobilem: & etiam requirit rem esse possessam. Barp.

DE VI ET VI ARMATA.

¶ *Primum in genere, secundum in specie, & est idem quod vnde vi & continua: Dictum est* ſ. de interdi. adipis. pos. vt quo. bo. & quo. leg. *nunc recuperande. Vel dixit de prohibitoriis: nunc de restitutoriis:* vt Institu. de interdi. §. 1.

¶ *In hoc titulo proponuntur duo interdicta restitutoria. Et sciendum est interdicta restitutoria[d] dici dupliciter, vel quod restituunt possessionem vt ti. 2. & 3. ſ. vel quid restituunt opus vel aliud quodcunque factum est vt tit. 4. 6. 8. 12. 13. 20. 23. 24. Et quæ restituunt[e] possessionem[e] vel est comparata ad possessionem adipiscendam quam nacti ante non fuimus vt tit. 2. & 3. & 33. vel ad possessionē amissam recuperandam, qualia sunt duo interdicta de vi quæ hic titulus habet: prius est de vi cottidiana, Posterius de vi hominibus coactis armatisve. illud datur sub exceptione si is qui interdicit eo tempore deiectus est quo rem solo possidebat vel quo vsum aut vsufruct. quasi possidebat, hoc sine exceptione, illud ei qui ab eo qui deiecit nec vi clam nec precario possidebat, hoc etiam ei qui ab eo his rationibus possidebat, illud intra annum, hoc verò perpetuò, ac præterea illo patronis & parentibus partimus, non isto. Competunt autem tam de re publica quam de re familiari.* l. iurisgentium. §. pacta. De pac. *Et his simile est interdictum[g] de Clandestina possessione.* l. 7. §. Iulianus Com. diuid. *Cuia.*

d Interdicta restitutoria dupliciter dicuntur, vel quod possessionem, vel quod opus factum restituunt.

e Interdicta restitutoria possessionis.

f Interdicta duo continentur sub hoc rubrica de vi & vi armata, vnū de vi quotidiana, alterum de vi armatis vel coactis hominib. facta & eorum differentia.

g Interdictum de clandestina possessione.

PRætor ait] CASVS. Ponit edictū, cui' sēsus est: Si deiecisti aliquē de loco quē possidebat, vel familia tua deiecit habebit ei interdictū cōtrà te ad recuperádá pos. Itē ad ōne id q ibi p hoc amisit; licèt ad te nō peruenit, dat ei interdictū hoc cōtra te intra annū, de eo autē q venit ad te, datur ei hoc interdictū perpetuo. Postea loquitur Vlpi. & dicit, hoc interdictum datur deiecto: & valde est æquū subuenire deiecto. & per hoc interdictū restituitur possessio deiecto. & vis non solū prohibetur hoc edicto, sed etiá legibus Iuliis publicorū & priuatorum: itē & cōstit. principū. Postea dicit: hoc interdictum habet locum cum quis deiicitur de possessione: & pro vi atroci cōpetit id est in qua dolus inest: & eis cōpetit qui deiiciūtur de solo, siue area, siue domo, siue superficiaria insula quis deiectus est, pro re autē mobili abrepta vel subrepta nō habet locū hoc interdictū: sed sufficit furti & vi bo. rap. act. ad exhibendū. in casu tamen hoc fallit. si enim in domo vel in fundo de quo sum deiectus, erant res mobiles & has amisi: habeo interdictū etiá nomine prædictarū rerū. Si autē de naui sum deiectus, vel de vehiculo: non competit hoc interdictum. secus si de domo lignea, vt de parietib' facta deiectus sum. nam habet locum hoc interdictū nec refert an deiectus possidet ciuiliter, id est animo & corpore, vel animo solo: an naturaliter, vt fructuarius qui possideat pro suo, id est pro iure quod habebat, hinc est quod si vir donet fundum vxori, & ipsa deiiciatur: habet hoc interdictum: colonus autem licèt deiiciatur de agro quem colit, non habet locū hoc interdictū. [AIT PRAETOR.] Nūc exponit Vlp. quædam verba edicti, hæc scilicet deiecisti: aut familia tua deiecit. & bene est habita mētio familiæ: nā per primum verbum. s. deiecisti, continetur tantùm deiiciens: nec pertinet ad eum cuius familia deiecit. tenetur ergo per primum verbum, qui suis manibus deiecit, vel iussit aliquibus vt deiiciant. hinc est quod & si familia mea te deiecit meo iussu: ego videor deiecisse. Postea dicit: si procurator meus ad hoc cōstitutus te deiecit: & ipse tenetur, & ego, & vno nostrum litis æstimationem præstante, alter liberatur. Idē est & si aliquem deiecisti sine meo mandato præcedente: tamen habeo ratam deiectionem: nam teneor: & sic ratihabitio comparatur mandato. Quod autem de familia dictum est in edicto, sic intelligas: vt si sine meo iussu deliquit familia mea te deiiciendo: factum eius emēdem hoc modo. nam id quod ad me peruenit ex illa deiectione, reddam: pro residuo autem liberabor dando familiam pro noxa: nec videor damnum pati, cum in hoc sit permissum seruis damnificare dominos. Appellatione autem familiæ cōtinentur & plures serui: & etiam vnus seruus si deiiciat aliquem, videtur familia deiecisse. & appellatione familiæ cōtinentur & ij quos tenemus vt seruos, putà libertos & liberos homines quos tenemus vt seruos nostros, si tamē volo defendere familiam seruorum meorum quæ deiecit aliquem: teneor saltem quod ex hac deiectione habui, reddere. si autem filius meus vel famulus vi deiecit aliquem, teneor vtili hoc interdicto vt reddam quod ad me peruenit ex hac deiectione. Vltimò dicit: familia tua deiecit me de fundo quem possidebam: tandem mouet quidam tibi quæstionem seruitutis, dicens te non esse liberum. tandem inchoata liberali causa egi cōtra te hoc interdicto: & postea fuisti liber pronūtiatus. tādem probaui qualiter familia tua me deiecit: debes mihi restituere possess. fundi. h. d. vsque ad §. seruus. Fran. Accur.

i ¶ *Tu.* qui conueniris. & construe, dabo iudicium supple de ea possessione restituenda vnde vi, &c.

k ¶ *Familia.* non tua voluntate. aliàs tu videris deiecisse: *vt infra §. ait prætor. versi. merito. & §. sequenti.* sic frustra poneres hic de familia.

l ¶ *De eo.* repete dabo iudicium de eo resti. &c.

m ¶ *Ibi.* i. in ipsa possessione, mobilia putà, vel se mouentia. & hoc secundario, non principaliter: *vt j. §. illud.*

Annum,

a ¶ *Annum.* vtilem: vt ℥. eod. §. annus. & ad idem. ff. eod. l. ij. & de except. l. lic t. & adde, non distincto peruenerit ad m, vel non: propter id quod subiicit, post annum, &c. aliàs cōdictio [a] per l. si quis in tantam. C. vnde vi perpetua est: vt ℥. de perpet. act. in prin. & fa. sup. de interdi. l. ex quibus. & supra communi. diui. l. communi diuidendo §. Iulianus. Acc.

b ¶ *Ad eum.* i. ad te qui deiecisti. & est apostrophe [b], id est mutatio personarũ. sic C. de transac. si pro fundo.

c ¶ *Ad recuperandam.* Est enim spoliatus [c] statim restituendus: & postea causa proprietatis agenda: vt C. si per vim vel alio modo. leg. j. Accur.

d ¶ *Priuatorum.* f. iudiciorum, i. Vel dic delictorũ: & per. l. Iul. de vi publi. & priua. vt infra de leg. Iul. de vi public. & priua. quarum pœna est vt Institu. de publ. iud. §. item lex. & facit Instit. de interdictis. §. recuperandæ. & §. sed ex constitutionibus. vers. qui autem.

e ¶ *Constitutionibus principum.* quæ sunt C. vnde vi. l. si quis in tantam. & in aliis titulis, & C. finium re. si constiterit. & ℥. quod metus causa. l. extat. Sed lex extat, locũ habet quando nõ est facta vis, sed sua auctoritate alienã rem temere apprehenderit, etiam clã. Sed hoc interdictum quando vis est facta cũ armis, vel sine armis, dolo malo. Sed si quis in tantam, etiam sine dolo: cum detur contra eum qui credidit sibi licere: vt Instit. vi bo. rap. §. ij. Itẽ hoc in immobili tantum: vt ℥. §. ad eos. & §. illud. illa etiam ad mobilia: vt Instit. vi bo. rap. §. pen. & sic quandoque concurrit hæc cum illa & potes addere modos quibus violentiæ puniuntur: vt not super l. illa ex stat in glo. fina. vers. scienclam. Accursius.

f ¶ *Deijciuntur.* vi expulsiua, nõ compulsiua: vt ℥. e. §. f um.

g ¶ *Atrocem.* i. [d] quæ dolo fit, cum armis, vel sine armis. H. Vel atrox dicitur [e] quæ fit contra bonos mores: nullo intercedente consensu patientis: vt d. l. si rerum.

h ¶ *Superficiaria.* idem in fructuario & vsuario: vt infra eod. l. iij. §. vnde vi. & §. seq.

i ¶ *Non pertinere.* scilicet principaliter.

k ¶ *Agi.* quod non est in immobili: quia se exhibet. vt C. quando. & qui. l. y. §. hoc vbi.

l ¶ *Ambigendum.* aliàs ambigendum: aliàs ambiguum. & hoc secundum Io. vt hic patet. & ℥. e. proxi. respon. & infra eod. §. si fundum. & ar. supra de ser. corru. l. si quis. §. si. & l. seq.

m ¶ *Driectus.* aliàs detractus: aliàs deiectus.

n ¶ *Qualequale.* aliàs vt Pi. qualequale. aliàs quale, quidve.

o ¶ *Cohæreat.* vt [e] ei cedat: vt supra de adquir. re. do. adeo. §. cũ in suo. aliàs secus: vt eod. tit. Titius. Sed quid [f] de arbore? Accur.

p ¶ *Ciuiliter.* dicit Ir. i. iustè [g], naturaliter [h], i. iniustè pro quo est quod subiicit de vxore: vt infra. e. §. qui vi. & sic etiam exponebat quod subiicit naturali, id est iniusta: pro suo id est ciuili siue iusta.
2. Alij dicunt, vt H. ciuiliter. i. animo: naturaliter, id est corpore

---

[Marginal notes, left:] a Ita scribitur arg. in tantam C. vnde vi. de quo v. Bald. in tract. de pra scription. 4. parte 4. quæst. 10. b Apostrophe pro mutatione personarũ. c Spoliatus statim & ante omnia siue in temporalibus siue in spiritualibus restituendus est vt hic. de quo v. S. in l. ver. de restit. spoliator. Specul. regula Spoliatus 179. † Vide Erasm. Chil. 3. cent. 10 prouerb. 64. d Flo. hoc. d Iniuria atrox dicitur ex magnitudine vulneris: vt in Specu. de iniur. §. 7. ver. f. item ex aspectu. Specul. de probat. §. 5. ver. 4. & l. vnica de iniur. & respectu loci: vt oculis, vel capitis: vt Ü. prætor. §. fi. & ex pers. e Gl. & doc. i. atrocia sit de iniu e Immobili hoc censetur solo affixa. f Arbore deiectus solo cohæreat, interdicto de vi vti potest, adde Glossam. l. 7. §. in verbis circa arbores inf. quod vi aut clam. g Possideres ciuiliter an idẽ sit quod iuste, quod aut ss. h Possidere naturaliter eandem, quod iniuste, quod corpore & animo.

tũmodo intra annum [a]. *post annũ de eo quod ad eũ* [b] *qui vi deiecit peruenerit iudiciũ dabo.* 1. ¶ Hoc interdictum proponitur ei qui vi deiectus est. etenim fuit æquissimum, vi deiecto subuenire: propter q̃d ad recuperandam [c] possessionem interdictum hoc proponitur.

2 ¶ Ne quid autem per vim admittatur, etiam legibus Iuliis prospicitur publicorum & priuatorum [d], nec non & constitutionibus principum [e].

Hoc interdictum non habet locum pro violentia compulsiua, sed expulsiua. Bartolus.

3. ¶ Hoc interdictum non ad omnem vim pertinet, verùm ad eos qui de possessione† deiiciuntur [f]. Ad solã autẽ atrocem [g] vim pertinet hoc interdictum: & ad eos tantùm qui de solo deiiciuntur: vt putà de fundo, siue ædificio: ad alium autẽ nõ pertinet. Et si quis de area deiectus sit: sine dubio interdicto locus est. 4. ¶ Et generaliter ad omnes hoc pertinet interdictum, qui de re solo coherẽti deiiciuntur. Qualisqualis enim fuerit locus vnde quis vi deiectus est interdicto locus erit. 5 ¶ Proinde & si superficiaria [h] insula fuerit qua quis deiectus est: apparet interdicto fore locum. 6. ¶ Illud vtiq. in dubium nõ venit, interdictum hoc ad res mobiles nõ pertinere [i]. nã ex causa furti, vel vi bonorum raptorum actio competit. potest & ad exhibẽdum agi [k]. Planè si quæ res sint in fundo vel in ædibus, vnde quis deiectus est: etiã earum nomine interdictum cõpetere non est ambigendum [l]. 7. ¶ Si quis de naue vi deiectus †est, huic [m] interdicto locus nõ est: argumento eius qui de vehiculo detractus est: quem nemo dixit interdicto hoc vti posse. 8. ¶ Planè si quis de ligneis ædibus deiectus fuerit nemo ambigit interdicto locum fore: quia qualequale [n] sit quod solo cohæreat [o], inde qui vi deiectus est, habet interdictum,

Quacunque possessione quis rem soli detineat. si deijcitur, habet locum hoc interdictum. h. d.

9. ¶ Deiicitur is qui possidet, siue ciuiliter [p] siue naturaliter possideat. nã & naturalis [q] possessio ad hoc interdictum pertinet.

10. ¶ Deniq. & si maritus vxori donauit, eáque deiecta sit: poterit interdicto vti [r]: non tamen si colonus [s].

Commodum est non modicum, singulas res singulis verbis aut propositionibus exprimere. hoc dicit.

11. ¶ Ait prætor: *Deiecisti aut familia deiecit.* Meritò familiæ mentio habita. Nam cum *deiecisti* verbum refertur ad personam eius qui deiecit. nec pertineat ad eum cuius familia deiecit (nec enim ego videor deiecisse, si familia mea [t] deiecerit) consequens fuit addere, *aut familia tua deiecit.*

Hoc interdicto tenetur mãdãs sicut mãdatarius: vno tamẽ satisfaciẽte alter liberatur, & potest cũ vtroque agi. hoc dicit.

12. ¶ Deiecisse autẽ etiã is videtur, qui mãdauit vel iussit [u] vt aliquis deiiceretur. Parui enim referre [x] visum est, suis manib. quis deiiciat, an verò per alium. Quare & si familia mea ex volũtate mea deiecerit ego videor deiecisse.

13 ¶ Quotiens verus [z] procurator deiecerit: cum vtrolibet [a] eorum, id est siue domino, siue pro curatore agi posse Sabinus ait: & alterius nomine alterum † eximi [b]: sic tamen [c], si ab altero

& animo. vt quia insistebat pro quibus infra eod. §. interdictum autem. & §. fine autem. Vel dic ciuiliter, id est animo & corpore. vel animo solo: Naturaliter, vt in fructuario: vt supra de adquir. poss. naturaliter. & infra eod. l. iij. §. vnde vi. & his etiam duobus modis expone quod sequitur nam & naturalis. &c.

q ¶ *Et naturalis.* Plac. exponit, naturalis & pro suo: adiecta copula. & secundùm hoc opp. de fructuario qui non possidet pro suo. & tamen hoc interdictũ habet: vt ℥. eo. leg. iij. §. vnde vi. Sed resp. i. mò pro suo scilicet iure quod habet. Tu expone vt prædixi. Alij non habent pro suo.

r ¶ *Iure dicto vti.* quanuis contra ius ciuile possideat.

f ¶ *Si colonus.* f. deiiciatur, poterit [a] interdicto vti: quia non possidet [b], nisi prius interuertat possessionem: vt in contrariis infra eod. l. colonus. & l. cum fundum. sed [c] vxor rem sibi à marito donatam possidet: vt sup. de adquir. rer. poss. l. j. §. si vir. licet argu. contra supra de do. n. t. inter vi. & vxo. si eum qui in princ. sed ibi solu. ¶ Sed an locatori competit qui tantũ ciuiliter possi let. secundùm quosdam [d]?

t ¶ *Si familia mea.* me ignorãte vel inuito. & sic no. non fuisse ponẽdum verbum nisi necessarium [e] in edicto vt & sup. quod me. causa l. j. in fine.

u ¶ *Vel iussit.* vel ratum habuit [f]: vt infa. in fi. prox. §.

x ¶ *Referre.* quo ad edictum: vt hic & inf. e. l. idem. §. cum procurator. aliàs autem quandoque [g] refert: vt arg. contra. inf. de sol. l. fugitiuus. & C. de thesau. leg. j. §. in alienu. lib. x. & supra de iure do. si mulier ij. §. ex assi. & sup. de adqui. her. Paulus respon. per procura- [h] quæ sunt arg. cõtra. & facit ad §. hunc & sequẽtem. ℥. de do. inter vi. & vxor. lege iij. §. sed si debitorem. & de repud. lege ij. §. fine & de vsur. lege si quis solutioni. §. j. & de iniur. l. item apud. §. fecisse. & supra de eo per quem fac. erit. l. j. §. j. & infra de reg. iu. d. u damnum. & l. hoc iure. §. y. & supra quod cuiusque vniuersi. l. item. §. j.

y ¶ *Videor.* quadam interpretatione [i].

z ¶ *Quotiens verus.* ad [k] hoc specialiter constitutus. nam [l] generali [m] mandato non videtur mandari illicitum: vt ℥. de condict. indeb. si procurator. §. quod si indebitum. aliàs accipitur verus: vt infra de fu. l. vero. in princ.

a ¶ *Cum vtrolibet.* ad hoc est. infra de iniur. l. non solum. §. si mandato. & §. seq. & infra quod vi aut clam. l. denique. §. fina. & ℥. ad le. Aquil. liber homo. & C. de accu. l. non ideo.

b ¶ *Eximi.* id est liberari.

c ¶ *Sic tamẽ.* i. liberatur si &c. vno ergo [n] soluẽte alter nõ tenebitur ad quod est sup. de his qui de. l. j. in fi. & l. y. Sed op. ℥. de pe. he. l. e. t. §. e. Res. hæc secũ. dũ illã, vt conuento eo ad quem res peruenit, alter nõ teneatur. secus ecõtra: vt ibi. Vel hic ad neutrũ peruenit pos. ibi alter habebat. Vel secũdum Io: dic q̃ad interesse datur interdictũ, vnde cum ab vno sit consecutus: non interest amplius:

[Marginal notes, right:] a Interdictum de vi non cõpetit locatori ob colonũ deiectu, nisi colonus possessionem interuertit. b Possidere colonus dicitur non postquam interuertit possessionem domini. c Possidet vxor res sibi donatas à marito atque ita vxore deiecta ei est interdictum de vi competimento. d Et malè. Nã locator possidet ciuiliter & naturaliter: colonus, nullo modo. vide Bart. & Albe. hic. e Necessaria tantum edicto inferenda. f Ratihabitio in. facta aliena nostra efficitur. g Per se & per alium facere quãdoque nõ paria. h aliàs inciperet. per procuratorem. i Fi. alteri. k Fictio facit quæ per alium facta ad. Gl. l. 12. sup quod vi. fraudem creditorum. k Procurator verus quis dicatur. l Procurator speciali deliciente, mandator conuenitur potest: generali deliciente, non potest. m Mandatum generale illicitum non obtinetur. n Soluente vno correorum æstimationẽ, an alter eo nomine conueniri possit.

Vel quo ad interdictum liberatur, non quo ad alia: quod in idem recidit. 2. ¶ Itē op. *infra si familia fur. fec. di.l. quotiens.* vbi si emendet manumissus vnus de familia non liberatur dominus familiæ nomine. Sed dic vt dixi, quo ad interdictū quo interesse venit, hic loquitur. 3. ¶ Et eodem modo respon. ad aliam opin. *supra de no xa.l.v. §.si qui.* Vel dic quòd licet ibi tam dominus quā seruus manumissus teneatur, vnus tamen per alium exactum, imò etiam electum liberatur: *vt s. ti. de noxa.l. electio.*

a ¶ *Non enim excusatus.* Imò videtur excusari: *vt infra de reg. iur. l. is damnum. in fin.* *j. respon.* sed ibi erat nō atrox, & persona subiecta, quæ parere necesse habuit: ideo excusatur.

b ¶ *Cum autem falsus.* quod est etiam si mandatum habeat generale: vt modo dixi.

c ¶ *Ratum habuero.* Duo videntur necessaria. Primum, quòd meo nomine gestū sit: aliàs ratum habere non possum: & si habeam, non teneor: *vt supra de pre ca. si seruus.* Secundum, quòd habeam ratum tanquam nomine meo factum: aliàs secus: vt si audiens nomine meo factum, dixi, doleo quòd nomine meo est factum: nec sic ratum habeo, sed aliàs bene gaudeo. hoc enim gaudium non comparatur mandato, multo minus ergo teneor quando non meo nomine actum prædicto modo gaudeo.

d ¶ *Mandato.* facit *C. ad Maceda. l. fin.* & *infra de sol. l. vero. in fin.* Item hoc in his maleficiis quæ per alium possunt explicari. secus ergo in adulterio: *vt arg. C. de cadu. tol. l. j. §. vt autem.*

eorum litis æstimatio fuerit præstita. Non enim excusatus[a] est, qui iussu alicuius deiecit: non magis quàm si iussu alicuius occidit. Cum autem falsus[b] est procurator: cum ipso tantùm procuratore interdici debere Sabini sententia vera est. 14. ¶ Sed & si quod alius deiecit, ratum habuero[c]: sunt qui putent secundùm Sabinum & Cassium (qui ratihabitionem mandato[d] comparant me videri deiecisse, interdictoque isto teneri. & hoc verū est. Rectius enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato comparari.

15 ¶ Quod igitur additur, *aut familia tua deiecit*: meritò scriptum est in eum casum in quē familia mea vi deiecit[e]. Cæterùm si iussit: ipse deiecit[f]. Nec grauari[g] debet dominus qui non iussit, si seruorum suorū factum præstaret, etsi non iussu eius deiecerunt. nā non grauabitur[h] hoc nomine: quippe cū aut peruenit ad eum[i] aliquid, & restitueret. aut nō peruenit, & ipsos seruos maleficij causæ noxæ dedendo, indemnis erit[k]. Quod enim noxæ dedere compellitur, in damno debet[l] reputare: cū seruus hoc [modo[m] possit domini conditionem deteriorem facere. 17. ¶ Familiæ autem appellatio seruos cōtinet.

17. ¶ Sed quæritur quē numerum seruorum contineat: vtrum plurium, an verò & duûm vel trium? Sed verius† est in hoc interdicto[n], etiam si vnus seruus vi deiecerit, familiā videri deiecisse.

18. ¶ Familiæ appellatione & eos quos loco seruorum[o] habemus, contineri oportere, dicendū est.

Nolens defendere seruum aut familiam deiicientem, subit pœnas huius interdicti de eo quod ad eum peruenit. hoc dicit.

19. ¶ Si quis tamen neget se seruum vel familiam defendere, cogēdus est pati hoc interdictum: ad hoc scilicet, vt quod ad eū peruenit. restituat[p]. 20. ¶ Si filiusfamilias vel mercenarius †vi deiecerit: vtile interdictum cōpetit[q].

21. ¶ Si aduersus[r] eum qui in libertatem ex seruitute, vel cōtra petitur, post inchoatum liberale iudiciū vtar interdicto[s], & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorāte eo à seruis eius vi me deiectum: in possessionē restituar[t].

22. ¶ Quod seruus vel procurator vel colonus tenent: dominus videtur possidere[u]. Et ideo his deiectis ipse deiici de possessione videtur, etiam si ignoret[x] eos deiectos, per quos possidebat. Et si quis igitur alius per quē possidebam, deiectus fuerit: mihi competere interdictum, nemini dubium est.

23 ¶ Interdictum autē hoc nulli competit, nisi ei qui tunc cum deiiceretur possidebat[y]: nec alius

& Azo. Vel dic in eos filios & mercenarios. & dic vtile. i. efficax. & facit infra eod. l. hoc interdicto. j.

r ¶ *Si aduersus.* cuius familia deiecit me: vt apparet ex sequētibus.

s ¶ *Interdicto.* litem contestando, quod solum possum: *vt supra de lib. cau. l. ordinata.* Accur.

t ¶ *Restituar.* ex illa parte edicti, aut familiæ, &c. ¶ Et not. si restituitur possessio, ergo fuit amissa, *vt j. eod. §. fi. ut autem.* sed domino non quærit: *vt s. de adquiren. poss. quod seruus.* quod potest esse: *vt sup. de vsucap. non solum. §. si dominus.*

Quod seruus.] CASVS. Seruus meus vel procu. vel colonus possidebat agrum meū, ego videor possidere. vnde si ipse deiiciatur, ego videor deiectus, & habeo hoc interdictum: quia hoc interdictum cōpetit ei qui tempore deiectionis possidebat: siue possidebat animo & corpore, siue animo tātum. vnde cum de agris Ricardiæ venissem nō animo desinendi possidere, sed retinendi pos. & aliquē ibi pro me nō dimisi: nunc reuertens ad prædictos agros prohibes me intrare, vel in via prohibuisti me ire: & incepisti illos agros possidere, vi videor deiectus licet animo possidebam, non corpore. nec obstat quod vulgo dicitur saltuum æstiuorum & hibernorū possessionem animo teneri, quasi in aliis agris secus sit. nam in illis dicitur causa exempli: idem tamen potest esse in omnibus aliis agris in quibus agris non domini recedentes habentes animum retinendi pos. possidemus eos animo, si autem cum vellem apprehendere pos. vt quia heres sum alicuius, vel alia causa, me prohibes intrare: non habet locum hoc interdictum. [v i m v i. [Si vis me deiicere de fundo per vim, possum me defendere similiter per vim: & si cum armis volebas me deiicere, cum armis me defendam. Secundo dicit quis dicatur vi possidere: & certè qui per vim expulit possessorem fundi de fundo, & ipse incepit possidere. Item qui venit armatus ad fundum meum: vt si aliquis vellet eum inde deiicere, posset se defendere: & intrauit poss. fundi mei, cum ego eum nō expectassem, sed præfugiebam: & iste videtur vi possidere: & hoc etiam dicitur j. §. idem Labeo, &c. si autem fundi mei pos. defendo per vim: non dicor vi possidere. Postea dicit: qui deiecit me de fundo per vim: si ab alio deiiciatur, habet hoc interdictum. Tandem dicit qui deiicitur de loco quem possidebat: quidquid damni ab hoc habet, recuperat per hoc interdictum. pristina enim causa restituenda est ac si non esset deiectus. Vltimo dicit: deiectus sum de fundo, & amisi plures res quas ibi habebam, licet mihi restituatur fundus, habeo adhuc hoc interdictum ratione rerum quas amisi. si autē volo pro illis rebus agere ad exhibendum, possum. item vi bonorum raptorum: hoc dicit vsque ad. §. quod autem. Franciscus.

u ¶ *Possidere.* vt[b] *C. communia de vsuca. l. j.*

x ¶ *Ignoret.* vt & *supra de adquir. poss. peregre. §. quibus & facit l. iij. §. quod seruus. & l. si de eo. §. j. eod. tit. de adqui. poss. & infr. eod. l. fin. & s. ead. l. §. deijcitur. in fi.* ¶ Sed quid dicunt istos in solidum naturaliter possidere *per l. s. communi diui. l. communi diuidundo. §. neque* quomodo hoc intelligunt: respon. possident, non tamen pro suo: & ideo in fructu diuersum.

y ¶ *Possidebat.* sic *j. de regu. iur. l. non videtur rem amittere.* & no. quod per hoc apparet quòd vsufructuarius[c] retinet possessionem, licet

e ¶ *Vi deiecit.* domino ignorante vel inuito.

f ¶ *Ipse deiecit.* interpretatione legis: *vt s. e. l. proxi. §.* Accur.

g ¶ *Nec grauari.* vt suo nomine teneatur.

h ¶ *Non grauabitur.* nisi in seruis. aliàs sine non.

i ¶ *Ad eum.* non dicas domino quæri: *vt s. de adqui. poss. quod seruus. & hoc esse potest. vt dicet infra eo. §. si aduersus.*

k ¶ *Erit.* aliàs est non erit: tunc plana. aliàs sine non: & tunc dic indemnis erit, vt nō teneatur præstare damni æstimationē, vel resarcire de suo, sed seruos oportebit eum præstare pro noxa. Azo.

l ¶ *In damno debet.* aliàs non debet. &c. & aliàs sine non: & tunc dic pro damno scilicet alteri dato debet computare quod dat, vt quasi ipse dans habeat damnum.

m ¶ *Hoc modo.* s.[f] delinquendo vt pro noxa detur. Item se occidendo: *vt supra de peculio. l. sed si damnum. §. si ipse seruus.* & *facit Inst. de noxa. §. j.* ¶ An autem pro[i] hac vi seruus possit accusari? Respon. vt infra *de accu. l. hos. §. omnibus.*

n ¶ *Interdicto.* non autem aliàs: vt in contrario, *vt j. de verbo. signif. l. detestatio. §. vnicus.* nam hoc speciale.

o. ¶ *Seruorum.* vt libertos[k], vel liberos homines, vel seruos alienos, quos pro nostris tenemus: & etiam liberos quos tenemus *vt liberos*, sed velut seruis vtimur, ad quod facit *sup. de publica l. j. §. familia. & de edil. edic. l. ediles. j. §. familia. & j. vi bono. rapt. l. ij. §. familia. & de verb. sign. pronuntiatio. §. familiæ.*

p ¶ *Restituat.* ad hoc s. quod me. cau. quod diximus. §. j. & s. re. amo. l. vna. & s. de condic. fur. l. Iul. & de pec. de. l. iij. §. ex furtiua & j. e. si vi me. & s. de dol. l. sed si ex dolo. §. j.*

q ¶ *Competit.* aduersus patrē, vel dominū, in quātum ad eos peruenit: quia de familia sunt: vt supra proxi. dictum est secundùm H.

a Iussu alterius faciens non excusat.

b Generalis mādatum fraudi dipcrs fas nō intelligitur mādare, adde Glo. l. vt sup. quæ in fraudem.

c Ratihabitio ne vt quis teneatur de delicto, duo sunt necessaria.

d Iure Canonico ratū habens delictū, obligatur quasi ut nō sue nomine delictū fuerit admissum Gl. in c. cū quid. de sponsa excommun. in 6. Iason in l. Prætor. io. §. hoc interdictum. de vi. ..., de ope. noui nunc.

e Ratihabitio locum habet etiam in maleficiis Fortes ... in l. Prætor. so. §. hoc interdictū. in verb. habuit, s. de operu noui nunciat. Bal. in l. vlt. Co. ad S. Maced. hoc est mandato etiam comparatur. vt qui delictum ratum habuerit æquè teneatur ac si mandasset, excepto adulterio ...

f Adulterium per aliū committi non potest.

g Ipse deiicit, qui iubet deiici.

h Seruus deteriorem quandiu cō ditionem domini deterio rem facere potest.

i Seruus an possit de vi accusari.

k Seruorum loco quos habere solemus.

l Familiæ appellatione quid veniat.

a Restitui dicitur proprie, quod fuit amissum.

† Familiam vel vnus constituere potest Bal. in l. §. si quis autem C. ad Trebell.

† Mercenarius homo liber mercede seruiens l. j. §. familia sup. de public. l. in princ. l. aut qui aliter. §. si quis ... vi aut clam l. j. §. hoc alia inf. vi bonorum rapt.

b Possidet dominus per seruum, procuratorem, colonum.

c Vsufructuarius etiamsi fere fundo possidet naturaliter & naturalem possessionem animo retinet: vt hac in causa hoc interdicto agere possit.

licet non sit in conspectu, solo animo: cum lex dicat dari ei vnde vi interdictum: *vt infra eod. l. iij. §. vnde vi.* quidam tamen dicunt: eum habere quandam ciuilem, per quam retinet illam naturalem quod non [a] videtur: cum dominus ciuilem habeat: & ea [b] in solidum penes duos esse non possit: *vt ꝟ. de adquir. poss. l. iij. §. ex contrario.* Idem dicimus in colono [c]: vt licet non sit in fundo tamen dominus per eum naturalem retinet. ¶ Idem net. hic duo [d] necessaria vt compeat interdictum. Primum, quòd vere [e] corpore vel animo possideat deiectus tempore deiectionis: *vt hic, & infra proxi.* Secúdum, quòd verè possessionem amittat: *vt infra proxi. §. in fin. & infra eadem l. §. non alij autem.* Tertium autem non est necesse, scilicet ꝙ possessio quæratur violento: cum etiam de eo quod non peruenit, competat intra annum: *vt supra ead. l. in prin.* & sic intelligitur *supra de vsuca. leg. non solum. §. si dominus.*

a ¶ *Siue autem corpore.* i. iniuste [f]: vt in re donata vxori à viro.

b ¶ *Animo.* i. ciuiliter [g] & iustè: *vt supra ea. l. §. deiicitur. & ꝟ. ead. §. qui à me.* 2. Vel dic corpore, vt quia insistat rei. animo, quando non insistit. ad quod facit quod sequitur, idcirco &c. & §. quod vulgo. ¶ Et not. quòd aliquis possidet ciuiliter [h] & naturaliter: vt qui est in re vel in conspectu: alius ciuiliter vt qui aliunde redit: & alius naturaliter tantum, vt fructuarius.

c ¶ *Nemine.* quia aliquo ibi relicto, per eum possidet, nec amitteret possessionem, nisi ille expelleretur, *vt ꝟ. eo. §.* non alij autem.

d ¶ *Prohibitus sit.* An hic non admittens possideat vi? *hic innuit quòd sic. vt supra de adqui. pos. l. clam. §. fi.* Sed contra. *ꝟ. de vsucap. l. sequitur. §. idem si occupaueris.* vbi dicitur quòd clam tantum, non vi. Sol. vt ibi.

e ¶ *Detinuerit.* sic *& C. vbi de possessione agi opor. l. j.*

f ¶ *Possederit.* qui eũ detinuit, vel deiecit. & dic maxime. nã idem & si nõ adquisiuit possessionem, *vt modo no. proxi. §.* 2. Vel ideo dicit vt appareat quò res vitiosa est facta. nam etiã sine hoc habet locum interdictum vnde vi: vt dixi. 3. Vel refert se ad casum vbi sic detinuit: vbi est necesse possideatur. 4. Vel dic quarto ipse possederit. s. qui deiectus est. & secundũ hoc possedit, in præteritũ, & secundùm alios intellectus tres primos possedit. s. postea.

g ¶ *Possessionem.* ei ob timorem accedere nolenti: *vt & ꝟ. de adqui. poss. sed & si nolit. & l. si id quod. §. fi.* Sed si te absente occupauit, & timore non rediisti, non tamen in itinere te detinuit. an habeat locum interdictum vnde vi? constat quòd amittis: *vt d. lege sed & si nolit. & lege possideri. §. si quis nunties. & lege si id quod §. fi.* H. negauit, & habet locum l. cum quærebatur. secundum eum qui dixit vacuam, & quæ animo ciuiliter tenetur. Placen. dicebat idem scilicet, & addebat debere eum venire ad locum, vt si tunc ab ingressu repellatur, & extunc ei competat interdictum: *vt ar. sup. quod metus cau. l. metum. ibi, quòd deiici non expec.* &c. Sed hæc additio non potest stare. nam cum non admittitur, non possidebat: ergo non datur ei interdictum: *vt ꝟ. proxim. §.* amiserat enim prius propter timorem: vt dixi, sed ipse respondebat quasi hodie cum non admittitur, videatur deiectus, vt & aliàs quis retro fingitur vsus: *vt ꝟ. de itine. actuque priua. l. j. §. si quis propter.* Azo. & Io. dixit dari vtile interdictum, ad exemplum eius quod dicitur de familia & mercenario qui alium expulerunt de prædio, & prędij pos. peruenit ad dominum ex delicto eorum: tenetur enim dominus vtili interdicto ratione peruẽtionis. multo ergo magis debet teneri iste qui deliquit, cum ad eum propter suspicionẽ meam peruenerit possessio: *vt supra eod. l. §. si filius. & §. si quis tamen neget.* Item pro eis quod dicitur dari ei qui deiici non expectauit, sed vidit homines venire: & si illi veniebant, licet non fuerint ingressi: *vt supra de vsuca. non solum. §. si dominus. & ꝟ. eodem. § idem Labeo.* Item pro hoc, *ꝟ. eo. l. iij. §. qui armati.* Accursius.

a Possessio ciuilis penes proprietarium: naturalis, penes vsumfructuarium.

b Possessio ciuilis in solidũ penes duos esse non potest.

c Possessioné naturalem retinet dominus per colonum etiam a fundo absentem.

d Interdicto de vi agere nõ potest nisi qui vere deiectus cũ vere possideret, spoliatus igitur hęc probare debet, verũ possessionem tempore spoliationis, spoliationem & quidem verã, vt hic. Certis tamen casibus etiam nõ possidens deiectus restituendus, *cap. in parte, de restit. spoliatorum.*

e Possidere vere possumus vel corpore vel animo.

f Possidere corpore pro iniustè possidere, vel rei insistere, vt hic & Gl. prox.

g Possidere animo, pro ciuiliter iuste possidere.

h Possessio triplex. Naturalis, Ciuilis, Mixta.

deiici visus est, quàm qui possidet. 24 ¶ Siue autem corpore [a], siue animo [b] possidens quis deiectus est: palam est eum vi deiectum videri. Idcircóque si quis de agro suo, vel de domo processisset nemine [c] suorum relicto, mox reuertens prohibitus sit [d] ingredi vel ipsum prædium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit [e], & ipse possederit [f]: vi deiectus videatur. ademisti enim ei possessionem [g], quam animo retinebat, etsi non corpore.

Vbi est eadem ratio, ibi lex extendi debet ad vlteriores casus, cum lex quandoque vtatur vocabulis exempli causa dandi: h. d.

25. ¶ Quod vulgo [h] dicitur, æstiuorum hibernorúmque saltuũ nos possessiones animo retinere id exempli causa [i] didici Proculum dicere. nam ex omnibus prædiis, ex quibus non hac mente recedimus, vt omisisse possessionem vellemus, idem est.

Non videtur deiici, qui possessionem adhuc non apprehendit. hoc dicit.

26 ¶ Eũ qui neque animo neque corpore possidebat, ingredi autem & incipere possidere [k] prohibeatur: non videri deiectum verius est. Deiicitur enim qui amittit possessionem [l], non qui non accipit. 27. ¶ Vim vi † repellere licere Cassius scribit: idque ius natura [m] comparatur. apparet [n] autem (inquit) ex eo arma armis repellere licere.

28 ¶ Vi possidere [o] eum definiendum est, qui expulso vetere possessore adquisitam [p] per vim possessionem obtinet: aut [q] qui in hoc ipsum aptatus & præparatus venit [r], vt contra bonos mores, auxilio ne prohiberi possit ingrediens in possessionem facit [s]. Sed qui per vim possessionem suam retinuerit: Labeo ait non vi possidere.

29 ¶ Idem Labeo ait, eum qui metu turbæ perterritus fugerit: videri deiectum [t]. Sed Pomponius ait, vim sine corporali [u] vi locum non habere: Ego [x] etiam eum qui fugatus est, superuenientibus quibusdam: si illi vi occupauerunt [y] possessionem, videri vi deiectum [z].

30. ¶ Qui à me vi [a] possidebat: si ab alio deiiciatur, habet interdictum [b].

31. ¶ Qui vi deiectus est, quidquid

h ¶ *Quod vulgo dicitur.* vt [a] *sup. de adquiren. poss. l. iij. §. saltus. & lege peregre. §. fi. & l. quamuis.*

i ¶ *Exempli causa.* q. d. non est speciale in istis. ¶ Sed quam retinet animo? Azo. naturalem: vel dic ciuilem *vt not. ꝟ. de adqui. poss. l. j. in prin.*

k ¶ *Possidere.* veluti heres fortè.

l ¶ *Possessionem.* quam ante habebat. ad quod est *§. interdictum autem. ꝟ. ead. l. & quod ibi not. & ꝟ. de reg. iur. non videtur rem.* Accur.

m ¶ *Natura.* id est [b] iure naturali: *vt ꝟ. de iustit. & iur. l. vt vim. & ad idem supra ad l. Aquil. scientiam. §. qui cum aliter. & ꝟ. quod met. cau. sed & partus.*

n ¶ *Apparet.* quia armata [c] vis aliter nõ potest repelli, nisi cum armis. ad quod est *ꝟ. eo. l. iij. §. cum igitur. & C. eod. vnde vi. l. rectè qua est. l. j.*

o ¶ *Vi possidere.* subaudi etiam.

p ¶ *Adquisitam.* ab expulso, non expulsore: *vt ꝟ. eo. l. cum à te.*

q § *Aut.* aliàs vt: & aliàs aut. Accur.

r ¶ *Venit.* vt per vim possessionem teneat.

s ¶ *Facit.* ne prohiberi possit. Tria ergo sunt: quia inuadit & tenet per vim, vt in primo casu. aut tãtum tenet per vim, & in hoc paratus venit, auxilio scilicet tali, vt etiamsi quis vellet eum deiicere, posset se tueri. non autẽ inuasit per vim quia dominus præfugerat, & hoc eodem casu. Vlpi. dicit idẽ quod Labeo: *vt ꝟ. §. proxi.* Tertius est in eo qui tenet suam: & tunc licet, vt subiicit, *sed qui. &c. C. eo. l. j. & ꝟ. l. iij. §. cum igitur. & supra eo. §. cum qui per vim vi.* Vel dic primo casu occupauit per vim, sed pacifice tenet. nec enim aliquem timet. Secundo inuasit & tenet per vim: & ad hæc duo paratus venit. Tertium non muto. In quarto scilicet in §. item Labeo, idẽ dices quando tantùm tenet per vim nam. præfugerat dominus. Alij dicunt primum loqui de eo qui inuasit possessionem quam alius inuaserat: *vt & ꝟ. ead. §. qui à me.*

t ¶ *Vt videri deiectum.* licèt aliò tenderet, nec occupauit: vt bene reprehendat per Pomponium.

u ¶ *Corporali vi.* i. [d] sine facto corporali, id est occupatione.

x ¶ *Ego.* aliàs ergo: aliàs ego.

y ¶ *Occupauerunt.* cum dominus præfugerit, exigitur [e] occupatio. aliàs non habet locum hoc interdictum, *vt hic dicit. & supra quod metus caus. metum. ij. respon. & infra. l. iij. §. si quis autem versi. proinde.* Sed contra, *supra de vsuca. non solum. §. si dominus.* vbi non exigitur occupatio. Sol. secundùm B. exigitur occupatio vt habeat locum interdictum: vt hic, non quo ad amittendam possessionem: vt ibi. & pro eo. *ꝟ. l. iij. §. proinde.* Vel dic secundum mar. etiam quo ad interdictum non exigi occupationem, si modò illò tendebant: vt in contrario. secus si aliò: *vt d. §. proinde.* hic autem subaudies, maxime si illi vi &c. vel etiã dicit ideo, quia secus si non occupassent, sed metu dari sibi fecissent: *vt ꝟ. l. si ferrum.* Vel tertio, vt denotet rem vitiosam, & dicit si illi &c. *& in l. contraria. in fi.* & de his no. *ꝟ. l. iij. §. proinde.* Accursius.

z ¶ *Vi deiectum.* & vi possessum. Sed sine [f] occupatione non erit vi possessum: licet [g] possit [h] esse vi deiectus: vt modo dixi. quid ergo si dudum possessionem occupauerit?

a ¶ *Qui à me vi.* expulsiua [i],

b ¶ *Habet hoc interdictum.* directum secundũ Io. *vt & ꝟ. e. l. colonus: & l. cu fundum. ar. C. de perscri. xxx. an. si quis emptionis. §. sed & si quis.*

a Possessionẽ prædictum omnium animo retinere possumus. An naturalẽ vel ciuilem? dic vt infra Glo. proxima.

† Vim atque iniuriam cuique licet propulsare. *Addetiam, optimum quem etiam gl. hic allegat in l. scientiam. §. qui cum aliter. inf. ad l. Aquil. adde ad istud videndum Ange. in l. 1. inf. ad l. Corn. de sicariis. Hunc locum diffuse explicat Md. C. c. in orat. pro Milone & Demosthen. contra Aristog. ...*

b Natura pro iure naturali.

c Armata vis non potest repelli nisi cum armis.

d Vis sine facto corporali, hoc est occupatione, locũ non habet.

e Interdicto de vi locum nõ habet nisi aliquid occupatum sit.

f Vi nihil possessum intelligitur sine occupatione.

g Vi occupare & deiicere differunt.

h Deiicere aliquem possessione qui potest etiam si nihil occupet.

i Vis expulsiua.

damni senserit ab hoc: quòd deiectus est. recuperare debet. Pristina enim causa [a] restitui debet. quam habiturus [b] erat si non fuisset deiectus.

Non liberatur violentus deiector restituto fundo: nisi & restituantur alia ablata de ipso fundo. Et potest agi ad exhibendum pro rebus mobilibus, si vult ipse deiectus, vel is ad quem res pertinent. Bart.

32. ¶ Si fundus à quo vi expulsus sim, mihi restitutus esset: cæteræ verò res quæ vi ablatæ sunt, non restituantur: hic dicendum est interdictum nihilo minus tenere: quia verum est, vi esse deiectum. Planè si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri [c], de rebus verò mobilibus ad exhibendum actione: potest hoc suo arbitrio habere. & ita Iulianus scribit. Idem scribit & si quis vi bonorum raptorum de huiusmodi rebus velit experiri.

Exponit iurisconsult. quædam verba edicti. & est tex. satis facilis (quia plura scribere, esset inutiliter membranas occupare) vsque ibi, interdictum hoc.

33. ¶ Quod autem ait prætor, *Quæque ibi habuit*, sic accipimus, vt omnes res contineantur, non solùm quæ propria ipsius fuerunt, verùm etiam si quæ apud eum depositæ, vel ei commodatæ [d], vel pigneratæ: quarúmque vsum vel vsumfructum vel custodiam habuit, vel si quæ ei locatæ * sunt. Cum enim dicat prætor, *habuit*: omnia hęc habendi verbo [e] continentur.

34. ¶ Rectissimè autem prætor addidit: *tunc ibi habuit*. *Tunc* sic accipimus, cum deiiceretur. Et ideo & si quid postea desiit illic esse: dicendum erit in interdictum venire. sic fit vt etiam si homines vel pecora demortua sint post deiectionem, interdicto locus sit. Denique scribit Iulianus, eum qui vi deiecit ex eo prędio in quo homines fuerant, propius esse, vt etiam sine culpa eius mortuis hominibus, æstimationem eorum per interdictum restituere debeat: sicuti fur hominis etiam mortuo eo tenetur [f].

35. ¶ Huic consequens esse ait, vt villæ quoque & ædium incendio consumptarum pretium restituere cogatur. Vbi enim [g] quis, inquit, deiecit, per eum stetisse videtur [h] quo minus restitueret.

36. ¶ Idcirco cōstare ait, eū qui vi deiecit, quiq. vi sine dolo malo desierit possidere, interdicto teneri. 37. ¶ *Ibi*. autē ait prætor: vt ne quis & quæ illic nō habuit, cō plectatur. 38. ¶ Sanè quod ait prętor, *ibi*: quomodo accipimus? vtrū in eo loco vnde quis vi deiectus est, an verò in omni possessione? Et melius dicetur, non ad angulū referēdū vel locū [i] in quo fuerit, verùm etiam ad omnem partem possessionis, qua [k] quis caruit cum deiicitur. 39 ¶ Annus

& ȝ. *quod me cau. si cum exceptione. §. Pedius.* ¶ Item quid [a] si à me ipso deiiciatur ex interuallo? Respon. videtur habere contra me, cum tantum incontinenti mihi liceat. *vt inf. de eo qui in pos.* Nō obexceptio. per l. j. *de excep. do. l. de o.* quia [b] illud in petitoriis. Sic ergo videtur me teneri, & postea agere. Econtra videtur casus legis vt non tenear: *vt supra quod me. [c] cau. sed & partus. §. quæri.* Sed illud quo ad ac. qđ me. cau. in qua damnum exigitur: *vt eo. tit. l. sed & partus. §. fin.* In consti. si [d] quis in tantam. *C. vnde vi.* minus dubij est. ¶ Sed cur furi [e] non datur actio furti: *vt inf. de fur. itaque?* Respon. fortè ne [f] inuitentur homines ad furandum: ad quod facilius inuitarentur, quàm ad inuadendum. *arg. ȝ. de pac. do. l. conuenire* quod non placet: *vt sup. de pact. l. si vnus. §. pacta quæ.* Sed dic. ideo, quia & si reciperet, alij redderet id ipsum, quod in fure non contingeret. Vel ideo aliud, quia hic non potuit à vi custodiri: sed fur à furto sic: *ȝ j. de act. emp. si ea res.*

a ¶ *Pristina enim causa.* id est [h] vtilitas.

b ¶ *Habiturus.* ¶ Quid ergo si vsucapiebat: & pauci [i] dies supererant ad complendum? arg. quod veniat: *vt & inf. §. non solum. & arg. supra de fun. dota. si fund. in.* Sed argu. contra. *inf. de furt. l. si is cui. §. si.*

c ¶ *Experiri.* Sed nunquid hoc verum est etiam si ad violentum nō peruenire? arg. quòd sic *ȝ. ea. l. in prin.*

Quod autem ait prætor.] CASVS. Nunc exponit Vlpia. quædam verba edicti: hæc. s. quæque ibi habuit. & dicit quòd omnes res comprehendit, siue erant deiectæ, siue ei commodatæ vel depositæ vel obligatæ. postea exponit verbum tunc, positum in edicto, id est dicere, vt res quas habuit in fundo tunc cùm fuit deiectus, veniant in hoc interdicto: siue tunc amisit eas, siue postea: vt quia oues ibi remanserunt & perierunt, vel serui remanserunt & perierunt, nam deiiciens nomine omnium tenebitur. hinc est quòd & si domus de qua deiectus quis est, cōbusta sit postea, tenetur deiiciens emendare, etiam cum semper fuerit in mora. Postea exponit verbum ibi, positum in edicto: & est dicere, quòd res quas habebat. s. in tota illa possessione de qua est deiectus, veniant in hoc interdicto. Postea exponit verbum, intra annum. positum in edicto. nā ille annus vtilis est: & ex die deiectionis vtilitas quam habuisset deiectus si deiectio nō esset facta, venit in hoc interdicto: quia tenetur deiiciens quo ad æstima. etiam si desiit possidere. Postea quæritur an hoc interdictum detur liberto contra patronum: item filio cōtra patrem, si ab eis sint deiecti. Et dices ꝙ non, sed in factū datur: & hoc si vis fuit sine armis. si autem cū armis: tunc dabitur bene hoc interdictum & liberto & filio contra patronum & patrem. Itē hoc interdictū datur heredi & cæteris successoribus. Item datur ei qui desiit possidere per deiectionem. Pone enim ꝙ deiecisti me: nō autē meam familiā cùm adhuc possideam, nō habeo hoc interdictum. Quid autē si me expulisti & partem familię meę, partē in fundo ligasti: vel si totā familiam meam ligasti? bene habeo hoc interdictum, cū desierim possidere. Sed quid si me inuenisti in fundo meo, & me ibi ligasti, & tenebas me ita ligatum? habeo hoc interdictū, cū deiectus videar. Postea dicit, non solum deiiciens tenetur hoc interdicto. sed & heres eius tenetur act. in factum ad id quod ad eum peruenit ex vi defuncti: siue illa vis facta fuit cum armis, siue sine armis: & perpetuò datur contra heredem, cum detur in id quod ad eum peruenerit. Quid autem contineatur nōmine armorum, specificat: scilicet fustes, lapides, & similia. Et dicitur vis armata, siue hæc arma habuerunt à principio siue postea cœperunt habere. Item si cum armis venerunt ad deiiciendum, licèt armis non fuerunt vsi in deiectione: armata tamē vis dicitur. sufficit enim deterror armorū, aliàs terror. Sed pone quòd aliquis existens in fundo suo, vidēs armatos, credens eos ad eum venire, fugit de fundo: armati alio iuerunt: nō videtur vi deiectus. idem si audiuit armatos venire: siue erat verum, siue non, & fugit propter hoc de fundo: illi tamen non intrauerunt: non videtur vi deiectus. Tandem dicit: cum irem ad Ricardinam, & vellem in meos agros intrare: prohibitus fui à quibusdam armatis. vi deor deiectus armis. Tandem dicit: qui cum armis vult me deiicere, possum ei armis resistere: & si iam me deiecit, possum eum expellere absque pœna: & hoc incontinenti, non ex interuallo. & dicit hæc §. cum l. seq. & prin. sequentis vsque ad §. cùm procurator. Franciscus Accur.

d ¶ *Commodatæ.* Sed quomodo in deposito [a]. cum non teneatur nisi dolum commiserit: & in commodato, cum & ibi custodia aduersus vim parum proficiat? *vt ȝ. commodati l. ad eos?* Respon. secundùm quosdam culpam commisit, quia potuit defendere: nec fecit. 2. Alij, quòd præuenerat [b] culpa post quam quis de casu tenetur: *vt ȝ. commo. l. in rebus.* 3. Alij quòd per pactum [c] se astrinxerat ad casum. *argu. sup. depositi l. j. §. sæpe.* quibus casibus cùm teneatur interest eius, & ideo agit. aliàs cum non teneretur, nec ageret. *vt infra de fur. l. eum qui. §. is apud quem. & §. præterea. & §. non solum.* 4. Tu dic etiam agi si nō intersit ex prædictis causis: & aliud in furto: & hoc odio inuadentis, aduersus quem non potest præuideri: *vt d. l. ad eos. ȝ. commo. & supra de loca. sed de damno. & de actio. empt. si ea res.* ¶ In quo ergo damnabitur violentus [d] si non restituat res tales? Respon. in rerum æstimationē, quasi tātum intersit, cum ad eas personaliter sit astrictus. Sed arg. cōtra. *j. e. l. interdicto.* sed certe vltra rei æstimationem interesse potest magis, non autem minus: vt ibi exponitur litera.

e ¶ *Verbo.* in [e] latissima significatione. Azo.

f ¶ *Tenetur.* vt & *ȝ. de condi. fur. l. fin. & C. de fur. l. subtracto. & C. de condi. fur. ante. & quod met. cau. l. j.*

g ¶ *Vbi enim.* vbi. i. postquam vel statim. & subaudi, eum.

h ¶ *Stetisse videtur.* i. semper est in mora: *vt j. eod. l. pen. & de verb. oblig. nemo. §. fin.* Non [f] ergo distinguitur: erant perituræ penes actorem vel non, ô Martine, sed pro te est. *supra quod me. cau. si cum exceptione. §. quòd si homo. versi. sed & si non. ibi, sicuti in interdicto &c.* Sed expone vt ibi. Item pro te supra *de peti. here. l. si à domino. §. si prædo.* Sed respon. vt ibi. pro nobis autem sunt prædictæ concor.

i ¶ *Vel locum* in [g] quo morantur. ad quod est *j. de verb. sign. l. locus.* Accursius.

k ¶ *Qua.* scilicet possessione.

a Interdictum de vi competit etiā ei qui me spoliauit, non modo si ab extraneo, sed & si à me deiectus est ex interuallo.

b Dolo facit qui petit qđ restituturus est, hęc in quā regula locum habet in possessionis recuperandæ non in aliis.

c Actio quod metus causa nō datur, nisi ei qui patitur damnum.

d Spoliatus spoliantem eiiciēs tenetur pœna constitutionis si qs in tantam C. vnde vi.

e Furti actio furi non datur, & tamen raptori datur interdictum de vi: & quæ sit ratio diuersitatis.

f ad de Cepolam in l. si partem. nu. 9. C. de vsu cap. pro empto re.

g Possessio cū sua causa restituenda.

h Causa pro vtilitate.

i Tēpore modico vsucapionem impediēte, in restitutionem venit id quod quis vsucapturus est. Imo id nō venit. vid l. qui fundum. 7. ff. qui bona. ex cer bo rum perant. ȝ. pro emptore. v. conciliationem harum trium Glossarum apud Bartolum in l. si is qui, 15. nu. 9. ȝ. de vsucapionibus.

* Locatæ.

a Casus an & quando a depositario & commodatario præstentur.

b Casum præstat, qui culpam in re admisit ante casum.

c Casum præstat, qui pacto casum in se recepit.

d Pœna spoliantis res nō restituentis.

e Habēdi verbū generale.

f Fur tenetur de homine mortuo, etiā si moriturus erat apud actorem.

g Locus loci non inferendus in libello accusationis.

Interdicto

in hoc interdicto[a] vtilis est.

40. ¶ Ex die quo quis deiectus est, fructuum [b] ratio habetur: quamuis in cæteris interdictis [c] ex quo edita sunt, non retro computantur. Idem est & in rebus mobilibus quæ ibi erant. nam & earũ [e] fructus cõputandi sunt, ex quo quis vi deiectus est.

41 ¶ Non solùm autem fructuum [d] ratio in hoc interdicto habetur: verùm cæterarum etiam vtilitatium habenda est. Nam & Viuianus refert, in hoc interdicto omnia quæcunque habiturus vel adsecuturus erat is qui deiectus est, si vi [e] deiectus non esset restitui, aut eorum litem à iudice æstimari debere: eúmque tantum consecuturum, quanti sua interesset se vi deiectum non esse.

42. ¶ Ex interdicto *vnde vi*, etiam is qui non possidet [f], restituere cogetur.

Hoc interdictum denegatur liberis & libertis aduersus parentes & patronos: nisi vi armata expulsi sint liberi vel liberti: & datur eis loco interdicti denegati actio in factum.

43. ¶ Interdictum hoc quia atrocitatem facinoris in se habet. quæsitum est an liberto in patronum, vel liberis aduersus parentes competit. Et verius est nec in liberto patronum, nec in parentes liberis dandum esse: meliúsque erit in factum actionem his competere[h]: aliter atque si vi armata vsus sit aduersus libertum patronus, vel aduersus liberos parens. Nam hic[i] interdictum competit[k]. 44. ¶ Hoc interdictũ & heredi & cæteris [l] successoribus competit[m].

Retinenti possessionem per suos, licet ipse deiectus sit: non datur hoc interdictum, nisi forte hi qui remanserunt in fundo cœperint à deijciente possideri hoc dicit cum.§. seq.

45 ¶ Non alij autem, quàm ei qui possidet [n], interdictum vnde vi competere, argumentum præbet [o] quod apud Viuianum relatum est: si quis me vi deiecerit, meos non deiecerit, nõ posse me hoc interdicto experiri: quia per eos retineo [p] possessionem, qui deiecti non sunt.

46. ¶ Idem Viuianus refert: seruos quosdam vi depulit, alios retinuit & vinxit, aut etiam eis imperauit[q]. vi te deiectum intellegi. desisse enim possidere[r], cum serui ab alio possideãtur. Et quod in parte [f] seruorum dictum est, idem in omnibus dici ait: si forte nemo depulsus esset, sed possideri ab eo cœpissent, qui ingressus in possessionem esset.

47 ¶ Quid dicturi essemus, tractat, si aliquo possidente [t] ego quoque ingressus sum in possessionem, & non deiiciam possessorem, sed vinctum opus facere cogam: quatenus res (inquit) esset[u]? Ego verius puto, eũ quoque deiectum videri, qui illic vinctus est[x].

Hoc interdictum in quantum est rei persecutorium, datur etiam in heredes in id quod ad eos peruenit, & datur perpetuo.

48. ¶ Ex causa huius interdicti in heredem, & bonorum possessorem, cæterósque successores in factum[y] actio competit in id quod ad eos peruenit[z].

II. *PAVLVS libro sexagensimo quinto ad Edictum.*

Dolóve malo eorũ factum est quo minus perueniret.

III. *VLPIANVS libro sexagensimonono ad Edictum.*

---

a ¶ *Interdicto.* aliàs edicto: aliàs interdicto. *& facit infra de diuer. & temp. præscrip. l. j.* Accursius.

b ¶ *Fructuum.* etiam percipiendorum: *vt C. eo. si de possessione.*

c ¶ *Interdictis.* vt *& supra de interdict. l. in interdictis. & infra de precario. l. quæsitum. §. ex hoc.* & est ergo hoc speciale in interdicto quod vi aut clam: *vt infra quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. & supra de vsu. l. videamus. ¶. §. in Pauiana.*

d ¶ *Non solum autem fructuum.* vt *& supra §. proxi.*

e ¶ *Si vi.* aliàs, se vi deiectum non esse. aliàs si vi deiectus non esset. *& fa. C. eodem. l. si quando.*

f ¶ *Non possidet.* deiecit tamen. Azo.

g ¶ *Coget. r.* scilicet æstimationem: *vt & j. eo. l. si vi à me.*

h ¶ *His competere.* filiis vel libertis. Accursius.

i ¶ *Hic.* id est isto casu. Accur.

k ¶ *Competit.* Non aliàs. & secundùm hanc distinctionem accipe *vt sup. de obseq. l. ij. & l. licet.* quibus indistincte denegari dicitur interdictum. *& facit sup. de dolo. l. non debet. & de in ius vocand. lege sed si hac lege. §. penul.* Accur.

l ¶ *Et cæteris.* de iure prætorio. Accursius.

m ¶ *Competit.* vt *Inst. de perpe. & tempo. act. §. non autem. versic. sed heredibus.* Econtra in heredem non datur, nisi peruenit: *vt j. §. fin.*

n ¶ *Possidet.* vt *infra tit. j. l. j. §. consequenter.* Accursius.

o ¶ *Præbet.* aliàs præbet: & aliàs probat.

p ¶ *Retineo.* hoc est planum in ea possessione quam eorum scilicet corpore & animo possideo: vt peculiariter. Si autem meo animo, & eorum corpore: & sic ciuilem per me, naturalem retineam per eos: & tunc idem. Nam cum retineam naturalem per colonos, & similiter etiam ciuilem, non videor amisisse: quia in mixta naturali, vt pote digniori. Domino ergo expulso, neutra perditur: vt hic. sed colono expulso, tunc vtraque perditur: quasi ciuilis concomitetur naturalem amissam: vel quia in coloni persona repræsentatur dominus: *vt supra de adquiren. possess. l. peregre. §. quibus. & l. quod seruus.* Sed licet domino solo deiecto non perdat dominus: secus tamẽ si sua voluntate spontanea ali: tradat: licet colonus non eius, sed meo nomine velit retinere. Item & ideo retineo ego deiectus per colonũ: quia si perdo per eum deiectum. multo magis retineo per eum non deiectum: *vt arg. C. de vsufru. l. ante penul. Item facit j. de verb. oblig. l. si ita stipulatus fuero per te.*

q ¶ *Imperauit.* pro suo commodo, vel etiam vt exirent.

r ¶ *Possidere.* scilicet te intelligendum est, & sic interdictum datur. Sed opponitur, quia hoc eodem casu videtur dari quod metus causa: *vt supra quod me. cau. leg. metum. ij. §. idem ait & si fortè.* ergo hoc cessat: *vt infra eodem. lege si metu.* Sed hic priuatur possessor possessione: & recedit deiiciens: sed in l. metum non, sed tantum vt patiatur ædificare. Item oppo. quia videtur vis turbatiua, & sic vti possidet. dari. ergo non hoc: *vt infra eod. vim facit.* Sed respon. vt modo dixi: quia hæc etsi non expulsiua, tamen priuatiua est vis. eo enim quòd ligat possidentem: videtur eum priuare possessione: *ad quod est infra de libe. homi. exhiben. leg. secunda.* at in turbatiua non eum deiicio: sed tantum turbo, non permittendo eum arare & colere: *vt dicta leg. vim facit.* Accursius.

f ¶ *In parte.* seruorum. No. quod dixi *supra de vsu. l. si qui sit. in prin.*

t ¶ *Si aliquo possidente.* libero scilicet homine.

u ¶ *Esset.* id est quid iuris sit.

x ¶ *Vinctus est.* quia non distat à seruo, qui vinctus detinetur *vt infra de libe. ho. exhi. l. ij.* & oppo. & respon. vt modo dixi.

¶ Item quid si imperaui colono tuo vt pro me possideat: & facit timore: videtur te vi deiici vt hic dicitur.

y ¶ *In factum.* quę in locum interdicti datur. *vt Instit. de interdi. §. fin.* & nihilominus hic datur interdictum. *argu. infra eod. l. idem. §. hoc interdictum.*

z ¶ *Peruenit.* & perpetuo: *vt & infra l. idem est. §. j. & supra quod metus cau. leg. quod autem. l. seq. & de dolo. l. in heredem. & leg. seq. & C. de delil. defuncti. l. j. & C. eodem vi pulsis & inf. de reg. iur. l. sicuti.* Nam turpia, & c. vt *l. de calum. l. heredem. ij.* Accursius.

[Dem.] CASVS. In hac l. vsq. ad §. cum procurator. continuatur l. præced. [CVM PROCVRATOR.] Si Procurator meus deiecit aliquem de suo di possessione cum armis me iubente, vel ratum habente, teneor: quia ego videor deiecisse. idem in familia. Item tenetur cuius instinctu familia mea deiecit aliquem. Item hoc interdictum datur post annum in id quod peruenit ad deiicientem. [VNDE VI.] Si prohibetur fructuarius vti frui fundo in quo habebat vsumfruct. habet hoc interdictum. Prohiberi autem dicitur fructuarius, siue existẽs in fundo in quo habebat vsumfruct. deiiciatur: siue cum existet sponte de fundo nunc volens redire. non fuit admissus. sed ab initio velit incipere vti frui & fuerit prohibitus: non habet locum hoc interdictũ: sed vti vindi. agat. quod expone vt in glo. & prædicta habẽt locum in vsufructuario domus, siue fundi: vt fructuario vero rei mobilis secus est. nisi res prædictæ mobiles solo cedãt: vt sunt tigna quę sunt in domo. & quæ dixi in fructuario: & ex quacunque causa sit constitutus vsus vel vsusfru. id est siue inter viuos, siue testamento: idem est. Et, vt breuiter dicam: qualitercunque fructuarius possidens deiectus sit: habet hoc interdictum, & durat ei etiam si postea capite sit minutus, & sic amisit vsumfr. & hoc casu dabitur pro præterito damno, non vt pro futuro tempore constituatur vsusfruct. & dabitur etiam heredibus, & in heredes deiicientes datur in factum in id quod ad eos peruenit. Franc.

---

a Fructus etiã percipiẽdi debentur in interdicto vnde vi.

b Fructus in interdicto vnde vi debẽtur ex quo quis deiectus est, non à die interdicti editi.

c Actione in factum tenetur libertus aduersus patronum agere potest ... [illegible]

d Interdictũ de vi datur heredibus: in heredem verò in id quod ad eum peruenit.

e Possessio quædam retinetur animo & corpore alieno: quædã meo animo, corpore alieno.

f Possidet ciuiliter dominus per se, naturaliter per colonum. Sed deiecto, eo etiam possessionem amittit colono, secus vt amisso colono.

g Colonus repræsentat dominum.

h Possessione deiectus, possessionem retinet per colonum suum ibi existentem: secus autem si sponte voluntate possessionem tradet alteri: quia tũc eam perdidit omninò, etiam retinet per colonum existẽtem in eo fundo.

i Per aliũ qui non amisit, per eundem eam retinere potest.

k Serui fideiussores ... competat hoc interdictum, ... causa ... possidet ... [illegible]

a Vis turbatiua.

b Pars ad totũ relatio est: vt quod in parte, idem fit & in toto.

c Hoc non est verum, nisi colonus realiter tradiderit. *l. quamuis. §. si fup. de acquir. possess.* Bartolus.

d Actiones in factum loco interdicti dantur.

e Loco ... [illegible]

IDem est*. & si quis armis deiectus est, quia ex facinoribus defunctorū de eo quod ad heredē peruenit, actio datur[a]. Sufficit enim non in lucro versari eū heredem: nō etiam damnum subire.

1 ¶ Hæc actio quæ aduersus heredem cæterósq. successores pertinet perpetuò[b] cōpetit: quia in ea rei persecutio continetur.

2 ¶ Armis deiectū quomodo accipimus? Arma sunt omnia tela, hoc est & fustes, & lapides: non solùm gladij, hastæ, frameæ, id est romphææ[c]. 3 ¶ Planè & si vnus vel alter fustem vel gladium tenuit[d]: armis deiectus possessor videtur.

4. ¶ Plus dicitur, & si inermes venerant: si in ipsa concertatione[e] qui inermes venerant, eò processerunt, vt fustes[f] aut lapides sumerent, vis erit armata.

5. ¶ Qui armati venerūt, etsi armis non sunt vsi ad deiiciendum, sed deiecerunt[g]: armata vis facta esse videtur. Sufficit enim terror armorum[h], vt videantur armis deiecisse.

Fugienti & relinquenti possessionem suam vano metu, non succurritur hoc interdicto. Bart.

6. ¶ Si quis autem visis armatis, qui alibi* tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non videtur deiectus[i]: quia nō hoc animo fuerunt qui armati erant, sed aliò tendebant. 7. Proinde & si cum armatos[k] audisset venire, metu decesserit[l] de possessione: siue verum, siue falsum audisset, dicendum est, non esse eum armis deiectum[m]: nisi possessio ab his fuerit occupata.

8. ¶ Si autem cum dominus veniret in possessionem, armati eum prohibuerunt, qui inuaserant possessionem: videri eum armis deiectum[n].

Vim vi repellere licet incontinenti, non autem ex interuallo. Barto.

9. ¶ Eum † igitur[o] qui cum armis venit, possumus armis repellere: sed hoc confestim*, non ex interuallo: dummodo sciamus non solum resistere[p] permissum, ne deiiciatur: sed & si deiectus quis fuerit, eundem deiicere, non ex interuallo, sed ex continenti[q].

Imputatur domino, si procurator deiecit aliquem: scilicet si dominus mandauit, vel ratum habuit quod

a ¶ *Actio datur.* Videbatur quod quando cum armis facta est, non deberet dari in heredes, etiam de eo quod ad heredes peruenit: quia acrius punitur criminaliter deiiciēs, quàm cum vis facta est sine armis: sed tamen contra est, quia datur. Vel dic contra videbatur dari etiam si non peruenit, propter immanitatem criminis, sed tamen non datur nisi in id quod peruenit, vt subiicit. sufficit enim &c.

b ¶ *Perpetuo.* ad quod faciunt concor. positæ *supra l. j. § fin.*

c ¶ *Romphaea.* i.[a] lanceæ, quæ habent rostrum vel ramponem ad homines capiendos. Alij habent rambolas[b]. *& facit infra de verb. signif. lege. armorum*[c]. *& Institu. de interdict. §. sed ex constit. versi. qui autem.* Idem in telo: *vt j. de fur. si pignore. § ij.*

d ¶ *Tenuit.* ne cum eo percuteret. H. Vel dic vnus vel alter, quasi nō omnes.

e ¶ *Concertatione.* aliàs cōcertatione, & aliàs deiectione, & aliàs certamine.

f ¶ *Vt fustes.* ex eo quòd nō inspecto principio, sed fine[d] dicitur hic vis: sume arg. quòd si alio tendentes cùm viderent me fugisse, mutato proposito ingrediantur: quòd videar vi deiectus, inspecto fine.

g ¶ *Sed deiecerunt.* i. sine armis: quia fortè armatis visis fugerunt aut cum venissent armati, eis depositis deiecerunt possidentes. Accursius.

h ¶ *Armorum.* Arg. ad quæstionem qua quæritur an[e] oporteat aliquem expectare primo se percutiri scilicet quòd non: *vt nat. C. vnde vi. lege j. in glo. si. versi. item nunquid. & fa. ad §. in quantum dicitur hic, etsi non armis vsi sunt supra de cal. lege & generaliter. ij. respon. ibi, siue fecerit, siue non, cum glossa in verbo, siue non. & quod quisque iur. l. iij. j. respon. & C. de furt. l. si quis. & supra de positu. l. j. §. bestias. ibi, siue depugnauerit, siue non. & ibi in glo. in verbo, siue non, & facit supra ad l. Aquil. sed & si quemcunque. & C. de sica. l. ij. & iij.*

i ¶ *Vi deiectus.* Imò videtur vi deiectus: *vt supra de vsuca. leg. non solum. § si dominus.* Sol. non videtur vi deiectus vt habeat interdictum, vt hic, sed quo ad huc vt amittat possessionem sic, vt ibi secundùm Azo. 2. ¶ Alij quod hic aliò ibant, ibi illuc, quòd non placet: quia quo ad amittendam possessionem non refert ibant illuc, vel non: vel etiam in nullo loco. nam semper amittitur: vt ibi.

k ¶ *Cum armatos,* aliò tendentes secundùm Io. & Azo. & sic loquitur eo casu quo superius proxi. resp. & hoc etiā casu loquitur *s. quod me. cau. l. metum. ij. respon.* & quod subiicit, siue verum, &c. i. eos esse paratos ad eundem aliò, siue non. & quod subiicit non esse vi deiectū. supple, nec alio modo quo ad interdictum, vt &c. sed quo ad perdendam possessionem sic: *vt s. de vsuca. non solum. §. si dominus. quæ est huic respon. contraria, in eo quod subiicit non videri deiectum vi.* Alij dicunt illud tendentes, nō aliò, & quod subiicit, siue verum, &c. eos esse armatos vel non, verè tamen veniebāt, & illuc, secundùm eos. Item quod subiicit non esse armis deiectum, sed sine armis videtur deiectus: & ita habebit interdictum pro vi simplici, non pro vi facta cum armis, secundùm eos. Ad idem tamen vtraque datur cùm ciuiliter agitur: *vt arg. s. prox. qui armati.* & ideo hæc opinio non placet.

l ¶ *Decesserit.* si aliò tendebāt: vt dixi: & tamen metu discessi ergo amisi pos. meo animo. vnde licèt mutato proposito apprehendant eam. non tenentur, quia tunc non possidebam: *vt s. eod. l. j. §. interdictum.* Respon. datur vtile, *arg. s. e. l. j. § familiæ.* 2. Vel dic quòd recessit non animo deserendi poss. sed fortè sub illa conditione, si illi intrarent. *arg. s. de adquir. poss. l. si me in vacuam.* secundùm Azo Item op. alia ratione quod nō videtur competere interdictum etiam si fuerit occupata, nam nomine naturalis non, quia erat vacans, nomine ciuilis non, quia non alius, sed sua opinio & fortè vana priuauit eum: *vt arg. inf. de fur. l. si quis in seruitute. in fi.* cuius vani timoris nulla est æstimatio: *vt s. de re. iudi. l. si quis ab alio. in prin.* Respon. non sola opinio, sed aduersarius propter quem opinio procedit, eum priuauit: *vt arg. C. de rap. vir. l. vnica.* & hic animus admittendi præuenit inuasionem. Econtra si inuasio præuenerit animum: vt si absens non redij, credens me non admittendum, vel eiiciendum: tunc dic *vt no. s. eodem. l. j. §. hoc interdictum.*

m ¶ *Deiectum.* Contra *s. de vsuca. l. non solum §. si dominus.* Sol. hic tantum audiuit eos venire, & fugit. ibi vidit eos venire, & fugit. quod non placet: sed solue vt modo no. hoc eodem respon. *& facit sup. si quis omis. cau. testa. l. si quis omissa.* & not. quòd fallit hæc regula, qui occasionem[a] damni, &c. *vt s. ad l. Aqui. l. qui occidit. § penul.*

n ¶ *Deiectum.* facit *j. ead. l. §. vnde vi. & leg. colonus. & s. eod. l. j. §. fine autem.* ¶ Et distingue[b] super præmissis: quia cum existimaui aliquos venire, & fugi: aut falsum erat quod existimaui, aut verum. & cum verum: aut illò veniebant, aut aliò tendebant: & cum aliò tendebant, aut dum fugi, sunt ingressi, aut non. si falsum esset penitus quod existimaui: & sic possessionem amisi, quia fugi: *vt d. §. dominus.* tamen nec edictum quod me. cau. nec vnde vi, locum habet: *vt s. quod me. cau. l. metum. ij. respon. & s. § proinde.* si verò veniebant, sed aliò tendebant, nec sunt ingressi, tunc idem: *& sup. proxi. §. si quis autem.* Si verò aliò tendebant, sed tamen dum fugi sunt ingressi: locum habet vnde vi, quasi vi deiectus, & quasi ex post facto ad id venisse videantur: *vt s. §. armis deiectum. & § proinde.* vbi & de hoc no. si verò ad hoc veniebant: tunc etiam si non sunt ingressi, locum habet interdictum vnde vi, *vt supra de vsuca. non solum. §. si dominus. & l. sequitur. § si tu me. & innuit supra proxi. §. si quis autem.* licèt dominus Bul. in casu proximo superiori dicebat quòd non, sed vi deiectum videri quo ad perdendam poss. vnde intelligebatur in d. § si dominus. nisi sequeretur ingressus. & pro eo supra *eod. l. j. §. idem Labeo. & supra proxi. § proinde.* sed eas expone vt in qualibet nota. si verò sunt ingressi poss. tunc sine dubio secundùm omnes vnde vi interdictum locum habet: *vt supra l. j. § idem Labeo. & s. § proinde. in fi.* Si verò non fugi. sed aliàs me absente sunt ingressi, nec reuertentem admiserunt: vnde vi locum habet: *vt hic & s. eod. l. j. §. interdictum. & sup. de adquir. poss. l. clam. § fin.* Si verò me reuertentem non fugauerint in prædicto proximo casu, sed metu discessi. & accedere nolui: quasi metu videor eis posses. cessisse: & edictum quod metus causa, non vnde vi, locum habet: *vt supra quod me. cau. l. metum. iij. respon. & § sed & si per vim.* secus si non redij, credens me non admittendum, vel deiiciendum, quia habeo interdictum: *vt s. eo. l. j § hoc interdictum.*

o ¶ *Eum igitur.* quia is qui armis deiecit, iniustè facit, & ideo tenetur: igitur, &c. & no. arma armis repelli: *vt & s. e. l. j. §. vim vi.* etsi cum moderamine. quod no. C. e. l. j.

p ¶ *Resistere.* vt *& s. ea. l. j. § vim vi. & § vi possidere. in fin.*

q ¶ *Continenti.* i.[c] antequam ad alia extranea diuertat negotia: *vt inf. de verb. oblig. continuus. j. respon. & de duobus re. leg. duos. § fin. & j. de adul. l. quod ait. §. quod ait. & s. de testa. heredes. § fin.* ¶ Sed quid si in villis deiectus venit ad ciuitatem pro amicis, & in hoc biduo vel triduo laborat, an interim possideat? Quidam non, etiam ciuiliter, sed veniens recuperat. *arg. j. eod. l. qui possessionem.* Sed potest dici quòd possideat ciuiliter, & spem habebit recu-

perandi

* Flo. quod est.

a Romphea.

b Rombolo qui & fraudiguli i. adas: funda, Pergarum, ipse Albericus.

c Armorum appellatione comprehenduntur fustes, lapides, & omne id quod nocere potest.

d Finis inspicitur vt quis vi deiectus videatur.

e Vim pati non cogitur: cum eam inire præuenire licet.

* alibi

a Occasionem damni dans, veram damnum dedisse videatur.

† Defensio rerum & personæ est permissa.

* Intra duas horas.

b Interdictum vnde vi quemadmodum competat fugienti.

c In continenti facere.

perandi naturalem. Nec ob. l. illa qui poss. quia reuertitur in pristinam causam quo ad naturalem: vel quatenus de facto est extra ciuilis autem non amittitur: sed perseuerat eadem. Item non obst. quòd biduo vel plus ibi moratur in talibus: quia sic est opus in talibus, nam & propter[a] aduocatum datur dilatio: *vt supra ex quibus cau. ma. l. ait praetor. §. fina.* Item testatori ad necessarias causas: *vt C. de testa. cum antiquitus.* & fideiussor accipitur inter duos reos: *vt d. l. de duo. re. l. quos §. fin.*

a Dilatio datur propter aduocatum nisi esset aduocatum diu moraturus: quia tūc nō datur dilatio: imò quęrere parabitur aduocatum, *ato no. Bart. in l. ait praetor. s. fin. per illū tex. & ex quib. cau. ma. & in l. fi. in fi. t. de vara. mun. & melius in l. fed si ... mus. §. quedam ... de mon. & Feli. c. i. in prin. extra vt lite non contesta. de que nor. in apost. ad loc. Ro luff in l. ... verf. causam C. de ... lat. pro ... lib. 10. & in l. ... pen. vbi etiam ... apostol. in ver. ... de ... C. de dona. ... Ap... ad Lam ... extra ... sam §. dilatio ... extra de probat.*

procurator fecit. Idem dicendum est in familia domini Bart.

10. ¶ Cum procurator armatus venit[a], & ipse dominus armis deiecisse videtur: siue mandauit: siue (vt Iulianus ait) ratum habuit.

a ¶ *Venit.* supple & aliquem de possessione deiecit.

11. ¶ Hoc & in familia dicendū est. Nā cum familia sine me[b] armata venit[c]: ego non videor venisse, sed familia: nisi iussi, vel ratum habui[d]. 12. ¶ Hoc interdictum etiam aduersus eum proponitur, qui dolo malo[e] fecit quò quis armis deiiceretur. Et post annum[f] reddetur † in id quod peruenit ad eum qui prohibuit.

b ¶ *Sine me.* domino.

c ¶ *Venit.* supple & aliquem de possessione deiecit.

d ¶ *Habui.* facit *supra eo. l. §. quoties. & §. de te. isse. & §. merito.* Accursius.

e ¶ *Dolo malo.* putà suasisti familiæ meæ vt quem deiiciat, quasi ille meam possessionem occupasset: *vt argum. supra de dolo. l. cum quis.*

f ¶ *Post annum.* vt *supra eodem l. j. in princip. & de interd. leg. ex quibus. & communi diui. l. communi diui. j. §. Iulianus.*

Hic incipit exponere quādo interdictum istud detur fructuario. supra vero dixit quādo pro rei proprietate.

13. ¶ Vnde vi interdictum necessarium[g] fuisse fructuario[h] apparet, si prohibeatur vti frui vsufructu fundi.

g ¶ *Interdictum necessarium.* id est vtile. *vt & aliàs supra de damn. infect. l. damni. §. penul.* Vel dic hoc etiam directum dari: *vt arg. supra eod. l. j. §. deiicitur.*

h ¶ *Fructuario.* & vsuario[b]: *vt infra: §. item si non.* & de his tractat vsque in fi. l. ¶ Item & ei[c] qui habitationem habet: *vt supra de donat. lege Aquilius.* Sed an ei[d] qui de reali seruitute deiicitur, cōpetat? Respon. non. *vt supra de vsucap. l. si quaeratur. §. si viam.* sic & nouum[e] opus permittitur nuntiare habenti seruitutem personalem non realem: *vt supra de no. ope. nun. leg. j. §. fina. & l. qui viam.* in illis ergo recurritur ad interdictum directum & vtile de itinere priuato, & de aqua: *vt infra de itinere actuque priua. l. j. in princ. & de aqua quoti. & aestiua. l. j. in princip.*

Hoc interdictum competit contra eum qui prohibet frui fructuariū qui iam vti frui inceperat, non cōtra eum qui ab initio prohibuit ne frueretur. Et pertinet hoc interdictū ad res immobiles, non ad res mobiles: & competit etiam vsuario, sicut vsufructuario. h. d. vsque ibi, qui vsusfructus.

14. ¶ Vti frui autem prohibuisse is videtur, qui vi deiecit vtentem & fruentem: aut non admisit[i], cum ex fundo exisset non vsusfructus deserendi causa. Cæterùm si quis ab initio volentem incipere vti frui, prohibuit: hoc interdictum locum non habet[k]. Quid ergo est? Debet fructuarius vsumfructum vindicare[l].

15. ¶ Pertinet autem hoc interdictum ad eum qui fundo vti frui prohibitus est. Pertinebit etiam ad eū qui ædificiis vti frui prohibetur. Consequēter autem dicemus, ad res mobiles[m] hoc interdictum nō pertinere, si quis vti frui prohibitus est re mobili: nisi si rei soli accedebāt res mobiles. Si igitur ibi fuerunt[n], dicendum est etiam ad eas referri hoc interdictum debere. 16 ¶ Item si non vsusfructus, sed vsus sit relictus: competit hoc interdictū. Ex quacunque enim causa[o] constitutus est vsusfructus vel vsus, hoc interdictum locum habebit.

Capite minuto vel mortuo fructuario qui prohibitus est vti frui, competit hoc interdictū heredibus fructuarij, & contra heredes prohibentis actio in factum ad damnū praeteritum resarciendum, non ad constituendum vsumfructū: quia extinctus est morte vel capitis deminutione fructuarij. h. d. ll. seq. propter suam breuitatem non summantur.

17 ¶ Qui vsusfructus nomine qualiter qualiter[p] fuit quasi in possessione: vtetur hoc interdicto. Sed si quis posteaquam prohibitus est, capite minutus sit[q], vel mortuus: rectè dicitur heredibus & successoribus competere hoc interdictum: non vt in futurum constituatur[r] vsusfructus: sed vt praeterita causa & damnum praeteritum[s] sarciatur.

17. ¶ Heres quoque simili modo debebit in factum actionem suscipere in id quod ad se peruenit[t].

IIII. IDEM *libro decimo ad Edictum.*

SI vi me deiecerit quis nomine municipum[u], in municipes mihi interdictum reddendū Pomponius scribit, si quid ad eos peruenit[x].

V. IDEM *libro undecimo ad Edictum.*

SI rerum[y] tibi possessionē tradidero, dicit Pomponius vnde vi interdictum cessare: quoniam non est vi deiectus, qui cōpullus est in possessionem inducere[z].

i ¶ *Non admisit.* retinuit ergo in absentia possessionem suam, scilicet naturalem; *vt hic & supra de vsufruct. l. arboribus. §. de illo. versi. Iulianus. & ar. sup. ea. l. §. fin. autem.* ¶ Sed an deiecto[f] fructuario à naturali videatur deiici proprietarius de ciuili, vel contra? Respō. non: cum non nisi per deiectionem, vel per hoc quòd non admittitur quis in possessione, perdat aliquis possessionem: *vt supra de acquirend. pos. si id quod.* secus in re mobili qua priuatur vnus per hoc quòd alteri eorum surripit: quia etiam ignorans perdit: *vt supra de acquiren. possess. l. rem quae.*

k ¶ *Locum non habet.* Sed cum fructuarius veniens solo aspectu possessionem acquirat: *vt ff. de acquiren. possess. l. j. §. si iusserim. & l. quod meo. §. si venditorem.* videtur, si postea appropinquans prohibetur, quòd deiiciatur: & sic habeat interdictum. Sed respon. hic fuit prohibitus etiam antequam posset locum videre. Accursius.

l ¶ *Vindicare.* ¶ Sed quomodo[a] vindicat, si nunquam possedit? Respon. fuit relictus in[b] vltima voluntate: *vt supra quemadmodum ser. amitt. partem. §. fin.* 2 Vel etiam inter viuos: sed coepit aliquando possidere, & postea desiit. Si autem non fuisset inductus in possessionem, tunc agitur ex stipul. vel ex contractu ex quo constitutus est.

m ¶ *Ad res mobiles.* vt[c] tigna & similia, quæ ibi habebat.

n ¶ *Fuerunt.* scilicet[d] in ædificio. idemque si in domo essent: *vt l. eo. l. j. §. si fundus.*

o ¶ *Quacunque enim causa.* testamento[e], vel inter viuos.

p ¶ *Qualiter qualiter.* aliàs qualitercunque. Accursius.

q ¶ *Minutus sit.* maxima vel[f] media capi. de. olim etiam minima: *vt C. de vsufruc. l. corruptionem. & Instit. de acquis. per arroga.*

r ¶ *Constituatur.* quia extinctus est cap. de. vel morte. secus[g] si non vtendo propter ipsam deiectionem: *vt infra eod. si plures. in princ. & l. g. si de fundo. & supra de vsufruct. l. cuiuscunque.* Accur.

s ¶ *Praeteritum.* id est fructus[h] percepti & etiā percipiendi veniant in diem finiti vsusfru. non post: *vt & supra de vsufru. qui vsumfructum. §. fi. & l. quaesitum. & l. cuiuscunque.* ¶ An autem ipsa quasi[i] possessio restituatur? Respon. forte sic: licet cito per dominum possit ei auferri. nā est momentanea: *vt C. eod. l. vnde vi. & l. momentanea.*

t ¶ *Peruenit.* sic ff. eo. l. j. in fi. & l. iij. in princ.

SI vi me.] CASVS. Aliquis nomine municipij me deiecit de fundo. tenentur municipes hoc interdicto. Frāciscus Accur.

u ¶ *Municipum.* qui sint municipes[k], *habes inf. ad munici. l. j. & fa. sup. de dolo. sed si. ex dolo. §. j. & quod met. cau. l. metum. iij. §. j. & ff. de acquiren. possess. l. ij.* Accursius.

x ¶ *Ad eos peruenit.* Sed obiicitur: aut[l] municipes habuerunt ratam illam deiectionem: & tunc tenentur in solidum: *vt ff. eo. l. j. §. quotiens.* aut non: & tunc non: ideo tenentur interdicto: *vt j. eo. l. cum à te.* Sed dic vtili[m], non directo: *vt & aliàs, ff. eodem l. j. §. si filius. & §. si quis tamen. & argu. ff. quod me. cau. leg. si cum ex. §. in hac.* 2. Vel subaudi hic maxime: & dic quòd mandauerunt, vel ratum habuerunt municipes. *& fa. C. vnde vi. l. meminerint.*

SI rerum.] CASVS. Metu coactus dedi tibi rem meam. non habet locum hoc interdictum, sed act. quod metus causa. Fran.

y ¶ *Si rerum.* aliàs incipit, si metu. & aliàs. si rerum tibi possessionem vi tradidero, & tunc dic vi, scilicet compulsiua.

z ¶ *Inducere.* non[n] ergo pro vi compulsiua[o] locum habet hoc interdictum, sed act. quod me. causa: *vt supra quod me. cau. l. metum. iij. §. sed & si per vim. & l. si mulier. §. qui possessionem.*

IN interdicto.] CASVS. In interdicto vnde vi, fit condemnatio in interesse agentis: quod est quando vltra rei æstimat. quid

b Interdictum de vi competit vsufructuario & vsuario.
c Interdictum de vi datur ei qui habitationem habet.
d Interdictum vnde vi non datur ei qui de reali seruitute deiectus est. vt hic. Nō igitur competit deiectio à quasi possessione iurisdictionis, vt cāpu tat Azo. Cōtrarium sentit post Rofredum Innocentius c. querelam, extra de elect. dari scilicet deiecto ex quasi possessione iurisdictionis, vtile interdictū de vi: de quo vide hic Bar.
e Seruitutem habens personalem nō realem, nunciare potest.
f Fructuario deiecto, dominus non censetur deiectus: atnō colono aut per procuratorem deiecto.

tal. reddetur, ff. 13. in id quod peruenit ad eū qui prohibuit vnde vi interdictum necessarium &c. Ita legitur in a liquibus editionibus optimis. Cuiacij tamē lectionem mutare nolui.

a Vindicari an & quando possit vsusfructus nondum possessus nō potest.
b Vsusfructus testamēto relicto dominiū recta via transit in legatarium. l. a Titio ... de furtis.
c Mobilium rerum exempla.
d Mobilia ex se immobilib. ad haec immobilibus censentur.
e Vsusfructus cōstituitur vel testamento vel inter viuos.
f Vsusfructus quae capitis deminutione amittatur.
g Vsusfructus extinctus capitis deminutione maxima vel media, vel etiam morte, non restituitur secus in eo qui non vtendo propter deiectionem amisit est.
h Vsufructuario deiecto fructus percepti & percipiendi restituendi.
i Vsufructuario deiecto & capite minuto fructus restituuntur. Quid quasi possessio restituendi putat Accursius licet à proprietario statim petatur. vt hic. Contra Albericus; quasi possessionem vsufructuario nō restitui existimat, cùm id, quod alias in rerum natura esse desierit, restitui ei nō possit.
k Municipes qui.
l Argumentū à diuisione.
m Interdictum de vi municipes an & quādo teneantur possessione.
n Interdictum de vi locū nō habet pro vi compulsiua, sed expulsiua.
o Vis compulsiua an opponatur expulsiuae.

enim si deiecisti me de fundo in quo erant mei, & eos seruos per hoc amisi, quos volebam propter aliquam causam torqueri: vel erant heredes instituti: & sic heredi. amisi certè hoc totum damnum æstimatur. Franciscus.

VI. PAVLVS *libro septimo decimo ad Edictum.*

IN interdicto vnde vi tanti cõdemnatio facienda est, quá ti intersit possidere. & hoc iure nos vti Pomponius scribit: id est tanti rem videri [a], quanti actoris intersit. quòd aliàs minus [b] esse: aliàs plus. Nam sæpe actoris pluris interesse hominem [c] retinere, quàm quanti is est [d]: veluti cum quæstionis habendæ [e], aut rei probandæ gratia, aut hereditatis adeundæ [f] intersit eius eum possideri.

VII. IDEM *libro vicesimo quarto ad Edictum.*

CVm à te vi deiectus sim: si Titius eandem rem possidere [g] cœperit, non possum [h] cum alio quàm tecum interdicto experiri.

VIII. IDEM *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

FVlcinius dicebat vi possideri, quotiens vel [i] non dominus, cum tamen possideret [k], vi deiectus est.

Secundum commoda quæ quisque sentit, ita onus subire tenetur.

IX. *Idem libro sexagesimo quinto ad Edictum.*

SI plures heredes [l] sunt: vnusquisque nõ in amplius quàm ad eum peruenerit, tenetur. qua de causa interdum in solidum

a ¶ *Videri*. id est æstimari.

b ¶ *Minus*. non [a] dicit minus rei vera æstimatione. hoc enim non est: *vt infra de fur. lege si vendidero. §. cum autem.* loquitur ergo sic, quia vltra [b] rei pretium extenditur interesse quando in maiorem summam: quandoque minorem, secundùm Azo. *& facit supra eodem l. j. §. qui autem. & quod ibi not.* Et hoc interesse probabitur [c] iuramento [d] in litem [e] contra dolosum, vel contumacem inuasorem nolentem [f] restituere: *vt & supra de rei vind. l.* [*qui resti*]*tuere. in fine. & infra quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.*

c ¶ *Hominem*. qui erat in possessione inuasa ascriptius vel seruus, vel colonus: *vt supra eodem l. j. §. si fundus. & §. rectissimè.* Vel dic quòd inducit simile in homine seruo putà rapto, qui actione vi bo. rapto. repetitur: vt quasi idem fit & hic. Accursius.

d ¶ *Quanti is est*. id est valet homo.

e ¶ *Habendæ*. in [g] seipso de aliquo facinore. ¶ Et quod subiicit, probandæ, scilicet in alium. *ad quod est supra ad exhiben. l. fin.*

f ¶ *Adeunda*. ad quod. *est infra de fur. l. si quis vxori. §. penultimo.*

CVm à te.] CASVS. Deiecisti me de fundo. & alius postea te deiecit: habeo hoc interdictum cõtra te, & contra illum. Secundo dicit: hoc interdictum datur etiam non domino deiecto de fundo quem possidebat. & hoc dicit hæc l. & seq. Franc. Accur.

g ¶ *Possidere*. vi vel sine vi: non curo.

h ¶ *Non possum*. ad quod fa. *supra eo. l. j. §. qui vi à me. & ff. de adqui. poss. l. fin. & infra tit. j. l. j. §. fin. & supra de vsuca. l. sequitur. §. si tu vi me. & supra si serui. vind. l. loci corpus. §. competit.* nisi [h] fortè cum fueras non soluendo: *vt in arg. contra infra de furtis. l. itaque. circa princ.* Item facit *C. si certum peta. l. non vnde.* Accur.

i ¶ *FVlcinius.*] *Vel* pro &: vel pro saltem.

k ¶ *Possideret*. large accipe, id [i] est detineret: *vt & ff. eo. l. j. §. quod autem ait. & fa. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si tu vi me.* Accursius.

SI plures.] CASVS. Deiecisti me de fundo meo: & cœpisti possidere: decedis postea relictis pluribus heredibus. quilibet heredum tuorum in id quod ad eum peruenit, tenetur. & si totum ad vnum peruenit, in totum ille tenebitur. Secundo dicit: habebam vsumfru. in fundo tuo: deiecisti me de possessione prædicti fundi, & sic eum non vtendo & fruendo amisi. dicitur quòd agam hoc interdicto per quòd compellèris restituere, id est constituere vsumfruct. in pristinum statum à quo fui deiectus. Franc.

l ¶ *Heredes*. scilicet violenti. Accursius.

m ¶ *Ex parte*. fa. [k] *supra commoda. lege iij. §. heredes. & l. in commodato. §. ij. & infra de prato. stipulatio. lege ij. §. sed & si vnus. & supra de rei vind. si possessor. & supra quod metus cau. l. quod diximus. §. fin. & sup. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. & infra de aqua quotidia. & æstiua. l. j. §. competit & infra quod vi aut clam. semper. §. hoc interdictum.*

n ¶ *Deiectum*. per proprietarium deiicientem, vt subiicit.

o ¶ *Ab vsufructu*. qui est quasi [l] possessor iuris. ADDITIO. Istam glo. iuncto suo tex reputat Bart. sing. ex qua not. quod licèt fructuarius rem naturaliter possideat: *vt lege naturaliter supra de acquir. poss.* tamen [a] ius vsusfructus quasi possidet ciuiliter & naturaliter. *& meliorem glo. habes in l. ait prætor. §. item et in verbo, quæ sibi supra qui. ex cau. ma. secundum eundem Bart.*

p ¶ *Restituere*. aliàs sustinere: aliàs restituere.

q ¶ *Si tempore*. secus si alio modo: *vt supra eod. l. iij. §. penult.*

tenebitur is ad quem totum peruenerit, quamuis ex parte [m] heres sit.

1. ¶ Deiectum [n] ab vsufructu [o], in eandem causam prætor restitui [p] iubet: id est in qua futurus esset, si deiectus non esset. Itaque si tempore [q] vsusfructus finitus fuerit, postquam deiectus est à domino [r]: nihilominus cogendus erit restituere [s], id est vsumfructum iterum constituere [t].

Si post deiectionem facta sit consolidatio vsusfructus & proprietatis: non tenetur proprietarius iterum vsumfructum constituere: aget tamen vsufructuarius contra eum per quem perdidit vsumfructum. hoc dicit l. sequens exponit quid sit vim facere.

X. GAIVS *lib. 2. ad Edictum prætoris vrbani titulo de liberali causa.*

SI de fundo proprietarium [u] & fructuarium prædo expulerit, atque ob id fructuarius constituto tempore [x] non vsus, perdiderit ius suum: nemo dubitat quin dominus, siue experiatur cum fructuario aduersus prædonem, siue nõ experiatur [y], retinere [z] debeat reuersum ad se vsumfructum: & quod fructuarius perdidit, id ad damnum [a] eius pertineat, cuius facto periit.

r ¶ *A domino*. id [b] est proprietario.

s ¶ *Restitui*. etiam post annum: cum ad eum peruenit: quia reuersus est ad proprietatem. vnde secus esset si alius deiecisset: quia intra annum teneretur in solidum: sed post in nihilum: cum nihil ad eum peruenisset, sed ad proprietatem redisset: *vt supra eod. l. j. in princ.*

t ¶ *Iterum constituere*. facti, non iuris varietatem notat verbum iterum. Sed quæ gloss. est hæc? Respon. bona quia quod remissum [c] est, restitui non potest: quod videbatur ex verbo restituere: sed [d] de nouo aliquis constituitur priori omnino consimilis: *& facit supra ad leg. Aquil. l. item Mela. §. fi. & l. seq. & supra de vsufruct. lege quinquaginta. in princ.*

SI de fundo.] CASVS. Habebam proprietatem in fundo. tu in eodem vsumfruct. habebas. deiecti sumus ambo de poss. fundi: & tu non vtendo siue fruendo amisisti vsumfruct. si agam interdicto: siue ego solus: siue tu mecum: recuperabo fundum in plena proprietate, id est cum vsufructu. nec teneor constituere vsumfruc. Franc. Accursius.

u ¶ *Proprietarium*. nec non fructuarium. nam si solus proprietarius esset expulsus, & non fructuarius: non dabitur interdictum proprietario, quasi per fructuarium retinuerit possessionem: *vt ff. eodem l. j. §. si qui vi me.* secundum quosdã. 2. Vel [e] ibi in eis dicit qui pro me possident: fructuarius [f] autem non pro domino, sed pro se, id est suo iure possidet.

x ¶ *Constituto tempore*. scilicet [g] x. vel xx. annis: *vt C. de vsufruc. l. corruptionem. & de serui. & aqua. l. sicut.* ¶ Sed quomodo [h] postea poterit agere fructuarius interdicto, cum deiiciens non teneatur post annum nisi de eo quod ad eum peruenit, & vsusfruct. reuersus est ad proprietatem, *vt hic, & dixi supra l. proxi?* Respon. pone eum fuisse litem contestatum intra annum. 2. Vel dic quòd loquitur hic secundum iura vetera, quando peribat vsusfructus anno vel biennio: *vt d. l. corruptionem. Cod. de serui. & aqua. in princip.* & annos huius interdicti potest extendi longè vltra, cum sit vtilis *vt supra eod. l. j. §. annus.* 2. Vel melius, cum possit extendi hic annus valde vltra decem vel viginti annos: nõ exigo quòd hic loquatur secundùm vetera iura: vel quòd fuerit lis contesta. secundùm M. quòd vltra posit extendi, patet *infra de diuer. & tempo. præscript. l. j.*

y ¶ *Non experiatur*. scilicet cum fructuario: sed ipse solus.

z ¶ *Retinere*. id est non cogendus est de nouo concedere. & hoc cum extraneus inuasit. secus si dominus, *vt l. ff. proxi. in fin.*

a ¶ *Ad damnum*. Sed quid [i] si prædo non est soluendo? Respon. agitur contra proprietarium vt constituatur de nouo. *argu. supra de [illegible] per quem fa. erit l. fin. & supra lege proxi. in fin. & supra de fundo. l. si maritus. ij.* secundùm quosdam. Sed B. & H. contra. Sed eis oppo. amissum per flumen restituitur: *vt supra quibus mo. vsufruc. amit. l. si ager.* Sed respon. hic fuit vtile: ibi non. Item hic agere potuit: ibi non à flumine recuperare, nisi eo recedente. *& facit supra si certum peta. l. periculum.*

Vim facit.]

Interdicto vnde vi, id quod interest debetur.

b Id quod interest quandoque excedit rei pretium, quandoque etiam exceditur à pretio.

c Probationis species iuramentum.
d Probatur id quod interest contra dolosum & contumacem inuasorem iuramento in litem.
e Iuratur in litem aduersus dolosum & contumacem inuasorem.
f Contumax est qui nõ vult restituere.

g Torqueri in seipsum quis potest.
h Interdictum vnde vi non datur aduersus tertiũ possessorem, nisi primus deiiciens sit non soluendo.
i Possidere pro detinere. adde Glo. l. 1. §. apiscimur. sup. de adquir. possess.
k Interdictum vnde vi verũ datur aduersus heredem insolidum, an verò pro parte hereditaria.
l Vsufructuarius quasi possessor iuris id est iuris vsusfructus quasi possidet ciuiliter & naturaliter rem autem ipsam naturaliter. l. naturaliter. sup. de adquir. possess. si iniuste Glossa in l. ait prætor. §. item. sup. ex quibus caus. maiores. l. vlt. in verbo defendat. inf. vti possidetis. adde Corsetum singulari vsufructus. adde Baldum parte 4. de præscriptionib. 4. quæst. 9. vbi idem in Emphyteuta esse ait. Petrum Ravennatem ... eo.

a Rem fructuariam etiam vsufructus possidere dicitur.

b Dominus proprietarius.

c Intelligendum est amissum, hoc sensu. Restitui non posse vsumfructum qui semel amissus sit.
d Pœna proprietarij deiicientis vsumfructuarium, etiam finito per tempus vsufructu.

e Domino deiecto non deiicitur colonus, vt vsufructuarius. Colonus enim domino possidet.
f Vsufructuarius sibi possidet non domino.
g Præscribitur vsusfructus decennio vel viccnnio.
h Interdicto vnde vi vtiliter vsufructuarius agere potest, licet vsusfructus deinde amittatur: directum autem interdictum vnde vi post annũ nõ datur.
i Vsufructuarius vsufructu deiectus agere aduersus proprietarium potest, prædone, qui deiecit, non soluendo facto. vide hic Bartolũ

Vim facit.] CASVS. Loquitur hæc l. de vi inquietatiua, & sic parum facit ad titulum. & casum sic pono: Franciscus qui nõ finit possidentem vti & frui suo arbitrio: dicitur vim facere, siue aret in fundo, siue ædificet in fundo, siue quid aliud faciat per quod non dimittat quiete possessorem possidere. vel aliter pone casum vt in gl. domini mei Ac. Franc.

a ¶ *Vim facit.* extra materiam est hæc lex: & nihil[a] faciens ad titulum. non enim pro hac violentia, cum sit inquietatiua[b], & non expulsiua, potest dari hoc interdictum, sed[c] illud vti possidetis: *vt infra vti poss. l. si duo. §. hoc interdictum sufficit. & supra si ser. vin. l. sicuti. §. Aristo. in fin.* §. sic & aliàs est lex extra materiam quam habes supra *quib. ex cau. in poss. ea. l. hæc autem in fi. l.* Vel aliter loquitur hæc lex in naturali possessione tantùm, cùm aliquis scilicet prohiberet vsufructuariũ arare, &c. volens eum prauare[d] & deiicere de naturali possessione vsusfructus, non volens domino auferre ciuilem; & sic pro[e] naturali dabitur fructuario vnde vi: pro ciuili dabitur domino vti possid. *& facit supra de acquir. poss. l. pen. §. j. & infra de iniur. l. iniuriarum. §. j. §. si quis me prohibeat. & ff. de oper. no. nunc. l. de pupillo. §. pe. & fi. in verbo, ratihabitionem. & Gl. fin. & de procu. l. non cogendum. §. fin.*

XI. POMPONIVS *libro sexto ex Plautio.*

VIm facit[a], qui nõ finit possidentem eo quod possidebit[*], vti arbitrio suo: siue inserendo, siue fodiendo, siue arando, siue quid ædificando, siue quid omninò faciẽdo, per quod liberam possessionem aduersarij non relinquit.

Colonus non admittens emptorem fundi, habet interdictum contra deiicientem si deiectus sit: & dominus habet interdictum contra colonum non admittentem emptorem. Bar.

XII. MARCELLVS *libro nonodecimo Digestorum.*

COlonus eum cui locator fundum vendiderat, cum is in possessionem missus esset, non admisit[b]: deinde colonus vi ab alio deiectus est. quærebatur quis haberet interdictum vnde vi. Dixi nihil interesse, colonus dominum ingredi volentem prohibuisset: an emptorem, cui iussisset dominus tradi possessionem, non admiserit: igitur interdictum vnde vi colono competiturum[c], ipsúmque[d] simili[e] interdicto locatori obstrictũ fore: quem deiecisse tunc videretur, cum emptori possessionẽ non tradidit: nisi fortè per iustam[f] & probabilem causam id fecisset.

Damnatus interdicto vnde vi, vel quolibet alio interdicto, infamis non fit. scilicet infamia iuris. Francis. Accursius.

XIII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum.*

COlonus.] CASVS. Locaui fundũ cuidam rustico, putà Gualengo Vituperabili colono nostro. postea istũ fundũ vendidi Titio, & ei permisi vt intraret poss. fundi quando vellet. & cũ intrare vellet emptor, rusticus siue colonus, quod idem est, non permisit eum intrare. postea colonus deiectus est de pos. fundi à quodam extraneo. dicitur quod habeo interdictum vnde vi contra colonum ob hoc quod non admisit emptorem, quasi per hoc me deiecisse videatur: nisi iustam causam retinendi habeat: putà impensarum. Item ipse colonus habet interdictum vnde vi contra deiicientem. Franc. Accur.

b ¶ *Non admisit.* emptorem[f], vel etiam alium nomine domini euntem: *vt & j. eo. l. cum fundum. & supra de relig. ossa. §. fin.*

c ¶ *Competiturum.* contra eum qui vi deiecit colonum. Accursius.

d ¶ *Ipsumque.* colonum.

e ¶ *Simili.* aliàs simili: & aliàs similiter. *& fa. supra loca. l. si merces. §. qui fundum. & supra ne vis fiat ei. l. j. §. hæc actio. & infra tit. j. l. si duo. §. cum inquilinus.*

f ¶ *Propter iustam.* expensarum[g] fortè: *vt supra de acquir. pos. leg. si quis rem. & C. eo. l. non ab re. & supra loca. leg. si colonus. & argum. infra de fur. l. qui iniuriarum. infra. §. fina. & supra de pign. act. leg. si necessarias. in princip.* vel ignorantiæ: quæ ignorabat dominum hoc velle, vel illi vendidisse. Idem dicunt quidam si propter iniuriam id faciat animo interuertendi. quod non placet: quia iam sic non haberet locum hæc lex, cum semper faciat prauo animo, cum non reddat ei à quo habet: *vt C. eod. non ab re. & C. de loca. l. si quis conductionis.* licèt ergo malè faciat, quia non reddit, & sic puniatur: tamen priuatur dominus posses. bono vel malo animo faciat. Accur.

a Leges fugitiuæ quodam sunt in suis corpore, hoc est à titulis suis aberrantes.
* Possidebat.
b Vis inquietatiua & expulsiua.
c Interdictum vti possidetis datur pro vi inquietatiua, nõ expulsiua.
d Legendum esse prauare, quod vocabulum ... apud ... & antiquas quæ fuerunt, ... forte Accursium à Græco ... hic legas deturbare.
e Vsusfructuarius possessionem suam naturalem, interdicto vnde vi defendere potest: proprietarius, ciuilẽ suam, interdicto vti possidetis.
f Interdicto vnde vi colonus tenetur, & possessione fundi venditorem dominũ priuat, qui eius fundi emptorem nõ admittit.
g Iustæ causæ emptoris non admittendi colono fundi competunt, si suas expensas seruare vult, item si ignorat, fundum traditum.

g Neque vnde vi.] *Famosum.* id[a] est, non efficitur infamis infamia iuris damnatus aliquo interdicto: de[b] facto tamẽ infamant quædam: vt vnde vi, & quod vi aut clam. & ideò[c] in parentem vel patronum non dantur: *vt supra eod. l. j. §. hoc interdictum. & supra de obseq. l. licèt. & facit infra de act. & obliga. l. cessat.*

NÊque vnde vi, neque aliud interdictum famosum[g] est:

Etiam vi vel clam possidetis, si deiectus fueris, es restituendus. Bar.

XIIII. POMPONIVS *libro vicensimo nono ad Sabinum.*

SEd si vi armata † deiectus[h] es: sicut ipsum fundum recipis, etiam si vi aut clam aut precario eum possideres[i]: ita res quoque,[k] mobiles omnimodo recipies.

Non liberatur deiiciens, licèt possessionem perdas sine dolo: quia vitiose possessionem adeptus erat. Bartolus.

XV. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

SI vi me deieceris, vel vi aut clam feceris: quamuis sine dolo & culpa amiseris possessionẽ, tamen damnandus es quanti mea intersit: quia in eo ipso culpa tua præcessit, quòd omninò vi deiecisti, aut vi aut clam fecisti[l].

XVI. VLPIANVS *libro vicensimooctauo ad Edictum.*

IN interdicto vnde vi dicendũ est, vt eius causa quod ad patrem peruenit, ipse teneatur[m].

XVII. IVLIANVS *libro quadragensimooctauo Digestorum.*

QVi possessionem vi ereptã, vi in ipso congressu[n] recuperat: in pristinam causam[o] reuerti potius, quàm vi possidere[p] intelligendus est. Ideóque si te vi deiecero, ilico tu me, deinde ego te: vnde vi interdictum tibi vtile erit[q] †.

Interdictum recuperandæ possessionis concurrit cum petitorio. Bar.

SEd si vi.] CASVS. Ego vi armata deiectus fuim de fundo quem possidebam vitiosè, putà vi, vel clã, vel precario. recuperabo ipsam possess. & res mobiles si quas amisi ex hac deiectione. Franc.

h ¶ *Deiectus es.* fortè etiam ab eo quo vitiosè possidebas. Azo. *vt & Instit. de interdi. §. recuperandæ.*

i ¶ *Possideres.* & aliquis te deiecisset: *vt & supra eod. l. j. §. qui vi à me. & l. cum à te.* Accur.

k ¶ *Quoque.* *vt & supra eod. l. j. §. si fundus à quo.* Sed contra[d]. huic l. supra *communi diui. l. communi diuidundo. j. §. iiij.* vbi dicit precariam possessionem non pergere ad vigorem iudicij. Solu. ibi non parit iudicium communi diui. sed interdictum vnde vi parit: vt hic.

SI vi.] CASVS. Tu me deiecisti de fundo quem possidebam: vel vi aut clam feceris; & eum fundum desisti possidere, licèt sine dolo & culpa: tamen teneris quanti mea interest. Francisc. Accur.

l ¶ *Fecisti.* [e] facit *supra eod. l. j. §. rectissimè. & §. quia interdictum. & infra eo. l. pen. & infra quod vi aut clã. l. competit. §. in summa.* Item facit *supra de minor. l. si ex causa. §. si mulier.*

IN interdicto.] CASVS. A filiofamilias tuo deiectus sum vi. ad id quod ad te hoc peruenit, teneberis. Franc.

m ¶ *Ipse teneatur.* [f] filius, ad quod est *ff. l. proxi.* vel [f] ipse, scilicet pater, ad quod est *ff. de pecu. l. licèt. §. ex furtiua causa.* & ad vtraque facit *ff. l. j. §. si filiusfamilias.*

QVi possessionem.] CASVS. Tu deiecisti me per vim de fundo. ego incontinenti eum per vim recuperaui. non punior. Secundo dicit: vi te deieci: tu illico me, & ego te. bene teneor hoc interdicto. Franc.

n ¶ *Congressu.* id est in ipso conflictu.

o ¶ *Causam.* id[g] est in pristinam detentionem. sic ergo qui possessionem incontinenti[h] recuperat, fingitur[i] non amisisse, secundùm Azo.

p ¶ *Quàm vi possidere.* id est quàm possessionem vi adeptus esse. & sic videtur quòd vsuca. non[k] interrumpitur per talia. Sed arg. contra supra *de vsuca. l. naturaliter. item fa. supra de lib. & posth. l. filio quem. ibi, videlicet quòd non transitus, &c. vt Inst. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. si ab hostibus.*

q ¶ *Vtile erit.* i. efficax. ¶ Sed pone[l] quòd [m] vi deiect: tu incontinenti recuperasti. an perdo ius meum? hæc lex innuit quòd non. nam iniuria[m] effectum non habuit: *vt supra quod quisque iur. l. j. in fi.* Item[n] si ex interuallo recupero: an perdo condic. ex l. si quis in tantam. *C. vnde vi.* quam habebam saltem ad pœnam: & potes addere quod not. *ff. l. iij. §. cum igitur.*

a Infamia iuris nullo interdicto contrahitur.
b Infamia facti, quibusdã interdictis (vt vnde vi & qđ vi) cõtrahitur
c Famosa facti interdicta non dãtur in parentes & patronos.
† Contra. Gl. in ... significat ... Pau. ... de ... quæ ... re ... de ... manti.
d Interdictũ vnde vi precario teneti, datur etiam ac non communi diuidundo actio.
e Interdictum vnde vi datur etiam aduersus clandestinum spoliatorem.
* non repellens hac exceptione, nisi à me vi possidebas, &c.
f Interdictum vnde vi an & quomodo facto filij detur aduersus patrem.
g Causa pristina, pro pristina detentione.
h Incontinenti recuperata amissa non videntur.
i Fingitur interdictum nõ amisi-, quod amissum fuit.
k Præscriptio non interrumpitur ei qui spoliatorem in continenti deiecit, vt hic ... inter. ... Glo. in l. ... fundum. §. idem ... pro emptore, vi de hoc Bar.
l Vi deiectus, si in continenti deiiciatur, ius suum non amittit, neque patitur pœnã legis si quis in tantam. C. vnde vi, Accur.
m Iniuria quæ effectum non habuit, non punitur. vide hic Bar.

CVm fundum.] CASVS. Locaui tibi fundum: & eum postea Titio vendidi, & concessi eum intrare in pos. fundi. cum Titius vellet intrare, tu eum prohibuisti. agam contra te interdicto vnde vi: quia per hoc videor prohibitus. & si emptor expellat colonum de fundo: tenebitur emptor, etiam si expulit colonum de voluntate siue mandato venditoris. Vltimò dicit: expulisti me de fundo. habeo interdictum hoc contra te. egi rei vindi. hoc interdicto omissa. ea pendente possum hoc interdictum intentare. Franc. Accursius.

XVIII. PAPINIANVS *libro vicesimosexto Quæstionum.*

CVm fundum qui locauerat, vendidisset, iussit [a] emptorem in vacuam possessionem ire: quem [b] colonus [c] intrare prohibuit. postea emptor vi colonú expulit. interdictis vnde vi quæsitum est. placebat colonum interdicto venditori teneri: quia nihil interesset [d], ipsum [e], an aliú [f] ex voluntate eius missum [g] intrare prohibuerit. Neque enim [h] antè omissam possessionem videri [i], quàm si tradita [k] fuisset emptori: quia [l] nemo [m] eo animo esset, vt possessionem omitteret propter emptorem, quàm [n] emptor adeptus non fuisset [o]. Emptorem quoque qui postea [p] vim adhibuit: & ipsum interdicto colono teneri. Non enim [q] ab ipso, sed à venditore per vim fundum esse possessum [r], cui possessio esset oblata. Quæsitum est, an emptori succurri debeat [s], si voluntate [t] venditoris colonum postea vi expulisset. Dixi non esse iuuandum, quia mandatum illicitum [u] susceperit. 1 ¶ Eum qui fundum vindicauit [x] ab eo cum quo interdicto vnde vi potuit experiri: pendente iudicio [y] nihilominus interdicto [z] rectè agere placuit.

Ad violentum expulsorum pertinet periculum interitus indistinctè. Bartolus.

XIX. TRYPHONINVS *libro quintodecimo Disputationum.*

MEritò Iulianus respondit, si me de fundo vi deieceris, in quo res mouentes fuerunt, cum mihi interdicto vnde vi restituere debeas non solùm possessionem soli, sed & ea quæ ibi fuerunt: quanquam ego moram fecero [a] quo minus interdicto te conuenirem: subtractis tamen mortalitate seruis, aut pecoribus, aliisve rebus casu intercidentibus, tuum tamen onus [b] nihilominus in eis restituendis esse: quia ex ipso tempore delicti plus quàm frustrator [c] debitor constitutus est †.

XX. LABEO *libro tertio Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI colonus tuus vi deiectus est: ages vnde vi interdicto. Idē si inquilinus tuus vi deiect⁹ fuerit. Paulus. Idē dici potest de coloni colono [d], itē inquilini inquilino.

a ¶ *Iussit.* locator, idemque venditor.

b ¶ *Quem.* emptorem.

c ¶ *Colonus.* prius etiam malè cogitans: *vt infra patebit.*

d ¶ *Interesset.* vt & *s. eo. l. colonus.*

e ¶ *Ipsum.* s. venditorem.

f ¶ *An alium.* emptorem.

g ¶ *Missum.* i. mittei iussum vel mittendú.

h ¶ *Neque enim.* verè enim venditori cōpetit interdictum, quia adhuc possidebat tempore quo colonus non admisit emptorem: licet colonus prius cogitasset sibi possidere: *vt & C. de adquiren. pos. l. cum nemo.* Item patet per hoc quòd domino datur interdictum: quod ei non daretur, nisi tempore quo emptor non admittitur, possideret: *vt & supra eod. l. j. §. interdictum autem hoc.* Non ergo solus coloni [b] animus dominum priuat: vt dictum est: & hoc patet. sed si colonus deserat eo animo vt dominus perdat, bene perdit dominus naturalem: *vt supra de adquir. poss. l. si colonus. & diximus. C. commu. de vsucap. l. j.*

i ¶ *Videri.* dominum.

k ¶ *Tradita.* à domino vel à colono.

l ¶ *Quia.* & quasi non videatur amissa, quia nemo, &c.

m ¶ *Nemo.* dominus.

n ¶ *Quam.* possessionem.

o ¶ *Non fuisset.* cum ergo venditor possessionem non amiserit: is à colono videtur deiectus. *& facit s. de adquir. pos. l. si me in.* sed contra in eod. tit. quod meo. *§. si à furioso.* Accursius.

p ¶ *Postea.* ex interuallo. secus si incontinenti: quia sicut [c] domino licèt per se incontinenti recuperare possessionem: *vt s. eo. l. iij. §. cum igitur. & l. qui possessionem.* sic & per [d] alium. Vel secundùm Ioan. non licèt ei per alium hoc facere. sic *j. de sol. l. fugitiuum. & C. de thesau. lib. x. & facit s. eo. l. j. §. qui vi à me.*

q ¶ *Non enim.* ideò dico venditori contra colonum competere interdictum: quia non ab ipso. scilicet emptore, sed, &c.

r ¶ *Possessum.* à colono.

s ¶ *Debeat.* vt non teneatur interdicto. Accursius.

t ¶ *Voluntate.* scilicet etiam expressa. Accursius.

u ¶ *Illicitum.* vt & *Instit. manda. § illud.* Azo.

x ¶ *Vindicauit.* rei vindi. proposita.

y ¶ *Iudicio.* rei vindica.

z ¶ *Interdicto.* vnde vi. ¶ Et sic not. hic quòd petitorium [e] & possessorium recuperandæ pos. simul possunt intentari: quod iure canonum planum est: *vt extra de causa pos. & proprie. c. pastoralis* [f]. Item pro hoc, quia ad diuersa competunt: *vt s. de adquir. poss. l. naturaliter. §. j.* Item non aduersantur sibi istæ petitiones: sed se compatiuntur: Item quia non [g] debet diuidi continentia causæ: *vt C. de iudi. l. nulli.* Sed Ioan. & Azo. contra scilicet quòd etiam interdictum recuperandæ possessionis vel adipiscendæ non possit simul, scilicet cum petitorio intentari: & pro eis. *C. de interdictis. l. incerti. & de rei vindic. l. ordinary. & de iudi. leg. nulli. & supra de leg. j. l. cum filius. §. var.* Sed quomodo huic respondetur, quæ dicit, pendente iudicio, &c? Sed dicunt quod hic renunciauit petitorio. sed qualiter? Imò est causa finita omnino renuntiatione: *vt C. de pact. l. postquam.* Sed dicunt, imò nec sic est finita. scilicet si reus vult dari sententiam: *vt in Authen. de litig. §. omnem. col. viij.* Alij tenentes eandem opinionem respon. huic l. quia differt agere petitorio, & prosequitur tantú possessorium, quod de nouo proponitur: & sic non simul agit vtraque via. *& fa. j. de excep. rei iudic. l. & an eadem. §. fi. & s. de rei vindi. l. si quis. & quod not. s. de iudi. l. si de vi.* Accur.

MEritò.] CASVS. Deiecisti me de fundo in quo erant pecora & serui. licèt tardaui agere, & mortua sunt interim pecora & mancipia: tamen teneris ad æstimationem omnium rerum, cú tu semper à tempore deiectionis fueris in mora. Secúdo dicit, si colonus meus vel inquilinus deiicitur: ego videor deiectus, & habeo hoc interdictum, & h. d. hæc l. & seq. Fran. Accur.

a ¶ *Moram fecero.* quæ [a] mihi non nocet: *vt hic & supra de vsuru. l. videamus generaliter. §. item si vi.* Sed arg. contra *s. de aqua plu. arcend. leg. emptor.* Sed in alio casu loquitur. Accur.

b ¶ *Onus.* vt & *s. eo. l. j. § rectissimè. & C. de fur. l. subtracto. & C. quod me cau. l. j. & arg. C. de cond. c. furt. l. antepe.* Nec distinguitur, erát peritura apud deiectum, vel non: vt hic & præmissis legibus patet.

c ¶ *Frustrator.* plus est [b] qui inuadit, quã sit ille qui est frustrator. & est frustrator [c] ille qui est in mora ex interpellatione *supra de vsur. l. iij. § fi.* non ex delicto. vt erat hic. In quo ergo est in plus debitor? Respon. quia sine vlla interpellatione tenetur de interitu: Sed alius licèt differat & frustretur solutionem, nó tenetur de interitu nisi post interpellationem: *vt infra de verb. oblig. si ex legati.* Item in alio: quia iste tenetur de interitu: siue erat interitura penes actorem, siue non: sed alter non etiam post moram, si erat interitura penes actorem, secundùm quosdam: *pro quibus est supra quod me. cau. l. si cum ex. §. quatenus versic. quod si homo. & de rei vindi. l. item si verberatum. § fi.* Sed dic tu in hoc contra *per l. supra de leg. j. l. cum res. § fi. & l. apud Iulianum. §. bo.* & ad illas respon. vt in qualibet earum not. Item fa. *s. de noxa. l. quotiens. §. pretor. & C. de fid. instru. l. fin.*

d SI colonus.] *Colono,* nam rem sibi locatam, &c. *vt C. loca. l. nemo.* & per eos primus locator possidet: *vt s. de adquir. pos. l. qui vniuersas. §. fina.* & his deiectus primus locator deiicitur: *vt hic & facit s. de reli. l. ossa. §. fin. & C. de adquir. posses. fin.*

VTI POSSIDETIS.

Post interdictum vnde vi, quod poss. restituit, sequitur hoc quod defendit: vt infra eo. §. est igitur. versi. & consequenter.

¶ *Interdictum vti possidetis est prohibitorium ad* [d] *possessionem vindicandã seu retinendam. namque eo possessores, quam sibi nulla actione vindicare possunt, possessionem suam esse adserunt: vindicantque & ne eis vis fiat quoniam vt nunc possident ita possideant interdicunt, vincitque hoc interdicto is qui redditi interdicti tempore nec vi nec clam nec precario ab aduersario possidet rem soli. est enim de possessione rerum soli. & bellissimè Vlpianus post interdictum Vnde vi consequenter proponit interdictú vti possidetis, illud enim restituere vi amissam possessionem, hoc interdictú tueri ne amittatur. Cuiacius.*

AIt prætor.] CASVS. Pone casum in hoc princ. vt in Glo. domini mei Accur. quæ incipit, pone casum, &c. Secúdo dicit hoc interdictum non habere locú in cloacis, cum inter aliquos sit quæstio quis possidet cloacam, contendens

a Interdictum vnde vi datur venditori fundi ob prohibitum emptorē à colono.
b Coloni facto, hoc est destinato animo coloni, dominus priuari potest natura li possessione.
c Possessioné in continenti recuperare potest fundi emptor. perinde vt venditor.
d Facultas capiendi propria auctoritate, vel faciendi vindictam de offensa, potest exerceri per alium, nó solum per nosmetipsos quibus competit ista facultas: quod verum intellige in concessione legali. secus in vindicta permissa alicui a statuto: quia non potest alteri cōmitti, & per alium expli cari. adde quæ scripsi ad l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulteriis. adde l. perfectionem ibique scripsi.
e Petitorium & possessoriú recuperandæ an possint simul intentari.
g Continentia causæ non est diuidenda.
a Mora voluntaria alteri non nocet.
b Raptor grauius punitur quàm qui frustratur, sic culpa in faciendo, præfertur ei quæ est in negligendo.
c Frustratoris & inuasoris differentia sine raptoris.
d Interdictum vti possidetis quarum detur.

contendens quilibet se possidere in solidum, & nō alium. & quare non habeat locum, dic vt in Gloss. magistra. domini mei Accur. hic posita, quæ incipit, fortè. Tertio in versiculo, neq; pluris, &c. di c casum vt in Gloss. domini mei Accur. quæ incipit, si à me possides, &c. Quartò dicit: hoc interdictū de soli possessore locum habet: & in eo obtinebit qui potior erit in possessione: & est prohibitorium circa retinendam pos. id est ne vis fiat ei qui inuenitur potior in possessione. Quintò dicit causam quare hoc interdictum positum est. nam cum in rei vindi. alius debeat esse possessor, alius actor: & quandoque possessor non est dominus, quandoque sic: occurrit pluries quòd quilibet cōtendit se possidere. vnde aut sponte concordat quis sit possessor, & quis agat rei vindi. & tunc planum est: & seruabitur conuentio. aut non concordant: sed quilibet contendit se possidere, & sit res soli: tunc hoc interdictum intentatur inter eos, & appellatur vti possidetis. & est inductum causa retinendæ possessionis, vt ne vis fiat ei qui inuenitur potior in pos. & merito hoc interdictum est positum iuxta superius, vnde vi: cum per illud restituatur possessio, per hoc tueatur possessor. Item hoc defendit possessorem: illud oppugnat possessorem violentum, & cogit eum restituere pos. quam per vim occupauerat. Postea dicit: omnis quæstio de posses. aut est vt nobis restituatur poss. quam non habemus: aut vt nobis retinere liceat quod possidemus. restituitur autem possessio & per interdicta, vt per vnde vi, & per quorum bonorum. Item per act. vt per triticariam: *vt habes de hoc exemplum. ff. de tritic. l. j. in fin. & leg. sequen. & per condict. indebi. dic vt in Gloss.* Retinetur autem possessio quandoque ope except. vt pacti, vt iurisiurandi, & similibus modis: vt si fecisti mihi pactum quòd posses. talis fundi à me non petes. & sic in similibus quandoque ope interdicti vti possidetis: vt in hoc titulo sunt exempla. Et ille demum possessor per hoc interdictum defenditur, qui possidet non vi, non clam, non precario ab aduersario. sic ergo hoc interdictum datur possessori: actio autem, id est rei vindicatio, non datur possessori. Et habet locum hoc interdictum siue contendatur de possessione totius fundi, siue partis certæ fundi: siue pro indiuiso cōtendat quis se possidere, vt dimidiam fundi pro indiuiso. & habet locum circa pos. soli. & sic rei immobilis. Vltimò dicit: bene dictum est in edicto quòd ille defenditur per hoc interdictum, qui possidet nec vi, nec clam, nec precario. nam si vi possideret aut clam aut precario ab aduersario, succumberet in hoc interdicto. si autem possideret vi, vel clam, vel precario quo ad extraneum, non quo ad aduersarium bona: obtineret in hoc interdicto. & hoc dicit hæc l. & seq. Franc.

Lib. vj. Basil. tit. 17.

Festus in ver. possessio, pandit alter recitat hoc interdictum.

VTI POSSIDETIS.

TITVLVS XVII.

1. VLPIANVS *libro sexagesimo nono ad Edictum.*

Ait prætor [a]: *Vti [b] eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clā, nec precario alter ab altero possidetis: quo minus ita possideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum nō dabo [c]: neque pluris [d] quàm quanti res erit, intra annum quo primum experiundi [e] potestas fuerit, agere permittam.* 1 ¶ Hoc interdictū de soli [f] possessore scriptum est [g]: quem potiorē prætor in soli possessione habebat: & est prohibitoriū ad retinendam possessionem.

2 ¶ Huius autem interdicti proponēdi causa hæc fuit, quòd separata esse debet possessio à proprietate [h]. Fieri etenim potest, vt alter possessor sit, dominus non sit: alter dominus quidem sit, possessor verò non sit. fieri potest vt & possessor idem & dominus sit.

3 ¶ Inter litigatores ergo quoties est proprietatis cōtrouersia: aut cōuenit inter litigatores vter possessor sit, vter petitor: aut nō conuenit. Si cōuenit, absolutum est. ille possessoris commodo, quem conuenit possidere: ille petitoris onere fungetur [i]. Sed si inter ipsos cōtēdatur vter possideat, quia alteruter se magis possidere adfirmat [k]: tunc si res soli sit in cuius possessione contenditur, ad hoc interdictū remittentur.

4 ¶ Est igitur hoc interdictum quod vulgo *vti possidetis* appellatur, retinendæ possessionis. nam huius rei causa redditur, ne vis fiat ei qui possidet: & consequenter proponitur [l] post interdictum *vnde vi.* Illud enim restituit vi amissam possessionem: hoc interdictum tuetur ne amittatur possessio. Denique prætor possidenti vim fieri vetat: & illud quidem [m] interdictum oppugnat possessorem [n], hoc tuetur. Et, vt Pedius ait, omnis de possessione controuersia, aut eo pertinet, vt quod non possidemus, nobis restituatur [o]: aut ad hoc, vt retinere nobis liceat quod possidemus. Restitutæ [p] † possessionis ordo aut interdicto [q] expeditur, aut per actionem [r] *. Retinendæ itaque possessionis duplex via est: aut exceptio [s], aut interdictum [t]. Exceptio datur ex multis causis [u] ei

a Interdictum vti possidetis datur possidenti tantum naturaliter vel ciuiliter.
b Interdictum vti possidetis directū datur pro ædibus, imò & pro quacunque re immobili, vide plura hic, apud Bartolū.
c Interdictum vti possidetis vtile datur pro quasi possessione vsusfructus, vt hic, [illegible] directum. Nec enim est quasi possessio vsusfructus, sed verū dominium, & fit pars dominij. v. & hic.
d Interdictū vti possidetis vtile datur pro seruitutibus causam continuam habentibus: pro habentibus vero causam discontinuam (vt est iter & actus) datur interdictum de itinere actuq; priuato. [illegible] hic. Quid, datur ne pro iurisdictione, adscriptitiis & personalibus præstationibus? [illegible]

a ¶ *Ait pretor.* Pone casum inter proprietariū & vsufruct. quorum vnus ciuiliter [a] & alter naturaliter possidet: licèt quilibet de altero negaret. vnde pro vtroque datur sententia: *vt infra eodem. l. fin. & C. eod. l. j.* & [b] quod subiicit, ædes: idem dic in qualibet re immobili: *vt infra eadem l. §. hoc interdictum in omnibus.* Ergo gratia exempli de ædibus dicit. Pro incorporalibus autem locum habet vtile: vt pro quasi [c] possessione vsusfruct. vel vsus, & cæterarum [d] seruitutum: *vt supra de serui. l. quotiens. ij. & si serui. vind. l. ij. in fin.* licèt non propriè possideantur: *vt supra de adquiren. re. domi. l. seruus. § incorporales.* ¶ Item quod subiicit, nec vi, &c. expone hæc tria vt notatur. *C. eo. l. j. in Glo. clam à me. & in Glo. de [illegible] exemplum. & in Glo. precario tenet à me,* &c. ¶ Item qualiter formabitur [a] sententia in hoc interdicto, notatur ibi in Gl. §. sed qualiter formabitur, &c. Accur.

b ¶ *Vti.* i. sicut.

c ¶ *Non dabo.* fortè [b] ideò, qui per tria [c] edicta in eis aliàs prouidetur. Primum est prohibitorium: ne prohibeatur quis reficere priuatam cloacam. Aliud est prohibitoriū nequid fiat vel immittatur in cloacam publicam. Tertium est restitutorium: vt factum vel immissum quo vsus cloacæ deterior fiat, restituatur: *vt infra de cloacis. l. j. §. respon. §. fin. & §. penul.* 2 Vel dic ideò, quia cloacæ [d] non per se continetur, sed ipsi solo adhæret: vnde satis est si de ipso solo proponatur: vt ita etsi non principaliter, per consequentiam tamen agatur de omni inquietatione quam circa solum sustinet, vel circa cloacas, vel circa similia. Accur.

d ¶ *Neque pluris.* si à me possides vi, vel clam, vel precario: & vinco te hoc interdicto: iudex qui te condemnat vt me non inquietes, condemnabit & te in meo [e] interesse, scilicet quanti res est: id est quanti mea interest possedisse retro [f] ab anno citra. non vltra: *vt hic & infra l. si duo. §. fin.* Sed ad prohibendam vim, & possessionem tuendam perpetuò agitur: & currit ille annus à die redditi interdicti retro: *vt argum. infra de itine. actuque priua. l. j. §. annuum.*

e ¶ *Experiundi.* est ergo ann' vtilis: *vt j. de diuer. & temp. præscr. l. j.*

f ¶ *Hoc interdictum de soli.* at [g] pro mobili vtrubi: quod quare sic dicatur, dic *vt j. vtrubi. l. j.* pro incorporalibus hoc vtile: *vt nota. in princ. huius l. licèt aliàs contra.*

g ¶ *Scriptum est.* illo scilicet possessore quem. &c.

h ¶ *A proprietate.* in [h] iudicio rei vindi. causa cuius hoc proponitur interdictum: *vt Instit. de interdi. §. retinendæ. & facit j. de iudi. l. inter litigantes.* 2 Alij exponunt: quia non debet de posses. & proprietate simul agi. *de quo dixi j. tit. j. l. antepen. §. fin.*

i ¶ *Fungetur.* repete quem conuenit. Accur.

k ¶ *Adfirmat.* Ex hoc sumunt quidam arg. quòd [i] si quis se possidere non adfirmat, possessionem tamen alterius inquietat: vt hoc interdicto conueniri non possit: *& pro eo est infra ead. l. §. retinendæ. sed arg. contra infra eo. l. si duo. §. si vicinus.*

l ¶ *Et consequenter proponitur.* s. vti pos. interdictum: quia quæ causa vnius, est & alterius. scilicet vt quis possideat, & alius sit possessor. licèt diuerso modo: vt hic dicit.

m ¶ *Quidem.* aliàs quoque.

n ¶ *Possessorem.* s. violentum.

o ¶ *Nobis restituatur.* large accipe. scilicet siue restituatur amissa, siue nondum quæsita. Accur.

p ¶ *Restituendæ.* large, *vt j. proxi.*

q ¶ *Interdicto* recuperandæ vel adipiscendæ pos.

r ¶ *Per actionem.* s. [k] in factum redditam loco interdictorum: *vt Instit. eo. §. fina.* 2 Vel dic etiam ciuilem: *vt condi. inde. vt j. de condic. inde. l. indebiti. §. sed & si nummi. & per tritica. vt j. de tritic. l. j. in fi. & l. ij. & sine caus. vt j. si cer. peta. l. si quis nec. §. res pignori.* Sed oppo. quòd hodie interdicta [l] non habeant locum: *vt C. de interdic. l. incerti. in fin.* Respon. verum est cum ea solennitate qua olim: sed non sollenniter & hodie possunt proponi.

s ¶ *Exceptio.* de hoc statim infra ponit.

t ¶ *Interdictum.* vti possi. ¶ Et sic not: quòd hoc [m] interdictum habet instar exceptionis.

u ¶ *Multis causis.* vt pacti: rei iudicatæ: iurisiurandi: & alijs similibus.

a Sententia interdicti vti possidetis quemadmodū feratur, & de eius forma. *a [illegible] Bart. in l. si duo. [illegible] eod.*
b Interdictum vti possidetis cur non detur pro cloacis.
c Cloacas quibus edictis defendamus.
• de cuius.
d Cloacæ nō per se cōtinetur, sed ipsi solo adhæret.
Vide Iulium Frontinum de limitibus & Aggenum Vrbicum.
e Interdictum vti possidetis datur ad interesse turbationis præteritæ: priore tamen loco datur, vt ne turbet in possessione.
f Interdictū vti possidetis datur perpetuo vt ne quid turbetur, vel ad id quod ad turbantē peruenit, ad interesse verò turbationis præteritæ non agitur nisi intra annum.
† Restituendæ.
* Interdicto vti possidetis ordo iudiciarius est seruādus. [illegible] extra vt lite non contest. Gloss. [illegible]
g Interdictū vtrubi pro rebus mobilib. vti possidetis directum pro immobilibus corporalibus, vtile pro incorporalibus datur.
h Possessio & proprietate quo sensu dicatur separata.
i Interdictum vti possidetis datur aduersus inquietantem, licet non contendat se possidere.
k Possessionis restitutionem non tantum interdicto sed etiam actione in factum vel ciuili petimus.
l Interdictorū nō substantia sed solennitas tantum sublata.
m Interdictū vti possidetis exceptionis instar habet.

libus. si ergo contra me agis vt meam naturalem tibi liberè dimittam, rectè has opiniones obiiciam. si autem non vt tibi dimittam agis, sed me tantùm turbes: hic non excipio, cum non agas: sed vti possidetis ago: licèt quidam contrarium *not. supra ead. l. §. huius autem.*

qui possidet. 5 ¶ Perpetuo[a] autem hoc * interdicto insunt hæc, *quòd nec vi, nec clam, nec precario ab illo possides.* 6 ¶ Interdictum autem possessorem prædij[b] tuetur, quod est *vti possidetis*, Actio enim núquam vltro[c] possessori dabitur: quippe sufficit ei quod possideat.

Hic iurisconsultus incipit exponere verba edicti prætoris. Bartolus.

7 ¶ Hoc interdictum locum habet siue quis totum fundum possidere se dicat, siue pro certa[d] parte, siue pro indiuiso possideat.

8 ¶ Hoc interdictum in omnibus etiam possessionibus quæ sunt soli, sine dubio[e] locum habebit: dummodo possideri possit[f].

9 ¶ Quod ait prætor[g] in interdicto, *nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis*: hoc eo pertinet, vt si quis possidet vi[h], aut clam, aut precario: si quidem ab alio, prosit ei possessio. si verò ab aduersario suo, non debeat eum propter hoc quòd ab eo possidet, vincere. has enim possessiones non debere proficere[i] palam est.

11. Pavlvs *libro sexagesimoquinto ad Edictum.*

IVsta[k] enim an iniusta aduersus cæteros † possessio sit, in hoc interdicto nihil refert. qualiscunque enim possessor[l] hoc ipso quòd possessor est, plus iuris habet, quàm ille qui non possidet[m].

Ex duobus possessoribus ille succumbit qui ab altero possidet iniustè: sed si vterque iniustè possideat, neuter vincit. Bart.

3. Vlpianvs *libro sexagesimo nono ad Edictum.*

SI duo[n] possideant in solidum: videamus quid sit dicẽdum. quod qualiter procedat, tractemus. Si quis proponeret possessionem iustam & iniustam: ego possideo ex iusta causa, tu vi, aut clam. si à me possides, superior

a ¶ *Perpetuo.* id[a] est generaliter. *sic Instit. de satisd. tuto. §. j.* si enim aliquo de his modis à me possideas: succumbis in hoc interdicto. aliàs obtines: *vt infra. §. fin. & expone hæc verba vt supra eo. l. j. in princ.*

b ¶ *Prædij.* ex[b] mente[c]: licèt verba de ædibus tantùm dicant: *vt §. j. respon.*

c ¶ *Vltro.* id est quo vltronea voluntate intendat possessor rei vindi. Sed op.[d] de commodante & similibus, *vt supra de rei vindi. l. officium. & de priui. credi. l. si ventri. §. in bonis. & supra vsufruct. quemadmod. in caueat. l. si vsusfruct.* Respon. ei non datur actio per quam neget rem actoris, sed rei: *vt dixi Instit. de act. §. contra quoque.* 2 Item oppo. de actione[e] iniuriarum quæ possidenti datur. Sed hic rei vindicationem denegat, non iniuriarum: *vt not. supra de act. empt. l. qui pendentem. & infra de iniur. l. iniuriarum. §. si quis me.* 3 Item oppo. de actione[f] in factum, quæ datur loco interdicti huius: *vt Instit. eo. §. fin.* Sed respon. illam non excludit hic: sed rei vindic. & triticariam, & indebiti, & similes. *& fa. C. de alie. iudi. mutan. causa fact. l. j.* ¶ Sed[g] quid dicemus hoc casu: ecce dum ego essem absens, & animo retinerem possessionem: alius intrauit vt possideret clam non à me, sed ab alio. rediens ego non suspicor me posse expelli: nec tamen volo violenter eum expellere, eo quòd auctor nolo esse alicuius mali quod inde euenire posset. quomodo consuletur mihi, rei vindi. intentare non possum, cum ciuiliter possideamus. Interdictum istud intentare non expedit: cum possessor non possidet à me vi, vel clam, vel precario. Respondent quidam, quòd ex quo nolo[h] eum expellere violenter, videor desinere animo possidere: & sic amitto ciuilem: *vt supra de adquir. pos. leg. iij. §. in amittenda.* & sic intentabo rei vindi. secundùm quosdam. 2 Vel dic quod eam intentem contra naturaliter possidentem. licet ciuiliter possideat: cum etiam si naturaliter & ciuiliter possideam, intento eam contra detentatorem: *vt modò dixi per l. de rei vindi. l. officium. & aliàs.* Accursius.

d ¶ *Pro certa.* nam incerta[i] pars possideri non potest: *vt §. de adquir. pos. l. possideri. §. incertam. & l. locus.*

e ¶ *Sine dubio* locum habebit ex interpretatione: licèt verba in ædibus tantùm dicant: *vt §. in princ. huius l. & fa. §. vtrubi l. j. & C. eo. l. j. & §. de precario. & Instit. de interdict. §. sed interdicto. & §. ea. l. §. hoc interdictum.*

f ¶ *Possit.* non[k] aliter: vt pro ecclesia, foro, basilica, theatro, re sacra vel religiosa. nam hæc non possidentur: *vt §. de adquir. pos. l. j. §. fin. & l. qui vniuersas. §. j.* nisi velis dicere vt his possit dari à quibus dicimus posse vindicari: *vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. de seruitu. & autem cloaca dixi supra eo. in princ.*

g ¶ *Quod ait prætor.* in princ. huius l.

h ¶ *Possidet vi.* non quod me deiecit omnino, sed me turbat, cum & interdictum tueatur possessorem: *vt supra §. eti igitur versic. & consequenter.* Et eodem modo de clam dicas, quòd me absente clam intrasti: vnde ciuilem retineo. Et idem in precario. aliàs si vtramque vel saltem ciuilem quando concessi precario, vel si vtramque concessi, cum non possideam, non habeo hoc interdictum: *vt & infra de precario. l. qui precario.* cætera supple circa hæc tria verba, *vt not. super eisdem verbis C. eo. leg. j.* ¶ Item quid si te deiecit: tu me inquietas: an succumbes? Videtur quòd non: quia à te ego possideo vi expulsiua[m], & tu à me inquietatiua, secundùm Azo.

i ¶ *Non debet proficere.* possessori contra aduersarium.

k ¶ *Iusta.* Bene dixi, si ab alio possidet vi, vel clam, vel precario, & non à me: quia illa possessio prodest ei contra me. iusta enim, &c.

l ¶ *Possessor.* s. naturalis iniustus quo ad alios.

m ¶ *Non possidet.* i. quàm is qui nec naturaliter nec etiam iniustè possidet quo ad alios. *& facit huic leg. & fin. superioris. §. de adquiren. poss. l. si. & supra si seruit. l. loci. §. competit.* Accur.

SI duo.] casvs. Ego dico me possidere fundum in plena proprietate: tu dicis te possidere naturaliter. dicis enim te habere vsumfruct. in eo fundo, & sic turbas me in ciuili. dicitur quòd si agimus inter nos vti possidetis ratione ciuilis: si tu à me possides vi vel clã, tu succumbes. si autem ab alio possideas vi aut clam, & tu obtinebis, & ego. Secundo dicit. hoc interdictum est duplex, & quælibet pars dicitur actor & reus. Tertio dicit: cum vellem ædificare in meo solo: prohibes me. agam contra te interdicto vti possidetis. videris enim controuersiam possess. mihi facere prohibendo me ædificare. Quartò dicit: cum domum locassem Titio, & postea vellem eam reficere: Titius me prohibet. dicitur quòd possum agere hoc interdicto vti possidetis contra eum: & protestor quòd eum dimittam inhabitare domum refectione facta. Quinto dicit: Castaldio vicini mei vites mei fundi transduxit in arbores vicini mei. dicitur quòd possum ei denuntiare vt illas vites incidat. & si hoc non faciat, nec patiatur me eas transducere vel incidere: agã interdicto vti possidetis, quasi me possidere vetet. [item videamvs.] Tignum vel trabem in mea domo posui: ita q supra solum vicini mei ibat, non autem ibi appodiabat: vt hoc §. dicitur quòd interdictum vti possi. non competit vtrique nostrum, sed tãtùm tibi. Secundò dicit. habeo domum iuxta tuam, & inter meã domum & tuam est quædam curia paruula communis, id est mea & tua. feci in ea domo protectum aliquod ita q cooperit curiam communem, & sustentatur supra tuam domũ. dicitur quòd aget contra me hoc interdicto, per quòd prohibeat ita habere. sed si ego habeam à te de hoc seruitutem: tunc in hoc interdicto obtinebo. Tertio dicit: Titius supra domum meam ædificauit: & fecit ibi cœnaculum, id est cameram quandam, & in ea stabat. quæritur quis nostrum dicatur possidere cœnaculum, vt sic in eius pos. defendatur per hoc interdictũ? & dicitur quòd si ad cœnaculũ ibatur per domum meam tantùm: tunc ego dicor possidere cœnaculum: vnde dabitur hoc interdictum per quod prohibeatur ille ibi stare. si autem ad cœnaculum ibatur ex publico, putà ex via: tunc ille dicitur possidere cœnaculum, & non ego: & ei datur hoc interdictum per quod defendetur in pos. cœnaculi. Item superficiario datur hoc interdictum, si de voluntate domini soli fecerit superficiem. competit etiam ei vtilis in rem, si desinat possidere. Itẽ dominus soli habet hoc interdictum contra omnem etiam superficiariam, si vltra legem locationis ædificet. [creditores.] Si creditores sunt missi in pos. rerum debitoris causa rei seruandę, & turbetur in hac possess. an habeant hoc interdictum, quæritur. & dicitur quòd non. idem in eo qui est missus nomine ventris causa legatorum. Secundo dicit: Tignum supra domum tuam proieci: sustinebatur tamen à mea domo tantùm, non à tua. an habeas hoc interdictum quæritur. & dicitur quòd sic, vt tollam istud tignum. Tertio dicit: tradita est missi possessio fundi ab eo quem credebam possidere. dicitur quòd non videor istum fundum possidere vi. [in hoc interdicto.] Pone casum duobus modis vt habes in glo. domini mei Accur. quæ incipit, ponũt quidam casum, &c. Franc. Accur.

n ¶ *Si duo.* Pone casum. Impedis me colere vel ædificare, vel aliter re mea vti: *vt supra titu. j. l. vim facit. & l. j. §. vti possidere. & infra eo. §. hoc interdictum. & §. cum inquilinus. & §. item videamus, in fin.*

Marginalia:

a Perpetuo a principio relatiuè. j. huius.

b Interdictum vti possidetis vtile, prædiorum possessoribus datur. vtile, inquã. hoc est non ex verbis, sed mẽte legis.

c Mens legis patet vtilem legis actionẽ: verba, directã.

d Possessori bus & iis de quantibus, nõ datur actio; sed non detinentibus, tãtum. vide Bar. hic.

e Possidẽti an detur actio in iniuriarum.

f Possessori detur actio, interdicti vti possidetis. vide Bartol. hic nu. 4.

h Clam possidentem vt vi possidentem propria authoritate incontinenti repellere posse mus. ad hoc l. j. C. vnde vi. Imò non posfumus. Dyn. de. l. vide hic Bartolum.

i Incerta pars possideri non potest.

k Interdictum vti possidetis nõ datur pro rebus quæ possideri nõ possunt.

l Possideri non possunt ecclesia, forum, theatra, religiosa, publica, & similia.

m Vis expulsiua & inquietatiua.

† De iure retentio, excipere vel opponere non licere.

sum in interdicto. si verò non à me: neuter nostrum vincetur[a]. nam & tu possides, & ego.

1 ¶ Hoc interdictum duplex est[b]: & hi quibus competit, & actores & rei sunt.

2 ¶ Hoc interdictum sufficit ei qui ædificare in suo prohibetur. etenim videris mihi possessionis controuersiam facere, qui prohibes me vti mea possessione[c].

3 ¶ Cum inquilinus dominũ ædes reficere volentem[d] prohiberet, æquè competere interdictũ vti possidetis placuit[e]: testaríque dominum[f], non prohibere inquilinum ne habitaret, sed ne possideret[g].

Iste §. vsque ad §. creditores diuiditur in duas partes principales. primo loquitur quando habeo protectum quod est fundatum in solo à me possesso, & protenditur supra alienum. secundo, quando habeo cœnaculũ quod totum fundatur super ædificio ab alio possesso. secunda ibi, sed si supra e.us ædes. Prima subdiuiditur in duas: quia primo loquitur quando ædificiũ protenditur supra solũ ab alio possessum. secundo quando protẽditur supra solum cõmune. secũda ibi, Labeo. Bar.

4 ¶ Item videamus, si actor[h*] vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores transduxit: quid iuris sit. Et ait Pomponius, posse te ei[i] denunciare[k], & vites præcidere[l]: idque & Labeo scribit. aut[m] vti eum[n] debere interdicto vti possidetis de eo loco quo radices continentur vitium. Nã si tibi[o] vim fecerit quo minus eas vites vel præcidas, vel transducas[p]: vim tibi facere videtur quo minus possideas. Etenim qui colere fundum prohibetur, possidere prohibetur, inquit Põponius.

5 ¶ Itẽ videamus, si proiectio[q] supra vicini solũ non iure haberi dicatur: an interdictum vti possidetis sit vtile alteri aduersus alterum. Et est apud Cassium relatum[r], vtrique esse inutile: quia

in fin. & j. quod vi aut clam. l. j. §. hoc interdictum. (¶ Sed qualiter contra sic impedimentum datur hoc interdictum, cum nõ se possidere contendat? Respon. imò. qua enim ratione facit mihi quominus possideam, eadẽ & ipse possidere videtur, quod mihi facit abesse. Vel dic, non est necesse vt & se possidere cõtendat: sed sufficit quod me possidentẽ inquietet, vt mihi contra eum detur interdictum agam etiam iniuriarum. ¶ Sed quid si me turbet causa seruitutis[a] quàm sibi asserit? Respon. habet locũ vtile, & negatoria: *vt j. e. l. si vicinus.*) 2 Vel secundo pone casum, quòd qui asserit se habere vsumfructum, sua auctoritate intrauit possessionem, protestãdo nolle se auferre ciuilem domino: sed vt suam naturalem habeat. ratione enim ciuilis, quæ sibi turbatur, habet dominus vti possidetis: ratione naturalis. habet vnde vi: *vt s. tit. j. l. ij. §. vnde vi.* & secundum hoc iusta. i. ciuilis. iniusta. i. naturalis. 3 Potes etiam ponere in clam, vel etiam in precario: *vt not. C. eod. in verbo clam, & in verbo precario.* ¶ Sed quid in eo qui clam possidet: nõne statim cum proponitur interdictum, incipit vi possidere: cum iam non clam, sed contra denuntiationem possideat? Respond. origo spectanda est: *vt supra de adquir. poss. l. clam.* ¶ Item quòd subiicit in[b] solidum duos possidere: videtur cõtra. *s. de preca. l. duo. & s. commo. si vt certo. §. fin. & s. de adqui. pos. l. iij. §. ex contrario.* Solu. patet ex prædictis quia diuersimodè possident, non eodem modo, sed vnus ciuiliter, alter naturaliter: sed eodem modo non: vt in cõtrariis. *ad q. ad est j. de precario. l. & habet. §. cũ.* 2 Alij dixerunt, vt M. cũ suis Gosianis[c], quòd duo etiam in solidum possidẽt ciuiliter & naturaliter. 3 Tertij vt R. quòd duo ciuiliter, sed non naturaliter possunt in solidũ possidere: *vt no. s. de adquir. pos. l. iij. §. ex contrario.*

a ¶ *Vincetur.* in eo quia vterque est actor. actorẽ[d] enim vincere, nil aliud est quàm reũ sibi cõdemnari, hic autẽ neuter alteri cõdemnabitur. nam vterque possidebit vti possidetis. cum ergo sit vterque actor: *vt j. proxi. §. neuter vincit.* In eo vero quod vterq; est reus, vterq; vincit. *& sic loquitur Inst. de interdi. §. quorum. versi. hodie. quæ est contra.* reum[e] enim vincere, est non auferri quod apud se habet: hoc est absolui. ¶ Item quæro hoc casu quando vterq; vincit, quis intẽdit rei vin? Resp. Al. quòd nullus: quia vterq; possidet: *vt Inst. de act. §. contra quoque. & s. l. j. §. inte. dictum.* 2 Alij dicunt propter necessitatem possessori dari rei vin. & dirimi sorte: *vt ar. s. de indi. l. in tribus.* 3 Sed Io. dicit vtrunque posse agere alia ratione: quia videtur renuntiare cõmodo possessionis intendendo. rei vin. vel ideo, quia quod dicitur non dari actionem possidenti, verum est omnino ciuiliter & naturaliter: ita. s. quòd non alius. sic ergo naturaliter possidenti dabitur pro ciuili: & econtra. ¶ Item quid[f] si prædium meum possideam ciuiliter: alius autem qui neque ciuilem neque naturalem habet possessionem, tibi vendat, & te inducat in possessionem: nõnne hoc interdicto vincam? *respon. ita vt C. quod cum eo. l. si seruus.* Idẽmq; & si is qui tibi vendit à me clam, vel precario, vel vi possideret: vt nõ sit melior suo auctore: *vt j. de re iu. l. in omnibus offi. §. non debeo.*

b ¶ *Duplex est.* vt *Inst.*[g] *de interdic. §. versi. duplicia. & j. de actio. & oblig. l. actionis verbo. in fin. & supra de iudic. l. in tribus. & leg. sequenti.*

c ¶ *Vti mea possessione.* Sic ergo videtur quòd si non faciam tibi cõtrouersiam possessionis, sed prohibeo ædificare, quia[h] dico me habere seruitutem ne altius tollas: non competit tibi hoc interdictum, sed actio negatoria: nisi dicas vtile: *vt j. §. si vicinus. & facit s. tit. j. l. vim facit. & s. communi diui. l. si ædes. & si ser. vin. l. sicuti. §. Aristo. in fin. & §. fin. & j. de iniu. l. iniuriarum. j. §. si quis me. & s. de adquir. pos. l. pen. §. j.*

d ¶ *Volentem.* quod ei licèt. *C. de loca. l. ædem.*

e ¶ *Placuit.* s. domino contra inquilinum. & tamen inquilinus non possessionis faciebat controuersiam, sed solùm volebat habitare. Vel dic quòd possessionis dicitur facere controuersiam, cum non desinat ædificare: *vt s. proxi. §.* Sed alij dicunt quòd inquilinus volebat interuertere possessionem finito tempore locationis: & pro suo se asserebat possidere velle. aliàs si[a] tantùm inhabitare vult, locatione finita, iniuriarum actione tantùm dicũt eum teneri: *vt ar. s. de actio. emp. l. qui pendentem.*

f ¶ *Dominum.* s. oportet. & accipe hoc alio casu quando vellet[b] reficere: quia tunc bene prohibet eum habitare: *vt d. l. ædem. C. de loca.* licèt de pensione pro rata remittat vel reddat, quando ex necessitate reædificat: *vt s. loca. l. qui insulam. in prin. & leg. & hac distinctio.* 2 Vel dic testari quod nõ prohibebit[c] eum habitare. s. facta refectione.

g ¶ *Possidere.* i. non inciperet sibi possidere.

h ¶ *Si actor.* i.[d] administrator vel castaldio: *vt C. de preca. l. procuratorem.* Idem si ipsemet dominus vicini fundi transduxit.

i ¶ *Ei.* scilicet transductori.

k ¶ *Denuntiare.* scilicet dominum. aliàs denuntiari. s. à domino: & si hic non fecerit, postea cogitur iudicis officio si dominus vult.

l ¶ *Præcidere.* aliàs præcideret, scilicet transductor.

m ¶ *Aut.* s. si non vult dominus ei denuntiare vt ipse præcidat; vel si non domino denunciante non præcidit.

n ¶ *Eum.* s. dominum.

o ¶ *Nam si tibi.* hucusque Pompo. dictũ retulit. nũc auctor legis loquitur. & caue quòd Pompo. in tertia persona, sed auctor legis in secunda loquitur persona. sicut[e] ergo prohibitio præcisionis, transductionis, & culturæ inducit hoc interdictum: sic prohibitio ædificationis & refectionis: *vt s. proximus duobus* §§. Alij dicunt quòd tu dominus denuncias te præcisurum: vt si postea aliquid fecerit transductor, teneatur quòd vi aut clam: *vt j. quod vi aut clam. si alius. §. notauimus.* secundùm Ot. idem quod subiicit, aut eum &c. exponunt quidam. s. transductorem qui agit vti possidetis: quia contendit se possidere locum vbi vites nascuntur.

p ¶ *Transducas.* i.[f] ad primum locum reducas: & hoc nisi[g] immiserit radices in fundum vicini. aliàs secus: *vt infra quod vi aut clã. l. si vitem.*

q ¶ *Si proiectio.* aliàs protectum: & aliàs proiectum. & est idem, quando[h] ex domo vnius aliquid, scilicet tignum vel lapis proiicitur supra alterius solum, ita quòd non requiescit ibi hoc modo: *vt j. de verb. signi. l. malum. §. inter.*

r ¶ *Relatum.* & bene secundùm quosdã. nam possessor soli nõ inquietatur in possessione soli: nisi fortè velit in eo ædificare: & tũc cõpetit. Itẽ possessor superficiei non inquietatur à possessore soli: aliàs si inquietaretur, competeret ei qui possidet domũ & protectum: *argu. s. proxi. §. & j. §. proxi.* 2 Alij dicunt relatum, & malè: & dicunt corrigi per inferiorem proxim §. Labeo, & sic dicunt dari possessori soli & possidenti domum cum protecto, ne inquietentur. 3 Tu dic relatum, & bene. & quod dicit vtriusque[i]: collectiuè[k] ponitur vel coniunctiuè: quasi diceret isti & illi: non diuisiuè siue distributiuè. aliàs ponitur collectiuè: *vt s. de contrahend. empt. l. sed Cel. ait. §. j. in fi.* nam nec ratione protecti datur simul vtrique: quia protectum à possidente domum cui applicatur, possidetur. nec ratione soli: quia illud ab altero, non ab vtroque possidetur. datur autem alteri, id est possidenti solum, contra possidentem domum: quia iniustè protectum habet. *& sic loquitur infra eod. §. si vicinus.* nam vsque[l] ad cœlum liberum esse debet cuiusque solum: *vt infra quod vi aut clam. l. pen. § fin. & l. fina. & pe.* & econtra si possessor domus iustè habet protectum, aget ipse quasi turbetur in possessione domus, qui turbatur in protecto: *vt supra proxim. §.* Vel dic non vterque, quia possidenti solum tantùm datur, non possidenti protectum, scilicet quãdo nõ iure ha-

a Interdictũ vti possidet s mihi datur contra aduersus eum qui turbat me in possessione mea, iure seruitutis, quam sibi adserit.

b Possidere duo in solidũ possunt, diuerso iure.

c aliàs Glossa male: cum suis enim Gosianis cum di cit, idẽ est ac si diceret cum suis Martinianis & suæ sectæ hominibus. fuit enim Martino, Gosij cognomẽ.

d Actorẽ vincere. quid.

e Reum vincere. quid.

f Interdictum vti possidetis mihi ciuiliter possidenti datur aduersus eum qui induxit in possessionem ab eo qui neque ciuiliter, neque naturaliter possidebat: sed & aduersus eum qui emit ab eo qui clam, à me possidebat. v. Bart. nu. 2. & 3.

g Interdictum vti possidetis, duplex est, vt dis, aptitudine: at nõ semper actu, vide Bar. hic.

h Interdictũ vti possidetis vtile datur etiam aduersus eum qui dicit se vti iure seruitutis.

a Conductor ædium, locatione finita, nutto locato re in conductione manẽs, iniuriatum teneturi

*Fl. auctor.

b Locator domum ex causa necessaria reficiens, conductoris habitationem ad finem vsque refectionis prohibere potest: sic tamen vt de pensione pro rata temporis impediti, remittat.

c Locator propter necessariam refectionẽ potest expellere conductorem, donec autem refecta conductor locatorẽ cogere potest ad repetendũ locationem Romanus sing. 134. Cremon. sing. 71.

d Actor prò administratore vel Castaldione.

e Interdicto vti possidetis agere potest qui prohibetur vites suas præcidere, transducere, colere, sed & qui prohibetur ædificare, & reficere.

f Transducere, pro ad primum locum reducere.

g Vites trãsducere quatenus liceat.

h Proiectiõ quid.

i Legendum vtrique vt in textu.

k Vterq; vox, interdum collectiue siue cõiunctiue: interdum diuisiuè, siue distributiuè, sumitur.

l Cœlum cuique à solo suo liberum.

alter solum possidet, alter cum ædibus superficiem [a]. 6 ¶ Labeo quoque scribit, ex ædibus meis in ædes tuas proiectum [b] habeo: interdicis mecum [c], si eũ locum possideamus [d], qui proiecto tegetur: an quo [e] facilius possim retinere possessionem eius proiectionis interdico tecum [f], sicuti nunc possidetis eas ædes, ex quibus proiectus † est.

Primo loquitur in eo qui habet cœnaculum supra ædificium alienum, nõ conductum à domino tanquam superficiarius. secunda ibi, cæterum. Bar.

7 ¶ Sed si supra ædes quas possideo, cœnaculũ sit, in quo alius quasi dominus [g] moretur: interdicto vti possidetis * me vti posse Labeo ait: non eũ q in cœnaculo moraretur. Semper enim superficiẽ solo cedere [h]. Planè si cœnaculũ ex publico [i] aditũ habeat, ait Labeo videri nõ ab eo ædes [k] possideri, qui κρύπτας [l] † possideret: sed ab eo cuius ædes [m] supra κρύπτας [n] essent: Verum est hoc [o] in eo qui aditũ ex publico [p] habuit. Cæterum superficiarij proprio interdicto [q] & actionibus à prætore [r] vtentur: dominus autẽ soli tam aduersus alium, quàm aduersus superficiari ım potior erit interdicto [s] vti possidetis: sed prætor superficiariũ tuebitur secundùm legem locationis, & ita Põponius quoque probat. 8 ¶ Creditores missos in possessionem rei seruandæ causa, interdicto vti possidetis vti non posse [t]: & meritò: quia non possident. Idémq. & in cæteris [u] omnibus qui custodiæ causa missi sunt in possessionem, dicendum est.

9 ¶ Si vicinus meus in parte [x] mea * tectoria habeat, & in parte sua †: vti possidetis mihi efficax est: vt ea tollere compellatur.

10 ¶ Nõ videor vi possidere, q ab eo quẽ scirẽ [y] vi in possessionẽ esse, fundũ accipiã [z]. 11 ¶ In hoc interdicto [a] cõdemnationis summa refertur ad rei ipsius [b] æstimationem. *Quanti res est*, sic accipimus, quãti vniuscuiusq. interest possessionẽ retinere [c]. Seruij autẽ sententia est existimantis tanti possessionẽ ęstimandã, quãti ipsa res [d] est. sed hoc nequaquã opinandum est. Longè enim aliud est rei pretium [e], aliud possessionis.

Habet quatuor partes. in prima est contentio inter duos fructuarios, in secunda contentio inter dominum & fructuarium: quoniam vterque inuicẽ agit cõtra aliũ in tertia sunt opiniones: vna quod fructuarius tantũ agit pro quasi possessiõe vsusfruct⁹: vel q agit vti poss. & pro possessione rei. & ista secunda est verior. In quarta, quã-

het: *vt hic dixit in princip. §. ad quod est j. §. sed & si supra.* Et ita quatuor modis exponitur.

a ¶ *Superficiem.* id * est protectum quod domui suæ est applicatũ: sed alter purum & nudum solum possidet.

b ¶ *Protectum.* aliàs protectum: aliàs proiectum: & hoc casu requiescit [b] super domũ tuam: *vt differat à præcedenti. §. hoc modo.* vnde magis proprie dicitur immissum [c]: *vt infra de verb. signi. l. malum. §. inter.* Vel dicas quòd & hic non quiescit: & differt à præcedenti casu: quia hic super cõmune solum & communiter possessum alter protegit: ibi super alterius tantum.

c ¶ *Mecum.* id est interdicto agis mecum, & rectè: & sic succumbam.

d ¶ *Possideamus.* qui est inter meam & tuam domum, & protecto regitur. nam & si communiter possideamus: non possum protegere [d] te inuito. alioquin hoc interdicto, vel cõmuni diuidundo prohibeor: *vt hic, & s. communi diui. l. communi diuidundo. & leg. si ædes. & l. Sabinus.* si autem alter tãtum nostrũ possidet illum mediũ locum, ille aget contra alium protegentem: *vt s. proxi. §. dixi.* & potes dicere contra quòd hęc verba, si cum locum &c. sint verba interdicti, vel ponantur conditionaliter.

e ¶ *An quo.* hæc est alia quæstio, cui non respon. q. d. si iure seruitutis dicam me habere immissum, & sic possessionem seruitutis mihi defendam: an dabitur hoc interdictum mihi? Respon. sic, *arg. supra de ser. l. quoties. ij. & si serui. vin. l. sicuti. §. Aristo. Azo. & j. eo. l. fi.* Sed alij dicunt quòd non, sed tu mecum: *vt ar. s. proxi. §. & j. §. si vicinus.* Sed in illis non afferebat sibi seruitutis iure possessionem.

f ¶ *Interdicto tecum.* i. [e] interdicto tecum ago. Et quod subiicit, sicuti &c. sunt verba prætoris interdicentis, siue interdicti: non agentis. & sic ad vtrosque sermonem refert. Alij habent, interdicto tecum: & sic supple, agam. & quod sequitur, expone vt dixi.

g ¶ *Quasi dominus.* quia non vere dominus, cum solum sit meum, & domus in qua fundatum est: & forte locata ei qui postea cœnaculum fecit hoc modo.

h ¶ *Cedere.* qui ad proprietatem. nam quo ad pos. distinguitur, an aliunde habet aditum: vel non: vt statim dices. ¶ Et not. quia hoc cœnaculum sustentabatur ædibus meis hoc modo. nam aliàs non diceretur superficies mearum ædium.

i ¶ *Ex publico.* aliàs priuato solo eius qui habet cœnaculum: *vt s. de dam. infec. l. penul. §. j.* q. d. non ex inferiori domo supra quã est cœnaculum: nisi esset superficiarius eius loci vbi est cœnaculum fundatum: vt j. *dicit.*

k ¶ *Aedes*, id est cœnaculum.

l ¶ *Cryptas.* i. [f] loca abdita & concamerata sub terra, seu cryptoporticus.

m ¶ *Cuius ædes.* id est cœnaculum.

n ¶ *Supra cryptas.* id est loca abdita &c. vt mox ante.

o ¶ *Est hoc.* scilicet vt nomine cœnaculi competat interdictum ei qui in habitat.

p ¶ *Ex publico.* vel aliunde non ex inferiori parte: quia tunc secus. Sed hæc distinctio, habeat [g] aliunde aditum vel non, cessat in superficiario: quia licèt habeat aditum ex inferiori parte habet tamen hoc interdictum, cum habeat illum aditum ex voluntate domini. nam aliàs non diceretur superficiarius: *vt j. proxime.*

q ¶ *Interdicto.* vti possidetis.

r ¶ *A prætore.* vtili in rem, & etiam ex conducto, vel ex empto: *vt j. tit. j. l. j. §. & ij. & s. de pign. act. l. tutor. §. fi.*

s ¶ *Interdicto.* scilicet si superficiarius facit vltra quàm debeat. & hoc est quod sequitur, sed prætor &c. patet ex prædictis quòd duobus [a] casibus possidet, qui habitat cœnaculum: scilicet cum aliunde est aditus ex publico, vel priuato. Item cum ex inferiori domo, cum sit superficiarius: sed tertio non: quando scilicet ex inferiori domo, & non est superficiarius. *& fa. Instit. de rerum diui. §. per traditionem. & s. de rei vin. l. superficiario. & l. prætor.* Accur.

t ¶ *Non posse.* nec cõtra se: nec contra alios: & est ratio: quia [b] non possident: *vt hic, & s. de rei vind. l. officium. & s. de adquir. pos. l. iij. §. fi. & l. si quis ante. §. j. & quibus ex cau. in poss. ea. l. cum legati.* secus [c] ergo in conuentionali pignore, cũ creditor possideat, secundùm nos: *vt supra de acquir. pos. l. qui pignoris.* licet P. contra: *vt nota. s. qui satisda. cogan. l. sciendum. §. creditor.* Item not. hic vnam differentiam inter conuentionale & prætoriũ pignus. sunt & aliæ *vt supra de pigno. actio. l. j.* ¶ Sed qualiter si [d] isti turbantur, eis subuenitur? Respon. per actio. in factum: & offic. iudi. siue manu militari: *vt supra ne vis fiat ei. l. j. in princip. §. sed siue rei. & leg. iij. in princ. & §. j.*

u ¶ *Et in cæteris*, vt legati & ventris nomine, & damni infect. ex primo decreto. sed contra hos datur interdictum quandoque: *vt & s. quibus ex cau. in poss. ea. l. hæc autem. §. fi.* Accur.

x ¶ *In pariete.* id est supra parietem: cùm dicat de tegendo: & est ratio: quia vsque ad cœlum &c. *vt j. quod vi aut clam. l. fin. §. pen. & facit s. ea. l. §. item videamus si proiectum.* Idem tamen si requiescat super pariete meo, multo magis: *vt & supra ead. l. §. Labeo. & §. sed si supra.*

y ¶ *Quem scirem.* vel proprie: vel [e] id est vehementer [f] opinor: *vt & supra de aqua plu. arcen. l. ij. §. antepe. & facit j. de verb. signif. l. bonæ fidei emptor.*

z ¶ *Accipiam.* non per vim: sed ex causa empti.

a ¶ *In hoc interdicto.* Ponunt quidã casum q lite cõtestata in hoc interdicto, & fide facta iudici q aduersarius possidet à me vel vi, vel clã, vel preca. corporaliter: ille per contumaciã nõ vult parere arbitrio siue diffinitiuæ sententiæ datæ à iudice super hoc interdicto, vt illam naturalẽ [g] dimittat. nã cõdemnabitur mihi in executione ad interesse quãti interest mea illã possessionẽ corporalem naturalem retinere: & hoc interesse declarabitur meo iuramẽto [h] in litẽ, sicut in vnde vi: *vt s. ti. j. l. in interdicto.* & quod vi aut clam: *vt j. quod vi aut clam. l. semper. § in hoc & supra de rei vind. l. qui restituere.* Vel dic quòd iudex præcipit nõ fieri vim mihi: nihilominus condemnat aduersarium pro interesse turbationis factæ mihi ab anno retro ex vi huius interdicti: *vt hic, & supra eo. l. j. §. j.*

b ¶ *Ipsius.* obscurum eloquium statim exponit, quanti res est &c.

c ¶ *Retinere.* & libere, & in ea non turbatum esse.

d ¶ *Ipsa res.* i. plena proprietas: pro qua erat. *C. vnde vi. l. si quis in tantam.*

e ¶ *Rei pretium.* i. plenæ pprietatis: aliud possessionis: *vt hic. & s. quod me. cau. l. si mulier. §. qui possessionem.* non tamen dico pretium [i] possessionis hic dari, cum ipsa possessio dimittatur: sed pretium siue interesse turbationis, secundum secundam positionem casus. Vel dic, aliud possessionis. i. turbationis possessiõis. sed secundum pri-

a Superficies pro protecto.

b Proiectum quid.

c Immissum quid.

* Vulg. communiter possideamus.

† proiectum.

d Protectum immittere inuito socio nõ possumus.

* Interdictum vti possidetis datur quasi possessori iuris, ne turbetur in eo. ...

e Interdicere cum aliquo, pro interdicto agere.

f Cryptæ.

g Interdicto vti possidetis agere potest superficiarius cœnaculum habens, siue cœnaculum aditum ex publico habeat, siue non habeat.

a Possidet duobus casibus habitator cœnaculi.

b Vti possidetis interdicto vti nõ potest, qui nõ possidet.

* pariete meo.

† pariete suo.

c Pignoris prætorij & conuentionalis differentiæ, adde Negusantiũ de pignorib. par. j. memb. ...

d Vti possidetis interdicto non vtentur creditores missi in possessionem rei seruandæ causa, sed vel actione in factum, vel officio iudicis.

e Scientia prõ vehementi opinione.

f Opinio vehemens pro scientia habetur. ...

g Possidens vi, clã, precario conuenti potest, vt naturalem possessionem dimittat, ac nisi restituat in id quod interest agentis iuramento in litẽ definiendum cõdemnatur.

h Iuratur in litem aduersus possidentem, vi, clam, vel precario, neq; restituentem.

i Pretium possessionis quid.

dum primam benè æstimaretur ipsa possessio ad arbitrium iurantis actoris. *& facit* §. *tit. j. l. interdicto unde vi.* *&* §. *ne vis fiat ei l. j.* §. *hæc verba.* *&* *j. de fur. l. furtiuam.* Item hoc interesse[a] possessionis turbatæ potest esse plus. & frequēter minus quàm rei proprietas: cum fortè sub pœna dare tenebar hanc possessionem: quod non potui: vel alia mea præ dia vendita sunt à creditoribus, vel à fisco: quia de possessione ista ꝑpter turbationem non inueni emptorē.

do est contentio inter fructuarium & usuarium. secunda ibi, & si alter. tertia ibi: idem erit. quarta ibi, proinde. Bartolus.

[a Pretium seu interesse possessionis turbatæ, potest maius vel minus esse ipsa proprietate.]

IN *summa.*] CASVS. Si dico me habere vsumfru fundi, & te nego habere vsumfru. inter nos potest intētari hoc interdictū. Item si dico me habere vsumfruct. & sic naturaliter possidere. tu te ciuiliter dicis possidere: potest inter nos hoc interdictū locū habere. Tertio dicit: cū possiderē fundum naturaliter, in quo habebam vsumfruc. & turber in hac pos. habeo hoc interdictū, per q̄d defendar in hac poss. Itē inter vsuarium & vsufructuarium eiusdē fundi potest intētari hoc interdictū. Fran. Accur.

IV. IDEM *libro septuagesimo ad Edictum.*

IN summa puto dicendum & inter fructuarios[a] hoc interdictum reddendum, & si alter vsumfructum, alter possessionē[b] sibi defendat[c]. Idem erit probandum & si vsusfructus quis sibi defendat possessionem. & ita Pomponius scribit. Proinde & si alter vsum, alter fructum sibi tueatur: & his[d] interdictum erit dandum.

a ¶ *Inter fructuarios.* asserentes se possidere: & quilibet de alio negat: & poterit[b] esse quod alter vel quòd ambo vincerent, & neuter: *vt* §. *eo. l.* §. *duo. in fin. j. respon.* Accur.

b ¶ *Alter possessionem.* s. ciuilem. ¶ Et sic not. quòd[c] ciuiliter tantum possidenti, & naturaliter similiter tantum possidenti, datur hoc interdictum per l. istam.

c ¶ *Defendat.* poss. i.[d] quasi[e]. Vel dic possessionem rei in qua habet vsumfructum.

d ¶ *Et is.* quia vterque[f] habet naturalem pos. tam vsuarius quā si vsufructu. sed nō in solidū, sed pro parte indiuisa. H. & sic decernet iudex in sententia: Quia inueni hunc potiorē in possessione ratione vsus, præcipio non inquietari ab alio eo vsu. & ecōtra dic de alio: *vt not. C. e. l. j. in gl. sed qualiter formabit, & fa. ad l.* §. *ad exhib. l. Celsus.* §. *Iulianus. & j. de aqua quoti. & æsti. l. j.* §. *si inter. & C. eo. l. j.*

[† In ipso tit. indicis. De superficiis.]

[b Interdicti inter duos fructuarios effectus quis.]

[c Interdictum vti possidetis datur ciuiliter tātum possidenti.]

[d Possessio pro quasi possessione.]

[e Vsufructuarius quasi possessor iuris. v. quæ scripsi ad Gl. l. si plures. 9. sup. de vi & vi armata.]

[f Vsufructuarius & vsuarius possident naturaliter, non in solidū, sed quilibet pro parte indiuisa.]

DE SVPERFICIEBVS†.

TITVLVS XVIII.

DE SVPERFICIEBVS.

Simile est superiori interdi. vt j. titu. l. l. 1. §. proponitur. *& ideò post illud ponitur. Accursius.*

¶ *Placet scriptura indicis, De superficiis, & superficium*[g], *sicut ædificium, vno loco.* L. 1. & l. si areæ. De leg. 2. l. si lapidicinis. De iure do. *Est autem hoc interdictum de*[h] *retinenda quasi possessione superficij comparatum exemplo interdicti vti possidetis, cui iunxit etiam eodem edicto prætor actionem superficiariam quæ est quasi de proprietate superficij. est igitur hic titulus de interdicto & actione superficiaria. Superficiarius*[i] *est quasi inquilinus* l. 3. §. opem. De op. no. nunt. *At definitur esse is qui in alieno solo ædificauit, quod quidem à domino conduxit ea lege vt in eo ædificaret & sibi haberet ædificium in perpetuum vel in plures annos sub annuo solario. hic est plus quam inquilinus nam ius habet in re, quod ius*[k] *superficiarium dicitur.* ἐμφύτευσις. l. 3. De reb. cor. qui sub tut. *vel vt in Basilicis* ἐμβατευσις. *Patem verò exemplo superficiarij*[l] *emphyteuticario & feudatario interdictum dandum. De fructuario non est dubitum. Cuiac.*

[g Superficiū quid.]

[h Interdictum de superficiebus, est de retinenda possessione superficij.]

[i Superficiarius quis: vtque ab inquilino differat.]

[k Superficiarium ius.]

[l Interdictum de superficiebus datur etiam emphyteuticario, feudatario, fructuario.]

A *It prætor.*] CASVS. Duo cōduxerūt superficiē, vt vnus habeat vsumfr. in ea, alter vsum. istis possidētib⁹ superficiē nō vi, nō clā, nō precario, prætor vetat vim fieri quominus possideat. Secūdū dictū est, q̄ & actio causa cognita daᵱ superficiario. Postea loquitur Vlpianus & dicit: qui superficiē in alieno solo habet, si ꝓhibeatur à domino soli possidere, habet act. cōtra eū. nā si conduxit superficiē. habet ex cōducto. si emit, habet ex empto: & per has consequitur quod sua interest. si autē ab alio prohibeatur: tunc aget cōtra dominum vt cedat ei act. putà rei vind. cum nondū traditio esset facta superficiario. itē Aquil. quas cessas intentabit superficiarius contra prohibentem. sed melius est q̄ superficiarius agat hoc interdicto, quàm prædictis personalibus: cum quandoque non possit probari locatio vel emptio, itē quia melius est possidere, quā in personam agere, per quod consequatur ne prohibeatur possidere. itē vtili in rem potest agere. Vltimò dicit: hoc interdictum datur superficiariis ad similitudinem interdicti vti possidetis: & tuetur superficiariū: nec inquiritur qua de causa possideat superficiem: nisi vi, aut clam, aut precario ab aduersario possidet. & vt breuiter dicam, omnia quæ seruantur in interdicto vti possideris, & in isto locum habent. [QVOD AVTEM AIT PRÆTOR.] Nunc exponit secundam partem edicti. nam edictū est causa cognita dari acti. superficiario. quod sit intelligis. nā si ad modicum tempus conduxit, putà ad annum, vel bienniumi & desinat possidere superficiem: non habet actio. in rem pro recuperanda poss. si autem ad longum tempus conduxit superficiem, & desinat eam possidere: tunc habet actio. vtilem in rem, dominus autem soli habet directam in rem contra possessorem. si agat dominus soli contra superficiarium actio in rem: nunc repellitur ope except. nam cum domus act. superficiario, si desinat possidere: multo magis exceptio est ei danda. [SI SOLI POSSESSORI.] Emit solum cum superficie à domino: tandem superficies est ei euicta: agam ex stipulatu de euict. vel ex empto contra vēditorem. [QVOD AVTEM.] Nunc dicit dari act. superficiario. nā quasi quendam vsumfruct. videtur habere siue vsum. & constitui potest eisdē modis sicut & vsusfructus: & legari & donari potest, & si plures habent superficiem, possunt inter se agere communi diui. Vltimò dicit quòd seruitutes potest cōstituere superficiarius, secundùm quod & dominus soli potest constituere: & constitutæ petuntur. & si impediatur vti serui. ille cui est concessa: potest vtili interdicto vti possidetis vti. Fran. Accur.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

A It prætor: *Vti ex lege locationis siue conductionis superficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini*[e]*: quo minus fruamini, vim fieri veto*[f]*. Siqua alia actio*[g] *de superficie postulabitur: causa cognita dabo.*

Licèt pro superficie competant actiones ciuiles: tamen vtile est hoc interdictum, cum pro possessione competat. magnum est enim commodum possidendi. Bart.

1 ¶ Qui superficiem in alieno solo habet, ciuili actione subnixus[h] est. nam si conduxit superficiem[i]*, ex conducto: si emit[k], ex empto agere cum domino soli potest. Etenim si ipse[l] eū prohibeat: quod interest, agendo[m] consequetur. sin autem ab alio[n] prohibeatur: præstare ei actiones suas[o] debet dominus

[* Superficies. l. si ex lapidicinis. sup. de iur. dot.]

e ¶ *Fruemini.* Duo sunt superficiarij eiusdē superficiei. ¶ Sed quomodo[a] duo possunt frui in solidū? Resp. diuersis respectibus: quia alter vsumfructū, alter vsum habet in ea: *vt* §. §. *fi. &* §. *tit. j. l. j.* §. *fi.*

i Vel dic, gratia honoris dicit fruemini. i. vtēris siue frueris.

f ¶ *Veto.* hoc interdicto quod dicitur de superficiebus, & habet instar[b] interdicti vti possi. *vt j.* §. *proponuntur.*

g ¶ *Actio.* ad agendum petitorio: nam dabitur vtilis in rem: *vt j.* §. *quod autem ait. & fa.* §. *de loco pub l. j.*

h ¶ *Subnixus.* i. munitus contra dominum.

i ¶ *Superficiem.* i.[c] solum in quo superficies est: vel vt ibi superficiem ponat: vel cōduxit ipsam superficiem cum solo. si autem superficiem tantùm, vt innuit, id est domum conduxit: non haberet in rem, de qua infra dicit: sed tantùm ex conducto secundùm Ioā. & B. sed fortè & tunc haberet vtilem in rem, si ad non modicum tempus conduxit: *vt j. quod autem ait prætor.*

k ¶ *Si emit.* s.[d] superficiem sine solo. Vel dic secūdo, emit solum, vt non debeat suum fieri solum: sed debeat ibi ponere superficiē: & sic fit superficiarius. si autē solū emisset: tūc vel fieret dominus traditione facta à domino. nam nemo[e] est superficiarius sui soli: *vt j. l. fi.* Vel Publicianam haberet traditione facta à non domino, & sic non daretur vtilis, quæ specialiter dicitur superficiario competere. Sed si dicas q̄ superficiē sine solo emit, opponitur, quia alterius est solum, alterius superficies. quod non potest esse: *vt j. de actio. & oblig. l. obligationum ferè.* §. *placet.* Sed respon. q̄ à superficiario qui conduxerat, emit ius superficiarium, sed nō valet: quia nō ageret ex empto cū domino: q̄ hic dicit. Alij dicūt: vt secūdo dixi: q̄ emit superficiem. i. solum à domino vt habeat superficiem. i. domum, & sic ageret ex empto ad solum. idem videtur si emit solum vt castrum concederet: vel lacum faceret: vel vites poneret.

l ¶ *Si ipse.* locator, vel etiam venditor, prohiberet non tradendo sicut vendidis.

m ¶ *Agendo.* ex conducto, vel ex empto. quibus venit etiam singulare[f] interesse: *vt* §. *de actio. emp. l. j. ff. loc. & condu. l. si fundus.* §. *fin.*

¶ Sed qualiter dignoscitur[g] emptor à conductore? Respon. pretium[h] & mercedis quantitas[i] facit discerni. Accur.

n ¶ *Ab alio.* quidam habent, ab alio prohibeatur. alij, alius prohibeat. & dic, quem ipse prohibere non possit: *vt d. l. si fundus. infra loca.*

o ¶ *Actiones suas.* scilicet in rem, quam nondum habebat superficiarius, nisi facta traditione. Item Aquil. *ad quod est supra de* ...

[a Possidere duo in solidū possunt diuersis respectibus: vt quia vnus vsufructuarius, alter, vsuarius.]

[b Interdicti de superficiebus & vti possidetis cognatio.]

[c Superficiei conductori non datur interdictum de superficiebus, sed actione ex conducto.]

[d Superficiei emptor agit actionibus empti pro non interdicto de superficiebus.]

[e Superficiarius sui soli non est.]

[f Interesse singulare.]

[g Emptor à conductore dignoscitur pretio & mercede.]

[h Hinc colligunt, Actionem illi gionon tātum expressis, sed etiam tacitè. de quo, v. plura ad hanc locum apud Cagno, lum in regula semper in stipulationibus. 34. ff de reg. iu.]

[i Assimatio fyu & digno pretio, emptionem ne indacit atque facit Cepola.]

contrahen. empt. l. quod sæpe. §. si res. pensionem etiam remittit vel restituit pro rata: *vt d. l. si fundus.*

a ¶ *Sed longe*, id est magis, vel valde.

b ¶ *Existeret*. hæc venditio, subaudi.

c ¶ *Experiri*. vt & *Institut. de interdict. §. retinendæ. vers. commodum. & Institut. de oblig. ex delic. §. furti.* Sed hoc fallit secundùm[a] quosdam. *supra de noxali. l. si quis à multis. & supra de adquir. re. do. l. qua ratione. §. literæ. vers. sed non vt literæ.* Sed falsum est: vt ibi not.

a Possidere melius est quàm in personam experiri.
* locatio.

& cedere. Sed longè[a] vtile visum est, quia & incertum erat, an locati[*] existeret[b], & quia melius est possidere potius quàm in personam experiri[c]: hoc interdictum[d] proponere, & quasi in rem[e] actionem polliceri[f].

2 ¶ Proponitur[g] autem interdictum[h] duplex, exemplo interdicti vti possidetis. Tuetur itaque prætor eum qui superficiẽ petit[i], veluti vti possidetis interdicto: neque exigit ab eo quam causam[k] possidendi habeat. vnũ tantum requirit, num fortè vi, clam[l], precario[ab] aduersario possideat. Omnia quoque quæ in vti possidetis interdicto seruantur, hic quoque[m] seruabuntur. 3 ¶ Quod ait prætor[n], *Si actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo*: sic intellegendum est, vt si ad tempus quis superficiem conduxerit, negetur ei[o] in rem actio[p]. Et sanè causa cognita ei qui non ad modicum[q] tempus conduxit superficiem, in rẽ[r] actio cõpetet. 4 ¶ Is autẽ in cuius solo superficies est, vtique nõ indiget vtili actione, sed habet in rem, qualẽ habet de solo. Planè si aduersus superficiarium velit vindicare: dicendum est, ex-

d ¶ *Hoc interdictum*. de superficiebus.

e ¶ *In rem*. q. d. quia non directa, sed[b] vtilis in rem datur cum cecidit à possessione superficiarius: *vt hic & supra de rei vindi. leg. superficiario. & leg. prætor. & de pigno. actio. tutor. §. fi. & supra si ager vectiga. l. j. in fin. & leg. sequen. & de oper. nouinunt. leg. in prouinciali. §. pen.*

b Superficiario, qui à possessione cecidit, vtilis in rem datur actio non directa.

f ¶ *Polliceri*. aduersus dominum.

g ¶ *Proponitur*. id est datur superficiariis.

h ¶ *Interdictum*. scilicet de superficiebus: quod est duplex[c]: quia[d] quilibet in eo est actor & reus: cum vterque cõtendat possidere se: *vt hic & supra titu. j. l. si duo. §. pen.* Accur.

c Interdictum de superficiebus duplex est, vt vti possidetis.
d Interdicta duplicia dicũtur in quibus quilibet actor & reus & vterque possidere se ait.

i ¶ *Petit*. id est superficiem defendit[e]. nam si[f] non possideret superficiem, non daretur hoc, sicut nec illud vti possidet. *vt supra titu. j. l. j. §. est igitur. vers. & consequenter.*

e Petere pro defendere.
f Interdictum de superficiebus, nõ datur nõ possidẽti.

k ¶ *Quam causam*. aliàs quàm, & aliàs qualem causam, &c. Sed certè imò videtur inquiri causa: *vt supra in prin. vbi dicit, vti ex lege locationis*, &c. Sed R. dicit, sed non probat. Vel ibi contra dominũ hic contra extraneum. Vel nec dicit nec probat: sed satis est quòd possideat vt superficiarius: & hoc afferat: non dico quòd dicat se conduxisse vel emisse.

l ¶ *Clam*. hoc expone vt in vti pos. interdicto dixi exponendum. *supra titu. j. l. j. in prin. & § fin.*

m ¶ *Hic quoque*. in hoc interdicto de superficiebus. Accursius.

n ¶ *Quod ait prætor*. supra proxi. ij. respon. huius legis.

o ¶ *Negetur ei*. etiam intra id tempus si agat ex conducto ad interesse, vel ad mercedem remittendã, *vt s. loca. & condu. l. si fundus.*

g Conductori ad modicum tempus actio etiam vtilis non datur.

p ¶ *Actio*. scilicet vtilis[g]. *vt hic & supra ead. l. §. qui superficiem. in fin. not.* ¶ Sed quod erit modicum[h] tempus? Respon. quidam. xxx. dierum: *vt arg. j. tit. j. l. j. §. j.* 2 Alij biennij: *vt s. loca. cum domini.* 3 Alij x. an. *vt C. de præscript. longi. tem. l. fin. & s. qui & à quibus. l. sed. cum fidei. §. Aristo.* 4 Sed Ir. vsque ad quinquennium: *arg. s. de separa. l. j. §. quod dictum. & j. de verb. oblig. l. si à colono. & Instit. de literarum obli g. §. multum.* 5. Tu dic arbitrio iudicis: *vt s. de iure delibe. l. j. in fin. & j. de effra. l. j. §. j.* ¶ Item quæro an conductio[i] alia quæ fit ad non modicum tempus, præbeat aliquod ius in re? Respon. non, si fiat à priuato: secus si à municipibus: *vt s. de loco publi. fru. l. j.* & nisi vsusfructu. constituatur per locantem: *vt C. de vsufruct. l. si domina.* Accursius.

h Modicum tempus arbitrio iudicis æstimatur, secundum opinionem [illegible].
i Conductione ad non modicum tẽpus vtrum ius in re quæratur.

q ¶ *Non ad modicum*. aliàs qui ad non modicum, &c.

r ¶ *In rem*. s. directa[k] pro superficie. ¶ Et no. hic argu. ex hoc quòd possum à te[l] vindicare domum vel fundũ quem alius habet à me in emphyteusim, non obstante iure alterius. Sed arg. contra. *s. de condic. indebi. l. indebiti. in fine l. & de rei vind. l. fructus. in fin.*

k Conductori ad longũ tempus datur actio etiam directa, pro tuẽda sua superficie.
l Vindicare domum & fundũ possumus, quem alius à nobis habet in emphyteusim.

s ¶ *Multo magis*. hoc fallit[m] *s. quorum leg. l. j. §. redigunt.* sed consonat. *infra de except. do. l. dolo. & supra quibus ex cau. ma. l. necnon. §. exemplo. in glo. actio. vers. item no. & j. de regu. iuris. l. omnium. §. j.*

m Exceptio an continuo detur ei, cui datur actio.

t ¶ *Si soli possessori*. i. qui emit à domino solum & superficiem pleno iure. & sic est plana. Alij dicunt hunc emisse à superficiario: & agere de euict. contra dominum: si modò ipse suo venditori, & suus venditor verò domino denuntiauit. quod non placet.

u ¶ *Ex empto*. quando emit. ¶ Sed quid si conduxit? Respon. & ex conducto, & ex stipulatu agit: *vt s. loca. l. si fundus. §. j.*

x ¶ *Quia autem*. non[a] solùm superficiario cum possidet, damus

ceptione vtendum in factum data. Nam cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis[s] quis dixerit.

5 ¶ Si soli possessori[t] superficies euincatur: æquissimum erit subuenire ei vel ex stipulatu de euictione, vel certè ex empto[u] actione. 6 ¶ Quia autem[x] etiam in rem actio de superficie dabitur: petitori quoque in superficiem[y] dari, & quasi vsumfructum siue vsum quendam eius esse[z], & constitui posse per vtiles actiones credendum est.

7 ¶ Sed & tradi posse intellegendum est: vt & legari[a] & donari possit. 8 ¶ Et si duobus sit communis[b], etiam vtile[c] communi diuidundo iudicium dabimus. 9. ¶ Seruitutes quoque pretorio[d] iure[e] constituentur[f]: & ipsæ ad exẽplum earum quæ ipso iure constitutæ sunt[g], vtilibus actionibus petentur. sed & interdictum[h] de his vtile[i] competere.

II. Gaivs li. 26. ad Edictũ Prouinciale.

Svperficiarias ædes appellamus, quæ in conducto[o] solo positæ sint: quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius[l] est, cuius & solum.

exceptionem, vel hoc interdicto tuebitur si bi possessionem: sed etiam si alius possideat, placet superficiario petenti dari in rẽ. 2 Vel aliter: Non solùm domino datur directa, sed & superficiario placet dari vtilem. & secundùm hoc est sensus vt petitori. ■ est superficiario detur vtilis rei vindicatio pro superficie aduersus possidentem. & habet ipse vsumfruct. quendam siue vsum in superficie, & potest alteri constituere illam vtilitatem petendam ab alio cui erat constituta, per vtilem actionem ex iure cesso. Item potest dare & tradere illam seruitutem, & constituere potest & donare & legare talem seruitutem vel vtilitatem siue commoditatem vsusfru. vel vsus, id est ipsam superficiem, siue ius quod habet in ea. 3 Alij sic: quia superficiarius habet in rem: ergo & ille cui est constituta seruitus, si petat, petere potest cum effectu seruitutem in superficie sibi constituta, siue sit seruitus vsus, siue vsufru. vel alia seruitus. Et ita edictio petitori. primò pro superficiario supponit: secundò pro eo cui est constituta seruitus à superficiario. prima placet. ¶ Sed cum superficiarius[b] potest alium superficiarium facere, secundùm primam: quare[c] vsufructuarius non sic? Respond. quia vsufructuarius habet[d] instar dominij. vnde duo[e] non possunt esse in solidum domini: *vt supra de vsufruct. l. vsusfructus in multis.*

a Superficiario an, quando, & in quos detur exceptio.

a Superficiarius potest alium superficiarium facere non vsufructuarius alium vsumfructuarium & cur.
c Vsusfructus & superficiei differentia.
d Vsufructuarius instar domini.
e Dominij per duos in solidum esse nõ potest.

y ¶ *In superficiem dari*. vt possit hæc omnia quæ sequuntur, habere vel facere.

z ¶ *Esse*. quod superficiarius habet.

a ¶ *Legari*. *vt & j. de lega. j. si domus. in fin.*

b ¶ *Communis*. s. superficies.

c ¶ *Vtile* vt & *s. fami. ercisc. l. item prædia. & arg. s. communi diui. leg. communi diuidundo. in prin.*

d ¶ *Prætorio*. ab eo qui non est dominus directo, vt superficiarius quem[f] prætor facit loco domini, dando ei vtilem in rem: *vt hic & s. in prin. huius l. & s. qui. mo. vsufru. amit. l. j. circa prin.* Accur.

f Superficiarius loco domini.

e ¶ *Iure*. s. per pactum à superficiario. nam prætor tuetur pacta: *vt s. de pact. l. iurisgentium. §. prætor ait.* Vel dic verius, iure ciuili constituuntur à domino, *vt subiicit. & s. communia prædi. l. j.* Accur.

f ¶ *Constituentur*. in[g] superficie.

g ¶ *Constituta sunt*. à vero domino soli. *& facit s. de pigno. l. si ab eo. & s. tit. y. l. fin.*

g Seruitus in superficie cõstitui potest.

h ¶ *Interdictum*. vti pos.

i ¶ *Vtile*. s. de his seruitutibus à superficiario alij constitutis: *vt & s. de serui. l. quotiens. & s. si serui. vin. l. sicuti. §. Aristo.* Sed alij dicunt de itinere actúque priuato: *vt arg. j. tit. j. l. j. & facit supra de ope. noui nun. l. in prouinciali. §. pen.*

h Superficiarius potest seruitutem in superficiariis ædibus constituere.

Svperficiarias.] casvs. superficiaria domus dicitur, quæ in conducto solo posita est. & suppleas licere: vt in glo. & proprietas domus eius, est illius cuius est solum. Franc.

o ¶ *In conducto*. vel empto: non[i] tamen vt soli dominium transeat: sed licentia habẽdi & tenendi superficiem: *vt s. l. j. §. qui superficiem. in princ.*

l ¶ *Eius est*. non enim iure directo, sed vtiliter[k] superficiarius est dominus: & habet in rem: *vt no. s. l. proxi. §. qui superficiem. in fi. §.*

i Superficiariæ ædes quæ dicantur.
k Superficiarius ædium superficiariarum vtile dominium habet: soli dominus directum.

D E

DE ITINERE ACTVQVE PRIVATO.

Superiori titu. de possessione rerum corporalium retinenda: hic de possessione rerum incorporalium.

¶ Sub hoc titulo duo sunt interdicta prohibitoria. Prim[a] pertinet ad retinendam quasi possessionem itineris, actus, viæ priuatæ, agente eo qui hoc anno vsus est, agente successore eius ad apiscendum, & in eo tantum distat ab interdicto Vti possidetis, quod non refertur in præsens tempus, vt qui nunc vtitur itinere vel actu, ita vtatur, sed in annum præteritum, vti hoc anno vsus est. Posterius [b] pertinet ad reficiendum iter actumque quo hoc anno vsus est: in quo etiam de proprietate quæritur, id est de iure seruitutis, de quo non quæritur in priori, sicut nec in interdicto Vti possidetis vel vti superficie fruimini. Cæterum in vtroque interdicto & in hoc titulo oratio [c] coniuncta pro disiuncta accipitur. nam sufficit alterutrum probare vel iter vel actum hoc anno in vsu habuisse. Cuiac.

a Interdictũ de retinenda possessione itineris actus, viæ priuatæ.

Quibus finibus quoque mensura iter, actusque & via constent, Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 20.

b Interdictum de reficiendo itinere actuque.

c Coniuncta oratio pro disiuncta sæpissimè accipitur.

DE ITINERE ACTVque priuato.†

TITVLVS XIX.

Dictum est supra de interdictis possessoriis rerum corporalium: sequitur de possessoriis rerum incorporalium. Bartolus.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Quo itinere actúque [a] priuato, quo de agitur, vel via, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo vsus es: quo minus ita vtaris, vim fieri veto[b].*

1. ¶ Hoc interdictum prohibitoriũ est, pertinens ad tuendas rusticas tantúmodo seruitutes[c].

2. ¶ Hoc interdicto prætor non inquirit vtrum habuit iure seruitutem impositam, an non[d]: sed hoc tantùm, an itinere actuque hoc anno vsus sit [e] non vi, non clam, non precario: & tuetur eum, licet eo tempore quo interdictum redditur [f], vsus non sit. Siue igitur habuit ius viæ, siue non habuit: in ea conditione est, vt ad tuitionem prætoris pertineat: si modò anno vsus est vel modico tempore [g], id est non minus quàm triginta diebus. Neque ad præsens tempus refertur vsus: quia plerunque itineribus vel via non semper vtimur, nisi cum vsus exegerit. ita annui temporis spatio conclusit vsum[h].

PRætor ait.] CASVS. Ponit edictũ, cuius sensus est: Quo itinere, via actúque: priuata, priuato, hoc anno es vsus nõ vi, nõ clã, nõ precario ab alio: quo minus ita vtaris: prætor vetat fieri vim. Secũdo dicit: hoc interdictũ est prohibitoriũ, & spectat ad tuẽdas rusticas serui. eundi vel non. sed solũ spectatur si hoc anno vsus est nõ continue, sed satis est esse vsum xxx. diebus. & cõputatur annus retrò ex tẽpore lit. cõtest. sup hoc interdicto. & vt in hac pos. defendar, sufficit me esse vsum intra annũ retrò: itinere vel actu: & vsq; ad quem locũ fundi tui iui. vsq; ibi hoc ius adquisiui. [IVLIANVS.] Si per fundum tuum iui ad meum, cum per viã publicã non possem ire, vt quia rapta erat: licet frequenter vadam, non adquiro hoc ius, id est serui. nec mihi hoc interdictũ datur, licet prohibeat ire: quia non videor vsus nec fundo, nec illo ad quem ibam. idem si itinere priuato nõ iui: quia riuus illud ruperat: vel via publica rupta est per quam ibã ad iter. Idẽ si erat iter priuatũ per quod ibam ad fundũ seruientẽ: & quia destructus est, non potui ire. Vltimo dicit: siue ego iui per fundum vicini per annũ, habeo amodo hoc interdictũ per quod tueor in pos. seruit. siue colonus meus vel hospes iuit, satis est, etiã si ignorauit dominus fundi per quem ibatur. Si autem quis credens suũ fundum ad quẽ ibat per fundũ vicini, cum esset meus, iuit per annum: sibi adquisiuit hoc ius, non mihi. [SI QVIS PROPTER.] Cum iuissem per annũ per fundũ tuũ, sequenti anno non iui propter inundationem aquæ: vel aliter prohibitus non iui: vel quia in vinculis existens non potui ire: dicitur ꝙ impetrabo in integ. rest. ex illa parte edicti, Si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituã. quam habes. š. ex qui. cau. ma. l. j. in fi. quasi hic annus non cucurrerit, sed inspiciatur annus primus quo fui vsus. Tandem dicit: cum ago hoc interdicto, & datur dilatio aduersario xx. dierum, & propter hanc dilationem causa interdicti mei deterior fit: restituar, quasi hoc tempus xx. dierũ non cucurrerit. [SI TIBI.] Habebam fundum dominantem: cui vicini fundus debebat seruitutem viæ. hunc fundũ dominantẽ concessi tibi precario animo trãsferendi poss. nunc tu impetrasti precario à vicino prædicto ius eundi per suum fundũ istum: postea prohibet ire. an habeas hoc interdictũ, quæritur. Et dicitur ꝙ non, cum precario habeas hoc iter ab aduersario: & redditur mirabilis ratio. nam cum mihi cõpetat hoc interdictum: si prohiberes ire, satis fit & si non cõpetat: cum duo simul hoc interdictũ habere non possint. nec obstat ꝙ iter habes in precario. cũ enim illud ego iter habere precario nõ possum, cum aliàs sit meum: nec per istum habere videar, & qualitercunque colonus meus per illud iter vadit. aut is cui precario concessi, ego ire videor. sicut ergo opinio sua, vt quia precarium habet, mihi nõ nocet: sic nec mihi prodest opinio sua: vt cum haberem precario ius eundi per fundũ vicini ad meum: & ego tibi istũ fundum meũ concessi precario, & es vsus itinere tanquam debito fundo & per annum, non competit mihi hoc interdictũ propter opinionẽ tuam. in fine tamen dicit, in primo casu dari interdictum tibi cui precario concessi fundum dominãtem. [SI QVIS SVPRADICTO.] Saltem triginta diebus in anno iui per fundum tuum, non vi, non clam, non precario: tandem postea cœpi ire clã. nõ nocet mihi. vnde si prohibeat ire, hoc interdicto vtar. & redditur ratio. quod enim quæsitum est: ex superueniente delicto non tollitur. hoc dicit cum l. seq. Franc. Accur.

a ¶ *Actúque.* Quid[a] hic sit, habemus š. *de serui. rust. præd. l. j.* Accur.

b ¶ *Veto.* & est simplex, non duplex: *vt* š. *de interdict. leg. ij. in princip.*

c ¶ *Rusticas tantummodo seruitutes.* ¶ Quid ergo si turbetur mihi vrbana? Resp. fore vtile[b]. ¶ Item nec ad omnem rusticam: quia non ad aquæ ductum: *vt inf. tit. j. l. j. §. quod autem.* nam ibi non [c] exigitur spatium triginta dierum. Accur.

d ¶ *An non.* ¶ Quid prodest[d] ei si est in possessione? Resp. quidam quia præsumitur[e] competere ei seruitus: siue negatoria conueniatur, siue confessoria agat, quod potest, licet possideat *vt sup. si ser. vind. l. & si forte. §. sciendum & pro eis est. C. de prob. siue possidetis. & l. ij. & de pign. acti. l. nec creditores. & C. si aduer. credi. l. j. & in authen. de testi. §. si verò.* 2. Alij dicunt prodesse quo ad hoc, vt si impediatur postea ire, possit resistere: scilicet extra iudiciũ, & sic redditur interdictum: non in iure, sed in ipso[f] prædio licet se defendere ex vi huius interdicti. At si in iudicio agatur confessoria à se possidente vel non possidente: vel negatoria ab alio contra se possidentem vel non possidentem necesse habet de iure suo docere: at si agat ex secundo capite *quod est* j. *l. iij. §. ait prætor.* poterit turbari: nec ipse poterit resistere, nisi probet cõpetere seruitutẽ. 3. Tu dic, prodest probare vsum xxx. dierum propter duo. Primo, quia si possidet & agit confessoria, vel cõuenitur negatoria: non oportet eum cauere de non vtendo: sed aduersarius cauet de non impediendo vsq; ad finitũ iudicium in negatoria. secus si non possideret, & ageret vel cõueniretur pro seruitute: quia tunc caueret de non vtendo vsque ad finem iudicij: *vt* j. *de aqua. quoti. & æstiua. l. pe.* In secundo potest: quia si extra iudicium turbetur in vtendo: non solum resistere potest, sed etiã in iudicio agere hoc interdicto, vt pronuntietur esse in possessione: per quod non præsumitur habere seruitutẽ si cadat à possessione, & agat cõfessoria: sed se existente in possessione, non poterit à domino eiici, qui agit negatoria, nisi[g] probet nõ competere seruitutẽ: quod[h] probabitur hoc modo, ꝙ per eos qui ibi prope stabant, non fuit visus ire, cum non potuerit iuisse quin videretur: vel quia dicit se iuisse tali die vel mẽse: & probatur quòd fuerit alibi: *vt C. de contrahen. & committ. stipu. optimam.*

e ¶ *Vsus sit.* iure seruitutis: *vt* j. *eod. l. fi. &* š. *de aqua plu. arcen. l. j. in fi. & sup. quemad. ser. amit. l. fin. &* j. *eod. §. Iulianus recte.* ¶ Sed an sufficit si[i] suo sacramento dicat se iuisse iure seruitutis? Arg. quòd sic. *inf. tit. j. l. j. §. hoc interdicta. & §. Aristo.* Sed forte secus in illo interdicto: *vt* j. *ea. l. §. si tibi fundum. in fi.* Dic ergo hoc probari[k] per testes quòd iuit: vel viderũt eum ire. Item iure seruitutis: quia dicant se vidisse constitui seruitutem à tali qui putabatur dominus illius prædij, & tamen non erat. Vel Titio fuit legata hæc seruitus: & iste vocabatur Titius, & putauit de se sensum, cum de alio senserit in veritate testator: *vt argum. supra pro leg. ato. l. pro legato.* ¶ Item cum probetur me vsum, an onus probãdi quòd vi vel clam vel precario fuerim vsus vel non, competit mihi, vel aduersario? quidam quòd aduersarius debet probare quòd interim vi, vel clã, vel precario. Sed potes dicere contra, quasi hæc omnia debeam[l] probare, scilicet me vsum, & triginta diebus, & non vi, vel clam, vel precario, *arg. prin. huius l. & arg.* š. *si serui. vind. l. si quis diuturno.* probabitur autem per testes. *vt* š. *dixi.* Accur.

f ¶ *Interdictum redditur.* per litis contestationem: *vt infra eodem §. præterea sciendum.* sed in vti possi. præsens possessio inspicitur tempore litis contestatæ: *vt Instit. de interdict. §. quorum. versi. hodie tamen.*

g ¶ *Modico tempore.* aliter accipitur alibi modicum[m]: *vt supra de arbi. l. si cum dies. §. fina. & de constit. pecu. l. promissor. & supra titu. j. l. j. §. quod autem ait.*

h ¶ *Conclusit vsum.* scilicet xxx. dierum: quòd facilè est totiens in anno ire. duo[n] ergo sunt necessaria: quòd intra annum, & quòd xxx. diebus: quod si quod defuerit, cessat interdictum: Sed

quid si talis erat locus ad quem ibatur, vt nō nisi semel in anno vel bis fuerit necesse ire? an duplicabitur tempus, vt per biennium vel maius tempus sufficiat iuisse per xxx. dies? argum. quòd sic *supra quemadmo. seruit. am. l. l. si sic:* & *C. de ser. l. fin.*

3 ¶ Annum ex die interdicti [a] retrorsum computare debemus.

4 ¶ Si quis hoc interdicto vtatur: sufficit alterutrum [b] probare vel iter, vel actū in vsu habuisse.

5 ¶ Iulianus ait, quoadusque [c] ingressus est, eousque ei interdictum cōpetere. quod verum est.

6. ¶ Viuianus rectè ait, eū qui propter incommoditatem riui, aut propterea quia via publica interrupta erat [d], per proximi vicini agrum iter fecerit [e], quamuis id frequenter [f] fecit, non videri omnino vsum. itaque inutile esse [g] interdictum, non quasi precario vsum, sed quasi nec vsum [h]. ergo secundum hoc nec vtro [i] * vsus videtur. multo enim minus illo vsus est, per quem nō iit propter incommoditatem [k] riui, aut propterea quia via prærupta erat. Idem erit dicendum & si non erat via publica [l], sed iter priuatum. nam & hic eadem quæstio est [m].

7 ¶ Is cuius colonus, aut hospes, aut quis alius iter ad fundū [n] fecit: vsus videtur itinere, vel actu, vel via: & idcirco interdictum habebit. & hoc ita Pedius scribit: & adijcit, etiam si ignorauit [o] cuius fundus esset per quem iret, retinere eum seruitutem.

8 ¶ Si quis autem cum putaret fundū ad se pertinere, suo nomine iter fecerit [p] amicus meus: vtique [q] sibi [r], non mihi interdictum adquisisse intelligitur.

9. ¶ Si quis propter inundationem [s] vsus nō sit itinere actúque hoc anno, cum superiore [t] vsus sit: potest repetita [u] die hoc interdicto vti per in integrū restitutionem [x] ex illa parte [y], *Si qua mihi iusta causa esse videbitur.* Sed & si per vim hoc ei cōtigerit [z]: in integrum eum restitui oportere Marcellus probat. Præterea & aliis casibus [a] interdictum repetita die competit, ex quibus in integrum quis restitutionem impetrare solet.

10 ¶ Præterea sciendum est, si dilatione data [b] aduersario, futurum est vt causa interdicti mei deterior fiat: æquissimum esse, repetita die reddi interdictum.

Primò ponit vnum dictum. Secundo illud probat per dictum Iuliani. Tertiò ex illo dicto determinat vnā q. à seipso. secunda ibi, idque. tertia ibi, quæ ratio. Bart.

11 ¶ Si tibi fundum [d] precario concessero [e], cui via debebatur: deinde tu à domino fundi [f] precario rogaueris, vt ea via ad eum fundum vtaris [g]: an noceat tibi exceptio, si aduersus eū velis interdicere, à quo precario viā rogasti? Et magis est vt noceat. idque colligi potest ex eo quod Iulianus scribit in specie [h] huiusmodi. Quærit enim, si ego tibi fundum precario dedero, cui via debebatur: & tu rogaueris [i] precario, vt ea via vtaris: nihilo minus vtile interdictum [k] mihi esse quia sicuti [l] me precarium rei meæ non tenet [m], ita nec per te precario possidere intellegor. Quotiens enim colonus meus, aut is cui precario fundum dedi via vtitur [n]: ego ire intellegor: propter quod & rectè dico me itinere vsum. Quæ ratio (inquit) efficit, vt & si ego viam precario rogauero, & tibi fundum [o] precario dedero: quamuis hac mente ieris, quasi fundo meo deberetur, inutile [p]

a ¶ *Annum ex die interdicti.* id est [a] ex die contestatæ [b] litis in hoc interdicto. ¶ Et sic not, quòd non præsens [c] possessio inspicitur. & *facit supra de seruit. l. seruitutes.* & *lege quotiens.* & *C. de præscript. long. temp. l. ij.*

b ¶ *Alterutrum.* vt in eius possessione obtineat, de quo probat: 2. Vel forte per [d] possessionem actus retineat possess. itineris. sed ecōtra non ita vt *arg.* ꝟ. *quemadm. seruit. amit. l. ij.*

c ¶ *Quoadusque.* id est vsque ad quem locum in fundo. *ad quod facit sup. de adquir. poss. lege quod meo. §. fin.* Sed arg. contra. [e] ꝟ. *quemadmodum ser. amit. leg. si stillicidij. §. fin.* Sed ibi in proprietate retinenda quam habet: hic autem quærere volebat ius possidendi.

d ¶ *Interrupta erat.* ruina.

e ¶ *Interfecerit.* ad suū agrum dominantem.

f ¶ *Frequenter.* etiam xxx. diebus.

g ¶ *Inutile esse.* scilicet m.

h ¶ *Nec vsum.* facit ꝟ. *eodem l. §.* & ꝟ. *quemadmo. serui. amit. l. si locus. §. fin.*

i ¶ *Nec vtro.* agro. s. etiam neque ad quem iuit, neq; per quem iuit.

k ¶ *Propter incommoditatem.* nisi præcedenti anno esset vsus. tunc enim restitueretur: *vt infra eadem l. §. si quis propter.* Azo.

l ¶ *Via.* publica quæ ducebat vsque ad locum seruientē: sed per agrum alterius vicini: & sic priuata.

m ¶ *Eadem quæstio est.* & solutio eadem. & *facit infra tit. j. l. j. §. Aristo.*

n ¶ *Ad fundum.* nomine & voluntate [f] eius qui hoc interdicto agere vult, licet hoc non sit necesse quo ad retinēdam proprietatem seruitutis, secundum quosdam. & *facit infra. §. quotiens.* & *infra l. iij. §. vti videmur.* & *quemadmodum seruit. amit. l. v.* & *l. vsu. cum sequen.* & *l. qui fundum alienum.*

o ¶ *Ignorauit.* facit *supra de bo. aukto. iudi. pos. l. cum vnus.*

p ¶ *Iter fecerit.* in fundo vicini.

q ¶ *Vtique.* respon.

r ¶ *Sibi.* ergo in hac præscriptione [g] non requiritur titulus: *vt hic,* & *infra eadem l. si tibi fundum. in fin. versi. quæ ratio. ibi, Tu tamen,* &c. Sed nec [h] possess. eius fundi ad quē itur hic, sed quasi possessio itineris exigitur.

s ¶ *Propter inundationem.* supple, vel [i] alio iusto impedimento simili: *vt supra §. Iulianus.*

t ¶ *Cum superiore.* scilicet anno vsus sit. xxx. diebus.

u ¶ *Repetita die.* ad hoc facit *infra proxi. §.* & *supra de fide instru. l. repetita* & *supra ad exhib. l. Iulianus. §. fin.*

x ¶ *Per in integrum restitutionem.* Imò videtur eum non [k] esse restituendū ad lucrum cum alterius damno: *vt* ꝟ. *ex quib. cau. ma. l. denique* & *l. nec vtilem:* Sed hoc speciale [l]: vt & aliàs *in eo. tit. l. Iuliaanus. §. cum quoque.* Vel verius hic iam [a] fuerat lucratus eundo in anno præcedenti: & sic magis anhelat non perdere. sed in l. denique ad lucrum aspirat.

y ¶ *Ex illa parte.* quam eiecti partem habes. ꝟ. *ex qui cau. ma. l. j. in fin.* & *l. sed & si per prætorem. §. fin.* & *facit supra de serui. rusti. præd. l.* & *Attilicinus.*

z ¶ *Contigerit.* quòd nullo modo fuerit vsus hoc secundo anno: secus econtra si fuit vsus vi. nam distingueretur, hoc eodem anno fuisset vsus bona fide, vel non: *vt inf. §. si.* & *l. ij.* & *facit* ꝟ. *quemadmo. vsusfruc. amit. l. si ager* & *lege cum vsusfructus.* & *Cod. de appel. l. post ases.* & *Cod. qui per tuto. vel cura. lege cum à matribus.*

a ¶ *Et aliis casibus.* puta quia in vinculis seruitutéve constitutus non potuit vti: *vt sup. qui. ex cau. ma. l. j.* & *facit supra proxi.* & *infra §. proximo.*

b ¶ *Dilatione data.* deliberatoria: vt est hodie. xx. dierum per authen. offeratur. *C. de litis contesta.*

c ¶ *Reddi.* facit. *sup. de iudi. l. ij. §. sed & si ver. in omnibus.* & *supra qui. ex cau. maio. lege ait prætor in fine.* & *l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. versic. hoc quoque.* Item facit ad diem repetit. m. ꝟ. *proxi. §.*

d ¶ *Si ti. fund.* m. dominantem.

e ¶ *Concessero.* vt [b] aliquam habeas poss. si enim vt solam habeas detentationem, forte vt calefacias te ibi ad solem: non posse tibi precario concedi viā: cum [c] fundum illum nō possideas, cui viam cōcedi cupis. H.

f ¶ *Fundi.* scilicet seruientis.

g ¶ *Vtaris.* quod superfluo fecisti etiā quo ad vtendum, cūm vti potueras sine hoc: vt *infra de preca. l. quæsitum. §. si seruitute.* Accursius.

h ¶ *In specie.* arg. sumpto inde à contrario [d] sensu: & caue quasi eundem casum ponit. Accursius.

i ¶ *Tu rogaueris.* vicinum: vt in superiori exemplo.

k ¶ *Interdictum.* Ergo à contrario tibi inutile: quia sicut duo [e] in solidum non possunt possidere, igitur nec hoc interdicto vti etiā ratione eiusdem vsus, & eiusdem temporis. finito autem precario fundi, constat tibi esse inutile interdictum. si autem non rogasses viam precario, ageres tu, & non ego: *vt* ꝟ. *in fi. huius l.* ibi, tu tamen &c. Vel dic posse vtrique [f] dari quando naturalem possessionem non ciuilem transtuli: *vt* ꝟ. *eodem l. iij. § idem Iulianus.* & *arg. hic si tale:* quia si precario fundum, & non viam habuisti: interdicto vteris. ergo à contrario si viam precario habuisti à domino fundi seruientis, non vteris interdicto.

l ¶ *Sicuti.* vere mihi vtile: quia, &c.

m ¶ *Non tenet.* si [g] egomet precario acciperem: *vt* ꝟ. *de preca. l. iij. §. item si rem.* & *§. fin.* & ꝟ. *de reg. iur. l. neque pignus.*

n ¶ *Via vtitur.* qualitercunque, & cuiuscunque nomine: *vt patet supra* & *infra eod. l. j. iij. §. vti.*

o ¶ *Fundum.* dominantem.

p ¶ *Inutile.* scilicet mihi.

a Interdictū de itinere annū cōputamus ex die litiscontestatæ, non dati libelli

b Lis contestari in possessorio potest. Bar quod Coneus non admittit

c Præsens possessio nō semper inspicitur

d Possessione actus retinetur possessio itineris: non è contra.

e Partis vsu totum retinemus in dominiis: at non in seruitutibus, iuribus & iurisdictione.

* neutro.

f Ad retinendam proprietatem & possessionem seruitutis nō requiritur, vt sciā eū qui iuerit, iuisse nomine meo, vt hic. sed ad acquirendam possessionem requiritur scientia domini. l. 1. §. quæsitum. inf. tit. 8.

g Præscriptio nōnunquam procedit sine titulo.

h Interdicto de itinere & actu vti potest etiam is qui non possidet fundum ad quem viam sibi concedit deberi. vt dixi. Imò vti non potest, dixi in Gl. §. r. inf. eo l.

i Præscriptio currit aduersus impeditū facti impedimento, licet restituatur: at non aduersus impeditum iuris impedimento.

k Restituitur plerúmque aliquis, ad lucrum etiam cum damno alterius.

l Præscriptio si currit actori propter dilationem datam reo, actor restituitur.

a Lucri iam in patrimonium nostrum versi alia habetur ratio, quam nōdum versi. vel j. ex qui. incl. l. 1. sup. eo de mo.

b Precario seruitutem viæ rogare potest is qui precario fundum rogauerit, si fundum rogauit vt aliquo modo possideret non vt simpliciter detineret: puta vt ibi se calefaceret ad solem.

c Interdicto de itinere vti non potest is qui fundum non possidet cui viam deberi ait. vt hic. Idem sentit Roffredus in libellis. & Bartolus hic. repudiata Glo. §. 8. sup. eo.

d Argumentū à contrario sensu.

e Possidere duo in solidū non possunt.

f Interdictum de itinere datur ipsi domino, sed & ei qui precario rogauit fundū non tamē rogauit viā.

g Precarium rei suæ seu propriæ non consistit.

a ¶ *Itinere.* licet tu nõ sis vsus eo itinere tanquam precario, sed velut fundo debito. Accursius.

b ¶ *Poteris interdicto vti.* quod ita verum est, si tibi fundum precario concessi vt ibi habeas possessionem ciuilem & naturalem: *vt supra proxime dicit.* Hug. ¶ Et not. hic argumentum quòd hoc interdictum datur etiam [a] ei qui alieno nomine vsus est non vi, non clam, non precario: si modò is cuius nomine vsus est, non possit istud interdictum habere: quod non [b] est in isto vti posside. illud enim non datur possidenti alieno nomine, etiam si non vi, non clam, non precario possideat ab aduersario: *vt not. supra titul. ij. leg. si duo. §. creditores. & argum. supra de rei vindic. l. officium.* secundùm quosdam. *& facit supra ead. l. §. si quis autem cum.*

a Interdictum de itinere actuque ei datur qui alieno nomine vsus est & possidet.

b Interdicti de itinere actuque priuato & interdicti vti possidetis differentia. vide tamen hic Bartol. numero 4.

esse interdictum: & precario eo itinere [a] vsus esse videar. nõ immerito. non enim opinio tua, sed mea quærenda est, tu tamen, credo, poteris interdicto vti [b]: etsi de hoc nihil scribat Iulianus.

12. ¶ Si quis supradicto tempore anni non vi, non clam, non precario itinere vsus sit [c]: verum postea non sit vsus [d], sed clam, precariòve: videndum est an ei nocet. Et magis est vt nihil ei noceat, quod attinet ad interdictum.

II. PAVLVS *libro sexagesimo-sexto ad Edictum.*

NEc enim corrumpi aut mutari quod rectè trãsactum [e] est, superueniente delicto potest.

III. VLPIANVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

INde * etiam illud Labeo scribit, si cum à me rectè via vtebaris fundum vẽdidero per quẽ vtebaris: deinde emptor te prohibuit: licet clam videaris ab eo, vti, (nam qui prohibitus vtitur, clam vtitur [f]) tamen interdictum tibi competere intra annum [g]: quia hoc anno non vi non clam, non precario vsus es.

1 ¶ Item sciendum est, non tantùm cum [h] clam via vti, qui ipse prohibitus vtitur: verùm cũ quoque per quem [i] quis [k] id ius retinebat, si eo prohibito per quẽ retinebat [l], vtatur [m]. Planè si ignoraui prohibitum, & perseuero vti [n]: nihil mihi nocere dicendum est.

2. ¶ Si quis ab auctore meo vi aut clam aut precario vsus est, rectè [o] à me via vti prohibetur: & interdictum ei inutile est: quia † à me videtur vi vel clam vel precario possidere, qui ab auctore meo vitiose possidet. Nam & Pedius [p] scribit, si vi,

c ¶ *Vsus sit* xxx [c]. diebus: & non vi, non clã, non precario, alioquin interrupta esset præscriptio. Nam in l. proxima dicit transactum: id est completum negotium, secundum Hu. & pro hoc *C. qui testa. face. poss. l. furiosum.* 2. Vel dic secundùm Azo. fortè satis est in princi. habitam bonam fidem. *ar. ff. l. iij. j. respon.* ad instar corporalium rerum: *vt C. de vsuca. transfor. l. j. §. sed nihilominus.* ¶ Item quid dices e contra [d] si primo fuit vsus vi. vel clam, vel precario: & postea bona fide: Dicam non dari ei interdictum inspecta origine [e]: *vt infra l. vnde. §. si quis ab auctore.*

c Vsum sine vitio. xxx. dieb. hic præscribit & hic sententiam probat Bartolus. Alij dicunt sufficere, bonam ab initio fidem.

* Vel. vnde

d ¶ *Vsus.* taliter vt [f] primo: sed clam, &c. Vel sic si nullo modo sit vsus postea: Vel si sit vsus, sed clam &c.

d Vsus ab initio vitiose, quo tempore vti sine vitio debeat, vt hic præscribat.

e Origo seruitium possessionis etiam inspicitur in iis rebus præscribendis in quibus non requiritur titulus.

f Transactio si mitaque rectè, delicto superueniente mutari non possunt.

e NEc enim.] *Transactum.* id est completum. & sic not [g]. vt dixi *supra proxi. §. & facit infra titu. j. l. j. §. idem ait cum. & C. de interdict. matr. lege ij. & supra de rit. nupt. leg. si qua. in princip. & supra de vsucapio. l. heres eius. & supra pro suo. lege si ancillam. & supra de dona. lege donationes in concubinam. in princ. & supra de eodem. l. ij. §. his & supra de excusat. l. tutor pet tus. in prin. & infra eodem. l. pen. & supra de adquir. rerum domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium. & C. de admin. tuto. l. sancimus. j. & supra de adquir. poss. l. clam. & l. si de eodem. §. pe. & Instit. qui testamen. face. poss. §. praeterea. versic. item furiosi.*

VNde.] CASVS. Tu alicui fundum vẽdidisti per quem ibam saltem xxx. diebus in anno. nũc emptor me ire prohibuit: & sic postea clam cœpi ire. dicitur quòd interdictum hoc bene mihi competit contra emptorem, ne me prohibeat. & intra annum cõpetit. Secundo dicit: si prohibitus à te per fundum tuum ire, iui: clam dicor ire, idem si colonus meus prohibitus ire, vel similis, & hoc sciens iuit: clam dicor ire. si autem ignoraui hoc, & iui: nõ dicor clam ire. & si xxx. diebus saltẽ in anno iui, bene cõpetit mihi hoc interdictum. Tertio dicit: si prohibitus sum à te ire per fundũ tuum: prodest hoc emptori qui à te emit: vt sic mihi cõpetat hoc interdictum contra te, non contra emptorem. idem in alio tuo successore vniuersali vel singulari redditur mirabilis ratio in fi. §. [IN HOC INTERDICTO.] In hoc interdicto quo agitur ne prohibear ire per fundum tuum, quo anno retro iui: venit interesse meum, id est condemnatio fit in eo quãti mea interest nõ esse prohibitum. Secũdo exponit verbũ, vsus, quod est in edicto. nam siue iui per fundum vicini, siue seruus meus, vel colonus, vel hospes iuit: ego videor iuisse, & vsus esse, & hoc interdictum adquisisse, vt sic si prohibear amodo ire, habeam hoc interdictum. & per omnem personam videor vti itinere, per quam aliàs retinetur nobis seruitus: *vt de his personis habes. ff. quemadm. serui. amit. lege v. & vj.* hoc tamen fallit in fructuario, nam per fructuarium vtentem retineo serui. fundo debitas, nõ autem per fructuarium euntẽ per fundum vicini adquiro hoc ius eundi, nec hoc interdictum. Tertio dicit: habeo proprietatẽ nudam in fundo. tu in eodem fundo vsumfr. habes. quilibet nostrũ iuit per fundum vicini ad istum per annum. si aliquis nostrum prohibeatur amodo ire, vel à domino fundi, vel ab extraneo: prohibito cõpetit hoc interdictum. Quarto dicit per fundum tuũ ad meum iui per annum: & sic habeo hoc interdictum. si prohibear ire amodo. & hoc interdictum competet ei cui donabo istum fundum meum, si traditione secuta ipse prohibeatur vti itinere. Quinto dicit: emit Titius fundũ ex meo mandato: & hic Titius per fundum vicini iuit per annum ad fundum quem emerat: & postea istum fundum mihi tradit. amodo possum ire sicut Titius poterat: & si prohibear, habeo hoc interdictum. Sexto dicit: qui iter per fundum vicini ad suum adquisiuit eundo per annum: hoc interdictum ei competit, & etiam ei qui cœpit habere vsumfruct. vel vsum in fundo dominanti, siue ex causa empt. siue legati. idem si ex causa dotis, aliàs aliqua alia simili emptione cœpit habere fundum dominantem. nam si prohibeatur nouus dominus ire per fundum vicini: competet ei hoc interdictum. [AIT PRÆTOR.] Nunc ponit aliud edictũ, cuius sensus est talis: Si iter vel actum adquisitum per annum eundo per fundum vicini non vi, non clam, non precario, reficere velim: prohibet prætor mihi fieri vim quo minus reficiam, prout mihi ius est. Secundo dicit qui hoc interdictum proponit, debet cauere aduersario de damno infecto occasione refectionis. Tertio dicit: valde est vtile hoc interdictũ. nam quomodo posset quis ire & agere cõmodè, nisi ei liceret reficere? Quarto dicit: qui superius interdictum positũ in principio tituli intentat, sufficit ei si probet se vsum itinere vel actu per annum retro non vi, non clam, non precario. qui autem hoc intentat debet duo probare: & se vsum prædicto tempore non vi, non clam, non precario: & quòd habet ius reficiendi, id est quòd seruitus ei competit itineris vel actus: & si alterum de his omittit. i. non probat, succũbit in hoc interdicto. & meritò duo debet probare qui reficere vult. nouum enim vult facere opus. sed agens superiori primo interdicto, vnum probare debet. s. se vsum non vi, non clam, non precario per annum: quia nihil noui vult facere, sed ire & agere vt prius. [REFICERE AVTEM POTEST.] Nunc exponit Vlpian. verba edicti. vti ius est: & bene dixit prætor quòd habet reficere prout ei ius est, potest enim esse quòd quis habet ius eundi. id est seruitutem: non autem reficiendi ius habeat: vt quia cautum est expresse quòd non debeat reficere, vel quòd vsque ad certum modum debeat reficere. secundum ergo quòd est actum siue conuentum per pactum in constituenda seruitute de reficiendo: seruabitur. & quando ius potest reficere iter vel actũ, debet reficere secundùm pristinam formam, id est non à priore itinere iter producat in longum, aut deprimat. si autem velit facere pontem supra riuum, qui riuus corrumpat viam priuatam vel iter suum: hoc ei permittitur, si commodè aliàs ire non poterat. Franc. Accur.

Interdictum vti possidetis transit in successoré, sicut & hoc interdictũ hic colligit Albericus. arg. §. de interdictis [illegible]

f ¶ *Vtitur.* Certè imò [a] vi: *vt infra quod vi aut clam. l. j. §. quid si contra.* Solu. prohibitus, clam vti dicendus est, si duntaxat tunc vtatur cum id putet prohibentem ignorare. & præ timore non audet vti illo sciente. Si autem prohibitus apertè illo sciente vtitur, nihilominus vilipendens eius denuntiationem: iudicandus erit vi vti, vt ibi dicitur. Ro. secundùm Io.

a Clam vtitur qui prohibitus vtitur, vt hac lege. Imo vi vtitur. vt hic Glossa.

g ¶ *Intra annum.* No. hoc interdictum annale [b] esse: & emptor victus hoc casu aget ex empto contra venditorem: *vt supra de act. emp. l. si quis fundum.*

b Interdictum de itinere actuque priuato annale est.

h ¶ *Non tantum cum.* scilicet dominum.

i ¶ *Per quem.* melius duxisset pro quo. Azo.

k ¶ *Quis.* colonus, vel similis.

l ¶ *Retinebat.* scilicet dominus.

m ¶ *Vtatur.* sciens plane. &c.

n ¶ *Vti.* per me, vel per alium. ¶ Quid ergo si per eum qui prohibitus fuerit? forte aliud erit. Sed arg. contra. ff. *eod. l. j. §. si fundum.*

o ¶ *Recte.* nunc respon.

p ¶ *Et Pedius.* non solùm ego Vlpia. Accursius.

a ¶ *Aequum.* facit. C. *de fruct. & lit. expen. l. ij. in fin. & infra de regu. iur. l. iniuitus.* §. *cum quis.* & ij. *de excep. rei iudi. lege si à te.* §. *fi.* & *de iudi. l. edictum.* ¶ Sed quid si ille qui cœpit vti, vel vi vel clam contra actorem meum vsus est: postea cōtra me bona fide? Dicam inspici originem[b]: *vt no. s. l. j. in fi.* & ij. *eo. l. ficut.* Accursius.

b ¶ *Examinatur.* aliàs æstimatur: aliàs examinatur.

c ¶ *Quanti.* Apparet[c] ergo quòd debet fieri condemnatio ne prohibeatur nunc: & fortè ne in futurum. 2. Vel cautio forte erit præstanda ne in futurum prohibeatur, donec constet debeatur seruitus nécne. *arg. supra si ser. vin. l. egi. & leg. harum.* 3. Item debet condemnari ad damnum quod hic passus est propter prohi. puta si circa fructus damnum passus est: quia colligere eos non potuit, ideo quia vi vti non potuit. & *est fac.* ij. *vti poss. l. si duo.* §. *fina.* Alij hic exponunt quādo dicit scilicet per contumaciam se nunquam desinere quin prohibeat me volentem vti: tunc quidem condemnabitur quanti mea interest me non prohiberi. sed prima placet secundùm Ir. & Hag.

d ¶ *Qui nobis.* qui sunt isti, *habes* ij. *quemad. serui. amit. l. v.* & *vj. in princ.* & *l. vsu retinetur. vsque ad l. fi.*

e ¶ *Per fructuarium.* audi quare dixit, ferè. per vsum[d] ergo fructuarij non agit dominus hoc interdicto: sed ipse fructuarius sic, *vt hic & supra si serui. vin. l. ij. in fin.* & sic fallit hæc regula hic præmissa. Item fallit in colono[e] qui conduxit ad non modicum tempus, cum habeat ius[f] in re ad instar[g] fructuarij. vnde cum dixit hic de colono, accipe qui conduxit ad nō modicum tempus. Item fallit cū quis putat suum fundum esse, qui est meus: & sic vtitur seruitute nam seruitus retinetur: *vt supra quemadmo. serui. amit. lege nam satis j. respon. & l. denique.* est tamen interdictum mihi inutile: sed sibi competit: *vt supra eodem l. j.* §. *is cuius.* & §. *sequen.* & §. *si tibi fundum. in fin.* §. Item fallit cum precario via mihi debita est: tu putans debitam fundo veris: cum tibi fundum concesserim precario: *vt supra eodem. l. j. si tibi fundum. in fin.* §.

aut clam aut precario ab eo sit vsus, in cuius locū hereditate vel emptione aliòve quo iure successi, idem esse dicendū. Cum enim successerint † in locū eorum: æquum[a] non est nos † noceri hoc quod aduersus eum non nocuit, in cuius locū successimus. 3. ¶ In hoc interdicto examinatur[b], quanti[c] eius interesset, *via non prohiberi siue itinere. 4. ¶ Vti videmur seruitutibus etiam per seruos, vel colonos, vel amicos, vel etiam hospites, & ferè per eos omnes qui nobis[d] retinent seruitutes. Sed enim † per fructuariū[e] quidē seruitus retinetur: per fructuarium autē interdictum hoc domino non competere Iulianus ait. 5. ¶ Idem Iulianus scribit, si meus vsusfructus in fundo tuo, proprietas verò tua fuerit, & vterque nostrum per vicini fundum ierit[f]: vtile interdictum de itinere nos habere: & siue fortè ab extraneo[g] fructuarius prohibeatur: siue etiam à domino[h]: sed & si dominus à fructuario[i] competet. Nam & si quilibet prohibeat ire: interdictū[k] aduersus eū competit. 6. ¶ Hoc interdictum & ei competit, qui donationis causa fundi vacuam[l] possessionem adeptus est.

7 ¶ Si quis ex mandatu meo fundum emerit æquissimum est mihi hoc interdictum dari, vt ille vsus est qui mandatu meo emit. 8 ¶ Sed & si quis vsumfructum emit, vel vsu, vel cui legatus est & traditus: vti hoc interdicto poterit. 9. Hoc amplius & is cui dotis causa fundus traditus est, experiri hoc interdicto poterit. 10. ¶ Et generaliter[m] ex omnibus causis quę instar habent venditionis, vel ex alterius contractus: dicendum est huic interdicto locum fore.

11. ¶ Ait prætor[n], *Quo*[*] *itinere actúque hoc anno non vi, non clam non precario ab alio vsus es: quo minus id iter actúmque, vt tibi ius est*[o], *reficias, vim fieri veto. Qui hoc interdicto*[p] *vti volet: is aduersario damni infecti, quod per eius vitium datum sit, caueat.* 12. ¶ Vtilitas suasit hoc quoque interdictum proponere[q]. Namque consequēs erat, cum qui itinere vtitur, interdictum proponere, vt refici iter posit. Quemadmodum[r] enim aliàs vti potest itinere vel actu commodè, quàm si refecerit? Corrupto enim itinere minus commodè frui aut agi potest. 13. Hoc autem à superiore distat[s]: quòd illo quidem interdicto omnes vti possunt qui hoc anno vsi sunt[t]: hoc autem interdicto eum demum vti posse, qui hoc anno vsus est, & ius sibi esse reficiendi oporteat[u]. Ius autem esse videtur ei cui seruitus debetur. Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas res debet docere: & hoc anno se vsum, & ei seruitutem competere[x]. Cæterùm si desiit alterutrum, deficit interdictum nec immeritò. qui enim vult ire agere tātisper[y] quo ad de seruitute constet[z], non de suo[a] iure docere. Quid enim perdit, qui eum patitur hoc facere, quod † hoc anno[b] fecit? Enimuero qui vult reficere, aliquid * noui facit: neque debet ei in alieno permitti id moliri, nisi verè habet seruitutem.

14. ¶ Fieri autem potest, vt qui ius eundi habeat & agendi reficiendi ius non habeat: quia in seruitute constituenda cautum sit[c], ne ei reficiendi ius sit: aut sic[d], vt si velit reficere, vsque ad certum modum reficiēdi ius sit:

f ¶ *Ierit.* xxx. vicibus hoc anno, non vi, non clam, non precario.

g ¶ *Ab extraneo.* extraneum[h] accipe etiam dominum vicini fundi per quem itum est.

h ¶ *A domino.* scilicet proprietatis.

i ¶ *A fructuario.* scilicet prohibeatur.

k ¶ *Interdictum.* scilicet istud. ¶ Et sic no. aduersus[l] quemlibet prohibentem dari hoc interdictum.

l ¶ *Vacuam.* id est fundum: & vacuam eius possessionem, nomine cuius eundo sibi interdictum[k] quæsierat qui donauerat eum mihi. & *facit infra proximo duobus* §§.

m ¶ *Et generaliter.* facit *supra si serui. vindi. l. ij.* §. *fi.* & *supra p. ...* *duoque* §§.

n ¶ *Ait prætor.* sequitur aliud edictum[a] prætoris: quod sicut & superius[b] est prohibitorium.

o ¶ *Vt tibi ius est. in hoc fac infra* §. *fieri.*

p ¶ *Qui hoc interdicto.* facit *infra eod. l. apparet.* §. *fin.* & *infra de riui. leg. Seruiut.* §. *si quis riuum.* Accursius.

q ¶ *Proponere.* id[c] est dare. & *facit* ij. *commu. prædio. l. refectionis.*

r ¶ *Quemadmodum.* i. qualiter. Accur.

s ¶ *A superiore distat.* quod est in princ. titu. Accursius.

t ¶ *Vsi sunt.* xxx. diebus, non vi, non clam, non precario. Accursius.

u ¶ *Oporteat.* aliàs doceat. & aliàs oporteat. Accursius.

x ¶ *Competere.* Sed nonne[d] satis est si probet vnum, id est seruitutem suam esse: *vt supra si ser. vin. leg. loci.* §. *si quis.* & hoc etiam quædam verba innuere videntur, scilicet ius autem, &c. & *infra* §. *fieri autem,* &c. Respon. posset dici duo necessaria, si à primo incipias: secus si ab altero: *vt & aliàs. Codice de iure delib. potuit.* & *de inoffic. do. lege si liquet.* & *supra de adquir. possess. l. iij.* §. *in amittenda.* & *l. quemadmodum.* Sed huic opinioni obstat quod dicitur: desit alterutrum: sed tunc[e] pones pro altero: *vt & aliàs supra de leg. j. l. si ex toto.* §. *j.* Vel dic, in confessoria, si prohibeatur reficere: satis est si prohibetur seruitus competere agenti confessoria. sed in hoc interdicto secūdo duo probantur: *vt hic, & sup. si serui. vindi. l. loci.* §. *si quis mibi.* sed in primo capite vnum sufficit: *vt in princ. huius* §. & *supra si serui. vindi. l. ij.* §. *Pomponius.* ¶ Item not. hic: quotiens duo[f] vel plura sunt necessaria, alterum adesse non sufficit: *vt & supra de duor. l. fina.* §. *ait lex.* & *in Authent. vt immobilia ante nuptia. do.* §. *veruntamen. colla.* v. & *Cod. de anilo. præstan. l. fin.* ¶ Item no. quòd hoc secundum caput obtinet instar proprietatis: *vt supra de interdic. l. ij.* §. *quædam.* Item contra *infra de riuis. l. j.* §. *hoc interdictum.* Solu. speciale in riuo: vt & ibi dices in glo. non habet. Item facit *supra de Carbo. edic. l. iij.* §. *missum.* Accur.

y ¶ *Tantisper.* id est solummodo.

z *Constet.* scilicet sit debita, vel non.

a ¶ *De suo.* ex necessitate, vt probet sibi seruitutem competere: *vt & supra si serui. vindi. l. ij.* §. *Pomponius.*

b ¶ *Hoc anno.* quasi dicat nil. sed certè imò plus facit: quia cauet: quod dic *vt infra titu. j. l. penul.* Azo.

c ¶ *Cautum sit.* si autem hoc non sit cautum, reficere licet: *vt & supra si serui. vin. l. loci.* §. *si quis mibi.*

d ¶ *Aut sic.* scilicet sit cautum.

a Successori nocere nō debet, quod auctori nocere non potuit.
b Origo inspicitur.
c Interdicto hoc de itinere actúque condemnatio fit in tribus, vt ne quis prohibeatur, vt caueat in futurum non prohiberi, vt intersit pręterita prohibitionis præstetur.
† successerimus.
† nobis noceri vel aduersus nos nocere hoc eo.
* Flo. successi.
¶ Procurator legit, (vt est vsufructuarius,) non potest domino quærere seruitutem. *Lud. Ro. in sin sing.* ... quæsitam tamen retinere potest.
d Seruitus nobis nō adquiritur per eos qui nostro nomine sunt in possessione.
e Colonus conducens ad nō modicum tempus ius in re ad instar fructuarij habere videtur.
f Ius in re qui habeant.
g Coloni ad non modicum tempus & fructuarij similitudo.
h Extraneus pro domino vicini fundi.
i Interdictū de itinere actúque prius to datur aduersus quemlibet prohibentem.
k Interdictū de itinere trāsitin singularem successorem.
a Edictum, Ne quis prohibeatur facere seu de reficiendo itinere actúque.
b Edictum nō quis prohibeatur ire & agere.
* Flo. Qui.
c Proponere pro dare.
d Interdicto de itinere actúque duo probare debet vsum & seruitutē sibi competere: & hoc quidem si incipiat ab vsus probatione alias si à probatione proprietatis, dominiū probari sufficit.
e Alterutrum si pro altero.
† Flo. quid.
* Videtur gl. esse in contrarium ... ; vbi refectio casu per ... prohibeatur. quod solue vt per Glo. & Alexan. ... quòd refectio antiqui operis funditus diruti dicatur noua constructio: aliàs non. ... de noui ... oper. inst.
f Copulatiua requirit concursum copulationum: vt si plura substantialia requirantur, vnum fieri non sufficit & aliquo deficiente, totum vitiatur. Dynus c. a. de regulis.

a ¶ *Prætor retulit*. dicendo hæc verba quæ sequuntur.
b ¶ *Inquit*. prætor *supra eo.l.§. ait prætor.*
c ¶ *Ne quis dilatet*. in ᵃ latum. Accursius.
d ¶ *Producat*. in longum: quia actum erat in constituenda seruitute vt vsque ad certum locum liceret reficere, non vltra.
e ¶ *Deprimat*. in profundum. Accursius.
f ¶ *Aut exaggeret*. in altum. *& facit supra de via pu. l. j. §. si quis sub specie*. Sed contra supra *communia prædio. l. refectionis. §. sed & depressurum.* vbi dicitur hoc licere. Sol. vt ibi.
g ¶ *Aliud*. Hoc secundum ᵇ verborũ significationẽ: *vt hic. & arg. j. de riuis. l. j. §. deinde ait prætor. & supra de via public. l. j. §. j. & supra de noui. ope. nunt. l. j. §. si quis ædificium. & supra de vsufruc. l. hactenus. in fine. & l. sequen. & l. sed cum fructuarius. §. fina. Item in eod. tit. l. vsufructuarius.* nouum Sed quandoque non interest inter reficere & facere: *vt arg. supra de mor. infe. l. j. §. pen.* Accur.
h ¶ *Velit facere*. scilicet aliquem riuum qui corrumpit viam.
i ¶ *Permittendum*. hoc in priuata via: secus in publica: *vt supra ne quid in loco publi. l. ij. §. tractatum. & de via public. l. j. §. si quis sub specie. quæ sunt contra*. Accursius.
k ¶ *Non possit*. commode. *arg. infra eod. adparet*. Azo.

ᵃ Dilatare, producere, deprimere, exaggerare quid. Vide hanc Glossã & tres sequentes.

ᵇ Facere & reficere propriè differunt impropriè, pro eodem sumuntur.

Meritò ergo ad refectionem se prætor retulit ᵃ, *Vti tibi*, inquit ᵇ, *ius est, reficias. Vti ius est*: hoc est, sicuti per seruitutem impositam licet.

15. ¶ Reficere sic accipimus, ad pristinã formã iter & actum reducere: hoc est, ne quis dilatet ᶜ, aut producat ᵈ, aut deprimat ᵉ, aut exaggeret ᶠ. aliud est enim reficere, longè aliud ᵍ facere.

16 ¶ Apud Labeonem quæritur, si pontem quis nouum velit facere ʰ viæ muniendæ causa: an ei permittatur. Et ait permittendũ ⁱ, quasi pars sit refectionis huiusmodi munitio. Et ego puto veram Labeonis sententiam: si modo sine hoc cõmeari nõ possit ᵏ.

IIII. VENVLEIVS *libro primo Interdictorum.*

VEteres nominatim adiicie bant ˡ, vt ea quoque ᵐ quæ ad refectionẽ vtilia essent, adportanti ⁿ, vis non fieret ᵒ. quod superuacuum est quoniam qui adportari nõ patitur ea sine quibus refici iter nõ possit, vim facere videtur quo minus ᵖ reficiatur.

1 ¶ Si quis autem cum posset cõpendiaria ᑫ adportare quæ refectioni necessaria sunt, lõgiori itinere velit adportare, vt deteriorẽ causam ʳ eũdi faciat, impune ei vis fiet: quia ipse sibi ˢ impedimento sit quo minus reficiat.

V. VLPIANVS *libro vicesimo ad Edictum.*

APparet ᵗ ergo eum qui non patitur hęc cõgeri, vim facere quo minus quis perficiat.

1 ¶ Planè si quis cum posset ali a parte agri sine incommodo domini fundi impensam adportare, id egit, vt alia parte adportet: impune ei vim fieri rectè placuit. 2. ¶ Hoc interdictum non solum ipsi, verum successoribus quoque esse dandum, non est ambigendum. Emptori quoque d[a]bitur, & in emptorem ᵘ. 3 ¶ Si quis seruitutem iure impositam ˣ non habeat, habeat autem velut longæ ʸ possessionis prærogatiuam ex eo, quòd diu vsus est seruitute: interdicto hoc ᶻ vti potest.

4. ¶ Qui hoc interdicto ᵃ vsus est, de vitio operis ᵇ cauere aduersario debet.

VI. PAVLVS *libro sexagesimo sexto ad Edictum.*

SIcut non † nocet ei qui sine vitio vsus est ᶜ, quòd eodem anno vitiose vsus est: ita emptori heredique non nocebit, quòd ipsi vitiose vsi sint. si testator venditórve rectè vsi sunt ᵈ.

VII. CELSVS *libro vicesimoquinto Digestorum.*

SI per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario ᵉ commeauit aliquis, non tamen tanquam id suo iure ᶠ faceret, sed si prohiberetur, non facturus inutile est ei interdictum de itinere actúque. Nam vt hoc interdictum competat, ius ᵍ fundi possedisse ʰ oportet.

VEteres.] CASVS. Cum vellem reficere iter vel actũ meũ, faciebam adportari lapides vel ligna causa reficiendi prædictum iter. vicinus non patitur hæc portari. de isto prohibente veteres specialiter ponebant in edicto, sed superfluè. qui enim has res portari vetat per consequens reficere vetat: & sic habet locum nostrum edictum absque aliquo supplemento. si autem magis commode aliunde possem facere portari, sed faciebam portari tantum per istud iter. & per hoc destruitur fundus in quo est iter: hoc casu bene possum prohibere absque pœna. & hoc dicit hæc lex & princ. seq. Franc. Accur.

l ¶ *Adyciebant*. in edicto prætoris.
m ¶ *Ea quoque*. non solùm reficere posse.
n ¶ *Adportanti*. aliàs deportanti.
o ¶ *Non fieret*. supple vt probaret supradicta duo: *vt supra l. proxi. §. hoc autem à superiore.* alia autem portare posset, non solum reficere.
p ¶ *Quo minus*. *vt infra de riuis l. Seruius. §. fi. & l. j. §. j. & arg. supra si quis alit. test. prohib. lege ij. in princip. & supra si ser. vindi. lege loci. §. si quis. & lege. ij. §. ij. & communia præd. l. refectionis. §. si per tuum.* Et ex his concor. collige argum. quòd tacitè ᶜ videntur concedi ea sine quibus expressim concessum non potest exerceri. *sic & supra de iurisd. om. iud. l. ij.* & econtra quòd sicut ᵈ principale non debet impediri, sic nec illud per quod peruenitur ad id: *vt in* præmissis concor. Accursius.
q ¶ *Compendiaria*. scilicet via, id est breui.
r ¶ *Causam*. id est ᵉ proprietatem in qua iter debetur.
s ¶ *Sibi*. Respon. tacitæ obiectioni quare sic impediatur reficere. Sed dic non ab alio, sed à seipso. *& facit. supra de serui. si cui. & continua cum l. seq.* Accursius.

ᶜ Tacitè ea cõcedi videntur, sine quibus expressum cõcessum nõ potest exerceri.

ᵈ Principale si non potest impediri, nec id quidem impediri potest, quo ad id peruenitur.

ᵉ Causa pro proprietate.

APparet.] CASVS. in princ. positus est in l. sequen. [HOC INTERDICTVM.] Habeo seruit. itineris per fundum tuum ad meum: possum reficere illud iter: & habeo hoc interdictum ne prohibear: & hoc interdictum datur emptori mei fundi, & datur successoribus meis etiam in emptore fundi seruitutis. & quod dictum est hoc interdictum dari habenti serui. itineris: est verum siue eam habeat iure pacti, siue iure præscriptionis longissimæ. & qui hoc interdicto agit, debet cauere de vitio operis si quod ob hoc conting[a]t. Franciscus.

t ¶ *Apparet*. iunge cũ præcedenti l.
u ¶ *Emptorem*. facit ᵃ *s. eod. l. j. in princ. & §. idem Iulianus. vsque ad §. ait prætor. & inf. l. tu. j. l. j. §. ait prætor. & s. de itine. l. ij. §. hæc autem. in fin.*
x ¶ *Seruitutem iure impositam*. per ᵇ testamentum, vel per pactum. ¶ Et dic seruitutem scilicet itineris vel actus, de quibus hic titulus tractat.
y ¶ *Longæ*. i. ᶜ lõgissimæ: cuius ᵈ non extat memoria, nã lõgo ᵉ tẽpore seruitus non potest adquiri, scilicet itineris vel actus: cum non habeat perpetuam causam, vel quasi perpetuam: *vt s. de serui. seruit. tes. ius. in princ.* In aliis autem quæ habẽt perpetuã causam, non posset hoc intelligi: quia ᶠ in his non habet locũ hoc interdictũ: *vt s. eo. l. j. §. j.* 2. Itẽ posset propriè poni pro spatio x. ann. vel. xx. etiã in itinere vel actu: *vt no. supra de serui. l. seruitutes prædiorum. in glos.* Sed hæc secunda bona, & c. in fin.
z ¶ *Interdicto hoc*. secundo de reficiendo. nam primum competit etiam si nullũ de his habeat: *vt s. eod. l. j. §. ij. & facit sup. de aqua plu. ar cend. l. fin. & C. de serui. & aqua. l. j. & ij. & l. si manifeste.*
a ¶ *Qui hoc interdicto*. scilicet de reficiendo.
b ¶ *Operis*. est ᵍ de damno quod operis vitio contingit. Azo. *& facit supra eod. l. vnde. §. qui hoc.*

ᵃ Interdictum de itinere est ptori & in emptorem datur.

ᵇ Seruitus iure imponitur pacto & testamento.

ᶜ Longa possessio, i. longissima, cuius memoria non extat.

ᵈ Probandum seruitutis non requiritur titulus, sed sufficit probare tempore cuius memoria non extet.

ᵉ Seruitutes perpetuã vel quasi perpetuam causam habentes lõgo tempore adquiri non possunt.

† Perpetuam Haloãder detraxerat negationem contra fidem Florent. & manuscrip. Anton. Aug.

ᶠ Interdictum de itinere actuque priuato, locum non habet in seruitutibus quæ habent perpetuam causam.

ᵍ Opus pro damno operis vitio contingente.

SIcut enim.] CASVS. Si anno vsus sum non vi, non clam, non precario: licet postea vtar vi, vel clam, non nocet mihi quin habeam hoc interdictum. Item si bona fide vsus sum itinere per fundum tuum per annum, non nocet heredi meo, vel ei qui emit à me fundum dominantem: licet vi aut clam, vtantur illo itinere. Franc. Accursius.

c ¶ *Vsus est*. scilicet postea: *vt & s. e. l. j. §. si. & l. ij. & iij. in prin.*
d ¶ *Vsi sunt*. ad ʰ hoc est supra *l. prox. §. hoc interdictum. & supr. de interdict. l. ij. §. hac autem. in fin. & supra de publi. in rem ac. l. sed si res ⁱ. §. in hac actione.*

SI per fundum.] CASVS. Vsus sum itinere per fundum tuũ non vi, non clam, non precario: non tamen iure seruit. quam credebam me habere, vsus sum: sed habens animum discedendi statim cum prohiberer, per talem meum vsum non adquiro hoc interdictum de itinere actúque, & c. sed est necesse vt credam me habere seruit. eundi, & ideo vtar itinere. & per talem vsum adquiro hoc interdictum primum. Franc. Accursius.

e ¶ *Nec precario*. facit *s. eo. l. j. in prin. & C. de serui. & aqua. l. j.*
f ¶ *Suo iure*. id est sua seruitute. sic ius ᵏ pro seruitute ponitur *Institut. de rebus cor. & incor. §. fina. & facit supra eodem l. j. §. Iulianus. rectè ait. & infra titu. j. l. penult. §. hoc interdictum. in fin. §. & §. Aristo. & supra quemadmo. ser. amit. l. fin.*
g ¶ *Ius*. Id est seruitutem.
h ¶ *Possi. disse*. vel quasi ˡ: cum incorporalia ᵐ propriè non possideantur: *vt s. de adquir. re. do. seruum. §. incorporales.*

ʰ Successori etiam singulari non nocet, quod actori nocere non potuit.

ⁱ eum qui.

ᵏ Ius pro seruitute. *Concor. & contr. contra de iudic. ro antiquo.*

ˡ Vsum propriè seruitutis defendenda, sed & in quasi possessione seruitutis requiritur.

ᵐ Incorporalia propriè non possidentur.

DE AQVA QVOTIDIANA & æstiua.

¶ *Vsus aquæ, sicut itineris, est quadam quasi possessio: ideoque hanc sicut illam prætor tuetur interdicto reddito.*

¶ *Superiori interdicto simile est quod ex hoc titulo competit ad[a] retinendam vel apiscendam quasi possessionem ducendæ aquæ cottidianæ vel æstiuæ vel hybernæ, nisi quod vel vna die aut nocte hoc anno aut hac vel priori æstate, hac vel priore hyeme duxisse satis est, interdicto [b] superiore iter vel actum vel viam necesse est hoc anno in vsu habuisse vel xxx. diebus. & possunt[c] hæc omnia interdicta de seruitutibus rusticis etiam esse restitutoria, si quid factum sit quo ex re iter actus, via aqua vel vsus eius deterior sit, fiat. Sed adiungitur his aliud hoc titulo interdictum prohibitorium [d] de aqua publica quæ ex castello[e] i. diuidiculo aquarum publico ducitur permissu principis, quod tamen non ad possessionem sed ad tuendum ius aquæ pertinet magis, quam princeps adsignauit, atque de iure, non de facto est vt superiora. Cuiacius.*

DE AQVA QVOTIDIANA[*] & æstiua.

TITVLVS XX.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

Ait prætor, *Vti hoc anno aquam, qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab illo duxisti: quo minus ita ducas, vim fieri veto*[a]. 1 ¶ Hoc interdictum prohibitorium[b], & interdum restitutorium est[c]: & pertinet ad aquam quotidianam. 2. ¶ Quotidiana[d] autem aqua non illa est[e], † quæ quotidie ducitur: sed ea qua quis quotidiè possit vti, si vellet: quanquam quotidianam interdum hyeme ducere non † expediat, etsi posit duci.

3 ¶ Duo autem sunt genera[*] aquarum est quotidiana, est & æstiua. Quotidiana ab æstiua vsu differt[f], non iure[g]. Quotidiana ea est quæ duci adsiduè solet, vel æstiuo tempore[h], vel hiberno: etiam si aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. Aestiua autem ea est, qua æstate sola vti expedit: sicuti dicimus vestimenta æstiua, saltus æstiuos, castra æstiua: quibus interdum etiã hyeme, plerunque autem æstate vtamur. Ego probandum puto, ex proposito † vtentis, & ex natura locorum aquam æstiuam à quotidiana discerni. Nam si sit ea aqua quæ perpetuo duci possit, ego tamen æstate sola ea vtar: dicendum est hãc aquam esse æstiuam. Rursum si ea sit aqua quę non nisi ęstate duci possit, ęstiua dicetur. Et si ea sint loca quę natura non admittant aquam nisi æstate: dicendum[i] erit rectè æstiuam dici. 4 ¶ Quod autem scriptum est interdicto, *Vti hoc anno aliquam duxisti.* hoc est, non quotidie, sed hoc anno vel vna die[k], vel nocte. Ergo quotidiana quidem aqua alia est, quæ quotidie duci posit, vel hyeme, vel æstate, etsi aliquo momento temporis ducta non sit[l]: æstiua ea, quæ quotidie quidem duci possit, vel sola æstate, ducatur autem æstate tantùm, non & hyeme: non quia non possit & hyeme, sed quia non solet[m].

5. ¶ Loquitur autem prætor in hoc interdicto de ea aqua sola quæ perennis est.

Ait prætor.] CASVS. Ponitur edictum cuius sensus est: Qui aquã de loco alieno duxit per annum: quo minus in futurum ducat, prætor vetat fieri vim. Secundo loquitur Vlpia. & dicit: hoc edictum est prohibitorium, & est etiam restitutorium. quod expone vt in glo. & habet locum in aqua quotidia. & illa aqua dicitur quotidiana, non tantùm illa quæ quotidiẽ ducitur, sed & illa quæ omni tempore posset duci, duci tamen aliquo tempore non expedit. Et quotidiana aqua differt ab æstiua in vsu: quotidiana enim ducitur & æstiuo tẽpore. sic & dicuntur vestimenta æstiua quibus quis vtitur in æstate. sic castra æstiua dicuntur. sed verius est vt dicamus discerni æstiuam aquam à quotidiana, inspecta mente hominum vtentium. nam si aqua quæ perpetuò duci potest, non tamen quis vtitur ea nisi in æstate, æstiua dicatur: idem multò magis si aqua est talis quæ non potest duci nisi in æstate & si natura locorum sit talis vt non recipiant aquam nisi in æstate: æstiua aqua dicitur. Postea exponit verbũ edicti, scilicet anno. nam sufficis vna die anni duxisse aquam, vel vna nocte. sic ergo quotidiana aqua dicitur quæ omni tempore duci potest: licet aliquo tempore quandoque non vtatur. æstiua autem est quæ æstate tantum ducitur: siue alio tempore possit duci, siue non. & hoc interdictum habet locum in aqua perenni, quæ tamen duci possit. sunt enim quædam aquæ quæ duci non possunt: vt aquæ puteales, id est quæ sunt in puteis, & similes. in istis tamen potest concedi haustus aquæ. Postea dicit: hoc interdictum de aqua, item interdictum de fonte, competunt ei qui ducebat aquam ex capite aquæ. caput autem aquæ dicas locum vnde aqua nascitur: & de hoc tradit exempla. Et competit hoc interdictũ illi qui iure seruit. vtebatur ista aquæ ductione: siue habebat seruitu. ad hoc, siue non, sed credebat se habere. Item hoc interdictum competit siue ducebat aquam causa irrigandi agros suos: siue causa sui & familiæ. etiam si ducebat: istam aquam ad domum suam. nec est vis siue hæc aqua erat frigida, siue calida. nam & quibusdam terris vtitur aqua calida ad irrigandos agros. & siue aqua quam vis ducere, sit intra vrbem, siue extra: idem est. & permittit prætor per hoc edictum eodem modo duci aquam quo hoc anno ducta est, id est per eundem riuum: cum per maiorem vel prorsus alium riuum ius aquæ ducendæ ad fundum meum, debetur omnibus partibus fundi. si autem ad fundum emptum iuxta meum antiquum positum velim ducere aquam: non possum, nisi primo antiquum meum fundum intraret aqua. nam postea possem eam ducere ad alium meum fundum emptum: nisi hoc esset cum magno incommodo domini aquæ. Quid autem si aliam aquam immisceo in riuum cum ea aqua quam sum consuetus ducere? Certè prohiberi possum ne hanc aquam ducam. & ab eo loco ducere prohibebor, quo coniungitur. aqua verius autem est vt à prin. aquæ prohibear ducere. Sed pone quòd habeo ius ducendi x. oues ad fontem tuum causa bibendi, duco xx. certe prohibeor in x. ducendis tantum. non in aliis. Postea dicit: hoc interdictum competit tantum ei qui putat se habere ius ducendi aquam. & sufficit quòd à princi. duxit aquam non vi, non clam, non precario, sed credens se habere ius ducendi aquam, licet postea vi vel clam ducere cœpit aquam. Sed quid si à princ. anni duxit aquam: postea per se aqua veniebat: & aliquis nũc prohibeat aquam venire? Dicitur quòd habet locum hoc interdictum. Item habet locum hoc interdictum quando quis credit se habere ius ducendi aquam de tertia in tertiam diem, vel de quinta in quintã diem, & cœpit ducere per vnam diem: & postea prohibeatur ducere alia tertia die vel quinta: nam habet locum hoc interdictum. secus autem si nunc volebat ducere omni diẽ: nam bene posset hoc casu prohiberi. Vltimo dicit: prohibitus ducere aquam quam per annum duxeram: steti longo tempore quòd non sum ausus ducere aquam: & sic non vtendo amisi ius aquæ ducendæ. agam contra te hoc interdicto, per quod constitues mihi seruit. de nouo. hoc dicit vsque ad §. si fundum. Franc.

a ¶ *Veto.* facit s. tit. j. l. j. in prin. & s. de fonte. l. j. in prin. & j. e. §. quod autem. & c. Accur.

b ¶ *Hoc interdictum prohibitorium est.* vt j. ea. l. §. Labeo. sic & superius: vt s. tit. j. l. j. § j.

c ¶ *Restitutorium est.* vt[a] cogaris destruere quod fecisti: si fortè aliquid fecisti quo minus possim aquam ducere vti hoc anno duxi. & facit j. ea. l. §. præter: a illud sciendum. & §. Labeo.

d ¶ *Quotidiana.* de æstiua dicitur j. eo. §. deinde.

e ¶ *Non illa est.* scilicet sola. & facit infra de verb. signific. l. malum. §. fin.

f ¶ *Differt vsu.* vt apparet ex sequentibus.

g ¶ *Non iure.* quia pro vtraque dantur interdicta, licet diuersa: vt j. ea. l. §. quod autem diximus.

h ¶ *Tempore.* vt interuallo mensium, vel dierum: non autem hyemis, vel æstatis: sic actio[b] legis Aquiliæ aptitudine[c] dicitur pœnalis: licet non semper sit ibi pœna: vt Instit. de lege Aquil. §. his autem verbis. & fa. s. de flumi. l. j. §. y.

i ¶ *Dicendum.* Tria[d] ergo exiguntur vt aqua sit quotidiana. 1. ¶ Primo, vt quotidie & omni tempore sui natura duci possit. 2. Item vt nullo tempore impediatur eius vsus propter naturam loci cui seruitur: *vt hic, & infra eodem l. de interdicto.* 3. Item tertium, scilicet propositum vtentis, scilicet quòd eo proposito vtatur quòd omni tempore velit ea vti, etsi non quotidie ducat: *vt hic. & facit supra de seruit. vrban. prædio. lege foramen.* Accursius.

k ¶ *Vna die.* secus in superiore interdicto: quia xx. diebus, *vt supra tit. j. l. j. §. hoc interdicto.*

l ¶ *Ducta sit.* vel non sit quia hoc non curo, possit vel non possit hyeme duci. Accursius.

m ¶ *Non solet.* quia forte nec expedit. *& facit infra eodem l. de interdicto. & facit supra de ser. vrba. prædi. l. foramen. & serui. rustic. prædi. l. vna est via.*

a Interdictum de aqua quotidiana & æstiua pertinet ad retinendam vel apiscendã quasi possessionem aquæ ducendæ.

* In Pand. Fl. semper cottidiana scribetur, & cotti die. per. c. etc.

b Interdicta de aqua quotidiana & æstiua. al. interdicto de itinere actuque. pri uato differentia.

c Interdicta de seruitutibus possunt esse etiam restitutoria.

† Græcismus subaudi tantum. not. Aug lib. 2. c. 1.

† Non omnia honesta & expediunt quæ licent. l. semper. ff. de reg. iur.

d Interdictum prohibitorium de aquæ iure ex publico ducendæ.

* Huc pertinent variæ aquarum distinctiones quas late explicat Cœl. Rhodig. lib. 14. lect. antiq. cap. 14.

e Castellum, pro diuidiculo aquarum publico.

† Vsum, testibus vsum iura seruitutis retinendo probari hinc colligit Alber.

a Interdictum de aqua, quatenus restitutorium.

b Aquiliæ legis actio dicitur pœnalis aptitudine.

c Verba rebus plerunque tribuuntur à potentia proposito vtentis, & aptitudine, non ab actu, vt hic: aqua quotidiana, quæ quotidie potest duci legis Aquiliæ actio pœnalis, quia aptitudine talis. vt ibi sic seruitutes continuã causam habere dicuntur, licet cessent quandoque l. seruitutes I. de seruitutibus.

d Aqua quotidiana vt sit tria requiruntur.

Dixi.

nulla enim [a] alia aqua duci potest, nisi quæ perennis est.

6. ¶ Quanquam autem ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere, ad eas tamen perennes pertinet, quę duci [b] possunt. Cæterùm sunt quędam etsi perennes sunt, duci tamen non possunt: vt putà puteales: & quæ ita sunt summersæ, vt defluere extra terram [c] & vsui esse non posint. Sed huiusmodi aquis, quæ duci non posint, haustus seruitus imponi potest.

7. ¶ Hæc interdicta de aqua item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quæ à capite ducitur, non aliunde [d]. Harum enim aquarum etiam seruitus [e] iure ciuili constitui potest.

8. ¶ Caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur, si ex fonte nascatur, ipse fons. si ex flumine vel lacu, prima incilia [f], vel principia fossarum, quibus aquæ ex flumine vel ex lacu [g] in primum riuum communem † pelli solent. Planè si aqua sudoribus [h] manando, in aliquem primum [i] locum effluere, atque ibi apparere incipit: eius hoc caput dicemus, vbi primùm emergit.

9. ¶ Et qualiter [k] * sit constitutum ius aquæ, dicendum est hoc interdictum locum habere.

10. ¶ Sed & si iure aqua non debetur alicui: si tamen iure ducere se putauit: cum non in iure [l], sed in facto errauit: dicendú est eóque iure vtimur, vt interdicto hoc vti possit. Sufficit enim si iure [m] se ducere putauit, nec vi nec clam nec precario duxit. 11. ¶ Illud [n] quæritur, vtrum ea tantum aqua his interdictis contineatur, quę ad agrum irrigandum pertinet: an verò omnis, etiam ea quæ ad vsum quoque & commodum nostrum. Et hoc iure vtimur, vt hęc quo contineatur. propter quod etiam si in vrbana prædia quis aquam ducere velit, hoc interdictum locum habere potest.

12. ¶ Pręterea [o] Labeo scribit, etsi quidam ductus aquarum nó sit fundi [p], quia à quocunque [q] duci possint, tamen ad hoc interdictum pertinere. 13. ¶ Idé Labeo scribit, etiá si prætor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat: tamen de calidis † aquis interdicta non esse deneganda. Namque harum quoque aquarum vsum esse necessarium. nonnunquam enim refrigeratę [r] vsum irrigandis agris pręstant. His accedit, quòd in quibusdam locis & cum calidæ sunt, irrigandis tamé agris necessariæ sunt: vt Hierapoli. Constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari. Et quamuis ea sit aqua quę ad rigandos non sit necessaria [s], tamen nemo ambiget his interdictis locum fore.

14. ¶ Siue autem intra vrbé sit aqua, siue extra vrbem: hoc [t] * interdicto locus erit. 15. ¶ Illud tamen hic intelligendum est, eodem modo pręrorem duci aquá iussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi [u], neque alia [x] † permisisse potest videri. Quare si alia aqua sit quam quis velit ducere, quàm hoc anno duxit: vel eadem, per aliam tamen regionem velit ducere: impune ei vis fiet.

16. ¶ Illud Labeo * dicit, omnes partes illius fundi in quem loci † aqua ducitur eiusdem numero [y] * esse. Ergo & si fortè actor confinem agrum emerit & ex agro in quem hoc anno aquam duxerit, postea fundi empti nomine velit [z] aquam ducere: ita demum eum rectè hoc interdicto vt de itinere actúque vti putant: vt semel in suum ingressus, inde egredi qua velit possit [a] nisi ei nocitum sit, ex quo aquá ducit. 17. ¶ Item quæritur, si quis aquę quam hoc anno ducebat aliam aquam admiscuerit, an impune prohibeatur. Et extat Ofilij sententia existimantis rectè eum prohiberi: sed eo loci, in quo primum aquam aliam in riuum admittit [b]. & Ofilius in tota aqua rectè eum prohiberi ait. Ego Ofilio adsentio, non posse diuidi: quia non potest ita in parte vis fieri, vt non in tota [c] aqua fiat. 18. ¶ Trebatius [d], cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur, quàm debet appelli, posse vniuersum pecus impune prohiberi: quia iunctum pecus ei pecori cui adpulsus debeatur, totum corrumpat pecoris adpulsum. Marcellus auté ait, si quis ius habens pecoris ad aquam appellendi, plura pecora appulerit, †

a ¶ *Duci.* scilicet quotidie, *ad quod facit dicta l. foramen. & supra de flum. l. j. §. ij.*
b ¶ *Duci.* scilicet quotidie.
c ¶ *Extra terram.* aliàs extra meatus suos, vel sui. Accur.
d ¶ *Non aliunde.* hoc iure veteri: hodie secus: *vt j. de serui. rust. pradio. l. seruitus aqua ducenda. & facit l. ex meo ibi.*
e ¶ *Etiam seruitus.* q. d. non solum possessorium sed etiam potitoriú poterit adquiri. Vel dic etiam iure ciuili, non solum prætorio. Quandoque etiam non ciuili, sed prætorio [a] tátum constituitur seruitus aquæ: vt in lacu & stagno, & aliis quę non habent perpetuam aquam: *vt supra de ser. vrb. pradi. leg. foramen. & infra eo. de interdicto.* Accursius.
f ¶ *Incilia.* hoc statim exponitur, *vt infra de riuis. l. j. § incile.* Accur.
g ¶ *Ex lacu.* hoc accipe prætorio, non iure ciuili, vt modo dixi.
h ¶ *Sudoribus.* prouenientibus supra terrá.
i ¶ *Primum.* i. in quo loco fit primò constitutum ius aquæ.
k ¶ *Et qualitercunque* id est siue testamento, siue inter viuos.
l ¶ *Non in iure*: not. ignorantiam [b] iuris nó prodesse, facti sic. *arg. supra de vsucap. nunquam in princ.*
m ¶ *Iure.* seruitutis, vel alterius iuris quod putaret se habere: *vt j. §. illud quaritur. & §. præterea. & §. idem Labeo. & §. Aristo.* & bona fide: quod innuunt illa verba hic posita: nec vi, nec clam, nec prec. ¶ Et est generale in qualibet seruitute quærenda tempore, vt hæc duo [c] debeát interuenire: quod iure seruitutis, & bona fide vtatur: *vt j. quemadm. seruit. amit. l. si.* licèt in seruitutis proprietate non exigát quidam bonam fidem, *per l. sup. si seruit. vindi. leg. si quis diuturno.* quod nó placet. hic autem non est necesse probari vere sibi deberi seruitutem: sicut dixi in superiori interdicto: *vt j. ti. j. l. j. §. ij.* Alij dicút quod est necesse. *argu. j. tit. j. l. fina.* quod non placet: quia hæc lex dicit contra.
n ¶ *Illud.* facit j. *com muni a pradio. l. ij.*
o ¶ *Præterea.* aliàs præterea: & aliàs propterea.
p ¶ *Non sit fundi.* id est non [d] sit seruitus fundi, quia non cohæret solo, sed opus manufactum ligneum vel lapideum vnde ducitur. vnde non est seruitus fundi, sed aliud ius.
q ¶ *Quia quocunque.* vna est dictio quia: & notat rationé. quasi dicat quocunque loco velis, id est ad quemcunque locum, ad prædium etiam vrbanum: *vt infra prox. §. & §. siue autem.* Vel quemcunque alium, forte vt ibi lauer totus, vel pedes mei vel meorum equorum. aliàs est, qui à quocunque, scilicet homine cui ius ducendi competit.
r ¶ *Refrigeratæ.* postea ipsa ductione: licèt exeant prius calidæ de cauernis terræ. Accursius.
s ¶ *Non sit necessaria.* est tamé necessaria ad aliqué vsum. aliàs contra *supra de serui. l. quotiens. §. j. aliter & facit supra. §. illud quaritur.*
t ¶ *Illud tamen hic* id est in edicto posito supra *in princ. huius leg.* vbi licet exprimat ductionem faciendam vt olim: non tamen aperit eádem qualitatem. quod hic interpretatur.
u ¶ *Neque amplioris modi.* ad quod *est supra de iti. actuque pri. ua. l. ij. § pen. & supra de serui. l. si cui.*
x ¶ *Neque aliàs.* id est per alium modum.
y ¶ *Eiusdem numero* aliàs eiusdem numeri nunquam esse. ¶ Et sic dic eiusdem fundi, vt etiam emptum comprehendat, qui est vnitus cum primo. aliàs eiusmodi esse: & deest nunquam: & est sensus, vt fundo [a] debita omnibus partibus fundi debeatur: *vt supra de serui. rust. pradio. leg. via. § si. & supra quemadmod. seruit. amitt. l. si partem.* Accur.
z ¶ *Velit.* scilicet partem. secus vero ante ingressum: vt in contrariis: *vt sup. de serui. rust. pradi. l. ex meo. & Cod. de serui. & aqua. leg. non modum.* Accursius.
a ¶ *Nisi.* hoc ita de aqua, nisi, &c. *& facit supra de peric. & commo. l. j. §. licet. & solut. matri. l. ij. §. j.*
b ¶ *Admittit.* potest prohiberi. Ioan. non etiam infra.
c ¶ *Vt non in tota* contra *facit j. de aqua plu. arcend. l. ij. §. fina. & inf. §. proxim.* Sed ibi patet solu.
d ¶ *Trebatius.* contra dicens Ofilio. contra. *facit j. quorum legat. l. j. §. si duo. & supra ad Velleia. l. vir vxori. §. fi. & supra de condict. fur. si seruus furtiuus. §. fi. & supra quemadm. seruit. amit. l. si et cui. item. j. §. proxi.* Sed ibi non poterat diuidi [b]: hic sic. Accur.

a Seruitutes prætorio tantum iure constituuntur in his quæ non habent perpetuam aquam.
b Ignorantia facti nó iuris prodest.
† l. nunquam li.
* qualitercunque
c In seruitutibus tempore quærendis duo requiruntur, Primum, vt iure seruitutis, alterum vt bona fide quis vtatur.
† De balneandi aquarum ductione & natura vide Pli. li. 31. natu. histo. & Cœliu Rhodig. lib. 16. lect. antiq. c. 44.
d Aquæductus non est seruitus fundi sed aliud ius.
* huic
† aliud
* Hæc Labeonis sententia refertur à Pomponio l. via. de ser. rus. præd. cum reprehensione, quam hic adhibe.
† locum.
* eodem numero.
a Fundo debita omnibus partibus fundi debentur.
b Ville illud ij inseparabili. 9. tertur: hic non separabilis, vide hic Albericum
† Florentinus: adpulsum.
† Nonum.

non in omnibus pecoribus eum prohibendum. quod est verum: quia pecora separari possunt.

19. ¶ Aristo[a] putat eum demum interdictum hoc habere, qui se putat suo iure vti: non eum qui scit se nullum ius habere, & vtitur.

20. ¶ Idem ait, eũ qui hoc anno aquam duxerit nec vi, nec clam, nec precario, & eodem anno vitiosè vsus est, rectè tamẽ hoc interdicto vsurum: quod referri ad id tempus quod sine vitio fuerit[b]. esse enim[c] verum, hoc anno non vi, non clam, non precario vsum. 21. ¶ Quæsitum est, si quis ante annum aquam duxit: deinde sequẽti tempore, hoc est intra annum, aqua influxerit ipsa sibi, siue non ducente: an hoc interdicto locus sit. Et refert Seuerus Valerius competere hoc ei interdictum, quasi duxisse videatur[d]: licèt penitus[e] prospicientibus non videtur iste duxisse.

22 ¶ Itẽ quæsitum est, si quis dũ putat tertio quoque die[f] habere se ius aquæ ducendæ, duxerit vna die: an rectè[g], & sine captione possessoris[h] rectè duxisse videatur, vt hoc interdictum habeat. Ait enim prætor, *vti hoc anno aquam duxisti*, id est alternis diebus[i]. Illud autem nihil interest, vtrum quinto die aqua debeatur, an alternis diebus, an quotidie, ei qui hoc interdicto vti velit. Nam cum sufficiat vel vno die[k] hoc anno aquam duxisse: nihil refert qualem aquæductum habens[l] duxerit: dum si quis, cum quinto quoque die[m] vteretur, quasi alternis diebus duceas interdixerit, nihil ei prodesse videtur[n].

23. ¶ Preterea illud sciendũ est, si cùm aquam duxisses[o], aduersarius te prohibuerit[p], deinde tu interim ius aquę ducendę amiseris[q]: in restitutionem[r] hoc venire, vt tibi prętetur per hoc interdictũ quod amisisti. & hoc verum puto. 24. ¶ Si fundum ad quem aquam ducebas, vendideris & tradideris: nihilo minus interdictum tibi[s] vtile[t] est.

25. ¶ Competit hoc interdictum aduersus eum qui prohibet me aquam ducere. Et nihil interest vtrum quis dominium[u] fundi habeat[x], an non. idcircóque is tenetur[y] interdicto. nam & si seruitus cœpit[z]:

a ¶ *Aristo.* facit *ℨ. de iti. actúque priua. l. j. §. Iulianus. & l. fi. & ℨ. ea. l. §. hæc interdicta. & ℨ. quemad. serui. amit. l. fi.*

b ¶ *Fuerit.* scilicet vsus.

c ¶ *Esse enim.* aliàs est enim: & aliàs esse enim. *& facit ℨ. tit. j. l. j. §. fin. & l. ij. & iij. in principio.*

d ¶ *Videatur.* no. *& facit supra quemad. testa. ape. si in duobus. §. j. & de verb. oblig. l. cum seruus. & sup. quemad. ser. amit. l. qui fundum. & arg. ℨ. de legib. & sena. l. de quibus. in fi. & arg. ℨ. de vi & vi arma. leg. si de fundo.*

e ¶ *Penitus.* posset quis legere correctiuè: *vt & aliàs Instit. de excus. tut. §. similiter eos.* Sed hoc non puto, *arg. dictarum ll.* Item habet hoc locum, quãdo iure seruitutis ducitur, & non aliàs: *vt ℨ. ead. §. Aristo.* Accur.

f ¶ *Die.* id est de tertio in tertium diem. ad quod est *supra de seruitu. l. iiij. §. interualla.* Accur.

g ¶ *Recte.* potest esse de supposito. q. d. non vi, non clam, non precario. vel de apposito, & abundat: vel pro & pone.

h ¶ *Possessoris.* fundi ex quo ducitur aqua.

i ¶ *Alternis diebus.* id est siue duxeris vna vice, quasi continuè deberetur tibi: siue vna vice quasi alternis diebus: quod est quando[a] de tertio in tertium diem: vt & supra posuit. & hoc etiam repetit, vt addat, illud autem &c.

a Alternis diebus aquam ducere.

k ¶ *Vno die.* vt *ℨ. eo. §. quod autem.*

l ¶ *Habens.* vel se habere credens. Accursius.

m ¶ *Quinto quoque die.* id[b] est de quinto in quintum diem credens se habere ius: vel vna die vtens, credens se habere ius de quinto in quintum diem. hodie verò cum agit credens se habere ius ducendi alternis diebus: & ad talem seruitutem vult retrahere suum vsum quem hactenus habuit: quod non potest. & *facit supra quemadmo. vsusfru. amit. l. si communem. §. fin. & l. si quis alia. & l. fina.*

b Quinto quotidie aquam ducere.

n ¶ *Prodesse videtur.* vt interdicens ne sibi alternis diebus ducenti vis fiat consequatur cum hoc ius non putauit se habere.

o ¶ *Duxisses.* etiam vna die: vt & sic competat tibi hoc interdictum: *vt ℨ. proxi. §.*

p ¶ *Prohibuerit.* & sic potes agere hoc interdicto vt non prohibearis. Accur.

q ¶ *Amiseris.* anno vel biennio: hodie[c] decennio vel xx. ann. *vt C. de seruit. l. sicut.* Accursius.

c Præscribitur ius aquæ decennio vel vicennio.

r ¶ *In restitutionem.* faciendam ex hoc interdicto, scilicet vt non prohibearis: consequeris: & hoc vt de nouo constituatur seruitus. *sic ℨ. de vi & vi ar. l. si de fundo. & l. si plures. §. j.* 2. Alij dicunt quòd impetras in integ. restit. ad interdictum restituendum[d]: quo restituto consequeris per illud vt non prohibearis, & vt renouetur seruitus. *& facit infra proxi. §. & sup. de vsuca. l. sequitur. §. fina.* (¶Item not. quòd ex eo quòd datur interdictũ post amissam viam, secundùm quod primo exposuimus, videretur[e] durare vltra annum: secus in superioribus *ℨ. tit. j. l. j. in prin.*) 3. Vel dic & hoc intra annum tantum competere, scilicet vtile: quo scilicet fuerit potestas experiundi: *vt arg. ℨ. vti possi. l. j. §. j.* intra quem annum potuit currere annus vel biennium in seruitutibus, qui erat continuus. Accursius.

d l. 1. §. si quis. sup. de minor.

e Interdicta non durant vltra annum.

Si fundum. [CASVS.] Prohibitus sum ducere aquam ad fundum meum quam eram consuetus ducere. competit mihi hoc interdictum, etiam si istum meum fundum vendam: & dabitur ad id quod interfuit mea me non fuisse prohibitum. Secundo dicit hoc interdictum competit contra omnem prohibentem me ducere aquam: siue prohibens sit dominus fundi de quo ducebam aquam: siue non. Tertio dicit: inter duos est quæstio: contendit quilibet se habere ius ducendi talem aquam per eundem riuum. inter eos proponitur interdictum vti possideris. Quarto dicit: per interdictum positum in principio tituli, prohibetur ne aliquis faciat opus vt fodiendo vel simili modo, per quod aquam non possim ducere commode, & sine corruptione aquæ. Quinto dicit: possum tibi concedere ne fodiam in fundo meo, cum forte timeas ne fons tuus per hoc desiccaretur. [DEINDE AIT PRÆTOR.] Nunc ponit aliud edictum: cuius sensus est: Si de aqua tua duxi priori æstate non vi, non clam, non precario: quo minus ita ducam, prætor prohibet mihi fieri vim: & habet locum inter heredes, & bonorum pos. & emptores. Postea loquitur Vlpi. & dicit: hoc interdictum de aqua æstiua loquitur. & debet differre interdictum primum ab hoc secundo: quia in primo habetur mentio anni, in hoc æstatis habetur mentio. & dicit quando incipiat æstas, & quantum duret: & sic si bene inspicitur, aliquando in hoc edicto spectatur tempus vltra annum. Quid enim si in vltima die huius æstatis prohibes me ducere aquam, & ea fui vsus in principio præcedentis æstatis: & sic prope annum & sex menses? inspicitur retro. tandem dicit, Consuetus fui ducere aquam in hieme tãtum: nunc prohibeor ducere. habeo hoc interdictum vtile. Sed pone quòd hac æstate tantum cœpi ducere aquam, & duxi saltem xxx. diebus: in eadem æstate me prohibes ducere, habeo vtile interdictum. Postea exponit vltima verba edicti: scilicet hæc, inter heredes &c. & dicit quòd verba referũtur ad vtrumque edictum. vt hæc interdicta dentur heredibus & emptoribus & aliis successoribus, sicut & interdictum de itinere actúque priuato. [AIT PRÆTOR: QVO EX CASTELLO.] Nunc ponitur aliud edictum, cuius sensus est: ab eo cui ius concedendi fuit, concessum est mihi ex castello aquam ducere. quo minus ducam, prętor prohibet vim fieri mihi. Item si volam reficere, debebo cauere de damno infecto. Postea loquitur Vlpia. & dicit: hoc edictum necessarium est. superiora enim habent locum cum à capite duco aquam; hoc autem cum ex castello, id est receptaculo quod publicam continet aquam. Si autem ex alio loco publico, putà ex riuo publico permissum est mihi ducere: habet locũ hoc interdictum vtile. & à principe talia conceduntur. & quandoque conceditur prædiis, quandoque personis: & tunc personis extinctis extinguitur priuilegium: vt sic nec vadat ad emptorem nisi impetret, quod de facili ei conceditur. Et est notandum quòd in hoc interdicto dirimitur tota quæstio, nec aliquid reseruatur ad dirimendum. nam si princeps concessit, quod nunc probabitur, planum est: & defendetur in ductione aquæ. aliàs, id est si non cõcessit princeps: tunc non defenditur. At in superioribus circa possessionem agitur, vt si quis anno vel æstate vsus est, ille defendatur in pos. aquæ, & reseruetur quæstio veræ seruitutis. Fran. Accursius.

s ¶ *Ni. interdi. tibi.* Si quid tua interest te quondam prohibitum non fuisse. R. semel[a] ergo interfuisse sufficit, *vt supra proxi. §. & infra de ser. l. inter omnes.* emptori autem constat competere: *vt inf. eo. §. ait prætor.*

a Semel interfuisse sufficit.

t ¶ *Vtile.* i. efficax, secundùm quosdam, vel ad differentiam directi, quod competit ei qui adhuc dominus est.

u ¶ *Vtru quis dominiu.* ille s. qui prohibet, qui agit vel cõuenitur.

x ¶ *Habeat.* scilicet fundi à quo debeatur seruitus.

y ¶ *Tenetur.* s. qui prohibet, quicunque sit. Accur.

z ¶ *Cœpit.* scilicet competere alicui. Accursius.

aduersus quéuis posse vĩdicari[a].

26 ¶ Si inter riuales, id est qui per eundem riuum aquam ducant, sit contentio de aquæ vsu, vtroque suum[b] vsum esse contendente: duplex[c] interdictum vtrique cõpetit. 27 ¶ Labeo putat per hoc interdictum[d] prohiberi quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, serat, succidat, putet, ædificet, quare ex re ea aqua quam ille hoc anno per fundum tuum sine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriórve fiat. & similiter de æstiua aqua debere interdici ait.

28 ¶ Si quis hoc cesserit, ne liceat sibi aquam quærere: ea cessio valet[e]. 29 ¶ Deinde ait prætor[f], *Vti priore æstate aquam qua de agitur, nec vi nec clam nec precario ab illo duxisti, quominus ita ducas, vim fieri veto. Inter heredes, emptores & bonorũ possessores interdicam*[g]. 30 ¶ Hoc interdictũ de aqua æstiua proponitur.

31 ¶ Quia autem diximus[h] æstiuam aquam aliquod * distare ab aqua quotidiana, sciẽdum est etiam interdictis[i] distare: quòd[k] qui de aqua quotidiana interdicit, ita interdicit: *Vti hoc anno aquam duxisti.* atqui de æstiua, sic, *vti priore æstate.* nec immeritò. Nam quia hieme nõ vtitur[l], referre se nõ ad præsentem[m] æstatem, sed ad priorem debuit.

32 ¶ Æstatem incipere sic peritiores † tradiderunt, ab † æquinoctio verno[n], & finiri æquinoctio autumnali[o]: & ita senis mensibus æstas atq; hiems diuiditur.

33 ¶ Priorẽ † æstatem ex cõparatione duarum æstatum accipi. 34 ¶ Propter hoc si æstate interdicatur, nonnunquã annũ & sex menses[p] cõtinere. quod ita cõtingit, si initio verni æquinoctij[q] ducta sit aqua, & sequẽti æstate[r] pridie æquinoctium[s] autumnale * interdicatur. & proinde si hieme interdicatur, etiã in bienniũ[t] hæc res extendetur.

35 ¶ Si quis hieme tantum aquam solitus fuit ducere, æstate non fuit solitus: vtile[u] interdictũ ei competit. 36 ¶ Qui hac æstate[x] duxit, nõ superiore: vtile interdictum habet. 37 ¶ Ait prætor[y], *Inter heredes, & emptores, & bonorum possessores interdicã*[z]. Hæc verba non solum ad æstiuam aquam, verumetiam ad quotidianam quoque referenda esse sciẽdũ est. Nam sicuti de itinere actúque & successoribus dantur interdicta, & emptori[a], ita hæc quoque danda prętor putauit.

38 ¶ Ait prætor[b], *Quo ex castello illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit permissum est: quo minus ita vti permissum est, ducat, vim fieri veto. quãdoque*[c] *de opere faciendo interdictũ erit, dãni infecti caueri iubebo.* 39 ¶ Hoc interdictũ necessariò propositum est. Nã quia * superiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, vel imposita seruitute, vel quia putant impositam: æquissimum visum est, ei quoque qui ex castello ducit[d], interdictum dari: id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, castellũ † accipe.

40 ¶ Si ex castello permissũ est, dandum erit interdictũ. [Sed & * si alio ex loco[e] permissũ est: dandum erit interdictum.]

41 ¶ Permittitur autẽ aquã ex castellò, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico ducere.

42 ¶ Idq. à principe[f] conceditur. alij nulli cõpetit[g] ius aquæ dandæ. 43 ¶ Et datur interdum prædiis, interdũ personis. Quod prædiis datur, extincta persona non extinguitur. Quod datur personis, cũ personis amittitur[h]: ideóque neque ad aliũ dominiũ prædiorũ, neq. ad heredẽ, vel qualemcunque successorẽ transit[i].

44 ¶ Planè ei ad quem dominium transit, impetrabile[k] est. Nam si docuerit prædiis suis aquam debitam, & [l] nomine

a ¶ *Vindicari.* confessoria: etiam si alius sit à prohibente.
b ¶ *Suum.* s. vsum, & etiam ius aquæ ducendæ.
c ¶ *Duplex.* vti possi. quod verè * duplex est. 2 Vel verius dicitur de corriualibus, quod est duplex, cũ quilibet est actor & reus. Nã quilibet asserit se quasi possidere, & aliũ negat: sicut in vti possi. vt s. *uti poss. leg. si duo.* §. *j.* 3 Alij dicunt duplex: quia prohibitorium & restitutoriũ: vt s. *eo. l. j.* §. *p.* 4 Vel duplex, id est vtile & directum: secũda placet.
d ¶ *Per hoc interdictum.* quod est s. *e. l.* in *princ.*
e ¶ *Cessio valet.* cum vicini hoc interest: putã ne fons eius siccet: vt s. *de seruit. quotiens. j.* §. *aliter.* & *de damn. infec. Proculus.* & *l. fluminum.* §. *f.* aliàs non valeret: *d. l. quotiens.* & s. *de pactis. l. nemo.*
f ¶ *Deinde ait prætor.* secũdùm edictum prętoris. Accur.
g ¶ *Interdicam.* id est proponam interdictũ: quod dic vt j. *e. l.* §. *ait prætor.*
h ¶ *Quia autem diximus* s. *e. l.* §. *j.* & §. *duo.* & §. *quod autem.*
i ¶ *Interdictis.* i. in propositione interdictorum distantia debet esse.
k ¶ *Quod.* i. quia.
l ¶ *Non vtitur.* i. vti nõ potest: vel nõ cõsueuit. At in interdicto de aqua quoti. & æsti. refert se ad præsentem annũ etiã hyeme: quia toto anno vti potest, & consueuit. Azo. vt s. *e. l. j.* §. *duo.*
m ¶ *Præsentem.* q. d. quia breui tẽporis spatio cõcludetur vsus aquæ, cum fortè prima die æstatis interdicatur: vt j. §. *priorem.*
n ¶ *Verno.* definenti.
o ¶ *Autumnali.* incipienti. sed in vtroq; videtur contra, scilicet vernali incipienti: vt j. *prox. ibi, si initio ver. æqui. &c.* ¶ Et dic quòd[b] quatuor sunt anni tempora, hiems quæ incipit medio Nouembris, & durat tribus mensibus. finita hieme, incipit ver. & durat tantundem simili computatione habita. postea æstas, quæ similiter computatur. postea autumnus. 2 Itẽ quandoque dicitur annus habere duo tempora, hiemẽ & æstatẽ: vt *hic*, senis mensibus &c. j. proxi. vbi dicit, initio æquinoctij verni. & postea dicit, sequenti æstate. vnde æstatem appellat illos sex menses: qui sunt ver & æstas. & adde quod not. *supra ne quid in flumine pu. l. j.* §. *æstatem.*
p ¶ *Sex menses.* vna die minus, si bene computaueris.
q ¶ *Æquinoctij.* i.[c] prima die verni æquinoctij iustè est finitum. secundùm Azo. 2 Vel etiam dic quòd illa dies sit æstatis, vt dixi: nam habes necesse dicere quòd sit in æstate.
r ¶ *Sequenti æstate.* s. sequentis anni.
s ¶ *Pridie æquinoctium.* s. vna die ante.

t ¶ *In biennium.* vna die minus.
u ¶ *Vtile.* * ad instar eius quod pro æstiua datur: vt s. *eo. l.* §. *deinde.* vel dic non directum. quod pro aqua perenni datur: vt s. *ea. l.* §. *quod autem.*
x ¶ *Qui hac æstate.* ad minus modico[b] tempore. i. xxx. diebus *arg.* s. *eit. j. l. j.* §. *hoc interdicto.*
y ¶ *Ait prætor* s. *eo.* §. *deinde.*
z ¶ *Interdicam.* i. interdictum reddam. & erit[c] duplex hoc casu: vt *no.* s. *de interdi. l. j.* in *princ.*
a ¶ *Et emptori.* vt & s. *ti. j. l. apparet.* §. *hoc interdictum.* & *arg. infra de fonte l. j. in fin.* & j. *de riuis l. Seruius.* §. *iisdem.* & sic videntur in rem scripta: nam[d] dantur in quemlibet prohibentem: vt & *supra e. l.* §. *competit.* & dantur etiam emptoribus, licèt[e] non sint successores iuris: quod in alijs actionibus non est: vt j. *arbo. fur. ca. l. fi.* nec in aliis interdictis quandoque: vt *supra de noui ope. nun. l. non solum* §. *morte.* sed in quorum legatorum est simile: vt *supra quorũ lega. l. j.* §. *in locum.*
b ¶ *Ait prætor.* tertiũ interdictum. & dicit, quo ex. &c. i. ex quo castello &c.
c ¶ *Quandoque.* quæ, pro & : & sic sunt duæ partes. & *fa. supra commu. prædio. leg. ij.* aliàs est *quandocunque* : & *tunc sensus est planus.*
d ¶ *Ex castello duc.* non iure verè debitæ seruitutis: nec ꝙ credat seruitutẽ sibi debitã ab aliquo priuato.
e ¶ *Sed & si alio ex loco.* pub. vt *seq.* §. *permittitur.*
f ¶ *A principe.* vt & *supra de aqua plu. arcẽ. l. si in publico.* §. *fine permissu.* & *supra de serui. l. seruitutes ij.* §. *publicę.* & *de ser. ru. præd. l. imperatores.* & est[f] necessaria cõcessio qñ aqua est in publico vsu: vt *supra de flumi. l. quominus.*
g ¶ *Nulli competit.* Imò & senatui[g]: vt *supra de flumi. leg. quo minus. quæ est contra.* Sol. quod dicitur nulli alij cõpetit, nõ de principe, sed de eo cui permisit, loquitur. & ita nullũ est contrariũ. 2 Vel nulli alij ꝙ principi vel senatui. 3 Vel dicas senatũ nõ habere ius cõcedẽdi, vt *hic*: licèt habeat vetãdi, vt ibi. licẽt H. dicat ꝙ qui habet ius[h] vetandi, habeat & concedendi: sed non sequitur. nam nuntio nouum opus ne fiat in publico: non tamen possum concedere.
h ¶ *Amittitur.* facit[i] *supra de seru. rust. præd. l. pecoris.* & *supra commu. di. arbor.* §. *fi.* & j. *de iure im. l. j.* & j. *de reg. iur. l. priuilegia.*
i ¶ *Transit.* prædij cui debebatur seruitus aquæ ducendæ concessa personæ.
k ¶ *Impetrabile.* id[k] est facile potest impetrari: & debet ei facile cõcedi. ¶ Et est simile hoc inuestituræ feudorũ[l]: mortuo enim vasallo facile potest impetrare[m] heres masculus inuestituram: quia

a Duplicia interdicta quæ dicuntur.
* aliquid.
¶ Pl. li. 2. nat. hi. c. 29.
† Ab dictio. in clusiue ponitur, vel, post dictio. C. de adventit. interdictum exclusiue. † aetatis incl. de consti.
b Anni quatuor tẽpora duo.
† Primum dicitur respectu posterioris.
* æquinoctij autumnalis.
c Æquinoctij verni principium.
a Hiemalis aquæ ducendæ vtile interdictum.
b Modici tẽpos progr. dies.
c Interdictum de aqua quãdo duplex.
d Interdicta in rem scripta dantur aduersus quemlibet prohibentem, & ẽos qui non sunt iuris successores.
e Emptor nõ est iuris successor.
* Pl. Nam quia sup.
† Ita enim castellum ac.
* Inclusa hæc non sunt in Pand. Flo.
f Aquæ ex publico ducendæ ius à quo permitti debeat.
g Ius aquæ ex publico ducendæ, principis & senatus posse permittere.
h Ius vetandi seruitus prohibendi habẽs, ius etiam cõcedendi non habet.
i Priuilegia realia rem sequuntur, & durant extincta etiam persona: personalia, cum persona amittuntur.
k Impetrabile quod facile vel difficile potest impetrari.
l Idem in emphyteusi ecclesiastica, vt scribit Bartolus Nouella de ... 7 §. quod ... in fin.
m Heres masculus facilè impetrat inuestituram feudi: vt & emphyteuseos ab ecclesia: ...

debet [a] ei dari:& debet iurare:)& econtra quandoque est diffici lis impetratio: vt abolitio accusationis: *vt supra de bo. lib. l. qui con. §. sed si minor.*

a ¶ *Nomine eius.* personaliter ei concessa seruitute.

b ¶ *Aqua.* dicitur quidẽ impetrari ad cautelam. nam & sine impetratione competit. quod non placet: quia §. proxi. dicit, amittitur. saltem enim exceptione repellendus erat: *vt sup. à de serui. rusti. pradio. leg. praeterea.* Accur.

eius [a] fluxisse, à quo dominium ad se transiit: indubitatè impetrat ius aquæ [b] ducendæ. Nec est hoc beneficium [c] sed iniuria si quis fortè non impetrauerit.

45 ¶ Meminisse autem debemus, in hoc interdicto [d] totam quæstionem finiri adsignationis [e] †. Non enim præparat hoc interdictum causam [f], vt superiora interdicta nec ad possessioné temporariam pertinet: sed aut habet ius adsignatum [g] sibi: aut non habet: & interdictum totú finitur.

II. POMPONIVS *libro trigesimosecundo ad Sabinum.*

SI diurnarum aut nocturnarũ horarum aquæductũ habeã: non possum alia hora ducere, quàm qua [h] ius habeam ducẽdi.

III. IDEM *libro trigesimoquarto ad Sabinum.*

HOc iure vtimur, vt etiam non ad irrigandum [i] *, sed pecoris causa vel amœnitatis aqua duci possit. 1 ¶ Ex flumine aquam ducere plures possunt [k]: ita tamen, vt vicinis nõ noceãt [l]: vel si angustus amnis sit, etiam ei qui in alia ripa sit [m].

Diuiditur in tres partes. Primò loquitur quando flumen mutauit alueum repente, nullo loco priuato dimisso in medio. Secundo, quando mutauit alueum paulatim. Tertiò quando mutauit loco priuato dimisso in medio & habet iste totus. §. duas lectu. Primò quando quis ducebat aquam iure sibi concesso à principe, vel ab alio habente ius concedendi. Alia lectura est, quando quis ducit aquam à flumine per fundum alienũ iure seruitutis. Bar.

2 ¶ Si aquam ex flumine publico duxeris [n], & flumen recesserit: non potes subsequi flumen, quia ei loco [o] seruitus imposita non sit: quamuis is locus [p] meus sit. Sed si alluuione [q] paulatim accesserit [r] fundo tuo: subsequi potes, quia locus [s] totus fluminis seruiat ductioni [t]. Sed si circumfluere [u] cœperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non seruiat, interruptáque [x] sit seruitus.

3 ¶ Aqua quæ in riuo nascitur [y] tacitè lucrifit ab eo qui ducit [z]. 4 ¶ Ductus † aquæ, cuius origo memoriam [a] excessit, iure constituti loco habetur.

5 ¶ Is qui aquæ quotidianæ ius habet, vel fistulã in riuo ponere, vel aliud quodlibet [b] facere potest: dummodo ne fundũ domino, aut aquagiũ riualibus [c] deterius faciat. 6 ¶ Si aqua [d] ducatur: supra eam alia aqua per pó-

c ¶ *Nec est hoc beneficium.* Imò debiti solutio, priuilegij scilicet concessio: *vt supra de don. l. donari. §. pe. & de adimen. lega. l. rem legatam. & de lega. ij. l. vnum ex. §. si de Falci.*

d ¶ *Interdicto.* scilicet de ex castello aqua ducenda. Accur.

e ¶ *Assignationis.* id est iuris assignati, vel non assignati aquæ ducendæ. nam finitur [d] in hoc interdicto quæstio proprietatis si est debeatur seruitus vel non: quod non est in superioribus: scilicet de aqua quoti. & æsti. immo reseruatur postea: & sic obtinet hic causam proprietatis: *vt supra de interdict. l. ij. §. quedam.* cum ergo hoc interdicto ago, dico me habere ius ducendi: quia concessit qui potest: sed non sic in superioribus: sed sufficit duxisse probare: *vt supra eod. leg. hoc interdicto. & infra titu. j. leg. j. §. hoc interdictum.*

f ¶ *Causam.* proprietatis postea agitandam. Sed quidam dicunt, id est seruitutem. nam licèt hoc interdictum competat, non tamen propriè dicitur seruitus. prima placet.

g ¶ *Adsignatum.* à principe.

SI *diurnarum.*] CASVS. Concessum est mihi vt aquam accipiã de die tantùm, vel de nocte tantùm, seruabitur forma concessionis. Fran.

h ¶ *Quam qua.* aliàs quanquam: id est quamuis. aliàs quàm qua. & tunc plana est, & facit *s. qu. m. d. mo. ser. amit. l. communem. §. j. & de seruitu. l. iiij. §. modum. & l. vlt. §. j.* Accur.

HOc *iure.*] CASVS. Aqua potest duci causa irrigandi agrum. Item causa pecoris, vt sic non sit necesse pecora ire ad aquã castelli. Item simili de causa potest concedi aqua. Secundo dicit: ex concessione principis ducebam aquam ex flumine: bene possum: dum tamen non noceam per hoc vicinis, etiam his qui sunt vltra flumen, si flumen erat strictum. Tertio dicit: concessum est mihi vt ducam aquam ex flumine publico. si flumen recedat alibi, & sic mutet subito alueum, concessio est extincta. secus si paulatim mutet alueum. Sed quid si pars fluminis separauit se ab alueo communi, & iui per aliam partem, relictis prædiis in medio inter se & antiquum alueum? certè nunquam possum ire ad partem illam fluminis causa ducendi de aqua illa. & redditur ratio in litera. [AQVA QVÆ IN RIVO.] Ducere sum solitus certam aquam per riuum tuum. nunc aqua surgit in riuo, & sic plus aquæ nunc per riuum tuum venit ad me. non prohibeor per hoc ducere. Secundo dicit: duxi aquam tanto tempore cuius non extat memoria: amodo iure mihi debetur. Tertio dicit: qui habet ius aquæ quotidianæ ducendæ per riuum tuum, potest ibi in riuo facere fistulas, vel aliquid aliud simile: dum tamen per hoc non noceat tibi, nec illis qui ius habent ducendi aquam per prædictum riuum. Quarto dicit: habeo ius ducendi aquam per riuum tuum. supra riuum vis facere pontem vt supra eum ducas aliam aquam. bene potes: dum tamen hoc, mihi non noceat. Franc.

i ¶ *Ad irrigandum.* s. agrum: *vt s. l. j. §. illud.* Accur.

k ¶ *Possunt.* vt *s. ne quid in flumi. l. quo minus.*

l ¶ *Non noceant.* aliàs deest non: sed est subaudiendum. *& facit supra de seruitut. rusticorum pradio. l. imperatores. & supra ne quid in flumi. publi. l. j. §. si quis ea riua.*

m ¶ *Sic.* nocere non debet, nedum proximis vicinis ex eadem parte. Accur.

n ¶ *Duxeris.* ad prædium tuum proximũ flumini. Azo. principe permittente: *vt supra l. j. §. penult.* Vel secundùm H. Dic. duxeris per meum fundum, qui erat inter tuũ & flumen.

o ¶ *Ei loco.* id est nouo alueo fluminis, propter quem alueum aliud videtur flumen.

p ¶ *Locus.* id est alueus vetus, sit meus, id est tuus iure vicinitatis: *vt Institut. de re. diui. §. insulam.* secundùm Azo. & sic est hic mutatio personarum. *fit & Cod. de in ius vocan. l. fin.* 2 Vel secundùm H. meus propriè ponitur iure scilicet vicinitatis: vt dixi. Accur.

q ¶ *Si alluuione.* pone quòd ducis aquam ex flumine quod est iuxta tuum prædium, nullo alio prædio medio.

r ¶ *Accesserit.* aliquid de terra: & sic paulatim recedit flumen à prædio tuo. & sic refert, subito an pedetentim mutet alueum: *vt supra de acquir. re. do. l. ergo. §. alluuio.* ¶ Et est hic argumen. contra eos qui petunt aquaticum [a] vbicunque mittuntur molendina.

s ¶ *Locus.* supple factus per alluuionem fluminis.

t ¶ *Ductioni.* i. non impedit seruitutem: licèt secus esset si esset alienus locus medius: *vt s. de serui. rusti. pradi. l. qui sella. §. fin. & co. communi pradi. l. in tradendo.* Accur.

u ¶ *Circumfluere.* prædium quod est trans flumen. Vel id est quod est iuxta mutatum alueum, fluit vndique. nam & si prædium meũ sit proximum veteri alueo, vel vni brachio fluminis, non tamen habeo seruitutem in remoto brachio fluminis: quia locus medius impedit: *vt d. l. qui sella §. fi.*

x ¶ *Interrupta.* Sed de æquitate videtur restituenda, vt debeatur ex nouo vel nouis alueis: *vt arg. supra de serui. vrba. pradio. l. seruitutes. §. si sublatum.* Sed fortè aliud est quando debetur ex flumi. publi. seruitus: aliud quando ex agro priuato alicuius. Sed quid si ad antiquum alueum redit? Respond. potest dici restaurari. nec etiam dicit quòd fuerit amissa, sed interrupta: *vt s. commu. pradio. l. in tradendo in fi. & de serui. rusti. pradi. l. tria.*

y ¶ *In riuo nascitur.* per quem iure aquam duco.

z ¶ *Qui ducit.* Videbatur posse prohiberi ducere: *vt s. l. j. §. item quaeritur.* sed tamen aliud est. Accur.

a ¶ *Memoriam.* s. hominum qui nunc viuunt. *ad quod facit supra de aqua plu. arcen. l. j. in fi.* Sed videtur non tantum expectari, sed decẽ annos sufficere: *vt C. de serui. & aqua. l. ij.* Solu. hic ignorante domino fuit ducta, ibi sciente. Vel solue vt ibi. Accur.

b ¶ *Quodlibet.* non tamen lapidem sternere: nisi hoc nominatim in aqua concedenda actum sit vt etiam per lapidem aquam ducere liceret: *vt s. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit contra.* Azo.

c ¶ *Riualibus.* i. [b] corriualibus, qui aquam per eundem riuum iure ducunt. Vel dic riualibus, id est deriuationibus faciat domino deterius aquagium. *ad quod facit s. de serui. rusti. pradi. l. Quintus. & s. tit. j. l. app. iret. & s. commu. pradi. l. refectionis.*

d ¶ *Si aqua.* facit *s. de aqua plu. arcen. l. supra.* Accur.

a Praescribitur tamẽ hoc ius petenda cõfirmatione feudi & emphyteuseos anno a tempore scientiæ & taciturnitatis: c. §. Titius si de feudo fuerit controuersia. vide hic adnotata ad Bartolum.

b Iniuria est negare quod concedi solet. † Subaudi re adsignationis.

e Adsignationis quæstio.

d Interdicto de aqua quotidiana & æstiua continetur etiam proprietatis causa.

* Subaudi. tantũ. Vide Ant. August. lib. emend.

† Consuetudo & priuilegiũ æquiparantur. v. Gl. in c. 1. §. fuerat & de cre. & in verb. priuilegio. de con. in prægn. sent. sed & cõsuetudo ius inducit, & priuilegiũ: & illud iuri praeiudicat. v. Gl. in a. super quibusdam. §. 1. extra de verb. sign.

a Aquaticum seu ius aquæ an peti possit vbi ponuntur molendina.

b Riualis qui.

LVcio Titio.] CASVS. Dicitur quòd pluribus possum concedere vt aquam ex meo fonte ducant: & adducit simile in itinere & actu. & si discordent inter se quibus temporibus vtatur vnus, & quibus alter: agent inter se communi diui. Fran.

a ¶ *Duceret.* per aquæ ductum etiam meum.

b ¶ *Respondit.* Respondet primæ quæstioni. Accur.

c ¶ *Potest.* vt *& supra communia prædi. leg. qui per certum.*

d ¶ *Cedetur.* Imò côtra[a], *vt C. de serui. & aqua. l. aquam. quæ est contra.* Sol. sine iniuria primorum potest: *vt hic & ī. de serui. rusti. prædi. l. ij. §. aquæductus.* aliàs non, nisi[b] consentiant: *vt in contrario vt ī. de aqua plu. arcen. l. in concedendo.*

e ¶ *Sed si.* nunc respond. secundæ. Accursius.

f ¶ *Cessa est.* simul, vel separatim.

g ¶ *Vtile iudicium.* s. commu. diui. vt præfata iura mensura vel temporibus diuidantur[c]: *vt ī. communi diui. l. arbor. § fin. & ī. l. proxi.* Accur.

h ¶ *Placuit.* vt ī. *de vsuf. l. si vsusfructus legatus. j. §. sed si inter. & supra communi diui. l. communi diuidundo. § si duo.*

a A quo ductus pluribus côcedi potest, sine iniuria tamen primorû hoc est eorum quibus ab initio ac primo côstitutus est: imò & cû eorum iniuria si id consentiût.

b Iniuria non fit volenti.

c Ius aquæductus mensura, vel temporibus potest diuidi.

tem, qui supra riuum factus sit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.

Ex vno fonte potest pluribus concedi vt aquam ducant: & si inter se discordant, possunt agere communi diuidundo inter se.

IV. IVLIANVS *libro quadragensimoprimo Digestorum.*

LVcio Titio ex fonte meo vt aquam duceret[a] cessi. quæsitum est an & Mæuio cedere possim, vt per eundem aquæductum aquam ducat. & si putaueris posse cedi per eundem aquæductum duobus, quemadmodum vti debeant: Respondit[b]: sicut iter, actus, via, pluribus cedi vel simul vel separatim potest[c]: ita aquæ ducendæ ius rectè cedetur[d]. Sed si[e] inter eos quibus aqua cessa est[f], non conuenit quemadmodum vtantur: non erit iniquum vtile[g] iudicium reddi, sicut inter eos ad quos vsusfructus pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi plerique placuit[h].

V. IDEM *libro quarto ex Minicio.*

CVm côstet[i], nô solùm temporibus, sed etiam mésuris posse aquam diuidi †, potest eodem tempore alius quotidianá, alius æstiuam aquam ducere: ita vt æstate diuidatur inter eos aqua: hieme sol' ducat is qui quotidianæ ius habeat.

Si duo aquam ducunt diuersis temporibus alternatim: si mutant horas, vel tempus, non eo minus retinent seruitutem aquæ ducendæ.

1 ¶ Inter duos qui eodê riuo aquá certis horis separatim[k] ducebát, côuênit vt permutatis inter se[l] téporibus aqua vterétur. quæro: cum amplius[m] tempore seruitutib.[n] præfinito ita duxissent, vt neuter eorum suo tempore vsus esset: num ius vtendi amisissent[o]. Negaui amisisse.

CVm constet.] CASVS. Ius aquæ ducendæ potest diuidi & certis temporibus, & certis mensuris. hinc est quòd si côcessi ius ducendi aquam duobus, putà Titio & Sempronio: vni in æstate, putà Titio: alij continuè, putà Sempronio. sic diuiditur, vt dimidia æstate ducat Titius: Sempronius alia dimidia æstate ducat, & tota hieme. Secunda parte dicitur: duo ducebant aquam per eundê riuû diuersis horis: putà vnus à mane vsque ad nonam: alius posteà. si isti mutauerût horas: & quilibet tempore alterius duxit: bene retinent hoc ius aquæ ducendæ. Fran.

† Concor. Gl. in ea. l. §. si quando mensa. in vl. sed an conceptio aquæ in vti. de contra. vende. In l. fund. no. Cepo. in tr. de serui. vr. ca. p.

i ¶ *Cum constet.* potest côtinuari cum præcedêti. *l. & erit. §. potest etiam eodem.* &c. vel cum seq. litera: & non erit ibi §.

k ¶ *Separatim.* putà [d] vnus ad horam tertiam: alius posteà: nec ex tempore, vel ad tempus, sed sub modo dicitur côstitui: *vt ī. de ser. l. iiij. § fin. & l. v. § j.*

l ¶ *Inter se.* aliàs interim: & aliàs interea: & aliàs inter se.

m ¶ *Amplius.* aliàs amplius: & aliàs ampliori.

n ¶ *Seruitutibus* s. amittendis, id est ad serui. amit. quod quantum sit, not. *C. de seruitu. l. sicut.* Accur.

o ¶ *Amisissent.* Imò videtur amisisse: *vt ī. quemad. ser. amit. si communem. § j. quæ est contra.* Sol. hic volútate domini sic permutauerût. 2 Vel hic per talê mutationê nô nocêt domino: sed ibi sic. 3 Vel hic duo, ibi vnus: & hic duæ seruitutes: ibi vna. vnde hic quilibet per alium vtitur. perinde[e] ergo est ac si per se: *vt ī. quemadmo. ser. amit. l. vsu. & facit ī. de aqua plu. arcen. l. si prius.* Accur.

d Ius aquæ ductus horis separatim constitui potest.

e Per alium qui vtitur, ipse vti videtur.

DE interdicto.] CASVS. Sine aqua quá duco, duci nô possit nisi æstate sui natura: siue omni tépore possit duci: ducatur tamê æstate tátû, quia expedit agro meo tátû hoc tépore: æstiua dicit. F.

p ¶ *Proprium.* quod est ī. eo. l. j. § deinde.

q ¶ *Vtendi.* accipe. æstiuo duntaxat, quia in constit. dictum est, in æstate ducatur tantum.

r ¶ *Duas res.* supple scilicet naturam &c. Accur.

VI. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

DE interdicto de aqua æstiua, itê quotidiana quærentes, primû côstituendum existimabamus, quæ esset aqua æstiua, de qua proprium[p] interdictum ad prioris æstatis tempus relatum reddi solet: hoc est: æstiua aqua vtrúmne ex iure æstiuo duntaxat tempore vtendi[q] diceretur: an ex mente propositóque ducentis, quòd[*] æstate eam ducendi consilium haberet: an ex natura ipsius aquæ, quòd æstate tantum duci potest: an ex vtilitate locorum in quæ duceretur. Placebat igitur, aquam ob has duas res[r], naturam suam, vtilitatémque locorum in quæ deduceretur, propriè appellari[s]: ita vt siue eius natura erit, vt nisi æstate duci non possit, etiá si hyeme quoque desideraretur: siue omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret: si vtilitas † personis in quam ducitur, æstate dumtaxat vsum eius exigeret, æstiua rectè diceretur.

VII. PAVLVS *libro 5. Sententiarum.*

SI de via[t], itinere, actu, aquæ ductu agatur, huiusmodi cautio præstanda est: quamdiu quis de iure suo[x] doceat, nô se impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. Quòd si neget ius esse aduersario agêdi, aquæ ducendæ: cauere sine præiudicio amittendæ seruitutis debebit, donec quæstio finietur, non se vsurum.

Ille qui habet ius ducendi aquam, potest ducere per quamcunque partem vult ab initio: sed postea non potest mutare. Bar.

s ¶ *Appellari.* s. æstiuá. sed certè & ex proposito[a] vtentis: *vt supra eo. l. j. § duo autem.*

t SI de via Agit Titi[*] interdicto de itinere actúque priua: vel illo de aqua quoti. & æsti. pro retinenda quasi possessione seruitutis, cauebit domino vtenti sua libertate, quòd eû nô impediet donec ipse actor obtineat, *ad quod est ī. titu. j. l. iij. § hoc autem:* versi. qui enim. ibi, tantisper &c. In secundo agit dominus in possessione libertatis existens negatoria: & hic cauebit qui sibi asserit seruitutem: & ita primo casu ponit possessorium, secûdo petitorium intentatur: & secundùm hoc expone literam: & dic, agat, scilicet interdicto. & quod dicit, præstanda est &c. subaudi, scilicet ab actore.

u ¶ *Quis.* s. actor. Accursius.

x ¶ *De iure suo.* i.[b] de possessione sui iuris: Vel etiam de iure quãdoque: vt in secundo capite interdicti de itinere actúque priua: & interdicto aquæ ex castello ducendæ: *vt ī. de itinere actu que pri. l. iij. § hoc autem. & de aqua quotid. & æsti. leg. j. § penult.* ¶ Et quod dicit, agentem &c. subaudi, id est actu vtentem domínum, non vt seruitute: quia res sua &c. *vt d. si vsusfru. pe. leg. vsu frui. in princi. ibi, nec enim.* ¶ Et quod dicit, quod si neget &c. subaudi negatoria agat dominus in possessione libertatis existens. nam huiusmodi actiones[c] etiam possidenti dantur: *vt supra si serui. vin. leg. & si fortè. §. sciendum.* ¶ Et quod dicit, debebit &c. subaudias, qui sibi scilicet seruitutem asserit, cum non possideat: quia non est vsus hoc anno secundùm naturam interdicti de quo agit, sine præiudicio &c. *ad quod est ī. de iudi. l. ij. § in omnibus.*) 2 Vel dic secundo in prima parte quòd egit possessorio, & obtinuit: dû cauet dominus vincenti in interdicto: & secundùm hoc dic præstanda est, scilicet postea in causa proprietatis: vt agatur supple, & obtineat actor, secundùm H. 3. Vel dic secundùm P. primus casus in negatoria, secûdus in confessoria ponitur: & vtroq; casu cauet qui agit, alteri parti quæ possidet. 4 Alij quòd prima pars loquitur quádo aduersarius est in possessione: vnde cauet actor quòd non impediet donec quæstio finiatur. Secunda, quando non possidet aduersarius, & tunc actor cauet se nô vsurum donec quæstio finiatur. *& facit ī. de no. ope. nunc. si prius. & ī. de vsufr. l. cuiuscunque.* Accur.

a Vocabula imponûtur bonis à natura & vtilitate eorum, vt & à proposito vtentis.

* quæ

b Vide ad hoc legem Albert. cum hic.

† Locorum in quæ duc.

c Actio quandoque possidenti datur.

CVi per fundum.] CASVS. Habebo ius ducêdi aquam per riuum tui fundi. possum in eo riuo facere fistulas, & omne quod volo, dum ex hoc non lædatur dominus fundi. Fran.

a ¶ *Iter*. id est riuus per quem duceret aquam. Accur.
b ¶ *Quacunque*. aliàs quacunque, scilicet parte. aliàs quodcunque.
c ¶ *Aquaeductum*. mutãdo per locũ seruiẽtẽ ab eo loco vbi primo fuerat: vt s. de serui. l. si cui. & facit s. e. l. hoc iure. §. j. & §. si qui. Accur.
d ¶ *Interuertat*. Nam quædam tacitè[a] in sermone excipiuntur.

a Tacitè quędam in sermone excipiuntur.

VIII. SCAEVOLA *libro singulari quaest.*

CVi per fundum † iter[a] aquæ debetur: quacunq.[b] vult in eo riuum faciat licet: dum ne aquæ ductum[c] interuertat[d].

† Simile habes in l. per fundum in prin. & l. fundi qui. & l. ne quid in flu. pu. l. si cum vicinorũ iniuria ducatur.

DE RIVIS.
TITVLVS XXI.

Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur edictum. Secundò commendatio edicti. Tertiò explanatio ipsius edicti. Quartò aptantur quæstiones ad ipsum edictum. secunda ibi, hoc interdictum, tertia ibi. ait ergo prætor. quarta ibi, hoc interdictum competit. vide bene text.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Riuos*[e], *specus, septa reficere, purgare aquæ ducẽdæ causa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat quàm vti*[f] *priore æstate non vi, non clam, non precario à te duxit, vim fieri veto.* 1 ¶ Hoc interdictum[g] vtilissimum est. Nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione vsu[*] incommodabitur.

* vsu.

2 ¶ Ait ergo prætor[h]. *Riuum specus*. [a] Riuus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. † 3 ¶ Specus autem locus est, ex quo despicitur[k]: inde spectacula sunt dicta. 4 ¶ Septa sunt, quæ ad incile[l] opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa: siue ea lignea sunt, siue lapidea, siue qualibet alia materia sint ad continendam transmittendámque aquam excogitata[m].

† id est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. vide Alci. lib. prætor. 2. hoc ipso tio.

5 ¶ Incile est autem locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primũ aqua ex flumine agi[n] possit. Sed & fossæ & putei hoc interdicto cõtinentur[o]. 6 ¶ Deinde † ait prætor: *reficere, purgare*. Reficere est, quod corruptũ est in pristinũ statũ restaurare. Verbo reficiẽdi, tegere[p], substruere[q], sarcire[r], ædificare[s], itẽ aduehere[t], adportaréq.[u] ea quæ ad eãdẽ rẽ opus essent, cõtinentur. 7 ¶ Purgãdi verbũ plerique quidem putant ad eũ riuũ pertinere, qui integer est: & palã est, & ad eum ptinere, qui refectione indiget[x]. Plerumque enim & refectione & purgatione indigent.

8 ¶ *Aqua* inquit[y], *ducendæ causa*. Meritò hoc additur, vt ei demum permittatur & reficere & purgare riuum, qui aquæ ducendæ causa id fecit. 9 ¶ Hoc interdictum cõpetit etiam ei qui ius aquæ ducendæ nõ habet[z]: si modò aut priore æstate, aut eodem anno aquam duxerit: cum sufficiat non vi, non clam, non precario duxisse. 10 ¶ Si quis terrenum riuum signinum[a], id est lapideum, facere velit, videri eum non rectè hoc interdicto vti. Non enim reficit qui hoc facit: & ita Ofilio videtur.

11 ¶ Proinde & si per aliũ locum[b] velit ducere: impune prohibetur. sed & si eundẽ riuum deprimat, vel adtollat[c], aut dilatet vel extendat, vel operiat apertũ vel contra[d]. Ego cæteros[e] quidẽ impunè[f] prohiberi puto: at enim eum qui operiat apertũ, vel cõtra, eum non puto prohibendũ: nisi si quam maiorem vtilitatem suam aduersarius[g] ostendat.

II. PAVLVS *libro sexagesimosexto ad Edictum.*

Paruum prodesset ius aquæ de qua s. dixi: nisi liceret purgare riuum. ideò de hoc dicit: vt j. l. fi. §. 1. & j. l. 1. §. 1.

¶ *Vt de itinere & actu & millo ex vtroque via reficienda propositum est interdicto prohibitorium supra statim post interdictum de retinẽdo vsu itinerũ actusque, ita post interdictum de retinenda vsu aquæ, subiicitur aliud de reficiendo riuo, per quem aqua ducitur, quod tamẽ in hoc distat[b] ab illo de reficiendo itinere actuq; quia in illo de iure quæritur eundi agẽdi, in hoc nõ quæritur de iure aquæ ducẽdæ, propterea quod celeritate maiorem desiderat refectio riuorum quàm itinerum. Quod si aqua publica ducatur ex castello, de reficiendo simile interdictum dari prætor satis demonstrat ti. superiore, cum dicto interdicto de aqua castellana subiicit, quando que de opere faciendo interdictum erit damni infecti caueri iubebo. quæ cautio exigi solet ab his omnibus qui de reficiendo vel opere faciendo, aliquo experiuntur interdicto. Cuiacius.*

b Interdicti de riuis & de itinere actuq; differentia.

PRætor ait.] CASVS. Si per riuum tuũ, vel specu, vel septa, duxi aquã priore æstate nõ vi, nõ clam, non precario: & nunc volo reficere: prętor prohibet vim fieri quo minus reficiã vel purgẽ. Postea loquitur Vlpia. & dicit quis sit riuus, & quis specus. & septa, & quid sit incile, & quid sit reficere & purgare: & intelligas de refectione quæ fit causa aquæ ducendæ. nec est vis habeã serui. ducẽdi, an non, sed sufficit me fuisse vsum ductione aquæ nõ vi, nõ clam, non precario [SI QVIS TERRENVM.] Riuum terrestrẽ volo facere lapideũ. nũ possũ. idẽ si per aliũ locũ quàm per cõsuetum volo ducere aquã: non possũ. idẽ si riuũ vellem deprimere, vel extollere, vel dilatare, vel apertũ cooperire, vel econtra: non possum, & hoc dixit Ofilius. Vlpianus autem prædicta cõfirmat, excepto eo qui aperit riuũ prius coopertum, vel ecõtra. nam hoc potest facere, nisi dominus fundi ex hoc lædatur: vt quia oues suas erat cõsuetus mandare ad bibendũ in isto riuo: nunc non posset si cooperiretur. idem si simile damnum habeat dominus. & hoc etiam dixit Labeo: & etiam Pomponio non placet, quia per hoc dominus soli perdat. & expone hanc literam vt in glo. Seruius autem dixit non posse me aperire coopertum riuum, & econtra, si maiorem vtilitatem dominus ostendat, nisi causa aquæ conseruandæ, ne defluat vltra riuum, faciã. & hoc dictum Seruij confirmat Vlpi. & h. d. hic §. cum l. seq. & prin. seq.

e ¶ *Riuos*. hoc exponitur statim. Accur.
f ¶ *Vti*. id est sicut. Accur.
g ¶ *Hoc interdictu*. & facit s. commu. præd. l. refectionis. in prin. & §. j.

h ¶ *Ait ergo prætor*. quia vilissimum: ergo proponendum. Azo.
i ¶ *Specus*. indeclinabile nomen. imò inuenio specũ: vt j. eo. Seruius. in prin. & est [a] specus locus altus supra terram ædificatus, ex quo ducitur aqua: vt j. eo. Seruius. 2 Quandoq; tamẽ ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua: vt s. de aqua plu. arcen. leg. supra. 3 Item sic & in auctoribus ponitur quandoque pro loco vmbroso & tenebroso solis, secũdùm Azo. H. dicit specus esse vt si quis faciat foueam, & sic vndique locum eminentiorem, vnde possit prospici aqua in fundo collecta: vt ponitur d. leg. supra. aliàs pro subterraneo meatu: vt j. l. Seruius. in prin. & §. j.

a Specus varie significationes.

† Facere vel reficere, quod ad quid vide Bald. in l. si vt proponitur C. de rep.

k ¶ *Despicitur*. i. deorsum aspicitur.
l ¶ *Ad incile*. hoc exponitur infra proxim. §.
m ¶ *Excogitata*. quæ appellamus sclusam.
n ¶ *Ex flumine agi*. i. duci.
o ¶ *Continentur*. cum & in his haustus seruitus imponi possit: vt supra tit. j. l. j. §. quanquam.
p ¶ *Tegere*. supra aquam.
q ¶ *Substruere*. id est subtus aquam struere.
r ¶ *Sarcire*. collapsa.
s ¶ *Aedificare*. de nouo.
t ¶ *Aduehere*. [b] plaustro, vel asino. Accursius.

b Aduehere & adportare differunt, vt hic & Gl. proxim.

u ¶ *Adportare*. dorso. & facit s. de itinere actuque priua. l. veteres. & l. iij. §. pen. & j. eod. Seruius. §. fi.
x ¶ *Indiget*. riuus.
y ¶ *Inquit*. s. prætor: vt s. in prin. l.
z ¶ *Non habet*. reficit ergo etiam qui de iure seruitutis non probat. & sic est contra s. de itine. actuque pri. leg. iij. §. hoc autem. sed speciale in riuo, & aliud in itinere: vt j. l. fi. Accur.
a ¶ *Signinum*. [c] de terreno silicinũ, siue lapideũ. Sed cõtra. j. l. Seruius. §. j. Sol. hic lapidibus putã codalis vel similibus inordinatè cõpositis, phibet: ibi cæmentitiũ permittit. Vel ibi facit murum ad latus vt aqua non vagetur. si autẽ fundum riui velit de terreno lapideum facere, non potest: vt hic. Accur.

c Signinum opus conficitur fractis testis contusis addita calce. Plin. li. 35. nat. hist. c. 12.

b ¶ *Alium locum*. i. si alium locum non seruientem velit reficere, vel per alium locum non seruientem ducat aquam: bene poterit prohiberi.
c ¶ *Vel adtollat*. i. exaltet.
d ¶ *Vel contra*. repete, impune prohibetur. & facit j. tit. iij. l. iij. §. pe. Sed contra s. communia prædi. l. refectionis. §. j. ibi, depressurum vel alleuaturum & c. Solu. ibi magnam vtilitatem consequebatur si deprimebat riuum, vel alleuabat, hic non. Vel sol. vt ibi. & facit supra ne quid in lo. publi. l. ij. §. restituas. & supra ne quid in flum. publi. l. j. §. quod autem ait. Accur.
e ¶ *Cæteros*. qui dilatant, vel extendunt & omnes prædictos præter operientem vel aperientem.
f ¶ *Impunè*. i. de fine pœna.
g ¶ *Aduersarium*. i. dominus soli: & per cõsequẽs si fiat damnum. sed secundùm Azo, hæc ratio non valet: vt j. l. proxi. Sed certè imò contra,

d Vide Gl. in l. S. sup. si quo minus. sup. de operis noui nunciatione.

contra, si bene intelligatur ibi sententia Pōponij secundū Azo.

a [L *Abeo.*] *Terrenum.* & sic coopertum.

b [¶ *Q* *o*.] scilicet quòd debeat aliquo modo fieri deterior cōditio domini hoc ait Pompo. sibi non placere. & sic consonat Pōponius cum Labeone: quia si fieret deterior conditio domini, non de iure fieret: sed occasione quadam iniusta vel assumpta iniusta occasione ex causa seruitutis: & ideo non est permittendum fieri, nisi ab initio, &c. vt subiicit, secundū Azo. & H. vel nisi sit maior vtilitas eius cui debetur seruitus, quā damnum domini. *argu. ℥. l. proxi. in fin.* vel secundum alios dic, quod s. vt non possit cooperire apertum, & econtra. & secundùm hoc Pompo. videtur contradicere Labeoni. q. d. bene poterit riuū apertum cooperire: qđ intelligunt si maiorem vtilitatem consequatur inde, quàm incommodum inferatur domino: *vt ℥. l. prox. in fin.* & sic non contradicit, cum alio casu loquatur. sed Pompo. intellexit Labeonem simpliciter dixisse. & sic reprehendebat eum in casu quem ponit Pompo. scilicet quando vtilitatem magnam habet cui seruitus debetur. & secūdùm hoc ex pone sequētia sic: quia &c. q. d. non est bona ratio Labeonis: quia id commodum quod aufertur domino, magis aufertur ex occasione scilicet extrinseca, hoc est pactorum per quæ fuit seruitus constituta: quàm iure, id est occasione damni dati in fundo, pro quo damno ageretur: hic autem non agitur. & secundùm hoc dic iure, scilicet quo proditum est cui damnum ius rei emendari. vel dic secundùm intellectum M. quia illud commodum quod aufertur domino, magis occasione seruitutis impositæ contingit, quàm ex iure, id seruitute tali, vt non liceat ei domino in suo pecus ad quam appellere. hæc enim seruitus non valeret: nisi interesset vicinorum: *vt ℥. de seruitu. l. quotiens.* Vel dic secundùm eundem, quia domino daretur occasio infestandi eum cui seruitus debetur, ex qualibet etiam leui causa, si nullo modo debet dominus damnificari.

¶ *Subaudi in prohibendo, quòd alterum in secundo.*

¹ Flo. officio.

c ¶ *Actum facit ℥. de serui. rust. pra cum essent. §. fi.*

S *Eruius.* Hoc principiū continuatur cum casu præcedēti. [SERVIVS.] Si riuum terrestrem volo lapideum facere, quia aquam non continebat prius: bene possum. & econtra possum facere: dum tamen hoc sit necessarium riui refectioni. Item nouum canalem vel fistulam possum in riuo ponere, si hoc non nocet domino fundi. Item si aqua ex pluribus locis veniens in riuum latum colligatur, & inde per plures riuos ducatur: si volo illum locum reficere, audior. Vltimò dicit: hoc interdictū cōpetit volēti reficere riuū per quem ducit aquam, siue in priuato solo sit, siue in publ. Item siue ducatur aqua frigida, siue calida. item ad cuniculos pertinet. & quid sit, dic vt in gl. & iisdem personis datur. & contra eos quibus dantur superiora interdicta in titulo superiori posita. [SI QVIS RIVVM.] Reficienti riuum non potest nunciari nouum opus: sed contra eum potest agi in rem negatoria, per quam negetur ius ei nō esse. Item reficiens riuum tenetur de damno infecto cauere. Vltimò dicit: cum vellem reficere riuum, prohibebas me portare calcem, & lapides & similia quæ portabam causa reficiēdi riuum, competit mihi hoc interdictum. Fran.

d ¶ *Scribit.* sententiā Labeonis malè dicentis sequens, secundùm quosdam: imò non sequens, secundùm Azo. quia Labeo bene dixit, & Pompo. secum consonauit. vnde cum Seruius statim corrigatur, non fuit secutus bene dicentem.

e ¶ *Per specus.* hic accipitur pro subterraneo meatu. aliàs accipitur. ℥. l. j. §. *specus.* secundùm H. Vel dic locū altū, opertum tamen.

a Specus quid.

f ¶ *Ducatur.* & ideo est prohibendus. si maiorē vtilitatē suā ostēdat domin⁹ soli. & secūdū hoc non corrigitur Seruius. vel dic secundùm Azo. Seruiū loqui simpliciter: & sic corrigitur vel determinatur.

g ¶ *Nam si.* bene dico prohiberi superiori respon. nam, &c.

h ¶ *Conseruet.* ne defluat vel spargatur extra ripas riui. Accur.

i ¶ *Non impune.* i. non sine pœna. nam tenebitur hoc interdicto: quia prohibere non debet. sed in superiori casu qui aperit vel operit, hoc non facit: & ideò prohibetur, secundùm Seruium.

k ¶ *Ego.* puto. s. cūm Seruio sentiens & in specu, contra scilicet quàm sit in superiori proxi. respō. nam si, &c: & sic non corrigitur secundùm H. Vel secundùm Azo. contra quàm dixerat Seruius: & sic corrigo Seruium. hoc casu cum maior vtilitas, &c. *vt hic & supra eodem l. j. in fi.*

l ¶ *Aduersarij.* i. domini soli. ¶ Et no. ex prædictis: quia aut est actum in imponenda seruitute vt liceat operire apertum, vel ecōtra: aut vt non liceat: & hoc seruabitur: *vt ℥. ea. l. proxi. in fi.* aut nihil est actum: & tunc licebit operire apertum: & ecōtra: si tamē dominus soli nullum habet damnum: *vt supra eo. leg. j. §. proinde. versi. ego cæteros.* si verò subeat damnum: tunc si maius est commodum vtentis, permittitur: aliàs non: *vt supra eo. l. j. in fi.* & hæc secundùm Labeonem & Pompo. intelliguntur. Opus autem quod fit causa conseruandi aquam, vel retinēdi, necessario fortè, sine prædicta distinctione potest fieri: *vt ℥. proxi. respon. nam & si, &c. infra eo. proxi. §.* Accur.

LAbeo nō posse ait ex aperto riuo terrenū [a] fieri: quia cōmodū domino soli auferretur appellēdi pecus, vel hauriēdi aquā: quod [b] sibi non placere Pomponius ait: quia id domino magis ex occasione, quā ex iure cōtingere: nisi si ab initio id in imponenda seruitute actum [c] esset.

III. VLPIANVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

SEruius autem scribit [d], aliter duci aquam quæ antè per specus [e] ducta est, si nunc per apertū ducatur [f]. Nā si [g] operis aliquid faciat quis quo magis aquam cōseruet [h], vel contineat: non impunè [i] prohiberi. Ego [k] & in specu cōtra: si non maior vtilitas † versetur aduersarij [l]. 1 ¶ Seruius & Labeo scribunt, si riuum qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non continebat, cementicium [m] velit facere: audiendum [n] esse. Sed & si eum riuum qui structilis [o] fuit, postea terrenū faciat: aut partem riui: æquè non esse prohibendum. Mihi videtur vrguens & necessaria refectio * esse admittenda. 2 ¶ Si quis nouum canalem, vel fistulas in riuo velit collocare, cū id nunquam habuerit: vtile [p] ei hoc interdictum [q] futurum Labeo ait. Nos & hic opinamur vtilitatē eius qui ducit, sine incōmoditate [r] eius cuius ager est, spectandā. 3 ¶ Si aqua in vnū lacum cōducatur, & inde per plures ductus ducatur: hoc interdictum vtile erit volenti reficere ipsum lacum. 4 ¶ Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, siue in publico, siue in priuato sint constituti.

5 ¶ Sed & si calidę aquę [f] riuus sit: de hoc reficiēdo cōpetit interdictū. 6 ¶ Aristo & de cuniculo [t] restituēdo, per quē vapor [u] trahitur in balneariis vaporibus, putat vtilē actionē cōpetere: & erit dicendū, vtile interdictū ex hac causa cōpetere. 7 ¶ Iisdē autē personis, & in easdē interdictum hoc datur, quib. & in quas & de aqua interdicta [x] redduntur, quæ supra sunt enumerata. 8 ¶ Si quis riuū reficiēti, opus nouū nūciat: placè dictum est, posse cōtemni [y] operis noui nuntiationem. Cū enim pretor ei vim fieri vetet: absurdū est per operis noui nunciationē eū impediri. Planè per in rē actionē dicendū est posse aduersus eum vindicari [z], ius ei non esse. dubium non est. 9 ¶ De dāno quoque infecto cauere eū debere, minimè dubitari oportet. 10 ¶ Si quis eum exportare [a], vehere [b] quæ refectioni † necessaria sunt, prohibeat: hoc interdictum ei competere [c] Ofilius putat. quod est verum.

† necessaria.

IV. VENVLEIVS *libro primo Interdictorum.*

DE riuis reficiēdis ita interdicetur, vt nō quæratur, an

m ¶ *Cementicium.* i. murum de lapidibus ad latus riui, vt aquam contineat. Accur.

n ¶ *Audiendum.* Contra ℥. eo. l. j. §. *sed si quis.* Sol. vt ibi. Accur.

o ¶ *Structilis.* i. arte hominis & manibus factus. Accur.

p ¶ *Vtile.* nam directum datur quando iam habuit. Accur.

q ¶ *Ei hoc interdictum.* non solùm in aliis casibus. *vt ℥. ead. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in principio.*

r ¶ *Incommoditate.* facit ℥. tit. j. *hoc iure. §. is qui. & ℥. de itine. actuq; priua. l. iij. in fin.* Accur.

f ¶ *Calidæ aquæ.* Ad quod ℥. *de aqua quoti. & æsti. l. j. §. idem Labeo.*

t ¶ *De cuniculo.* per quem aqua calida vbi posuit immittitur: vel in quo congeritur, vt inde ducatur. Accur.

u ¶ *Vapor.* i. aqua calida. Accur.

x ¶ *Interdicta.* quæ sunt tria [b]. de quotidiana, item æstiua, item ex castello: *vt ℥. tit. j. l. j. in prin. & §. deinde. & §. ait prætor §. heredibus & in heredes & emptores: et in ea. l. §. ait prætor.* Accur.

b Interdicta de aquis tria constituta de aqua quotidiana, æstiua, & ex castello concessa.

y ¶ *Posse contemni.* vt & ℥. *de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. si quis riuos. & infra de cloacis. l. j. §. si quis purganti. nisi causa damni infecti: et supra de no. oper. nun. l. j. §. nunciatio. versi. quod si quis in mari. & infra proxi.*

z ¶ *Vindicari.* per negatoriam. Accur.

a ¶ *Exportare.* dorso. Accur.

b ¶ *Vehere.* plaustro vel asino. Accur.

c ¶ *Ei competere.* facit ℥. l. j. §. *deinde.*

De riuis.] CASVS. Qui agit hoc interdicto: sufficit q. probet se priore æstate vsum esse aqua per illum riuum non vi, non clam, non precario. & nunc prohibuit. s. seruitu. non autem requiritur habeat de hoc ius, vel nō habeat: licèt secus sit in interdicto de itinere reficiendo: cum hoc casu multum læderentur homines si nō reficerentur riui, nisi primo de seruitu. probaret ut: cū interim homines possent perire siti. at in itinere non esset tāta lesio: maxime in æstate. Franciscus.

a ¶ Refectionem. quo casu duo probat: vt ś. de itinere. actuque priu. l. ij. §. hoc autem. At hic vnum. s. se vsū hoc anno: vt ś. eod. l. j. in prin. & facit ś. l. j. §. hoc interdictum competit. Accur.

b ¶ Difficultas. Et sic potest iri, licèt cū difficultate.

c ¶ Quæ. scilicet difficultas eundi. Accur.

aquā ducere actori liceret. Non enim tam necessariam refectionem[a] itinerum, quàm riuorum esse: quando non refectis riuis omnis vsus aquæ auferretur, & homines siti necarentur. Et sanè aqua peruenire nisi refecto riuo non potest: at non refecto itinere difficultas[b] tantùm eundi agēdique fieret, quæ[c] temporibus æstiuis leuior esset.

DE FONTE.

De deducenda distinctione de hauriendā aqua.

¶ *Ex seruitutibus rustica restabat aqua haustus & pecoris ad aquam appulsus: cuius[a] quasi possessio & proprio interdicto conseruatur & retinetur: quod est in hoc titulo, cui etiam iungitur interdictum[b] de fonte, lacu, puteo, piscina reficiendis quorum aqua recte vsi hoc anno fuimus. De[c] seruitutibus vrbanis nulla sunt propria interdicta, sed est cōmune[d] vti possidetis, quod ad præsens tempus refertur, non vt ea quæ de seruitutibus rusticis ad præteritum, & de refectione etiam nullum, nisi quod sequitur, & nisi iter vel aqua sit seruitus vrbana, potest enim esse vrbana. l. iter Com. præd. l. seruitutes. §. 1. De seruit. vrba. l. si ego. §. 1. De pub. in rem act. Cuiacius.*

*aqua.

a Interdicto de fonte retinetur fontis possessio.

b Interdictum de fōte, lacu, puteo, & piscina reficiendis.

c Interdicta nulla sūt propria de seruitutibus vrbanis. Vel suum interdictum de cloacis est de vrbana seruitute, vt infra proximo titulo in principio.

d Interdictū vti possidetis commune est ad seruitutes vrbanas.

DE FONTE.

TITVLVS XXII.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Vti[d] de eo fonte quo de agitur, hoc anno aquā[*] nec vi nec clam nec precario ab illo vsus es[e]: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscinā, item interdicam.*

Vbi est eadē ratio, ibi est idē i[*]. Bar.

1 ¶ Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua vti prohibetur. Seruitutes enim nō tantùm aquæ ducendæ esse solent: verùm etiam hauriendæ. Et sicut discretæ[g] sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aquæ: ita interdicta separatim redduntur.

2 ¶ Hoc autem interdictum locū habet, si quis vti prohibeatur aqua: hoc est, siue haurire prohibeatur: siue etiam pecus ad aquam appellere.

3 ¶ Et eadem sunt hic dicenda, quæ ad personam attinent[h], quæcunq; in superioribus interdictis diximus. 4 ¶ Hoc interdictum de cisterna † nō cōpetit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec viuā aquam. Ex quo apparet, in his omnibus exigendum vt viua aqua sit. Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Denique constat interdictum cessare, si lacus, piscina, puteus, viuam aquā non habeat.

5 ¶ Planè si quis ire ad haustū prohibeatur: æquè interdictum sufficiet. 6 ¶ Deinde ait prætor: *Quo minus fontem quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coercere, vtiq; ea possis: dum ne aliter vtaris, atque vti hoc anno non vi, nō clā, nō precario ab illo vsus es, vim fieri veto.*

7 ¶ Hoc interdictum eandē[k] habet vtilitatem, quam habet interdictum de riuis reficiendis. Nisi enim[l] purgare & reficere fontem licuerit: nullus vsus eius erit. 8 ¶ Purgandus autem & reficiendus est ad aquam coercendam, vt vti quis aqua possit: dummodo nō aliter vtatur, quā sicuti hoc anno vsus est.

9 ¶ Coercere aquā est cōtinere sic, ne diffluat, ne dilabatur: dū modo non permittatur[m] cui nouas quærere vel aperire: hic enī innouat aliquid præter id quàm præcedenti anno vsus est.

10 ¶ Sed & de lacu, puteo, piscina reficiēdis, purgandis interdictū cōpetit. 11 ¶ Et omnibus[n] personis dabitur, quibus permittitur interdictū de aqua æstiua.

Prætor ait.] CASVS. Ponitur edictū, cuius sensus est: Si anno hausi aquā de fonte tuo non vi, non clā, nō precario: prætor prohibet mihi vim fieri quominus hauriā: idē si ad lacum tuum, puteum, vel piscinā, consuetus ducere oues meas: prætor prohibet ne mihi vis fiat. postea loquitur Vlpia. & dicit: hoc interdictum datur ei qui fōtana aqua vti prohibetur. nam sicut seruitus est de ducendo aquam, itē de haustu aquæ: sic & duo interdicta reddita sunt. vnum de deducenda aqua, vt in tit. de aqua quotid. & æstiua per totum. aliud de aqua hauriendā: vt hic. nam agam hoc interdicto contra eum qui me prohibet haurire aquam, vel ducere pecus. & in vna aqua habet locum: non in cisterna. Item habet locum si prohibear ire ad haustum aquæ. & datur his personis quibus & superiora. [DEINDE AIT PRAETOR.] Per hoc edictum quod hic ponitur, prohibetur vis fieri volenti reficere fontē. nam parum valeret vsus fontis, nisi posset refici. & debet refici vt aquam contineat fons, non vt exeat aqua: vel ne aliter vtatur quā priori anno sit vsus. & hoc idem (dicit) interdictum datur volenti reficere lacum, puteum, & piscinam: & eis personis dabitur quibus interdicta de aqua quotidiana & æstiua dantur. Franciscus.

d ¶ Vti. id est sicut.

e ¶ Vsus es. scilicet hauriendo.

f ¶ Piscina. ad aquam pecus appellitur.

g ¶ Discretæ. id est separatæ.

h ¶ Attinent. scilicet agentis: vt quod persona agētis probare debet in superioribus interdictis, id debeat probare agendo isto interdicto, scilicet quòd vsus est putans se suo iure vti. ad quod est supra de aqua quotid. & æsti. l. j. §. Ait[...]

e Separatæ separata debet esse ratio & actio. vt hic adde l. fina. extra. C. de annali excep. inter vero & vsurem.

i ¶ Vti. i. sicut. Accursius.

k ¶ Hoc interdictum eandem. vbi[a] eadem ratio, vel vtilitas, ibi idem ius: vt hic & supra ad l. Aquil. illud. & Instit. de legi. patro. tu. §. j. & supra de ritu nup. l. libertum. §. j. & infra de verb. oblig. l. à Titio. & C. de lib. præte. l. j. Idē facit ś. tit. j. l. fin.

l ¶ Nisi enim. audi vinam rationem[b] quare hoc edictū est factum: & sic vbi ratio locum habet: & lex siue respōsio. ad quod facit quod notatur s. de legi. & senatusconsul. non omnium. Quandoq; tamen generalior est responsio quàm ratio: quia ratio restringit superius dictum: vt ś. de ac. possi. l. si is qui. & de calum. hæc actio. in prin. Accur.

m ¶ Non permittatur. ei scilicet qui habet ius hauriēdi ex fonte. & aliàs, cui. Accur.

n ¶ Omnibus. vt emptoribus, heredibus & similibus: vt ś. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. ait prætor inter.

a Ratio vbi eadem, ibi ius idē esse debet.

b Interdictum de fonte directum ad interdicta hauriendæ ex cisterna non pertinere vt hic, sed vide l. Proscrip. de l. bonis. l. Bar. hic. b Interdictum de fonte ratio.

DE CLOACIS.

Et istæ vt riui indigent purgatione: vt fætor cesset riui, & commoditas veniat.

¶ Ius cloacæ immittendæ est seruitus. l. 8. De seruitu. & vrbana, si ex ædibus in ædes pertineat. Gaius in restitutionibus. Prædiorum. inquit, vrbanorum iura sunt & stillicidia, fenestræ, cloacæ, nam inficior quin possit esse rustica, sed hoc[c] interdictum est de vrbana, non[d] ad retinendam possessionem, (quæ de re pro re interdicere dedignatur. l. 1. Vti possid.) Sed quod maximè pertinet ad publicam salutem securit itemque ad reficiendas & purgandas cloacas, in quo propium hoc est, vt detur etiam ei[e] qui ab aduersario vitiosè possidet, cum tamen superiora omnia non dentur nisi ei qui ab aduersario rectè possid. & est autem prohibitorium[f], & de cloaca priuata[g]. Sed additur aliud[h] prohibitorium & restitutorium de publica. Ne quid fiat in cloaca publica, & si quid in ea re factum erit quo vsus eius deterior sit, fiat, vt restituatur. Cuiacius.

c Interdictum de cloacis pertinet propter ad cloacas vrbanas.

d Interdictum de cloacis pertinet non ad retinendam possessionem, sed ad publicam salutem.

e Interdictum de cloacis datur etiam ei qui ab aduersario vitiosè possidet.

f Interdictum de cloacis prohibitorium est.

g Interdictum de cloacis pertinet ad cloacas priuatas.

h Interdictum a quod est & restitutorium de cloacis publicis, prohibitorium & restitutorium.

Prætor ait.] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est. Si volo reficere vel purgare cloacam, quæ ex ædibus meis ad tuas pertinet ædes: prætor prohibet mihi fieri vim. Item de damno infecto cauere debeo, si operis vitio detur damnum. Postea loquitur Vlpia. & dicit: duo interdicta sunt circa cloacam: vnum prohibitorium: & hoc est primum. aliud restitutorium, de quo habes infra eod. § deinde. Tertio dicit: Bene fecit prætor quòd voluit posse purgari & refici cloacas: cum ad tutelam hominum hoc spectet. Et habet locum hoc interdictum in priuatis cloacis: non in publicis. Postea dicit quid sit cloaca. Item hoc primum interdictum est prohibitorium. Item appellatione cloacæ continentur tubus, & fossa aliqua stricta, vt sunt Florentiæ. item fistulæ. Item non est vis, siue vi, siue clam, siue precario vtebar cloaca: quia semper datur mihi hoc interdictum vt reficiam siue purgem. & est hoc ratione publicæ vtilitatis. Item quod dictum est in edicto ex ædibus meis: intelligas pro omni ædificio. item & si ab area mea in tuam aream. idem & ex domo in agrum. idem si priuatam cloacam in publicam immittere volo. Item facere possum priuatam cloacam, quę vadit in publicam. Postea exponit verba prætoris quę dicunt, in ędes tuas pertinet siue dirigitur. hoc est: siue extenditur in ędes tuas: siue sint ędes tuę vicinę, meę siue remotę. possum etiam parietem

tem domus tuæ aperire vt reficiam vel purgem cloacam: & debeo postea restituere, nec potest mihi nouum opus nuntiari. [DEINDE:] Nunc ponitur aliud edictum, quo dicitur si aliquid est factum in publicam cloacam, siue immissum, quo vsus eius deterior fit: prætor iubet id destrui. Item prætor prohibet ne aliquid fiat vel immittatur in publicã cloacam. postea loquitur Vlpi. dicens q̃ hoc interdictum spectat ad publicam cloacam: ne quid in publica cloaca fiat vel immittatur per quod vsus eius deterior sit vel fiat. Vltimò dicit, licèt interdictum primum loquatur in cloaca priuata reficienda. idem tamen in facienda cloaca priuata, ne vis fiat facienti: cum & olim hoc idẽ esset in cloaca quę fieret in publico. Item factam poterit reficere. Facere priuatam cloacam soli ædiles debẽt concedere. & hoc dicit hic §. cum l. sequ. Franc.

DE CLOACIS †.

TITVLVS XXIII.

1. VLPIANVS *libro septuagensimoprimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere[a] liceat, vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caueri iubebo.*

1 ¶ Sub titulo[b] duo interdicta prætor subiecit: vnum prohibitorium, alterum restitutoriũ: & primum prohibitorium.

2 ¶ Curauit autem prætor per hæc interdicta, vt cloacæ & purgentur & reficiantur: quorũ vtrumque & ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cœlum pestiles* & ruinas minantur[c] immunditiæ cloacarum, item si non reficiantur[d].

3 ¶ Hoc autẽ interdictũ propositum est de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacæ publicam curam merentur. 4 ¶ Cloaca autem est locus cauus per quem colluuies quædam fluat.

5 ¶ Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est: quo prohibetur vicinus vim facere quo minus cloaca purgetur & reficiatur.

6 ¶ Cloacæ appellatione & tubus[e] & fistula[f] continetur.

7 ¶ Quia autem cloacarum refectio † & purgatio ad publicam vtilitatem spectare videtur, idcirco placuit non esse in interdicto addendum, *quod non vi, non clam, non precario ab illo vsus es:* vt etiam si quis talem vsum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere vel purgare.

8 ¶ Deinde ait prætor, *quæ ex ædibus eius in tuas pertinet*[g]. Ædes hic accipere debes pro omni ædificio, hoc est, ex ædificio eius in tuum ędificium. Hoc amplius Labeo putabat hoc* interdicto locum esse & si area ab vtralibet parte ædium sit, & si fortè (inquit) cloaca ducta sit ex vrbano ædificio in proximum agrum.

9 ¶ Idem Labeo, etiam cum qui priuatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum ne ei vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacam facere, vt exitũ habeat in publicam, non esse eum impediendum Pomponius scribit.

10 ¶ Quod ait prætor: *pertinet*, hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas pertinet: hoc est derigitur †, extenditur, peruenit.

11 ¶ Et tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quam aduersus vlteriores per quorum ædes cloaca currit.

12 ¶ Vnde Fauius Mela scribit, cõpetere hoc interdictum vt in vicini ædes veniat, & rescindat pauimenta purgandæ cloacę gratia. Verendum tamen esse Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur. Sed hęc stipulatio non cõmittitur, si paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa resciderat.

13 ¶ Si quis purganti mihi cloacam vel reficienti, opus nouum nuntiauerit: rectissimè dicetur, contẽpta nuntiatione me posse reficere[h] id quod institueram[i].

14 ¶ Sed & damni infecti cautionem pollicetur[k], si quid operis vitio factũ sit. Nam sicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit: ita dicendum ne damnum ædibus alienis detur.

15 ¶ Deinde ait prætor[l]: *Quod in cloaca publica factũ siue ea immissum habes, quo vsus eius deterior sit, fiat, restituas*[m]. *Item ne quid*[n] *fiat, immittatúrve, interdicam.* 16 ¶ Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam[o] immittas: néve facias quo vsus [eius] deterior sit, néve fiat.

11. VENVLEIVS *libro primo Interdictorum.*

QVanquam de reficienda cloaca[p], non etiam de noua facienda hoc interdicto[q] comprehendatur[r]: tamen æquè interdicendum[s] Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia eadem vtilitas sit. Prætorem enim[t] sic interdixisse[u]; ne vis fieret quo minus cloacam[x] in publico facere liceret. idque Ofilio & Trebatio placuisse. Ipse dicendum ait, vt † ne factam cloacam purgare & restituere permittendum sit per interdictum[y]; nouam[z] verò facere is demum cõcedere debeat, cui viarum publicarum cura sit[a].

a ¶ *Purgare reficere.* duo capita sunt huius interdicti, & vtrunque prohibitorium.

b ¶ *Sub hoc titulo.* scilicet de cloacis: non autem dicimus, id est interdicto: quia in isto hic nullum est restitutorium, sed quod subiicit duo*, imò tria vel quatuor: nam hæc sunt duo capita, reficere purgare. *Item ĩ. eo. §. deinde.* Sunt alia duo, reficere, & nõ immittere. Sed respondeo duo[b] interdicta, id est duo genera interdictorũ: scilicet prohibitorium & restitutorium: & hęc tria, scilicet prohibitoria sunt duo: hic tertiũ *in. §. deinde.* & *si.* At vti pos. non datur: *vt ĩ. vti pos. l. j. §. j.*

c ¶ *Minantur.* coelestes pestilentias * & fames.

d ¶ *Si non reficiantur.* facit *ĩ. de noui oper. nunti. l. de pupillo. §. si quis riuos.* Accur.

e ¶ *Tubus.* est foramẽ cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ.

f ¶ *Fistula.* est aliud instrumentum ad idem.

g ¶ *In tuas pertinet.* etiam non iure seruitutis. Acc.

h ¶ *Reficere.* vel purgare: *vt supra de oper. no. nun. l. de pupillo. si quis riuos. & supra de riuis. l. ij. §.* Et sunt argum. ad contẽnendas[d] nuntiationes, *infra de reg. iur. quæ propter necessitatem. & supra quod fal. tu. auctore l. si id inquit. & infra de fideiuss. si fideiussor. & supra pro empt. leg. ij. §. fi. & l. aliegam. & C. de rescin. ven. si maior. & C. de libe. causa. l. ij. & ĩ. de publi. l. Papinianus. & ĩ. de petu. l. si quis seruum. & ĩ. de relig. at si quis. §. idem Labeo. & ĩ. mãd. l. quintus.* Sed argu. contra *ĩ. de fideicommiss. lib. l. cum verò. & ĩ. tit. j. l. ij. & C. de rei vin. l. si fundum.*

i ¶ *Institueram.* id est inceperam.

k ¶ *Pollicetur.* aliàs, pollicetur nisi paratus sit restituere quod. & aliàs pollicetur si quid & secundum primam dic cautionem, id est actionem quæ oritur ex cautione quæ interposita ex causa damni infecti, pollicetur nisi &c. Secundũ aliam sic: quia vult prætor vt debeat cauere de damno infecto, quod operis vitio factũ sit: id est, cũ opus destructum propter purgationem & refectionẽ cloacæ restituitur: de damno infecto cauẽdum est. vel dic secundũ eãdem literam: si id est quãuis paratus sit restituere quod operis vitio factũ est: tamẽ dãni infecti cautionẽ pollicet, i. actionem quæ oritur ex cautione quę causa dãni infecti interposita fuit si quod aliud est damnum &c.

l ¶ *Deinde ait prætor.* hoc est restitutorium: *vt ĩ. §. j.*

m ¶ *Restituas.* id est destruas.

n ¶ *Item ne quid.* ecce tertium prohibitorium.

o ¶ *Cloacam.* aliàs publicam cloacam.

p ¶ *Quanquã.*] *Cloaca.* s. priuata.

q ¶ *Interdicto.* quòd est *ĩ. eo l. j. in prin.*

r ¶ *Comprehendatur.* quantum ad verba.

s ¶ *Interdicendum.* quod ad sententiam &c. Ac.

t ¶ *Prætorẽ enim.* arg. de[a] publica ad priuatã: quòd etiã interdictum de publica non habemus quo ad verba.

u ¶ *Interdixisse.* ait Labeo.

x ¶ *Cloacam.* priuatã.

y ¶ *Per interdictum* vt *ĩ. l. j. in prin. idem de publica: vt §. deinde.* Acc.

z ¶ *Nouam.* s. priuatã & idem de public.

a ¶ *Cura sit.* vt[b] ædiles: *vt ĩ. de via publ. leg. ædiles.* qui ex prætoribus erãt: *vt Inst. de iure natura. §. prætorium.* non ergo coram omni prætore poterat agi vt liceret facere nouã cloacã vel priuatã: sed tantũ corã eo q̃ curã viarum habebat, cũ multi essent prætores: *vt ĩ. de ori. iur. l. ij. §. cũque consules. vsque ad §. iuris ciuilis.* Vel veri' primo petit licẽtiã faciẽdi ab ædilib': qua habita agit coram quolibet magistratu.

† In hunc tit. Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. dier. c. 14.

* pestilens.

a Interdicti de cloacis quatuor capita, reficere, purgare, reficere & non impedire.

b Interdictum de cloacis duplex, prohibitorium & restitutorium.

† Vl. refectio.

c De peste vide Ripam in tractatu de peste.

Tubus quid sit.

* huic.

d Nuntiationem contemnere an liceat.

† dirigitur.

a Argumentũ de publico ad priuatum.

b Cloacæ nouæ faciendæ ius ab ædilibus impetratum.

† vt tantum.

a ¶ *Desinere*. sublata [a] causa tollitur prohibitio: *vt* ~~j~~*. proxi.* §.
b ¶ *Denuntiauit*. hic continua, l. aut qui. inf. eo.
c ¶ *Timuit*. id est si credidit eum moturum sibi controuersiam: & ita frequenter timuit: inde est quòd clam fecit: aut saltem debuit credere, & ita consequenter timere.

bitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat: consequens est dicere, desinere [a] eum vi facere.

Exponit verbum clam, positum in edicto, textus planus est.

7. ¶ Clam facere videri Cassius scribit eum qui celauit aduersarium, neque ei denuntiauit: [b] si modo timuit [c] eius controuersiam, [d] aut debuit timere.

8. ¶ Item Aristo putat eum quoque clam facere, qui celandi animum † habet eum quẽ prohibiturum se intellexerit: * & id existimat, aut existimare † debet, se prohibitum [e] iri.

IIII. VENVLEIVS *libro secundo Interdictorum.*

SEruius etiam [f] eum clam facere, qui existimare debeat sibi cõtrouersiam futuram: quia non opinionem cuius & resupinam existimationem esse oporteat: nẽ melioris conditionis sint stulti quàm periti.

V. VLPIANVS *libro septuagensimoprimo ad Edictum.*

AVt qui aliter † fecit quàm denuntiauit: vel qui decepto facit eo, ad quem pertinuit non facere: vel cõsultò [g] tum denũtiat aduersario, cum eum scit nõ posse [h] prohibere: vel tam sero pronũtiat [i], * vt obuiare † prohibiturus priusquã fiat, non possit. & hæc ita Labeonẽ probare Aristo ait. 1. ¶ Si quis se denuntiauerit opus facturum: non semper non videtur [k] clam fecisse, si post denuntiationem fecerit. debebit enim (& ita Labeo [l]) & diem [m] & horam [n] denuntiatione complecti, & vbi, & quod opus futurum sit: neque perfusoriè [o], * aut obscurè dicere, aut denuntiare; neque tam artare aduersarium, vt intra diem occurrere [p] ad prohibendum non possit [q]. 2. ¶ Et si fortè non sit cui denuntietur, [r] neque dolo malo factum sit ne sit: amicis † denique aut procuratori, aut ad domum [f] denuntiandum est.

3. ¶ Sed & Seruius [t] rectè ait sufficere fœminæ [u] viro notũ facere opus se facturũ [x], vel denique sciente [y] eo facere: quamquã etiam illud sufficiat, celandi animum non habere [z]. 4. ¶ item ait, si quis in publico municipij

d ¶ *Controuersiam*. de iure & in iure moueri.
e ¶ *Prohibitum*. de facto & sine iudice: vt differat à præcedenti casu. *sic* [b] *suprà quod met. cau. l. isti quidem & facit supra ad legem Aquil. ob ib. & l. idem iuris. & infra l. prox. & supra ad Macedon. leg. Iulianus. & supra empt. leg. qui fundum. §. seruus meus. & supra de contrahend. empt. leg. ea quæ. §. j. & infra de regul. iur. leg. quæ tutela. §. vt facit. & supra si cert. peta. leg. quod te. & depositi. leg. quod seruus. & infra de fur. leg. qui re. & ~~j~~. de acquir. possess. leg. clam.*
f SEruius etiam. idem quod superiori §. sed addita, quia &c. *ad quod facit* [c] *supra de noxa. leg. non solum. & supra de petit. heredit. l. si à domino vel à patre. §. si prædo. & supra de iuris & facti ignoran. leg. nec supina. & concordantia superioris.* §.

AVt qui.] CASVS. in princip. cõtinuatur præcedenti casui. [SI QVIS] Nunc dicit quod qui denuntiat se opus facturum, & facit, non semper non clam dicitur facere: quia si denuntiat in quo loco vult ædificare: & dies & hora in qua denuntiat, scribatur: & opus quod dicit se facturum: bene fit. si autem hoc non facit vt dictum est, clam dicitur ædificare. & siue denuntietur aduersario, siue procuratori eius, siue amicis, siue domui eius, siue fœminæ in domo aduersarij existenti: satis fit. Item satis est non habere animum celandi. Item si ædificare volo in publico, sufficit quòd denuntiem procuratori reipublicæ. Item si ædifico in solo quod credo tuum, cum sit Titij, & animo celandi te: certe clam dicor ædificare quo ad Titium. Idem si ædificem animo celandi seruum tuum, vel procuratorem tuum, satis fit vt tibi domino competat hoc interdictum. Vltimo dicit: nuntiaui tibi quod opus vellem facere, tu nuntiasti mihi ne facerem. si amodo faciam, teneor hoc interdicto. vi enim videor fecisse. [HAEC VERBA.] Nunc exponit verba posita in edicto hoc, scilicet factum est: & Mucius prædicta verba sic intelligit: quod tu fecisti, aut aliquis tuorum fecit, vel aliquis alius tuo iussu. Labeo etiam extendit ad heredes prædictorum: vt omnes teneantur hoc interdicto. Item si tutor vel curator vel procurator municipum vel syndicus ædificet vi vel clam nomine pupilli vel ciuitatis: & si multi sint ædificantes, tenentur ipsi ędificantes hoc interdicto. Vel aliter potes intelligere hunc punctum vt in gloss. quæ incipit, scilicet ædificantes &c. in fine gloss. Si autem seruus meus ædificauit vi vel clam: si meo nomine vel suo ædificauit, teneor hoc interdicto: si autem nomine extranei, putà Titij cum quo tunc stabat, si ædificat vi vel clam, vel eius iussu, tunc ipse Titius tenetur, non ego Sed pone quòd iussu tutoris, vel curatoris, vel procuratoris, vel duumuirium factum est opus vi vel clam: & hoc opus iusserunt fieri nomine pupilli, vel adulti, vel ciuitatis: tenetur hoc interdicto pupillus & adultus & ciuitas: & dicitur teneri & iubens, scilicet ipse tutor, & similes. Si autem mandaui Titio vt quoddam opus iuberet alicui facere, & iussit: & ille fecit vi vel clam opus: tenetur hoc interdicto qui fecit, non Titius: & ego teneor. nam cum verba edicti sunt generalia: scilicet factum est: non solum qui fecit tenetur hoc interdicto, sed & qui fieri iussit. Franciscus. [AVT QVI ALITER.] Qui clam ædificat, & dominum non certificat: facit clam. Aut si dominum certificat, sed alio modo post modum facit, similiter facit clam. dixit enim, non faciam ibi nisi murum terreum. de quo dominus non curauit, sed postea facit de lapidibus: quem dominus sciens non permisisset. & quod subiicit, vel qui de. &c. idem dicit, sed clarius. vel supra in qualitate: hic in substantia operis decipit eum ad quem pertinet non fieri, id est cuius interest non fieri: vt quia dixit se facturum foueam, & fecit murum. Sed oppo. videtur quòd iste faciat vi, non clam. nam facit ne prohibeatur: *vt supra l. j. §. sed & Aristo.* Respon. supra sciui quid faciebat: sed impeditus prohibere non poteram: hic ignorabam. nam credebam quòd aliud faceret: & sic facit clam. *& facit* ~~j~~*. proxi.* §.

g ¶ *Consultò*. id est ex consilio.
h ¶ *Non posse*. id est tunc cum scit eum nõ posse loqui.
i ¶ *Pronuntiat*. ¶ Sed nonne incontinenti cùm certificatur, potest prohibere? Quidam dicunt quòd non: sed ad locum debeat ire: *vt argum. supra de ope. noui nuncia. leg. de pupillo. §. nuntiationem.* quod non placet quo ad hoc interdictum: *vt infra ea. l. §. si quis cum.* Dic ergo hic, non possit commode. quia voluit vocare testes, & interim ille recedit: *vt argum. supra de furti. leg. sciendum.* 2 Vel erit dominus absens cum dixit familiæ domini: *vt infra. §. & si forte.* 3. Vel dic quòd volebat nuntiare in re præsenti. hoc quidem propter tarditatem nuntiationis non potest.
k ¶ *Non videtur*. istud non, est additum. Ien. sed sine eo stare posset.
l ¶ *Labeo*. subaudit, ait. aliàs est in textu.
m ¶ *Diem*. [a] scilicet facti operis.
n *Et horam*. in *hoc arg. contra.* ~~j~~*. de accus. l. libellorum. circa princip.* sed in alio casu est. ¶ Item in eo quod subiicit, quod onus &c. est argum. contra. ~~j~~*. de operis noui nunt. l. j. §. potest autem*. sed ibi in nuntiante ad prohibendum, hic in ædificante nuntiante, id est certificante dominum. ¶ Item quod subiicit, neque perfusoriè &c. *facit.* ~~j~~*. de interrogat. act. l. de ætate. §. nihil & de contrahen. empt. l. ea quæ in fine.*
o ¶ *Perfunctoriè*. id [b] est obscure: *& subiicit*. Vel dic, id est deceptiè.
p ¶ *Occurrere*. ad locum operis, cum ibi velit nuntiare. potest tamen & ibidem: vt modo dixi.
q ¶ *Non possit*. si ergo à prædictis non cauet: clam facit.
r ¶ *Denuntietur*. ab ædificante: vt patet ex prædictis & inferioribus.
f ¶ *Ad domum*. Argum. quòd si venditor sit absens sine dolo, nec sciat emptor vbi sit: saltem amicis aut procuratori aut ad domum est denuntiandum, vt possit de euict. agere. *ad quæ facit C. de exce. except. l. pen. &* ~~j~~*. de dam. infec. l. iiij. §. prætor. &* ~~j~~*. de libe. agno. l. j. in princip.*
t ¶ *Sed & Seruius*. Aliquis volebat ædificium facere cuius nomine poterat mulier agere quod vi aut clam. certè si vir certificetur, sufficit, quasi sit procurator vxoris: *vt & C. de procurato. l. ij. & l. maritus.* Vel quasi ipsa sciat quod ipse scit. *argu. C. de episc. aud. l. si legibus.* & secundùm hoc, dictio fœminæ, est genitiuus: viro id est marito, est datiuus. Non autem econtra esset idem: *vt infra de in. ius voc. l. ij.*
u ¶ *Fœminæ*. cuius interest ne opus fiat.
x ¶ *Facturum*. aliquem putà.
y ¶ *Sciente eo*. vt inf. *de appe. l. cum quidam.*
z ¶ *Celandi animum non habere*. quamuis non denuntietur.

a Causa sublata seu cessante, prohibitio cesset.
b Vi & clam facere quis dicatur, adde Decium, regula quo tutela. §. vt factum. §. clã inf. de reg. iuris.
† Flo. animo.
* Flo. intellegerit.
† Paria sunt scire & scire debere. l. si Titius & Seia inf. de si transferib. l. qui fundum. §. seruus meus sup. pro empto. l. quod te. sup. si certum.
c Melioris cõditionis esse stulti, quã periti: & breuiter qui contumacet, mali delinquẽtes, quàm qui nõ delinquunt esse non debẽt, vide hoc Albericum.
† Citato aliquo ad aliquẽ actum, si ille actus aliter agitur vel in qualitate, vel in substantia quàm dictum fuerit in citatione: non valet, & cẽsetur factus parte non citata. Bartol. hic.
* denuntiarẽ
† Flo. Vbi te.
* † perfunctoriè.
† De amicis vide in tractatu cum Tiraquello tract. de poenis temperandis causa [31]. numero 71.
a Citatione comprehendi debet locus, dies, hora nomẽ iudicis et cantis & citati atque ita clarè citatio fieri debet vt in ea nulla appareat obscuritas, adeptio apud Lanfrancum in praxi. c. 1. num. 4.

velit facere, sufficere ei [a] si curatori [b] reipublicæ denuntiet.

5 ¶ Si quis dum putat locum tuum esse qui est meus, eclanditui non mei causa fecerit: mihi interdictum [c] competere.

6 ¶ Idem dicit & si serui mei vel procuratoris celandi causa factũ sit, mihi interdictũcõpetere.

7 ¶ Si quis cum non † denuntiasset opus se facturum, eique denuntiatum † esset ne faceret [d], fecerit: vtilius puto probandum vi eum fecisse.

Hic incipit exponere verbum, factũ est, positũ in edicto: & diuiduntur vsque ad finẽ: quia primò ponit dictum Mucij secundo reprehendit eum in eo quòd dixit, tu. tertio reprehendit eũ in eo quod dixit, tuorũ. quartò in eo reprehendit, quod dixit: tuo iussu. quintò ponit vnam regulã generalẽ. secunda ibi, Labeo autem, tertia ibi si quid seruus. quarta ibi similiter. quinta ibi, & cum interdictum. Bart.

8 ¶ Hæc verba, *Quod vi aut clã factum est*, ait Mucius ita esse [e]: quod tu [f], aut tuorũ quis, aut tuo iussu factum est. 9 ¶ Labeo autem ait plures [g] personas contineri his verbis. nã ecce primùm heredes eorum [h] quos enumerat Mucius, contineri putat. 10. ¶ Idem ait & aduersus procuratorem, tutorem, curatorem, municipúmve syndicũ, alieno nomine [i] interdici posse [k]. 11. ¶ Si quid seruus meus fecit, non ob id [l] mecum actio est: sed si id meo nomine [m] aut suo [n] fecit.

a ¶ *Sufficere ei.* ædificare volenti.

b ¶ *Curatori* scilicet [a] illi cui lex municipalis dedit potestatem hanc vt posset concedere hominibus ædificare in publico loco. *vt ſ. eo. l. prohibere. §. illud.*

c ¶ *Interdictum.* idem [b] in damno: *vt supra ad legem Aquil. l. scienti scienti tm. §. sed & si defendendi.* Et in iniuria: *vt infra de iniur. l. cum qui. §. si iniuria.* & furto: *vt C. vnde vi. l. cùm quærebatur. in fin.* & facit *supra de neg. gest. l. item si cum putauit.* Sed argumento contra *supra quibus ex causis in poss. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus.* & *supra solut. matrim. l. etiam. §. licet.*

d ¶ *Ne faceret.* fuit ergo factum in absentia opus: quod sufficit ad hoc interdictum: sed non sic ad illud de operis noui nuntiat. *vt supra de oper. nou. nuntiat. l. de pupillo. §. ij.*

e ¶ *Ita esse.* scilicet accipienda.

f ¶ *Quod tu.* fecisti.

g ¶ *Plures.* quàm dixerit Mucius.

h ¶ *Heredes eorum.* Hi tenentur ad patientiam tantùm: *vt supra de ope. no. nunt. l. pen.* secus si ipse tutor non fecisset, sed iussisset fieri: tunc enim non teneretur tutor, sed is cuius nomine iussit: *vt ſ. proxi. §. secundùm quosdam.*

i ¶ *Alieno nomine.* scilicet ædificantes: *vt & ſ. de aqua plu. arcen. l. quanquam. §. fin.* sed aduersus dominum ad patientiam. *infra eod. l. is qui. §. si tutoris.* Vel dic defendentes: sed dominus ædificauit. Accursius.

k ¶ *Interdici posse.* id est, interdictum proponi posse. Accursius.

l ¶ *Non ob id.* id est, hoc ipso. Ioan.

m ¶ *Meo nomine.* id est dominico.

n ¶ *Suo.* id est peculiari. Ioan.

o ¶ *Non tecum.* directo, sed noxali. Ioan. *vt infra eodem. l. si alius. in principio.*

p ¶ *Mecum.* me habente ratum: *vt ſ. eo. denique. §. si colonus.*

q ¶ *Eo.* iubente scilicet tantum, vt statim dices.

r ¶ *Sed cuius.* repete, sed cum eo cuius &c.

s ¶ *Procurator.* qui iussit. s. generalis. nam hic dominus non mandauit. Sed inferiori responso, & si tibi &c. mandauit dominus. At hic ratum habuit: aliàs non tenetur: *vt ſ l. denique. §. si colonus.*

t ¶ *Eius nomine.* in minore accipe, si locupletior est: non aliàs. nisi ad patientiam: sed tutor tenetur: *vt ſ. eo. l. is qui. §. si tutoris.*

u ¶ *Cum eo.* subaudi, tantũ qui &c. Vel dic, tenetur, cùm suo nomine iusserit opus fieri: *vt ſ. l. proxi.* non cum eo iubente nomine domini: vt hic. Vel hic [c] mandatum est vt iuberet, i. vt opus faceret, ipse autem alium facere iussit. & secundum hoc non sunt contra. quæ signabo, quæ sunt *ſ. proxi. resp.* Primam hic approbabo, cùm dicam hoc dominum non mandasse.

x ¶ *Non tecum.* contra *ſ. l. proxi.* Sol. quidam dicunt hanc per illam corrigi. 2. Alij non tecũ, scilicet directo: sed vtiliter *vt ſ. eo. l. is qui. §. si tutoris.* 3 Vel dic, refert vtrum iubeã te facere, an iubeam te iubere facere. si enim te iubeam facere, & tu alium iusseris, & ille fecerit: tenetur qui fecit, & ego: teneris & tu, quia videris fecisse. In hoc casu loquitur *ſ. l. proxim. si ego.* Si autem iussi te iubere facere, & tu alium iusseris, & ille fecerit: tenetur qui fecerit: teneor & ego: tu verò non teneris: quia nõ videris fecisse, cum non fueris iussus facere. & si hic loquitur. & secundùm hæc non sunt contraria *supra ad legem Aquil. l. liber homo. & de iurisdi. omn. iudic. l. si quis id. §. penultim. & infra de iniur. l. non solum. §. si mandato. & l. sed si vnius. §. si iussu.* quæ & superiori responso sunt contra. nisi quia ibi diximus non intercessisse mandatum domini. Item facit *ad hoc responsum supra ne vis fiat ei qui in possessio. miss. l. j. §. si domini, & supra de vi & vi armata. l. j. §. deiecisse. & infra arbo. furt. caes. l. si furtim. §. fine autem, & infra de tabul. inst. l. in damnum.* Item facit *supra de aqua plu. arcen. l. si colonus.* Accursius.

¶ Nouum.

Nam si tuum seruum mercenarium habuero: quidquid ab eo factum fuerit meo nomine, ob id non tecum [o], sed mecum [p], cuius iussu aut nomine id opus à seruo tuo factum fuerit, agendum erit hoc interdicto.

12. ¶ Similiter quod iussu cuius factum erit: ob id non cum eo [q], sed cuius [r] nomine iusserit, hæc actio est, Nam si procurator [s], tutor, curator, duumuir municipij, quòd eius nomine [t] ageret cuius negotium procuraret, fieri iusserit: ob id agendum erit cum eo [u] cuius nomine factũ quid erit: non cum eo qui ita iusserit. & si tibi mandauero vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris: mecum inquit, non tecum [x], erit actio. 13. ¶ Et cum [y] interdictum sic sit scriptum, *Quod vi aut clam factum est:* non ita, *Quod vi aut clam fecisti:* latius porrigi quàm ad has personas quas supra numerauimus [z], Labeo putat. 14 ¶ Et hoc iure vtimur, vt siue ego fecissem, siue fieri iussi [a]: interdicto quod vi aut clã tenear.

VI. PAVLVS *libro sexagesimoseptimo ad Edictum.*

SI ego [*] tibi mandauero opus nouum facere, tu alij [b]: non potest videri meo iussu factũ. teneberis ergo tu [c], & ille. An & ego tenear, videamus. Et magis † est & me, qui initium rei præstiterim, teneri. [d] Sed vno ex his satisfaciente cæteri liberantur [e].

y ¶ *Et cum.* aliàs at cũ. & non est hic §. secundùm Alex.

z ¶ *Numerauimus.* id est ad omnem possessionem, saltem ad patientiam: *vt infra e. l. competit. §. fina.*

a ¶ *Fieri iussi.* meo nomine, vel etiam alieno.

SI *ego.*] CASVS. Ego mandaui Titio vt opus faceret: & Titius iussit alij facere. hoc casu tenetur faciens opus, tenetur & Titius, teneor & ego: & vno ex his soluente, liberantur alij. Francisc.

b ¶ *Tu alij.* tuo nomine, secus si meo. Accursius.

c ¶ *Tu.* quia nomine tuo fecit. Accur.

d ¶ *Teneri.* si meo nomine mandauit. & facit [a] ad initium istud *C. ad legem Iul. de vi l. quoniam. & infra vi bono. rapto. l. prætor. §. hoc edicto. & infra de iniur. l. non solum. §. si mandato. & infra eod. l. semper. §. ij.* Sed contra *supra l. proxi. §. fin. ibi. & si tibi.* &c. Solut. vt ibi.

e ¶ *Liberantur.* ergo dolus aliorum remanet impunitus. & fa. ſ. *quod metus causa. l. quod diximus in princip.* Accursius.

SI *alius.*] CASVS. Debebam seruitutem itineris per fundum meum tibi. aliquis me inuito in hoc fundo ædificauit, ita quòd iter tuum impeditur. teneor tibi hoc interdicto in hoc vt præstem tibi patientiam destruendi hoc opus. Si autem seruus meus hoc opus fecit: si quidem mea voluntate, teneor destruere meis expensis. si sine mea voluntate fecit: teneor tantum patientiam præstare: & seruum pro noxa dare. Sed si seruum vendidi, præstabo patientiam destruendi: & emptor vel impensas præstabit in destruendo opere: vel seruum dabit pro noxa. Sed si me volente fecit opus, licet eum postea vendam, teneor, præstare impensam & patientiam. & si hoc præstem liberatur emptor. Idem si emptor præstet. nam ego liberor. sed si emptor dedit seruum pro noxa: non liberor, quin teneor hoc interdicto. Vltimo dicit: qui post prohibitionem facit opus, tenetur & hoc interdicto: item Interdicto de operis noui nuntiatione, nisi remiserim nuntiationem. nam tunc non tenetur. & qui post prohibitionem facit: siue facta remissione, siue non, non dicitur clam facere: cum non possit dici celatus qui iam prohibuerat. [BELLISSIME.] Agens hoc interdicto potest quandoque repelli ope exceptionis: vt si opus fecisti vi aut clam: quod opus dat mihi damnum, & ego destruo illud opus vi aut clam: si tu agas hoc interdicto, quòd destruxi opus vi aut clam: ego excipiam, quia tu illud opus feceras vi aut clam. & hoc est verum, si enorme damnum ex opere habebam, aliàs, non debui destruere

a Denunciatio & protestatio fieri curatori ciuitatis, in causa eiusdē sufficit. vide tamen Gloss. in l. non videtur dolo inf. de regulis iuris. & Bartol. hic.

b Clam fit ei qui vere, non qui opinione est dominus.

† Deest in vulgat. edit. per peram. nec vi detur in Accur. libro defuisse. Anton. Aug. lib. 1. c. j.

† Protestatio prohibitiua, protestationi oppositæ, prior rem inutilem reddit.

a Mandaui tibi vt maleficium admitteres: id alij vt facerent, mandasti. Ille homicidii tenetur fecisse: sed & vterque nostrum, ex mandato tenemur: quippe id fecisse ipsi videmur. *v. Bartolum in l. 5. n. 70.* [illegible]

a Mandatos homicidij etiam secundatus, tenetur: neque tamen excusat primũ homicidij mandatorem.

* Procurator specialis ad unum actum, potest procuratorem ad eundem actũ subtituere.

† ib.

a Praescriptio tamē hoc ius petendæ cōfirmatur eius fructū & emphyteuticam no a tempore feruntur & ea coniunctiuitate. l.§. Titius. § de feudo fornitu... vide hic adnotata ad Bartolum.

debet [a] ei dari: & debet iurare:) & econtra quandoque est difficilis impetratio: vt abolitio accusationis: *vt supra de bo. lib. l. qui cum. §. sed si minor.*

a ¶ *Nomine eius.* personaliter ei concessa seruitute.

b ¶ *Aqua.* dicunt quidē impetrari ad cautelam. nam & sine impetratione competit. quod non placet: quia §. proxi. dicit, amittitur. saltem enim exceptione repellendus erat: *vt supra de serui. rusti. praedio. leg. praeterea.* Accur.

c ¶ *Nec est hoc beneficium.* Imò debiti solutio, priuilegij scilicet concessio: *vt supra de don. t. hoc iure. §. pe. & de adimen. lega. l. rem legatam. & de lega. ij. l. unum ex. §. si de Pati.*

b Iniuria est negare quod concedi solet. ¶ Subaudi iure adsignatio nis.

d ¶ *Interdicto.* scilicet de ex castello aqua ducenda. Accur.

e ¶ *Assignationis.* id est iuris assignati, vel non assignati aquæ ducendæ. nam finitur [d] in hoc interdicto quæstio proprietatis id est debeatur seruitus vel non: quod non est in superioribus: scilicet de aqua quoti. & æsti. immo reseruatur postea: & sic obtinet hic causam proprietatis: *vt supra de interdict. l. ij. §. quadam.* cum ergo hoc interdicto ago, dico me habere ius ducendi: quia concessit qui potest: sed non sic in superioribus: sed sufficit duxisse probare: *vt supra ead. leg. hac interdicto. & infra titu. j. leg. j. §. hoc interdictum.*

c Assignationis quæstio.

d Interdicto de aqua quotidiana & æstiua continetur etiam proprietatis causa.

e Subaudi aliti. Vide Ant. August. lib. emend.

f ¶ *Causam.* proprietatis postea agitandam. Sed quidam dicunt, id est seruitutem. nam licèt hoc interdictum competat, non tamen propriè dicitur seruitus. prima placet.

g ¶ *Adsignatum.* à principe.

eius [a] fluxisse, à quo dominium ad se transiit: indubitatè impetrat ius aquæ [b] ducendæ. Nec est hoc beneficium [c] sed iniuria si quis fortè non impetrauerit.

45 ¶ Meminisse autem debemus, in hoc interdicto [d] totam quæstionem finiri adsignationis [e] †. Non enim præparat hoc interdictum causam [f], vt superiora interdicta nec ad possessionē temporariam pertinet: sed aut habet ius adsignatum [g] sibi: aut non habet: & interdictum totū finitur.

II. POMPONIVS *libro trigesimosecundo ad Sabinum.*

Si diurnarum aut nocturnarū horarum aquæductū habeā: non possum alia hora ducere, quàm qua [h] ius habeam ducēdi.

III. IDEM *libro trigesimoquarto ad Sabinum.*

Hoc iure vtimur, vt etiam non ad irrigandum [i] *, sed pecoris causa vel amœnitatis aqua duci posśit. 1 ¶ Ex flumine aquam ducere plures possunt [k]: ita tamen, vt vicinis nō noceāt [l]: vel si angustus amnis sit, etiam ei qui in alia ripa sit [m].

Diuiditur in tres partes. Primò loquitur quando flumen mutauit alueum repente, nullo loco priuato dimisso in medio. Secundo, quando mutauit alueum paulatim. Tertiò quando mutauit loco priuato dimisso in medio & habet: Hic totus. §. duas lectu. Primò quando quis ducebat aquam iure sibi concesso à principe, vel ab alio habente ius concedendi. Alia lectura est, quando quis ducit aquam à flumine per fundum alienū iure seruitutis. Bar.

2 ¶ Si aquam ex flumine publico duxeris [n], & flumen recesserit: non potes subsequi flumen, quia ei loco [o] seruitus imposita non sit: quamuis is locus [p] meus sit. Sed si alluuione [q] paulatim accesserit [r] fundo tuo: subsequi potes, quia locus [s] totus fluminis seruiat ductioni [t]. Sed si circumfluere [u] cœperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non seruiat, interruptáque [x] sit seruitus.

3 ¶ Aqua quæ in riuo nascitur [y] tacitè lucrifit ab eo qui ducit [z]. 4 ¶ Ductus † aquæ, cuius origo memoriam [a] excessit, iure constituti loco habetur.

5 ¶ Is qui aquæ quotidianæ ius habet, vel fistulā in riuo ponere, vel aliud quodlibet [b] facere potest: dummodo ne fundū domino, aut aquagiū riualibus [c] deterius faciat. 6 ¶ Si aqua [d] ducatur: supra eam alia aqua per pō-

mihi non noceat. Franc.

i ¶ *Ad irrigandum.* s. agrum: *vt* ĩ. l. j. §. *illud.* Accur.

k ¶ *Possunt.* *vt* ĩ. *de flumi. l. quo minus.*

l ¶ *Non noceant.* aliàs deest non: sed est subaudiendum. *& facit supra de seruitut. rusticorum praedi. l. imperatores. & supra ne quid in flumi. publi. l. j. §. si quis ex riuo.*

m ¶ *Sit.* nocere non debet, nedum proximis vicinis ex eadem parte. Accur.

n ¶ *Duxeris.* ad prædium tuum proximū flumini. Azo. principe permittente: *vt supra l. j. §. penult.* Vel secundùm H. Dic. duxeris per meum fundum, qui erat inter tuū & flumen.

o ¶ *Ei loco.* id est nouo alueo fluminis, propter quem alueum aliud videtur flumen.

p ¶ *Locus.* id est alueus vetus, sic meus. H. est tuus iure vicinitatis: *vt Instit. de re. diui. §. insulam.* secundùm Azo. & sic est hic mutatio personarum. *sic & Cod. de in ius vocan. l. fin.* 2 Vel secundùm H. meus propriè ponitur iure scilicet vicinitatis: vt dixi. Accur.

q ¶ *Si alluuione.* pone quòd ducis aquam ex flumine quod est iuxta tuum prædium, nullo alio prædio medio.

r ¶ *Accesserit.* aliquid de terra: & sic paulatim recedit flumen à prædio tuo. & sic refert, subito an pedetentim mutet alueum: *vt supra de acqui. re. do. l. ergo. §. alluuio.* ¶ Et est hic argumen. contra eos qui petunt aquaticum [a] vbicunque mittuntur molendina.

† Consuetudo & priuilegiū aequiparātur. v. Gl. ... §. ... fuerit ... fortasse ... inducit. & pro... ... illud ... indicat. v. Gl. ... contra ...

a Aquaticum seu ius aquæ an peti possit vbi ponitur molendinum.

s ¶ *Locus.* supple factus per alluuionem fluminis.

t ¶ *Ductioni.* i. non impedit seruitutem: licèt secus esset si esset alienus locus medius: *vt* ĩ. *de serui. rusti. praedi. l. qui sella. §. fin. & co... praedi. l. in tradendo.* Accur.

u ¶ *Circumfluere.* prædium quod est trans flumen. Vel id est quod est iuxta mutatum alueum, fluit vndique. nam & si prædium meū sit proximum veteri alueo, vel vni brachio fluminis, non tamen habeo seruitutem in remoto brachio fluminis: quia locus medius impedit: *vt d. l. qui sella §. fi.*

x ¶ *Interrupta.* Sed de æquitate videtur restituenda, vt debeatur ex nouo vel nouis alueis: *vt arg. supra de serui. vrba. praedio l. seruitutes. §. si sublatum.* Sed fortè aliud est quando debetur ex flumi. publi. seruitus: aliud quando ex agro priuato alicuius. Sed quid si ad antiquum alueum redit? Respond. potest dici restaurari. nec etiam dicit quòd fuerit amissa, sed interrupta: *vt* ĩ. *commu. praedio. l. in tradendo in fi. & de serui. rusti. praedi. l. tria.*

y ¶ *In riuo nascitur.* per quem iure aquam duco.

z ¶ *Qui ducit.* Videbatur posse prohiberi ducere: *vt* ĩ. *l. j. §. item quaeritur.* sed tamen aliud est. Accur.

a ¶ *Memoriam.* s. hominum qui nunc viuunt. *ad quod facit supra de aqua plu. arcen. l. j. in fi.* Sed videtur non tantum expectari, sed decē annos sufficere: *vt C. de serui. & aqua. l. vj.* Solu. hic ignorante domino fuit ducta, ibi sciente. Vel solue vt ibi. Accur.

b ¶ *Quodlibet.* non tamen lapidem sternere nisi hoc nominatim in aqua concedenda actum fit vt etiam per lapidem aquam ducere liceret: *vt* ĩ. *de aqua plu. arcen. l. j. §. prim. §. placuit contra.* Azo.

c ¶ *Riualibus.* i. [b] corriualibus, qui aquam per eundem riuum iure ducunt. Vel dic riualibus, id est deriuationibus faciat domino deterius aquagium. *ad quod facit* ĩ. *de serui. rusti. praedi. l. Quintus. & ĩ. tit. j. l. apparet. & ĩ. commu. praedi. l. refectionis.*

b Riuales qui.

d ¶ *Si aqua.* *facit* ĩ. *de aqua plu. arcen. l. supra.* Accur.

h ¶ *Quam qua.* aliàs quanquam: id est quamuis. aliàs quàm qua. & tunc plana est, & facit ĩ. *qu... d. no. ser. ... si communem. §. j. & de seruitu. l. iij. §. modum. & l. ... §. j.* Accur.

Si *diurnarum.*] CASVS. Concessum est mihi vt aquam accipiā de die tantùm, vel de nocte tantùm, seruabitur forma concessionis. Fran.

Hoc *iure.*] CASVS. Aqua potest duci causa irrigandi agrum. Item causa pecoris, vt sic non sit necesse pecora ire ad aquā castelli. Item simili de causa potest concedi aqua. Secundo dicit: ex concessione principis ducebam aquam ex flumine: bene possum: dum tamen non noceam per hoc vicinis, etiam his qui sunt vltra flumen, si flumen erat strictum. Tertio dicit: concessum est mihi vt ducam aquam ex flumine publico. si flumen recedat alibi, & sic mutet subito alueum, concessio est extincta. secus si paulatim mutet alueum. Sed quid si pars fluminis separauit se ab alueo communi, & iui per aliam partem, relictis prædiis in medio inter se & antiquum alueum? certè nunquam possum ire ad partem illam fluminis causa ducendi de aqua illa. & redditur ratio in litera. [AQVA QVÆ IN RIVO.] Ducere sum solitus certam aquam per riuum tuum. nunc aqua surgit in riuo, & sic plus aquæ nunc per riuum tuum venit ad me. non prohibeor per hoc ducere. Secundo dicit: duxi aquam tanto tempore cuius non extat memoria: amodo iure mihi debetur. Tertio dicit: qui habet ius aquæ quotidianæ ducendæ per riuum tuum, potest ibi in riuo facere fistulas, vel aliquid aliud simile: dum tamen per hoc non noceat tibi, nec illis qui ius habent ducendi aquam per prædictum riuum. Quarto dicit: habeo ius ducendi aquam per riuum tuum. supra riuum vis facere pontem vt supra eum ducas aliam aquam. bene potes: dum tamen hoc,

Lucius

LVcio Titio.] CASVS. Dicitur quòd pluribus possum concedere vt aquam ex meo fonte ducant: & adducit simile in itinere & actu. & si discordent inter se quibus temporibus vtatur vnus, & quibus alter: agent inter se communi diui. Fran.

a ¶ *Duceret.* per aquæ ductum etiam meum.

tem, qui supra riuum factus sit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.

Ex vno fonte potest pluribus concedi vt aquam ducant: & si inter se discordant, possunt agere communi diuidundo inter se.

IV. IVLIANVS *libro quadragensimo-primo Digestorum.*

LVcio Titio ex fonte meo vt aquam duceret [a] cessi. quæsitum est an & Mæuio cedere possim, vt per eundem aquæductum aquam ducat. & si putaueris posse cedi per eundem aquæductum duobus, quemadmodum vti debeant: Respondit[b]: sicut iter, actus, via, pluribus cedi vel simul vel separatim potest [c]: ita aquæ ducendæ ius rectè cedetur [d]. Sed si [e] inter eos quibus aqua cessa est [f], non conuenit quemadmodum vtantur: non erit iniquum vtile [g] iudicium reddi sicut inter eos ad quos vsusfructus pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi plerique placuit[h].

V. IDEM *libro quarto ex Minicio.*

CVm cōstet[i], nō solùm temporibus, sed etiam mēsuris posse aquam diuidi †, potest eodem tempore alius quotidianā, alius æstiuam aquam ducere: ita vt æstate diuidatur inter eos aqua: hieme sol' ducat is qui quotidianæ ius habeat.

Si duo aquam ducant diuersis temporibus alternatim: si mutant horas, vel tempus, non eo minus retinent seruitutem aquæ ducendæ.

1 ¶ Inter duos qui eodē riuo aquā certis horis separatim[k] ducebāt, cōuenit vt permutatis inter se[l] tēporibus aqua vterētur. quæro: cum amplius [m] tempore seruitutib.[n] præfinito ita duxissent, vt neuter eorum suo tempore vsus esset: num ius vtendi amisissent[o]. Negaui amisisse.

b ¶ *Respondit.* Respondet primæ quæstioni. Accur.

c ¶ *Potest.* vt & *supra communia prædi. leg. qui per certum.*

d ¶ *Cedetur.* Imò cōtra [a], vt *C. de serui. & aqua. l. aquam. quæ est contra.* Sol. sine iniuria primorum potest: *vt hic & ī. de serui. rust. prædi. l. ij. §. aquæductus.* aliàs non, nisi [b] consentiant: *vt in contrario: vt ī. de aqua plu. arcen. l. in concedendo.*

a Aquæductus pluribus cōcedi potest, sine iniuria tamen primorū hoc est eorum quibus ab initio ac primo cōstitutus est: imò & cū eorum iniuria, si id consentiāt, b Iniuria non fit volenti.

e ¶ *Sed si.* nunc respond. secundæ. Accursius.

f ¶ *Cessa est.* simul, vel separatim.

g ¶ *Vtile iudicium.* s. commu. diui. vt præfata iura mensura vel temporibus diuidantur [c]: *vt ī. communi diui. l. arbor. §. fin. & ī. l. proxi.* Accur.

c Ius aquæductus mensura, vel temporibus potest diuidi.

h ¶ *Placuit,* vt *ī. de vsuf. l. si vsumfructum legatus. j. §. sed si inter. & supra communi diui. l. communi diuidundo. §. si duo.*

CVm constet.] CASVS. Ius aquæ ducendæ potest diuidi & certis temporibus, & certis mensuris. hinc est quod si cōcessi ius ducendi aquam duobus, putà Titio & Sempronio: vni in æstate, putà Titio: alij continuè, putà Sempronio. sic diuiditur, vt dimidia æstate ducat Titius: Sēpronius alia' dimidia æstate ducat, & tota hieme. Secunda parte dicitur: duo ducebant aquam per eundē riuū diuersis horis: putà vnus à mane vsque ad nonam: alius postea. si isti mutauerūt horas: & quilibet tempore alterius duxit: bene retinent hoc ius aquæ ducendæ. Fran.

† Concor. Ol. in ca. 1. §. si quis demansis. in vī. sed an concessio aquæ in vs. de contro. inuest. in is. feud. no. Capo. in tr. ac. de serui. vr. ca. 31.

l ¶ *Cum constet.* potest cōtinuari cum præcedēti. *l. & erit. §. potest etiam eodem.* &c. vel cum seq. litera: & non erit ibi §.

k ¶ *Separatim.* putà [d] vnus ad horam tertiam: alius postea: nec ex tempore, vel ad tempus, sed sub modo dicitur cōstitui: *vt ī. de ser. l. iiij. §. fin. & l. v. §. j.*

d Ius aquæductus horis separatim constitui potest.

l ¶ *Inter se.* aliàs interim: & aliàs interea: & aliàs inter se.

m ¶ *Amplius.* aliàs amplius: & aliàs ampliori.

n ¶ *Seruitutibus* s. amittendis, id est ad serui. amit. quod quantum sit, not. *C. de seruitu. l. sicut.* Accur.

o ¶ *Amisissent.* Imò videtur amisisse: *vt ī. quemad. ser. amit. si cōmunem. §. j. quæ est contra.* Sol. hic volūtate domini sic permutauerūt. 2 Vel hic per talē mutationē nō nocēt domino: sed ibi sic. 3 Vel hic duo, ibi vnus: & hic duæ seruitutes: ibi vna. vnde hic quilibet per alium vtitur. perinde [e] ergo est ac si per se: *vt ī. quemadmo. ser. amit. l. vsu. & facit ī. de aqua plu. arcen. l. si prius.* Accur.

e Per alium qui vtitur, ipse vti videtur.

DE interdicto.] CASVS. Siue aqua quā duco, duci nō possit nisi æstate sui natura: siue omni tēpore possit duci, ducatur tamē æstate tātū, quia expedit agro meo tātū hoc tēpore: æstiua dicit. F.

p ¶ *Proprium.* quod est *ī. eo. l. j. §. deinde.*

q ¶ *Vtendi.* accipe. æstiuo duntaxat, quia sic constit. dictum est, in æstate ducatur tantum.

r ¶ *Duas res.* supple scilicet naturam &c. Accur.

VI. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

DE interdicto de aqua æstiua, itē quotidiana quærentes, primū cōstituendum existimabamus, quæ esset aqua æstiua, de qua proprium [p] interdictum ad prioris æstatis tempus relatum reddi solet: hoc est: æstiua aqua vtrúmne ex iure æstiuo duntaxat tempore vtendi [q] diceretur: an ex mente propositóque ducentis, quòd [a] æstate eam ducendi consilium haberet: an ex natura ipsius aquæ, quòd æstate tantum duci potest: an ex vtilitate locorum in quæ duceretur. Placebat igitur, aquam ob has duas res [r], naturam suam, vtilitatémque locorum in quæ duceretur, propriè appellari [s]: ita vt siue eius natura erit, vt nisi æstate duci non possit, etiā si hyeme quoque desideraretur: siue omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret: si vtilitas † personis in quam ducitur, æstate dumtaxat vsum eius exigeret, æstiua rectè diceretur.

VII. PAVLVS *libro 5. Sententiarum.*

SI de via [t], itinere, actu, aquæ ductu agatur, huiusmodi cautio præstanda est: quamdiu quis de iure suo [x] doceat, nō se impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. Quòd si neget ius esse aduersario agēdi, aquæ ducendæ: cauere sine præiudicio amittendæ seruitutis debebit, donec quæstio finietur, non se vsurum.

Ille qui habet ius ducendi aquam, potest ducere per quamcunque partem vult ab initio: sed postea non potest mutare. Bar.

s ¶ *Appellari.* s. æstiuā. sed certè & ex proposito [a] vtentis: *vt supra eo. l. j. §. duo autem.*

a Vocabula imponuntur bonis à natura & vtilitate locorum, vi & à proposito vtentis.

t SI de via Agit Titi' interdicto de itinere actúque priua: vel illo de aqua quoti: & æsti. pro retinenda quasi possessione seruitutis, cauebit domino vtenti sua libertate, quod eū nō impediet donec ipse actor obtineat, *ad quod est ī. titu. j. l. iij. §. hoc autem:* versi. qui enim. ibi, tantisper &c. In secundo agit dominus in possessione libertatis existens negatoria: & hic cauebit qui sibi asserit seruitutem: & ita primo casu ponit possessorium, secūdo petitorium intentatur: & secundùm hoc expone literam: & dic, agat, scilicet interdicto. & quod dicit, præstanda est &c. subaudi, scilicet ab actore.

u ¶ *Quis.* s. actor. Accursius.

x ¶ *De iure suo.* i. [b] de possessione sui iuris: Vel etiam de iure quādoque: vt in secundo capite interdicti de itinere actúque priua: & interdicto aquæ ex castello ducendæ: *vt ī. de itinere actu que pri. l. iij. §. hoc autem. & de aqua quotid. & æsti. leg. j. §. penult.* ¶ Et quod dicit, agentem &c. sub id est actu vtentem dominum, non vt seruitute: quia res sua &c. *vt d. si vsumfru. pe. leg. vti frui. in princ. ibi, nec enim.* ¶ Et quod dicit, quod si neget &c. subaudi: negatoria agat dominus in possessione libertatis existens. nā huiusmodi actiones [c] etiam possidenti dantur: *vt supra si serui. vin. leg. & si fortè. §. sciendum.* ¶ Et quod dicit, debebit &c. subaudias: qui sibi scilicet seruitutem asserit. cum non possideat: quia non est vsus hoc anno secundùm naturam interdicti de quo agit, sine præiudicio &c. *ad quod est ī. de iudi. l. ij. §. in omnibus.*) 2 Vel dic secundo in prima parte quod egit possessorio, & obtinuit: dū cauet dominus vincenti in interdicto: & secundùm hoc dic præstanda est, scilicet postea in causa proprietatis: vt agatur supple, & obtineat actor, secundùm H. 3. Vel dic secundùm P. primus casus in negatoria, secūdus in confessoria ponitur: & vtroq; casu cauet qui agit, alteri parti quæ possidet. 4 Alij quòd prima pars loquitur quādo aduersarius est in possessione: vnde cauet actor quòd non impediet donec quæstio finiatur. Secunda, quando non possidet aduersarius, & tunc actor cauet se nō vsurum donec quæstio finiatur. *& facit ī. de no. ope. nunc. si prius. & ī. de vsufr. l. cuiuscunque.* Accur.

† Locorum in quæ duc.

b Vide ad hāc legem Albert. cum hic.

c Actio quandoque possidenti datur.

CVi per fundum.] CASVS. Habebo ius ducēdi aquam per riuum tui fundi. possum in eo riuo facere fistulas, & omne quod volo, dum ex hoc non lædatur dominus fundi. Fran.

a ¶ *Iter.* id est riuus per quem duceret aquam. Accur.
b ¶ *Quacunque.* aliàs quacunque, scilicet parte. aliàs quodcúque.
c ¶ *Aquaeductum.* mutãdo per locũ seruiẽtẽ ab eo loco vbi primo fuerat: *vt s. de serui. l. si cui. & facit s. e. l. hoc iure. §. j. & §. is qui.* Accur.
d ¶ *Interuertat.* Nam quædam tacitè[a] in sermone excipiuntur.

a Tacitè quędam in sermone excipiuntur.

DE RIVIS.

Parum prodesset ius aquæ de qua s. dixi: nisi liceret purgare riuum. ideò de hoc dicit: vt j. l. fi. §. 1. & j. l. 1. §. 1.

† Simile habes hanc l. per tex. in l. 1. in prin. & l. item quæritur. l. ne quid in flu. pu. l. 1. si cum vicinorũ iniuria ducatur.

¶ *Vt de itinere & actu & missa ex vtraque via reficienda propositum est interdictu prohibitorium supra statim post interdictum de retinẽdo vsu itineris actusque, ita post interdictum de retinenda vsu aquæ, subjicitur aliud de reficiendo riuo, per quem aqua ducitur, quod tamẽ in hoc differt[b] ab illo de reficiendo itinere actuq; quia in illo de iure quæritur eundi agẽdi: in hoc nõ quæritur de iure aquæ ducẽdæ, propterea quod celeritatem maiorem desiderat refectio riuorum quàm itinerum. Quod si aqua publica ducatur ex castello, de reficiendo simile interdictum dari prætor satis demonstrat tit. superiore, cum dato interdicto de aqua castellaria subiicit, quando que de opere faciendo interdictum erit damni infecti caueri iubebo. quæ cautio exigi solet ab his omnibus qui de reficiendo vel opere faciendo, aliquo experiuntur interdicto. Cuiacius.*

b Interdicti de riuis & de itinere actuq. differentia.

VIII. SCAEVOLA *libro singulari quæst.*

CVi per fundum † iter[a] aquæ debetur: quacunq. [b] vult in eo riuum faciat licet: dum ne aquæ ductum[c] interuertat[d].

DE RIVIS.
TITVLVS XXI.

Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur edictum. Secundò commendatio edicti. Tertiò explanatio ipsius edicti. Quartò aptantur quæstiones ad ipsum edictum. secunda ibi, hoc interdictum, tertia ibi. ait ergo prætor. quarta ibi, hoc interdictum competit. vide bene text.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Riuos*[e], *specus, septa reficere, purgare aquæ ducẽdæ causa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat quàm vti*[f] *priore æstate non vi, non clam, non precario à te duxit, vim fieri veto.* 1 ¶ Hoc interdictum[g] vtilissimum est. Nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione vsu[*] incommodabitur.

* vsui.

2 ¶ Ait ergo prætor[h]. *Riuum specus.* [1] Riuus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. † 3 ¶ Specus autem locus est, ex quo despicitur[k]: inde spectacula sunt dicta. 4 ¶ Septa sunt, quæ ad incile[l] opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa: siue ea lignea sunt, siue lapidea, siue qualibet alia materia sint ad continendam transmittendámque aquam excogitata[m].

† id est à fluendo. vide Alci. lib. prætor. 2. hoc ipso tit.

5 ¶ Incile est autem locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primũ aqua ex flumine agi[n] possit. Sed & fossæ & putei hoc interdicto cõtinentur[o]. 6 ¶ Deinde † ait prætor: *reficere, purgare.* Reficere est, quod corruptũ est in pristinũ statũ restaurare. Verbo reficiẽdi, tegere[p], substruere[q], sarcire[r], ædificare[s], itẽ aduehere[t], adportaréq.[u] ea quæ ad eãdẽ rẽ opus essent, cõtinentur. 7 ¶ Purgãdi verbũ plerique quidem putant ad eũ riuũ pertinere, qui integer est: & palã est, & ad eum ptinere, qui refectione indiget[x]. Plerumque enim & refectione & purgatione indigent.

8 ¶ *Aqua* inquit[y], *ducendæ causa.* Meritò hoc additur, vt ei demum permittatur & reficere & purgare riuum, qui aquæ ducendæ causa id fecit. 9 ¶ Hoc interdictum cõpetit etiam ei qui ius aquæ ducendæ nõ habet[z]: si modò aut priore æstate, aut eodem anno aquam duxerit: cum sufficiat non vi, non clam, non precario duxisse. 10 ¶ Si quis terrenum riuum signinum[a], id est lapideum, facere velit, videri eum non rectè hoc interdicto vti. Non enim reficit qui hoc facit: & ita Ofilio videtur.

11 ¶ Proinde & si per aliũ locum[b] velit ducere: impune prohibetur: sed & si eundẽ riuum deprimat, vel adtollat[c], aut dilatet vel extendat, vel operiat apertũ vel contra[d]. Ego cæteros[e] quidẽ impunè[f] prohiberi puto: at enim eum qui operiat apertũ, vel cõtra, eum non puto prohibendũ: nisi si quam maiorem vtilitatem suam aduersarius[g] ostendat.

II. PAVLVS *libro sexagesimosexto ad Edictum.*

PRætor ait.] CASVS. Si per riuum tuũ, vel specu, vel septa, duxi aquã priore æstate nõ vi, nõ clam, non precario: & nunc volo reficere: prętor prohibet vim fieri quo minus reficiã vel purgẽ. Postea loquitur Vlpia. & dicit quis sit riuus, & specus, & septa, & quid sit incile, & quid sit reficere & purgare: & intelligas de refectione quæ fit causa aquæ ducendæ. nec est vis habeã serui. ducẽdi, an non, sed sufficit me fuisse vsum ductione aquæ nõ vi, nõ clam, non precario [SI QVIS TERRENVM.] Riuum terrestrẽ volo facere lapideũ. nũ possũ. idẽ si per aliũ locũ quàm per cõsuetum volo ducere aquã: non possũ. idẽ si riuũ vellem deprimere, vel extollere, vel dilatare, vel apertũ cooperire, vel econtra: non possum, & hoc dixit Ofilius. Vlpianus autem prædicta cõfirmat, excepto eo qui aperit riuũ prius coopertum, vel ecõtra. nam hoc potest facere, nisi dominus fundi ex hoc lædatur: vt quia oues suas erat cõsuetus mandare ad bibendũ in isto riuo: nunc non posset si cooperiretur. idem si simile damnum habeat dominus. & hoc etiam dixit Labeo: & etiam Pomponio non placet, quia per hoc dominus soli perdat. & expone hanc literam vt in glo. Seruius autem dixit non posse me aperire coopertum riuum, & econtra, si maiorem vtilitatem dominus ostendat, nisi causa aquæ conseruandæ, ne defluat vltra riuum, faciã. & hoc dictum Seruij confirmat Vlpi. & h. d. hic §. cum l. seq. & prin. seq.
e ¶ *Riuos.* hoc exponitur statim. Accur.
f ¶ *Vti.* id est sicut. Accur.
g ¶ *Hoc interdictu.* & *facit s. commu. præd. l. refectionis. in prin. & §. j.*
h ¶ *Ait ergo prætor.* quia vilissimum: ergo proponendum. Azo.
i ¶ *Specus.* indeclinabile nomen. imò inuenio specũ: *vt j. eo. Seruius.* in prin. & est[a] specus locus altus supra terram ædificatus, ex quo ducitur aqua: *vt j. eo. Seruius.* 2 Quandoq; tamẽ ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua: *vt s. de aqua plu. arcen. leg. supra.* 3 Item sic & in auctoribus ponitur quandoque pro loco vmbroso & tenebroso solis, secũdùm Azo. H. dicit specus esse vt si quis faciat foueam, & sic vndique locum eminentiorem, vnde possit prospici aqua in fundo collecta: *vt ponitur d. leg. supra.* aliàs pro subterraneo meatu: *vt j. l. Seruius. in prin. & §. j.*

a Specus variæ significationes.

† Facere vel reficere, quod ad quid vide Bald. in l. si ut proponis. C. de [illegible].

k ¶ *Despicitur.* i. deorsum aspicitur.
l ¶ *Ad incile.* hoc exponitur *infra proxim. §.*
m ¶ *Excogitata.* quæ appellamus sclusam.
n ¶ *Ex flumine agi.* i. duci.
o ¶ *Continentur.* cum & in his haustus seruitus imponi possit: *vt supra tit. j. l. j. §. quamquam.*
p ¶ *Tegere.* supra aquam.
q ¶ *Substruere.* id est subtus aquam struere.
r ¶ *Sarcire.* collapsa.
s ¶ *Aedificare.* de nouo.
t ¶ *Aduehere.* [b] plaustro, vel asino. Accursius.
u ¶ *Adportare.* dorso. *& facit s. de itinere actuque priua. veteres. & l. iij. §. pen. & j. eod. Seruius. §. fi.*
x ¶ *Indiget.* riuus.
y ¶ *Inquit.* s. prætor: *vt s. in prin.*
z ¶ *Non habet.* reficit ergo etiam qui de iure seruitutis non probat. & sic est contra s. *de itine. actuque pri. leg. iij. §. hoc autem.* sed speciale in riuo, & aliud in itinere: *vt j. l. fi.* Accur.

b Aduehere & adportare differunt, vt hic & Gl. proxima.

a ¶ *Signinum.* [c] de terreno silicinũ, siue lapideũ. Sed cõtra. *j. l. Seruius. §. j.* Sol. hic lapidibus putà codalis vel similibus inordinatè cõpositis phibet: ibi cæmentitiũ permittit. Vel ibi facit murum ad latus vt aqua non vagetur. si autẽ fundum riui velit de terreno lapideum facere, non potest: vt hic. Accur.

c Signinum opus conficitur fractis testis contusis addita calce. Plin. li. 35. nat. hist. c. 12.

b ¶ *Alium locum.* i. si alium locum non seruientem velit reficere, vel per alium locum non seruientem ducat aquam: bene poterit prohiberi.
c ¶ *Vel adtollat.* i. exaltet.
d ¶ *Vel contra.* repete, impune prohibetur. *& facit j. tit. ij. l. iij. §. pe.* Sed contra *s. communia prædi. l. refectionis. §. j. ibi, depressurum vel alleuaturum &c.* Solu. ibi magnam vtilitatem consequebatur si deprimebat riuum, vel alleuabat, hic non. Vel sol. vt ibi. *& facit supra ne quid in lo. publi. l. ij. §. restituas. & supra ne quid in flum. publi. l. j. §. quod autem ait.* Accur.
e ¶ *Cæteros.* qui dilatant, vel extendunt & omnes prædictos prçter operientem vel aperientem.
f ¶ *Impunè.* i.[d] sine poena.
g ¶ *Aduersarium.* i. dominus soli: & per cõsequẽs si fiat damnum. sed secundùm Azo, hæc ratio non valet: *vt j. l. proxi.* Sed certè imò contra,

d Vide Gl. in l. 5. sup. si quis eo nom. sup. de operis noui nuncia.

contra, si bene intelligatur ibi sententia Pōponij secundū Azo.

a [Labeo.] Terrenum. & sic coopertum.

b ¶ Quod scilicet quòd debeat aliquo modo fieri deterior cōditio domini hoc ait Pompo. sibi non placere. & sic consonat Pōponius cum Labeone: quia si fieret. deterior conditio domini, non de iure fieret: sed occasione quadam iniusta vel assumpta iniusta occasione ex causa seruitutis: & ideo non est permittendum fieri, nisi ab initio, &c. vt subiicit, secundū Azo. & H. vel nisi sit maior vtilitas eius cui debetur seruitus, quā damnum domini. argu. ī. l. proxi. in fin. vel secundum alios dic, quod S. vt non possit cooperire apertum, & econtra. & secundùm hoc Pompo. videtur contradicere Labeoni. q.d. bene poterit riuū apertum cooperire: qd intelligunt si maiorem vtilitatem consequatur inde, quàm incommodum inferatur domino: vt ī. l. prox. in fin. & sic non contradicit, cum alio casu loquatur. sed Pompo. intellexit Labeonem simpliciter dixisse. & sic reprehendebat eum in casu quem ponit Pompo. scilicet quando vtilitatem magnam habet cui seruitus debetur. & secūdùm hoc ex pone sequētia sic: quia &c. q.d. non est bona ratio Labeonis: quia id commodum quod auferrur domino, magis aufertur ex occasione scilicet extrinseca. hoc est pactorum per quæ fuit seruitus constituta quàm iure, id est occasione damni dati in fundo, pro quo damno ageretur: hic autem non agitur. & secundùm hoc dic iure, scilicet quo proditum est cui damnum suæ rei emendari. vel dic secundùm intellectum M. quia id commodum quod aufertur domino, magis occasione seruitutis impositæ contingit. quàm ex iure, id seruitute tali, vt non liceat ei domino in suo pecus ad quam appellere. hæc enim seruitus non valeret: nisi interesset vicinorum: vt ī. de seruitu. l. quoties. Vel dic secundùm eundem, quia domino daretur occasio infestandi eum cui seruitus debetur, ex qualibet etiam leui causa, si nullo modo debet dominus damnificari.

¶ Subaudi in prohibendo, quod alter est in fumando.

¶ Flo. restō.

c ¶ Actum facit ī. de serui. rusti. præ cum essent. §. fi.

Seruius. Hoc principiū continuatur cum casu præcedēti. [SERVIVS.] Si riuum terrestrem volo lapideum facere, quia aquam non continebat prius: bene possum. & econtra possum facere: dum tamen hoc sit necessarium riui refectioni. Item nouum canalem vel fistulam possum in riuo ponere, si hoc non nocet domino fundi. Item si aqua ex pluribus locis veniens in riuum latum colligatur, & inde per plures riuos ducatur: si volo illum locum reficere, audior. Vltimò dicit: hoc interdictū cōpetit volēti reficere riuū per quem ducit aquam, siue in priuato solo sit, siue in publ. Item siue ducatur aqua frigida, siue calida. item ad cuniculos pertinet. & quid sit, dic vt in gl. & iisdem personis datur: & contra eos qui bus dantur superiora interdicta in titulo superiori posita. [SI QVIS RIVVM.] Reficienti riuum non potest nunciari nouum opus: sed contra eum potest agi in rem negatoria, per quam negetur ius ei nō esse. Item reficiens riuum tenetur de damno infecto cauere. Vltimò dicit: cum vellem reficere riuum, prohibebas me portare calcem, & lapides & similia quæ portabam causa reficiēdi riuum. competit mihi hoc interdictum. Fran.

d ¶ Scribit. sententiā Labeonis malè dicentis sequens, secundùm quosdam: imò non sequens, secundùm Azo. quia Labeo bene dixit, & Pompo. secum consonauit. vnde cum Seruius statim corrigatur, non fuit secutus bene dicentem.

e ¶ Per specus. hic accipitur pro subterraneo meatu. aliàs accipitur. ī. l. j. §. specus. secundum H. Vel dic locū altū, opertum tamen.

f ¶ Ducatur. & ideo est prohibendus. si maiorē vtilitatē suā ostēdat domin⁹ soli. & secūdū hoc non corrigitur Seruius. vel dic secundùm Azo. Seruiū loqui simpliciter: & sic corrigitur vel determinatur.

g ¶ Non si. bene dicō prohiberi superiori respon. nam, &c.

h ¶ Conseruet. ne defluat vel spargatur extra ripas riui. Accur.

i ¶ Non impunè. i. non sine pœna. nam tenebitur hoc interdicto: quia prohibere non debet. sed in superiori casu qui aperit vel operit, hoc non facit: & ideò prohibetur, secundùm Seruium.

k ¶ Ego. puto. s. cum Seruio sentiens & id specu, contra scilicet quàm sit in superiori proxi. respō. nam si &c: & sic non corrigitur secundùm H. Vel secundùm Azo. contra quàm dixerat Seruius: & sic corrigo Seruium, hoc casu cum maior vtilitas, &c. vt hic & supra eodem l. j. in fin.

l ¶ Aduersarij. i. domini soli. ¶ Et no. ex prædictis: quia aut est actum in imponenda seruitute vt liceat operire apertum, vel ecōtra: aut vt non liceat: & hoc seruabitur: vt ī. eo. l. proxi. in fi. aut nihil est actum: & tunc licebit operire apertum: & ecōtra: si tamē dominus soli nullum habet damnum: vt supra eo. leg. j. §. proinde. versi. ego cæteros. si verò subeat damnum: tunc si maius est commodum vtentis, permittitur: aliàs non: vt supra eo. l. j. in fi. & hæc secundùm Labeonem & Pompo. intelliguntur. Opus autem quod fit causa conseruandi aquam, vel retinēdi, necessario fortè, sine prædicta distinctione potest fieri: vt ī. proxi. respon. nam & si, &c. infra eo. proxi. §. Accur.

a ¶ Aspectu quid.

Labeo nō posse ait ex aperto riuo terrenū [a] fieri: quia cōmodū domino soli auferretur appellēdi pecus, vel hauriēdi aquā quod [b] sibi non placere Pomponius ait: quia id domino magis ex occasione, quā ex iure cōtingere: nisi si ab initio id in imponenda seruitute actum [c] esset.

III. VLPIANVS *libro septuagensimo ad Edictum.*

Seruius autem scribit [d], aliter duci aquam quæ antè per specus [e] ducta est, si nunc per apertū ducatur [f]. Nā si [g] operis aliquid faciat quis quo magis aquam cōseruet [h], vel contineat: non impunè [i] prohiberi. Ego [k] & in specu cōtra: si non maior vtilitas † versetur aduersarij [l]. 1 ¶ Seruius & Labeo scribunt, si riuum qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non continebat, cementicium [m] velit facere: audiendum [n] esse. Sed & si eum riuum qui structilis [o] fuit, postea terrenū faciat: aut partem riui: æquè non esse prohibendum Mihi videtur vrguens & necessaria refectio * esse admittenda 2 ¶ Si quis nouum canalem, vel fistulas in riuo velit collocare, cū id nunquam habuerit: vtile [p] ei hoc interdictum [q] futurum Labeo ait. Nos & hic opinamur vtilitatē eius qui ducit, sine incōmoditate [r] eius cuius ager est, spectandā. 3 ¶ Si aqua in vnū lacum cōducatur, & inde per plures ductus ducatur: hoc interdictum vtile erit volenti reficere ipsum lacum. 4 ¶ Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, siue in publico, siue in priuato sint constituti.

5 ¶ Sed & si calidę aquę [s] riuus sit: de hoc reficiēdo cōpetit interdictū 6 ¶ Aristo & de cuniculo [t] restituēdo, per quē vapor [u] trahitur in balneariis vaporibus, putat vtilē actionē cōpetere: & erit dicendū, vtile interdictū ex hac causa cōpetere. 7 ¶ Iisdē autē personis, & in easdē interdictum hoc datur, quib & in quas & de aqua interdicta [x] redduntur, quæ supra sunt enumerata. 8 ¶ Si quis riuū reficiēti, opus nouū nūciat: placitū est, posse cōtemni [y] operis noui nuntiationem. Cū enim prætor ei vim fieri vetet: absurdū est per operis noui nunciationē eū impediri. Planè per in rē actionē dicendū est posse aduersus eum vindicari [z], ius ei non esse. dubium non est. 9 ¶ De dāno quoque infecto cauere eū debere, minimè dubitari oportet. 10 ¶ Si quis eum exportare [a], vehere [b] quæ refectioni † necessaria sunt, prohibeat: hoc interdictum ei competere [c] Ofilius putat. quod est verum.

IV. VENVLEIVS *libro primo Interdictorum.*

De riuis reficiēdis ita interdicetur, vt nō quæratur, an

† subsidium

m ¶ Cæmenticium. i. murum de lapidibus ad latus riui, vt aquam contineat. Accur.

n ¶ Audiendum. Contra ī. eo. l. j. §. sed si quis. Sol. vt ibi. Accur.

o ¶ Structilis. i. arte hominis & manibus factus. Accur.

p ¶ Vtile. nam directum datur quando iam habuit. Accur.

q ¶ Ei hoc interdictum. non solùm in aliis casibus. vt ī. eod. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in principio.

r ¶ Incommoditate. facit ī. tit. ij. hoc inte. §. si qui. & ī. de itine. actuque priua. l. ij. in fin. Accur.

s ¶ Calida aqua. Ad quod ī. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. idem Labeo.

t ¶ De cuniculo. per quem aqua calida vbi posita immittitur: vel in quo congeritur, vt inde ducatur. Accur.

u ¶ Vapor. i. aqua calida. Accur.

x ¶ Interdicta. quæ sunt tria [b]. de quotidiana, item æstiua, item ex castello: vt ī. tit. j. l. j. in prin. & §. deinde. & §. ait prætor §. heredibus & in heredes & emptores: vt in ī. e. l. §. ait prætor. Accur.

b Interdicta de aquis tria continentur, de aqua quotidiana, æstiua, & ex castello ducenda.

y ¶ Posse contemni. vt & ī. de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. si quis riuos. & infra de cloacis. l. j. §. si quis purgandi. nisi causa damni infecti: vt supra de no. oper. nun. l. j. §. nunciatio. versi. quod si quis in mari. & infra proxi.

z ¶ Vindicari. per negatoriam. Accur.

a ¶ Exportare. dorso. Accur.

b ¶ Vehere. plaustro vel asino. Accur.

c ¶ Ei competere. facit ī. l. j. §. deinde.

De riuis.] CASVS. Qui agit hoc interdicto: sufficit q probet e priore æstate vsum esse aqua per illum riuum non vi, non clam, non precario, & nunc prohibuit, s. seruitu. non autem requiritur habeat de hoc ius, vel nō habeat: licèt secus sit in interdicto de itinere reficiendo: cum hoc casu multum læderentur homines si nō reficerentur riui, nisi primo de seruitu. probaret: quia interim homines possent perire siti. at in itinere non esset tāta læsio: maxime in æstate. Franciscus.

a ¶ *Refectionem.* quo casu duo probat: *vt s. de itinere. actuque priua. l. j. §. hoc autem.* At hic vnum. s. se vsū hoc anno: *vt s. eo. l. j. in prin. & facit s. l. j. §. hoc interdictum competit.* Accur.

b ¶ *Difficultas.* Et sic potest iri, licèt cū difficultate.

c ¶ *Qua.* scilicet difficultas eundi. Accur.

aquā ducere actori liceret. Non enim tam necessariam refectionem[a] itinerum, quàm riuorum esse: quando non refectis riuis omnis vsus aquæ auferretur, & homines siti necarentur. Et sanè aqua peruenire nisi refecto riuo non potest: at non refecto itinere difficultas[b] tantùm eundi agédique fieret, quæ[c] temporibus q̃stiuis leuior esset.

DE FONTE.

TITVLVS XXII.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

PRætor ait: *Vti[d] de eo fonte quo de agitur, hoc anno aquā[e] nec vi nec clam nec precario ab illo vsus es[e]: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina[f], item interdicam.*

DE FONTE.

De deducenda diximus: nunc de hauriend a aqua.

¶ *Ex seruitutibus rusticis refertur aqua haustus & pecoris ad aquam appulsio. cuius[h] quasi possessio & proprio interdicto conseruatur & retinetur quod est in hoc titulo, cui etiam iungitur interdictum[b] de fonte, lacu, puteo, piscina reficiendo quorum aqua recte vsi hoc anno sumus. De[c] seruitutibus vrbanis nulla sunt propria interdicta, sed est commune[d] vti possidetis, quod ad praesens tempus refertur, non vt ea quæ de seruitutibus rustica ad præteritum, & de refectione etiam nullum, nisi quod sequitur, & nisi iter vel aqua sit seruitus vrbana, potest enim esse vrbana. l. iter Com. & l. seruitutes. §. j. De seruit. vrban. l. si ego. §. 1. De pub. in rem act.* Cuiacius.

Vbi est eadē ratio, ibi est idē i[us]. *Bar.*

1 ¶ Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua vti prohibetur. Seruitutes enim nō tantùm aquæ ducendæ esse solent: verùm etiam hauriendæ. Et sicut discretæ[g] sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aquæ: ita in terdicta separatim redduntur.

2 ¶ Hoc autem interdictum locū habet, si quis vti prohibeatur aqua: hoc est, siue haurire prohibeatur: siue etiam pecus ad aquam appellere.

3 ¶ Et eadem sunt hic dicenda, quæ ad personam attinent[h], quæcunq; in superioribus interdictis diximus. 4 ¶ Hoc interdictum de cisterna † nō cōpetit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec viuā aquam. Ex quo apparet, in his omnibus exigendum vt viua aqua sit. Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Denique constat interdictum cessare, si lacus, piscina, puteus, viuam aquā non habeat.

5 ¶ Planè si quis ire ad haustū prohibeatur: æquè interdictum sufficiet. 6 ¶ Deinde ait prætor: *Quo minus fontem quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coercere, vtiq. ea poss is: dum ne aliter vtaris, atque vti hoc anno non vi, nō clā, nō precario ab illo vsus es, vim fieri veto.*

7 ¶ Hoc interdictum eandē[k] habet vtilitatem, quam habet interdictum de riuis reficiendis. Nisi enim[l] purgare & reficere fontem licuerit: nullus vsus eius erit. 8 ¶ Purgandus autem & reficiendus est ad aquam coercendam, vt vti quis aqua possit: dummodo nō aliter vtatur, quā sicuti hoc anno vsus est.

9 ¶ Coercere aquā est cōtinere sic, ne diffluat, ne dilabatur: dūmodo non permittatur[m] cui nouas quærere vel aperire: hic enī innouat aliquid præter id quàm præcedenti anno vsus est.

10 ¶ Sed & de lacu, puteo, piscina reficiēdis, purgandis interdictū cōpetit: 11 ¶ Et omnibus[n] personis dabitur, quibus permittitur interdictū de aqua æstiua.

Marginalia: *aqua. — a Interdicto de fonte etiam retinetur fontis possessio. — b Interdictum de fōte, lacu, puteo, & piscina reficiendo. — c Interdicta nulla sūt propria de seruitutibus vrbanis, verum interdictum de cloacis est de vrbana seruitute, vt infra proxime titulo in parte. — d Interdictū vti possidetis commune est ad seruitutes vrbanas.

Ratore ait.] CASVS. Ponitur edictū, cuius sensus est: Si anno hausi aquā de fonte tuo non vi, non clā, nō precario: prætor prohibet mihi vim fieri quominus hauriā idē si ad lacum tuum, puteum, vel piscinā, consuetus sū ducere oues meas: prætor prohibet ne mihi vis fiat. postea loquitur Vlpia. & dicit: hoc interdictum datur ei qui fōtana aqua vti prohibetur. nam sicut seruitus est de ducendo aquam, itē de haustu aquæ: sic & duo interdicta reddita sunt. vnum de deducenda aqua: vt in tit. de aqua quotid. & æstiua per totum. aliud de aqua haurienda: vt hic. nam agam hoc interdicto contra eum qui me prohibet haurire aquam, vel ducere pecus. [illegible] in vna aqua habet locum: non in cisterna. Item habet locum si prohibear ire ad haustum aquæ: & datur his personis quibus & superiora. [DEINDE AIT PRAETOR.] Per hoc edictum quod hic ponitur, prohibetur vis fieri volenti reficere fontē. nam parum valeret vsus fontis, nisi posset resici. & debet refici vt aquam contineat fons, non vt exeat aqua: vel ne aliter vtatur quā priori anno sit vsus. & hoc idem (dicit) interdictum datur volenti reficere lacum, puteum, & piscinam: & eis personis dabitur quibus interdicta de aqua quotidiana & æstiua dantur. Franciscus.

d ¶ *Vti.* id est sicut.

e ¶ *Vsus es.* scilicet hauriendo.

f ¶ *Piscina.* ad aquam pecus appellitur.

g ¶ *Discretæ.* id est separatæ.

h ¶ *Attinent.* scilicet agentis: vt quod persona agētis probare debet in superioribus interdictis, id debeat probare agendo isto interdicto, scilicet quòd vsus est putans se suo iure vti. *ad quod est supra de aqua quotid. & æsti. l. j. §. Aristo.*

i ¶ *Vti.* i. sicut. Accursius.

k ¶ *Hoc interdictum eandem.* vbi[a] eadem ratio, vel vtilitas, ibi idem ius: *vt hic & supra ad l. Aquil. illud. & Instit. de legi. patro. tu. §. j. & supra de ritu nup. l. libertum. §. j. & infra de verb. oblig. l. a Titio. & C. de lib. preta. l. j. ius facit s. tit. j. l. fin.*

l ¶ *Nisi enim.* audi vinam rationem[b] quare hoc edictū est factum: & sic vbi ratio locum habet: & lex siue respōsio. *ad quod facit quod notatur s. de legi. & senatuscon. l. non omnium.* Quandoq; tamen generalior est responsio quàm ratio: quia ratio restringit superius dictum: *vt s. de ac. poss. l. si is qui. & de calum. hac actio. in prin.* Accur.

m ¶ *Non permittatur.* ei scilicet qui habet ius hauriēdi ex fonte. & aliàs, cui. Accur.

n ¶ *Omnibus.* vt emptoribus, heredibus & similibus: *vt s. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. ait prætor inter.*

Marginalia: a Ratio vbi eadem, ibi ius idē esse debet. — b Interdictum de fonte directum ad ius aquæ hauriendæ ex cisterna non pertinet vt hic, sed vide. Responsum in libello huius tituli Bar. hoc. — b Interdictū de fonte ratio.

DE CLOACIS.

Et istæ vt riui indigent purgatione: vt fœtor cesset riui, & commoditas veniat.

¶ *Ius cloacæ immittendæ est seruitus. l. 2. De seruitu. & vrbana, si ex ædibus in ædes pertineat. Gaius in restitutionibus. Prædiorum, inquit, vrbanorum iura sunt & stillicidia, fenestræ, cloacæ, nam inficior quin possit esse rustica, si d hoc[c] interdictum est de vrbana, non[d] ad retinendam possessionem, (quæ de re supra & interdicere dedignatus l. 1. Vti possid.) Sed quod maximè pertinet ad publicam salutem securit timque ad reficiendas & purgandas cloacas, in quo propriùm hoc est, vt detur etiam ei[e] qui ab aduersario vitiosè possidet, cum tamen superiora omnia non dentur nisi ei qui ab aduersario rectè possid. t. est enim prohibitorium[f], & de cloaca priuata[g]. Sed addi tur aliud[h] prohibitorium & restitutorium de publica. Ne quid fiat in cloaca publica, & si quid in ea re factum erit quo vsus eius deterior sit, fiat, vt restituatur.* Cuiacius.

Ratore ait.] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est. Si volo reficere vel purgare cloacam, quæ ex ædibus meis ad tuas pertinet ædes: prætor prohibet mihi fieri vim. Item de damno infecto cauere debeo, [illegible] operis vitio d[e]retur damnum. Postea loquitur Vlpia. & dicit: duo interdicta sunt circa cloacam: vnum prohibitorium: & hoc est primum. aliud restitutorium, de quo habes infra eod. § deinde. Tertio dicit: Bene fecit prætor quòd voluit posse purgari & refici cloacas: cum ad tutelam hominum hoc spectet. Et habet locum hoc interdictum in priuatis cloacis: non [in] publicis. Postea dicit quid sit cloaca. Item hoc primum interdictum est prohibitorium. Item appellatione cloacæ continentur tubus, [&] fossa aliqua stricta, vt sunt Florentiæ. item fistulæ. Item non est vis, siue vi, siue clam, siue precario vtebar cloaca: quia semper datur mihi hoc interdictum vt reficiam siue purgem. & est hoc ratione publicæ vtilitatis. Item quod dictum est in edicto ex ędibus meis: intelligas pro omni ædificio. item & si ab area mea in tuam aream. idem si ex domo in agrum. idem si priuatam cloacam in publicam immittere volo. Item facere possum priuatam cloacam, quę vadit in publicam. Postea exponit verba prętoris quę dicunt, in ędes tuas pertinet siue dirigitur. hoc est: siue extenditur in ędes tuas: siue sint ędes [vicinę] siue remotę. possum etiam parietem

Marginalia: c Interdictum de cloacis pertinet propriè ad cloacas vrbanas. — d Interdictum de cloacis per tinet non ad retinendam possessionem, sed ad publicam salutem. — e Interdictum de cloacis datur etiam ei qui ab aduersario vitiosè posidet. — f Interdictum de cloacis pro hibitoriū est. — g Interdictum de cloacis pertinet ad cloacas priuatas. — h Interdictum aliquod est etiam de cloacis publicis, prohibitorium & restitutorium. — e Separatæ separatæ debet esse ratio & actio. vt hic addelisma ... sententiæ rum.

tem domus tuæ aperire vt reficiam vel purgem cloacam: & deinde postea restituere, nec potest mihi nouum opus nuntiari. [DEINDE:] Nunc ponitur aliud edictum, quo dicitur si aliquid est factum in publicam cloacam, siue immissum, quo vsus eius deterior fit: prætor iubet id destrui. Item prætor prohibet ne aliquid fiat vel immittatur in publicã cloacam. postea loquitur Vlpi. dicens q hoc interdictum spectat ad publicam cloacam: ne quid in publica cloaca fiat vel immittatur per quod vsus eius deterior fit vel fiat. Vltimò dicit, licèt interdictum primum loquatur in cloaca priuata reficienda, idem tamen in facienda cloaca priuata, ne vis fiat facienti: cum & olim hoc idẽ esset in cloaca quę fieret in publico. Item factum poterit reficere. Facere priuatam cloacam soli ædiles debẽt concedere. & hoc dicit hic §. cum l. sequ. Franc.

a ¶ *Purgare reficere.* duo capita sunt huius interdicti: & vtrunque prohibitorium.

b ¶ *Sub hoc titulo.* scilicet de cloacis: non autem dicimus, id est interdicto: quia in isto hic nullum est restitutorium, sed quod subiicit duo [a], imò tria vel quatuor: nam hæc sunt duo capita, reficere purgare. *Item* ℥. *eo.* §. *deinde.* Sunt alia duo, reficere, & nõ immittere. Sed respondeo duo [b] interdicta, id est duo genera interdicto rũ: scilicet prohibitorium & restitutorium: & hęc tria, scilicet pro hibitoria sunt duo: hic tertiũ *in.* §. *deinde.* ¶ *si.* At vti pos. non datur: *vt* ℥. *vti pos. l. j.* §. *j.*

c ¶ *Minantur.* cœlestes pestilentias [c] & fames.

d ¶ *Si non reficiantur.* facit ℥. *de noui oper. nunti. l. de pupillo.* §. *si quis riuos.* Accur.

e ¶ *Tubus.* est foramẽ cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ.

f ¶ *Fistula.* est aliud instrumentum ad idem.

g ¶ *In tuas pertinet.* etiam non iure seruitutis. Acc.

h ¶ *Reficere.* vel purgare: *vt supra de oper. no. nun. l. de pupillo.* §. *si quis riuos. & supra de riuis. l. ij.* §. Et sunt argum. ad contẽnendas [d] nuntiationes, *infra de reg. iur. quæ propter necessitatem. & supra quod fal. tu. auctore. l. si id inquit. & infra de fideiuss. si fideiussor. & supra pro empt. leg. ij.* §. *fi. & l. aliegam. & C. de restit. ven.* *si maior. & C. de libe. causa. l. iij. &* ℥. *de publi. l. Publicanum. &* ℥. *de petit. l. si quis seruum. &* ℥. *de relig. l. si quis.* §. *idem Labeo. &* ℥. *mãd. l. quintus. Sed argu. contra* ℥. *de fideicommiss. lib. l. cum verò. &* ℥. *tit. j. l. iij. & C. de rei vin. l. si fundum.*

i ¶ *Instituerant.* id est inceperant.

DE CLOACIS†.

TITVLVS XXIII.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

PRætor ait: *Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere [a] liceat, vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caueri iubebo.*

1 ¶ Sub titulo [b] duo interdicta prætor subiecit: vnum prohibitorium, alterum restitutoriũ: & primum prohibitorium.

2 ¶ Curauit autem prætor per hæc interdicta, vt cloacæ & purgentur & reficiantur: quorũ vtrumque & ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cœlum pestilens [*] & ruinas minantur [c] immunditiæ cloacarum, item si non reficiantur [d].

3 ¶ Hoc autẽ interdictũ propositum est de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacæ publicam curam merentur. 4 ¶ Cloaca autem est locus cauus per quem colluuies quædam fluat.

5 ¶ Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est: quo prohibetur vicinus vim facere quo minus cloaca purgetur & reficiatur.

6 ¶ Cloacæ appellatione & tubus [e] & fistula [f] continetur.

7 ¶ Quia autem cloacarum refectio † & purgatio ad publicam vtilitatem spectare videtur, idcirco placuit non esse in interdicto addendum, *quod non vi, non clam, non precario ab illo vsus es:* vt etiam si quis talem vsum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere vel purgare.

8 ¶ Deinde ait prætor, *quæ ex ædibus eius in tuas pertinet* [g]. Ædes hic accipere debes pro omni ædificio, hoc est, ex ædificio eius in tuum ędificium. Hoc amplius Labeo putabat hoc [*] interdicto locum esse & si area ab vtralibet parte ædium sit, & si fortè (inquit) cloaca ducta sit ex vrbano ædificio in proximum agrum.

9 ¶ Idem Labeo, etiam eum qui priuatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum ne ei vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacam facere, vt exitũ habeat in publicam, non esse eum impediendum Pomponius scribit.

10 ¶ Quod ait prætor: *pertinet,* hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas pertinet: hoc est derigitur †, extenditur, peruenit.

11 ¶ Et tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quam aduersus vlteriores per quorum ædes cloaca currit.

12 ¶ Vnde Fauius Mela scribit, cõpetere hoc interdictum vt in vicini ædes veniat, & rescindat pauimenta purgandæ cloacę gratia. Verendum tamen esse Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur. Sed hęc stipulatio non cõmittitur, si paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa resciderat.

13 ¶ Si quis purganti mihi cloacam vel reficienti, opus nouum nuntiauerit: rectissimè dicetur, contẽpta nuntiatione me posse reficere [h] id quod instituerant [i].

14 ¶ Sed & damni infecti cautionem pollicetur [k], si quid operis vitio factũ sit. Nam sicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit: ita dicendum ne damnum ædibus alienis detur.

15 ¶ Deinde ait prætor [l]: *Quod in cloaca publica factũ siue ea immissum habes, quo vsus eius deterior sit, fiat, restituas* [m]. *Item ne quid* [n] *fiat, immittatúrve, interdicam.* 16 ¶ Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam [o] immittas: néve facias quo vsus [eius] deterior sit, néve fiat.

II. VENVLEIVS *libro primo Interdictorum.*

QVanquam de reficienda cloaca [p], non etiam de noua facienda hoc interdicto [q] comprehendatur [r]: tamen æquè interdicendum [s] Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia ea dem vtilitas sit. Prætorem enim [t] sic interdixisse [u], ne vis fieret quo minus cloacam [x] in publico facere liceret. idque Ofilio & Trebatio placuisse. Ipse dicendum ait, vt † ne factam cloacam purgare & restituere permittendum sit per interdictum [y]; nouam [z] verò facere is demum cõcedere debeat, cui viarum publicarum cura sit [a].

k ¶ *Pollicetur.* aliàs, pollicetur nisi paratus sit restituere quod. & aliàs pollicetur si quid & secundum primam dic cautionem, id est actionem quæ oritur ex cautione quæ inter posita ex causa damni infecti, pollicetur nisi &c. Secundũ aliam sic: quia vult prætor vt debeat caueri de damno infecto, quod operis vitio factũ fuit id est, cũ opus destructum propter purgationem & refectionẽ cloacæ restituitur: de damno infecto cauẽdum est. vel dic secundũ eãdem literam: id est quãuis paratus sit restituere quod operis vitio factũ est: tamẽ dãni infecti cautionẽ pollicet, i. actionem quæ oritur ex cautione quę causa dãni infecti interposita fuit si quod aliud est damnum &c.

l ¶ *Deinde ait prætor.* hoc est restitutorium: *vt* ℥. *s. j.*

m ¶ *Restituas.* i. destruas.

n ¶ *Item ne quid.* ecce tertium prohibitorium.

o ¶ *Cloacam.* aliàs publicam cloacam.

p ¶ *Quanquã.*] *Cloaca.* s. priuata.

q ¶ *Interdicto.* quod est ℥. *eo. l. j. in prin.*

r ¶ *Comprehendatur.* quantum ad verba.

s ¶ *Interdicendum.* quod ad sententiam &c. Ac.

t ¶ *Prætorẽ enim.* arg. de [a] publica ad priuatã: quòd etiã interdictum de publica non habemus quo ad verba.

u ¶ *Interdixisse.* ait Labeo.

x ¶ *Cloacam.* priuatã.

y ¶ *Per interdictum vt* ℥. *s. j. in prin. idem de publicum* §. *deinde.* Acc.

z ¶ *Nouam.* s. priuatã: & idem de public.

a ¶ *Cura sit.* vt [b] ædiles: *vt* ℥. *de via publ. leg. ædiles.* qui ex prætoribus erãt: *vt Inst. de iure natura.* §. *prætorum.* non ergo coram omni ꝑtore poterat agi vt liceret facere nouã cloacã vel priuatã: sed tantũ corã eo q. curã viarum habebat, cũ multi essent ꝑtores: *vt* ℥. *de ori. iur. l. ij.* §. *ex quo consules. vsque ad* §. *iuris ciuilis.* Vel veri⁹ primo petit licẽtiã faciẽdi ab ædilib⁹: qua habita agit coram quolibet magistratu.

† In hunc tit. Alex. ab Alex. lib. 3. Genia. di. c. 14.

* pestilens.

a Interdicti de cloacis quatuor capita, reficere, purgare, reficere & non impedire.

b Interdictum de cloacis duplex, prohibitorium & restitutorium.

† Fl. refectio.

c De peste vide Ripam in tractatu de peste.

Tubus quid sit.

* huic.

d Nuntiationem contemnere an liceat.

† derigitur.

a Argumentum de publico ad priuatum.

b Cloacæ nouæ facienda ius ab ædilibus impetratum.

† vt tantum.

QVOD VI AVT CLAM.

Superiora interdicta respiciunt futurum tempus: hoc præteritum. Vel dixit supra separatim de vi tam præterita, vt in vnde vi interdicto: quàm præsenti, vt in vti possi. nunc de quodam mixto. s. tam pro vi quàm pro eo quod clam factum est: quod pro præterito & præsenti datur: vt j.eo. is qui.§. quòd ait prætor. *Et not. quòd quidam*[a] *dicunt esse duo interdicta. vnum quod vi, quando vi est factum. aliud quod clam: quando clam. quod Ioan. non approbat. qualitercunque enim sit factum, agitur quòd vi aut clam.* facit j. eod. is qui in puteum. §. hoc interdictum. *Item de vi tractatur vsque ad.* §. *clam.* in l.3. *postea de clam vsque* ad §. hæc verba. in l.5. *& ibi exponit quod factum est.*

a Interdict quod vi aut clam, vnicum est nó duplex.

¶ *Vitiosè*[b] *possidet qui ab aduersario vi aut clam aut precario possidet. quæ ex causa aduersario tenetur interdicto vnde vi. vel de clandestina possessione vel quod precario, possessionis recipendæ causa. Sed huius generis interdicta hoc titu. non proponuntur. nam restitutorium interdictum hoc quod vi aut clam non est de possessione sed*[c] *de opere facto vi aut clam. Clam*[d] *facit qui non denuntiauit se facturum. Vi*[e] *autem is cui denuntiatum est ne faceret. quæ de causa concurrit etiam hoc interdictum cum interdicto de noui ope. nunt. inter quæ tamen hæc intercedit differentia*[f]*, quod hoc latius pertineat quàm illud De operis noui nunciatione. nam & possessori hoc datur & non possessori, illud non possessori & de arbore succisa, vel de fracto surculo non etiam illud. Vtrumque tamen datur siue opus durauerit siue non, in id quod interest* l.4.§. vlt. De aqua plu. arcen. l.20.§. siue vacuus de ope. no. nunt. *Et adnotandum hoc etiam dari si quid & vi & clam factum sit, quasi disiunctio*[g] *scilicet in hoc interdicto siue titulo vim etiam coniunctionis in se contineat. Cuiacius.*

b Possessio vitiosa est quæ vi aut clá est.

c Interdictum quod vi aut clam non est de possessione. sed de opere facto vi aut clam.

d Clam facere quis dicatur.

e Vi facere quis dicatur.

f Interdicti quod vi aut clam cum interdicto de noui operis nútiatione differentia.

g Disiunctiua vim coniunctionis nonnunquã continet.

QVOD VI AVT CLAM.

TITVLVS XXIIII.

1. VLPIANVS *libro septuagesimo-primo ad Edictum.*

PRætor ait: *Quod vi*[a] *aut clam*[b] *factum est*[c]*: qua de re agitur, id cum experiendi potestas*[d] *est, restituas*[e]. 1 ¶ Hoc interdictum restitutorium est: & per hoc occursum est calliditati eorum qui vi aut clam quædam moliuntur[f]. Iubentur enim ea restituere[g]. 2 ¶ Et parui refert, vtrum ius habuerit faciẽdi[h] an non. Siue enim ius habuit[i], siue non: tamen tenetur interdicto, propter quòd[k] vi aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam comminisci.

Nulla paratur defensio ei qui cõtra iuris dispositionem molitur. h. d.

3 ¶ Denique est quæsitũ, an hoc interdicto vtẽti, exceptioné possit[l] obiicere: *Quod non iure meo*[m] *receperim**. Et magis est ne possit. Nã aduersus vim, vel quod[n] clã factũ est, nulla iusta[o] exceptione se tueri potest. 4 ¶ Hoc interdictũ ad ea sola opera pertinet, quęcũq; in solo[p] vi aut clã fiunt[q].

Hic incipit exponere verba edicti.

5 ¶ Quid sit vi factũ, vel clã factũ, videamus. Vi factum videri Q. Mucius scripsit, si quis contra quàm[r] prohiberetur, fecerit & mihi videtur plena esse Q. Mucij definitio[s]. 6 ¶ Sed & si quis iactu vel[t] minimi lapilli prohibitus facere, perseuerauit[u] facere: hũc quoque vi fecisse videri Pedius & Põponius scribũt. eoque iure vtimur. 7 ¶ Sed & si contra testationẽ[x] denuntiationẽq. fecerit: idem esse[y] Cascellius & Trebatius putant. quod verum est[z].

8 ¶ Sed & Aristo† ait eũ quoque vi facere, qui cum sciret se prohibẽdum*, per vim molitus est ne prohiberi possit[a]. 9 ¶ Itẽ

PRætor ait.] CASVS. Quod vi aut clam feci, non vt ius permittit in re de qua nũc agitur, prætor iubet me hoc opus destruere. Vlpianus postea loquitur, & dicit: hoc interdi. restitutorium est, & per hoc occurritur calliditati ædificantium vi aut clam. & siue in alieno fundo ædificem vi aut clam, siue in meo, ab alio tamẽ possesso: teneor hoc interdicto: nec possum obiicere quod in meo fundo feci, cum eum non possideam. & ad sola ædificia quę fiunt vi aut clam in solo, habet locũ hoc interdictum. Postea exponit quis dicatur vi ædificare. & certe ille qui ædificare prohibitus ædificat: vel qui contra nuntiationem per lapillum factam ædificat: vel qui contra testationẽ, id est denuntiationem coram testibus factam ædificat: item qui curauit, id est procurauit ne prohiberetur, sciens se debere prohiberi tenetur hoc interdicto. sed si prohibitus destitit tũc ædificare: & alia die ædificat: videtur vi facere. Sed pone quòd cum ædificabas in fundo siue solo à me possesso, ego infirmitate ductus, vel nolens te offendere, vel amicum tuum qui & meus erat amicus, non prohibui: non videris vi ædificare. sed si cum vellem venire ad prohibendum te, aliquis mihi in via restiterit cum armis ne venirem, & non veni: & hoc factum est te ignorante: non videris vi ædificare, cum factum alterius tibi ignoranti non debeat nocere. h. d. cum l. sequenti.

a ¶ *Vi.* compulsiua[h]: *vt s. quòd met. cau. l. metum. §.j.* vel ea quæ cõsensu caruit: *vt j. ea. l. §. quid sit vi. & §. sed & Aristo.*

b ¶ *Clam.* expone *vt j. eo. l. iij. §. si.*

c ¶ *Factum est.* non vt ius permittit: quia fortè ab alio possidente: & supple, in ea re qua &c. ¶ Et not. quòd non dicit in priuato: quia & in publico locũm habet: *vt infra l. iij. §. plane. & l. vi factis §. fina.*

d ¶ *Experiundi potestas.* ex hoc patet quòd vtilis est: *vt j. de diuer. & tempo. præscri. l. j.* quod accipe ad sui principium: sed ad cursum continuus est: *vt s. de aqua plu. ar. l. Atterius in princ.* Accur.

e ¶ *Restituas.* id[i] est destruas, & in pristinum statum ponas. quod dic vt *j. de verb. signif. l. cum prætor. & fa. s. communi diuid. l. communi diuidundo. j. §. Iulianus.* Accur.

h Interdictum quod vi, competit pro vi cõpulsiua & quæ cõsensu caret.

i Restituere pro destruere & in statum pristinum ponere.

f ¶ *Moliuntur.* i. ædificant.

g ¶ *Restituere.* sed & vti possid. interdictum locum habet: *vt supra vti possid. si duo. §. si vicinus.* sed hoc expedit[a] potius, secundùm quosdam.

h ¶ *Faciendi.* in illa re. Azo.

i ¶ *Ius habuit.* Sed[b] si habuit ius: ergo non tenetur. *argum. Co. de adulte. Gracchus.* Sed hic habet ius, quia dominus est soli: sed non habet, quia alius possidet: vnde non habet ius inuito possessore. *& facit supra ad leg. Aquiliam. l. quemadmodum. §. penultim. & supra de noui oper. nuntia. l. prætor. §. ait prætor. & quorum lega. l. j. §. redigentur.* Sed argum. contra. *supra de itine. actuque priuat. veteres.*

k ¶ *Propter quod.* i. quia. vel propter id quod &c. Ioan.

l ¶ *Possit.* s. cõuentus. Accur.

m ¶ *Non iure meo.* verba sunt exceptionis. q. d. rectè ageres quando non iure feci.

n ¶ *Quod.* id est quia tunc non fecerim iure meo. sed vbi feci iure meo, vt in casu superiori: videor non teneri. Sed hæc quidem exceptio non valet. Accursius.

o ¶ *Nulla iusta.* scilicet tali: aliæ tamen quatuor[c] possunt opponi: *vt infra ea. l. prohibere. § s. d si permiserit. & l. si alius. §. bellissimè. & §. est & alia. & leg. semper. §. hoc interdictum. facit supra ad exhiben. l. iij. §. ibidem.*

p ¶ *In solo,* vel in re cohærente[d] solo. Ioann. *vt j. l. si alius. §. notauimus.* ¶ Et dic solo vel eius qui ædificat: vel eius cui nocetur: vel etiam tertij: *vt supra de aqua plu. arcend. l. si colonus. & l. quanquam. §. idem.*

q ¶ *Fiunt.* aliàs fiunt: & aliàs fuerint, scilicet facta.

r ¶ *Contra quàm.* id est[e] contra prohibitionem quam facit aduersarius. *ad quod est infra quod met. cau. l. metum. iij. §. idem ait & si fortè. & infra eodem. l. vi. & supra de noui. oper. nuntia. l. prætor. §. nonnulli.* Sed contra supra *de itine. actuque priua. l. iij. in princip.* Solu. vt ibi. Vel secundò hic expone contra quàm &c. id est fecit vt non prohiberetur, nunciando putà aliquid triste prohibere volenti. ad quod est supra ad Silla. *l. iij. §. subuenitur. & infra eo. §. sed & Aristo. & infra eo. l. vi facit & supra de eo per quem factum erit. leg. j. §. j.*

s ¶ *Definitio.* id est assignatio: nec est vera definitio. est ergo plana vt pro omnibus his operibus habeat locum interdictum vt restituatur opus, exceptis illis casibus vbi impunè contemnitur nũciatio: *vt supra de no. ope. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. & §. de riuis. l. Seruius. §. fin. & supra titu. j. l. j. §. si quis purganti.* & exceptis illis casibus vbi competit exceptio contra hoc interdictum: *vt not. s. ea. l. §. denique.*

t ¶ *Vel.* pro saltem.

u ¶ *Perseuerauit.* non præstita satisdatione de opere demoliendo. *& facit s. de operis noui nun. l. de pupillo. §. meminisse. & si ser. vin. l. & si fortè. §. ij.*

x ¶ *Contra testationem.* i.[f] nuntiationem coram testibus factam, denuntiatio[g] quandoque[h] sine testibus fit.

y ¶ *Idem esse.* vt faciat vi.

z ¶ *Verum est.* vt faciat vi.

a ¶ *Possit.* quia ergo per[i] eum factum est ne prohibeatur: debet pro eo haberi ac si prohibitus esset: *vt & infra de regulis iuris. leg. ad ea quæ. §. semper. & leg. in iure ciuili. & supra vt in possess. lega. l. is cui. §. si ex duobus. & supra de noui operis nuntiatione. leg. prætor. §. si quis paratus. & supra quibus ex cau. in possess. ea. leg. ij. §. hæc verba. in fin. & supra quorum legat. leg. fina. in fin. & supra de ripa mu. l. j. in princip. & supra quibus modis pignus vel hypo. sol. leg. item liberatur. §. si quis paratus. & supra de legat. ij. leg. Titia. ij. §. Seia. & argumen. supra de inofficio. testamen. leg. nihil. ij. respon. & de iureiuran. leg. si non fuerit & de edictio. leg. si ideò. § fina. & supra si quis cau.*

a Dolo facit qui petit quod restituturus est. verum id non habet locum in possessoriis. quòd verum intelligendum incõuenienti possit probari: quia in eis etiam admittitur.

b Iuste facit persona non nocetur.

† Interpellatus dicitur qui facit vt non interpellaretur. tex. in l. si alió. sup. de min. tex. in l si quis cum quis vin. variorum. s. supra eo.

* Flo. prohibere, pro prohiberi. c. pro i.

c Interdicto quod vi quatuor exceptiones opponi possunt.

d Cohærentia eius qualitatis cẽsentur, cuius sunt ea quibus cohærent.

e Vi facit qui alio prohibẽte facit.

f Testatio pro nuntiatione coram testibus facta.

g Testationis & denunciationis differentia.

h Denunciatio quandoque fit sine testibus.

i Prohibens qui ad se peruenire nunciatio, citatio & similia perinde tenetur ac si peruenisset.

quis cau.l.ij.§.fi.& ff.ne vis fiat ei qui in poss.l.fi.in prin.

a ¶ *In præsentiarum*.id est [a] in præsenti. Accur.

b ¶ *Fecisse*, vt infra.l.iij.§.illud.

c ¶ *Iusta causa*. postea: vt [b] rescripto principis: vel si satisdederit, vt ff.l.iij.§.si quis paratus.Accursius.

d ¶ *Impeditur*. ad quod est ff.de fur.l.pe.

e ¶ *Te*. facientem opus non vi non clam.

f ¶ *Magni faciebat*.i.te valde diligebat.

g ¶ *Non videbitur*. id est non videris tu.

h ¶ *Meo*. quia ex parte mea nullus dolus fuit.

i NE *in aliena*. Facit [c] *supra de arbit. l. ne in potestate. & infra de regul. iur. l. non debet ij.& sup.ne quid in loco publi. l. ij. §.item Nerua. & sup. de negot. gest. l. soluendo.* Sed argum. contra. ff. *quarum rerum actio. l. j.§. exceptiones.* Accursius.

PRohibere. In hac l. continuatur id quod dictum est supra in fin. proxim. casus præceden. Et dicit: Siue egomet prohibeã, siue per seruum meũ, siue per procuratorem, siue per similem personam, idem est: nec obstat quod per liberam personam mihi quæritur. nam prohibitio facit te vi facere: imò & cum clam ædificas, ex tuo facto teneris: & sufficit quòd semel prohibearis pro toto tempore vt totum ædificium postea factũ debeas destruere: nisi postea tibi permisissent ædificare vel procurator vel tutor vel curator meus permisisset. sed si in loco publico prohibitus ædificem, teneor hoc interdicto: nec prodest permissio præsidis, nisi lex municipalis hoc facere, id est posse permittere præsidi permisisset: permissio autem principis vel eius cui hoc permisit princeps, scilicet posse permittere in loco publico ædificare. bene tenet. Item si prohibitus ædificare satisdat, satis fit. nam non videtur vi facere. Item si esset prohibitus quis ædificare à vicinis, quia timetur de dam. infe. & de hoc satisdet: satisfit. [CLAM FACERE.] Nunc exponit verbum, clam, & ille clam dicitur ædificare, qui celat aduersarium opus quod facit: quẽ, si sciret, credit quòd ei controuersiam moueret coram iudice, vel de facto saltem sine iudicio: & de hoc timet, vel timere debuit. item si non credat, credere non debebat. Item clam dicitur facere, qui dixit aduersario de opere quod erat facturus, alia tamen forma quàm fecit. de quo da exemplum vt in glo. vel qui tarde dixit. & h. d. hic §. & l. seq. & prin. seq. Fran.

Labeo dicit, si quem facientem prohibuero, isque destiterit * in præsentiarum [a], rursúsque postea facere cœperit: vi eum videri fecisse [b]: nisi permissu meo facere cœperit, vel qua alia iusta causa [c] accedente.

Amicitia nolentis prohibere quem opus facere excusat à pœna huius interdicti.

10 ¶ Si quis tamen imbecillitate impeditur [d], vel etiam ne offenderet vel te [e], vel eum qui te magni faciebat [f], ideo non venerit ad prohibendum: non videbitur aduersarius [g] vi fecisse. & ita Labeo scribit.

Vis facta aduersario meo per aliũ, mihi non debet imputari, si non consentio, violentiam inferenti.

11 ¶ Idem ait, & si te volentem ad prohibendum venire, deterruerit aliquis, armis fortè, sine vllo dolo malo meo [h], ac propter hoc non veneris: non videri me vim fecisse:

II. VENVLEIVS *libro secundo Interdictorum.*

NE in aliena [i] potestate [sit] conditionem meam nihil delinquentis deteriorem facere.

III. VLPIANVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

PRohibere autem non vtique per semetipsum necesse est: sed & si quis per seruũ suum vel procuratoré prohibuerit [k], rectè videtur prohibuisse. Idé etiam si mercenarius meus prohibuerit. Nec quem moueat [l], quod per liberam personã actio adquiri non solet [m]. nam prohibitio hæc demonstrat vi te facere. Quid mirum, cum & si clam [n] feceris, habeam actionem? Ergo facto magis tuo delinquentis, quàm alieno, adquiritur mihi actio.

k ¶ *Prohibuerit*. vel cum mandato [d]: *vt ff. de procur. l. procurator. iij.* vel etiam sine mandato: *vt arg. ff. de petit. her. ed. l. item veniunt. §. petitam. vers. à quo.* Accursius.

l ¶ *Moueat*. quis prohibuerit, nec etiam econtra quis prohibeatur, dominus, an [e] eius ministri: *vt ff. de no. ope. nuntia. l. de pupillo. §. seruo. & § nuntiationem.*

m ¶ *Non solet.* vt [f] supra *de condict. pen. l. & licet. & facit ff. de vsur.* ff. Nouum.

l. si quis solut'oni. §. final. & supra de ope. noui nuntia. l. si procurator. & supra de bon. aucto. iud. possi. l. cum vnus. in princip. & inf. eod. l. in terdictum.

n ¶ *Etsi clam*. ita quòd nec per se, nec per aliũ prohibuit dominus.

o ¶ *Faciendam*. vt locus sit illi interdicto.

1. ¶ Illud sciendum est, non omnibus momentis † vim esse faciendam [o]: sed semel inter initia facta perseuerat [p].

Qui permittit opus fieri: si interdictum proponat, patitur exceptionem conuentionis.

2. ¶ Sed si permiserit [q]: aduersus eum qui vtatur interdicto, exceptio [r] erit necessaria.

3. ¶ Non tantùm autem si ego permisero, sed & si procurator meus, vel tutor [s] qui tutelam administrat [t], vel curator pupilli, furiosi, siue adulescẽtis: dicendum erit exceptioni locum fore [u].

Officiarius publicus non potest vltra permittere quàm sibi concessum sit à lege vel consuetudine.

4. ¶ Planè † si præses, vel curator reipublicę permiserit in publico facere, Nerua scribit exceptionem locum nõ habere: quia etsi ei locorum (inquit) publicorum procuratio data est, concessio [x] tamen data [y] non est. Hoc ita verum est, si non lex municipalis [z] curatori reipublicæ amplius cõcedat.

Quãdo quis iuris defensiones proponere paratus est: videtur cessare clãdestina aut violenta monitio.

Sed & si à principe, vel ab eo cui princeps hoc ius concedendi dederit [a], idem erit probãdum [b].

5. ¶ Si quis paratus sit se iudicio defendere aduersus eos qui interdicendum [c] putant ne opus fiat: an videatur desinere vi facere? Et magis est vt desinat: si modò satis offerat, & defẽdere paratus est si quis agat. & ita Sabinus scribit [d]. 6. ¶ Sed & si quis dãni infecti paratus sit cauere, cum propter hoc tantum esset prohi-

p ¶ *Perseuerat.* hoc inter easdẽ personas: secus in diuersis: *vt infra eo. l. vi factū. §. tandiu. & facit supra eod. l. j. §. idem Labeo. & argum. infra de fur. leg. quamuis. & supr. quod m. l. caus. l. videamus.* Sed contra. *inf. eod. l. is qui. §. interdictum.* Solu. ibi facta fuit remissio: hic non. Item fa. ff. *de lega. ij. l. Titia Seio. ij. §. vsuras. & supr. vt in poss. lega. l. si vt à quo. §. final.* Sed argu. contra. ff. *de verbor. significa. leg. vinaria vasa.* Item contra. ff. *de itine. actuque priuato. leg. iij. in princ.* Solu. vt ibi. Item contra. ff. *de vsur. l. mora. ibi, cum sit omissa, &c.* magis concordat. [a] Item argum. contra. ff. *de acquir. re. domi. l. qui bona. §. j* [b].

q ¶ *Sed si permiserit.* post prohibitionem. & hic puncta.

r ¶ *Exceptio.* scilicet conuentionis: *vt & ff. tit. j. l. j. & ff. de pact. leg. iurisgen. §. penul. & supra de operis noui nuntia. le. j. §. item quæritur. & supra quibus mo. pignus vel hypoth. sol. leg. si consensit.*

s ¶ *Vel tutor.* quia hi loco dominorum habentur: *vt infra de fur. l. interdum. ij. §. qui tutelam. & argum. infra de in iur. l. sed & si vnius. §. j.* Accurs.

t ¶ *Administrat.* ad differentiam [d] eius qui contutori administrationem cessit: vel qui ad instruendum datus est: *vt infra de solut. leg. quod si forte. §. j.* Accursius.

u ¶ *Locum fore.* f. conuentionis de rigore.

¶ Sed an minor poterit restitutionem implorare? videtur quòd sic: *vt supra de mino. leg. l. ait prætor.*

x ¶ *Concessio.* id est remissio.

y ¶ *Data.* etiam de rigore. *ad* [e] *quod est ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. & ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. & C. de transact. l. præses. & ff. de dona. l. filius & supra de pact. l. contra. §. si filius. & C. de pat. l. filius. & supra ad Maced. l. si filius. in princ. & supra de rebus eorum leg. magis. §. non passim.* ¶ Et no. ex præsenti & superiori responso quòd maiorem [f] potestatem habet priuatus administrator, quàm publicus.

z ¶ *Municipalis.* sic ergo consuetudo [g] specialis derogat legi speciali: *vt hic. & C. de emanci. l. be. l. j. & ff. communia prædio. l. venditor. §. si constat. & ff. quod cuiusque vniuersi. l. item. §. j. item fa. inf. eo. l. aut qui. §. idem ait.*

a ¶ *Dederit.* prædicta concessio fuerit data, supple.

b ¶ *Probandum.* exceptioni locum fore.

c ¶ *Interdicendum* .i. denũtiãdũ, vt statim subiicit, ne opus fiat &c.

d ¶ *Scribit.* facit ff. *de ope. no. nun. l. prætor. §. si quis paratus. & l. stipulatio. §. j. & quorum legato. l. ij. §. j. & ff. de fideius. l. si dubitetur in prin. & ff. de vsucap. l. si is qui. §. si seruus.* Accur.

a In præsentiarum pro in præsenti, vt hic ...

* Vel, destiterit.

c Deteriorem alterius conditionem facere ... non licet ...

d Mandatum prohibendi dari potest.

e Prohibere vel ipse dominus eiusue ministri nihil interest.

f Adquiri actio per liberam personã regulariter non solet.

† Momenta singula non considerantur: sed vim ab initio semel factam sufficit.

a Mora enim facta semper durat, nisi interrupta.

b Momentum quolibet in poss. ... liberi hominis.

† Mandato generaliter facto à repub. non venit alienatio rerum.

e Dominorum loco habentur tutores, curatores & similes.

d Tutoris & eius qui contutori administrationẽ cessit vel qui ad instruendum datus est differentia.

e Generali mandato nõ venit alienatio.

f Administrator priuatus maiorem habet potestatẽ quàm publicus.

g Consuetudo specialis legi derogat. Quod limitabis, si est rationabilis & legitimè ...

a Causa sublata seu cessante, prohibitio cesset.

a ¶ *Desinere.* sublata [a] causa tollitur prohibitio: *vt* 5. *proxi.* §.
b ¶ *Denuntiauit.* hic continua, l. aut qui. inf. eo.
c ¶ *Timuit.* id est si credidit eum moturum sibi controuersiam: & ita frequenter timuit: inde est quòd clam fecit: aut saltem debuit credere, & ita consequenter timere.
d ¶ *Controuersiam.* de iure & in iure moueri.
e ¶ *Prohibitum.* de facto & sine iudice: vt differat à praecedenti casu. sic [b] *supra quod met. cau. l. isti quidem & facit supra ad legem Aquil. ob ib. & l. idem iuris. & infra l. prox. & supra ad Macedon. leg. iullianus. & supra empt. leg. qui fundum. §. seruus meus. & supra de contrahend. empt. leg. ea quae. §. j. & infra de regul. iur. leg. quo tutela. §. vt facit. & supra si cert. peta. leg. quod te. & deposi. leg. quod seruus. & infra de fur. leg. qui re. & 5. de acquir. possess. leg. clam.*

b Vi & clam facere quis dicatur, adde Decium, regula quo tutela. §. vt factum. §. clā inf. de reg. iuris.

† Flo. animo.
* Flo. intellegerit.
† Paria sunt scire & scire debere. l. si Titius & Seia inf. de si testam. scrib. l. qui fundum. §. seruus meus sup. proxime supra. l. quod te. sup. si certum.
c Melioris conditionis esse stulti, quam periti: & breuiter qui contumacet, mali delinquētes, quàm qui nō delinquunt et se non debēt, vide hic Albericum.

bitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat: consequens est dicere, desinere [a] cum vi facere.

Exponit verbum clam, positum in edicto. textus planus est.

7. ¶ Clam facere videri Cassius scribit eum qui celauit aduersarium, neque ei denuntiauit: [b] si modo timuit [c] eius controuersiam, [d] aut debuit timere.

8. ¶ Item Aristo putat eum quoque clam facere, qui celandi animum † habet eum quē prohibiturum se intellexerit: * & id existimat, aut existimare † debet, se prohibitum [e] iri.

f ¶ *Seruius etiam.* idem quod superiori §. sed addita, quia &c. *ad quod facit* [c] *supra de noxa. leg. non solum. & supra de petit. heredit. l. si à domino vel à patre. §. si praed. & supra de iuris & facti ignoran. leg. nec supina. & concordantia superioris.* §.

IIII. VENVLEIVS *libro secundo Interdictorum.*

SEruius etiam [f] eum clam facere, qui existimare debeat sibi cōtrouersiam futuram: quia non opinionem cuius & resupinam existimationem esse oporteat: nē melioris conditionis sint stulti quàm periti.

AVt qui.] CASVS. in princip. cōtinuatur praecedenti casui. [SI QVIS] Nunc dicit quod qui denuntiat se opus facturum, & facit, non

V. VLPIANVS *libro septuagensimo primo ad Edictum.*

AVt qui aliter † fecit quàm denuntiauit: vel qui dece-

† Citato aliquo ad aliquē actum, si ille actus aliter agitur vel in qualitate, vel in substantia quàm dictum fuerit in citatione: non valet, & cēterur factus parte non citata. Bartol. hic.

semper non clam dicitur facere: quia si denuntiat in quo loco vult aedificare: & dies & hora in qua denuntiat, scribatur: & opus quod dicit se facturum: bene fit. si autem hoc non facit vt dictum est, clam dicitur aedificare. & siue denuntietur aduersario, siue procuratori eius, siue amicis, siue domui eius, siue foeminae in domo aduersarij existenti: satis fit. Item satis est non habere animum celandi. Item si aedificare volo in publico, sufficit quòd denuntiem procuratori reipublicae. Item si aedifico in solo quod credo tuum, cum sit Titij, & animo celandi te: certe clam dicor aedificare quo ad Titium. Idem si aedificem animo celandi seruum tuum, vel procuratorem tuum, satis fit vt tibi domino competat hoc interdictum. Vltimo dicit: nuntiaui tibi quod opus vellem facere, tu nuntiasti mihi ne facerem. si amodo faciam, teneor hoc interdicto. vi enim videor fecisse. [HAEC VERBA.] Nunc exponit verba posita in edicto hoc, scilicet factum est: & Mucius praedicta verba sic intelligit: quod tu fecisti, aut aliquis tuorum fecit, vel aliquis alius tuo iussu. Labeo etiam extendit ad heredes praedictorum: vt omnes teneantur hoc interdicto. Item si tutor vel curator vel procurator municipum vel syndicus aedificet vi vel clam nomine pupilli vel ciuitatis: & si multi sint aedificantes, tenentur ipsi aedificantes hoc interdicto. Vel aliter potes intelligere hunc punctum vt in gloss. quae incipit, scilicet aedificantes &c. in fine gloss. Si autem seruus meus aedificauit vi vel clam: si meo nomine vel suo aedificauit, teneor hoc interdicto: si autem nomine extranei, putà Titij cum quo tunc stabat, si aedificat vi vel clam, vel eius iussu, tunc ipse Titius tenetur, non ego. Sed pone quòd iussu tutoris, vel curatoris, vel procuratoris, vel duumuirium factum est opus vi vel clam: & hoc opus iusserunt fieri nomine pupilli, vel adulti, vel ciuitatis: tenetur hoc interdicto pupillus & adultus & ciuitas: & dicitur teneri & iubens, scilicet ipse tutor, & similes. Si autem mandaui Titio vt quoddam opus iuberet alicui facere, & iussit: & ille fecit vi vel clam opus: tenetur hoc interdicto qui fecit, non Titius: & ego teneor. nam cum verba edicti sunt generalia: scilicet factum est: non solum qui fecit tenetur hoc interdicto, sed & qui fieri iussit. Franciscus. [AVT QVI ALITER.] Qui clam aedificat, & dominum non certificat: facit clam. Aut si dominum certificat, sed alio modo post modum facit, similiter facit clam. dixit enim, non faciam ibi nisi murum terreum. de quo dominus non curauit, sed postea facit de lapidibus: quem dominus sciens non permisisset. & quod subiicit, vel qui de. &c. idem dicit, sed clarius, vel supra in qualitate; hic in substantia operis decipit eum ad quem pertinet non fieri, id est cuius interest non fieri: vt quia dixit se facturum foueam, & fecit murum. Sed oppo. videtur quòd iste faciat vi, non clam. nam facit ne prohibeatur: *vt supra d. j. §. sed & Aristo.* Respon. supra sciui quid faciebat: sed impeditus prohibere non poteram: hic ignorabam. nam credebam quòd aliud faceret: & sic facit clam. *& facit j. proxi.* §.

pro facit eo, ad quem pertinuit non facere: vel cōsultò [g] tum denūtiat aduersario, cum eum scit nō posse [h] prohibere: vel tam sero pronūtiat [i], * vt obuiare † prohibiturus priusquā fiat, non possit. & haec ita Labeonē probare Aristo ait. 1. ¶ Si quis se denuntiauerit opus facturum: non semper non videtur [k] clam fecisse, si post denuntiationem fecerit. debebit enim (& ita Labeo [l]) & diem [m] & horam [n] de nuntiatione complecti, & vbi, & quod opus futurum sit: neque perfusoriè [o], * aut obscurè dicere, aut denuntiare; neque tam artare aduersarium, vt intra diem occurrere [p] ad prohibendum non possit [q]. 2. ¶ Et si fortè non sit cui denuntietur, [r] neque dolo malo factum sit ne sit: amicis † denique aut procuratori, aut ad domum [s] denuntiandum est.

* denuntiat
† Flo. vbi ut

3. ¶ Sed & Seruius [t] rectè ait sufficere foeminae [u] viro notū facere opus se facturū [x], vel denique sciente [y] eo facere: quamquā etiam illud sufficiat, celandi animum non habere [z]. 4. ¶ Item ait, si quis in publico municipij

* perfunctoriè.

g ¶ *Consultò.* id est ex consilio.
h ¶ *Non posse.* id est tunc cum scit eum nō posse loqui.
i ¶ *Pronuntiat.* ¶ Sed nonne incontinenti cùm certificatur, potest prohibere? Quidam dicunt quòd non: sed ad locum debeat ire: *vt argum. supra de ope. noui nuncia. leg. de pupillo. §. nuntiationem.* quod non placet quo ad hoc interdictum: *vt infra ea. l. §. si quis cum.* Dic ergo hic, non possit commode. quia voluit vocare testes, & interim ille recedit: *vt argum. supra de furtis. leg. sciendum.* 2 Vel erit dominus absens cum dixit familiae domini: *vt infra. §. & si forte.* 3. Vel dic quòd volebat nuntiare in re praesenti. hoc quidem propter tarditatem nuntiationis non potest.

† De amicis vide in tractatu Tiraquelli tract. de poenis temperandis causa 52. numero 71.

k ¶ *Non videtur.* istud non, est additum. Im. sed sine eo stare posset.
l ¶ *Labeo.* subaudit, ait. aliàs est in textu.
m ¶ *Diem.* [a] scilicet facti operis.
n *Et horam.* in *hoc arg. contra. j. de accu. l. libellorum. circa princip.* sed in alio casu est. ¶ Item in eo quod subiicit, quod onus &c. est argum. contra. 5. *de operis noui nunt. l. j. §. potest autem.* sed ibi in nuntiante ad prohibendum, hic in aedificante nuntiante, id est certificante dominum. ¶ Item quod subiicit, neque perfusoriè &c. *facit.* 5. *de interrogat. act. l. de aetate. §. nihil & de contrahen. empt. l. ea quae in fine.*
o ¶ *Perfusoriè.* id [b] est obscure: *& subiicit.* Vel dic, id est deceptiè.
p ¶ *Occurrere.* ad locum operis, cum ibi velit nuntiare. potest tamen & ibidem: vt modo dixi.
q ¶ *Non possit.* si ergo à praedictis non cauet: clam facit.
r ¶ *Denuntietur.* ab aedificante: vt patet ex praedictis & inferioribus.
s ¶ *Ad domum.* Argum. quòd si venditor sit absens sine dolo, nec sciat emptor vbi sit: saltem amicis aut procuratori aut ad domum est denuntiandum, vt possit de euict. agere. *ad quae facit C. de anna. excep. l. pen. & 5. de dam. infec. l. iiij. §. praetor. & 5. de libe. agno. l. j. in princip.*
t ¶ *Sed & Seruius.* Aliquis volebat aedificium facere cuius nomine poterat mulier agere quod vi aut clam. certè si vir certificetur, sufficit, quasi sit procurator vxoris: *vt & C. de procurato. l. ij. & l. maritus.* Vel quasi ipsa sciat quod ipse scit. *argu. C. de episc. aud. l. si legibus.* & secundùm hoc, dictio foeminae, est genitiuus: viro id est marito, est datiuus. Non autem econtra esset idem: *vt infra de iniur. l. ij.*
u ¶ *Foeminae.* cuius interest ne opus fiat.
x ¶ *Facturum.* aliquem putà.
y ¶ *Sciente eo.* vt inf. *de appe. l. cum quidam.*
z ¶ *Celandi animum non habere.* quamuis non denuntietur.

a Citatione comprehendi debet locus, dies, hora, nomē iudicis et citantis atque ita clarè citatio fieri debet vt in ea nulla appareat obscuritas, apud Lanfrancum in praxi. c. 1. num. 4.

Sufficere

a ¶ *Sufficere ei.* ædificare volenti.

b ¶ *Curatori* scilicet [a] illi cui lex municipalis dedit potestatem hanc vt posset concedere hominibus ædificare in publico loco: *vt ĩ. eo. l. prohibere. §. illud.*

c ¶ *Interdictum.* idem [b] in damno: *vt supra ad legem Aquil. l. scienti. §. sed & si defendendi.* Et in iniuria: *vt infra de iniur. l. cum qui. §. si iniuria. & furto: vt C. unde vi. l. cum quærebatur. in fin. & facit supra de neg. gest. l. item si cum putans.* Sed argumento contra *supra quibus ex causis in poss. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. & supra solut. matrim. l. etiam. §. licet.*

a Denunciari & protestatio fieri curatori ciuitatis, in causa eiusdẽ sufficit. vide tamen Gloss. in l. non videtur dolo inf. de regulis iuri. & Bartol. ibi.

b Clam fit ei qui vere, non qui opinione est dominus.

velit facere, sufficere ei [a] si curatori [b] reipublicæ denuntiet.

5 ¶ Si quis dum putat locum tuum esse qui est meus, celandi tui non mei causa fecerit: mihi interdictum [c] competere.

6 ¶ Idem dicit & si serui mei vel procuratoris celandi causa factũ sit, mihi interdictũ cõpetere.

7 ¶ Si quis cum non † denuntiasset opus se facturum, eique denuntiatum † esset ne faceret [d], fecerit: vtilius puto probandum vi eum fecisse.

Hic incipit exponere verbum, factũ est, positũ in edicto: & diuiduntur vsque ad finẽ: quia primò ponit dictum Munij secundo reprehendit eum in eo quòd dixit, tu. tertio reprehendit eũ in eo quod dixit, tuorũ. quartò in eo reprehendit, quod dixit: tuo iussu. quintò ponit vnam regulã generalẽ. secunda ibi, Labeo autem, tertia ibi si quid seruus. quarta ibi similiter. quinta ibi, & cum interdictum. Bart.

8 ¶ Hæc verba, *Quod vi aut clã factum est*, ait Mucius ita esse [e]: quod tu [f], aut tuorũ quis, aut tuo iussu factum est. 9 ¶ Labeo autem ait plures [g] personas contineri his verbis. nã ecce primùm heredes eorum [h] quos enumerat Mucius, contineri putat. 10. ¶ Idem ait & aduersus procuratorem, tutorem, curatorem, municipúmve syndicũ, alieno nomine [i] interdici posse [k]. 11. ¶ Si quid seruus meus fecit, non ob id [l] mecum actio est: sed si id meo nomine [m] aut suo [n] fecit.

† Deest in vulgat. edit. perperam. nec videtur in Accur. libro defuisse. Anton. Aug. lib. 1. c. 3.

† Protestatio prohibitiua, protestationi oppoſita, priorem inutilem reddit.

d ¶ *Ne faceret.* fuit ergo factum in absentia opus: quod sufficit ad hoc interdictum: sed non sic ad illud de operis noui nuntiat. *vt supra de oper. nou. nuntiat. l. de pupillo. §. ij.*

e ¶ *Ita esse.* scilicet accipienda.

f ¶ *Quod tu.* fecisti.

g ¶ *Plures.* quàm dixerit Mucius.

h ¶ *Heredes eorum.* Hi tenentur ad patientiam tantùm: *vt supra de ope. no. nunt. l. pen.* secus si ipse tutor non fecisset, sed iussisset fieri: tunc enim non teneretur tutor, sed is cuius nomine iussit: *vt ĩ. proxi. §. secundum quosdam.*

i ¶ *Alieno nomine.* scilicet ædificantes: *vt & ĩ. de aqua plu. arcen. l. quanquam. §. fin.* sed aduersus dominum ad patientiam. *infra eod. l. is qui. §. si tutoris.* Vel dic defendentes: sed dominus ædificauit. Accursius.

k ¶ *Interdici posse.* id est, interdictum proponi posse. Accursius.

l ¶ *Non ob id.* id est, hoc ipso. Ioan.

m ¶ *Meo nomine.* id est dominico.

n ¶ *Suo.* id est peculiari. Ioan.

o ¶ *Non tecum.* directo, sed noxali. Ioan. *vt infra eodem. l. si alius. in principio.*

p ¶ *Mecum.* me habente ratum: *vt ĩ. eo. denique. §. si colonus.*

q ¶ *Eo.* iubente scilicet tantum, vt statim dices.

r ¶ *Sed cuius.* repete, sed cum eo cuius &c.

s ¶ *Procurator.* qui iussit. s. generalis. nam hic dominus non mandauit. Sed inferiori responso, & si tibi &c. mandauit dominus. At hic ratum habuit: aliàs non tenetur: *vt ĩ. l. denique. §. si colonus.*

t ¶ *Eius nomine.* in minore accipe, si locupletior est: non aliàs. nisi ad patientiam: sed tutor tenetur: *vt ĩ. eo. l. is qui. §. si tutoris.*

u ¶ *Cum eo.* subaudi, tantũ qui &c. Vel dic, tenetur, cùm suo nomine iusserit opus fieri: *vt ĩ. l. proxi.* non cum eo iubente nomine domini: vt hic. Vel hic [a] mandatum est vt iuberet, i. vt opus faceret, ipse autem alium facere iussit. & secundum hoc non sunt contra. quæ signabo, quæ sunt *ĩ. proxi. resp.* Primam hic approbabo, cùm dicam hoc dominum non mandasse.

x ¶ *Non tecum.* contra *ĩ. l. proxi.* Sol. quidam dicunt hanc per illam corrigi. 2. Alij non tecũ, scilicet directo; sed vtiliter *vt ĩ. e. l. is qui. §. si tutoris.* 3 Vel dic, refert vtrum iubeã te facere, an iubeam te iubere facere. si enim te iubeam facere, & tu alium iusseris, & ille fecerit: tenetur qui fecit, & ego: teneris & tu, quia videris fecisse, & hoc casu loquitur *ĩ. l. proxim. si ego.* Si autem iussi te iubere facere, & tu alium iusseris. & ille fecerit: tenetur qui fecerit: teneor & ego: tu verò non teneris: quia nõ videris fecisse, cum non fueris iussus facere. & si hic loquitur. & secundùm hæc non sunt contraria *supra ad legem Aquil. l. liber homo. & de iurisdi. omn. iudic. l. si quis id. §. penultim. & infra de iniur. l. non solum. §. si mandato. & l. sed si vnius. §. si iussu.* quæ & superiori responso sunt contra. nisi quia ibi diximus non intercessisse mandatum domini. Item facit *ad hoc responsum supra ne vis fiat ei qui in possessio. miss. l. j. §. si domini. & supra de vi & vi armata. l. j. §. deiecisse. & infra arbo. furt. caes. l. furtim. §. fina autem. & infra de regul. iur. l. is damnum.* Item facit *supra de aqua plu. arcen. l. si colonus.* Accursius.

a Mandaui tibi vt maleficium admitteres: id alij vt faceret, mandasti. Ille homicidij tenetur si fecit: sed & vterque nostrum, ex mandato tenemur: quippe id fecisse ipsi videmur. v. Bartolum in l. si is. et nu. 70. sup. de vsucapionib.

Nam si tuum seruum mercenarium habuero: quidquid ab eo factum fuerit meo nomine, ob id non tecum [o], sed mecum [p], cuius iussu aut nomine id opus à seruo tuo factum fuerit, agendum erit hoc interdicto.

12. ¶ Similiter quod iussu cuius factum erit: ob id non cum eo [q], sed cuius [r] nomine iusserit, hæc actio est, Nam si procurator [s], tutor, curator, duumuir municipij, quòd eius nomine [t] ageret cuius negotium procuraret, fieri iusserit: ob id agendum erit cum eo [u] cuius nomine factũ quid erit: non cum eo qui ita iusserit. & si tibi mandauero vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris: mecum inquit, non tecum [x], erit actio. 13. ¶ Et cum [y] interdictum sic sit scriptum, *Quod vi aut clam factum est:* non ita, *Quod vi aut clam fecisti:* latius porrigi quàm ad has personas quas supra numerauimus [z], Labeo putat. 14 ¶ Et hoc iure vtimur, vt siue ego fecissem, siue fieri iussi [a]: interdicto quod vi aut clã tenear.

VI. PAVLVS *libro sexagesimoseptimo ad Edictum.*

SI ego [a] tibi mandauero opus nouum facere, tu alij [b]: non potest videri meo iussu factũ. teneberis ergo tu [c], & ille. An & ego tenear, videamus. Et magis † est & me, qui initium rei præstiterim, teneri. [d] Sed vno ex his satisfaciente cæteri liberantur [e].

y ¶ *Et cum.* aliàs at cũ. & non est hic §. secundùm Alex.

z ¶ *Numerauimus.* id est ad omnem possessionem, saltem ad patientiam: *vt infra e. l. competit. §. fina.*

a ¶ *Fieri iussi.* meo nomine, vel etiam alieno.

S*I ego.*] CASVS. Ego mandaui Titiõ vt opus faceret: & Titius iussit alij facere. hoc casu tenetur faciens opus, tenetur & Titius, teneor & ego: & vno ex his soluente, liberantur alij. Francisc.

b ¶ *Tu alij.* tuo nomine, secus si meo. Accursius.

c ¶ *Tu.* quia nomine tuo fecit. Accur.

d ¶ *Teneri.* si meo nomine mandauit, & facit [a] ad initium istud *C. ad legem Iul. de vi l. quoniam. & infra vi bono. rapto. l. prætor. §. hoc edicto. & infra de iniur. l. non solum. §. si mandato. & infra eod. l. semper. §. ij.* Sed contra *supra l. proxi. §. fin. ibi. & si tibi.* &c. Solut, vt ibi.

e ¶ *Liberantur.* ergo dolus aliorum remanet impunitus. *& fa. ĩ. quod metus causa. l. quod diximus in princip.* Accursius.

a Mandator homicidij etiam secundarius, tenetur: neque tamen excusat primũ homicidij mandatorem.

* Procurator specialis ad vnum actum, potest procuratorem ad eundem actũ substituere.

† ei.

S*I alius.*] CASVS. Debebam seruitutem itineris per fundum meum tibi. aliquis me inuito in hoc fundo ædificauit, ita quòd iter tuum impeditur. teneor tibi hoc interdicto in hoc vt præstem tibi patientiam destruendi hoc opus. Si autem seruus meus hoc opus fecit: si quidem mea voluntate, teneor destruere meis expensis. si sine mea voluntate fecit: teneor tantum patientiam præstare: & seruum pro noxa dare. Sed si seruum vendidi, præstabo patientiam destruendi: & emptor vel impensas præstabit in destruendo opere: vel seruum dabit pro noxa. Sed si me volente fecit opus, licet eum postea vendam, teneor præstare impensam & patientiam. & si hoc præstem liberatur emptor. Idem si emptor præstet. nam ego liberor. sed si emptor dedit seruum pro noxa: non liberor, quin teneor hoc interdicto. Vltimo dicit: qui post prohibitionem facit opus, tenetur & hoc interdicto: item interdicto de operis noui nuntiatione, nisi remiserim nuntiationem. nam tunc non tenetur. & qui post prohibitionem facit: siue facta remissione, siue non, non dicitur clam facere: cum non possit dici celatus qui iam prohibuerat. [BELLISSIME.] Agens hoc interdicto potest quandoque repelli ope exceptionis: vt si opus fecisti vi aut clam: quod opus dat mihi damnum, & ego destruo illud opus vi aut clam: si tu agas hoc interdicto. quòd destruxi opus vi aut clam: ego excipiam, quia tu illud opus feceras vi aut clam. & hoc est verum, si etiam me damnum ex opere habebam, aliàs, non debui destruere

Ponitur alia exceptio quæ huic interdicto obuiat: vt si vicini ędem destruxi causa extinguendi incendij: & propter hoc agatur contra me hoc interdicto, vel Aquil. nam si magistratus destruxit, & iure: non tenetur. si autem ego priuatus destruxi: tunc aut habebam iustum timorem, vt quia prope domum destructam vertat ignis. & non teneor. aliàs teneor hoc interdicto ad simplũ, id est ad interesse. Idem est dicendum si Aquil. agatur. si autem destruxi domum vicini nullo orto incendio, licet postea oriatur ibi prope, bene teneor. & redditur ratio [NOTAVIMVS.] Hæc verba edicti quiuis late pateant, vt ex supradictis patet: sciās tamen hoc edictum locum habere in opere quod in solo tantum fit. Qui ergo colligit fructus fundi mei: non tenetur hoc interdicto. qui autem incidit arbores fundi mei, vel salictum, vel arundinem, vel vites vineæ meæ: tenetur hoc interdicto. non autem ille qui colligit fructus. nam tenetur furti. [SI QVIS ACERVVM.] Dic casum, vt in gloss. Subsequenter dicit: fecisti fossam in silua publica. bos meus in eam incidit, & læsus est. teneris hoc interdicto. Item qui destruxit summitatem domus meæ, licèt non vsque ad solum: tenetur hoc interdicto. & dat exempla in tegula remota. Item si ramum de arbore incidit. Et est hoc verum de tegula, si erat supra domum, & inde sit remota. si autem nondum erat supra domum posita, & aliquis eam remouerit: non tenetur hoc interdicto. Pro sera autem domus, vel pro claui, vel pro cancello sublato, non datur hoc interdictum. Si autem statuam affixam domui, vel simile quid quis remoueat, hoc interdicto tenetur. Item qui arauit vi vel clam in agro alterius, vel fossam fecit: hoc interdicto tenetur, Qui autem aceruum lignorum existentem in agro Titij remouit extra agrum portando ligna: hoc interdicto non tenetur, cum per hoc non lædat fundum, nec aceruus cohærebat solo. & hoc dicit hic §. cum tribus legibus sequentibus. Franciscus.

VII. VLPIANVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

SI filius fecerit me inuito[a]: tenebor ad hoc vt patientiam præstem[b]. 1 ¶ Neratius quoque scribit, cum cuius seruus vi aut clam fecit: aut sua impensa[c] ex hoc interdicto opus restituere debere: aut patientiam[d] restituendi præstare, & seruum noxæ[e] dedere. Planè si mortuo alienatóve seruo interduceretur[f] patientiam dumtaxat præstare[g] debere ait[h]: ita vt & emptor[i] eo interdicto possit conueniri, vt impensam præstet, aut noxam det: dominóque[k] operis sua impensa restituente aut damnato quia non restitueret[l], emptorem liberari[m]. Eadem[n] & sic contrà dominus serui[o] vel opus restituisset, vel litis æstimatione damnatus esset[p]. Quò si tantùm noxæ dedisset[q], aduersus dominum operis[r] vtiliter interdici.

2 ¶ Ait Iulianus, qui ante remissionem[s] nuntiationis[t], cõtra quàm prohibitus fuerit, opus fecerit: duobus interdictis tenebitur: vno, quod ex operis noui nũtiatione cõpetit: altero quod vi aut clam[u]. Remissione autem facta[x] intelligẽdus non erit vi aut clam facere: quamuis prohibeatur[y]. Licere enim debet ædificare ei qui satisdederit: cum possessor hoc ipso[z] constituatur: clámque facere[a] nec ante remissionem nec postea existimandus est: cum is qui opus nouum nuntiat non possit videri celatus[b], & præoccupatus[c], antequam controuersiam faceret[d].

3 ¶ Bellissimè apud Iulianum quæritur, an hæc exceptio noceat in hoc interdicto, *Quod non tu vi[e] aut clam feceris?* vt puta vtor aduersus te interdicto quod vi aut clàm an possis obiicere mihi eandem exceptionem, *Quod non tu vi[f] aut clam fecisti?* Et ait Iulianus, æquissimum esse hanc exceptionem dari.[g] Nam[h] si tu (inquit) ædificaueris vi aut clam: ego idem demolitus fuero vi aut clam: & vtaris aduersus me interdicto: hanc exceptionem profuturam[i] quod non aliter procedere debet nisi ex magna[k] & satis necessaria causa: alioquin[l] hęc omnia officio iudicis[m] celebrari oportet.

Dominus vicini potest impunè destrui timore ignis, si ignis vsque illuc peruenit. sin autem non peruenit vsque illuc, tenetur destruens.

4 ¶ Est alia exceptio, de qua Celsus dubitat an sit obiicienda: vtputa si incendij[n] arcendi causa vicini ędes intercidi, & quod vi aut clam mecum agatur, aut damni iniuria. Gallus enim dubitat an effici † oporteret, *Quod incendij defendendi*

a ¶ *Inuito.* id est in meum præiudicium: putà seruitutis alij debitæ. Accursius.

b ¶ *Præstem.* vt[a] opus tollatur: *vt & infra eodem.l. semper in principio.*

c ¶ *Impensa* cum præcessit vel secuta est domini voluntas.

d ¶ *Patientiam.* cum eo inuito factum est. Accursius.

e ¶ *Noxæ.* ad *hoc supra de petit. heredi.l. illud. §. finali. & infra eodem. l. nam & si seruus. & l. denique. §. finali. & supra de dolo l. & eleganter. §. si quadrupes. & de noxa. l. electio.* Sed contra supra *de aqua pluuia arcenda. l. tertius. §. Celsus.* Solut. vt ibi. Accursius.

f ¶ *Interdiceretur.* id est interdicto ageretur.

g ¶ *Præstare.* scilicet venditorem.

h ¶ *Ait.* Neratius.

i ¶ *Emptor* dum viuit seruus.

k ¶ *Dominóque.* scilicet quondam venditore.

l ¶ *Non restitueret.* quod est quando voluit dominus.

m ¶ *Liberari. vt & infra si fa. fur. fe. di. l. quotiens. in princ. & arg. infra eo. l. semper. §. si.*

n ¶ *Eadem.* scilicet dicenda sint. Accursius.

o ¶ *Serui.* scilicet emptor.

p ¶ *Esset.* quia venditor liberabitur.

q ¶ *Dedisset.* scilicet emptor seruum. Accursius.

r ¶ *Aduersus Dominum operis.* id est venditorem cuius voluntate factum est.

s ¶ *Ante remissionem.* id est, ante satisdationem præstitam: quæ pro remissione est. 2. Vel dic etiam proprie. nam duobus[a] modis fit remissio: scilicet conuentione, & iure, id est præstita satisdatione.

t ¶ *Nuntiationis.* post prohibitionem factæ.

u ¶ *Quod vi aut clam.* vt & *supra de ope. noui nunt. l. prætor. §. nonnulli. & l. j. §. j. nec superfluit alterum. j. vt in. d. l. j. §. j. not.*

x ¶ *Facta.* quod fit conuentione, vel præstita satisdatione.

y ¶ *Prohibeatur.* scilicet iterum.

z ¶ *Hoc ipso.* quòd satisdedit: & dic possessor, scilicet iuris: secundùm quosdam: cuius causa fit nuntiatio: *vt supra de ope. noui nuntia. l. de pupillo. §. sextus. versicu. imposititiam.* Sed certè imò & soli: quia & naturalem causam habet quandoque nuntiatio: *vt ibidem.* & hoc quando voce tantum: *vt & supra de operis noui nuntia. l. j. §. in operis. & supra si ser. vindi. l. & si forte. §. j. sicut si iactu lapilli: vt ea. l. de pupillo. §. meminisse.* Accursius.

a ¶ *Facere.* quamuis prohibeatur scilicet nunc.

b ¶ *Celatus.* facta remissione.

c ¶ *Præoccupatus.* prohibitione, cùm animum celandi eum non habuit.

d ¶ *Faceret.* domino fundi. nam ad hoc vt non videatur ædificās clam ædificare, debet dicere domino fundi: notum sit tibi quod ego volo ædificare in tali loco: & in tali die & hora incipiam. & quædam alia debet dicere: *vt habes supra eo. l. aut qui. §. j.* Accursius.

e ¶ *Quod non tu vi.* verba exceptionis, rectè ageres pro eo opere &c.

f ¶ *Quod non tu vi.* verba exceptionis, & expone vt modò.

g ¶ *Dari.* hoc[b] verum est in hoc interdicto, secus in interdicto vnde vi: *vt & C. ad legem Iuliam de vi. l. si quis. quæ est contra.* tunc enim amittit ius suum. secundùm B. *vt C. vnde vi. l. si quis in tantam.* nisi incontinenti faceret: *vt supra de vi & vi arma. l. qui possessionem.* Accursius.

h ¶ *Nam.* quod dixit in genere: nunc ponit in specie.

i ¶ *Profuturam.* facit *sup. ne quid in loco publi. l. ij. §. idem ait & supra de dol. l. si duo. & infra de regu. iur. l. cum par. §. illi. & C. de libe. cau. l. si filium. & supra ne quis eum qui in ius voca. l. ij. & de eo per quem fa. erit. l. penul. & l. fin. §. fin. & s. de compen. l. si ambo.* Accursius.

k ¶ *Ex magna.* puta[c] si iudicis non habuit copiam, cuius auctoritate opus destrueretur. *argu. Cod. de decur. l. generali. lib. x. & supra quæ in fran. cred. l. ait prætor. §. si debitorem.* Vel si enorme damnum patitur: & secundùm hoc loquitur *infra eodem. l. finali. si ad ianuam.*

l ¶ *Alioquin.* id est si iusta causa non intercedit.

m ¶ *Iudicis.* q.d. non auctoritate destruentis.

n ¶ *Incendij.* verba exceptionis.

a Patientiam quis operis tollendi præstare interdũ cogitur.

a Remissio fit vel conuentione vel satisdatione præstita.

† In archet. Pl. est excipi. teste Taurel.

b Excipitur de vi, vel aduersus eũ qui de vi agit hoc interdicto quod vi aut clam. An idẽ si agatur interdicto vnde vi? Non idem putat Accursius: Bartolus vero idem esse existimat.

c Ius sibi dicere, quis potest: hoc est authoritate propria opus vi factũ destruere, vel si iudicis copiam non habeat, vel si enorme damnum sit passurus, nisi destruat.

Fecisse.

a ¶ *Fecisset.* iure aliàs ipse teneretur. *vt §. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. quæ est contra:* nisi sit summus: *vt j. de iniur. l. nec magistratibus.*

b ¶ *Concedendum.* vt scilicet habeat exceptionem.

c ¶ *Aestimandam.* contra priuatum, id est quod solum interest: *vt arg. §. de vi & vi arma. l. si me. & j. eod. l. is qui in puteum. §. si fundus.*

d ¶ *Si peruenisset.* ad domum[a] destructam. *& facit supra ad Velleianum. l. aliquando. §. si. & j. de incē. rui. nau. l. iij. & §. ad l. Rhod. de iac. l. si. §. si ex. & inf. ad Turpil. l. in senatus. §. si propter. & supra loca l. si prius.*

e ¶ *Videtur.* s. ille qui destruxit ædes.

f ¶ *Incendio.* id est nulla occasione incēdij habita cum nullum incēdij esset inde, sed quia volebat dare damnum vicino.

g ¶ *Id feceris.* i. destruxisti ædes vicini.

h ¶ *Ortum fuerit.* propter quod si ædes non essent destructæ antea, iste posset nūc de iure destruere.

i ¶ *Non idē erit.* vt scilicet seruetur prædicta distinctio. ¶ Sed contra. supra *ad legem Aquil. l. si quis fumo. §. quod dicitur.* vbi indistinctè dicit eum non teneri damni iniur. Solue. ibi iustus metus est: hic non: *vt ibi not.* 2 Vel secundùm P. ibi pœnalem denegat: hic simplicem concedit.

k ¶ *Statu.* vt si tūc imminet metus iam orto incendio. *& facit supra de testamen. l. ad testium §. j. & §. qui & à quib. Iulianus. & infra de verborum obligationib. l. si filius. & de stipu. seruo. l. vsusfru. ius* Accursius.

l ¶ *Notauimus. supra eo. l. j. §. hoc interdictum ad eas.*

m ¶ *Pateant. vt §. eo. l. j. in prin. & l. aut qui. §. si in fine.*

n ¶ *Tangit.* id est colligit.

o ¶ *Interdicto.* & tamē pro interesse fructuum datur: *vt j. eod. l. quanquam.* Sed argu. contra *§. de rei vin. l. fructus pendentes.* & facit *j. arbo. fur. cæsa. l. ij.*

a Incendij auertendi causa an & quando vicinus domum liceat destruere.

causa factum non sit? Seruius autē ait, si id magistratus fecisset[a], dandam esse: priuato non esset, idem concedendum[b], Si tamen quid vi aut clam factum sit, neque ignis vsque eo peruenisset, simpli litem æstimandam[c]. si peruenisset[d], absolui eum oportere. Idem ait esse, si damni iniuria actum foret, quoniam nullam iniuriam aut damnum dare videtur[e] æque perituris ædibus. Quod si nullo incendio[f] id feceris[g], deinde postea incendium ortum[h] fuerit: non idem erit[i] dicendum: quia nō ex post facto, sed ex præsenti statu[k] damnum factum sit, necne, æstimari oportere Labeo ait.

Dixit supra expositionem quod vi aut clam: item & factum, quo ad personam facientis. nunc exponit quo ad locum in quo debet esse factum, vsque ad l. is qui in puteum. §. quod ait prætor. Bartolus.

5 ¶ Notauimus[l] supra quod quamuis verba interdicti latè pateant[m]: tamen ad ea sola opera pertinere interdictum placere, quæcunque fiant in solo. Eum enim qui fructum tangit[n], non teneri interdicto[o] quod vi aut clam. nullum enim opus in solo facit. at qui arbores succidit, vtique tenebitur: & qui arundinem & qui salictum. terræ enim, & quodammodo solo ipsi corrumpendo manus infert[p]. Idem & in vineis succisis. Cæterùm qui fructū[q] aufert: furti debet conueniri. Itaque si quid operis in solo fiat: interdictum locum habet. In solo fieri accipimus, & si quid circa arbores[r] fiat, non si quid circa fructum arborum. 6. ¶ Si quis aceruum stercoris[s] circa agrum pinguem disiecerit: cum eo quod vi aut clam factum est agi potest: & hoc verum

est, quia solo vitium[t] adhibitum sit. 7. ¶ Planè si quid agri colendi[u] causa factum sit: interdictum quod vi aut clam locum non habet, si melior causa facta sit agris[x], quamuis prohibitus[y] quis vi vel clam fecerit. 8. ¶ Præterea si fossam feceris in silua publica, & bos meus in eam inciderit: agere possum hoc interdicto[z], quia in publico factum est. 9 ¶ Si quis ædificium demolitus fuerit, quamuis non vsque ad solū: quin interdicto teneatur, dubitari desiit. 10. ¶ Proinde & si tegulas de ædificio sustulerit, magis est vt interdicto teneatur.

VIII. VENVLEIVS *libro septimo Interdictorum.*

Nam origo huius rei[a] à solo[b] proficiscitur. Cæterū per se tegulæ non possidentur[c], sed cum vniuersitate ædificij. nec ad rem pertinet, adfixæ[d] sunt, an tantùm positæ.

IX. VLPIANVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

Nam & si ramos[e] quis de arboribus abstulerit, adhuc interdictū hoc admittimus. hæc ita, si de ædificio tegulas[f] sustulerit. Cæterùm si non de ædificio sed seorsim positas: cessat hoc interdictum.

1 ¶ Si tamen sera vel clauis, vel specularium[g], vel cancellus[h] sit ablatus: quod vi aut clam agi non poterit. 2. ¶ Sed si quis aliquid ædibus adfixum[i] auulserit[*] statuā forte, vel quid aliud: quod vi aut clā interdicto tenebitur.

3 ¶ Si quis vi aut clam agrum inarauerit[k], † vel fossam fecerit: hoc interdicto tenebitur[l]. & si aceruum[m] succenderit vel dispersit, sic vt non ad vsum[n] agri conuertat, interdicto locus non erit.

X. VENVLEIVS *libro secundo Interdictorum.*

dium agit vicinus hoc interdicto. Cæterùm si sibi nocet, & vicino prodest, non agit vicinus: *vt hic. & infra eod. l. si immaturam.* idem si sibi expediebat, sed non vicino: & tunc dic causā pinguedinis inferendæ in vicini prædium. vel dic quia sibi expedit: & ponendo in suo, nocet in alieno: permittitur quidem fauore agriculturæ. *arg. §. de aqua plu. arcen. l. j. §. de eo.* Alij dicūt quòd posuit in quodā loco iuxta agrum vicini, vt per eum veniens pinguedo deflueret ad suum. Accursius.

t ¶ *Solo vitium.* Contra *infra eo. l. si. §. si stercus.* Sed ibi tātum transibat, cum eo, nō proiiciebat: aliàs teneretur, vt hic.

u *Agri colendi.* scilicet sui, cui non expediebat pinguedo. Francisc. Accursius.

x ¶ *Agri.* vicini: *vt infra eo. l. si immaturam. ij. respon.* Vel dic, etiam sui, *arg. supra de aqua pluuia arcenda. l. j. §. de eo.*

y ¶ *Quamuis prohibitus.* facit *infra de re milit. l. iij. §. in bello qui rem.* Accursius.

z ¶ *Hoc interdicto.* Sed & leg. Aquil. si[a] non est prohibitus, vel si nesciuit: *vt supra ad legem Aquil. l. qui foueas. & l. quemadmodum. in princi. l.*

a ¶ *Nam origo.*] Rei. i. id est, ædificij vnde tegula tollitur.

b ¶ *A solo.* vbi fundatur. Azo.

c ¶ *Non possidentur.* vt[c] *supra de acquirend. possess. l. qui vniuersitate. & supra de vsucap. l. cum qui. & facit infra de tign. iun. l. j.* Accursius.

d ¶ *Affixæ sunt.* clauis[d], calce fortè. Accursius.

e ¶ *Nam & si ramos.* quod & supra proximè dictum est. Accursius.

f ¶ *Tegulas.* fixas[e] vel positas in ædificio.[*]

g ¶ *Specularium*[f]. non affixum. aliàs speculū. *& facit infra de furt. l. si cretea.* Accursius.

h ¶ *Cancellus.* Cancelli[g] dicuntur immunitates murorum, secundùm Isido. & vulgo dicuntur merli. sed non ita hic accipitur:

a v. ad hanc Glossam Cepolam de seruitutib. vrbano. pr. cap. de fouea 80.

b Ret pro ædificio.

c Possidetur quædam per se nō possunt quæ tamē cū vniuersitate possidentur.

d Affixa, pars ædificij censentur.

* Flor. ramelle rit.

e Tegulæ ædificiis appositæ sunt pars ædificij.

* Sic rectè. ad id solo cohæret factum in archetyp. tamen erat, intrauerit, vt ait Taurell. quid sit mutuit.

f De specularibus vide Cepolam de seruitutib. vrbanorum c. de specularib. 61.

g Cancelli quid.

h Cancellus pro ostio ex diuersis lignis fenestratus facto.

i Affixa ædificio partes ædificij sunt.

k Religionis fauor.

b Arboribus aut circa arbores opus vi factum, in solo factum intelligitur, sic itaque si quid vi circa arbores factum erit, quid fecerit, interdicto quod vi tenebitur, adde quæ scripsi ad Gell. l. j. §. 6. sup. de vi & vi armata c interdictum quod vi, latius patet quam edictum noui operis.

p ¶ *Manus infert.* incidendo arbores, vel arborum ramos. *& facit §. de testamen. l. ad testium. in fin. & j. eo. l. si immaturam. & l. nā & si mot. & l. si. §. pen.* Accursius.

q ¶ *Fructum.* maturum. aliàs, Aquil. tenetur, & hoc interdicto: *vt supra ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si oliuam. & infra. eo. l. si immaturam.*

r ¶ *Circa arbores.* Contra[b] *supra de noui ope. nunt. lege prima §. hoc autem.* Solu. hic loquitur de interdicto quod vi aut clam, quod latius[c] patet quàm edictum no. ope. nunt. de quo tractatur ibid. Accursius.

s ¶ *Si quis aceruum stercoris.* Titius in suo agro in confinio iuxta agrum vicini aceruum stercoris causa vitandæ pinguedinis fecit, quæ nec sibi nec vicino expediebat: ¶ sic transit in vicini præ-

sed pro[h] ostio ex diuersis lignis fenestrato facto: *vt & accipitur supra de leg. j. l. cætera. §. fina.*

i ¶ *Adfixum.* quia tunc[i] partes domus sunt: *vt j. de fun. instru. l. quæsitum. §. Papinianus lib. vij.* sed in statua secus videtur: *vt sup. de sepul. vio. l. ij. quæ est contra.* Sol. religionis[k] fauore & pro statua non adfixa dabitur interdictum quod vi aut clam: *vt ibi. & j. d. l. is qui. §. j. & facit §. de priui. credi. Aufidius.*

k ¶ *Inarauerit.* prædium vicini, quo facto deterior sit ager.

l ¶ *Tenebitur. vt j. eo. l. si vitem. §. j.*

m ¶ *Aceruum.* lignorum, vel alterius materiæ.

n ¶ *Vt non ad vsum.* scilicet prauum, id est si aceruum extra fundum meum deiicias dispergendo ipsum, hic non corrumpit solū: sed si per ipsum solum, locum haberet interdictum: *vt supra eo. l. si alius. §. si quis aceruum.*

QVia aceruus solo non cohæret [a], sed terra sustinetur: ædificia autem solo cohærent.

X. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

IS qui in puteum [b] vicini aliquid effuderit, vt hoc facto aquam corrumperet: ait Labeo interdicto quod vi aut clam eum teneri: portio † enim agri videtur aqua viua. quemadmodum si quid operis in aqua fecisset.

1 ¶ Quæsitum est, si statuam in municipio ex loco publico [c] quis sustulerit [d] vel vi vel clam, an hoc interdicto teneatur. Et extat Cassij sententia: eum cuius statua [e] in loco publico in municipio posita sit, quod vi aut clam agere posse: quia interfuerit eius eam non tolli. Municipes autem etiam furti acturos: quia res eorum sit [f]. quia publicata. si tamen deciderit, ipsi eam detrahent [g]. & hæc sententia vera est [h]. ¶ Si quis de monumento statuam [i] sustulerit: an ei ad quem ius sepulchri pertineret, agere permittitur? Et placet & in his interdicto locum esse. Et sane dicendum est, si qua sepulchi ornandi [k] causa adposita sint, sepulchri esse videri. Idem est & si ostium [l] auellat [m] vel effringat [n]. 3. ¶ Si quis in vineas meas venerit, & inde ridicas [o] † abstulerit, hoc interdicto [p] tenebitur.

Exposuit respectu personarum, & postea respectu loci in quo fit: nunc exponit respectu temporis in quo factum est, durat factum. Bartolus.

3 ¶ Quod ait prætor [q]. *quod vi aut clam factum est*, ad quod tempus referatur, videamus: vtrum ad præteritum [r], an ad præsens [s]. quæ species apud Iulianum exposita est. Ait enim in hoc interdicto præsentis temporis significationem accipi debere [t]. Si tamen [u] (inquit) ex opere [x] damnum datum fuerit: aut dominus, aut is cuius fundo nocitum erit, sua impensa id sustulerit [y]: vtilius [z] probari quod Iulianus tentat, vt & damnum sarciatur [a], & impendia restituantur.

Hic exponit significationem istius verbi, aut Bar.

a Interdictum quod vi aut clam non competit, nisi pro rebus soli, vel solo affixis.

† Aqua viua agri portio censetur.

† Ridicæ sunt pili aut pedamenta vinearum. Alc. ...

a Statuarum in publico positarum cuius sit dominium: an eorum quorum sunt statuæ, an vero ciuitatis vel Reipublicæ.

b Ridicæ autem sunt pali perticæ & pedamenta vinearum.

QVia aceruus.] *Non cohæret.* Id est, non [a] est affixus solo. *Sed contra supra communia prædior. l. penult.* Solut. hic dicit aceruum lætaminis vel lignorum non ædificatum: ibi a certum lapidum ædificatum, & verum est, vel nullo modo est contra.

IS qui in puteum] CASVS. in puteum quem habebas in agro tuo, inieci aliquid, per quod aqua est corrupta. teneor hoc interdicto, & redditur ratio in litera: sicut si aliquod aliud opus fecissem in tuo puteo siue aqua. Secundo dicit statuam in loco publico posuisti: eam remoui. teneor hoc interdicto tibi: & furti actione teneor ciuitati. Si tamen per se cadat statua: & statuam supra sepulchrum tuorum fecisti ponere causa ornandi sepulchri: & ego remoueo: teneor tibi hoc interdicto. Idem si ostium sepulchri tui auellam siue remoueam. Idem si radices vineæ tuæ abstuli. nã teneor hoc interdicto. [QVOD AIT PRÆTOR.] Nunc quædam verba edicti supra positi declarat: hæc scilicet, quod vi aut clam factum est. nam ad quod tempus referantur, dubitabatur, scilicet vtrum ad præsens tempus quo agitur: an ad præteritum? & certè si factum opus durat: præsens tempus quo agitur. spectatur, si autem desiit opus factũ durare: vt quia opus quod fecisti, ego destruxi meis expensis, agere possum postea hoc interdicto. & venient expensæ quas feci, vt eas mihi emendes. Item damni emendatio si quod ob illud opus habui. Vltimo dicit: hoc interdictum habet locum in opere quod est factum vi tantum, vel clam tantum. Item si pars operis facta est vi: & alia pars clam sit facta. & ponitur exemplum in litera. [SI TVTORIS.] Seruus pupilli vel adulti fecit opus vi vel clam, iussu tutoris vel curatoris: tenetur ipse tutor vel curator vtili actione in factum: vel tibi hoc interdicto: & pupillus & adultus tenentur præstare patientiam destruendi operis: & hoc delictum non sequitur seruum. hinc est quòd si manumittatur seruus prædictus: non tenebitur, cum iustè obtemperauerit in hoc tutori vel curatori. & no. bonam regulam in fi. §. [SI POSTEAQVAM.] In meo fundo fecisti opus vi vel clam. & sic habeo hoc interdictum contra te. dicitur quòd licet vendam postea istum fundum durat mihi hoc interdictum: & quicquid ob hoc consequar, non reddam emptori: cùm opus fuerit factum ante venditionem. & si antequam tradam, opus in eo sit factum: competit mihi interdictum. & quicquid ob hoc fuero consecutus: reddam emptori. & no. bonam regulam in fin. §. Sed pone quòd vendidi fundum tibi pro x. hoc pacto vt si alius offerat plus, sit inemptus: & tradidi. postea aliquis in eo fundo fecit opus vi vel clam. dicitur quod tibi competit hoc interdictũ. & si alius offerat plus pro isto fundo, inemptus sit: cogeris mihi cedere interdictum istud: sicut fructus fundi medio tempore perceptos. Postea dicit: qui vult ædificare in fundo, non debet semper denuntiare possessori vt euitet hoc interdictum. pone enim quòd vendidi fundum tibi: & tradidi tibi precario. qui vult ædificare in eo, sufficit quòd tibi denunciet. cum ergo non possidenti denuntiatur (aliàs teneretur ei hoc interdicto) ergo fundo vendito sub pacto additionis in diem, & tradito, competet ei hoc interdictum pro opere si quod in eo fiet. si autem nondum sit traditus, licet precarij rogatio interuenit: hoc interdictum venditori competit pro opere si quod fiat vi vel clam: si autem præcario sit in possess. fundi, vel ex causa conduct. & opus aliquod aliquis in eo fundo faciat vi vel clam: ei competit hoc interdictum. nam & colono non datur. si autem vendito fundo sub pacto additionis in diem, allata fuit melior conditio, & sic possess. translata ad venditorem: si amodo opus fiat vi vel clam, hoc interdictum competit venditori: Sed pone quod vendidi tibi fundum pro x. hoc acto, vt si tibi displiceat, sit inemptus, & incipis hunc fundum possidere: si amodo aliquis in eo fundo faciat opus vi vel clam, tibi competit hoc interdictum. Item si dixissem, si displiceat Titio extraneo: sit inemptus. Item si dixissem, si nauis venerit ex Asia: competit tibi hoc interdictum. Item si sub pacto legis commissoriæ vendidi. quod exemplum habes in glos. Vltimo dicit: qui opus facit in fundo alieno vi vel clam: tenetur hoc interdicto domino fundi, & omnibus aliis quorum interest opus non esse factum: vt fructuario & colono. hinc est quòd si arbores fundi mei incidisti: teneris mihi hoc interdicto. & etiam ei qui habet vsumfructum in fundo illo. Item Aquil. competit. Item si egomet incidi: teneor fructuario hoc interdicto, & Aquil. vtili. & h.d. hic §. cum l. sequen. & princi. sequen. Franciscus.

b ¶ *Is qui in puteum.* facit *supra de aqua pluu. arcen. l. apud. ij. respon.* Accursius.

c ¶ *Ex loco publico.* scilicet municipij.

d ¶ *Sustulerit.* id est remouerit. Accursius.

e ¶ *Statua.* scilicet quando in honorem eius posita est: non causa ornandi muncipij: est ergo ciuium: *vt ĩ. de acquir. re. do. l. statuas. & sup. de priui. credi. l. Aufidius.*

f ¶ *Eorum. sit.* vere. 2. Vel dic secundum quosdam, non vere, sed quasi: *vt d. l. statuas.*

g ¶ *Detrahent.* & non tenebuntur interdicto ei qui posuit. franciscus Accursius.

h ¶ *Vera est.* de his statuis varia iura sunt. Dic [a] ergo quia aut in honorem ponentis, aut ciuitatis sunt positæ. si ciuitatis, dominium est ciuitatis, sed quia ponentis, interest: & ipse quod vi aut clam habebit. Si in honorem ponẽtis, ciuium non est, sed ponentis: vendere tamen vel auellere non potest, sed ipsis datur defensio, & aduersus possidentes actio: sed ille forte ageret qui posuit: *vt supra de priui. cred. l. Aufidius. & de acquiren. re. domi. l. statuas.* Accursius.

i ¶ *Statuam.* sepulchri causa appositam.

k ¶ *Ornandi.* aliàs ornandi: & aliàs ordinandi.

l ¶ *Ostium.* sepulchri causa appositum.

m ¶ *Auellat.* aliàs euellat: alias appellat: & aliàs appulerit.

n ¶ *Effringat.* forte rem aperit. *& facit infra de sepulchro violato. l. secunda. & supra proximo §. & l. nam & si §. secundo.* Accursius.

o ¶ *Ridicas.* aliàs radices: aliàs ridicas [b].

p ¶ *Hoc interdicto.* nec minus lege Aquil.

q ¶ *Quod ait prætor.* ĩ. eo. l. j. in princ.

r ¶ *Ad præteritum.* si factum est, nec durat.

s ¶ *Ad præsens.* quando durat.

t ¶ *Debere.* scilicet si factum durat.

u ¶ *Si tamen.* licet ad præsens tempus referatur: tamen &c.

x ¶ *Ex opere.* scilicet quod est factum vi aut clam.

y ¶ *Sustulerit.* id est destruxerit. sed si qui fecit, destruxit, tenetur ad damna præterita: licet nunc non sit vi aut clam factum: *vt ĩ. e. l. competit. §. fina.*

z ¶ *Vtilius.* quàm contrarium.

a ¶ *Sarciatur.* per vtile interdictum quod vi aut clam. ad vtrumque ergo tempus refertur, & præsens & præteritum.

Et clam

a ¶ *Et clam.* & ita ordina; vt quid fiat partim vi, partim clam in eodem opere.
b ¶ *Prohiberem. contra.* s. eo. l. *prohibere.* §. *illud.* sed hic interuenit remissio, & ideo non perseuerauit prohibitio. Accursius.
c ¶ *Sufficiat.* siue ergo vi tantum, siue clam tantum, siue vi & clã locum habet hoc interdictum. & fit tunc ponitur aut, pro &: *vt C. de verbo. sign. l. cum quidam.*
d ¶ *Factum sit.* siue vi siue clam à seruo pupilli.
e ¶ *Non teneri.* Contra. *sup. quod iussu. l. j. §. fin. & l. ij. & de tribu. l. iij. §. j.* sed ibi a in contractu iussit: hic in delicto iussit tutor vel curator. & adde quod de hoc not. *sup. de pecu. l. summa. §. dolo. & sup. ne vis fiat ei qui in poss. ff. l. prima* & in hoc edicto. *& supra de act. empti. l. Iulianus. §. idem Iulianus.* * *& facit supra de tabu. exhib. l. penultima & de dolo. l. sed si ex dolo. in prin. & p. & infra de except. do. l. apud Celsum. §. si quis non tutor.* Accursius.
f ¶ *Actio.* in factum.
g ¶ *Vtile interdictum.* directum enim interdictum intenditur contra ipsum pupillum vel furiosum cuius nomine iussio facta est. *argu. supra eodem. l. aut. §. fin.*
h ¶ *Ad noxam.* vt si manumittatur, non sequatur caput. Accursius.
i ¶ *Ignoscitur.* b *vt & infra de actio. & oblig. l. seruus & de regulis iur. l. ad ea. & infra de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. in fine. & su ra de noxa. l. ij. §. j. & infra ad legem Corneliam d. fal. l. dum. §. item senatus. & infra de regulis iur. l. in damnum.*
k ¶ *Vice dominorum.* quales * sunt tutores vel curatores: *vt s. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor.* Accursius.
l ¶ *Fundus.* in quo aliquid vi aut clam factum est.
m ¶ *Nihilo minus.* i. non ideo minus.
n ¶ *Nec finiri venditione.* *sic in act. arb. fur. ce. vt infra arb. fur. ce. l. fina. & interdicto de aqua quotid. & esti. vt supra de aqua quoti. & esti. l. j. §. si fundum item sic supra finium reg. l. iudicium.*
o ¶ *Ex eo opere.* id est eius operis nomine exacto. *ad quod facit s. de pets. hered. l. at ubi.* Accursius.
p ¶ *Distraxerit.* *ad quod facit supra de contrahen. empt. l. fundi. & de ser expor. l. si venditor in fin.*
q ¶ *Nondum traditio.* Sic ergo traditione d facta agit emptor etiã pro opere ante traditionem facto. ¶ Et sic not. quod hoc e interdictum sicut act. aquæ plu. arcen. datur etiam successori in rem: *vt supra de aqua plu. arcen. l. si tertius. §. si quis prius.* Argumẽtum contra. *supra de eden. l. quedam. §. si autem.* hoc tamen plus f est in actio. aquæ plu. arcen. quia ea agitur pro opere ante venditionem facto: vt ibi: quod hic non est. & supra proxi. & per hoc quidam §. Nonum.

a Tutoris iussu in contractu aliquo facto nocet pupillo: in delicto, non nocet.

b Iussus superioris excusat in leuibus delictis nõ in atrocioribus addit: Decius in l. velle nõ creditur. inf. de regulis iur. & in l. de Tiraquel. trac. de pœnis causa 30.

† Vis inquietatiua ut & turbatiua . . . . excusant . . . Desire . . .

c Dominorũ vice, ...

5 ¶ Interdictum complectitur id quodcunque aut vi aut clam factum est. Sed interdum euenit, vt quid & vi & clam a fiat partim & partim in eodem opere, vt puta cum prohiberem b fundamenta posuisti. postea cum conuenissem ne reliquum opus fieret, absente & ignorante me reliquum opus perfecisti. vel cõtra fundamenta clã iecisti: deinde cætera prohibente me ædificasti. Hoc iure vtimur, vt etsi vi & clam factum sit, interdictum hoc sufficiat c.

Si tutor vel curator aliquid vi vel clam fecerit: non tenetur pupillus vel furiosus de dolo ipsorum, sed tantum ad patientiam tollendi operis.

a 6 ¶ Si tutoris iussu aut curatoris f[actum sit]. . . :cum placet (quod Cassius probat) ex dolo tutoris vel curatoris pupillum vel furiosum non teneri e, eueniet vt in ipsum tutorem curatorémque aut vtilis actio f competat, aut etiam vtile interdictum g: Certè ad patientiam tollendi operis vtique tenebuntur pupillus & furiosus: & ad noxam h. 7. ¶ An ignoscitur ser[u]o qui obtemperauit tutori aut curatori? Nam ad quædam quæ non habent atrocitatẽ facinoris vel sceleris, ignoscitur i seruis, vel dominis, vel his qui vice dominorum k sunt, obtemperauerint. Quod & in hoc † casu admittendum est.

Expositis verbis edicti, iurisconsultus incipit dicere cui competat hoc interdictum, vsque ad l. denique. §. si colonus. ibi tracta contra quem competat, vsque ad finẽ, l. competit abinde vsque ad finem, tractat quasdam quæstiones ordinarias permixti[m]. Bar.

8 ¶ Si posteaquã vi aut clam factum est, venierit fundus l: an venditor nihilo minus hoc interdicto experiri possit, videamus. Et extat sententia existimantiũ nihilo minus m competere ei inter dictum, nec finiri venditione n. Sed nec ex empto actione quicquam ei præstandum emptori ex eo opere o quod ante venditionem factum est. Satis enim esse, quod vtique propter hoc opus viliori prædium distraxerit p. Certè & si non viliori vendidit, idem erit probandum planè.

9. ¶ Planè si post venditionem fundi opus factum est, etsi ipse experiatur venditor, quia non dum traditio q facta est, tamen ex empto actione emptori tenebitur r. Omne enim & commodum & incommodum ad emptorem pertinere s debet. 10 ¶ Si fundus t in diem addictus sit, cui competat interdictum? Et ait Iulianus, interdictum quod vi aut clam ei competere. cuius interfuit u opus non fieri. Fundo enim in diem addicto, & commodum & incommodum omne ad emptorẽ (inquit) pertinet antequam venditio transferatur x: & ideo si quid tunc y vi aut clam factũ est: quamuis melior cõditio allata fuerit z, ipse a vtile b interdictum habebit c: sed eam actionem, sicut fructus medio tempore perceptos, venditi iudicio præstare cogendum ait. 11 ¶ Aristo autem scribit, non possessori esse denuntiandum d. Nam si quis (inquit) fundum mihi vẽdiderit, & necdum tradiderit & vicinus cũ opus facere vellet & sciret me emisse, & in fundo morari e, mihi f denuntiauerit g: esse eum tutum futurum, quod ad suspicionem clam facti operis pertineret. quod sanè verũ est. 12. ¶ Ego h * si post in diẽ i addictionem factam fundus precario traditus k † sit, putem emptorẽ interdictũ quod vi aut clam habere. Si verò aut nondum traditio l facta est, aut etiam facta est precarij rogatio m: non puto dubitãdum, quin

signant eam contrariam. & est ratio; quia ibi ad destructionem operis ex quo damnum timetur in futurum: hic pro damno præterito: *vt & s. ea. l. §. quod ait & facit in eo. titu de aqua plu. arc. l. post. venditionem.*
r ¶ *Tenebitur.* ad a id quod consecutus est, vel ad actio. cedendam: *vt & s. de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. si res. & infra de fur. l. cum qui in princi.* Sed cõtra. *supra de hered. vend. l. venditor ex hereditate. infra.* Sol. vt ibi dixi in solutione contrarij dicta l. cum qui.
s ¶ *Pertinere.* post venditionem contingens: *vt & supra de peri. & commo. rei vendi. l. [illegible] quod in prin. & infra §. Aristo.*
t ¶ *Si fundus.* in quo aliquid vi aut clam factum fuerit.
u ¶ *Interfuit.* vel e quia sua fit res, vel quia in ea habebat ius, vel quia possideat vel teneat quoquo modo: *vt & infra. §. Aristo. & §. finali. & l. quamquã.* Vel etiam non possideat, vel teneat quandoque: *vt j. eo. l. denique. §. si ex socijs. & l. cõpetit. in princip.* Accursius.
x ¶ *Transferatur.* id d est antequam conditio melior fuerit allata: quæ e interueniente res venditori restituitur: *vt sup. de in diem addi. l. vbi. §. idem Iulianus. & §. melior autẽ vers. idem ait.*
y ¶ *Si quid tunc.* scilicet quando venditio non est resoluta.
z ¶ *Fuerit.* s. postea.
a ¶ *Ipse.* s. emptor.
b ¶ *Vtile.* i. efficax.
c ¶ *Habebit.* quia eius interest, vel quia possidet.
d ¶ *Denuntiandum.* ab eo qui vult ædificare.
e ¶ *Morari.* scilicet venditori, & non contradicẽte: *vt C. de adqui. poss. l. minus.* aliàs prædo f sum: *vt s. de adquir. poss. l. si ex stipulatione.* 2. Vel dic morabar: quia iueram causa vendendi: non autem possidebam bona vel mala fide adhuc. 3 Tu dic verius quod nõ tradidit quo ad proprietatem: tradidit tamen precario & quod dicit morari scilicet precario. *pro hoc. j. eo. §. ibi, nam & statim &c.*
f ¶ *Mihi.* scilicet tantum.
g ¶ *Denuntiauerit.* se opus facturum: quod dic vt supra *eo. l. aut qui. §. si quis.*
h ¶ *Ergo.* quia & non possidẽti datur: ergo &c. Vel dic: quia tradita possessione datur emptori, ergo hoc modo tradita competit.
i ¶ *In diem.* id est venditionem factam sub hoc pacto.
k ¶ *Traditus.* alias traditus fit: & aliàs nõ fit, scilicet liberè & absolute: sed vt tantum in possessione esset. secus si nullo modo: *vt j. ibi, nam & statim* &c. & dicit secundo emptori plus offerenti. Vel melius priori cui sub dicto pacto fuit vendita. Accursius.
l *Traditio.* ad transferendum dominium, nec precarij rogatio.
m ¶ *Rogatio.* non tamen traditio. Accursius.

a Venditori, a venditione si quid ex re vendita consequutus est, in emptori ce dere tenetur.

b Periculum vel commodũ ad emptorem pertinet.

c Interesse nostra vel domini, vel iuris, vel possessionis, vel detentionis ratione.

d Fundo in diem addicto, rei ita venditæ periculum & commodũ est emptoris, e in diem fundo addicto, emptor tenetur restituere tenetur melioris conditione allata.

f Prædo habetur, qui in alieno moratur domino contradicente.
* Ergo.
† Deesse hic negationem quidam contendunt, argumento sequentium.

d Emptor tradictione sibi facta, agit etiam pro opere ante traditionẽ facto.
e Interdictũ quod vi vt & aquæ pluuiæ, datur etiam successori in rem.
f Interdicti quod vi & aquæ pluuiæ similitudo & differentia in quibusdam.

a ¶ *Ad emptorem.* vt *Instit. de empt. & vendi. §. cum autem. & supra prox. §. & §. si postea.*

b ¶ *Competere.* emptori[a] venditori enim cōpetit, sed tamen venditor cogitur cedere[b] interdictum emptori: *vt §. si postea. in fin.*

a Interdictū rei empte nomine nondū sibi tradite emptor agere non potest. b Cedere emptori interdictum rei venditē nomine competens, venditor cogitur.

c ¶ *Ne.* id est an.

d ¶ *Posset.* quasi dicat, potest. *vt in prin. istius §. Aristo. & in versic. si verò.*

e ¶ *Allata est.* possessione ex toto ablata priori emptori. Accursius.

f ¶ *Tempore.* aliàs eo opere. Accursius.

g ¶ *Quæstio est.* & soluta: *vt supra §. prox.* Accursius.

h ¶ *Facilius.* quàm superiori casu. Accursius.

i ¶ *In possessione.* qualiterqualiter: *vt supra §. proximo.*

k ¶ *In alterius.* vt si placuerit alteri socio meo.

l ¶ *Euenisset.* vt si nauis ex Asia venerit.

m ¶ *Cōmissoria.* vt[c] si pretium non soluatur intra certum tempus, res sit inempta. Accur.

c Lex commissoria quid.

n ¶ *Prædij.* facit *supra si ser. vin. l. & si forte. §. scitandum.*

o **Q***Vamquā*] *Admittantur.* cōtra *sup. eo. l. si alius §. notauimus.* Solu. hic loquitur cum[d] quid circa solum factum est, & læditur dominus in fructibus & aliis. ibi verò cū fructus tantummodo tanguntur. *& facit supra ad l. Aquil. l. si seruus seruum §. inquit lex. & infra eod. l. competit. in princ. & sup. l. prox. §. si fundus.*

d Interdictū quod vi aut clam quando fructuario, & domino proprietatis competit.

D*Enique.*] Principiū huius legis cōtinuatur cū fine casus præcedentis. LABEO SCRIBIT.] Fecisti opus in fundo patris mei me prohibente tu videris fecisse perinde ac si pater meus prohibuisset: & sic patri meo & mihi interdictum hoc competit. quod expone vt in glos. Secundo dicit: in fundo peculiari mei filij non castrensis peculij, vel quasi, fecisti opus clam propter me filium: non competit interdictum quod clam factum est, cum celatio quo ad me filium pro non facta habeatur. Tertio dicit: vnus ex sociis arbores fundi communis incidit. tenetur hoc interdicto socio suo, cùm eius intersit. hinc est quòd si animo donandi concessi tibi incidere arbores fundi mei: & antequam incideres, alius incidit: habes hoc interdictum contra incidentem. Item si ex causa emptionis, vel ex alio contractu cesseram tibi incidere. Item & heredi datur hoc interdictum pro opere facto in fundo hereditario, etiam ante aditam hereditatem. nec obstat quòd nemo erat dominus fundi tempore operis. Et pro opere facto in sepulchro, quod tamen nullius est, competit hoc interdictum ei ad quem ius sepulchri spectat. plus etiam dicit, scilicet quòd hereditas iacens, locum domini obtinet. [SI COLONVS.] Colonus meus fecit opus vi vel clam, si quidem me vel ratum habente, vel volente, teneor hoc interdicto: sicut & si procurator meus fecisset me volente, vel ratum habente. hinc est, si colonus meus arborem de qua erat controuersia inter me & vicinum, incidit: si quidem me iubente, teneor hoc interdicto ad patientiam & impensam: & etiam colonus ad prædictū tenetur. si autem me non iubente fecit: teneor patientiam præstare. colonus autem ad vtrunque tenetur; scilicet ad impensam & ad patientiam. Idem est in seruo. nam si seruus meus fecit opus me ignorante, & eum seruum vendidi, teneor ad patientiam tantum, emptor autem tenetur vel ad impensas, vel dare seruum pro noxa. imò ipse seruus factus liber tenebitur. vt & breuiter dicam, possessor loci in quo factum est opus vi vel clam eo ignorante vel inuito: tenetur hoc interdicto vt patientiam præstet. Sed pone quòd locaui tibi agrum vt vites ibi ponas, siue plantes: & tu lapides de hoc agro remouisti, & in prædium vicinum posuisti me ignorante: teneor ad patientiam tantum, scilicet vt patiar reponi lapides in isto fundo, vel vt cedam actio. si quā ob hoc habeo contra illum colonum. colonus autem tenetur etiam ad impensas. & hoc dicit hic §. cum l. seq. & prin. seq. Fran.

venditor interdictum habeat. ei enim competere debet, etsi res ipsius periculo non sit. Nec multum facit quòd res emptoris periculo est. Nam & statim post venditionem contractam periculum ad emptorem[a] spectat: & tamen antequam vlla traditio fiat, nemo dixit interdictum ei competere[b]. Si tamen precario sit in possessionem: videamus ne[c], quia interest ipsius, qualiter qualiter possidet, iam interdicto vti possit[d]: ergo & si conduxit, multo magis. Nam & colonum posse interdicto experiri, in dubium non venit. Planè si posteaquam melior conditio allata[e] est, aliquid operis vi aut clam factum sit: nec Iulianus dubitaret interdictum venditori competere. Nam inter Cassium & Iulianum de illo quod medio tempore[f] accidit, quæstio est[g]: non de eo opere quod postea contingit. 13. ¶ Si ita prædium venierit, vt si displicuisset, inemptum esset: facilius[h] addmittimus interdictum emptorem habere, si modò est in possessione[i]. Et si rescissio emptionis in alterius[k] arbitrium conferatur: idem erit probandum. Idémque & si ita venisset, vt si aliquid euenisset[l], inemptum esset prædium. Et si fortè commissoria[m] venierit, idem dicendum est.

14. ¶ Idem Iulianus scribit, interdictum hoc nonsolùm domino prædij[n], sed etiam his quorum interest opus factum nō esse, competere.

XII. VENVLEIVS *libro secundo interdictorum.*

QVanquam autem colonus & fructuarius fructuū nomine in hoc interdictum admittantur[o], tamen & domino id competeret, si quid præterea eius intersit.

XIII. VLPIANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

DEnique si arbores in fundo cuius vsusfructus Titium pertinet, ab extraneo vel à proprietario succisæ fuerint Titius & lege Aquilia[p], & interdicto[q] quod vi aut clam cum vtroque eorum rectè experietur. 1. ¶ Labeo scribit, si filio[r] prohibente opus factum sit[f]: & te habere interdictum, ac si te prohibente opus factum est: & filium tuum nihilominus[t].

2 ¶ Idem ait, aduersus filiū familias in re peculiari[u] neminem clam videri[x] fecisse. Náque si scit eum filiumfamilias esse: nō videtur eius celādi gratia fecisse, quem certus est nullam secum[y] actionem habere. 3. ¶ Si ex sociis cōmunis fundi vnus arbores succiderit, socius cum eo hoc interdicto experiri potest[z] cum ei competat cuius interest.

4 ¶ Vnde apud Seruium amplius relatū est, si mihi concesseris[a] vt ex fundo tuo arbores cædam, deinde eas alius vi aut clam ceciderit, mihi hoc interdictum competere: quia ego sim cuius interest. quod facilius erit admittendum, si à te emi, vel ex aliquo contractu[b]

p ¶ *Ex lege Aquilia.* vtili[a]: *vt sup. ad l. Aquil. l. item Mela. §. fin. & argu. infra arbo. fur. cæsa. l. j.* Accursius.

a Aquilia vtilis datur etiam fructuario.

q ¶ *Interdicto.* vtili[b]. nam & vnde vi habet vtile: *vt sup. de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi & facit inf. de fur. l. inter. §. ij. & iij. & §. quibus modis vsusfructus amit. l. sed interdictum.*

b Fructuarius agere potest interdicto quod vi aut clam, vtili: vt & vnde vi vtili. Sed & Aquilia vtili vt hic & glossa superiore.

r ¶ *Si filio tuo.* aliàs nō est in textu vox, tuo.

f ¶ *Factum sit.* & sic ab aliquo extraneo.

t ¶ *Nihilominus.* Sed nunquid patre præsente? Respond. non, sed absente: *vt §. de indi. l. si longius & infra de iniur. l. sed si vnius. §. filio familias.*

u ¶ *In re peculiari.* nō castrensi, vel quasi, sed alia.

x ¶ *Videri.* Ergo interdicto isto ex ea parte quod clam, filius agere non potuit, etiam parte absente: sed ex ea patre quod vi, habet locum: & datur patri & filio: *vt supra proxi.* Accursius.

y ¶ *Secum.* facit *supra de pecu. l. eod. tempore in prin. & infra iud. sol. l. vir bonus* Sed[c] certè imò habet hoc interdictum locum etiam iure veteri: *vt supra de actio. & oblig. l. filiusfamil. quæ est contra.* Solue. hic[d] de directo, ibi de vtili. 2. Vel hic nullum habet, secundum Labeonem: secus secundum quosdam alios. 3. Vel nesciebat filiumfamil. qui opus fecerit. vnde non eum, sed patrem celare voluit. *argu. supra eo. l. aut qui. §. si quis dum.* 4. Vel non habet vt possit exercere contra patris voluntatem: habet tamen sibi quæsitam quam exercebit patre consentiente, vel absente, vel etiam præsente & vtili: *vt inf. de iniur. l. sed si vnius. §. filio fam.* 5. Vel in contrario habet ex ea parte quod vi, non ex ea quod clam: vt hic. 6. Vel habet ad exercendum in absentia patris. patri tamen quæsita est hoc casu, *vt supra de indi. l. si longius. §. primo.*

c Interdictum quod vi aut clam competens facto quo mecum nullam actione habere potest: verbi gratia ex prohibito ne filiofamilias.

d Filiusfamilias an & quo modo interdictum quod vi patri adquirat.

z ¶ *Potest.* etiam communi diui. *vt supra communi diui. l. & si non omnes. §. venit.* Idem ergo si aliud opus & facit infra de fur. l. si socius & supra eod. l. si alius §. notauimus. Sed edictum de ope. no. nun. locum non habet: *vt §. de ope. no. nun. l. j. §. hoc interdictum. quæ est contra.*

a ¶ *Concesseris.* aliàs consenseris; & aliàs concesseris: scilicet causa donationis.

b ¶ *Ex aliquo contractu.* alio quàm dona. de quo primo dixit: & tamen non possidebam. nec enim dominus eram adhuc: *vt §. de dona. l. qui saxum.*

Eius-

a ¶ *Eius* nomine subaudi, scilicet operis
b ¶ *Non scierit.* faciens opus clam vel etiam vi ab aliquo prohibitus. *& facit inf. tit. j. l. quaesitum. §. quod à Titio.*
c ¶ *Eo tempore.* quo faciebat opus, *& facit supra de re. iud. l. j. & ſ. ad l. Aquil. l. ob id.* Accur.

hoc consecutus sim, vt mihi cædere liceat.

5. ¶ Quæsitum est, si † cum prædium interim nullius esset, aliquid vi aut clam factum sit: an postea dominio ad aliquem deuoluto, interdicto locus sit: vt putà hereditas iacebat: postea adiit hereditatem Titius: an ei interdictum competat? Et est apud Viuianum sæpissime relatum heredi competere hoc interdictum eius [a] quod ante aditam hereditatem factum sit. Nec referre Labeo ait, quòd non scierit [b] qui heredes futuri essent. Hoc enim posse quem causari etiam post aditam hereditatem. Ne illud quidem obstare Labeo ait, quòd eo tempore [c] nemo dominus fuerit. Nam & sepulchri nemo dominus fuit: & tamen si quid in eo fit, experiri possum [d] quod vi aut clam. Accedit his, quod hereditas [e], dominæ locum obtinet. Et rectè dicetur, heredi quoque competere, & cæteris successoribus: siue antequam successerit, siue postea, aliquid sit vi aut clam admissum.

Hic Iuriscon. incipit tractare contra quem detur hoc interdictum.

6. ¶ Si colonus meus opus fecerit: si quidem me volente, vel ratū habente, perinde est atque si procurator meus fecisset: in quo placet, siue ex volūtate mea fecerit, teneri me [f]: siue ratum habuero [g] quod procurator fecit.

7. ¶ Iulianus ait: Si colonus arborem de qua controuersia erat, succiderit, vel quid aliud opus fecerit: si quidem iussu domini [h] id factum sit, ambo tenebuntur: non * vt patientiam [i] præstent, sed vt impensam quoque ad restituendum præbeant. Si autem dominus non iusserit, colonus quidem tenebitur vt patientiam & impensam præstet: dominus verò nihil amplius quàm patientiam [k] præstare cogendus erit:

d ¶ *Possum.* scilicet ego ad quem ius sepulchri pertinet: *vt supra eod. l. is qui in puteum. §. si quis de monumento. & infra de sepul. vio. leg. j.*
e ¶ *Hereditas.* vt [a] *& ſ. de vsuca. leg. heres & hereditas. & C. de posſ. leg. cum hereditas.* Accur.
f ¶ *Teneri me.* sed & colonus tenebitur: *vt inf. prox. §.*
g ¶ *Habuero.* aliàs habuero, quòd quasi mea fecerim quæ procurator &c. id est fecisse intelligendus sum. aliàs est cancellatum, mea fecerim, & in idē recidit. *& facit ſ. eo. aut qui §. similiter. & quod ibi no. & inf. proxi. §.*
h ¶ *Domini.* qui [b] ius imperandi nō habuit. aliàs solus iubens: *vt in arg. contra supra ad leg. Aqui. l. liber homo in prin.*
i ¶ *Patientiam.* scilicet tantum.
k ¶ *Quam patientiam.* nouum [c] opus tolli, *vt & ſ. de aqua plu. arc. leg. quanquam. §. idem Iulianus. & leg. si colonus. & ſ. ne quid in lo. pu. l. ij. §. restituas. & de alien. iudi. mu. cau. fac. leg. iij. §. item.*
l ¶ *Nam & si seruus.*] *Dedat.* vt [d] *ſ. de aqua plu. ar. leg. si tertius. §. Celsus: contra. solu. vt not. ſ. l. si alius. in prin.* Accur.

SEmper.] CASVS. Hoc prin. huius l. vsque ad §. si in sepulchro. vide in fi. casus præceden. quia ibi cōtinuatur. [SI IN SEPVLCHRO.] Si iussu meo terram posuisti in sepulchro alterius: teneor hoc interdicto. si autem iussu plurium hoc fecisti: potest etiam cum vno agi in solidum & cum singulis agi, pro partibus tamen. si autem quilibet per se proposuerat iubere, tandem iusserunt per vnum fieri: singuli tenentur in solidum: & vno soluente nō liberantur. possunt etiam cōueniri actione sepulchri violati. [HOC INTERDICTVM.] Hoc interdictum datur in Heredes in id quod ad eos peruenit: & intra annum datur à tempore operis completi, siue à tempore quo desiit laborari: & hic annus currit scienti opus factum, non ignoranti licet opus sit factum & dat exempla qualiter potest ignorari opus factū. [IN HOC INTERDICTO.] Qui agit hoc interdicto contra facientem opus: consequitur operis destructionē vltra omne interesse quod habuit occasione operis facti: vt ager hoc interdicto restituatur in pristinum statū. vnde si seruitus vel vsusfruct. fundi est amissus per hoc opus: emendari debet Interesse, vel per iusiurandum actoris, vel iudicis officio taxatione facienda. Postea dicit: qui poterat destruere opus quod fecerat vi vel clam, per quod lædor ego vsufructuarius, vt quia possideat agrum in quo erat factum opus: si desinat possidere dolo vel culpa, adhuc tenetur, perinde ac si posset destruere. Vltimo dicit: si aliqua actione agit & consequitur interesse suum occasiōne facti operis, hoc interdictū amodo non habebit: vt putà si egit ex locato, vel pro socio, cōtra conductorem vel socium qui fecit opus in fundo cōducto vel cōmuni, per quod opus deterioratus est ager. Fran. Accur.

XIIII. IVLIANVS libro sexagesimo octauo Digestorum.

NAm & si seruus meus ignorāte me opus fecerit, eúmque vendidero, vel manumisero: mecum in hoc solum agi poterit, vt patiar opus tolli: cum emptore autem serui, vt aut noxæ dedat [l]: aut impensam quæ in restitutione facta fuerit præstet. sed & cum ipso manumisso rectè agi poterit.

XV. VLPIANVS libro septuagesimo primo ad Edictum.

SEmper aduersus possessorem operis hoc interdictum competit: idcircóque si quilibet inscio vel etiam inuito me opus in fundo meo fecerit, interdicto locus erit [m].

Locator non tenetur de eo quod conductor vi vel clam fecit, nisi ad solam patientiam operis restituendi.

1. ¶ Is cui fundum pastinandum [n] locaueras, lapides sustulit, & in vicini proiecit prædium. Ait Labeo, te quod vi aut clam non teneri: nisi id iussu tuo factū sit. Ego puto conductorem teneri: locatorem [o] autem non aliàs nisi aut patientiam præstare possit [p]: aut aliquam actionem habeat, quam præstet [q]: cæterum teneri non oportere [r].

2. ¶ Si in sepulchro * alieno terra congesta fuerit iussu meo, agendum esse quod vi aut clam mecum [s], Labeo scribit: & si communi consilio plurium id factum sit, licere vel cum vno, vel cum singulis [t] experiri. Opus enim quod à pluribus pro indiuiso factum est, singulos insolidum obligare [u]. Si tamen proprio quis eorum consilio hoc fecerit: cum omnibus esse agendum, scilicet in solidum. Itaque [x] alter conuentus alterum non liberabit [y], quinimmo perceptio ab altero [z]. superiore [a] etenim casu alterius conuentio alterum liberat. Præ-

m ¶ *Locus erit.* vt [a] præstem patientiam: *vt ſ. leg. competit. §. in summa: & supra eo. l. denique. in fine.* & facit ad hoc quòd inuitus [b] per alium obliger: *vt ſ. de peca. l. si quis seruum. §. etiam.*
n ¶ *Pastinandum.* i. [c] vt nouas vites poneret.
o ¶ *Locatorem.* non iubentem: nec ratum habentem.
p ¶ *Possit.* vt tunc ad patientiam.
q ¶ *Præstet.* i. cedat. & forte locati. Vel forte ad pœnā quā promiserat mihi si tale opus faceret: cū forte ad similē vim teneat vicino.
r ¶ *Non oportere.* i. sic vt suis sumptibus inducat lapides in fundū suum.
s ¶ *Mecum.* facit. *ſ. eod. l. is qui in puteum. §. si quis de monumento:*
t ¶ *Cum singulis,* separatim: quia plura sunt delicta.
u ¶ *Obligare.* vt [d] possim aliquem eorum in solidum conuenire: *vt ſ. de fur. leg. vulgaris. §. si duo.* sed cum [e] omnes conuenio, cū singulis experiri pro partibus videor. *ad quæ facit inf. de verbo. obli. l. in executione. §. ij.*
x ¶ *Itaque.* quia vnū est delictū à pluribus cōmissum: itaque &c.
y ¶ *Non liberabit.* eo casu, cum proprio consilio quisque hoc facit.
z ¶ *Ab altero.* s. [f] non liberabit hoc casu quādo proprio consilio fecerunt. Sed aliud in superiori casu. 2. Vel dic in superiori casu sola contentione alios liberari: secundos sola perceptione: *vt arg. supra de his qui deie. vel effu. leg. perceptione. & facit ſ. quod fal. tu. auct. leg. nouissimè. §. fin. & leg. seq. & supr. de pecu. leg. si ex duobus. §. si ad & si, versi. sed licet. & ſ. quod me. cau. leg. si cum exceptione. §. final. & l. seq. & de vi & vi ar. leg. j. §. quotiens. & de tu. & ra. distr. l. si ex duobus. & de leg. j. l. si ex toto. §. j. & C. de condic. fur. l. j.* Accur.
a ¶ *Superiore etenim casu.* quando cōmuni cōsilio, quod est quādo eis auctum vt per vnum facerent, vel etiam nullus eorum fe-

Hereditas quod vi, an & cur heredib. competat.

a Hereditas dominæ vicē obtinet.

b Iussu domini vim admittēs excusatur hoc interdicto.

c Patientiam noui operis suo tollendi dominus præstat etsi si eo nec sciente nec iubente opus aliquod factum est.

d Noxæ deditione, delicto serui liberamur.

* Græcismus. non pro non tantum. An. Aug. lib. 2. c.

a Addit gl. l. sup. in fi. l. hac.

b Inuiti quandoque per alium obligamur.

c Pastinari quid, M. Columella lib. iij. re rust. c. 18.

* Licet pro vno furto à tota familia eiusdem seruorum commisso sim obligatus dūtaxat pro vno furto, vt vno delinquente: hoc tamē est verum quando communi voluntate & consilio furtum factum est. Secus autem si quilibet de familia motu proprio furtum fecerit: tūc enim sunt plura furta: & vt pro pluribus furtis ego sim obligatus.

d Indiuisi operis à pluribus facti causa possum singulos reos in solidum conuenire.

e Conuentio valet delinquentiū an eorum delinquentem liberare possit

ne aliis feciſſet. ſed proprio conſilio dicuntur facere, quando omnes fecerunt, & quilibet per ſe facere proponebat. *ad quod eſt* ſ. *de furt. omn. iud. l. ſi familia.*

ſupra ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc interdictum & inſ. de regul. iur. l. qui dolo.

q ¶ *Culpam quoque.* immo & ſi ſine dolo & culpa amiſerit poſſeſſionem, tamen ad intereſſe damnandus eſt: *vt ſupra de vi & vi arm. l. ſi vi me. ij.*

a ¶ *Sepulchri quoque violati.* & criminaliter [a] & ciuiliter per actionem in factum quæ datur in c. aureis: *vt inſ. de ſepul. vio. l. prætor. j. reſpon. & §. j.*

...terea ſepulchri [a] quoque violati agi poteſt. 3. ¶ Hoc interdictum in heredem cæteróſque ſucceſſores datur in id quod ad eos peruenit [b]: & poſt annum non competit [c]. 4. ¶ Annus autem cedere incipit ex quo id opus factum perfectum eſt: aut fieri deſiit, licet perfectum non ſit. alioquin ſi à principio operis cœpti annum quis numeret, neceſſe eſt cum his qui opus tardiſſime facerent, ſæpius [d] agi. 5. ¶ Sed ſi is ſit locus, in quo opus factum eſt, qui facile non adiretur [e], vt putà in ſepulchro vi aut clam factum eſt, vel in abdito [f] alio loco, ſed & ſi ſub terra fieret opus, vel ſub aqua vel cloaca aliquid factum ſit: etiam poſt annum cauſa cognita competit interdictum de eo quod factum eſt [g]. nam cauſa cognita annuam exceptionem remittendam, hoceſt magna & iuſta cauſa ignorantiæ interueniente.

Licet interdictum illud ſit annale, ſicut alia interdicta prætoria, tamen non currit ei qui reipublicæ cauſa abeſt, ſed reuerſus habet annum integrum. & ponit ſimile in minore.

6. ¶ Si quis reipublicæ cauſa abfuiſſet [h], deinde reuerſus interdicto quod vi aut clam vti vellet: verius eſt non excludi anno eum [i], ſed reuerſum annum habere. Nam & ſi minor vigintiquinque annis reipublicæ cauſa abeſſe cœpiſſet, deinde maior effectus ſit dum abeſt reipublicę cauſa: futurum, vt ex quo redit, annus ei computetur, non ex quo impleuit vicenſimumquintum annum. & ita diuus Pius & deinceps omnes principes reſcripſerunt.

7. ¶ Hoc interdicto tanti lis æſtimatur, quanti actoris intereſt id opus factum eſſe [k]. Officio autem iudicis ita oportere fieri reſtitutionem [l] iudicandum eſt, vt in omni cauſa eademconditio ſit actoris, quæ futura eſſet ſi id opus de quo actum eſt, neque vi, neque clam factum eſſet.

8. ¶ Ergo nonnunquam [m] etiam dominij ratio habenda eſt: vt putà ſi propter hoc opus quod factum eſt, ſeruitutes amittantur, aut vſusfructus intereat [n]. quod non tantum tunc eueniet, cum quis opus ædificauerit, verùm etiam ſi diruiſſe [o] opus proponatur, & deteriorem conditionem feciſſe vel ſeruitutium, vel vſusfructus, vel ipſius proprietatis.

9. ¶ Sed quod interfuit: aut per iuſiurandum quod in litem actor iurauerit: [p] aut ſi iurare non poſſit, iudicis officio æſtimandum eſt.

Qui dolo facit quo minus poſſit: cenſetur tamen poſſe.

10. ¶ Eum autem qui dolo malo fecerit quo minus poſſit reſtituere: perinde habendum ac ſi poſſet.

11. ¶ Culpam quoque [q] in hoc interdicto venire, erit probandum: quæ tamen [r] arbitrio iudicis [s] æſtimanda erit.

Qui alia actione conſequitur intereſſe, hoc interdictum non habet.

12. ¶ Quia autem hoc interdictum id quod intereſt continet: ſi quis alia actione fuerit cōſecutus id quod interfuit opus non eſſe factū: conſequens erit [t] dicere, ex interdicto nihil eum conſequi oportere.

XVI. PAVLVS *lib. ſexageſimoſeptimo ad Edictum.*

COmpetit hoc interdictum etiā his qui non poſſident [u], ſi modò eorum intereſt.

1. ¶ Si quis vi aut clam arbores non frugiferas [x] cæciderit, veluti cupreſſos: domino dumtaxat competit interdictum. Sed ſi amœnitas [y] quædam ex huiuſmodi arboribus præſtetur: poteſt dici & fructuarij intereſſe propter voluptatem & geſtationem [z]: & eſſe huic interdicto locum [a].

Hic §. ponit tres caſus, quos poteris perpendere ex textus elegantia. punctua bene, & clara erit litera.

2. ¶ In ſumma, qui vi aut clam fecit, ſi poſſidet, patientiam & impenſam tollendi operis: qui fecit, nec poſſidet [b], impenſam: qui poſſidet, nec fecit patiētiam tantum debet.

XVII. IDEM *lib. ſexageſimonono ad Edictum.*

---

a Sepulchri violati, criminaliter agi poteſt: ſed & ciuiliter actione in factum ad centum aureos.

b ¶ *Peruenit.* vt *argu. ſupra de calum. l. in heredem.*

c ¶ *Non competit.* vt & *ſupra de aqua plu. arcen. l. Atteius.* & ſ. *eo. l. j. reſpon.*

d ¶ *Sæpius agi.* id eſt ſæpe poſſe agi prius quā fieret: quod incongruū eſſet vt ageretur antequam opus fieret. Accurſius.

e *Non adiretur.* ab illo cuius erat. Accu.

f ¶ *In abdito.* id eſt in abſconſo.

g ¶ *Quod factum eſt.* facit *inſ. proxi. §. & C. de excu. tuto. leg. quinquaginta. & ſup. de ædil. edic. leg. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. & ſupr. quando act. de pecu. eſt anna. leg. j. §. annus. & C. qui ad mit. ad bo. poſ. leg. quicunque. &* ſ. *de calum. l. annus.*

h ¶ *Abfuiſſet.* per annum.

i ¶ *Eum.* vt & ſ. *prox. §. &* ſ. *de bon. poſſ. ſecundum tab. l. qui ex libe ris. §. j. & C. de reſtit. mili. leg. j. & ij. & iij. & de temp. in integ. reſt. l. j.* ſecus [b] autem in eo qui neceſſaria cauſa tantū abfuit: *vt* ſ. *de mi. l. Papinianus lib. ij. reſpon. ait exuli.* Accur.

b Abſentia neceſſaria & reipublicæ cauſa differētia.

k ¶ *Factum eſſe.* facit quòd *notatur* ſ. *ne quid in loco publ. l. ij. §. hoc interdictum. & §. interdictum hoc.*

l ¶ *Reſtitutionem.* i. [c] deſtructionem.

c Reſtitutio pro deſtructione.

m ¶ *Nonnunquam.* ſed multotiens. Accur.

n ¶ *Intereat.* fa. ad hoc ſ. *de verb. ſig. l. cum prætor & ſ. de vſur. l. videamus. ij. §. in interdicto. & inſ. eo. l. ſi opus. §. ſi. &* ſ. *quod me. cau. l. ſi cum exceptione. §. j. & l. metum iij. §. ex hoc verſ. ſed ſi vſufru. & ſup. de vi & vi ar. l. ſi plures §. deiectum.* Accur.

o ¶ *Diruiſſe.* aliàs dituiſſe: & aliàs deſeruiſſe.

* non eſſe.

p ¶ *Iurauerit.* ¶ Argu. quod actor [d] non habeat neceſſe probare intereſſe ſuū quod petit: ſed tātum in ſacramento habet illud declarare. *ad quod facit C. vnde vi. leg. ſi quando.* & hoc accipe quando pro dolo. ſecus [e] ſi pro culpa: quia tunc legitime eſt probandum: *vt Inſti. de verb. obl. §. final. & facit ad hoc iuramentum infra de fur. leg. in actione. §. de veſte. & ſupra de in litem iuran. leg. j. & ſupra de rei vin. leg. qui reſtituere. & leg. quid ſi poſſeſſor. & ſupra de peti. here. leg. ſed & ſi lege. §. proinde. verſic. hoc verba. &*

d Probare id quod ſua intereſt, is qui doli agit, et ſtam iuramento in litem poteſt: qui culpa agit legitime probare debet.

e Doli & Culpæ differētia in obligādo.

r ¶ *Quæ tamen.* i. cuius culpa intereſt. Accur.

s ¶ *Iudicis.* ſcilicet ciuiliter, ſi actor non poſſit vel nolit iurare in litem. *argumen. ſupra eo. §. in hoc interdicto. in fin.*

t ¶ *Erit.* vt *arg. ſupra man. l. ſi procuratorem. §. mandati. & inf. de ſol. l. quoties.*

COmpetit.] CASVS. Hoc interdictum datur etiam non poſſidenti, ſi modò eius interſit: & da exemplo vt ſupra eod. leg. quamquam & le. denique §. ſi ex ſociis. Secūdo dicit: qui incidit arbores fundi non producentes fructus, vt cypreſſum: tenetur hoc interdicto domino fundi, nō fructuario: niſi fructuarius habebat ex his amœnitatem. Tertio dicit: qui fecit opus vi vel clam: ſi illud opus poſſidet, tenetur ad patientiam & impenſam. ſi non poſſidet, ad impenſam tantum. ſed ille qui poſſidet, & non fecit, patiētiam tantum debet præſtare. Quarto dicit: qui fecit opus in meo fundo, inquilino meo prohibēte: habeo hoc interdictum. Quinto dicit: qui ſiluam meam immaturam incidit, hoc interdicto tenetur. ſecus ſi maturam. Sexto dicit: ſi cum vellē facere opus in tuo, feci quòd tunc tēporis poteſtas te vocaret in ius, vt ſic interim poſſem facere: clā videor facere: & ſic hoc interdictum competit contra me. Vltimo dicit: ſi filius locauit fundū Titio. venit quidam, & incidit arbores fundi. tenetur hoc interdicto illi filio. & h. d. hęc l. cum duab. ll. ſeq. Fra.

u ¶ *Qui non poſſident.* vt & *ſup. eod. l. quanquā. & l. denique. §. ſi ex ſociis.* Accu.

x ¶ *Non frugiferas.* i. nō producentes fructus.

y ¶ *Amœnitas.* [a] quia multum redolent. Sed arg. contra. ſ. *ſi quid in frau. patro. l. j. §. ſed ſi rem verſ. & aliàs.*

a Intereſt noſtra etiam amœnitatis cauſa.

z ¶ *Geſtationem.* i. ſpatiationem [b].

b Quid ſit geſtatio, vide Bud. i. de ſeruo. ruſt. prædi. l. geſtio.

a ¶ *Interdicto locum.* vt & *ſup. eod. l. denique. in princ.*

b ¶ *Nec poſſidet:* nec dolo fecit quominus poſſideat: *vt. ſup. eodem leg. proxi. §. pen. & facit ſupra de aqua plu. arcen. leg. ſed venditor. & ſupra quod metus cau. leg. ſi cum ex §. ſed & ſi culpa. & ſupra de actio.*

Nterdictum quod vi aut clam per quemuis[a] domino adquiritur, licet per inquilinum.

XVIII. CELSVS lib. vicensimoquintò Digestorum.

SI immaturam siluam cæduam † ceciderit quis, interdicto quod vi aut clam tenetur. Si maturam similiter cæduam, neque damno dominus adfectus est: nihil præstabit[b]. 1. ¶ Non absurdè responsum est, si magistratum rogasses, vt aduersarium tuum adesse ad iudicium iuberet, ne opus nouum tibi nuntiaret: clam videris opus[c] fecisse, quod interim feceris.

XIX. VLPIANVS lib. quinquagesimoseptimo ad Edictum.

INterdictum [d] quod vi aut clam, competere filiofamilias colono arboribus succensis * Sabinus ait.

XX. PAVLVS lib. tertio decimo ad Sabinum.

VI facit tam is qui prohibitus fecit, quàm is qui quo minus prohibeatur consecutus est, periculo [e] putà, aduersario denuntiante: aut ianua, putà præclusa. 1. ¶ Prohibitus autem intellegitur, quolibet prohibentis actu, id est vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis, lapillúmve iactantis [f] prohibendi gratia. 2. ¶ Tamdiu autem vi facit prohibitus, quamdiu res in eodem statu permanebit. nam si postea conuenerit cum aduersario, desinit [g] vi facere. 3. ¶ Item si prohibiti heres, vel is qui ab eo emerit, ignorans causam præcedentem, fecerit: dicendum esse

lie. iudi. l. iij. §. item.

a INterdictum.] *Per quemuis.* scilicet prohibentem: *vt sup. e. vo. leg. prohibere.*

b SI immaturam.] *Præstabit.* fa. *supra ad legem Aquiliam. l. si seruus seruum. §. si vinam. & §. idem. & in silua. & §. si salictum. & infra de verb. sign. l. silium. & supra eodem leg. si alius. §. si quis in fin.*

c ¶ *Opus.* facit ī. *ead. l. §. quid sit vi. & §. sed & Aristo.*

d INterdictum. vel dic quod filius erat colonus. Vel dic quòd competit filio si succedatur colono filij: *vt supra eodem leg. quinquam. & facit infra de act. & obli. l. filiusfam.* Sed contra supra eodem *l. denique. §. j.* Solu. hic celare filium voluit: ibi non. vel hic loquitur de re quæ spectabat ad damnum filij: supra de re patris. vel hic ex ea parte quod vi: nó ex ea quod clam: vt ibi.

VI facit.] CASVS. Vi [a] dicitur facere opus, qui prohibit[us] facit: vel qui dolo fecit quo minus prohiberetur: vt pronuntiando aduersario aliquid triste: vel claudendo ostium aduersarij, ita quod aduersarius non potuit exire ad prohibendum. Secundo dicit: qualitercúque quis sit prohibitus opus facere, vel per verba, vel per lapilli iactum: vi dicitur facere, & eousque donec res in eodem statu durat, id est donec aduersarius in ædificando consentiat. heres autem prohibitus si in ædificando procedit, ignorans de prohibitione facta defuncto: non tenetur hoc interdicto. De opere autem quod fit in naui, vel alia re mobili: licet fiat vi vel clá, cessat hoc interdictú. si autem fiat in solo siue in publico, siue in priuato, vel religioso, vel sacro, & fiat vi aut clam, habet locum hoc interdictum. Franciscus.

e ¶ *Periculo putà* aliquid triste [b] nuncians: *vt argum. supra de eo per quem fac. erit. l. j. §. ij. & facit ī. eodem l. si immaturam. §. penult.* Accursius.

f ¶ *Iactantis. vt ī. eod. l. j. § sed & si quis.*

g ¶ *Desinit.* quia non est res in eodem statu: immo mutatur. Accursius.

h ¶ *Non incidere.* nã & in hoc casu videtur res mutata [c]. Sed contra ī. *de ope. no. nun. l. pe.* Sol. non tenetur hic vt præstet impensas: tenetur tamen ad patientiam, vt ibi. 2. Itē contra ī *de ope. no. nunt. l. non solum. §. fi.* Sol. ibi sciuit, vel scire potuit, hic ignorauit. vel aliud est in hoc interdicto: aliud in ope. no. nun. 3. Item contra. ī. *de ope. no. nun. l. fi.* Sed aliud in hoc quàm in illo interdicto. Vel dic vt no. ī. *de alie. iudi. l. iij. §. opus.* Accur.

i ¶ *Non continetur. vt supra eod. l. si alius. §. notauimus & arg. ī. de vi & vi arm. l. j. §. illud & §. plane & §. si quis de naue.* [d] *& sup. l. j. §. hoc interdictum.*

k ¶ *Siue in priuato.* vt indemnis actor omnino seruetur: cum verbum restituas, hæc omnia comprehendat quæ actoris intersunt tēpore contestatæ litis: *vt ī. de verb. leg. vide. nunt. ij. §. in Fauiana. & facit supra de serui. leg. final. & ī. ne quid in loco pub. l. ij. in princip. & supra de oper. not. nun. l. j. §. siue autem. & supra eodem leg. prohibere. §. plane.* Sed arg. contra ī. *de aqua plu. ar. l. si in publico.* & est ratio vt ibidem. Accur.

In vulg. est §. legis præcedentis.

† Cædua autē sylua dicitur quæ certis & statis temporibus cædi solet.

a Vi quemadmodum facere opus dicatur quominus sibi denuncietur.

* succensis.

In vulg. vim facit. perperā

b Nuntians aliquid triste aduersario vi ei damnúdet, vim fecisse videtur.

c Mutata res videtur, herede succedente, seu per habeles successionem.

d Mobilibus censetur nauis etiamsi ampliissima sit ad de Tiraquellum trac. de retract. lignag. § 1. num. 88. & seq. vbi quærit an retractus locum habeat in nauæ vendita, vtrum excutet à satisfando, vtrum compararetur prædio rustico vel vrbano.

Pomponius ait, non incidere [h] eum in interdictum.

4. ¶ Quod in naue fit, vel in alia qualibet re vel amplissima, mobili tamen: non continetur [i] hoc interdicto. 5. ¶ Siue in priuato [k], siue in publico opus fiat, siue in loco sacro, siue in religioso: interdictum competit.

XXI. POMPONIVS lib. vicensimonono ad Sabinum.

SI opus[l] quod quis iussus est à iudice qui ex hoc interdicto sumptus [m] esset, restituere, alius quis vi aut clã sustulisset [n]: nihilominus ille idem omnimodo iubetur opus restituere[o].

Si dominus iubet opus fieri bona fide, non putans se ab aliquo prohibendum: licet seruus qui facit, timet prohiberi: tamen non tenetur dominus hoc interdicto.

1. ¶ Si iussero seruum meum opus facere cum quantum ad me [p] pertinet, in clandestini suspicionem non veniret, seruus autem meus putauerit, si rescisset aduersarius prohibiturum eum [q]: an teneat? Et non puto[r], cum mea persona sit intuenda [s].

2. ¶ In opere nouo, tam soli quam cœli [t] mensura facienda est. 3. ¶ Si quis propter opus factum ius aliquod [u] prædij amisit: id restitui ex hoc interdicto [x] debet.

XXII. VENVLEIVS libro secundo Interdictorum.

SI vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis [y*], eáque in fundo tuo coaluerit: vtile est [z] interdictum quod vi aut clam intra annum. sed si

SI opus.] CASVS. Dic casum principij huius l. vt in Glo. domini mei Accursij. [SI IVSSERO.] Iussi seruo meo vt faciat opus. opinio mihi erat non suspicans de aliquo quod aliquis si sciret, prohiberet. seruus autem suspicabatur se prohiberi ab aduersario si resciisset. fecit opus. mea opinio inspicitur, non serui, & sic cessat hoc interdictū. Secundo dicit: siue fiat opus vi vel clam in solo meo: siue ī. meam domum habeo hoc interdictum. Tertio si propter opus factum vi vel clam amisi seruit. hoc damnum veniet in hoc interdicto vt emendetur. Fran.

l ¶ *Si opus.* Titium conueni hoc interdicto quasi opus fecisset in meo: cum Seius fecisset. & damnatus est Titius. sententia præiudicat veritati, & sic Titius destruet. vel potest dici: tenetur idem ille, scilicet qui fecit: scilicet Seius. nam non liberatur alter, scilicet Seius, per hoc quòd condemnatur Titius: nisi satisfactum esset: *vt ī. eod. l. semper. §. fir.*

m ¶ *Sumptus.* id est assumptus, vel acceptus.

n ¶ *Sustulisset.* id est in altum exaltasset in veritate.

o ¶ *Restituere.* si adhuc superest. Accur.

p ¶ *Ad me.* i. ad meā opinionem.

q ¶ *Eum.* scilicet aduersarium serui.

r ¶ *Et non puto.* me teneri. Accur.

s ¶ *Intuenda. vt ī. de litigio. l. ij. in fi.* sed nomine serui teneor: *vt ī. eo. l. nam & si seruus.* Accu.

t ¶ *Tam soli quam cœli.* quia cœlū[a] quod supra ædes meas est, vsque ad cœlum liberum esse debet: *vt supra de serui. l. fi. & ī. l. proxi. §. pen.* Vel cœli, i. [b] aeris: quia forte aerem [c] corrumpit apponendo stercus, vel cloacam aperuit *arg. ī. de cloacis l. j. §. j.*

u ¶ *Ius aliquod.* fortè seruitutem.

x ¶ *Ex hoc interdicto. vt & ī. eo. l. semper. §. in hoc.* Accur.

SI vitem.] CASVS. Vitem fundi mei traxisti in tuum fundum: & coaluit in fundo tuo. i. imposuit radices. habeo hoc interdictum vtile contra te vsque ad annum, vt vitis in meum fundum reducatur: vltra non: immo radices quæ erant in fundo meo, cedunt tibi. Si araui in fundo tuo per vim, vel clam: teneor hoc interdicto, sicut & si fossam in eo fecissem. & no. bona verba hic in fine. Tertio dicit: tabulam ad meum ostium fixisti. ego eam remoui antequam tibi denuntiarem. si tu agas ob hoc contra me. habeo hoc interdictum contra te: in quo condemnaberis, nisi me facias absolui. vel habeo exceptionem contra te, quia vi vel clam feceras. Quarto dicit: si stercus per tuum fundum portaui te inuito: non ob hoc teneor interdicto & adducit similia. Quinto dicit: si protectum domus meæ vel stillicidium extendi vi vel clam suprá sepulchrū alicuius: teneor hoc interdicto. & no. bona verba hic in fine §. Sexto dicit: si denuntiaui tibi quod tale opus volebam facere, & statim facio: non videor clam facere: & sic cessat hoc interdictum. secus si ex interuallo opus postea feci. Fran.

y ¶ *Depresseris.* i. detraxeris vi aut clam.

z ¶ *Vtile est.* mihi vt vitis in meum agrum reducatur.

y deprefferis.

a Cœlū quod supra ædes nostras est in infinitum liberum est.

b Culum prouere.

c Aërem corrumpere apposito stercore aut cloaca aperta non licet. de quo. v. plura apud Cepolā tract. de seruit. rustic. c. 4.

a ¶ *Remaneat.* scilicet ad hoc vt vitis de fundo tuo reducatur in meum: sed bene dabitur actio in factum ad æstimationem vitis perpetuo, *vt credo. ar. ff. de rei vin. l. in rem. §. item quæcunque. & facit inf. arbo. fur. cæ. l. si plures. §. j. & supra de rei vind. l. idem Pomponius. §. de arbore.*

b ¶ *Tuas fieri.* i. omnino: vt pro eis non teneatis. Io. Accur.

c ¶ *Quibus.* quæ in agro tuo coaluerunt.

d ¶ *Arauerit.* aliàs arauerit: & aliàs exarauerit.

e ¶ *Ex qualitate.* i. nõ debemus inspicere in hoc interdicto quale sit opus quod vi aut clã fit, verũ sit formatũ vt est domus: an informe, vt arare: sed illud solum quod fit in solo. *ar. ff. de ope. no. nun. l. si pulsatio. §. opus.*

f ¶ *Refixero.* i. remouero. Accur.

g ¶ *Aut excep.* hoc intelligendum quando ego refixi tabulas primò positas ex magna & necessaria causa: *vt arg. ff. eo. l. si alius. §. bellissime.* 2. Vel dic verius quòd hic dicitur exceptionem mihi dandam indistinctè: intelligatur siue ex necessaria causa refixi tabulas siue non: quod enim fixũ est in ianua mea à me possessa, possum auctoritate mea demoliri. *arg. ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. j.* Quod autem legitur supra eo. *l. si alius. §. bellissime.* intelligendum est quando ædificauit aliquis clam in suo, nõ in meo, & facit *ff. de eo per quem fa. erit. l. j. §. si reus. & ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. idem ait. & ff. sol. ma. l. viro. & ff. de dam. inf. l. qui bona. §. si quis q. ia. & ff. ne quis eum qui in ius vocat. l. ij. & ff. quod me. cau. sed & partus. §. quæri.* Accur.

h ¶ *Profuturam.* hanc s. & facit *C. quando lice. vni. l. j.* Sed argu. contra. *C. ne quis in sua causa. l. j.*

i ¶ *Speciem.* aliàs faciem: & aliàs speciem.

k ¶ *Egerit.* i. auem portauerit.

l ¶ *Teneatur.* quod etiam non debet. Sed cõtra. *ff. eo. leg. si alius. §. si quis aceruum.* Sol. vt ibi. Sed iniuriarum tenetur, & ire nõ licet: *vt C. de serui. l. per agrum. & ff. de iniur. l. iniuriar. l. § quis me.* Acc.

m ¶ *Supra id cœlum.* ad hoc *ff. de ser. l. fi. & supra proxi. §. pe. & facit ff. eo. l. si alius. §. notauimus.*

n ¶ *Posse.* vt & *ff. de sepul. vio. l. iij. §. sepulchri. & facit ff. vti poss. l. si duo. §. item videamus.*

o ¶ *Denuntiauerat.* palam, non clam & obscure: *vt ff. eo. in princ.*

¶ l. 9. supra eo. ... [marginal notes, partly illegible] ... Duar. a. Disp. c. 40.

† Ex germinatio interdicto quod vi aut clam pro opere illud tacitum intelligendum est quod in solo fit.

b Opus aliud formatum, aliud informe.

c Fixum ianuæ meæ possessum refigere auctoritate propria.

annus præterierit, nullam remanere[a] actionem: radices quæ in fundo meo sint, tuas fieri:[b] quia his[c] accessiones sint. 1. ¶ Si quis vi aut clam arauerit,[d] puto eum teneri hoc interdicto perinde atque si fossam fecisset. Nõ enim ex qualitate[e] operis huic interdicto locus est, sed ex opere facto quod cohæret solo. 2. ¶ Si ad ianuam meam tabulas † fixeris: & ego eas priusquã tibi denuntiarem, refixero[f], deinde inuicem interdicto quod vi aut clam egerimus: † nisi remittas mihi vt absoluar, condẽnandum te quasi rem non restituas, quanti mea intersit: aut exceptionem[g] mihi profuturam[h], *Si non vi, nec clam, nec precario feceris.* 3. ¶ Si stercus per fundum meum tuleris, cum id te facere vetuissem: quãquam nihil damni feceris mihi, nec fundi mei [speciem[i]] mutaueris: tamen teneri te quod vi aut clam Trebatius ait. Labeo cõtra: ne etiam is qui dumtaxat iter per fundum meum fecerit, aut auem egerit[k], venatusve fuerit sine vllo opere, hoc interdicto teneatur[l].

4. ¶ Si quis proiectum aut stillicidium in sepulchrum immiserit: etiam si ipsum monumẽtum non tangeret, rectè cum eo agi, quod in sepulchro vi aut clam factum sit: quia sepulchri sit non solum is locus qui recipiat humationem, sed omne etiã supra id cœlum[m], eoque nomine etiã sepulchi violati agi posse[n].

Quæ incontinenti fiunt postquam aduersarius est certificatus, videntur bona fide fieri.

5. ¶ Si is qui denuntiauerit[o] se opus facturum, confestim opus fecerit: clam fecisse non intellegitur. nam si post tempus, videbitur clam fecisse.

DE REMISSIONIBVS.†
TITVLVS XXV.

1. VLPIANVS *lib. 71. ad Edictum.*

Ait prætor: *Quod ius sit[p] illi prohibere ne se inuito fiat, in eo nũtiatio teneat: cæterum nuntiationẽ missam[q]* * *facio.* 1. ¶ Sub hoc titulo remissiones[r] proponuntur:

2. ¶ Et verba prætoris ostendunt remissionem ibi demum factam,[s] vbi nuntiatio nõ tenet. & nuntiationẽ ibi demũ voluisse prætorem tenere,[t] vbi ius est nuntianti prohibere[u] ne se inuito fiat. Cęterùm[x] siue satisdatio interueniat,[y] siue nõ: remissio facta[z] hoc tãtũ remittit, in quo nõ tenuit nũtiatio[a]. Plane si satisdatum est[b], exinde remissio facta est non est necessaria[c] remissio. 3. ¶ Ius habet opus nouũ nuntiãdi,[d] qui aut dominiũ[e] aut seruitutẽ[f] habet. 4. ¶ Itẽ Iuliano placet, fructuario vindicãdarũ[g] ser-

¶ *Dixit supra de ope. no. nun. nunc de remissione, Vel dic quia nuntiatio paris interdictum quod vi aut clam, & remissio tollit: vt ff. tit. 1. l. si alius.* §. 1. ideo post præcedentem tit. meritò hunc ponit.

¶ *Interdicto quod vi aut clam vel De oper s noui nuntiatione non tenetur qui opus fec t post nunt ationem si remissionem nuntiationis à prætore impetrauerit. qu nimo vt cui nunt atum est nouum opus post satisdationem de opere restit. endo d tur interdictum prohibitorum, Ne ei vis fiat ædificanti. l. 20. §. Deinde de ope. noui nuntia. ita post remissionem hoc titulo ei dabitur interdictum assimile. Remissio[g] est abolitio nuntiationis operis noui à prætore facta. Cuiacius.*

e Remissio nuntiationis à prætore impetratur.

f Remissionis nuntiationis & satisdationis similitudo.

g Remissio pro abolitione nuntiationis operis noui à prætore facta.

Ait prætor.] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Qui habet ius prohibendi ne eo inuito fiat opus: si nuntiat ne fiat, tenet. & si postea remittatur, tenet remissio, & in opere poterit procedi. Postea loquitur Vlpi. & dicit: Apparet per verba edicti tenere remissionẽ cũ nũtiatio tenuit. remissio aũt fit vel per communẽ voluntatẽ vtriusque, vel satisda præstita, & si post satisd. fiat remissio, superflue fit. Itẽ is potestnũtiare, qui est dominus fundi in quo fiebat opus: vel qui habet ibi seruit. vel vsumfru. potest etiam fructuarius vindicare seruitutem. Itẽ remissio facta à fructuario, tenet. fructuarius autem non potest nũtiare domino proprietatis ædificanti: sed si ex illo opere habeat fructuarius damnum, habet confessoriam. Itẽ qui habet seruitutem vrbanam in dotem, potest nuntiare si in ea fit ab aliquo extraneo opus. Item qui habet fundum obligatũ in quo fit opus, potest renuntiare: item remittere potest. Fran. Accur.

p ¶ *Quod ius sit.* siue propter seruitutem, vel propter proprietatem, vel publicã causam & sic perpetuo, siue non perpetuo, sed eatenus donec satisdetur: quod ius habent omnes post denuntiationem de calumnia iurantes. *argum. C. ad legem Iul. repe. l. fin.* & sic non est contra. *supra de oper. noui nunt. l. j. in princip.* vbi plenè dixi.

q ¶ *Missam.* vel de iure si satisdederit: vel forsan conuentione: & hoc cum tenuit nũtiatio. si autem non tenuit, quia potuit sperni: *vt supra de ope. nou. nun. l. de pupillo. §. totiens.* tunc dic missam, scilicet ipso iure: quia non tenuit nuntiatio. & semper dic faciat, scilicet sine metu interdicti quod vi aut clam: *vt ff. titu. j. l. si alius. §. j.*

† Hoge. l. sup. oper. no nun. & deuasteste scriptura. Vide ibi & hic Accursium.

* nuntiatione remissa faciat. Vide Ant. Aug. li. emẽd. 1. c. 3 & Duar. 1. disp. c. 46.

a Remissio fit vel ex conuentione, vel à lege, vel à iudice ... .

r ¶ *Remissiones.* faciẽdæ ei cui nũtiatũ est, & sunt tres: vna ex cõuẽtione, alia à iure (quando scilicet tenuit nũtiatio) & tertia, quia nõ tenet: quia potest sperni. nam tunc lex habet pro remissa. Acc.

s ¶ *Factam valere.* i. effectum habere vbi nuntiatio tenet. si autem non tenet, nõ est necessaria remissio: scilicet cum postea appareat illum qui nunciauit, nõ habere ius nuntiandi: & sic potest legi sine non. Vel dic vbi non tenet, quia potest sperni: non est remissio necessaria. & sic sine non. aliàs est non tenet: & tunc dic, ibi est facta remissio, scilicet à iure sine vlla satisdatione, vbi nuntiatio nõ tenet: quia potest sperni. Item est contra. *ff. de oper. no. nun. l. j. in prin.* Sol. vt ibi plenè dixi.

t ¶ *Tenere.* s. cum effectu.

u ¶ *Prohibere.* quod est vt ff. dixi, Vel perpetuo propter seruitutẽ, veluti ne altiùs tollat: Vel ad tempus, i. donec satisdetur: quod ius habent omnes post nuntia. de calumnia iurantes. Accur.

x ¶ *Cæterum.* i. si non habent ius nuntiandi.

y ¶ *Interueniat.* quo casu fit remissio ipso iure.

z ¶ *Facta.* ex conuentione, vel etiam à iudice vel prætore.

a ¶ *Nuntiatio.* cum effectu.

b ¶ *Satisdatum est.* vel per nuntiatorem steterit quo minus satisdetur, vel quia de calumnia non iurat. Accur.

c ¶ *Necessaria.* quia ipso iure per satisdationem erat facta.

d ¶ *Nouum opus nuntiandi.* s. perpetuo: cæterum si non sit ius prohibendi, tunc eatenus quatenus satisdetur.

e ¶ *Dominium.* tunc continet causam naturalem.

f ¶ *Seruitutem.* personalẽ (& tunc distinguitur *vt dixi ff. de ope. noui nun. l. j. §. fi. & l. seq.*) vel vrbicam, & non rusticam: *vt l. qui viam de noui op. nun.* Vel dic vt no. *ff. de serui. vrb. prædi. l. inter. §. fi. & d. l. qui viam.*

g ¶ *Vindicandarum.* s. per confessoriam, immo non: *vt ff. si vsusfru. peta. l. j. in prin.* Sol. vt ibi. Accu.

Agere

a ¶ *Agere potest.* fructuarius.
b ¶ *Aedificare.* ergo qui non habet ius prohibendi, non habet ius remittendi.
c ¶ *Facto.* i. opere facto à proprietario.
d ¶ *Vsusfructus.* s. per confessoriam.
e ¶ *Seruitus.* vrbica: *vt & s. si ser. vindi. l. & si forte* §. j. Vel dic plenius vt no. s. *de serui. vrba.praed. l. inter seruitutes in Gl. 6.*
f ¶ *Detent. nem.* quia petitio datur: *vt s. de ser. l. ei qui. & nunciare ei permittitur: vt s. de no. ope. nun. l. creditori.* ergo & remittetur: *vt s. in prin. huius l.*

uitutium ius esse: secūdum quod opus nouum nuntiare poterit vicino, & remissio vtilis erit, ipsi autē domino prędij si nūciauerit, remissio inutilis erit, neque sicut aduersus vicinū, ita aduersus dominum agere potest,[a] ius ei nō esse inuito se altius ædificare:[b] sed si hoc facto[c] vsusfructus[d] deterior fiat, petere vsum fructū debebit. Idē Iulianus dicit de cæteris quibus aliqua seruitus[e] à vicino debetur. 5. ¶ Ei quoque qui pignori fundum acceperit, scribit Iulianus non esse iniquum detentionem †[f] seruitutis dari.

DE PRECARIO.

Et hoc restitutorium est vt inf. eo. l. 2. §. 1. sicut superius quod vi aut clam: vt s. tit. 1. l. 1. §. 1. Accur. ¶ *Hoc interdictum, Quod precario*[a] *concessit, appellatur,* l. illud, §. pen. De pe. her. *precarium interdictum.* l. 15 & 19. *& est restitutorium*[b] *vt quod s. L. Titius precario concessit id illi restituas, siue res id sit siue possessio vel alicuius iuris alicuius. Secundum formulā hoc titulo propositam interdictum Quod precario habes appellabitur, & receptum est hodie concurrere*[c] *cum eo actionem præscriptis verbis, quae tamen ex bono & aequo datur potius quā ex negotio contracto, quia donationi magis accedit quam commodato. & propter diuturnitatem commodati tamen inter contractus numeratur.* l. 27. De diu. reg. iu. *Caeterum melius equidem definire*[d] *concessionem rei vel possessionis quam precibus ita impetrauimus vt vteremur quamdiu liberet concedenti. Vel creditum vtendi re vel iure alieno vsque dum licuerit nobis per eum qui credidit. Cuiac.*

† Quidā emendant petitionem ex l. eu. 1. de serui.
a Interdictum de precario, seu quod precarium.
b Interdictū precarij, restitutoriū est.
c Interdicto de precario concurrit actio præscriptis verbis.
d Precarij duplex definitio

DE PRECARIO.

TITVLVS XXVI.

Primo dicit quid sit precarium. Secundo ex quo iure descendit, & in quo differt à donatione. Item in quo simile est commodato. Fran. Accur.

I. VLPIANVS *lib. primo Institutionum.*

PRecariū est,[g] quod precibus petenti vtendū cōceditur tandiu, quandiu is qui concessit patitur.

1. ¶ Quod genus liberalitatis[h] ex iure gentium descendit.

2. ¶ Et distat à donatione eo quòd qui donat, sic dat, ne recipiat:[i] at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cū sibi libuerit precarium[k] soluere.

3. ¶ Et est simile[l] commodato: nam & qui commodat rem: sic commodat, vt nō faciat rem accipientis[m], sed vt ei vti re commodata permittat.

II. IDEM *libro 71. ad Edictum.*

AIt prætor: *Quod precario ab illo habes, aut dolo*[n] *malo fecisti vt desineres habere: qua de re agitur, id illi restituas.* 1. ¶ Hoc interdictum restitutorium est: & naturalem habet in se æquitatem, namque precarium reuocare volenti competit.[o]

2. ¶ Est enim natura æquum, tandiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim: & vt possim reuocare, cum mutauero voluntatem. Itaque[p] cum quid precario rogatum est, non solum hoc interdicto vti possumus, sed etiā præscriptis verbis[q] actione, quæ ex bona fide[r] oritur. 3. ¶ Habere precario videtur, qui possessionem vel corporis[s] vel iuris[t] adeptus est ex hac solūmodo causa, quòd preces adhibuit, & impetrauit vt sibi possidere aut vti liceat.

III. GAIVS *libro vicensimoquinto ad Edictum Prouinciale.*

VEluti[u] si me precario rogaueris, vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat: vel vt in tectum vel in aream ędium mearum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas.

IIII. VLPIANVS *lib. 71. ad Edictum.*

IN rebus[x] etiā mobilibus precarij rogatio cōstitit. † 1. ¶ Meminisse autē nos oportet, eū qui precario habet, etiā possidere[y].

2. ¶ Tenetur hoc interdicto non vtique[z] ille qui precario rogauit, sed qui precario habet. Etenim fieri pōt, vt quis non rogauit, sed habeat præcario: vt putà seruus meus rogauit: mihi adquisiit precarium: vel quis[a] alius qui iuri meo subiectus est.

3. ¶ Item si rem meam preca-

† Constitit.

AIt prætor.] CASVS. Ponitur edictum cuius sensus est: Quod precario ab aliquo accepisti, siue nunc habes, siue dolo fecisti quo minus haberes: prætor ait vt restituas. Secundo loquitur Vlpia. & dicit, hoc interdictum restitutorium est, & æquitatem continet, nam æquum est vt re mea vtaris donec volam, vltrà non, & non solùm agitur hoc edicto de reuocādo precarium, sed etiā præscriptis verbis actio competit. Tertio dicit: Res corporalis potest concedi precario, & incorporalis: vt si precario concedam tibi ire per fundū meū dat & alia exempla. Itē in re mobili consistit precariū. Itē qui precario rem habet, dicitur possidere. Itē hoc interdicto tenetur nō qui rogauit: sed qui habuit precario rē: vnde si filius meus vel seru[a] à te rogauit precario rē aliquā, & cōcessisti: ego dicor habere, non ipse: & ego teneor. Itē si rem meam precario mihi roganti concessisti, non dicor eā precario habere cum res mea sit. Itē si rē tuā habeo precario vsque ad natale: & eo veniente adhuc retineam: dicor ex nouo precario habere, etiā si nō interuenerūt rogamina pro hoc nouo precario. Si autē intra natale rogaui te vt proroges tēp[us], & prorogasti: idē precariū durat, secus si finita die, i. post natale te rogaui vt eandē rē cōcedas precario, & cōcessisti: nā nouū est precariū. Sed pone quòd ante natale factus es furiosus, vel decessisti, licet adhuc post natale teneā rē: nō extēditur precariū. Itē si procurator meus, id est nuntius siue gestor meorum negotiorum me mandante vel ratum habēte meo nomine rogauit vt tu concederes rem precario, & concessisti: ego dicor habere precario. Item qui rogauit me vt possit stare in fundo meo precario, putà ad solē nunc in hieme, & concessi non dicitur possidere, sed ego: sic nec fructuarius nec colonus nec inquilinus dicuntur possidere, licet sint in prædio. & h. d. hæc l. cum tribus seq. & prin. quartæ. Franc.

g PRecarium est. Interdum stricte[e] accipitur: vt hic. & interdum large: *vt. C. de praescript. xxx. an. l. v.*
h ¶ *Quod genus liberalitatis.* ex hoc dicitur in quodā simile[f] donationi: *vt j. e. l. interdictum & inf. de fur. l. eu qui. §. is qui precario.* quia videtur inesse in precario quædam vsus donatio. & tamē distat à donatione, eo quòd qui donat &c. *inf. ea. l. §. & dist.* Itē videtur esse simile contractui quē sæpe fieri videmus: scilicet quod donat quis alicui in amicitia[g]. potest enim reuocare quādo velit.
i ¶ *Ne recipiat.* vt & s. *de do. l. j. in pr. & de do. cau. mor. l. senatus* §. j.
k ¶ *Libuerit precarium.* vt & *inf. l. prox. & l. & habet. in prin. & l. cum precario &c.*
l ¶ *Simile.*[h] sed non per omnia. nam differt:[i] quia cōmodatū datur, ad certum[k] vsum: *vt patet per l. illius tituli comodati.* Nam sic dicitur, commodo scalas, vt apponas fenestris: pupillares, vt scribas: equum, vt ad villam ducas. quod non est in precario, vt ad certū vsum cōcedatur. 2. Et ex hoc oritur secūda differentia: quia hōc quandocunque reuocatur: illud expleto vsu: *vt hic, & s. commo. in cōmodato. §. sicut.* 3. Tertio differt: quia hic de dolo & lata culpa tantum tenetur: nisi li. contesta. *vt inf. eo. quaesitum. §. cum quoque & §. si seruitute.* At ibi etiam de leuissima, nisi casualiter aliud contingat: *vt s. commo. si vt certo. §. nunc videndum.* 4. Item secundùm quosdam differunt in quarto: quia commodatum in mobilibus, precarium in immobilibus frequenter fit. vnde præsumunt in dubio in re mobili commodatum. & in immobili precarium. quod non placet, cum & immobilia commodentur: *vt s. commo. l. j. §. j.* & mobilia precario concedantur: *vt inf. eod. in rebus in princ.*
m ¶ *Accipientis.* vt & *s. commo. l. rei. & l. s. q.*
n ¶ *Dolo.* vel lata culpa: *vt inf. eo. quaesitum. §. cum quoque.*
o ¶ *Competit.* hoc interdictum.
p ¶ *Itaque.* quia est ęquum, & in precarij concessione geritur negotium: itaque &c. *vt at. s. commo. l. in commodato. §. sicut.*
q ¶ *Verbis.* contra. *inf. ead. l. interdictum.* & ibi plenè dices.
r ¶ *Bona fide.* i.[a] ex æquitate. 2. Vel quia bona fides hic desideratur: vt restituatur sicut actum est: & in quolibet[b] contractu etiam stricti iuris: & vt dolus absit, non autem dico quòd sit bonæ fidei: cum tantum[c] in duobus casibus sit bonæ fidei: *vt Inst. de act. §. actionum.* Vel secundùm Azo. erit hoc casu bonæ fidei: vt & in duobus aliis casibus per legem istam.
s ¶ *Vel corporis.* i. rei corporalis.
t ¶ *Vel iuris.* i.[d] seruitutis: *vt j. l. prox. & l. & habet. §. j.*
u VEluti. facit *s. de itine. actuque priua. l. j. §. si tibi.*
x IN rebus. sic commodato:[e] *vt s. commo. l. j.*
y ¶ *Possidere.* de hoc dic *vt inf. ead. l. & habet. §. cum.*
z ¶ *Non vtique.* i. certe.
a ¶ *Vel quis.* siue me mandāte, vel ratū habēte: *vt inf. eo. l. certe. §. j.*

e Precarium stricte & late sumitur.
f Precarium simile donationi & contractui vsitato quo quis alteri in amicitiam donat.
g Vide l. eaque. *ad l. quaesitum in verbo liberat. eo. 95.*
h Precarij & commodati similitudo.
i Precarij & cōmodati dissimilitudines.
k Commodamus res ad vsum certum, precario damus ad incertum.

a Bona fides pro æquitate.
b Bona fides etiam requiritur in st. iuris iudiciis.
c Actio præscriptis verbis an & quādo sit contractus bonæ fidei.
d Ius pro seruitute.
e Mobilium rerum potest esse precariū vt & commodatum.

rio rogauero: rogaui quidē precario, sed non habeo precario, idcirco, quia receptum [a] est, rei [b] suæ precarium nō esse. 4. ¶ Item qui precario ad tempus rogauit [c]: finito tempore, etiam si ad hoc temporis non rogauit, tamen precario possidere [d] videtur, intellegitur enim dominus cum patitur eum qui precario rogauerit possidere, rursus [e] precario concedere [f].

V. POMPONIVS *libro vicesimonono ad Sabinum.*

SEd si manente adhuc precario tu in vlterius tempus rogasti: prorogatur precariū, nam nec mutatur causa possessionis: & non cōstituitur eo modo precarium, sed in longius tempus profertur, si vero præterita die rogas: propius est vt soluta iam causa precarij non redintegretur, sed † noua constituatur [g].

VI. VLPIANVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

CErtè si interim dominus furere cœpit, vel decesserit, fieri non posse Marcellus ait, vt precariū redintegretur [h]. & hoc verum est. 1. ¶ Si procurator [i] meus me mandante vel ratum habente precario rogauerit, ego precario habere proprie dicor †.

2. ¶ Is qui rogauit vt precario in fundo moretur [k], non possidet: sed possessio apud eum qui concessit remanet Nam & fructuarius, inquit, & colonus & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident [l]. 3. ¶ Iulianus ait eū qui vi alterum deiecit [m], & ab eodem precario rogauit [n], desinere vi possidere [o], & incipere precario, neque existimare, sibi ipsū causam possessionis mutare: cū voluntate eius quem [a] deiecit, cœperit precario possidere, nam si ab eodem emisset, inciperet etiā pro emptore posse [p] dominiū capere. 4. ¶ Quæsitum est, si quis rem suam pignori mihi dederit, & precario rogauerit: an hoc interdictum locum habeat. quæstio in eo est, vt precarium consistere rei suę possit [q]. Mihi videtur verius, precarium consistere in pignore: cum possessionis [r] rogetur, non proprietatis: & est hæc sententia etiam vtilissima, quotidie enim precario rogantur creditores ab his qui pignori dederunt, & debet consistere precarium.

VII. VENVLEIVS *libro tertio Interdictorum.*

SEd & si eam rem cuius possessionem per interdictum vti possideris retinere possim, quamuis futurū esset vt tenear [f] de proprietate, precario tibi concesserim: tenebris hoc interdicto.

VIII. VLPIANVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

QVæsitum est, si Titius me rogauerit vt re Sempronij vtatur: deinde ego Sempronium rogauero vt concederet: & ille dum mihi vult præstitum,

a ¶ *Receptum est* [a]. vt & *supra de adqui. poss. l. si de eo. §. fin. & inf. de reg. iur. l. neque pig. ...* & *supra depos. l. qui rem.* hoc autem verum est, nisi respectu possessionis qua aduersarius superior est: *vt sup. de adqui. poss. l. si aliquem. & inf. l. certe. in fi. sic & supra de contrah. emp. leg. si in emptione. §. rei suæ.*

b ¶ *Rei.* nisi respectu pos. *vt inf. eod. l. certe. §. vlt.*

c ¶ *Rogauit.* quidam dicūt quod in hoc differt [b] à commodato, quasi precarium [c] non constituatur ad tempus: sed commodatum sic. Sed certe & precarium: *vt infra. l. proxi. in fin.* & hoc expone vt statim dices. Accursius.

d ¶ *Possidere.* scilicet de nouo, cum causa prioris sit sublata: *vt infra l. proxi. in final. & facit supra loca. leg. item quæritur. §. final. & leg. qui ad certum. & dic vt ibi.*

e ¶ *Rursus.* & sic est nouum precarium.

f ¶ *Concedere.* hic continua legem. certe.

g SEd & si manente.] *Noua constituatur* [d]. facit [e] *supra de iudi. leg. ij. §. sed si index. & de arbi. l. si cum dies. in princ. & l. Labeo. §. penult. & final. & infr. de verbo. oblig. l. cum stipulatus sum mihi à Procul.*

CErtè.] CASVS. prin. huius l. vsq. ad §. Iulianus ait. continuatur casui præceden. [IVLIANVS AIT.] Te vi deieci de fundo: & eundem à te petij precario. dicitur quod si desino vi possidere, dicor amodo precario possidere, idem si istum fundum à te emi. nam pro emptore dicor possidere. Secundo dicit: Rem meam obligaui tibi & tradidi: eandem à te precario petij: & concessisti: dicitur quod precario dicor possidere. Tertio dicit: Rem alienam quam quis possidet, potest precario concedere, & tenet precarium: & hoc dicit hic §. cum. l. seq. Franciscus.

h ¶ *Redintegretur.* neque per expressam concessionem vel prorogationem furiosi, neque per tacitam. [f] Item non per tacitā hereditatis scilicet concessionem. Sed si expresse heres concederet, esset nouum precarium omnino, non primum vere vel præsumptiue redintegratum, vel resu[f]citatum, *ad hoc. §. loca. qui ad certum, & de adquir pos. l. si is qui animo.* Sed arg. contra. *§. solut. ma. l. ij. §. voluntatem.* Sed ibi propter patrem. ¶ Item quid si recipit furiosus, vel heres adit, an redintegretur tacite, cum adhuc non erat reuocatum licet finitum? Quidam quod sic. Sed dicunt nouum precarium: sicut si de nouo concederetur, ad quod facit *inf. eod. l. quæsitum. §. quod à Titio, & quod ibi no.*

i ¶ *Si procurator.* prout dicit mandante, dic procurator, id est [g] nuntius. in mea enim persona concepit contractum precarij, aliàs sibi, non mihi quæritur precarium: *vt §. de adqui. pos. leg. possessio. §. final.* Item prout dicit ratum habente, dic quòd [h] gestor negotiorum rogauit meo nomine: & in persona mea concepit verba contractus propter eandem rationem: vel forte ad instar possessionis quæritur per tales, & hoc precarium quæritur: *vt C. per quas perso. l. j.*

k ¶ *Moretur.* forte ad solem: non vt possideat ciuiliter, vel naturaliter, *& facit quoad no. inf. eo. l. & habet. §. cum.*

l ¶ *Non possident.* colonus [i] & inquilinus nullo [k] modo etiā naturaliter: *vt §. de vsucap. non solum. §. quod vulgo*: licet sit arg. contra *supra communi diui. l. communi diuidundo. ij. §. neque.* Fructuarius [a] autem non ciuiliter: *vt hic, & §. de adquir. re. do. l. adquiritur. §. si.* sed naturaliter sic, *vt §. de adquir. pos. naturaliter.*

m ¶ *Deiecit.* de fundo.

n ¶ *Rogauit.* s. possidere.

o ¶ *Possidere.* qui dominus non erat: vt statim colligitur. ¶ Res [b] ergo vi possessæ etsi in potestatem domini non restituuntur, sed in eius qui est expulsus, vsucapiuntur: secus [c] in furto: [d] *vt supra de vsuca. sequitur. §. quòd autem, quæ est contra.* & facit infra *eodem. leg. fin. in princip. & supra de adqui. posse. quod meo. in princip.* Item facit ad rationem diuersitatis. *supra de vi & vi armata, leg. j. §. qui vi à me. & quod ibi not.* Item facit *§. commo. l. j. & §. de adquirend. pos. l. ij. §. illud.*

p ¶ *Posse.* si non esset res eius qui deiectus est: aliàs contra: *vt §. de vsuc. leg. sequitur. §. sane.*

q ¶ *Suæ poss.* videbatur enim quòd non: *vt §. eod. l. in rebus. §. item si rem.*

r ¶ *Possessionis.* s. respectu. & facit *supra de adqui. poss. leg. qui pignoris. & C. de distra. pign. l. creditor. j. & §. de pign. act. si rem alienam. §. fin.*

f SEd & si eam.] *Vt tenear.* facit *§. commo. l. ita & §. l. proxi. in fi. j. resp.*

QVæsitum est.] CASVS. Rogatu mei scholaris concessi librum meum scholari alterius doctoris, quasi scholari meo concedens habeo mandati cōtra scholarem meū: & ipse habet hoc interdictum de precario contra scholarem qui habuit librum: sed si non cogente vel mandante meo scholari: sed instigante alij scholari concessi librum, & pactum mihi fecit scholaris meus de hoc libro reddendo: tenetur scholaris meus act. præscriptis, & in factum. [QVOD A TITIO.] Rem quam habui precario à defuncto: videor habere & ab herede eius, vel ab alio eius successore, etiam si ignorem quis sit heres. Secundo dicit: Concessisti mihi rem precario, & eam postea vendidisti Titio: & Titius non reuocauit eam à me: immo dimisit penes me esse aliquo tempore: videor habere precario eam à Titio: & ei cōpetit hoc interdictū. [EVM QVOQVE.] Per verba edicti patet eum teneri hoc interdicto qui habet rem precario, & qui dolo desiit habere. Quid si culpa desiit habere? certo non tenetur: secus est in commodatario qui tenetur & de culpa: & quare sit secus, redditur ratio in litera: tenetur tamē precario habens, etiam de lata culpa. Secundo dicit. Per hoc interdictum petitur res precario concessa restitui in pristinam causam: & si non fiat restitutio prædicto modo: condemnatio fit in interesse, quantum interfuit agentis à tempore redditi interdicti: fructus etiam veniunt à prædicto tempore. Tertio dicit. Concessi tibi fundum precario, non fuisti vsus seruit. debita illi fundo: & sic est amissa non vtendo: an tenearis, quæritur. Et dicitur quod non, nisi fuisti in dolo vel culpa lata: de his enim tenetur tantum qui precario rem habeat: at post litem motam in hoc interdicto venit & leuis culpa & leuissima. Quarto dicit: Hoc interdictum datur post annum: & redditur ratio in litera. Quinto dicit: Hoc interdicto tenetur heres eius qui habuit rem precario: siue ad heredem venit res precario concessa; siue dolo fecit quo minus veniret. Fran.

a Precarium suæ rei nō est nisi respectu possessionis.

b Precarij & commodati differentia. c Precariū etiam constituitur ad tempus sicut commodatum vt hac glo. in fi.

a Precarium vt & conductio... prorogatur. † Precarium redintegrari & nouum cōstitui differūt. e Tacite mulcta prorogari solent. † Per alii qui facit ipse faciente videtur vbi agmade adquirendo, & sic in lucro separando...

f Fictio non habet locum in his quæ natura non admittit. sic furiosus fingi non potest prorogare precarium, cū id natura facere non possit.

g Procurator pro nuncio. h Procurator pro negotiorum gestore. i Coloni & inquilini ad fructuum & in causa possessionis differentia. k Coloni & inquilini an possideant etiam naturaliter.

a Fructuarius non possidet ciuiliter, sed naturaliter.

b Vsucapiuntur vi possessa nō modo si reuersa sint in potestatem domini, sed etiā expulsi: licet non idem sit in furto. ad. de Copolam in l. ... C. de vsuca. pro emptore.

c Furtiuæ rei & vi possessæ differentia. de quo v. Glo. l. ... § quod. vt. sup de vi & vi. d Vsucapi res furtiua nō potest nisi reuertatur in possessionem domini.

a ¶ *Concesserit*. scilicet Titio.
b ¶ *Quia hæc verba*. quæ sunt *§. eo. l. j. in prin.*
c ¶ *Cuius res est*. vt *§. l. proxi.* Accursius.
d ¶ *Ne habeat*. ad hoc ergo vt interdicta mihi contra te dentur: oportet quòd precario habeas, & à me, subaudias, vel a ab alio cui successimus, vel in rē *vt j. ead. l. §. quod à Titio. & §. illud.*

concesserit a: Titius à me habet precario: & ego cū eo agā in terdicto de precario: Semponius autem nō aget cum eo: quia hæc verba b, *ab illo precario habes*, ostendūt ei demum competere interdictum, à quo quis precario rogauit: nō cuius res est c: an tamē Sēpronius mecum quasi à me rogatus, interdictum habeat? Et magis est ne habeat d, quia non e habeo precario: cum non mihi f, sed alij impetrauit, mandati tamen actionem potest aduersus me habere: quia me mandante g dedit tibi. Aut si quis dixerit, nō mandatu h meo, sed magis mihi credentem hoc fecisse, dicēdum est in factum i dandam actionem, & aduersus me.

1 ¶ Quod à Titio precario quis rogauit, id etiam ab herede k eius precario habere videtur. & ita Sabinus & Celsus scribunt, eoque iure vtimur. ergo & à cæteris successoribus habere quis precario videtur. Idem & Labeo probat, & adiicit, etiam si ignoret l quis heredem: tamen videri eum ab herede precario habere. 2. ¶ Illud tamen videamus quale sit, si à me precario rogaueris, ego eam rem alienauero: an precarium m durer re ad aliū translata. Et magis est, vt si ille non reuocet, posse interdicere n, quasi ab illo precario habere, rectè interdicet, quasi à se precario habeas. 3 ¶ Eum quoque precario teneri voluit prætor, qui dolo fecit vt habere desineret. Illud adnotatur, quòd culpam non præstat is qui precario rogauit, sed solum dolum o præstat: quanquam is qui commodatum suscepit, non tantum dolum, sed etiam culpam præstat. Nec immeritò dolum solum præstat is qui precario rogauit: cum totum hoc ex liberalitate p descendat eius qui precario concessit, & satis sit si dolus tantùm præstetur culpam tamen dolo proximam contineris quis merito q dixerit.

4. ¶ Ex hoc interdicto restituit r debet in pristinam causam. Quod si non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris ei rem restituit ex eo tempore ex quo interdictum editum est s. Ergo & fructus t ex die interdicti editi præstabuntur.

5. ¶ Si seruitute u vsus nō fuit is qui precario rogauit, ac per hoc amissa sit: videamus an interdicto teneatur. Ego arbitror non aliàs, quàm si dolo fecerit.

6. ¶ Et generaliter erit dicendum in restitutionem venire dolum & culpam latam x duntaxat: cætera non venire y. Plane post interdictum editum oportebit & dolum & culpam & omnem causam z venire: Nam vbi moram quis fecit precario: omnem causam debebit constituere *. 7 ¶ Interdictum hoc & post annum a competere Labeo scribit: eóque iure vtimur. Cum enim nonnunquam in longum tempus precarium concedatur: absurdum est dicere, in interdictum locum nō habere post annum.

8 ¶ Hoc interdicto heres eius b qui precario rogauit, tenetur c quemadmodum ipse: vt siue habet, siue dolo fecit quo minus habere ret, vel ad se perueniret, teneatur. ex dolo autem defuncti hactenus quatenus ad eum peruenit d.

Precarium potest constitui inter præsentes & inter absentes. Francisc. Accursius.

IX. GAIVS *libro vicesimosexto ad Edictum Prouinciale.*

PRecario † possessio constiti potest vel inter præsentes, vel inter absentes: veluti per

e ¶ *Quia non*. non enim tenetur hoc interdicto qui b precario rogauit: sed qui precario habet: *vt supra eodem. l. in rebus. §. j.*
f ¶ *Cum non mihi*. arg. q hoc fit de c substantia precarij, scilicet recipere rem ad vsum suū, precibus porrectis. & hoc innuitur ex ipsa descriptione d precarij. *vt §. l. j.*
g ¶ *Mandante*. quodammodo.
h ¶ *Non mandatu*. non mandando, non fideiubendo, sed aliter precibus rogando. s. instigando, & suadendo, cùm aliàs facturus non erat. nam & aliàs propter exhortationem e quis tenetur: *vt C. ad l. Iul. de vi priua. l. seruos. §. quod si.*
i ¶ *In factum*. ex hoc interdicto de precario. ex quolibet enim hæc actio datur, si alia specialiter non nominetur: *vt Inst. de interdi. §. fin.* & secundùm hoc ego à Sempronio & tu à me habes precario: & tu mihi & ego sibi hoc interdicto teneor. quod verum est si Sempronius mihi tradidit, & ego tibi postea. si autem meo mandato tibi tradidit, tunc ego mandati teneor, & tu mihi de precario: *vt supra.* Vel dic, actio in factum, id est præscrip. verb. vt superius loquitur, cū ego rogaui vel mandaui volens me obligare sibi mandati, vel etiam promisi sibi per stipulationem: quo casu ex ea possem conueniri, & ipse dedit Titio meo mandato. qui me rogauerat. Si autem non obligaui me per stipulationem, nec mandaui vel rogaui, nolens me obligare mandati, sed pactum fecit cum credebat Titio me restituturum precarium, tenebor præscript. ver. id est actio. in factum: *vt hic dicit.* & ad hoc quod mando f non animo obligandi me mandati, *C. de nego. gest. l. si negotium. facit §. man. l. si mandauero. §. procurator.*
k ¶ *Ab herede*. Sed nunquid est nouum precarium quod habere videtur ab herede? credo quòd sic, *arg. supra l. certe. j. re. son. supra eo.* primum enim precarium finitum est morte g. nam per mortē h defunctus desiit velle: & precarium i catenus durat, quatenus durat voluntas concedentis: *arg. §. eo. l. ait prætor. §. j. & facit j. ead. l. cum precario. §. fin.*
l ¶ *Ignoret*. sic *§. quod vi aut clam. l. denique. §. quæsitum.*
m ¶ *An precarium*. in persona emptoris: *vt j. e. facit cum præcedentibus.* & hanc bene soluit. alij dicunt in persona venditoris: & sic dicunt quòd hic non soluitur quæstio, sed soluunt quòd duret. *ar. infra de act. & obl. l. quæcunque.* Econtra videtur quòd non, *argum. supra de aqua plu. arcen. l. si tertius. §. si quis prius*: esset enim iniquum cum teneri duobus, emptori, vt subiicit: & venditori: *vt supra de exerc. l. ne in plures.*
n ¶ *Interdicere*. interdicto proposito ab emptore.
o ¶ *Dolum*. vt *infra de regulis iuris. l. contractus.*
p ¶ *Ex liberalitate*. commodatum a verò ab initio liberalitatis est, post necessitatis: *vt §. commo. l. in commodato. §. sicut autem.* precarium b, in omni tempore liberalitatis, in principio & in fine: *vt infra eodem l. cum precario. & supra eodem l. ij. §. j.*
q ¶ *Merito*. quæ dolo comparatur c: *vt supra si men. fal. mo. di. l. j. §. ideo.*
r ¶ *Restitui*. s. precarium.
s ¶ *Editum est*. vt & in aliis: *vt & sup. de interdi. l. in interdictis. in fi. & supra de vi & vi ar. ma. l. j. §. ex die.*
t ¶ *Et fructus* facit *j. §. proxi.*
u ¶ *Si seruitute*. debita rei concessæ precario.
x ¶ *Et culpam latam*. vt *§. ead. l. §. eum.* ¶ Et no. ex his q statim d cū datur precarium, oritur actio de precario, & extūc tollitur e. xxx. anno. aliud f in actione g tutelæ & pro socio h, quæ nascūtur demum finita tutela & societate: *vt C. pro socio. l. tandiu. & supra de tute. & ra. dist. l. si tutor. §. fina. & l. sequen. & l. nisi in prin.* Accursius.
y ¶ *Non venire*. scilicet leuem & leuissimam.
z ¶ *Et omnem causam*. vt & *supra fin. regun. l. iij. §. post litem & supra si certum pet. leg. cum fundus. in princip.* Accursius.
a ¶ *Post annum*. est & alia ratio: quia k est rei l persecutorium: *vt j. de act. & obli. l. in honorariis & facit Insti. de perpe. & tempo. act. §. furti. versic. absurdum enim.* Accursius.
b ¶ *Hoc interdicto heres eius*. ¶ Sed quomodo eius heres tenetur, licet dolo fecit quo minus ad se perueniret, cum ad heredem non transeat precarium: *vt j. cum precario. §. fi. quæ est contra?* Respon. ipse tenetur de eo quod ad se peruenit: vnde debet teneri si dolo fecit quòd ad se nō perueniret. quasi hæc æquiparentur m: *vt supra depositi. l. j. §. an in pupillum.*
c ¶ *Tenetur*. vt & *C. eod. l. ij.* licet n ipsi non sit quæsita possessio precario: *vt j. l. cum precario. §. fi.* Sed contra *j. de diuer. præscrip. l. cum heres.* Solu. vt ibi.
d ¶ *Peruenit*. immo in solidum: *vt §. deposi. l. si hominem. §. datur.* sed illud quando ex contractu defuncti transit ius ad heredem;

a Precarij agit, & qui precario dedit, & qui precario eò cedenti successit.
b Precario rogare & habere differunt.
c Precarij substantia continetur rem ad vsum & precibus accipere.
d Argumentū à descriptione.
e Exhortatione nomine interdum quis tenetur.
f Mandare quis aliquid potest, sic vt nō mandati nomine nō obligetur.
g Precarium finitur morte, habere velle quis desinit.
i Precariū durat quatenus durat voluntas concedentis.
a Commodatum ab initio liberalitatis: ex post facto necessitatis.
b Precarium omni tēpore liberalitatis, nunquam necessitatis.
c Culpa dolo proxima ea est intelligitur quæ dolo cōparatur.
* restituere.
d Precarium cum datur statim oritur actio de precario.
e Precarij actio tollitur 30. annis.
f Precarij tutelæ & pro socio actionis differentia.
g Actio tutelæ nascitur finita tutela.
h Actio pro socio nascitur finita societate.
i Causa omnis quibus casibus restituenda.
k Rei persecutoria post annum dantur.
Precaria possessio cōstitui potest.
l Precarij interdictum rei persecutorium est.
m Dolo efficere, ne ad se res perueniat, & rem peruenire se paria.
n Precarij actio competit aduersus heredem, licet ei non sit quæsita possessio precario.

quod hic non fit. *& facit infra de actio. & obliga. l. ex deposito.*

a *Precario.*] *Per nuntium*, facit [a] *C. si quis alteri vel sibi. l. fi. & ī. de consti. pec. l. qui autem §. fi.*

Quamuis.] CASVS. Pone quòd concessi Sempronio ancillam meam precario. si postea nascatur ex ea filiolus: quæritur an ego videar illum concedere? Respon. quòd non [b]. Franc. Accur. doctor peritissimus.

epistulam, vel per nuntium [a].

X. POMPONIVS *libro quinto ex Plautio.*

QVamuis ancillã [b] quis precario rogauerit: id actum videtur, vt etiam quod ex ancilla natum esset, in eadem causa haberetur [c].

XI. CELSVS *libro septimo Digestorum.*

SI debitor rem pigneratam [d] precario rogauerit. soluta pecunia precarium soluitur: quippe id actum est, vt vsque eo [e] precarium teneret.

Pactum contra substantiam contractus, est nullum. Bartolus.

XII. IDEM *libro vicensimoquinto Digestorum.*

CVm precario aliquid datur, si conuenit vt in Kalendas [f] Iulias precario possideat: nunquid exceptione adiuuandus est, ne antè ei possessio [*] auferatur? Sed nulla vis est huius conuentionis [g], vt rem alienam domino inuito [h] possidere liceat.

1 ¶ Precarij rogatio & ad heredem eius qui concessit, transit [i]: ad heredem autem eius qui precario rogauit, non transit [k]: quippe ipsi dumtaxat, non etiam heredi concessa possessio est.

XIII. POMPONIVS *libro trigensimotertio ad Quintum Mucium.*

SI seruus tuus tuo mãdato precario rogauerit, vel ratum habueris [l] quod ille rogauit tuo nomine: teneberis, quasi precario habeas, Sed si te ignorãte, suo nomine vel seruus vel filius rogauerit: non videris tu [m] precario habere: sed illi [n] erit actio [o] de peculio, vel de in rem verso.

a Nuntio precarium contrahi potest.

b legendum videtur quod sic, Idque innuit cõtextus ipsius legis.

c Partus sequitur matrẽ precario vel cõmodato, vel deposito datam.

b ¶ *Quamuis ancillam.* vt eam precario habeat.

c ¶ *Haberetur.* idem in commodato: *vt* [c] *infra de fur. l. eum qui. §. non solum. & facit supra depos. l. j. §. quæ depositis. & commoda. si vt certo. §. vsque adeo.*

Si debitor.] CASVS. Scholaris librum quem obligauit, habuit precario ab vsuario. soluto postea debito finitur precarium. Franciscus Accursius.

d ¶ *Si debitor rem pigneratam.* facit [d] *supra eodem. l. certe. §. fi.*

d Precarium soluitur pignore liberato.

e ¶ *Vsque eo.* id est donec solueretur pecunia.

Cum precario.] CASVS. Concessi tibi librum precario vsque ad natale. possum & ante natale repetere. Sequens §. est planus. Fr. Accur.

* Accidit enim sæpe vt cum domos locare non possumus, gratis eas potentibus mensibus concedamus habitandas in eum diem quo migrandum est. *Aug. lib. 4. cap. 14.*

e Pactum nõ valet quo immutatur natura & substantia cõtractus precarij. *Gloss. fing. pacta. in c. 2. de consue. li. 6. & ex ea ibi.*

f ¶ *In kalendas.* i. vsque ad kalendas.

g ¶ *Conuentionis.* hoc [e] ideo, quia ad certum vsum non est data: *vt supra depos. l. j. §. fin. & §. est autem.* alioquin non ageret: *vt supra commoda. l. in commodato. & sicut. quæ est contra. & C. de pac. l. si quis in conscribendo.* Vel aliud est certum tempus: *vt hic.* aliud conuenire de non reuocando ad certum tempus: *vt ibi.*

h ¶ *Domino inuito.* id est eo qui cessit precario, licet non sit rei dominus: *vt supra eod. l. sed & si.* respectu enim eius qui habet precario, dicitur dominus: Sic quandoque dicitur seruus [f] dominus, respectu eius cui mandauit.

f Seruus quandoque dicitur dominus.

i ¶ *Transit.* vt & *supra l. quæsitum. §. j.*

k *Non transit.* licèt [g] interdicto plerumque possit conueniri *vt supra eod. l. quæsitum. §. fina. quæ est contra.* vt in societate [h] contingit, quæ etiam ad heredem non transit, & tamen actio pro socio in heredem datur idem in mandato: *vt supra manda. l. inter causas in prin.* 2. Vel dic non transit nisi quatenus ad eum peruenit, vel dolo fecit quo minus perueniret: vt ibi: quod satis in idem recidit. Item contra infra *de actio. & obligat. l. ex promissione. & l. ex contractibus.* Sed hic speciale ea ratione, quia ius tenendi [i] vel perseuerandi ex contractu non transit ad heredem quia conceditur amico: cùm forte heres inimicus sit. *sic supra de tribu. illud. §. fina.* Vel hæc actio quæ datur à prætore, non est natiua [k]: & ideo non sequitur regulam illam. *& facit supra de peti. here. l. item veniunt. §. sed non omnia. in fin. §. item facit infra de diuer. præscript. l. cum heres.* Sed contra. infra *eodem l. si adoptauero.* Solu. vt ibi.

g Precarium adeum qui rogauit an & quatenus trãseat.

h Societas ad heredem non trãsit, licet in eum detur actio pro socio.

i Ius tenendi vel perseuerãdi ex cõtractu non trãsit ad heredem.

k Precarij actio an prætoria & natiua.

Si seruus.] CASVS. Seruus meus habuit rem precario à Titio me hoc mandante seruo, vel ratũ habente, ego videor habere precario: & teneor hoc interdicto. si autem me ignorante habuit, & non habente ratum, teneor de peculio, vel de in rem verso. Franciscus.

l ¶ *Vel ratum habueris.* cum sine mandato rogauit.

m ¶ *Non videris tu.* etiam si ratum habeas non tuo nomine gestum: *vt ī. de neg. gest. si pupilli. §. sed si ego. & facit ī. de pecu. l. depositi. §. j. & de pigno. actio. l. si creditor.*

n ¶ *Sed illi.* concedenti. Accur.

o ¶ *Erit actio.* scilicet præscript. verbis. Vel dic de precario, quæ datur: *ī. eod. quæsitum. §. ex hoc.* quæ dicitur in factum: *vt Instit. de interdi. §. fi.*

XIIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

INterdictum de precariis merito introductum est: quia nulla eo nomine iuris ciuilis [p] actio esset. Magis enim ad donationes, & beneficij causam, quàm ad negotij contracti [q] spectat precarij conditio.

XV. POMPONIVS *libro vicensimonono ad Sabinum.*

ET habet [r] summam æquitatem vt eatenus quisque nostro vtatur †, quatenus ei tribuere velimus [f]. 1. ¶ Hospites, & qui gratuitam habitationem accipiunt: non intelliguntur [t] precario habitare.

1 ¶ Precario habere etiam ea quæ in iure cõsistunt, possumus: vt immissa vel protecta [u].

Promisio hominis tollit prouisionem legis. Bartolus.

3 ¶ Cũ quis de re sibi restituẽda cautum habet, precarium interdictum ei non competit [x].

4. ¶ Eum qui precario rogauerit vt sibi possidere liceat: nancisci possessionem nõ est dubiũ. An is quoque possideat qui rogatus sit, dubitatum est. Placet autem penes vtrumque esse cum

Interdictum.] CASVS. Hoc interdictũ merito est inductum contra eum qui habet rem precario: quia nulla actio ciuilis nominata competit: & redditur ratio quare hoc interdictum competit. Secundo dicit Hoc interdicto non tenentur hospites, & qui gratis habitant. & dic de hoc vt in Gl. Tertio dicit: Etiam iura possunt cõcedi precario: vt tigni immittẽdi in meã domum, vel in protectu. Quarto dicit: Qui concedit rem precario, & stipulatur sibi reddi, nõ habet hoc interdictũ. & dic rationẽ vt in Glo. quinto dicit: concessit tibi rem precario hoc acto, vt habeas possessio. bene tenet & habes naturalem, ego ciuilem. Sexto dicit: precarium potest constitui in presentia rei quæ datur precario, & in absentia. & hoc dicit hæc l. & seq. Franc. Accur.

† Huc spectat parabola patris familias operarios conducentis. *Matt. 20.*

p ¶ *Iure ciuili actio esset.* vt *j. de fur. l. cum qui. §. is qui precario.* Sed in hoc est contra. *supra eod. l. ij. §. j. in fin. §. & j. eod. l. duo. fi.* quibus dicitur ꝙ datur [a] præscr. verb. quæ est ciuilis: *vt ī. de præscript. ver. l. j. & l. si tibi.* Solu. non [b] est ciuilis, scilicet nominata, vt hic: est tamen ciuilis innominata, vt in contrariis.

a Interdictum de precario nõ concurrit cũ actione præscriptis verbis. Bart.

b Actio præscriptis verbis ciuilis est actio, sed tamen innominata.

2. Vel secundùm Roge. refert concedatur precarium [c] simpliciter & tunc interdictum solum: vt hic. aut cum pacto reddendi quãdo libuerit reuocare: & tunc præscript. verb. vt in contrariis. aut etiam stipulatio: & tunc sola ex stipulatu: *vt infra. l. proxim. §. cum quis.* 3. Tertij distingunt: aut precarium constituitur datione, & tunc præscript. verb. vt in contrariis: aut permissione, vt quia tu rem meam possides quam tibi precario permitto: *vt hic arg. inf. eo. l. vnusquisque. & l. fi.* & sic plus [d] portat precarij rogatio, quàm precarij datio.

c Precarium constituitur vel simpliciter, vel cum pacto reddendi quando libuerit reuocare, vel datione, vel promissione.

d Precarij rogatio quiddã maius continet, quàm precarij datio.

q ¶ *Negotij contracti.* s. causam. & continua l. sequentem.

r *ET habet.* s. hoc interdictum.

f ¶ *Velimus.* vt *ī. ait prætor. §. j.* quod non esset si esset donatio

t ¶ *Non intelleguntur.* si dicas hospites [e], id est inquilinos: ipsi magis sunt ratione cõductionis quàm precarij: siue cũ domino, siue sine eo habitent. 2. Vel si dicas ꝙ gratis: tunc videtur eis domus commodari: *vt ī. commo. l. j. §. fi.* 3. Vel si dicas hospites qui ad hospitium recipiuntur per cauponem, vel stabularium, qui nihil pro domo dant, sed pro comestibilibus, & quandoque pro lecto: tunc magis dicitur detineri in domo, quàm ipse domum teneat vel pro conducto, vel precario.

e Hospites pro inquilinis, & iis qui gratis habitant, pro iis qui per cauponem & stabularium excipiuntur.

u ¶ *Protecta.* ad *quod facit ī. e. l. ij. §. fi. & l. iij.*

x ¶ *Non competit.* Si [f] ergo cauit sibi per stipulationem: quia tũc competit sibi auxilium [g] ciuile, *vt Inst. de act. §. de constituta.* non debet petere hoc interdictum: *vt ī. l. proxi.* Itẽ & alia ratione: quia stipulando videtur renuntiare interdicto, *arg. C. de pac. conuen. l. fin.* Est & tertia: quia stipulando videtur agi vt ex donatione actio non oriatur: *vt j. de noua. l. cum enim.*

f Precarij interdicto non agit cui de re restituenda cautum est stipulanti & cur.

g Promisio hominis tollit prouisionem legis.

Eum

a ¶ *Eum hominem.* id est eius hominis possessionem.

b ¶ *Corpore.* id est [a] naturaliter.

c ¶ *A possessione.* & sic ciuiliter. ¶ Et distingue hîc: aut hoc est actum vt omnis possessio detur: *vt supra eod. l. rebus. §. j. & de adquir. possess. Pomponius. §. si is qui aut vt nulla: vt supra eod. certe. §. si qui. & de adquir. possess. l. si quis ante. §. idem Pomponius.* aut vt habeat naturalē tātum: vt hic. & hoc in dubio videtur per hūc §. & in hoc & in primo casu datur interdictum vti pos. præterquā contra dominū: *vt j. eodem l. qui precario. & facit sup. communi d. l. communi diuid. infra §. inter prædones.* & sic est in creditore & debitore: quorū quilibet quo ad quid possidet: *vt no. sup. qui satis. cog. l. sciendum. §. creditor.*

a Possessione corporali, pro naturali.

* quo

† Dominium & etiam possessionem bonorū illius qui arrogatur, in arrogatorem transeunt sine vlla apprehensione.

hominem [a] qui precario datus esset: penes eum qui rogasset, quia * possederat corpore [b]: penes dominum, quia non discesserit animo à possessione [c].

5 ¶ Quo quis [d] loco precario aut possideat aut cœperit possidere: nihil refert quòd ad hoc interdum pertinet.

XVI. IDEM *libro trigesimo secundo ad Sabinum.*

SI adoptauero † eum qui precario rogauerit: ego quoque [e] precario possidebo.

XVII. IDEM *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

QVi precario fundum possidet: is interdicto vti possidetis aduersus omnes præter eū quem rogauit [f] vti potest.

XVIII. IVLIANVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

VNusquisque potest [g] rem suā quamuis nō possideat, precario dare ei qui possideat.

XIX. IDEM *libro quadragensimonono Digestorum.*

DVo in solidū precario habere nō magis possunt, quàm duo in solidum vi possidere aut clam. Nam neque iustæ [h] neque iniustæ possessiones duæ [i] cōcurrere possunt 1. ¶ Qui seruum meum precario rogat [k], videtur à me precario habere, si hoc ratum habuero [l]: & ideo precario interdicto mihi tenebitur. 2 ¶ Cum quid precario rogatum est: non solùm interdicto vti possumus: sed & incerti condictione, id est præscriptis verbis [m].

XX. VLPIANVS *libro secundo Responsorum.*

EA quę distracta sunt vt precario penes emptorē essent, quoad [n] pretium vniuersum persolueretur: si per emptorē stetit quo minus persolueretur venditorem posse consequi [o].

d ¶ *Quo quis.* hic dic *vt s. de precar.* Vel dic non refert in præsentia rei, vel absentia: *vt C. de contr. empt. leg. j. & j. eod. l. vnusquisque.* Vel dic siue in villa, siue in vrbe. *ar. s. qui satis. cog. l. sciendum. §. j.*

SI *adoptauero.*] CASVS. Titius habebat rem precario ab aliquo. eum arrogaui. videor ego habere precario. Secundo dicit: Qui habet rem precario hoc acto vt habeat pos. habet interdictum vti pos. contra omnem qui cōtendet hanc rem possidere, excepto concedente. Tertio dicit: Potest quis dare precario rem suam, licet nō possideat. Quarto dicit: duo nō possunt eandem rē habere in solidum. sic nec duo vnā rem possunt vi aut clam in solidū possidere: Quinto dicit. Seruus meus cōcessit rem precario alicui me hoc ratū habēte: ergo videor cōcessisse: & mihi hoc interdictū cōpetit. Sexto dicit: Qui cōcedit rē precario: habet hoc interdictū & act. præsc. ver. & h. d. hæc l. & tres sequ. Franc.

e ¶ *Ego quoque.* Contra [b] videtur: *vt s. e. l. cum precario, in fin. & j. de diuer. præsc. l. cum hæres.* So. hic ea persona quæ rogauit, adhuc viuit: quod non est ibi. 2. Vel hic tenebat adoptator patiente domino: (idem esset in herede) ibi non, *arg. s. j. quæsitum. §. illud. & facit s. de pec. l. in arrogatorem.*

b Greca siue ea ad patrem ad voluntariū trāseat, nō autem in heredem.

f QVi *precario.*] *Rogauit.* vt possideat: vel saltē naturaliter: alioquin interdicto isto vti non potest: *vt s. vti pos. si duo. §. creditores.* & habes idē quod hic *s. vti pos. l. j. in fi. & l. seq.*

g VNusquisque *potest.* facit *j. eo. l. fi.*

h DVo *in solidum.*] *Neque iustæ.* ciuiles [c] iustæ, iniustæ naturales: sed quare non econtra exponit. s. iusta naturalis: iniusta ciuilis? Resp. quia frequentius contingit vt aliquo absente, alius nanciscatur possessionē naturalē iniuste ingrediendo fundū: quàm cum existentem in fundo vi expelli: vel quòd ille suspicetur se posse expelli: & sic ei auferat iniuste possessionem ciuilem: ideo melius est sic exponere, nam ad ea &c. *vt s. de leg. & sena. l. nam ad ea.*

c Possessio iniusta pro ciuili iusta, pro naturali: & cur ita dicātur potius quàm è contra iusta scilicet pro naturali. iniusta pro ciuili.

d Possessiones duæ in eundē hominem & eandem rē in solidum concurrere nō possunt siue iustæ siue iniustæ.

i ¶ *Duæ concurrere.* in [d] eundem hominem, & eandem rem: *vt s. de adqui. poss. l. iij. §. ex contrario. & supra commod. l. si vt certo. §. si duobus.* Sed contra *s. vti pos. l. si duo in princip. dic vt ibi.* Item contra *s. de dam. infec. sinuit. §. cum autem* Sol. vt ea l. *§. ubi vero.*

ff. Nouum.

k ¶ *Rogat.* vt ei aliquid precario concedat.

l ¶ *Habuero.* Imò videtur etiā me inuitū obligarè de pecul. agendo hoc interdicto: *vt s. de pecu. si quis seruum. §. etiam.* Sed dic speciale in pcario, qđ merā liberalitatē cōtinet. & est simile [a] donationi *vt diximus s. e. l.* & seru' donādo [b] nō obligat dominum: *vt s. de pec. l. contra iuris. §. si filius.*

a Precarium simile donationi non est tamen donatio Gloss. l. s. eo.

b Donādo seruus dominum obligare non potest.

XXI. VENVLEIVS *libro quarto Actionum.*

CVm precario [p] quis rogat vt ipsi in eo fundo morari liceat: superuacuum est adiici, *ipsi suisque*, nam per ipsum suis quoque missum vti videtur.

XXII. IDEM *libro tertio Interdictorum.*

SI is qui pro possessore [q] possideret, precario dominum rogauerit vt sibi retinere rem liceret: vel is qui alienam rem emisset [r], dominum rogauerit, apparet eos precario possidere: nec existimandos mutare sibi causam possessionis, quibus à domino concedatur precario possidere. Nam & si id quod possideas, alium precario rogaueris: videri te desinere ex prima causa possidere, & incipere ex precario [s] habere. Et contrà si possessorem precario rogauerit qui rem auocare ei posset, teneri eum precario quoniam aliquid ad eum per hanc precarij [t] rogationem peruenit, id est possessio quæ aliena fit [u].

1 ¶ Si pupillus sine tutoris auctoritate precario rogauerit: Labeo ait habere eum precariā possessionem, & hoc interdicto teneri. Nam quo magis naturaliter possideretur, nullum locum esse tutoris auctoritati: rectéque dici, *quod precario habes*: quia quod possideat, ex ea causa possideat, ex qua rogauerit: nihilque noui per prætorem constituendum [x], quoniam siue habeat rem, officio iudicis teneretur siue non habeat, non teneatur.

DE ARBORIBVS cædendis.

m ¶ *Præscriptis verbis.* hoc est contra. *j. de fur. l. eum qui §. is qui precario. & s. e. l. interdictum* & ibi plenè dixi.

EA *quæ.*] CASVS. Vendidi tibi librū & cōcessi tibi eū precario donec solueres pretiū si nō soluas: possum repetere librū hoc interdicto. Secūdo dicit: Cū cōcedo tibi fundū precario vt in eo moreris: superuacuū est dicere vt tuis hoc liceat. nā intelligitur. & h. d. hæc l. & seq. Frā. Accur.

n ¶ *Quoad.* i. donec.

o ¶ *Consequi.* interdicto de preca. sed si soluatur pretium, deficit precariū: *vt j. e. l. si debitor. & fa. s. de peri. & cō. rei vend. l. sed.*

p CVm *precario.*] *Vti videtur.* ex ratione, quia ad [c] certū vsum nō datur. *& facit j. de ver. ob. l. si stipulatur. j. & s. de vsu & ha. l. q. §. j. & l. iiij.*

c Precariū ad certum vsum non datur.

SI *is qui pro possessore.* CASVS Possidebā rē tua p prædone vel pro emptore: qa eā emerā à nō domino. nūc eādē petij à te pcario, & habui. dicitur q̄ tenet bene precariū. Sed pone q̄ tu domin' rei eā petiisti à me pcario, & cōcessi. dicit q̄ tenet bene precariū. Vltimo dicit: Pupillus si accepit rē precario sine tutoris auctoritate, bene tenetur. nā si habet eam, iustū est q̄ reddat: vel si dolo desiit habere. sec' si sine dolo desiit habere. nā tūc nō tenet. Frā.

q ¶ *Si is qui pro possessore.* maxime: quia idem si bona fide: vt subiicit.

r ¶ *Emisset.* & sic bona fide.

s ¶ *Precario.* facit *s. de adquir. poss. l. interdum. & l. quod meo. & s. eo l. vnusquisque.*

t ¶ *Precarij.* facit *C. de loca. si quis conductionis.*

u ¶ *Aliena fit.* ad [d] hoc *s. l. certe. §. fi. & l. seq.*

x ¶ *Constituendū.* reddēdo in eū interdictū. nā idē esset in quolibet maiore. hic enim pupillus sicut [e] quilibet maior tenetur de dolo & lata culpa: cū sit pximus pubertati: *vt s. commo. l. iij. in prin. quæ etiā corrigit. l. j. eiusdē ti. in fi. item & s. depo. l. j. §. an in pupill. m. & de dolo. l. her. dabit. §. j.* Quod verò hic subiicit, siue nō habeat: supples nec dolo vel lata culpa habere desiit. Vel dic loqui in nō proximo pubertati, sed infantiæ: hic ergo si habet, tenetur: si nō habet, nequaquā. nam dolum [f] vel latā culpā cōmittere non potest: *vt s. de rei vin. quod infans. & ad l. Aquil. sed & si §. sed & si infans.*

Arbores cædi vetuit lex 12. tab Plin. lib. 17. c. 1.

d Precarij possessione spoliat, qui precariū denegat. & itaque, qui rē vsam a non habet quā sine domini referre nō potest: quę nisi ei concessa, permitteretur ei dominum spoliare: q̄ penitus iniquum.

e Pupilli proximi pubertati maiori cōparantur, seu similitudo.

f Infans dolū vel latam culpam cōmittere nō potest

DE ARBORIBVS CÆDENDIS.

¶ *Interdictum prohibitorium quod in hoc tit. proponitur, est de arboribus vicini, (per quas fit ne prædium meum, qualiter velim possideam) concilucandis [g] vel sublucandis, vt dicebant veteres, vt dicunt recentes, de adimendis si ex ædibus tuis in ædes meas impendeant, vel coercendis si ex agro tuo in agrum meum, quo nomine etiam est actio ciuilis. Cuiacius.*

g Interdictum de arborib. vicini cōlucandis. sublucandis, adimēdis, coercendis.

TITVLVS XXVII.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

Ait prætor[a]: *Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes*[b] *illius impendet: si per te stat quo minus eam adimas: tunc quo minus illi eam arborem adimere, sibique habere liceat, vim fieri veto.* 1 ¶ Hoc interdictum prohibitoriũ est[c]. 2 ¶ Si arbor[d] ædibus alienis impẽdeat: vtrum totã arborem iubeat prætor adimi: an verò id solumquod superexcurrit, quæritur. Et Rutilius ait à stirpe excidendam. idque plerisque videtur verius. Et nisi adimet dominus arborem: Labeo ait permitti ei[e] cui arbor officeret, vt si vellet succideret eam, lignáque tolleret.

3 ¶ Arboris appellatione etiam vites continentur[f]. 4 ¶ Nõ solùm autem domino ædium, sed etiam ei qui vsumfructum habet, competit interdictum: quia & ipsius interest arborem[g] istam non impendêre.

5 ¶ Præterea probandum est, si arbor communibus ædibus impendeat, singulos dominos habere hoc interdictum: & quidem in solidum: quia & seruitutium vindicationem singuli habeãt[h].

6 ¶ Ait prætor: *Si per te stat quo minus eam adimas: quo minus illi eam arborem adimere liceat, vim fieri veto.* Prius itaque tibi datur adimendi facultas. si tu non facias[i]: tunc vicino prohibet vim fieri adimere volenti.

7 ¶ Deinde ait prętor: *Quæ arbor ex agro tuo in agrũ illius impendet: si per te stat quo minus pedes quindecim*[k] *à terra eam altius*[l] *coerceas: tunc quo minus illi ita coercere, lignáque sibi habere liceat, vim fieri veto.* 8 ¶ Quod ait prætor, & lex duodecim tabularũ efficere voluit: vt quindecim pedes altiùs rami arbori circumcidantur. & hoc idcirco effectum est, ne vmbra arboris vicino prædio noceret.

9 ¶ Differentia duorum capitum interdicti hæc est: si quidem arbor ædibus impendeat, succidi[m] eam præcipitur. si verò agro impendeat: tantùm vsque ad quindecim pedes à terra coërceri.

II. POMPONIVS *libro trigesimoquarto ad Sabinum.*

Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit: ex lege duodecim tabularum de adimenda ea rectè agere potes, ius ei non esse[n] ita arborem habere.

a Ait prætor.] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Si arbor ex ædibus tuis in meas impẽdet: si volo illã arborem adimere, prætor vetat mihi fieri vim. Secundo dicit Vlpia. hoc edictum est prohibitoriũ: & per hoc edictum prohibetur mihi fieri vim. quo minus totam arborem adimam: & à stirpe eam possum excidere, & ligna tollere potero, nisi dominus eius incidat & quod dictum est de arbore: idem dicas in vite. & non solum mihi domino domus cui arbor tua nocet, hoc permittitur, sed etiam ei qui habet vsumfr. in ista mea domo. Item si plures sunt domini domus cui nocet arbor tua: quilibet habet hoc interdictũ vt nõ prohibeatur tollere arborẽ. Vltimo dicit: prius permittitur dño tollere arborem. & si nõ tollat: tunc ille cui nocet poterit tollere. [DEINDE.] Nũc ponitur aliud edictũ, cuius sensus est: Si arbor ex agro tuo in in meũ agrũ pẽdet: nisi tu tollas ramos vsque ad xv. pedes super terram: ego potero tollere. & prætor prohibet ne mihi vis fiat. hoc etiam dicit l. xij. tab. & est ratio ne vmbra ramorũ meo agro noceret. Et differt hoc edictum à primo: quia per primum prohibet vim fieri prætor totam arborem incidenti: at in hoc incidenti vsque ad xv. pedes ramos supra terram. Vltimo dicit: Si arbor tui fũdi vero inclinata in meũ fundum sit: agam ex l. xij. tab. vt adimatur, quasi non sit tibi ius ita habere. & h. d. hic §. & lex sequ. Fran.

b ¶ *In ædes.* i.[a] in prædium vrbanum: quod quid sit, *dic vt j. de verb. signif. l. vrbana.*

c ¶ *Probibitoriũ est* vt *s. de interdi. l. ij. circa princ.*

d ¶ *Si arbor.* materialiter hæc verba ponunt.

e ¶ *Ei.* publica auctoritate: *vt C. de pig. leg. iij. Azo.* sed H. sua[b] auctoritate: *vt C. de pig. act. l. pignoris. & C. quando lice. vni. sine iudi. se vindi. l. liberam.*

f ¶ *Continentur.* vt *j. arb. fur. cæ. l. vitem in prin.*

g ¶ *Arborem.* quoniam domum sua impensa tegere & resarcire debet. *vt s. de vsufru. l. hactenus.*

h ¶ *Habeant.* s. in solidum, si seruitus debeatur domui communi *vt sup. si serui. vindi. l. loci. §. si fundus. & l. & si forte. §. si ædes.* Sed arg. contra. *s. de dam. infect. l. ex damni. §. quotiens.*

i ¶ *Non facias.* ¶ Not. de conuersione[c] electionis: *vt & C. de solut. l. j. & j. proxi. §. & C. communia de lega. l. fin. §. j. & argu. C. de commu. ser. ma. l. j. §. sin autem.*

k ¶ *Pedes quindecim.* ergo si vltra quindecim pedes impẽdeat arbor tua, nõ possum agere: forte q2 tunc nõ videtur per vmbrã mihi nocere circa fructus: *vt j. proxi. §.* secus verò si ædificare vellem cum omne supra id cœlum meum sit: *vt s. quod vi aut clam. l. si. §. pe. & facit C. de interdi. l. j. & supra vti poss. l. si duo. §. item videamus.* sed & si nolim ædificare, sed remoueri: adhuc potero: *vt d. §. item videamus. & s. de ser. l. fina. & s. ad l. Aquil. quemadmodum. & j. l. prox.* non autem per hoc interdictum, sed per negatoriam.

l ¶ *Altius.* à terra.

m ¶ *Succidi.* à stipite.

n *Si arbor. Ius ei non esse.* hic illorũ cõfunditur sentẽtia, qui dicũt negatoriam nõ habere locũ nisi remissa seruitute. H. Sed Or. respõdit nõ datur hic negatoria: sed actio in factum ex l. xij. tab. *vt Institut. de actio. §. ij. & facit s. si serui vind. l. si cum meus. & l. si quando & infra arb. fur. cæsa. l. si plures. §. si arbor. & sup. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. j. & s. de reli. & sum. in prin. & s. ne quid in loco pu. l. ij. in prin.*

a Aedes pro prædio vrbano.

Descẽdit hoc interdictũ ex 12. tabu.

b Arboris aliene frondes & ramos in meũ fundum pendentes denũciatione mea à vicino neglecta & instrumento eiusce rei confecto, possum propria auctoritate succidere. de quo vide plenius Cepolã *tract. de seruit. vrbanorum præd. c. de arboribus* 80.

c Electionis ius plerunque conuertitur.

DE GLANDE legenda.

TITVLVS XXVIII.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

Ait prætor: * *Glandem quæ ex illius agro in tuum cadat quo minus illi*[o] *tertio quoque*[p] *die legere*[q], *auferre*[r] *liceat, vim fieri veto*[s]. 1 ¶ Glandis nomine omnes fructus continentur[t].

DE GLANDE legenda.

¶ *Hoc quoque interdictum prohibitorium*[a] *est, ne vis fiat leganti glandem caducam, quo nomine est etiam*[b] *ciuilis actio, nec quidquam de possessione quæritur. Frontinus maluit dicere fructum*[c] *quam glandem. nam & glandis*[d] *nomine omnis fructus significatur, exemplo Græcorum, qui ἀκρόδρυα nomen omnibus fructibus tribuunt, & ita D. Ioannem victitasse ἀκρόδρυσι, Nicephorus, vt Diogenẽ Aelianus ἀκρόδρυα edisse. & Nicephoro adsentitur Pantaleon Diaconus his verbis* [Greek illegible] *. Cuiacius.*

a Interdictum de glande legenda prohibitorium.

b Glandis legendæ actio ciuilis est præter interdictũ.

c Fructus & glandis differentia.

d Glandis appellatio generalis.

Hoc interdictum descendit ex 12. tab.

* vide Plin. lib. 16. c. 5.

Ait prætor.] CASVS. Glans ex arbore tui fundi cecidit in meum fundum. prætor vetat tibi fieri vim quo minus eam possis colligere vsque ad tres dies. & appellatione glandis, omnes fructus continentur. Fran.

o ¶ *Illi.* cauẽti de damno infecto: *vt s. de exhiben. l. Iulianus. §. ij.*

p ¶ *Quoque.* nõ solum primo & secũdo, sed etiã tertio. & sic habeas quoque. aliàs quoque.

q ¶ *Legere.* i. colligere.

r ¶ *Auferre.* i. portare.

s ¶ *Veto.* primus[e] & secũdus & tertius dies cõputantur ab eo tempore quo cecidit glans & ideo ponit de tertio. Vel quia collectio glãdis vix durat ad tertium diem. nam citius colligũtur. Vel quia duobus vel tribus diebus conuertuntur in terram: ita vt nulli eorum nomine competeret actio, cum sine dolo tuo fructus in rerum esse natura desierit non quia interdictum tam breui sopiatur tempore. nam intra annum duraret si fructus staret: & plus: *vt inf. de act. & obli. l. in honorariis.* sed si dolo desiisset habere, tunc intra annum tenetur. *& facit supra de aqua quoti. & æsti. l. j. §. item quæsitum. & s. de præscript. ver. l. qui seruandarum. §. fi.* ¶ Sed quæritur[f], ad quid fuit introductum hoc interdictum, cum non possit intendi nisi prima die, vel secunda, vel tertia cum rei vin. habeat vsque ad triennium[g]? Respon. non oneratur probatione[h] actor id proponendo: secus in rei vindica. quia ibi non restituitur res nisi plene probanti de intentione sua: *vt C. de rei vindica. l. fin. secundùm Al.* Vel aliter secundùm Azo. necessitas imponitur ei in cuius terram cecidit, vt singulis tribus diebus semel liceat auferre: & sic habeas, quoque: id est singula tertia die.

t ¶ *Continentur.* vt *j. de verb. sign. l. qui venenum. §. glandis.*

e Interdictum de glande legenda tridanum est, cùm cætera sint annalia.

f Interdictum de glande legenda cur necessariò sit introductũ cum esset rei vindicatio triennalis, vel etiã decennalis.

g Alij legunt vel triennium.

h Dominij scilicet.

DE HOMINE LIBERO exhibendo.

TITVLVS XXIX.

I. VLPIANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

Ait prætor: *Quẽ liberũ dolo malo retines, exhibeas.* 1 ¶ Hoc interdictum proponitur tuendæ liberta-

DE LIBERO HOMINE EXHIBENDO.

¶ *Satis iam habuimus prohibitoriorum interdictorum & exhibitorium tantum vnum de tabulis exhibendis, sed huic modo additur interdictum de homine libero exhibendo, populare [a] & pœnale, quod is [b] cum datur qui supprimit liberũ hominem in eũ qui pro certo liber est, nam si de libertate agatur, cessat hoc interdictum, sed institutiones dant aliud quasi præparatorium adsertionis [c], sicut & ad exhibendum actionem eo nomine dari constat. l. De eo. De exhib. Cu.*

a Interdictũ de libero homine exhibẽdo populare est & pœnale. Latanon. vrb. syr.

b Interdictum de libero homine exhibẽdo datur in eũ qui supprimit eum qui pro certo liber est.

c Adsertio als ... dictum.

tis causa: videlicet ne homines liberi retineantur à quoquam.

II. VENVLEIVS lib. 4. *Interdictorum.*

NIhil enim multum à specie seruientiũ differũt quibus facultas [a] non datur recedendi [b].

III. AFRICANVS *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

QVod [c] & lex Fauia prospexit [d], neq. hoc interdictum aufert legis Fauiæ executionem. nã & hoc interdicto agi poterit. & nihilominus recusatio legis Fauiæ institui. & versa vice qui egit Fauia, poterit nihilominus etiá hoc interdictũ habere, præsertim [e] cũ alius interdictũ, alius Fauiæ [f] actionem habere possit.

1 ¶ Hæc verba, *Quẽ liberũ*, ad omnẽ liberũ pertinent siue pubes sit, siue impubes: siue masculus, siue fœmina [g]: siue [*] plures [h]: siue sui iuris sit, siue alieni [i]. hoc enim tãtùm spectamus, an liber sit.

2 ¶ Is tamen qui in potestate habet, hoc interdicto non tenebitur [k]: quia dolo malo non videtur habere, qui suo iure vtitur [l].

3 ¶ Si quis eum quem ab hostibus redemit, retineat [m]: in ea causa est, vt interdicto non teneatur. non enim dolo malo facit. Planè si offertur pretium: interdictum locum habet. Sed si eum remisit pretio nõ accepto: dicẽdum est interdicto locum fore, si posteaquam semel remisit, velit retinere. 4 ¶ Si eum quis retineat filium, quẽ nõ habet in potestate plerumq. sine dolo malo facere videbitur [n]: Pietas enim genuina [o] † efficit sine dolo malo retineri [p]: nisi si euidens dolus malus intercedat [q]. Proinde & si libertũ suũ, vel alumnũ, vel noxæ deditũ [r] adhuc impuberẽ [s]: idẽ erit dicẽdum. Et generaliter, qui iustam causam habet hominis liberi apud se retinẽdi: nõ videtur dolo [t] malo facere. 5 ¶ Si quis volentẽ retineat [u]: Sed quid si volentẽ quidem retineat, nõ tamen sine calliditate circunuentum, vel seductum, vel sollicitatũ [x]: neque bona vel probabili ratione hoc facit? Rectè dicetur dolo malo retinere. 6 ¶ Is qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret [y]: sed vbi certioratus retinet, dolo malo non caret.

7 ¶ Planè si dubitat [z] vtrum liber an seruus sit, vel facit status controuersiam: recedendum erit ab hoc interdicto, & agenda causa libertatis. Etenim rectè placuit tunc demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro certo liber est. Cæterùm si quæratur de statu, nõ oportet præiudicium fieri alienatæ cognitioni [a].

8 ¶ Ait prætor [b], *exhibeas.* Exhibere est in publicum producere, & videndi tãgendique hominis facultatem præbere [c]. Propriè autem exhibere est extra secre-

* volg. siue virum siue pla.

AIt prætor.] CASVS. Ponitur edictũ, cuius sensus est. Si hominem liberũ dolo malo retines: prætor ait vt exhibeas. Secũdo loquitur Vlpian. & dicit hoc interdictum causa tuẽdæ libertatis est inductũ. s. ne homines liberi teneantur vt serui: quod simile seruituti erat. Potest retinẽs etiã accusari lege Fa. & vna via. nõ tollit aliã: maxime si à diuersis intẽtetur. Tertio dicit: qđ dictũ est in edicto, liberum, intelligas siue masculũ, siue fœminã: siue puberẽ, siue nõ: siue vnũ, siue plures: siue sui iuris, siue alieni: dũ tamẽ liber sit. Quarto dicit: qui tenet filiũ suũ quẽ habet in potestate, non tenetur hoc interdicto. Itẽ qui tenet eũ quem emit ab hostibus: non tenetur hoc interdicto, nisi sit solutũ pretium. sed si remiserit pretiũ, & adhuc eũ teneat: tenetur hoc interdicto. Item qui retinet filium suũ emãcipatum lusorẽ, forte ob hoc ne ad fundũ vadat: nõ tenetur hoc interdicto. Itẽ qui libertũ suũ, vel alumnũ, vel noxę sibi datũ adhuc impuberẽ tenet, quẽ credebat seruũ: non tenetur hoc interdicto, nisi eũ induxerit blãditiis ad tenendũ. Itẽ is demũ hoc interdicto tenetur, qui sciẽs liberũ hominẽ tenet eũ, secus si ignoret eũ esse liberũ, vel dubitet vel facit ei quæstionẽ status. nã hoc interdictũ cessat. & h. d. hæc l. & princ. seq. [AIT PRÆTOR, EXHIBEAS.] Nunc exponit Vlpia. verbũ positũ in edicto hoc. s. exhibeas. & dicit quod sit exhibere. Secundo dicit: hoc interdictũ cõpetit omnib. volentibus illud intentare. remouẽtur tamen suspectæ personæ si vellent intentare, cum & accusare possint, suã suorũmq; iniuriam prosequẽdo. & si plures simul veniant ad hoc interdictũ intendandum, præfertur idoneior: quòd æstimatur ex coniunctione, & fide, & dignitate. & si aliquis egit hoc interdicto: alius non poterit illud interdictum intentare, nisi de præuaricatione primi doceatur. hoc idẽ est in publicis iudiciis. Sed pone q per primũ iudicium cõuentus soluit æstimat. litis, forte. l. aureos. adhuc hoc interdictum poterit intentari & ab eodẽ qui primo egit, & ab alio. Item absens in hoc interdicto cõdemnatur. Itẽ si hoc interdicto cõuentus non defendatur: in bona eius eundem erit. Item qui sciens liberum hominẽ eum tenet, licet possessus ignoret statum suum, tenetur hoc interdicto. Item qui liberum hominẽ credens seruum, eum emit & habet: nõ tenetur hoc interdicto. Itẽ qui liberum hominẽ, sciens liberum, tenet: cogitur statim exhibere: nec dabitur ei dilatio intra quã exhibeat. & hoc intelligas, si erat in præsenti ille possessus. Vltimo dicit: creditor volebat agere hoc interdicto vt debitor suus qui stabat celatus propter debitum, exhiberetur. dicitur q nõ auditur, sed mittatur in bonis eius. & hoc dicit hic totus tit. Franc.

a NIhil enim.] *Facultas.* Hinc not. [d] quod dixi. *C. de vsufruct. l. antiquitas, & facit supra de cond. & de l. Titius centum.* §. ff. Nouum.

d Seruitutis species nõ posse loco recedere.

y. & *C. de cap. & postlim. re. l. ab hostibus.* Accursius.

b ¶ *Recedendi.* Istæ tres leges continuantur.

c QVod. scilicet vt liberi exhibeantur.

d *Prospexit: vt & infra ad l. Fauiam. l. non statim. §. fin. & C. ad l. Fauiam, l. si fratrem.*

e ¶ *Præsertim.* i. maximè. nam & idem vtrunque intentare potest: *vt C. quando ciuilis act. l. j. & supra de ta. exhib. locum. §. si quis dolo.* Sed argu. contra. *j. de iniur. l. quod senatus. §. fin.*

f ¶ *Alius Fauia.* est enim hæc actio publici [a] iuris: *vt C. ad l. Fa. l. fi. & l. plagij. j.*

g ¶ *Siue Fœmina.* [b] ad hoc. *supra de nego. gest. l. iiij. in prin. & de consti. pecu. lege prima. §. j.* Accursius.

h ¶ *Siue plures.* singularis numerus. s. quẽ liberum, concipit [c] pluralem. *sic econtra. j. vi bono. rap. l. ij. §. doli mali. versi. vel enim bona.*

i ¶ *Siue alieni.* non tamen detinentis: vt statim subiicit.

k ¶ *Non tenebitur.* nisi in casu: *vt infra titu. j. l. j. in fin. & l. seq.*

l ¶ *Vtitur.* ad [d] hoc. *infra de reg. iur. l. nullus. & infra de furt. l. cum creditor. & supra de damn. infect. l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. & inf. de iniur. l. iniuriarum. j. §. si qui iure. & supra pro socio. l. merito.*

m ¶ *Retineat. vt & C. de cap. & postli. reuer. l. si liberum.*

n ¶ *Videbitur.* aleator forte erat.

o ¶ *Genuina.* vulg. gemina [e]. vna est communis omniũ hominum: quæ vocatur officiũ [f]. alia singularis. s. inter patrẽ & filiũ, quæ dicitur [g] pietas. & sic est gemina: quia homo, & quia pater. *& fa. ff. de adopt. nec ei. §. eorum. & quod not. C. de neg. gest. l. officio. & pro hoc. ff. de ri. nup. l. non solum. §. de vno. & etiam ff. de proba. l. Procula.*

p ¶ *Retineri.* scilicet videri. Accursius.

q ¶ *Intercedat.* & probetur: *vt C. de dolo. l. dolum. & supra de dolo. l. & eleganter. §. fina.*

r ¶ *Deditũ.* s. ei qui putabat eũ seruum. cũ liber sit: *vt j. l. fi. ij. respon.*

s ¶ *Impuberem.* videtur enim eum tenere propter vtilitatẽ ipsius impuberis. & subaudi, maxime impuberem: *vt subijcit.*

t ¶ *Dolo.* facit supra *de bo. lib. l. qui cum maior. §. si patris. & j. de reg. iur. l. qui in ius. §. nemo.*

u ¶ *Retineat.* vt [h] *& ff. de aqu. plu. arcend. l. in diem. & ff. de ædil. edict. l. quæritur. §. si venditor. & j. de iniur. l. j. §. vsque. & C. de transact. l. cum donationis. & C. ad l. Fa. de plagia. l. liberum.*

x ¶ *Sollicitatum.* facit [i] *C. de rapt. virg. §. huic. & supra de seruo cor. l. j. §. j. & ij. & C. de apostat. l. eum.*

y ¶ *Caret.* ad [k] hoc. *C. de incest. nup. l. qui contra & infra de excep. do. l. ij. §. & generaliter. & supra de trib. l. illud. §. si cuius ibi, si tamen, &c. & supra de adquir. poss. l. clam. & supra de pet. hered. item veniunt. §. petitam. & l. sed & si lege. §. de eo.*

z ¶ *Dubitat.* Tria [l] ergo sunt: scire, nescire & dubitare. ¶ Et sic est arg. quòd aliquis [m] potest respondere, dubito.

a ¶ *Cognitioni.* aliàs cognitioni: & aliàs conditioni, & dic alienæ, id est de libertate super quia cognosceret forte alius iudex, si nequit iste est de libertate iudicare. Accur.

b ¶ *Ait prætor* supra eo. l. j.

c ¶ *Præbere.* fa. [n] *supra de tab. exhib. l. totum. §. hoc interdictum. & supra ad exhiben. l. exhibere. & infra de verbo. signif. l. fin. & l. plus est. & supra quemadmo. testa. ape. l. ij. §. inspectio.*

† Alciat. lib. ... contendit emendandum gemina, sed ... si post Accursium putant retinendam vulg. hanc & Flo. lectionẽ.

a Lex Fauia de plagiariis publici iuris est.

b Singularis pluralem interdum cõtipit.

c Masculinũ fœmininũ interdum plura lem concipit.

d Iure suo qui facit, dolo cum non admittit.

e Pietas duplex generalis & specialis.

f Officij & pietatis differentia.

g Pietas ab officio vt d. ...

h Volenti ... fit iniuria.

i Sollicitanti ... pœna.

k Dolum nõ admittit qui ignorat.

l Scire, nescire contraria: dubitare, dubium.

m Dubitanti semper dubitationem respondere potest.

n Exhibere quid sit.

a ¶ *Nemo enim.pro* [a] *hoc facit* ʒ.*ad exhib.l.si liber.& In stita.de suspe. tuto.§.consequens.*
b ¶ *Vel calumniari.ad* [b] *hoc infra de re mil.l.non omnes.§. à Bar baro & ʒ. de suspect.tuto.l.tutor.§.si tutor.*
c ¶ *Solliciti.* vulgo legitur, sollicitato. & inquit Accursius, detēto.
d ¶ *Reos facere.vt & j. de accu.l.j.& ij.& l. hos accusare.& C. qui accusa. non pos.l.de crimine.*
e ¶ *Eligendum.* facit j. *de sepul. viol. l. prætor. §. si plures. & j. de pop. act. sed & si.§. in popularibus is cuius.& j. de accusa. si plures.* Quid ergo si pares? Respon. locus est gratificatio ni[c].*arg.ʒ.de relig.l.si.*
f ¶ *Nisi si de perfidia.* expositiue[d], non exceptiue hic ponitur nisi, ꝓpter verbū facile. *sic ʒ.de procura.l.nisi.& facit ʒ.de iureiuran.l.eum.§. in popularibus.*
g ¶ *Amplius agi.* nisi[e] ille qui accusat loco secundo, ꝓsequatur suam vel suorum iniuriam, & doceat se ignorasse de accusatione primi: *vt j. de accu.sicut.§.iisdem.& & facit j. de præuarica.l. præuaricationis.*
h ¶ *Aestimationem.* fortè[f] quinquaginta aureorū vel quantū arbitrabit bonus vir, *arg. ʒ. de his qui deie. vel effu. l. j.§.j.& §.sed cum.2.* Vel quāti in litē iurauerit. *ar.ʒ. de in lit.iuran.l. in actionibus §. plane. & ʒ. de rei vin. l. qui restituere.* ¶ Sed nūq d de calūnia iurabit? potest dici ꝙ sic, q a ex[g] quo conceditur qđ maius est: & id qđ minus est, debet esse cōcessum, secundū Io.
i ¶ *Sine exceptione.* rei iudicatæ. quod est contra naturā[h] popularium actionum: *vt inf. de pop.act.l.iij.* Item argu. contra.*j.de exce. rei iudic. si quis cum totum. §. planè & facit ʒ. de noxa. l.qui ex pluribus.* sed hic speciale. Accur.
k ¶ *Rogandum.* potest quippe absens[i] cūdemnari: licet tempore sententiæ non fuerit præsens: *vt & C.de adul.l.quamuis adulterij.*
l ¶ *Perpetuum.i.*[k] *sine fine: vt & C. de præscrip. long. temp. quæ pro libertate.l.sola.& sa.supra de via pub. l. viam publicam.* & est hoc cōtra[l] naturam popularium actionum. *vt j.de pop.act.l.si.* Accur.
m ¶ *SI quis liberū.*] *Pro seruo.vt & ʒ.e.l.prox.§. si eu ibi, proinde.* &c.
n ¶ *Putauerint.* & bene, nisi ponas eum non posse statim exhiberi: vel absentem esse: quo casu tempus dabitur. ¶ Et quod subiicit modicum[m] tempus. scilicet. x. dierum: *vt sup. de consti. pecu. l. promissor. j. §. si finē. & in glos. modicum.* aliàs dicitur modicum quatuor mensium: *vt ʒ.de arbi.si cum diem §.si.& l.seq.* aliàs xxx. dierum: *vt ʒ.de iti.actúque priua.l.j.§.ij.*
o ¶ *Quoniam.* q.d. in pœnam præteriti facti denegatur ei dilatio.
p ¶ *Ex edicto.ʒ.quibus ex cau.in pos.ea.l.ij.& facit ʒ. de in ius vocan. l.plerique.& l.satisque.*

tum habere. 9. ¶ Hoc interdictū omnibus cōpetit. Nemo enim[a] prohibendus est libertati fauere. 10. ¶ Planè ex causa suspectæ ꝑsonæ remouendæ sunt, si fortè talis persona sit. quā verisimile est colludere, vel calūniari[b]. 11. ¶ Sed & si mulier vel pupillus hoc interdictum desiderent, *pro cognato, vel parente, vel affine suo solliciti[c]: dandum esse eis interdictū dicendū est. Nam & publico iudicio reos facere[d] possunt, dum suas suorúmq; iniurias exequūtur.

12. ¶ Si tamen plures sunt qui experiri volent: eligēdus est à prætore, ad quem maximè res pertinet, vel is qui idoneior† est. & est optimum, ex coniunctione, ex fide & dignitate actorem hoc in interdicto eligendum[e].

13. ¶ Si tamen postea quam hoc interdicto actum est, alius hoc interdicto agere desideret: palá erit postea alij nō facilè dādū, nisi si de perfidia[f] prioris potuerit aliquid dici. Itaque causa cognita ampliusquā semel interdictū hoc erit mouēdū: nam nec in publicis iudiciis permittitur amplius agi[g], quàm *semel actum est, quàm si præuaricationis fuerit damnatus prior accusator. Si tamen reus cōdemnatus malit litis æstimationem[h] sufferre, quàm hominē exhibere: non est iniquum, sæpius in eum interdicto experiri, vel eidem sine exceptione[i], vel alij.

14 ¶ Hoc interdictū & in absentem esse rogandum[k] Labeo scribit: sed si non defendatur, in bona eius eundem ait. 15 ¶ Hoc interdictum perpetuum[l] est.

IIII. VENVLEIVS lib.4. Interdictorum.

SI quis liberum hominē, ignorantē suū statū, retineat: tamē si dolo malo retinet, cogitur exhibere. 1 ¶ Trebatius quoque ait, non teneri eum qui liberum hominem pro seruo[m] bona fide emerit, & retineat. 2. ¶ Nullo tēpore dolo malo retineri homo liber debet: adeo vt quidam putauerint[n] nec modicum tempus ad eum exhibendum dādum: quoniam[o] præteriti facti pœna præstanda est. 3 ¶ Creditori non cōpetit interdictum, vt debitor exhiberetur. Nec enim debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur: sed in bona eius ex edicto[p] prætoris itur.

DE LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM DVCENDIS. TITVLVS XXX.

I. VLPIANVS libro septuagesimo primo ad Edictum.

AIt prætor: *Qui, quaue in potestate Lucij Titij est: si is eáve apud te est: dolove malo tuo factū est quo minus apud te esset ita eū[q] eáve exhibeas.* 1. ¶ Hoc interdictū proponitur aduersus eum[r] quem quis exhibere desiderat eum[f] quē in potestate sua esse dicit. & ex verbis[t] apparet, ei cui in potestate est, hoc interdicto[u] prætor non admittit causam cur apud eū sit is qui exhiberi debet, quēadmodū in superiore interdicto: sed omnimodo restituēdū putauit, si in potestate est. 3 ¶ Si verò mater sit, quæ retinet, apud quam interdū magis quàm apud patrem morari filium debere, ex iustissima[x]

DE LIBERIS EXHIB. ITEM DVCENDIS.

Hoc interdictum non potest per[n] *procuratores exerceri nisi nominatim mandatum sit, & pater valetudine vel alia causa impediatur.* vt ʒ. de procura. l. Pomp.

¶ *Sequitur de liberis exhibendis & ducendis exhibitorium aliud simul ac prohibitorium, vt*[o] *filium vel nepotē exhibeas qui est in potestate mea etiam si bona fide eum retineas, & ne vim mihi facias quo minus exhibitum eum ducere possim. quo reddito, nō vtique statim ius dustionis est, nec, vt cætera, hoc interdictum momenti beneficium appellari potest nam redditur sub conditione, si in potestate, quod actorem hoc interdicto prius quam ducat implere oportet: ideoque interim fœminam & prætextatum prætor apud matremfamilias deponi iubet, & ex eo apparet hoc interdictum quasi*[a] *proprietatis causa continere, Vt*[b] *est quasi possessio, ita quasi proprietas. & quasi proprietas, veluti ius patriæ potestatis.l.1.§.1.De rei vin. & ius patronatus. l. tale.§.1.De here.insti. propter quod etiā dabitur in terdictum de*[c] *liberis exhibendo & ducendo.l.2. De interdi.nā & propter ius mariti est interdictum de*[d] *vxore exhibenda & ducēda.l.2.§.hoc tit. etiam aduersus socerum, non etia aduersus generum de*[e] *filia, exhibenda & ducenda, ne bene concordātia matrimonia turbentur iure patriæ potestatis, vt eleganter ait, l.1.& similiter Afranius Diuortio, qui tamen locus apud Nonnium nondum emendatus est.*

O dignum facinus adolescentis, optimas,
Bene conuenientes, concordes cum viris,
Repente viduas faciat spurcitia patris? Cuiacius.

AIt prætor.] CASVS. Ponitur edictū cuius sensus est: si eū qui est in potestate mea, putà filiū meū, apud te habeas, vel dolo desisti habere: prætor ait vt exhibeas. Secūdo loquitur Vlpia. & dicit: hoc interdictum datur aduersus detinentē eū quem qs desiderat exhiberi & datur ei qui eum detentū in sua potestate esse dicit. Tertio dicit: nō curatur ex qua causa sit filius meus apud alium, sed omnimodo cogitur restituere eū, ex quo est in mea potestate: nisi sit mater quæ teneat filiū meū, cum quādoq; expediat apud eam esse magis ꝙ apud me. Idē si apud aliū sit filius meus, & iudicatum sit eum nō esse in mea potestate, [SI QVIS FILIAM.] Pater filiam suam nuptam Titio, & cum eo existentē in bona voluntate, vult eā abducere: vel petiit eam sibi exhiberi causa dissoluendi matrimonij. dicitur ꝙ non potest. & redditur ratio in litera. secus tamē si petat eam exhiberi causa exercēdæ patriæ potestatis in eam, vt causa castigādi eam ob aliquā ignominiam quā sibi ipsa dixerit. nā tunc auditur: dum tamē modicè castiget. Vltimo dicit: pater filiā suam nuptam Titio, tenebat inuito Titio. poterit Titius agere interdicto de vxore exhibenda ac ducenda. & h.d. hic §. & l.seq. Franc.

q ¶ *Ita eum.* id est ita vno casu vt alio. sed quomodo exhibet, qui non habet, licet dolo habere desijt? & certe non poterit: sed iurabitur in litem. *& facit ʒ.de rei vind.l.j.§.j.*
r ¶ *Aduersus eum.* scilicet detinentem.
f ¶ *Desiderat eum.* scilicet filium.
t ¶ *Ex verbis.* edicti.
u ¶ *In hoc interdicto.* & superiori. scilicet de libero ho. exhiben. nam ibi quæritur causa. scilicet volens vel inuitus: *vt ʒ.tit.j.l.iij. §. si quis volentem.* quod hic non quæritur, nisi in casu: *vt j.l.f.* Item ibi quæritur, dolo vel non dolo, hic autem quasi semper dolus videtur: *vt ʒ.tit.j.l.iij.§.si quis eum. aliàs, si eum quis.*
x ¶ *Ex iustissima.* quia lactabat eum.

Side notes: a Libertati fauere nemo prohibetur. b Suspectæ personæ remouendæ. *Flo. desiderent. c Gratificationi locus est si plures simul inter se cōcurrant æquali ter idonei. d Nisi expositiue interdum accipitur: interdum exceptiue. e Interdicto hoc, vno agēte an & quando alios admitti possit. †idoneior. f Liberi hominis æstimatio an & quēadmodum & quatenus fieri possit. * postquam. g Argumentū a maiori ad minus. h Populares actiones cum exceptione proponuntur. i Absens condemnari potest. k Perpetuum, pro eo quod est sine fine. l Populares actiones temporales. m Modicum tēpus pro decem, pro triginta diebus, pro quatuor mensibus. n Interdictum de liberis exhibendis & ducendis per procuratorē regulariter non potest exerceri. o Interdictū de liberis exhibendis & ducendis summa. a Interdictū de liberis exhibēdis & ducendis quasi proprietatis causam continet. b Quasi proprietas & quasi possessio quid. c Interdictum de liberis exhibendo. d Interdictum de vxore exhibenda & ducenda. e Interdictum de filiafamilias exhibenda & ducēda aduersus socerū datur.

scilicet causa & diuus Pius decreuit[a], & à Marco* & à Seuero rescriptum est, æquè subueniendú ei erit[b] per exceptioné[c]. 4 ¶ Pari modo si iudicatum fuerit non esse eum in potestate, etsi per iniuriam[d] iudicatum sit, agenti hoc interdicto obiicienda erit exceptio rei iudicatæ: ne de hoc quæratur, an sit in potestate[e], sed an sit iudicatum.

5 ¶ Si quis filiam suam, quæ mihi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret: an aduersus interdictum exceptio danda sit, si fortè pater concordans matrimonium, fortè & liberis subnixum, velit dissoluere? Et certo iure vtimur, ne bene † concordantia matrimonia iure patriæ potestatis turbentur[f]. quod tamen[g] sic erit adhibendum, vt patri persuadeatur, ne acerbè patriam potestatem exerceat.

II. HERMOGENIANVS *libro sexto iuris Epitomarum.*

IMò magis vxore exhibenda ac ducenda pater etiam qui filiam in potestate habet, à marito rectè conuenitur[h].

Supra posuit de liberis exhi. nunc dicit de liberis ducendis Bar.

III. VLPIANVS. *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

DEinde[i] ait prætor: *Si Lucius Titius in potestate Lucij Titij est: quo minus eum Lucio Titio ducere liceat vim fieri veto.* 1 ¶ Superiora interdicta[k] exhibitoria sunt: hoc est pertinent ad exhibitionem liberorú[l], cæterorúque[m] de quibus supra diximus: hoc auté interdictú[n] pertinet ad ductionem, vt ducere quis possit eos in quos habet ius ductionis. Itaque prius interdictum quod est de liberis exhibendis, præparatorium est huius interdicti. Quo magis enim quis duci possit, exhibendus fuit. 2 ¶ Ex iisdem causis hoc interdictum tribuendú est, ex quibus causis de exhibédis liberis cópetere diximus. Itaque quæcunque ibi diximus[o], eadem hic quoque dicta accipienda sunt.

3 ¶ Hoc auté interdictú competit nó aduersus ipsum filiú quē quis ducere vult. sed vtique esse debet is qui cú interdicto defendat. Cæterú cessat[p] interdictú, & succedere poterit notio prætoris[q]: vt apud eum[r] disceptetur, vtrum quis in potestate sit, an non sit.

3 ¶ Iulianus ait quotiens id interdictum[s] mouetur de filio ducendo[t], vel cognitio[u]: & is do quo agitur, impubes est, alias differri oportere ré[x] in tempus pubertatis: aliàs repræsentari[y]. idque ex persona eorum inter quos controuersia erit, & ex genere[z] causæ constituendum est. ná[a] si is qui se patrem dicit, auctoritatis, prudentiæ fidei exploratæ esset: vsque in diem litis[b] impuberem apud se habebit: is verò qui controuersiam facit[c]: humilis[d], calumniator, notæ nequitiæ,* repræsentanda[e] cognitio est. Item[f], si is qui impuberem negat in aliena potestate esse, vir omnibus modis probatus[g], tutor vel testamento, vel à prætore datus: pupillum quem in diem litis apud se habuit, tuetur: is verò qui patrem se dicit, si suspectus est quasi calumniator: differri litem non

a ¶ *Decreuit.* quod dic vt *C. diuor. fa. l. j. & ij. & C. de patri. pote. l. pe. & j. eod. deinde. §. etiam.*

b ¶ *Ei erit.* s. matri. sicut superiori titu. subuenitur ei qui non dolo retinet. Sed contra. *s. de ventre inspici. l. j. §. post editum plane partum.* Solu. ibi mater non iusta causa tenebat, hic sic. ibi enim volebat veneno occidere, secundùm M.

c ¶ *Per exceptionem.* s. doli.

d ¶ *Per iniuriam.* i.* cótra ius litigatoris. *& facit s. de lib. agen. l. j. §. si. & leg. seq. & s. ad Treb. l. seruo inuito. §. cum prætor. & C. de re iudic. l. j.*

e ¶ *In potestate.* facit *supra de ædili. edi. quod si nolit. §. in factum & s. de iudi. l. si prætor. in prin. & de iureiuran. l. non erit. §. diuus. versic. dato.*

f ¶ *Turbentur.* vt[b] *& C. de repudi. l. dissentientis. & de furt. l. fina. in fin. & de inoffic. testa. l. cum te & l. filia. & s. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. si facer.*

g ¶ *Quod tamen.* hoc referri potest ad id quod dixerat *supra ead. l. §. j.* scilicet, potest hoc interdictú competere ei in cuius potestate est: quod tamé sic &c. vel referas ad proxi. s. patri obstare exceptio. si velit ducere filiá suá alij nuptam, quod tamen sic erit adhi. id est dandú interdictum &c. Si enim non velit turbare matrimonium sed patriam potestaté modice exercere: non obstabit ei hæc exceptio: sed agere poterit cum effectu. & hoc est quod tamen &c.

h IMò.] *Rectè conuenitur.* interdicto[c] de vxore exhibenda: quod non habemus: ad instar eius quod habemus: *vt hic & C. eod. l. fin. & facit C. de nupt. l. si inuita. Sed arg. contra s. titu. j. l. iij. §. hac verba.*

DEinde ait prætor.] CASVS. Ponitur aliud edictú: cuius sensus est: si Lucium Titium in mea potestate existentem aliquis eú detineat quo minus possim eú ducere: prætor vetat mihi vim fieri. Secundo loquitur Vlpia. & dicit: interdicta superiora. s. s. titu. j. posita, & s. e. l. j. sunt exhibitoria: hoc autem pertinet ad ductionem. Item superius interdictum. s. eod. positum, est præparatorium huius. & his de causis habet locum hoc interdictum, ex quibus superius. supra l. j. positum. & datur hoc interdictum contra detinentem eum qui est in mea potestate. si autem filius per se stet, & neget se in mea potestate esse: cessat hoc interdictum: & habet locum officium iudicis: vt coram eo de hoc cognoscatur, scilicet sit in mea potestate, vel non. [IVLIANVS AIT.] Si agere volo hoc interdicto. contra Titium possidentem filiú meum impuberem: vel officio iudicis agere volo contra ipsum filium meum impuberem qui stat per se, & negat se esse in mea potestate: aliquando debeo differre agere vsque in tempus pubertatis: aliquádo non. nam aut vterque litigantium bona fide litigat, id est actor & reus habent bonam fidem: & tunc vsque in tempus pubertatis impuberem apud se habebit. aut reus mala fide contendit, & ego non. & tunc statim ago. si autem ego mala fide agam, reus verò bona fide se defendat: habebit pupillum vsque ad finem litis, & statim de causa cognoscitur, si autem vterque nostrú mala fide litiget: differtur causa vsque in diem pubertatis: & interim stabit puer apud aliquam idoneam personam [ETIAM.] Si pater sit impius, mater verò bona: & filius penes matrem stare vult: pater hoc interdicto agendo succumbet. Secundo dicit: cum cognoscitur de impubere masculo, vel fœmina vel proximo pubertati. an sit in mea potestate & aliquis nostrú sit calúniator, interim debet puer stare penes matremfamilias. & matréfami. intelligas notæ auctoritatis fœminam. i. bonæ conuersationis & vitæ. Fran.

i ¶ *Deinde.* dixit de exhibendis, nunc de ducendis: & hoc capite interdicti.

k ¶ *Superiora interdicta.* de libe. homi. exhi. & de liberis exhibend. & facit s. *de interdictis. l. j.*

l ¶ *Liberorum.* i. filiorú

m ¶ *Cæterorúmque* liberorum hominum, qui non sunt filij.

n ¶ *Interdictum.* scilicet de ducendis.

o ¶ *Diximus. supra l. j. per totum.*

p ¶ *Cessat.* vbi alius detinet. locú habet interdictú: vt in princ. vbi alius nó detinet. cessat: vt hic, sed in hoc contra. *j. eod. l. pe. & C. e. l. j.* vbi à nemine detinetur, & tamen habet locum interdictum. Solu. si simpliciter est quæstio filiationis cessat: vt hic, vbi & hereditatis quá dico mihi per eú quæsitá, tunc habet locum vt ibi: *vt arg. C. de testa. ma. l. cum testamento.* Alij distinguunt an quæstio filiationis est: & per cósequens potestatis: & habet locú interdictum: an potestatis tantùm, filiú enim se cófitetur: & tunc non, vt ibi, & hic & distingue: *vt no. s. de rei vin. l. j. §. j.*

q ¶ *Prætoris.* i.* officiú iudicis: *ad quod est s. de rei vin. l. j. §. j.*

r ¶ *Eum.* prætorem siue iudicem. Accursius.

s ¶ *Interdictum.* de liberis ducendis. Accur.

t ¶ *Ducendo.* aduersus alium Accursius.

u ¶ *Vel cognitio.* aduersus eum.

x ¶ *Rem.* i.[b] causam. nam rei appellatione causa continetur: *vt j. de verbo. signi. rei. ij.*

y ¶ *Repræsentari.* i. statim terminari.

z ¶ *Et ex genere.* vtrum sit iusta, vel iniusta.

a ¶ *Nam.* secundo casui respon.

b ¶ *In diem litis.* i. tempus pubertatis: & sic contradictor non est hic calumniator. aliàs statim experiretur: *vt inf. statim, secundum Hu.* Vel dic proprie in diem[c] litis. i. donec lis erit finita: quæ statim finitur, cum resistés sit calumniator, & sic tradetur patri quasi possessio: & nihilominus aget. quod est notandum, secundú quosdá. Sed non placet, quia tunc interim deponitur puer: *vt j. §. in hoc*

c ¶ *Facit.* excipiendo. & sic reus[d] dicitur facere controuersiam actori *sic C. de euic. l. si controuersiam.*

d ¶ *Humilis,* id est vtilis.

e ¶ *Repræsentanda.* i. statim determinanda, & pro pupillo, si [illegible] oratio vel modicè suggerat: *ar. j. de Carbo. edic. l. iij. §. duo.*

f ¶ *Item.* nunc contra.

g ¶ *Probatus,* scilicet est.

* Vide Anto. Aug. lib. sing. ad Modest. j. præterea à tutela.

a Iniuria id est, contra ius litigatoris.

b Matrimonia bene concordantia iure patriæ potestatis turbari nó debet & hoc est interdictú de filia & familia exhibéda & ducéda, de qua dictú in paratitla supra. † Huc pertinet Geneseos cap. 2. circa finem.

c Interdictum de vxore exhibenda.

* prodigalitatis luxuriæ.

a Notitio prætoris pro officio iudicis.

b Res pro causa.

c Dies litis pro die litis finitæ.

d Controuersiam facere actori reus intendá dicitur.

a ¶ *Non oportebit.* apparet quòd quicunque eorum sit calumniator, non differtur: sed vterque, tunc secus, vt subiicit.
b ¶ *Infirma.* id est non firma ad hoc factum.
c ¶ *Quem.* tertium.
d ¶ *Aut filius,* ad hoc ī. e. l. si verò.
e ¶ *Obtinuit.* in illo rescripto.

oportebit [a]. si verò vtraque persona suspecta est aut tanquā infirma [b], aut tanquam turpis: non erit alienum, inquit, disponi apud quem [c] interim puer educeretur: & cōtrouersiam in tempus pubertatis & differri: ne per collusionem vel imperitiam alterutrius contendentium, aut alienæ potestati pater familias adiudicatur: aut filius [d] alienus patris familiæ loco constituatur. 5. ¶ Etiam si maximè autem probet filium pater in sua potestate esse: tamē causa cognita mater in retinendo eo potior erit: idque decretis diui Pij quibusdā continetur. Obtinuit [e] enim mater, ob nequitiā patris, vt sine deminutiōe patriç potestatis apud eā fili⁹ moretur. 6. ¶ In hoc interdicto [f] donec res iudicetur, fœminā, prætextatum [g], eúmq. qui proximè [h] prætextati [i] ætatē accedet [k], interim apud matrē familias deponi prætor [l] iubet. Proximè [m] ætatem prætextati [n] accedere [o] eū dicimus qui puberem [p] ętatē nunc ingressus est. Cum audis matrem familias [q], accipe notæ auctoritatis fœminam.

IIII. AFRICANVS *lib. 4. Quæstionum.*

SI eum qui se patrēfamilias dicat, ego in mea potestate esse, & iussu meo adisse hereditate dicam: tam de hereditate agi oportere, quàm ad interdictum de filio ducendo ire debere ait [r].

V. VENVLEIVS *lib. 4. Interdictorum.*

SI filius sua sponte apud aliquē est, inutile, hoc interdictū erit quia filius magis apud se, quàm apud eū est, in quem interdicetur: cum liberam facultatē abeundi vel remanendi haberet [f], nisi si inter duos qui se patres dicerēt, controuersia esset, & alter ab altero exhiberi eum desideraret.

Plato lib. 11. leg.

f ¶ *In hoc interdicto.* non ergo differtur hoc casu: & fit depositio. nā alter erat calumniator: vt ī. §. *Iulianus.* Acc.
g ¶ *Prætextatum.* id est qui nondum xvij. ann. præteriit.
h ¶ *Proximè.* aduerbium est.
i ¶ *Prætextati.* sed aliàs est ætati: & tunc, proximç, est nomen.
k ¶ *Accedet.* i. cōtiget.
l ¶ *Prætor.* ad hoc ī. eo. §. *item si n. versi si verò vtraque.*
m ¶ *Proximè,* aduerbiū
n *Prætextati.* Prætextatus [a] dicit qui adhuc est īpubes: à prætexta [b] qđ est gen⁹ vestis qua vtebāt impuberes: *de qua fit mētio inst. de inu. §. j.*
o ¶ *Accedere.* i. contingere.
p. ¶ *Puberē.* rectè puberē, Ant. Aug. lib. 3. c. 9.
q ¶ *Matrēfa.* strictè [c] hic, alibi largius ponit *vt j. de ver. sig. l. pronuntiatio. §. matrem. & dixi. ī. de iis qui sunt sui vel alieni iu. l. nam ciuin. & facit ī. ad Tertul. l. j. in prin.*

a Prætextati qui dicantur. b Prætexta genus vestis ... pubescens ... vestimentum est ... ī. ... inde dicta, quod purpura esset prætexta qua vtebātur vsque ad pubertatem ... Satur. ... Ant. Aug. ... c Materfamilias strictè & largius quid.

S*I eum.*] CASVS. Ego dico te esse in mea potestate, & meo iussu adiuisse hereditatē. possum cōtra te de hered. agere: & hoc īterdictū cōtra te intētare: licet stes vt paterfa. Fr. Acc.
r ¶ *Ait.* vt *& C. eo. l. j. sed contra. ī. e. l. proxi. §.* hoc aut. Sol. vt ibi.
S*I filius.*] CASVS. Filius meus stat sponte penes te. & dicit se nō esse in mea potestate non habeo hoc interdictum: sed officium iudicis cum perinde fit ac si per se staret: nisi tu dicas eum esse in tua potestate, & non in mea: ego contra. nam tunc hoc interdictum habet locum. Fran.
f ¶ *Haberet.* & sic habet locū offi. iudi: vt ī. eo. l. iij. §. *hoc autem.*

VTRVBI.

¶ *Nulla alia sunt interdicta exhibitoria, nisi vtrubi etiam, quod facile crediderim, fuit de seruo exhibendo & ducendo.* Sed hic pars [d] *prohibitoria tantum ponitur. omittitur exhibitoria, vt tit. 15. pon. & ir tantum pars prohibitoria, subintelligitur restitutoria. Est autem hoc interdictum non [e] de seruo tantùm: sed de omnibus rebus mobilibus olim ad retinendam aut vindicandam possessionem quam possedit actor maiore parte anni, hodie* [f] *sicut vti possidetis, quod est de possessione rerum immobilium, ad retinendā possessionem quam habuit redditi interdicti tempore, vt propterea* [g] *meritò videatur omissa pars exhibitoria. nam & ea ratione hodie interdicturus Vtrubi frustra agit ad exhibendum, qui agebat tamen olim. l. 3. §.* sed si quis interdicturus Ad exhib. *& Vtrubi glossa ... Theophilus ... Cuiacius.*

d Interdicti vtrubi partes duæ, exhibitoria & prohibitoria.
e Interdictū vtrubi pertinet ad seruū & mobilium possessionem retinendam, & vindicandā.
f Interdictum vtrubi, quatenus exæquatum interdicto vti possidetis, & de vtrisque cognatione.
g Interdicti vtrubi pars exhibitoria, cur hoc titulo omissa.
h Vtrubi quid sit.
i Vtrubi interdicto quis possessor, vincat.

P*Rætor ait.*] CASVS. Ponitur edictū cuius sensus est: Si aliquem hominē possedi maiore parte anni: & aliquis nūc eū teneat: prætor ꝓhibet mihi fieri vim quo minus ducam eū. Secundo loquitur Vlp. & dicit: hoc interdictū habet locum in re mobili: & est simile interdicto vti po⁵. quod habet locum in re soli. & hoc interdicto obtinet qui nec vi nec clam nec precario ab aduersario possidet tempore litis motæ. Fran.
t ¶ *Vtrubi,* i. [h] apud quē. & ex duobus cōponitur, quod est vtrū, & vbi. & sic vtrū ꝓ apud: & vbi, ꝓ quē. Is autē ex duobus potior erat in hoc interdicto, qui maiore parte anni possederat: sed [i] hodie tempore litis contesta, *vt his in fin. & Inst. eo. de interdi. §. quorum. versi. vtrubi. & ver. hodie. & ī. de interdi. l. j. §. interdictorum quedam. & C. e. l. j.* ¶ Sed quare diuersa [a] nomina dantur his interdictis? Rñ. quia immobilia ꝓprie dicuntur possideri. dicitur enim possessio, quasi pedū positio. *& est ar. ī. de ac. pos. l. j. in prin.* merito ergo ibi datur vti pos. quod ad mobilia aptari non potest: cum non possideantur proprie, sed apud aliquem sunt. sed abusiue etiam mobilia dicunt hodie possideri in vsu loquendi. ¶ Item, quare [b] reseruauit hunc ti. & nō posuit. ī. iuxta illum ti. vti possid? Rñ. quia tractatur [c] erat de interdictis quibusdam circa mobilia, *vt superioribus titu.* ideo hunc titu. cū illis reseruauit.
u ¶ *Maiore,* hoc expone *vt j. de verb. sig. l. maiore.*
x ¶ *Interdicto.* datiui casus.
y ¶ *Rebus soli.* vt ī. *vti possi. l. j. §. ij.*

a Vtrubi & vti possidenti interdictorum, cur diuersa nomina.
b Interdicti vtrubi tractatio cur in hūc locū reiecta.

* VTRVBI.
TITVLVS XXXI.

I. VLPIANVS *libro septuagensimo secundo ad Edictum.*

PRætor ait: *Vtrubi* [t] *hic homo de quo agitur, maio. e* [u] *parte huiusce anni fuit: quo minus is eū ducat, vim fieri veto.* Hoc interdictum de possessione rerū mobilium locū habet: sed obtinuit, †vim eius exęquatam fuisse vti possidetis interdicto, [x] quod de rebus* soli [y] competit: vt is & in hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum super hoc ab aduersario inquietatur, possessionem habet.

* Flo. De vtrubi.

DE MIGRANDO.†
TITVLVS XXXII.

I. VLPIANVS *libro septuagensimo-tertio ad Edictum.*

PRætor ait: *Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus de quibus inter te [z] & actorē [a] conuenit* [b], *vt quæ in eam habitationē qua de agi*

DE MIGRANDO, id est de recedendo.

¶ *Et hoc etiam fortasse* [c] *fuit exhibitorium & prohibitorium. finge à locatore serui pignorū* [d] *nomine, emigrante inquilino in aliam habitationem. Sic ei per inquilinum interdicetur, oblata pensione si qua debeatur, vt quem seruum retinet exhibeat, & ne exhibitum ducenti inquilino vim faciat, similiter interdicto Vtrubi: atque ita possessionem rerum persequitur inquilinus quam intulit pignoris nomine in ædes conductas potius quam res ipsas.* [e] *& in summa rei persecutionem interdicta continere reperio tantum ex tit. 7. de locis & itineribus publicis petendis, & 19. de itinere actuque reficiendo. & 20. de aqua castellaria & ex 30. & ex secunda partis titulo vltimo. Quod prætorea adiicit. l. 2. De interdict. & de locis sacris proposita interdicta veluti proprietatis causa continere, in iure non inuenio. Cu.*

c Interdictum de migrando exhibitorium & prohibitorium.
d Interdictum de migrando ad pignora pertinet, vt & sequens Saluianum, de quo proximo titulo: In aliis tamen differt à Saluiano interdicto: de quo vide paratitlon proximi tituli.
† Forte additum à Triboniano.
* Flo. rerum.
† Vide Ant. Aug. lib. 4. c. 18.
e Interdictis quibusdam rerum persecutio cōtineri: & quæ illa sint interdicta.

P*Rætor ait.*] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Si domum tuam conduxi sub certa pēsione, & in eam induxi seruum, & cum volo extra domum abducere: prætor prohibet fieri mihi vim in tribus casibus. Primus, si non eram obligatus pro pensione: solueram tamen pensionem. Secundus si meo nomine tibi satisfactum est. Tertius: si paratus eram soluere, & per te stabat. Postea loquitur Vlp. & dicit: hoc interdictum datur inquilino, non colono, subuenitur tamen colono extra ordinem. Item vtile hoc interdictum datur inquilino qui gratis habitabat: & si nondum debebam pensionem soluere, quia non venerat tempus quo eam debebam soluere, & interim volo agere hoc interdicto vt possim extrahere res: non audior. Item si conducam domum tuam pluribus annis: & soluta pensione vnius anni volo agere hoc interdicto, & abducere res quas adduxeram in domum tuam, non audior: nec est vis quantum ad hoc vt competat mihi hoc interdictum, siue res quas volo abducere, sint meæ, siue non. Item siue sint obligatæ, siue non, pignoris tamen nomine erant ibi. si autem pignoris nomine ibi sint inductæ: adhuc habet locum hoc interdictum, vt possint extrahi. Item hoc interdictum perpetuum est: & heredibus & in heredes datur. Item datur hoc interdictum pro rebus commodatis inquilino, vel depositis. quia in domum conductam induxerat. & hoc dicit hæc l. & seq. cum glos. Franc.
z ¶ *Inter te.* & locatorem domus.
a ¶ *Et actorem.* inquilinū, qui agit hoc interdicto. aliàs auctorem.
b ¶ *Conuenit.* tacitè, vel expressè. *& facit C. in quibus caus. pign. ta. contra. l. si non inducta.* hoc autem intellige si portatur vt perpetuo ibi sit: vt ī. *de pign. l. debitor.*

Per

tur, introducta, importata, ibi nata, factáve essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent: siue ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eóve nomine satisfactū est, aut per te stat[a] quominus soluatur: ita quo minus ei qui eum pignoris nomine induxit inde abducere liceat, vim fieri veto.

1 ¶ Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pēsione vult migrare [b]. nam colono non competit.

2. ¶ Cui rei [c] etiam extra ordinē subueniri potest. ergo infrequēs [d] est hoc interdictū. 3. ¶ Si tamen gratuitā quis habitationē habeat, hoc interdictū vtile ei cōpetet. 4. ¶ Si pēsio nondum debeatur [e]: ait Labeo interdictū hoc cessare: nisi paratus sit eā pēsionē [f] soluere. Proinde si semēstrē soluit [g], sexmēstris [h] debeatur [h]: inutiliter interdicet: nisi soluerit & sequētis sexmēstris. ita tamē [i], si conuentio specialis facta est in conductione domus, vt non liceat ante finitum annum vel certum tempus migrare. Idem est & si quis in plures annos conduxerit, & nondum præterierit tēpus. Nam cū in vniuersam conductionem pignora sunt obligata, consequens erit dicere interdicto locum non fore, nisi liberata fuerint. 5. ¶ Illud notandum est, prætorē hic nō exegisse [k], vt in bonis fuerit cōductoris: nec vt esset pignori res [l] illata: sed si pignoris nomine inducta sit. Proinde etsi aliena sint, & sint talia quæ pignoris nomine teneri nō potuerint [m], pignoris tamē nomine introducta sint: interdicto hoc locus erit. Quod si nec pignoris nomine inducta sint: nec retineri [n] poterunt à locatore. 6. ¶ Hoc interdictum perpetuum est in successores & successoribus dabitur.

II. GAIVS *libro vicesimosexto ad Edictum Prouinciale.*

HOc interdictum inquilino etiam de his rebus quæ nō ipsius sint: sed fortè commodatę ei, vel locatæ, vel apud eū depositæ sunt: vtile [o] esse non dubitatur.

a *Porta stat. facit C. de vsur. l. accepta & ff. de oper. no. nunt. l. prætor. §. deinde.*

b ¶ *Migrare.* id est [a] exire vel recedere cum rebus suis.

c ¶ *Cui rei.* scilicet in colono, non dico migranti, sed recedenti. vel dic in colono & inquilino. *ad quod est ff. ne vis fiat ei. l. si quis missus.* sic aliàs differentia [b] est inter colonum & inquilinum: vt *C. locati. l. certi iuris.* Accursius.

d ¶ *Infrequens.* id est [c] valde frequens: cum & detur vtile colono etiam sic ff. *de libero. & postu. l. Gallus §. ille* Vel id est minus frequens: cum nunquam detur colono, & inquilino interdum non detur, sed extra ordinem subueniatur. Accursius.

e ¶ *Nondum debeatur.* quia tempus in cōuentione expressum nondum præteriit.

f ¶ *Eam pensionem.* totā etiā futuri tēporis.

g ¶ *Soluit.* ratione præteriti. non enim efficaciter pro futuro debetur, nisi [d] elapso tempore: *arg. sup. sol. m. tri. mo. l. diuortio. j. respon.* Azo.

h ¶ *Debeatur.* conuētionis iure: nō quia tāto tēpore sit vsus habitatione. Itē hoc intellige cū conduxit in singulis sex mensibus, secūdùm Hugo. Vel etiā dic quòd in annum: & tunc erit argumētum quod in medio anni est soluenda pensio. *sic C. de aduoca. diuer. iudi. l. per hanc. §. sexcenti aut.* Accursius.

i ¶ *Ita tamen.* Ergo à cōtrario [e] si hoc modo specialiter nō est actū, licet migrare etiā non soluta pensione futuri temporis. & sic est cōtra. ff. loca. l. si in lege. §. si domus. Solu. hic de necessaria migratione: ibi de voluntaria. Item. s. Vel Solue vt ibi. s. Vel hic sunt plures conductiones, scilicet singulis sex mensibus vel annis: ibi vna *& facit supra loca. l. dominus horreorum. §. fina. & de damno infecto. l. vtique.*

k ¶ *Non exegisse.* quātum ad hoc vt competat hoc interdictum.

l ¶ *Pignori res,* quia aliena.

m ¶ *Non potuerint.* veluti si res tales sunt, quarum commercium est interdictum: vt homo liber.

n ¶ *Nec teneri.* competit enim & si non sint obligatæ, nec pignoris nomine inductæ: nec ex verbis edicti apparet, *vt supra ead. l. in prin. & l. proxi.*

o HOc interdictum] *Vtile.* id est efficax: *vt ff. l. j. in princi.* vel proprie illud in rebus inquilini, licet non obligatis *& facit ff. l. proxi. §. illud.*

a Migrare quid.

b Coloni & inquilini differentia.

c Infrequens pro eo quod valde vel minus frequens.

d Pensio non debetur nisi in fine anni vel sic. Imò in medio anni debetur vt Glossa proxime prior sentētia Bartol. *in l. ... Locati.* · Assignatio.

e Argumentū à contrario.

DE SALDVIANO INTERDICTO.

Saluianum interdictum inuentum est vt suspicor à [f] Iuliano. conditore edicti perpetui. cui etiam accepto fertur edictum nouum de coniungendis cum emancipato liberis, & interdictum hoc igitur nouum est & de [g] pignoribus. sicut [h] superius. Sed superius debitori ad retinendam possessionem, hoc creditori datur ad apiscendam. illud exhibitorium & prohibitorium hoc restitutorium; illud de rebus inquilini pignoris nomine illatis in habitationem, hoc de rebus coloni natis in agro conducto, vel nominatim pignori obligatis. imò vtiliter & de rebus cuiuscunque debitoris pignori obligatis. l. 1. C. de Preca. Casus. *Si colonus.*] CASVS. Ego Franciscus locaui Titio fundum pro pensione certa. in hunc fundum induxit ancillam nomine pignoris, & eam vendidit, & peperit penes emptorem. dicitur quod habeo hoc interdictū etiam ad partum recuperandum. Secundò dicit, si fundum duorum Titius conduxit, & in solidum cuique res Titij in fundum adductæ sint obligatæ, dicitur quòd si tertius has res incipit possidere, quilibet istorum poterit agere in solidū hoc interdicto. si autem alter eorum possidet, potior est possessor. si autem erat actū vt pro partibus cuique sint obligatæ, tūc quilibet eorum in parte poterit agere hoc interdicto, & contra extraneum, & inter se. Idem est si habes rem communem cum aliquo colono, & tu meū fundum conduxisti, & causa pignoris hanc rem induxisti. nam pro parte erit mihi obligata, & cōpetit mihi hoc interdictum. Vltimo dicit: conduxit Titius fundum duorum, & induxit in eum fundū res causa pignoris si agatur hoc interdicto inter eos: obtinet possessor. si autem tertius possidet has res agitur Serliano iudicio. & hoc dicit hæc l. & seq. Franciscus.

f Interdictum Saluianum à Iuliano conditore edicti perpetui inuentum.

g Interdictū Saluianum ad pignora pertinet.

h Interdicti Saluiani & de migrando cognitio & differentia.

¶ Nouum.

DE SALVIANO † interdicto.

TITVLVS XXXIII.

I. IVLIANVS *libro quadragesimonono Digestorum.*

SI colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit: & eam vendiderit: quod apud emptorem ex ea natum est, eius adprehendēdi gratia vtile interdictum [p] reddi oportet.

1 ¶ Si colonus res in fundū duorum pignoris nomine intulerit, itā vt vtrique in solidum obligatæ essēt [q]: singuli aduersus extraneum Saluiano interdicto rectè experientur, inter ipsos verò si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior erit. At si id actū fuerit, vt pro partibus res obligaretur: vtilis actio & aduersus extraneos [r], & inter ipsos dari debebit: per quā dimidias partes possessionis singuli adprehendent. 2. ¶ Idem seruari conueniet & si colonus rem quam cum alio communem habebat, pignoris nomine induxerit: scilicet vt pro parte dimidia pignoris persecutio detur.

II. VENVLEIVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

IN Saluiano interdicto, si in fundū communem duorū pignora sint ab aliquo inuecta, possessor vincet [s]. & erit eis descendendum ad Seruianum [t] iudicium.

† Sic forte appellato à Saluio Iuliano compositore edicti.

p ¶ *Vtile interdictum.* apparet partum [a] apud emptorē natū obligatum esse: *vt supra de pig. actio. l. si conuenerit. j. §. si fundus.* Sed contra. *sup. de pigno. l. Pomp. §. j.* Sol. ibi concepit apud emptorem, & peperit mater: hic nata tantum est, sed apud debitorem concepta. Alij dicunt, etiam hic nata apud debitorē. ¶ Item in eo quod dicit emptorem teneri: & sic contra extraneum [b]: vt hic, *& j. l. proxi. §. j. est contra (ed. eod. l. j.* vbi dicit non dari in extraneum: sed dic directum non dari, vtile sic: *vt hic & j. l. proxi. §. j. vel dic vt ibi & quære. vt ibi.*

q ¶ *Essent.* quod in dubio præsumitur. *vt j. eo. l. fi.* Accur.

r ¶ *Extraneos.* id est colonum qui est extraneus respectu creditorū. Vel dic proprie: & hoc ne ob. *C. ead. l. j que est contra. sed solu. sup. j. respon. l. j.* Item quod dicit aduersus &c. s. in solidum: & sic est occupantis [c] conditio melior. Idē in hypothecaria per omnia, quod in hoc interdicto: *vt sup. de pigno. l. si debitor.* sed secus in quasi Seruiana: *vt inf. l. fi. in fi.* Vel dic verius idē in quasi Seruiana: & illam expone vt ibi iam dices, & adde quod not. in l. illa, si debitor. supra de pigno. Item facit, *supra de publi. l. siue j. §. si duobus.*

s IN Saluiano.] *Possessor vincet.* Collige [d] ergo quòd cum quis rem obligat duobus simpliciter: quod insolidum cuilibet pro suo debito obliget: *vt & supra de pigno. l. si fundus. §. si duo.*

t ¶ *Ad Seruianum.* in quo id venict, vt sit possidentis cōditio me-

a Partus apud emptorem pignoris natus obligatus cēsetur: secus si apud debitorem.

b Interdictū Saluianum vtile datur aduersus emptorem: at non directum.

c Occupantis melior est cōditio.

d Obligata re duobus simpliciter, intelligitur in solidum cuilibet pro suo debito obligata.

a Saluianum interdictum & Seruiana actio an idem sint, adde hic Bart.

lior: *vt supra de pign. l. si debitor.* & sic idem [a] iuris est in hypothecaria & quasi Seruiana, & interdicto Saluiano: & ex quo in solidum res tenetur duobus, quod potior sit occupantis cõditio & possessoris. Sed secundùm H. quare hic dicit: & erit descẽdendũ, id est decurrendum ad Seruianam. Respon. quia interdictum cessabat cum contra extraneum ageretur: *vt hic erat: vt C. eo. l. j.* Sed quidam dicunt quòd quasi Seruiana differt in hoc ab hypothecaria, & interdicto: quia in ista quasi Seruiana nec sit possidentis nec occupãtis conditio melior. & l. illam si debitor in hypothecaria tantum, & non in quasi Seruiana intelligunt.

Exceptionum decuplex. quadruplex diuisio.

- I.
  - 2. *Mera negationis.*
  - 3. *Actionis seu iuris.*
  - 4. *Intentionis vel facti.*
- II.
  - 5. *Ecclesiastica.*
  - 6. *Mixta.*
  - 7. *Seculares.*
- III.
  - 8 *Dilatoria*
    - 9 *Merè dilatoria, vt solutionis.*
    - 10 *Declinatoria iudicij.*
      - 11 *Ratione iudicis,*
      - 12 *Actoris,*
      - 13 *Rei,*
      - 14 *Syndici,*
      - 15 *Procuratoris,*
      - 16 *Rescripti,*
      - 17 *Loci,*
      - 18 *Temporis,*
      - 19 *Libelli,*
      - 20 *Fori,*
      - 21 *Causæ.*
  - 22 *Anomala, vt exceptio excommunicationis.*
  - 23 *Mixta seu dubia.*
  - 24 *Quasi peremptoria, quæ contra personas testium opponuntur.*
  - 25 *Peremptoria*
    - 26 *Personæ*
    - 27 *Obligationis, quæ tollit*
      - 28 *Vtramque, s. ciuilem & naturalem,*
      - 29 *Naturalem tantùm,*
      - 30 *Ciuilem tantùm,*
      - 31 *Neutram,*
    - 32 *Iudicij,*
    - 33 *Pœnæ,*
    - 34 *Accusationis.*
- IIII.
  - 35 *Temporales, vt pactum de non petendo intra certum tempus.*
  - 36 *Perpetuæ: vt doli metus.*
  - 37 *De quibus dubitatur, vt ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit.*
- V.
  - 38 *Personales*
    - 39 *Inhærentes personæ per quam, vt*
      - *De legato,*
      - *De exempto.*
    - 40 *Aliæ, personæ contra, quam vt iudicis suspicio.*
  - 41 *Reales.*
    - 42 *Concernentes rẽ de qua principaliter agitur, Vt petis beneficiũ, & dico sublatũ*
    - 43 *Aliæ quamlibet rem, Vt locum non tutum, remotum,*
- VI.
  - 44 *Fauorabiles*
    - *Quæ non opposita nunquam eludit, Vt epistola diui Hadriani,*
    - 45 *Quæ etiam non opposita eludit, vt exceptio pacti.*
    - 46 *Perpetua, vt Velleiani.*
    - 47 *Quæ non competit nisi expressè opponatur, Vt compensationis,*
  - 48 *Odiosa. Macedoniani, criminum.*
  - 49 *Inducta propter iuris rigorem, vt rei iudicatæ.*
  - 50 *Inducta propter naturalem æquitatem, vt non numeratæ pecuniæ, & similes.*
- VII.
  - 51 *Diuersa.*
  - 52 *Alternatiua.*
  - 53 *Contraria.*
- VIII.
  - 54 *Ciuiles.*
  - 55 *Prætoria.*
- IX.
  - 56 *Directa.*
  - 57 *Vtiles.*
- X.
  - 58 *Modificatoria condemnationis, Vt de peculio.*
  - 59 *Modificatoria executionis, vt inuentarij confecti.*
- XI.
  - 60 *Incidentes.*
  - 61 *Emergentes.*
- XII.
  - 62 *Ordinis.*
  - 63 *Præposterationis.*
- XIII.
  - 64 *Rationabiles, & non frustratoria,*
  - 65 *Irrationabiles, & frustratoria.*
- XIIII.
  - 66 *Generalis,*
  - 67 *Obscura.*

Nouissima

NOVISSIMA ET ADMODVM FRVGIFERA EXceptionum diuisio edita per disertum virum magistrum Petrum Rebuffum, de monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem, & supremæ curiæ Parisiensis aduocatum: ab auctore iam recens recognita & emendata.

QVIA omnis de aliqua re institutio debet à definitione proficisci:iuxta illud quod scripsit tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per Glo.in l.prima.C.de stud.libera.vrb.Rom.libr.vndecimo C.primo officio lib. & refert Bald.in proœ.feudo.colla.tertia. in fi. cum sequen.per tex.& ibi Bald.in l.prima ff. de iust.& iu. & l.prima ff. si cer. peta. & Barba. in rubr.huius titul.in clemen.in principio & in rubri.de rescriptis colum. prima & de constitutio.colum secunda.& in rubri.de postulatio.prala.colum.secunda & Petrus de Ferra.in practi.in forma positionum actoris in verbo postquam, & Troilus Maluitius in tractatu de obligationibus in primo dubio.docto.in l.prima ff.de adquirenda possessione.Bonus de curtili in tractatu nobilitatum,in secunda parte & docto.in l.prima per illum text. ff. de testa.& leg. prima ff.de tutel. Nam definitio est omnino substantia cuiusque significantis, secundum Barb.in rubri.de re iudi.in clemen.)

¶ Videamus ergo quid sit exceptio.Secundo, quo iure inuenta sit. Tertio,ad typi declarationem accedamus. ¶ Ad primum igitur veniendo, cùm materia exceptionum sit multum necessaria, per tex.in §.alioquin.institu.eodem & in Auth.de restitutio. & ea quæ parit in vndecimo mense.colla. quarta. post principium, ibi, quadam exceptione necessaria. & frequens, & in iudiciis versatilis, & ideo amplectenda l.legata ff.de libera.lega. cum similibus. & definitio est multum periculosa l. omnis definitio ff. de regulis iuris. tamen per illas definitiones nihil mutatur in re:nec eis obolum lucraberis, secundum Io.Fab.in §.ex non scripto. coll atione secunda.Instit.de iure naturali.

a Definitio Exceptionis.

1 Igitur sic definitur exceptio per aliquos doctores.Exceptio [a] est ius reo competens ad eludendam excludendámve actoris intentionem. & hæc definitio comprehendit dilatorias & peremptorias:vt tenet dominus Anton. de Tremolis in additio.ad practi.de Bonacurso in principio. Ego vero insequor definitionem iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorem) positam in leg. secunda ff.eodem. Exceptio est actionis vel intentionis exclusio. hanc posuerunt fere omnes summistæ. Gofred.Azo, Hostien.& alij,& Barba.in rubri.huius tituli in clemen.licet Angel. in rubri. institu.eodem.colum.mihi quarta. versicu.capiamus primum,teneat quòd non est definitio, sed allusio. Standum est tamen verbis iurisconsulti; siue sit allusio, siue definitio. & communiter tenetur quòd sit definitio:& latius declarabitur in prima diuisione infra. ¶ Nota tamen quòd exceptio duobus modis sumitur: large, & stricte seu proprie. Large, pro omni defensione, exclusione, & replicatione: vt tenet gloss.in l.secunda ff.eodem. nam replicatio excludit:ergo exceptio large nuncupatur. per gloss. in l.fin. C. de edendo. l.transigentium.§.siue autem ff.de pact.& l.nam postea.in principio. ff. de iureiurando. Stricte seu proprie capitur pro defensione quæ reo competit contra actionem actori competentem contra dictum reum:vt tenet gloss.& docto.in dicta l.secunda & Hostien.in summa huius tituli.§. primo. Angel.in rubr. eiusdem tituli insti.colum.mihi quinta.canonista in rubri.de exceptionibus. Azo in summa.versicu.est autem sciendum.

b Origo Exceptionũ quo iure inuenta.

¶ Ad secundum, [b] quo iure sit inuenta: & videtur quòd iure diuino in paradiso terrestri.nam Adam de inobedientia à domino reprehensus cur pomum vetitum comedisset,actioni Dei exceptionem obiiciens, relationem criminis in vxorem vertit,dicens: Quam mihi sociam dedisti:dedit mihi de ligno vitæ,& comedi. & Deus dixit ad mulierem:Quare hoc fecisti? quæ respondit:Serpens decepit me, & comedi. hæc habentur Genesis iij.& in c.serpens.de pœnitentia, distinctione prima.ita tenet Specula. in proœ.sui operis.versicu.sane. Angel. in rubri.huius tituli,colum. quinta. versicu. veniamus ad secundum. Panor.tamen in dicta rubri. tenet quòd est de iure naturali: quia est defensio. nil allegat possumus allegare textum in l.si quidem ibi nulla defensio.& l.defensiones C. eodem.colum inter.ibi,defensionis copia,eodem titulo. Sed defensio est de iure naturali. text.in clemen.pastoralis. §. cæterum. de re iudi. leg. scientiam.§. qui cum aliter.& ibi Flo.ff. ad legem Aquil. ergo & exceptio. Alij vt Bartol. in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iur. & Joan. Fab.in principio. Institu.de obligatio.colum.secunda. quòd sit de iure ciuili tenent:quia est actionis exclusio.dicta l.secunda eodem titulo ff.Sed actio est de iure ciuili.l.in commodato.§.sicut ibi, actiones ciuiles ff.commoda.Angel.& Ja.in §.primo.Inst.de actio. Ergo,&c.aliàs sequeretur absurdum,quòd exceptio esset prius quàm actio:& sic exclusio,quàm res exclusa.iuxta Geor.Natan.in repe.clemen.sæpe.§.sic.in versi.defensiones.de verbo.significat.Iacobi.in l.in probationibus. ff. de probatio. Ego dicerem quòd exceptio quæ habet materiam de iure naturali,dicitur illo iure inuenta:& tunc dicitur habere materiam in hoc,ne innocens condemnetur, & indebite opprimatur.nam hoc respicit defensionem,quæ est de iure naturali,per d.l. clemen.pastoralis.de re iudicata tenet Dec.in dicta rubri.numero sexto.& in c.ad hæc.colla.fi.de rescriptis.Si verò habet materiam præexistentem de iure ciuili:tunc est illo iure,vt exceptio præscriptionis,nõ numeratæ pecuniæ,& similes, secundùm Decium vbi supra. Possunt tamen omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo & ordine excipiendi,& se defendendi.nam ius ciuile nõ admittit omnes exceptiones passim,nec omni tempore,sed certo modo & ordine:vt tenent Panor.& Decius in dicta rubri. Sozinus in rubri.ff.eod.ciuilistæ in l.si quis.§.si is pro quo.ff.quod quisque iuris canonistæ.in c.ex parte.in secundo de officio de leg ti.¶ Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædam defensio, quæ proprie non est exceptio:per glossam singula.& communiter approbatam in capitulo primo de litis contesta.in sexto.sed improprie sic: vt respondent Felinus & Decius in rubrica. & in dicto capitulo ex parte. Barba.in rubric.de exceptionib.in clem.¶ Nec etiam obstat quod dicebat Panormita. in dicta rubri.allegando Ciceronem primo officio.ibi Principio generi,& cætera.quia intelligitur de defensione actuali seu manuali, ad quam natura omnia animalia inclinat: imò eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur:vt bubus cornua. leg.prima.§.cum arietes. ff.si quad. pauperiem fecisse dica.l.bouem. in principio.ff.de ædil.edic.ita Felin.& ibi in addi.ad eum.in c. dilecti filij. eod tit.& ideo conqueritur homo quare natura eum nudum produxit:vt habetur in Plinio in principio libri septimi de naturali historia,& omnibus animantibus dedit instrumenta:vt supra dixi. ¶ Non obstat quòd sit de iure ciuili: quia verum est inquantum excludit actionem,quæ est de iure ciuili:vt supra probaui: & etiam respectu formæ.sed respectu intentionis est de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile:sicut petitio erat ante actiones,quæ manu regia expediebantur.l.secunda in principio. ff. de origine iur.Dec.vbi supra.Floria.in l.si seruus.numero vij. ff. ad legem Aquil.Effectus ex ista quæstione resultantes vide per doctores in dicto capitu.ex parte.& per Anto. de Burgois,in rubrica de emptio.& venditio.

a Species Exceptionũ seu Diuisiones a prima diuisio.

2 ¶ PRIMA [a] ergo erit diuisio, quòd quædam exceptiones sunt meræ negationis,actionis seu iuris,intentionis vel facti.

b Meræ negationis exceptiones.

¶ Meræ [b] negationis est, quando actio actori non competebat, nec competierat. ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare:& hæc non est propriè exceptio:Secundùm Sozi. in rubri. de exceptio.ff.& Alexander in additio.ad Bart.in l.prima.ff.eod.Glo.in l.nã postea.ff.de iureiuran.in principio.& c.secundo de ordine cognitio.& quia nil ponit,ideo à reo non erit probanda:vt tenet Baldus in l. peremptorias C.sententiam rescindi non posse.numero tricesimosexto. & in leg. si quidem.in principio C.eod. Large tamen exceptio dici potest, secundum Deci.in rubrica numero tertio.vide Bartolum & alios in l.si Titius.ff. de verborum obligatione.& l.si pluribus.ff.de legatis primo.& l.quotiens. §.si temporalis.ff.de administratione tutorum.¶ Et hanc posui primam: quia in ius vocati sunt faciles ad negandum.l.item si vnus. §. fin.ff. de arbit.& prima responsio reorum est negatio:vt oculariter videmus.§.si.Insti.de gradibus.

c Actionis seu iuris exceptiones.

3 Aliæ sunt actionis [c] seu iuris,& sunt quæ actionem præsupponunt:vt si Titius decem mihi promisit metu,& ago:habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipula.ideo in definitione supra fuit dictũ quòd est exclusio actionis: per textum in dicta leg.secunda. & regulariter exceptiones in scriptis non opponuntur, sed satis est quòd in actis per notarium redigantur & scribantur: vt tenet Bartolus & alij in lege prima. ff. eodem. Floria. in leg.in exceptionibus. ff. de probationibus leg. prima. not. vltimo. ff. de edendo. per Alexandrum & alios in leg.emptor. Cod. de præscriptione longi temporis. Bald. in leg.edita,colum. xj. in ij. repe. Cod. de edend. Decis.in capit. quoniam. numero vigesimosexto, de probationibus. Aufre. in decisionibus capellæ Tolosanæ. quæstione centesimadecima. Anton. de Tremolis in additio. ad practi. Vberti de Bonacurso, in rubrica de peremptor. exceptio. in versicu. & subtiliter. & Lanfranc. in repetitione dicti capituli, quoniam. in versic. exceptiones. in fine. & Angel.colum.mihi xviij. in rubrica. Iason. in l.de die. in princip. columna tertia. ff. qui satisda. cogantur imò sufficit quòd

proponatur factum ex quo resultet exceptio, licet non dicat, Excipio: secundum Bald. in in dicta l. prima: nisi in exceptione recusationis & excommunicationis, quæ in scriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in ca. appellatio. de appellatio. in sexto. & Felin. in rubrica, vide tamen Barba allegantem textum in quibus debemus dicere, Excipio: vel excipiendo dico. in capitulo cum causa. numero quarto, de officio delega. quod intelligit in doctis: secus in ignaris: quia sufficit factum narrare. vide textum in capitulo dilecti filij. j. de appellationibus. Et ista est propriè exceptio, secundum Sozinum vbi supra & doctores in rubrica de exceptionibus. in decretalibus: per glossam in leg. qui se debere. ff. de condictione causa data. & in leg. in rebus. C. de iure dotium. & Alexander in additio. ad Barto. in dicta leg. secunda. & licet excludat actionem, non tamen tollit restitutionem in integrum, Gloss. singu. in l. in causæ. ij. de minoribus. secundum Rauen. in alpha. in verbo exceptio. & an ius excipiendi in singularem transeat successorem, vide doctor. in leg. ait prætor. ij. ff. de iureiurand. & leg. si tertius. §. si quis. de aqua pluuia arcenda.

a Intentionis seu facti exceptiones.

4 Item aliæ sunt intentionis [a] seu facti, quę actionem non competere actori ostendunt: vt si solui tibi decem quæ debebam: sublata est actio, institu. quibus modis tollitur obligatio. in princip. Si iterum petis, excipiam, & excludam intentionem tuam: quia actionem non possum excludere, cum nulla sit. hoc declarant Paulus & Iason in leg. Titia. ff. de verborum obliga. 2. Vel potest dici exceptio facti, quia sicut de facto agis: ita de facto excipio. gloss. Bartol. & alij in dicta l. secunda. & in leg. obligationum fere. §. fina. ff. de actionibus & obligationibus. Barba. in rubrica eiusdem tituli. in clemen. & doctores in dicta rubrica in decreta. & Angel. coll. mihi. v. Lanfra. in repet. cap. quoniam in ver. exceptiones. de probationibus. gloss. Ias. & alij in dicta leg. qui se debere. Antoni. de Tremolis in additio. ad practi. de Bonacurso. in principio. & in rubrica de peremptoria exceptione. versicul. animaduertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intentionis, quas vide per te, non pono hic: sed in tractatu de exceptionibus ponam, & alia amplè ibi inseram. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti: vt per Baldum in marga. in versi. exceptio. in vigesimaoctaua quæstione. & Panor. in capitulo pastoralis. numero vigesimosecundo, eodem titulo. & in hac potest iudex absoluere reum eo etiam non petente, cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenent Bartolus & Paulus in dicta leg. secunda, licet Sozi. ibi & dicta rubrica aliter dicat: scilicet quod postquam ponit, est vera exceptio. Felin. Dec. & communiter alij in dicta rubrica contrarium tenent, & legista vbi supra. Baldus. in leg. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. Est tamen de stylo curiæ parlamenti, quòd licet reus sit paratus prædictas exceptiones probare, & se offerat: tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quantum petit actor: aliàs ad ipsas proponendas non admittitur: vt est modus loquendi, qu'il garnisse la main, & emplisse la main de la court: vt habetur in stylo parlamenti in eodem titulo. in §. & de stylo. & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiosè & causa diffugij quandoque proponunt: vt res vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio, interim pendente dicta probatione possint elongare vel consumere: ideo hic dolus non debet eis patrocinari. cap. sedes. & c. ex tenore. de rescriptis & capitul. ex literis de dolo & contumacia. cum similibus.

b Secunda divisio.
1.
c Ecclesiasticæ seu spirituales exceptiones.

5 ¶ Secunda [b] diuisio est, quòd quædam sunt ecclesiasticæ seu spirituales, mixtæ, & seculares. ¶ Ecclesiasticæ [c] sunt, quæ coram iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus, potest excipi quòd est clericus: & coram iudice ecclesiastico remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur, per text. in capitulo si iudex laicus. de senten. excommuni. in sexto. Miratur tamen d. Benedic. in repeti. cap. Raynutius. in versi. & vxorem. numero cccxl. de testa. quòd in regno Franciæ non obseruetur. & Guido papæ in suis decio. quæstione centesimatrigesimaoctaua. & do. Barth. de Chasse. in consuet. Burgun. in rubri. des iustices. in §. v. in gloss. s'il n'a grace. num. quinquagesimooctauo. cum seq. Et tales iudices hoc non obseruantes, non sunt tuti in foro conscientiæ, secundum eundem de Chasse. in rubr. des iustices. vers. & droictz d'icelles, in numero quadragesimoprimo. Nota tamen quòd licet curia parlamenti de tonsuræ proprietate non debeat cognoscere tamen an vestis sit clericalis necne, cognoscere potest: quia hoc cognoscere, non est cognoscere de re spirituali, sed temporali: ergo cognoscit de pileo partito: & an vestis sit clericalis: & de caligis & aliis vestibus & indumentis: vt arresto fuit Parisijs decisum in quæstione per arresta. quæstione quadragesimosecunda. & in stylo parlamenti in iij. parte, arresto clxxxiiij. & clxxxvj. idem dict. Bartol. de Chasse. in consuetudinibus Burgun. in rubri. des iustices. in §. quinto. in gloss. s'il n'a grace. numero quinquagesimonono. versicul. decima fallit. Idem in exceptione excommunicationis, per textum in capitul. corripiantur. ibi, episcopale iudicium xxiiij. quæst. iij. & Speculator in titulo de competen. iudi. adito. §. j. in princ. Potest etiam coram seculari iudice proponi: vt not. Gloss. singu. in l. prima. C. de iuris & facti ignoran. & in capitulo j. de excep. in sexto. & docto. in capitul. intelleximus. de iudic. Hoc tamen non seruatur in curiis laicalibus huius regni, secundum Ioan. Fab. in §. fina. Institut. de cura. Sed vnde tantus abusus processerit, ignorat Guliel. Benedict. in repe. capit. Raynutius. in verbo, mortuo. in j. numero cclxxxij. de testa. & Aufre. in decisio. capell. Tolosa. quæstion. cxxxiij. & clxxxix. & ibi decidit an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petrus de bella Pertic. in leg. placet. C. de sacrosanct. eccle. addit. ad Vber. de Bonacurso, in rubrica. quibus modis examen iudi. ordi. declina. Angel. & Porc. in §. j. Institut. de capi. demi. & tex. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barba. in clemen. vnica. coll. iij. eodem titulo & vltra cum text. in leg. bi qui sanctam. de spolia. Gloss. in capitulo vno. quo tempore miles inuestituram petere debent. Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum, & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus, & in reditibus nondum receptis: vt dicit Ioannes Masuer. in rub. de executio. in versi. item executio. Pau. consi. cccxxxvij. primo quæritur. coll. iiij. volum. j. & hoc vidi multotiens practicari: ideo bene not. Idem in exceptione vsurarum. capit. præterea. & per totum de vsur. quod intellige verum, si super iure contentio oriatur: secus si super facto: quia tunc iudex laicus erit competens, secundum Barto. Hercule. & alios in l. Titia. ff. solu. matrimonio. Barto. & alios in l. quotiens. C. de iudi. Barto. in l. ij. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Alexan. consil. ix. præstantissime. in iiij. volumi. licèt multi canones refragentur in clemen. dispendiosam. de iudi. potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se præsentet excipiens coram iudice ecclesiastico, non tamen quòd probet, secundum Vincentium in l. ij. numero sexto, de re iudicata. ff. vide Alexandrum consilio nonagesimoprimo. in secundo volumine. Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere: & quæ requirantur antequam iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari, vide per Alexandrum consi. ix. in quarto volumine. Idem in exceptione hæresis. capi. ad abolendam. & per totum de hæreticis. & capi. vt inquisitionis. de hæreticis, in sexto. Alias exceptiones vide per textum. & ibi not. in clemen. dispendiosam. de iudi. in capitul. cum sit generale. de foro competen. & in locis supra allegatis. & an incidenter possit cognoscere, vide in capitu. tuam. de ordi. cogni. & in speculo principum. folio xlv. cum sequen. Purpura. in leg. secunda. numero quinquagesimosecundo. ff. de iurisdict. omnium iudi.

2.
a Mixtæ exceptiones.

6 Mixtæ [a] sunt, quæ tam coram seculari, quàm coram ecclesiastico iudice proponi & probari possunt: & de hic tam vnus quàm alius cognoscit: vt exceptio sacrilegij. Gloss. in dicto cap. cum sit generale. Idem in exceptione iuramenti, vt obseruetur: quia tunc est mixti fori. De seculari patet in capi. licet mulieres. de iureiurand. in sexto. De ecclesiastico in cap. fina. de foro competen. eod. lib. idem tenet Alexander consilio xxxix. numero tertio. in quarto volumine. idem Felin. in capit. ij. numero vigesimooctauo. versic. tertia conclusio. de rescriptis. & melius per Alexand. consilio clj. in vij. volumine. quod limitat Maleretus in tractatu de elec. fol. xxx. col. iij. vide Sozi. consi. cxix. præsuppositur. in iiij. volum. & Curtium consi. lxvj. super. Exceptio adulterii, est etiam mixti fori. de seculari patet in capitu. cum sit. & ibi doctores de foro competen. & ibi vide alias. & in leg. quotiens. C. de iudi. & in dicta leg. Titia. Idem quando agitur de reparatione ecclesiæ. nam & ecclesiasticus & secularis est competens: per textum in l. hereditas. ibi, principali vel pontificali. de petitio. hereditatis ff. & Benedic. in repetit. capitu. Raynutius. in versic. si absque. in secundo, numero xxxv. in substitutione fideicommissaria. de testamen. Alexand. consilio. clxx. in secundo volumine. & in stylo parlamenti in parte quarta, arresto ducentesimotrigesimoseptimo. & ibi in additio. Notandum est nomen, quòd si laicus vulnerat clericum vel verberat, crimen est mixtum, secundùm Ioannem Baptistam in repetitione l. cunctos populos. colum. xiij. de summa trinitate. C. & dicitur Christum crucifigere, qui sacerdotes persequitur. ca. nulla. in fin. ij. quæstion. j. Lucas de penna in l. nihil. C. de pala. sacra. largitio. libro duodecimo.

3.
b Seculares exceptiones.

7 Seculares, [b] quæ ad cognitionem iudicis secularis spectant: & de his iudex ecclesiasticus non se intromittit, vt si agatur actione reali, & inter laicos (idem tamen in clericis) coram iudice ecclesiastico. nam potest excipi vt coram iudice laico agatur: per textum in capitu. quo iure. viij. distinct. & cap. cum deuotissimam iuncta subscriptione quæ reginæ Galliæ dirigitur: & illa de possessione cognouit. & capitu. sequen. ibi, & vestra regia dignitate. xij. quæstio. ij. Et quicquid sit de iure, in Francia tamen obseruatur clericos in realibus conueniendos coram seculari ex consuetudine tanti temporis cuius memoria non est in contrarium, secundùm Ioann. Fab. in Auth. statuimus. C. de episco. & cleri. & in §. fina. Inst. de satisda. Panor. in capitu. qualiter. de iudi. Patruus meus Iaso. Rebuffi in leg. viros. de pala. sacra. largi. lib. xij. C. Aufre. in repe. clemen. prima de offi. ordi. col. lxxvj. in parua impressione. Idem tenet Benedic. in repe. capitul. Raynutius. in versi. & vxorem. numero. cccxxj. de testa.

stita. & in magno consuetudine in rubrica des cas qui peuuent toucher le Roy, & l'euesque. vers. si l'official. & Ioan. Masuer. in rubrica de iudicibus. in principio dominus meus & conciuis do. Nico. Boer. in consuetud. Bitur. in §. x ij. de iurisdictione omnium iudi. & de hoc fuerunt prolata multa arresta: vt habetur in stylo curiæ parlamenti in quarta parte, arresto xv. & xvj. Imò capitulum sancti Maximini fuit in ducentis libris condemnatum, quia de actione reali cognouerat: vt habetur ibidem arestor. clxxv. & in quæst. per arresta. quæst. quadragesimaquarta. vbi Parisiis fuit per supremam curiam pronuntiatum anno. M.cccLxxxiiij. & idem. quæst. clxxix. arresto vltimo. Idem de possessorio hoc in regno solus index secularis cognoscit. capit. causam secundam qui filij sint legitimi. Guido Papæ in decisio. del final. quæstione prima. Ioan. Ferol. in tractatu de iuribus regni Franciæ in xj. priuilegio. & in d. stylo parlamen. arresto clxxv. Item de omni crimine priuilegiato: vt læsæ maiestatis, falsæ monetæ, saluæ guardiæ, & portus armorum, & aliis similibus. secundum Benedict. vbi supra numero cccxxxv. & amplè Ioan. Feraldus in d. tracta. de iuribus & priuilegiis regni Francorum per totum, maxime xix. priuilegio, vb. multa allegat. & Cigaul. in tracta. suo de bello Italico in capit. regali. Errant tamen aliqui iudices seculares volentes quoslibet clericos punire pro portu ensis, vel quorumlibet aliorum armorum, cum non committant crimen portus armorum: sed in magno consuetudinem declaratur tunc committi illud crimen in rubrica des droictz royaux, versicu. Item auront lesditz baillifz & lieutenant & non autres, la cognoissance, punition, & correction des crimes de leze maiesté, port d'armes noble, qu'est a entendre quand ilz auront compaignie de gens garniz d'autres armes que d'espees, cousteaux, ou bastons, &c. & in versicu. item plusieurs in rubrica des gens non mariez. & Feraldus vbi supra, dicit tunc committi quando villa contra villam, dominus castri contra alium cum armis & conductione gentium: non tamen si duo se verberant: quod bene not. & de crimine priuilegiato vide in quæst. per arresta. quæst. clxxviij. arrest. vndecimo. & in stylo parlamen. in vij parte, rubrica de accusa. ordina. decima. Iacob. de bello visu in repet. §. contrahentes. capit. Romana. numero nonagesimosecundo. de foro competenti. in sexto. d. Boer. in tract. de seditio. sexto. præsuppos. in fi. folij. xx. Maleret. in d. tracta. de elect. fol. trigesimoprimo. colla iij. Item in petitione Laudimiorum secundum dom. Bartholom. de Chassa. in consuetudine Burgund. in rubrica des censes in §. primo in Gloss. j. numero nono. & sequentem idem dicentem in arreragiis: vt habetur in quæst. per arresta. quæst. i. Sed contrarium fuit dictum Tolosæ, vt in eius stylo continetur, arresto xix. ideò concordat, quòd quando promissio arreragiorum interuenit, quia reus promisit d. arreragia soluere, tunc iudex ecclesiasticus cognoscit & ita intellexerunt domini consiliarij Tolosani & Parisienses: vt habetur in quæstione per arresta. quæst. lxxxviij. Secus si aliqua promissio non interuenerit: quia tunc solus secularis cognoscit. & ita intelligitur. quæst. l. arrestorum Parisiis. hoc tenet Ioan. Masuer. in rubrica de i. di. in princip. & casus in quibus gentes regiæ cognoscant contra clericos, ponit dom. Bartholo. de Chassa. in consuetudine Burgund. in rubr. ca des iustices. in Gloss. & droictz d'icelles. numero cj. & §. v. Gloss. s'il n'a grace. numero octuagesimo. cum sequen. & Aufre. in suo tracta. casus in quibus iudex secularis, & c. & an clericus possit banniri per secularem iudicem, Ioannes Galli vbi supra. quæstione sexagesimasexta. & tribus modis dicitur negotium seculare: vt tenet idem dom. Chass. in rubrica des iustices in §. sexto. Gloss. Messiers. numero trigesimosecundo. Idem si seruientes regij verberentur, vel ostiarij parlamenti officiendo: quia tunc curia suprema cognoscit. & in materia prouisionali: secundum Vincentium Cigault. in allegationibus suis. in ver. capitulum regale. quod ego intelligerem, quando essent seruientes curiæ supremæ, vel ostiarij, vel officiarij, vel executiones facerent pro eadem curia: aliàs secus per supradicta.

a Tertia diuisio. not.
b Dilatoriæ exceptiones.

8 ¶ Tertia [a] succedit & principalior diuisio, quòd exceptionum quædam sunt dilatoriæ, quædam anomalæ, mixtæ, quasi peremptoriæ & peremptoriæ. ¶ Dilatoriæ [b] sunt quæ per actionem differunt. l. secundo. §. fina. ff. eodem. & in §. appellantur. & ibi doctores. Iustitut. eodem. & in duplici differentia reperiuntur: quia quædam sunt meræ dilatoriæ, quædam iudicij declinatoriæ. ita Glossa in capit. si quis episcoporum. iij. quæst. vj. Petrus de Ferra. in practica sua in forma responsionis rei conuenti. in ver. saluis aliis exceptionibus.

c Dilatoriæ meræ exceptiones.

9 ¶ Dilatoria [c] mera, est dilatoria solutionis: vt si fecisti mihi pactum de non petendo vsque ad certum tempus: si ante petis, habeo exceptionem per quam possum solutionem differre. leg. tertio. §. primo. ff. eodem. vel si sim condemnatus in actione personali, & ante quatuor menses conuenior: possum per exceptionem differre solutionem vsque ad quatuor menses. leg. secunda. & leg. debitoribus. ff. de re iudicata. & ibi doctores. leg. secunda. C. de vsu. rei iud. catæ. capit. quod ad consultationem. de re iudicata. idem in dote quando in pecunia consistit. leg. vna. §. exactio. de rei vxor. actio. e. & Speculator. eodem titu. §. nunc videndum. in principio. & quando ante tempus petitur, inducie temporis restantis debent duplicari: per textum. & ibi est communis opinio doctorum in §. sed hodie. Institut. eo. doctores in leg. init. de iure fisci. libro decimo. C. Vber. de Bonacurso in rubrica quibus modis suo nomine agen. ciuiliter. & ibi in additio. ad eum ponit quatuor limitationes in verbo, impediuntur. vide Aufre. in decisione capellæ Tolosanæ quæstione ducentesimaseptuagesimanona. & præpo. in capitulo ex parte. in secundo. columna. secunda. de appell. Et istas quis debet proponere ante litem contestatam: sed eas non tenetur probare, nisi intentione actoris fundata. leg. exceptionem. & ibi doctores. C. de probationibus. l. si quidem. C. eodem capit. primo. de litis contestatione. in sexto capit. cum venerabilis. ibi. idem nondum episcopi intentione fundata præpropere, &c. de exceptionibus. quod intellige & declara vt per additionem ad Vbertum de Bonacurso in rubrica de impedimen. & exceptio. ver. attende. tamen. Et si opponens exceptiones in harum probatione deficiat, poterit statim in expensis condemnari: per textum & ibi doctores, maximè Philippus in secunda not. in capitulo primo. versi. si quis igitur eodem titulo, in sexto. Et si non sint oppositæ in causa principali, in causa appellationis opponi possunt minime, secundum Felin. in capit. cum Ioannes. numero vigesimonono. de fide instrumento. nisi redderent iudicium retro nullum, secundum Philippum in capit. licèt. columna secunda. de appellationibus. in sexto. & aliis in casibus positis per Felin. in capit. ad audientiam. in secundo. numero decimotertio. versic. omittens dilatoriam. de rescriptis. Quia pars litem contestando dicit se velle litigare, vel se velle præsumitur, cum nil dicat contra ingrediendo negotium: sed dilatorias proponendo dicit se nolle litigare, saltem tacite, cum veniat ad iudicium differendum: & sic ex propositione istarum post litem contestatam resultaret quædam contrarietas. capitu. cum causam. & ibi not. de appellatio. meritò tanquam sibi contrarius non debet audiri: per textum in capitulum. solicitudinem. de appella. in leg. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. leg. Titio. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Panormita. in capitulo. exceptionem. numero decimo de exceptionibus. Limita tamen quod dicimus, videlicet quod ante litem contestatam proponantur in nouem casibus positis per Alexandrum. leg. ita demum. Cod. de procuratoribus. & ibi Iason multos alios addit. & Felin. in capitulo exceptionem. & ibi alij eodem titulo. Dominic. & Ioan. de turre cremata, in capitulo si quis episcoporum tertio quæstione sexta. Anto. de Tremolis in additio. ad Vbertum de Bonacurso in rubrica de impedimen. & exceptionibus quæ contra rescript. versiculo, & quid si iud. x. & Petrus de bella Pertica in suis quæstionibus. quæstione vigesimaseptima. Alexanderia leg. si mulier. ff. soluto matrimonio. Et si iudex denegauerit eas admittere, debet pars appellare: aliàs eas non potest amplius proponere, etiam si protestatio interuenerit, contra Gloss. in capitulo ex conquestione. de restitutione spoliatorum: quam reprobant Anton. de Butrio. Areti. & alij in capitulo tam litera. de testibus. Dominus in capitulo, in primis. §. quia igitur. secundo. quæstione prima. Præpo. in capitulo, ex parte. in secundo. column. secunda. de appellationibus. Si tamen contineret notariam falsitatem, non esset per iudicem admittenda: per Glossa. & ibi doctores. & Philippus in capitulo, statutum. in principio, in verbo copia. de rescriptis. ¶ Et breuiter nota, quòd omnis exceptio quæ non perpetuò, sed ad tempus impedit, est dilatoria: vt tenet Bartolus in leg. tertia. ff. eodem. & Nicolaus Milius in reper. in verbo, exceptio ordinis. Bartol. Iason. & alij in l. eum qui §. qui ita stipulatus. in fine. ff. de ver. obligationibus.

Formam proponendi vide per Speculatorem in titu. eo. §. viso. versi. & nota quod omnes dilatoriæ.

a Dilatoriæ non meræ, sed declinatoriæ iudicij declinatoriæ.

10 Aliæ [a] sunt declinatoriæ iudicij: & istæ etiam sunt dilatoriæ, per Glossam. in leg. tertia. ff. eodem. & in leg. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratoribus. Panormitanus in capitulo pastoralis. numero decimoquinto. & Felinus columna quarta, eodem titulo. Dominus in capitulo vt circa. in verbo. alioquin. de electionibus in sexto. Præpo. in capitulo si duobus. columna quinta, & sequenti. & capitulo, interposita. de appellationibus. Et istæ debent proponi, & probari ante litem contestatam: quia natura earum (paucis exceptis) non est reddere iudicium inutile, postquam est fundatum, secundum Baldum in leg. exceptionem. numero tertio. Codic. de probationibus. nec iudex potest eas reseruare post litem contestatam, nisi de expresso consensu partium: quia iudiciarium ordinem non potest mutare, secundum Alexandrum, consilio centesimooctuagesimosecundo, columna secunda, in sexto volumine. Aretinus consilio septuagesimotertio, columna tertia. vide Aufre. in decisione capellæ Tolosanæ quæstione centesimanonagesima. Et hæc est multiplex, vt in typo patet, & infra declarabitur. Cautela tamen est, si velis excludere aduersarium ab opponendo istas, vt facias interrogari eum per iudicem, an velit litigare: & si respondeat quòd sic, amplius non poterit declinatorias opponere, & hoc si sciebat sibi competere: vt tenet Cepol. in cautel. cxx. & Cano. per illum textum in capit. primo. de iudiciis. & Nicolaus Milius in verbo, exceptio declinatoria iurisdictionis. Sed vt te defendas ab ista cautela, constituas procuratorem ad respondendum saluis exceptionibus tuis: vel

protestetis respondere suis exceptionibus, & hoc tenent doctores in capitulo primo de iudiciis. & ibi p. de ripa. ¶ Notandum est tamen, quòd si aliquis se submittat parere mandatis curiæ, non poterit iudicium declinare, *secundum Paulum, & alios in leg. prima. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* & illa submissio quam facit quotidie captus se submittendo misericordiæ curiæ, non valet, nisi fiat ei misericordia: & ideò appellat. & omnia agit tanquam non esset submissus, exceptis declinatoriis, *per textum & ibi doctores in cap. fine. de renuntiationibus. Corset. in repe. in verb. verba testam. Guido papa in sua decisio. quæstio. cccxxv. & ibi vide de aliis submissionibus. & in capit. veniens. ibi, se gratia capituli commisisse de renuntiationibus.* & hæc declinatoria non habet locum coram principe *Bal. in l. proxime. in fin. ff. de his quæ in testa. delentur.*

11 Prima competit ratione iudicis [a]: & hoc tripliciter. 1 Primò respectu amoris vbicunque verisimile est in coniecturis, quòd vna pars sit magis dilecta quàm altera: & tunc iudex recusatur: *vt tenet Antonius de Butrio, si capitul. postre. ms, & ibi Præpo. coll. tertia. de appellationibus. & no. in capit. accedens. in secundo, vt lite non contestat. capitulo, ad hæc. de rescriptis. capitulo cum R. & ibi doctores de officio delega.* vt si sit pater, vel consanguineus actoris. nam poterit iudicium declinare, *per textum in leg. qui iurisdictioni. de iurisdictione omnium iudicum. ff. & ibi doctores.* & hoc in septuagintaquinque casibus positis per Præpositum *in capitulo postremo. de appellationibus.* 2 Secundo respectu odij, quando apparet quòd iudex alteram partem odio prosequitur. capitul. cum super. & ibi glos. & doctores de officio delegati. 3 Tertio ratione indifferenti, & non ratione odij, vel amicitiæ: sed alia ratione, vt quia iudex est infamis, excommunicatus, furiosus. *leg. neque famosi. C. de dignitatibus. libro duodecimo.* etiam infamia facti. *leg. secunda. ff. de senatoribus. doctores in capitulo scisitatus. de rescriptis. & leg. cum lege. ff. de arbitris. lege quidam de re iudicata. & leg. cum prator. ff de iudi.* & primus actus debet esse legitimatio iudicis, & prius in eum debet opponi, *secundum Felinum in capitulo inter. collum. secunda & sequen. de re iudicata. & Vbertus de Bonacurso, in rubrica de recusationibus, in versiculo, & quæquam. & ibi in additio. ad eum. Philippus in capitulo si contra vnum. & capitulo iudex. de officio delega. in sexto.* Si tamen exceptio suggillat seu notat famam iudicis seu honorem, vt quia opponitur quòd est infamis, vel seruus: tunc superior de illa cognoscit, vt arbitri eliguntur, *secundum Bartolum, Alexandrum, & alios in dicta leg. quidam. de re iudicata. & Cano. in capitulo. cum super. de officio delega. & in capitulo super litteris. de rescript. & in capitulo primo eodem titulo in sexto. & in capitulo si contra: & ibi Philippus in secunda not. de officio delega. eodem libro. Nicolaus Milius in repert. in verb. exceptio excommunicationis contra & ca.* Hæ tamen non sunt propriè exceptiones, *per gloss. singu. in capitulo quoniam. in verbo, exceptiones, de probationibus. & secundum Felinum in rubrica eiusdem tituli, de except. & sequenter dicto. in dicto capitulo quoniam. & addi. ad Vber. de Bonacurso, in rubrica de impedimento. siue exceptio. coll. quarta.* licèt aliqui intelligant in delegato, non in ordinario. Sed & alia quæ contra iudices possunt opponi, *vide per Nepo. de monte Albano in libros qui fugitiui nominantur. capitulo exceptiones contra iudices. & Specul. in titulo de iudice delega. in §. penultimo & vltimo. & Angelus in institut. eodem. §. præterea. in secunda collum. est tractum sequen. Vber. de Bonacurso in practica sua, rubrica quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur.* Formam proponendi *vide per Specul. in titulo eodem. §. viso. versi. n. si vero contra. & Petrum de Ferrariis in sua practica, in forma libelli de declina. iurisdictio. alicuius iudic. per totam illam formam libelli. & Bartolum & alios in leg. prima. de testamen.* & quando valeas processus si non opponatur, *vide plenè Panor. Felin. & Decis. in capit. scisitatus. de rescriptis.*

12 Aliæ competunt ratione actoris [b]: vt si quis agit contra me, excipiam quòd est bonis ei interdictum ratione prodigalitatis. Item est demens, surdus, furiosus, fatuus, vel mulier luxuriosa: *per text. in §. præterea. versicu. item in furiosi. Institut. quibus non est permissum facere testamen. leg. prima. §. fina. cum leg. sequen. ff. de postulan. leg. consilia. ff. de curato. furiosi & l. & mulieri. illo titulo.* & vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem & mulierem luxuriosè viuentem testari, scilicet quòd eis bonis facias interdici. *leg. & mulieri. de cura furio. ff. ponit Tho. Ferra. cautela sexta. & Benedic. in repetitione capitulo Raynutius. in ver. mortuo in primo numero tricentesimo decimoprimo. de testa.* ponit de triplici prodigalitate. Alia quæ contra actores possunt opponi, *vide per Vber. de Bonacurso in practica sua. rubrica quibus modis suo nomine agentes ciuiliter per totum. & Specul. in titulo de actor. in §. primo. & Nepo. vbi supra rubrica de except. contra actore. Angel. §. præterea. iam allegato.*

13 Aliæ competunt ratione rei [c]: vt quia legatus missus in legatione conuenitur. nam potest excipere, & iudicium declinare. *leg. ij. §. legatis. ff. de iudic.* & aliis modis ibi positis per textum & doc. Quod intellige si illud priuilegium allegetur. aliàs non competet. c. si. ibi, quam si tunc allegasset. de foro comp. *text. in leg. iuj. §. hoc autem iudicium de damno infecto in cle. consum de cle. capit. primo de sepul. in sexto. Guido Papa in sua decisio. quæstion. cccxj. & Alexand. consuet. xcvj. in quarto volumin. Ioan. Mata. vulgo Riminaldus in leg. secunda numero x. de bono. possess. contra tab. C. Iason. in vniuersa. de preci. impera. offer. & leg. scimus. de offi. o. testamen. Tho. Parpalia in repet. leg. si quis maior duodecimo. no. de transact.* Tenebuntur tamen tales conuenti promittere quòd coram suo iudice se præsentabunt. *l. secunda. §. sed dubitetur. ff. de iudi.* Hodie tamen non competit hæc exceptio, si conueniatur in curia Romana, *vt tenent de Io. de Rot. decisione centesima decimaoctaua. in antiquioribus.* Alia quæ possunt opponi contra reum, *vide per Specul. in titulo de reo per totum. & Vber. in rubrica quibus modis examen. ordinari. iudi. verb. ratione rei.* ¶ Potest etiam opponi mixta consideratione: videlicet iudicis & actoris, vel iudicis & rei: *per textum in leg. Iulianus ait si alter. ff. de iudic. & Vber. vbi supra ver. si.* Sed intendo cum superioribus simplicibus comprehendere: licèt mixtum sub simplicibus regulariter non comprehendatur, *per Gloss. & docto. in leg. secunda. ff. de verborum obligation. Ang. & Iason. in §. primo. Institut. de actio. Alberic. in tracta. si stu. in quæstione vigesimanona & trigesimatertia in secunda parte. Alexand. consilio. cxxj. in secundo volumine. & consil. lxxxij. in tertio volumine. & Ioan. de monte Ferreto, in repetitio. l. Gallus. §. & quid si tantum coll. xx. & ibi Forta. ff. de liber. & posthum.*

14 Aliæ competunt ratione syndici [a]: vt si fortè aliquis tanquam syndicus agit: in cuius constitutione non fuerunt inserta legitimè nomina constituentium in instrumento: prout debet fieri. *l. fina. & ibi Barto. & patruus meus Rubuffi, vendend. reb. ciuita. libro vndecimo. C. Barto. in leg. fi. de præd. curiali, libro decimo.* nisi essent tot constituentes, qui non possunt in pelle pergameni describi. quia tunc sufficit quòd notarius apponat quòd maior pars vel sanior constituit, *secundum Ioan. Fab. in §. fina. Instit. t. de cura. Alexand. consil. primo. in tertio volumine. Barto. in l. prima. de albo scribend. ff. Bald. in leg. j. de rebus eorum qui sub tutel. vel cura sunt. & in l. ciuitas. si certum petatur. Lucas de Penna. in leg. fina. C. de legatio. libro x. Oldr. consilio. c. in executione. Imol. in capit. quanto. de his quæ fiunt à præla. Barb. consilio decimooctauo. difficile. in tertio volumine. Iason. in l. placet in secunda lectu. numero decimo quinto. C. de episcop. & cleric.* 2 Item potest opponi, quòd est constitutus à consilio non cōgregato, tuba, cornu, campana, vel nuncio ad hoc specialiter deputato ex prioris commissione vel superioris regentis collegium vel vniuersitatem. *Gloss. & ibi doctores in l. secunda. de decu. libro decimo. & in l. actuarios. de actua. libro duodecimo C.* 3 Vel opponitur quòd non est constitutus à duabus partibus vt oportet. *l. nulli ff. quod cui. sque vniuersita. no. l. planè. de decre. ab ordi. facienda & l. nominationum. de decurionib. libro x. Alexand. consilio. ccx. in principio in vj. volum.* 4 Alias exceptiones quæ possunt opponi contra syndicos actores & œconomos, *vide per Nepo. vbi supra cap. contra procurator. s. syndicos. actores. & œconomos. Vber. de Bonacurso in practica sua, in rubrica de exceptio. opponendis syndi. vel actoribus. Specu. in titulo de syndico. Canonistas, in capitulo vno de syndico. Angel. in §. præterea. saepius allegato. columna vigesima quarta. & dom. Bartholom. de Chassan. in consuetud. Burgundiæ, in rubrica des foreitz. §. vj. in fine.*

15 ¶ Ratione procuratoris [b] aliæ opponuntur: & istæ procuratoriæ vocantur. *leg. tertia. §. procuratoria. ff. eodem. §. præterea. Institut. eo.* & vij. modis potest opponi, 1 Primò, respectu constituentis: quia à minore vigintiquinque annis est constitutus sine curatore. *l. neque C. de procurato.* 2 Secundo, ratione eius qui constituitur: quia miles, surdus, mulier. *leg. filius familias. §. milites. & l. mutus ff. de procuratoribus.* 3 Tertio, respectu actionis: vt quia est criminalis, in qua non potest procurator interuenire. *leg. penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iud. l. seruum. §. publice. ff. de procuratoribus.* quod verum, quando reus non est captus. secus si detineatur in carceribus: quia tunc procuratorem constituit ad se defendendum: *vt tenent Barto. & Imol. in dicto §. ad crimen. & Philippus in capitulo primo. numero sexto. de iudic. in sexto. & domi. de Rota, in decisione ducentesima prima. in nouis. & vide dominum Bartholom. de Chassan. in consuetudine Burgundiæ, in rubrica des droictz. & cætera. in numero vigesimosecundo. §. quinto. Glossa. des droictz.* Item potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum: vt quòd libellus inquisitionis non procedat: vel quòd iudex non potest inquirere, vel actor accusare, & similes, *secundum Bartol. in dicto §. ad crimen. Alexand. in consilio centesimo vigesimooctauo, colle. fina. in sexto volumine.* Hodie verò in regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum criminaliter: *vt tenent Benedict. in versicu. & mortuo in primo numero cc. de testamen.* excepto procuratore regio secundùm eum, qui est magnus magister, *vt Ioann. Fab. attestatur in §. fina. institut. eodem.* 4. Quarto opponitur de cautione non præstita: *vt l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib.* 5 Quinto ratione formæ: vt quia non est constitutus ad defendendum.

Marginalia: [a] Iudicis. [b] Actoris. [c] Rei. [a] Syndici. [b] Procuratoris.

dum, sed agendum, *secundùm Specu.in titulo de procurato. §. ratione autem formæ.* 6 Sexto, ratione officij: vt si tutor vel curator contra pupillum vel adultum suum actiones suscipiat, vel cessionem illarum: vel constituatur procurator. nam poterit opponi contra: *vt in Authen. vt hi qui obliga. se perhibent habe. res mino. in princip. colum. sexta leg. frater. & ibi not. ff. de condict. indeb. leg. altius. ff. si seruitus vindicetur.* 7 Septimo, ratione causæ: vt si constituatur à masculo ad ætatis veniam impetrandam, vel ad actionem popularem: vel si est procurator generaliter constitutus, & in integrum restitutionem petat: vel velit intentare interdictum de liberis deducen. in quibus non sufficit mandatum habere generale *leg. secunda. de his qui veniam eta. impetra. C. & leg. secunda. ff. de public. iudic. leg. licèt. C. de procurato. hoc sequitur, Vber. de Bonacurso in sua practica. rubrica de exceptio. procurato. per totum. & ibi vide alia quæ contra procuratores possunt opponi: & per Nepo. vbi supra capit. exceptiones contra procuratores. Specu. in titulo de procuratoribus. Angelus in sæpe allegato §. præterea. in secundo. columna decimaseptima. Institut. eodem Glossa. in capit. primo. in verbo absentia. de electio. in sexto. & ibi doctores. vide Alexandrum in suis consilijs, consilio septuagesimosecundo. in quarto volumine & consilio lxj. in v. volumin. Barba. consil. lxxvij. column. v. in volumin. ij.*

16 Aliæ competunt ratione rescripti: vt si quis impetrat rescriptum super obligatione antiqua, vel actione, quæ ante rescriptum competebat: possum contra rescriptum exceptionem opponere: & dicitur dilatoria: quia licèt rescriptum perimat, non tamen obligationem vel actionem antiquam. si verò ex rescripto actio orietur, vt quando super beneficiis impetrantur rescripta: si exceptio contra rescriptum opponatur, dicitur peremptoria gratiæ: *vt tenet Specu. in §. dicto versiculo, sed quæro de exceptione. eodem titulo & Hostien. in summa huius tituli. §. quæ sit exceptionum. versiculo, quædam contra rescriptum.* Notandum est tamen, quòd contra rescriptum variis modis potest excipi. 1. Primo, ratione falsi: *vt cap. ad falsariorum. & capit. quàm graui. & per totum de crimine falsi.* 2 Secundo, ratione formæ: quia non est impetratum secundùm formam vel stylum curiæ. nam in illo papa vocat episcopos filios, vel reges fratres: vel se ponit in singulari: *vt ponitur in dicto capitulo quàm graui.* 3 Tertio, ratione impetrantis: vt quia seruus. *leg. prima. C. de precibus imperat. offeren. vel excommunicatus. capit. primo. de rescriptis. in sexto.* 4 Quarto, ratione eius contra quem impetratur: vt si impetratur contra priuilegiatum nõ faciendo mentionẽ *de priuilegio, capitulo cum ordinem. & ibi doctores de rescript. Glossa. in capit. primo. illo titulo.* vel ille contra quem impetratur, erat mortuus. *leg. penultim. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindan. Iaso. in leg. eius versiculo. quod si stipulatum. ff. si certum petatur.* 5 Quinto, ratione ad quem impetratur: vt quia impetratus non est in dignitate, *iuxta textum in capit. statutum de rescript. in sexto.* vel est excommunicatus. *in capit. intelleximus. & ibi doctor. de iudi. in capit. decreuimus. de sentent. excommunication. in sexto.* 6 Sexto, ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: *vt in titulo de fil. presbytero.* vel aliud quo expresso literas non obtinuisset. *capit. super literis. de rescript.* vel non ita deleni. *cap. ij. pe[illegible] in fin. illo titu[lo].* 7 Septimo, potest opponi contra rescriptum ratione causæ: vt si est obtentum à principe seculari super decimis, vel econtra, *licèt. & ca. ex tenore. & ibi doctor. de foro competen.* Item causæ continentiam diuidit, contra *l. nulli. C. de iudic. & capit. primum de causa possess.* ¶ Et ista continentia potest tripliciter opponi. 1 Primo, ratione actionis: vt quia est generalis multa comprehendens capita: vt tutelæ, pro socio, negotiorum gestorum: *vt dicit Glossa. & docto. in dicta leg.* 2 Secundo, ratione personarum: vt quia sunt plures socij, vel plures heredes indiuisi. nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio, *leg. j. & secundo. ff. de quib. rebus apud eundem iudicem agatur.* & habet locum ille titulus non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, *secundùm Ias. in dict. leg. nulli.* Et ideò vnam cautelam ponit Thom. Ferrat. *in cautel. decimo & Hippol. de Marsilijs in singul. clxxx. & refert dominus Chassan. in consuetud. Burgund. in rubrica des iustices. in §. v. in Gloss. s'il n'a grace. numero lxx. & Felin. capit. j. numero sexto. de præscrips.* Hoc plenè ponit multa allegando & ordinatè more suo dominus meus & conciuis dom. Nico. Boer. *in consuet. Bitur. in §. decimo. de iurisdict. omn. iudic.* quòd si plures vulnerauerunt vel interfecerunt vnum: si vnus illorum sit clericus, omnes iudici ecclesiastico sunt remittendi, ne causæ continentia diuidatur, *& dicit dominus Chassan. vbi supra vidisse* hanc cautelam in ducatu Mediolanensi obseruari in casu emergenti, & est cautela pro amico. *Sexi. consuet. xij. col. v. in j. volumin.* 3 Tertio, ratione subiecti: vt quando duo iudicia ad eundem finem tendunt: vt possessorium & petitorium. nam iudex possessionis facilius expediet petitorium quàm alius, *secundùm Glossa. & ibi Io. Roger. in dicto capit. primo. de cau. pos. & Vber. de Bonacurso in rubrica de impedimen. & excep. quæ contra rescript. versicu. vel quod, &c. & ibi in addi. ad eum.*

¶ Alia quæ contra rescriptum possunt opponi, ibi vide, & Nepo. *vbi supra in ca. j. Specu. in tit. de rescri. præsentia. per totum Ang. in praedicto. §. præterea. col. iij.*

17 Formam pronuntiandi super istis exceptionibus, *vide per Specu. eo. tit. §. viso. versic. præsixo. ibi forma interloquendi. & Vber. vbi supra.*

18 Aliæ competunt ratione loci [a]: vt si aliquo loco soluere promisit quis, & alibi conuenitur: poterit excipere de loco solutioni destinato: vt ibi conueniatur. *capitulo vno. & leg. vna de plus petitioni. §. plus. & ibi Iason. plene Institut. de actionibus.* Nisi promittens in loco illo nollet se reperire, *per textum & ibi not. ff. de eo quod certo loco.* Vel dicit se non posse conueniri extra ressortum, aut regnum, vel locum non insignem. *in capit. Statutum. de rescriptis. in sexto. & Guido Papa quæstione quingentesima decimaoctaua. Ioan. Fab. in §. appellantur. columna tertia. Institut. eo.* Vel extra territorium & locum maiorum. *in leg. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. capit. fin. de constitut. in sexto. l. prima & ibi not. ff. de iudic. Vber. in rubrica de impedimen. executio. & can. nullita. versiculo septimo. si iudex.*

19 Sunt & aliæ quæ competunt ratione temporis [b]: vt si die feriato conueniat, de feriis excipere possum, & declinare iudicium ratione temporis feriati. *lege prima. & per totum ff. & C. de fer. & in decreta. illo titulo.* vel si conueniat de nocte. *capit. consuluit: de officio delega. leg. non minorem. C. de transact. & ibi Ias.* vel potest excipi quòd alio tempore tenetur, *in capit. j. de plus petitio.* & iura in proximæ cellulæ declaratione allegata: & primus qui ferias Latinas inuenit, fuit Tarquinius superbus: *vt tenet dominus Ayma. Riualli. in histo. iur. ciuilis libro primo, cap. final.* quod ego intelligerem ferias Latinas, quæ apud Romanos fuerunt. sed ferias in honorem dei introductas dicerem esse de iure diuino, prout quæ habentur *Gene. ij. circa princ. & Exo. xx. capit. & ad Hebræos. quarto capit. & ita Syluester de Prierio in sua summa, in ver. dominica. tenet.* Quot sint genera feriarum, ponunt *Azo & Hostien. in summa de feriis. vide Vber. in rubrica quibus modis suo no. ciuiliter agentes, in versicul. item reiicimtur actores. & ibi in additio. ad eum. Lanfra. in repe. cap. quoniam. in verbo, dilationes, de proba. text. Gloss. & doct. in clem. sæpe. in princ. de verbo. significa. Ange. de Clauasio in sua summa, in verbo, feriæ. & Specul. in titulo de feriis, quos vide.*

20 Sunt & aliæ quæ competunt ratione libelli [c]: vt si producas libellum ineptè formatum contra me, potero excipere, per text. in cap. examinata. de iudi. & alia quæ ponit *Specul. in titu. de libel. conceptio. §. iuxta propositionum ordinem. & Nepo. vbi supra: capit. exceptiones contra libellum. Lanfrac. in repe. capit. quoniam in verbo, petitiones. de probatio. doctor in capit primo. & per totum de libel. oblatio.* Et ista exceptio libelli inepti potest quandoque opponi, *per Glossa. singu. reputatam in versiculo secundo, Institut. de oblig. in princ. text. pro illa Glossa. in leg. nisi finita. §. si adhuc. ff. de tutel. & ratio. dicta. leg. fina. in ver. nihil agit. ff. de liberis & posthumis. & etiam post sententiam, secundùm Angel. consil. clxxviij. & cxcviij.* quia reddit iudicium retro nullum, *per text. in leg. si patronus libertam. ff. de iureiurando. l. licèt. C. de procu. Angel. consilio centesimosexagesimoseptimo:* cum ibi non possit esse iudicium vbi non est fundamentum. *in ca. cum Paulus, prima quæst. j. cap. final. de presbyter. non baptiza. l. legi. ff. de exceptio. rei iudic. Ita tenet Saly. cet. in leg. exceptionem. numero decimoquarto. de probation. Romanorum. consilio lxix. & Vber. de Bonacurso in d. pract. sua. in rubrica. quib. mo. suo nom. ciuiliter agentes. versicu. & generaliter. & ibi in addi. ad eum.* Secus in exceptione libelli obscuri: quia hæc ante litem contestatam proponi debet: *vt tenet Alexand. in leg. prima. not. j. ff. de eden. Docto. in leg. edita. C. illo titulo: & Maria. in capit. secunda de libel. obla.* Imò si ex libelli inspectione constat iudici libellum fore ineptum, tunc iudex ex officio potest reiicere, & dentibus lacerare. *l. j. ff. de offic. assesso. & Innocen. in cap. j. de offic. vicar. refert Panorm. in capit. cum inter. in fin. de consuet: & idem Panorm. in capit. j. numero. v. deposi. & capit. inter dilectos. numero septimo. de dona. cap. fina. numero x. de libel. obla. cap. dilecti. numero secundo. de iudic. c. ij. clericus. numero iiij. de foro compet.* ¶ Non tamen quod quando libellus est ineptus, seu non solennis, tunc nulla exceptio est pœnalis: & si reus tunc mentiatur se possidere, seu pro alio confitendo se possidere, cum pro se possideat, siue aliter calumnietur, non punitur si libellus sit ineptus: quod est notandum pro limitatione. *leg. fina. ff. de rei vindic. secundùm Alexan. per illum tex. in leg. prima. de his qui potentio. no. C. Rom. consil. ccccxij. & cccxix. Alexand. consil. clxxxvij. in sexto. volumin. Felin. in capit. ex tenore. column. iij. ver. de rescriptio. de rescript. Barba. consil. lxij. illud. column. ij. in j. volumin. Alexan. & Ias. in dict. leg. si patronus.* Hodie tamen propter ineptitudinem libelli, actionis, vel processus aut omissam iudicarij ordinis solennitatem, dum tamen ex petitione certa actio vel conclusio eliei possit, alia quàm per partes deducta & conclusa sit, & ex propositis & probatis certa possit ferri sententia: iudices sententiam ferre non omittant, *secundùm ordina. Philippi regis Francorum positam in stylo parlamenti in septima parte. sub titulo de libelli oblatio. & ordina. secunda quam ponit Gulielm. Benedict. in repet. capit. Raynutius. in verb. si*

Margin notes:

6 a Rescripti & ne continentia causæ diuidatur.

a Loci

b Temporis

c Libelli

absque in secundo numero xlix. de testamen. in substitutione fideicommissaria allegata.

I. a Fori.

20 Ratione fori [a] aliæ competunt: vt si absens de crimine accusetur, poterit eius procurator venire, & declinare iudicium & forum, allegando delictum in illo loco non esse perpetratum, vbi conuenitur eius dominus, *per text. in leg. seruum. §. publicè. ff. de procurato. de cuius text. intellectu vide Guido. papa in sua dec. quæst. cccxxxviij. Sexj. in regula cccxxj. in tracta. Fallen. Cepol. cautel. lxxvj. & cix. & cclij. Dec. in leg. in eo. §. nemo. ff. de regul. iur. & Alberic. in ij. parte statu. in quæst. xxvij. & cxx ij. Alexander. consili. cxvj. in secundo volumine. d. Bartho. de Chasse. in consuetu. Burgun. in rubrica des droits. §. v. gloss. es droits. numero vigesimoseptimo.* & idem si clericus coram seculari conueniatur, *in Authen. statuimus. C. de episco. & cleri. c. si diligenti. & c. significasti. de foro competen. & Vber. de Bonacurso. in rubrica quibus mo. suo. no. ciui. agen. versicu. item non audiuntur. & ibi in addi. ad eum.* & istam quis debet proponere ante litem contestatam, si sciat sibi competere. Sed si ignorat, post sententiam auditur opponendo, *per l. fin. C. eod. text. in c. quicumque. in primo. xj. quæst. j. & Spec. in eodem titulo. §. nunc videndum. vers. cæterum. dilatoria per text. in c. at si clerici. de iudi. Felin. in c. exceptionem. eo. titu. d. Barth. de Chasse. in consuetu. Burgun. in rubrica des iustices. §. v. in gloss. s'il n'a grace. numero quadragesimoquinto.* & quomodo perdantur, *vide Ioan. Masuer. in rubrica istius tituli. versic. item virtute.*

II. b Causæ.

21 Aliæ ratione causæ [b] competunt: vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundùm iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ. *cap. ex tenore. de rescript. & c. dispendia. eo titulo in vj.* & idem si sum obligatus sub conditione, & ante conditionis euentum creditor me conueniat, *vt per totum titulum de conditio. apposi. c. vno de plus petitio. leg. prima. C. de re vxo. actio.* Vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus, vel in caus. propria, vel de illa summa quæ iurisdictionem suam excedit. *leg. soles. & leg. prætor. ff. de iurisdictio. omnium iudi. ne quis in sua causa iudicet. C. leg. si idem. ff. de iurisdict. om. iudi. Vber. de Bonacurso in rubrica qui. mo. examen. ordina. iudi. declina. in vers. ratione causæ.*

III. c Anomalæ exceptiones.

22 Anomalæ. [c] sunt, quæ normam aliarum non sequuntur: quia possunt & ante litem contestatam & post opponi, licèt dilatoriæ sint: vt exceptio excommunicationis. *in cap. j. de except. in vj. & in clem. vna eo. titu. & in cap. exceptionem. eodem titulo in decretalibus. & idem tenet Petrus de Bella pertica in quæstione vigesimaseptima suarum quæstionum. Innocen. in cap. dudum. in ij. colum. prima de elect. & Felin. in c. non nulli. §. fin. de rescript.* Vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatoriæ & peremptoriæ possunt opponi, sed ex eo quòd etiam in vim dilatoriæ possunt opponi in qualibet parte litis, *secundùm Cardina. in clemen. vna. in tertia quæstione allegata.* Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ, declarat *Specu. in titu. eo. §. dicto. versiculo ho. quoque notandum est* dicens tunc peremptoriam in vim dilatoriæ opponi, quando reus dicit, tu non potes esse iudex in hac causa: quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo perpetuum: vel mihi detulit iuramentum, & ego iuraui nil sibi debere. Dilatoria opponitur in vim peremptoriæ quando quis dicit, non teneor dare tibi decem quæ petis, quia iudex coram quo me conuenis, est tuus amicus, vel rescriptum est surreptitium. tamen ista stare non possunt, cum habeant diuersos effectus: quia quod est dilatoriæ, scilicet differre, attribuunt peremptoriæ, quia habet perimere, vel econtra: quod non debet esse, nec sic debent misceri, *secundùm Specu. vbi supra.* Vel anomalæ possunt dici, quia possunt esse temporales & perpetuæ. *l. tertia. §. temporales. ff. eo. & ibi Albericus vide Hostien. in summa huius tituli. §. quæ sit. Angel. in rubrica columna septima. Specu. in §. primo. versicu. anomala. & §. nunc videndum. versiculo porro* & quia ista non vult sequi normam aliarum, ideò posui eam solam, vel quia excommunicatus nulli debet communicare. *cap. prima ibi. nullus eidem communicet. de iudi.* ideò eam posui solam ne aliis haberet communicare, & alios inficere. Item exceptio filiationis est anomala. *Lucas de penna. in leg. prima in fin. Cod. de dignita. libro duodecimo.* Formam opponendi vide *per Speculat. vbi supra. §. viso. versiculo sed quoniam.* Alias exceptiones vide in stylo parlamen. *in eodem titulo: in prima parte. §. de stylo. & in rubrica de adiornam. heredi. mortuo. & resumptio. arramento per totum. & Petrus de Ferrariis, in practica sua in forma libelli rei conuenti. in verbo, saluis aliis. & doctor. in capit. si quis episcoporum tertia. quæstione sexta. in §. primo.*

IIII. d Mixtæ exceptiones.

23 Mixta [d] sunt, quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione: dubium est an sit dilatoria, an peremptoria: quia si conditio eueniat, erit dilatoria: si non, erit peremptoria: in dubio tamen iudicatur peremptoria *per textu. in leg. sussi. it. & ibi doct. ff. de condict. inde. Speculat. eodem titulo. §. primo. text. gloss. & ibi docto in capit. fina. de rescript. in vj. & in capit. si gratiose. illo titulo. & ibi Alexandrum in leg. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio.* Consulit tamen idem Speculat. *in §. dicto. versiculo. quid de exceptione*, &c. quòd ante litem contestatam proponantur, & cautius. *idem tenuit Ioan. Fabri. in §. appellantur. in fin. Institut. eadem. & Vber. de Bonacurso in pract. sua in rubrica de peremptoriis exceptio. versiculo penultimo incipien. est exceptio.* Vel exceptiones dicuntur mixtæ, quia habent causam mixtam: vt exceptiones iurisiurandi, transactionis, vel aliæ litis finitæ. *leg. fratris Codic. de transactio.* Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ, dummodo legitimo tempore opponantur: ideò mixtam causam habere dicuntur. *leg. eleganter. §. primo. ff. de condictio. indebit. & ibi Bartho. & alij.* ideò eam in medio posui, cum sit mixta. Et quando dicatur opponi ad processum? dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo: non potes agere contra me, quia non habes actionem: vel, non competit tibi aliquod ius agendi, vel simili modo, *secundùm Stephan. Aufre. in decisio. capellen. Tolosa. quæstione sexagesimaseptima.* Ad meritu causæ hoc modo opponitur: nil debeo, quia solui: & ideò produco instrumentum solutionis. & hoc facit post litem contestatam: & tunc iudex discutiet iura vtriusque partis: & si reperiat exceptionem fore admissibilem, absoluret reum definitiuè. *ita declarant Bartolus & doctor. in leg. nam postea. in princip. quam legunt cum leg. ait prætor. §. finali. ff. de iureiurando. Bartol. in dicta leg. eleganter. & in leg. fin. ff. pro suo. & leg. cum quærebatur. iudicatum solui. Angelus in §. æque. columna penultima. & §. appellantur. columna decimanona. eodem titulo. Lanfrancus in verbo, exceptiones. columna mihi tertia. magnæ impressionis, de probatio.* Aliàs exceptiones litis finitæ vide *per Maria. Socij. & alios in capit. primo de litis contestat. & in capit. primo illo titulo. in sexto per Philip. xiv. & Alexandrum in additio. ad Bartolum. in leg. vir bonus. ff. iudicatum solui. Angelus in dicto §. æquè. columna quinta. & sequenti. Petrus de Ferrariis in sua practica in forma respon. rei conuenti. in versiculo quo ad impediendum processum.* Et sic exceptio triennalis possessoris valet, quòd in beneficialibus post triennium non possit quis inquietari nec in possessorio, nec in petitorio, per regulam pragma. sanctio. & concordat in rubrica de pacific. possessor. impedit litis ingressum in principio. seu processum: propter illud verbum, inquietari, seu molestari. *secundum do. Bartholom. de Chassan. in consuetudine Burgund. in rubrica des successions. §. decimotertio. in Glossa, par benefice d'inuentaire. in versiculo per hoc.* & ibi ponit alias exceptiones. *vide Bartho. consil. sexagesimosecúdo. colum. xj. in j. volum.* & breuiter omnis exceptio peremptoria de qua liquido constat, impedit litis ingressum. *Alexand. & Ias. in l. nam & postea. in princip. & §. sed & si quis. ff. de iureiurand.*

V. e Quasi peremptoriæ.

24 Quasi peremptoria est, quæ contra personas testium opponatur, non dico definiendo, sed declarando: & in hac arbore solùm declaro, non verò quòd ponam definitiones quidditatiuas, & ideò non turberis. & quatuor sunt quæ contra testes possunt obiici, crimen, infamia, suspicio, & macula manifesta. *secundùm Panormit. in cap. j. not. tertio eodem titulo.* Et ideò dicitur quasi peremptoria, quia directè non perimit, sed per obliquum: quia sublata probatione ius partis remanet inutile. *cap. sæpe. de restitutione spoliatorum. leg. duo sunt. ff. de test. tutr.* ideò vsque ad sententiam vel ad conclusionem in causa potest opponi, sicut aliæ peremptoriæ *leg. secunda Cod. de senten. rescin. non posse.* ita eam appellat *Glossa. in cap. j. eodem titulo. & in capit. ex parte. de testi.* licet Gloss. *in cap. de testibus.* illo titulo vocet eam peremptoriam. *& Imo. in clemen. constitutionem. numero vigesimosecundo. de elect.* Et ista non potest dici dilatoria: quia iudicium non differt, nec potest regulari secundùm regulas dilatoriarum, sed peremptoriarum. & si in causa principali non fuit opposita in causa appellationis admittetur. *Gloss. & ibi doctor. in capit. ex parte iam all. g. & in dicto capit. de testibus. & docto. in Authen. si dicatur. de testi. C.* nisi pars malitiosè distulerit opponere. *Gloss. & docto. in capit. cum Ioan. & A. de re iudi.* & an si testis sit mortuus, possit contra eum opponi. *Gloss. in capit. præsentata. in fin. de testi.* & si talis opponens contra testes non probat crimen oppositum, tenetur actione iniuriarum *ita doct. in capit. fin. de iniur.* secus si probet quia fecit animo defendendi. *Bartol. Alexand. & Ia. in l. fin. ff. quod quisque iur. Felin. in cap. j. eodem titulo.* De consuetudine tamen non tenetur, nec potest iniuriarum conueniri: *vt tenet d. meus & conciuis d. Nico. Boer. in consi. posito post consuetudinem Bitur. incipien. si quis animo iniuriandi.* imò etiam si non probet: vt ibi dicit: *& Guido Papa in statuto, quæ per literas. in ver. communi æstimatione. column. xv. & sequitur. d. de Chassan. in consuetudine. Burgund. in rubrica des enfans de plusieurs licts. §. quarto. in Glossa. j in fin. per Glossa. sing. in leg. quisque. in versiculo vtilitatis. C. de postulan. secundùm Guilelmum de Lu-do. in singul. lxxxvj.* & maximè si protestatus fuerit, vt solet fieri, non opponere animo iniurandi. *secundùm Ioan. Masuer. in practic. sua, rubrica de iniur. in versicu. item si aliquis. licèt Anton. de Tremo. in additio. ad Vber. de Bonacurso in rubrica quibus modus*

suo no.ciuilit.agen.versicu.repelluntur quoque.in verb.erat nocens. dicat se vidisse testes in actione iniuriarum Tolo. agentes reportasse sententiam pro ipsis.fortius dicit talem consuetudinem non valere,contrarium tamen vidi sæpius in dicta ciuitate, & in curia Senescali Nemausi,habita prius protestatione:*vt supra dixi.imò fortius dicit Aufr.in deci.capel.Tolo.quæstione cccclx.* Quòd si aliquis in modum exceptionis opposuit crimen parti, quòd postea non potuit probare,non tenetur iniuriarum,si fuerit protestatus, & non fuerit pertinax in probando.quod bene not.Tamen secundùm leges non repellitur quis à testimonio per obiectum criminis, nisi testis sit condemnatus, & infamis effectus. & hoc est etiam de stylo:*vt habetur in stylo Parlamen.in j.parte,in fin. rubri.sequitur adiournamentum.§.penult.& ibi Aufre.in addi.* quod secus est de iure canonico:quia sufficit si prohibetur criminosus,*per text.in c.testimonium.& cap.super eo.& ibi.not.de testi.* & an si opponatur exceptio côtra testes tempore quo producuntur,debeat excipiens admitti: & si iudex nolit admittere,quid agendum sit,Panor.*in c.ex parte.& ibi Feli.Iate de testi.*

1. a Peremptoriae Exceptiones.

25 ¶ Peremptoriæ[a] sunt, quæ rem de qua agitur, perimunt. verba sunt imperatoris *in §. appellantur. Institut.eo.* aliàs definitiones ponunt docto. *maximè Vber.in rubrica. de perempto. exceptio.& Angelus in dicto §.appellantur.* sed eas vide: & illis visis, non inuenies meliorem. Et dicitur peremptoria, à perimendo: quia rem de qua agitur,perimit: vt definitione habetur. sic dicitur peremptorium,à perimendo *leg.& tertium ff. de iudic.* Congruentius tamen possent elisoriæ vocari, *secundum Vber. de Bonacurso vbi supra*, cum quædam sint quæ non perimant, sed elidant.Sed ego defendendo & iurisconsul. & imperatorem,dicerem quòd imò melius dicitur peremptoria, & non obstat quòd aliquando non perimat,sed elidat: quia illa elisio potest largo modo accipi pro peremptione,& quantum ad effectum: *vt not. doctor in leg. si vnius.§.pactum.ff.de pac.* vel potest dici peremptoria habitu,licèt non semper perimat:*vt not.doctor in proœmio. ff. & Institut.de matrimonio*, & augusto. vel etiam dicitur peremptoria respectu dilatoriæ. vel respon. hoc nomen esse impositum à iurisconsultis causa frequentioris vsus: quia frequentius tollit quàm elidat,vt patet:ergo alium casum non excludit, scilicet elisionem:*vt not.Gloss.fin.reputata in clem.j.in ve rb præsidentes. de elect.secundùm Barba.in cap.sed-t.coll. xviij. & c.edoceri. coll. ij.de rescrip.& in cap. Raynaldus.coll. xxvij. de testam. & ibi alleg.* aliàs vide.vel possumus respondere prout respon.*Gloss.in rubrica. soluto matrim.ff.& in l.ij. C.de constit.pecu.* quod pertinacibus est relinquendum.Et ista peremptoria est quintuplex:personæ, obligationis,iudicij,pœnæ,& accusationis.& vnaquæque infra declarabitur in suis cellulis.

2. b Persona.

26 Personæ[b] peremptoria est,quæ personam perimit:vt si côstituatur religiosus procurator sine licentia sui abbatis.nam non valet.in cle.religiosus de procu.& si ille agit nomine procuratorio,possum excipere contra eius personam.& perimere.quia nec nunc,nec alio tempore sine licentia poterit:*vt declarat Imol.in de. constitutionem numero.xxvj.de elect.licèt Hosti.in c.nostra.de procurato.* vocet eam quasi peremptoriam.Idem si infamis,vel furiosus *l.cum prætor.ff.de iudi.*

3. c Obligationis.

27 Peremptoriæ obligationis[c] sunt in quadruplici differentia, videlicet vtramque quædam tollit: quædam naturalem tantùm, quædam ciuilem tantùm,& quædam neutram.

28 Exceptio quæ vtramque tollit,est quæ potius appellatur facti seu intentionis quàm iuris: quam declaraui *s. in j.diuisione. Specul.eo.titu.in §.dicto.versicu.& vt plenius.* ponit exemplum, vt si filius fami.recipit pecuniam mutuo:recipiendo,naturaliter obligatur:& scripturam faciendo,ciuiliter *per totum titulum Institut. de litera. obligat.* tamen si mutuans petat, exceptio Macedoniani poterit opponi, quæ vtramque tollet vel elidet, *secundum Angel.in rubrica.eodem titu.col.xiiij. Iacobi.in l.frater colum. vltim.ff.de co- dic. indeb.*

29 Alia perimit naturalem tantùm, vt si quis me instituat heredem,& leget vltra dodrantem:ego heres sum naturaliter obligatus ad soluendum legata *in capit.primo. de solutio.* ciuiliter verò non,cum possim deducere quartam *per legem Falcidiam. ff.& C.ad legem Falcidiam* si ergo legatarij ad integra legata me conueniant, ego excipiam quòd quartam volo detrahere *per legem Falcidiam.* & ista exceptio tollet naturalem qua heres tenetur ad soluendum integra legata: *vt tenent Bartolus, Alexander & Ias.in leg.prima.ff.de condic.indebi.& leg.cum quis C. de iure & facti ignorantia.*

30 Alia ciuilem tantùm perimit:vt si debeam decem, & mihi facias pactum de non petendo, illud pactum tollit naturalem. ideò si petas,per exceptionem ciuilis tolletur,seu elidetur: *vt Spec. vbi supra ait.& Angel.in d.rubrica.* ponit aliud exemplum, videlicet in exceptione præscriptionis.*vide Barba.in leg.si.ff.rem rat.habe.* & ista exceptio præscriptionis non debet per iudicem suppleri, nisi opponatur: *vt tenet dictus Barth.de Chassa.in consuetu.Burgun.in rub. des forests.§.viij.in fin. & Alexan consi. cciiij.in ij.vol.& consi. xcij. in quinto volumine* & de hac materia præscriptionum latè vide *Ioan.Francis.Bald.in tract. præscript.in prima parte & per totum, & in additio.ad Vber.in rubrica de perempto. exceptio. in verb. præscriptiones.Lucam de penna.in l.fina.C. de censi. & peræqua. libro vndecimo.*

31 Alia neutram perimit,vt solutionis exceptio, *secundum Specu.vbi supra. & Angel.in rubrica huius titu.* & ibi ponit alia exempla. Et regulariter istæ exceptiones peremptoriæ vsque ad sententiam possunt opponi.*c. exceptionem. eo.titu.leg. peremptorias. C.senten.rescin. non posse. Specu. in §. dicto. Hostien. in § & quando.in summa huius titu. Angelus in §. appellantur.Institut. eo. & Lanfra. in repeti.c.quoniam in verb.exceptiones de probatio. docto.in clemen.sæpe.de verb.signifi. Petrus de Ferrariis, in practica sua.in forma respon. rei conuenti. in versi. saluis aliis exceptionibus.* ¶ Vel possunt opponi vsque ad conclusionem in causa, *per text. in c. cum dilectus.de fide instrumen.& Barb.in c. ult.de probation. cardin. in v. quæst.basilic. secunda partis.* ponit Bald.in leg.exceptionem. C.de probatio.rationem, quia ordo priuationis est, quòd eam præcedat habitus.nil alleg.at. potes adducere *text.in l.decem. ff.de verborum obliga.§. seruus. Institut. de capi.demi.* vnde quia omnis actus est habitus, & omnis exceptio est priuatio:& iste ordo est secundùm naturam: *ideò Gloss. in c. de testibus* reputat stultum illum qui probat peremptoriam donec aduersarius probauerit suam intentionem.quia,si aduersarius nihil probauit, non indiget reus aliqua exceptione.*leg.si quidem C.eo.tem.* Consuetudo tamen seruat quòd omnes peremptorias oportet simul proponere: *vt tenet Ioan. Masuer.in prac.sua, in rubrica.de literis,notis,& notatis in princ.*

Formam opponendi vide per Spec.*in eo.tit. §.viso. versi.fin.*

a Iudicij.

32 Peremptoria iudicij[a] est, quæ iudicium perimit quandocunque opponatur: vt tu non es nec vnquam fuisti procurator. secus si dicatur:tu non potes esse procurator, quia miles vel fœmina:quia hæc dilatoria est,*per text.in leg.licet.C.de procura. & ibi doct. Angel.in d.§.præterea.colum.iij. Bald.in leg.peremptorias. iam alleg.* Vel non habes mandatum sufficiens,quia hæc dilatoria est: ideò ante litem contestatam opponi debet. nam litis contestatio supplet defectum dubij mandati: *vt tenet Mulius in reper.in verb. exceptio ista*,tu non,&c. Secus si diceret,tu non habes mandatum; quia hæc quandocunque opponitur etiam post sententiam, quia iudicium retro nullum reddit: *vt refert Alexander consil.cxlvij.in vj. volumin.& dixi latius in cellula supra: ratione procuratoris. & vide Alexand.cons.xlv.in iiij. volumin.* 2 Vel pone exemplum,quia filius fam.non potest nisi consensu patris stare in iudicio *leg.fin. §. necessitate.C.de bon.quæ liber.* si tamen contra me agat & in fine iudicij opponam quòd est filiusfam. & quòd non habuit consensum patris: illa exceptio iudicium perimit: ideò dicitur peremptoria iudicij.*notatur in d.§.necessitate.* De consuetudine tamen filiusfam.in omni causa iniuriarum,& excessuum, & multo magis cùm agitur criminaliter,admittitur agendo & defendendo etiam sine auctoritate patris, *secundum Ioan.Masuer.in rubrica de except. in verb.item similiter. ibi de consuetudine*, nec etiam curia parlamenti curat de patria potestate, nec propterea annullatur processus in filio maiore,licèt consensus patris non interuenerit: *vt dicit Guido Papa quæstio.liiij.in deci.sua,& sequitur Gulielm.Benedi.in repe.c. Raynutius.in verb.si absque.in ij.in substitutione fideicommiss. ria.numero.leg.de testamen.quod bene not.* Nec etiam curia parui sigilli Montispessulani exceptionem patriæ potestatis admitti.nec propterea annullatur processus in d.curia, licèt consensus patris non interuenerit, si filius est maior, cum tantum in d.curia admittantur tres exceptiones, videlicet solutionis,falsitatis, & pacti de non petendo:*vt tenet per expressum Guido Papa vbi supra quæstione cccex. & habetur in stylo parlamen.in rubrica de act.personal.§.item hæ.in prima parte. & de officio parui sigilli Montispes. iudicis, videat iudex.& eius aduocat styl.in curiæ parlamen. in rubrica de offic. iudic. par. sigilli Montispes.& ordina. regias in rubrica du petit. seel de Montpellier.* & idem ferè stylus est in curia conuentionum Nemausi: vt ibidem vidi.contra tamen hunc stylum vidi impetrari literas cancellariæ. vt aliæ exceptiones possint opponi: & tunc opponuntur.not. dominus meus conciuis do.Nicol.Boer.*in consuetu. Bitur. in §.secundo.de consuetu.iur.sta.persona.* dicit generalem consuetudinem regni Franciæ esse, vt maior xxv. annis sine auctoritate patris possit in iudicio stare, cum sint prorsus absoluti, & non sint in potestate patrum:*vt tenet Gloss.fin.in §. fin.insti.de patria potest.* fuit tamen contra illam Gloss.latum arrestum in parlamen. Parisien.prout refert & sequitur dominus *Bartholom. de Chassen. in consuetud.Burgund.in rubrica des enfans de plusieurs licts.§.iij.numero.xxj.*

4. b Pœnæ.

33 Peremptoria pœnæ[b] est, si fiat concordia vel transactio in criminalibus. nam per illas pœna remittitur: *vt not.docto.in leg.transigere.C.de transact. Bal.in tract.statu. in verb. concordia.in penult.quæst.vide Gloss.& doc.in leg.ij.ff.de senatuscon. Sylla.Ang.in §. j.Inst.eo.* 2 Vel pone exemplum in eo qui gratiam obtinuit à rege.*prout not.plenè.d.Bar.de Chass.in consue.Burg.in rubr. des iustices. in-*

§. *in glo. il n'a grace.* & ibi ponit modum interinandi gratiam: & quando concedatur in die veneris sancta, quid operetur, ibi vide.

a Accusationis.

34 Alia est peremptoria accusationis [a], vt si me accusas de plagio, quia tuum seruum vendidi, & subtraxi, excipiam quòd erat meus: & hac exceptione accusatio tolletur. nam si fit meus non potui in eo plagium committere *per text. in l. praeses. C. ad l. Flauiam de plagia.* ¶ Et pone *per text. in l. quoniam Alexandrum. C. ad leg. Iul. de adult. Barba. hoc declarat in additio. ad Bal. in Capitulo primo. §. naturales. in versicu. nota si de feudo fuerit controuersia inter do. & agna. vasal.* 2 Vel pone exemplum in hoc titulo *ad leg. Flauiam.* quòd si aliquis surripiat filium Boemi vel alterius, vel Boemus hoc faciat, qui hoc sunt soliti facere, & vendat, tenetur *leg. Flauia de plagiar. vt declarat Specu. in titulo de accusatio. in §. fina. in princip. in quarta. parte*, dicens poenam esse capitalem. Hodie tamen cardinales & alij magni domini donant famulos inuicem, & non incidunt in legem Flauiam: quod bene obseruatur in Francia. *Bar. in l. fin. ad l. Flauiam de plagia. Barba. in rubri. de commoda. col. v.*

b QVARTA DIVISIO Exceptionum.

35 ¶ QVARTA [b] per ordinem succedit diuisio: quia quaedam sunt temporales, perpetuae, & de quibus dubitatur. & hęc probantur *per text. & no. in leg. tertia. ff. eo.* ¶ Temporales [c] sunt, quę non semper locum habent: sed euitari possunt, & rem de qua agitur, non perimunt. *text. in §. appellantur. Institut. eo. & in dicta leg. tertia.* vt pactum de non petendo intra certam tempus. Nam si agatur ante tempus, erit excipiendum. non tamen perpetuò potest euitare quo minus soluat: *vt dicit Hosti. in summa huius titu. in §. quae sit. & Spec. §. primo. text. & ibi Felin. & alij in cap. si autem de rescript.* & latius declarabitur in sequen. idem in exceptione restitutionis, *per text. in leg. necnon. §. exemplo. ff. ex quibus cau. ma. o. leg. nam postea. §. si minor. ff. de inoin. leg. fin. & per totum de tempo. in integ. resti. peten. Stepha. Aufre. in decisio. capel. Tholo. q. cccxxxvij.*

c Temporales.

d Perpetuae.

36 Perpetuae [d] sunt, quae semper locum habent, & euitari perpetuò possunt: & rem de qua agitur, perimunt. *dicta leg. tertia. & dicto §. appellantur.* vt exceptio doli. nam si dolo induxisti me de aliquid promittendum vel faciendum, & post promissionem agas, possum de dolo perpetuò excipere, etiam vsque ad mille annos: *vt tenet Hosti. in §. & quando. versicu. item in ciuilibus. Speculat. in §. primo. versicu. est autem. eodem titulo. & Vber. de Bonacur. in practi. sua in rubri. de perempto. except. in princ. & Azo. in summa huius tit. versicu. fina.* & ideò perpetuae dicuntur, quia si perpetò agatur, perpetuò excipietur. *Felin. in dicto capi. si autem.* & ferè omnes peremptoriae perpetuae sunt: *vt ait Spec. in eo. titu. §. viso. versicu. item nota quòd ferè.* idem in pacto de non petendo. *l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.* idem dic de pacto de non agendo. *l. postquam liti. C. de pact. & Aufre. in dec. s. capel. Tholo. quaestione ducentesimaquinquagesimanona.* (Haec tamen cum sit declinatoria, ante litem contestatam debet opponi, & non post: *vt tenet Philip. in cap. primo de litis contesta. in sexto.*) Et idem dic in pacto de quota litis. *leg. sitem. C. de procura.* Non omitto pactum de non mouendo quaestionem, *de quo per Innocen. in cap. cum venissent. de Institut.* & de pacto prorogatiuo. *l. lecta. & ibi doct. ff. si cer. peta.* in quibus omnibus pactis si agat qui fecit pactum, semper potero excipere de pacto, nisi vt supra dixi *secundu Bald. in Marga. in verb. exceptio. in leg. q.* Idem si aliquid contra leges perpetratum sit. nam si maritus reluctante vxore praedium alienauit dotale, & emptor postea agat, excipiet vxor alienationem esse contra leges. & idem si contra senatusconsulta, putà si mulier intercesserit, & conueniatur: & hoc excipiet esse contra senatusconsulta, putà cōtra senatuscon. Velleia. *leg. prima. & per totum. ff. ad senatusconsultum Velleia. C. illo titul. & vide de hoc senatusconsulto per additio. ad Vber. in d. rubric. de perempto. except. & Ange. in §. item colum. duodecima. cum sequen. Institut. eo. Bald. in Marga. in ver. mulier. in vltima quaest. Pet. de bella Pertica in suis quaestionibus. quaestione trigesimatertia.*

e Dubia.

37 Aliae sunt de quibus dubitatur [e], an sint temporales vel perpetuae: vt exceptio, ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit. *l. maritum. ff. solu. matri. & l. sunt. cum ll. sequen. ff. de re iud.* Nam dubium est an perpetuò maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam. nam si perpetuò sit pauper, perpetua erit. si perueniat ad diuitias, erit temporalis, *ita delcrat glo. in de l. ij.* intellige tamen hanc exceptionem habere locum, nisi persona principalis contra quam opponitur, indigeat: quia tunc non habebit locum exceptio: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. *leg. praeses. C. de seruitut. & aqua. leg. si quis. §. de alimentis. ff. de liber. agnoscen. in c. qui vult ordinatè. de poeniten. distin. iij. glo. in cap. si Romanorum. xix. dist.* dicit absurdum esse aliis benefacere, & non sibi. *glo. in c. nisi de aucto. p. ij.* insit potius debere diligere me quàm alium. *glo. in cap. ex parte. in ij. de cleri. non residen.* & hanc opinionem tenet Roma. *in repe. leg. si verò. §. de viro. coll. xxxvi. fallen. xxxix. ff. solu. ma.* ¶ Et licèt haec exceptio possit opponi contra aliquas personas, nunquam tamen habebit locum, si dictae personae quae possunt eas exceptiones opponere, non praestiterint cautionem de soluendo ex integro, si peruenerint ad pinguiorem fortunam *per text. in leg. vna. §. cum autem C. de rei vxo. actio. ita Anto. de Tremolis in additio. ad Vber. de Bonacurso. in rubric. de exceptio. & benefi. in versi. & caeteri.* & ibi vide aliàs personas hoc priuilegium habentes. *& in dicta leg. sunt. cum legibus sequentibus. & ibi docto.* idem in exceptione non numeratae pecuniae, & non numeratae dotis: *vt Hosti. can. t. in §. quae sit. in verb. de quibusdam eo. tit. Salycet. in leg. exceptionem. numero xx. de probat. & idem Specu. vbi supra. §. j. versicu. est quoque. & §. dicto. versicu. quid de exceptione.* & an omnibus exceptionibus possit renuntiari, *vide Petr. de bella Pertic. quaestion. d. in suis quaestionibus.*

a QVINTA DIVISIO.

b Personales.

38 QVINTA [a] diuisio est, quòd quaedam sunt personales, & quaedam reales. ¶ Personales [b] sunt, quae personae cohaerent, & personam vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt. *leg. exceptiones quae persona. ff. eo.* & hae sunt duplices. quaedam inhaerent personae per quam, aliae personae contra quam: *vt tenet Ioann. Andr. in additio. ad Specu. in §. primo. eodem titulo. in fine.*

39 Exceptiones inhaerentes personae per quam, sunt istae: de legato: vt si legatus missus ad aliquas partes ibi conueniatur, habet exceptionem suae inhaerentem personae, per quam agentem repellet. *leg. ij. §. legatis. ff. de iudi.* & ibi ponuntur aliae personae consimile priuilegium habentes. Idem si clericus coram seculari conueniatur, cùm iure prohibeatur. *in capit. clericum nullus. xj. quaestione. j. & c. si diligenti. & ca. significasti. de foro compe.* Idem dic si exemptus coram non suo iudice conueniatur. nam per exceptionem actorem repellet à limine iudicij. & alia exempla videas *per Spec. in tit. de reo. & Host. in summa huius titul. in §. fin. versi. item est effectus.* debent tamen supradictae personae cauere de iudicio sisti coram eorum iudicibus: vt pulchrè dicit *textus d. l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi.*

40 Inhaerentes personae contra quam excipitur, sunt sequentes. primò suspicio iudicis. nam si quis coram iudice suspecto me conueniat, contra eum excipiam, quae exceptio inhaeret personae contra quam excipitur, cum durum sit coram eo litigare. *in cap. cum inter. eo. titu.* & causas suspicionis ponit Gloss. *in c. causam. & ibi Hosti. in summa. in §. quae sint iusta causa. Aene. de Falco. in c. causam in ij. de iudi. & latè Prapo. in c. postremo. de appel. Archidia. & alij in c. ij. de appel. in vj* & an fideiussori competant, *text. in dict. leg. exceptiones. Angel. Ioan. Fab. & alij in §. fin. Institut. de republica. Roma. singu. cccccccxxvj. d. de Ripa. in c. j. numero. xxv. de iudi. Bald. in tract. statu. in ver. debitor. in v. q. & in ver. excipere. ij. q. Petrus de bella Perti. in suis quaestion. q. cxxix. & q. xxxvj. Petr. de Ferra. in practica sua, in forma responsionis rei conuenti. in ver. saluis aliis coll. pen. & Vber. de Bonacur. in practic. in rub. de exceptionibus & beneficiis, quae post definitiuam sententiam opponuntur. versic. opponi autem possunt. & ibi in additio. ad eum.*

c Reales.

41 Reales [c] sunt, quae rei adhaerent, & radicem obligationis concernunt, & fideiussori competere possunt. *l. exceptiones. §. rei. ff. eo.* & sunt in duplici differentia. Quaedam rem ipsam de qua principaliter agitur, concernunt: quaedam verò quamlibet rem.

42 Concernentes rem de qua agitur, sunt, si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia. *in cap. cum accessissent. de constitut.* Vel dico tibi non deberi in qualitate eius. quia fortè curatum, & non attingis vicesimumquintum annum. *iuxta notata in capit. cum in cunctis, per illum text. ad hoc expressum. §. inferiora. de electio. & ad omnem successorem transit: vt Angel. attestatur in rubric. colla. septimo versicu. venio nunc ad quintum. ideò dicit Angelus consilio quinquagesimooctauo. exceptionem rei iudicatae esse realem.*

43 Alię respiciunt, siue quamlibet rem concernunt, vel locum assignare non tutum, remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum, libellum ineptè conceptum. nam de qualibet re excipiam, siue fuerit ecclesiastica siue prophana, *per text. in c. ex parte. in prima. de appella. & ibi doc. in c. venerabilibus. §. sed si ex causa. de senten. excommu. in sexto. cle. pastoralis. de re iudica. in leg. de aetate. cum leg. sequen. & ibi Alexander qui legit illas leges cum §. fin. leg. recusare. ff. ad Treb. Felin. in c. cum. R. de offic. de leg. Car. & alij in cle. vna. de fo. compe.* Et istę licèt sint dilatorię, quia habent causam successiuam & multiplicatiuam, post litem contestatam possunt opponi: cum si de nouo oitentur, de nouo grauantur. ideò prodest quo ad futuros actus, non quo ad pręteritos: *vt not. in cap. dilectus. in ij. de rescrip. Nico. de Milis in repert. in ver. exceptio dilatoria habens causam, &c. Ias. in leg. praetor. §. fina. coll. vl. ff. de noui. ope. nuntiatio.* Idem tenet. d. de Ripa. *in tract. de peste in tertia parte. q. partis. q. iij. dicens.* quòd licèt quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries, non tamen tenebitur amplius in illo loco comparere, etiam si promiserit se sistere in illo loco *per text. in leg. ij. §. si. ff. si quis cautio.* nec tenetur mittere procuratorem: vt ibidem *not. doct. & Vber. de Bonacurso in practica sua, rubri. quib. mod. citatio impune contemni possit. §. j. & per totam rubri. & Felin. c. accedens. in ij. vt lite non contesta.*

44 Sexta

a Sexta divisio.

b Fauorabiles.

44 ¶ Sexta [a]. diuisio. Quædam sunt fauorabiles, quædam odiosæ, & inductæ propter rigorem iuris, & inductæ propter naturalem æquitatem. ¶ Fauorabiles [b] sunt, quæ in merum fauorem sunt principaliter introductæ, *per text. in l. qui exceptionem & ibi Barto. & Ias ff. de condict. indebi. Bald. in l. rogasti in princ. si cert. peta.* Et tunc præsumitur inductum principaliter in fauorem, quando est inductum ob imbecillitatem: vt Velleiani exceptio, & aliæ multæ. Odiosum vero, quando est inductum propter dolum: vt in Macedoniano. *ita tenet Bald. in l. pe. C. de pact. Ias. in d. l. qui exceptionem.* & est quadruplex. ¶ Prima, quæ non opposita nunquam elidit: vt exceptio epistolæ diui Hadriani. & tunc solutum non opposita exceptione nunquam repetitur, *per casum singu. in l. si testamento. §. si duo ff. de fideiusso. §. si plures Instit. de fideiusso.* & hæ scilicet Macedoniani & Velleiani in executione opponi possunt: *vt tenet Alberi. in secunda parte q. cxlviij.*

45 Alia quæ non opposita elidit quodammodo naturalem obligationem, & sic ius agendi, vt pactum de nō petendo: & tunc indebitè solutum repetitur: *d. l. qui exceptionem & Bal. in Marga. in ver. exceptione in xx. q.*

46 Alia est fauorabilis & perpetua, vt est illa quæ simul nascitur cum ipso contractu: vt exceptio Velleiani: *vt per totum titulum ff. & C. ad Velleia. & Angel. in §. item collis. xij. Institu. eo. Pet. de bella. Petri. que. xxxiiij. & Vber plene in practi. sua. in rubr. de perempto. except. in ver. exceptio Velleiani. & ibi in additionibus ad eum.*

47 Alia quæ non competit, nisi expresse opponatur: vt exceptio compensationis, *de qua per Ias. in d. l. qui exceptionem Feli. in c. suborta. de re iud. Alexand. consilio. cxlix. in secundo volu. & consilio lxj. in tertio. volu. & consilio xcij. in quarta parte & lxxvj. in quinta parte & Vber. in practi. prædicta, in rubr. quibus mod. suo nomine ciuiliter agentes. versi. præterea. in verb. pecuniariis. ibi in addi. ad eum plene.* & an excommunicatus prædictam exceptionem opponere possit: quòd non, tenet Stepha. Aufre. *in decis. capellæ Tolo. quæst. j. & quæst. j. & quæst. clxxj. & qu. ccc.* & hæc in executione & post sententiam potest opponi: *vt insta Ang. consi. cxxx. & consi. cclix.*

c Odiosæ.

48 Odiosæ [c] sunt, quæ principaliter in odium alicuius sunt inductæ, per ea quæ dicit *Bar. & Ias. in d. l. qui per exceptionem.* & sunt hæ, Macedoniani, & similes. Nam Macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium fœnerātium filiis fami. est introducta: *vt habetur per totum titulum ff. & C. ad Macedonia.* quia vt filius solueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos: *vt dicit Ouid. & refert gloss. in l. fin. C. de pact. & de hac ponit glo. in §. item si de excep. in Institu. Vber. in sua iam allegata practica, in rubr. de perempt. exceptio. & ibi vide in addi.* Item dic in exceptione criminum *in c. accedens de accu. Specu. in eo. titu. §. dicto versi. vtrum autem.* Notandum est tamen quòd omnis exceptio potest sui natu. dici fauorabilis. cum ipsius mater sit æquitas. *l. æquitate. de dol. except. Instit. eo. in princ. Barto. in l. prima de vaca. mune. ff. Azo. in summa huius tit. Panor. in c. cum inter eo. tit. & Feli. in rub. Bal. in Marga. in ver. exceptio. q. xxxij. Angel in col. in rub. eo. titu. versi. capiamus tertium. gl. sing. in l. venia. in versi. liberis. C. de in ius vocan. secundum Barba. in tract. de præstantia cardinal. in j. q. j. partis numero. l. xxiiij. col. vi.*

d Stricti iuris & de litis pendente.

46 Aliæ inductæ sunt ad rigorem [d] iuris seruandum: vt exceptio rei iudicatæ: *vt per totum titulum de except. rei iudi. & in capi. fin. de excep. in vj. Pet. de Ferra. in prac. sua, in forma responsio. rei conuenti. in ver. reique iudicata. & Vber. de Bonacurso in rubric. de perempto. excep. in versic. rei iudicata. ibi per addi. ad eum.* & quatuor requiruntur in hac exceptione: videlicet quòd sit eadem res, eadem causa petendi, identitas personarum verè vel interpretatiuè *l. cum quæritur cum duabus seq. ff. de exceptio. rei iudic.* Item quòd fuerit à iudice competenti lata. *doct. in cap. seculares de foro compe. in sexto & cap. fin. & ibi Philippus. Franciscus eo tit. vide Alexandr. in l. sæpe de re iudi. & in consilio xciiij. in secundo volu. & in l. qui Romæ & ibi alios. ff. de verb. obligatione.* 2. ¶ Et idem in exceptione litis pendentis. *l. Iulianus. ff. de condic. indebi. & ibi doc. & dic. l. qui exceptionem. Angel. in §. item si in iudicio. eo. tit. Institu.* & illa tria quæ debent in sententia concurrere, debent etiam in exceptione litis pendentis interuenire: *vt tenet Phi lip. in cap. fin. eod. tit. in sexto.* Quot modis dicatur lis pendere, dic quinque modis. Primo per libelli oblationem *l. sterunda & ij. vt lite penden. C.* 2. Secundo per appellationem. *nil noua, appel. penden. ff* 3. Tertio per relationem seu consultationem per iudicem superiori factam. *l. ex illo tempore. C. de appell.* 4. Quarto per iudicis recusationem *cap. secundo requi. is & cap. cum speciali. de appel. l. apertissimi C. de iudi.* 5. quinto per in integrum postulationem restitutionis. *l. vna in integ. restitu. postulatio. ne quid no. fiat. C. & Pet. de Ferra. in prac. sua. in versicu. exceptionem litis pendentis. in forma respon. rei conuen. Alex. in consilio cv. in iij. volum. & xlij. & xlij. in iiij. vol. & xxxij. in eo volumine. & So. in consilio xxviij. in primo vol. Feli. in cap. exceptionem. numero xli eod. tit.* Intellige tamen exceptionem litis pendentis posse opponi si pendeat coram iudice competenti aliàs secus, *per text. in cle. ij. vt lite penden. Philip. in cap. fin. eod. titu. in vj.* de exceptione compromissi pendentis *vide Alexand. consi. lo lxxj. in v. parte. Iason. cap. pecuniam col. quarta. ff. si cert. pet.*

a Æquitatis.

50 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem [a] æquitatē: vt exceptio doli: *vt habetur per totum titulum de doli exceptio. ff. & Alexand. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obligati. gl. magistra. & singularis l. qui se debere. ff. de co. indict. cau. dicta. & ibi I. s. ample.* Aduerte tamen quòd hæc exceptio plebeio seu humili contra constitutum in dignitate non competit, *per text. singu. in l. non de ff. de dol. sing. secundum Arct. in §. 1. col. XII. Insti. eo.* secus dicerem in exceptione metus. *vide Sepol. cautel. c. vij. & clxj. & Petr. de Perra in prac. sua, in forma responsio. is rei conuenti. in ver. doli. exceptione. Vber. de Bonacur. in sua practica in rubr. de peremptor. except. in versiculo peremptoria. & ibi in additio. ad eum per d. Antonium de Fremolis, in verb. doli mal.* Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, erroris, ignorantiæ. *l. j. & per totum de non numerata pecuni. C. erroris, in clemen. vna de sequestra. possessio. & ibi. Franc. in gloss. fin. Angel. d. § appellantur. colum. xvi ij.* & de hac exceptione non numeratę pecuniæ, *vide Feli. in cap. si cautio. de instr.*

¶ Et potest opponi per ecclesiasticas personas etiam post biennium, imò prælatus ecclesiæ huic renuntians non præiudicat ecclesiæ. *vt tenet princeps canonistarum Ioan. And. & alij post eum in cap. fin. de solu. Bald. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccle. Ias. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno, Nico. Milin. in reper. in versico, exceptio non numeranda pecunia. Angelum in consi. cccxiv. colum. ij. in secunda dubio. imò fortius dicit Ange. consilio. clvj.* quòd si exceptio non numeratæ pecuniæ obiicitur contra illum qui dicit numerasse pecuniam, perpetuo competit. Et potest opponi: quia ei opponitur de dolo suo in quo versatur, cum scirè debuerit pecuniam non numerasse, ex quo de sua numeratione agitur, de qua non potest ignorantiā prętendere *l. si. pro suo. ff.* licet secus esset si opponeretur contra alium, putà contra successorem qui non numerauit. & hoc procedit de canonica æquitate, *secundum eundem. Angel. quem vide.* idem in exceptione rei litigiosæ, transactionis, pietatis, vel malitiæ *vt tenet Hosti. in summa huius tit. §. quasit. versicu. fin.* Formam opponendi ponit Speco. tit. *§. viso. ver. super exceptione.*

b Septima diuisio.

c Diuersæ.

51 ¶ Septima [b]. sequitur diuisio, quòd exceptionum quædam sunt diuersæ, alternatiuæ, & cōtrariæ, ¶ Diuersæ [c] sunt, quando multa remedia propono: vt si petas à me domum, excipiam quod fecisti mihi pactum de non petendo: & res iudicata est, vel transacta. nam hoc facere quis minime prohibetur, *per text. in l. contra maiores C. de inoffic. test. Bal. & Sali. in l. si quidem. C. eo. & in l. peremptorias C. sententia. rescindi non posse.* De consuetudine tamen defensio non potest in plures partes diuidi, & potissimum quando ad vnum finem tendit, *per l. iam tamen §. pe. ff. iudica. solui.* & ideo si reus habeat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnum finem tendentes: illas simul tenetur proponere. & vna vice: aliàs non est audiendus ad aliquid de nouo proponendum: *vt asserit Ioan. Mas. in practica sua parlamenti. eo. tit. versicu. de consuetudine, & seq.* & idem seruatur in parlamento Tolo. *vt habetur in stylo parla. § fi.* nisi in casibus positis *per Stepha. Aufre. in §. fi.* ibi videre licet. vide Io. *Selua in trac. de benefic. in iiij. parte. q. xix. Hippol. in rubr. de probat. fo. xlij. col. iij.*

d Alternatiuæ.

52 Alternatiuæ [d] sunt, per quas reus sic excipit cōtra actorem: non potes agere contra me, quia es fur, aut falsarius, seruus, vel excommunicatus & hæ exceptiones regulariter non admittuntur: quia alternatiua parit obscuritatem. *in cap. vt qui duas de elect. in vj.* & obscura exceptio debet reiici *l. j. § Labeo. ff. de fu.*

¶ Quod fallit in tribus casibus positis per Feli. in cap. tertio loco. col. tertia de proba. ibi, adulterinum, &c. Ioan. And. & alij in regula, in alternatiuis. *de reg. iur. in vj.* Sex species alternatiuarum *vade per Bar. & alios in l. tertia. ff. de eo quod cer. loco. Ioan. Fab. & cæteros. in §. huic insti. de act. & d. Bartol. de Chassa. in consue. Burgun. in rubr. des mains mortes. §. xxj. in glo. fin. no. doc. in cap. inter. de rescrip.*

e Contrariæ.

53 Contrariæ [e] dicuntur quando aliquis dicit excipiendo se non habuisse, & soluisse, vel pactum de non petendo sibi esse factum: vel si reus accusetur de homicidio, potest negare se occidisse: & si conuincatur, potest allegare quod ad suam defensionem fecit: *vt dicit Ioan. And. in c. nullus. de regu. iur. in vj. in mercuria. Barto. in l. cum de indebito. ff. de proba. Barto. & alij in auth. contra qui propriam. C. de non numeran. pecunia. Alexand. Ias. Hercul. & alij in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligatio. Bartolus. & alij. in l. nemo. ff. eod.* Ideo est dicendum. quòd exceptiones contrarias potest quis conditionaliter opponere: vt nego me habuisse, & casu quo probetur, dico me soluisse: vel aliud, *per gloss. in c. cum dilectus. de relig. do. gloss. Panor. & alij. in c. auditu. de præscrip. Panor. & Fel. in c. pastoralis. eod. titu. Bald. in d. l. si quidem. C. eod.* Specu. tamen in *d. §. viso. versiculo. quid si debitor.* dicit alia via nos posse excipere: videlicet si aliquid petatur alicui, fas erit di-

a Saluianum interdictum & Seruiana actio an idem sint, adde hic Bart.

lior: *vt supra de pigni. l. si debitor.* & sic idem [a] iuris est in hypothecaria & quasi Seruiana, & interdicto Saluiano: & ex quo in solidum res tenetur duobus, quod potior sit occupantis cōditio & possessoris. Sed secundùm H. quare hic dicit: & erit descēdendū, id est decurrendum ad Seruianam, Respon. quia interdictum cessabat cum contra extraneum ageretur: *vt hic tractat C. eo. l. j.* Sed quidam dicunt quòd quasi Seruiana differt in hoc ab hypothecaria, & interdicto: quasi in ista quasi Seruiana nec sit possidentis nec occupātis conditio melior. & L. illam si debitor. in hypothecaria tantum, & non in quasi Seruiana intelligunt.

Exceptionum decuplex, quadruplex diuisio.

- I.
  - 2. *Mera negationis.*
  - 3. *Actionis seu iuris.*
  - 4. *Intentionis vel facti.*
- II.
  - 5. *Ecclesiastica.*
  - 6. *Mixta.*
  - 7. *Seculares.*
- III.
  - 8 *Dilatoria*
    - 9 *Merè dilatoria, vt solutionis.*
    - 10 *Declinatoria iudicij.*
      - 11 *Ratione iudicis,*
      - 12 *Actoris,*
      - 13 *Rei,*
      - 14 *Syndici,*
      - 15 *Procuratoris,*
      - 16 *Rescripti,*
      - 17 *Loci,*
      - 18 *Temporis,*
      - 19 *Libelli,*
      - 20 *Fori,*
      - 21 *Causæ.*
  - 22 *Anomala, vt exceptio excommunicationis.*
  - 23 *Mixta seu dubia.*
  - 24 *Quasi peremptoria, quæ contra personas testium opponuntur.*
  - 25 *Peremptoria*
    - 26 *Personæ*
    - 27 *Obligationis, quæ tollit*
      - 28 *Vtramque. s. ciuilem & naturalem,*
      - 29 *Naturalem tantùm,*
      - 30 *Ciuilem tantùm,*
      - 31 *Neutram,*
    - 32 *Iudicij,*
    - 33 *Pœnæ,*
    - 34 *Accusationis.*
- IIII.
  - 35 *Temporales, vt pactum de non petendo intra certum tempus.*
  - 36 *Perpetuæ: vt doli metus.*
  - 37 *De quibus dubitatur, vt ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit.*
- V.
  - 38 *Personales*
    - 39 *Inhærentes personæ per quam, vt*
      - *De legato,*
      - *De exempto.*
    - 40 *Aliæ, personæ contra, quam vt iudicis suspicio.*
  - 41 *Reales.*
    - 42 *Concernentes rē de qua principaliter agitur, Vt petis beneficiū, & dico sublatū*
    - 43 *Aliæ quamlibet rem, Vt locum non tuum, remotum,*
- VI.
  - 44 *Fauorabiles*
    - *Quæ non opposita nunquam eludit, Vt epistola diui Hadriani,*
    - 45 *Quæ etiam non opposita eludit, vt exceptio pacti.*
    - 46 *Perpetua, vt Velleiani.*
    - 47 *Quæ non competit nisi expressè opponatur, Vt compensationis,*
  - 48 *Odiosa. Macedoniani, criminum.*
  - 49 *Inducta propter iuris rigorem, vt rei iudicatæ.*
  - 50 *Inducta propter naturalem æquitatem, vt non numeratæ pecuniæ, & similes.*
- VII.
  - 51 *Diuersa.*
  - 52 *Alternatiua.*
  - 53 *Contraria.*
- VIII.
  - 54 *Ciuiles.*
  - 55 *Prætoria.*
- IX.
  - 56 *Directa.*
  - 57 *Vtiles.*
- X.
  - 58 *Modificatoria condemnationis, Vt de peculio.*
  - 59 *Modificatoria executionis, vt inuentarij confecti.*
- XI.
  - 60 *Incidentes.*
  - 61 *Emergentes.*
- XII.
  - 62 *Ordinis.*
  - 63 *Præposterationis.*
- XIII.
  - 64 *Rationabiles, & non frustratoria,*
  - 65 *Irrationabiles, & frustratoria.*
- XIIII.
  - 66 *Generalis,*
  - 67 *Obscura.*

Nouissima

NOVISSIMA ET ADMODVM FRVGIFERA exceptionum diuisio edita per disertum virum magistrum Petrum Rebuffum, de monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem, & supremæ curiæ Parisiensis aduocatum: ab auctore iam recens recognita & emendata.

QVIA omnis de aliqua re institutio debet à definitione proficisci: iuxta illud quod scripsit tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per Glo. in l. prima. de stud. libera. vrb. Rom. libr. vndecimo C. primo officio lib. & refert Bald. in prooe. feudo. colla. tertia. in fi. cum sequen. per tex. & ibi Bald. in l. prima. ff. de iust. & iu. & l. prima ff. si cer. pet. & Barba. in rubr. huius tituli in clemen. in principio & in rubri. de rescriptis colum. prima & de constitutio. colum secunda. & in rubri. de postulatio. prała. colum. secunda & Petrus de Ferra. in practi. in forma positionum actoris in verbo postquam, & Troilus Maluitius in tractatu de obligationibus in primo dubio. docto. in l. prima ff. de adquirenda possessione. Bonus de curtili in tractatu nobilitatis, in secunda parte & docto. in l. prima per illum text. ff. de testa. & leg. prima ff. de tutel. Nam definitio est omnino substantia cuiusque significantis, secundum Barba. in ru. ri. de re iudi. in clemen.)

¶ Videamus ergo quid sit exceptio. Secundo, quo iure inuenta sit. Tertio, ad typi declarationem accedamus. ¶ Ad primum igitur veniendo, cùm materia exceptionum sit multum necessaria, per tex. in §. alioquin. institu. eodem & in Authen. de restitutio. & ea quæ paris in vndecimo mense. colla. quarta. post principium, ibi, quadam exceptione necessaria. & frequens, & in iudicijs versatilis, & ideo amplectenda l. legant ff. de libera. lega. cum similibus. & definitio est multum periculosa l. omnis definitio ff. de regulis iuris. tamen per illas definitiones nihil mutatur in re; nec eis obolum lucraberis, secundum Io. Fab. in §. ex non scripto. coll atione secunda. Instit. de iure naturali.

a Definitio Exceptionis.

1 Igitur sic definitur exceptio per aliquos doctores. Exceptio[a] est ius reo competens ad eludendam excludendámve actoris intentionem. & hæc definitio comprehendit dilatorias & peremptorias: vt tenet dominus Anton. de Tremolis in additio. ad practi. de Bonacurso in principio. Ego vero insequor definitionem iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorem) positam in leg. secunda ff. eodem. Exceptio est actionis vel intentionis exclusio. hanc posuerunt fere omnes summistæ. Gofred. Azo, Hostien. & alij, & Barba. in rubr. huius tituli in clemen. licet Angel. in rubri. institu. eodem. colum. mihi quarta. versicu. capiamus primum, teneat quòd non est definitio, sed allusio. Standum est tamen verbis iurisconsulti: siue sit allusio, siue definitio. & communiter tenetur quòd sit definitio: & latius declarabitur in prima diuisione infra. ¶ Nota tamen quòd exceptio duobus modis sumitur: large, & stricte seu proprie. Large, pro omni defensione, exclusione, & replicatione: vt tenet gloss. in l. secunda ff. eodem. nam replicatio excludit: ergo exceptio large nuncupatur. per gloss. in l. fin. C. de edend. l. iurisgentium. §. sine autem ff. de pact. & l. nam postea. in principio. ff. de iureiurando. Stricte seu proprie capitur pro defensione quæ reo competit contra actionem actori competentem contra dictum reum: vt tenet gloss. & docto. in dicta l. secunda & Hostien. in summa huius titul. §. primo. Angel. in rubri. eiusdem tituli insti. colum. mihi quinta. canonistæ in rubri. de exceptionibus. Azo in summa. versicu. est autem sciendum.

b Origo Exceptionū quo iure inuenta.

¶ Ad secundum,[b] quo iure sit inuenta: & videtur quòd iure diuino in paradiso terrestri. nam Adam de inobedientia à Domino reprehensus cur pomum vetitum comedisset, actioni Dei exceptionem obiiciens, relationem criminis in vxorem vertit, dicens: Quam mihi sociam dedisti: dedit mihi de ligno vitæ, & comedi. & Deus dixit ad mulierem: Quare hoc fecisti? quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi. hæc habentur Genesis iij. & in c. serpens. de pœnitentia, distinctione prima. ita tenet Specula. in prooe. sui oper. versicu. sane. Angel. in rubri. huius tituli. colum. quinta. versicu. veniamus ad secundum. Panor. tamen in dicta rubri. tenet quòd est de iure naturali: quia est defensio. nil allegat possumus allegare textum in l. si quidem ibi nulla defensio. & l. defensiones C. eodem. c. cum inter. ibi, defensionis copia, eodem titulo. Sed defensio est de iure naturali. text. in clemen. pastoralis. §. cæterum. de re iudi. leg. scientiam. §. qui cum aliter. & ibi Flo. ff. ad legem Aquil. ergo & exceptio. Alij vt Bartol. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iur. & Ioan. Fab. in principio. Institu. de obligatio. colum. secunda. quòd sit de iure ciuili tenent: quia est actionis exclusio. dicta l. secunda eodem titulo ff. Sed actio est de iure ciuili. l. in commodato. §. sicut ibi, actiones ciuiles ff. commoda. Angel. & Ias. in §. primo. Inst. de actio. Ergo, &c. aliàs sequeretur absurdum, quòd exceptio esset prius quàm actio: & sic exclusio, quàm res exclusa. late Geor. Natap. in repe. clemen. sæpe. §. nō sic. in versi. defensiones. de verbo. significat. Iacobi. in l. in probationibus. ff. de probatio. Ego dicerem quòd exceptio quæ habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuenta: & tunc dicitur habere materiam in hoc, ne innocens condemnetur, & indebite opprimatur. nam hoc respicit defensionem, quæ est de iure naturali, per d. l. clemen. pastoralis. de re iudi. ita tenet Dec. in dicta rubri. numero sexto. & in c. ad hæc. colla. fi. de rescriptis. Si verò habet materiam præexistentem de iure ciuili: tunc est illo iure, vt exceptio præscriptionis, nō numeratæ pecuniæ, & similes, secundùm Decium vbi supra. Possunt tamen omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo & ordine excipiendi, & se defendendi. nam ius ciuile nō admittit omnes exceptiones passim, nec omni tempore, sed certo modo & ordine: vt tenent Panor. & Decius in dicta rubri. Sozinus in rubri. ff. eod. ciuilista in l. si quis. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. canonista. in c. ex parte. in secundo de officio de leg. ti. ¶ Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædam defensio, quæ proprie non est exceptio: per glossam singula. & communiter approbatam in capitulo primo de litis contesta. in sexto. sed improprie sic: vt respondent Felinus & Decius in rubrica. & in dicto capitulo ex parte. Barba. in rubric. de exceptionib. in clem. ¶ Nec etiam obstat quod dicebat Panormita. in dicta rubri. allegando Ciceronem primo officio. ibi Principio generi, & cæter. quia intelligitur de defensione actuali seu manuali, ad quam natura omnia animalia inclinat: imò eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur: vt bubus cornua. leg. prima. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecis. dica. l. bouem. in principio. ff. de adil. edic. ita Felin. & ibi in addi. ad eum. in c. dilecti filij. eod tit. & ideo conqueritur homo quare natura eum nudum produxit: vt habetur in Plinio in principio libri septimi de naturali historia, & omnibus animantibus dedit instrumenta: vt supra dixi. ¶ Non obstat quòd sit de iure ciuili: quia verum est inquantum excludit actionem, quæ est de iure ciuili: vt supra probaui: & etiam respectu formæ. sed respectu intentionis est de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile: sicut petitio erat ante actiones, quæ manu regia expediebantur l. secunda in principio. ff. de origine iur. Dec. vbi supra. Floria. in l. si seruus. numero vij. ff. ad legem Aquil. Effectus ex ista quæstione resultantes vide per doctores in dicto capitu. ex parte. & per Anto. de Burgois, in rubrica de emptio. & vendit.

Species Exceptionū seu Diuisiones a Prima diuisio.

2 ¶ PRIMA[a] ergo erit diuisio, quòd quædam exceptiones sunt meræ negationis, actionis seu iuris, intentionis vel facti.

b Meræ negationis exceptiones.

¶ Meræ[b] negationis est, quando actio actori non competebat, nec competierat. ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare: & hæc non est propriè exceptio: Secundùm Sozi. in rubri. de exceptio. ff. & Alexander in additio. ad Bart. in l. prima. ff. eod. Glo. in l. nam postea. ff. de iureiuran. in principio. & c. secundo de ordine cognitio. & quia nil ponit, ideo à reo non erit probanda: vt tenet Baldus in l. peremptorias C. sententiam rescindi non posse. numero tricesimosexto. & in leg. si quidem. in principio C. eod. Large tamen exceptio dici potest, secundùm Deci. in rubrica numero [illegible] tio. vide Bartolum & alios in l. si Titius. ff. de verborum obligatione. & l. si pluribus. ff. de legatis primo. & l. quotiens. §. si temporalis. ff. de administratione tutorum. ¶ Et hanc posui primam: quia in ius vocati sunt faciles ad negandum. l. item si vnus. §. fin. ff. de arbit. & prima responsio reorum est negatio: vt oculariter videmus. §. fi. Insti. de gradibus.

c Actionis seu iuris exceptiones.

3 Aliæ sunt actionis[c] seu iuris, & sunt quæ actionem præsupponunt: vt si Titius decem mihi promisit metu, & ago: habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipula. ideo in definitione supra fuit dictū quòd est exclusio actionis: per textum in dicta leg. secunda. & regulariter exceptiones in scriptis non opponuntur, sed satis est quòd in actis per notarium redigantur & scribantur: vt tenet Bartolus & alij in lege prima. ff. eodem. Floria. in leg. in exceptionibus. ff. de probationibus leg. prima. not. vltimo. ff. de edendo. per Alexandrum & alios in leg. emptor. Cod. de præscriptione longi temporis. Bald. in leg. edita. colum. xj. in ij. repe. Cod. de edend. Decis. in capit. quoniam. numero vigesimosexto, de probationibus. Aufre. in decisionibus capellæ Tolosanæ. quæstione centesimadecima. Antoni. de Tremolis in addita. ad practi. Vberti de Bonacurso, in rubrica de peremoto. exceptio. in versicu. & subtiliter. & Lanfranc. in repetitione dicti capituli, quoniam. in versic. exceptiones. in fine. & Angel. colum. mihi xviij. in rubrica. Iason. in l. de die. in princip. columna tertia. ff. qui satisda. cogantur imò sufficit quòd

proponatur factum ex quo resultet exceptio: licet non dicat, Excipio: secundum Bald um in dicta l. prima: nisi in exceptione recusationis & excommunicationis, quæ in scriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in ca. appellatio. de appellatio. in sexto. & Felin. in rubrica, vide tamen Barba allegantem textum in quibus debemus dicere, Excipio: vel excipiendo dico. in capitulo cum causa. numero quarto, de officio delega. quod intelligit in doctis: secus in ignaris: quia sufficit factum narrare. vide textum in capitulo dilecti filij. j. de appellationibus. Et ista est propriè exceptio, secundum Sozinum vbi supra & doctores in rubrica de exceptionibus. in decretalibus: per glossam in leg. qui se debere. ff. de condictione causa data. & in leg. in rebus. C. de iure dotium. & Alexander in additio. ad Barto. in dicta leg. secunda. & licet excludat actionem, non tamen tollit restitutionem in integrum, Gloss. singu. in l. in causa. ij. de minoribus. secundum Rauen. in alpha. in verbo exceptio. & an ius excipiendi in singularem transeat successorem, vide doctor. in leg. ait prætor. ij. ff. de iureiurand. & leg. si tertius. §. si quis. de aqua pluuia arcende.

a Intentionis seu facti exceptiones.

4 Item aliæ sunt intentionis [a] seu facti, quę actionem non competere actori ostendunt: vt si solui tibi decem quæ debebam, sublata est actio, institu. quibus modis tollitur obligatio. in princip. Si iterum petis, excipiam, & excludam intentionem tuam: quia actionem non possum excludere, cum nulla sit. hoc declarant Paulus & Iason in leg. Titia. ff. de verborum obliga. 2. Vel potest dici exceptio facti, quia sicut de facto agis: ita de facto excipio. gloss. Bartol. & alij in dicta l. secunda. & in leg. obligationum fere. §. fina. ff. de actionibus & obligationibus. Barba. in rubrica eiusdem tituli. in clemen. & doctores in dicta rubrica in decreta. & Angel. coll. nobil. v. Lanfra. in repet. cap. quoniam. in ver. exceptiones. de probationibus. gloss. Jas. & alij in dicta leg. qui se debere. Antoni. de Tremolis in additio. ad practi. de Bonacurso. in principio. & in rubrica de peremptoria exceptione. versicul. animaduertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intentionis, quas vide per te, non pono hic: sed in tractatu de exceptionibus ponam, & alia amplè ibi inseram. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti: vt per Baldum in marga. in versi. exceptio. in vigesimaoctaua quæstione. & Panor. in capitulo pastoralis. numero vigesimosecundo, eodem titulo. & in hac potest iudex absoluere reum eo etiam non petente, cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenent Bartolus & Paulus in dicta leg. secunda. licet Sozi. ibi & dicta rubrica aliter dicat: scilicet quod postquam ponit, est vera exceptio. Felin. Dec. & communiter alij in dicta rubrica contrarium tenent, & legiste vbi supra. Baldus. in leg. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. Est tamen de stylo curiæ parlamenti, quòd licet reus sit paratus prædictas exceptiones probare, & se offerat: tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quantum petit actor: aliàs ad ipsas proponendas non admittitur: vt est modus loquendi, qu'il garnisse la main, & emplisse la main de la court: vt habetur in stylo parlamenti in eodem titulo. in §. & de stylo. & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiosè & causa diffugij quandoque proponunt: vt res vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio, interim pendente dicta probatione possint elongare vel consumere: ideo hic dolus non debet eis patrocinari. cap. sedes. & c. ex tenore. de rescriptis & capitul. ex literis de dolo & contumacia. cum similibus.

b Secunda diuisio.

c Ecclesiasticæ seu spirituales exceptiones.

5 ¶ Secunda [b] diuisio est, quòd quædam sunt ecclesiasticæ seu spirituales, mixtæ, & seculares. ¶ Ecclesiasticæ [c] sunt, quæ coram iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus, potest excipi quòd est clericus: & coram iudice ecclesiastico remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur, per text. in capitulo si iudex laicus. de senten. excommuni. in sexto. Miratur tamen d. Benedic. in repeti. cap. Raynutius. in versi. & vxorem. numero cccccxl. de testa. quòd in regno Franciæ non obseruetur. & Guido papæ in suis decio. quæstione centesimatrigesimaoctaua. & do. Barth. de Chasse. in consuet. Burgun. in rubri. des iustices. in §. v. in gloss. s'il n'a grace. num. quinquagesimooctauo. cum seq. Et tales iudices hoc non obseruantes, non sunt tuti in foro conscientiæ, secundum eundem de Chasse. in rubr. des iustices. versi. & droictz d'icelles, in numero quadragesimaprimo. Nota tamen quòd licet curia parlamenti de tonsuræ proprietate non debeat cognoscere tamen an vestis sit clericalis necne, cognoscere potest: quia hoc cognoscere, non est cognoscere de re spirituali, sed temporali: ergo cognoscit de pileo partito: & an vestis sit clericalis: & de caligis & aliis vestibus & indumentis: vt arresto fuit Parisiis decisum in quæstione per arresta. quæstione quadragesimasecunda. & in stylo parlamenti in iiij parte, arresto clxxxiiij. & clxxxvj. idem dict. Bartol. de Chasse. in consuetudinibus Burgun. in rubri. des iustices. in §. quinto. in gloss. s'il n'a grace. numero quinquagesimonono. versicul. decima fallit. Idem in exceptione excommunicationis, per textum in capitul. corripiantur. ibi, episcopale iudicium xxiiij. quæst. iij & Speculator in titulo de competen. iudi. adito. §. j. in princ. Potest etiam coram seculari iudice proponi: vt not. Gloss. singu. in le. prima. C. de iuris & facti ignoran. & in capitulo j. de excep. in sexto. & docto. in capitul. intelleximus. de iudic. Hoc tamen non seruatur in curiis laicalibus huius regni, secundum Ioan. Fab. in §. fina. Institut. de cura. Sed vnde tantus abusus processerit, ignorat Guliel. Benedict. in repe. capit. Raynutius. in verbo. mortuo. in j. numero clxxxij. de testa. & Aufre. in decisio. capell. Tolosa. quæstion. cxxxiij. & clxxxix. & ibi decidit an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petrus de bella Pertic. in leg. placet. C. de sacrosanct. eccle. addit. ad Vber. de Bonacurso, in rubrica. quibus modis examen iudi. ordi. declina. Angel. & Porc. in §. j. Institut. de capi. demi. & tex. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barba. in clemen. vnica. coll. iij. eodem titulo & vltra cum text. in leg. hi qui sanctam. de episc. Gloss. in capitulo vno. quo tempore miles inuestituram petere debeat. Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum, & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus, & in reditibus nondum receptis: vt dicit Ioannes Masuer. in tub. de executio. in versi. item executio. Pau. consi. cccxxxvij. primo quæritur. coll. iiij. volum. j. & hoc vidi multotiens practicari: ideo bene not. Idem in exceptione vsurarum. capit. præterea. & per totum de vsur. quod intellige verum, si super iure contentio oriatur: secus si super facto: quia tunc iudex laicus erit competens, secundum Barto. Hercule. & alios in l. Titia. ff. so'uto matrimonio. Barto. & alios in l. quotiens. C. de iudi. Barto. in l. ij. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Alexan. consil. ix. præstantissime. in iiij. volumi. licèt multi canones refragentur in clemen. dispendiosam. de iudi. potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se præsentet excipiens coram iudice ecclesiastico, non tamen quòd probet, secundum Vincentium in l. ij. numero sexto, de re iudicata. ff. vide Alexandrum consilio nonagesimoprimo. in secundo volumine. Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere: & quæ requirantur antequam iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari, vide per Alexandrum consi. ix. in quarto volumine. Idem in exceptione hæresis. capi. ad abolendam. & per totum de hæreticis. & capi. vt inquisitionis. de hæreticis, in sexto. Alias exceptiones vide per textum. & ibi not. in clemen. dispendiosam. de iudi. in capitul. cum sit generale. de foro competen. & in locis supra allegatis. & an incidenter possit cognoscere, vide in capitu. tuam. de ordi. cogni. & in speculo principum. folio xlv. cum sequen. Purpura. in leg. secunda. numero quinquagesimosecundo. ff. de iurisdict. omnium iudi.

d Mixtæ exceptiones.

6 Mixtæ [d] sunt, quæ tam coram seculari, quàm coram ecclesiastico iudice proponi & probari possunt: & de his tam vnus quàm alius cognoscit: vt exceptio sacrilegij. Gloss. in dicto cap. cum sit generale. Idem in exceptione iuramenti, vt obseruetur: quia tunc est mixti fori. De seculari patet in capi. licet mulieres. de iureiurand. in sexto. De ecclesiastico in cap. fina. de foro competen. eod. lib. idem tenet Alexander consilio xxxix. numero tertio. in quarto volumine. idem Felin. in capit. ij. numero vigesimooctauo. versic. tertia conclusio. de rescriptis. & melius per Alexand. consilio clj. in vij. volumine. quod limitat Maleretus in tractatu de elec. fol. xxx. col. iij. vide Sozi. consi. cxix. præsupponitur. in iiij. volum. & Curtium consi. lxvj. super. Exceptio adulterii, est etiam mixti fori. de seculari patet in capitu. cum sit. & ibi doctores de foro competen. & ibi vide alios. & in leg. quotiens. C. de iudi. & in dicta leg. Titia. Idem quando agitur de reparatione ecclesiæ. nam & ecclesiasticus & secularis est competens: per textum in l. hereditas. ibi, principali vel pontificali. de petitio. hereditatis ff. & Benedic. in repetit. capitu. Raynutius. in versic. si absque. in secundo, numero xxxv. in substitutione fideicommissaria. de testamen. Alexand. consilio. clxx. in secundo volumine. & in stylo parlamenti in parte quarta, arresto ducentesimotrigesimoseptimo. & ibi in additio. Notandum est nomen, quòd si laicus vulnerat clericum vel verberat, crimen est mixtum, secundùm Ioannem Baptistam in repetitione l. cunctos populos. colum. xiij. de summa trinitate. C. & dicitur Christum crucifigere, qui sacerdotes persequitur. ca. nulla. in fin. iij. quæstion. j. Lucas de penna in l. nihil. C. de pala. sacra. largitio. libro duodecimo.

e Seculares exceptiones.

7 Seculares, [e] quæ ad cognitionem iudicis secularis spectant: & de his iudex ecclesiasticus non se intromittit, vt si agatur actione reali, & inter laicos (idem tamen in clericis) coram iudice ecclesiastico. nam potest excipi vt coram iudice laico agatur: per textum in capitu. quo iure. viij. distinct. & cap. cum deuotissimam. iuncta subscriptione quæ regina Galliæ dirigitur: & illa de possessione cognouit. & capitu. sequen. ibi, & vestra regia dignitate. xij. quæstio. ij. Et quicquid sit de iure, in Francia tamen obseruatur clericos in realibus conueniendos coram seculari ex consuetudine tanti temporis cuius memoria non est in contrarium, secundùm Ioann. Fab. in Auth. statuimus. C. de episco. & cleri. & in §. fina. Inst. de satisda. Panor. in capitu. qualiter. de iudi. Patruus meus Iaco. Rebuffi in leg. viros. de pala. sacra. largi. lib. xij. C. Aufre. in repe. clemen. prima de offi. ordi. col. lxxvj. in prima impressione. Idem tenet Benedic. in repe. capitul. Raynutius. in versi. & vxorem. numero. cccxxxj. de testa.

stila. & *in magno consuetudine in rubrica des cas qui peuvent toucher le Roy,* & *l'euesque.vers.si l'official.* & *Ioan.Masuer.in rubrica de iudicibus. in principio dominum meum & concinus de Nico.Boerin consuetud. Bitur. in §.x ij.de iurisdictione omnium iudi.* & de hoc fuerunt prolata multa arresta: *vt habetur in stylo curiæ parlamenti in quarta parte, arresto xv.* & *xvj.* Imò capitulum sancti Maximini fuit in ducentis libris condemnatum, quia de actione reali cognouerat: vt habetur ibidem arestor. *clxxv.* & *in quæst.per arresta. quæst. quadragesimaquarta.* vbi Parisiis fuit per supremam curiam pronuntiatum anno. M.cccIxxxiiij.& idem. *quæst.clxxix.arresto vltimo.* Idem de possessorio hoc in regno solus iudex secularis cognoscit. *capit.causam secundam qui filij sint legitimi.Guido Pape in decisio.del final. quæstione prima.Ioan.Feral.in tractatu de iuribus regni Franciæ in xj. priuilegio.* & *in d.stylo parlamen. arresto clxxv.* Item de omni crimine priuilegiato: vt læsæ maiestatis, falsæ monetæ, saluæ guardiæ, & portus armorum, & aliis similibus. *secundum Benedict. vbi supra numero cccxxxv.* & *amplè Ioan. Feraldus in d. tracta. de iuribus & priuilegiis regni Francorum per totum, maxime xix. priuilegio, vbi multa allegat.* & *Cigaul. in tracta.suo de bello Italico.in capit. regali.* Errant tamen aliqui iudices seculares volentes quoslibet clericos punire pro portu ensis, vel quorumlibet aliorum armorum, cum non committant crimen portus armorum: sed in magno consuetudinem declaratur tunc committi illud crimen *in rubrica des droicts royaux, versicu. Item auront les dicts baillifs & lieutenans & non autres, la cognoissance, punition, & correction des crimes de lese maiesté, port d'armes noble, qui est a entendre quand ils auront compaignie de gens garnis, d'autres armes que d'espees, consteaux, ou bastons,* &c. & *in versicu. item plusieurs in rubrica des gens non mariez,* & Feraldus vbi supra, dicit tunc committi quando villa contra villam, dominus castri contra alium cum armis & conductione gentium: non tamen si duo se verberant: quod bene not. & de crimine priuilegiato *vide in quæst. per arresta.quæst.clxxvij.arrest.vndecimo.* & *in stylo parlamen. in vij parte, rubrica de accusa.ordin.v.decimo.Iacob. de bello visu in repet.§. contrahentes.capit.Romana.numero centesimosecundo. de foro competenti. in sexto.d.Boer.in tract.de seditio.sexto.præsuppos.in si.folij. xx. Maleret. in d.tract.de elect.fol.trigesimoprimo.colla.iij.* Item in petitione Laudimiorum *secundum dom. Bartholom.de Chassa. in consuetudine Burgund.in rubrica des censes in §.primo.in Gloss.j.numero nono.* & *sequens* idem dicentem in arreragiis: *vt habetur in quæst. per arresta.quæst.l.* Sed contrarium fuit dictum Tolosæ, vt in eius stylo continetur, *arresto xix.* ideò concordat, quòd quando promissio arreragiorum interuenit, quia reus promisit d. arreragia soluere, tunc iudex ecclesiasticus cognoscit & ita intellexerunt domini consiliarij Tolosani & Parisienses: *vt habetur in quæstione per arresta.quæst.lxxxviij.* Secus si aliqua promissio non interuenerit: quia tunc solus secularis cognoscit. & ita intelligitur.quæst.l. arrestorum Parisiis.*hoc tenet Ioan. Masuer.in rubrica de i.di. in princip.* & casus in quibus gentes regiæ cognoscant contra clericos, *ponit dom.Bartolo.de Chassa.in consuetudine Burgund.in rubrica des iustices.in Gloss.* & *droits d'escelles numero cj.* & *g.v.Gloss.s'il n'a grace numero oltanu.cum sequen.* & *Ausre. in suo tracta. casus in quibus dex secularis, & cæte.* & an clericus possit banniri per secularem iudicem, Ioannes Galli vbi supra. quæstione sexagesimasexta & tribus modis dicitur negotium seculare: *vt tenet idem dom. Chass. in rubrica des iustices in §. sexto. Gloss. Messiere. numero trigesimosecundo.* Idem si seruientes regij verberentur, vel ostiarij parlamenti officiendo: quia tunc curia suprema cognoscit. & in materia prouisionali: *secundum Vincentium Cigaul. in allegationibus suis. in ver. capitulum regale.* quod ego intelligerem, quando essent seruientes curiæ supremæ, vel ostiarij, vel officiarij, vel executiones facerent pro eadem curia: aliàs secus per supradicta.

a TERTIA Diuisio. *b* Dilat. exceptionis.

8 ¶ TERTIA *a* succedit & principalior diuisio, quòd exceptionum quædam sunt dilatoriæ, quædam anomalæ, mixtæ, quasi peremptoriæ & peremptoriæ. ¶ Dilatoriæ *b* sunt quæ per actionem differunt. *l.secundo.§.fina ff.eodem.* & *in §.appellantur.* & *ibi doctores. Institut.eodem.* & in duplici differentia reperiuntur: quia quædam sunt meræ dilatoriæ, quædam iudicij declinatoriæ. *ita Glossa.in capit.si quis episcoporum. iij. quæst.vj. Petrus de Ferra.in practica sua in forma responsionis rei conuenti.in ver.saluis aliis exceptionibus.*

c DILATORIA MERA exceptio.

9 ¶ Dilatoria *c* mera, est dilatoria solutionis: vt si fecisti mihi pactum de non petendo vsque ad certum tempus: si ante petis, habeo exceptionem per quam possum solutionem differre. *leg.tertio.§.primo.ff.eodem.* vel si sim condemnatus in actione personali, & ante quatuor menses conuenior: possum per exceptionem differre solutionem vsque ad quatuor menses. *leg.secunda.* & *leg.debitoribus.ff.de re iudicata.* & *ibi doctores.leg. secunda. C.de vsu.rei iudicatæ. capit. quod ad consultationem.de re iudicata.* idem in dote quando in pecunia consistit. *leg.vna.§. exactio. de rei vxor.actione.* & *Speculator.eodem titu.§. nunc videndum.in principio.* & quando ante tempus petitur, induciæ temporis restantis debent duplicari: *per textum.* & *ibi est communis opinio doctorum in §. sed hodie. Institut.eo.doctores in leg.in illa de iure fisci. libro decimo. C.Vber.de Bonacurso in rubrica quibus modis suo nomine agen.ciuiliter.* & *ibi in additio.ad eum ponit quatuor limitationes in verbo, impedimentum.vide Ausre.in decisione capellæ Tolosanæ quæstione ducentesimaseptuagesimanona.* & *prepo.in capitulo ex parte.in secunda.columna. secunda. de appell.* Et istas quis debet proponere ante litem contestatam: sed eas non tenetur probare, nisi intentione actoris fundata. *leg.exceptionem.* & *ibi doctores.C.de probationibus.l.si quidem. C. eodem capit.primo.de litis contestatione.in sexto capit. cum venerabilis. ibi,idem nondum episcopi intentione fundata præpropere,* &c. *de exceptionibus.* quod intellige & declara vt per additionem ad Vbertum de Bonacurso *in rubrica de impedimen.* & *exceptio. ver.attende. tamen.* Et si opponens exceptiones in harum probatione deficiat, poterit statim in expensis condemnari: *per textum* & *ibi doctores, maximè Philippus in secunda not.in capitulo primo. versi.si quis igitur eodem titulo, in sexto.* Et si non sint oppositæ in causa principali, in causa appellationis opponi possunt minime, *secundum Felin. in capit.cum Ioannes. numero vigesimonono. de fide instrumento.* nisi redderent iudicium retro nullum, *secundum Philippum in capit.licèt.columna secunda.de appellationibus. in sexto.* & aliis in casibus positis per *Felin. in capit. ad audientiam. in secundo. numero decimotertio.versic. omittens dilatoriam. de rescriptis.* Quia pars litem contestando dicit se velle litigare, vel se velle præsumitur, cum nil dicat contra ingrediendo negotium: sed dilatorias proponendo dicit se nolle litigare, saltem tacite, cum veniat ad iudicium differendum: & sic ex propositione istarum post litem contestatam resultaret quædam contrarietas. *capitu.cum causam.* & *ibi not.de appellatio.* meritò tanquam sibi contrarius non debet audiri: *per textum in capitulum. solicitudinem. de appella.in leg.vbi repugnantia.ff.de regulis iuris.leg.Titia. ff. de conditionibus* & *demonstrationibus. Panormita. in capitulo. exceptionem. numero decimo de exceptionibus.* Limita tamen quod dicimus, videlicet quod ante litem contestatam proponantur in nouem casibus *positis per Alexandrum. leg.ita demum.Cod. de procuratoribus.* & *ibi Iason multos alios addit.* & *Felin. in capitulo exceptionem.* & *ibi alij eodem titulo. Dominic.* & *Ioan.de turre cremata, in capitulo si quis episcoporum tertia quæstione sexta. Anto. de Tremolis in additio. ad Vbertum de Bonacurso in rubrica de impedimen.* & *exceptionibus quæ contra rescript. versiculo,* & *quid si ind. x.* & *Petrus de bella Pertica in suis quæstionibus. quæstione vigesimoseptima. Alexanderin leg. si mulier. ff. soluto matrimonio,* Et si iudex denegauerit eas admittere, debet pars appellare: aliàs eas non potest amplius proponere, etiam si protestatio interuenerit, contra Gloss. *in capitulo ex conquestione. de restitutione spoliatorum:* quam reprobant Anton. de Buttrio. Areti. & alij *in capitulo tam litteris.de testibus. Domino in capitulo, in primis.§.quia igitur. secundo.quæstione prima.* Præpo.*in capitulo.ex parte.in secundo.column. secunda.de appellationibus.* Si tamen contineret notariam falsitatem, non esset per iudicem admittenda: *per Glossa.* & *ibi doctores.* & *Philippus in capitulo.statutum. in principio,in verbo copia. de rescriptis.* ¶ Et breuiter nota, quòd omnis exceptio quæ non perpetuò, sed ad tempus impedit, est dilatoria: *vt tenet Bartolus in leg.tertia.ff.eodem.* & *Nicolaus Milius in reper.in verbo, exceptio ordinat.Bartol.Iason.* & *alij in l.eum qui §.qui ita stipulatur, in fine. ff.de ver.obligationibus.*

Formam proponendi *vide per Speculatorem in titu.eo.§.viso. versi.* & *nota quòd omnes dilatoriæ.*

a DILATORIÆ non meræ, sed declinatoriæ iudicij declinatoriæ.

10 Aliæ *a* sunt declinatoriæ iudicij: & istæ etiam sunt dilatoriæ, *per Glossam. in leg. tertia.ff.eodem.* & *in leg. Pomponius. §.atibabitionis.ff.de procuratoribus. Panormitanus in capitulo pastoralis. numero decimoquinto.* & *Felinus columna quarta, eodem titulo. Dominus in capitulo vt circa: in verbo. alioquin, de electionibus.in sexto. Præpo. in capitulo si duobus. columna quinta,* & *sequenti.* & *capitulo, interposita. de appellationibus.* Et istæ debent proponi, & probari ante litem contestatam: quia natura earum (paucis exceptis) non est reddere iudicium inutile, postquam est fundatum, *secundum Baldum in leg. exceptionem. numero tertio. Codic. de probationibus.* nec iudex potest eas reseruare post litem contestatam, nisi de expresso consensu partium: quia iudiciarium ordinem non potest mutare, *secundum Alexandrum, consilio centesimooctuagesimosecundo, columna secunda,in sexto volumine. Aretinus consilio septuagesimotertio, columna tertia. vide Ausre.in decisione capellæ Tolosanæ quæstione centesimaoctuagesima.* Et hæc est multiplex, vt in typo patet, & infra declarabitur. Cautela tamen est, si velis excludere aduersarium ab opponendo istas, vt facias interrogari eum per iudicem, an velit litigare: & si respondeat quòd sic, amplius non poterit declinatorias opponere, & hoc si sciebat sibi competere: *vt tenet Cepol. in cautel.cxx.* & *Cano. per illum textum in capit.primo.de iudiciis.* & *Nicolaus Milius in verbo,* exceptio declinatoria iurisdictionis. Sed vt te defendas ab ista cautela, constituas procuratorem ad respondendum saluis exceptionibus tuis: vel

protesteris respondere saluis exceptionibus, & hoc tenent doctores in capitulo primo de iudiciis. & ibi p.de ripa. ¶ Notandum est tamen, quòd si aliquis se submittat parere mandatis curiæ, non poterit iudicium declinare, *secundum Paulum, & alios in leg. prima. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* & illa submissio quam facit quotidie captus se submittendo misericordiæ curiæ, non valet, nisi fiat ei misericordia: & ideò appellat, & omnia agit tanquam non esset submissus, exceptis declinatoriis, *per textum & ibi doctores in cap. sane. de renuntiationibus. Corset. in repe. in verb. versa testam. Guido papæ in suis decisio. quæstio. cccxxv. & ibi vide de aliis submissionibus. & in capit. veniens. ibi, se gratiæ capituli commisisse de renuntiationibus.* & hæc declinatoria non habet locum coram principe *Bald. in l. proxime in fin. ff. de his quæ in testa. delentur.*

a Iudicis.

11 Prima competit ratione iudicis [a]: & hoc tripliciter. 1 Primo respectu amoris vbicunque verisimile est in coniecturis, quòd vna pars sit magis dilecta quàm altera: & tunc iudex recusatur: *vt tenet Antonius de Butrio, si capitul. postr. in s. & ibi Prapo. coll. tertia. de appellationibus. & no. in capit. accedens. in secundo, vt lite non contestat. capitulo, ad hæc. de rescriptis. capitulo cum R. & ibi doctores de officio delega.* vt si sit pater, vel consanguineus actoris. nam poterit iudicium declinare, *per textum in leg. qui iurisdictioni. de iurisdictione omnium iudicum. ff. & ibi doctores.* & hoc in septuaginta quinque casibus positis per Præpositum *in capitulo postremo. de appellationibus.* 2 Secundo respecta odij, quando apparet quòd iudex alteram partem odio prosequitur. capitul. cum super. & ibi glos. & doctores de officio delegati. 3 Tertio ratione indifferenti, & non ratione odij, vel amicitiæ: sed alia ratione, vt quia iudex est infamis, excommunicatus, furiosus. *leg. neque famosis. C. de dignitatibus. libro duodecimo.* etiam infamia facti. *leg. secunda. ff. de senatoribus. doctores in capitulo scisitatus. de rescript. & leg. cum lege. ff. de arbitris. lege quidam de re iudicata. & leg. cum prætor. ff. de iudi.* & primus actus debet esse legitimatio iudicis, & prius in eum debet opponi, *secundum Felinum in capitulo inter. collum. secunda & sequen. de re iudicata. & Vbertus de Bonacurso, in rubrica de recusationibus, in versiculo, & quanquam. & ibi in additio. ad eum. Philippus in capitulo si contra vnum. & capitulo iudex. de officio delega. in sexto.* Si tamen exceptio sugillat seu notat famam iudicis seu honorem, vt quia opponitur quòd est infamis, vel seruus: tunc superior de illa cognoscit, vt arbitri eliguntur, *secundum Bartolum, Alexandrum, & alios in dicta leg. quidam. de re iudicata. & Cano. in capitulo. cum super. de officio delega. & in capitulo super litteris. de rescript. & in capitulo primo codem titulo in sexto. & in capitulo si contra: & ibi Philippus in secundo not. de officio delega. eodem libro. Nicolaus Milius in repert. in verb. exceptio excommunicationis contra &c.* Hæ tamen non sunt propriè exceptiones, *per gloss. singu. in capitulo quoniam. in verbo, exceptiones, de probationibus. & secundum Felinum in rubrica eiusdem tituli, de except. & sequuntur doctores in dicto capitulo quoniam. & addi. ad Vber. de Bonacurso, in rubrica de impedimento. siue exceptio. coll. quarta.* licèt aliqui intelligant in delegato, non in ordinario. Sed & alia quæ contra iudices possunt opponi, *vide per Nepo. de monte Albano in libro, qui fugitiuus nominatur. capitulo exceptiones contra iudices. & Specul. in titulo de iudice delega. in §. penultimo & vltimo. & Angelus instit. eodem. §. præterea. in secunda collum. oct auo. cum sequen. Vber. de Bonacurso in practica sua, rubrica quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur.* Formam proponendi *vide per Specul. in titulo eodem. §. viso. versicu. si vero contra. & Petrum de Ferrariis in sua practica, in forma libelli de declina. iurisdictio. alicuius iudic. per totam illam formam libelli. & Bartolum & alios in leg. prima. de testamen.* & quando valeat processus si non opponatur. *vide plenè Panor. Felin. & Decis. in capit. scisitatus. de rescriptis.*

b Actoris.

12 Aliæ competunt ratione actoris [b]: vt si quis agit contra me, excipiam quòd est bonis ei interdictum ratione prodigalitatis. Item est demens, surdus, furiosus, fatuus, vel mulier luxuriosa: *per text. in §. præterea. versicu. item in furiosi. Institut. quibus non est permissum facere testamen. leg. prima. §. fina. cum leg. sequen. ff. de postulan. leg. consilio. ff. de curato. furios. & l. & mulieri. illo titulo.* & vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem & mulierem luxuriosè viuentem testari, scilicet quòd eis bonis facias interdici. *leg. & mulieri. de cura. furio. ff. ponit Tho. Ferra. cautela sexta. & Benedic. in repetitione cap tulo Raynutius. in ver. mortuo in primo numero tricentesimo decimoprimo. de testa.* ponit de triplici prodigalitate. Alia quæ contra actores possunt opponi, *vide per Vber. de Bonacurso in practica sua. rubrica quibus modis suo nom. agentes ciuiliter per totum. & Specul. in titulo de actor. in §. primo. & Nepo. vbi supra rubrica de excep. contra actore. Angel. §. præterea. iam allegato.*

c Rei.

13 Aliæ competunt ratione rei [c]: vt quia legatus missus in legatione conuenitur. nam potest excipere, & iudicium declinare. *leg. ij. §. legatis. ff. de iudic.* & aliis modis ibi positis per textum & doc. Quod intellige si illud priuilegium allegetur. aliàs non competet. *c. fi. ibi, quam si tunc allegasset. de foro comp. textus in leg. iiij. §. hoc autem iudicium de damno infecto in cle. causam de ele. capit. primo de sepul. in sexto. Guido Papæ in suis decisio. quæstion. cxxxj. & Alexand. consuet. xcvj. in quarto volumin. Ioan. Mata. vulgo Riminaldus in leg. secunda numero x. de bono. possess. contra tab. C. Iason. in vniuersa. de praci. impera. offer. & leg. scimus. de offi. o. testamen. Tho. Parpalia in repet. leg. si quis maior duodecimo. no. de transact.* Tenebuntur tamen tales conuenti promittere quòd coram suo iudice se præsentabunt. *l. secunda. §. sed dubitetur. ff. de iudi.* Hodie tamen non competit hæc exceptio, si conueniatur in curia Romana, *vt tenent doct. de Rot. decisione centesima decima octaua. in antiquioribus.* Alia quæ possunt opponi contra reum, *vide per Specul. in titulo de reo per totum. & Vber. in rubrica quibus modis examen. ordinari. iudi. verb. ratione rei.* ¶ Potest etiam opponi mixta consideratione: videlicet iudicis & actoris, vel iudicis & rei: *per textum in leg. Iulianus ait si alter. ff. de iudic. & Vber. vbi supra ver. si.* Sed intendo cum superioribus simplicibus comprehendere: licèt mixtum sub simplicibus regulariter non comprehendatur, *per Gloss. & docto. in leg. secunda. ff. de verborum obligation. Ang. & Iason. in §. primo. Institut. de actio. Alberic. in tract. statu in quæstione vigesimanona & trigesimatertia in secunda parte. Alexand. consilio. cxxj. in secundo volumine. & consil. lxxxvi. in tertio volumine. & Ioan. de monte Ferrato. in repetitio. l. Gallus. §. & quid si tantum coll. xx. & ibi Fortu. ff. de liber. & posthum.*

d Syndici.

14 Aliæ competunt ratione syndici [d]: vt si fortè aliquis tanquam syndicus agit: in cuius constitutione non fuerunt inserta legitimè nomina constituentium in instrumento: prout debet fieri. *l. fina. & ibi Barto. & patruus meus Rubuff. vendend. reb. ciuita. libro vndecimo. C. Barto. in leg. fi. de præd. curiali. libro decimo.* nisi essent tot constituentes, qui non possunt in pelle pergameni describi: quia tunc sufficit quòd notarius apponat quòd maior pars vel sanior constituit, *secundum Ioan. Fab. in §. fina. Instit. de cura. Alexand. consi. primo. in tertio volumine. Barto. in l. prima. de albo scribend. ff. Bald. in leg. j. de rebus eorum qui sub tutel. vel cura sunt. & in l. ciuitas. si certum petatur. Lucas de Penna. in leg. fina. C. de legatio. libro x. Oldr. consilio. c. in executione. Imol. in capit. quanto. de his quæ fiunt à præla. Barb. consilio decimooctauo. difficile. in tertio volumine. Iason. in l. placet in secunda lectu. numero decimo quinto. C. de episcop. & cleric.* 2 Item potest opponi, quòd est constitutus à consilio non cõgregato, tuba, cornu, campana, vel nuncio ad hoc specialiter deputato ex prioris commissione vel superioris regentis collegium vel vniuersitatem. *Gloss. & ibi doctores in l. secunda. de decu. libro decimo. & in l. actuarios. de actua. libro duodecimo C.* 3 Vel opponitur quòd non est constitutus à duabus partibus vt oportet. *l. nulli ff. quod cui sque vniuersita. no. l. planè. de decre. ab ordi. faciendis & l. nominationum. de decurionib. libro x. Alexand. consilio. ccx. in principio in vj. volum.* 4 Alias exceptiones quæ possunt opponi contra syndicos actores & œconomos, *vide per Nepo. vbi supra cap. contra procurator. syndicos. actores. & œconomos. Vber. de Bonacurso in practica sua in rubrica de exceptio. opponendis syndi. vel actoribus. Specu. in titulo de syndico. Canonistas, in capitulo vno de syndico. Angel. in §. cætera: sapius allegato. columna vigesima quarta. & dom. Bartholom. de Chassan. in consuetud. Burgundiæ, in rubr. cs des foretz. §. vj. in fine.*

e Procuratoris.

15 ¶ Ratione procuratoris [e] aliæ opponuntur: & istæ procuratoriæ vocantur *leg. tertia. §. procuratoriæ. ff. eodem. §. præterea. Institut. eo.* & vij. modis potest opponi, 1 Primò, respectu constituentis: quia à minore vigintiquinque annis est constitutus sine curatore. *l. neque C. de procurato.* 2 Secundo, ratione eius qui constituitur: quia miles, surdus, mulier. *leg. filius familias. §. milites. & l. mutus ff. de procuratoribus.* 3 Tertio, respectu actionis: vt quia est criminalis, in qua non potest procurator interuenire. *leg. penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iud. l. seruum. §. publice. ff. de procuratoribus.* quod verum, quando reus non est captus. secus si detineatur in carceribus: quia tunc procuratorem constituit ad se defendendum: *vt tenent Barto. & Imol. in dicto §. ad crimen. & Philippus in capitulo primo. numero sexto. de iudic. in sexto. & deci. de Rota in decisione ducentesima prima. in nouis. & vide dominum Bartholom. de Chassan. in consuetudine Burgundiæ. in rubrica des droictz, & cætera. in numero vigesimosecundo. §. quinto. Glossa des droictz.* Item potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum: vt quòd libellus inquisitionis non procedat: vel quòd iudex non potest inquirere, vel actor accusare, & similes, *secundum Bartol. in dicto §. ad crimen. Alexand. in consilio centesimo vigesimooctauo, colla. fina. in sexto volumine.* Hodie verò in regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum criminaliter: *vt tenent Benedict. in versicu. & mortuo in primo numero cc. de testamen.* excepto procuratore regio secundùm eum, qui est magnus magister, *vt Ioann. Fab. attestatur in §. fina. institut. eodem.* 4 Quarto opponitur de cautione non præstita: *vt l. Pomponius. §. ratihabitione. ff. de procuratorib.* 5 Quinto, ratione formæ: vt quia non est constitutus ad defendendum,

dum, sed agendum, *secundum Specu. in titulo de procurato. §. ratione autem formæ.* 6 Sexto, ratione officij: vt si tutor vel curator contra pupillum vel adultum suum actiones suscipiat, vel cessionem illarum: vel constituatur procurator. nam poterit opponi contra: *vt in Authen. vt hi qui obliga. se perhibent habe. res mino. in princip. column. sexta leg. frater. & ibi not. ff. de condict. indeb. leg. actius. ff. si seruitus vindicetur.* 7 Septimo, ratione causæ: vt si constituatur à masculo ad ætatis veniam impetrandam, vel ad actionem popularem: vel si est procurator generaliter constitutus, & in integrum restitutionem petat: vel velit intentare interdictum de liberis deducen. in quibus non sufficit mandatum habere generale *leg. secunda. de his qui veniam ætat. impetra. C. & leg. secunda. ff. de public. iudic. leg. licèt. C. de procurato. hoc sequitur. Vber. de Bonacurso in sua practica. rubrica de exceptio. procurator. per totum. & ibi vide alia quæ contra procuratores possunt opponi: & per Nepo. vbi supra capit. exceptiones contra procuratores. Specu. in titulo de procuratoribus. Angelus in sæpe allegato §. præterea. in secundo. columna decimaseptima. Institut. eodem Glossa. in capit. primo. in verbo, absentia. de electio. in sexto. & ibi doctores. vide Alexandrum in suo consilio, consilio septuagesimosecundo. in quarto volumine & consilio lxx. in v. volumin. Barba. consil. lxxvij. column. v. in volumin. ij.*

16 Aliæ competunt ratione rescripti: vt si quis impetrat rescriptum super obligatione antiqua, vel actione, quæ ante rescriptum competebat: possum contra rescriptum exceptionem opponere: & dicitur dilatoria: quia licèt rescriptum perimat, non tamen obligationem vel actionem antiquam. si verò ex rescripto actio orietur, vt quando super beneficiis impetrantur rescripta: si exceptio contra rescriptum opponatur, dicitur peremptoria gratiæ: *vt tenet Specu. in §. dicto versiculo, sed quæro de exceptione. eodem titulo & Hostien. in summa huius tituli. §. quæ sit exceptionum. versiculo, quædam contra rescriptum.* Notandum est tamen, quòd contra rescriptum variis modis potest excipi. 1. Primo, ratione falsi: *vt cap. ad falsariorum. & capit. quàm graui. & per totum de crimine falsi.* 2 Secundo, ratione formæ: quia non est impetratum secundùm formam vel stylum curiæ. nam in illo papa vocat episcopos filios, vel reges fratres: vel se ponit in singulari: *vt ponitur in dicto capitulo quàm graui.* 3 Tertio, ratione impetrantis: vt quia seruus. *leg. prima. C. de precibus imperat. offeren. vel excommunicatus. capit. primo. de rescriptis. in sexto.*

4 Quarto, ratione eius contra quem impetratur: vt si impetratur contra priuilegiatum nõ faciendo mentionẽ *de priuilegio. capitulo tum ordinem. & ibi doctores de rescript. Glossa. in capit. primo. illo titulo.* vel ille contra quem impetratur, erat mortuus. *leg. penultim. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindan. Ias. in leg. eius versiculo. quod si stipulatus. si certum petatur.* 5 Quinto, ratione ad quem impetratur: vt quia impetratus non est in dignitate, *iuxta textum in capit. statutum de rescript. in sexto.* vel est excommunicatus. *in capit. intelleximus. & ibi doctor. de iudi. in capit. decreuimus. de sentent. excommunication. in sexto.* 6 Sexto, ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: *vt in titulo de fil. presbytero.* vel aliud quo expresso literas non obtinuisset. *capit. super literis. de rescript.* vel non ita deleui. *capit. postulasti. in fin. illo titulo.* 7 Septimo, potest opponi contra rescriptum ratione causæ: vt si est obtentum à principe seculari super decimis, vel econtra, *licèt. & ca. ex tenore. & ibi doctor. de foro competen.* Item causæ continentiam diuidit, contra *l. nulli. C. de iudic. & capit. primum de causa possess.* ¶ Et ista continentia potest tripliciter opponi. 1 Primo, ratione actionis: vt quia est generalis multa comprehendens capita: vt tutelæ, pro socio, negotiorum gestorum: *vt dicit Glossa. & docto. in dicta leg.* 2 Secundo ratione personarum: vt quia sunt plures socij, vel plures heredes indiuisi. nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio. *leg. j. & secundo. ff. de quib. rebus apud eundem iudicem agatur.* & habet locum ille titulus non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, *secundum Ias. in dict. leg. nulli.* Et ideò vnam cautelam ponit Thom. Ferrar. *in cautel. decimo & Hippol. de Marsiliis in singul. clxxx. & refert dominus Chessan. in consuetud. Burgund. in rubrica des iustices. in §. v. in Gloss. s'il n'a grace. numero lxx. & Felin. capit. j. numero sexto. de præscript.* Hoc plenè ponit multa allegando & ordinatè more suo dominus meus & conciuis dom. Nico. Boer. *in consuet. Bitur. in §. decimo. de iurisdict. omn. iudic.* quòd si plures vulnerauerunt vel interfecerunt vnum: si vnus illorum sit clericus, omnes iudici ecclesiastico sunt remittendi, ne causæ continentia diuidatur. *& dicit dominus Chessan. vbi supra vidisse* hanc cautelam in ducatu Mediolanensi obseruari in casu emergenti, & est cautela pro amico. *Sec. j. consuet. xij. col. v. in j. volumin.* 3 Tertio, ratione subiecti: vt quando duo iudicia ad eundem finem tendunt: vt possessorium & petitorium. nam iudex possessionis facilius expediet petitorium quàm alius, *secundùm Glossa. & ibi Io. Roger. in dicto capit. primo. de cau. pos. & Vber. de Bonacurso in rubrica de impedimen. & excep. quæ contra rescript. versicu. vel quod, &c. & ibi in addi. ad eum.*

¶ Alia quæ contra rescriptum possunt opponi, *ibi vide, & Nepo. vbi supra in ca. j. Specu. in tit. de rescri. præsentia. per totum Ang. in prædicto. §. præterea. col. iiij.*

17 Formam pronuntiandi super istis exceptionibus, *vide per Specu. eo. tit. §. viso. versic. præfixo. ibi, forma interloquendi. & Vber. vbi supra.*

18 Aliæ competunt ratione loci [a]: vt si aliquo loco soluere promisit quis, & alibi conuenitur: poterit excipere de loco solutioni destinato: vt ibi conueniatur. *capitulo vno. & leg. vna de plus petitioni. §. plus. & ibi Iason. plene Institut. de actionibus.* Nisi promittens in loco illo nollet se reperire, *per textum & ibi not. ff. de eo quod certo loco.* Vel dicit se non posse conueniri extra ressortum, aut regnum, vel locum non insignem. *in capit. statutum. de rescriptis. in sexto. & Guido Papæ quæstione quingentesima decimaoctaua. Ioan. Fab. in §. appellantur. columna tertia. Institut. eo.* Vel extra territorium & locum maiorum. *in leg. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. capit. fin. de constitut. in sexto. l. prima & ibi not. ff. de iudic. Vber. in rubrica de impedimen. executio. & can. nullus. versiculo septimo. si iudex.*

19 Sunt & aliæ quæ competunt ratione temporis [b]: vt si die feriato conueniar, de feriis excipere possum, & declinare iudicium ratione temporis feriati. *lege prima. & per totum ff. & C. de fer. & in decreta. illo titulo.* vel si conueniar de nocte. *capit. consuluit. de officio delega. leg. non minorem. C. de transact. & ibi Ias.* vel potest excipi quòd alio tempore tenetur, *in capit. j. de plus petitio.* & iura in proximæ cellulæ declaratione allegata: & primus qui ferias Latinas inuenit, fuit Tarquinius superbus: *vt tenet dominus Ayma. Rinalli. in billo. iur. ciuilis. libro primo. cap. final.* quod ego intelligerem ferias Latinas, quæ apud Romanos fuerunt. sed ferias in honorem dei introductas dicerem esse de iure diuino, postea quæ habentur *Gene. ij. circa princ. & Exo. xx. capit. & ad Hebræos. quarto capit. & ita Syluester de Prierio in sua summa, in ver. dominica. tenet.* Quot sint genera feriarum, ponunt *Azo & Hostien. in summa de feriis. vide Vber. in rubrica quibus modis suo no. ciuiliter agentes, in versicul. item reiiciuntur actores. & ibi in additio. ad eum. Lanfra. in repe. cap. quoniam. in verbo, dilationes, de proba. text. Gloss. & doct. in clem. sæpe. in princ. de verbo. significa. Ange. de Clauasio in sua summa, in verbo, feriæ. & Specul. in titulo de feriis, quos vide.*

20 Sunt & aliæ quæ competunt ratione libelli [c]: vt si producas libellum ineptè formatum contra me, potero excipere, per text. in cap. examinata. de iudi. & alia quæ ponit *Specul. in titu. de libel. conceptio. §. iuxta propositionum ordinem. & Nepo. vbi supra. capit. exceptiones contra libellum. Lanfrac. in repe. capit. quoniam in verbo, petitiones. de probatio. doctor in capit. primo. & per totum de libel. oblatio.* Et ista exceptio libelli inepti potest quandoque opponi, *per Glossa. sing. reputatam in versiculo secundo, Institut. de oblig. in princ. text. pro illa Glossa. in leg. nisi finita. §. si adhuc. ff. de tutel. & ratio. distra. leg. fina. in ver. nihil agit, ff. de libera & posthumis, & etiam post sententiam, secundum Angel. consil. clxxviij. & cxcvij.* quia reddit iudicium retro nullum, *per text. in leg. si patronus libertam. ff. de iureiurando. l. licèt. C. de procu. Angel. consilio centesimosexagesimoseptimo.* cum ibi non possit esse iudicium vbi non est fundamentum. *in ca. cum Paulum. prima quæst. j. cap. final. de presbyter. non baptiza. l. legi. ff. de exceptio. rei iudic. Ita tenet Saly cet. in leg. exceptionem. numero decimoquarto. de probatione. Romanorum. consilio lxxx. & Vber. de Bonacurso in d. pract. sua. in rubrica. quib. mo. suo nom. ciuiliter agentes. versiculo & generaliter. & ibi in addi. ad eum.* Secus in exceptione libelli obscuri: quia hæc ante litem contestatam proponi debet: *vt tenet Alexand. in leg. prima. not. j. ff. de eden. Docto. in leg. edita. C. illo titulo. & Maria. in capit. secunda de libel. obla.* Imò si ex libelli inspectione constat iudici libellum fore ineptum, tunc iudex ex officio potest reiicere, & dentibus lacerare. *l. j. ff. de offic. assesso. & Innocen. in cap. j. de offic. vicar. refert Panorm. in capit. cum inter. in fin. de consuet. & idem Panorm. in capit. j. numero. v. deposi. & capit. inter dilectos. numero septimo. de dona. cap. fina. numero x. de libel. obla. cap. dilecti. numero secundo. de iudic. & cap. si clericus. numero iiij. de foro compet.* ¶ Nota tamen quod quando libellus est ineptus, seu non solennis, tunc nulla exceptio est pœnalis: & si reus tunc mentiatur se possidere, seu pro alio confitendo se possidere, cum pro se possideat, siue aliter calumnietur, non punitur si libellus sit ineptus: quod est notandum pro limitatione. *leg. fina. ff. de rei vindic. secundum Alexan. per illum tex. in leg. prima. de his qui potentio. no. C. Rom. consil. cccxxj. & cccxix. Alexand. consil. clxxxvij. in sexto. volumin. Felin. in capit. ex tenore. column. iij. ver. de rescriptio. de rescript. Barba. consil. lxj. illud. column. ij. in j. volumin. Alexan. & Ias. in dict. leg. si patronus.* Hodie tamen propter ineptitudinem libelli, actionis, vel processus aut omissam iudicarij ordinis solennitatem, dum tamen ex petitione certa actio vel conclusio elici possit, alia quàm per partes deducta & conclusa sit, & ex propositis & probatis certa possit ferri sententia: iudices sententiam ferre non omittant, *secundum ordina. Philippi regis Francorum positam in stylo parlamenti in septima parte sub titulo de libelli oblatio. in ordina. secunda eam ponit Guilelm. Benedict. in repet. capit. Raynutius. in verbo*

Marginal notes:

[6] a Rescripti & ne continentia causæ diuidatur.

[a] Loci

[b] Temporis

[c] Libelli

absque.in secundo numero.xlix. de testamen.in substitutione fideicommissariatalis alleg. vide.

a Fori.

20 Ratione fori [a] aliæ competunt: vt si absens de crimine accusetur, poterit eius procurator venire, & declinare iudicium & forum, allegando delictum in illo loco non esse perpetratum, vbi conuenitur eius dominus, *per text.in leg.seruum.§.publicè. ff. de procurato. de cuius text. intellectu vide Guido. papa in sua decisi. ccccxxxiij. Seuj. in regula cccxxj. in tracta. Fallen. Cepol.cautel.xvj.& cxx.& cclij. Dec.in leg.in eo. §. nemo.ff. de regul. iur.& Alberic. in v.parte statu. in quaest. xxvij.& cxx v. Alexander. consili. cxvj.in secundo volumine. d.Bartho. de Chass. in consuetu. Burgun.in rubrica des droits. §. v. gloss. et droits. numero vigesimoseptimo.* & idem si clericus coram seculari conueniatur, *in Authen. Statuimus.C.de episc. & cleri.c.si diligenti. & c. significasti. de foro competen. & Vber. de Bonacurso. in rubrica quibus mo.sue. no.ciui. agen. versicu. item non audiuntur. & ibi in addi. ad eum.* & istam quis debet proponere ante litem contestatam, si sciat sibi competere. Sed si ignorat, post sententiam auditur opponendo, *per l.fin. C.eod.text in c.quicunque.in primo. xj. quaest. j.& Spec.in eodem titulo.§. nunc videndum. versi.caeterum. dilatoria per text.in c. at si clerici. de iudi. Felin. in c. exceptionem. eo. titu.d.Barth.de Chassa. in consuetu. Burgun. in rubrica des iustices.§.v. in gloss.s'il n'a grace.numero quadragesimoquinto.*& quomodo perdantur, *vide Ioan.Masuer.in rubrica illius tituli.versic. item virtute.*

II. Causæ.

21 Aliæ ratione causæ [b] competunt: vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundùm iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ. *cap. ex tenore. de rescript. & c. dispendia. eo titulo in vj.* & idem si sum obligatus sub conditione, & ante conditionis euentum creditor me conueniat, *vt per totum titulum de conditio. apposi.c. vno de plus petitio. leg. prima. C. de rerum.actio.* Vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus, vel in caus. propria, vel de illa summa quæ iurisdictionem suam excedit. *leg.solet.& leg.praetor.ff.de iurisdictio.omnium iudi. ne quis in sua causa iudicet.C.leg.si idem.ff.de iurisdict. om.iudi. Vber. de Bonacurso in rubrica qui.mo.examen.ordina.iudi.declina.in versi. ratione causæ.*

III. c Anomalæ exceptiones.

22 Anomalæ. [c] sunt, quæ normam aliarum non sequuntur: quia possunt & ante litem contestatam & post opponi, licèt dilatoriæ sint: vt exceptio excommunicationis. *in cap.j. de except.in vj.& in clem.vna eo.titu. & in cap.exceptionem. eodem titulo in decretalibus.& idem tenet Petrus de Bella pert.ca in quaestione vigesimaseptima suarum quaestionum. Innocen.in cap.dudum.in ij. colum. prima de elect.& Felin.in c.nonnulli.§.fin.de rescript.* Vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatoriæ & peremptoriæ possunt opponi, sed ex eo quòd etiam in vim dilatoriæ possunt opponi in qualibet parte litis. *secundùm Cardina.in clemen.vna.in tertia quaestione allegata.* Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ, declarat *Specu.eo titu.eo.§. dicto.versiculo hoc quoque notandum est* dicens tunc peremptoriam in vim dilatoriæ opponi, quando reus dicit, tu non potes esse iudex in hac causa: quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo perpetuum: vel mihi detulit iuramentum, & ego iuraui nil sibi debere. Dilatoria opponitur in vim peremptoriæ quando quis dicit, non teneor dare tibi decem quæ petis, quia iudex coram quo me conuenis, est tuus amicus, vel rescriptum est surreptitium. tamen ista stare non possunt, cum habeant diuersos effectus: quia quod est dilatoriæ, scilicet differre, attribuunt peremptoriæ, quia habet perimere, vel econtra: quod non debet esse, nec sic debent misceri, *secundùm Specu vbi supra.* Vel anomalæ possunt dici, quia possunt esse temporales & perpetuæ. *l. tertia.§.temporales. ff. eo. & ibi Albericus vide Hostien. in summa huius tituli. §. quae sit. Angel. in rubrica columna septima. Specu.in §.primo. versicu. anomalae. & §. nunc videndum. versiculo porro* & quia ista non vult sequi normam aliarum, ideò posui eam solam, vel quia excommunicatus nulli debet communicare. *cap. primo ibi. nullus eidem communicet. de iudi.* ideò eam posui solam ne aliis haberet communicare, & alios inficere. Item exceptio filiationis est anomala. *Lucas de penna.in leg. prima in fin.Cod.de dignita. libro duodecimo.* Formam opponendi vide *per Speculat. vbi supra. §. visis. versiculo sed quoniam.* Alias exceptiones vide in stylo parlamen. *in eodem titulo:in prima parte. §. de stylo. & in rubrica de adiornan.heredi. mortuo.& resumptio. arramento per totum. & Petrus de Ferrariis in practica sua in forma libelli rei conuenti. in verbo, saluis aliis.& doctor.in capit.si quis episcoporum tertio.quaestione sexta. in §. primo.*

IIII. d Mixtae exceptiones.

23 Mixtæ [d] sunt, quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione: dubium est an sit dilatoria, an peremptoria: quia si conditio eueniat, erit dilatoria: si non, erit peremptoria: in dubio tamen iudicatur peremptoria *per textu.in leg.Iussit. & ibi doct. ff.de condict.inde Speculat.eodem titulo.§.primo.text.gloss.& ibi doct.o in capit.fin.de rescript. in vj. & in capit.si gratiose.illo titulo. & ibi Alexandrum in leg.ij.§. si quis in iudicio.ff.si quis cautio.* Consulit tamen idem Speculat.in §.dicto. *versiculo.quid de exceptione*, &c. quòd ante litem contestatam proponantur, & cautius. *idem tenuit Ioan. Fabri. in §.appellantur.in fin.Institut.eodem. & Vber. de Bonacurso in pract. sua in rubrica de peremptoria exceptio.versiculo penultimo incipien. [illegible] exceptio.* Vel exceptiones dicuntur mixtæ, quia habent causam mixtam: vt exceptiones iurisiurandi, transactionis, vel aliæ litis finitæ. *leg. fratris Codic.de transactio.* Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ, dummodo legitimo tempore opponantur: ideò mixtam causam habere dicuntur. *leg.elegantes.§.primo. ff.de condictio.indebit. & ibi Bartho.& alij.* ideò eam in medio posui, cum sit mixta. Et quando dicatur opponi ad processum? dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo: non potes agere contra me, quia non habes actionem: vel, non competit tibi aliquod ius agendi, vel simili modo, *secundùm Stephan. Aufre. in decisio.capellan. Tolosa.quaestione sexagesimaseptima.* Ad merita causæ hoc modo opponitur: nil debeo, quia solui: & ideò produco instrumentum solutionis. & hoc facit post litem contestatam: & tunc iudex discutiet iura vtriusque partis: & si reperiat exceptionem fore admissibilem, absoluet reum definitiuè. *ita declarant Bartolus & doctor.in leg.nam postea.in princip. quam legunt cum leg.ait praetor.§.finali.ff.de iureiurando. Bartol.in dicta leg. elegantes.& in leg.fin.ff.pro suo.& leg.cum quaerebatur. iudicatum solui. Angelus in §.aeque.columna penultima. & §. appellantur.columna decimanona. eodem titulo. Lanfrancus in verbo, exceptiones. columna mihi tertia. magnae impressionis, de probatio.* Aliàs exceptiones litis finitæ vide *per Maria. Seuj. & alios in capit. primo de litis contestat. & in capit. primo illo titulo. in fenso per Philip. xlv.& Alexandrum in additio. ad Bartolum.in leg.vir bonus.ff. iudicatum solui.Angelus in dicto §. aequè.columna quinta. & sequenti. Petrus de Ferrariis in sua practica in forma respon. rei conuenti. in versiculo quo ad impediendum processum.* Et sic exceptio triennalis possessoria valet, quòd in beneficialibus post triennium non possit quis inquietari nec in possessorio, nec in petitorio, per regulam pragma. sanctio. & concordat in rubrica de pacificis possessor. impedit litis ingressum in principio. seu processum: propter illud verbum, inquietari, seu molestari. *secundùm do. Bartholom.de Chassan. in consuetudine Burgund. in rubrica, des successions.§. decimotertio. in Glossa, par benefice d'inuentaire.in versiculo per hoc.* & ibi ponit alias exceptiones. *vide Barbo. consil. sexagesimosecũdo. colum. xj.in j.volum.*& breuiter omnis exceptio peremptoria de qua liquido constat, impedit litis ingressum. *Alexand.& Ias.in l.nam & postea.in princip.& §.sed & si quis. ff. de iureiurand.*

V. e Quasi peremptoriae.

24 Quasi peremptoria [e] est, quæ contra personas testium opponatur, non dico definiendo, sed declarando: & in hac arbore solùm declaro, non verò quòd ponam definitiones quidditatiuas, & ideò non turberis. & quatuor sunt quæ contra testes possunt obiici, crimen, infamia, suspicio, & macula manifesta. *secundùm Panormit.in cap.j. not.tertio eodem titulo.* Et ideò dicitur quasi peremptoria, quia directè non perimit, sed per obliquum: quia sublata probatione ius patris remanet inutile. *cap.saepe.de restitutione spoliatorum. leg. duo sunt. ff.de test.tute.* ideò vsque ad sententiam vel ad conclusionem in causa potest opponi, sicut aliæ peremptoriæ *leg.secunda Cod. de sententi. rescin.non posse.* ita eam appellat *Glossa.in cap j.eodem titulo.& in capit.ex parte.de testi.* licet Gloss.in *cap. de testibus.* illo titulo vocet eam peremptoriam.& *Ioan.in clemen.constitutionem.numero vigesimosecundo. de elect.* Et ista non potest dici dilatoria: quia iudicium non differt, nec potest regulari secundùm regulas dilatoriarum, sed peremptoriarum. & si in causa principali non fuit opposita in causa appellationis admittetur. *Gloss.& ibi doctor.in capit.ex parte. iam all.g. & in dicto capit. de testibus. & docto.in Authen.si dicatur. de testi.* C. nisi pars malitiosè distulerit opponere. *Gloss.& docto. in capit.cum Ioan.& A.de re iud.*& an si testis sit mortuus, possit contra eum opponi. *Gloss.in capit. praesentata.in fin.de testi.* & si talis opponens contra testes non probat crimen oppositum, tenetur actione iniuriarum. *ita doct.in capit. fin.de iniur.* secus si probet quia fecit animo defendendi. *Bartol.Alexand.& Ia.in l.fin.ff quod quisque iur. Felin. in cap.j.eodem titulo.* De consuetudine tamen non tenetur, nec potest iniuriarum conueniri: *vt tenet d. meus & concius d. Nico. Boer.in consi.posito post consuetudinem Bitur.incipien. si quis animo iniuriandi.* imò etiam si non probet: vt ibi dicit: *& Guido Papa in statuto.quae per literas.in ver. communi aestimatione. column. xv.& sequitur.d.de Chassan.in consuetudine. Burgund. in rubrica des enfans de plusieurs licts.§.quarto.in Glossa.j in fin. per Gloss. sing.in leg.quisquis.in versiculo vtilitate.C.de postulan. secundùm Guilhelmum.de Lando.in singul. lxxxvj.* & maximè si protestatus fuerit, vt solet fieri, non opponere animo iniurandi. *secundùm Ioan. Masuer. in practic.sua, rubrica de iniur.in versicu. item si aliquis. licèt Anton.de Tremo.in additio. ad Vber. de Bonacurso in rubrica quibus modis*

suo no.

sus no.ciuilit.agen.versicu.repelluntur quoque.in verb.erat nocens. dicat se vidisse testes in actione iniuriarum Tolo. agentes reportasse sententiam pro ipsis.fortius dicit talem consuetudinem non valere,contrarium tamen vidi sæpius in dicta ciuitate, & in curia Senescali Nemausi.habita prius protestatione:*vt supra dixi.Imò fortius dicit Aufr. in deci.capel.Tolo.quæstione cccxx.* Quòd si aliquis in modum exceptionis opposuit crimen patri, quòd postea non potuit probare,non tenetur iniuriarum,si fuerit protestatus, & non fuerit pertinax in probando.quod bene not.Tamen secundùm leges non repellitur quis à testimonio per obiectum criminis, nisi testis sit condemnatus, & infamis effectus. & hoc est etiam de stylo:*vt habetur in sty o P irlam:n.in j.parte.in fin. rubri.sequitur adiournamentum.§.penult.& ibi Aufr.in addi.* quod secus est de iure canonico:quia sufficit si prohibetur criminosus,*per text.in c.testimonium. & cap.super eo.& ibi.not.de testi.* & an si opponatur exceptio cótra testes tempore quo producuntur,debeat excipiens admitti : & si iudex nolit admittere,quid agendum sit,Panor.*in c.ex parte.& ibi Felin.late de testi.*

I. a PEREMPTORIAE Exceptiones.

25 ¶ PEREMPTORIÆ [a] sunt, quæ rem de qua agitur, perimunt. verba sunt imperatoris *in §. appellantur. Institut.eo.* aliàs definitiones ponunt docti, *maximè Vber.in rubrica. de perempto. exceptio.& Angelus in dicto §.appellantur.*sed eas vide: & illis visis non inuenies meliorem. Et dicitur peremptoria,à perimendo: quia rem de qua agitur,perimit : vt definitione habetur. sic dicitur peremptorium,à perimendo.*leg.& tertium ff. de iudic.* Congruentius tamen possent elisoriæ vocari, *secundum Vber. de Bonacurso vbi supra,* cum quædam sint quæ non perimunt, sed elidant.Sed ego defendendo & iurisconsul. & imperatorem,dicerem quòd imò melius dicitur peremptoria, & non obstat quòd aliquando non perimat,sed elidat : quia illa elisio potest largo modo accipi pro peremptione,& quantum ad effectum : *vt not. doctor in leg. si vnius.§. pactum.ff.de pac.*vel potest dici peremptoria habitu,licèt non semper perimat:*vt not.doctor in prooemio.ff. & Institut.de matrimonio*, & augusto. vel etiam dicitur peremptoria respectu dilatoriæ. vel respon. hoc nomen esse impositum à iurisconsultis causa frequentioris vsus : quia frequentius tollit quàm elidat,vt patet:ergo alium casum non excludit, scilicet elisionem:*vt not.Gloss.fin.reputata in clem.j.in ii rb.præsidentes. de elect.secundùm Barba.in cap.sed es.coll. xviij. & c.edoceri. coll. ij. de rescrip.& in cas. Raynaldus.coll. xcvij. de testam. & ibi alleg.* aliàs vide.vel possumus respondere prout respon.*Gloss.in rubrica. soluto matrim.ff.& in l.ij.C.de constit.pecu.* quod pertinacibus est relinquendum.Et ista peremptoria est quintuplex:personæ, obligationis,iudicij,pœnæ,& accusationis.& vnaquæque infra declarabitur in suis cellulis.

1. b Personæ.

26 Personæ [b] peremptoria est,quæ personam perimit:vt si cóstituatur religiosus procurator sine licentia sui abbatis.nam non valet.in cle.religiosus de procu.& si ille agit nomine procuratorio,possum excipere contra eius personam.& perimere.quia nec nunc,nec alio tempore sine licentia poterit:*vt declarat not.in cle. constitutionem numero.xxvj.de elect.licèt Hosti.in c.nostra.de procurato.* vocet eam quasi peremptoriam.Idem si infamis,vel furiosus *l.cum prætor.ff.de iudi.*

2. c Obligationis.

27 Peremptoriæ obligationis [c] sunt in quadruplici differentia, videlicet vtramque quædam tollit : quædam naturalem tantùm, quædam ciuilem tantùm,& quædam neutram.

28 Exceptio quæ vtramque tollit,est quæ potius appellatur facti seu intentionis quàm iuris : quam declaraui *s. in j.diuisione. Specul.eo.titu.in §.di lo.versicu.& vt plenius.*ponit exemplum, vt si filius fami.recipit pecuniam mutuo:recipiendo,naturaliter obligatur:& scripturam faciendo,ciuiliter,*per totum titulum Institut. de litera. obligat.*tamen si mutuans petat, exceptio Macedoniani poterit opponi, quæ vtramque tollet vel elidet, *secundum Angel.in rubrica,eodem titu.col.xiij. Iacobi.in l.frater colum. vltim.ff.de co. dic. indeb.*

29 Alia perimit naturalem tantum, vt si quis me instituat heredem,& leget vltra dodrantem:ego heres sum naturaliter obligatus ad soluendum legata.*in capit.primo. de solutio.* ciuiliter verò non,cum possim deducere quartam *per legem Falcidiam. ff.& C.ad legem Falcidiam* si ergo legatarij ad integra legata me conueniant, ego excipiam quòd quartam volo detrahere *per legem Falcidiam.* & ista exceptio tollet naturalem qua heres tenetur ad soluendum integra legata : *vt tenent Bartolus, Alexander & Ias.in leg.primo.ff.de condic.indebi.& leg.cum quis C. de iure & facti ignorantia.*

30 Alia ciuilem tantùm perimit:vt si debeam decem, & mihi facias pactum de non petendo, illud pactum tollit naturalem. ideò si petas,per exceptionem ciuilis tolletur,seu elidetur: *vt Spec. vbi supra ait.& Angel.in d.rubrica.*ponit aliud exemplum, videlicet in exceptione præscriptionis.*vide Barba.in leg.si.ff.rem rat.habe.* & ista exceptio præscriptionis non debet per iudicem suppleri, nisi opponatur: *vt tenet dictus Barth.de Chasse.in consuetu.Burgun.in rub. des forests.§.viij.in fin. & Alexan consi. cexiij.in ij.vol. & consi. xcij. in quinto volumine* & de hac materia præscriptionum late vide *Ioan.Francisc. Bald.in tract. præscript.in prima parte & per totum, & in additio.ad Vber.in rubrica de perempto. exceptio. in verb. præscriptiones.Lucam de penna.in l.fina.C. de censi. & peræqua. libro vndecimo.*

31 Alia neutram perimit,vt solutionis exceptio,*secundum Spec.vbi supra. & Angel.in rubrica huius titu.* & ibi ponit alia exempla. Et regulariter istæ exceptiones peremptoriæ vsque ad sententiam possunt opponi.*c. exceptionem. eo.titu.leg. peremptorias. C.senten. rescin. non posse. Specu. in §. dicto. Hostien. in § & quando.in summa huius titu. Angelus in §. appellantur. Institut. eo. & Lanfra. in repeti.c.quoniam in verb.exceptiones de probatio. doctor in clemen.sæpe.de verb.signif. Petrus de Ferrariis, in practica sua.in forma respon. rei conuenti. in versi. saluis aliis exceptionibus.* ¶ Vel possunt opponi vsque ad conclusionem in causa, *per text. in c. cum dilectus.de fide instrumen. & Barb.in c.i. col.de p.ulian. cardin. in v. quæst.basilic.secunda parte.* ponit Baldus *in leg.except onem. C.de probatio.rationem*, quia ordo priuationis est, quòd eam præcedat habitus.nil allegat. potes adducere *text.in l.decem. ff.de verborum obliga.§. seruus. Institut. de capi.demi.* vnde quia omnis actus est habitus, & omnis exceptio est priuatio:& iste ordo est secundùm naturam: *ideò Gloss. in c. de testibus.* reputat stultum illum qui probat peremptoriam donec aduersarius probauerit suam intentionem.quia,si aduersarius nihil probauit, non indiget reus aliqua exceptione.*leg.si quidem C.eodem.* Consuetudo tamen seruat quòd omnes peremptorias oportet simul proponere: *vt tenet Ioan.Masuer.in prac.sua, in rubrica,de literis,notu,& notatur in prac.*

Formam opponendi vide per Spec.*in eo.tit. §.viso. versi.fin.*

3. a Iudicij.

32 Peremptoria iudicij [a] est, quæ iudicium perimit quandocunque opponatur : vt tu non es nec vnquam fuisti procurator. secus si dicatur,tu non potes esse procurator, quia miles vel fœmina:quia hæc dilatoria est,*per text.in leg.licet. C. de procura. & ibi doct. Angel.in d.§.præterea.colum.ij. Bald.in leg.peremptorias. iam alleg.* Vel non habes mandatum sufficiens,quia hæc dilatoria est: ideò ante litem contestatam opponi debet. nam litis contestatio supplet defectum dubij mandati : *vt tenet Milius in reper.in verb. exceptio ista,*tu non,&c. Secus si diceret,tu non habes mandatum; quia hæc quandocunque opponitur etiam post sententiam, quia iudicium retro nullum reddit : *vt refert Alexander consil.cxlvij.in vj. volumin.& dixi latius in cellula, supra ratione procuratoris. & vide Alexand.not.consi.xlv.in iiij. volumin.* 2 Vel pone exemplum,quia filius fam.non potest nisi consensu patris stare in iudicio *leg.fin. §. necessitate.C.de bon.quæ liber.*si tamen contra me agat & in fine iudicij opponam quòd est filiusfam. & quòd non habuit consensum patris: illa exceptio iudicium perimit : ideò dicitur peremptoria iudicij.*notatur in d.§.necessitate.* De consuetudine tamen filiusfam.in omni causa iniuriarum,& excessuum, & multo magis cùm agitur criminaliter,admittitur agendo & defendendo etiam sine auctoritate patris, *secundùm Ioan.Masuer.in rubrica de except. in verb.item similiter. ibi de consuetudine*, nec etiam curia parlamenti curat de patria potestate, nec propterea annullatur processus in filio maiore,licèt consensus patris non interuenerit : *vt dicit Guido Papæ quæstio.iiij.in deci.sua,& sequitur Guilelm.Benedi.in repe.c. Raynutius.in verb.si absque.in ij.in substitutione fideicommiss. ria.numero.leg.de testamen.quod bene not.*Nec etiam curia parui sigilli Montispessulani exceptionem patriæ potestatis admitti,nec propterea annullatur processus in d.curia, licèt consensus patris non interuenerit, si filius est maior, cum tantum in d.curia admittantur tres exceptiones, videlicet solutionis,falsitatis, & pacti de non petendo:*vt tenet per expressum Guido Papæ vbi supra quæstione cccxx. & habetur in stylo p rlamen.in rubrica de act.personal.§.item ba.in prima parte. & de officio parui sigilli Montispes. iudicis, videat iudex.& eius aduocat styl.m curiæ parlamen. in rubrica de offic. iudic. par. sigilli Montispes.& ordina. regias in rubrica du petit. seel de Montpellier.* & idem ferè stylus est in curia conuentionum Nemausi: vt ibidem vidi.contra tamen hunc stylum vidi impetrari literas cancellariæ. vt aliæ exceptiones possint opponi : & tunc opponuntur.not. dominus meus conciuis do.Nicol.Boer.*in consuetu. Bitur. in §.secundo.de consuetu.iur.sta.persona.* dicit generalem consuetudinem regni Franciæ esse, vt maior xxv. annis sine auctoritate patris possit in iudicio stare, cum sint prorsus absoluti, & non sint in potestate patrum:*vt tenet Gloss.fin.in §. fin.insti.de patria potest.*fuit tamen contra illam Gloss.latum arrestum in parlamen. Parisien.prout refert & sequitur dominus *Barthol. de Chassen. in consuetud.Burgund.in rubrica des enfans de plusieurs licts,§.ij.numero.xxj.*

4. b Pœnæ.

33 Peremptoria pœnæ [b] est, si fiat concordia vel transactio in criminalibus. nam per illas pœna remittitur : *vt not. doctor in leg.transigere.C.de transact. Bal.in tract.statu. in verb. concordia.in penult.quæst.vide Gloss.& doc.in leg.ij.ff.de senatuscon. Syll.Ang.in §. j.Inst.eo.* 2 Vel pone exemplum in eo qui gratiam obtinuit à rege.*prout not.plenè.d.Bar.de Chass.in consue.Burg.in rub. des issites. in*

§.*In glo.s'il n'a grace.*& ibi ponit modum interinandi gratiam: & quando concedatur in die veneris sancta, quid operetur, ibi vide.

34 Alia est peremptoria accusationis [a], vt si me accusas de plagio, quia tuum seruum vendidi, & subtraxi, excipiam quòd erat meus: & hac exceptionè accusatio tolletur. nam si sit meus non potui in eo plagium committere *per text.in l.prafes.C.ad l. Flauiam de plagia.* ¶ Et pone *per text.in l.quoniam Alexand.um.C.ad leg.Jul. de adult.Barba. hoc declarat in additio. ad Bal. in Capitulo primo.§. naturales.in versicu.nota si de feudo fuerit controuersia inter do. & agna.vasal.* Vel pone exemplum in hoc titulo *ad leg. Flauiam.* quòd si aliquis surripiat filium Boemi vel alterius, vel Boemus hoc faciat, qui hoc sunt soliti facere, & vendat, tenetur *leg.Flauia de plagiar.vt declarat Specu.in titulo de accusatio.in §. fina.in princip.in quarta.parte,* dicens pœnam esse capitalem. Hodie tamen cardinales & alij magni domini donant famulos inuicem, & non incidunt in legem Flauiam: quod bene obseruatur in Francia. *Bar.in l.fin.ad l. Flauiam de plagia. Barba.in rubri. de commoda. col.v.*

[4. a Accusationis.]

35 ¶ QVARTA [b] per ordinem succedit diuisio: quia quædam sunt temporales, perpetuæ, & de quibus dubitatur, & hęc probantur *per text. & no.in leg.tertia.ff eo.* ¶Temporales [c] sunt, quę non semper locum habent: sed euitari possunt, & rem de qua agitur, non perimunt. *text.in §.appellantur.Institut.eo. & in dicta leg. tertia.* vt pactum de non petendo intra certum tempus. Nam si agatur ante tempus, erit excipiendum. non tamen perpetuò potest euitare quo minus soluat: *vt dicit Hosti. in summa huius titu.in §.quæ sit. & Spec. §.primo.text. & ibi Felin. & alij in cap. si autem de rescript.* & latius declarabitur in sequen. idem in exceptione restitutionis, *per text.in leg.necnon.§. exemplo.ff. ex quibus cau. ma o.leg.nam postea.§.si minor.ff.de iureiu. leg.fin.& per totum de tempo.in integ.resti.peten. Stepha. Aufre.in decisio. capel. Tholo. q. cexxxviij.*

[b QVARTA diuisio Exceptionum. 1. c Temporales.]

36 Perpetuæ [d] sunt, quæ semper locum habent, & euitari perpetuò possunt: & rem de qua agitur, perimunt. *dicta leg. tertia. & dicto §. appellantur.* vt exceptio doli. nam si dolo induxisti me de aliquid promittendum vel faciendum, & post promissionem agas, possum de dolo perpetuò excipere, etiam vsque ad mille annos: *vt tenet Hosti.in §. & quando. versicu. item in similibus. Speculat.in §. primo. versicu. est autem. eodem titulo. & Vber. de Bonacur.in practi. sua in rubri. de perempto. except. in princ. & Azo. in summa huius tit.versicu. fina.* & ideò perpetuæ dicuntur, quia si perpetò agatur, perpetuò excipietur. *Felin. in dicto capi.si autem.* & ferè omnes peremptoriæ perpetuæ sunt: *vt ait Spec.in eo.titu.§.viso.versicu.item nota quòd ferè,* idem in pacto de non petendo *l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.* idem dic de pacto de non agendo *l.postquam liti.C.de pact. & Aufre.in decis.capel. Tholo. quæstione ducentesimaquinquagesimanona.* (Hæc tamen cum sit declinatoria, ante litem contestatam debet opponi, & non post: *vt tenet Philip.in cap.primo de litem contesta. in sexto.*) Et idem dic in pacto de quota litis *leg.litem.C.de procura.* Non omitto pactum de non mouendo quæstionem, *de quo per Innocen.in cap.cum venissent.de Institut.* & de pacto prorogatiuo. *l.lecta.& ibi doct.ff. si cer.peta.* in quibus omnibus pactis si agat qui fecit pactum, semper potero excipere de pacto, nisi vt supra dixi *secundu Bald.in Marga. in verb. exceptio. in leg.q.* Idem si aliquid contra leges perpetratum sit. nam si maritus reluctante vxore prædium alienauit dotale, & emptor postea agat, excipiet vxor alienationem esse contra leges. & idem si contra senatusconsulta, putà si mulier intercesserit, & conueniatur: & hoc excipiet esse contra senatusconsulta, putà cõtra senatuscon. Velleia. *leg.prima.& per totum. ff. ad senatusconsultum Velleia.C.illo titut.& vide de hoc senatusconsulto per additio. ad Vber.in d.rubric.de perempto.except.& Ange. in §.item colum. duodecima.cum sequen.Institut.eo. Bald.in Marga.in ver.mulier. in vltima quæst.Pet.de bella Pertica in suis quæstionibus. quæstione trigesimatertia.*

[2. d Perpetuæ.]

37 Aliæ sunt de quibus dubitatur [e], an sint temporales vel perpetuæ: vt exceptio, ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit. *l.maritum.ff.solu.matri.& l.sunt.cum ll. sequen.ff.de re iud.* Nam dubium est an perpetuò maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam. nam si perpetuò sit pauper, perpetua erit. si perueniat ad diuitias, erit temporalis. *ita delarat glo.in de l.ij.* intellige tamen hanc exceptionem habere locum, nisi persona principalis contra quam opponitur, indigeat: quia tunc non habebit locum exceptio: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. *leg.præses.C.de seruitut.& aqua.leg.si quis.§.de alimentis.ff.de liber.agnoscen.in c.qui vult ordinatè.de pœniten. distin. iij. glo. in cap. si Romanorum.xix. dist.* dicit absurdum esse aliis benefacere, & non sibi. *glo.in c. nisi de austo. pallij.* insit potius debere diligere me quàm alium *glo.in cap.ex parte.in ij.de cleri.non residen.* & hanc opinionem tenet Roma. *in repe.leg.si verò.§.de viro. coll.xxxvj.fallen.xxxix.ff.solu.ma.* ¶Et licèt hæc exceptio possit opponi contra aliquas personas, nunquam tamen habebit locum, si dictæ personæ quæ possunt eas exceptiones opponere, non præstiterint cautionem de soluendo ex integro, si peruenerint ad pinguiorem fortunam *per text.in leg. vna.§. cum autem C.de rei vxo. actio. ita Anto. de Tremolu in additio. ad Vber. de Bonacurso.in rubric. de exceptio. & benefi. in versi.& cæteri.* & ibi vide aliàs personas hoc priuilegium habentes. *& in dicta leg. sunt. cum legibus sequentibus. & ibi docto.* idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis: *vt Hosti. cau t. in §. quæ sit.in verb.de quibusdam eo.tit. Salycet.in leg.exceptionem. numero xx.de probat. & idem Specu. vbi supra.§.j. versicu. est quoque. & §.dicto. versicu. quid de exceptione.* & an omnibus exceptionibus possit renuntiari, *vide Petr.de bella Pertic.quæstion. clv.in suis quæstionibus.*

[3. e Dubia.]

38 QVINTA [a] diuisio est, quòd quædam sunt personales, & quædam reales. ¶ Personales [b] sunt, quæ personæ cohærent, & personam vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt. *leg.exceptiones quæ personæ.ff.eo.* & hæ sunt duplices. quædam inhærent personæ per quam, aliæ personæ contra quam: *vt tenet Ioann.Andr. in additio. ad Specu.in §.primo. eodem titulo. in fine.*

[a QVINTA DIVISIO. 1. b Personales.]

39 Exceptiones inhærentes personæ per quam, sunt istæ: de legato: vt si legatus missus ad aliquas partes ibi conueniatur, habet exceptionem suæ inhærentem personæ, per quam agentem repellet *leg.ij.§.legatu.ff.de iudi.* & ibi ponuntur aliæ personæ consimile priuilegium habentes. Idem si clericus coram seculari conueniatur, cùm iure prohibeatur. *in capit.clericum nullus.xj. quæstione.j.& c.si diligenti. & ca. significasti. de foro compe.* Idem dic si exemptus coram non suo iudice conueniatur. nam per exceptionem actorem repellet à limine iudicij. & alia exempla videas *per Spec.in tit.de reo.& Host. in summa huius titul.in §.fin.versi. item est effectus.* debent tamen supradictæ personæ cauere de iudicio sisti coram eorum iudicibus: vt pulchrè dicit *textus d.l.ij.§.sed si dubitetur.ff.de iudi.*

40 Inhærentes personæ contra quam excipitur, sunt sequentes. primò suspicio iudicis. nam si quis coram iudice suspecto me conueniat, contra eum excipiam, quæ exceptio inhæret personæ contra quam excipitur, cum durum sit coram eo litigare. *in cap. cum inter.eo. titu.* & causas suspicionis ponit Gloss. *in c.causam.& ibi Host. in summa. in §. quæ sint iustæ causæ. Aene.de Falco.in c.causam in ij.de iudi.& latè Prapo.in c.postremo.de appel.Archidia.& alij in c.ij.de appel.in vj* & an fideiussori competant, *text.in dict. leg.exceptiones. Angel. Ioan.Fab.& alij.in §.fin.Institut.de republica. Roma. singu.cccccxxvj.d.de Ripa.in c.j.numero.xxv.de iudi.Bald.in tract.statu. in ver.debitor.in v.q.& in ver.excipere.ij.q.Petrus de bella Perti.in suis quæstion.q.xxxix.& q.xxxvj.Petr.de Ferra.in practica sua, in forma respon.rei conuenti.in ver. saluis aliis coll. pen.& Vber. de Bonacur.in practic.in rub.de exceptionibus & beneficiis, quæ post.definitiuam sententiam opponuntur. versic.opponi autem possunt. & ibi in additio.ad eum.*

41 Reales [c] sunt, quæ rei adhærent, & radicem obligationis concernunt, & fideiussori competere possunt *l.exceptiones.§.rei.ff. eo.* & sunt in duplici differentia. Quædam rem ipsam de qua principaliter agitur, concernunt: quædam verò quamlibet rem.

[c Reales.]

42 Concernentes rem de qua agitur, sunt, si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia. *in cap.cum accessissent. de constitut.* Vel dico tibi non deberi ex qualitate eius. quia fortè curatum, & non attingis vicesimumquintum annum. *iuxta notata in capit. cum in cunctis, per illum text. ad hoc expressum. §. inferiora.de electio. & ad omnem successorem transit: vt Angel. attestatur in rubric. colla. septimo versicu. venio nunc ad quintum.ideò dicit Angelus consilio quinquagesimooctauo. exceptionem rei iudicatæ esse realem.*

43 Alię respiciunt, siue quamlibet rem concernunt, vel locum assignare non tutum, remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum, libellum ineptè conceptum. nam de qualibet re excipiam, siue fuerit ecclesiastica siue prophana, *per text.in c.ex parte. in prima.de appella. & ibi doc.in c.venerabilibus.§. sed si ex causa.de senten.excommu.in sexto.de pastoralis.de re iudica.in leg. de ætate.cum leg.sequen.& ibi Alexander qui legit illas leges cum §. fin. leg.recusare.ff.ad Treb.Felin.in c.cum.R. de offic.de leg. Car.& alij in cle.vna. de fo.compe.* Et istę licèt sint dilatorię, quia habent causam successiuam & multiplicatiuam, post litem contestatam possunt opponi: cum si de nouo citentur, de nouo grauantur. ideò prodest quo ad futuros actus, non quo ad pręteritos: *vt not.in cap.dilectus.in ij.de rescrip. Nico. de Milis in repert. in ver. exceptio dilatoria habens causam,&c. Ias.in leg.prætor.§.fina.coll.vi. ff.de noui. openuntiatio.* Idem tenet d.de Ripa. *in tract. de peste.in tertia parte. ij.partis.q.iij.dicens.* quòd licèt quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries, non tamen tenebitur amplius in illo loco comparere, etiam si promiserit se sistere in illo loco *per text.in leg. ij.§.si.ff.si quis cautio.* nec tenetur mittere procuratorem: vt ibidem *not.doct.& Vber.de Bonacurso in practica sua, rubri.quib. mod. citatio impune contemni possit.§.j. & per totam rubri.& Felin.c.accedens. in ij. vt lite non contesta.*

a Sexta divisio.

44 ¶ Sexta [a]. diuisio. Quædam sunt fauorabiles, quædam odiosæ, & inductæ propter rigorem iuris, & inductæ propter naturalem æquitatem. ¶ Fauorabiles [b] sunt, quæ in merum fauorem sunt principaliter introductæ, *per text. in l. qui exceptionem & ibi Barto. & Iaf ff. de condict. indebi. Bald. in l. rogasti in princ. si cert. pet.* Et tunc præsumitur inductum principaliter in fauorem, quando est inductum ob imbecillitatem: vt Velleiani exceptio, & aliæ multæ. Odiosum vero, quando est inductum propter dolum: vt in Macedoniano. *ita tenet Bald. in l. pe. C. de pact. Iaf. in d. l. qui exceptionem.* & est quadruplex. ¶ Prima, quæ non opposita nunquam elidit: vt exceptio epistolæ diui Hadriani. & tunc solutum non opposita exceptione nunquam repetitur, *per casum singu. in l. si testamento. §. si duo ff. de fideiuss. §. si plures Instit. de fideiusso.* & hæ scilicet Macedoniani & Velleiani in executione opponi possunt: *vt tenet Alberi. in secunda parte q. cxlviij.*

b Fauorabiles.

45 Alia quæ non opposita elidit quodammodo naturalem obligationem, & sic ius agendi, vt pactum de nõ petendo: & tunc indebitè solutum repetitur: *d. l. qui exceptionem & Bal. in Marga. in ver. exceptione in xx. q.*

46 Alia est fauorabilis & perpetua, vt est illa quæ simul nascitur cum ipso contractu: vt exceptio Velleiani: *vt per totum titulum ff. & C. ad Velleia. & Angel. in §. item collo. xij. Institu. eo. Pet. de bella. Petri. qua. xxxiiij. & Vber. plene in practi. sua. in rubr. de perempto. except. in ver. exceptio Velleiani. & ibi in additionibus ad eam.*

47 Alia quæ non competit, nisi expresse opponatur: vt exceptio compensationis, *de qua per Ias. in d. l. qui exceptionem Feli. in c. suborta. de re iud. Alexand. consilio. cxlix. in secundo volu. & consilio lxj. in tertio. volu. & consilio xliij. in quarta parte & lxxvj. in quinta parte & Vber. in practi. prædicta, in rubr. quibus mod. suo nomine ciuiliter agentes. versi. præterea. in verb. pecuniariis, ibi in addi. ad eum plene.* & an excommunicatus prædictam exceptionem opponere possit: quòd non, tenet Stepha. Aufre. *in decis. capellæ Tolo. quæst. j. & quæst. j. & quæst. clxxj. & qu. ccc.* & hæc in executione & post sententiam potest opponi: *vt infra Aug. consi. cxxx. & consi. cclix.*

c Odiosæ.

48 Odiosæ [c] sunt, quæ principaliter in odium alicuius sunt inductæ, per ea quæ dicit *Bar. & Iaf. in d. l. qui per exceptionem.* & sunt hæ, Macedoniani, & similes. Nam Macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium fœneratium filiis fami. est introducta: *vt habetur per totum titulum ff. & C. ad Macedonia.* quia vt filius solueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos: *vt dicit Ouid. & refert gloss. in l. fin. C. de pact. & de hac ponit glo. in §. item si de excep. in Institu. Vber. in sua iam allegata practica, in rubr. de perempt. exceptio. & ibi vide in addi.* Item dic in exceptione criminum *in c. accedens de accu. Specu. in eo. titu. §. dicto versi. vtrum autem.* Notandum est tamen quòd omnis exceptio potest sui natu. dici fauorabilis, cum ipsius mater sit æquitas. *l. æquitate. de dol. except. Instit. eo. in princ. Barto. in l. prima de vacat. mune. ff. Azo. in summa huius tit. Panor. in c. cum inter eo. tit. & Feli. in rub. Bal. in Marga. in ver. exceptio. q. xxxiij. Angel. in col. vi rub. eo. titu. versi. capiamus tertium. gl. sing. in l. venia. in versi. liberis. C. de in ius vocan. secundum Barba in tract. de præstantia cardinal. in j. q. j. partis numero. l. xxiiij. col. vi.*

d Seruandi iuris & de litis pendentia.

46 Aliæ inductæ sunt ad rigorem [d] iuris seruandum: vt exceptio rei iudicatæ: *vt per totum titulum de ex ept. rei iudi. & in cap. fin. de excep. in vj. Pet. de Ferra. in prac. sua, in forma responsio. rei conuenti. in ver. reique iudicata. & Vber. de Bonacurso in rubrica de perempto. excep. in versic. rei iudicatæ. ibi per addi. ad eum.* & quatuor requiruntur in hac exceptione: videlicet quòd sit eadem res, eadem causa petendi, identitas personarum verè vel interpretatiuè *l. cum quæritur cum duabus seq. ff. de exceptio. rei iudic.* Item quòd fuerit à iudice competenti lata. *doct. in cap. seculares de foro compe. in sexto & cap. fin. & ibi Philippus. Franciscus eo tit. vide Alexandr. in l. sæpe de re iudi. & consilio xciiij. in secundo volu. & in l. qui Romæ & ibi alios. ff. de verb. obligatione.* 2. ¶ Et idem in exceptione litis pendentis. *l. Iulianus. ff. de condic. indebi. & ibi doc. & dic. l. qui exceptionem. Angel. in §. item si in iudicio. eo. tit. Institu.* & illa tria quæ debent in sententia concurrere, debent etiam in exceptione litis pendentis interuenire: *vt tenet Philip. in cap. fin. eod. tit. in sexto.* Quot modis dicatur lis pendere, dic quinque modis. Primo per libelli oblationem *l. secunda & eq. vt lite penden. C.* 2. Secundo per appellationem. *nil noua. appel. penden. ff* 3. Tertio per relationem seu consultationem per iudicem superiori factam. *l. ex illo tempore. C. de appell.* 4. Quarto per iudicis recusationem *cap. secundo requiris & cap. cum speciali. de appel. l. apertissimi C. de iudi.* 5. quinto per in integrum postulationem restitutionis. *l. vna in integ. restitu. postulatio. ne quid no. fiat. C. & Pet. de Ferra. in prac. sua. in versicu. exceptionem litis pendentis. in forma respon. rei conuen. Alex. in consilio cv. in ij. volum. & xlij. & xlj. in iiij. vol. & lxxxij. in eo volumine. & So. in consilio xxxiij. in primo vol. Feli. in* ff. Nouum,

cap. exceptionem. numero xli eod. tit. Intellige tamen exceptionem litis pendentis posse opponi si pendeat coram iudice competenti aliàs secus, *per text. in cle. j. vt lite penden. Philip. in cap. fin. eod. titu. in vj.* de exceptione compromissi pendentis *vide Alexand. consi. cc lxxj. in v. parte. Iason. cap. pecuniam col. quarta ff. si cert. pet.*

a Æquitatis.

50 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem [a] æquitatē: vt exceptio doli: *vt habetur per totum titulum de doli exceptio. ff. & Alexand. in l. si quis non aliter ff. de verb. obligati. gl. magistra. & singu. in l. qui se deceret ff. de co dict. cau. data. & ibi I. S. ample.* Aduerte tamen quòd hæc exceptio plebeio seu humili contra constitutum in dignitate non competit, *per text. singu. in l. non de ff. de dol. sing. secundum Are. in §. 1. col. xii. Inst. eo.* secus dicerem in exceptione metus. *vide Cepol. cautel. cxvij. & cixj. & Petr. de Ferra in prac. sua, in forma respo. rei conuenti. in ver. doli exceptione. Vber. de Bonacur. in sua practica in rub. de perempto. except. in versiculo peremptoria. & ibi in additio. ad eum per d. Antonium de Tremolis, in verb. doli mal.* Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, erroris, ignorantiæ. *l. j. & per totum de non numerata pecuni. Clemen. in clemen. vna de sequestra. possessio. & ibi. Franc. in gloss. fin. Angel. d. § appellantur. colum. xvij.* & de hac exceptione non numeratæ pecuniæ, *vide Feli. in cap. si cautio de fide instr.*

¶ Et potest opponi per ecclesiasticas personas etiam post biennium, imò prælatus ecclesiæ huic renuntians non præiudicat ecclesiæ. *vt tenet princeps canonistarum Ioan. And. & alij post eum in cap. fin. de solu. Bald. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccle. Iaf. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. Nico. Milius. in reper. in verfica. exceptio non numerandæ pecuniæ. Angelum in consi. cclxiv. colum. ij. in secunda dubio. imò fortius dicit Ange. consilio. clvj.* quòd si exceptio non numeratæ pecuniæ obiicitur contra illum qui dicit numerasse pecuniam, perpetuo competit. Et potest opponi: quia ei opponitur de dolo suo in quo versatur, cum scire debuerit pecuniam non numerasse, ex quo de sua numeratione agitur, de qua non potest ignorantiā prætendere *l. si. pro suo ff.* licet secus esset si opponeretur contra alium, putà contra successorem qui non numerauit. & hoc procedit de canonica æquitate, *secundum eundem. Angel. quem vide.* idem in exceptione rei litigiosæ, transactionis, pietatis, vel malitiæ *vt tenet Hosti. in summa huius tit. §. quæsit. versicu fin.* Formam opponendi ponit Spe. eo. tit. *§. viso. vers. si per exceptione.*

b Septima diuisio.

c Diuersæ.

51 ¶ Septima [b]. sequitur diuisio, quòd exceptionum quædam sunt diuersæ, alternatiuæ, & cōtrariæ. ¶ Diuersæ [c] sunt, quando multa remedia propono: vt si petas à me domum, excipiam quod fecisti mihi pactum de non petendo: & res iudicata est, vel transacta. nam hoc facere quis minime prohibetur, *per text. in l. contra maiores C. de inoffic. test. Bal. & Sali. in l. si quidem, C. eo. & in l. peremptorias C. sententia. rescindi non posse.* De consuetudine tamen defensio non potest in plures partes diuidi, & potissimum quando ad vnum finem tendit, *per l. iam tamen §. pe. ff. iudica. solui.* & ideo si reus habeat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnum finem tendentes: illas simul tenetur proponere. & vna vice: aliàs non est audiendus ad aliquid de nouo proponendum: *vt asserit Ioan. Mas. in practica sua parlamenti. eo. tit. versicu. de consuetudine. & seq.* & idem seruatur in parlamento Tolo. *vt habetur in stylo parla. § fi.* nisi in casibus positis *per Stepha. Aufre. in §. fi.* ibi videre licet. *vide Io. Selua in trac. de benefic. in iiij. parte. q. xix. Hippol. in rubr. de probat. so. xlij. col. iiij.*

d Alternatiuæ.

52 Alternatiuæ [d] sunt, per quas reus sic excipit cōtra actorem: non potes agere contra me, quia es fur, aut falsarius, seruus, vel excommunicatus & hæ exceptiones regulariter non admittuntur: quia alternatiua parit obscuritatem. *in cap. vt qui duas de elect. in vj.* & obscura exceptio debet reiici *l. j. §. Labeo. ff. de fu.*

¶ Quod fallit in tribus casibus positis per Feli. in cap. tertio loco. col. tertia de proba. ibi, adulterinum, &c. Ioan. And. & alij in regula, in alternatiuis. *de reg. iur. in vj.* Sex species alternatiuarum *vade per Bar. & alios in l. tertia. ff. de eo quod cer. loco. Ioan. Fab. & cæteros. in §. huic insti. de acti. & d. Bartol. de Chassa. in consue. Burgun. in rubr. des mains mortes. §. xxj. in glo. fin. no. doc. in cap. inter. de rescrip.*

e Contrariæ.

53 Contrariæ [e] dicuntur quando aliquis dicit excipiendo se non habuisse, & soluisse, vel pactum de non petendo sibi esse factum: vel si reus accusetur de homicidio, potest negare se occidisse: & si conuincatur, potest allegare quod ad suam defensionem fecit: *vt dicit Ioan. And. in c. nullus, de regu. iur. in vj. in mercuria. Barto. in l. cum de indebito. ff. de proba. Barto. & alij in auth. contra qui propriam. C. de non numeran. pecunia. Alexand. Iaf. Hercul. & alij in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligatio. Bartol. & alij. in l. nemo. ff. eod.* Ideo est dicendum. quòd exceptiones contrarias potest quis conditionaliter opponere: vt nego me habuisse, & casu quo probetur, dico me soluisse: vel aliud. *per gloss. in c. cum dilectus. de relig. do. gloss. Panor. & alij. in c. audita. de prascrip. Panor. & Fel. in c. pastoralis. eod. titu. Bald. in d. l. si quidem. C. eod.* Specu. tamen in d. §. *viso. versiculo. quid si debitor.* dicit alia via nos posse excipere: videlicet si aliquid petatur alicui, fas erit di-

etre dubito. & si probet, potero allegare solutionem, vel aliam exceptionem, argumento, *text. quem allegat in l. si debitor. ibi, neget aut dubitet. ff. de petitio. here. facit text. licet non adducat in l. iusiurandum & ad pecunias ibi, putat decessisse. ff. de iureiur. in l. si quis inficiatus. ibi procuratorem non putaret. ff. deposi. in l. cum quo. ibi, dubito. ff. ad l. Falcid. l. si ibi, proclinior. ff. de condict. cau. data & l. fideicommissa. §. si quis illicite. ibi, proclinior. ff. de legat. ij. Stephan. Aufred. in decisio. capellæ Tolosanæ. quæstio. xxi. Aretin. consilio xcvj. Flo. in l. cum de indebito. Petrus de Ferra. in practi. sua, in forma responsio. rei conuenti. in versicu. contrarietatem. vide Decis. tres conclusiones ponentem. in dict. cap. pastoralis.* & quando sit licitum allegare contraria. *Bald. ponit in l. j. C. de furt. Præposi. in capit. dilecto. collat. xx. de appell. Alexand. consilio c. in v. volumin. additio. ad Vber. de Bonacur. in rub. quibus modis suo no. ciuiliter agentes. §. similiter.*

a Octava divisio. 1. Ciuiles.

54 ¶ Octava [a] diuisio quòd quædam sunt exceptiones ciuiles: quædam prætoriæ. hæc diuisio probatur in §. alioquin iussit. eo. ¶ Ciuiles [b] seu legales sunt. quæ à lege ciuili sunt introductæ: vt exceptio suspicionis. *l. apertissimi. C. de indic. Barba. in rubric. huius titu. in clem. ita tenet.* ¶ Et non obstant iura in contrarium adducenda, *videlicet text. in cap. quòd suspecti. in fin. iij. quæst. v. cap. secundo requiris in fin. de appell.* quæ dicunt recusationem à iure naturali scaturire: quia ibi dicitur quodammodo, & sic improprie c. secundo requiris, non loquitur de iure naturali communi omnibus animantibus, sed de ratione naturali: quia licet committatur iudici suspecto recusatione remota poterit tamen bene iudicare, & sic non grauatur pars, quia poterit appellare: *vt tenet Barba. in cap. ex parte in ij. de offic. delegat.* 2 Vel pone *per totum titulum vt præpo. no. imperato. colla. v.* vt si producis instrumentum, excipio quòd in eo non est annus. dies, & consul, & imperator, *per glossa. in l. j. in versiculo editiones. ff. de eden.* aliàs curiosus lector inuenire procuret, quas per discursum iuris inueniet.

2. c Prætoriæ.

55 Prætoriæ, [c] quæ à prætore introductæ sunt: vt doli exceptio, & metus: per totum titulum *ff. de dol. ma. metusue exceptio.* & aliæ per corpus iuris inueniuntur, quas per iuris cursum videre licet. nam plus laboriosum est quàm subtile eas cumulare. & in simili loquitur glo. *in rubri. ff. de sol. & in rubri. de diuer. & temporaribus præscriptio. & in l. in honorariis. ff. de actio. & in l. j. ff. solut. matrimo. cum similibus.*

d Nona divisio. 1. e Directæ.

f Praeceptum iudicis pro interlocutoria: vel pro praecepto, definitiuo appos.

g Sententia ex falsis instrumentis lata, retractari potest, restitutione in integrum data causa ei interest rescindi.

h Exceptio sententiae ex falsis instrumentis latae competit iudicato ad exsipiendum si nondum soluit: ad repetendum etiam intra jo. annos, si soluit.

i Excipere in praeiudicialib. actionib. is dicitur qui libertatem sibi negat.

vitiosus, redditus est filio: & postea decessit hic seruus. pater huius filij vult petere prædicta x. à Titio. dicitur quòd repellitur excep. in factum. Franciscus.

a ¶ *Redbibitus.* ipsi filio etiam extra ius. Accursius.

Solutionem denegare potest cui repetere solutum permittitur.

b ¶ *Exceptionem.* nam & cum [a] repetere posset si soluisset: *vt supra de ædil. edic. l. quod si no'it. §. in factum.* multo fortius excipit si non soluit. Accursius.

c ¶ *Qui redhibitus est* hoc ita [b], si redhibẽdus erat. aliter nõ. *vt C. de pac. l. filius.* Accursius.

b Debitor pecuniæ ob hominem emptum, pecuniam non debet, si hominem debitor ex casu redhibuerit.

ADuersus.] CASVS Detuli tibi iuramentũ: & iurasti te nũ debere mihi x. nunc adhuc ago contra te ad illa x. tu excipis de iuramento. ego replico quòd dolo iurasti: & sic falsum. dicitur quòd nõ audior. Franciscus.

d ¶ *Replicatio.* ei qui detulit, vel eius successori. cæterũ creditori in cuius fraudẽ dicitur delatum datur: *vt supra de iureiur. l. nã postea. §. sed & si quis.*

e ¶ *Non debet.* eo solo quòd periuriũ cõmisit.

f ¶ *Ne de iureiurando.* iuste nécne iuratũ sit: sed hoc solum, an iuratum sit: nisi [c] in casibus in quibus quæritur iuste nec iuratum sit: *vt j. de iureiur. admonendi & j. de crimine stellio. l. si. & C. de iureiuran. l. fin. & facit j. de iureiur. in litem l. fin. & de dolo. l. quòd si deferente.*

c Iuratum sit iuste necne quibus casib quæratur.

XIIII. ALFENVS VARVS *libro secundo Digestorum.*

FIlius familias peculiarẽ seruũ vẽdidit, pretiũ stipulatus est. is homo redhibitus [a], & postea mortuus est: & pater eius pecuniam ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat. Placuit æquum esse, in factum exceptionem [b] eum obiicere, *quòd pecunia ob hominem illum expromissa est, qui redhibitus est* [c].

Contra exceptionem iurisiurandi non admittitur replicatio de periurio. Paulus.

XV. IVLIANVS *libro quarto ad Vrseium Ferocem.*

ADuersus exceptionem iurisiurandi replicatio [d] doli mali non debet [e] dari: cum prætor id agere debet, ne de iureiurando [f] cuiusquam quæratur.

Quando duo iudicia sic se habent quod absolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iudicatæ in secundo: & condemnatoria lata in secundo, parit reo præiudicium in primo: concursus non admittitur. aliàs secus. hoc dicit cum duabus ll. seq. Bart.

XVI. AFRICANVS *libro nono Quæstionum.*

FVndum Titianũ possides: de cuius proprietate inter me & te controuersia est [g]: dico præterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat, deberi. Si viam petam: exceptionem, *quòd præiudicium* [h] *prædio non fiat* [i], vtilem tibi fore putauit: videlicet quòd non aliter viam [k] mihi deberi probaturus sim, quàm prius probauerim fundum Titianũ meum [l] esse.

FVndum Titianum.] CASVS. Petebam à te fundum Titianũ. hac causa pendente peto à te viam mihi deberi per fundum tuum Sempronianum ad illum Titianum. dicitur quòd non audior: ne per hanc secundã causam fiat præiudicium primæ secus econtra: vt in l. sequẽ. & quæ ratio sit diuersitatis, dicitur in glo. l. seq. quæ glo. incipit, id est res. & hoc dicit hæc l. & seq. Franciscus.

g ¶ *Controuersia est.* ergo superius eo. titu. in l. si post intelligendum est post litem contestat. & finitam. secundùm quosdam.

h ¶ *Præiudicium* qualecunque.

i ¶ *Non fiat.* id est non fieri debeat.

k ¶ *Viam.* hoc exceptionem recipit. *j. de seruit. l. ei qui pinori.*

l ¶ *Meum.* & ideo si succubui in petitione fundi remouebor à petitione viæ. sed si ante viam, &c.

m SEd si ante] *Titianum.* si iudicio iam cœpto in via.

n ¶ *Corpora sunt.* id [d] est res. nam [e] nulla seruitus est corporea. Item videtur, hæc mala ratio. nam idẽ videtur posse signari in superiori casu. Sed alia est ratio diuersitatis, quia in isto casu per secundam quæstionem non potest fieri præiudiciũ primæ quæstioni: quia maior res vertitur in prima quã in secunda: cum ex prima fiat præiudicium ad secundã: sed nõ econtra. sed in superiori casu econtra: & ideo fieret præiudiciũ priori per posteriorem: *vt j. eo l. rei & j. de iud. l. per minorem.* Itẽ alia ratione, quia in primo casu si non pronũtietur mihi viam deberi, præsumitur [f] qualitercũque quòd fundus sit meus: alioquin via mihi non debetur sed in isto licet pronũtietur meus fundus, nõ præsumitur debita via. Sed certe ambæ istæ rationes ad idẽ tendunt. Sed oppo. si primo petij viam, & postea fundum: & succumbã in fundo: nõne fit mihi præiudiciũ in via: Respon. nõ reo, sed vtilitas [illegible] reo: & rei fauore ff. Nouum.

d Corpus non est.

e Seruitus nulla est corporea.

f Præsumitur ex adiudicatione seruitutis (petito simul & fundo & seruitute) fundum esse meum: ex adiudicatione fundi (in eadem hypothesi) non præsumitur adiudicata mihi seruitus.

hoc dicitur *& ff. j. de ser. vrb. prædi. l. iij. §. qui habet. & j. ex fundi.*

o *Restitutionum.* i. [a] ipse restitutiones, quia [b] altera per patientiam, altera per corporalem traditionem: *vt j. de serui. vrb. prædi. l. j. §. fi.*

2. Vel dic quòd ex alia causa. nã fundus vt meus [c], seruitus vt debita: *vt no. C. de vsufruct. l. corruptione* ¶ Quid ergo si simul intẽtet vtrãque? Respõdeo, primò [d] fũdũ debes petere: cũ altera sit præiudicialis. *argu. C. de ædil. l. quoniam.*

a Restitutionis de seruitute & fundi actiones diuersæ.

b Seruitutes per patientiam restituuntur.

c Meum & debitum differunt.

d Seruitutis nulla petitio est, nisi de re quæ debeat aut cui seruitus debeatur prius constiterit.

XVII. PAVLVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

SEd † si antè viam, deinde fundum Titianum [m] petat: quia & diuersa corpora sunt [n], & causæ restitutionum [o] dispares, non nocebit exceptio [p].

p ¶ *Non nocebit exceptio.* scilicet hæc, quod præiudicium petitione viæ non fiat.

XVIII. AFRICANVS *libro nono Quæstionum.*

FVndi quem tu proprium tuum esse dicis, partem [q] à te peto. & volo simul iudicio quoque communi diuidundo agere sub eodem iudice: Item si eius fundi quem tu possideas, & ego proprium meum [r] esse dicam fructus condicere tibi velim quæsitum est [s], an exceptio *quod præiudicium fundo: partive ei si non fiat,* obstet, an deneganda sit. Et vtrubique putat interuenire prætorem debere, nec permittere petitori, priusquam de proprietate constet [t], huiusmodi [u] iudiciis experiri [x].

FVndi.] CASVS, Cũ peterem [e] à te partem certã fundi quem tu tuum totũ dicebas hac causa pendẽte volo agere cõmuni diui. non audior. Item si à te petam totũ fundũ & hac causa pẽdente petã eius fructus per condictionem: dicitur quòd nõ audior. Fran.

† Quidam etiam hanc legẽ dicunt pertinere ad exceptionem rei iudicatæ & ideo male hic locatam. Ist verba eius transposita & sic reducenda. Sed si ante fundum deinde viam petet, &c.

e Pendente iudicio rei vindicationis (in quo vindico partem fundi quam possides) non possumus agere communi diuidundo.

q ¶ *Partem.* pro indiuiso.

r ¶ *Proprium meum.* prius petij fundũ totum rei vindic. nunc per cõductionem fructus peto.

s ¶ *Quæsitum est.* in superiori casu.

t ¶ *Constet.* & sic obtineã, & sic facit contra nos: quia & si non obtineã: deberẽ agere Publiciana. & [f] sic communi diui. & sicut denegatur communi diui. *vt hic:* sic etiã denegabitur Publiciana. Sed dic quòd hic [g] volebã agere communi diui. ex eadẽ causa: dicẽs me directè dominum pro parte. & plene dic vt no. *j. de euic. l. minor. & facit l. venditor. & l. si mancipium eo. tit. & j. fami. er. l. j. & l. si dus.* Ac.

f Publiciana actio cui datur eidem datur & communi diuidũdo.

g Rei vindicatio parit præiudicium actioni communi diuidũdo, at non Publicianæ.

u ¶ *Huiusmodi.* i. communi diuidundo vel cõdictione. ¶ Sed nõne quotidie fit cõtra in fructibus? Respõ. hic [h] primitus principaliter petũtur [i], quòd non licet: sed vt accessoriæ. Ac.

h Fructus petere possumus vna cum re ipsa hoc est accessoriè, at nõ primitus: hoc est res primo vindicare, deinde fructus condicere. hoc est pendente iudicio rei, vindicationis fructus condicere nõ possumus.

i Fructus petuntur officio iudicis & cõdictione ex lege, et diuerso sup. de rei vindicat.

XIX. MARCIANVS *libro tertiodecimo Institutionum.*

OMnes exceptiones [y] quæ reo competunt, fideiussori quoque etiam inuito reo competunt [z].

XX. PAVLVS *libro singulari de Conceptione formularum.*

EXceptiones opponũtur aut quia factum sit quod fieri oportet: aut quia factum sit, quòd fieri non oportuit: aut quia factum non sit, quod fieri debuerat [a]. Quia factum est quod fieri oportuit: datur exceptio [b] rei venditæ & traditæ [c], & rei iudicatæ [d]. Quia factum est quod fieri non oportuit: datur exceptio

x ¶ *Experiri.* quæstiones istæ, & quæ fiunt *j. eo. l. fundum.* contingentes sunt. & hoc est quod dicitur *j. de iud. l. per minorem. Io.*

y OMnes exceptiones. cohærentes rei: & integro statu rei: *vt C. eo. l. defensiones & C. de non nu. pe. l. tã mãdatori.* ¶ Et no. quòd hæc est huius l. sentẽtia, quòd si [k] qua exceptio cõpetit reo eadem & fideiussori datur: fideiussor etiã inuito reo eã opponat. sub hoc enim prætextu, quia lex aliud sonare videtur quàm velit, & magistri & scholares sæpe decipiuntur. & secundũ hoc non obstat. *j. eo. l. exceptiones & C. de non nume. pe. l. si cui. & sup. de do. ma. l. si fideiussor. & j. de li. le. si quis reũ & j. de fideiuss. l. ex persona & l. si testamento. l. si stipulatus.*

k Exceptio reo cõpetens competit eius etiam fideiussori, adeo vt inuito etiam reo fideiussor possit eam opponere.

z ¶ *Competunt.* reo manẽte in integro statu: *vt C. e. defensiones.* Ac.

EXceptiones] CASVS. Exceptio competit ob id quod factum est, & fieri debuit: vt si vendis mihi rẽ & tradis. Itẽ except. rei iudicatæ, quãdo à me eam petis, repello te per except. quandóque ob id quod est factũ quod fieri nõ debuit, vt doli mali excep. quãdoque ob id quod non est factum. quod dic vt in glo. fi.

l Exceptiones opponuntur quatuor de causis.

a ¶ *Quod fieri debuerat.* potest adiici quartus [l] modus, quia nõ fit quod fieri nõ oportet: quòd potes habere per multa exempla. vt in omni exceptione, intentionis [m] maxime: *vt j. eod. l. ij.* Accur.

m Exceptionum aliæ intentionis seu facti aliæ iuris. Glo. l. 2. supra.

b ¶ *Exceptio.* putà si rei quam vendidisti mihi, dominus non eras postea factus dominus eius vindices. Accursius.

c *Et traditæ. vt j. de excep. rei vendi. l. j.* Accursius.

d ¶ *Indicatæ.* quia indicatum est pro reo qui ius habebat. idem

econtra si contra eũ & soluit: *vt j.tit.j.l.si quis cum totam.§.plane.* si autẽ est damnatus, & nõ soluit: non habet locum exceptio hæc.

a ¶ *Quia.* veluti si patronum in ius vocauit.

b ¶ *Possessionis.* veluti si[a] emãcipat[9] à debitore hereditario petat nondũ petita bonorũ possessione, repellitur excep.[b] nõ petitę bo poss. ¶ Et no. ꝙ impropriè ponitur hæc excep. cum non data bo. poss. nulla sit actio cõtra hereditariũ debitorem. Vel hic ꝙ fuit petita bo. poss. scita ignitaː vnde competit act. sed obstat exceptio ꝙ data nõ fuit à prætore viuo, secundũ Io. Sed hodie forte nõ obstat: *vt C. qui admit. ad bo. pos. l. fi.* 2. Itẽ in bonorũ possessoria hereditatis petit. potest poni, quæ non competit non habita pos. 3. Vel etiã rei vindic. contra singularem possessorem rei hæreditariæ.

a Bonorum possessione non petita emancipatus debitores hereditarios actione personali conueniens non potest (hodie videtur posse) sed nec bonorum possessoria hereditatis petitione vel rei vindicatio- cui quam competit.

b Exceptio nõ petitæ bonorum possessionis.

*quia sub cõditione concipiebatur.

doli mali. Quia[a] non factum est quod fieri debuit, vt bonorum possessionis[b] non datæ.

XXI. NERATIVS *libro quarto Membranarum.*

REi maioris pecuniæ præiudiciũ fieri videtur, cũ ea quęstio in iudicium deducitur, quæ vel tota[c], vel ex aliqua parte communis est quæstioni de re maiori.

XXII. PAVLVS *libro singulari de variis lectionibus.*

EXceptio est cõditio[d], * quæ modo eximit[e] reũ dãnatione: modo minuit[f] dãnationem.

1. ¶ Replicatio[g] est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.

XXIII. LABEO *libro sexto Pithanon à Paulo epitomatorum.*

PAulus[h] [ait:] Si quis statuam in municipio ea mente posuit, vt ea municipij esset: & eam petere vult: excludi eũ oportet præscriptione in factum data.

XXIIII. HERMOGENIANVS *libro sexto iuris epitomarum.*

FIlius familias[i] exceptionem iurisiurandi patri quærit[k], si eum dare nõ oportere iurauerit.

REi maioris.] CASVS. Si moui litẽ cõtra te: & hac pendẽte moueã tibi aliam litẽ quæ in totũ tãgit primã, obiicitur mihi exceptio quasi hæc causa præiudicaret primæ: quod esse non debet: de quo da exemplũ ꝯ. *eo. l. fundum. & l. fundi.* idẽ si in aliquo tãgeret primã: vt quando moui quæstionẽ heredi. interim volo agere cõtra debitores heredit. petẽdo debita tanquã heres. nã per hoc fieret iudicium primæ: quod esse non debet. Franc. Accursius.

c ¶ *Vel tota.* de tota[c] pone exemplum supra *eo. fundum. & l. fundi.* De parte[d], vt quando ante lit. constet. in peti. here. agit petitor. contra debitores hereditarios: *vt dixi ꝯ. eo. si post.* Alia exempla da quæ not. *supra de iudi. l. per minorem* Accursius.

c Vt quia inter easdẽ personas & ex eadem causa.

d Vt quia nõ inter easdem personas, sed ex eadem causa.

EXceptio.] CASVS. Dicitur quod exceptio est contractio per quam quis quandoque consequitur absolui in totũ: vt exceptio rei iudic. & similes. quãdoque cõsequitur vt in minus condemnetur: vt excep. quam opponit vir vt dotem reddere non teneatur nisi in quantum facere potest. idem in patrono & similibus. Replicatio autem est exceptionis exclusio. Franciscus.

d ¶ *Cõditio.* & aliàs cõtradictio, qualiter in Victoriano exẽ. legit.

e ¶ *Eximit.* vt[e] rei iudi. & similes.

f ¶ *Minuit.* vt[f] ea quæ facit damnari in quantum facere potest: *vt ꝯ. eo. l. exceptiones quæ personæ.*

g ¶ *Replicatio.* facit *supra eo. l. ij.*

e Exceptio rei iudicatæ peremptoria.

f Exceptiones quę condemnationem minuant.

PAulus.] CASVS. Posui statuam in ciui. Bo. eo animo vt sit huius ciuitatis. si amodo volo eam tollere, opponitur mihi except. in factum. Franciscus.

h ¶ *Paulus.* facit ꝯ. *de adquir. re. do. l. statuas & ꝯ. de priui. cre. l. Furius.*[g] *supra quod vi aut clam. l. is qui in puteum §. j. & ꝯ. de lo. publi. fru. l. concedi.* Accursius.

g Aufidius.

FIliusfamilias.] CASVS. Filius iurauit patrem suum non teneri ad decem quæ Titius petebat à patre, & hoc iuramentũ præstitit deferente Titio. dicitur quòd per hoc iuramẽtum adquiritur exceptio patri, si amodo conueniatur. Franc. Accursius.

i ¶ *Filius fami. fa. supra de iureiur.*[h] *l. quanto magis, & infra quarum re. act. non da. l. si filio.*

k ¶ *Quærit.* est enim permissum ei patris cõditionem meliorem facere, deteriorem non ita.

h Iuramento suo filiusfamilias in causa peculiari potest patri prodesse & obesse: in non peculiari, prodesse tantum non obesse.

DE EXCEPTIONE rei iudicatæ.

TITVLVS II.

Sententia lata contra vnum super vna re, non parit exceptionem rei iudicatæ contra alterum super alia re. hoc primò. nec etiam contra eundem & super eadem re, si causa propter quam fuit lata: cessat. hoc secundò. si verò non cessat, tunc bene parit contra eundem, & etiam contra alium qui reputatur eadem re, & ex eadem causa: licet intentet actionem diuersam. Paulus.

DE EXCETPIONE REI IVDICATÆ.

Cui[l] dicitur, victori inquam, & non victo: & quando: hic recita. distin. quam habes infra eo. si mater. §. 2 ad quos transeat: vt j. eo. si à te §. Iul. & l. item & l. si mater. §. hoc iure & l. si cum testamento. §. fi. *supple per similitudinem pacti quod est* supra de pac. l. & heredi. §. fi. & l. fideiussoris. & C. si vnus ex plurib. l. 1. & sup. de inoffi. testa. posthumus. §. si quis & j. de adul. l. denuntiasse. §. quæritur an alius j. eo. l. si mater. §. hoc iure. in fi. & §. si egero. & §. fi. & j. e. l. exceptio rei iudi. & l. iudicatæ. 1. respon. & §. fin. & ꝯ. de re iudi. l. sæpe & ꝯ de inoffi. test. l. Papi. §. ex causa. & de sta. ho. l. ingenuũ & de lib. ag. l. 1. in fi. & l. si verò. aliàs siue contra. secundũ Io. Ac.

l Exceptio rei iudicatæ quibus & in quos detur.

¶ *Post generalem titulum solens suo more persequitur varias exceptionum species. Vna est, quæ vulgaris dicitur. l. 3. De pop. actio. Rei iudicatæ, quæ ex eo iure proficiscitur. quod obtinuit semper, ne bis eadem de re agatur etiam si ante per iniuriam iudicatum sit, sed vt quæratur tantum an iudicatum sit, nec refert eadem de re agatur eadem actione an alia. l. 5. hoc titulo, & rectè M. Tullius hanc præscriptionis rei iudicatæ formulam[c] edit, De eadem re egit alio modo. Sic enim omnino legendum iurisconsultus non ambigit. Aliter in l. 11. §. item Iulianus, Quod res iudicata sit inter me & te: & modo rem dicit, modo litem. d. l. 11 §. hoc iure. Cuiacius.*

a Exceptio rei iudicatæ vulgaris.

b Exceptio rei iudicatæ cur inuenta.

c Formula exceptionis rei iudicatæ.

I. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum.*

CVm res inter alios iudicatę, nullũ aliis pręiudicium[l] faciant: ex eo testamento vbi libertas data est, vel legato †, agi potest[m], licet ruptum[n], vel irritum[o], aut non iustum[p] dicatur testamentum: nec si superatus fuerit legatarius præiudicium[q] libertati fit.

† legatum.

II. IDEM *libro tertiodecimo ad Edictum.*

QVi cum herede eius egit[r] qui filium prætererat, & exceptione summotus est, *Ac si non[s] in ea causa sint tabulæ testamenti, vt contra eas[t] bonorum possessio dari possit[u]*: omittente[x] emancipato filio[y] bonorum possessionem, non iniquè restituetur[z] vt

CVm res.] CASVS. In quodã testamẽto inter cętera quę erãt relicta, erant legata & libertates. Tãdẽ vnꝰ ex legatariis petiit legatũ & succubuit: quia testamentũ inuẽtũ fuit nõ valere: vt quia ruptum agnatione posthumi, vel irritũ. quæritur an hoc pręiudicat seruis quib. relictæ sunt libertates. Et dicitur ꝙ nõ: quia res inter alios acta, aliis nõ præiudicat. Fr. Ac.

Superuacuè repetitur in l. 15 infra de obligat.

l ¶ *Præiudiciu. vt sup. ti. primo. Modest'nus. nisi*[d] in casib. quos dic vt not. *C. quibus res iu. non noc. l. j. & f. cit supra de trans. l. iij. in prin. Arg.*

m ¶ *Potest.* ad libertatem vel legatum. Accursius.

n ¶ *Ruptum* agnatione posthumi.

o ¶ *Irritum.* capi. demi. Accursius.

p ¶ *Non iustum:* id[e] est non solenne. *ad quæ facit infra ad l. Cor. de fal. l. si quis legatum. Accursius.*

q ¶ *Præiudiciu.* plenum[f], sed qualequale[g]. *arg. sup. de re iud. l. sæpe.* Sed *cõtra sup. de inoffic. test. Papinianus §. si ex causa.* Sol[h]. vt ibi. nam ibi rũpit[i] quod est: hic declarat: & sic hic contra nullum præiudicat. *Item contra supra de pig. l. iij. in prin. Sol. vt ibi. Accursius.*

d Iudicata res inter alios certis casibus aliis nocent.

e Testamentũ non iustũ pro non solenni.

f Præiudiciũ aliud plenũ, aliud qualequale.

g Sentẽtia aduersus vnum legatarium lata, qualequale præiudiciũ facit aduersus alios.

h Vide aliam solutionem hic apud Castrensem.

i Sententia alia est rescissoria, alia declaratoria.

QVi cum herede.] CASVS. Pater filiũ emancipatum præteriit, & extraneum instituit, & reliquit legatum Titio. Titio, cũ vellet petere legatũ opposita fuit excep. quod emãcipatus cõtra tab. agebat, & postea volebat agere petit. hære. & sic succubuit Titius. Tãdẽ emãcipatus omisit cõtra tab. dicitur quòd ipse Titius restituitur in integ. vt possit adhuc petere legatũ. Frãc. Accursius.

r ¶ *Qui cum herede eius egit.* petẽdo legatũ, sed secus in creditore habetur: *vt ꝯ. ad Treb. l. cum hereditas ex Treb.* Hodie idẽ in legatariis: *vt in contrario. C. de peti. her. l. fi.* lex tamen alia etiam in legatariis idem dicit: *vt sup. si cui plus quam per. l. Fal. l. hac autem §. j. Azo.*

s ¶ *Si non* verba[k] exceptionis. Accursius.

t ¶ *Eas,* emancipato præterito. Accursius.

u ¶ *Possit.* quia fieret præiudicium petit. hered. quam est propositurus qui petit contra tabulas.

x ¶ *Omittente.* vel expresse, vel tacitè per temporis cursum. Ac.

y ¶ *Filio.* Cum enim emancipati mentionẽ facit: an idem in suo præterito? Respon. tunc ab initio ipso iure testamentũ esset nullum, nec tractu temporis conualesceret *vt instit. de exhere. lib. in princ.* Sed de æquitate[l] conualesceret vtiliter, si ille suus filius nihil auocare vellet: *vt sup. de iniusto testa. l. filio. & l. posthumus.* Item dic bonorum poss. edictalem. nam decretalem repudiare nõ potest: *vt supra de succes. edict. l. j. §. decretalis.*

z ¶ *Restituetur.* per[m] in integ. restitu, *vt not. sup. de trãsactio. l. iij.*

k Sic tertij ad & quando liceat opponere vide hic Bartolum.

l Testamentũ in quo filius in potestate est præteritus, licet sit ipso iure nullum: tamen si filius præteritus nõ vult aliquid petere, recõualescit vtiliter de æquitate.

m Cessante causa absolutionis cessat absolutionis effectus.

§. j. &

§.j.& facit j.de act.& ob.l.qui cum herede.& ∴.de contra.tab.si prateritus.& ∴.de bo.lib.quandiu,& inf.de iure fis.l.apud. Accur.

agat cum herede.& ita Iulianus libro quarto Digestorũ scripsit.

III. IDEM *libro quintodecimo ad Edictum.*

IVlianus libro tertio Digestorum respondit, exceptionem rei iudicatæ obstare quotiens eadem quæstio inter easdem personas reuocatur.& ideo & si singulis rebus petitis [a] hereditatem petat [b], vel contra: exceptione summouebitur.

IIII. IDEM *lib. septuagensimosecundo ad Edictum.*

REi iudicatæ exceptio tacitè continere videtur omnes personas quæ rem in iudicium deducere solent [c].

V. IDEM *lib. septuagensimoquarto ad Edictum.*

DE eadem re agere videtur & qui non eadem actione [d] agat, qua ab initio agebat, sed etiam si alia experiatur, de eadem tamen re: vt putà si quis mandati acturus [e], cum ei aduersarius iudicio sistendi causa promisisset, propter eandem rem agat negotiorum gestorum [f], vel condicat: de eadem re agit. Rectéque ita definietur, eum demum de re non agere, qui prorsus rem ipsam non persequitur.

IVlianus.] CASVS. Exceptio rei iudicatæ habet locum quando eadem quæstio iterum inter easdẽ personas mouetur, hinc est quòd si singulas res petij rei vindi.& succubui, postea easdẽ volo petere vt here. ex eadẽ causa vt pri[us]: certe repellor excep. rei iudi. idem ecõtra. Secundo dicit in l. sequen. quòd excep. rei iudicatæ comprehendit omnes personas quæ possunt rem deducere in iudicium. quod expone vt in Gl. Accursij, quę incipit: cũ habeãt legitimã, &c. Hinc est quòd si tutor nomine pupilli egit, & succubuit: obstabit exceptio pupillo agere volenti. item si procurator egit & succubuit: obstabit except. domino agere volenti ad idem. Tertio dicit: Si ad eandem rem agat qui prius egerat, & succubuerat: licet alia actio nũc agat, obstabit ei except. rei iudi. & ponitur exemplũ: vt ecce tenebaris mihi ad x. acti. mandati, postea tu venisti ad gerẽda negotia mea: & non exegi à te ista x. cùm vellem agere contra te. promisisti mihi iudicio sisti, forte quia immobilia nõ possidebas. egi contra te act. mandati, & succubui. postea volo agere act. negotiorum gestorum, vel certi condictione ad eadem x. obstabit mihi exceptio. & hoc dicit hæc lex, & duæ seq. Fran.

a ¶ *Petitis.* rei vindi.

b ¶ *Petat.* ex eadem causa, non postea superueniente. & *facit ∴. de pact.l.si vnus.§.item si pactus.& j. eod.si quis in totum. §.fi. & ∴.de petit.here.l.posteaquam.& ∴.de contra.tabu.l.si post.§.illud.*

c REi iudic. ita.] *Solent.* cum [a] habeãt legitimam administrationem publicam, vel priuatam. publicam, vt tutor vel curator, priuatã, vt procurator. & ideo si victus fuerit tutor, curator, procurator: exceptio obstat pupillo adulto, & ei qui procuratorẽ dedit: & econtra. Cæterùm si [b] coniuncta persona agat, quę potest sine mandato agere: *vt supra de procu. l. sed & hæ.* si [c] hæc persona vincatur, non obstat exceptio domino: nisi habeat ratum [d]: *vt infra iudi.solui.l.ij.§.j.* & hoc in actore ex eius parte potest habere locum. Item ex parte rei [e] potest locum habere: quia ad defendendũ [f] omnes admittuntur oblata cautione iudi. solu. quo casu si sententia feratur pro eo qui se obtulit defensioni, proderit exceptio reo si ab eo petatur. non autem noceret ei, nisi esset tutor vel curator: *vt inf.eo.si mater.§. hoc iure.& fa. infra rem ra.ha.si fine.& inf.de litig.l.j.in fine.*

d DE eadem.] *Actione.* dummodo causa petendi eadem sit quæ ab initio, id est priori iudicio. Accur.

e ¶ *Acturus.* & egit, aliàs non obstaret rei iudi. exceptio, nisi egisset, & sententia lata esset. Accu.

f ¶ *Negotiorum gestorum.* pone quòd tenebatur actione mandati ad x. postea illa deuoluta sunt in actione neg.gest. putà quia à se nõ exegit, cum ipsius absentis gereret negotium sine mandato postea: *vt ∴.de neg.gest.l.diuort o.& ∴.man.leg.si remunerandi.§.apud Iulia.& l.si negotia.& facit sup.de act.emp.l.non est nouum.& de iureiurand.l.duobus.§.exceptio.& C.de eden.l.edita.& Instit. de act. §.si quis aliud.& inf.eo.l.cùm quæritur. Azo.*

SIngulis.] CASVS. Si plures act. competunt ad idem: sufficit vnam intentari: & redditur mirabilis ratio in litera: vt cum habeo rei vindi. & condic. furti. cõtra furem ad rem subreptam, sufficit vnam intentari. & idem in similibus. & de his dic plene vt in Glo. hic positis. Franc.

g ¶ *Singulis controuersiis.* vnã [g] controuersiã dicit vnã causam. j. factum illud ex quo actio nascitur: de quo cum semel actum fuerit, quamuis actione & occasione aliarum actionum non debet iterum quæri de eodem: saluo [a] si plus est in secunda: *vt infra vi bo.rap.l.j.* Item eo saluo, si nõ fuit omnes causas persecutus, cùm actio esset generalis: *vt C. de iud.l.ij.* & secundùm hoc potest poni casus per has ll. *vt j.de actio.& obliga.leg. plura. & de pac. l.hinc quæritur.j.respon.& sup. de noxa.actio.l. in delictis.§.fi.* ¶ No. etiam quòd [b] non licet plures simul proponere: *vt hic & infra de regulis iuris.l.nemo ex. §. quoties.* nisi in casu: *vt supra quorum lega.l. j. §. quod ait prætor. & facit infra de verb. signif. si quapœna.* ¶ Item no. ex eo quod subiicit de infinitate [c] vitãda: *ad quod est supra de dam. infe.l.si finita.in princ.* ¶ Item not [d]. de consuetudine [e]. *sic supra de pub.l.si publicanus. §. fi.* Accur.

Cæterùm cum quis actionem mutat, & experitur, dummodo de eadem re experiatur, etsi diuerso genere actionis quàm instituit, videtur de ea re agere.

VI. PAVLVS *lib. septuagensimo ad Edictum.*

SIngulis controuersiis [g] singulas actiones [h], vnúmque iudicati finem sufficere [i], probabili ratione placuit: nec aliter modus litium multiplicatus summam atque inexplicabilem [k] faciat difficultatem, maximè si diuersa pronuntiarentur [l]. Parere ergo exceptionem rei iudicatæ, frequens [m] est.

Qui petit totum & succumbit, obstat exceptio rei iudicatæ si postea vult petere partem ex eadem causa: secus si ex diuersa. Paul.

VII. VLPIANVS *lib. septuagensimoquinto ad Edictum.*

SI quis cum totum petisset, partem petat: exceptio rei iudicatæ nocet. nam pars in toto est [n]. eadem enim res accipitur & si pars petatur eius quod totum petitum est. nec interest, vtrum in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel in iure [o].

h ¶ *Actiones.* id est vnam actionem ex multis ad idem competentibus.

i ¶ *Sufficere.* & excipi de re iudi. licèt alia actione agatur.

k ¶ *Inexplicabilem* per hoc non remouet quin liceat plures actiones protestari [f]: & per alteram protestamur quod petimus. verũ si proposita vna pronuntiatum sit cõtra me: obstabit exceptio si alia agam act. ex eadem causa. aliter dicentibus inexplicabilis esset litiũ finis. & hoc secundùm quosdam. Sed de hoc dic *vt no. ∴. de trib.l.quod in here.§.elig re.*

l ¶ *Pronuntiarentur.* nunc pro actore, nunc pro reo.

m ¶ *Frequens.* i. consuetum est.

SI quis cum totum.] CASVS. Petij rem totam, & succubui, nũc peto partem eiusdẽ rei ex eadem causa. dicitur quòd obstabit except. rei iudi. nec est vis siue id quod petij cõsistat in corpore, siue in quãtitate, siue in iure. & de hoc vltimo da exẽplũ vt habes in Glo. domini mei Accursij, quæ incipit: vt in vsufruct. &c. & in litera subiicitur exemplum de corpore: vt si petij totũ fundum rei vindic. & succubui: postea volo petere partem eiusdem fundi pro diuiso, vt à fossato supra: vel pro indiuiso, vt partem dimidiam, vel tertiam: obstabit mihi exceptio. Idẽ si petij duas res, & succubui: postea vnam ex his tantùm volo petere ex eadẽ causa, obstabit mihi excep. Postea dicit, petij fundũ, & succubui: postea volo petere arbores excisas de fundo prędicto: vel si petij domum & succubui, nunc volo petere tigna vel lapides ex eadẽ causa. vel petij nauem & succubui: postea volo petere tabulas eiusdem nauis. vel si petij ancillam quam dicebam pręgnantem, & lite pendente cõcepit & peperit, & succubui: postea volo petere partũ eius. quęritur an in omnibus istis casib. obstet excep. rei iudi: Et dicitur quòd fere in omnibus istis casibus obstat excep. & bene dixi, fere: quia in casu illo vbi petij insulam, & succubui: & postea volo petere lapides vel tigna domo destructa: dicitur quòd nõ obstat except. & redditur notabilis ratio in litera. idem est in fructibus fundi, vel partu ancillæ. nam petito [g] fundo vel ancilla, si succubui, bene possum petere partum eius vel fructus: nisi in petitione fundi vel ancillæ obtinuerim, & restitutus mihi fuit fundus vel ancilla cum æstimatione fructuum vel partus. nam amodo fructus non possum petere. In fine regula traditur notabilis in litera. & hoc dicit hæc lex & seq. Fran.

n ¶ *In toto est* vt [g] *j. de reg. iur.l.in toto & pars.*

o ¶ *In iure.* vt [h] in vsufruct. vt si petij totius fundi vsumfr. & postea partis: nam diuisionem [i] recipit: *vt no. ∴ de vsufruct.l. v.* in cæteris seruitutibus secus [k], quia indiuiduæ [l] sunt: *vt ∴. ad leg. Falci. l.j.§.si vsusfruct.* licet quidam etiam in eis ponant casum: vt si petij viam, & postea peto iter: quod nihil est, quia tunc aliud peto:

a Rem in iudicium deducere quæ per sonæ pertinet.
b Agere nomine alieno, etiam sine mandato possunt coniunctę personæ.
c Condẽnatio coniunctæ personæ agentis sine mandato, nõ nocet domino ratum non habenti.
d Ratihabitio ne iudicium nostro nomine ab alio susceptum confirmare possumus.
e Condẽnatio defensoris non nocet domino nisi defensor fuit tutor vel curator prodesset tamen sententia lata pro defensore, et quidem reo.
f Defendere alieno nomine possunt omnes oblata cautione iudicatum solui.
g Vna cõtrouersia quid.

a Actiones alias repetere an & quando liceat, si ex prioribus sit iudicatum, ad de his dicitur.
b Actiones plures simul proponere regulariter nõ licet.
c Infinitas vitanda.
d Argumentũ à frequentia & consuetudine.
e Cõsuetudinem, sequimur.
f Protestatio nis effectus.
g Absolutus à toto, absolutus intelligitur etiam à parte. praeterea de hoc casu exceptio aduersus agentem, partim in eo, cõpetit.
h Vsusfructus in iure consistit.
i Vsusfructus diuisionem recipit.
k Seruitutes prædiorum & vsusfructus differentia.
l Indiuiduæ sunt seruitutes prædiorum: diuiduus vero vsusfructus.

cum aliud sit via,& aliud iter: *vt* ☞. *de seruitu. vrba. prædio. l.j.& inf. eod.l.si mater.* §. *si quis iter.* 2. Item potest opponi in hereditate, quæ [a] est ius: *vt inf.* §. *fin.& ☞. de p. et.si vnus.* §. *ante penult.* 3. Item potest poni si primo petij fundum, postea vsumfruc.[b] causalem, secus autem si formalem: *vt inf. eo. si cum testamento.* §. *si fundum.& facit* ☞. *de leg. ij. cum filius.* §. *dominus.* Item facit *ad l.* ☞. *de dam. infect. diet.* §. *si intra & inf. de verb. oblig. l. qui vsumfruct.& inf. eo. egi.& inf. de verb. sign. l. recte dicimus.* §. *fin.& leg. appellatione rei. & l. pupillus.* §. *si.* est argumentum contrarium.

a Hæreditas, nomen est iuris.
b Vsusfructus causalis & formalis differentia.

Proinde [a] si quis fundum petierit, deinde partem petat vel pro diuiso, vel pro indiuiso, dicendū erit exceptionē obstare. Proinde & si proponas mihi certum locum [b] me petere ex eo fundo quem petij: obstabit exceptio. Idem erit probandum & si duo corpora fuerint petita, mox alterutrum corpus petatur. nā nocebit [c] exceptio. Itē si quis fundum petierit, mox arbores excisas [d] ex eo fundo petat: aut insulam petierit, deinde aream, vel tigna, vel lapides [e] petat. Item si nauem petiero, postea singulas tabulas vindicem.

1. ¶ Si ancillam prægnantem [f] petiero, & post litem contestatam conceperit & pepererit, mox partum eius petam, vtrum idem petere videor, an aliud, magnæ quæstionis est. Et quidem ita definiri potest, totiens eandē rem agi, quotiens apud iudicem posteriorem id quæritur, [g] quod apud priorem quæsitum est. In his igitur ferè [h] omnibus exceptio nocet.

2. ¶ Sed in cæmentis & tignis diuersum est. nam is qui insulam petit, [i] si cæmenta, vel tigna, vel quid aliud suum petat, in ea conditione est, vt videatur aliud petere [k]. etenim cuius insula est, non vtique [l] & cæmenta [m] sunt. denique ea quæ iuncta sunt ædibus alienis, separata [n] dominus vindicare [o] potest.

3. ¶ De fructibus eadē quæstio est, & de partu. hæc enim nōdum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt quæ petita est. magisque est vt ista exceptio nō noceat [p]. ¶ Planè si in restitutionem vel fructus vel etiā partus [q] venerunt [r], æstimatique [s] sunt: cōsequēs erit dicere exceptionē obiiciendam [t]. 4. ¶ Et generaliter, vt Iulianus definit, exceptio rei iudicatæ obstat quotiēs inter easdem personas eadem quæstio reuocatur, vel alio [u] genere iudicij [x]. & ideo si hereditate petita singulas res petat, vel singulis rebus petitis [y] hereditatem petat [z], exceptione summouebitur.

5. ¶ Idem erit probandum & si quis debitū petierit à debitore hereditario [a], deinde hereditatē petat. vel contra si antè hereditatem petierit, & postea debitum petat [b]. nam & hic obstabit exceptio. nam cum hereditatē peto: & corpora & actiones omnes quæ in hereditate sunt, videntur in petitione deduci [c].

VIII. IVLIANVS *libro quinquagesimoprimo Digestorum.*

Itē parte fundi petita [d], [qui] familiæ erciscundę vel communi diuidundo agit, æquè exceptione summouebitur.

Absolutus in actione reali, vel mixta, ex eo quia non possidebat: si postea incipiat possidere, potest iterum conueniri, & non habet exceptionem rei iudicatæ. Paul.

IX. VLPIANVS *lib. septuagesimoquinto ad Edictum.*

Si à te hereditatem [e] petam, cū nihil possideres: deinde vbi cœperis aliquid possidere, hereditatē petā, an noceat exceptio ista? Et putē, siue fuit iudicatū hereditatem meam esse [f], siue aduersarius, quia nihil possidebat [g], agere contra te petitio. hered. bene potero.

a ¶ *Proinde.* exemplū de corpore.

b ¶ *Certum locum.* nō habita mentione partis.

c ¶ *Nam nocebit.* vt & *infra eo. si cum testamento* §. *y.*

d ¶ *Excisas.* [e] Arg. cōtra. *sup. de pign. act. si conuenerit.* §. *si quis.* [d]

e ¶ *Lapides.* i. ex eadem causa qua petiit fundum. aliud si ex alia: *vt inf. proxi.* §. *& facit* ☞. *de pact. l. si vnus.* §. *antepe.*

f ¶ *Si ancillam prægnantem.* id est quam dicebat prægnantem, sed non erat. Accur.

g ¶ *Id quæritur.* ex eadem causa.

h ¶ *Fere.* quare dicit fere, statim subiicit: sed in cæmentis, &c.

i ¶ *Petit.* & succubuit.

k ¶ *Aliud petere.* hic est contra *sup. proxi.* §. Solu. vt ibi. Item contra. ☞ *de pact. l. si vnus.* § *antepe.* Solu. vt ibi.

l ¶ *Non vtique.* semper, sed quandoque. Accur.

m ¶ *Cæmenta.* scilicet per consequētiam, licet hoc frequēter cōtingit, scilicet quòd cuius [c] est domus, & cæmenta.

n ¶ *Separata.* nisi [f] iam duplum [g] consecutus fuerit per act. de tigno iniuncto.

o ¶ *Vindicare.* vt & ☞. *de acquiren. re. do. & deo.* §. *cum in suo & Instit. de rerum diui.* §. *cum in suo.*

c Exceptio rei iudicatæ cōpetit quoties res aliqua primæ comprehensa ex eadem causa petatur.
d Hypotheca extinguitur, quando resoluta, esse desinit.
e Cæmenta, vt sæpius domū sequuntur, id est vt cuius sit domus, eiusdē sint & cæmenta.
f Separata tigna sua ab ædibus alienis, dominus vindicare potest, nisi duplum fuerit consecutus per actionem de tigno iniuncto.
g Pœna tigni iniuncti.
h Condemnatione temporis à fundi petitione, fructus petere non est vbi... Bartolus hac leg.
i Et ex diuersa.
k Exceptio rei iudicatæ prodest condemnato & soluenti, perinde ac si esset absolutus tantum enim præstat condemnatoria cum solutione quantum absolutoria.

p ¶ *Non noceat.* Si habes siue non, plana est, & tunc consonat supra proxi. §. *item si quis fundum. & de pact. si vnus* §. *antepen.* Si vero habeas, non noceat, vt habent fere omnes cōmuniter, tunc concordat quod supra dixi de cæmentis: & secundum vtrūque dic reum absolutum. Potest tertio legi prout habes non, scilicet quòd reus fuit condemnatus & in matre: & sic non habet exce. *vt* ☞. *eo. l. euid. uter.* & bene tunc continu. tur, plane, &c. sed secūdum mediam positionem est contra, *C. de libe. cau. l. si.* Sol. hic dominij inter duos, ibi liberalis causa agitur: vt ibi diximus. Vel hic alia ex causa petiit, ibi ex eadem causa qua contra matrem. & facit ☞. *de vsufruct. l. partum.* Sed & in hoc quòd lite pendente ex re petita prouenit, potest dici quòd si per se potest peti, non [h] obstat exceptio rei iudi. aliàs sic: *vt C. de iudic. l. j. & C. depositi. l. iij & facit* ☞. *de rei vindi. l. ex diuerso* [i]. § *j.*

q ¶ *Partus.* nominatiui casus Accur.

r ¶ *Venerunt.* hic dicit quando possessor condemnatus est.

s ¶ *Aestimatique.* que pro vel est: & supple æstimatio eorum præstita est.

t ¶ *Obiiciendam.* Cōtra ☞. *eo. l. euidenter.* Solu. Bene dicimus condemnato [k] proficere exceptionē, si tamē soluit, vel soluere paratus est, sed à tali prodesse liberet nos domin. 2. Vel dic, obiicitur exceptio in [a] eo in quo videtur absolutus à re, scilicet cum præstitit æstimationem [b], cum sit emptio: *vt sup. pro emptore. leg. j. & sup. de rei vindi. l. eius rei.* Item contra *sup. de lib. ho. exhib. leg. iij.* §. *pen.* Solu. speciale ibi fauore libertatis.

u ¶ *Vel alio.* vel pro etiam.

x ¶ *Iudicij.* i. actionis.

y ¶ *Petis.* rei vindi.

z ¶ *Petat.* hereditario iure: & hoc si ex eadem causa ex qua primo petij res singulas. idē ecōtra. secus autem si ex alio: *vt C. de petit. hered. l. hereditatis.* ¶ Item quid si primo rem vnam petij, & succubui: nunc ex eadem causa totā hereditatem peto: an obstet exceptio? Respon. [c] quidā, si ideo primo succubui, quasi non sim heres, obstat: si vero quasi non sit hereditaria, tunc non. *argumen. C. de edit. l. j.*

a Debitor rei esse definit, qui eius æstimationē præstitit.
b Aestimatio loco rei.
c Improbatur hæc Gloss. à Ferro de bella Pertica & Bar.

a ¶ *Hereditario.* & succubuit.

b ¶ *Petat.* id est agat contra eūdem debitorem peti. here. cum se heredem contendat: *vt supra de petit. hered. l. nec vllam.* §. *fin. & l. seq.*

c ¶ *Deduci.* vt & *supra de petitione hereditatis leg. item videamus.* §. *si.*

d ¶ *Tem parte.*] Petita. & amissa.

Si à te.] CASVS. Ego Franciscus egi contra te petitio. hered. & fuisti absolutus, quia nō possidebas aliquā rē heredi. postea cœpisti res hered. possidere: & iterum volo agere contra te petitione hereditatis bene possum. Idem est sicut primo, si egi, iudicatum fuit me esse heredem, & fuisti condēnatus in restitu. rerum hered. quas possidebas. nam si amodo aliquas alias incipias possidere, & iterum velim agere contra te petitio. hered. bene potero. [SI QVIS.] Pone casum vt habes in Gloss. domini mei Accursij, quæ incipit, quā putabas, &c. [IVLIANVS SCRIBIT.] Ego Frāciscus petij à Titio quendam fundum, & succubui: postea Titius fundum istum vendidit Sempronio, & tradidit. si eūdem fundum à Sempronio petam: obstabit mihi exceptio rei iudica. & sic exceptio ista competens venditori, vadit ad emptorem: non ita econtra: vt si egi contra emptorem fundi ad fundum quem emerat, dicens meum, & succubuit, & hic fundus reuertatur ad venditorem, putà ex causa redhibit. vel simili de causa, & eundem fundum ab illo venditore petam: non obstat mihi exceptio. Hinc etiam est quòd si rem heredita. quam dicebam meam, vendidisti & tradidisti: & eam ab emptore euicisti si tu eam à me petas, non obstat tibi except. ex persona emptoris. Idem si succubui agendo contra emptorem: nō obstat mihi nec agam ad eandem rem contra venditorem. & hoc dicit hic §. & lex sequens. Franciscus.

e ¶ *Si à te hereditatem.* aliter si iudicatum esset non esse meam.

f ¶ *Meam esse.* Sed de hoc casu quæ dubitatio erat? Respon. quia quędam possidebat: vnde in illis fuit condemnatus, & [d] sic per consequentiam in aliis videtur absolutus. sed contra est. H.

g ¶ *Nihil possidebat.* Quid si tūc possidebat: sed tamē absolutus fuit

d Condemnatus in quibusdam, in aliis videtur absolutus.

fuit quasi non possideret:et si postea agit:nunquid ob. exceptio rei iudicatæ?videtur quòd sic:vt aliàs in patre qui iurauit nihil esse in peculio:*vt s. de iureiuran. l. qui iurasse. §. si pater.* Econtra videtur quòd non,cum sit male absolutus,nec possit dicere se per iniuriam absolutum:*vt supra de lega. j. si seruus plurium. §. j. & de iudi. leg. si prætor.* interrogabitur enim an ante sententiam possidebat. & sic per mendacium tūc videtur absolut⁹, & tunc non ob. exceptio,si ideo fuit absolutus quasi non possideret.similis quęstio fit in d. §. si pater. *l. qui iurasse sup. de iureiuran.* sed dicam quòd huius modi[a] interrogationibus respondere non tenetur, secūdùm Io: & sic habet exceptionē ex[b] iniuriosa sententia. *& adde quod no. j. eo. si quis ad exhibendum. & facit C. ad exhib. leg. neque & infra eo. l. si rem meam & l. si quis ad exhi. & supra de p ocu. l. si post datam. Azo.*

a Interrogationibus quarum contrarium asserit, nemo respondere cogitur.
b Exceptio sententiæ iniuriosæ.

† Sententia lata contra nō possidentem tanquam possidentem, si de nouo cœperit possidere, mandabitur sententiæ executioni. adde tu Mat. in sin. sing 138.

absolutus est:non nocere[a] exceptionem.

Legitur tribus modis in Glos. secundum primam lecturam,quod sententia lata est solùm in fauorem actoris: quia reus fuit condemnatus, & ius actoris declaratum. secundùm secundam,fuit lata solùm in fauorem rei,qui reus fuit absolutus, quia non possidebat:& ius actoris non fuit declaratum.secundum tertiam, quæ est notabilior aliis,fuit lata partim in fauorem actoris,quia ius suum fuit declaratum:partim in fauorem rei, qui reus fuit absolutus ex eo quia non possidebat. Paul. de Cast.

1. ¶ Si quis[b] fundum † quē putabat se possidere, defenderit : mox emerit:re secundum petitorē iudicata, an restituere cogatur? Et ait Neratius, si actori iterum petenti obiiciatur exceptio rei iudicatę, replicare[c] eum oportere de re secundum se iudicata.

a ¶ *Non nocere.* quia vtrinque pro me iudicatum videtur. Accursius.

b ¶ *Si quis.* Fundum quem putabas te possidere,cœpisti defendere,& condemnatus fuisti. deinde fundum emisti, & possidere cœpisti.si petitor agat actione prima qua egit quando obtinuit, & tu opponas exceptio. rei iudicatæ, ipse replicabit de re secundùm se iudicata:*vt infra eod. l. euidenter.* stultus tamen est qui prima actione agit,& nō executioni sententiā petit mādati. 2. Vel aliter dic casum:Primo absolutus[c] fuisti,quia non possidebas:postea emisti,& possidere cœpisti. deinde actor egit & obtinuit,& nūc iterū agit actione prima. 3. Vel tertio,pronuntiatum fuit rem esse petitoris, & reus absolutus, quia non possidebat,nec dolo desierat possidere.& sic vterque vincit.

c Hanc hypothesim reprobat Bart. hic: est enim de reo absoluto: lex autem ipsa de actore obtinente.

¶ Sed tunc quomodo potest absolui,cùm lite contestata non sit condemnandus:*vt supra de rei vindi. l. si quis*?Respond. ibi asserebat se possidere:hic non nec fuit hic interrogatus an possideret. *& facit d. fi. §. infra eod. euidenter. & supra de pign. si fundus. §. creditor.* Accur.

c ¶ *Replicare.* ne ei contra quem iudicatum est, prosit rei iudic. exceptio:vt infra eo. euidenter.

d ¶ *Solere.* quæ auctori[d] ante venditionem competebat:*vt infra titul. j. leg. pe §. pe. & facit C. de euict. l. emptor. & infra eod. si mater. §. Iulianus.* Item econtra vt noceat emptori quod venditori nocebat:*vt supra de pign. si superatus. § final. & infra eodem. leg. exceptio.*

d Exceptio rei iudicatæ quę venditori & in venditorem competit, eādem emptori & in emptorem datur.
e Emptæ res quibus casib. reuertātur ad venditorem.
f Redhibitio similis est venditioni.
g Redhibitione facta, possessionis, quæ penes emptorem fuit, accessio fit venditori.

e ¶ *Non debere.* s. si reuertatur ad vēditorem res vel p r[e] redhibitionem, vel per pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem:quibus casibus lata sententia pro emptore,vel cōtra eum, nec prodest nec nocet venditori,secundùm quosdam. Sed Ioan. dicit in prædictis casibus transire:quia redhibitio[f] talis similis est vēditioni,& fit accessio[g] possessionis venditori:*vt s. de acqui. pos. l. Pomponius. § præterea & s. de vsucap. l. si hominem. & infra tit. j. si duobus. § vendidi.* Et quod hic dicit, intellige eo casu quando res redit ad venditorem, quia cecidit emptor à possessione, & venditor accepit sine vitio : quibus casibus non prodest agenti & vincenti contra emptorem, vt subiicit, nec nocet si emptor vincit:*vt j. l. pro.* Sed certe sic non esset differentia, si dicas sine titulo redire:cum & idem esset si & primus transitus esset sine titulo:quod hęc lex vult esse differentiam. Vnde teneas primam, & redde rationem:quia vēditoris interest prodesse emptori: sed non econtra:*vt s. de pact. l. si debitoris.* Nec obstat de accessione possessionis:quia hic hominis factum & labor,ibi non. Vel dic tertio,quòd emptor fuit absolutus antequam emeret, & postea emit,& tandem redhibuit. *& facit s. de pig. l. iij. § si. & s. quod quisque iur. l. iij. § si ts. & de ser. l. pro parte.* Sed arg. contra *s. de iureiur. l. duobus. § j. & de pecu. quæsitum. § si annua. & de pact. l. si cum emptore. in prin. & ad Treb. l. facta. § si heres.*

f ¶ *Rem.* scilicet eius hereditatis quam possidebas.sed ego asserebam me heredem esse verum:quod tu negabas.

g ¶ *Ait si ea.* verba exceptionis, Recte ageres si ea, &c.

h Item si victus. ab emptore.& postea actione in rem à te petiero. Accur.

Exceptio competens contra auctorem,transit contra singularem successorem:non sic econuerso. & eodem modo exceptio competens singulari successori,non transit ad auctorem re ad ipsum reuersa. Paul.

2. ¶ Iulianus scribit, exceptionem rei iudicatæ à persona auctoris ad emptorem transire solere[d]:retro autem ab emptore ad auctorem reuerti non debere[e]. Quare si hereditariam rem[f] vendideris, ego eandem ab emptore petiero, & vicero: petenti tibi non opponam exceptionem : *At si ea[g] res iudicata non sit inter me & eum cui vendidisti.*

x. Ivlianvs *lib. quinquagesimoprimo Digestorum.*

Item si victus[h] fuero:tu[i] aduersus me exceptionem non habebis.

Si in petitione hereditatis præcedat generalis petitio, & specialis persecutio, obstat exceptio in omnibus

i ¶ *Tu.* scilicet possidens.

Si mater.] Casvs. Titius filium suū impuberem instituit heredem. Titio defuncto filius eius adiuit hereditatem, & decessit intra pupillarem ętatē:mater huius pueri petiit bona pueri: cum debeat ei succedere ex senatuscōsulto Tertulliano. generaliter sua peti. proposita credens fuisse datum substitutum illi puero:& allegabat illam substitutionem non valere, quia ruptum erat testamentū Titij natiuitate alicuius : postea testamēto Titij aperto nō inuenitur quòd aliqua substitutio fuerit facta. & sic hæc mater iterū vult petere bona prædicta. quæritur an obstet except. rei iud. & dicitur quòd sic,sed tamē ex causa, id est quia mater est succurritur ei,cū vnā causam tātum primo elegerit. vel dic ex causa,id est quia postea apertæ sunt tabulæ,succurritur matri ope in integ. restit. Secundo dicit:petij à te Stichum,dicens meū,nō adiecta causa,credens eū esse meū,quia Titius eum mihi tradiderit: hoc non expresso:& succubui,postea volo eundem petere quasi ex causa hereditaria sit meus:dicitur quòd repellor excep. rei iud. secus autē est si petij à te fundū quē dico meū ex alia causa quàm prius. nā hoc casu non repellor except. rei iud. [Item Ivlianvs scribit.] Ego & tu eramus heredes Titij. tu credēs quendā fundū à Sēpronio possessum esse hereditariū,petiisti partē eius fundi à Sempronio,& succubuisti:postea eandem partem à Sempronio emi. tu contra me vis agere ac. fa. erciſc. ad istū fundum diuidendum. quasi hereditarius sit iste fundus. dicitur quòd repellā te per exceptionē rei iudi. & sic ex persona venditoris mei cōpetit mihi exceptio rei iudi. perinde ac si mecū à prin. egisses ad partem fundi,& succubuisses. nā repellam te iterū agere volentem. [Eandem Cavsam] Non solum identitas personarum facit eādem causam videri,vt in emptore & venditore dictum est,sed etiam eadem causa petendi,id est si petitio secunda cōcordet cū prima. si autē non concordet,tunc non obstat exceptio:vt si petij rem aliquam à te quasi meam,cum nō esset:& sic succubui:postea illa re à vero domino mihi legata,iterum eam à te peto : non obstat mihi exceptio. secus autem si petij seruum tāquam meum & succubui:& postea captus fuit seruus ab hostibus : & postea de captiuitate euasit:& iterum istum seruum à te petam: dicitur quòd repellor except. rei iud. sed si ex dominio nouiter acquisito peterē,non obstat exceptio:vt putà re mihi sub cōditione legata à domino, interim pendente condi. eam emi à nō domino: & istam rem petij quasi meam à quodam possidente eam, & succubui:postea existente conditione legati eandem rem petij:dicitur quòd non repellor. Sed quid si credebam rem meam ex causa here. & prędictā rem petij dicēs me dominū & succubui : postea eam volo petere quasi meā ex causa donati?certe repellor excep. rei iudi. & redditur notabilis ratio in fi. §. [Si qvis item.] Petij iter per fundum tuum,& succubui:nunc volo petere actū per eundem fundum. dicitur quòd non obstat exceptio. [Hæc lvre.] Dicitur quòd ex parte actoris obstat exceptio omnibus personis quæ possunt rem in iudicium deducere:vt est procurator,tutor,curator,& similes. ex parte autē rei prodest exceptio etiam defensori rei:qui reus fuerat primo absolutus. Item si petij Stichum à Titio quem promiserat mihi,& succubui:& eundem Stichum petā à patre Titij ex eadē causa qua prius egeram cōtra Titium, hoc addito quia de peculio tunc agebam :dicitur quòd obstat mihi excep. [Si, fundo.] Habebā prædium iuxta tuum,

casibus, nisi actor ope restitutionis iuuetur. Bartolus.

XLI. VLPIANVS *lib. septuagensimoquinto ad Edictum.*

SI mater † filij impuberis defuncti ex senatusconsulto [a] bona vindicauerit [b] idcirco, quia putabat rupto [c] patris eius testamento neminem esse substitutum [d], victáque fuerit, quia testamentum patris ruptum non erat: postea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non esse ei substitutum [e]: si peteret rursus hereditatem, obstaturam exceptionem rei iudicatæ Neratius ait: ego exceptionem obesse ei rei iudicatæ non dubito: sed ex causa [f] succurrendum erit ei quæ vnam tantum causam egit rupti testamenti.

In actione reali si est petitio generalis, & persecutio specialis, obstat exceptio in omnibus casibus: secus si una causa specialiter exprimatur. Bartol.

1. ¶ Denique & Celsus scribit, si hominem [g] petiero, quem ob eam rem meum esse existimaui, quod mihi traditus [h] ab alio est [i], cum is ex hereditaria causa meus esset: rursus petenti mihi obstaturam exceptionem.

2. ¶ Si quis autem [k] petat fundum suum esse, eo quòd Titius eum sibi tradiderit: si postea alia ex causa petat, causa adiecta non debet summoueri exceptione.

Exceptio competens venditori, transit in emptorem. Paulus.

3. ¶ Itē Iulianus scribit: Cū ego & tu heredes Titio extitissemus: si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, à Sempronio petieris, & victus fueris: mox eandem partem à Sempronio emero: agenti tibi mecum familiæ erciscundæ, exceptio obstabit [l]: quia res iudicata sit inter te & venditorem meum. nam & si antè [m] eandem partē petissem [n], & agerem familiæ erciscundæ: obstaret exceptio, *quòd res iudicata sit inter me & te.*

Si in actione reali proponatur petitio generalis: absolutoria lata parit exceptionem rei iudicatæ ex omni causa quæ tunc competebat. secus si ex causa quæ de nouo superueniat: nisi fingatur retro competiisse. Bar.

4. ¶ Eandem causam [o] facit etiam origo [p] petitionis. Cæterū si fortè petiero [q] fundum, vel hominem [r], mox alia causa [f] noua post petitionem mihi accesserit, quæ mihi dominium tribuat [t]: non me repellet ista exceptio: nisi fortè intermissum dominiū in medio tempore, rediit quodam postliminio. Quid enim si homo quem petieram [u], ab hostibus fuerit captus, mox postliminio receptus? Hic exceptione summouebor: quia eadem res esse intellegitur. At si ex alia causa dominium fuerim nactus, non nocebit exceptio [x]. & ideo si fortè sub conditione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore adquisito dominio [y] petam [z]: mox existente conditione legati rursus petam [a]: putem exceptionem non obstare. Alia enim causa fuit prioris do-

ratione operis in tuo facti aqua pluuia dat damnum prędio meo. egi contra te actio. aquæ pluuiæ arcen. & succubui. si vēdidi fundum meum, & emptor agat prædicta actio. contra te, repellitur excep. Idem si tu vendidisti tuum fundum, & agā contra emptorem. nam repellor. [ITEM SI REM.] Titius petiit à te librū quem dicebat suū, & succubuit: tādem Bozolus fœnerator dicit illum librum obligatū sibi à Titio pro decem, & agit hypothecaria contra te ad eūdem librum. quæritur an ei obstet exceptio rei iudic. Et distinguitur: nam aut obligauerat eū Titius Bozolo antequam ageret Titius: & tunc nō obstabit exceptio Bozolo. nam & Titius petere, & Bozolus pignoratitiam actionem saluam habere potuit. aut post quam egerat Titius & succubuerat, obligauit eū Bozolo: & tunc obstabit exceptio Bozolo. Fran.

Sententia retractatur prętextu testamenti de nouo reperti, sicut iuramentum iudiciale, per l. si C. de rebus cre. & iureiu. cum ibi plene. Lud. Rom. in singul. sing. 395. per Gl. in l. 1. §. ratio supra quem ad. test. ape.

a ¶ *Senatusconsulto.* Tertulliano, [a] ex quo matres vocantur ad hereditatem filiorū: *vt Inst. ad Tertul.*

a Senatusconsulto Tertulliano matres vocantur ad hereditatem filiorum.

b ¶ *Vindicauerit.* generaliter proposita petitione sua. H.

c ¶ *Rupto.* agnatione posthumi. & hanc solam causam allegabat.

d ¶ *Substitutum.* de iure.

e ¶ *Substitutum.* de facto.

f ¶ *Sed ex causa.* scilicet quia est mater: aliàs secus: *vt]. proxi. §. denique. &c. & §. eandem.* 2. Vel quia non rei vindi. sed actione mixta egit: & sic non ob. infra. §. *denique. &c. & §. eandem.* Vel quia persecuta est vnā causam. *arg. C. de iudi. l. licet.* hoc non valet: *vt inf. proxi. §. denique, &c.* Vel quia postea [b] apertæ sunt tabulæ: *vt argum.]. de transact. debit. &]. de interrog. actio. l. de ætate. §. ex causa.* & dic per in integrum restitutionem. secus si transegit: quia tunc etiā sine restitutione: *vt]. de transactio. l. ij. §. j. ibi plene dixi. & facit]. de institoria l. habebat. & de inoffic. testa. l. cum qui & C. de impu. & aliis sub. l. precibus.*

b V. quæ scripsi ad l. 1 § penul. in verbo, tertius testamenti, supra quemad. testamenta aperiantur: vt hūc locum melius intelligas.

g ¶ *Si hominem.* non adiecta causa, sed absolutè: non tamen reus tenebatur recipere talem libellum: *vt not. C. de anna. except. leg. fi.* & distingue: quia aut ago reali, aut personali. Primo casu si absoluitur quia non possidet, ago postea incipiente eo possidere: *vt supra eo. l. si à te. in princ. & infra si rem. & leg. si quis ad exhiben. & C. ad exhib. l. neque.* nam cessat causa absolutionis: *vt sup. eo. si à te. & l. ij.* Si vero absoluitur quia non probo me dominum: nocet in re petita, non in alia: *vt inf. eod. si ex testamento.* sed & in eadem obstat si generaliter petij, id est origine petitionis in libello non nominata, obstat: licet ex alio tunc putarem me dominum quàm nūc: *vt hoc §. denique. & infr. §. eandem in fi.* § quod tamen fallit in matre, quia mater, *vt in primo responso huius leg.* secus autem si originē nominauit: *vt §. si quis autem,* & hoc si ago ex veteri dominio. Si verò ex superuenienti post sentētiam, non nocet: nisi fingatur ei & tunc competisse: *vt. §. eandem.* Secundo casu si egi personali, nō nominata origine petitionis in libello: aut prosequor simpliciter, dicens debitum, nō allegans causam: & tūc nocet in omnibus: *vt C. de anna. excep. l. fin.* Aut ex certa causa vel causis prosequor: & tunc licèt in omnibus noceat, replicabitur tamen: *vt C. de iudi. l. licet. & de his etiam not. C. ad exhiben. l. neque.* Accur.

h ¶ *Traditus.* hoc non expressit. aliàs contra. est]. prox. §. Acc.

i *Ab alio est.* aliàs esset.

k ¶ *Si quis autem* facit *C. de inge. ma. l. pe.* Accur.

l ¶ *Obstabit.* & ita per adiudicationē [a] res subducitur de iudicio, sicut [b] aliàs per vsucapi. [c] *vt sup. fam. ercisc. l. sed & si. facit supra famil. erc. sicut leg. heredes eius. §. quod pro emptore. versicu. idem scribit.*

a Adiudicatione res iudicio subducitur.

b Adiudicationis & vsucapionis similitudo.

c Vsucapione res subducitur de iudicio.

m ¶ *Nam & si ante.* mutat personas. id est, ego qui fui superatus à venditore tuo, fuissem superatus à te. idē est.

n ¶ *Petissem.* & succubuissem. Accur.

o ¶ *Eandem causam* [d]. non solum identitas personarum facit eandem causam esse: *vt supra proxim.* sed identitas originis petitionis.

d Eandē causam facit personarum, & originis petitionis identitas.

p ¶ *Origo.* origo [e] petitionis, & causa petitionis idem est: *vt & infra eod. & an eadem. in princ.*

e Origo pro causa petitionis.

q ¶ *Petiero.* & succubuero.

r ¶ *Hominem.* causa adiecta. & victus sum.

f ¶ *Alia causa noua.* non implicat [f] dictio, alia: quia nullum dominium primò habui: & sic etiam intentionis [g] & rei iudicatæ competit exceptio. si vero acquisiui, nulla competit: *vt & infra eod. si is qui heres. in princ.* 2. Vel dic quòd dominus eram: sed nunc ex alia causa extrinseca sū dominus: *vt infra ibi, forte, &c.*

f Alius, aliud, non semper implicatiuum.

g Exceptio intentionis.

¶ Sed quæro, quid si possidebat aliquis rem tuam quam petisti, & victus fuisti: deinde ad te peruenit possessio eiusdem rei, & eam vendidisti, & dominiū transtulisti: post modum ab eo emisti, vel ab alio cui emptor vendidit: iterum peruenit possessio ad eum qui te vicit: tu agere vis contra eū: quia ex noua causa factus es dominus: quęritur vtrum possis? Resp. obstat exceptio rei iudic. cū ei à quo postea emit, esset obstatura, secundùm H. ¶ Item quid si dominus antequam euinceretur, creditori obligauit, & priuatus fuit: deinde creditor ex pacto vel ex lege Titio vendidit: & postea quondam dominus à Titio emit: nunquid obstabit exceptio? Respon. non: quia ei à quo emit, non esset obstatura: *vt inf. ea. l. §. fi.*

t ¶ *Tribuat.* ex qua nunc ago.

u ¶ *Quem petieram.* ab aliquo qui possidebat meum hominem antequam caperetur. Azo.

x ¶ *Non nocebit exceptio.* & facit ad hoc *supra ad exhiben. l. de eo. §. sæpius. & infra eo. l. si is qui heres. in prin. & supra de damno infect. l. damni. j. §. si is qui. & supra de excu. tut. l. cum ex oratione. &]. de transactio. leg. qui cum tut. primo respon. & supra de euict. leg. vindicantem. & supra de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & C. de petit. hered. leg. hereditas.*

y ¶ *Dominio* putà emi rem medio tēpore, vel dominus fecit me heredem. ¶ Sed quid si ex testamento illo legati iure petissem, & succubuissem? Respond. si ideo quia nondum extiterat conditio: non [h] obstabit exceptio. si verò quasi non legatum, forte secus: quia non accidit postea noua causa: quod hic exigit.

h Conditione pendente legatarius nullum ius habet in re sibi legata. l. grege. § sub conditione. sup. de pignoribus.

z ¶ *Petam.* & succumbam.

a ¶ *Rursus petā.* Sed nunquid [i] ex pluribus causis possum habere dominium?

i Dominium vnius & eiusdē rei ex pluribus causis habere non possumus.

minij, hæc noua[a] nunc accessit.

5. ¶ Itaque adquisitum quidem postea dominium aliam causam facit: mutata autem opinio petitoris non facit[b]: vt putà opinabatur ex causa hereditaria se dominium habere: mutauit opinionem, & cœpit putare ex causa donationis. hæc res non parit petitionem[c] nouam. nam qualecunque[d] & vndecunque[e] dominium adquisitum habuit, vindicatione[f] prima in iudiciũ deduxit[g].

Seruitus itineris diuersa est à seruitute actus. ideo succumbens in prima, non repellitur à petitione secunda. Paulus.

6. ¶ Si quis iter petierit, deinde actum petat: puto fortius defendendum, aliud[h] videri tunc petitum, aliud nunc: atque ideo exceptioné rei iudicatæ cessare.

Ex parte actoris dicitur in iudiciũ deducere nõ solùm ille ad quem pertinet res quæ petitur, sed etiam eius legitimus administrator, vel verus procurator: & sentẽtia lata cõtra eos, nocet ei ad quem res pertinet, tanquã contra ipsum lata sit: sed ex parte rei dicitur in iudicium deducere etiam defensor sine mandato. Paul.

7. ¶ Hoc iure vtimur, vt ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ personæ continerentur, quæ rem in iudicium deducũt[i]. inter hos erunt procurator cui mandatum est, tutor, curator furiosi vel pupilli, actor municipũ. Ex persona autem rei etiam defensor numerabitur[k]: quia aduersus defensorem qui agit, litem in iudicium deducit[l].

Filius in potestate potest acquirere patri exceptionem rei iudicatæ. Paul.

8. ¶ Si quis hominem[m] à filiofamilias petierit, deinde eundem à patre petat: locum habet hæc exceptio.

Sententia lata contra me, nocet ei qui postea causam habuit à me super eo super quo lata est, nisi ratione noui facti: sed ei causam habuit per prius, non nocebit. Paul.

9. ¶ Si egero[n] cum vicino aquæ pluuiæ arcendæ, deinde alteruter nostrum prædium vendiderit: & emptor[o] agat, vel cum eo agatur[p]: hæc exceptio nocet, sed de eo opere, quod iam erat[q] factum cum iudicium acciperetur.

10. ¶ Item si rem quã à te petierat[r], Titius pignori Seio dederit[s]: deinde Seius pigneraticia[t] aduersus te vtatur: distinguendum erit quádo pignori dedit Titius. & si quidem antequã peteret, nõ oportet ei[u] nocere exceptionem nam & ille petere debuit, & ego saluam habere debeo pigneraticiam[x] actionem. Sed si postea quàm petiit[y], pignori dedit[z]: magis est vt noceat[a] exceptio rei iudicatæ.

Nota hic quòd ad hoc vt dicatur eadem causa, & sic obstet exceptio, requiritur triplex identitas: scilicet rei, vt eadem res corporalis vel incorporalis petatur nunc quæ fuit primo petita & identitas causæ: item identitas personarum: & altero deficiente non obstat exceptio. Paul.

---

dominiũ? Videtur quòd non: *vt ṡ. de adquir. possess. l. iij. § ex pluribus.* at hic innuit quòd sic. Resp. cum cœpit esse meũ ex secunda causa, desiit ex prima: *vt ṡ. ad l. Fal. fundo l. & de l. j. § si mihi Sempronium. & de heredi. inst. l. iij. § qui fideicommissam.*

a ¶ *Hæc noua*, ar. contra, ṡ. *ad l. Rho. de iac. l. nauis* § *fi.*

b ¶ *Nam facit.* scilicet parere nouam petitionem.

c ¶ *Non parit petitionẽ.* nisi in casu: *vt in princ. huius legis.*

d ¶ *Nam qualecunque.* ciuile vel[a] naturale, secundùm Io. dũ tamen directe. & dic ciuile per vsucap. & naturale per traditionẽ, & alios modos: *vt Inst. de vsu & ha. § fin.* Alij dicunt directum vel vtile: vt comprobẽt quod dictum est. *ṡ. de euict. l. minor. § j.* Sed pro Io. quia cum simpliciter nomẽ dominij profertur, ad directum non vtile refertur: *vt ṡ. si ager vect. l. j. § qui in perpetuum.*

e ¶ *Vndecunque.* id est ex quacũque causa. Azo.

f ¶ *Vindicatione.* generaliter proposita, non adiecta causa.

g ¶ *Deduxit.* nisi fortè in princi. petitionis suæ ex ea sola causa putabat se dominum esse, licet illud ab initio non expressit: *vt ṡ. eo. l. si ex testamento.* quod non puto hic verum: vt ibi dices.

h ¶ *Aliud.* Imò idem, & sic repelliture: *vt infra eo. l. egi. quæ est contra.* Solu. ibi ex eadem causa: hic ex diuersa: cum alia sit seruitus itineris, alia actus: *vt supra si ser. vindic. leg. loci. § primo*, licet quo ad commoditatem, actus[b] contineat etiã iter: *vt l. Ita. de serui. § actus.* Vel quod ibi secundo petitur, est pars integralis primi petiti: vel econtra hęc pars subiectiua[c] non integralis. non est enim iter[d] pars integralis ad actum (cũ actus sit[e] per se integra seruitus) licet sit subiectiua quo ad commoditatem. Sed R. soluit quòd hic peto postea actum: ita quòd nõ contineat iter etiam quo ad commoditatem, id est vt possim ire cũ iumento: sed non solus per me: & sic dicit esse actum sine itinere etiam quo ad commoditatem: *vt dict. l. loci. § j.* Item oppo. quia videtur iter pars integralis: quia qui stipulatur primo actum, & postea iter: perinde est ac si primo totum, & postea partem: & sic non videtur valere stipulatio: *vt infra de verborum obligatio. l. qui vsumfructum. & de noua. § pupillus. § pœna.* Sed dic, ibi nil fit vt scilicet fiat nouatio: attamen valet stipulatio. Item oppo. *infra eodem l. si cum testamento. § si fundum.* Sed ibi petebam postea vsumfructum ex eadem causa, qua primo petieram fundum: quia causalem[f] petebam per negatoriam: non formalem per confessoriam. *& facit infra de accept. leg. & per iusiurandum. § si tamen visum.* Azo.

i ¶ *Deducunt.* intentione officij seu legitimæ administrationis: non sic in coniuncta persona: *vt dixi ṡ. eod. l. iiij.* Accur.

k ¶ *Numerabitur.* ¶ Sed quare magis ex parte rei quàm actoris defensor connumeratur: Respon. quia quilibet[g] defendit etiam sine mandato: sed non agit: *vt C. de procura. l. exigendi.*

l ¶ *Deducit.* vt si[h] lata sit pro defensore, exceptio prosit domino: sed contra eum lata, minime: nisi[i] secuta ratihabitione, quę mandato comparatur: *vt sup. de iud. l. licet & de procu. l. Plautius.* Sed certe nec lata pro defensore proderit domino, nisi habeat ratũ. Sed idem[a] ex parte agentis cuius nomine aliquis sine mandato agit, sine dubio est obtinendum, vt habendo ratum noceat & prosit: aliàs non: *vt infra rem ra. hab. l. iij. § falsus & de iudic. l. licet. & supra de procura. l. in causa.* ¶ Quam ergo differentiam in ducit hic? Respon. quia facilius[b] admittitur quis ad defendendum sine mãdato: quia admittitur etiam si constet non habere mandatum: quod non est sic quando agit.

m ¶ *Si quis hominem.* quem filius personali actione principaliter debebat. 2. Vel dic secundo, quem pater dũtaxat debebat, existente filio patris defensore: *vt ṡ. de iureiurand. leg. quanto magis & C. de procurat. l. exigendi.* & sic secundùm primum casum ago secundò contra patrem ex eadem causa &c. sed cum adiectione de peculio. ¶ Quid ergo de rei vindica? Resp. idẽ, ea ratione, quia filij res patris intelligũtur, & quasi[c] vna persona[d], secundum iuris ciuilis artificium: *vt Inst. de inutil. stip. § si vero.* hoc, si fuerat in potestate. si vero est emancipatus: si quidem pater habeat ab eo causam, vel quia emit, vel quia in eadẽ re vsum fructum habet: idem, scilicet vt habeat locum exceptio: alioquin non. multo magis ergo si est in potestate, & cõuenitur postea pater qui tenetur ratione vsusfructus, locũ habet exceptio.

n ¶ *Si egero.* & succubuero.

o ¶ *Emptor.* qui emit ab actore.

p ¶ *Agatur.* excipiendo, secundùm quosdam.

q ¶ *Erat.* non de eo quod post: *vt sup. de aqua plu. arcen. l. Atterius. § fi.* Sed contra videtur: quia etiam pro futuro damno ex opere datur aquæ plu. arcend. actio. si ergo postea agatur, deberet nocere exceptio. sed non est ita: quia licet[e] pro futuro damno detur, non tamen pro futuro facto vel opere: *vt ṡ. de aqua plu. arcen. l. j. § j.*

r ¶ *Petierat.* & tu absolutus fueras.

s ¶ *Dederit.* soluta conuentione.

t ¶ *Pigneraticia.* i. hypothecaria.

u ¶ *Ei.* scilicet Seio.

x ¶ *Pigneraticiam.* i.[f] hypothecariam. & hoc si fuit ignorans cũ agebat debitor: alioquin nocet: *vt ṡ. de rei iudi. l. sæpe & ṡ. eo. l. iudicata. § si debito. & sup. de pig. l. si superatus. in prin.*

y ¶ *Petiit.* Titius, & succubuit.

z ¶ *Dedit Seio.* ¶ Quid ergo si ante sententiam latam? Respond. obstaret ei rei litigiosæ exceptio: quia rei litigiosæ[g] inhibetur alienatio: *vt C. de litig. l. fi. & C. de rebus alie. non alien. l. fi. & in Auth. de non alie. § alienationis. col. ij.*

a ¶ *Noceat.* scilicet Seio.

CVm quæritur.] CASVS. Tunc[h] obstat exceptio rei iudi. cum eadẽ quantitas, vel corpus, vel ius petitur, quod prius petebatur, & eadem causa, & eadẽ conditio personarũ: & nisi hęc omnia simul cõcurrant, nõ obstabit exceptio. & quod dixi idẽ corpus: nõ intelligas strictè, scilicet quod per omnia sit tale vt prius: sed licet sit petitio mutata in quantitate corporis aucta vel minuta, idẽ

---

a Dominij appellatione vel petitione directum nõ vtile intelligitur, vt hic Iohannes putat, & Petrus apud Bartol. Imò & vtile Dynus, Gulielmus de Cuneo, Iacobus Belloui. sanus. Bart.

b Actus, iter quoque continet.

c Partis subiectiuæ & integralis differentia.

d Actus per iter integralis non habere rationem itineris.

e Iter non est pars integra ad actus sed subiectiua.

f V. si. si actus ... (marginal note partly illegible)

g Sine mandato quilibet defendere, at non agere potest.

h Sentẽtia lata pro defensore nostro vel aduersus eum nobis ... (partly illegible)

i Ratum habere possumus quod gestum est à procuratore sine defensore, etiam falso, vt notat ... (partly illegible)

a Sed ... ratum ... si nostro nomine agit ... neque nocere ... ratum ab eo gestum habuerimus.

b Ad defendendum facilius quis admittitur quàm ad agendum.

c Pater & filius vna persona censentur.

d Error ... nomine ... vitiare ... colligunt: & filius & pater cẽsentur eadem persona.

e Aquæ pluu. arcen. actio pro futuro damno datur, at non pro futuro facto vel opere.

f Pigneraticia pro hypothecaria.

g Litigiosa non possunt alienari.

h Exceptio rei iudicatæ vt obstet, tria cõcurrere debent, identitas causæ, rei, personæ.

egerit & succubuerit: & facit sup. vti pos. l. si duo. §. fi. & sup. de adqui. pos. n. tu aliter. §. nihil & sup. de vi & vi arma. l. cum fund. in. §. fi.

a ¶ *Possessio.* scilicet vertitur.

SI *inter me.*] CASVS. Possidebam quasdam res cuiusdam hereditatis. hanc hered. dicebam meam, & petebam à te res quas possidebas, tu vero dicebas tuã here dit. & petebas à me res quas possidebã. dicitur quòd bene possunt hæc duo iudicia moueri. Secundo dicit: si pronuntiatur meam esse heredit. amodo si tu agas contra me ad res quas possideo, petit. hered. obstat tibi excep. rei iudi. nam ex quo pronũtiatum est meam esse here. per consequens pronuntiatũ videtur tuam non esse. sed si pronũtiatum est meã hered. nõ esse: propter hoc non videtur pronuntiatum tuam esse quia potest esse quòd non est mea nec tua hereditas. Fran.

possessione, postea † in rem agens non repellitur per exceptionem: quoniam in interdicto possessio [a], in actione proprietas vertitur.

Ad positionem vnius contrariorum, sequitur destructio alterius: sed ad destructionem vnius non sequitur alterius constructio. Paul.

XV. GAIVS *lib. trigesimo ad Edictum Prouinciale.*

SI inter me & te controuersia de hereditate sit, & quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego: nihil vetat & me à te, & inuicem te à me hereditatem petere. Quòd [e] post rem iudicatam [b] à me petere cœperis: interest vtrum meam esse hereditatem pronuntiatum sit: an contra [c]. si meam esse [d], nocebit tibi rei iudicatæ exceptio: quia eo ipso quo meam esse pronuntiatum est, ex diuerso pronuntiatum videtur tuam non esse [f]. si verò meam non esse, nihil de tuo iure iudicatum intellegitur: quia potest nec mea hereditas esse, nec tua.

Ei qui egit & obtinuit: si iterum vult agere actione prima, non obstat exceptio rei iudicatæ. Paul.

XVI. IVLIANVS *lib. quinquagesimoprimo Digestorum.*

EVidenter [g] enim iniquissimum est, proficere rei iudicatæ exceptionem ei contra quem iudicatum est.

Absolutus ex eo quod non possidebat, nec dolo desiit possidere: si de nouo possidere incipiat, potest iterum conueniri. Paul.

XVII. GAIVS *lib. trigesimo ad Edictum Prouinciale.*

SI rem meam à te petiero, tu autem ideo fueris absolutus, quòd probaueris [h] sine dolo malo te desisse possidere: deinde postea cœperis possidere, & ego à te petam: non nocebit mihi exceptio rei iudicatæ.

XVIII. VLPIANVS *lib. octogesimo ad Edictum.*

SI quis ad exhibẽdum egerit, deinde absolutus fuerit aduersarius, quia non possidebat: & dominus iterum agat nancto eo possessionem: rei iudicatæ [i] exceptio locum non habebit: quia alia res est.

Quando est aliquod ius quod potest in iudicium deduci per modum agendi, & per modum excipiendi: si primo fuit deductum per modum excipiendi, & super illo succubuit reus: non potest iterum deduci ab eodem per modum agendi, si tendit ad eundem finem cum exceptione. Paul.

XIX. MARCELLVS *li. nonodecimo Digestorum.*

DVobus diuersis tẽporibus eãdẽ rẽ pignori dedit [k]. egit posterior [l] cũ priore pigneraticia [m]: & obtinuit. mox ille [n] agere simili actione instituit. quæsitũ est, an exceptio rei iudicatę obstaret [o]. Si opposuerat exceptionẽ rei sibi ante pigneratę [p], & nihil aliud nouũ & validũ adiecerit sine dubio obstabit eandẽ enim quæstionẽ [q] reuocat in iudiciũ.

b ¶ *Rem iudicatam.* pro me.

c ¶ *An contra.* scilicet meam [a] nõ esse, vt postea subiicit.

d ¶ *Esse.* scilicet iudicatum sit.

e ¶ *Nocebit tibi.* imò ius etiam agẽdi ex tali sententia est quæsitum etiam nomine illarum rerum quas ille non possidebat: si tamen pronuntiatum fuit: vt in litera dicit, quæ heredi. ad me pertinebat: *vt supra de inreiur. sed & si possessori. §. fi.*

f ¶ *Non esse.* facit [b] *supra de procur. leg. Pomponius. §. sed & si. & sup. de iureiur. l. si duo. §. Marcellus & sup. de lib. cau. diui. & infra eod. l. penult. §. Latinus, in fin. §.*

g EVidenter. Petij fundũ rei vin. & obtinui. itẽ peto eundũ rei vindi. excipis quia iudicatum sit: replico, quia pro me: *vt s. eo. l. si à te. §. j. & arg. s. de rei vind. l. & ex diuerso. §. vbi.* Sed contra *C. de vsur. rei iudic. l. fi.* vbi nouatur actio per sententiam. Sed dic nouatur ad bonũ actoris vincẽtis: quia datur exceptio, vt ibi dixi. Itẽ cõtra *C. si plures vna sententia l. j & ij. & s. man. si mandato. §. Paulus & inf. de ap. si quis s. paratim. §. quotiens. & s. de re iudi. l. Paulus respond. t eos.* quibus dicitur viriliter teneri condemnatos, etiam si prius in solidum tenebantur. Sol. Tacita [c] est ibi absolutio solidi eo ipso quòd fit condemnatio simpliciter. Item contra. *s. de iure aur. an. l. n.* Sol. vt ibi. Item contra *C. deposit. l. iij.* Sol. vt ibi. Item contra *s. eo. l. si quis eum totum. § plane.* Sol. vt ibi.

SI *rem meam.*] CASVS. Ego Fran. egi contra te rei vind. ad fundũ: fuisti absolutus: quia probasti te desiisse possidere absque dolo. postea cœpisti possidere istum fundum eundem. nunc volo iterum fundum à te vindicare. dicitur quòd possum non obstante excep. rei iudic. Fran.

h ¶ *Probaueris.* Hic not. duo mirabilia. Primum, quòd [d] quis præsumitur possidere quod aliquando possedit. quod est contra Io. Sed dic hoc [e] probari eo ipso quòd contrarium non probatur: *vt not. C. ad exhiben. l. non ignorabit. & C. de prob. leg. fine possidetis.* Secundum, quòd quis præsumitur [f] in dolo nisi contrarium probet. ad quod est sic *supra loc. leg. si quis fundum. §. imperator & Cod. de pericu. tit. leg. pen.* & sic est contra supra *de proba. l. quotiens. §. qui dolo.* sed hoc dic probari eo ipso quòd contrarium non probatur. *arg. a C. qui mi. non poss. f.* super seruis. lib. xij. *& Cod. de testa. leg omnium.* Vel dic in vtroque probare admissum, non iussum: & potes hic addere quod not. *s. de iureiur. leg. qui iurasse. §. si pater. &* fac. t *infra l. proxi. & sup. de noxa. l. quotiens. §. si iusiurandum. & sup. de pecu. l. quæsitum. §. n qui.*

SI *quis ad exhibendum.*] CASVS. Egi contra te act. ad exhibendum, vt exhibeas librum quendam. fuisti absolutus: quia apparuit te non possidere. nunc incepisti eundem possidere. si iterum ago contra te actio. ad exhibend. non obstat mihi exceptio: quia pro præsenti pos. nunc ago. Fran.

i ¶ *Rei iudicatæ.* Quid si iudex [a] eum simpliciter absoluit, non [b] adiecta causa quare? Respon. Io. quòd si nõ possidebat, vel dolo desiit possidere: præsumitur eum absolutum: ideo aliàs cõtra. q. Itẽ quid si duas causas adiecit: putà quia reus non possidebat: & quia hic nõ probat de iure suo secundum Hug. obstat alij ex proxi [c]. causa, *arg. Inst. de nup. §. affinitatis.* & adde quod not. *s. eo. l. si à te. in princip. & facit. s ad exhiben. l. tigni. §. pen. & § fi. & inf. rem ratam hab. l. pro. curator. & C. ad exhi. l. neque. & sup. l. proxi.*

DVobus.] CASVS. Obligaui rẽ meã Titio, putà librũ. eandem rem postea Sempronio obligaui. Sempronius egit hypothecaria contra Titium possidentem pignus: & obtinuit Sempronius: & ex vigore sententiæ datum est pignus Sempronio: nũc Titius vult illud idẽ pignus per hypothecariam petere à Sempronio, cum sit sibi obligatũ & prius quæritur, an possit? & distinguitur: nam aut de prioritate pignoris fuit tractatum in causa prima: & tunc obstat exceptio rei iudicatæ Titio nunc volenti agere. & hoc dicit hæc l. Quid autem si non fuit in prima causa de prioritate pignoris dictum? hic casus non est in l. ista: dicas tamen tu quòd tunc bene poterit Titius agere: vt hic habes in Gl. Fran.

k ¶ *Dedit.* aliquis.

l ¶ *Posterior.* scilicet creditor.

m ¶ *Pigneraticia.* l. hypothecaria.

n ¶ *Ille.* scilicet qui succubuit.

o ¶ *Obstaret.* [d] Respon. sic si opposuerat, scilicet in iudicio priori. & sic de suo iure quæsitum fuit. sed si ductus facti ignorantia vel iuris non opposuerit, exceptio non obstabit: *vt inf. eod. l. fi. §. Latinus*, ibi, cum autem, &c.

p *Pignerate.* quod potuit: *vt supra qui po. in pign. habeãt. l. creditor. in princ.*

q ¶ *Quæstionem.* Ergo datur intelligi ꝙ si simpliciter se defenderat, nõ opposita illa exceptione, quòd iterato possit audiri. ¶ Sed cur qui iã [e] simpliciter egit, amplius nõ auditur: *vt s. e. l. si mater. §. denique?* Respõ. ibi agendo simpliciter dominium qualecũque & vndecunque in iudiciũ deducit, hic autẽ de pignore disputauit tantũ, nõ de prelationis iure. ¶ Pone ergo te mecũ egisse dicẽdo quòd mihi. c. mutuaueras: ego negaui te mutuasse: nec aliã defensionẽ elegi: probasti, victus sum. quęritur si petis adhuc, an exceptionẽ pacti obiicere possum? arg. hic quòd sic. Sed op. *C. sent. rescin. non pos. l. ij.* Respon. potest: quia [f] exceptionẽ aliam postea non obiiciam actioni quę [g] ex sententia oritur: licet obiici possit primæ. Sed hic [h] non cõtradicit sententiæ latę de pignore, si quęratur de meo iure pignoris, & eius prælatione, cum res potest esse obligata: sed exceptionẽ pacti facti contra principalẽ & primam

† Interdictis cõnectur possessionis causa. actionibus in rem, proprietas.

a Meum quod non est, non statim tuũ est, cum alterius esse possit.

b Meum quod est, tuum esse dici non potest.

c Reprobatur à Bart. hic.

d Præsumitur quis hodie possidere, qui aliquãdo possedit.

e Præsumitur [illegible] nem pro se habẽs, intelligitur probare eo ipso, quod contrarium non probatur. v Glo. & que ibi tenent [illegible] so sup. de adqui. heredit.

f Præsumitur interdũ quis esse in dolo, nisi contrarium probans.

a Absolutus simpliciter, censetur absolutus ea causa, ex qua debeat fieri, quę que ex actis apparet.

b Sententię non necessario inesse debet causæ adiectio.

c Absolutus ex duabus causis absolutus intelligitur maxime ex secunda causa: vt hic vel vt Cast. ibi ait, ex causa magis damnosa.

d Exceptio temporia potest opponi post sententiam, vbi agitur de quæstione antiqua. & idem est, si non redarguit sententiam, sed supplet: vt in l. si fore cum [illegible] C. de solutio.

e Exceptio rei iudicatæ, non obstat reo, simpliciter se defendenti: actori verò obstat.

f Exceptio peremptoria potest etiam opponi post sententiam, si agatur prima actione & nõ actione, in factum ex ipsa sententia. de quo plura ad Baldum [illegible]

g Sententia & actione parit.

h Sententias definitiuas duas non posse ferri super eadem re ex eadem instantia, hinc colligit Bart.

obligationem non obiiciam ergo sentẽtiæ, sed primæ petitionis ex qua iterum potest agi, quia contra eam nullum pactum feci.

SI *ex testamento.*] CASVS. Quidam testator legauit mihi omne suum argentum. ego credens mihi esse legatas tantũ mẽsas suas argẽteas, eas petij actio. ex testamẽto, & earũ æstimationẽ habui. nũc sciẽs quòd omne argentum erat mihi legatũ: residuum argentũ petere volo. dicitur quòd possum, non obstante rei iudi. excep. cum aliud nũc petam quàm prius petierim. Fran.

Petitio generalis quo ad res restringitur ad illas de quibus facta est prosecutio tam in actione personali quàm in reali. Paul.

XX. POMPONIVS *lib. sexto decimo ad Sabinum.*

SI ex testamento actum sit [a] cum herede ab eo qui cum totum argumentum ei legatum erat, mensas dumtaxat sibi legatas putaret, earúmque dumtaxat æstimationem in iudicio fecisset: postea eundem petiturum de argento quoque legato Trebatius ait: nec obstaturam ei exceptionem, quod [b] non sit petitum, quod nec actor petere putasset [c], nec iudex in iudicio sensisset.

Vulg. Si cum Testamento.

a Actio personalis competit etiam ex testamento.

a ¶ *Si ex testamẽto actũ sit.* personali [a] actione ex testamẽto: quę si generaliter proponatur, & postea certa causa in iudicio examinatur: in aliis nõ [b] obstabit exc. alioquin cõtra eũ pro omni argento cõpeteret rei iudicatę exce. si rei vẽdicatione esset actũ: *vt ĩ. eo. si mater. §. denique & §. eandem & l. & an eandem. §. actiones. 2.* Vel dic, egit rei vendicatione, & ideo obstat excep. rei iud. in omni scilicet causa ex qua peti potuit id quod est petitũ: hoc autẽ nõ videtur petitũ: & ideo in eo nõ obstat excep. rei iud. Est ergo aliud [c] generalitas causæ: vt in act. in rẽ, vt in contrariis: & aliud generalitas rei, si vnã prosequor: vt hic dicitur. *fac. ad leg. post deci. C. de furt. & infra l. proxi. & C. de iudi. leg. iij. & C. de transact. l. si de certa. & Institut. de act. §. si minus. & supra de arbit. l. de rebus. & supra communi di. l. vt fundus. & supra ad Velle. l. tutor. § in proposita. & §. quid ergo.* Accur.

b Agens actione ex testamẽto personali vel reali, potest etiam ad rem aliam agere.

c Generalitas causæ & rei differens.

XXI. IDEM *lib. 31. ad Sabinum.*

SI cum argentum [d] mihi testamento legatum esset, egerim cum herede: & postea codicillis prolatis, vestem quoque mihi legatam esse appareat: non est deducta in superius iudicium [e] vestis causa: quia neque litigatores neque iudex de alio quàm de argento actum intelligant [f].

Qui petiit gregem, & succubuit: non auditur volens iterum eundem petere, licet sit auctus vel diminutus: quia hoc non diuersificat substantiam, nec etiam auditur si vult aliqua capita ipsius gregis petere. Paul.

1. ¶ Si petiero gregem [g], & vel aucto vel minuto numero gregis, iterum eundem gregem petam: obstabit mihi exceptio. Sed & si speciale corpus ex grege [h] petam [i]: si adfuit [k] in eo grege [l], puto obstaturam exceptionem.

2. ¶ Si Stichum & Pamphilum tuos esse petieris, & absoluto aduersario, Stichum tuum esse petas ab eodem: exceptionẽ obstare tibi constat [m].

Qui petiit fundum, & succubuit: nõ admittitur ad petendum vsumfructũ causalem eius: quia videtur petere idem ex eadem causa. sed qui petiit vsumfructum formalem, & succubuit: non prohibetur petere vsumfructum causalem, vel proprietatem: quia non dicitur petere idem, nec ex eodem causa. Paul.

3. ¶ Si fundum meum esse petiero [n], deinde postea vsumfructum [o] eiusdem fundi petã [p], qui ex illa causa, ex qua fundus meus erat, meus sit: exceptio mihi obstabit: quia qui fundum habet, vsumfructum [q] suum [r] vindicare non potest. Sed si vsumfructum, cum meus esset [s], vindicaui: deinde proprietatem nanctus,

b ¶ *Quòd.* id est quia.

c ¶ *Putasset.* Videtur ergo quòd obstaret aliàs exceptio, id est si omne argentum in iudicium deductum sit: licet æstimatio non nisi de mensa facta fuisset. ergo si peto à te xx. & tu es condemnatus in x. in aliis decem videtur quòd tacitè sis absolutus. & sic tibi competit exceptio rei iudi. quod non puto verum: & quod hic dicitur, sic accipe, scilicet quòd nec prima facie obstet exceptio: vnde nec opus est replicationis auxilio, quod aliàs esset necessarium: scilicet si omne esset iudicium deductum: *vt C. de iudi. l. ij.* Accur.

SI *cum argentum.*] CASVS. Credens mihi esse legatum argentum, illud petij, & succubui. postea apertis codicillis testatoris, apparet mihi vestem legatam. volo eam petere. dicitur quòd possum, cum aliud prius petierim. Secundo dicit: petij gregem ouium, & succubui: nunc acto vel minuto grege iterum eum peto. dicitur quòd obst. except. Tertio dicit: petij x. animalia, putà x. oues: & succubui: nunc peto vnam ouem ex illis. dicitur quòd obstat exceptio, & hoc secundùm Ioan. Vel secundùm H. dicas, petij gregem ouium: & succubui: nunc volo petere vnam ouem de illis. obstat except. Quarto dicit: petij à te Stichum & Pamphilum rei vin. & succubui: nunc peto Stichum tantùm ex eadem causa: dicitur quòd obstat excep. [SI FVNDVM.] Petij à te fundũ rei vin. & succubui: postea volo petere à te vsumfruc. causalem eiusdẽ fundi, dicitur quòd obstat mihi except. quia ex eadẽ causa videor petere vsumfruc. scilicet ratione dominij fundi. sed secus in vsufruct. formali: quia illum non peto ratione dominij quod habebam in fundo: sed quia mihi constitutum per pactum vel similem modum. imò si haberem dominium fundi, vsumfruc. formalem non possem habere, cum res mea mihi non possit seruire iure seruitutis. Secundo dicit: petij à te vsumfruct. formalem cuiusdam fundi, quia mihi constitutum. & sic act. cõfessoria egi: & succubui: quia non probaui de iure meo. postea emi istum fundum à vero domino: & peto à te vsumfruc. causalem eiusdem fundi: cũ fundus sit meus, & per consequens vsusfruct. & sic negatoria ago. dicitur quòd bene possum agere: nec obstat mihi exceptio rei iudi. cum ex alia causa petã nũc vsumfruct. quàm prius. [SI PRO SERVO.] In contractu quodã fideiussi pro seruo meo. ex illo contractu serui: conuentus sum actio. de peculio, & fui absolutus. si agatur ex fideiussione tua cõtra te: habes exceptio. rei iudic. ex persona mea. Fran. Accur.

d ¶ *Argentum.* loquitur in personali. Vel dic in generalitate rerum: *vt supra l. proxi. di xi.*

e ¶ *Iudicium.* differt hoc à superiori: quia supra actor vicit qui æstimationem acceperat: hic succubuit.

f ¶ *Intelligant.* vt *sup. l. proxim.*

g ¶ *Si petiero gregem.* & succubuero.

h ¶ *Ex grege.* Sed nónne grex [a] potest esse alienus, & quædam capita mea? Respõ. vtique: *vt ĩ. de rei vindi. l. j. in final. & l. ij. & iij.* nam qua ratione grex meus esset, & ex eo aliena capita quædam reperiri possunt, eadem & grex alienus, & quędam capita possunt mea esse. Quomodo ergo hic obstat exceptio? Resp. Ioan. Hic nõ petiit gregem sub nomine gregis, sed dixit, vindico ista decem animalia. nã quia singulariter omnia vindicauit, & succubuit, obstat exceptio: scilicet nunc si volo petere vnũ caput gregis, *sicut & in proximo. §. statim sequitur.* & secundùm hoc etiam non obstat *supra eod. l. si quis cum totum. §. si ancillam. versic. sed in cæmentis.* nam domus [b] partes non possunt per se censeri, sed grex sic: *vt supra de vsucapi. leg. cum qui. & l. rerum mixtura. §. si.* Sed Hug. dixit satis esse si totum gregẽ petij, licet non dicendo has decem oues. *arg. ĩ. eod. l. & an eadem. §. idem corpus.* Accur.

a Gregis alieni capita quędam nostra esse possunt.

b Partes domus per se cẽseri non possunt, vt gregis.

i ¶ *Petam.* nunc secundo.

k ¶ *Adfuit.* tunc scilicet cum primo peti, & succubui.

l ¶ *In eo grege.* s. hoc caput quod nunc peto.

m ¶ *Constat.* vt *ĩ. si quis cum totum. §. idem erit. & ĩ. §. proxi.*

n ¶ *Petiero.* & fuerit possessor damnatus, secundùm quosdam. ¶ Sed contra. supra *eod. l. euidenter.* Dic ergo quòd fuit absolutus: *vt ĩ. si quis cum totum. in fi. j. resp.*

o ¶ *Vsumfructum.* causalem.

p ¶ *Petam.* per negatoriam actionem: nam non possidenti datur: *vt ĩ. si vsusf. u. pe. l. uti frui. §. si.* ¶ Sed quid si primo petij vsumfr. causalem, & nunc fundum: Respon. non obstaret exceptio, quia alia res est.

q ¶ *Vsumfructum.* s. causalem. & est bona ratio. [c] nam qua ratione obstat in fundo, eadẽ in vsufruc. causali. sed secus [d] in formali. ille [e] enim non potest peti ex eadem causa, &c. quia & sic non obstat except. rei iudi. quia agit ex alia causa qui petit formalem. Alij sic: aliud in formali, vt tunc ei non obstat exceptio rei iudicatæ: imò ipso iure agere non potest: quia qui, &c. & secundùm hoc dices, condemnatum in fundum priorem.

c Sententia lata super fundo, obstat petitioni vsusfructus causalis non formalis: Prior enim fundi proprietati cohæret non formalis.

d Vsusfructus causalis & formalis differentia.

e Sententia lata super vsufructu formali, non obstat petitioni vsusfructus causalis, sunt enim & res & petitiones diuersæ.

r ¶ *Suum.* s. formalem: quia sua [f] res nemini seruit: *vt ĩ. si vsusfr. pe. vel ad alium pertinere negetur l. uti frui. in princ. ibi, nec enim.*

s ¶ *Esset.* iure seruitutis: & sic formalem, nec obtinui ideo quia in probatione defeci, & sic fuit simpliciter absolutus aduersarius. ¶ Quid ergo si ille cum de suo iure probasset, eum esse fructuarium esset pronuntiatum: tamen deinde proprietatem nactus, vsumfruct. per negatoriam peto: quid erit? Respond. idem est, cùm modò agam pro causali, *arg. huius §.* ¶ Item. quid si egi primo pro causali, nunc dominus interim factus ago pro eodem: Resp. idem per hunc §. nam & sic potest poni casus.

f Seruit res sua nemini.

a ¶ *Experiar.* scilicet negatoria actione. nam ea[a] petitur vsusfru. causalis: *vt supra si vsusfruc. pe. l. vlt.* sed formalis per confessoriam *vt* ȝ. *si fer. vind. l. ij.*

b ¶ *Vsusfructus.* scilicet formalis.

c ¶ *Cœpit.* Sed cur aliud in seruo qui rediit postliminio, *vt supra leg. si mater §. eandem?* Respond. hoc facit postliminij fictio[b]: 2. Vel dic, ibi cœpit eum habere ex causa priore, hic verò minime. Accursius.

d ¶ *Actum sit.* & fui absolutus.

e ¶ *Iudicata.* facit ȝ. *de sol. et l. cum quis. §. de peculio.* Sed contra in eodem tit. *l. regiss.* Sol. hic fuit absolut[c], quia soluit seruus. nam tali casu etiam condemnato datur exceptio: *vt* ȝ. *eo. l. si quis cum totum. §. plane.* Vel hic fuit ideo absolutus, quasi non fuerit contractum cum seruo. ibi verò quia nil erat in peculio. & facit *sup. de iureiur. l. qui iurasse. §. penul.*

[a] Vsusfructus causalis petitur actione negatoria: formalis, confessoria.

[b] Fictio postliminij.

[c] Per consolidationem.

Quia non liberatur ipso iure. *l. ff. §. i. inf. de solu.*

iterũ de vsufructu experiar[a], potest dici alia res esse: quoniá postquã nanctus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior vsusfructus[b], † & iure proprietatis quasi ex noua causa rursus meus esse cœpit[c].

Exceptio rei iudicatæ cõpetens domino super actione de peculio, competit ei qui fideiussit pro seruo. Paulus.

4 ¶ Si pro seruo meo fideiusseris, & mecum de peculio actum sit[d]: si postea tecum eo nomine agatur, excipiendum est de re iudicata[e].

Siue mutetur persona, siue causa petendi: censetur alia quæstio esse & diuersa: & non obstat exceptio rei iudicatæ etiam si sit eadem causa defensionis. Pau.

XXXII. PAVLVS libro trigesimoprimo ad Edictum.

SI cum vno[a] herede depositi actum sit, tamen & cum cæteris heredibus rectè agetur[f]: nec exceptio rei iudicatæ eis proderit. Nam etsi eadem quæstio in omnibus iudiciis vertitur: tamen personarum mutatio cum quibus singulis suo nomine agitur, aliá atque aliam rem facit. & si actum sit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo hæredis ageretur: exceptio rei iudicatæ non nocebit, qui de alia agitur[g].

SI cum vno.] CASVS. Egi cum herede Titij actio. depositi ad c. quæ deposueram penes eum: & succubui: nunc volo agere contra alium heredem Titij. dicitur quòd possum. Item si cum herede Titij egi ex dolo Titij defuncti, quem dolũ Titij heres commisit circa depositum: nunc volo agere contra eundẽ ex dolo suo proprio bene possum: quia de alia nunc ago: nec obstat mihi excep. rei iud. si succubui in prima quia de alia re agitur. Fran. Accur.

[a] Ad intellectũ & declarationem præsentis l. vide Bal. in l. 1. vers. modo quæro C. si vnus ex pluribus.

f ¶ *Agetur.* nisi[e] vna fuit causa defensionis: *vt inf. de appell. l. si quis separatim. §. fin. quæ est contra. & l. ȝ. sententia.*

[e] Aliam atque aliam causam facit personarum mutatio nisi vna causa sit defensio nis.

d Appellatio facta ab vno prodest alteri quando vna est causa defensionis vt hic licet in causa principali sententia lata pro vno herede alteri nõ prosit, etiamsi eadem causa defensionis. Castrens. hic.

quæ est. argu. contra. & facit sup. depositi. l. j. §. si apud duos.

g ¶ *De alia re.* facit ȝ. *de transac. l. non est ferendus. §. fine.*

Absolutoria lata super vsuris, non parit exceptionem rei iudicatæ super sorte. hoc primò, nec etiam super vsuris, si lata sit ex eo quòd ineptè fuerint petitæ, si postea aptè petantur. hoc secundò. Pau.

XXXIII. VLPIANVS libro tertio Disputationum.

SI in iudicio actum sit, vsuræque solæ petitæ sint[h], non est verẽdum ne noceat rei iudicatæ exceptio circa sortis petitionem

SI in iudicio.] CASVS. Ex aliquo contractu debes mihi c. & promiseras certas vsuras pro illis c. dare, petij vsuras, & succubui: bene possum postea petere sortem, scilicet c. Secundo dicit, deposita fuit pecunia penes te sub vsuris, & sic teneris ad vsuras iudicis officio: quia inhæret actioni depositi, si iudicis officio petij vsuras: & succubui: quia non proposueram act. cui inhæret officiũ: si postea ago depositi ad pecuniam depositam, & iudicis officio petam te condemnari in vsuris totius temporis ex quo incepisti vti hucusque: bene possum. Fr. Accursius.

h ¶ *Petitæ.* sint scilicet ex stipulatu: siue bonæ fidei, siue stricti iuris contractum ponas. non enim in bonæ fidei iudiciis alia est petitio sortis, & alia vsurarum: *vt C. deposi. l. ij.*

i ¶ *Persequi.* offi. iudi. quod[e] non potuit, cum non esset actio proposita ad eas petendas: nec principalis fuerat proposita de sorte: & ideo non erat cui iudi. offi. accederet. *& facit* ȝ. *de iure dotium. l. cum post. §. i. fur. is. & de vsuris. l. lite contestata. & j. de ver. obli. l. cum stipulati sumus. & C. de iudi. l. j.* Accur.

[e] Officio iudicis mercenario peti non potest, quod in iudicium venit Bar. hic.

SI quis rem.] CASVS. Ego Franciscus emi fundum à non domino. cùm à me vindicaretur, obtinui. si eundem fundum postea desij possidere: & verus dominus eum possidere cœpit: & ego eũ fundum à domino possidente eum petam: & ipse excipiat quòd sit dominus fundi: ego replicabo: quia secundum me fuit iudicatum, cùm eum possidebam. Fr. Accur.

k ¶ *Absolutus sit.* scilicet ita quòd & suam fuisse pronuntiatũ sit: aliàs[a] non ideo ius petẽdi haberet. *argum.* ȝ. *de iureiurand. sed & si.* 2. Vel etiam tãtũ absolutus fuit sed publicianam propter emptorem intẽdit si à possessione cadat: & ita erit[b] hic vnus casus specialis in quo exceptio[c] dominij non obstat agenti Publiciana. 3. Vel forte aliud est in sententia, vt hic: aliud in iureiurando: quia sententia[d] hoc casu maioris auctoritatis sit quàm iusiurandum. *& facit supra de Publi. l. j. & fin. & supra de noxa. lib. l. & generaliter. & de rei vindica. l. si à Titio. & l. si culpa. & infra de except. doli. l. apud Celsum. §. si à Titio.*

[a] Exceptionẽ rei iudicatæ non habebat, qui absolutus cecidit à rei petitione.

[b] Publiciana certo casu datur contra verum dominũ, et exceptio dominij nõ semper obstat Publiciana agẽti.

[d] Sententia quandoque maioris est auctoritatis quàm iuramentum.

quia enim nõ competit, nec opposita nocet. Eadem erunt & si quis ex bonæ fidei iudicio velit vsuras tantùm persequi[i], nam nihilominus futuri temporis cedunt vsuræ. Quamdiu enim manet contractus bonæ fidei, current vsuræ.

Possessor absolutus ex eo quòd dominium rei ad ipsum pertineat: si à possessione cadat, & ad actorem perueniat: pot. si virtute dictæ sententiæ ab eo recuperare: nec ille auditur volens de dominio probare: quia veniret contra sententiam. Pau.

XXIIII. IVLIANVS libro nono Digestorum.

SI quis rem à non domino emerit mox petente dominio absolutus sit[k], deinde possessionem amiserit, & à domino[l] petierit: aduersus exceptionem[m], *Si non eius sit res*[n], replicatione hac adiuuabitur, *At si res*[o] *iudicata non sit.*

l ¶ *A domino.* scilicet possidente.

m ¶ *Aduersus exceptionem.* scilicet hãc, si non &c.

n ¶ *Sit res.* dicebat enim possessor, si nõ esset res mea, rectè ageres: [illegible] quia res est mea, nõ rectè agis.

o ¶ *Si res.* l. rectè esciperes, si res quam peto, nõ esset mihi adiudicata: sed quia est mihi adiudicata per sententiam, non rectè excipis.

g ¶ *Neque nocere.* cum contra me agitur: sed cum ego ago, obest si habeo lucratiuam [c] causam, *vt in contrariis infra titul. j. leg. apud. §. si quis autem. & supra de exceptio. l. si rem.* Item non nocet mihi nisi velim vti accessione quod possum ad præscrip. triginta annorum. Item etiam iure veteri ad præscrip. decem vel viginti an. *vt supra de acquiren. poss. l. Pomponius. §. cum quis. & §. finali. sic. C. de prescri. long. tempo. l. j.* Sed hodie secus [d] in hac, scilicet decem vel viginti ann. vt in authenti. ibi posita. & adde quod not. *infra de regulis iu. leg. quod ipsis. & facit supra de Publicia. leg. cum qui. §. prætor.*

h ¶ *Vsucapere* facit ī. *pro emp. l. qui fundum. §. procurator. & Instit. de vsucapio. §. quod autem.*

i ¶ *Pignori.* scilicet in illa Accursius.

k ¶ *Si ante.* scilicet quàm esset heres.

l ¶ *Extitisset.* Not. ergo quòd plus [e] iuris habet heres, quàm defunctus: *vt supra de petitio. heredi. l. & non tantum. §. veniunt.* & sic est argumen. *contra. infra de regul. iuris. l. qui in ius. & l. aliud. §. fina.* Quidam tamen dicunt quòd hic replicatur contra heredem de æquitate. *argu. supra quibus modis pign. vel hypothe. sol. l. sicut. §. illud. & pro eis est argu. contra. sup. tit. j. l. penultima. §. fina.* in eo quod durat & [f] ibi hypothecaria dominio acquisito creditori: sic hic durat dominio acquisito heredi ex alia causa.

SI duobus.] CASVS. Vendidi fundum Titio & tradidi ei: eundem fundum vendidi Sempronio. dicitur quòd tempus quo possedi, proderit Titio ad præscript. complendam. Sed pone quòd vendidi fundum Sempronio, & tradidi: eundem redimo ab eodem, & vendidi Titio. dicitur quòd tempus quo ego possedi, & Sempronius possedit, proderit Titio. [VENDIDI.] Seruum alienum quem bona fide possidebam, vendidi tibi pro centum hoc acto. vt si non soluas prædictum pretium vsque ad annum, sit inemptus. euenit quòd nō soluisti pretium tempore statuto: & sic seruus reuertitur ad me. quæritur an tempus quo tu possedisti, prosit mihi ad vsucap. eius serui complendam. & dicitur quòd idem esse debet in hoc casu quod seruatur cum ex causa redhibit. re habuissem seruum: vel quia eundem emissem à te, & sic tam primum tempus quo possedi seruum antequam venderem, & tempus quo emptor eum possedit, & hoc quo nunc possideo: coniunguntur simul ad vsucapionem complendam. Franciscus.

m ¶ *Separatim.* primo vni, secundo alij.

n ¶ *Venditionem.* facit C. de rei vindi. l. quoties. & ī. *de publi. l. fine j. & quod ibi no.*

o ¶ *Omnem.* id est priorem & posteriorem.

p ¶ *Euenerit.* id est quia pecunia non fuit soluta intra tempus conuentum: & sic emptor tenebatur rem reddere venditori. Accursius.

q ¶ *Tui.* emptoris.

r ¶ *Redhibitio.* per actionem redhibitoriam. Accursius.

† Mala fides auctoris licet noceat heredi, vt etiam nō possit præscribere ex persona sua *Cumanus singulariter legentis. extra de præsc.* vbi tamen heres ante mortem defuncti, vel post, acquisiuit aliquem titulum particularem in re, ex quo etiam si non esset heres, posset rē illam præscribere: non nocet ei vitium defuncti. *Bal. in l. cum quis §. in hac. & ubi Ang. in §. si prætor ait sup. de Public. in rem act. & Aret. in l. Pompon. §. cum quis sup. de acquir. poss.*

d Seruus quibus casibus possit stare in iudicio.

e Momētanea autem causa dicitur quæ momēto & facile amittitur.

f Præscribitur eo tēpore stipulatio iudicio sisti, quo principalis.

g Age dicitur nō inspicitur vt defendendi.

Vt & sup. l. t. vide hic Zasium.

h Vitium personale auctoris non nocet successori præscribere volenti.

i Accessione vitij ut auctoris, cum sua causa & vitijs.

a Vitium reale seu rei cohærens nocet successori præscribere nolenti.

b Vitium reale est furti vitium.

c Vitium personale authoris nocet successori remissibi titulo lucratiuo cessam petere ab extraneo volenti.

d Vitium auctoris nocet successori, iure auctoris vti volenti: secus si suo ac proprio vti velit.

† Legendum mea, quia litera m præcedēs geminari debet, vt mos est librarij Floren. quod ostendunt Græcorū libri li. 51. Basilicωn. tit. j.

e Heres interdum plus iuris habet quā defunctus. de Alberico hic.

f legendum videtur vt ibi.

Haberi.

inde haberi [a], ac si retrorsus homo mihi venisset: vt scilicet si venditor possessionem postea nactus sit: & hoc ipsum tēpus [b], & quod venditionem præcesserit, & amplius accessio hæc [c] ei detur, cum eo [d] quod apud eū fuit à quo homo redhibitus sit [e].

VII. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

SI quisquam in fluminis publici deuerticolo [f] solus pluribus annis piscatus sit: alterum eodem iure vti prohibet [g].

VIII. VLPIANVS libro primo Regularum.

IN accessione temporis & id tempus quo in fuga sit seruus [h] domino [i] eius procedere verum est.

Res soli, id est res immobiles præscribuntur longo tempore: de quo etiam habuisti: supra eo. l. longe. Franciscus Accursius.

IX. MARCIANVS libro quinto Regularum.

REscriptis quibusdam diui magni Antonini cauetur, vt in rebus mobilibus * locus sit præscriptioni diutinæ [k] possessionis.

X. PAPINIANVS libro tertiodecimo Responsorum.

INtra quatuor [l] annos vacantium bonorum delator [m] facta denuntiatione [n] destitit, post quatuor annos secundo delatori venienti prior nuntiatio, quo minus præscriptione temporis [o] summoueatur, non proderit, nisi prioris præuaricatio [p] detegetur. quo declarato, præscriptio †, sed & negotij quæstio perimetur [q].

1 ¶ Quadriēnij tempus, quod bonis vacantibus nuntiandis præscriptum est [r]: non ex opinione hominum, sed de* substantia vacantium bonorum dinumeratur. Quatuor autem anni post irritum testamentum factum, & intestati possessionem [f] ab omnibus repudiatam, qui gradatim [t] petere potuerunt, vel temporis finem, quod singulis præstitutum est [u] computabuntur [x].

Quod defunctus non potuit vsucapere, nec heres poterit, licet ignoret vitium defuncti. h. d.

XI. IDEM libro secundo definitionum.

CVm heres in ius omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia [y] non excludit: veluti cum sciens [z] alienum illum, illo, vel precario possedit. Quamuis enim precarium heredem ignorantem nō teneat, nec interdicto rectè conueniatur [a]: tamen vsucapere non poterit [b],

a ¶ *Haberi.* nisi agatur vt sub [b] conditione vēditio contrahatur. tunc enim non vsucapit emptor: *vt supra pro emptore. leg. ij. §. si sub conditione.* ideóque eius non vtetur accessione: *vt supra de adquiren. poss. l. Pomponius. §. fin.* Item contra. *j. eo. tit. j. l. si a te. §. fina.* Solu. aliud in illa exceptione. Vel sol. vt ibi. Accursius.

b ¶ *Ipsum tempus.* quia possidet posteaquam redhibitus est homo.

c ¶ *Accessio hæc.* scilicet dicta.

d ¶ *Cum eo.* scilicet tempore. q. d. accessio dicti temporis.

e ¶ *Redhibitus sit.* largè [a] dic redhibitum, cum referatur ad hæc tria responsa, scilicet ad pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem, item ad redhibitoriam, & ad secundam emptionem, de quibus tribus tangit hic §. *& facit supra de vsucap. lege si hominem. & de adquir. poss. l. Pomponius. §. præterea.*

SI quisquam. Pone casum secundum Ioan. In parte fluminis piscatus sum pluribus annis: & cum nunc essem in actu piscandi, quendam ibi ad piscandum venientem prohibere volo. dicitur quòd possum. Vel aliter pone casum vt in glo. domini mei Accursij quæ incipit, supra de vsucap. &c. Frā. Accur.

f ¶ *Diuerticulo.* i. [d] in parte fluminis.

g ¶ *Prohibet.* contra *supra de vsucap. l. fina.* Sol. hic piscatus est spatio. xxx. vel xl. an. ibi spatio minori. 2. Vel hic sine incommodo vicinorum: ibi cum incommodo. 3. Vel secundū Io. hic [e] in quasi possessione piscandi fuerat, ibi non. & secūdum hoc nō est contra. *j. de iniur. l. iniuriarum. §. fi.* vbi dicitur teneri iniuriarum, quia hic in possessione piscandi, ibi non. 4. Vel dic quòd rescriptum præcesserat. Sed tunc obiicitur: si [f] rescriptum ex hoc habuit, nullo tēpore præscript. opus est. Sed respond. quia & aliàs præcedente rescripto opus est præscriptione. *vt Cod. de fun. pa. l. fi.* Item videtur contra, scilicet quòd rescriptum cum præscriptione simul non habeant locum extra *de rescrip. l. veniens.*

IN accessione.] CASVS. Cum seruum alienum vsucaperem. seruus fugit dicitur quòd tempus quo fuit in fuga, cōputatur in vsucapione complenda. & ita loquitur prin. glos. hic positæ, quæ incipit, putatiuo &c. Vel aliter pone casum vt in eadem glos. Fr. Accursius.

h ¶ *Seruus.* nisi diu steterit in possessione libertatis paratus suscipere iudicium liberale, vel nisi in medio tempore fuerit ab alio possessus: *vt supra de acquiren. poss. l. j. §. per seruum. & l. possideri. §. si seruus. & l. per eum. §. fina. & supra de vsuca. l. si is qui. §. si seruus.*

i ¶ *Domino* [g]. putatiuo. sic *C. de præsc. long. temp. l. j. & supra de condict. indebi. l. seruo.* si enim esset dominus, non vsucaperet: *vt sup. de vsucap. l. sequitur. §. lana.* 2. Vel dic quòd verus dominus erat: sed præscribit contra ac. quod metus causa: & contra vtilem in rē: *vt C. quod metus causa. l. iiij.* 3. Vel erat is qui dominus factus cōtra creditores præscribit: *vt C. si aduer. cred. l. j. & ij. & facit j. de fur. l. serui & filij. §. fi.* Accursius.

k REscriptis.] *Diutina.* id est [b] longæ quod dic *vt supra eodem l. longe.* Accur.

INtra quatuor.] CASVS. In hoc princip. dic casum vt in glos. domini mei Acc. quæ incipit, bona vacantia fisco &c. [QVADRIENNII.] Quadriennium quo præscribitur nuntiatio vacantium bonorum, non incipit currere ex opinione hominum, id est extunc quando credunt bona esse vacantia: sed extunc quando nemo vult succedere ex testamento, vel ab intestato, vt quia omnes repudiauerunt. Fran. Accursius.

l ¶ *Intra quatuor.* bona vacantia fisco quidam sine titu. possidebat. detuli fisco, extunc [a] præscribit quadriennio. sed si ego desistā, interim, non prodest secundo agenti mea nuntiatio. ad hoc. *Cod. de quadri. præscri. l. j. & supra de vsucap. l. quamuis. & j. de iure fis. l. j. §. fin.*

m ¶ *Delator.* id [b] est denuntiator.

n ¶ *Denunciatione* simpliciter [c], non per contestationem, vel iudiciariam conuentionem. aliàs contra. *vt Cod. de præscrip. xxx. an. l. sicut. & l. cum notissimi. in princi.* 2. Vel dic per contestationem. sed ipsa non egredietur personam, cùm [d] ciuilis interruptio [e] fit: *vt C. de non numer. pecun. l. cui. & supra ne de sta. defunc. l. ij. §. præscriptio.* ¶ Sed quomodo potest illud dici: cum primus & secundus defert nomine fisci: ergo non debet obstare secunda exceptio, cum ipse deferat gerendo negotium fisco? sed forte hoc accidit ideo, quia primus delator desistit, vel fiscus intra quadriennium ratum non habuit. arg. *j. rem ra. ha. l. bonorum.* Accursius.

o ¶ *Temporis.* quadriennij.

p ¶ *Præuaricatio.* facit *C. de sen. aduer. fis. l. j. & de præuari. leg. secunda.*

q ¶ *Perimitur.* corruptore habito pro confesso: *vt j. de iure fisi l. omnes qui.* Accursius.

r ¶ *Præscriptum est.* vt intra hoc tempus nuntietur.

f ¶ *Et intestati possessionem.* id est bonorum possessionem.

t ¶ *Gradatim.* colligitur ergo quòd tunc [f] demum sunt vacantia, cum priuatus non habet ius petendi. *vt C. de cadu. toll. §. fina. & C. de bo. vacan. l. vacantia lib. x.* Accursius.

u ¶ *Præstitutum est.* ad deliberandum. *& facit Insti. de vsucap. §. fi.*

x ¶ *Computabuntur.* & post denuntiationem fisco factam. quod dic *vt no. C. de quadrien. præscrip. l. j.* Accursius.

CVm heres.] CASVS. Si testator rem quandam mobilem habebat precario, & decessit relicto herede: dicitur quòd heres hanc rem non potest vsucapere, licet ignoret eam rem precario fuisse defuncto cōcessam. nam cum heres in ius omne defuncti succedit, ignorantia heredis via defuncti non excludit: & sic non potest vsucapere heres quod defunctus non potuit vsucapere. idem est in præscriptione rei immobilis cōcessæ defuncto precario, vt heres eius non possit vsucapere. Fran. Accursius.

y ¶ *Vitia.* scilicet personalia: quia hic de personalibus loquitur: *vt s. de adquis. poss. l. Pomponius. §. si qui & §. fin.* Accursius.

z ¶ *Sciens.* scilicet defunctus.

a ¶ *Conueniatur.* *vt supra de preca. l. cum precario. §. fi.* Sed [g] contra in cod. tit. *l. quæsitum. §. fi.* Sol. non tenetur *vt hic*, nisi possideat, vel dolo desierit possidere *vt ibi.* Sed certe hic videtur loqui de possidēte. 2. Vel non tenetur heres sicut defunctus quia nōtenetur nisi possideat. vel dolo desierit possidere. 3. Vel aliter non tenetur ab initio, cum sit ignorans, & desineret possidere, cum putat suum esse: quia re sua abuti putat: *vt s. de peti. here. l. si quid possessor. §. sicut.* sed ex postfacto, id est postquam fuit certioratus: & sic iam tenetur & licet desinat possidere, tenebitur. *argu. j. tit. j. l. ij. §. circa. & §. generaliter.* 4. Vel dic, tenetur interdicto propter possessionem defuncti: *vt ibi.* De precario non tenetur propter suam possessionem: quia ad heredem non transmisit. 5. Vel hic de directo, ibi de vtili. 6. Vel hic ignorans tenuit. ibi sciens.

b ¶ *Non poterit.* quia heres sciebat rem alienam.

a Redhibitiones ex causa legis commissoriæ & addictionis & edilitio edicto similitudo.

b Contrahere sub conditione & contractu si perfecto, conditionem additionem executio his, vti differunt, vide his apud Zasium.

a Redhibendi verbum generale, quod pertinet ad redhibitionem ex lege commissoria, addictionis in diem & ædilitiū edictum.

* rebus soli.

d Partis, licet homogeneæ, alia interdum ratio est ac totius vt hic.

e Probatur à facto hic.

f Præscriptio ne opus an habeat, qui rescripto principis ius consecutus est.

g Præscribere verè qui possidet ut fisco resistere creditoribus.

Non tradi de præscrip. ... pore ... ...

h Diuturna possessio pro longa.

a Fisci res esse desinit res delata à delatione, si delationem velit ipse fiscus, vel delator negligit: neque secundo delatori locus est.

b Delatores qui dicantur, vide ... plurimum. de ... si ... non soluit præscrip. ... ex.

c Denuntiatio fit vel simpliciter, vel per litis contestationem & iudiciariam conuentionem.

d Interruptio ciuilis, quæ dicitur fit iure ciuili, ... intercedente inter primum & secundum actorem, præscriptione aliqua introducta is interciuili. Hominis verò interruptio est quotiesinter primum & secundum possessorē interposita fuerit alia persona de qua in l. ... e Interruptio ciuilis impeditur processum vt hic ... titulum sup. No... ...

f Vacatia bona dicuntur quando prius ius ea petendi non habet, atque ita vacantia ... ea ipsa substantia ... deratur.

g Precario ... ter dicto, ... teneatur heres ignorans defuncti.

a ¶ *Possessione*. alia quàm precaria. ¶ Et dic possessione[a], id est præscriptione quæ venit ex possessione.
b ¶ *Defendetur*. scilicet heres qui possedit longo tempore. computato illo testatoris, vel non computato.
c ¶ *Exordium*. est enim intuendum exordium in persona testatoris, quia ista eadem[b] persona intelligitur: *vt in princi. huius l. & Cod. de fruct. & lit. expen. leg. secunda & C. de adquiren. possess. l. villa. & supra de vsuca. l. sequitur. §. heres. & l. si is. §. j. versic. Marcellus.* secus[c] in singulari successore: *vt supra leg. an virum. & adde hic quod no. supra de Publica. l. si ego. §. partus. & C. pro herede. l. nihil.*

a Præscriptio pro præscriptione quæ venit ex possessione.

b Eadem persona testatoris & hæres dicensetur.

c Fingitur hæc eadem persona cum defuncto, hæres in quantum id est vniuersalis successor at non singularis vt hi... v. quæ ad hoc pertinentia apud Bellum tract. de præs. 3 parte 2. q. 4.

quod defunctus non potuit. Idem iuris est cum de longa possessione[a] quæritur. neque enim recte defendetur[b], cum exordium[c] ei bonæ fidei ratio non tueatur.

XII. PAVLVS *libro sextodecimo Responsorum*.

CReditor qui præscriptione longæ possessionis à possessore pignoris summoueri possit, pignus distraxit. quæro, an possessori salua sit exceptio aduersus emptorem. Paulus respondit, etiam aduersus emptorem eandem exceptionem[d] competere.

CReditor.] CASVS. Fundum obligaui Titio. eundem Sempronio vendidi, vel ex alia simili causa tradidi. Sempronius tenuit illum fundū x. vel xx. annis: & sic est tutus excep. præscrip. contra hypothecariam. postea Sempronius istum eūdem fundum vendidit Ciceroni. dicitur quòd hæc eadem exceptio quæ competebat Sempronio, competit Ciceroni contra Titium hypothe. agentem. Franciscus.
d ¶ *Eandem exceptionem. facit C. si aduersus credi. l. prima & secunda & supra titu. j. l. exceptio.* Accursius.

XIII. HERMOGENIANVS *libro sexto Iuris Epitomarum*.

IN omnibus[e] fisci quæstionibus, exceptis causis in quibus minora tempora[f] seruari specialiter constitutum est, viginti annorum præscriptio custoditur.

1 ¶ Reipublicæ rationes subscriptæ & expunctæ[g], aduersus eum quidem qui administrauit, vltra viginti: aduersus heredem verò vltra decem annos retractari non possunt.

XIIII. SCÆVOLA *libro singulari Quæstionum publicè tractatarum*.

DE accessionibus possessionū nihil in perpetuū neque generaliter[h] definire possumus[i].

IN omnibus.] CASVS. In bonis delatis fisco, si fiscus nō petat, & stet per xx. an. repellitur deinceps except. præscrip. nisi in casibus quibusdam in quibus minora tempora statuuntur: vt est in bonis vacantibus, de quibus habuisti supra hoc eodem titu. Item in alio casu quem dic vt in glos. hic posita quæ incipit, minora tempora &c. [REIPVBLICA.] Administrator reipublicæ rationes reddidit, & subscriptæ & expunctæ, id est cancellatæ sunt vsque ad viginti ann. viuente administratore. & eo mortuo vsque ad x. annos poterit venire contra illam computationem: vltra illud tempus non. Franc.
e ¶ *In omnibus*. vbi fiscus actor est.
f ¶ *Tempora*. minora[d] tempora statuuntur in bonis vacātibus[e] *vt s. eod. l. intra*. 2. Itē in bonis in fiscū commissis ob vectigal. nō solutum: *vt C. de vectigal. l. ij.* 3. Item in alio casu: *vt s. ad Sila. l. in cognitione*. Aliàs ergo cōtra fiscum currit præscriptio xx. an. *vt hic & supra de requi. re. l. ij. iij. & iiij.* Sed contra. *C. de præscrip. xxx. an. l. omnes. & l. competit. & C. de sac. san. eccl. l. fi.* Solu. quidam dicunt ꝙ hic dicat de præscriptione quā fiscus obiicit alij, non[f] quam alius fisco, quod non placet. imò de vtraq; siue vtrisque. Alij dicunt ꝙ fisco obiicitur præscriptio xx. an. in casibus illis. s. vbi minora tēpora sunt statuta: & verba illa casib. exceptis, possunt ponere iuxta verbum illud. constitutum est. Sed nec hoc placet. 3. Alij dicūt quòd hic loquitur quādo quis administrauit rationes fisci, ibi aliis personalibus, pro quibus *est j. proxi. §.* 4 ¶ Alij dicunt, & bene, in delatis nondū quæsitis hic loquitur, quæ fisco deferūtur variis ex causis: *vt j. de iure fisci. l. j.* Illa omnes. & illa, competit in quæsitis. & illa. l. vt inter diuinum. quæ est l. fi. C. de sacrosan. eccle. in rebus ciuitatum aliarum, nō Romanæ: & in specialib. quatuor casib. loquitur, & secundū hoc nil est contra. Vel dic ꝙ generaliter loquatur in quæsitis & quærendis, & illas tres solue vt in qualibet earum no. 2. ¶ Itē contra. *C. de fundis rei pri. l. eum lib. xj.* vbi xxx.[g] an. præscribitur seruus pub. Sed ibi de seruo principis dicit. præterea est ibi fauor curiæ præscribentis, quæ etiam naturales filios facit legitimos: *vt Insti. de nup. §. fi.* Item fallit hæc lex *C. de fun. pa. l. fin.* Penultimam solutionem approbo.

d Præscribuntur res fisci spacio xx. annor. exceptis casib. in quibus minora tēpora sunt cōstituta v. plura apud Bellum tract. de præscrip. 5. parte 2. quæst. 1. Est & casus quo præscribitur seruus publicus triginta annis de quo hic in f. Glos.

e Vacantia bona quo tēpore præscribantur adde Gl. in l. 1. super bo vendicandis C. de bo. va cant.

f Præscriptio nis quæ fisco vel à fisco obiicitur, an eadem sit ratio.

g Præscribitur 30. annis seruus publicus.

g ¶ *Expuncta*. id est[a] cancellatæ: & pone erratum fuisse in computatione. *sic j. de re mili. l. ex causa*. Sed quid sit propriè[b] dispungere, legitur *j. de ver. signi. l. cognoscere. §. j.*

a Expunctum pro cancellato.

b Dispungere quid.

DE accessionibus.] CASVS. Quando possessio vnius accedit alij, non potest generaliter de hac doctrina tradi: cùm in sola æquitate cōsistat. scias tamen quòd possessio alicuius prodest ei qui in locum eius succedit: siue ex causa contractus succedat: vt ex venditione vel simili: siue ex vltima voluntate, vt heres, item legatarius & similes. hic est quòd possessio venditoris prodest emptori. item possessio debitoris prodest creditori cui dictam rem obligat, Item si creditor obligauit eam alij: prodest huic secundo creditori possess. primo obligantis: vt sic completa vsucapione habeat directam hypothecariam, donec soluatur debitum primo creditori. Item si gestor negotiorum tuorum obligauit mihi rem quam possidebas & vsucapiebas: & tu postea habuisti ratum: proderit mihi possessio tua vt compleam vsucapio. prædictæ rei. Item si obligasti mihi rem quam vsucapiebas, hoc pacto apposito, vt si non luas vsque ad carnisprivium, possim eam vēdere: si eam vendo ex forma pacti, emptori proderit possessio tua ad complendam vsucapionem. Fr.
h ¶ *Generaliter*. expositio perpetui.
i ¶ *Possumus*. sic *s. de legi. & senatuscon. l. neque leges. & supra de vsur. l. mora.* Accursius.

cōsistunt enim in sola æquitate.

1 ¶ Plane tribuuntur his qui in locum aliorum succedunt siue ex contractu, siue voluntate[k]. heredibus enim, & his qui successorum loco habentur, datur accessio testatoris[l]. 2 ¶ Itaque si mihi vendideris seruum, vtar accessione[m] tua.

3 ¶ Et si mihi pignori dederis, & ego eandē rem alij pigneraui: meus creditor vtetur accessione tui tēporis tam aduersus extraneum quàm aduersus teipsum, quamdiu pecuniam mihi non exolueris[n]. Nam qui me potior est, cùm ego te superaturus[o] sim, multo magis aduersus te obtinere debet[p]. Sed si pecuniā mihi solueris, hoc casu accessione tua nō vtetur. 4 ¶ Item si absente te is qui negotia tua videbatur administrare, seruum mihi vendiderit: túque reuersus ratum habueris: omnimodo accessione vtar.

5 ¶ Item si mihi pignori dederis, & conuenerit, nisi pecuniam soluisses, licere ex pacto pignus vendere, ídque vendiderim: emptori accessio tui temporis dari debebit, licet inuito te pignora distracta sint. iam enim illo in tempore quo contrahebas, videri te *consensisse venditioni[q], si pecuniam non intulisses.

* Flo. videri concessisse.

a Aequitas certa regula definiri non potest.

k ¶ *Ex voluntate*. scilicet vltima.
l ¶ *Accessio testatoris*. vt[c] *s. pro emptore. l. ij. §. etiam.*
m ¶ *Accessione*. vt[d] *s. de contrahen. empt. l. dolia. §. cum qui. & supra quorum lega. l. j. §. illud. & s. de vsuca. l. ad tempus. & s. de except. rei iudi. l. fin.* Accursius.
n ¶ *Non exolueris*. ad[e] quod est. *s. de pign. l. grege. §. cum pignori & de pigno. act. l. petenti.* Accursius.
o ¶ *Superaturus*. qui me superaturus est: multo magis te superabit, cum ego te superaturus essem. Accursius.
p ¶ *Debet*. vt habeat directam hypothecariam completa vsucapio. quasi[a] domino res obligata videatur: alioquin vtilem haberet, *vt s. de pignori. si ab eo.* Sed fallit[g] hæc regula: *vt s. qui po. in pig. l. Claudius.* 2. Item *s. ad Tertullia. l. ij. §. obiicitur. & l. æquissimum. §. si ex filio. & Instit. ad Tertullia. §. pater.* scilicet in matre defuncti & auo. 3. Item in Authen. *qui mo. nat. effi. sui. §. discretis. col. v. & s. ad Trebel. ex facto*, scilicet in muliere quæ excludit naturales filios excludentes cognatos. 4 Item fallit in muliere quæ præfertur his quorum pecunia res refectæ sunt: non tamen habentibus expressas hypothecas: *vt in Auth. de æqua. do. §. his consequens. col. vij. & s. qui po. in pig. l. interdum. item s. de iniusto testa. l. pen.* 5. Item si diligo te, tu illum: non sequitur quòd ego diligam illum. 6. Item si ego sum tuus vasallus[h], & tu alterius: non sequitur, ergo ego sum illius. Posset tamen dici quòd in turbatione[i] in l. allegata, Claudius. non fallit, quia ibi non ex natura contractus, sed propter rem iudicatam. i. ne præiudicet inter alios. Item in secundo casu non fallit, quia ibi pater non poterat excludere matrem, & ita non procedit arg. quid enim ad rem si alibi excludit? Idem respon. in patre. nam pater non excludit auum: vnde non potest procedi.
q ¶ *Consensisse venditioni*. & sic sufficit[k] semel velle. *sic supra de aqua plu. ar. l. in diem. & supra de adquir. heredi. l. si quis mihi bona. §. fi.* Accursius.

d Accessio testatoris, competit heredi.

e Accessio creditoris competit emptori.

f Accessio creditoris pignus vendentis, datur emptori, etiam si debitor inspecta persona emptoris, sit inuitus debitore.

g Vincens vincētem te, quibus casibus te quoque vincere non intelligatur.

h Vasallus vasalli non est vasallus.

i legendum est hic Turbone non turbatione, quod nomē est saltum pro medio creditore ex cod. l. Claudius.

k Semel velle sufficit.

IN vsucapione.] CASVS. In vsucapione complenda sufficit tangi vltimã diẽ triennij, vt habeatur pro cõpleta. [ACCESSIO.] Si rem alienam quam bona fide possidebas, mihi vẽdidisti: proderit mihi tẽpus quo tu eã possedisti. Item tẽpus quo auctor tuus possedit, vt sic citius compleam vsucap. Secũdo dicit: medius auctorum meorum non possedit rem: vt putà venditor venditoris mei. præcedentium possessio non proderit mihi sed auctoris mihi possessio. Scias ergo quòd possessio eius à quo emi, vel à quo emit procurator meus pro me: prodest mihi. Item si emi à procuratore Titij rem à Titio possessam, & Titio hoc volente[a]: prodest mihi possessio Titij. Sed pone quòd Titius Sempronio mandauit vt vendat quandam rem à Titio possessam: & Sempronius hoc idem mandauit Cornelio. dicitur quòd non aliter pos. prodest mihi nisi voluntate Titij hoc esset factum, quod expone vt in Gloss. domini mei Accur. Sed pone quod emi quandam rem à filio tuo, vel seruo tuo: an tempus quo tu pater possedisti, prosit mihi? Dicitur quòd non nisi tua voluntate vẽdidit, vel nisi habuerit liberam administrationem peculij. Item si emi rem pupilli, vel adulti, vel furiosi, à tutore eius vel curatore: possessio pupilli vel adulti proderit mihi. Item si ventris nomine, aut causa rei seruandæ in posses. quis fuerit missus rei quam tu possidebas, & eam rem à te emi, etiam hoc tempus quo alius eam detinuit, proderit mihi. [HÆ AVTEM.] Quod dictũ est pos. venditoris prodesse emptori. intelligendum est de pos. quam si habuit antequam venderet: non de ea quam posteaquam vendidit habuit. & licèt tempore quo vendidit, non possidebat rem quam vendidit, sed emptor eam possidebat ex causa depositi, vel simili: tamen tempus quo venditor possedit, proderit emptori. Item si heres rẽ hereditariam vendidit: tempus quo testator possedit, item tẽpus quo heres possedit, proderit emptori. Fran.

XV. VENVLEIVS *libro quinto Interdictorum.*

IN vsucapione[a] ita seruatur, vt etiam si minimo momẽto nouissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur[b] vsucapio: nec totus dies exigitur ad explendũ constitutum tempus. 1 ¶ Accessio possessionis fit non solùm temporis quod apud eum fuit vnde is[c] emit: sed & qui ei vendidit vnde tu emisti. Sed si medius aliquis ex auctoribus non possederit: præcedentium auctorum possessio non proderit[d], quia cõiuncta nõ est: sicut nec ei qui nõ possidet, auctoris possessio accedere potest. 2 ¶ Item adiiciẽdum est[f], vnde emisti: aut vnde is emit, cui tu emẽdũ mandaueras: & quod apud eum qui† vendẽdã* mãdauit. Quòd si is quoque cui mandatum erat[g], alij vẽdendũ mãdauerit: nõ aliter huius qui postea mãdauerat, dandã accessionẽ Labeo ait, quàm si id ipsum dominus ei permiserit[h].

3 ¶ Sed & si à filio vel seruo rẽ emero, accessio tẽporis & quo apud patrẽ aut dominũ fuit, ita dãda est mihi, si aut volũtate patris dominive, aut cũ administrationem peculij haberet, vendidit[i].

4 ¶ Itẽ dãda est accessio cum eo† qđ apud pupillũ fuit, à cuius tutore, cũ is tutelã eius administraret[k], emisti. Idéq. in eo qui à curatore pupilli furiosive emerit, seruãdũ est: & si vẽtris nomine, aut eius quæ rei seruãdæ causa in possessione esset, dotis* suæ nomine deminutio facta sit. nam id quoque temporis accedit[l].

5 ¶ Hæ autem accessiones nõ† tã latè accipiendæ sunt, quã verba earũ patent: vt etiã si post venditionẽ traditionẽq. rei traditæ apud vẽditorẽ res fuerit[m], proficiat id tempus emptori: sed illud solum quod ante fuit, licèt venditionis tempore eam rem venditor non habuerat[n].

6 ¶ Et cui heres rem hereditariam vendidit: & heredis tempus & defuncti debet accedere.

XVI. PAVLVS *libro 3. ad Sabinum.*

ACcessio sine nostro tẽpore[o] nobis prodesse nõ potest.

a ¶ *In vsucapione.* triennij[a], & x. vel xx. an. *vt & supra de vsucap. leg. in vsucap.* secus[b] in præscript.[c] xxx. an. *vt infra de act. & obli. l. in omnibus. quæ est contra.* & est ratio: *vt supra de liberis & posthu. l. cum quidam.* Vel hic contra reales: ibi contra personales. Prima placet *& facit infra de verb. signifi. anniculus.* Sed argu. contra *supra de auro & arg. leg. l. & si non sint. §. quid ergo. & supra de mino. l. denique. §. minorem.*

b ¶ *Repleatur.* i. compleatur.

c ¶ *Vnde.* i. à quo. Accur.

d § *Non proderit.* vt hic. *& supra de adquir. pos. l. Pomponius. §. quæsitum.*

e ¶ *Potest.* vt *& ĩ. de adquir. pos. l. Pomponius in fin.*

f ¶ *Item adiiciendum est.* casibus prædictis.

g ¶ *Erat.* s. vt venderet.

h ¶ *Permiserit.* semper autem concessum[d] intellegitur, nisi sit prohibitum: *vt ŝ. manda. si procuratorem. §. j.* Sed quidam dicunt hic esse speciale[e], vt exigatur permissio specialis. Accur.

i ¶ *Vendidit.* vt *ŝ. de vsucap. l. si seruus.*

k ¶ *Administraret.* sunt enim quidam qui non administrant: & de his dic vt *ŝ. de auto. tuto. l. & si pluribus.*

l ¶ *Accedit.* i.[a] danda sit accessio. ad quid facit ŝ. *vt in pos. leg. l. si cui. §. qui legatorum. & l. quæ legatorum. & ŝ. de ven. in pos. mit. l. j. §. deminutio. & ŝ. de adquir. pos. l. possideri. §. fin.* Item facit ad superius respon. *ŝ. de iure do. l. siue generalis. & C. de nup. l. si furiosi.*

m ¶ *Res fuerit.* qui redemit quoquo modo. *ad quod est supra de vsuc. l. id tempus. in prin. & §. in re.* Accur.

n ¶ *Non habuerat.* sed erat apud emptorẽ vel vt deposita, vel vt commodata, *vel vt pignerata.* aliud si esset apud alium: *vt ŝ. e. l. §. j. ibi. sed & si ere. ĩ. eo. l. fin. & ŝ. de adqui. pos. Pomponius. §. quæsitum.* Vel dic quod non erat tempore vẽditionis, sed tempore traditionis.

ACcessio.] CASVS. Si emi à te rẽ alienã bona fide: tẽpus quo tu eam possedistis proderit ita demũ mihi si ego incipiam possidere illam rẽ. hoc autem fallit: quod dic vt in Gl. Fran. Accur.

o ¶ *Nostro tempore.*[b] hoc fallit in herede cui[c] procedit vsucapio sine poss. *vt supra de vsuc. l. captam. & l. nunquam. §. vacuã. & l. iusto. §. nondum.* Item facit ŝ. *de adquir. pos. l. Pomponius. §. si.*

DE DOLI MALI ET metus exceptione.

TITVLVS IIII.

More prudentis philosophi ponit diuisionẽ suã, dicẽs: Primo vidẽdũ esse qua de causa hæc doli exceptio sit inuenta. Secũdo, quomodo fiat dolus. Tertiò, contra quas personas detur. Quarto, quanto tempore duret: postea prosequitur membra sua declarando.

I. PAVLVS *libro 71. ad Edictum.*

QVò[p] lucidius intellegi possit hęc exceptio: prius de causa videamus quare proposita[q] sit: deinde quemadmodum dolo[r] fiat: per quæ intelligemus quando obstet[s] exceptio. deinde aduersus quas personas locũ habeat. nouissimè inspiciemus[t] intra quæ tempora competit ex

DE DOLI MALI & metus exceptione.

¶ *Exceptioni rei iudicatæ & exceptioni temporali subiicit doli mali & metus exceptionem, & doli quidem mali generalis est, metus specialis, Doli scripta in personam si in ea re nihil dolo malo actoris factum est, Metus scripta in rem, Si in ea re nihil metus causa factum est. alioquin superuacua esset exceptio metus nam qui metu fecit & dolum fecit, idémque discrimen est actionis de dolo & actionis metus causa. At contra sicut cõcurrere simul illæ actiones possunt in eum qui metum intulit, ita & exceptiones, quòd est in exceptionibus mirum minus. nec enim subsidiariæ sunt sicut actiones doli mali, sed concurrunt cũ exceptione pacti vel nõ numeratæ pecuniæ, vel rei venditæ & traditæ. vel quæ alia in factum. item actio de dolo temporaria est, exceptio perpetua. Porro in quibus causis doli vel metus exceptiones locum habeant & quibus personis obiiciantur hic titulus declarat. Cuia.*

QVò lucidius.] CASVS. Vt hæc exceptiõ doli rectè intelligatur, est primò vidẽdum qua de causa fuit inuenta. Secundò, quomodo fiat dolus: & sic per hoc sciemus quando obstat exceptio doli. Tertio dicit, vidẽdum est cõtra quas personas obiici possit hæc exceptio. Vltimò videndum erit quanto tempore duret hæc exceptio. Et certè scias quòd hæc exceptio est inuenta ideo, ne dolus alicuius ei quod ius ciuile admittebat, contra naturalem æquitatem prosit. quod dic vt in Glo. hic posita. Item sciendum est quòd ex eo quod fit, præsumitur dolus quandoque in contractibus: quandoque in testamentis: quãdoque in legibus. & da exempla vt in Gloss. Francisc. Accursius.

p ¶ *Quo lucidius.* quo, pro vt. ¶ Et no. quòd quælibet[d] res diuisa melius intellegitur: *vt Inst. de leg. §. sed non vsque.*

q ¶ *Proposita.* de hoc dicet statim §. ideò. *& ĩ. l. proxi. in princ. & §. circa.*

r ¶ *Dolo.* de hoc dicet *ĩ. ea l. §.* sed an dolo. Accur.

s ¶ *Quando obstet.* i. quibus casibus. quod dic vt *ĩ. l. proxi. §. j.* & idẽ dicit proxi. dictum, scilicet contra quas personas detur.

t ¶ *Inspiciemus.* vt *ĩ. eod. l. pure. §. f.*

† quidam legendum aiũt cui.
* vendẽdam.

† eo tempore quo.

a Momẽta cõsiderantur in vsucap. omnib. 3. 10. & 20. anno. vt in illis sufficiat attigisse momentum vltimi diei.
b Præscriptionis & vsucapionis differẽtia.
c In præscriptione 30. vel 40. annorum requiritur totum tempus esse completum: adeo vt si vna dies, vel etiam momentum vltimi diei superesset, nihil esset: secus in præscriptione 10. vel 20. an.
d Permissa intelliguntur quæ non sunt prohibita.
e Specialis permissio quibus casibus exigatur.

a Accedere (vnde accessio) in vsucapionibus, dicitur, quoties tempus auctoris (putà testatoris venditoris donatoris, & similium) iungitur successoris.
* dotis ſve nomine.

† Interpretatione restringere latè nimis patentes leges & senatusconsulta iurisconsultus potest.

b Tempus hĩc accipitur pro possessione.
c Vsucapio sine possessione quibus casibus procedat.

d Diuisione res commodius intelligitur.

Exceptio prætoria vincit ciuilem.
b Facti in pro qualitate facti.

a ¶ *Ciuilis.* nam tenet obligatio de iure ciuili: sed [a] opponitur exceptio de iure prætorio: *vt C. de inuti. sti pu. l. dolo.*

b ¶ *Ex facto.* id [b] est ex qualitate facti: *vt C. de rescin. vend. l. dolus.* 1 Vel aliter, id est ex eo quod factum est vel commissum, dolus præsumitur: *vt supra ma. l. dolus. & l. si procuratorem. §. dolo. & §. si ignorantes.* ¶ Sed oppo[c]. quòd aliàs dicitur ex perspicuis indiciis debere probari: *vt C. de dolo. l. dolum?* Respon. & tunc illum admissum probat [d] cum ex qualitate facti perspicuè ostendit. ¶ Item oppo. qui [e] dolum dicit &c. *vt supra de proba. l. quotiens. §. qui dolo.* Respon. satis probatur dolus, si qualitas facti in qua est dolus probatur.

c Probandus sit hic dolus, an vero in verdum praesumi possit.

d Probatur dolus si qualitas facti in quo consistit probatur. Hoc addendum dolum quandoque probari etiam ex obiectionis per gl. in e fin. de ... lib. 6.

e Probare dolum tenetur qui dolum allegat.

f Dolus vel in contractũ incidit, vel causam dat contractui.

c ¶ *In contractibus.* da [f] exemplum de incidenti, & de eo qui dat causam contractui: *vt supra de actio. emp. l. Iulia. §. si venditor. & §. seq. & de dolo. leg. & eleganter. in prin. & j. eo. per multas ll.*

d ¶ *In testamentis.* edendis [g] vel supprimendis: *vt C. si quis ali. testa. probi. leg. & ii. & C. ad l. Cornel. de falsis. l. eum. C. de inoff. testa. l. fratris in fin. & supra de leg. ii. l. cum pater. §. Titio.* Accursius.

g Dolus quẽadmodum cõmittatur in testamentis.

ceptio 1 ¶ Ideò autem hanc exceptionem prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis [a] contra naturalem æquitatem prosit.

2 ¶ Sed an dolo quid factũ sit, ex facto [b] intellegitur. 3 ¶ Et quidem dolo fit tam in contractibus [c], quàm in testamentis [d], quàm in legibus [e].

II. VLPIANVS *libro septuagensimo-sexto ad Edictum.*

PAlam est autem hanc exceptionem ex eadem causa [f] propositam, ex qua causa proposita est de dolo malo actio.

Exceptio doli aduersus eum contra quem proponitur non est in rem, sed ex parte eius qui eam proposuit sic. hoc dicit.

1 ¶ Sequitur vt videamus in quibus causis locum habeat exceptio, & quibus personis obiiciatur. Et quidem illud adnotãdum est [g], quòd specialiter exprimendũ est de cuius dolo quis [h] quæratur, non in rem [i], *sed si in ea re* [k] *dolo malo factum est*: sed sic, *si in ea re nihil dolo malo actoris factum est.* docere igitur debet is qui [l] obiicit exceptionem, dolo malo actoris factum: nec sufficiet ei ostendere in re esse dolum: aut si alterius [m] dicat dolo factũ, eorum personas specialiter debebit enumerare: dum modo hæ sunt, quarum dolus noceat [n].

2 ¶ Planè ex persona eius qui exceptionem obiicit, in rem opponitur [o] exceptio, neque enim quæritur aduersus quem commissus sit dolus: sed an in ea re [p] dolo malo factum sit à parte actoris [q].

Qui perseuerat petere vsque ad litem contestatam: quod sine causa stipulatus est, videtur dolo petere. hoc dicit.

3 ¶ Circa primam speciem, quibus ex causis exceptio hęc lo

e ¶ *In legibus.* condendis, vel interpretandis, non cancellandis: vt faciebat quidem Valicosius Papiensis. nam iudici interdum interpretari permittitur: *vt infra de appella. l. ab executore.* Accursius.

PAlam autem est.] CASVS. Nunc dicit quòd hæc exceptio est inuenta ex ea causa ex qua de dolo: & est ista, scilicet ne malitia alicuius sit ei lucrosa. Secũdo vult dicere in quibus casibus habeat locũ hæc exceptio, & quibus personis obiiciatur. & est sciẽdum, quia hæc exceptio obstat ei qui dolum cõmisit in ea re quã petit: nec sufficit ab aliquo commissum dolum. nam exceptio ex alterius dolo alteri non obstat, nisi ex dolo testatoris, ex cuius dolo potest opponi exceptio contra heredem. & idem in similibus quæ exempla habes in glos. hic posita quæ incipit, nocet quidem heredi &c. persona autem eius qui eam opponit, est hæc exceptio in rem. sufficit enim in ea commissum dolum ab eo qui vult agere: licèt non contra eum qui eam excep. vult opponere. Postea vult dicere quibus ex causis hæc exceptio locum habet, & ecce si stipulor à te sine causa, & ex ea stipulatione agam: obstat mihi exceptio doli. Item si spe futuræ numerationis stipulator à te x dein de non numero, & agam ex ea stipulatione: obstat mihi exceptio doli, cum causa non sit secuta. Item si promittis mihi x. in dotem dare pro Berta: & finito matrimonio ea à te petam. nam obstat mihi exceptio, cum causa ob quam promisisti, sit finita. Item si stipulatus sum à te decem mihi dari, & pure: postea feci tibi pactum de non petendo vsque ad annum: si intra annum petere volo, obstat mihi exceptio pacti: & etiam exceptio doli. dolum enim facio tibi cum contra pacti formam agere volo. & vt generaliter dicam vbicunque alia exceptio habet locũ, & hæc exceptio doli potest opponi. [NON MALE.] Mutuaui tibi decem sub certis vsuris: & accepi vsuras pro futuro tempore: putà pro anno. si interim volo petere sortem, obstat mihi exceptio. videor enim fecisse pactum de non petendo sortem pro toto anno pro quo accepi vsuras. [ITEM QVÆRITVR.] Habebas seruum cui erat relicta libertas si daret decem, emi à te illum seruum, ignorãs de libertate ei relicta prædicto modo. stipulatus sum à te de dupla si euincatur à me. nunc seruus dedit mihi x. & sic est impleta conditio libertatis, & sic euincit se in libertatem: volo agere contra te ex stipulatione duplæ. dicitur quòd possum: dum tamen in illa dupla velim computare x. quæ habui à seruo. si enim velim computare, repellor except. doli. hoc tamen fallit. si enim illæ x. quæ dedit mihi seruus, erãt ex re mea, vel ex peculio quod ad me spectabat, non teneor illa decem computare in dupla quam à te sum habiturus. Sed pone quòd antequam mihi traderes seruum, ipse seruus dedit tibi x. & sic se euincit postea in libertatem: agam cõtra te act. ex empto. vt illa x. recipiam à te. & est hoc verum si sum paratus tanto minus ex dupla exigere à te, alioquin repellor exцep. doli. & hoc dicit hic §. cum l. seq. Franc.

f ¶ *Ex eadem causa.* ergo ideò ne vel malitia [a] sua sibi sit lucrosa, vel istis simplicitas [b] damnosa [c]: *vt s. de dolo l. j. in prin.*

a Dolus nemini lucro esse debet.
b Simplicitas dolo opponitur.
c Simplicitas damno esse nõ debet.

g ¶ *Annotandum est.* s. circa personas contra quas opponitur, & à quibus.

h ¶ *Quis.* s. reus.

i ¶ *Non in rem.* potest opponi doli exceptio.

k ¶ *Si in ea re.* rectè ageres si &c. & da exemplum: *vt infra e. apud Celsum. §. item quæritur. & §. sed & si mulier. & leg. pure. §. si cui.* exceptio [d] ergo doli personalis est ex parte illius qui dolum commisit, vt contra eum solummodo opponatur: contra alium non: nisi ab [e] eo habeat causam lucratiuam vel prope: vel non lucratiuam, sed tamen res reuersura est ad dolosum: *vt infra eodem. leg. apud. §. si quis autem ex causa.* Sed ex parte eius qui eam opponit, est in rem: vt scilicet quilibet possidens si conueniatur ab eo qui dolum commisit vel cõmittit: *vt C. de rei vin. l. fin.* possit [f] scilicet opponi exceptio doli. Sed videtur illud falsum: nam si factum fuerit pactum de non petendo fideiussori: non prodesset reo, nec obstat exceptio si à reo petat. debet autem posse opponi ab omnibus qui possident sicut dicitur hic vnde distinguitur, vtrum dolus committitur in re adquirenda, vel obligatione pro qua vel ex qua modo agitur: quo casu locum habet quod hic dicitur. aliàs si non in adquirenda committit dolum sed in eo quòd venit contra pactum: non ob. except. *vt supra de pactis. l. fideiussoris. quæ est contra. Item facit supra de dolo. l. sed si ex dolo. §. fin.* Accur.

d Exceptio doli quo sensu dicatur personalis, respectu eius qui dolum cõmisit: realis in rẽ ex parte eius qui dolũ obiicit.
e Exceptio doli potest obiici iis qui dolo succedũt vel ex causa lucratiua, vel sine lucratiua, rem habitũ.
f Legendum est posse scilicet opponere exceptionem crudele.

l ¶ *Is qui.* scilicet reus.

m ¶ *Alterius.* quàm actoris.

n ¶ *Noceat.* Nocet [g] quidem heredi dolus testatoris, & alij vniuersali successori (vt per bonor. possess. vel per Trebel. vel per hoc quòd bona sint addicta causa libertatum conseruandarum, vel per arrogationem, & similia: *vt j. de reg. iur. leg. quod ipsis.*) 2 Item dolus auctoris à quo quis habet causam lucratiuam: *vt d. §. si quis autem.* vel [h] prope lucratiuam: *vt §. auctoris. d. l. apud. infra eod.* (si tamen agat iste qui causam habet à doloso: *vt §. si quis autem.* aliter si ipse conueniatur: *vt supra tit. j. l. an vitium.*) 3 Item nocet ei qui non ex causa lucratiua habet à doloso, quando res ad eum est reuersura: quod dic per exempla: vt in creditore: *vt infra eod. §. si quis autem. ibi, idem tractat. & c. d. l. apud.* 4 Item marito soluma. non constante: *vt infra eodem. leg. apud Celsum. §. sed & si mulier. & §. apud Iulianum.* 5 Item dolus tutoris vel curatoris obiicitur minori, vel alij personæ quæ habet curatorem, quatenus sint locupletati: *vt infra eodem. leg. apud. §. illa. & §. si quis. ibi, quæ in tutore &c.* 6 Sunt & aliæ personæ de quarum dolo obiicitur, quas videre potes *infra eodem. l. apud. §. in hac. & §. quæsitum. & §. mandaui.* 7 Sed & singularis successor, & ex causa non lucratiua repellitur si velit vti accessione temporis sui auctoris, non aliàs: *vt infra eodem. l. apud Celsum. §. de auctoris. & supra de adquirend. possess. l. Pomponius. §. cum quis.*

g Dolus alterius an & quando noceat alteri, maximè successori vel vniuersali vel singulari.
h Lucratiuæ & prope lucratiuæ similitudo.

o ¶ *In rem* [i] *opponitur.* Contra *supra ad Maced. l.* [k] sed & Iul. *§. sed & si filius. & s. de secun. tab. l. pen. §. planè in fi. contra. & s. si ser. vind. l. loci. §. competit. contra.*

i Exceptio doli realis dicitur, quia quocunque potest opponi: personalis quia nõ potest nisi de doloso obiici.
k Adde l. si filius. § sed Iulianus.

p ¶ *Re.* adquirenda. non retinenda: *vt dict. l. de pactis. l. fideiussoris.*

q ¶ *Actoris.* id est an actor in ea re dolum commiserit. & large accipe hic dolum, vt etiam si bonam fidem habuit in re adquirenda, si tamen deficit titulus, vel aliquid de illis quæ sunt necessaria ad Publicianam, repellatur hac exceptione, si postea rem illam à quocunque possessore vindicet: *vt & C. de rei vindica. l. fin.* Vel dicas hunc non tunc, sed nunc dolum committere, quando petit *argu. infra proxi. §.* Item si habuit scientiam rei alienæ, loco doli accipitur, cum nec vsucapere possit, nec Publicianam habere. Et eadem in personali quæsita, siue dolo promittentem induxit,

duxit, siue etiam bona fide: sed tamen causa deest quæ adesse credebatur. Dic ergo factum in præteritum, vel etiam fieri in præsenti: *vt infra prox. §. & infra de verb. oblig. l. si quis cum aliter.* Accursius.

a ¶ *Sine causa.* Vel quia in stipulando causa non exprimitur à contrahentibus: *vt supra de proba. leg. cum de indebito. §. fina.* Vel exprimitur quæ ab vtraque parte inesse creditur, & non inest, vt si credo te vendidisse vel mutasse procuratori meo, & ideo ex causa venditionis vel mutui promitto: *vt C. de non numera. pecun. l. si ex cautione.* Idem & si tu etiam in hoc credebas te mutuasse procura, vel alium pro te. ¶ Sed quid[b] si ego qui promitto sine causa scio causam non inesse, tu credas inesse? Resp. videor donasse[c]: & sic teneor: *vt arg. infra de regulis iuris. leg. cum. & C. ad leg. Falc. l. fin.* secus fortè si & tu sciascausam non inesse quia in pari causa &c. *vt infra de verbo. oblig. l. si seruum. §. sequitur.* & adde quod no. *C. de non nume. pecu. leg. generaliter.* in distinctione ibi posita. ¶ Item an hic libellus[d] sit admittendus, peto decem quia promisisti? videtur quod nō, cū in promissione non sit causa sufficiens. vt hic, sicut nec hæc sit causa sufficiēs, quia rex est in Francia: ideò dare debet: quia promisisti ex causa mutui, vel simili (licèt sit argu. contra supra *ti. tu. y. l. cum de hoc.* Sed illam expone vt ibi) ergo nec ista, peto par caponum singulis annis quia tui maiores promiserunt: sed debet adiici, pro possessionibus quas à meis maioribus maiores tui habuerunt. probata[f] tamen diuturna præstatione præsumitur promissio, & causa: *vt not. s. de vsur. leg. cum de in rem verso.*

b ¶ *Nocebit.* tenet ergo sed[g] exceptione eliditur, nisi causa probetur: *vt no. C. de non nume. pecu. l. generaliter.*

cum habeat, hæc sunt quæ tractari possunt: Si quis sine causa[a] ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur: exceptio vtique doli mali ei nocebit[b]. licèt enim eo tempore quo stipulabatur, nihil dolo malo admiserit[c], tamen dicendum est eum cum litem cōtestatur, dolo facere, qui perseueret ex ea stipulatione petere & si cum interponeretur, iustam causam habuit: tamen nunc nullam idoneam[d] causam habere videtur. Proinde[e] & si crediturus[f] pecuniam stipulatus est, nec credidit: etsi certa fuit causa stipulationis, quæ tamen aut non est secuta[g], aut finita est[h]: dicendum erit nocere exceptionem.

Qui pasciscitur de pecunia non petenda vsque ad tempus, & petit ante tempus: patitur duplicem exceptionē, scilicet pacti, & doli mali: & vbique fit vb: quis petit quod per exceptionē potest elidi h. d.

4 ¶ Item quæritur, si quis purè stipulatus sit certam quantitatem, quia hoc actum sit: sed post stipulationē interpositam pactus sit ne interim pecunia vsque ad certum diem petatur, an noceat exceptio doli. Et quidem & de pacto cōuento excipi posse, nequaquam ambigendū est[i]. Sed & si hac quis exceptione vti velit: nihilominus poterit. Dolo enim facere eum qui contra pactum petat, negari non potest.

5 ¶ Et generaliter sciendū est, ex omnibus in factum[k] exceptionibus[l] doli oriri exceptionem: quia dolo facit, quicunque id quod quaqua exceptione elidi potest, petit. Nam etsi inter initia nihil dolo[m] malo facit, attamen nunc petendo facit dolosè: nisi si talis sit ignorantia[n] in eo, vt dolo careat. 6 ¶ Non malè dictum est[o], si creditor vsuras[p] in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat antequam id tempus prætereat, cuius temporis vsuras accepit: an doli exceptione repellatur. Et potest dici, dolo eum facere. accipiendo † enim vsuras, distulisse videtur petitionem in id tempus quod est post diem vsurarum præstitarum, & tacitè conuenisse interim se non petiturum. 7 ¶ Item quæritur, si statuliberum mercatus quis fuerit iussum decē dare, cum hoc ignoraret[q]: & duplam stipulatus fuerit, deinde decem acceperit[r]: euicto eo in libertatē, agere ex duplæ stipulatione potest[s]. sed nisi decem quæ implendę conditionis causa acceperit, deduxerit[t]: exceptione summouendus erit. & hæc ita Iulianus quoque scripsit. Si tamē ex † re emptoris, vel ex peculio quod ad emptorem pertinebat, pecuniam dederit statuliber, potest dici exceptionem nō nocere[u]: quia dolo non faceret.

III. PAVLVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

ITem si ob id[x] quòd antequā dominium ad me trāsferatur, venditori dederit decem[y], & agā ex empto vt decem recipiā[z]: ita puto competere mihi actionem, si paratus sim ex duplæ stipulatione eum liberare[a].

Qui dolo non mandat, quod aliàs esset mandaturus si dubitaret factum non secuturum: censetur esse in dolo. hoc dicit.

IV. VLPIANVS *libro septuagesimosexto ad Edictum.*

APud Celsum quæritur: si cū Titio mandassent creditores

c ¶ *Admiserit.* quia credebat causam esse, quæ non erat.

d ¶ *Idoneam.* supra non aderat causa nec re, nec spe: hic adeat saltem spe: vt in exemplo quod sequitur, proinde &c.

e ¶ *Proinde.* id est ergo.

f ¶ *Crediturus.* non tamen credidit: *vt supra si cer. pe. l. qui pecuniam.*

g ¶ *Non est secuta.* vt in mutuo.

h ¶ *Finita est.* vt matrimonium. *& facit s. de pac. l. iurisgen. §. fine. & j. de pollici. l. j. §. si verò. & supra de condic. sine causa. l. j. & l. qui sine & j. de fideius. si stipulatus esset. in prin. & j. de verb. oblig. l. si quis cum. & j. §. & generaliter.*

i ¶ *Ambigendum est.* vt *Inst. de excep. §. præterea. & supra de pactis. l. item quia.* Accur.

k ¶ *In factum.* omnes[h] dicuntur in factum: quia ex facto vel non facto oriuntur: *vt supra de excep. leg. exceptiones. & ar. infra eodem l. apud. §. aduersus. quæ est contra.* Accur.

l ¶ *Exceptionibus.* vt *j. eod. l. qui æquitate. & supra de praescrip. ver. l. quotiens.*

m ¶ *Nihil dolo.* quia[a] ignorauit quare non debeat petere: *vt infra de regu. iur. l. qui in ius. & facit s. de pact. l. iurisgen. §. fine & supra deposi. l. si quis inficiatus. in princip. & supra de tribu. leg. illud. §. si tamen.*

n ¶ *Ignorantia.* vel nisi reuerentia[b] personæ hoc faciat: *vt infra e. l. apud. §. aduersus quæ est contra.*

o ¶ *Non malè dictum est.* quærendo.

p ¶ *Vsuras.* facit[c] *supra de pactis l. qui in futurum. & de le. commiss. l. lege. §. fin. & leg. post diem.*

q ¶ *Ignoraret.* emptor, scilicet eum statuliberum esse. Quid ergo si sciuit? Respon. idem, ex quo est stipulatus: *vt j. eo. l. apud. §. item Labeo. & C. de euic. si fundum.* Sed contra *s. de contrahen. empt. leg. ea quæ.* Sed ibi sanitatem, hic pecuniam emptor est stipulatus, scilicet duplum. Item secus si fuit sciens & stipulatus non fuit: *vt supra de euic. l. qui libertatu.*

r ¶ *Acceperit.* nam in persona emptoris potest impleri conditio libertatis: *vt supra de statulib. l. si statuliberu. §. j.*

s ¶ *Potest.* emptor.

t ¶ *Deduxerit.* de duplo quòd nec petit.

u ¶ *Non nocere.* & sic decem sibi data habebit, quia & sua & duplum pretij habebit à venditore.

x ITem si ob id. scilicet agam ex empto, quòd est j. Accur.

y ¶ *Decem.* non ex re sua alioquin contra: vt s. posuit in emptore. *& s. de act. empt. l. Iulianus. §. sed & si quid præterea.* ¶ Item subaudi hic, & postea hominē tradidit mihi ignoranti liberum eum factum: & postea se euicit in libertate ex causa præcedente venditionem: alioquin malè diceret ex duplæ stipulatu venditorem conueniendum, cum non videtur venditor ea debere teneri, nisi[d] post traditionem emptori factam euincatur, *supra de euict. l. euicta. §. j.* secundùm Azo. & Hug. 2 Sed quidā dixerunt ar. huius l. posse agi de dupla pro euictione. re euicta etiam ante traditionem, & post venditionem.

z ¶ *Recipiam.* quæ occasione rei emptæ ad eum peruenerunt: cum seruum hac datione liberum factum præstare non possit.

a ¶ *Eum liberare.* pro rata parte, & in decem.

APud Celsum. Casvs. Creditores hereditarij excepto[e] vno mādauerunt Titio vt hereditatem non idoneam debitoris defuncti adiret. ille autem vnus bene mandasset illud idem si ad mandatum aliorum Titius non adiisset: & Titius adiuit hereditatem prædictam. nunc creditor non mandans vult petere debitum quod sibi debetur ab isto Titio. dicitur quòd repellitur excep. doli in eo quod inuenitur vltra vires hereditatis: quod intelligas vt

a Sine causa promittere is videtur, quoties vel causa non exprimitur, vel ex falsa sen putatiua causa quis promittit.

b Causæ ex primo quibus casibus necessaria vel non necessaria: & vide hic apud Alberic.

c Donare videtur qui sciens causam non inesse, quid alteri promittit.

d Libellus hic, an sit admittendus: peto decē quia promisisti, vide Lanfra. de Oria. & e quoniam contra falsam §. petitionis. n. 26. vers. vt etiam, in fi. & ibi Bene. de Vadis extra de proba.

e Causam nō sufficientem & nullam exprimere paria.

f Probata diuturna præstatione census & similium, præsumitur promissio & causa.

g Exceptionis proprium est elidere, ea quæ si non opponerentur, tenerent.

h In factum actiones dicuntur etiam eæ quæ ex non facto oriuntur.

a Dolo nō petit, qui ignorat, quare petere non debeat.

b Reuerentia causa, filius patri doli exceptionem obiicere non potest.

c Vsuras pro futuro tēpore accipiens, si fortem interim petat, exceptione doli repelli potest.

† Statuliber potest pecuniam vendere cuicunque quæsitit redimere libertatem, vndecunque, quam, puta ab extraneo: In fi. & ex pecunia domini, si peculiū habuit, imò & ex ea domini tandem fauore libertatis.

d Euicta re duplæ stipulatio committitur ob rem euictam, si tamen ante euictionem res tradita fuerat emptori. secū dùm Azonē & Hugolinū, licet quidam existimauerit demesse, etiā si res non fuerat tradita emptori.

res hereditarij, vt adiret hereditatem [a], vnus † non mandasset decipiendi eius causa [b], mandaturus alioquin si non foret hic aditus, deinde agat: an exceptione repellatur. Et ait Celsus doli eum exceptione repellendum [c].

1 ¶ Iulianus scripsit: Siquis cùm æger † esset, centum aureos vxoris suæ consobrino spopondisset [d], volens [e] scilicet eam pecuniam ad mulierem peruenire: deinde conualuerit: an exceptione vti possit, si conueniatur. Et refert [f] Labeoni placuisse, doli mali vti eum posse.

2 ¶ Si in arbitrum [g] compromiserimus: deinde cum non stetissem [h] ob aduersam valetudinem, pœna commissa est: an vti possim doli exceptione [i]? Et ait Pomponius, prodesse [k] mihi doli exceptionem.

3 ¶ Item quæritur [l] †, si cum eo à quo tibi sexaginta deberentur, compromiseris: deinde per imprudentiam [m] pœnam centum stipulatus fueris: Labeo putat conuenire officio arbitri, iubere tantùm tibi dari, quantum re vera debeatur [n]:

in glossis. [IVLIANVS SCRIBIT.] Titius infirmus causa mortis consobrino vxoris suæ promisit dare c. volens eam pecuniam ad vxorem suam peruenire. deinde Titius conualuit. si ex illa promissione conuenitur Titius: habet exceptionem doli mali. [SI IN ARBITRVM.] De causa quam habebam contra te, compromisimus in arbitrum, & promisimus obedire dicto arbitri in omnibus, & sub pœna. tandem cum arbiter præcepisset mihi vt tali die coram eo adessem: infirmitate ductus non iui, & sic incidi in pœnam. si aduersarius eam à me petat, habeo exceptioné doli. [ITEM QVÆRITVR.] Pone casum vt in glo. domini mei Accur. quæ incipit. potest ita exponi. [SI QVIS PVPILLO.] Quod debebam pupillo, solui ei sine tutoris auctoritate. ex ea pecunia factus est locupletior. si iterum eam pecuniam à me petat: obstat sibi exceptio. nam & si mutuam accepit pecuniam sine tutoris auctoritate, & eam conuertit in suam vtilitatem: si ad eam conueniatur & excipiat, replicabitur. & quod dixi in pupillo, idé in adulto & in furioso. [ITEM LABEO.] Emi à te seruum fugitiuum, sciens esse fugitiuum: stipulatus tamen sum à te eum non esse fugitiuum. postea inuenitur fugitiuus. ago ex stipulatione prædicta. tu excipis, quia sciebam fugitiuum: ego replicabo, quia sum stipulatus. non teneris act. ex empto, nec alia. [QVOD SI IS CVI PECVNIA.] Titius debebat mihi Francisco x. hic Titius mandauit Sempronio vt hoc nomen à me emat. ego autem de hoc debito transegi cum Titio. postea nomen illud Titij vendidi Sempronio ignoranti prædictam transac. & promisi non agere contra Titium ad dicta x. & per me non fieri quo minus exigeret ab eo. postea egi contra Titium ad decem, & fuit condemnatus, quia non potuit de transact. probare: & soluit mihi dicta x. nunc Sempronius vult agere contra me ex promissione quam ei feci. dicitur quod potest, non obstante excep. doli, nisi sim paratus reddere quantum ab eo recepi. nam si hoc reddam: in tanto obstat sibi excep. & hoc si habes in litera, ab emptore. aliàs est à debitore: & tunc plana. [LABEO.] Egi contra te rei vindi. ad seruum, & obtinui: tandem iussu iudicis promisisti intra certum diem dare eum mihi, & sub pœna hoc promisisti: tandem non dedisti intra diem: & sic incidisti in pœnam. nunc volo petere pœnam, & ipsum seruum. dicitur quòd obstat mihi excep. doli. vnum enim de his petere debeo. non ambo. [ITEM QVÆRITVR.] Obligaui tibi vniones pro x. id est margaritas pretiosas: & conuenit vt redderes mihi easdem margaritas prædictas solutis x. nunc culpa tua amisisti margaritas, & sic teneris ad æstimat. & si agas contra me ad x. ego excipiam excep. doli: quia non reddis mihi margaritas prout conuenit: nec reddam tibi debitum, id est prædicta x. [SI MINOR.] Minor mihi seruum suum donauit, & tradidit: nunc à me vindicat. dicitur quòd obstat sibi exce. doli, nisi reddat impensas quas in seruum feci circa alimenta, vel circa alia. [PRÆTEREA.] Si aliquis petat aliquid ex testamento contra voluntatem testatoris, repellitur excep. doli. hinc est quòd si heres institutus in testamento Titij (de qua institutione Titius testator pœnituit expresse, vel tacitè: quæ exempla dà vt in glo. quæ incipit, vt &c. hic heres petit hereditatem ex prædicta institut. repellitur excep. doli. Secundo dicit: testator instituit me heredem in vna vncia hereditatis, quæ vncia valebat ducenta. & si hoc nollem, legauit mihi c. ego accipere legatum volo, & non vnciam iure institu. dicitur quòd audior, nec repellor excep. doli. Sed pone quod repudio institutioné habens pretium ob hoc à substituto. dicitur quod legatũ petere non possum, quasi heredi, videar habere. & sic repellar excep. doli. [QVÆSITVM.] Cum haberem vsumfruct. in fundo tuo: consensi tibi vt venderes fundum. dicitur quòd videor per hoc amisisse vsumfruc. vnde si eum vsumfru. amodo petam: obstat mihi except. [MARCELLVS.] Pone casum vt in gl. quæ incipit, fortè posset hoc modo intelligi &c. [CONTRA SENATVS.] Mutuaui x. cuidam filiofami. qui se asseruit esse sui iuris. si agam ex mutuo contra eum, & ipse excipiat ex Macedoniano: ego replicabo de dolo. [LABEO.] Dum te conuenirem ad fundum, transegi tecum & promisi dolum nõ cõmittere: vt si amodo petam à te fundum, & sic contra transact. veniam, licèt possis me conuenire ex stipulatione propter dolum istum, quia contra transact. venio: tamen excipere de dolo, potes, quia licèt in prima petit. fundi dolum non commisi, nunc tamen committo cum cõtra transact. venire volo. & hunc casum habes in fine Glo. quæ incipit, potes punctare &c. vel aliter potes ponere casum vt in prin. eiusdẽ Glo. h. d. vsque ad §. aduersus. Franc.

a ¶ *Hereditatem.* non idoneam: quo casu contra eos doli exceptio, & pro non mandantibus de dolo actio datur, in eo scilicet quòd vltra vires hereditarias conueniretur: *vt supra de dolo. l. fin.* 2 Vel dic mandauerunt remittentes partem debiti: ad quã scilicet remissionem [a] partis tenentur alij, si maior pars remittat: *vt supra de pact. l. iurisgentium. §. final. & leg. sequen.* & secundùm hoc dic, mandaturus, scilicet maximè. nam tenetur stare maiori parti: vt dixi. 3 Tertij dicunt quòd hic nihil voluit remittere: quo casu non tenetur stare sententiæ aliorum, nisi aliàs erat mandaturus si non adiret. & l. iurisgen. intelligunt tantum tunc quando omnes volunt remittere, sed non æqualiter: vt tunc stare teneatur sententiæ maioris partis. & *facit ℥. man. l. hereditatem. & ad Velleia. l. si. in pr. n.*

b ¶ *Causa.* Sed quomodo scire poterimus vtrum iste demandasset, aut non, vt obstet ei doli mali exceptio, vel non? Respond. per precationes [b], suasiones, & admonitiones, quas fortè iam ei fecerat vt adiret: *vt ℥. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fi. & arg. infra de verb. oblig. Tit. o. §. j.*

c ¶ *Repellendum.* Sed cur, cum nec dicendo, nec faciendo dolum commisit? Respon. hoc ideò, quia fraudulosè tacuit. nam & aliàs fraus doloso præiudicat: *vt C. ad Velleia. l. si fine.*

d ¶ *Spopondisset.* volens donare causa mortis. nisi [c] enim mortis fiat mentio, non intelligitur mortis causa donatio: *vt supra de dote prælegata leg. Seia.* Immo præsumitur donatio inter viuos, *vt supra de donatio. causa mortis leg. Sei. . in fi.* Hic ergo causa [d] mortis donatio reuocata fuit per conualescentiam: *vt & supra de donatio. causa mortis leg. mortis causa. v. §. Titia. & si certum petatur leg. non omnis.*

e ¶ *Volens.* an tamen hæc voluntas sit valida, vt mulier stipuletur, *not. de dona. causa mortis l. j.*

f ¶ *Refert.* s. Iulianus.

g ¶ *Si in arbitrum.* aliàs arbitrum: & aliàs arbitrium.

h ¶ *Non stetissem.* vbi præcepit arbiter.

i ¶ *Exceptione.* si à me petatur.

k ¶ *Prodesse.* quod speciale circa iudicia & arbitria intelligo. aliud [e] igitur in contractibus. nam ibi cum effectu pœna committitur: *vt infra de verb. oblig. continuus. §. illud insu. & facit ℥. si quis cau. l. ij. §. si quis. & leg. iiij. §. item si quis & de arbi. si cum dies. §. si quis ex.* ADDITIO. Dic quòd illud dictũ Glos. est falsum, quãdo dicit quod est speciale in iudiciis: *per l. si vendenda. §. idem iurx. supra ad l. Rho. de iac. & no. in l. quod te. §. si cer. petat.* Nec ob. *lex continuus. §. illud. ℥. de verb. oblig.* quia verum est quod difficultas non excusat ab eo quod principaliter deuenit in obligationem: sed ab eo quod deuenit in pœnæ commissionem, difficultas excusat: secundùm Bar. hic.

l ¶ *Item quæritur.* potest ita exponi hic §. quòd verè sexcenta debentur: & quòd centum tãtùm credebat actor sibi deberi: fuit tamen factum generale compromissum de eo quod deberetur vel peteretur: & quod dicit pœnam centum, id est pro centum quæ sola actor imprudens sibi deberi putabat: & secundùm hoc non est pœna minor quã id quod creditur deberi. vel etiam dic quod de sexcentis fuit compromissum: sed alio tempore primo fuerat pœna promissa, quando credebat sola centum sibi deberi. & expones eodem modo pœnam centum, id est pro centum quæ deberi putabat. Vel dic secundo casu, quod bene sciebat actor sexcenta deberi: sed non credebat sibi licere stipulari nomine pœnæ vltra centum: & sic est minor pœna quàm res quæ petitur, & de qua compromissum est: & secundùm hoc dic pœnam centum, id est centum nomine pœnæ. Accur.

m ¶ *Per imprudentiam.* secundùm primum casum imprudentia est circa sortem, secundùm alium circa pœnam. Accur.

n ¶ *Debeatur.* s. sexcenta: cum de omnibus est compromissum, secundùm vtranque positionem. & facit ad hoc officium æquitatis. *C. de iudi. l. placuit.*

† Differens dolose aliquid in præsenti facere, si id postea facere velit, doli exceptione repellitur. *ad de Bal. in l. 1. C. de seruo fugitiuo l queritur. C de testibus.*

† Aeger promittens aliquid, mortis causa promittere potius videtur, quã simpliciter donare. Ideòque valetudini restituto, & ex promissione conuentus, doli exceptione agente stipulatore submouebitur, dolo enim facit qui id purè petat, quod sub cõditione mortis tacita, quæ nõ secuta est, promissum est. Neque tam. admitto nomis generalé rationem Zasij quid ideo fieri putat quòd conditione promittentis mortis, mutetur etiã promissio. Nã si id præcisè verum esset, donatio facta necnon tacite res quasi mutationem donatione accidente: quod est falsum.

a Spoliati creditores remittere partem debiti cogũtur, si pars maior creditorũ, partem remittere.

† Partem debiti petenti actori poteſt quinquaginta de centum sibi debitis: potest reus opponere; & petere, vt agat in solidũ. idque vitãda frustrationis causa. Imo, in l. iure inf. de ope obla.

b Probatur his quæ quis ante dixerit animus & quo animo quis fecerit aliquid.

b Arg. in l. 1. sup. de eo per quem fac. erit quo minus quis in iudic. sistat.

c Donationi si nõ facta sit mortis mẽtio (puta si donatio nõ est collata in tẽpus mortis) inde. bic donatio inter viuos intelligitur, nõ causa mortis. vide Gl. in l. Seia. 41. in verbo permutetur, sup. de mortis causa donat. ad de C. arum. 4. fectum §. do. nato. q 4.

d Donatio causa mortis reuocatur per cõualescentiã.

e Imò idem, vt reprobata hac Gl. sentit Bar. & Zas. Itaque, vt in iudiciis & arbitriis, sic in cõtractibus difficultas præstandi excusat à mora & pœna opposita doli exceptione. l. si vendenda. §. idem scribis sup. ad l. Rhodiam.

a ¶ *Et si non fiat.* i. non condemnat in sexcentis, sed in centum tātùm non debet vetare de quingentis non petendis.

b ¶ *Fuerit.* i. fecit quod non debuit, scilicet vetando de quingentis petit: nunc non poterunt peti quigenta. (Sed quare a hoc cum de toto compromissum fuit, & fortè etiam totum petitum? Resp. quia persecutio non fuit in totum: *vt C. de indi. l. licet & ℥. de excep. rei iudi. leg. & an ea dem §. actiones.* & hoc secundùm vtrunque casum.) 2 Vel dic verius, omisit. s. nil dicendo de quingentis: & tunc poterunt scilicet peti integra sexcenta: quia b sententia non valet ipso iure, in qua, scilicet sentētia, in parte cōdemnauit, in alia tacuit: *vt ℥. de arbi. leg. de rebus. & C. de appel. l. eos §. in prin. ibi, omnem causam &c.*

¶ Sed aliud c in iudicio ordinario: vt quidam dicunt: quia ibi videtur tacitè absoluisse in eo quod tacuit. *& pro eo. C. si aduersus rem iudi. leg. j.* Sed verius idem in eo. & dic quòd ibi in reliquo absoluit: vt ibi no.

c ¶ *Petatur.* à te qui vis petere quingenta, & sic non stās firmus compromisso. Accursius.

d ¶ *Profuturam.* s. si paratus sit tantùm & minus de sexcentis accipere, quantū est pœna: aliàs contra d est. *supra pro socio. l. si quis à socio. & l. sequenti.* 2 Vel dic secus: quia pœna apponitur loco contemptus arbitri: qui meritò potest hic contemni, cum sententia non valuerit: quia non de toto iudicauit: & sic nil remittetur de sexcentis occasione pœnæ. Ibi autem successit loco rei, *argum. supra de arbi. leg. si quis rem & l. non distinguemus in princip.* quæ esset contra, si diceret tantùm remitti de sortè, quanta est pœna: quia sic referret esset maior e pœna, vel minor: quia lex illa, distinguemus: non vult interesse. Vel econtra si diceres hic non tenere sentētiam ideo, quia pœna fuerit minor: sed certè nō est ideò: sed quia in parte tacuit, vt dictum est. & sic non obstat. *& facit supra de arbi. l. Labeo.* & de eo per quem factum. *est. l. ex hoc §. fin.* Accur.

e ¶ *Esse exceptionem.* i. replicationem.

f ¶ *In cæteris.* vt furiosis. & his quibus est interdictum bonis: & adultis curatores habentibus: *vt ℥. de verb. oblig. is cui. & C. de in integ. resti. mino. l. si curatorem. & facit C. de admini. tu. l. sancimus. j. & ℥. de sol. l. in pupillo. & l. pupillo. & Institut. quibus alie. non licet §. fin.* Accursius.

g ¶ *Conuenit.* Contra supra *de contraben. emp. ea quæ.* Solue. hic expressim de ipso vitio stipulatus est: & ideò non potest repelli excep. Ibi g in genere, scilicet eum esse sanum. 2 Vel hic stipulatus erat pretium: ideò egit de pretio: ibi non erat stipulatus, & ideò nec agit, quia sciebat. Item contra. *C. communia de leg. l. si. §. fin.* Sol. ibi speciale. Et facit. *C. de adil. actio. l. iv. §. j. & C. de euict. l. si fundum. & C. commu. vtriusque iudi. l. si fratres. in fin. & supra de adil. edic. l. si tamen §. adilitia.*

h ¶ *Decidit.* paciscendo se pecuniam non petiturum: imme actionem se venditurum ei cui debitor nomen emendum mandauerat. Ego primum approbo. Dic ergo, decidit, id h est transegit. Accursius.

i ¶ *Vendidit.* post transactionem.

k ¶ *Seio* qui ignorabat transactionem factam.

l ¶ *Mandauerat.* ante transactionem: vnde facta postea transactione debuit reuocare mandatum antequam emeret mandatarius.

& si non fiat a, nō vetare ne quid amplius petatur: sed etiam si id omissū fuerit b, peti posse quod debeatur, Labeo dicit: & si fortè pœna petatur c, doli mali exceptionem profuturam d.

Qui locupletior factus est solutione sibi facta: si iterum petat, summouetur doli exceptione.

4 ¶ Si quis pupillo soluerit sine tutoris auctoritate id quod debuit, exque ea solutione locupletior factus sit pupillus: rectissimè dicitur exceptionem petentibus nocere. nam & si mutuam acceperit pecuniam, vel ex quo alio contractu locupletior factus sit: dandam esse exceptionem e. Idémque & in cæteris f erit dicendum, quibus non rectè soluitur. nam si facti sint locupletiores, exceptio locum habebit.

5 ¶ Idem Labeo scribit: si quis fugitiuum esse sciens emerit seruum, etsi stipulatus fuerit fugitiuum non esse, deinde agat ex stipulatu: non esse eum exceptione repellēdum, quoniam hoc conuenit g, quamuis ex empto actionem non haberet. sed si non conuenisset, exceptione repelletur. 6 ¶ Quòd si is cui pecunia debebatur, cum debitore decidit h, & nomen eius vendidit i Seio k, cui debitor mandauerat l vt nomen emeret: déque ea re emptor stipulatus est m, deinde creditor eam pecuniam retinet, quàm per iudicem abstulit n: an emptor o ex stipulatu possit experiri? Et Ofilius putat, si venditor nominis paratus non sit reddere quantum ab emptore p acceperit, non nocituram q exceptionem doli mali r. & puto sententiam Ofilij veram.

Qui petiit quod promissum est sub pœna, & cum hoc ipsam pœnam: summonetur exceptione doli h. d.

7 ¶ Labeo ait, si de homine petito s secundùm actorem fuerit iudicatum, & iussu iudicis satisdatum t sit u, hominem intra certum diem x tradi: & si traditus non fuisset, pœnámque stipulatus sit: petitorem, qui & hominem vindicat y, & pœnam petit, exceptione z esse repellendum. iniquum enim esse, & hominem possidere a, & pœnam exigere b.

Creditor qui perdidit sua culpa pignus quod reddere promiserat soluto debito: si debitum petat, & non reddat pignus, summouetur doli exceptione. hoc dicit.

8 ¶ Itē quæritur, si vniones c tibi pignori dedero, & cōuenerit vt soluta pecunia redderētur: & hi vniones culpa tua d perierint, & pecuniā petas: extat Neruæ &

m ¶ *Stipulatus est.* quòd creditor non peteret vel exigeret pecuniam à debitore, nec faceret quo minus iste emptor exigat illam pecuniam.

n ¶ *Abstulit.* debitori agendo contra ipsum, qui debitor cum non potuisset probare transactionem factam, condemnatus est, & sic soluit.

o ¶ *Emptor.* contra venditorem.

p ¶ *Ab emptore.* aliàs debitore: & tunc planum est. aliàs ab emptore, scilicet nominis: & tūc dic idem & si sit paratus, secūdùm quosdam: & sic subaudi maximè. 3 Vel secūdùm Azo. dic quod si paratus esset, noceret doli mali exceptio in eam summam quæ reddatur: non in aliam quam potuisset extorquere emptori à debitore. vel si habes, à debitore acceperit: tunc planum est. Illud certum est debitorem teneri emptori ad mandandum actionem: putà condictionem a sine causa ad recipiendum indebitum, quia post transactionem reuocare debuit mandatum ante venditionem.

q ¶ *Non nocituram.* emptori agenti ex stipulatu contra venditorem. Accur.

r ¶ *Doli m* *li.* quia nō debet locupletari cum aliena iactura.

s ¶ *Petito.* rei vindi. *vt ℥. patebit.*

t ¶ *Satisdatum.* iudi. solui. Accur.

u ¶ *Sit.* quod faciendum est: *vt Inst. de offic. iudi. §. j.*

x ¶ *Intra certum diem.* putà intra mensem post sententiam dandam.

y ¶ *Vindicat.* non ergo nouatur actio prima per sententiam: quod dic *vt not. C. de iudi. l. j.* Vel dic, vindicat retinendo *sic C. de Carbon. ed. l. prima.* Accursius.

z ¶ *Exceptione.* facti fortè quo ad hominem: ne b obsit *infra de action. & obligation. l. obligationum. fere. §. fin.* 2 Vel sit nouatio quod ad effectum, non ipso iure: & ideò dicit ibi quasi. 3 Vel hic accepit hominem postquam iam non debebatur: sed pœna tamen debebatur: vnde videtur remisisse pœnam *supra de eo quod certo loco. l. fin. in fin.* 4 Vel dic, si vtrumque petat post diem, in homine videtur repelli ipso iure, in pœna nullo modo: *vt in leg. contraria.* vnde si placet reo, non repellat ipso iure in homine: quod est contra se, id est contra actorem quia fortè expediebat ei potius habere pœnam quàm hominem: quod est contra se, id est reum: sed tamen opponat exceptionem doli, si petatur vtrumque. sed si ante diē petat: in pœna ipso iure repellitur: in homine nullo modo repellitur.

a ¶ *Possidere.* i. petere vt sic possideat. vel proprie.

b ¶ *Exigere.* nam maioris æstimationis fuit homo quàm pœna quia in residuo, scilicet si esset maior pœna, nō obstaret exceptio: *vt ℥. dixi ea. l. § item. & facit C. de contraben. stipul. l. nuda. & ℥. si quis cau. si duo. & ℥. de verborum oblig. l. ita stipulatus. in fi.* Sed contra c, ℥. *de transac. qui fidem.* Sed ibi actum fuit. Item facit. ℥. *de act. em. l. prædia. & ℥. de stipu ser. l. j. §. fin.*

c ¶ *Si vniones.* i. margaritas preciosas.

d ¶ *Culpa tua.* secus d si sine culpa: *vt Inst. qui. mod. re contrahi. obli. §. fin. & C. de pigno. act. l. qui fortuitis. in fin.* ¶ Item quomodo hæc compensatio quantitatis e ad speciem: *vt & supra de pign. actio. si conuenerit?* Respond. Hug. re amissa ad quantitatem tenetur debitori creditor: *vt C. de compensa. l. fin.* ¶ Item cum ipso iure compensatio tollat actionem, quomodo excipitur, vt dicta l. fin.

a Sententia arbitri, si nō fecit idem debitū adiudicatur actori, potest actor, nō impediente tali sententia, residuū debiti petere.

b Sententia in parte lata an valeat.

c Iudicij & arbitrij similitudo, vt hic, in fine Glossa.

d Pœna simul cum sorte an peti possit. Distinguendum, si vt pœna apposita sit ob contemptū iudicis, an vero loco rei. Pro se casu vtrunque simul potest, at nō posteriore.

e Cōpromissi pœna, maior vel minor sortè esse potest.

f Solui pupillo vel quasi, nō potest sine eorum tutore.

g Commendatio generalis rei, nō ita obligat commendantem, vt expressa specialis commendatio, & post eā solennis eius promissio.

h Decidere pro transigere.

a Cōdictio sine causa repeti potest, solutio ex causa facta, ac... & Glo. l. si ...

b Pœna adiecta an nouat, cōtractū? Glo. varie distinguit, Bar. in l. ... distinctio... Glos. ...

c Pœna simul cū re peti potest, si ita conuentum sit, vt simul cū re petere tur. Quid si ... clausula sine consensu ... in principio huius Glossæ.

d Pignore culpa creditoris amisso, creditor debitū petens, doli exceptione submouetur.

e Cōpensatio quātitatis ad speciem fit re amissa.

Respon.exceptio intentionis[a] hic dicitur doli: quæ loco cuiuslibet datur *vt supra proxi.§.* Vel verius non compensationis est hæc exceptio: sed quia non [b] seruas fidem restituendo pignus, nec ego tibi seruabo restituendo debitum: *vt Cod. de pac.leg. cum proponas.*

Atilicini sententia, dicentium ita esse excipiendum: *Si inter me & te non conuenit, vt soluta pecunia vniones mihi reddantur.* Sed est verius, exceptionem doli mali nocere debere. 9 ¶ Si minor mihi infantem donauerit, deinde eum vindicet: exceptione doli mali mali repellendus est, nisi alimenta[a] reddat, & si quis alius sumptus probabilis in eum factus sit.

10 ¶ Præterea sciendum est, si quis quid ex testamento contra voluntatem[b] petat, exceptione eum doli mali repelli solere. Et ideò heres qui non habet voluntatem, per exceptionem doli repellitur[c]. 11 ¶ Si quis ex vncia heres sit scriptus, ex qua ducenta consequi potuit: deinde propter hoc, legatum[d] in quo centum erant prætulit[e], ne molestiis hereditariis implicaretur: an si legatum petat, exceptione doli mali summoueatur? Et ait Iulianus, non esse eum summouendum. Quod si à substituto pretium accepit, vel quod pretij loco haberi posset, ne adeat hereditatem: petens legatum, dolo (inquit) facere intellegetur, ac per hoc doli exceptione repelletur[f].

12 ¶ Quæsitum est, si cum fundi vsumfructum haberem, cum fundum volente me vendideris[g], an vindicanti mihi vsumfructum exceptio sit obiicienda. Et hoc iure vtimur, vt exceptio doli noceat[h]. 13 ¶ Marcellus[i] ait aduersus doli exceptionẽ nõ dari replicationem doli. Labeo quoque in eadem opinione est. Ait enim iniquum esse, communem malitiam petitori quidem præmio esse: ei verò cum quo ageretur, pœnæ esse: cum longè æquum sit, ex eo quòd perfidè gestum est, actorem nihil consequi.

14 ¶ Contra senatusconsulti quoque Macedoniani exceptionem, de dolo dandam replicationem, ambigendum non esse. eámque nocere debere, etiam constitutionibus & sentẽtiis auctorũ[k] cauetur. 15 ¶ Labeo, etsi ex stipulatu actio competat[l] propter doli clausulam, tamen nocere doli[m] exceptionem[n] ait. *Si aduersus ea*[o], inquit, *factum erit.* posse enim petitorem antequã stipulatio committatur, nihil dolo malo[p] fecisse: & tũc facere, cũ petat propter quod exceptionẽ esse necessariam[q].

Parentibus & patronis non obiicitur exceptio doli, licèt ex suo

a ¶ *Nisi alimenta.* & est ratio, quia [c] is qui conuenitur habet causam possidendi à vindicante: alioquin contra: *vt supra de rei vindicatione.leg. sin autem. §.fin.& leg. cæterum. & leg.quòd si.* 2 Vel hic in infante: aliud in eo cuiuspotuit esse aliqua opera, vt ibi. 3 Vel distingue inter expensas in docendo: & alẽdo vt ibi no. *& facit supra de donationibus inter virum & vxorem. si id quod.§.si quis. & supra de minoribus. l. Intra.§. finali. & Cod. de prædiis mino.leg. si prædium.*

b ¶ *Contra voluntatem.* vt quia pœnituit expressè vel tacitè [d], quod dic per exempla *supra de aur. & argen. lega.leg. scribit. §. item scripsit. & C. de fideicom. li. leg. fideicommissaria. & de leg. ij. Lucius. §. fina. & C. de in quib.vt indig.l. hereditas. & facit infra de re. iu.l. qui cum alio.§. fin.* Accursius.

c ¶ *Repellitur.* à legitimo vel à debitoribus hereditariis.

d ¶ *Legatum.* ita relictum vt nõ vtrunque, sed alterum perciperet: alioquin contra *supra de leg.j. qui filiabus. §.fin.& l.& quidem totum.* Azo.

e ¶ *Pretulit.* id est magis voluit quàm cc. tanquam heres.

f ¶ *Repelletur.* videtur quod nõ: quia non adiuit hereditatem. sed certè pretium [e] est pro [f] aditione: vnde legatarius perinde tenetur ac si adisset: *vt C.si quis omis.cau.testamen.l.j.& ij.*

g ¶ *Vendideris.* tu proprietarius.

h ¶ *Noceat.* Contra videbatur, ideò, quia non [g] poterat prohibere eum vendere: & sic sine præiudicio consentire poterit, siue non præiudicabit si consentiat. Sed poterit distingui: sciebat ius suum vbique durare, vel non. Item [h] si erat aliàs venditurus, vel non, nisi ipse consensisset. *Arg. supra qui mo. pignus vel hypo.soluitur.l.si.ut. §.non videtur.& facit supra de eui.l.quidam & C.de remis.pigno.leg. si probauerit.*

i ¶ *Marcellus.* Fortè posset hoc modo intelligi. Aliquis promisit certa die ad iudicium venire: & si non veniret, promisit pœnam. dolo non venit. cum veniret postea ad iudicium: stipulator dolo fecit quòd non venit reus. si agat cum eo de pœna, poterit ille obiicere exceptio. doli. nam & tu aduersus me fecisti. i. dolum commisisti: scilicet quòd ego non veni. contra quam exceptionẽ non replicabitur. 2 Vel aliter: fortè actor transegit de negotio cum reo cum incidit in pœnam, quia ad iudicium non venerat: & postea pœnam petit. obiicitur doli exceptio: quia & de pœna transactum videtur: *vt ĩ.si quis cau.l. ij. in princ.* 3 Vel induxit te dolo ad promittendum: postea induxit me dolo ad liberandum. si agam, excipis: & ego non replico. 4 Vel da exempla vbi dolus cum dolo compensatur: vt supra *de eo per quem fact. l.fi. & supra de dolo.l.si duo.& de contrahen.empt.l.domum.in fine.* Item vbi delinquunt & vnus alium accusat: *vt j.eod.si procurator. & ĩ. ne quis eum qui l.ij.& ĩ.si quis cau.l.si duo.§.j.& supra si quid in frau.patro.l.j.in prin.* Accursius.

k ¶ *Auctorum.* quæ sunt in *C. & ĩ. ad Macedo. per totum,* in [l] illis scilicet casibus in quibus cessat Macedonia. vt si asserat se sui iuris, vel in similibus: *vt C.ad Macedo.l.Zenodorus.& l.j.* Accursius.

l ¶ *Competat.* potes punctare hic, cõpetat: & quod sequitur, propter doli &c. est de apposito: & secundum hoc erit casus: *vt j. de verbo obliga. si quis cum aliter.* Vel dic, stipulatus fui dolum non cõmitti: vel locaui tibi opus faciendum certa mercede, postea dolum commisisti. possum agere contra te ex stipulatione: & excipere de dolo, si agas contra me ad mercedem (& sic not. quòd exceptio[a] doli competit cũ actione ex stipulatu: *vt & infra ea.l.§. in stipulatione. & facit infra de verb.obl.leg.doli.*) Vel verius cum tecum transigerem, stipulatus fuisti dolum non committi. licèt non committam dolum prius: tamen tunc committo cum peto veniendo cõtra transactionem. nam superiori positione casus non petendo, sed male operando incidi in pœnam.

m ¶ *Doli.* veluti si reo stipulanti actor promisit se in tota lite nihil dolo facere. Accursius.

n ¶ *Exceptionem.* videbatur [b] doli exceptio in hoc casu non competere, cum ex stipulatu actio propter doli clausulam competit: quod remouet. Accursius.

o ¶ *Aduersus ea.* promissa. quæ erant dolũ non committi.

p ¶ *Nihil dolo malo.* vt quia à principio putabat sibi deberi, secundùm primam positionem. *& facit ĩ. si quis cau. l.ij. & ĩ. eod. l.ij.§.circa.& §.itẽ quæritur.*

q ¶ *Necessariam.* & actionem ex stipulatu quam primò intendere non potui, vt pote non commissam: & sic iudicium non potuit esse in pẽdenti: *vt supra de iudi.l.non quemadmodum.* Item stipulatio doli est pœnalis respectu conuenti, nõ agentis. vel etiam dic pœnam promissam si dolus committeretur. *& facit ar. contra. supra de eo per quem fac.erit l. j. §.si reus.* Accur.

¶ *Aduersus.*] CASVS. Nunc dicit quòd excep. doli, vel similis vt metus non potest opponi à liberto vel filio contra patrem vel patronũ: sed excep. in fac. loco eius. vnde si pecuniam non numeratam petat pater à filio, vel patronus à liberto: obiicietur eis except. nõ numeratæ pecũ. nec est vis siue pater vel patronus ex suo contractu agat, siue ex alieno: quia semper except. doli non opponitur eis, item nec heredibus eorum. heres autem liberti bene potest hanc except. doli contra patronum defuncti obiicere. sed cum exceptio doli contra patronum vel patrem non possit opponi: videtur quòd non habeat clausula doli in contractu inter eos inito opponi, quia superflua. sed falsum est, cum clausula prædicta apposita agatur ex stipula. si dolus committatur: ea non apposita, ageretur de dolo. In hac excep. dicitur quòd excep. doli opponi potest domino & patri ex dolo commisso à seruo vel filio, & econtra. & da exemplum vt in Gloss. quæ incipit, patris vel domini. Et quod dixi, dolum serui vel filij nocere domino vel patri, verum est indistinctè si in contractu peculiari quem mecum fecerunt, dolum commiserunt quãdocunque. si autem super re dominij causa mecum contraxit seruus domini sui voluntate: si in ipso contractu commisit dolum, nocebit domino, vel si postea commisit. Item ex dolo procuratoris in rem suam constituti excipi potest contra dominum, & contra ipsum procuratorem quicunque eorum agit: siue sit commissus dolus ante litem cõtestatam, siue postea: vt quia fecerat prædictus procurator pactum de non petendo à me quod ei debebam, vsque ad annum, & modo intra annum vult petere. si autem non erat in rem suam procurator, sed simplex: tunc de dolo lite pendente ab eo cõmisso, vt quia corrupit iudicem, potest excipi etiam contra dominum cuius erat procurator. si autem procurator habet liberam administra. tunc de dolo quandocunque ab eo commisso potest excipi etiam con-

a Exceptione in factum repellitur, quiã nõ fecit quod facere debuit: cui exceptioni in factum, includitur tam doli exceptio vtilis.

b Fides non seruanda: fidẽ non seruanti.

c Donator alimẽta in seruum donatum accepturus, & expensas in eũdem factas restituere donatori cogitur: quibus casibus ei licitũ est rem donatã reuocare: putà vel quia minor est, vel quia postea natus liberis, vel etiam ex causa ingratitudinis donatũ vult reuocare idque obtinet in omnibus qui causã habent à vindicante: secus si ab alio. Illo enim casu, alimenta & sumptus non seruat possessor.

d Tacitè hereditas adiri potest, licet tacitè quis heres institui non potest: atque ita contrarium non semper eadem est ratio.

e Pretium est loco rei in vniuersalibus.

f Adisse videtur, qui pretiũ pro portione hereditaria aut legati accepit: vnde post illud pretium acceptũ repudiari hereditas non potest.

g l. fundi sup. de vsufr. legato.

h Vel dic, fundum vsufructuarium hic venditum fuisse à creditore vsufructuario ita expresse volente.

i Doli replicationon datur aduersus dolum, quia in pari causa doli melior est conditio conuenti: nisi fortè reus seu cõuentus est in dolo expresso & manifesto: actor, in presumpto.

a Doli exceptio cũ actione ex stipulatu concurrit.

b Doli exceptio vbi locũ habet, cõpetere alias potest actio ex stipulatu cui doli mentio adiecta est, vt illo casu duo remedia actori competãt. Atqui hac lege dicitur exceptionem doli esse necessariam? Zasius necessariam exponit & accipit pro vtili (quæ expositio seu interpretatio non est infrequens iur. Gl. in l. de pupillo. § si mancipium sup. de noui operis nunt.) quod probari potest vel eo maximè, quòd regulariter magis commoda est exceptio quam actio.

tra dominum.[MANDAVI.] Mandaui Titio vt ſtipuletur à te, c.ſibi dari pro me.Titius mandauit Seio vt hæc c. ſtipuletur à te, & ego vel Seius induxim' te dolo vt iſta c.promitteres:& promiſiſti.dicitur quod ſi Seius ex illa ſtipu.agat : poteſt excipi de dolo ab eo Seio commiſſo,vel à me commiſſo.[ITEM QVAERITVR.] Debitor meus induxit te dolo vt c. quæ ipſe mihi debet, promittas loco eius : & promiſiſti. ſi ex illa ſtipu.agam contra te , non potes mihi excipere de dolo debitoris mei,ſed contra eum agere potes vt te liberet vel vt tibi reddat quidquid pro eo ſolueris. Secundo dicit : mulier induxit te dolo vt ei promitteres c. & promiſiſti. tandem illa nupſit mihi:& te debitorem delegauit mihi pro dote in illis c. quæ ei promiſeras. ſi agam contra te ad centum : non potes excipere de dolo mulieris , ne indotata ſit. [APVD IVLIA.] Accepi filiam Titij in vxorem: & ipſa dolo induxit patrem ſuum vt mihi pro ea promitteret dare in dotem mille libras : & ſic promiſit prædictus pater vxoris meæ , qui eſt mihi ſocer. quæritur ſi mortuo ſocero meo ab herede eius petam prædicta mille: an obſtet mihi exceptio ex dolo vxoris meæ?& dicitur quòd ſic. Idem ſi ego commiſiſſem prædictum dolum. nã opponeretur mihi exceptio doli. [ILLA ETIAM QVAESTIO.] Si cum tutore alicuius contraxi,& tutor commiſit in hoc contractu dolum , ex quo dolo pupillus eſt effectus locupletior, dabitur exceptio doli in pupillũ volentem agere ex contractu tutoris,in quantum pupillus eſt locupletior effectus. & da exemplum:vt ſi tutor me induxit dolo vel metu vt rem pupilli emam:in quantum pupillo datur actio ex contractu tutoris,in tantum mihi competit exceptio doli:nec eſt vis,prædictus tutor ſatiſdederit rem pupilli ſaluam fore , an non: item non eſt vis ſit ſoluendo prædictus tutor,an non,nam ſufficit quòd adminiſtret.diuinare enim non cogitur qui cum tutore cõtraxit,de hoc.ſi tutor ſatisdederit, vel non:ſit ſoluendo , vel non. Si autem contrahens cum tutore participauit in ipſa fraude ſimul cum tutore.dolus eius ei nocet,non pupillo,hoc dicit vſque ad §.ſi quis non tutor.Franc.Accur.

† Huc ſpectat quod de libertis pileatis refert Alex. ab Alexan.lib 2. Gen.die cap.7.

contractu agant, vel ex alieno : cum eis ſemper honor ſit deferendus.heres tamen liberti poteſt opponere talem exceptionem patrono , non tamen libertus heredi patroni.

16 ¶ Aduerſus parentes[a] patronóſque neque doli exceptio neque alia quidem[b] quæ patroni parentiſve opinionem apud bonos mores ſuggillet,competere poteſt,in factum tamen erit excipiendum : vt ſi fortè pecunia non numerata dicatur:obiiciatur exceptio pecuniæ non numeratæ. Nihil autem intereſt,vtrum patronus ex ſuo contractu, an verò ex alieno conueniatur[c].ſemper enim reuerentia ei exhibenda eſt tam viuo quam defuncto[d]. Si autem cum herede liberti patronus agat,puto excipere debere de dolo patroni heredem liberti : libertum autem de dolo patroni: & ſi ab herede eius cõueniatur, minime exceptionem obiectũ rum[e].námque conuenit † tã viuo quã mortuo patrono à liberto honorẽ exhiberi[f]. In ſtipulatione[g] planè doli clauſula non erit detrahẽda:quia ex doli clauſula nõ de dolo actio intenditur, ſed ex ſtipulatu. 17 ¶ In hac exceptione & de dolo ſerui[h], vel alterius perſonæ[i] iuri noſtro[k] ſubiectę excipere poſſumus , & de eorũ[l] dolo quibus adquiritur.Sed de ſeruorum & filiorum dolo, ſi quidem ex peculiari † eorũ negotio actio intẽdatur,in infinitũ[m] exceptio obiicienda eſt. ſi autem non ex peculiari[n] cauſa , tum de eo dumtaxat excipi oportet,qui admiſſus[o] ſit in ipſo negotio quod geritur:non etiã ſi poſtea[p] aliquis dolus[q] interueniſſet. Neque enim eſſet ęquum,ſerui dolũ amplius domino nocere , quã in quo opera eius eſſet vſus.

18 ¶ Quæſitum eſt,an de procuratoris dolo, qui ad agendum tantum* datus eſt, excipi poſſit[r]. Et puto rectè defendi,ſi quidem in rem ſuam procurator datus ſit , etiam de præterito eius dolo[s],hoc eſt,ſi ante acceptum iudicium dolo quid fecerit,eſſe excipiendum[t]. Si verò non in rem ſuam:dolum præſentem[u] in exceptione[x] conferendum. Si autẽ is procurator ſit,cui omnium rerũ adminiſtratio cõceſſa[y] eſt : tũc de omni dolo eius excipi poſſe[z]. Neratius ſcribit. 19 ¶ Mandaui Titio vt à te ſtipularetur:deinde Titius Seio: & ſtipulatus à te Seius eſt[a]:& iudicium edidit[b]. Ait Labeo excipiẽdum eſſe[c] tam de meo quàm & Seij dolo.

Si debitor alium induxit dolo vt

verius dic , In hac ſtipulatione qua promittit patronus liberto: quo caſu videbatur non interponi : quia cum non agatur de dolo vel non excipiatur de dolo contra eum: videbatur nec in ſtipulatione poſſe venire dolum eorum.ſed tamen contra eſt : vt hic dicit.*arg.ff.de pactis.l.ſi vnius.§.illud.*

a ¶ *Aduerſus parentes.*in infinitum : *vt ſupra de in ius voc.leg.ij.§.ij* ¶ Et no.hic quòd reuerentia[a] & iuſta ignorantia tollunt hanc exceptionem,*vt hic & ff.l.ij.§.& generaliter.& facit ff. de obſequiis.leg. licèt.*

a Reuerẽtia & iuſta ignorantia , doli exceptionem tollunt. *Idem* C.l.5.§. a.ff.e.

b ¶ *Alia quidem.*vt quod metus cauſa:*vt ff.ea.l.§.metus.*

c ¶ *Conueniatur.*i.propter exceptionem repellatur.*arg.ff.de excep.l.j.*Vel dic de actione & replicatione dici. Accur.

d ¶ *Defuncto.*vt heredi:*vt ff.ea.l.§. proxi.verſi.libertum.*

e ¶ *Obiectũrum.* Aliter in act.de dolo , quæ contra heredem datur,quia de ratione calculi & non perfidiæ agitur: *vt ſupra de dolo. heredibus.* 2 Item fortè ſecus in herede parentis:*vt infra ea. l.§. ſi.* 3 Vel dic ibi loqui de exceptione in factum:Vel dic de actione in factum. Accur.

f ¶ *Exhiberi.*& eſt ratio,quia[b] ex vna parte pœna, ex altera fauor eſt:& fauor extendi &c.*vt ff. de lib.& poſth.l.cum quidam.& infra de pœnis.l.interpretatione.*Accurſius.

b Fauorabilia odioſis præferenda,vbi de fauore ſimul propoſitis.

g ¶ *In ſtipulatione.* adiunge ſcilicet illi §. Labeo.q.d. videtur ſtipulatio dolum non committi ſuperflua:quia & ea non interpoſita agitur de dolo cõmiſſo:Sed certè tũc agitur actione de dolo , hic ex ſtipulatu : *vt hic & ff.de dolo.leg. & eleganter.§.non ſolum.* Vel

h ¶ *Serui.* ſcilicet alieni.

i ¶ *Perſonæ.*vt filij.

k ¶ *Iuri noſtro.* id eſt iuri Romanorum.nam de dolo ſerui mei , excipere non poſſum,ſed alius contra me. Item & ego de dolo ſerui alterius. Accur.

† Peculij eſſentia vel in peculio quidquid facit filiusfamilias , vel ſeruus peculium habẽtes,id intelligitur facere voluntate patris.

l ¶ *Eorum.* patris vel domini, ſi ipſi fortè fecerunt pactum de non petendo,vel petant pecuniam non numeratam. Item pone exemplum de dolo patris & domini , *vt ſupra de contrahen.empt.leg.ſed & ſi ſeruo.*

m ¶ *In infinitum.* id[a] eſt ſemper: ſiue[b] tempore contractus , ſiue poſtea dummodo non donet:*vt ff.de pactis leg. contra iuris.§.j.* ſiue ergo in contractu , ſiue poſtea dolus (id eſt pactum quod parit except. doli) committatur, excipitur ſicut ſi liber committeret : *vt ſupra ead.leg. ij. §.circa. & §.item quæritur.* Accurſius.

a In infinitũ, pro ante contractũ & poſt contractum.
b Dolus admittitur vel ante vel poſt contractum.
† Tantum dictio taxatiua eſt,non ex clauſula procuratorem defendere cogit.

n ¶ *Non ex peculiari.* ſed dominica.

o ¶ *Admiſſus.*i. actum aliquid cuius cauſa poſtea ſit dolus.

p ¶ *Non etiam ſi poſtea.* vt ſi dominicam pecuniam mutauit: & poſtea fecit pactum ex interuallo de non petendo: vel in perpetuum, vel etiam ad tẽpus:*vt ff.de pactis. leg.ſi autem.*Sed cõtra *infra eodem.l.pure.§.aſſeru.*Sol.ibi loquitur eo caſu cum habeat adminiſtrationem à domino permiſſam, in qua dolum commiſit:hic non:ſed ad aliud negotium. *& facit ff. de iis per quem factum erit.l.ij.*

q ¶ *Dolus.*i.pactum patiens excep.doli.

r ¶ *Excipi poſſit.*contra dominum vel procuratorem.

ſ ¶ *Dolo.* No. dolum[c] præteritum dici qui ante litem[d] conteſtatam commiſſus eſt:*vt ſupra de petitio. heredi.nec vllam.§.his autem.*

c Dolus præteritus,pro dolo ante litem conteſtatam admiſſo.
d Iudicium acceptum dici eſt lis eſt conteſtata , ex hac lege & Gloſſ. colligitur.

t ¶ *Excipiendum.*contra dominum vel procuratorem , quis eorũ agat.nam & dominus agere poteſt : licèt alium conſtituerit procuratorem in rem ſuam:*vt C.de noua.l.iij.*& ſit exemplum:dolo Titij emi rem ſuam à Seio:quem Titium poſtea in rem ſuam procuratorem facio ad eam petendam actio.ex empto,vel in rem,vel Publiciana,quæ mihi non daretur,vt pote malæ fidei.

u ¶ *Præſentem.*vt putà ſi corrupit iudicem : *vt C.de pœna iudi.leg. j.*& hoc poſt lit.conteſt.non ante:*vt infra eodem.leg.ſi procurator. in prin.& § ſi ſi poſt litem.* Vel etiam da exemplum:*vt infra eodem.leg. pure.aſſeru.*&hoc in iudiciis.Ad contractus autem dic *vt infra proxi.§.*

x ¶ *In exceptione.*etiam contra dominum.

y ¶ *Conceſſa.*id eſt libera.

z ¶ *Poſſe.*vt *& ff.de tribu.l.procuratoris.in prin.*

a ¶ *Eſt.*dolo inducendo te ad promittendum ipſe Seius vel ego. Sed nunquid & dolo Titij,ſed [illegible] actio cedatur? Dicam ſic, ſi in rẽ ſuam:*vt ff.proxi.§.* ſecus ſi vt ſimplex procurator Seij vel meus interueniat:quia tantùm de præſenti dolo excipitur.

b ¶ *Edidit.*petendo id quod erat ſtipulatus.

c ¶ *Eſſe.*contra Seium,& contra[e] me ſi ceſſa[f] actione agam,quaſi ego videar Seium procuratorem conſtituiſſe , cum ipſum conſtituit procurator meus : *vt ſupra de exerci. leg j.§.magiſtrum.* & ideò excipitur de dolo in ſtipulando commiſſo : licèt fuerit ſim-

e Dolus ſubſtituti à procuratore , nocet domino,ſi ei ceſſa ſit actio.
f Sine ceſſione iuri procuratoris ſtipulationum dolus transfertur in dominum.

plex procurator, id est ad vnum negotium ordinatus. Sed vbi ad litem ordinatur, non nocet eius dolus, licèt post lit. contest. admittatur, id est recipiatur vt noceat: *vt s. proxi. §.* Vel dic quòd si ego feci pactum de non petẽdo, nocet Seio. Vel si Seius fecit, nocet mihi: argumen. *s. eo. l. ij. § item quæritur. & j. ea. l. §. apud Iulianum.* Accursius.

creditori suo respondeat de debito, creditor petens à secundo debitore, non repellitur exceptione doli commissi à suo priore debitore. h. d.

20 ¶ Item quæritur, si debitor meus circumueniebat[a], téque mihi reum dederit, egóque abs te stipulatus fuero, deinde petam: an doli mali exceptio obstet[b]. Et magis est vt non tibi permittatur de dolo debitoris mei aduersus † me excipere: cum nõ ego te circumuenerim. aduersus ipsum autem debitoré meũ poteris experiri[c].

21 ¶ Sed & si mulier post admissum dolum[d] debitorem suum marito in dotem delegauerit: idem probandum erit, de dolo mulieris non esse permittendum excipere: ne indonata[e] fiat.

22 ¶ Apud Iulianum quæsitum est, si heres soceri à quo dos peteretur, excipere de dolo[f] mariti & mulieris cui[g] pecunia quærreretur: an obstatura esset exceptio ex persona mulieris. Et ait Iulianus, si maritus ex promissione dotis ab herede soceri petat, & heres excipiat de dolo filiæ cui ea pecunia adquireretur[h]: exceptionem obstare[i]. Dos enim quam maritus ab herede soceri petit intellegitur, inquit, filiæ adquiri: cum per hoc dotem sit habitura. Illud non explicat Iulianus, an & de dolo mariti excipi possit. Puto autem cum hoc sẽtire, vt etiam de dolo mariti noceat exceptio: licèt videatur nulla dos filiæ, vt ait, quæri[k].

23 ¶ Illa etiam quæstio ventilata est apud plérosque, an de dolo tutoris exceptio pupillo experienti nocere debeat. Et ego puto vtilius, etsi per eas personas pupillis fauetur: tamen dicendum esse, siue quis emerit à tutore rem pupilli, siue contractum sit cum eo[l] in rem pupilli, siue dolo quid tutor fecerit, & ex eo pupillus locupletior † factus est[m], pupillo nocere debere: nec illud esse[n] distinguendum, cautum sit ei[o], an non[p]: soluendo sit tutor, an non; dummodo rem administret[q]. Vnde enim diuinat[r] is qui cum tutore contrahit? Planè si mihi proponas collusisse aliquem cum tutore[s], factum suum ei nocebit.

24 ¶ Si quis nõ tutor, sed pro tutore negotia gerat: an dol' ip-

a ¶ *Circumueniebat.* In ducendo te dolo vt patiaris te delegari mihi.

b ¶ *Obstet.* mihi. Ac.

c ¶ *Experiri.* vt[a] te liberet: vel si pecuniã soluisti, restituat: & hoc condictione certi vel incerti: *vt supra de condic. cau. da. si donaturum. §. si quis indebitam. & supra de noua. si quis delegauerit. & j. e. pure. §. si cum.*

d ¶ *Dolum.* ad inducendum debitorem sibi mulieri promittere.

e ¶ *Indotata.* vt[b] *& supra de condic. cau. da. si donaturus. §. fin. & infra eodem pure. §. si cum.* Sed contra *infra proxi. §. in princip.* Sol. vt ibi. Accursius.

f ¶ *De dolo.* commisso in stipulando dotem, vel etiam postea paciscendo de non petendo: *vt arg. s. eod. §. mandaui.* Sed si maritus pepigit, licèt non agat: *vt j. proxi. ver. illud non explicat.* tenetur tamen mulieri: *vt supra de iur. do. si extraneus. & l. cum vir.*

g ¶ *Cui.* s. mulieri.

h ¶ *Adquireretur.* si dos sit data. Accursi[9].

i ¶ *Obstare.* Contra *supra proxi. §. sed & si mulier.* Solue ibi loquitur cum nondum erat solutum matrimonium: vnde dos intelligebatur debitum viri. hic cum solutum erat, & statim est peruentura ad mulierem dos: quod colligi potest infra *eod. pure. §. si cum.* sic ergo refert agat vir constate matrimonio, vel eo soluto. vel possumus dicere quòd hic loquitur in eo casu in quo maritus fraudem participauit.

k ¶ *Quæri.* si opponatur exceptio marito: & sic erit indotata: per quod videbatur maritum non repelli: *vt s. proxi. §. sed & si mulier.* sed tamen contrarium est. Accursius.

l ¶ *Cum eo.* alio modo, vt permutando fortè, non donando: *vt C. de admini. tu. l. non omni.*

m ¶ *Factus est.* vt si dolo vel metu me induxit vt emerem rem pupilli: in quantum sibi datus actio, in tantùm mihi competit exceptio. Vel si tutor dolo persuasit alicui vt hereditatem repudiet. pupillo ab intestato obuenientem. *& facit s. de dol. in prin. & ibi glo. si ex dolo. & de actio. empti. Iulianus. §. sed cum in facto.* Accursius.

n ¶ *Distinguendum esse.* quantum ad id in quo locupletatus est pupillus: sed ad id in quo locupletatus non est, habet actionem contra tutorem in id quod ad eum ex suo dolo peruenit. a Vel distingui potest: sit tutor soluendo, vel non alioquin contra: *vt supra de admini. tut. l. si. j. respon. & s. de tribu. l. iij. §. si seruus pupilli. & de pecu. l. summa. §. j. item s. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto. contra in fi. & supra quando ex fac. tu. l. j. & iiij.* Solue, ibi extra contractum dolum commisit: hic in contractu. Vel ibi non fuit locupletior ex dolo tutoris. Accursius.

o ¶ *Ei.* scilicet pupillo.

p ¶ *An non.* cautum sit rem pupilli saluam fore.

q ¶ *Administret.* quia ex qua persona[c] lucrum capit, ex eadem & damnum sentire debet: *vt j. de regu. iur. l. ex qua.* ¶ Sed videtur[d] è contra indistinctè non nocere dolum tutoris pupillo: siue sit soluendo, siue non: *vt j. de regu. iur. l. neque ex interdicto*, quam est contrà. Sed ibi loquitur quando tutor aliquid facit vel contrahit in rebus suis, non pupilli.

r ¶ *Diuinat.* sic[e] *s. mandati. l. si fid. iussor.*

a Dolo debitoris inductus vt pro debito satisfaceret certi vel incerti condictione agere potest aduersus ipsum debitorem, vt vel ab ipso debitore liberetur, vel vt pecuniam iam solutam restituat.

† sufficit creditori vt suum recipiat à quocunque recipiat, id est etiã ab eo qui dolo debitoris ei soluit. adde l. reparatio. sup. de cõstit. an. tebo. l. pure § si cum infra. ea.

b Dotem dolo mulieris, eiusdẽ mulieris marito permittens, dotis tenetur: neq; liuatur dolo mulieris sive dotis solutionẽ recusẽt marito competenti: ne scilicet indotata mulier maneat, hoc est ne maritus indotatam habeat, & ne ad onera matrimonij sustinenda.

c Lucri & damni eadem proportio.

d Dolus tutoris ante quam donocet pupillo.

e Diuinare ne mo cogitur.

s ¶ *Cum tutore.* & non sit pupillus locupletior.

t ¶ *Si quis non tutor.*] CASVS. Quæritur an dolus protutoris noceat pupillo. & dicitur quòd non. & ponitur exemplum. protutor, id est qui se tutorem pupilli credebat, vendidit rem à pupillo possessam. vt noceret in hoc pupillo. emptor eam suscepit: dicitur quòd pupillus, petita in integrum restitutione, recuperabit illam rem: & sic dolus protutoris non nocet pupillo. secus autem est in dolo veri tutoris. nam eius dolus nocet pupillo, vt sic exceptio doli contra pupillum possit opponi. Item curatoris dolus nocet furioso, item prodigo, item adulto. Item ex dolo minoris xxv. an. obiicitur except. doli contra ipsum minorem. item ex dolo pupilli capacis doli, vt quia sit prope pubertatem, obiicitur except. doli in ipsum pupillum: vt si debitorem suum delegauit creditori suo. nam amodo agere vult contra debitorem suum delegatum. Idem si furiosus tunc temporis cum sanæ mentis videretur, delegat debitorem suum creditori suo, nam amodo si agat furiosus contra delegatum: obiicitur sibi except. doli. Idem si debitor furiosi soluat furioso quod ei debet: & hanc pecuniam habeat saluam. nam si amodo vult agere contra debitorem suum obstat sibi except. doli. [DE AVCTORIS.] Dolo induxisti quendam vt venderet tibi quandam rem, putà equum: & vendidit tibi. & tradidit: & non vidisti eum aliquo tempore: & eum mihi vendidisti & tradidisti: & vsucepi eum. nunc desij possidere. volo eum vindicare à possessore, quia eum vsucepi. quæritur an obstet mihi except. doli ex persona auctoris qui eum per dolum habuerat. & distinguitur. si enim equum vsucepi ex meo tempore tantum: tunc dolus auctoris mei non nocet mihi. si autem in vsucap. prædicta vsus sum tempore auctoris mei: tunc nocet mihi exceptione doli ex dolo auctoris mei. sic ergo patet quòd vitium personale auctoris mei, id est dolus, nocet mihi si volo vti accessione sui temporis. aliàs non. secus est in vitio reali: vt quia res sit furtiua quàm emi. nam nocet mihi hoc vitium, velim nolim, vt nòn possim eam rem vsucapere. [SI CVM LEGITIMA.] Agnatus tuus instituerat me heredem. persuasisti mihi dolo malo vt illam hereditatem repudiem. repudiaui, & sic ab intestato habuisti illam hereditatem, & eam vendidisti Sempronio. Sempronius agit contra me petit. heredit. ex iure cesso ex causa vendit. ad rem hereditariam quam possideo. dicitur quòd potest: nec possum ei obiicere dolum ex persona auctoris sui. [SI QVIS AVTEM.] Titius equum quendam sibi adquisiuit per dolum. eum equum mihi donauit vel legauit: & traditus est mihi: & eum tenui triennio: & desij postea possidere. dicitur quòd si volo eum vindicare quasi vsuceperim, obstat mihi exceptio doli ex persona auctoris mei, cum lucratiuam habeam causam. idem si habebam eum in pignus, & desij possidere, & petam eum hypothecaria. nam obstat mihi dolus auctoris mei. nam si possem eum petere, esset reuersus ad dolosum. secus autem est in emptore cui dolus auctoris non nocet si vsuçepit ex suo tantùm tempore non auctoris. Idem in eo qui ex causa permuta. vel in solut. vel ex simili causa habuit à doloso. nam dolus auctoris non nocet prædictis si nolunt vti accessione sui auctoris. secus si ex causa noxæ equum vel seruum habui à doloso. Idem si modico pretio emi rem à doloso. nam nocet mihi dolus auctoris mei si desij possidere prædictam rem, etiam si nolui

† Dolus tutoris prodesse hoc est locupletiori facto se non debet. Proinde pupillus si ex illa causa egerit, doli exceptio ne remoueri potest.

vsq

vti tempore auctoris mei. emptori autem qui emit iusto pretio, vel aliquo dato loco pretij, non nocet dolus actoris. sed non vult vti accessione auctoris, nisi ipse emptor sit in dolo. nam si dolum commisisset: suus dolus ei noceret. [SI A TITIO] Emi fundum Sempronij à Titio, & traditus est mihi. postea Titius Sempronio successit: & nunc eundem fundum vendidit Mæuio & tradidit. dicitur quòd istum fundum possum petere à Mæuio. nam & si Titius factus dominus prædicto modo eum à me peteret, defenderem me per except. in factum, vel doli. Item si Titius inciperet eum possidere: possem ab eo eum petere per Publicianam: non obstante quòd dominus erat rei. [METVS CAVSA.] De except. metus non est dictum quasi sufficiat excep. doli vbicunque, cum sit generalis. vtilius tamen est vt dicamus de except. metus. scias enim quòd excep. metus distat ab except. doli. nam exceptio doli obstat tantum ei qui dolum commisit in re quam petit, at exceptio metus obstat cuicunque qui petat illam rem in qua est commissus metus ab aliquo. item excep. metus competit cuicunque passo metum: præterquam si à patre patiatur metum, & hoc viuente patre. post mortem enim patris si filius passus metum à patre abstineat se à patris heredi. potest vti excep. metus contra heredes patris, prout aliæ personæ maiores xxv. ann. metum passæ. hoc dicit vsque in finem l. Franciscus Accursius.

*Refertur hic sententia Celsi quæ extat l. ... de eo qui pro tuto. vbi legitur nec vsucapta: vt hic quoque rectè legi potest.

ſius noceat pupillo, videamus. Et putem non nocere [a]. Nam si is qui pro tutore negotia gerebat, rem vendiderit [b], & vsucapta sit [c]: * exceptionem non nocere [d] pupillo rem suam [e] persequenti [f], etiam si ei cautum sit: quia huic rerum pupilli administratio concessa non fuit. secundum hæc magis [g] opinor de dolo tutoris [h] exceptionem pupillo esse obiiciendam.

25. ¶ Quæ in tutore [i] diximus, eadem in curatore quoque furiosi dicenda erunt: sed & in prodigi vel minoris vigintiquinque annis.

26. ¶ De dolo autem ipsius minoris vigintiquinque annis exceptio vtique locum habebit. Nam & de pupilli dolo interdum esse excipiendum, nequaquam ambigendum est ex ea ætateque dolo non careat. Denique Iulianus quoque sæpissime scripsit, doli pupillos qui prope pubertatem sunt, capaces esse [k]. Quid enim si debitor ex delegatu pupilli pecuniam creditori eius [l] soluit? fingendus est (inquit) pubes esse [m]: ne propter malitiæ ignorantiam bis eandem pecuniam consequatur [n]. Idem seruandum in furioso ait, si cum existimaretur compos mentis esse, iusserit debitorem creditori soluere: vel si quod exegit, domi habeat [o]. 27 ¶ De auctoris dolo [p] exceptio emptori non obiicitur. si autem [q] accessione auctoris vtitur [r]: æquissimum visum est, ei † qui ex persona auctoris vtitur [s] accessione, pati * dolum auctoris [t]. Et peræque [u] traditur [x], rei quidem cohærentem exceptionem [y] etiam emptori nocere: eam autem quæ ex delicto personæ [z] oriatur, nocere non oportere [a].

28 ¶ Si cum legitima hereditas Gaij Seij ad te perueniret [b], & ego essem heres institutus, persuaseris mihi per dolum malum, ne ad eam hereditatem: & postea quam ego repudiaui hereditatem, tu eam Sempronio cesseris pretio accepto [c], isque à me petat hereditatem [d]: exceptionem [e] doli mali eius qui ei cessit, non potest [f] pati.

Obstat exceptio auctoris ei qui causam lucratiuam habet. idem si quis habeat pignus, & desiit possidere: & petat illud hypothecaria. nam obstat dolus auctoris, secus autem est in causa non lucratiua, vbi dolus auctoris non nocet. hoc dicit vsque ad §. si à Titio.

29 ¶ Si quis autem ex causa legati vindicet, aut is cui ex causa donationis res præstita est, vindicet: an de dolo exceptionem patiatur ex causa eius in cuius locum successerit [g]? Et magis putat Pomponius summouendum: & ego puto exceptione

a ¶ *Non nocere.* vt [a] *& supra de Publicia. l. quæcunque. §. fi.* Accur.

b ¶ *Vendiderit.* dolo, vt noceret pupillo.

c ¶ *Vsucapta sit.* idem & si non vsucapta est: *vt supra de eo qui pro tuto. l. ij.*

d ¶ *Non nocere.* fortè, nisi in quantum peruenit ad eum, ne locupletetur [b] cum aliena iactura.

e ¶ *Suam:* quo [c] ad opinionem. si enim sua esset, non vsucaperetur: *vt supra de adquir. rerum do. l. bonæ fidei.*

f ¶ *Persequenti.* per in integrum restit. nam vindicare non posset, cum sit facta illius per vsucap.

g ¶ *Magis.* quàm eius qui pro tutore gessit. vt electiue ponatur.

h ¶ *Tutoris.* veri.

i ¶ *Quæ in tutore.* vero.

k ¶ *Esse.* vt *& ff. de dolo. l. heredi. in fi. & l. impuberem. ff. de fur.*

l ¶ *Eius.* scilicet pupilli.

m ¶ *Pubes esse.* quasi dicat. agens amodo repellitur, ne, &c. 2. Vel lege cum præcedentibus, *& facit ff. de dolo. l. quid enim.* Accursius.

n ¶ *Consequatur.* quod bona [d] fides non patitur: *vt infra de re. iur. l. bona fides. & facit ad idem C. de vsuca. pro empt. l. eam.*

o ¶ *Habeat.* hic autem inspicitur tempus quo agitur: *vt infra de solu. l. in pupillo.*

p ¶ *De auctoris dolo.* Auctor meus suum venditorem dolo induxit ad vendendum. si ego à possessione cado, & vindico dicens me vsucepisse: si quidem ex meo tempore tantum, non nocet mihi dolus auctoris: *vt hic & C. de prescrip. lon. tem. l. j.* hodie nocet: *vt in authen. ibi posita.* & sic hic primum respon. corrigitur.

q ¶ *Auctoris.* id est venditoris.

r ¶ *Vtitur.* id [a] est vti vult. sic ponitur *infra de verbo. obligat. l. si stipulatus sum.* non [b] enim vitiosa possessio potest adiungi non vitiosæ: *vt hic, & supra de adquiren. posses. l. Pomponius. §. cum quis & §. fi.* nisi secundum iura noua ad præscript. xxx. vel xl. anno. *vt in authen. vt sine. larg. §. rursus. col. ix.* Accursius.

s ¶ *Vtitur.* id est vti vult: vt dixi.

t ¶ *Auctoris.* agendo in rem quasi vsuceperit.

u ¶ *Peræque.* aliàs & per hoc æque.

x ¶ *Traditur.* quia tunc oportet ipsum vti adminiculo sui auctoris, cum vitium [c] comitetur rem sicut lepra: *vt Instit. de vsuca. §. furtiuæ.*

y ¶ *Cohærentem exceptionem.* vt quia [d] furtiua: vel vi possessa. aliàs aliter accipitur, *vt supra de except. l. exceptione. ij. §. rei.*

z ¶ *Personæ.* hic collige vitium [e] personæ vel personale: vt [f] dolus auctoris dans contractui causam: vel incidens. Item mala fides: quia credidit vendentem non habere ius vendendi. Item scientia rei alienæ: vt in commodatorio & similibus. 2 Item collige aliud reale [g], quod dicitur cohærens rei: vt hic dicit: vt si est furtiua, vel vi possessa: vel data præsidi contra legem Iuliam repetundarum.

3. Sunt [h] & alia vitia nec personalia, nec realia: sed quasi realia dicimus: vt res pupillaris: vt liber homo. quæ omnia dic *vt C. de adquir. pos. l. vitia. & facit ad §. illum. ff. de diuer. tempo. præsc. leg. ait vitium. & l. de accessionibus. & sup. quæ in frau. cre. l. quæ à debitore.* Accursius.

a ¶ *Non oportere.* nisi velit vti accessione auctoris. sed & hoc corrigitur: *vt in princ. §. dixi.*

b ¶ *Perueniret.* ab intestato. Accursius.

c ¶ *Pretio accepto.* igitur fuit venditio.

d ¶ *Hereditatem.* agendo petitione hereditatis ex iure cesso, vel actionibus hereditariis ex iure cesso: cum hereditatem vel rem hereditariam possideam, vel tenear hereditati.

e ¶ *Exceptionem.* in hoc §. videtur probari quòd qui [i] actionem emit à doloso, non debeat summoueri exceptione, licet summoueretur dolosus. Posset tamen quis contradicere fortè. hic enim nõ actionem, sed hereditatem emit: & vtiles intendit nomine suo: vel directas nomine cedentis: in quibus quærendis puta adeundo hereditatem cedens non adhibuit dolum: sed adhibuit in præcedenti, id est in repudiatione. Item & si dolo me induxit vt traderem, & tradidi possessionem: & tu vendis emptori: non obiicitur doli exceptio: quia rei vindicationem habet ex traditione sibi facta: licet dolus præcesserat in alia traditione. Sed vbi me induxisti dolo vt promitterem, & eam actionem vendis emptori: obiicitur doli exceptio: quia eadem actione vtitur in qua dolus est commissus: & quasi adminiculo actoris vtatur, repelletur secundùm Azo. & ita quod primũ sub dubio forte dixerat postea indubitanter dicit. Accur.

f *Non potest.* sed de dolo datur contra dolosum: *vt supra de dolo l. Et quis affirmauerit. j. respon. & C. de dolo. l. si maior. & facit infra de verbo. signifi. l. lege & C. de peri. & commo. rei vendit. l. dolum.*

g ¶ *Successerit.* prædicto singulari titulo. & dic quòd auctor dolo induxerit eum à quo habuerit.

a Dolus putatiui tutoris non nocet pupillo.

b Locupletari cum aliena iactura etiam pupillus non debet.

c Suum dici potest, etiã opinione suã.

d His idem est: si bona fides non patitur.

a Vti, pro velle.

b Possessio vitiosa non vitiosæ an possit adiungi.

† eum.

* ei pati. l. permitti vel licere.

c Vitium reale, rem comitatur sicut lepra leprosum.

d Vitia realia quæ.

e Vitia alia personalia seu personalia realia, alia neutra seu quasi realia.

f Vitia personalia, dolus dans causam contractui vel incidens, mala fides, scientia rei alienæ.

g Vitium reale seu cohærens rei, vt si res est furtiua, vi possessa, data præsidi contra legem repetundarum.

h Vitia quasi realia quæ nec realia nec personalia, vt si res pupilli sine decreto, vel liber homo vendatur.

i Doli exceptione vtrum repelli possit qui actionem à doloso comparauit.

a ¶ *Repellendos.* etiam si noluerint vti accessione auctoris. *Sed contra.* §. *tit. j. l. au vitium.* Solu. mala[a] quidem fides auctorum ex lucratiua causa tradentium successoribus eorum non nocet nisi eorum velint continuare tempora, & sic eorum vti accessione: *vt supra.* Dolus autem eorum auctorum semper nocet: *vt hic.*

a Vitium auctoris donatoris an & quando noceat domino.

2. Vel aliter possidenti non nocet, vt ibi: sed non possidenti & agenti sic: *vt hic.*

b ¶ *Ad eum.* s. debitorem, qui dolo inducendo suum auctorem habuit rem. Acc.

c ¶ *Solo.* hæc[b] dictio, solo, excludit illos tantum qui habent causam lucratiuam: & sic large dicitur, *vt & alijs supra de statuliberis. l. statuliberi. §. Quintus.*

b Solo, sola solum dictiones exclusiuæ interdum omnimode interdum quoquo modo vt hic.

d ¶ *Emptorum.* in[c] quibus est eadem æquitas: *vt & C. de per. & commo. rei vend. l. dolum.* Accursius.

c Similium eadem est æquitas.

e ¶ *Noxæ.* hic habetur quasi lucratiua causa.

f ¶ *Causa.* vt si res digna magno pretio, modico sit empta, secundùm Ioan. *& facit supra quæ in fraud. cre. l. qui autem. §. hoc edictum. versi. similis modo.*

¶ Alienatio omnis habens titulum onerosum, similis est emptioni vt est in solutum & ex permutatione acceptio.
* obtinent.

g ¶ *Caret.* quia etiam ipse sciuit alienam quando emit, vel suum venditorem induxit dolo. Accursius.

h ¶ *Suo.* Duobus[d] ergo casibus tantum repellitur successor rei singularis: propter dolum auctoris, scilicet quando vtitur adminiculo. 2. Item quando habet causam lucratiuam vel quasi. 3 Item tertio, pro suo scilicet dolo: vt hic. Accursius.

d In successor rei singularis in quibus propter dolum auctoris repellatur.

i ¶ *Soluto.* maxime: *vt supra de Publici. l. de pretio.* Vel dic vt supra *de rei vi dica. si à Titio.* Accursius.

k ¶ *Tueri.* petendo[e] & defendendo: quia, &c. & est bona ratio: *vt infra de reg. iur. l. nemo. plus iuris.* &c.

e Tuendi debitor defendere debet, siue petatur, siue excipiatur.

l ¶ *Si non suus esset.* verba exceptionis.

m ¶ *Intelligeret.* præsumptione iuris: cùm in ea causa sit vt possit auocari à Titio qui factus est dominus. sic enim dominium habet, vt nó sibi sed alij prodesse conseruarique debeat ab ipso. *arg. C. communia de leg. l. si. §. sed quia. & facit de verbo ad verbum supra de rei vindic. l. si à Titio. & plene expone vt ibi Item facit j. de rei vindicatio. l. si à Titio.* Sed contra supra *de actionibus empt. l. si ea res. §. si.* Sed ibi à diuersis emimus: vt vnus à domino: alius à non domino. hic autem ambo ab vno prius non domino, postea domino. Item est hic casus vsu publici. [f] datur contra dominum. Sunt & alij quos dic vt not. *supra de Publi. l. penult. & l. fin.* Accur.

† intelligeretur.

f Publiciana contra dominum datur.

eos esse repellendos[a], cum lucratiuam causam sint nancti. Aliud est enim emere: aliud ex his causis succedere. 30 ¶ Idem tractat Pomponius & in eum qui pignori accepit, si Seruiana vel hypothecaria actione experiatur. Nam & hunc putat Pomponius summouendum: quia res ad eum[b] qui dolo fecit, reuersura est.

31 ¶ Auctoris autem dolus, sicut diximus, emptori non obiicitur. sed in hoc in emptore solo[c] seruabimus: item in eo qui permutauerit, vel in solutum acceperit: item in similibus † qui vicem emptorum[d] continent [*]. Cæterùm si noxæ[e] deditus quis sit, Pomponius putat passurum exceptionem quam ille pateretur qui noxæ dedit. Proinde ex quacunque alia causa[f] quæ propè lucratiuam habet adquisitionem, quæsisse quis videatur: patietur exceptionem doli ex persona eius in cuius locum successit. *Sufficit enim si is qui* pretium dedit, vel vice pretij, cùm sit bona fide emptor, vt non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris: vtique si ipse dolo caret[g]. cæterum si ipse dolo non careat, peruenietur ad doli exceptionem, & patietur de dolo suo[h] exceptionem. 32 ¶ Si à Titio fundum emeris, qui Sèpronij erat: ísque tibi traditus fuerit pretio soluto[i]: deinde Titius Sèpronio heres extiterit, & eundem fundum Mæuio vèdiderit & tradiderit: Iulianus ait, æquius esse prætorem te tueri[k]: quia & si ipse Titius fundum à te peteret, exceptione in factum comparata, vel doli mali summoueretur. & si ipse cum possideret, & Publiciana peteres: aduersus excipientem, *si non suus esset*[l], replicatione vtereris. ac per hoc intellegeret[m], † cum fundum rursum vendidisse, quem in bonis non haberet.

Vtilius est singulas res singulis verbis exprimere. Et est differentia inter exceptionem doli, & exceptionem metus: quia prima complectitur tantum personam eius qui dolo fecit: secunda vero est scripta in rem & sufficit in aliqua re metum commissum esse ad hoc vt competat. Item secunda non competit filio contra parentem eo viuo: secus eo mortuo. hoc dicit vsque ad l. seq.

33 ¶ Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat[n], contentus doli exceptione, quæ est generalis[o]. sed vtilius visum est etiam de metu opponere exceptionem. etenim distat † aliquid à doli exceptione: quòd[p] exceptio doli[q] personam complectitur[r] eius qui dolo[f] fecit. enimuero metus causa[t] exceptio in rem scripta est, *si in ea re nihil metus causa factum est*, : vt non inspiciamus an is qui agit, metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re à quocunque, non tantùm ab eo qui agit. Et quamuis[u] de dolo auctoris exceptio non obiiciatur: veruntamen hoc iure vtimur, vt de metu non tantùm ab auctore, verùm à quocunque adhibito exceptio obiici possit[x].

34 ¶ Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum obiicere debere, qui metum non † à parente passus est, in cuius fuit potestate[y]: cæterùm[z] parenti licere deteriorem conditionem liberorum[a] in rebus peculiariis[b] facere. Sed si se abstinuerit hereditate paterna: succurrendum ei erit, vt alioquin[c] succurritur[d].

Si heres petat id quod sibi pure debetur, & ipse illud idem debeat sub conditione: non summouetur doli exceptione si paratus est satisdare de reddendo conditione adueniente: alias secus. hoc dicit. Paragraphorum sequentium quidam breues sunt: ideo summant seipsos: quidam casum ponunt in terminis. §. vero, auctoris, glo. ponit casum.

v. PAVLVS *libro septuagensimo primo ad Edictum.*

PVrè mihi debes decè. ea tibi sub códitióe legaui. interim

n ¶ *Proposuerat.* in tractatu suo cùm tractaret de hac actione.
o ¶ *Generalis.* *vt supra l. ij. §. & generaliter.*
p ¶ *Quod.* id est quia.
q ¶ *Exceptio doli.* prima differentia.
r ¶ *Complectitur.* scilicet tantum.

f ¶ *Dolo.* vt[a] §. *l. ij. § item quæritur. versi. & quidem. & §. plane. & §. igitur docere.* Accursius.

a Dolus personalis personam nó egreditur.

t ¶ *Causa.* & est[b] ratio in promptu: quia cum contraquemlibet detur actio quod metus causa: *vt §. quod metus causa. l. si cum. §. in hac.* ergo & cõtra quẽlibet datur exceptio: *vt j. de reg. iur. l. Paulius. §. si cui.* & hoc cum dominus rei per metum tradiderit. si vero tradidit eam non dominus: iniquum esset si diceremus eum habere exceptionem vel etiam actionem contra verum dominum: *vt §. de Publ. l. pen.* Intelligitur ergo. l. ista in cæteris personis quæ nullam habent causam ab eo qui metum adhibuit. Accur.

b Metus actio cur in rem scripta esse dicatur.

† Doli & metus exceptionis, ea differentia est quod inter personas & rei cohærentis exceptionem.

u ¶ *Et quamuis.* secunda differentia.

x ¶ *Possit.* nam &[c] metus habet in se ignorantiam: *vt §. quod metus causa. si cum. §. in hac. & facit §. vti possi. l. j. in fi. & l. sequen. & de damno infect. leg. qui bona. §. cum inter.*

c Metus in se habet ignorantiam.

y ¶ *Potestate.* tunc: sed nunc non est cum conuenitur.

z ¶ *Cæterum.* pro quia: 2. Vel cæterum pro alioquin: vel cæterum pro sed.

a ¶ *Liberorum.* existentiũ in potestate: si dicas eũ cõueniri à patre. *& facit C. de annal. exceptio. l. j. §. si.*

† Exceptione metus non datur filio aduersus parentem.

b ¶ *Peculiariis.* profectitiis vel aduentitiis: inter quæ nó erat differentia iure iusto. ¶ Sed sic quomodo[d] retinet hoc peculium, si ab hereditate abstinet: *vt C. de col. l. si donatione in fi.* Respon. quia vt bene merito erat rei concessum vel dimissũ: Vel vt cõerens pater in eum filiũ supremum iudicium: *vt not. d. l. si donatione.* Hodie in aduentitio planum est: cum mortuo patre filius debeat id habere: *vt C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. circa prin.*

d Peculium quod & qua ratione fertur filius abstinens à patris hereditate.

c ¶ *Alioquin.* i. aliàs.

d ¶ *Succurritur.* maioribus xxv. ann. metum passis secus in herede patroni: *vt §. eo. l. §. aduersus. ibi. libertum. &c.* 2. Vel dic hic dari except. in factum, vel actio. in factum filio contra heredem patris.

PVre. ICASVS. Decem quæ mihi debebas pure, ea tibi sub conditione legaui. heres poterit, meus interim ea petere, dum tamen caueat de reddendis legatario veniente condi. si autem non vult

heres si petat, doli exceptione non est summouendus: [a] cum possit etiam deficere conditio [b]. itaque legatorum stipulationem interponere debebit [c]. sed si non caueat heres, doli exceptione summouebitur. expedit enim legatario retinere [d] summam, quàm † mitti in possessionem rerum hereditariarum.

1. ¶ Si cui legata sit via, & is lege Falcidia locum habente, totam eam vindicet non oblata æstimatione quartæ partis, [e] summoueri eum doli exceptione Marcellus ait, quoniam suo cõmodo heres consulit. 2. ¶ Si donaui alicui rem, nec tradidero: & ille cui donaui, non tradita possessione in eo loco ædificauerit me sciente [f]: & cum ædificauerit, nanctus sim ego possessionem, & petat à me rem donatam, & ego excipiam quòd supra legitimum modum [g] facta est [h]: an * de dolo replicandum est? dolo enim feci, qui passus sum eũ ædificare, & non reddo impensas 3. ¶ Actoris [i] qui † exigẽdis pecuniis præpositus est, etiam posterior dolus [k] domino nocet.

4. ¶ Si seruus veniit ab eo [l] cui hoc dominus permisit, & redhibitus sit domino: agenti venditori de pretio [m], exceptio opponitur redhibitionis: licet etiam is qui vendidit, domino pretium soluerit [n]. Etiam [o] mercis non traditæ [p] exceptione summouetur [q] & qui pecuniã domino iam soluit [r]: & ideo is qui vendidit, aget aduersus dominum [f]. Eandẽ causam esse Pedius ait eius qui negotium nostrum [t] gerens vendidit [u]. 5. ¶ Si eum qui volebat mihi donare supra legitimum modum [x], delegauero creditori meo: non poterit aduersus petentem vti exceptione: quoniã creditor suum [y] petit. In eadem causa est maritus [z]. nec hic enim debet exceptione summoueri, qui suo nomine agit. Nunquid ergo nec de dolo mulieris [a] excipiendum sit aduersus maritum qui dotem petit, non ducturus vxorem, nisi dotem accepisset [b], nisi iam diuertit [c]? Itaque condictione [d] tenetur debitor qui delegauit, vel mulier: vt vel liberet debitorem: [e] vel si soluit, vt pecunia ei reddatur.

Liberalior est lex cum eo qui ignorat quando sit inuadendus, quàm cum eo qui potestatem habet agendi quando vult. h. d.

6. ¶ Nõ sicut de dolo actio certo tẽpore [f] finitur, ita etiã exce-

vult cauere heres, repellitur à peti. except. doli. [SI CVI.] Legata est tibi via per quendam fundum. legantus heres vtitur Falcidia in legatis, dicitur quòd nisi offeras æstimationem quartæ partis viæ: obstat tibi exceptio doli si petas viam. [SI DONAVI.] Donaui tibi fundum: & antequam traderem eum tibi, ædificasti in eo me sciente, & non contradicente: & sic per hoc desij possidere: & postea cœpi possidere illum fundum cum ædificio. & petis à me fundum. quia tibi donatum. ego excipio: quia vltra modum fuit donatio: & sic non valuit. dicitur quòd tu replicabis de dolo: quia dolo facio cum retineo fundum cum ædificio, nec reddo impensas quas feceras me sciente & patiente.
[ACTORIS.] Dic casum vt in glossa quæ incipit, feci te actorem, et cæt. [SI SERVVS.] Mandato meo vendidisti seruum meum vitiosum pro decem. emptor videt eum vitiosum. reddidit seruum mihi. si procurator meus petat à te pretium: obstat sibi except. doli etiam si de suo soluerat mihi procurator meus: sed repeteret à me pretium actio. mãdati, vel sine causa. Eadem seruantur si sine mandato gerens negotium meum, seruum meum vendidit: & postea habui ratum: & prædicta contigerunt quæ supra. [SI EVM QVI.] Si cum velles mihi donare mille, delegaui te vt ea promitteres creditori meo, & promisisti: si ab eo conueniaris, non potes obiicere except. doli. petit enim quod sibi debetur. idem est si mulier eum qui sibi mille donare volebat, delegauit eũ mihi vt promitteret mihi illa mille pro ea in dotem. nam tenetur. Idem si dolo induxit Titium vt mihi c. pro ea promitteret in dotem dare. nam tenentur: nec habet except. doli. poterit tamen agere contra eam vt liberetur ab illa promissione. vel si iam soluit, petat ab ea id quod pro ea soluit. idem in primo casu. nam donans aget contra me delegantem vt faciam eum liberari in eo quod promisit vltra modum: vel si iam soluit à me repetet. [NON SICVT] Actio de dolo est temporalis, finitur enim hodie biennio, sed exceptio doli est perpetua. & quæ sit ratio diuersitatis, redditur in litera. Franciscus.

a ¶ *Summouendus. vt & ff. de libe. le. l. non solum. §. fin.* Sed contra *supra si cer. peta. l. pecuniam.* Solu. vt ibi.

b ¶ *Conditio.* aliud si omnino est extitura: *vt supra de condic. indebi. l. quòd si sub ea.*

c ¶ *Interponere debebit.* scilicet heres promittit legatario de tanta pecunia danda si conditio extiterit: *vt & supra vt leg. non. cau. l. j.*

d ¶ *Retinere.* scilicet magis quàm. &cæt. Antonius. Augustinus libro quarto cap. 8.

e ¶ *Quartæ partis.* scilicet loci per quem via debebatur, secũdum Ir. quia seruitutis [b] non habet partes. 2. Tu dic, id est iuris quod est viæ: *arg. supra si seruit. vind. l. loci in princ. & de lega. ij. l. cum filius. in princ. & supra ad l. Falcid. lege Falci. interueniente.* 2. Vel dic melius, non oblata quarta parte totius æstimationis meæ: & ita exponitur *supra de leg. ij. l. cum filius. in prin.*

f ¶ *Sciente.* & non contradicente, quod [c] pro traditione est: *vt C. de acquirend. pos. l. j.* Accur.

g ¶ *Modum.* cc. aureorum olim: quingentorum hodie: *vt C. de dona. l. penult.*

h ¶ *Facta est,* & vtique replicandum. dolo [a] enim, &c. *ff. de dolo. l. si cum & mihi.* Accursius.

i ¶ *Actoris.* Feci [b] te actorem generalem ad mutuas pecunias exigendas: túque cum hoc tibi nominatim mandaui transactionem cum Titio fecisti: & ob eam tibi decem promisit: & secum pactus es vt si contra transactionem feceris, non liceret tibi decem petere. porrò contra transactionem fecisti. si ego à Titio decem petiero quæ tibi promisit, repellor: *vt supra l. apud. §. quæsitum.*

2. Vel secundùm Hugon. dic quòd erat generalis procurator & specialis ad causam agendam: & est ei solutum pendente lite: postea ipse vel dominus petit cum forte non restituit chirographum: *vt d. §. quæsitum. in fin.* & secundùm hoc non obstat. *§. in hac dicta l. apud. supra ead.* vt ibi dixi. Dic ergo secundùm primum casum, actoris, [c] id est administratoris, secundùm alium, id est agentis. Vel si dicas partem solutam pendente lite, & postea petit, totum amittit, quia petit plus: *vt Institu. de actio. §. si quis agens.*

k ¶ *Dolus.* post transactionem commissus secundùm primum casum: vel post solutionem commissus, secũdùm alium.

l ¶ *Ab eo.* procuratore.

m ¶ *De pretio.* scilicet contra emptorem.

n ¶ *Soluerit.* de suo.

o *Etiam.* hic est §. secundùm quosdam. vel non est, & sic melius legitur: & secundum hoc dic mercis, id est [d] serui: & impropriè seruus dicitur merx: *vt supra de tributoria. l. j.* Accursius.

p ¶ *Non traditæ.* supra quando tradidit, hic quando non fuit traditus. Accursius.

q ¶ *Summouetur.* si petit pretium ab emptore procurator. *& facit ff. de pactis. l. si cum emptore. §. fi.* Accur.

r ¶ *Soluit.* de suo. Accursius.

f ¶ *Aduersus dominum.* actione mandati: Vel dic sine causa, vel indebiti.

t ¶ *Nostrum.* sine mandato.

u ¶ *Vendidit.* & ratum habuimus.

x ¶ *Modum.* quingentorum solidorum hodie.

y ¶ *Suum.* id est [e] sibi debitum. q. d. non habet causam lucratiuam: aliàs secus, vt *infra eo. l. Iulianus.* Accur.

z ¶ *Maritus.* cui mulier delegauit volentem sibi donare.

a ¶ *Mulieris.* quæ dolo aliquem ad promittendũ induxit marito.

b ¶ *Accepisset.* vtique non: *vt ff. l. apud. §. sed etsi mulier.*

c ¶ *Diuertit.* & nunc petit maritus vt mulier reddat: & sic loquitur *supra eo. l. apud. §. apud Iulianum.*

d ¶ *Condictione.* certi, vel incerti.

e ¶ *Debitorem,* in eo quod est vltra legitimum modum. *& facit supra mandati. l. si mandato. §. si iudicio. & §. quotiens.* Item facit ad totalem. *§. infra de noua. l. si quis delegauerit. §. fin. & l. dolo. & supra de dol. l. qui id quod. in fin. & l. vt mihi. & C. de nouat. l. si pater. & infra titul. j. l. 1. §. sine autem. versicu. quòd si patronus. & supra de re iudi. l. Nesennius. in princip. & infra de regu. iur. l. nihil dolo. & C. de condict. indebi. l. si citra. & supra de condict. caus. data. l. si donaturus. §. si quis indebitam. & §. fina. & supra eo. l. apud Celsum. §. item quæritur. & supra de iure do. l. cum in fundo. §. fin.* Accursius.

f ¶ *Certo tẽpore.* anno olim, sed hodie [f] biennio, *vt C. de dolo. l. fi-*

† Gratianus Ant. Aug. li. 4. cap. 8.
* vulgo deest an.
† Procurator constitutus ad promittendũ potest etiam personam apponere in scripto missione sicut da per eam Bulog.
a Legari pure debita sub cõditione possunt eàque pẽdente conditione ab herede petiá debitore, cum incertum sit, an extitura sit conditio necne. hoc tamen ea lo heres caueat se cogatur de ei ut de debito restituendo, vbi conditio extiterit.
b Seruitus licet indiuidua sit, si tamen legata sit, heres ex eo Falcidiã detrahet, non ex ipsa, sed eius æstimationis ex usu & beneficio.
c Tradere donatũ à se fundum videtur, qui patitur donatarium in eo ædificare.
a Dolo facit qui à possessore fundi bona fide rem sibi donatam vult, non redditis sumptibus legitimis impensis.
b De quo actore generali ad petendas mutuas exigendas pecunias, de procuratore generali vel speciali ad causam agendam.
c Actor pro administratore & agente.
d Mercis appellatione impropriè serui continentur.
e Suum pro sibi debito.
f Doli actio hodie annali finitur.

a Temporalia & annua ad agendum sunt perp. sed ad excipiendum v. gloss. in l. ... C. de exc. ... & quae ibidem scripsi.

a ¶ *Competit*. supra *de peculio. l. quaesitum. §. in dolo. contra.* Solu. hic in exceptione: ibi in replicatione. & per hoc est huius l. ratio. Nam actor qui replicat, habet in sua potestate quando agat, & sic quando replicet, secundum Ioan. & Azo. 2. Vel ibi in alienato vel manumisso seruo post annum: quod etiam olim erat tempore actionis de dolo: vnde non competit actio vel replicatio, quod in idem recidit. 3. Vel dic vt ibi. ¶ Sed oppo. nonne etiam reus habet in sua potestate: *vt C. de ingen. ma. l. diffamari. & Cod. de remiss. pign. l. si eo?* Sed respon. quidquid dicant alij: tene, &c. *vt supra de iure dotium. l. cum in fundo. §. quod si mulier.* Item oppo. *Cod. de non nume. pecun. l. si intra. & l. si quis.* Sed speciale est ibi, & sic est etiam speciale. *Cod. de dote cau. non numer. Authent. quod locum.* & potest esse ratio, quia c releuatur approbando: & sic in hoc grauetur: *argu. supra de inrelurand. l. eum qui.* In aliis excipientibus non sic: *vt supra de except. l. j. & facit C. de except. l. si pactum.*

b Reus an & quomodo habeat in potestate actorem cogendi, vt agat.

c Releuatur a vno, gr. tari potest in alio.

b ¶ *Conueniatur.* & d *facit Cod. de dila. l. si quando. & Authent. quod fieri. & de anna. except. l. prima. §. finali.*

d Reus propter firm, & inuitus inducitur ita hunc.

eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit a, cum actor quidem in sua potestate habeat quando vtatur suo iure: is autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conueniatur b.

Damnum quod quis sua culpa sentit, sentire videtur.

VI. GAIVS *libro trigesimo ad Edictum prouinciale.*

Si opera c creditoris acciderit, vt debitor pecuniam quam soluturus erat, perderet: exceptione doli mali creditor remouebitur. Idem est d & si creditori eius numeratam pecuniam ratam creditor non habeat.

VII. VLPIANVS *libro septuagesimo sexto ad Edictum.*

Iulianus ait: Si pecuniam quam me tibi debere existimabam, iussu tuo spoponderim cui donare e volebas, exceptione doli mali potero me tueri: & præter ea conditio f mihi aduersus stipulatorem competit, vt me liberet. 1 ¶ Idem Iulianus ait, si ei g quem creditorem tuum putabas h, iussu tuo pecuniam quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem doli mali exceptione summoueri debere: & amplius agendo cum

Si opera. [CASVS. Obtuli tibi decem quæ debebam. tu noluisti. illa decem amisi siue perdidi. amodo si petas ea decem à me, obstat tibi doli exceptio. Idem est si creditori tuo solui, & non habes ratum, nam si petas amodo à me: obstat tibi exceptio doli. Franciscus.

c ¶ *Si opera.* quia oblatam non recipit: *vt j. de solu. l. qui decem. in prin.* quæ scilicet non recipere dicitur opera: *vt C. de ope. liber. l. liberti. & facit s. de fideicom. liber. l. si filius. §. fi. & j. de verb. obli. l. executione. §. fi.*

e Debitor creditoris creditori soluendo interdum liberatur. ope exceptionis, interdum ipso iure. vt hoc Gloss. fa.

f Debitor creditoris creditori soluendo quibus casibus non liberatur à creditore suo. adde pretiot hanc Gloss. si credi tor habuit exceptionem ad ... credi. torem suum. l. Pomponius. s. de negotiis. ... si quae ... ademptae credi toris. d. l. Pomponius.

d ¶ *Idem est.* vt debitor habeat exceptionem, e licet creditor non habeat ratum: quia cogitur ratum habere: *vt s. de nego. gestis. l. Pomponius. & l. solutad. & l. si liber. & de pigno. actio. l. solutam. §. solutam. ibi, vnde si domum, & c. vbi & de hoc dixi.* Si f vero creditore præsente & contradicente soluerit creditori eius, non liberatur: *vt s. de solu. l. inuito. & facit j. de noua. l. si Stichum. §. fi. & C. de except. l. j.* Item si ratum haberet sponte, liberaretur ipso iure: *vt j. de solu. l. solutam.*

Iulianus ait.] CASVS. Credens me tibi debere c. cum in veritate non deberem, ea centum promisi Titio pro te, cui donare volebas si Titius ea c. à me petat, obstat sibi exceptio doli. Item & condic. sine caussa possum agere contra eum vt me liberet à promissione quam ei feci. Idem est si ea c. promisi Titio pro te cui credebam te tantum debere, cum nihil deberes. Franciscus Accursius.

e ¶ *Donare.* sic g *s. de dona. l. ij. §. cum verò.* secus si tuo creditori: *vt s. eo. l. pure. §. si eum.* Accursius.

f ¶ *Conditio.* sine causa: *vt s. de condictio. sine causa. l. j. §. qui autem. & l. qui.* Accursius.

g Doli exceptio quæ obstat delegato, obstat ei cui delegatio facta est, ex eo solueratus & putatiua.

g ¶ *Si ei.* aliàs *l. & aliàs §. idem Iulianus.*

h ¶ *Putabas.* aliud h si in veritate deberes: *vt s. l. pure. §. si eum. & facit s. de dona. l. ij. §. item si ei.* Accur.

i ¶ *Humanitatem.* facit *s. d. l. j. §. ideo.*

k ¶ *Obligatus.* sine iusta causa: *vt s. de condic. sine cau. l. qui sine. & facit s. de pactis. l. si cum.*

h Veritatis & opinionis differentia.

Dolo facit.] CASVS. Ponitur regula, & est talis: Dolo facit qui petit quod redditurus est, & subiicitur exemplum. Heres grauatus non petere à debitore hereditario, si petat, obstat ei exceptio doli. Item debitor potest agere ex testamento contra heredem vt liberetur. Fran.

l ¶ *Redditurus est.* eidem: secus a si alij: *vt supra solu. matri. l. si fecit. §. Item procurator domino.* Item b hoc verum si clarum & liquidum sit quod debet ei reddi. alioquin non: *vt supra quorum legatorum. l. j. §. redigentur, quæ est contra* Item secus in alio casu: *vt C. qui potio. in pigno. habean. Auth. item possessor. quæ est contra.* Sed illud speciale propter suum mendacium. *sic & supra de rei vindi. l. fina. quæ est contra.* 2. Alij dicunt hæc in petitoriis, sed prædicta in possessoriis. Sed hoc reprobo: quia idem c in possessoriis: *vt supra de Carbo. edict. l. ij. §. causæ. versi. summatim.* Vel dic quòd si paratus incontinenti est probare, obtinet quod dicitur hic. aliàs obtinet, *d. l. quorum legatorum. arg. s. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. & s. vt in possess. lega. l. si is à quo. & dixi de hoc C. loca. l. si quis conductionis. quæ est similiter contra.* Sed solue vt ibi not. ¶ Item not. hic d de dolo præsumpto: *vt supra mandati. l. dolus.*

a Dolo non facit, quod petit quod ... alij, sed alij putat domino.

b Dolo non facit qui petit liquidum debitum, ab eo, conuictum tenetur ad debitum non liquidum.

stipulatore consequar, vt mihi acceptam faciat stipulationem. & habet hæc sententia Iuliani humanitatem i, vt etiam aduersus hunc vtar exceptione & condictione, cui sum obligatus k.

VIII. PAVLVS *libro sexto ad Plautium.*

Dolo facit, qui petit quod redditurus est l. 1 ¶ Sic si heres damnatus sit non petere à debitore, potest vti exceptione m doli mali debitor, & agere ex testamento.

In pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. hoc dicit.

IX. IDEM *libro trigesimo secundo ad Edictum.*

Si procurator rei pecunia accepta damnari se passus sit, & cum domino iudicati n agatur, tuebitur o se doli mali exceptione: nec hoc quod acceperit procurator, auferri ab eo potest p. Nam turpiter accepta q pecunia iustius r penes eum est qui deceptus f sit, quàm qui decepit t.

X. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

Cum vir aut vxor in area sibi donata aliquid ædificasset: plerisque placet, doli mali exceptione posita rem seruari posse u.

c Dolo facit quipeten quod restituturus est regula loci habet etiam in possessorium.

d Præsumitur interdum dolus.

m ¶ *Vti exceptione.* vt e *& infra de fideius. l. si testamento. in prin.* nisi f ratione ignorantiæ: *vt supra l. ij. §. & generaliter.* 2. Vel ratione affectionis vel reuerentiæ: *vt s. l. apud Celsum. §. aduersus.*

e Legata liberatione, debitor tutus est exceptione.

f Doli mali exceptio non ponitur aduersus eos qui ... ignorantia vel reverentia tenentur.

Si procurator rei.] CASVS. Reus passus est se condemnari pecunia corruptus, si ex hac sententia cōtra dominum agatur, habet dominus excep. doli: & qui pecuniam dedit procuratori causa corruptelæ, non repetit ab eo cui dedit. Fran.

n ¶ *Iudicati.* id est actione in factum de re iudi. Accursius.

o ¶ *Tuebitur.* Contra. *s. de dolo. l. & eleganter. §. si dolo.* Sol ibi procurator actoris: hic rei: vnde ibi non conueniebatur dominus, sed agebat: & ideo ibi non datur de dolo, nisi spontanea oblatio proficit: *vt s. de ali. iudi. mu. cau. fa. l. i. in fi. &* quia facilius per actionem primam, quàm per actionem de dolo, consequitur actor.

2. Item ibi de actione de dolo deneganda: hic de exceptione concedenda. *& facit s. de re iud. l. iii. §. condemnatum.*

p ¶ *Ab eo potest.* procuratore scilicet per dantem, nam in g pari causa potior, &c. *vt s. de condic. ob turpem cau. l. si ob turpem, & hic subiicit: nam &c.*

g Pari in causa melior est causa possidentis.

q ¶ *Accepta.* ab auctore.

r ¶ *Iustius.* i h. minus iniuste. nam neutrum iustum. ¶ Et sic not. quòd de duobus i malis minus malum est eligendum: *vt j. de reg. iur. l. quotiens nihil. & ibi no. & s. l. apud. §. Marcellus.* ¶ Sed an dominus cuius procurator est, possit repetere? videtur quòd sic: *vt s. de procu. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. de nego. gest. l. si autem. §. item si fundum. & l. liberto. §. j.* ¶ Et quod subiicit, deceptus est. s. procurator. & decipit s. actor. qui mutuam pecuniam dedit, improprie tamen: *vt C. de transac. l. cum donationis. & j. de reg. iur. l. nemo videtur fraudare.* Vel vere decipitur k qui se corrumpi patitur. *& facit ad primum respon. supra si seru. vin. l. si de communi.* Accursius.

h Iustius, pro minus iniuste.

i Malis ex duobus, minus est eligendum.

k Decipitur etiā is, qui se decipi patitur, & is igitur volens deceptus.

f ¶ *Deceptus sit.* scilicet procurator.

t ¶ *Decepit.* scilicet actor. Accursius.

Cum vir [CASVS. Donauit vir vxori aream: & vxor in ea ædificauit. si vir repetit quod donauit, obstat sibi doli exceptio. Fr.

u ¶ *Rem seruari posse.* id l est impensam: *vt & s. de rei vindic. l. si autem. §. in re petita. & s. de donat. inter virum & vxo. l. sed si vir*

l Res pro impensa & sumptibus.

ſi vir heres.§.ſi vir vxori.& hoc ſi fuit bonæ fidei,credens donationem valere.¶ Quid ergo ſi credidit non valere:& ſic eſt prædo:vt ſupra de adquiren.poſſeſſ.l.quod vir[a] Reſpon.adhuc idem:licet quidam contra:vt not.ſupra de dona.inter virum & vxo.l.ſi vxor ſilio in fine.& facit infra eod.Paulus.

Procurator.] CASVS. Dolus procuratoris ad vnam cauſam conſtituti, commiſſus ante litem conteſtatam, non nocet domino. & da exemplum vt in gloſ. quæ incipit, ad vnam rem datus, &c. ſed ſi commiſit dolum procurator poſt lit. conteſt. vt quia iudicem corrupit: hic dolus nocet domino: vt ſi amodo agat dominus vel procurator, obſtet ei exceptio doli. Item tutoris dolus nocet pupillo. In fine dicit regulam: Dolus procuratoris poſt litem conteſtatam commiſſus puniendus eſt. nocet ergo committenti, id eſt domino, qui reputatur eadem perſona cum procuratore. Franciſcus Accurſius.

Dolus procuratoris commiſſus ante litem conteſtatam, non nocet domino: poſt litem conteſtatam dolus commiſſus à procuratore nocet domino. Item tutoris dolus nocet pupillo. item dolus procuratoris poſt litem conteſtatam commiſſus, puniendus eſt, nocet ergo committenti, id eſt domino: qui reputatur eadem perſona cum procuratore. Bartolus.

XI. NERATIVS *libro quarto Membranarum.*

PRocurator[a] * agit: de dolo eius excipi non debet: quia aliena lis eſt, iſque[b] rei[c] extraneus: neque alienus dolus nocere alteri[d] debet. Si poſt litem cõteſtatam dolo quid fecerit[e]: an exceptio eo nomine in iudicium obiicienda ſit, dubitari poteſt: quia litis cõteſtatione res[f] procuratoris ſit, eámq. ſuo iã quodam modo nomine exequitur. Et placet, de procuratoris dolo excipiẽdum eſſe. Idem de tutore[g] qui pupilli nomine aget, dicendum eſt.

1. ¶ In vniuerſum autem hæc in ea re[h] regula ſequenda eſt, vt dolus[i] omnimodo puniatur, etſi non alicui:[k] ſed ipſi cui eum admiſit[l], damnoſus futurus erit.

Qui habet aliquam excep. contra actorem, vt pacti de non petendo, vel iuriſiurandi, vel ſimilem: habet etiam except. doli. Franc.

a ¶ Procurator. ad[b] vnam rem datus: ſecus ſi eſſet generalis, & haberet liberam. Item ſecus ſi in rem ſuam: vt ſupra l.apud.§.quæſitum. ¶ Et dic emi rem à Sempronio dolo Titij interueniente, nunc autem conſtitui Titiũ procuratorem meum ad rem exequendam: vel ſuo nomine rem meam, doloſe, ſciens meam, alienauit: & nũc nomine meo vindicat, non quidem obeſt ei dolus ſuus ante litem conteſta. commiſſus. ¶ Et ſic eſt arg. pro[d] prælato vindicante rem eccleſiæ quam ipſe alienauit: quòd non excipiatur de dolo ſuo: cum agat nunc nomine eccleſiæ licet poſſet dici quòd & tunc erat prælatus cum vendidit: ſed hic non erat procurator. Accurſius.

b ¶ Iſque, ſcilicet dolus. Accurſius.

c ¶ Rei, id eſt à re, ſcilicet quæ petitur.

d ¶ Alteri. ad[e] quod ſupra de adquiren.rerum do.l.per ſeruum §.fin. & de reg.iur.l.non debet alteri.ſ. & ſupra de procur.l.ignorantis. Accurſius.

e Fecerit. puta iudicem corrupit: vt ſ.l.apud.§.quæſitum.

f ¶ Res, id[f] eſt inſtantia: vt & C.de procur.l.nulla.

g ¶ Idem de tutore. & plus: quia[g] de omni dolo eius pupillus tenetur, quod dic.l.apud.§.illa etiam quæſtio. Accur.

h ¶ In ea re. id eſt in dolo à procuratore omiſſo.

i ¶ Dolus. poſt litem conteſtatam commiſſus.

k ¶ Non alicui. ſcilicet alteri noceat.

l ¶ Admiſit. ſcilicet procuratorem, cum duo eſſent rei credendi vel domini rei quam tertius poſſidebat: ad quam petendam vnus eorum conſtituit procuratorem, qui poſt litem conteſtatam corrupit iudicem, nocet danti: non autem eius ſocio. 2. Vel dic eum, ſcilicet dolum: ac ſi dicat, dolus debet nocere committenti. ſatis[h] autem dominus committere præſumitur, cum eius procurator poſt litem conteſta. committat: cum vna perſona reputentur.]

m Qui æquitate defenſionis. id eſt exceptione aliqua: quia omnis[i] venit ex æquitate.

n ¶ Tutus eſt. niſi[k] ratione perſonarum. &c. vt ſupra eod.l.apud §. aduerſus & l.q.§.& generaliter.

Liberis.] CASVS. [Pater exhereditauerat filios ſuos: & extraneum inſtituit, tandem ruptum eſt teſtamentum natiuitate poſthumi. dicitur quòd filij exheredati & poſthumus habebunt bona patris eorum ab inteſtato: nec poteſt opponi eis agentibus ad bona, except. doli. & hæc bona transmittent filij ad heredes ſuos etiam extraneos. Franc.

o ¶ Qui nihil. quia vere fuerunt ingrati. ſed & ſi aliquid habuiſſent iure inſtitutionis ex teſtamento, rupto teſtamento perderent.

XII. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

QVi æquitate defenſionis[m] infringere actionem poteſt doli exceptione tutus eſt[n].

XIII. PAVLVS *libro quarto decimo Quæſtionum.*

LIberis exheredatis qui nihil[o] ex patris iudicio meruerunt, rupto teſtamẽto[p] ius ſuum conſeruandum eſt[q]: nec opponetur doli mali exceptio. quod non ſolùm in perſona eorum[r], ſed in heredibus[ſ], in perſona liberorum quoque eorum obtinendum eſt.

XIIII. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

PAulus reſpondit,[t] eum qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe, quàm ſi poſſideat, & ab eo dominus ſoli rem vindicet, ſcilicet oppoſita doli mali exceptione.

XV. SCÆVOLA *libro quinto Reſponſorum.*

FIdeiuſſor euictionis nomine condemnatus, id prædium quod euictus† eſt, & omnia præſtare paratus eſt quæ iure empti continentur. quæro, an agentem emptorem exceptione ex cauſa iudicati doli mali ſummouere poteſt. Reſpondit exceptionem quidem opponi poſſe[u]: iudicem autem æſtimaturum, vt pro damnis[x] * emptori ſatisfiat.

p ¶ Rupto teſtamento. agnatione[a] poſthumi.

q ¶ Conſeruandum eſt. vt ſcilicet ab inteſtato ſuccedere poſſint: vt ſ. de contra.tabu. l. filium circa princ. & ſ. de inoffi. teſtamen. l. mater.

r ¶ In perſona eorum. ſcilicet filiorum.

ſ ¶ In heredibus. id eſt non ſolum ipſis liberis, ſed etiam heredibus extraneis ipſorum & etiam ab inteſtato venientibus: & in filijs eorum ſcilicet liberorum obtinet. & quod de extraneis dixi: dic ſi prius adierunt liberi ab inteſtato. aliàs[b] enim non adita non trãſmittitur, niſi liberis: vt C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo. & ſupra de adquir. empti. l. ſiquis.... Accurſ.

Paulus.] CASVS. Qui in alieno ſolo, credens ſuum, ædificat: non poteſt repetere impenſas à domino ſoli niſi poſſideat ſolum. & tunc ope except. doli conſequetur impenſas à domino ſoli vindicante ſolum. Franc.

t ¶ Paulus reſpondit[c]. facit ſupra ad Trebel. l. heres. & Inſtit. de rerum diui. §. ex diuerſo. & ſupra communi diui.l.in hac indicio[d]. §. impendia.& C. de ſeruit. & aqua. l.ij. & ſ. de condic. indebiti. l.ſi in area.& plene nota. ſupra de rei vindic. l. in fundo.in glo.finali.Accur.

Fideiuſſor.] CASVS. Vendidi fundum, & de euictione promiſi: & dedi fideiuſſorem de hoc euicto fundo emptori, emptor egit contra fideiuſſorem quem ei dederam, nomine euictionis: & condemnatus eſt fideiuſſor ad intereſſe. offert fundum emptori: & quidquid plus eius intereſt, ſi amodo fideiuſſor conueniatur ex ſententia: habet except.doli.iudex autem æſtimabit impenſas factas ab emptore in cauſa euictionis, & in his condemnabit fideiuſſorem emptori Franc.Accur.

u ¶ Poſſe. Bul. diſtinguit an ſtatim poſt condemnationem offerat fideiuſſor rem euictam, & totum intereſſe: an non: vt primo audiatur ſecundo non: arg. ſ. de verb. obli. ſi ita quis q. §. Seia. ¶ Sed videtur quòd etiam ſtatim reſtituendo non euitet condemnationem: vt ſupra de euictio.l.emptori.quæ eſt contra. Sol.hic petebat intereſſe quod in condemnatione venerat: & damnatus ei ſoluebat dando fundum. &[e] quidquid plus intereſt: ibi ſolummodo ſeruum. Item contra in eodem titu. l.habere licere.in fin. Sol.ibi ex ſtipulatu ad duplum fuit actum: hic ad intereſſe: quod ſatis habet ſi prædiũ, & quidquid plus intereſt, det. Contra hanc tamen ſolutionem eſt in eodem titu.l.euictus, vbi dicit idem in ſtipulatione duplæ. Sed ibi non erat adhuc res reſtituta actori, & ſecundum hoc dic fideiuſſorem damnatum ad intereſſe ex promiſſione quam fecit de euictione. Sed quidam dixerunt eum condemnatum ad duplũ: & tunc dices in l.emptori.& in l.habere licere, quòd principalis fuit qui offerebat: hic aũt fideiuſſor, qui facilius auditur. & fa.ſ.de iga.ſi fundus. §.ſi plures. & ſupra mandati. l. ſi vero non remunerandi. §. fin. Accur.

x ¶ Pro damnis. quæ paſſus eſt in iudicio. Accur.

Si debitor.] CASVS. Cum x. debebam cuidam furioſo: me delegante me, cum crederem eum ſanæ mentis, creditori eius ſolui

[a] l. quod vir. Vulg. ſi vir. — [a] Teſtamentũ rumpitur agnatione poſthumi. — [b] Dolus procuratoris nocet domino. [c] Procurator generalis & liberam habens, ſed & vel in rẽ ſuã, vel in rem ſuam datus procurator. — [b] Hereditas non adita nõ transmittitur niſi ad liberos. — [d] Procurator vel procurator rem eccleſiæ vindicare poteſt, quam antè vt eius prælatus alienauit. [e] Dolus alius alteri nocere non debet. — [f] Res pro inſtantia. [g] Dolus tutoris pupillo noceat. — [c] Aedificans quodam ſolo, & tamen ædificans ſcilicet in alieno, non alias conſequi ſumptus quam ſi poſſidens rem vindicante domino, nõ retinet ... Infra. [d] indicium. [*] l. ſumptibus. — [h] Procuratoris poſt litem conteſtatam dolus: dolus domini cenſetur & cet. [i] Defenſio omnis eſt ex æquitate. [k] Doli enim exceptio opponitur aduerſus omnes perſonas, quibus dam tamen exceptis. — [e] Fideiuſſor, eo euictionis condemnatus ad id quod intereſt emptoris, poteſt reſtituere vel ſoluere prædiũ quod euictum eſt emptori, dum paratus ſit & alia dona ſatisfacere. Quod ſi conueniatur ex ſententia, iudicati, poterit ſe tueri exceptione doli. licet alibi aliud pro alio nunc ſolui non poſſit.

si amodo curator eius à me petat prædicta x. habeo excep. doli in eo quod de istis x. in vtilitatem furiosi processit. Fran. Acc.

a ¶ *Si debitor*. furiosi. Azo.

b ¶ *A furioso*. creditore.

c ¶ *Eius*. furiosi scilicet. secus ª ergo si non creditori, quia nulla esset delegatio: nec in eius re procederet: quod hic dicit fore necesse: licet debitor prætendat iustã ignorantiam: *vt in argum. contra infra de solut. l. vero. §. j. & Inst. t. mandati. §. item si adhuc*. Accursius.

d ¶ *Existimabat*. debitor delegatus. Accursius.

e ¶ *Cum eo*. scilicet debitore furiosi: & agebat curator furiosi. Accursius.

f ¶ *Furiosi*. facit ℸ. eo l. si opera. in fin. Accursius.

a Delegatio dicitur, cũ debitor vice sua creditori suo alium debitorem delegat.

XVI. HERMOGENIANVS *libro sexto Iuris epitomarum*.

SI debitor [a] à furioso [b] delegatus, creditori eius [c] soluat quem compotem mentis esse existimabat: [d] & ita cum eo [e] agatur: exceptione doli in id quod in rem furiosi [f] processit, defenditur.

Alens filiam suam, quam nuptui tradidit: non tenetur ad vsuras dotis tardius solutæ: licet per errorem promiserit. hoc dicit.

XVII. SCAEVOLA *libro vicensimo septimo Digestorum*.

PAter [g] pro filia dotem promiserat, pactus erat vt ipse aleret filiam suã, eiúsque omnes. Idem homo rusticanus genero scripsit quasi vsuras præteritas ex dotis promissione [h]. quæsitũ est, cum ipse filiam suã exhibuerit, & maritus nullam impensam fecerit: an ex chirographo ex stipulatu † agenti genero excepto obstare debeat. Respondit, si vt proponitur, pater cum exhiberet, per errorem [i] promisisset [k]: locum fore doli mali exceptioni.

Verba enuntiatiua in modum causæ prolata, exceptionem inducunt. Bart.

1. ¶ Auus † nepotibus ex filia legauit singulis centena: & adiecit hæc verba: *Ignoscite: † nam potueram vobis amplius relinquere, nisi me Fronta pater vester male accepisset, cui dederã mutua quindecim, quæ ab eo recipere non potui: postremò hostes, qui mihi ferè omnem substantiam abstulerunt.* Quæsitũ est, an si aui heres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quindecim, contra voluntaté defuncti facere videatur, & doli mali exceptione summoueatur. Respondit exceptionem obstaturam [l].

Pendente lite de re empta, non potest cogi emptor ad pretium soluendum. Barto.

2. ¶ Ex quadrante heres scriptus, à coherede ex dodrante instituto emit portionem [m] certa quantitate: ex qua [n] aliquam summam [o] in nominibus [p] ex calendario [q] vti daret, [r] stipulanti spopondit. defuncto [s] venditore hereditatis, falsum testamentũ Septicius accusare cœpit, & hereditatem ab emptore petiit: & ne quid ex ea minueret, impetrauit [t], quæsitum est, cognitione falsi pendente, ad heredes [u] ex stipulatu petentes [x], doli exceptione summoueantur. Respondit, heredes † venditoris, si ante euentum cognitionis pergant petere exceptione doli mali posse summoueri [y].

Conditio apposita in institutione, in legatis & fideicommissis intelligitur repetita. Barto.

3. ¶ Marito & filio communi ex parte dimidia [z] scriptis heredib., filiam suam ex priore matrimonio, ita heredé instituit: *Mænia filia mea ex sex vnciis heres mihi esto; si cum coheredibus tuis parem † rationem [a] feceris pro mea portione [b] in diem mortis [c] meæ eius actus qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus [d] auus tuus administrauit*, quæsitum est, an quia sub conditione instituta filia esset, si omitteret hereditaté, vti saluam tutelæ actioné haberet, legata quoq. sibi à matre data cõsequi possit. Respõdit, secundùm ea quę proponerẽtur, eam de qua quæreretur, contra

P*Ater pro filia*.] CASVS. Sempronius maritauit filiam suam Titio, & c. dare in dotem conuenit. fecit tamen pactum cum Titio vt ipse aleret ei filiam, eiusque seruos, postea Sempronius donec dos solueretur, mandauit literas Titio, in quibus continebatur se præstaturũ vsuras Titio pro tempore dotis non solutæ. dicitur quòd si conueniatur ex ista promissione, habet except. doli: quasi per errore facta fuerit, ex quo alebat filiã & eius seruos. [AVVS.] Quidã habebat nepotes ex filia: legauit ciuilibet eorum c. & dixit sic: ignoscite mihi quia tam parum vobis lego. nam vobis potuissem magis relinquere, nisi quia à patre vestro quindecim quæ sibi mutuaui, non potui recuperare. item quia fere omnem substantiã meã amisi. nunc heredes testatoris petunt quindecim prædicta ab illis nepotibus heredibus debitoris dicitur quòd repellũtur except. doli: quasi testator videatur remisisse ea per verba quæ dixit in testamento. [EX QVADRANTE.] Cùm essem heres cuiusdam in tribus vnciis, & tu in nouem: emi à te illas nouem vncias certo pretio: & promisi tibi quòd cuidam creditori hereditario puta Titio soluam ex istis nouẽ vnciis quod ei delegaui. te postea defuncto Titius accusat de falso testamentum in quo ego & tu eramus instituti: & se debere prædicta bona habere ab intestato dicit: & sic denunciatum est mihi ne minuam de prædictis bonis pendente quæstione falsi. dicitur quòd si interim heredes venditoris petant à me pretium prædictum: habeo except. doli. [MARITO] Berta ex viro primo habuit filiam, putà Agnesiam, tutelam cuius Agnesiæ gessit pater Bertæ, qui est auus ad Agnesiam pupillam: & male gessit: qui tutor decessit relicta filia sua Berta herede, & quibusdam aliis, tandem Berta habens secundum virum, & ex eo filium, condidit testamentum in quo instituit virum: & filium quẽ ex eo habebat, in dimidiam omnium bonorum: filiam suam Agnesiam in alia dimidia sub hac conditione, si Agnesia non conueniat alios heredes Bertæ: quæ Berta successit patri in eo quòd pater Bertæ male gessit tutelam eius, reliquit etiam legata prædictæ Agnesiæ, nunc Agnesia repudiat hereditatem Bertæ: & vult habere legata, & agere actio. tutelæ contra heredes Bertę, dicitur quòd non potest: quia & legata sub prædicta condi. relicta fingũtur: vnde obstat excep. dol. Fran.

† Stipulationé inter absẽtes fieri inter dum posse et hoc loco colligit Zasius.

† Legatum sic factũ filio debitoris cũ his verbis ignoscite tibi reliquissem si pater tuus non sustulisset id quod mihi reuertur: per hoc inducitur liberatio debiti paterni ipso ei existente herede.

† Enunciatiua verba interdum dispo nunt. id est dispositiuois locum obtinẽt & hac propter cõiecturatam voluntatem testatoris, & si per modum causæ proferantur de huiusmodi verbis enunciationis vide quæ tradunt doctores in l. verba C. de te stamento.

g ¶ *Pater*. scilicet rusticus.

h ¶ *Promissione*. scilicet se præstaturum. & ª *ad hoc facit supra mandat. l. creditor. §. si inter. & de iure dot. l. cum post. §. vsuras, & supra solu. matri. l. in insulam. §. vsuras.*

a Dotis non solutæ vsuræ nõ debentur marito onera matrimonij non sustinenti.

i ¶ *Per errorem*, quod præsumitur, ᵇ quia fuit rusticanus: *vt supra de proba. l. cum de indebito. & in hoc facit supra de in. do. l. iure succursum §. fin.*

b Præsumitur error in rusticano aut cum facile errare posse.

k ¶ *Promisisset*. id est tractasset. Accursius.

l ¶ *Obstaturam*. quia videtur voluisse eos consequi liberatione ᶜ; quia dixit, recuperare non potui. *ad quod facit supra de rei vindicat. l. emptor. §. ancilla. & supra de proba. l. Procula. & supra familiæ erciscun. lege, ex parte. §. intellato. & supra de lega. ij. Lucius. §. finali. & supra de lega. iij. l. fideicommissa. §. hæc verba. & ad Trebel. l. qui filium. & de dona. l. ex hoc*. Accursius.

c Enunciatiuis verbis debitori adquiritur liberatio.

† Euictione imminente eiã liminæ cõtractus, non cogitur emptor soluere pretium.

m ¶ *Portionem*. id est dodrantem. Accursius.

n ¶ *Ex qua*. id est ex quo dodrante.

o ¶ *Summam*. id est quantitatem.

p ¶ *In nominibus*, consistentem.

q ¶ *Ex calendario*. hoc enim & venditori, quia liberatur à creditore hereditario, & debitori eidémque emptori proficiebat. *& facit supra de leg. iij. l. qui filium.*

† Parem rationem facere est soluendo & compensatione. *l. semper. §. conducitere. in fi. inf emere in nomine, l. Sancho, §. argomentum sup. de solutione.*

r ¶ *Daret*, creditori hereditario cuius erat tu calendarium. 2. Vel dic quòd erat hereditarium, in quo continebatur etiam debitum à defuncto. 3. Vel dic quòd dicit se soluturum de debito quod debet debitor hereditarius scriptus in calendario defuncti. & secundum hoc concordat inferior glos. Accursius.

s ¶ *Defuncto*. hoc si contingit.

t ¶ *Impetrauit*. quod faciendum fuit: *vt supra de petit. heredi. l. diuus* Accursius.

u ¶ *Heredes*, scilicet venditoris. Accursius.

x ¶ *Petentes*. scilicet pretium. Accursius.

y ¶ *Summoueri*, nisi dent fideiussores de euictione: *vt ℸ. de pericu. & commo. rei vend. l. pen. §. j. & C. de euict. l. si post.* hic enim non dabat: & ideo emptor non debet nomina cedere. sed certe neque potuit: quia impetratum fuit vt non deminueret aliquid ex hereditate. & hoc secundùm tertiam expositionem superiorem.

z ¶ *Dimidia*, id est sex vnciis. Accursius.

a ¶ *Rationem*. id est, eos non conuenias act. tutelæ pro parte qua heredes sunt, nam pro tua parte extinguitur actio: *vt C. de bere. actio. l. si adulta*. Accursius.

b ¶ *Portione*, fuerunt enim & alij heredes aui, præter hanc, quorum partes non curauit liberari. Accursius.

c ¶ *Mortis*, id est cùm fuero mortua. Accursius.

d ¶ *Meus*, cuius heres sum. Accursius.

Voluntatem

a *Voluntatem.* quia etiã in legato videtur repetita [a] cõditio: & sic non obstat. ff. *de leg. j. l. qui filiabus.* quæ est cõtra. & pro hoc ff. *de cond. & demon. l. cum.* Item eadem ratione non ob. ff. *de leg. j. l. filio.*

b ¶ *Exceptionem.* Sed videtur quòd conditione defecta, ipso iure deficit actio. Sed hoc vbi est expressa conditio: secus si tacita. 2. Vel forte vtrobiq; eadẽ est ratio: & hic dic, exceptione. scilicet doli de facto. Vel refert inter conditiones [b] negatiuè positas, in quibus Muciana cautio, scilicet de restituendo legato si contra conditionem fecerit, solebat interponi: vt etiam interposita cautione obstet exceptio petenti, si velit contra conditionem venire: vt hic. talis enim erat hæc conditio si non egeris actione tutelæ, qualiacunque [c] igitur verba fuerint: hic consonant. *& facit supra de condi. & demon. l. fiunt.*

voluntatem [a] petere: & ideo exceptionem [b] doli obstaturam.

QVARVM RERVM actio non datur*.

TITVLVS V.

1. VLPIANVS *libro septuagesimosexto ad Edictum.*

IVsiurandum vicem rei iudicatæ [c] obtinet non immeritò: cũ ipse quis iudicem [d] aduersarium suum de causa sua fecerit, deferendo ei iusiurandum. 1. ¶ Si pupillus sine tutoris auctoritate detulerit iusiurandum, dicemus nõ obstare [e] exceptionem istam, [f] nisi tutore auctore in iudicio [g] delatio facta sit.

2. ¶ Si petitor fundi iusiurandum detulerit aduersario, vt si auctor eius iurasset suum fundũ se tradidisse, ab ea controuersia discessurum se [h]: exceptio possessori [i] fundi dabitur.

Pro se tantum iurans, sibi tantum parit exceptionem: secus si in rem iuret, hoc dicit.

3. ¶ Si fideiussor iurauit: si quidẽ de sua persona tantũ iurauit, quasi se non esse obligatũ [k] nihil reo proderit, si verò in rem [l] iurauit: dabitur exceptio reo quoq;.

Dominus seruum qui negotia sua gessit manumittens, potest a libero facto stipulari quæ sibi debet ipse seruus de negotiis gestis.

4. ¶ Si manumisero eum seruũ qui negotia mea gesserat in seruitute: deinde stipulatus ab eo fuero quod negotia mea gesserit, quidquid ob eam rem [m], si tunc [n] liber fuisset, eum mihi dare oporteret, id dari: deinde ex stipulatu agam: non summoueri me exceptione, neque enim oneratum se hoc nomine potest quæri libertus, si lucrum abruptum [o] ex re patroni non faciat.

Imposita à patrono liberto causa onerandæ libertatis, peti non possunt, siue statim, siue ex interuallo imposita sint: & declarat dictum suum dilucidè vsque ad finem legis per diuersos casus: & in §. si seruus. in l. seq.

5. ¶ Quæ onerandæ † libertatis causa stipulatus sum à liberto, exigere non possum. [p] Onerandæ autem libertatis causa facta bellissimè [q] ita definiuntur, quæ ita

QVARVM RErum actio nõ datur.

¶ *Quandoque* [d] *à principio non nascitur actio, vt in turpibus* [e]*: vt infra de* verb. obli. l. generaliter. & l. *seq. Quandoque nascitur, sed inefficax: vt cum dolus vel metus interuenit: vt. C. de* inutilibus stipulatio. l. dolo. *Quandoque efficax sed postea fit inefficax, vt per pactum, vel similem causam: vt ff. tit. 1. & 2. & 3. & 4. Non ergo de omnibus hic titulus dicit: sed de quibusdam, & inordinate.*

¶ *Sub hoc titulo permisti in proposita fuerant exceptiones variæ, namque non dari dicitur actio quæ exceptione eliditur: vt in S.C. Macedoniano. & proponitur nunc exceptio iurisiurandi, & exceptio Quod libertatis onerandæ causa petitur, & exceptio Quod in alea gestum sit, omittuntur quæ iam superioribus titulis vel libris explicatæ sunt innumeræ.*

IVsiurandum.] CASVS. Iusiurandum habet similitudinem cum sententia, nam qui defert iusiurandũ aduersario, facit eum iudicem in causa sua. Secundo dicit: pupillus detulit iusiurandum aduersario: & iurauit se non debere. si agat pupillus tutore auctore ad illa decem, non obstat ei exceptio iurisiurandi, nisi illud iusiurandum detulit tutore auctore. Tertio dicit: cum peterem à te fundum quẽ possides, & dicis te emisse à Titio domino fundi: & tale pactum tecum feci quòd discedã à petitione fundi si Titius iuret suum fundum tibi vendidisse & tradidisse, si hoc iurat Titius, & petã amodo à te fundũ, opponitur mihi exceptio. Quarto dicit: aut fideiussor meus de se tantum iurauit se non esse obligatum, id est non fideiussisse: & hoc non prodest mihi. si autem iurauit pecuniam non fuisse numeratam, vel iurauit solutã fuisse: tunc prodest mihi: & dabitur mihi exceptio ex iuramento eius. [SI MANVMISERO.] Stichus seruus meus gessit negotia mea & male, eum manumisi. postea stipulatus sum ab eo mihi dari tantum in quantũ teneretur si liber existens gessisset bona mea prædicto modo, dicitur quòd ex hac promissione tenetur: nec videor causa libertatis onerandæ prędicta stipulatus, cum velim eum lucrari de meo. [QVA ONERANDA.] Quæ stipulatur patronus à liberto causa libertatis onerandæ, non potest petere: vt si promisit libertus patrono dare x. pro qualibet vice qua eum offender, & sic propter hoc libertas semper sit in metu, & quicquid mali facit sibi patronus, sustineat libertus. & hoc est verum quando iuxta manumissionem patronus stipuletur prædicta, vel similia pacta fiant, si autem ex interuallo, id est dudum post manumissionem prædicta stipuletur patronus à liberto, bene tenetur libertus: cum sponte videatur promisisse, nisi nimia patroni reuerentia ductus vel metu hoc promisit, nam & hoc casu habet libertus exceptionem. [ITONERANDÆ.] Cum manumitterem Stichum, feci secum tale pactũ stipula vallatũ: vt quandocunq; ipse libertus offenderet in aliquo me, patronũ: sim socius eius in bonis suis, id est bona sua sint mihi & sibi cõmunia. dicitur quod si agã contra eum ex prædicta conuentione ad bona sua communicãda: habet except. Secundo dicit: exceptio quæ datur liberto de eo quod promisit onerandæ libertatis causa: competit & eius fideiussori, item ei qui pro libero se principaliter obligauit. item defensori liberti, item heredi eius, nec est vis siue fuerit promissum patrono, siue alij volũtate patroni, si autẽ patronus delegauit libertũ creditori suo in eo quod libertus debebat ex promissione libertatis causa facta: tũc debitor delegatus tenetur cũ effectu: sed libertus per condict. hoc repetet à patrono. Vltimo dicit: hæc except. de eo quod libertatis onerandæ causa promissum est, competit liberto. Item eius heredi. item competit contra patronũ, & eius heredem. Franciscus.

c ¶ *Iudicatæ. hoc* [a] *dic vt ff. de iureiuran. l. ij.*

d ¶ *Iudicem.* impropriè: & sic supple quasi. [c] sic *C. de fideicommiss. leg. quæstionem.* & sic [d] non obstat. *C. ne quis in sua causa. l. j.* Vel illud in contentiosis iurisdictionibus: hoc in voluntariis: argu. *supra de adopt. l. iij. & facit supra de confess. l. j. prima placet.*

e ¶ *Non obstare,* quia replicatur [e] etiam sine restitutione: *vt supra de iureiuran. l. insiurandum. §. j. quæ est contra. & facit supra de pactis. l. contra iuris, in princip.* Accursius.

f ¶ *Istam.* scilicet iurisiurandi.

g ¶ *In iudicio.* idem [f] si extra: *vt supra de iureiuran. l. tutor. & argu. supra de administra. tutor. l. quotiens. §. nec vtique. & argu. supra manda. l. idẽmque. §. fideiussores.*

h ¶ *Discessurum se.* fuit ergo pactum [g] de non agendo sub conditione si talis iurauerit [h], quod valet existente conditione: *vt supra de iureiuran. l. si quis cum debitore.* Et sic non obstat arg. contra. *supra de diuer. & tempo. præscript. l. pe. §. pe.*

i ¶ *Possessori.* dubitatio erat an idem in reali actione quod in personali, vt possit iusiurandum deferri: vel an iusiuran. alterius alteri prosit: sic i & pacti dari potest: *vt ff. de pact. l. si tibi. §. pactum.*

k ¶ *Non esse obligatum,* id est se non fideiussisse. Accursius.

l ¶ *In rem* s. pecuniam non esse numeratã, vel solutam fuisse: cum sic ei defertur: *vt ff. de iureiuran. l. duobus. §. y. & l. fina. §. si fideiussor,* secus si pactum sit fideiussori: quia tũc demũ reo prodest, si hoc agatur: *vt ff. de pact. l. fideiussoris. & l. videlicet.* Sed quid in dubio? Respo. de toto iurasse videtur: *vt ff. de iureiuran. l. si. circa principium,* cum [l] locum solutionis obtineat: *vt eo. tit. l. duobus.*

m ¶ *Ob eam rem.* id [k] est ob gestionem.

n ¶ *Si tunc.* scilicet cum gereret.

o ¶ *Abruptum,* id est subreptum à liberto ipsi patrono, vel econtra ipsi liberto ereptum per stip. patroni *& ad hoc ff. quæ in frau. cre. l. quæ autem. §. simili. & l. fi. circa princ.* Item idem intelligo secundùm Azo. si non fieret lucrum: sed male administrauit dolo vel culpa: *arg. ff. de neg. gest. l. cum actam. & l. atq. i. & fa. ff. de manu. testa. l. seruum & C. de lib. cau. l. fi. & C. an seruus ex suo facto. l. promisse.* Sed quę erat dubitatio? Respon. secundùm Io. & quia causa onerandæ libertatis; & quia sicut de neg. gest. non tenetur, ita nec de stip. super eo interposita. Venit ergo in hanc stipulationem quantumeum ex bona fide præstare oportet, & hoc videtur promittere: *vt & aliàs ff. loca. l. quæro. circa princ.*

p ¶ *Non possum. & C. de ope. liber. l. si quem in fin.* Accur.

q ¶ *Bellissimè.* id est pulchrè & bene differentia assignatur: sed certe. Imò non bene aperit. Dic [l] ergo: aut stipulatur aliquid simpliciter patronus incontinenti, [m] vel ex interuallo, annuum vel menstruum vel semel præstandum: & tunc potest peti quasi donũ, vel munus, vel opera. Si autem non simpliciter, nec animo exigendi

a Conditio in stitutioni vel restitutioni adiecta videtur repetita in legata eidem pertinẽ relicto.
a vulgo additur, & d. exceptione iurisiurandi.
b Conditiones negatiuè positæ quando cautus effectus.
c Positiones fieri verbis affirmatiuè & negatiuè possunt: neque interest vtro modo fiat, dũ ipsa positio vim suam habeat negatiuam.
d Actio tribus casibus nõ datur: vt quia ipso iure actio vel non nascitur vel nascitur inefficax, vel certe inefficax postea redditur.
e Turpium obligationum nulla vel ipso iure nascitur obligatio.

a Iurisiurandi & rei iudicatæ cõmoditas.
b Iusiurandũ cui defertur, quasi iudex suæ causæ cõstituitur.
c Iudex pro quasi iudice.
d Iudex in sua causa an & quando quis esse possit.
† *Ista § facit ibi ar. ad id quod ... promisit ... sup. verbo. ... quitur de possessione ...*
e Iusiurandũ delatum à pupillo sine tutore, vim non habet sententiæ.
f Iusiurandũ auctore tutore pupillus & in iudicio & extra iudiciũ deferre potest.
g Pactum fieri potest de non agendo, si talis testis iurauerit.
h Iuramentũ alterius alteri prodesse ex conuentione potest.
i Iusiurandũ fideiussorium & quatenus prosit reo principali.
k Iusiurandũ in dubio, an rẽ intelligitur, non in personam. In rem, inquam, vt de toto iuratum fuisse videatur.
l Iusiurandum locum solutionis obtinet.
m Res pro gestione.
n Libertus manumissus an, quibus, & quatenus à patrono onerari possit.
o Præsumptiones sumi ex temporis breuitate hinc colligit Zasius.

simpliciter, sed si patronum in aliquo offenderit, tunc demum exigat, non alias: tunc dicitur causa libertatis onerandę imponi: *vt hic j. contin. & j. eo. l. fi. in fi.* hoc tamen distincto: quia si incontinenti hoc modo stipuletur, præsumitur satis causa onerādæ libertatis promissum. Si [a] autem ex interuallo promittitur, eodem modo imputet sibi libertus, nisi pbet quod nimia [b] reuerentia & amore quem habuerat in patronum, sic promisit, vt hic subiicit: & ita ex [c] eo quod ex interuallo fit, transfertur onus probandi [d] in libertum. Accur.

imponuntur, vt si libertus patronum offenderit, petantur ab eo, sempérque sit metu exactionis ei subiectus [a]: propter quem metum quoduis sustineat* patrono percipiente.

6 ¶ In sūma, si incōtinēti [b] impositum quid sit liberto [c] quod ἐπιτεταγμένως † oneret eius libertatem: dicēdum est exceptioni locum facere. Sed si post interuallū, habet quidē dubitationē: q a nemo eū [d] cogebat hoc pmittere, sed idē erit probādū & hic, tamē causa cognita, si liquido appareat libertū metu solo [e], vel nimia patrono reuerētia ita se subiecisse, vt vel pœnali quadā stipulatione se subiiceret. 7 ¶ Si libertat [f] causa societatē libertus cū liberto pro socio [g] agat: an hæc exceptio sit necessaria? Et puto ipso iure tutum esse libertū [h] aduersus exactionē patroni. 8 ¶ Exceptionē onerādæ libertatis causa, sicut & cæteras fideiussori nō esse denegādas sciēdū est: nec ei [k] quidē qui rogatu liberti reus factus [l] est: sed &* ipsi liberto [m], siue procurator ad defendendum à reo [n] datus fuerit, siue heres ei [o] extiterit [p]. Cum enim propositum sit prętori, in huiusmodi obligationibus reo [q] suc currere: nō seruaturum propositū suum, nisi fideiussorē quoq., & eum qui rogatu liberti reus factus fuerit [r], aduersus patronum defēderit. Et enim parui refert, protinus libert' patrono cogatur dare: an per interpositā fideiussoris vel rei [s] personā. 9 ¶ Si autem ipsi patrono sit promissum, siue alij volun

a ¶ *Subiectus.* scilicet patrono. Accur.

b ¶ *Incontinenti.* id est [c] tempore quo manumittitur.

c ¶ *Liberto.* promittēti prædicto modo.

d ¶ *Eum.* scilicet libertum. Accursius.

e ¶ *Metu solo.* aliter [f] accipitur hic metus quàm *C. de transact. l. interpositas.* ¶ Et not. hic arg. quòd mulier [g] quæ rem suam vēdidit vel hypothecauit: si renūciauit [h] metu vel reuerentia [i], quòd possit reuocare. Idem [k] de clerico qui metu [l] & reuerentia episcopi renunciauit prebendæ, licèt nō interueniat corporis cruciatus. Accur.

f ¶ *Libertatis.* putà si in aliquo me offenderis, ero socius tibi in bonis tuis, id est mihi & tibi sint communia: *vt arg. j. de bo. lib. l. j. §. fi.* Vel dic erimus socij te ponente centum in societate: & ego ponam tantundem: cum hoc patrono expediebat, quia libertus bene scit negotiari.

g ¶ *Pro socio.* ad communicanda bona, secundùm primum casum: Vel ad conferendum secundùm alium, cum offenderit in aliquo libertus patronū. sic enim agitur pro socio: *vt not. s. communi d ui. l. j.* Accur.

h ¶ *Libertum.* qui cōtractus est bonæ fidei: sed in contractibus stricti iuris vt in stipulatione obligatur, sed e [x] ceptionem habet: *vt s. §. quæ onerādæ. & j. proxi. §. j. & facit s. de ope. lib. l. Labeo ait.* Accursius.

i ¶ *Cæteras.* rei cohærentes: *vt s. de excep. l. exceptiones. §. j. & C. de excep. l. defensiones. & ad Velle. l. mulierem.*

k ¶ *Nec ei.* scilicet denegandas. Accur.

l ¶ *Reus factus est.* transferendo in se obligationem vel totā, vel eius partem: qui dicitur expromissor [m]: *vt s. de dolo. l. & eleganter. §. seruus.* Accur.

m ¶ *Liberto.* scilicet non esse denegandas.

n ¶ *A reo.* id ex expromissore. Accur.

o ¶ *Heres ei.* scilicet expromissori.

p ¶ *Extiterit.* libertus.

q ¶ *Reo.* id est liberto. Accur.

r ¶ *Factus fuerit.* transferendo in se obligationem. *vt s. dixi.*

s ¶ *Vel rei.* qui rogatu liberti principaliter se obligauit: *vt C. de vsu. rei iudi. l. fi. §. fi. & s. de pac. l. quod dictum.* Accur.

t ¶ *Habebit.* Contra *s. de condic. indebi. l. si non sortem. §. libertus.* Solu. ibi debebatur patrono siue officiales, siue artificiales. hic non cū effectu.

u ¶ *Libertum.* facit *s. tit. j. l. pure. §. si cum. & quod ibi not.*

x ¶ *Id fecit.* i. quod promiserat creditori patroni.

y ¶ *Item si libertus.* cōuersus casus ad superiorē: sed tamē idē iuris est.

z ¶ *Patronus.* Sed cur secus in fideiussore & expromissore: *vt s. e. l. §. exceptiones.* qui excipiunt: vt ibi: sed hic debitor delegatus non excipit: quia huius non interest. cum cuicumque soluat, liberatur. at illi aliàs non tenentur, & interest eorum potius non soluere, quàm solutum patrono à liberto repetere: *vt j. de fideius. l. si stipulatus esses. in princ.*

tate patroni: onerādæ libertatis causa videtur factum: & ideo hęc exceptio locum habebebit [t].

10 ¶ Quòd si patronus libertum [u] suum delegauerit creditori, an aduersus creditorē cui delegatus promisit libertatis onerandæ causa, exceptione ista vti possit, videamus. Et Cassius existimasse Vrseium refert, creditorem quidē minimè esse summouēdum exceptione, quia suū recepit: veruntamē libertū patrono posse cōdicere, si non transigēdę cōtrouersię gratia id fecit [x].

11 ¶ Item si libertus [y] debitorem suum patrono delegauerit, nulla exceptione summouendus est patronus [z]: sed libertus à patrono per condictionem [a] hoc repetet.

12 ¶ Hæc exceptio non tantū ipsi liberto, verùm successoribus [b] quoque liberti danda est: & versa vice heredem [c] patroni summouendum, si hæc persequatur, sciendum est.

II. PAVLVS *libro septuagesimoprimo ad Edictum.*

SI filio familias delatum sit iusiurandum, & iurauerit patrem suum dare non oportere: danda est patri exceptio [d].

1 ¶ Si in alea [e] rē vendam [f], vt ludā, [g] & euicta re cōueniar, exceptione summouebitur emptor.

2 ¶ Si seruus promittat domino pecuniam vt manumittatur, cum aliàs non esset [h] manumissurus dominus: eámque liber factus spondeat: [i] dicitur non obstare exceptionem patrono, si eam petat. non enim onerādæ libertatis causa hæc pecunia promissa est: alioquin ini-

a ¶ *Per condictionem.* sine causa, vel certi: *vt arg. s. si cert. peta. l. si & me.*

b ¶ *Successoribus.* In vniuersum ius: secus [a] in singulari: *vt supra j. respon.*

c ¶ *Heredem,* secus in successore singulari: *vt s. ea. l. §. fiet autem in fi.*

SI filio familias.] CASVS. Filius iurauit deferente aduersario patris patrem non debere x. quę ab eo petebantur. dicitur quòd hæc exceptio pdest patri. [SI IN ALEA.] Pone casum vt in glos. quæ incipit, putà &c. [SI SERVVS.] Seruus promisit mihi x. vt eū manumittam: & manumisi, & liber factus eadē decem mihi promisit. Dicitur quòd tenetur: nec videtur libertatis onerandæ causa promisisse. tūc enim videtur pmissum causa libertatis onerandę, quando aliquid stipulatur patronus non animo exigendi, sed vt libertus eum timeat, & obtemperet ei. Fr. Acc.

d ¶ *Exceptio.* vt *s. de except. l. fi. & s. de iureiur. l. quanto magis.*

¶ Quid autem econtra si pater iurat filium dare non oportere? Respon. forte datur exceptio filio. *ar. j. de verb. oblig. l. quodcunque. §. quæ ita. secundùm H.* Imò sine forte, *vt s. de iureiur. l. qui iurasse. §. si pater.* Accursi.

e ¶ *Si in alea.* Intelligo aleam [b] esse ludum. sunt enim quidam [c] cōcessi: *vt s. de alea. l. antepe. & pe. & fi.* vnde cum non committitur iuribus fortunæ: non habet locum quod hic dicitur de venditione [d] secundùm H. Item & cum committitur, & non est prohibitum, [e] vt ad vnum caponem: non habet similiter locum, & facit *s. de proba. l. in exceptionibus. in fin.* Accursius.

f ¶ *Vendā.* putà si vicero, vendas mihi fundū Titianū: & si viceris, vendā Sēpronianum pro x. tibi vel ipsam rem tibi vendidi: & pretiū lusi, vel ipsam æstimatā lusi, vel dic venturo filio principis, cum putarem ab eo proiici in vulgus, vendidisti mihi quasi in aleā fortunæ illud quod eras accepturus: & quod postea accepisti, mihi dedisti: & est euictum: non teneris, *ar. s. de contr. emp. l. nec emptio. & de act. emp. l. ex empto.* [f] *§. fi. ibi,* quemadmodum &c. Vel secundùm R. vendo ego ludens, & precium mihi ludenti soluis: quod perdo. de euic. non teneor: sicut nec tu vsucapis: *vt s. pro empto. l. si quis cum sciret.* & intelligebat etiam in ludo permisso.

g ¶ *Vt ludam,* ipsam rem. vel æstimationē, vel inæstimatā: & intelligo hoc casu quādo inæstimatā etiam in ludo permisso. secundū R.

h ¶ *Non esset.* maxime. Accur.

i ¶ *Spondeat.* idem si non spopondisset, nam hoc casu etiam pmissione in seruitute facta tenetur: *vt C. an ser. ex suo facto l. ij.* quod est speciale contra regulam primæ l. in eo tit. *& facit s. de libe. cau. l. fi.*

Alioquin

a Reuerentialis metus patris à liberto, marito ab vxore, & similibus: vt in Gloss. verbo metu inf. eod. exhibetur, adductum non rescindit maxime si ex interuallo quod tali metu actū est. a Ibi c. nisi metus ille reuerētialis prębetur tussis nisi minæ vel verbera præcesserunt. de quo adde Glossam. l. si patre cogente. 22. sup. de ritu nup. adde Boerium decisione. 100. ... Glos. l. si mulier ... sup. de pactis ... Capolam ... C. de vsuca. pro emptore.

* sustineat.

† id est, imminens in vulg. edit. omissum est hoc verbum.

b Reuerentia nimia & metus, quasi paria.

c Ex interuallo acta post iussum superstatis præsumuntur in dubio sine vitio metu gesta. ... de Gloss. ... C. de transactionibus. Gloss. in verbo ... sup. de liberali causa.

* sed nec.

d Probādi onus transferri ex reo in alium solet ob præsumptiones cōtra illas e incontinenti ... tempore manumissionis.

f Metus varię significationes.

g Probari difficulter posse, minas quæ vxori marito: & breuiter quæ a superioribus inferuntur, hinc collegit Boerius decis. 100.

h Renūciatio metu vel reuerentia (nimia scilicet) facta reuocari potest.

i Reuerentia nimia quid efficiat. v. Gloss. in verbo ... sup. eod.

k v. Boerium decis. 100.

l Necessitate non arbitrio libero fieri præsumitur, quod iussu superioris fit Grammaticus decis. 36. in fi.

m Expromissor quis.

a Successoris vniuersalis & singularis differentia.

b Alea, ludus.

c Ludi non omnes concessi.

d Venditio facta in ludo vt lud ... valeat.

e Ludus honesti consumandi causa, non interdictus.

f al. ... qui ... neque etiam.

a Re sua per tio eius carere iniquum est. b al. lex, emptorem. §. qui autem vers. ibidem.

a ¶ *Alioquin iniquum est.* Not. b sic supra de act. emp. leg. ex empto. §. b *ibidem. & supra de condic. cau. da. l. si pecuniam. §. quod si distractum.* Accur.

b ¶ *Non exigat.* pure, & non expectata conditione: vt hic fuit: *& fac. i. Z. eo. l. j. §. quae onerandae. & quod ibi not.*

DE LITIGIOSIS

Quia & haec est exceptio: ideò iste titulus hic ponitur post alias exceptiones.

¶ *Subiicitur adhuc tamen specialis exceptio rei litigiosae. nam alienatio c vel pigneratio rei litigiosae, valet ipso iure l. 17. in pr. l. 18. De rei vind. sed emptori vel creditori obstat exceptio litigiosi. Cu.*

c Litigiosam ipso iure alienari vel pignorari potest: ex aequitate verò nõ sub. lit.

† i. exceptio de litigiosi vnius rege Nouell. 112.

quum est a dominũ & seruo carere, & pretio eius. Totiens ergo onerandae libertatis causa pecunia videtur promitti, quotiens sua sponte dominus manumisit, & propterea velit libertum pecuniam promittere, vt non exigat b eam, sed vt libertus eum timeat, & obtemperet ei.

DE LITIGIOSIS†.
TITVLVS VI.

1. VLPIANVS *libro septuagensimo-sexto ad Edictum.*

Litigiosam rem non facit denuntiatio c quae impediendae venditionis causa fit.

Lis duorum primi & secundi nõ facit rem litigiosam: quae vẽditur ab eo qui litem pro ea re non patiebatur.

1 ¶ Si inter primũ & secundũ sit lis cõtestata d, f & ego à tertio emero, qui nullã cõtrouersiã patiebatur: videamus an exceptioni e locus sit. Et putẽ subueniẽdũ mihi: quia is qui mihi vendidit, nullã litem habuit: & quòd f fieri potest vt duo in necem eius litẽ inter se iungãt g, qui cum ipso litigare non poterant h. Si tamen cum procuratore, tutore, curatore ve alicuius iudicium acceptũ sit: consequens erit dicere, quasi cum ipso i litigetur, ita eum * ad exceptionem pertinere k.

Litigiosam.] CASVS. eo ipso quòd denũti o Titio ne Stichũ seruũ quẽ possidet vẽdat: licèt postea vẽdat, nõ fit res illa litigiosa. Secũdo dicit, pri mus petebat à secũdo Stichũ seruum, & est de hoc cõtesta. emi istũ Stichum à quodã Titio c. est mihi traditus: & postea eũ desij possidere: nũc eũ petere volo à possessore. Dicit quod nõ obstat mihi exceptio litigiosi. & redditur ratio in litera. Tertio dicit: emi Stichũ ab eo cũ cuius tutore vel curatore vel procuratore agebatur ad illũ Stichũ: & est mihi traditus ille Stich*: & postea desij possidere eũ. dicitur quod si volo petere illũ Stichũ, repellar except. litigiosi, si sciens litigiosum eũ emi. Franc.

* ad eum.

c ¶ *Denuntiatio.* facta d fuit venditori: *vt hic, & C. eo l. j. in fi.* idem si emptori: *vt C. de rescind. vendi. l. si maior.* ¶ Sed an e inducat malam fidem? Respon. sic, si cœperit habere malam fidem, aliàs non: *vt supra de minor. l. tutor. & Z. quod falsotut. au. cto. l. si id inquit.* & secundũ hoc intellegitur *C. de rei vendi. l. si fundum.* In casu forte praesumitur f mala fides: *vt Z. qua in fraud. cre. l. ait praetor. §. ita demum.*

d ¶ *Sit lis contest. i. e.* hodie non est opus contestatione: *vt in Auth. de liti. in prin. col. viij.* nisi g in personali actione fortè: *vt C. eo. l. ij.*

e ¶ *Exceptioni.* exceptionem h patitur qui rem litigiosam emit: quia si cecidit à possessione, & petit eã ab aliquo: obstat exceptio rei litigiosae. *& fa. Z. quae res pig. ob. poss. l. j. §. eam rem.*

f ¶ *Quòd.* aliàs quia.

g ¶ *Iungant.* fortè etiam simulatè. *ar. Z. de transactio. l. cũ hi. §. transactionis. vers. si cum lis.*

h ¶ *Non poterant.* i. difficile erat. ¶ Et nota hic quòd vitiũ i litigiosi non afficit rem, aliàs noceret cuilibet, vt furti vitium. Acc.

i ¶ *Cum ipso.* minore, vel domino, vel furioso. Accur.

k ¶ *Pertinere.* emi ergo ab eo cum cuius tutore vel curatore vel pcu. agebat, repellar exceptione si k sciẽs l emi rẽ litigiosã: *vt Z. l. pxi.* & agã nũc cõtra aliquẽ possidẽtẽ: & sic est in m rẽ n ex pte opponẽtis hęc exceptio: sicut exceptio o doli: *vt Z. de dol. exce. l. ij. §. j.*

d Denũciatio facta emptori ne rem emat, non facit eã litigiosam. e Denũciatio an inducat malam fidem. f Praesumitur mala fides ex certis casibus. g Litigiosum fit in actione personali, hic cõtestatione, vt hic. Quid in reali & mixta vide Zas. hic. h Litigiosi exceptio cui opponatur. i Litigiosi vitium rem nõ afficit. k v. Remanet. fog. 746. l Litigiosum sciẽter emẽs exceptione repellitur. m Litigiosi exceptio est in rem ex parte opponẽtis. n Exceptiones in rem. o Exceptio doli in rem.

S *I seruus.*] CASVS. Seruus meus emit rẽ litigiosam: & ipse sciebat rem litigiosam, ego non: vel econtra, dicitur quòd sciẽtia serui inspicitur: non mea domini: vt si sciuit, noceat mihi vitium litigiosi. & haec sunt vera quando sine meo mandato emit. si autẽ meo mandato emit: hoc casu inspicitur mea sciẽtia vel ignorantia, non serui. Fran. Accur.

l ¶ *Cum emerit.* rem litigiosam, & nomine peculiari, vel dominico sine mandato domini. Accur.

m ¶ *Poena litigiosi.* i. repellitur g exceptione qui emit, si à possessione cadat, & vindicet. non enim erat illa poena statuta per leges istas. sed hodie statuitur: *vt C. eo. leg. fi. & facit Z. de publi. l. cum qui. §. in hac. in fin. & Z. de contrah. emp. l. in huiusmodi. & Z. de vsucap. l. sequitur. §. Labeo.*

p Litigiosam rem amentis poena.

n ¶ *Si mandatu.* Imò & si mandatum interuenit, debet inspici serui scientia: *vt supra de aedil. edict. l. cum mancipium. ibi, & certum incertumve. quae est contra.* Solu. hic de certo emendo mandauit, putà Sticho: quo casu ipse a dominus videtur emisse. ibi mandauit in genere, putà emas quendam talẽ seruũ ad tale opus faciendũ. 2 Alij dicũt, hic domino praesente: ibi absente. & facit *supra de iuris & facti igno. leg. iniquissimum. & supra quod vi aut clam. leg. si opus. §. j. & supra de tributo. ac l. sed & si seruus. in princi. & §. j. & supra de lib. cau. l. imò.* Accur.

a Contractus celebratus cũ procuratore, tutore & curatore, videtur celebratus cum domino, pupillo adulto, furioso. Alberic.

Ad hoc vt res fiat litigiosa: inspicitur scientia siue ignorantia eius qui emit, & non eius cui acquiritur.

II. IDEM *libro sexto Fideicommissorum.*

SI seruus cum emerit l scit, ignorauit autem dominus, vel contra: videndum est, cuius potius spectanda sit scientia. Et magis est vt scientia inspicienda sit eius qui comparauit, nõ eius cui adquiretur: & ideò poena litigiosi m cõpetit: sic tamẽ, si nõ mãdatu domini emit. nã si mãdatu n etiã si scit seruus, dominus autẽ ignorauit, scientia nõ nocet. & ita Iulianus in re litigiosa scribit.

Patitur poenam dupli, qui rem litigiosam consecrat, vel dedicari facit. litem aequum est eum commodum percipere poena commissa, qui damnum sustinuit. h. d.

III. GAIVS *libro sexto ad legem duodecim tabularum.*

REm de qua cõtrouersia est, prohibemur † in sacrũ dedicare: alioquin dupli poenã o patimur: nec immeritò p: ne liceat eo modo duriorẽ aduersarij cõditionem facere q. Sed duplũ vtrũ fisco, an aduersario praestãdũ sit, nihil exprimitur. Fortassis autẽ magis † aduersario: vt id veluti solatium habeat pro eo quòd potentiori aduersario traditus est r.

R *Em de qua.*] CASVS. Si de re aliqua est tibi mota lis à me, & tu eam dedices, teneris in duplũ, nam iniquũ esset per te fieri duriorem mihi aduersarium sine poena. & hoc mihi duplum datur. & redditur ratio. Fran. Accur.

o ¶ *Poenam.* non b inuenio in alio casu poenam statutam, nisi quae statuitur hodie. *C. eo. l. fi. quae est contra.*

b Poena rẽ litigiosam dedicantis, duplum.

p ¶ *Nec immeritò.* s. statuimus poenam dupli: vt sic terreãtur homines à talibus. ¶ Sed quaeritur, an fiat religiosa? Respond. non, si aliena erat: & hoc innuit in fine huius legis, sicut nec religiosam facit q. s. rẽ alienã: *vt insti. de rerum diui. §. religiosam.*

† per leg. 12. tabu vt docet haec interptio. Photius in Nomoc. ti. 2. c. 1. rationẽ reddit, quia tunc rem tradimus aduersario potentiori, nempe Deo aut religioni.

† Mulcta quandoque fisco applicatur.

q ¶ *Facere.* fit c deterior si fiat religiosa, vel si fiat sacra, quantũ in eo est: si etiam adiungeretur aedibus, cum esset tignum: *vt Z. de rei vindi. l. in rem j. §. tignum.* Item si fiat alienatio in potentiorem, *ar. Z. si ex noxa. cau. l. j. §. j.* non tamen hic dupli poena locum habet, nisi in casu quem haec lex ponit Accur.

c Deterior res fit, si fiat sacra vel religiosa, perinde ac si in potentiorẽ alienetur: vt & i contra in potentiorẽ alienatur, quoties fit sacra vel religiosa.

r ¶ *Traditus est.* factor. Accur.

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS.

¶ *Hic titulus talis est ac si ita esset conceptus, communia de obligationibus & actionibus. nam pleràque in eo proponuntur quae sunt communia immani illi numero actionum vel quasi actionum, quem à libri quinti tit. 1. executus est in hunc vsque locum, & simul de quibus ita sparsim egit proponitur consummata & breuis quaedam enumeratio, earum potissimum quae ex obligationibus nascuntur. nam vindic ationum facilior comprehensio est: & ob id obligationum origines & causae quoad eius fieri potest hoc titulo diligenter explicantur & quae in eo traditur definitio actionum, ad actionem in personam propriè pertinet non ad actionem in rem. est enim actio, si perspicuè vtranque compleri velis, ius rem suam vel sibi debitam iudicio persequendi, vel executio iuris sui, vel apud iudicem iuris sui persequendi formula. Obligatio vinculum iuris quo obstringimur necessariò ad dandum aliquid vel faciendum. & eleganter.* l. in vendentis. C. de contra emp. *nullam esse obligationem quae non obstringit necessitate. Communia quae dixi proponi, planè notatur possim in hoc titulo his verbis, ex omnibus causis, in omnibus negotiis, in omnibus rebus, in quibuscunque negotiis, ex contractibus venientes actiones, omnes poenales actiones, & aliis similibus plerisque. Cuiac.*

O *Bligationes.*] CASVS. Obligationes quaedã nascũtur ex cõtractu: qdã ex maleficio: qdã ex variis figuris causarũ: quod vltimũ expone vt in Gl. hic posita quae incipit, queri cõsueuit &c. Secũdo dicit quòd obliga. quae nascuntur ex contractu, quaedam fiunt re: quaedam verbis: quaedam literis: quaedam consensu. De obliga. quae fiunt re, dat quae-

tuor exempla, scilicet in mutuo, item in commodato, item in deposito, item in pignore quod datur creditori: nam est obligatus ad rem reddendam soluto debito. Sequitur de obliga. quæ fit verbis: & primo qualiter fiat. nam fit ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur: & quandoque quis obligatur suo nomine quandoque alieno, & tunc vocatur fideiussor. Postea dicit quòd cum stipulor aliquid dari quod dari non potest, vt liberum hominem, vel rem sacram: non valet stipulatio. Item si rem meam stipulor mihi dari. idem si sub impossibili condit. stipulor: nam non valet stipulatio. Item furiosus non potest stipulari vel promittere. item puer qui est talis ætatis vt non intelligat quid agat: non potest stipulari vel promittere, nisi sit talis ętatis vt possit loqui, vt habeat aliquem intellectum. item mutus, item surdus non possunt stipulari vel promittere. & redditur ratio in litera. Sequitur de oblig. quæ fiunt consensu: vt est venditio, locatio, & similes: & ideò dicuntur consensu, quia non est opus scriptura, neque literis, neque verbis. hinc est quòd inter absentes possunt fieri. item in eis veniũt ea de quibus non est actum: vt vsuræ ex mora: & alia de quibus dic *vt in gloss. & b d. hac l. & seq.* Franc. Accursius.

DE OBLIGATIONIBUS & actionibus†.

TITVLVS VII.

Hæc lex multum artificialiter procedit per diuisiones obligationum. & diuiditur cum duabus ll. sequent. & principio quartæ in sex partes. In prima ponit primam diuisionem obligationum. In secunda subdiuisionem. In tertia declarat quomodo contrahitur obligatio re. In quarta quomodo contrahitur verbis. Quinto quomodo consensu. Sexto ponit & declarat quomodo contrahitur obligatio ex maleficiis. secunda ibi, obligationes. tertia ibi, re contrahitur. quarta ibi, verbis autem. quinta in l. sequen. sexta in princip. l. quartæ vsque ad §. si quis absentis. & textus est planus.

1. GAIVS *libro secundo Aureorum.*

Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure [a] ex variis causarum figuris [b]. 1 ¶ Obligationes ex contractu [c], aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu [d].

2 ¶ Re contrahitur [e] obligatio, mutui datione. Mutui autem datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensurá-ve [f] cõstant veluti vino, oleo, frumẽto, pecunia numerata: quas res in hoc damus [g], vt fiant accipientis, postea alias recepturi eiusdem generis & qualitatis 3 ¶ Is quoque cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re [h] quam accepit, restituenda tenetur. & ille [i] quidem qui mutuum accepit: si quolibet casu quod accepit amiserit, nihilominus obligatus permanet [k]. Is verò qui vtendum accepit: si maiore casu [l], cui humana infirmitas resistere non potest, veluti incendio, ruina, naufragio, rem quam accepit amiserit: securus est. aliàs tamen exactissimam diligentiam [m] custodiendæ rei præstare compellitur: nec sufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire poterit. Sed & in maioribus [n] casibus si culpa eius interueniat [o], tenetur: veluti si quasi amicos ad cœnã inuitaturus, argentum quod in eam rem vtendum acceperit, peregrè proficiscens secum portare voluerit, & id aut naufragio, aut prędonũ hostiúmve incursu amiserit.

5 ¶ Is quoque [p] apud quẽ rẽ aliquam deponimus, re nobis tenetur [q]: qui & ipse de ea re quam acceperit, restituenda tenetur. Sed is etiam si neglegenter rem custoditam amiserit, securus est. Quia enim non sua gratia accipit, sed eius à quo accipit: in eo solo tenetur, si quid dolo perierit: neglegẽtię verò nomine ideò nõ tenetur, quia qui negligenti amico rẽ custodiendã cõmittit, de se queri [r] debet. magnam tamen negligentiam [s] placuit in doli crimine cadere. 6 ¶ Creditor quoque qui pignus accepit, re tenetur [t]: qui & ipse de ea ipsa re quã accepit, restituẽda tenetur. 7 ¶ Verbis [u] obligatio cõtrahitur ex interrogatione

a ¶ *Iure.* subaudi scilicet. Accur.

b ¶ *Figuris.* ¶ Quæri consueuit, quæ [a] sunt istæ obligationes quæ oriuntur ex variis figuris causarum? Respon. quidam, illæ quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: & talem dicunt condictionem furtiuam: scilicet [b] ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: & secundùm hoc sunt tantùm tria membra. 2 Alij dicunt, vt H. hoc esse dictum propter cõdictionem furtiuam, quæ habet [c] insignia contractuum & maleficiorum, non tamen est ex maleficio, quia datur in heredem: *vt Insti. de obli. quæ ex delic. in fin.* Item non ex contractu: quia non daretur in quantum est locupletatum peculium tantùm, sed in solidum quatenus peculium in solidum pateretur: *vt supra de pecu. leg. tertia. §. ex furtiua causa.* & secundùm H. dic ſ. ex contractu, scilicet vel quasi. Item ex maleficio, supple quasi: vt sit argumentatio à sufficienti partium enumeratione: & secúdùm hoc sunt quinque membra. 3 Vel intelligendum est de obligationibus quæ non sunt iure. s. ordinario: sed magis proprio quodam iure, id est extraordinario separato à cõtractu vel quasi, & maleficio vel quasi: vt actiones quæ dantur loco interdictorum: vt in interdicto quod vi aut clam: & eo casu cum datur contra eum qui non fecit, sed ratum habet. vel de noxa. quibus conuenitur dominus ex delicto serui: vel de pauperie: vel de act. quod me cau. quæ datur contra bonæ fidei possessorem, & in similibus. 4 De vtilibus [d] autem dico per prætores dari, non [e] oriri ex contractu ex quo directa, vel alio facto ex quo datur directa: vt ex albo prætoris corrupto. nam cùm quis vendit [f] actionem suam: emptori [g] datur vtilis, non nascitur. Vel dic, datur vtilis non ex illa venditione, sed potius ex ipso veteri cõtractu: *not. C. de leg. l. ex legato.* 5 De act. in [a] rem dic quòd non nascitur ex obligatione: *vt Insti. de act. §. j.* vnde nec [b] propriè dicitur actio: *vt j. l. con. actio.* Item stipulationes [c] prætoriæ & interdicta non sunt propriè actiones: *vt infra eo. l. actionis verbo.* 6 De actionibus quæ oriuntur ex pactis incontinenti appositis: dicũt quidam quòd sunt ex variis figuris causarũ: sed [d] possunt dici ex contractu, cum sint obligatoria talia pacta vel conuentiones. Nã & ipsum pactum [e] est contractus. Accur.

c ¶ *Obligationes ex cõtractu.* impropriè ponitur: *vt infra de verb. signif. leg. Labeo.* Accursius.

d ¶ *Consensu.* quartum membrum, scilicet literis [f], non ponitur: quia iure ciuili fuit introductus, & sic per has leges incognitus: Vel quia non est frequens. Vel dic quòd sub hoc verbo, scilicet verbis, continetur. nam verborum obligatio aliàs enuntiatiuorum, id est sine literis: aliàs in scriptis. Sed Institut. eo. ponitur hoc membrum. Accursius.

e ¶ *Re contrahitur.* hęc & sequentia expone vt Instit. quibus mo. re contrahi. obl. per totũ. ¶ Et caue tibi: quia hic non ponit de [g] indebito inter obligationes ex contractu: licèt in Insti. ponat: sed inter eas quæ sunt ex quasi cõtractu: *vt j. eo. l. ex maleficiis. §. is quoque.* Accur.

f ¶ *Mensurave.* de his dixi ſ. *si cert. peta. l. ij. §. j.* Accur.

g ¶ *Damus.* ex proposito. tamen sępe easdem res recipimus etiã ignorantes. Accur.

h ¶ *Ipsa re.* in hoc differt à mutuo: & dic vt *Insti. eo. §. ij.* Accur.

i ¶ *Et ille.* secunda differentia.

k ¶ *Permanet.* vt & *ſ. si cert. pet. l. i. l. incendium.* pręterquam traiectitia: *vt ſ. de nau. fœ. l. in nautica.* Sed hoc non est ex natura mutui, sed pacti: *vt ſ. de nauti. fœ. l. j.* Item excipe. *ſ. titu. ij. l. si opera.* Accur.

l ¶ *Si maiore casu.* i. fortuito. Accur.

m ¶ *Diligentiam.* hoc distingue: *vt ſ. commo. l. si vt certo. §. interdum.* & facit lex, in rebus.

n ¶ *In maioribus.* s. fortuitis. Accur.

o ¶ *Interueniat.* scilicet casus.

p ¶ *Is quoque.* dic *vt Inst. eo. §. præterea.*

q ¶ *Tenetur.* nisi ita posita sit, vt certa quantitas reddatur: tunc egreditur suos terminos: *vt ſ. deposi. l. Lucius.*

r ¶ *Queri.* i. sibi imputare debet: vt Insti. eo. §. pen. Accur.

s ¶ *Negligentiam.* i. [h] latam culpam: *vt ſ. depos. l. quod Nerua. & facit ſ. ad Treb. l. mulier. §. sed enim & ſ. de inoffi. tu. l. impuberibus. §. j. & j. de verb. sign. l. magna.* Sed in casibus tenetur de fortuito casu, quod dic vt ſ. *depos. l. j. §. sæpe euenit.* Accur.

t ¶ *Tenetur.* quo ad pignora: sed quo ad hypothecariam secus. nã illa contrahitur solo consensu: *vt ſ. de pign. act. l. j.* & de hoc dic vt not. Inst. *qui. mo. re contrahi. obli. §. fin.* Accur.

u ¶ *Verbis.* hucusque de his quæ re contrahuntur: nunc de his quæ verbis. quod dic *vt Inst. de ver. oblig. in prin.*

Vocatur.

Marginal notes:

† Sic Fl. perperam in vul. edit. & manusc. De act. & oblig. Ant. Aug. lib. j. c. 9. Inst. de obl. qui. mo. re contrahitur mota est.

a Obligationes ex variis causarum figuris narg. an quæ ex quasi contractu vel quasi maleficio nascuntur: an quæ insignia habent contractuum & maleficiorum? an quæ non sunt ex iure ordinario & dantur loco interdictorum? an quæ vtiles dantur à prætore? an quæ impropriè actiones sunt vt in rem actiones, stipulationes prætoriæ, interdicta? an quæ oriuntur ex pactis in cõtinenti appositis?

b Condictio furtiua ex quasi contractu & ex quasi maleficio esse videtur.

c Condictio furtiua habet insignia contractuum & maleficiorũ: non tamen ex contractu vel ex maleficio est, dicitur.

d Actiones vtiles à prætoribus dantur.

e Actiones vtiles non oriuntur ex cõtractu ex quo directæ nascũtur.

f Actio, vendita actione, quæ competat, an datiua an natiua, an ex illa venditione, an vetere contractu.

g Actionum vtilium aliæ datiuæ, aliæ natiuæ. adde Cin. in l. 2. C. de oblig. & l. 8. C. de legatis.

a Actio in rem non nascitur ex obligatione & impropriè actio.

b Actio propriè non dicitur quæ non nascitur ex obligatione.

c Actiones improprié, in rẽ actiones: stipulationes prætoriæ, interdicta.

d Actiones ex pactis in continenti appositis, ex contractu dici possunt.

e Pactum dici potest contractũm innominatum. v. Zas. l. Ressons.

f Literarũ obligationum cur non fiat hic mentio.

g Indebiti solutione verũ nascatur obligatio ex contractu, an ex quasi contractu.

h Negligentia pro lata culpa.

a ¶ *Vocatur.* largissimè acceptus, etiam pro expromissore quãdo liberatur reus, accipitur: quia fidem suam ponit pro alio. strictè aliter: *vt Inst. de fideiuss. & dic vt ibi.* Accur.

b ¶ *Obligatione.* quantum b ad rem quæ vna est: & quia vna solutio vtraque tollit, alia est tamen vnius, & alia est alterius obligatio: & sic quo ad formam diuersæ sunt, vt in duobus reis promittẽdi. *vt ĩ. de duobus reis. l. iij. §. fin.* Accur.

c ¶ *Stipulemur.* aliàs stipuletur, passiue.

d ¶ *Non possit.* Vel quia non est, nec esse potest: vt chimæra. Vel quia stipulator non habet commercium propter religionis diuersitatẽ, vt Iudæus mancipij Christiani. Vel ratione delicti, vt hæreticus: quibus casibus inutilis est stipulatio. Aliter si promissor non habet rei commercium, stipulator habet: *vt ĩ. tit. j. l. multum.*

e ¶ *Inutilem esse.* indiget enim stipulatio d naturali & ciuili ratione.

f ¶ *Ignorauerint.* per quod videbatur valere: sicut emptio e liberi hominis valet inter ignorantes: *vt supra de contrahen. empt. l. qui officij. §. & leg. liberi. & leg. domum. & infra tit. j. l. nemo. & Institut. de inuti. stip. §. si impossibilis.* Accur.

g ¶ *Conditione.* natura scilicet vel f iure. quod dic *vt Institut. de inuti. stipu. §. si impossibilis.* Accur.

h ¶ *Natura.* quia consentire impeditur.

i ¶ *Intellegat.* s. plenissimè. Accur.

k ¶ *Quod.* i. quantum. Accursius.

l ¶ *Creditur.* dummodo aliquem sensum habeat: & non sit infans: *vt infra titu. j. l. j. & leg. mulier.* nisi g in casu *vt infra rem pup. sal. fo. leg. seruum.* & de his duobus dixi *Institut. de inut. stip. §. furiosus. & §. pupillus. & facit supra quib. ex cau. in possess. ead. Fulcinius. §. planè interdum. & ĩ. tit. j. l. fin. §.* j. Accur.

m ¶ *Posse.* tutore auctore, vt opus est. Accur.

n ¶ *Mutum.* de hoc dic *vt Inst. de inuti. stip. §. mutum.* Accur.

o ¶ *Qui etiam.* scilicet surdus.

p ¶ *Possit.* quod quandoque h contingit, quandoque non: *vt C. qui test. face. po. l. discretis.*

q Consensu. dic vt Inst. *de obli. ex consensu.* Accur.

r ¶ *Ideò autem.* prima ratio.

s ¶ *Proprietas.* i. qualitas. Accur.

t ¶ *Consentire.* i. simul & præsencialiter sentire. secus k si dicam vellem rem meam vendere ei qui est absens. quo audito ille dicat quòd vellet emere vel velit. nam semper cum dixit lex inter absentes contrahi: subiicit, per nuntium vel epistolam. ¶ Item q. dicit obligationem l verbis contrahi: non ideò dicit, quòd non exigatur consensus: sed quia nõ sufficit. at m in his quæ consensu contrahuntur: suffi[illegible] & non exigitur verborum solennitas: *vt infra l. proxi. §. pe. & §. f.* ¶ Item not. distinctionem ex vi n nominis. nam vbi o distincta sunt nomina, vt emptor & venditor, nascuntur duæ actiones, & vtraque directa. Idem est vbi idem nomen est, vt socius. Porrò b vbi nomen à nomine descendit, vt mãdatarius à mãdatore: duæ sunt actiones: vna directa, & alia contraria.

u ¶ *Item in his contractibus.* secunda ratio. Accur.

& responsu: cum quid dari fieríve nobis stipulemur. 8 ¶ Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor vocatur a. & plerunque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eadẽ obligatione b teneantur: dum curamus vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. 9 ¶ Si id quod dari stipulemur c, tale sit, vt dari non possit d: palam est naturali ratione inutilem e esse stipulationem: veluti si de homine libero, vel iam mortuo, vel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos qui ignorauerint f eum hominem liberum esse, vel mortuũ esse, vel ædes deustas esse. Idem iuris est si quis locum sacrum aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit.

10 ¶ Nec minus inutilis est stipulatio, si quis rem suã, ignorans suam esse, stipulatus fuerit.

11 ¶ Item sub impossibili cõditione g factam stipulationem constat inutilem esse.

12 ¶ Furiosum, siue stipulatur, siue promittat: nihil agere, natura h manifestum est. 13 ¶ Huic proximus est, qui eius ætatis est, vt nondum intellegat i quid agatur. sed quod k ad hũc, benignus acceptum est. Nam qui loqui potest, creditur l & stipulari & promittere rectè posse m. 14 ¶ Mutum n nihil pertinere ad obligationẽ verborũ, natura manifestũ est. 15 ¶ Sed & de surdo idẽ dicitur: quia etiam o si loqui possit p, siue promittit, verba stipulantis exaudire debet: siue stipuletur, debet exaudire verba promittentis. Vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: sed qui omnino nõ exaudit.

II. Idem *libro Institutionum.*

Consensu q fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis.

1 ¶ Ideo autem r istis modis consensu dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum neque scripturæ vlla proprietas s desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire t.

2 ¶ Vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur: veluti per epistulam, vel per nuntium.

3 ¶ Item in his contractibus u alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet x.

III. Paulus *libro secundo Institutionum.*

Obligationum substantia y non in eo consistit, vt aliquod corpus nostrum, aut seruitutem nostram faciat: sed vt alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum. 1 ¶ Non satis autẽ est dantis esse nummos, & fieri accipientis, vt obligatio nascatur z: sed etiam hoc animo dari & accipi a, vt obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi: quanquam & donantis fuerit & mea fiat, tamen non obligabor b ei: quia non hoc inter nos actum est c.

2 ¶ Verborum quoque obligatio constat, si inter cõtrahentes id agatur d. Nec si enim per locum † putà, vel demonstrandi intellectus e causa ego tibi dixero *spondes?* & tu respõderis, *spondeo* *: nascetur obligatio.

x ¶ *Præstare oportet.* non de eo solo quod dictum est: vt ecce de vsuris ex mora & circa partus & fructus, sed in stipu. aliud est: *vt Inst. de obli. ex consensu in fin.* Accur.

Obligationum.] Casus. Natura obligationum ex contractu vel quasi descendentium non est vt aliquid fiat nostrum: sed vt aliquis obligetur dare vel facere vel præstare. Secundo dicit ad hoc vt aliquis obligetur mihi ex mutuo, non sufficit vt de meo suum fiat: sed vt eo animo dem, & ipse accipiat, vt obligetur tantundem reddere. Pone enim quòd do tibi x. animo donandi. certe non obligaris. Tertio dicit: ex stipu. tunc oritur obligatio, quando id agitur inter contrahentes. quid enim si per locum vel causa docendi magister discipulo promittat x. vt cum discipulus quæreret à magistro, quomodo mihi fieret stipulatio: certè non oritur obligatio. Fran.

y ¶ *Obligationum substantia.* id est c esse & natura proficiscens ex contractu vel quasi: nisi d stipulatio sit inita cum ecclesia: quo casu transfertur dominium ex obligatione: *vt C. de sacrosan. eccle. l. fin.* Secus si obligatio oriatur ex maleficio e: *vt ĩ. de publica. l. commissa.* 3 Idem est in tacitis fideicommissis, id est tacite relictis non capacibus: *vt ĩ. de iure fisc. leg. imperator. & facit C. de pactis. leg. traditionibus.* Accur.

z ¶ *Nascatur.* ex mutuo. Accur.

a ¶ *Accipi.* supple oportet. Accur.

b ¶ *Obligabor ei.* ciuiliter, sed naturaliter ad antidora f: *vt ĩ. de peti. hære. l. sed & si lege. §. consuluit.* Accur.

c ¶ *Actum est.* vt ĩ. *si certum pet. l. non omnis. & l. si ego.* Accur.

d ¶ *Id agatur.* facit ad hoc & superius *supra de contrahen. emptio. l. nuda. & infra de accepti. l. an inutilis. & infra de in ar. l. illud. & supra de pactis l. j. §. fin. & de alie. iu. leg. quia redhibitio. & supra de arbi. diem. §. penul. & supra de præscriptis verb. l. si tibi rem. & ĩ. de furtis l. si quid fur.* Accur.

e ¶ *Intellectus.* id g est si velim demonstrare h quomodo fiat verborum obligatio: & ideò dicam hæc verba. Accur.

Ex maleficiis.] Casus. Sequitur videre de obliga. ex maleficio: & certè oriuntur ex furto, ex rapina, ex iniuria, & ex similibus. [Si quis absentis.] Nunc vult dicere de obli. ex quasi contractu. & ecce, si gessi negotia aliena: si quidem cum mandato, oritur obligatio ex contractu. ex quo nascitur actio mandati. si sine mandato; oritur obligatio ex quasi con-

a Fideiussoris generalis & specialis appellatio.
b Obligatio fideiussoris & rei principalis vna est, si rem quæ vna est inspicias: si formam, diuersa.
c Dari rei nõ potest, vel quæ nõ est, nec esse potest: vel quia stipulator non habet commercium, his casibus inutilis est stipulatio. Quid si promissor commercium eius rei nõ habeat: aliud, vt ibi. [illegible]
d Stipulatio indiget naturali & ciuili ratione.
e Emptio liberi hominis valet inter ignorantes.
f Impossibile dicitur vel natura vel iure. Id enim factu impossibile fingitur, quod ius prohibet.
g Stipulari in fans an possit.
h Surdus qui doque loqui potest.
i Consentire qui dicantur.
k Cõtrahitur inter absẽtes nõ aliter quã per nuncium vel epistolam ad id specialem. Nam sãbiundo volũtas contrahentis innotescere, contra[illegible] non valet, vt ex Gloss. [illegible]
l Obligatio verbis cõtra hi dicitur, nõ quod desit, sed quia non sufficit consensus sine verbis.
m Obligationes quæ consensu contrahuntur verbis non desiderant.
n Ex vi nominis distinguũtur personæ & actiones.
a Actiones & directæ & contrariæ, sed & puræ & singulares nascuntur, quoties eorum qui cõtrahũt distincta sunt nomina, aut idem nomen est, b Actiones directæ & contrariæ nascuntur quoties nomen alterius contrahentis ab alterius oritur. Porro de actionibus directis & contrariis. adde Gl. [illegible] C. de negotiis l. [illegible] de obli. ex consensu.
c Substantia pro esse & natura, aut pro titulo [illegible] gi.
d Obligationibus non transfertur dominium, nisi certis casibus, & in quidẽ privilegiatis, de quibus hic.
e Seu commissa [illegible] occulte [illegible] vectigali obnoxias.
† vel etiam per discendi tantum causa. l. 7. §. quod fieri supra de pact. Id etiam colligit Varro ex etymologia verb. spondeo enim à sponte. i. voluntate.
f Antidoralis obligatio.
g Intellectus demonstrandi causa fieriqui dicuntur.
h Ex simplici ea dictum nõ obligat.

tractu, ex quo nascitur actio nego gesto. & redditur ratio in litera. Item actio tutelæ est ex quasi contractu: & competit pupillo contra tutorem in eo quod de suo tutor soluerat. Item heres dicitur obligatus ex quasi contractu ad soluenda legata legatariis. Ité is qui indebitum accepit, dicitur obligatus ex quasi contractu ad reddendum ea act. puta certi condict. generali qua tenetur accipiés mutuum. [si i v. ax x.] Nunc dicit de obligat. ex quasi maleficio. item is ex cuius cœnaculo, siue suo, siue conducto, siue gratis habitauerit, est deiectum vel effusum aliquid, ita quòd alicui transeunti nocuit: tenetur ex quasi maleficio. Item is qui habet aliquid positum supra locum quà vulgo iter fit, quod si caderet, posset alicui nocere: tenetur ex quasi maleficio. hinc est quòd si filius seorsum à patre habitauerit: & ex domo in qua habitauerit, aliquid est deiectum, vel aliquid teneat appensum cuius casus posset nocere: tenetur ipse filius ex quasi maleficio: non pater eius. Item exercitor nauis, aut cauponæ, aut stabuli, tenetur ex quasi maleficio de damno quod dederunt in mercibus mercatorum & hospitantium nautæ, vel alij quorum opera vtitur in naui, caupona, vel stabulo, & redditur ratio in litera. Fran.

IIII. GAIUS *libro tertio Rerum cottidianarum siue Aureorum.*

EX maleficio [a] nascuntur obligationes: veluti ex furto, ex damno [b], ex rapina, ex iniuria: quæ omnia vnius generis sunt. nam hæ re tantùm consistunt [c], id est ipso maleficio [d]: cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis, & consensu.

Hic incipit iurisconsultus mixtim tractare de generibus omnium obligationum. & iste §. tractat de actione negotiorum gestorum: sequens autem de actione tutelæ. §. is quoque. de condictione indebiti. §. si iudex. de contractibus ex quasi maleficio, vsque ad finem. hoc dicit.

V. IDEM *libro tertio Aureorum.*

SI quis absentis [e] negotia gesserit: si quidem ex mandatu, palam est ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus inuicem experiri possunt de eo quod alterum alteri ex bona fide præstare oportet.

Si verò sine mandatu, placuit [f] quidem sanè eos inuicem obligari: eóque nomine proditæ sunt actiones quas appellamus negotiorum gestorum: quibus [g] æquè inuicem experiri possunt de eo quod [h] ex bona fide alterum alteri præstare oportet: sed neque ex contractu, neque ex maleficio [i] * actiones nascuntur. Neque enim is qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse: neque vllum maleficium [k] est, sine mandatu suscipere negotiorum administrationem. Longè magis † is cuius negotia gesta sunt, ignorans [l] aut contraxisse, aut deliquisse intellegi potest: sed vtilitatis causa receptum est inuicem eos obligari. Ideò autem id ita receptum est, quia plerunque homines eo animo peregre proficiscuntur, quasi statim redituri: nec ob id curam negotiorum suorú mandant. deinde nouis causis interuenientibus, ex necessitate diutius absunt: quorum negotia disperire [m] iniquum erat: quæ sanè disperirent, si velis qui obtulisset se negotiis gerendis, nullam habiturus esset actioné de eo quod vtiliter de suo impendisset: vel is cuius gesta essent, aduersus eú qui inuasisset [n] negotia eius, nullo iure agere posset [o].

1 ¶ Tutelæ quoque iudicio qui tenentur: nó propriè ex cótractu obligati intelleguntur. Nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur: sed quia sanè non ex maleficio [p] tenentur, quasi ex contractu teneri videntur, & hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore, sed & contrà tutor cum pupillo habet actionem, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suá [q] creditori eius [r] obligauerit [s]. 2 ¶ Heres quoque qui legatum debet: neque ex cótractu, neque ex maleficio [t] obligatus esse intellegitur [u]. Ná neque cú defuncto, neque cum herede contraxisse quicquam legatarius intelleg[i]tur [x]. maleficiú auté nullú ex ea re esse, plus quá manifestum est. 3 ¶ Is quoq. qui non debitú accepit per errorem soluentis [y], obligatur quidem quasi ex mutui datione: & eadem actione tenetur qua debitores creditoribus: sed non potest intelligi is qui ex ea causa tenetur [z], ex contractu obligatus esse. Qui enim soluit per errorem: magis distrahendæ [a] obligationis animo, quàm contrahendæ dare videtur. 4 ¶ Si iudex [b] litem suam fecerit, non propriè [c]

a ¶ *Ex maleficio.* de contractibus ad maleficia transit.

b ¶ *Ex damno.* nisi per imperitiam damnum fiat. vt cum medicus [a] male secuit per imperitiam: quia tunc est obligatio ex quasi maleficio. Sed certè dicas nasci ex maleficio, vt hic: secus [b] in iudice [c] qui per imprudentiam male iudicauit: quia tunc est obligatio ex quasi maleficio: *vt j. e. l. §. si iudex.* Accur.

c ¶ *Consistunt.* ¶ Sed nónne iniuria fit verbis & literis: *vt j. de iniur. l. j. §. j.* Respond. licèt literis vel verbis maleficium committatur: nihilominus [d] re contrahi dicitur. Sed si fiat contractus verbis, non tamen fit re: & sic de cæteris. *& facit Instit. de oblig. ex deli. in prin.* & dic vt ibi. Accur.

d ¶ *Maleficio.* quod quatuor modis committitur: scilicet [e] facto, dicto, consilio, & scriptura: & ista quatuor genera septem modis distinguuntur: scilicet [f] causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu: *vt infra de pœnis l. aut facta.* Accursius.

e ¶ SI *quis absente.* transit nunc ad quasi contractus. & dic vt Insti. *de obli. quæ ex quasi contra. nascun.* Accur.

f ¶ *Placuit.* scilicet prudentibus.

g ¶ *Quibus.* scilicet actionibus.

h ¶ *De eo quod.* scilicet natura huius inspecta. Accur.

i ¶ *Neque ex maleficio.* supple vel quasi: alioquin [a] ab insufficienti partium enumeratione male argumentaretur.

k ¶ *Neque vllum maleficium.* Imò videtur quòd sic: *vt j. de reg. iu. l. culpa. y.* sed ibi in alio casu loquitur: puta in eo quo loquitur constitutio, cum quærebatur.

l ¶ *Ignorans.* Nã ignorantem non obligari vid. *C. de [illegible] leg. generali lib. x.* ¶ Item eo quod subiicit, ne. & ignorans non deliquit: quod [a] intellige, nihil omnino à se gesto. & ita nulla est oppositio: alioquin contra: *vt j. ad legem Cor. de sic. l. iij. §. j. & leg. iiij. & l. de l. de SC. Silan. l. j. in prin.*

m ¶ *Disperire.* i. sine consilio ita vt disperirent. *& facit l. de contra. emt. l. j. in prin.*

n ¶ *Qui inuasisset.* alias inuasisset: alias inuasisset.

o ¶ *Posset.* per hoc ergo quòd agere potest, seruatur ne pereat quæ negligéter administrata perirent. non autem dico quòd per hoc quis agere potest, inuitetur aliquis ad gerendum, sed terretur. *& facit l. de nego. gest. l. q.* Accursius.

p ¶ *Non ex maleficio.* supple [b], vel quasi ex maleficio: *vt & Instit. eo. §. tutores.* & dic plenè vt ibi. Sed illud est fortè in actione de rationibus distrahendis quia ex dolo tutoris plerunque competit: *vt j. de tut. & ratio. distra. l. j. in princi. & §. fin.* Sed actio [c] ex testamento quandoque datur in [d] duplum pro legato relicto venerabili loco: *vt Instit. eod. §. fina.* & tamen est ex quasi contractu: *vt infra prox. §.*

q ¶ *Rem suam.* scilicet tutoris.

r ¶ *Eius.* s. pupilli.

s ¶ *Obligauerit.* scilicet tutor.

t ¶ *Neque ex maleficio.* vel quasi.

u ¶ *Intellegitur.* ergo ex quasi contractu. hoc tamen argumentú [e] fallit in tacita stipu. *vt supra de adopt. l. his verbis.* Item in vtili: *vt C. de act. & oblig. leg. nominibus.* quæ datiuæ [f] non natiuæ dici debent: *vt dixi supra eo. leg. j. in prin. & facit Institut. eo. §. heres. & quod ibi not.* Accursius.

x ¶ *Intellegitur.* Hic est contra. *l. quibus ex cau. in pos. ea. l. apud Iulianum. in f.* Sol. ibi [g] videtur cótrahere: sed non contrahit. Acc.

y ¶ *Soluentibus.* datiuus: vel subaudi à, & est ablatiuus.

z ¶ *Tenetur.* in genere, scilicet condictione: vna tamen denominatur ex mutuo: alia indebiti. Vel dic ea, scilicet certi códitione generali, quæ ad omnia certa datur.

a ¶ *Distrahendæ.* Sed tamen tacita obligatio inter eos nascitur extra id quod agitur: *vt l. cómoda. l. si ut qui. §. si liberto.* Et adde quod not. *Instit. quibus mo. re contrahi. obli. §. j. & de oblig. ex quasi contractu. §. fin.*

b ¶ *Si iudex.* incipit de his quæ sunt ex quasi maleficio. Accur.

c ¶ *Non propriè.* non est enim tale rei vitium. Accur.

In quib. magister & He. at. § legisl. parent. Inst. de oblig. ex quasi contract.

a Medicus male secans per imperitiam obligatur ex maleficio ex quasi.

b hic actiones.

b Medici per imperitiã secantis & iudicis imperitia iudicantis differentia.

c Iudex imperitia iudicans obligatur ex quasi maleficio.

¶ minga.

d Obligatio re cótrahi dicitur etiam eo quo verbis & literis contrahitur: licet è contra non verbis vel literis re fieri non dicatur.

e Maleficium committitur facto, dicto, scriptura, consilio.

f Maleficia distinguuntur causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu.

a Argumentũ ab insufficienti partium enumeratione.

a Ignorãs nihil omnino à se gesto, vel est, cum nihil omnino videt. si non delinquit aut obligatur. Vnde colligitur cũ quis accusatur pro facto negatiuo (puta quòd non denunciauit maleficium) mentionem scientiæ fieri debere, hoc est probari oportere delinquentem scienter ignorasse: secus si acceptare alicui necesse: vbi enim haud necessariò fuit iam allegandum. [illegible]

b Heres regulariter non tenetur ex maleficio vel quasi.

c Actio ex testamento quandoque datur in duplũ: licet actio ex testamento sit ex quasi contractu.

d id est quasi ex maleficio, reddit duplũ ubi pro legato, non quasi maleficio sit commissum.

e An qui non obligantur ex contractu vel maleficio, tamen obligentur ex quasi contractu.

f Actiones vtiles datiuæ, non natiuæ. [illegible]

g Contrahere quis intelligitur, heredi contrahendo.

Neque

a ¶ *Neque ex contractu.* vel quasi.

b ¶ *Peccasse.* aliàs deliquisse: verè peccauit: quia imperitia culpæ annumeratur. quare ergo non ex maleficio tenetur, vt in Aquilia? Respon. speciale in iudice: aliud in Aquilia. Accur.

c ¶ *Teneri.* in quantum maiori iudici æquum videtur. Si dolo, tunc in solidum: *vt Institut. de obli. ex quasi deli. in prin. & ibi not. & facit supra de iud. l. si filius. & infra de extraord. cogni. l. fi. & C. de pali. l. fin.* Sed contra *C. de arbi. authen. decernit ius.* Sol. ibi speciale: quia ibi fuit iuratum, quod lex non vult. Item facit *C. de pœna iu. l. j. & ij.*

d ¶ *Vel conducto.* facit *supra de his qui deie. vel effu. §. pe. & Institut. de obl. ex quasi delict. §. pen. & quod ibi no.*

e ¶ *Quod potest.* facilè: non aliàs secundum Io.

f ¶ *Si filiusfami.* quia est quasi maleficium: & sic non contractus vel quasi.

g ¶ *Neque de peculio.* quia non est contractus vel quasi: *vt supra de his q. deie. l. j. §. cum seruus.* dic vt ibi. Ac.

h ¶ *Dandam esse.* quia sic nulla nomine filij datur: *vt Instit. de noxa. §. fi.*

i ¶ *Agendum.* & eo damnato tenetur pater actione in factū de peculio: *vt supra de noxal. l. quotiens. & leg. seq.* in seruo autem seorsum habitante dic vt d. §. *cum seruus.* Et notant hic quidam tria specialia quę in vero maleficio locum nō habent. 1 Primum, quod præstat vnus quasi maleficorum, liberat alium: *vt supra de his qui deie. l. ij.* 2 Item quod agit vnus quasi maleficorū solues, cōtra eum qui verè deliquit: *vt s. de his qui deiec. l. si verò. §. cum autem.* 3 Tertium quia non datur noxaliter. quod est falsum: *vt supra de his qui deie. l. j. §. si seruus. & de hoc dixi in §. cum seruus. & facit supra de his qui deie. l. si verò. §. prætor ait.*

ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu[a] obligatus est, & vtique peccasse[b] aliquid intellegitur, licèt per imprudentiam: ideò videtur quasi ex maleficio teneri[c]. 5 ¶ Is quoque ex cuius cœnaculo vel proprio ipsius, vel cōducto[d], vel in quo gratis habitabat, deiectū effusúmve aliquid est, ita vt alicui noceret: quasi ex maleficio teneri videtur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. Cui similis est is qui ea parte qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspēsum habet, quod potest[e], si ceciderit, alicui nocere. Ideò si filiusfamilias[f] seorsum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectū effusúmve sit: siue quid positum suspensum-ve habuerit, cum ius casus periculosus est: Iuliano placuit, in patrem neque de peculio[g] neque noxalem dandam esse[h] actionem: sed cum ipso filio agendū[i]. 6 ¶ Item exercitor[k] nauis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno aut furto quod in naue, aut caupona, aut stabulo factū sit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modò ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorū quorum opera nauem[l], aut cauponam, aut stabulum exerceret. cum enim neque ex contractu[m] est aduersus eum constituta hęc actio, & aliquatenus culpæ reus est †, quòd opera malorum hominum vteretur: ideò quasi ex maleficio teneri videtur.

Actio temporalis non extinguitur nisi finito toto vltimo die. Franc.

VI. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

IN omnibus temporalibus actionibus[n], nisi nouissimus totus dies compleatur, non finit obligationem[o].

Filius dum est in potestate, non potest agere contra patrem. Francisc. Accursius.

VII. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

ACtiones aduersus patrem filio præstari[p] non possunt, dum in potestate[q] eius est filius.

VIII. IDEM *libro sextodecimo ad Sabinum.*

SVb hac conditione, *si volam*[r], nulla fit obligatio. Pro non dicto enim est, quod dare nisi velis, cogi non possis[s]. nam nec[t] heres promissoris eius qui nunquā dare voluerit, tenetur: putà hæc conditio in ipsum promissorem nunquam extitit[u].

Filiosfam. nulla competit actio, nisi quatuor quæ sunt in litera. Fran.

IX. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

FIliusfamilias suo nomine[x] nullā actionē habet, nisi iniuriarum, & quod vi aut clam[y],

k ¶ *Item exercitor.* hoc expone vt s. de exerci. l. j. §. exercitorem.

l ¶ *Quorum opera nauem.* No. duplicē actionē nasci ex illo edicto, nautæ, caupo. sta. vt in simplū: qua petitur ab exercitore res data, & in naui deposita: hæc heredi & in heredē datur. Secunda in duplū, cū quis cōqueritur de dāno dato in rebus ab aliis, vel furto: & de hac hic loquitur. *& facit Inst. eo. §. pe.* & quod ibi not. Accur.

m ¶ *Neque ex contractu.* vel quasi. *& facit supra nau. caupo. stab. l. debet. & l. & ius.* Accur.

n IN *omnibus.*] *Actionibus.* s. personalibus.

o ¶ *Obligationem.* nec ipso iure, nec per exceptionē: sed eo finito finitur per exceptionē, nō ipso iure: *vt j. eo. l. obligationum fere. §. placet.* Sed cōtra *s. de vsucapio. l. in vsucapionib. & j. de diuer. temp. præscrip. l. pe. in prin.* Sol. hic in redhibitoria & quanto minoris in factū vel similibus paruo tēpore duraturis. 2 Vel verius dic vt ibi secundū Io. 3 Vel potest dici quòd vltimus dies completur: vt intelligamus[h] cōpletū quādo inchoatus est: sicut in vsucapionib. dicitur. & sic erit idē quod in vsucapio. quod nō placet. 4 ¶Sed secundū hoc quod dicimus, debebit hic cōpleri vltimus dies, sic opponitur: dies à media nocte incipit: *vt s. de feriis. l. more.* Sed pone præscriptionem temporalem incepisse tertia hora diei naturalis: nunquid eadem hora erit completa præscriptio? Respond. non: sed diem illū totum compleri oportet. ¶Sed secundum hoc quāto minoris plus anno durat: & idem in aliis? Respon. sic minus enim durare non possunt: plus sic. anno ergo durat, quando rectè in capite diei naturalis fuit contractum. Vel dic non sic accipi vltimū diem: sed ex horis xxiiij. & sic quacunque hora fiat cōtractus, sufficit in eādem horam reduci: vt in ætate: *vt supra de minori. l. minorem. §. minorem. & facit infra de verb. sign. l. anniculus.* Accur.

p ACtiones.] *Præstari.* i. competere. Vel dic præstari. i. cedi ab aliquo. hoc autem fallit in castrēsi vel quasi peculio: *vt s. de iud. l. in null. & dic vt ibi.* 2 Item in casu: *vt supra ad Treb. leg. imperator.* 3 Et in auth. *vt liceat mat. & aua. in princ. colla. j.* 4 Et nisi in hereditate fratris & sororis[b]. Accur.

q ¶ *Dum in potestate eius.* sed si fuerit emancipatus, venia[c] petita agit: *vt C. de in ius vo. l. fin.* Accur.

SVb hac.] CASVS. Promisi tibi x. dare si volam. non teneor, nec heres meus. Fran. Accur.

r ¶ *Si volam.* ego[d] stipulator, secundùm quosdam. 2 Vel dic, ego promissor: & sic bene consonat litera quæ sequitur: licèt sit mutatio personarum.

s ¶ *Non possis.* facit *infra de verbo. signif. l. debitor.*

t ¶ *Nam nec.* dixi in persona promissoris: idem est in[e] herede eius. & hoc subiicit, nam, &c. secundùm B. Sed secundùm hoc innuitur quòd promissor aliquando voluit antequam decederet, quòd heres eius teneatur: vt dicimus in illa, cum volueris: *vt infra tit. j. l. si quis stipulatus,* quod non placet: cum nullo modo valeat hæc, si volam. vel si voles, per legē istā. Tu ergo dic sicut dictum est in illa, si volam: quod nec promissor nec eius heres teneatur. nā idē est in illa, cum volueris. s. quod non teneatur heres promissoris mortui, si decessit antequā constituisset se velle dare & hoc est, nam, &c. Si velis tueri Bul. dicas quod non sequitur quod si heres eius qui nūquā voluit, nō tenetur: ergo si voluit defunctus, tenetur heres: quia non semper valet arg. à contrario sensu: & sic in idem recidit, quod non valeat. ¶ Item cum non sit differētia si[f] veneris, & cùm veneris: & in ista, si morieris: & cùm morieris: *vt infrà tit. j. l. quodcunque. §. non solùm.* quare sit differentia inter has, cùm voluero: & si voluero: *vt infra de verb. oblig. l. centesimis. §. si?* Respon. quia lex interpretatur hāc, cū[g] voluero, sic scilicet cū constituero me velle. & est similis expositio *supra de leg. j. si mihi & tibi §. j.* ¶Itē quęritur an hæc conditio[h] cum voluero, sit perpetua, an temporalis, propter id quod dicitur *supra de condic. inde. l. sufficit. & l. in diem. & l. sub conditione.* Respon. est temporalis, ex eo quod statim solutione facta impleta est conditio. *& facit infra tit. j. l. stipulatio non valet. & l. centesimis. §. pen. & fin. & C. de contrah. stip. l. in vendentis. & supra de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. j.* ¶Itē contra[i] *C. vt actio ab here. & contra heredem l. j.* Solu. non ideò denegatur actio in heredem, quod non possit incipere contra heredes: sed quia non extitit conditio stipulationis secundùm Io. sed hoc non sufficit: quia quælibet conditionalis etiam apud heredes committitur, & contra heredes, si conditio extat, & spes est debitum iri: *vt Inst. de verb. oblig. §. ex conditionali.* Sed dicas quòd hic non potest impleri: quia in persona sua posuit. Accur.

u ¶ *Nunquam extitit.* nec amodo potest extare. & sic non obstat Instit. de verb. oblig. §. ex conditionali. Accur.

x FIliusfamilias suo nomine. & sic directo: vtilem autem quandoque habet: *vt s. de iudi. l. si longius. §. j.*

y ¶ *Quod vi aut clam.* s. quod vi aut clam. l. denique. §. j. contra. Solu. vt ibi.

a Imperitia quoties culpæ annumeratur, an & quando illo casu quis obligetur ex maleficio.

b Iudex per imperitiam lapsus, eatenus condemnabitur, quatenus visum fuerit maiori iudici.

c Iudex ex dolo, litem suam faciat, in solidum tenetur.

d Actio de peculio in patrē nō datur nisi ex contractu vel quasi contractu filij peculiari: at nō ex maleficio vel quasi.

e Soluens pro alio ex causa veri maleficii, non repetit: ex causa quasi maleficii repetit. *Bart. in l. 1. §. si plures sup. de iis per quos fecerim.*

f Actio duplex nascitur ex edicto, nau. cau. sta.

g Actiones temporales vt finitæ dicantur, vtrum necesse sit vltimum diem completum esse, an verò inchoatum tantum.

h Completum intelligitur, quod inchoatum.

a Actio filii in potestate contra patrē nullo modo potest, nisi certis casibus. vt ibi.

†Si enim innocentes (vt inquit Cic. act. 4. in Ver.) haberi volumus non solùm nos abstinentes sed etiam nostros comites præstare debemus. Idem & epist. ad Quin. Frat.

b Authen. de heredit. ab intestato. §. 2. & intestatis quibus vsusfructus patri non adquiritur. Bart. etc.

c Filius emancipatus aduersus patrem agere potest, venia petita.

d Obligatio concepta in voluntatem stipulatoris vel promissoris an valeat.

e Obligatio concepta in voluntatē heredis promissoris, an valeat.

f si & cum particularum similitudo & differentia.

g Cū voluero, conditio, quā vim habeat.

h Conditio, cum voluero, an sit temporalis, vel perpetua.

i Cōditionalis promissio cum volam nō transit ad heredem vt si velle possis, quoties conditio ipsa respicit factum personæ promittentis.

a ¶ *Depositi.vt & supra deposit.l.Iulianus.* Accursius.
b ¶ *Putat.* Imò & querelam:*vt supra de inoffic.testa.l.filius.quæ est contra.* 2 Item acti.popularem. 3 Item aliàs, *vt dixi supra de iudi.l.si longius.§.j.& facit infra de iniur.l.sed si vnius.§.filio. & §.de pactis.l.in personam.*¶Item hoc in castrensi vel quasi: *vt §.de iudi.l.tu.*in aduentitio autem non exercet: *vt C.de annu.exceptio.leg.j.in fine.& de bo.mat.l.j.* nisi sit exemptus à patria potestate.

& depositi [a], & commodati: vt Iulianus putat [b].

x. IDEM *libro quadragesimoseptimo ad Sabinum.*

NAturales obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua earum † nomine competit [c]: verum etiam in eo, si soluta pecunia repeti non possit [d].

xi. IDEM *libro duodecimo ad Sabinum.*

QVæcunque gerimus: cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inanem actum [e] nostrum efficiunt: & ideò neque stipulari, neque emere, vendere, contrahere, vt alter suo nomine rectè [f] agat, possumus.

Quandocunque dolus purgatur per actionem descendentem ex contractu vel quasi: tenetur heres sicut defunctus. Bartol.

xii. POMPONIVS *libro vicesimonono ad Sabinum.*

EX depositi, & commodati, & mandati, & tutelę, & negotiorum gestorum [g] ob dolū [h] malum defuncti heres in solidū tenetur [i].

xiii. VLPIANVS *libro primo Disputationum.*

IN factum [k] actiones † etiam filiifamiliarū possunt exercere [l].

NAturales.] CASVS. Naturalis obligatio cognoscitur non solùm cum actio inde oritur, quod contingit cum nudo pacto conueni tibi dare decem ex causa donat. sed si actio non nascatur: si tamen soluatur, nō potest repeti: quod contingit in pacto nudo excepta donat. & da exempla vt in glos. Franciscus Accursius.

c ¶ *Competit.* vt [b] ex pacto nudo donationis: *vt C.de dona.leg.si quis argentum.§.pe.* nec tamen tunc dico nasci ex naturali obligatione actionem, sed ob eam dari. Accursius.

d ¶ *Non possit.* facit infra de fideiuss.l.si defensor.§.j.

e QVæcunque.] *Inanem actum nostrum,* ita intelligitur hæc lex, quòd non possum ex meo actu alij aliquam obligationem acquirere: nisi [c] mea intersit: sed tunc non ille agit, sed ego ad interesse meum: *vt infra tit.j.l.liber homo.§.fi.* & hoc si [d] mihi stipulor vt illi des, vel etiā illi extraneo. nam semper ago si mea interest. Si [e] autem mea non interest. & volo quòd valeat: tunc mihi & suo nomine stipulor: & sic mihi directa sibi cedenda, & sibi vtilis quæritur: licèt M. semper dederit ex alterius stipulatione, quia hoc in casibus multis inueniebat: *vt Instit.de inuti.stipu.§.si verò qui diximus.* ¶ Item nota quòd dicit, alter: quia seruus domino, filius patri bene quærit. Item in casibus etiam cū alij stipulor, valet. quod dic *vt Insti.d.§.si verò qui. & facit §.tit.j.l.stipul.tio ista.ij.§.alteri.& C.de iur.do.si genero & de inuti.stipu.l.j.& iiij.& C.si quis alteri vel sibi.l.mutuum.* Accur.

f ¶ *Rectè.* id est directè, & suo nomine.

g EX depositi.] *Negotiorum gestorum.* idem [g] ex quolibet contractu vel quasi: *vt infra e.l.ex contractibus.* sed fallit in casibus, quos dic vt §.*depositi.l.si hominem.§.datur.* In maleficiis est secus: vel vbi extra contractum committitur dolus. nam non tenetur nisi lite contesta. Vel in id quod ad eum peruenit: *vt C.ne ex delic.defund.l.j.& dicto.§.datur.& supra de do'o.l.in heredem.& facit infra de regu.iur.l.ad ea.§.fina.sed Instit.de perpe.act.§.pen.contra.* Sed ibi dolus dederat causam contractui: vnde ex eo agi non potest, cum ipso iure sit nullus: hic incidit secundùm quosdam. Accursius.

h ¶ *Ob dolum.* & latam culpam.

i ¶ *Tenetur.* hoc sine distinctione aliqua, siue lis sit cum defuncto contestata, vel quid ad eos peruenit, certè imò & si non sit cōtestata, tenetur in solidum ex dolo vel lata culpa, sed de leui non nisi lis contestata sit, vel quid ad eum peruenit: *vt C.de here.tut.l.j.& §.de fideiuss.& nominato.& here.tuto.l.fi.* Accur.

k IN factum. Cum quatuor [h] sint genera actionis in factum. 1 Primum quod æquiualet actioni præscript. verb. 2 Secundum ex omni edicto & interdicto ex quo nō datur alia actio. 3 Tertium subsidiaria Aquil. 4 Quartum, generalis. *vt Instit. de interdic.§.fi.* de [i] qua loquitur hic? Respon. quidā, de generali, de qua dicitur. *C.de sacrosan.eccle.l.sancimus.* Contra quos est supra *de in ius vocand.l.si libertus.* vbi in illa quæ est in edicto, dicit habere locum legem istam. & facit pro eis *§.eo l.filiusfa.* vbi datur quod vi aut clam: quasi non dentur alia interdicta vel edicta vel actiones ex eis: quia nihil obest interdictum aliud non dari, & tamen in factum eorum loco redditam dari. Nam de dolo non datur contra quasdam personas: sed in factum sic. & ad idem *supra de dolo. l.non debet.* 2 Ioan. dixit hic loqui de his quæ semper [a] in factum sunt, vt populares, id est quæ aliud nomen nunquam habuerunt: vt de albo: & de deiectis: & aliæ multæ. & secundùm hoc etiam illæ quæ sunt ex edictis ex quibus non fuit vnquam alia actio, sed sola in factum, idem erit: *vt supra de eo per quem fac. erit.l.fin.& alia infinita.* & hoc satis dici potest: vt de popularibus secundùm Ioan. Item de aliis quæ semper hoc nomen habuerunt, habeat locum & hoc, *per leg.si libertus.supra alleg. supra de in ius vocan. & supra man. si verò non remu.§.si filio.* non autem illa quæ est subsidiaria Aquiliæ: vel æquiualet actio in præscript.ver. cum principalis non detur filio de Aquilia, nec accessoria, vt in factum. *argu.supra si quis cau. leg. si eum §. qui iniuriarum.* Accur.

l ¶ *Exercere.* & suo nomine, & directò. Azo.

Serui criminaliter & naturaliter obligantur: ciuiliter autem nequaquam.

xiv. IDEM *libro septimo Disputationum.*

SErui ex delictis quidē obligantur [m]: & si manumittātur, obligati remanent [n]: ex contractibus autem ciuiliter quidē non obligantur [o], sed naturaliter & obligantur & obligant. Denique si seruo qui mihi mutuam pecuniam dederat, manumisso soluam, liberor [p].

Licet creditor aut legatarius agentes repulsi fuerint per heredem exceptione, eo quòd emancipatus sperabatur petere bono.pos.contra tabu. si tamen emancipatus omittat bono. pos. poterunt iterum agere creditor & legatarius.

xv. IVLIANVS *libro quarto Digestorum.*

QVi cum herede egit [q], exceptione summotus est, *Ac si non in ea causa tabula testamēti sint, vt contra eas emancipato bonorū possessio dari possit.* Emancipato omittente bonorū possessionem, non iniquè postulabit creditor restitui sibi [r] actionem aduersus scriptum heredem. nam quamdiu bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, heres quodammodo debitor non est [f].

SEruî.] CASVS. Serui si delinquunt, tenētur etiam facti liberi. Item ex cōtractibus serui naturaliter obligantur, nō ciuiliter: & obligāt alios sibi. hinc est quòd qui accepit mutuum à seruo, & eidem manumisso soluit, liberatur. Franciscus Accursius.

m ¶ *Obligantur.* aliis [b], non dominis: *vt §.de fur.l.serui.§.fi.*

n ¶ *Remanent.* directò: quod nō contingeret nisi ab initio nata fuisset: *vt §.eo.l.obligamur.in fi.& §.ed.il.l.j.exheredatus.in fi.& supra quod cum eo.l.sed si.§.Interdum.vers.quanquam.* Accur.

o ¶ *Non obligantur.* nisi [c] in pecunia pro libertate promissa: *vt C.an seruus ex suo facto.l.iij.& l.licet.& §.de regul.iur.l.in personam.& §.si quis testa.li.esse ius.fu.l.j.in princ.* Accur.

p ¶ *Liberor.* vt & *§.de solu.l.si quis seruo.& l.quod seruus.& §.si cer.pet.l.eius qui.in princ.* Accur.

QVi cum herede.] CASVS. Legatarius vel creditor hereditarius petebat ab herede scripto legatum vel debitum. repulsus est: quia sperabatur filium testatoris præteritum velle agere contra tabulas. postea filius præteritus omisit prædictam bo.possess.contra tabulas. dicitur quòd legatarius vel creditor qui fuit repulsus, agit iterum non obstante prædicta absolutione. Francis. Accur.

q ¶ *Qui cum herede egit.* s. legatarius vel alius creditor. Accur.

r ¶ *Restitui sibi.* qui amisit, ex noua causa agit. & sic non obstat exceptio rei iudi. *vt §.de excep.rei iudi.l.mater.§.eandem.*

f ¶ *Debitor non est.* nam verè debitor est: sed [d] non potest conueniri ac si non esset heres in stipu.in diem: *vt infra titu.j.l.cum qui Kalendis.§.quotiens.* Sed hodie tenetur: *vt C.de pet.here.l.fin.* & per omnia hic dic vt no. in alia quæ est quasi de verbo ad verbum *§.de excep.rei iud.l.qui cum herede.& facit infra de verb.signif.l.creditor.* Accur.

QVi à seruo.] CASVS. Seruus hereditarius mutuauit tibi decem & tu quendam fundum hereditarium quem possidebas, obligasti ei: & tradidisti: & eundem fundum precario habuisti ab illo seruo. dicitur quòd hic debitor possidet fūdum precario: & ideò cessat præscriptio. nam sicut seruus acquirere potest dominia rerum hereditati, ita & vsucap. contra hereditatem currentem

a Filiusfamilias quasdam actiones suo nomine exercere possunt. Et vero quatuor enumerantur in hac lege, plenaque aliæ in hac Glossa. Vlpianus.
†Fl. eorum.
Paulus
b Ex pacto donationis nascitur ob igatio, licet ex pacto simpliciter actio non nascatur. Bart. intelligit & specialiter Gl. ...
c Obligationem alteri ad quirere non possumus nisi nostra intersit, quo casu agimus ad interesse nostrum: at nō ille cui stipulati sumus.
† Vt intelligas quid sit in factum actio, vide l. 6 filiusfa. sup. si cert. pet.
d Stipulari hac forma alteri possumus, sic scilicet, vt stipulatio initium sum at à persona nostra.
e Stipulari alteri, cum nostra non intersit, quemadmodū possimus.
f Stipulari alteri, ex persona possimus.
g Actio in heredes ex dolo defuncti quibus casibus detur.
h Actionis in factum quatuor sunt genera.
i De quibus actione in factum agatur.
a Actiones quędam semper in factum esse dicantur & hoc nomē semper habent.
l.s.sup.de recep. rei iudic. Vlpianus hic Iulianus sent. ad ver. ...
b Obligantur delictis serui extraneis, non dominis.
c Obligatur ex contractu dominis quibus casibus p. sunt serui.
d Debitor quodammodo dicitur qui verè quidem est debitor, nondum tamen conueniri potest.

currentem impedire. hinc est quòd seruus hereditarius commodando vel deponendo rem peculiarem, acquirit actio. commodati vel depositi hereditati. Prædicta sunt vera quando ex causa peculiari contraxit. & quod plus est, etiã possessio acquiritur hereditati. Franc.

a ¶ *Vel hominem.* hereditarium à se bona fi de possessum. Accur.

b ¶ *Vsucapi posse.* à tenente. alij dicunt à quocunque: quasi precarium sit vitium rei.

¶ Et sic not. quòd retinetur possessio hereditati vt per ministrũ. *& facit supra de acquiren. here. l. gerit.*

c ¶ *Nam ex hac causa.* scilicet peculij. *& facit supra de pig. act. l. si rē.* Accur.

d ¶ *Intelligi debet.* scilicet hereditati. & per hoc futuro heredi: *vt Institut. de stipul. ser. in princip.* Imò non, scilicet quæritur possessio hereditati: *vt supra si quis testa. lib. leg. prima. §. Scæuola.* Sed hic dicit fingi. Quid si non ex causa peculiari rem pignori accepit? respon. idem est. nam non tantùm ex peculiari, verumetiam ex causa dominica quęrit domino possessionem ignoranti: *vt supra de adquirend. possess. leg. quod seruum. & l. si me in vacuam.* ergo & hereditati: quia vicem defuncti sustinet *vt C. de posita. l. cum hereditas.* largè ergo hic accipe peculium, id est non ex maleficio: *vt d. l. quod seruus.* maxime autem verum est in peculiaribus, in quibus vsucapio currit dominis ignorantibus: *vt supra pro socio l. y.*

a Precarium, vitium est rei.

b Hereditatis possessio retinetur per seruum hæreditarium.

c Seruus non tantum ex peculiari, sed ex re dominica adquirit domino ignoranti possessionẽ.

d Hereditatis & defuncti similitudo.

e Peculiũ serui pro eo q̃ non est maleficium.

XVI. IDEM *libro tertiodecimo Digestorum.*

QVi à seruo hereditario mutuam pecuniam accepit, & fundum vel hominem^a pignoris causa ei tradiderit, & precariò rogauit: precario possidet. Nam seruus hereditarius sicuti per traditionem accipiendo proprietatem hereditati adquirit, ita precario dando efficit ne res vsucapi possit^b. Nam & si commodauerit, vel deposuerit rem peculiarem: commodati & depositi actionem hereditati adquiret. hæc ita, si peculiare negotium contractum est. nam ex hac causa^c etiam possessio adquisita intelligi debet^d.

XVII. IDEM *libro trigensimotertio Digestorum.*

OMnes debitores qui speciem^e ex causa lucratiua debent, liberantur^f cùm ea species ex causa lucratiua^g ad creditores peruenisset.

XVIII. IDEM *libro quinquagensimoquarto Digestorum.*

SI is qui Stichum dari stipulatus fuerat^h, heres exstiterit ei cui ex testamento idem Stichus debebatur^i: si ex testamento Stichum petierit, non consumet stipulationem, & contra si ex stipulatu Stichum petierit, actionem ex testamento saluam habebit: quia initio ita constiterint hæ duæ obligationes, vt altera in iudicium deducta: altera nihilo minus integra remaneret^k.

XIX. IDEM *libro septuagensimotertio Digestorum.*

EX promissione dotis non videtur lucratiua causa esse: sed quodammodo creditor aut emptor intellegitur^l, qui dotem petit. Porrò cum creditor vel emptor ex lucratiua causa rem habere cœperit, nihilo minus integras actiones retinent: sicut ex contrario qui non ex causa lucratiua rem habere cœpit, eandem non prohibetur ex lucratiua causa petere.

OMnes debitores.] CASVS. Teneor dare tibi Stichum ex causa donat. vel simili causa lucratiua. eundem Stichum acquisiuisti ex causa legati à quodam tibi relicti: vel ex simili causa lucratiua. dicitur quòd liberatus sum à te. secus autem est si promiserim eum tibi dare causa emptionis: deinde successisti cuidam cui debebatur idem Stichus ex causa legati. nam licèt eum Stichum acquisieris ex prædicta causa legati: adhuc tamen tibi teneor. idem econtra, scilicet vt licèt eum à me habeas act. ex testamento, item si ex causa dotis eum Stichum acquisiuisti: adhuc ego tibi teneor quasi non ex lucratiua causa habeas. Et vt breuiter dicam: cum ex causa non lucratiua tenear tibi dare Stichum: non liberor licèt eum habere cœperis ex causa lucratiua. Idem in conuerso casu. & h. d. hæc l. cũ duabus sequentibus. Fran.

e ¶ *Qui speciem.* putà Stichum. aliud si in genere. item aliud si alij seruo meo solueris: *vt s. de leg. j. si seruus legatus. §. j.*

f ¶ *Liberantur.* s. à creditoribus.

g ¶ *Lucratiua.* aliud si non lucratiua: *vt infra l. proxi. & l. ex promissione. & facit Inst. de leg. §. si res. & infra de solu. l. quotiens. & j. de fideiuss. l. si reus. & s. de act. emp. l. non est nouum. & j. tit. proxim. l. eum qui ita in prin.*

h. ¶ *SI quis.* Stipulatus fuerat. ex causa non lucratiua.

i ¶ *Debebatur.* cũ quo est iam vna persona fictione^g iuris: vt in authen. de iureiurando à mo. præsti. §. cum vtique. *col.* v. ✠ sic debetur eidem modo ex lucratiua causa & non lucratiua. 2 Alij dicunt quod est stipulatio ex causa lucratiua, sed legatum non^a: quia^b fit ob meritum: *vt s. pro socio. leg. nec adiecit.* quod non placet. 3 Tertij dicunt q̃ propter diuersitatem personarũ hoc contingit: quæ diuersitas fuit in princip. & sic dicunt vtranque causam lucratiuam: & secundùm hoc non contradicit lex superior. sed prima placet.

k ¶ *Remaneret.* vt j. l. proxima.

f Lucratiuæ duæ causæ regulariter in eandem personam & de eadem re cõcurrere non possunt, *vt hic* v. tamen exceptiones apud Socinum *conse. regula* dua. 42.

g Fictione iuris hæres & defunctus, vna persona.

a Legatum lucratiua causa est, *vt hic* tamen Ol. *post aliquot. Verbo mihi.* l. apud Cuj. in. lib. ff. quis. anti. ... *sup. ... de li...*

b Lucratiua causa esse nõ videtur quæ fit ob meritũ.

l ¶ *EX promissione.*] *Intellegitur*^c. ✠ ergo ab aliquo mihi debetur Stichus, & alius eum mihi in dotem dederit: non liberatur primus. *& facit*^d *Cod. de imponenda lucratiua descriptione. leg. j. lib. x. & supra. leg. proxim. & supra mandati. leg. Iulianus ait. & de donationibus inter virum & vxorem. leg. si quis pro vxore. §. si vxor. & supra de condictione causa data. leg. si donaturus. §. j. & supra quibus modis pignus vel hypotheca solui. leg. sicut. §. si debitor.*

c Dos non est lucratiua causa marito: q̃a datur ei ad onera matrimonij secus in vxore.

d Lucratiuæ causæ quæ sint.

Seruus in leuibus excusatur propter domini iussum: in atrocibus verò non: imò datur iudicium in ipsum factum liberum.

XX. ALPHENVS *libro secundo Digestorum.*

SEruus † non in omnibus rebus sine pœna domini dicto audiens^m esse solet: sicuti si dominus hominem occidere, aut furtum alicui facere seruum iussisset. quare quamuis domini iussu seruus piraticam^n fecisset, iudicium^o in eum post libertatem reddi oportet: & quodcunque vi fecisset, quæ vis a maleficio nõ abesset, ita oportet pœnas eum^p pendere^q. Sed si aliqua rixa ex litibus & contentione nata esset, aut aliqua vis iuris retinendi causa facta esset, & ab his rebus facinus^r abesset: tum non conuenit prætorem quod seruus iussu domini fecisset, de ea re in liberum iudicium dare^s.

† Vide Gil. lib. ... *Arist.* ... 7. *Arist.* 5. ... ad ... *de regu. iur. l. ii ... iii.*

SEruus.] CASVS. Si seruus delinquit iussu domini, vt occidendo aliquem, vel furtum faciendo, vel aliquod simile graue delictum faciendo: teneturaliber factus: & sic non excusat eum iussus domini. si autem in rixa aliqua quæ erat inter dominũ serui, & quendam alium aliqua de causa, seruus iussu domini immiscuit se, & aliquod leue facinus cõmisit: non tenetur prædictus seruus liber factus: quia iussus domini excusat eum in hismodicis delictis. Fran.

m ¶ *Audiens.* aliàs audiens: aliàs obediens.

n ¶ *Piraticam.* i. dest nauticam rapinam. Accur.

o ¶ *Iudicium.* directũ. Accur.

p ¶ *Eum.* seruum liberum factum. Accur.

q ¶ *Pendere.* media correpta. i. sustinere. vnde versus, Pendo, do pœnam: dum pendeo, sussero pœnam.

r ¶ *Facinus.* i. dolus. Accur.

s ¶ *Iudicium dare.* Cum domini tuendi causa quid fecerit, excusatur: *vt s. ad Sila. l. j. §. excusatur.* Si autem iussu domini, & in atrocioribus, non excusatur: sed minus^f punitur: *vt C. ad l. Iuliam de vi d. seruus.* In non atrocioribus in totum excusatur per l. istam & suas concor. Aut sine iussu, & tunc nec in atrocioribus nec in aliis excusatur. & concor. *s. quod vi aut clam l. si qui. §. si tutoris. & j. de her. l. sed si vnius. §. si iussu domini. & s. de noxali. l. y. & s. rerum amo. l. mulier. §. j. & j. de reg. iur. l. ad ea. & quod ibi not. & l. velle. & s. ad leg. Aquil. l. liber homo. & quod ibi not.* Accur.

a Pẽdere qualiter accipiatur. *& qua scripsit ad Gelf. l.* ... *verbo* ... *C. de sepulchro* ...

XXI. IVLIANVS *libro tertio ex Minicio.*

COntraxisse^t vnusquisque in eo loco intellegitur, in quo vt solueret, se obligauit.

Promisisti mihi decem corbes olei Mutinæ vsque ad carnisprinium: & de hoc dedisti fideiussorem: qui similiter promisit. debet inspici quantum valeat oleum in carnisprinio.

COntraxisse.] CASVS. Cum essem Bon. promisi tibi dare c. in ciuitate Mutinæ. & de hoc est factus contractus Bon. Dicitur quòd possum conueniri Mutinæ ad illa c. quasi ibi videar contraxisse. Fran.

t ¶ *Contraxisse.* facit^g *s. de iudi. l. heres. §. fi. & s. de bo. auct. iud. possi. l. ij. & quod ibi not.*

g Contrahere videtur, id est ex contractu quis conueniri potest, vbi soluere tenetur: Cæterum verba cõtractus, interpretabimur ex statuto & cõsuetudine loci, quo cõtractum est arg. l. si fistim. *sup. de* ...

CVm quis.] CASVS. Promisisti mihi dare decem corbes olei Mutinæ vsque ad carnisprivium. & de hoc dedisti fideiussorem, qui similiter promisit. dicitur quòd æstimatio olei inspicitur quantum valeat in die carnispriuij. Fran.

a ¶ *Acceperit.* vt solueretur. & sic est plana secũdùm Azo. nec est contra [a]. *infra tit. j. l. quotiens in diem. & supra de condic. tritica. leg. si res in fi. & supra de re iudic. si Kalendis. & supra si cert. peta. l. vinum.* quæ sunt contra. 2 Vel hic fideiussor conuenitur, in contrariis reus. prima placet.

a Tempus mo ra inspicitur regulariter non contra & c. vide hic Zasium.

TRaiectitia.] CASVS. Mutuaui cuidam mercatori vltra mare eunti: & misi secum seruum meum Stichum ad recipiendam istam pecuniam, quam ei soluere debebat in paschate, prout mecum conuenit: & si non solueret illa die pro qualibet die qua differret, promisit mihi xx. solidos loco pœnæ ob operas serui mei quas amitto. Tandem seruus veniẽte paschate non habuit pecuniam: & cœpit seruus eam petere à mercatore: & parte pecuniæ accepta, reliquam distulit petere: & elapso aliquo tempore cœpit petere à mercatore residuam pecuniam. Dicitur quòd incidit mercator in pœnam etiam pro illis in quibus seruus cessauerat in petendo: imò & si nunquam seruus petiisset, in pœnam incidisset mercator: & tũc demum non incideret in pœnam, cum per eum non staret quo minus solueret: vt si obtulisset. si autem diceret non committi pœnam sine interpellatione, eueniret quoddam absurdum: vt si cœpisset seruus petere, & valetudine impeditus cessaret à petendo, non incideret mercator in pœnam: quod esset absurdum. Postea dicit, quòd paschate veniente incidit in pœnam mercator si non soluit, licèt non sit interpellatus: licèt postea offerat. & bene dixi non committi pœnam si per debitorem non stat. nam & si arbiter aliquem condemnat dare x. certa die, & per condemnatum non stet, quia ipse obtulit die statuta: non incidit in pœnam: sed si adiecit diem: tunc intra modicum tempus debet soluere: aliàs incidit in pœnam. Vltimò dicit: emi ego Franciscus rem à te pro x. vt si ea x. non soluam vsque ad pascha, sit res inempta. nam si veniente paschate non soluam pretium prædictum: inempta sit res. Fran. Accur.

Mora purgatio licet admittatur vbi nõ est dies & pœna: tamen hoc habet locũ vbi præcessit geminata interpellatio: & per cõsequẽs geminata mora: nam tunc non admittitur moræ purgatio Text. cõ fuse pro ... l. si pœ...

¶ Dic in sententia eis pre stituta, condemnatus die a lege habet quem tamen ... declarat: vi hic datus modicum spatium soluendi.

b ¶ *Pœna.* hæc est pœna respectu soluentis: non accipientis: quia interim operas serui perdebat.

c ¶ *Vti.* putà quinque sõlidos quolibet die pro opera serui.

d ¶ *Ob operas.* serui missi ad repetendam pecuniam ad locum cõtractus, vbi debet fieri solutio: *ad quod ℥. de nau. fœno. l. Seruius. & l. nihil.*

e ¶ *Petebat.* cum non esset soluta ad diem.

f ¶ *Desiderat.* sed non remisit residuum.

g ¶ *Interposito.* id est aliquibus diebus elapsis. Accur.

h ¶ *Interpellare.* pro residuo.

i ¶ *Consultus.* .s. ego auctor huius l. i. interrogatus super hoc.

k ¶ *Eius quoque.* i. dicere, non solùm pro illo tempore petet pœnam expensarum quo interpellauit eum, sed & eius &c. Accur.

XXII. AFRICANVS *libro tertio Quæstionum.*

CVm quis in diẽ mercẽ stipulatus, fideiussorem accepit: eius temporis æstimatio spectanda est, quo satis acceperit [a].

XXIII. IDEM *libro seŭtimo Quæstionum.*

TRaiectitiæ † pecuniæ nomine, si ad diem soluta non esset pœna[b], vti[c] adsolet, ob operas[d] eius qui eam pecuniam peteret, in stipulationem erat deducta, is qui eam pecuniam petebat[e], parte exacta petere desierat[f]: deinde interposito [g] tempore interpellare [h] instituerat. Consultus [i] respondi, eius quoque [k] temporis quo interpellatus non esset, pœnam [m] peti posse. amplius etiam si omnino interpellatus non esset: nec aliter non committi stipulationem, quàm ‖ per debitorem non stetisset[n] quo minus solueret. alioquin[o] dicendum est, si is qui[p] interpellare cœpisset, valetudine impeditus interpellare desisset, pœnam[q] non cõmitti. 1 ¶ De illo sanè potest dubitari, si interpellatus[r] ipse moram fecerit: an quamuis pecuniã postea offerat, nihilo minus pœna cõmittatur. Et hoc rectius dicitur [f]. Nam & si[t] arbiter ex compromisso pecuniam certo die dare iusserit, neq. per eum qui dare iussus sit, steterit: non cõmitti pœnam respondit: adeò [u] vt & illud Seruius rectissimè existimauerit, si quãdo † dies qua pecunia daretur, sententia arbitri cõprehensa non esset, modicum spatium datum videri[x]: Hoc idem dicendum & cum quid ea lege venierit, vt † nisi ad diem pretium solutum fuerit, inempta res fiat[y].

l ¶ *Interpellatus non esset.* quia dies interpellat[a], *vt hic & C. de contrahen. & committen. stipul. l. magnam.* Accur.

m ¶ *Pœnam.* expensarum [b] quas fecit seruus ad istam pecuniam petendam præpositus. Accur.

n ¶ *Non stetisset.* pecunia scilicet oblata.

o ¶ *Alioquin.* sequitur hoc absurdum si dicas sine interpellatione non committi, quia dicendum est &c.

p ¶ *Qui.* scilicet seruus constitutus ad istam pecuniam petendam.

q ¶ *Pœnam non committi.* quod non est verum. *& facit ℥. de vsur. l. mora.* Accur.

r ¶ *Interpellatus.* à seruo. Accur.

f ¶ *Et hoc rectius dicitur.* scilicet vt pœna[c] committatur non obstante quòd nullus admonuit post obligationem: *vt d. l. magnam. & ℥. prox.*

t ¶ *Nam & si.* hoc refertur ℥. nec aliter non committi &c. & quod ibi dixit, probat per simile in contrario [d] casu: hoc modo: bene dixi ℥. quòd tunc non committitur, cum per promissorem non steterit. nam &c. Vel refertur ad proximum aliquo subaudito. Accursius.

u ¶ *Adeò.* & bene dico, committitur pœna vbi dies est statuta: quia [e] & committitur si non sit expressim statuta. Accur.

x ¶ *Datum videri.* vt [f] etiam si per promissorem steterit: purget moram: *vt supra de arbitr. leg. si cum dies. §. fin.* Siue ergo arbiter apponat certum diem vel non: sed lex quadrimestre tempus: elapso tempore committitur pœna. sed altero casu potest purgari, altero non: vt hic. *& d. l. si cum dies. §. fina. & leg. seq.* Accur.

y ¶ *Res fiat.* vt ad diem non soluta pecunia sit res inempta sine vlla interpellatione: *vt ℥. de in diem addic. l. vbi [g]. §. sed & Marcellus.* & si non steterit per eum, non sit inempta: *vt ℥. de lege commiss. l. fin.* Accur.

a Dies interpellat pro homine. *adde. l. 3 C. de iure emphyteutico.*

b Interesse etiam quod interest petitione venit, damnum ex intermissione operarum serui, ad exigendã pecuniam missi

¶ Mora purgari non potest in lege commissoria.

c Pœna quandoque cõmittitur licet nullus admonuerit.

d Argumentum a contrario sensu.

e Argumentum a minori ad maius.

f Mora in dictione legis, (que condemnatis ... ferationem in indefinitum) admissus purgare ... si non interstetit.

g l. an ...

Vbi non requiritur consensus tacitus vel expressus, furiosus potest obligari: & obligatio sibi quæri, sicut homini sanæ mentis. Bar.

XXIIII. POMPONIVS *libro singulari Regularum.*

SI à furioso [z], cum eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eáque in rem meam versa fuerit: condictio [a] furioso adquiritur. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex iisdem etiam furiosi nomine incipit agi posse: veluti cum seruus eius stipulatur[b], cum furtum ei fit, aut damnum ei dando in legem Aquiliã committitur: aut si fortè cum creditor fuerat [c], fraudandi eius causa debitor alicui rem tradiderit. Idéque erit si legetur ei [d], vel fideicommissum ei relinquatur. 1 ¶ Itẽ si is qui seruo alieno crediderat, furere cœperit: deinde seruus in rẽ domini id quod mutuum acceperat, verterit. furioso condictio[e] adquiritur.

2 ¶ Itẽ si alienã pecuniam credendi causa quis dederit, deinde compos mentis esse desierit, postea consumpta ea furioso condictio[f] adquiritur [g]. 3 ¶ Et qui negotia furiosi gesserit, negotiorum gestorum ei obligatur..

Posita supra diuisione obligationum, nunc ponit diuisionem

SI à furioso.] CASVS. Hæc lex ponit plures casus quibus actio furioso adquiritur. Primus, quando accepi pecuniam mutuò à furioso, credens eum sanæ mentis: & eam in rem meam conuertam. nam adquiritur certi condictio generalis furioso. ex quibus enim causis ignorantibus adquiritur, ex eisdem & furioso adquiritur: vt si seruus furiosi stipuletur ab aliquo aliquid. Itẽ cùm datur damnum in bonis furiosi. Item si legetur furioso. Idem in similibus casibus qui ponuntur in litera. Fran. Accur.

z ¶ *Si à furioso.* Hæc [h] lex ponit multos casus quibus etiam adquiritur actio furioso *vt hic & ℥. de lega. ij. cum pater. §. surdo. & ℥. si cer. peta. si à furioso. & quod ibi no. & ℥. eo. furiosus.* item & iniuriarum: *vt ℥. de iniur. l. illud.* Accur.

h Furioso quibus casib. adquiratur actio.

a ¶ *Condictio.* certi generalis, vel sine causa: *vt ℥. si cer. pe. l. si à me [i].*

i & sed seq.

b ¶ *Stipulatur.* nam adquiritur actio ex stipulatu furioso.

c ¶ *Fuerat.* scilicet furiosus.

d ¶ *Ei.* scilicet furioso.

e ¶ *Condictio.* certi generalis, vel sine causa. Accur.

f ¶ *Condictio.* de qua supra dictum est.

g ¶ *Adquiritur.* ratione consumptionis magis quàm consensu: *vt hic & ℥. si certum peta. si à furioso. & l. non omnem. §. si pupillus.*

Altera enim.

a Actionũ ge a nera quotiam duo an tria. b Mixtæ sub comprehenduntur sub simplici-bus.

A *Ctionum genera Duo.*] Imò tria[a]: quia mixtæ: *vt Instit. de act. §. quædam.* sed illæ sub[b] his comprehenduntur: & hic dicitur *not. Instit. de actio. §. j.* Accur.

b ¶ *Quæ condictio.* large [a] accipe pro omni personali: vt Institut. *eo. §. appellamus*

c Conditio pro omni personali actione.

c ¶ *Rem nostram.* vel quasi nostram: vt per Publi. vel hypothecariam: & aliæ quæ enumerantur. *Instit. de act. §. ij. col. 2.* Vel dic quòd gratia exempli dicit de ista.

d ¶ *Possidetur,* vel quasi possidetur.

Possidere videtur, qui dolo desiit possidere.

e ¶ *Possidet.* vel [d] dolo fecit quo minus possideret, *& facit ff. de rei vin. l. sin autem. §. j. & C. de alie. iudi. l. j.*

e Actiones quædam personales dantur aduersus possidentem: & quæ illæ sint.

¶ Item sunt quædam personales [e] quæ contra possidentem dantur: vt noxales, quæ cum capite ambulant. Item quod vi aut clam, & aquæ pluuiæ arcend. sed aliæ personales non: vt ex empto contra venditorem: siue possideat, siue non.

† Personalis actio ex co dicitur, quia nũquam egreditur personam obligati, sed semper aduersus eum, licet habet. vnde vulgò dicimus, quod tales personalis sequitur personam rei, sicut lepra sequitur leprosum. *Ias. in §. actionum autem, Insti. de act. in prin.*

f ¶ *Eundem.* & aduersus heredem eius.

g ¶ *Actionum autem.* hanc diuisionem non multum approbat Io.

h ¶ *Lucri causa.* sui maxime. Accursi.

i ¶ *Aliquo.* scilicet liberto. Accur.

k ¶ *Ex facto.* ex maleficio cognito iure ciuili, vnde propria fit actio.

† Libello nõ solum actione sed & obligationem, quæ causa est proxima, inferendam esse, quidam hinc colligunt: quod Bartolus non admittit in l. omnes *ff. Lucius sup. quæ in fraudẽ creditorum.*

l ¶ *In factum,* quæ pro eo facto datur quod in speciale nomen maleficij non cadit. Azo.

m ¶ *Vocatus est:* vt *supra de in ius voc. l. si libertus, & l. pe. & l. fin.*

f Actiones ciuiles & Prætoriæ quæ largissima appellatione dicuntur.

n ¶ *Aut ciuiles,* large accipe introductas à qualibet parte iuris præterquam ex edicto prætoris, nam illæ honorariæ sunt, & quæ veniunt ex iure prætoris. Et illas large similiter accipe, vt ædilitiæ contineantur: *vt infra titu. j. stipulationum aliæ. ij. §. prætoriæ.* & dic plene: *vt Instit. de actio. §. sed ista.* Sed dubitatur de quibusdam: quod dic vt ibi notaui. ¶ Item not. quòd licet obligationes [g] sint de iure gen.

actionum, dicens quòd quædam sunt in rem, quædam in personam, & ponit quando compe: at actio in rem, & quando in personam postea dicit quòd actiones quædam sunt ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum. Item quædam ciuiles, & aliæ honorariæ: & ponit exempla de omnibus: vt in glo. Fran.

XXV. VLPIANVS *libro singulari Regularum.*

ACtionũ genera sunt duo[a]: in rem, quæ dicitur vindicatio: & in personam, quæ condictio [b] appellatur.

¶ In rem actio est, per quam rem nostram [c] quæ ab alio possidetur [d], petimus: & semper † aduersus eum est, qui rem possidet[e].

¶ In personam actio est, qua cũ eo agimus qui obligatus † est nobis ad faciendum aliquid vel dandum: & semper aduersus eundem [f] locum habet.

1. ¶ Actionum autem [g] quædã ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt. Ex contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa [h] cum aliquo [i] contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & cæteris similibus. Ex facto [k] actio est quotiens ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit: veluti furtum vel iniuriam commisit, vel damnum dedit. In factum [l] actio dicitur, qualis est, exempli gratia actio quæ datur patrono aduersus libertum, à quo contra editũ prętoris in ius vocatus est [m].

2. ¶ Omnes autem actiones aut ciuiles [n] dicuntur, aut honorariæ.

XXVI. IDEM *libro quinto de Censibus.*

OMnes pœnales actiones post litem inchoatam & ad heredes [o] transeunt.

XXVII. PAPINIANVS *libro vicensimo septimo Quæstionum.*

g Obligationes licet sint de iure gentium, actiones tamẽ sunt de iure ciuili.

actiones tamen de iure ciuili sunt: *vt ff. de origin. iuris l. ij. §. deinde.* Accur.

h Pœnales actiones quibus casibus post litem inchoatam, hæredibus & in hæredes non dantur.

O *Mnes pœnales.*] *Et ad heredes.* id est heredibus & in heredes nisi [h] in casu: *vt supra ne de sta. defunct. l. j. §. sed interdum:* & in alio: *vt ff. de ope. liber. l. si operarum. & in alio: vt C. de rei vxo. act. l. j. §. & hoc ex rei.* & plene not. *C. ex delic. defunct. l. j. & facit ff. eo. sciendum est. & ff. de reg. iu. l. pœnalia. & Instit. de perpe. & temp. act. §. j.*

O *Bligationes*] CASVS. Obligatio quæ non consistit ex sua propria virtute, vt promissio de homicidio faciendo, vel furto, & similes, non confirmantur officio iudicis, vel prætoris imperio, vel legis potestate. Fran.

p ¶ *Obligationes,* aliàs actiones: aliàs obligationes.

q ¶ *Viribus.* vt [a] de homicidio faciendo, vel furto: & impossibiles & sic reprobatæ: alioquin [b] si non sunt reprobatæ, confirmantur officio iudicis: *vt ff. de act. emp. l. qui per collusionem.* Item prætoris imperio: *vt ff. de const. pecu. l. j.* Item legis potestate: *vt C. de rei vxo. act. l. j. in prin. & facit ff. de reg. iur. quod in initio.* Acc.

a Obligationes quæ dicuntur propriis viribus non consistere.

b Obligationes non reprobatæ confirmantur officio iudicis, prætoris imperio, & legũ potestate.

c Actionis stricte & appellatione quæ.

d Persecutionis verbo quæ contineantur.

OBligationes[p] quæ non propriis viribus[q] consistunt: neque officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis potestate confirmantur.

XXVIII. IDEM *libro primo Definitionum.*

ACtio in personam [e] infertur, petitio in rem, persecutio in rem vel in personam, [f] rei persequendæ gratia.

Actio iudicati non tollitur propter mutuam pecuniam eidem debitori postea datam: licet de actione iudicati non sit facta mentio in secunda obligatione, h. d.

XXIX. PAVLVS *libro quarto Responsorum.*

LVcio Titio cum ex causa iudicati pecunia deberetur, & eidem debitori † aliam pecuniã crederet: in cautione pecuniæ creditæ non adiecit, [s] præter eam [t] pecuniam debitam [u] sibi ex causa iudicati, quæro an integræ sint vtræque Lucio Titio petitiones. Paulus respondit [x], nihil proponi cur non sint integrę.

XXX. SCÆVOLA *libro primo Responsorum.*

SEruus [y] effectus, non idcirco quòd postea indulgẽtia principali libertatem consecutus est, redisse dicitur in obligationem.

Impossibilis conditio vitiat omnem † contractum: quia hoc tacite videtur agi inter contrahentes, vt non valeat: cùm impossibilis conditio contractui apponitur, hoc dicit.

XXXI. MÆCIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

NOn solùm stipulationes impossibili conditioni [z] adplicatæ, nullius momenti sunt, sed etiam cęteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interposita, æquè nullius momenti sunt: quia in ea re quæ ex duorum pluriumve consensu agitur,

A *Ctio in personam,* strictè[c]. vt hic, largius ff. *eo. actionum,* largissime: vt ff. *eod. actionis verbo.* Accur.

f ¶ *In rem vel in personam.* vt [d] quamlibet persecutoriã vel mixtam comprehendat: vel extra ordinaria petitio vt fideicommissaria olim *vt Instit. de fideicom. here. in prin.* Itẽ petitio salarij aduocati, & mercedes doctorum, & nutricia nutricum, & philanthropię proxenetarum dicuntur persecutiones: *vt infra de var. cog. l. j. per totum. & ff. de verb. signif. l. pecunia. §. actionis.* Accur.

L *Vcio Titio.*] CASVS. condemnatus est mihi Titius in centum, eidem Titio mutuaui alia c. & ea promisit reddere: nec est habita mẽtio pecuniæ in qua fuit condemnatus. Dicitur quòd ius meũ integrum durat contra Titium in illis aliis centum. Fran.

† Vulgò hoc dicitur, quod cõdemnatum tenetur.

s Fi. adiecit sibi.

t ¶ *Præter eam,* quam nunc dabat. Accur.

u ¶ *Debitam* sesse.

x ¶ *Paulus respondit.* dubitatio erat quia[e] alteri videbatur renuntiasse.

e Renunciare non videtur antiquæ obligationi, qui noua obligatione condẽ debito. e ubi adstringit.

S *Eruus*] CASVS. Quidã propter delictum est damnatus in metallum, & hic amisit omnia bona sua, & est effectus seruus pœnæ, & per consequens est liberatus à creditoribus suis, cum nihil habeat, postea habuit indulgentiam, à principe: & sic reuersus est in ciuitatem: non autem bona recuperauit. Dicitur quòd nec creditoribus suis tenetur. Fran.

y ¶ *Seruus,* vel hominis per ingratitudinẽ, vel supplicij: quod verius est: & hoc nisi[f] recuperauerit bona, vel per eũ steterit: *vt C. de sen. pas. si deport. titium, & l. insulam,* vel quotam partem bonorum, non dico rem singularem vel res singulares: *vt C. de sen. pas. l. iij. & Instit. de fidei. here. §. sed quia vna.* ¶ Sed quid de eo qui à morte suscitatur[g]: forte aliud, quia recuperat bona: *vt no. ff. de leg. & sena. consul. l. ex hoc.* Accur.

f Libertati restitutus an & quando incidat in veteres obligationes.

g Relictatus rursus testamentum, & recuperat bona.

N *On solum.*] CASVS. Stipulatio sub impossibili conditione facta non tenet. idem in omni alio contractu: vt emptione: locatione, & similibus contractibus. Fran.

z ¶ *Conditioni.* in faciendo appositæ: aliàs secus si in non faciendo: *vt [h] infra titu. j. l. impossibilis & l. stipulatio hoc modo. & l. in illa. j. in fine. & facit Instit. de inuti. stipula. §. si impossibilis, & supra si cer. pet. certi condictio. §. item quæri. & infra de regu. iur. l. impossibilium, & supra eo. l. j. §. si id. & supra de statulibe. l. cum heres. §. non est, sed contra. C. de conditione ob cau. l. si militem*

h Impossibilium nulla obligatio.

vbi ex donatione facta sub impossibili condi. scilicet vt miles fit procurator, datur actio siue repetitio: sed ibi re fuit obligatio: hic consensu, vel dic vt ibi. Item contra instit. de heredib. instit. §. impossibilis, sed ibi fauor vltimæ voluntatis, vt valeat remota conditione: nisi conditio impossibilis legati apponatur in persona heredis: *vt Instit. de leg. §. finali.*

omnium voluntas spectatur: quorum proculdubio in huiusmodi actu talis cogitatio[a] est, vt nihil agi existiment adposita ea conditione quam sciant esse impossibilem.

XXXII. HERMOGENIANVS *libro secundo Iuris Epitomarum.*

CVm ex vno[b] delicto plures nascuntur actiones, sicut euenit cum arbores furtim cæsæ dicuntur[c]: omnibus experiri permitti, post magnas varietates obtinuit[d].

Actiones pœnales transeunt in heredes lite contestata cum defuncto: aliàs non.

XXXIII. PAVLVS *libro tertio Decretorum.*

COnstitutionibus quibus ostenditur heredes pœna nō teneri, placuit, si viuus cōuentus fuerat, etiam pœnæ persecutionem transmissam videri: quasi[e] lite contestata cum mortuo*.

Propter seruum cæsum competunt duæ actiones: iniuriarum scilicet, & Aquilia: & si actum fuerit vna, agetur altera in id quod plus est in ea. h.d.

XXXIIII. IDEM *libro singulari de Concurrentibus actionibus.*

QVi seruum alienum iniuriose[f] verberat ex vno facto incidit & in Aquiliam, & actionē iniuriarum. Iniuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa: & ideo possunt vtræque † competere. Sed quidam altera electa alteram consumi[g]: alij per legis Aquiliæ actionē iniuriarum consumi: quoniam desiit bonum & æquum esse, condemnari eū qui æstimationem præstitit, sed si ante iniuriarum actum esset, teneri eum ex lege Aquilia. Sed & hęc[h] sententia[i] per prętorem inhibenda est: nisi in id quod amplius ex lege Aquilia cōpetit, agatur. Rationabilius[k] itaq. est eam admitti sententiam, vt liceat ei quam voluerit actionem prius exercere[l]: quod autē amplius in altera est, etiam hoc cōsequi.* 1. ¶ Si is cui rem commodauero, eam subripuerit[m]: tenebitur quidem & commodati actione, & condictione[n]: sed altera actio alteram perimit aut ipso iure, aut per exceptionem, quod est tutius.

2. ¶ Hinc[o] de colono respōsum est, si aliquid ex fundo subtraxerit, teneri eum condictione[p], & furti: quin etiam ex locato. Et pœna quidem furti non confunditur[q]: illæ autē inter se miscentur[r]. & hoc in legis Aquiliæ[s] actione dicitur, si tibi commodauero vestimenta, & tu ea ruperis vtræque[t] enim actiones rei persecutionem continēt. Et quidē post legis Aquiliæ actionem vtique commodati finietur: post cōmodati an Aquiliæ remaneat in eo quod in repetitione triginta dierum amplius est, dubitatur. Sed verius est † remanere[u]: quia simplo accedit: & simplo subducto locum non habet.

a Præsumi nō solet impossibile, seu nemo præsumitur stipulari qd natura fieri non potest.

a ¶ *Cogitatio est*, præsumptione[a] iuris: sed & hac ratione cessante idem est: vt puta quia vellet aliquid agi. *arg. j. titul. j. l. generaliter. & l. sequ.* item non refert, quia credebant forte conditionem esse possibilem, quæ erat impossibilis: qui erant[b] in iure naturali, dic ergo hic maximè. Ac.

b Error in iure naturali nocet.

CVm ex vno.] CASVS. Cum ex vno delicto plures act. descendunt: omnibus potest agi. quod intelligas in eo quod plus est in vna quàm in altera. & da exemplum in arboribus furtim cæsis, ex quo delicto plures act. oriuntur: *vt j. arb. fur. cæsa. l. j.* Fran.

b ¶ *Cum ex vno*, aliud[c] si ex diuersis: quia tunc in solidum qualibet agitur: *vt j. de priuat. delic. l. nunquam*, & dic plene: *vt no. s. nau. cau. stab. l. idem*[d]. *§. fi.* Accur.

c Actionibus pluribus ex vno delicto venientibus vti possumus: ex diuersis, non possumus quia tunc in solidum qualibet agitur.

d Et ita.

c ¶ *Cæsæ* dicuntur, *vt j. ar. fur. cæsa. l. prima & l. facienda. & l. sed si de arboribus.*

d ¶ *Obtinuit*, ad id quod minus in vna quam in altera continetur: *vt j. vi bo. rap. l. prima & arg. j. arborum fur. cæsa. l. j.* & sic non obstat *j. e. l. pe. & facit j. de priua. delic. l. penult.*

* id est eo mortuo post litem contestatam. ex ca. 25. sup. eo. tit. Anto. Aug. li. 1. emen. c. 8

COnstitutionibus. e ¶ *Quasi.* expressiuum[e] est veritatis, & sic plana est hæc lex: nec obstat *s. de eo per quem fact. est l. fi.* quæ est contra, *& facit s. e. l. omnes.* 2. Vel dic quod nō perpetuatur cōuentio sola, sed transire facit ad heredes: & sic non obstat dictū contrarium. 3. Vel dic, loquitur in annali & prætoria: & libellus est principi datus: *vt C. quando lib. pri. de. l. j. & ij. vel dic vt s. si quis cau. si cum. §. iniuriarum. ibi: si non &c. & facit supra de inoffi. testa. l. posthumus. in fi. & l. sequen.*

e Quasi, particula interdū veritatis index non fictionis.

† vtrae. ●

QVi seruum.] CASVS. Seruum meum iniuriose verberasti, ita ita quòd ei rupisti brachium. Dicitur quod teneris iniuriarum act. & Aquil. & vtraque potest intentari contra te. sed alij dicunt quòd vna electa, alia tollitur. Alij dicunt quòd si agatur Aquil. tollitur act. iniuriarum, aut econtra. verius autem est quòd & si agatur vna, altera possit intentari in id quod plus sit in ea. [SI IS CVI.] Commodaui scholari librum: & eum contrectat ad alium vsum. Dicitur quod tenetur commodati: item condict. furtiua: & vna intentata, altera tollitur. Secundo dicit: colonus subtraxit arbores fundi mei, vel aliquid aliud, Dicitur quod tenetur cōdict. furtiua. item act. furti, itē ex locato. & si agatur vna istarum, non tollitur act. furti, sed inter se bene tolluntur. Itē Aquil. tollitur per act. locati in hoc casu. Tertio dicit: Commodaui tibi vestimenta & tu ea fregisti. teneris cōmodati act. item Aqui. & si agatur Aquil. tollitur act. commodati. secus econtra. nam in eo quod vltra est in Aquil. remanet post act. commoda. Fran.

f ¶ *Iniuriosè*. ita quod rumpit brachium. Ac.

g ¶ *Consumi*. dicunt quidam, & malè.

h ¶ *Et hæc*. non solum aliæ superiores.

i ¶ *Sententia*. quod teneatur Aquilia primo conuentus iniuriarū.

k ¶ *Rationabilius*, nunc soluit.

l ¶ *Exercere*. Sed nonne[a] ad aliud & aliud dantur, cum vna ad contumeliam, alia ad damnum datur? ergo vna alteram tollere non debet: cum nec possit in vna venire quod in altera continetur: *vt s. ad l. Aquil. sed & si §. j. & j. de iniur. item apud. §. si quis seruo verberato?* Respondeo, imò potest. Nam agendo[b] iniuriarum, & iurando pro quanto nollet &c. potest etiam damni rationem petere, *arg. s. de vi & vi ar. l. j. §. illud vtique. & §. plane.* sed & lex expressa est: quia venit in iniuriarum actione & damnum: *vt Co. de iniur. l. dominum.* Sed aliud in actione de peculio & tribut. quia tolluntur electione, non considerato quātum per aliam exegit: *vt s. de tribut. quod in herede. §. eligere.* cum ibi ex contractu: hic ex maleficio loquatur. *& facit s. locat. si vulnerauerit, & s. commo. vnde quæritur. in fin.* ¶ Itē not. hic quòd alteram non exercet nisi in id quod excedit: *vt supra de actio. empt. prædia.* Sed contra. *j. de priuat. delict. l. pe.* Sol. hic loquitur cum ex vno facto plures procedunt actiones. ibi ex diuersis: vt ibi diximus.

a Iniuriarum actio & dāni Aquiliæ an ad aliud & aliud dantur.

b Iniuriarum agēs & eo nomine iurans, damni quoque sibi illati agere videtur.

* al. consequi.

m ¶ *Subripuerit*, vtendo ad alium vsum.

n ¶ *Condictione*, furtiua: *vt s. de condic. fur. l. qui furtum.* Accur.

o ¶ *Hinc.* id est ex supradicto responso.

p ¶ *Condictione.* furtiua.

q ¶ *Non confunditur*, id est non tollitur: *vt s. pro socio. l. rei communis.* Sed contra. *j. fur. l. si is cui.* Sol. vt ibi Accur.

r ¶ *Miscentur.* i. vna per alteram tollitur: & sic intelligitur d. l. is cuius.

† al. non remanere, vt not. Accur. male. Anton. Aug. libro 1. capitu. 3. sicut & Bart. ait se libros antiquos inspexisse, nec reperisse negationem ad l. si vt certo: cōmod. in 15. opposi.

s ¶ *Aquiliæ.* vt tollatur per locati: & econtra: *vt s. locati. si vulnerauerit.*

t ¶ *Vtræque.* commodati & Aquil. Accursius.

u ¶ *Remanere.* aliàs fine non: & aliàs non remanere, si habes sine nō, nil est cōtra. & tūc quod subiicit simplo subducto, locum non habet, scilicet petitio simpli, sed huius actionis sic, & sic est ar. quod iure actionis veniat. *arg. C. de iudi. l. j.* Si vero habeas cum nō, quasi dicat, non remanet petitio simpli: tunc bene stat litera sequens: & innuit peti offi. iud. pro quo est etiam. *C. deposi. l. iiij.* Sed tunc est contra. *s. commo. vnde quæritur. in fin.* Solu. hic de stricto iure, ibi de æquitate, quæ[c] præualet: *vt C. de iud. placuit.* Item contra *s. ad l. Aquil. item Mela. §. si plures in fi.* Sol. vt ibi. Accur.

c Aequitas q̄ādoque rigori præualet.

x ¶ *Accedit.* repetitio triginta dierum.

IN honorariis.] CASVS. Actiones honorariæ, item prætoriæ quæ habent rei persecut. competunt & post annum, cęterę intra annum, & da exemplum vt in glo. hic posita. Secundo dicit: act. prætoriæ quæ post annum non dantur, nec in heredem dantur, nisi vt lucrum si quod est, ab herede extorqueatur: vt est in act. de dolo, & in interdicto vnde vi, & in similibus. Tertio dicit: illæ act. continent rei persecut. quibus persequimur quod ex patrimonio nobis abest. & da exemplū vt in glo. Acc. quę incipit: vt &c. Quarto dicit quod act. rescissoria, id est antiqua act. in rem vel in personam, quæ redditur ope restit. vsucap. rescissa anno finitur: quia contra ius ciuile cōpetit. Quinto dicit: cū duumuiri accipiunt pecuniam mutuò nomine ciuitatis, & non est versa in vtilitatem ciuitatis: tenentur

tenentur ipsi duumuiri etiam post annum. si autem esset versa pecunia in vtilitatem ciuitatis: tunc tenetur ciuitas etiam post annũ ad illam pecuniam reddendam. Franc.

a ¶ *In honorariis*, id est prætoriis. ¶ Hic not. duas regulas. Prima quòd prætoriæ [a] rei persecutoriæ sunt perpetuæ: vt [b] quorum bonorum: Publi. & similes: *vt infra ead. l. §. ille autem*. Sed hoc fallit [c] in ædilitiis, vt redhibitoria, quę sex mensibus: & quanto minoris quæ anno durat: *vt supra de ædil. edict. sciendum est. §. fin. & l. si venditor & l. quod si nolit. §. si quis.* Sed illud ideo, quia contra [d] ius ciuile dantur. Item eodem modo respondetur infra ea. l. §. sed cum rescissa. Item fallit hæc regula supra *quod fal. tu. aucto. l. huius actiones. §. has actiones.* Sed respondeo: illa in dolo concipitur, quod [e] est delictum: & sic patet quòd illa regula habet locum in illis persecutoriis tantum quæ non sunt ex maleficio. Item eodem modo respondeti potest supra *quæ in frau. credito. l. qui autem. §. fin. & l. ait prætor. §. annus.* licet alij respondeant quòd illud in eo quod non peruenit: per l. eandem, ait prætor. §. pen. Item fallit. *C. de dolo. l. fin.* Sed ibi est delictum. Item fallit supra *de eo per quem fac. erit. l. j. §. pen.* Sol. vt ibi. Item fallit *C. vnde vi. l. vi pulsos. & supra de vi & vi arm. l. j. in princ.* Sed & ibi est delictum. Item fallit *s. de alie. iud. mu. cau. fac. non solum. §. fin.* Sed ibi vertitur delictum, sic & fallit in omnibus [f] aliis persecutoriis prætoriis quibus vertitur delictum: sicque regula remanet in his in quibus delictum non vertitur: vt in prædictis legibus patet, *& infra ea. l. §. illa.* ¶ Secunda regula est, quòd cæteræ [g] prætoriæ, id est pœnales, vel etiam non pœnales, dummodo ex delicto, sint annales, quia & tantum durabat prætoris imperium: *vt hic, & Instit. de perp. act. in princ.* & sunt exempla in albo corrupto: *vt supra de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. item supra de in ius voc. l. penul. item infra de pœn. act. l. fin. & supra de his qui deiec. vel effu. si vero §. prætor. & §. fin.* Sed & hoc fallit: vt in act. furti manifesti quia licet sit prætoria, non tamen tollitur anno: sed perpetuo durat de eo quod peruenit: quia [h] absurdum, &c. *vt instit. de perpe. & temp. actio. circa princip.* & est forte ratio frequentia furtorum: *vt arg. infra de pœnis, aut facta. §. fin.* ¶ Adiicitur tertia regula, quia illa [i] quæ sub secunda regula continentur, non dantur in heredem: vt eisdem exemplis probatur: nisi ad heredem peruenit: vt exemplificat in actio. de dolo: *vt hic, & supra de dolo. itaque.* & in interdicto vnde vi: *vt hic, & d. l. vi pulsos.* sunt enim turpia lucra heredibus extorquenda: *vt supra de calumn. l. in heredem.* ¶ Item quod subiicit de similibus, da exemplum ex edicto de calum. *vt supra de calum. l. j. & l. in heredem.* & alia multa quæ magis laboriosum quàm subtile est inuenire. In [k] casu tamen ad heredem peruenit: & tamen non tenetur: *vt infra vi bo. rap. l. ij. §. fin.* Item in alio: *vt supra de calum. hac actio.*

Primo ponit vnam regulam in actionibus prætoriis persecutoriis. Secundo ponit vnam regulam in actionibus pœnalibus. Tertio ponit vnam regulam qualiter transeant actiones contra heredes. Quartò ponit exemplum de actionibus persecutoriis, quæ dantur contra ius ciuile, secunda ibi, cætera, tertia ibi, honorariæ autem, quarta ibi, illæ autem, quinta ibi, sed cum rescissa. Bart.

XXXV. IDEM *libro primo ad Edictum prætoris.*

IN honorariis [a] actionibus sic esse definiendum Cassius ait, vt quæ rei persecutioné habeát, hæ etiam post annum [b] darentur: cæteræ [c] intra annum. Honorariæ autem, quæ post annum non dantur [d], nec in heredem dandæ sunt: vt tamen lucrum ei [e] extorqueatur: sicut fit in actione doli mali, & interdicto vnde vi, & similibus. illæ auté rei persecutionem continent, quibus persequimur quod ex patrimonio [f] nobis abest: vt cum agimus cum bonorũ possessore debitoris nostri: item publiciana [g], quę ad exemplum vindicationis datur [h]. Sed cum rescissa vsucapione redditur [i], anno finitur: quia contra ius ciuile datur.

1. ¶ In duumuiros [k] & rempublicam etiam post annum actio datur ex contractu magistratuum municipalium.

XXXVI. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum.*

CEssat ignominia [l] in condictionibus, quamuis ex famosis causis pendeant [m].

XXXVII. *Item libro quarto ad Edictum prætoris.*

ACtionis verbo [n] * continetur in rem, in personam, directa [o], vtilis [p], præiudicium [q]: sicut ait Pomponius: stipulationes etiam quæ prætoriæ sunt: quia actionum instar obtinent [r]: vt damni infecti, legatorum, & si quæ similes sunt [f]. Interdicta [t] quoque actionis verbo continétur. 2. ¶ Mixtæ [u] sunt actiones, in quibus vterque actor est: vt puta finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, interdictum vti possidetis, vtrubi.

XXXVIII. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

b ¶ *Post annum*, vt in actio. de neg. gest. & de peculio. Accur.

c ¶ *Cætera*, prætoriæ. Accursius.

d ¶ *Non datur*, vt pœnales. Accursius.

e ¶ *Ei*. id est ab herede.

f ¶ *Ex patrimonio*. vt quia promisit mihi decem defunctus cui succedit aliquis de iure prætorio. nam rei persecutionem continet non pœnæ secundùm Ioan. Sed quid ad rhombum, cum de prætoriis hic dicat? Respon. Ioan. quia qualitas [l] actionis variatur ex variatione debitoris: *vt supra de noxa. actio. §. his consequens versi. item si ex pluribus.* ¶ Item quid de actio [m] iniuriarum? videtur non pœnalis: quia nec in duplum vel in triplum vel quadruplum datur. Vel dic dupliciter pœnalem: primo, quia tibi non adest: dici secundo, quia mihi non abest ex patrimonio. Accursius.

g ¶ *Publiciana*, ista pretoria, & rei persecutoria.

h ¶ *Vindicationis datur*, *vt supra de Publi. l. eum. §. Publiciana.*

i ¶ *Redditur*. actio in rem, vel personalis: prout erat prius, quæ dicitur rescissoria: *de qua dicitur Instit. de actio. §. sed istæ. & C. ex ex quibus cau. ma. leg. si.* melius dixisset, de petit. in integr. restitut. quàm de actione rescissoria, sed & hoc admitto: quia statim post reuersionem habeat ipsam: sed inefficacem, nisi petat in integ. resti. intra annum. si vero petierit, anno finitur. Vel dic quòd habeat eam petita restit. sed nisi lis super ea contesteur, tollitur anno, & hodie quadriennio: *vt C. de temp. in integ. restit. l. fin.*

k ¶ *In duumuiros*. id est magistratus municipales, vel magistratus ciuitatis: *vt C. de iudi. leg. si.* Hi enim tenentur etiam post annum: licet officium eorũ anno finiatur: quod accipe quando non est versa in vtilitatem ciuitatis: aliàs non ipse sed ciuitas, vt subiicit: *vt supra si cer. pet. l. ciuitas. & si quis cau. l. fin.* & hoc ad instar tutoris & pupilli: *vt C. de iure reipu. leg. rempublicam lib. xj.* nam & iste necessario subit munus vt tutor: *vt in auth. de defen. ciuil. §. praul. col. iij.* Est tamen arg. contra, quòd etiã finito officio teneatur: *vt infra de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. in eum.* Sed ex eodem §. in fin. dico contra. & ibi in prin. animo nouandi promiserat, & animo liberandi ciuitatem. Item [b] improprie ponitur, respubli. *vt infra de verb. signif. l. eum qui vectigal. & supra ex quibus cau. ma. sed & si per prætorem. §. item inquit.* nam de alia quàm Romana habes necesse dicere per id quod dicit duumuiros.

CEssat.] CASVS. Condemnatus in condict. furtiua, vel simili, non infirmatur. Franc. Accur.

l ¶ *Cessat ignominia*. id [c] est infamia.

m ¶ *Pendeant*. vt conditio furtiua: sed tamẽ grauatur eius opinio: *vt s. de obsequiis l. honori. & facit s. de vi & vi ar. l. neq. vnde vi.* & nota quod omnes sunt personales, *vt Instit. de actio. §. appellamus.*

ACtionis verbo.] CASVS. Hoc vocabulum actio, largissimè [d] acceptum, comprehendit act. in rem, item act. in personam directas & vtiles & preiudiciales, item stipulationes prætorias, vt damni infecti, item stipul. legatorum, & similes, item interdicta. Secundo dicit: quædam act. sunt mixtæ, [e] in quibus quilibet est actor & reus: vt actio finium regundorum, & similes. Franc.

n ¶ *Actionis verbo*. largissimè accepto. sic *s. de dolo. l. & eleganter. in princ. & j. de verb. signif. pecunię. §. actionis, & facit s. eod. l. actio. con-iunge l. j. de eden. & l. j. de except.*

o *Directa*, quę [f] ex mente & verbis legis: vtilis, [g] & quæ ex mente tantum: *vt s. si qua. pau. fe. di. l. j. in prin. & l. fin. item exemplum. C. de here. ven. l. emptor.*

p ¶ *Vtilis*. actio.

q ¶ *Præiudicium*, id [h] est præiudicialis actio: *vt Institut. de actio. §. preiudicialis.*

r ¶ *Obtinent*. & sic nota quod nihil est id, cui idipsum simile est: *vt j. rem ra. habe. non solum in Glo. j. & j. de præto. stipul. l. j & j.*

f ¶ *Similes sunt*, vt de dupla: *vt j. de eulct. l. ij.*

t ¶ *Interdicta*. quæ [i] nõ sunt actiones, sed vim actionũ habent: & dicuntur [k] interdicta. i. inter duos reddita: *vt s. vti possi. l. j.* Accursi.

u ¶ *Mixtę*. aliàs dicuntur mixtæ [l], id est in rem, & in personam: *vt Institut. eo. § mixtę. & facit ad §. s. famil. ercifcun.* inter coheredes, *& supra de interdic. l. interdictorum, & supra de iudi. l. in tribus & supra vti poss. si duo. §. j.*

a Actiones Prætoriæ rei persecutoriæ, regulariter perpetuæ sunt.
b Actiones Prætoriæ rei persecutoriæ quæ.
c Actiones Prætoriæ rei persecutoriæ temporales quę sint & cur temporales.
d Actiones ædilitiæ cõtra ius ciuile dantur.
e Dolus est delictum.
f Actiones Prętoriæ rei persecutoriæ in quibus vertitur delictum sunt temporales.
g Actiones Prætoriæ pœnales & non pœnales ex delicto, anno finiuntur excepta furti actione quæ perpetua est.
h Actio furti tamet si Prætoria & pœnalis est: sit perpetua.
i Actiones Prętoriæ pœnales, & non pœnales non dantur in heredem, nisi de eo quod ad heredem peruenit.
k Heres quibus casibus non teneatur de eo quod ad eum peruenit.
l Actionis qualitas variatur ex variatione debitoris.
m Actio iniuriarum an pœnalis sit.

* Vide Alcia. lib. ii. parer. c. 9.
a Duumuiri, magistratus municipales.
b Reipublicę vocabulũ impropriè significat alias à Romana Respublicas.
c Ignominia pro infamia.
d Actionis vocabulo generaliter sumpto quæ continuantur.
e Actiones mixtæ, quibus in quibus actor est & reus.
f Actiones directæ ex mente & verbis legis.
g Actiones vtiles ex mente tantum legis, nõ ex verbis.
h Præiudiciũ pro actione præiudicialis.
i Interdicta ab actionibus differunt: nec enim sunt actiones, sed vim tamen earum habét.
k Interdicta, quasi inter duos reddita.
l Actiones mixtæ, quæ in rẽ & personam: quæ inter coheredes dicuntur

K Neuum.

a Literarum figura verum aliquid confirat in obligatione literarum.

b Verborum & literarum similitudo, non iis quæ intellectu consistunt, exprimendis.

a Non figura. De obligatione literarum dicit hæc lex vt ipsa contrahatur non figura, scilicet sola: nam & figura & oratio quam exprimit figura literarum. inducit hanc obligationem: imò magis ibi operatur figura, cum ex ea dicatur obligatio literarum. 2. Alij dicunt quòd figura nil operatur. quod non placet: quia eadem ratione habent necesse dicere quòd verba non obligent, sed intellectus verborum tantum: quod non est verum. nam quod ibi, scilicet in stipulatione, verba: hic scriptura debet operari.

NOn figura [a] literarum, sed oratione [b] quam exprimũt literæ, obligamur: quatenus [c] placuit non minus valere quod [d] scriptura, [e] quàm quod vocibus [f] lingua figuratis significaretur.

XXXIX. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

FIlius familias ex omnibus [g] causis tanquam paterfamilias obligatur [h]: & ob id agi [i] cum eo tanquam cum patrefamilias [k] potest [l].

XL. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

HEreditariarum [m] † actionum loco [n] habentur & legata [o], quamuis ab herede cœperint [p].

XLI. IDEM libro vicensimosecundo ad Edictum.

QVotiens [q] lex [r] obligationẽ introducit: nisi si nominatim cauerit vt sola ea [s] actione [t] vtamur, etiam veteres [u] eo nomine actiones competere [x].

1. ¶ Si [ex] eodem facto [y] duæ competant [z] actiones: postea [a] iudicis potius [b] partes esse, vt quo plus sit in reliqua actione, id a-

b ¶ Sed oratione. nec oratione sola sine literis. hæc enim duo faciunt eam efficacem.

c ¶ Quatenus. id est quia.

d ¶ Quod. lapso biennio: vt Instit. de lit. oblig.

e ¶ Scriptura. regulariter, vel quantum ad officium.

f ¶ Vocibus. quibus fit stipulatio. Accursius.

† Hereditarius videtur grauari, quando herres grauatur sub nomine appellatione: vnde omnis succedens in hereditate videtur ex hoc grauatus.

Filius familias.] CASVS. Filius familias obligatur ex omnibus contractibus tanquam homo sui iuris: & ob id cum eo potest agi. Franciscus.

g ¶ Ex omnibus. descendentibus ex contractibus vel ex maleficio vel quasi.

h ¶ Obligatur. in solidum.

i ¶ Ob id agi. vt ĩ. de noxa. quotiens & l. seq. & ĩ. de iudi. l. tam ex. & de edendo. prætor. §. sed & si filius. & ĩ. de peculio. si quis cum filio. & l. ideo. Sed fallit infra de polli. si quis rem. §. voto. Item supra ad Maced. per totum: quæ sunt contra. Sed hodie [c] ad exercitium patri competit: vt C. de bonis mater. l. j. & de bonis quæ lib. l. fin.

c Filiusfamilias vti hodie obligetur.

k ¶ Cum paterfamilias. vt putà in solidum viuente patre.

l ¶ Potest. an econtra agat, dic vt supra eo filius.

Hæreditariarum.] CASVS. Legatarij dicuntur creditores hereditarij: & act. eis competentes hereditariæ dicuntur. Franc.

m ¶ Hereditariarum. hereditariam vocat qua tenetur hereditas.

d Creditores hæreditarij dici possunt hi, quibus aliquid legatum est: hoc est legatarij & fideicommissarij.

n ¶ Loco legatarij [d] ergo & fideicommissarij creditores dici possunt hereditarij, si inter eos cõtrouersia fit de legatis soluẽdis sibi. si autem inter creditores & eos, potiores sunt creditores. vt ĩ. de separa. l. creditoribus. & l. quotiens. & C. de iure delib. l. fin. §. sed & si legatum. ver. sed & si legatarij.

o ¶ Et legata. pura, non conditionalia: vt infra is cui.

p ¶ Cœperint. hoc faciebat dubium: sed vtrobique heres ex causa hereditatis tenetur.

q Quotiens. Exemplum: Si quis à non domino emerit bona fide: & per traditionem accepit, & nondum sit vsucaptum: si cadat à possessione, habet Publi. Aliud exemplum: Ait prætor: si quid dolo malo factum esse dicetur: si alia actio non sit, de dolo da bo. sed illud vbi lex inducit nouam, & non remouet veterem: vtraque agi potest: vt C. de peti. here. l. fin. in fine. Accur.

r ¶ Lex. siue vetus, siue noua.

s ¶ Ea. de qua in lege continetur.

e Actionis receptitiæ loco introducta est actio de constituta pecunia.

f Actiones ex stipulatu loco, introducta rei vxoriæ actio.

t ¶ Actione. quam introduxit: vt patet in constituta, reiecta receptitia: [e] vt C. de constit. pecu. l. ij. Item [f] in actio, ex stipulatu, reiecta rei vxo. act. vt. C. de rei vxo. act. l. j. in prin. item obtinet hoc quando ex vno facto: vt ĩ. eo. l. cum ex vno.

u ¶ Veteres. si tale fit negotium vbi & veteres competunt. vt C. de sepul. viol. l. qui sepulchra. in fi. ibi, quæ pœna prisca seuer. & c. & ĩ. de reg. iur. quotiens duplici. & ĩ. de condict. ex le. l. j. Item est exemplum de condict. ex l. noua & antiqua & hypotecaria, quæ datur creditoribus ad reuocandas res datas in solutum ab herede: vt C. de iure delib. l. fin. §. licentia. Item exemplum est. C. de petit. hered. l. fin. vbi est nego. gest. & ex l. conditio. Item de act. arb. fur. cæs. noua in locum Aquil. antiquæ.

x ¶ Actiones competere. dicebant.

y ¶ Si ex eodem facto. id est delicto.

z ¶ Competant. veluti. Aquil. & iniur. vt supra eod. cum ex vno: & l. qui seruum.

a ¶ Postea. Quàm vna sit actum, cum iam alia esset actum: vel postea in sequenti iudicio.

ctor ferat, si tantundem, aut minus, [c] id [*] consequatur [d].

XLII. VLPIANVS libro vicensimoprimo ad Edictum.

IS cui sub conditione legatum est pendente conditione non est creditor: sed tunc, cum extiterit conditio. quamuis eum qui stipulatus est sub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem esse [e]. 1. ¶ Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem [f] vel ciuilem habent: sic tamen, ne exceptione submoueantur: vel honorariam actionem, vel in factum [g].

XLIII. PAVLVS libro septuagensimosecundo ad Edictum.

OBligari potest paterfamilias [h], suæ potestatis pubes, compos mentis, pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur [i] iure ciuili. seruus autem ex contractibus non obligatur [k].

Ponit quatuor modos obligatorios. Primum declarat ibi, circa diem. Secundum ibi, conditio verò. Tertium ibi, modus autẽ. Quartum ibi, accessio verò.

b ¶ Potius. scilicet quàm contrarium.

c ¶ Minus est. in posteriori. Azo.

* Forte legendum, nil. R. Lug. editione.

d ¶ Consequatur. scilicet quod tantum venit in priori. & facit infra. vi bo. rap. l. j. Accursius.

IS cui.] CASVS. Legatarius cõditionalis non dicitur creditor, nisi prius existat conditio: sed ille qui stipulatur sibi x. dari sub condit. creditor dicitur etiam interim. Vltimo dicit: Creditor ille dicitur, qui habet aliquam act. saltem ciuilem, quę except. non possit tolli: vel honorariam: vel in factum extraordinariam, de qua habes C. de sacrosanc. eccles. l. sancimus. Franc.

e ¶ Creditorem esse. quantum ad hoc creditoris locum obtinet, vt in possessionem mittatur: item vt ei caueatur: item vt in Falcidiæ ratione debitum deducatur, vt supra ex qui. cau. in pos. ea. l. in possessionem. & de iudi. in omnibus. & supra ad leg. Falcid. in quantitate. §. magna. Item quo ad hoc vt spem transmittat: vt Instit. de verb. obli. §. ex conditionali. In legato secus: vt C. de cad. tollend. §. sin autem. nisi [a] in persona liberorum [b]: vt §. in nouissimo eo. tit. C. de cadu. tollend. Accur.

a Legatũ particulare conditionale, etiam ante cõditionis euẽtum transmitti potest ad hæredes suos vel ex, vniuersale verò legatum vel fideicommissum ante cõditionis euentum non transmittitur ad hæredes, etsi sunt Glossa in l. vnica, in si. C. de his qui ante aper. tabu. Sed tamẽ Ripa in l. unanimesto (?) ff. de legat. 1. notat Gloss. huiusce legis communiter approbatam, & particulariter legata in eo et requari vniuersalibus. v. Iasonem. l. p. C. de fideicommiss. posse tamẽ hanc Gloss. sam defendi, v. per Cyne in l. hæredis. eo. tit. ad Trebellianum.

b Legatum liberis conditionale, aliis sed, transmittitur ad heredes, mortuo legatario ante mortem testatoris, vel cõditionem existere: nisi tamẽ hoc fallit in legato facto liberis. adde. vel mortem ex fin de vulg. & pupil. sub. sup. in l. sal. & in l. cum quidem. C. de impu. & aliis subst.

f ¶ Actionem. scilicet habeant.

g ¶ Vel in factum, extraordinariam: vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & facit infra de verbo. signifi. creditores. & l. creditorum. & l. si cui. Accur.

OBligari.] CASVS. Paterfami. suæ potestatis pubes potest obligari. pupillus autem sine tutoris auctoritate non potest obligari. seruus non obligatur ex contractibus. Franc.

h ¶ Obligari potest paterfamilias. naturaliter & ciuiliter.

i ¶ Non obligatur. ciuiliter, sed naturaliter: vt Instit. de fideiusso. in princ. & supra eo. seruo. nisi [c] in casu: vt C. an seruus ex suo facto. l. iii. & facit infra eod. pupillum. & supra eo. l. j. §. furiosum & inf. a titu. q. l. pube es & ĩ. de noua si pupillus & l. j. §. j. & supra de nego. gest. ait prætor. §. pupillus. & supra de pecu. leg. nec seruum. & Instit. de inuti. stipul. §. furiosus.

k ¶ Non obligatur. sed ex delictis sic: vt ĩ. eo. l. serui. Accur.

c Obligari quibus casibus seruus possit ex contractu.

Obligationum.] CASVS. Obligationum, id est conuentionum ex quibus oritur obligatio, quatuor sunt causæ, aut enim dies imponitur in eis: aut cõditio: aut modus: aut accessio: & de his per ordinem exempla dat. tunc circa diem, quandoque enim ponitur dies, vt obligatio ex die incipiat: vt promittis x. ex kalendis Martij. nam ante kalendas non possum exigere, quandoq; ponitur dies vt vsque ad eam debeas: vt si promisisti x. vsque ad kalendas Martij. & hoc casu elapsis kalendis adhuc teneris, idem in legato, tamen si agam, opponis mihi except. vel pacti, vel doli, sic & cum trado solũ sine superficie. nam superficies ipso iure sequitur solum, & sic ad te venit: tamen ope excep. retineo superficiẽ. Sequitur de condi. videre. & conditio ponitur quandoque antequam sit completus contractus: vt promisisti mihi x. si nauis veniat ex Asia. & hoc casu ante condit. non possum agere, quandoque apponitur conditio finito contractu: vt si promiseras mihi c. pure: & hoc pacto facto apposita fuit conditio quòd tenearis si nauis venerit ex Asia. nam ante condi. possum agere cum effectu sed postquam aduenit condit. si agam: obstat mihi except. Sequitur videre de modo, & modus apponitur obligationi hoc modo: promittis mihi x. aut Stichum, nam vna de his soluto, promissio

sio alterius tollitur. nec vnum tantum de his possum petere, sed est in electione tua quod vis soluere donec vtrunque extat. Sequitur de accessione videre, & certe accessio quandoque fit rei, quandoq; personæ. personæ hoc modo: promittis mihi x. aut Titio dare, vel hoc modo: promittis mihi x. aut Stichum seruũ Titio dare. & homine scilicet Sticho soluto Titio, liberaris à me ope except. [SI ITA.] Si non dederis mihi talem fundum: promisisti mihi c. dare. Dicitur quòd centum possum & debeo petere: liberaris tamen dãdo fundum. Secundo dicit: promisisti mihi te facturum nauem mihi, & si non feceris: promisisti mihi c. dare. Dicitur quòd prima obligatio videtur notata per secundam: & sic ad c. agam. & hoc intelligas cum tantum tempus præteriit quo nauis potuerit fieri, & non fuit facta. Fran.

XLIIII. IDEM libro septuagesimoquarto ad Edictum Prætoris.

Obligationum[a] ferè[b] quatuor causæ sunt, aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus[c], aut accessio[d]. 1. ¶ Circa diem duplex inspectio est, nam vel ex die incipit obligatio: aut confertur in diem. Ex die: veluti, *Kalendis Martiis dare spondes?* cuius natura hæc est, vt ante dié non exigatur[e]. Ad diem autem, *vsque ad Kalendas dare spondes[f]?* Placet[g] autem ad tempus obligationem constitui non posse,[h] non magis quàm legatum[i], nam quod alicui deberi[k] cœpit: certis modis desinit deberi[l]. Planè post tempus stipulator vel pacti conuenti vel doli mali exceptione summoueri poterit. Sic & in tradendo[m] si quis dixerit se solum sine superficie tradere nihil proficit[n] quo minus & superficies[o] transeat quæ natura[p] solo cohæret. 2. ¶ Conditio vero efficax est, quæ in constituenda obligatione inseritur, non quæ post perfectam eam ponitur: veluti[q], *Centum dare spondes, si nauis ex Asia veneris?* Sed hoc casu[r] existente conditione locus erit exceptioni pacti conuenti, vel doli mali. 3. ¶ Modus obligationis est, cùm stipulamur decem, aut hominem, nam alterius solutio totam obligationem interimit: nec aliter[s] peti potest[l], vtique quandiu vtrumque est. 4. ¶ Accessio verò in obligatione aut personæ aut rei fit. Personæ, cum mihi aut Titio stipulor. Rei, cum[t] mihi decem, aut Titio hominem stipulor. vbi quæritur an ipso iure fiat liberatio homine soluto Titio[u]. 5. ¶ Si ita stipulatus sim, *Si fundum non dederis*[x], *centum da*[r]*e spondes?* Sola centum in stipulatione sunt: in exsolutione[y] fundus. 6. ¶ Sed si nauem fieri stipulatus sum, & si non feceris, centum: videndum, vtrum duæ stipulationes sint, putà[z], & conditionalis: & existens sequentis conditio non tollat priorem: an vero transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat, quod magis verum est[a].

a ¶ *Obligationum*, id est conuentionum ex quibus oritur obligatio.

b ¶ *Fere*, philosophicum temperamentum. 2. Vel dic propter locum[b] qui etiã apponi potest: *vt Instit. de verbo. oblig. §. loca.* Item propter[c] purã obligationem. Itẽ & duæ de his possunt aggregari. s. dies & modus.

c ¶ *Aut modus*, vt illud aut illud.

d ¶ *Accessio*. vt[d] si stipulor mihi aut Titio. Accur.

e ¶ *Non exigatur*, *vt Instit. de verbo. oblig. §. omnis. & ℥. manda. l. si mandato Titij. §. Paulus.*

f ¶ *Dare spondes*, vt postea non tenearis, *vt ℥. titu. j. l. cum qui ij. §. qui ita. & ℥. manda. l. si fideiussor. in fin.*

g ¶ *Placet*. his verbis, promitto tibi libram ceræ vsque ad decẽ annos vel lego tibi tale quid dandum vsque ad x. ann. abinde in antea nolo teneri. ¶ Et not. quòd stipulatio[e] non potest ita contrahi vsque ad tempus: putà x. annos: vt post tempus desinat ipso iure teneri. Item in legato: vt in exẽplo supra posito: & est ratio quia obligationes debent esse perpetuæ: *vt ℥. de seruit. l. iiij.* & ita non ipso iure post tempus tollũtur, sed exceptione: quia tempus non est modus &c. sed solutione, pacto, nouatione tolluntur: in casibus nudo pacto: vt iniuriarum & furti.

g ¶ *Placet*. No. diligenter differentias[f] inter has obligationes: quia ex die etiam ante diem tenetur, licet non cum effectu: ad diem etiam postea tenetur, licet sine effectu.

h ¶ *Non posse*. s. vt ipso iure desinat teneri post tempus: sed per except. vt sequitur, aliàs cõtradiceret superioribus. ¶ Et quod aliàs dicitur præscrip. xx. an. tolli actionem, intellige per except. remanet enim naturalis[g], & ciuilis tollitur.

i ¶ *Quàm legatum*, sed in vsufruct. ad tempus legato dubitari potest: *vt ℥. de vsufruct. leg. l. iij.* licet secus esset in alia seruitute: vt supra de seruit. l. iiij. sed & ibidem respond. quòd licet ad tempus constituatur, tamen etiam post tempus duret: sed exceptione repellatur actor, & sic etiam intellige ℥. vsufruc. quemadmo. ca. l. si vsusfruc. mihi. §. plane item contra, *℥. de le. j. l. fi.* Solu. vt ibi item facit *℥. de leg. j. l. nemo potest.*

k ¶ *Deberi*. inter quos non est dies vel tempus, sunt autem illi modi Insti. qui. mo. tol. obli. per totum.

l ¶ *Deberi*. s. nouatione, solutione, & pacto.

m ¶ *Sic & in tradendo*. talis est similitudo: Sicut naturale est obligationis vt nõ regatur tempore, & sic impossibile vt eo regatur, nec de tẽpore curemus: sic naturale est huius traditionis soli vt nõ curetur de pacto superficiei quasi impossibili, nec eo regatur: sic vt in obligatione exceptio habet locũ: sic & in hac traditione exceptio locũ habet, vt concedatur huic qui excipit, habitare exceptione opposita: *vt argu. ℥. de le. j. l. si fundũ sub conditione. §. qui fundum*. ¶ Et est hic argu. optimum in quæstione sabbatina: si[a] excepi arborem cum vẽdebam fundum, & eandem excidi, & postea radices eius stolos vel stolones emiserunt quos mihi vindicare volo, quia nomine arboris[b] radices[c] continentur: *vt infra arb. fur. ca. l. vitem.* & solo coherent, *vt hic*, ergo quod ex re mea superest, iure vindico, *vt supra de rei vin. l. non solum. §. j.* vt sequatur matris conditionem: *vt C. de rei vind. l. partum.* vel vicem primæ arboris in cuius locũ natura eius posuit. *arg. supra de iud. l. proponebatur.* Item vt superficies non separatur à solo, sic nec arbor à radicibus: vt hic dicitur. Econtra de præsenti arbore videtur cogitatum, *arg. supra de auro & argen. leg. si ita.* Item licet nomine arboris contineantur radices: nõ tamen continentur nisi propter arborem tunc stantem, sed illa desiit esse: ergo & hoc desiit competere quid inerat tacite: vt lego vsumfruc. & inest in legato iter, perit vsusfructus, nemo dicet remanere iter: licet aliàs non periret iter capitis deminutione. Solu. potest distingui, nascantur hi stolones viuente prima arbore, an non. *arg. supra vnde cog. l. j. §. si quis.* Vel an nascantur super terrã super truncũ primæ arboris, an subterra, *arg. ℥. arbo. fur. cæs. l. antepe.*

n ¶ *Nihil proficit*, de rigore iuris: secus de æquitate.

o ¶ *Et superficies transf*: athic est contra *℥. de supe. fi. l. j. §. j.* Solu. speciale ibi. Vel dic vt ibi dixi.

p ¶ *Natura*. superficiei.

q ¶ *Veluti*, exemplum secũdi casus. Duos ergo casus ponit: quia si[d] sub conditione, nec cessit nec venit dies: vnde ipso iure peti nõ potest: sic non est necessaria exceptio: *vt ℥. de verb. sign. l. cedere.* Secundus, quando pura fuit, sed postea vtroque consentiente apposita est conditio: quo casu statim potest agi ex pura: sed exceptio conditione non existente apponitur.

r ¶ *Sed & hoc casu*. scilicet secundo cum postponitur conditio vtroque volente, sic: illum[e] excommunico nisi satisfecerit intra x. dies, nam interim est excommunicatus, vt quidam dicũt. secus si proponatur, cõdi. Sed his aperte contrarium est quod dicitur *℥. de condi. & de. mon. l. quibus. §. quidam.* Se[d] illud in legatis habet locum: *vt infra de adi. leg. l. si legatum.* Item contrarium his *℥. de in diem addic. l. ij.* Sol. vt ibi plene dixi. Accur.

s ¶ *Peti potest*. solum vel præcise: *vt ℥. de sol. l. qui hominem. §. stipulatus & ℥. de re iudic. l. miles. §. j.* nisi alterum desit: *vt hic & ℥. de eo quod cer. lo. l. iij. §. qui Stichum & ℥. de contr. empt. l. si in emptione §. pen.* vel si alterum factum sit stipulatoris: *vt ℥. titu. j. l. si Stichum.* Sed si alter præsens sit, alter absens: tunc vel præsentis debetur vel absentis æstimatio, nisi fuerit in mora promissor: *vt ℥. de leg. j. l. cum re. §. sed si Stichus.*

t ¶ *Rei, cum*. Exemplum accessionis rei & personæ Acc.

u ¶ *Soluto Titio*. & determinatur quod non ipso iure, sed per excep. *℥. tit. j. l. fi. §. cu mihi.* licet Azo & Hug. hic scripserint contrariũ. Sed prima quæstio huius. §. est. *Insti. de inuti. stip. §. si quis alij. & ℥. tit. j. l. eum qui ij. §. qui ita.* Et hæc est secũda pars permixta accessio rei & personæ sic *℥. de eo quod cer. lo. l. ij. §. proinde mixta.*

x ¶ *Non dederis*, quæ cum incipit à cõditione, committitur quãdo desiit posse dari fundus: quod dic vt *℥. tit. j. l. ita stipulatus, facit ℥. ad legem falc. l. j. §. item si ita. & ℥. manda. l. si quis pro eo. & ℥. de penu leg. l. j.*

y ¶ *Exolutione*, quia cœpit à conditione, non à pactione.

z ¶ *Pura*, vt nauem fieri.

a ¶ *Quod magis verum est*, vt fiat nouatio, & prima in secundum

a Ferè particula, inde & nota philosophici temperamenti. b Obligationi locus interdũ adijcitur. c Obligatio pura dicitur, cui neq; dies, neque conditio, neque modus, neque accessio adijcitur. d Accessio obligationis pro adiecta persona.

e Obligationes cur ad tẽpus constitui non possunt.

f Ad diem & ante diẽ promittere, differunt.

g Præscriptione verum tollatur ciuilis naturalis obligatio. v. Bal. tract. de præs. parte. 1. quæst. 6. & 9. 7. in qua asserit verum praescriptione tolli obligatio naturalis deficiente ...

a Arborem si excipiens fundi venditor, si exsa & desiccata, stolones postea emiserit, illi vindicat potest: de quo v. Ceppolam tract. de seruitutibus vrban. prædior. c. de arboribus & in fine. b Arboris appellatione, radices continentur. c Rei aliter à re alterum, c. l. ... arborem tanquam matrẽ, an & quemadmodum sequantur.

d Conditione obligationis ab initio cõditionalis pẽdente dies nec quo cessit neque venit ... pẽ ipso iure peti non potest: Conditione verò obligationi puræ adiecta pendente, stricto iure ex pura obligatione agi potest, sed agens exceptione repellitur. Atque ita cõditio siue præponatur siue postponatur obligationi, impedit effectum obligationis.

e Excommunicatus, nisi quid fecerit cõditione pẽdente, an sit excommunicatus. dic vt hac Glossa: ad id late. c. præterea extra de appellatione. Bartolũ Decisio. ...

f Nisi particula, quam vim habeat vide ... & Dynam. c. petere de regulis. n. 6.

g Cur ad legatum nullũ est ante mortem testatoris & aditam hæreditatem ... eoque nominum, si conditione adiecta legatũ redditur conditionale. In stipulatione statim nascitur obligatio: facilius est autem impedire vastandam obligationem, quam natam. Alber.

XLV. IDEM *libro quinto ad Plautium.*

IS qui ex stipulatu Stichũ debeat, si eum ante moram manumiserit: & is[a] priusquam super eo promissor conueniretur,[b] decesserit: non tenetur, non enim per eum[c] stetisse videtur quo minus eum præstaret.

XLVI. *Idem libro septimo ad Plautium.*

FVriosus & pupillus, vbi ex re[d] actio venit, obligantur etiam sine curatore, vel tutoris auctoritate: veluti si communẽ fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel dãnum in eo, pupillus dederit[e]. nã iudicio communi diuidundo obligabuntur.

Promptiores debemus esse ad liberandum, quàm ad obligandum. hoc dicit.

XLVII. IDEM *ex libro quartodecimo ad Plautium.*

ARrianus ait multum interesse, quæras vtrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Vbi de obligando quęritur, propensiores[f] esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum. Vbi de liberando, ex diuerso, vt faciliores[†] sis[g*] ad liberationem.

transferatur: quod est verum tunc demum cũ extiterit conditio, non priùs: *vt hi*, *&* *j. de noua. l. quotiens*, quæ extitit cum potuerit facere nauem, & non fecerit: *vt infra titul. j. l. ita stipulatus.* Interim ergo non est nouatio: *vt infra titul. j. l. ita stipulatus, in fine.* olim[a] ergo fiebat nouatio cum hoc agebatur expresse vel tacite, *vt hic, & infra de nouation. l. omnes, & Cod. de nouatio. l. final.* hodie secus: *vt Cod. eod. l. fina.* An autem interim ante commissionem pœnæ possit fieri nouatio? Respon. sic cùm putà fuerit stipulatio: nec est similis ei quando idem purè, & postea sub conditione promittatur: *vt supra de condictiõ. indebit. l. Iulianus. §. vbi autem*, quia ibi idem, hic diuersum debebitur in conditionis euentum. ¶ Item not. quòd lit. contest. in nouatione, committitur pœna si antè cõmissa non est: & sic iam non habeo ius in nouatione, secundùm hæc iura: sed debeo petere pœnam: *vt argum. infra titul. j. l. si Titius.* Item videtur *contra. supra de excep. do. l. apud Celsum. §. Labeo.* quia etiam veteri iure hæc nouatio non fieret iure ipso hoc casu. Sed dic vt ibi. Item videtur contra, *infra titul. j. qui Romæ. §. Flauius*, quia & ibi post nouationem talem petitur vt fiat quod iam videbatur nouatum: sed ibi fauor libertatis. Item contra *supra de actionibus emp. l. prædia.* Sed ibi est exceptio[b] facti non actionis: *vt ibi diximus.* Item ad idem contra. *infra de stipula. seruo. l. j. §. fin.* Sol. vt ibi, *& facit C. de pact. leg. si pacto. & supra pro socio leg. duo. & supra quando dies leg. ce. leg. si penum*, quando autem huiusmodi stipulationes committantur, pleniùs dices *j. titu. j. leg. ita stipulatus*, hic enim solum effectum nouationis expedimus. Accursius.

a Nouatio vt olim & hodie fieri possit.

b Exceptio alia facti a'ia actionis.

IS *qui.*] CASVS. Promiseras mihi Stichum dare: & antequam esses in mora, Stichum manumisisti: & antequam conueniaris super eo, Stichus decessit. Dicitur quòd non teneris. Franc. Acc.

a ¶ *Et is*, scilicet Stichus. Accur.

b ¶ *Conueniretur*, ante moram. Accur.

c ¶ *Per eum.* quia decessit ante moram, *& facit* *s. de noxa. l. electio. §. fin. &* *j. tit. j. si seruum. §. j. & l. is qui. & supra de petit. here. l. si à domino vel à patre. §. si possessor.*

F*Vriosus.*] CASVS. In obligat. quæ descendunt ex re, id est sine consensu partium: obligari potest pupillus & furiosus etiam sine auctoritate tutoris vel curatoris, & da exẽpla: in fundo quẽ habebam communem cum pupillo vel furioso, impendi aliquid de meo, nã obligatur mihi pupillus per hoc vt reddat mihi partem expensarum. idem si pupillus doli capax dat mihi damnum in fundo communi. nam tenetur mihi. Fran.

d ¶ *Ex re. i*[c]. cum facti sunt locupletiores. H. Vel dic ex re, id est sine consensu partium, etiam si non sit locupletior: vt patet in exemplo[d] quando damnum dat.

e ¶ *Dederit*, cum est capax[e] doli: *vt j. de reg. iur. l. pupillum &* *s. de rei vindi. l. quod infans, & facit ad l.* *s. communi diuid. l. si quis cum. §. denique. & de nego. gest. l. iij. & si furiosi, & supra de contra. act. tut. l. j. in prin. &* *s. ex qui. caus. in pos. ea. l. ij. &* *s. pro socio l. vt in conductionibus in fin.*

A*Rrianus*] CASVS. Cum tractatur siue quæritur de aliquo obligando: multum, si possumus, curamus vt nõ obligetur. at cum tractamus de aliquo liberãdo, omnes sumus proni in hoc & da exempla vt in glo. quæ incipit, exemplum &c. Franc.

f ¶ *Propensiores*, id est fauorabiliores. Accur.

c Obligari ex re dicitur in re aliena si locupletior: sed & qui sine consensu, etiamsi non fiat locupletior.

d Re obligatur qui damnum dat.

e Pupillus doli capax obligatur sine tutore.

XLVIII. IDEM *libro sextodecimo ad Plautium.*

IN quibuscunque[h] negotiis sermone opus non est, sufficiente consensu: iis etiam surdus interuenire potest: quia potest intellegere, & consentire: veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris.

XLIX. IDEM *libro octauodecimo ad Plautium.*

EX contractibus[i] venientes actiones, in heredes dantur, licet delictum[k] quoque versetur: veluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quẽ depositum est, quo casu etiam cũ filiusfamilias aut seruus quid tale commisit[l], de peculio actio datur, non noxalis.

L. POMPONIVS *libro septimo ex Plautio.*

QVodquis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur[m]: ei potestas est quolibet eius anni die dandi.

LI. CELSVS *libro tertio Digestorum.*

NIhil aliud est[n] actio, quàm ius[o], quod sibi[p] debeatur[q], iudicio[r] persequendi[s].

g ¶ *Vt faciliores simus*, exemplum: pactum[a] de non petendo, ipso iure tollit naturalẽ obligationem, & elidit ciuilem: sed pactum de petendo non tollit primum de non petendo ipso iure, sed ope replicationis. Item exemplum *j*[b]*. de reg. iu. l. fauorabiliores, item* *j. titu. j. l. stipulatio illa. §. in stipulationibus, item* *s. de iureiuran. l. si. §. fin autem liquide. in glo. intelligere.*

IN *quibuscumque.*] CASVS. In contractibus in quib[9] solus cõsensus sufficit, nec est opus loquela siue verbis, vt est in vendi. & loca. & in similibus: in illis potest interuenire surdus, & obligatur. Fran.

h ¶ *In quibuscumque.* & cæteris similibus quæ fiunt consensu[c]: *vt supra eod. leg. consensu fiunt. & facit infra titu. j. leg. stipulationes ij. §. fina. & supra locat. l. qui ad certum, & supra de contrahen. empt. leg. in venditionibus, & infra de reg. iur. leg. vbi, & inf. eod. l. obligamur. §. fin.*

EX *contractibus.*] CASVS. Actio descendens ex contractu, in heredem competit, licet per eam puniatur delictum siue dolus, hinc est quod actio tutelę competit contra heredes tutoris, & petitur emendari dolus defuncti. Idẽ in act. depositi, ‖ depositarius commisit dolum in re deposita. nam heres eius tenetur act. depositi. & si hic tutor vel depositarius sit filiusfa. vel seruus, & committãt prędictum dolum: tenentur pater & dominus de peculio non noxali. Franc.

i ¶ *Ex contractibus*, vel[d] quasi. secus[e] in delictis extra contractum: nisi secundùm quosdam in l. Iulia repetundarum: *vt j. ad l. Iuliam repetundarum. l. ij.*

k ¶ *Delictum*, id est actus.

l ¶ *Commisit.* s. dolum in contractu: *vt* *s. de dolo. l. si oleum. §. pen. & facit* *s. e. l. ex depositi. &* *s. de tribu. l. qui r. & depositi. l. si hominem §. fi.* vbi plene dixi de hac materia, & contraria solui. Item facit *s. de op. demi. l. ij.* Accur.

Q*uod quis.*] CASVS. Qui tenetur omni anno certum quid dare: quolibet die anni dando liberatur. Franc.

m ¶ *Damnatur.* à[f] testatore: *vt infra de regu. iur. l. cum in tempus, & de annu. legs. leg. cum.* Vel à iudice, vel à lege: *vt C. de rei vxo. act. §. exactio. & facit* *j. tit. j. leg. continuus. §. ij. ibi, nam & quod in &c. & l. qui hoc anno. s. d l. liber homo. ij. §. decem.* Est arg. contra. Item facit *C. quando dies lega. ce. leg. j. &* *j. de solu. l. quod in diem.* Accursius.

n N*ihil aliud est.*] hodie scilicet, nam olim[g] erat solennitas verborum quædam quæ impetrabatur à collegio pontificum: *vt* *s. de orig. iur. l. ij. §. deinde*, sed est sublata[h] hodie: *vt C. de formulis. l. ij.* Est autem actio formula[i] quædam agendi: *vt j. de fur. l. si seruus nauem.* Accursi.

o ¶ *Quàm ius.* hoc ponit ad[k] differentiam rerum corporalium: Vel ad differentiam officij[l] iudicis quod datur in locũ deficientis actionis. Accur.

p ¶ *Quod sibi.* ponit hoc ad differẽtiam[m] popularium actionum. Vel accusationum criminalium quibus prosequitur non tantum quod sibi debetur, sed quilibet de populo.

q ¶ *Debeatur*, hoc ponitur ad differentiam[n] rei vindi. qua non prosequitur quod sibi debetur: quia non est ille sibi ad aliquid obligatus: *vt Instit. de actio. §. j.*

r ¶ *Iudicio.* hoc ad differentiam[o] eius qui persequitur nocturnũ populatorem: *vt C. quando liceat vni. l. liberum.* Accur.

s ¶ *Persequendi*, hoc ad differentiam[p] exceptionũ quibus nõ persequitur

a Pacti de non petendo & petendo differẽtia.

† Concor. text. in cano. vt eod. nunc & ibi Gl. 15. q. 9.

* faciliores simus.

‖ Liberationi fauemus & ad eã sumus promptiores quàm ad obligandum. adde. l. absentem. inf. de pœnis. cap. 1. ã festuo lex Contracte fame rabiosum. inf. de regulis ... iura obscura. de regulis. & ubi Dynum ... extra de probat. c. ... extra de proba. vnde facilius ad quittitur exceptio quàm actio. l. si cum de pignorat. fallit tamẽ hæc sententia certis casibus, vt in ... fatetur reo. c. ex parte extra de transact. c. ex litteris extra de proba. c. ... extra de sententia ... extra de ...

c Surdus obligari potest vbi solus consensus sufficit neque verbis opus est.

d Contractus appellatione quasi contractus continetur.

e Heres an & in quibus actione defuncti teneatur.

f Soluendi libertas quatenus extendatur.

‖ Actio olim erat verborũ solemnitas impetrata à collegio Pontificum.

h Actionis impetrandæ solemnitas hodie sublata.

i Actio, formula agendi.

k Actio quo sensu & cur, ius dicatur.

l Officium iudicis differt ab actione. Idẽ supra. In ... appellatione actionis continetur Glos. l. 2. sup. de edendo.

m Actionum, à popularibus actionibus & occupationibus differentia.

n Actionis & rei vindicationis differẽtia.

o Actio cur dicatur persecutio iudicialis.

‖ Actionũ ab exceptionib. differentia.

a Exceptiones non persequimur, sed defendimur.
b Excipiens probare tenetur.
c Bonorum possessio non est actio.

sequitur quis aliquid: sed[a] persecutus defendit: licet in[b] probatione sustineat partes actoris: vt 3. de excep. l. j. ¶ Sed quæritur, an bonorum possessio sit actio? quod videtur ex definitione eius, sic supra de bon. pos. l. iij. §. bonorum igitur. Sed dicam quòd non:[c] & illa definitio datur ibi per causam, id est, bonorum possessio est causa quare quis consequitur ius persequendi retinendique &c. vt ibi. cætera dic vt Insti. eo. in prin.

Ponit aliam diuisionem obligationum quam prosequitur per exempla dilucida.

LII. MODESTINUS *libro secundo Regularum.*

OBligamur[a] aut re; aut verbis, aut simul vtroque[b], aut consensu, aut lege, aut iure honorario, aut necessitate, aut ex peccato.

1. ¶ Re obligamur, cum res ipsa intercedit[c].

2. ¶ Verbis, cum præcedit interrogatio, & sequitur congruēs responsio[d]. 3. ¶ Re & verbis[e] pariter obligamur, cum & res interrogationi intercedit.

4. ¶ Consentientes in aliquam rē,[f] ex consensu obligari necessariò[g] ex volūtate nostra videmur.

5. ¶ Lege obligamur[h], cū obtēperantes legibus, aliquid secūdū præceptū legis aut contra facimus. 6. ¶ Iure honorario obligamur ex his quæ edicto perpetuo[i], vel magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur.

7. ¶ Necessitate obligantur, quibus nō licet aliud facere quā quod præceptū est: quod euenit in necessario herede[k]. 8. ¶ Ex facto[l] obligamur, cum in facto[m] quæstionis summa[n] consistit.

9. ¶ Etiam nudus[o] consensus sufficit obligationi: quamuis verbis hoc exprimi possit.

10. ¶ Sed & nutu solo pleraque consistunt[p].

LIII. IDEM *libro tertio Regularum.*

PLura delicta in vna re[q] plures admittunt actiones: sed non posse omnibus vti, probatum est[r]. Nam si ex vna obligatione[f] plures actiones nascātur, vna tantummodo, nō omnibus vtendum est. 1. ¶ Cum generaliter[t] adiicimus, *ei ve ad quem ea res pertinebit:* & adrogati, & eorum[u] qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus[x].

LIIII. IDEM *libro quinto Regularum.*

COntractus imaginarij[y] etiā in emptionibus iuris vinculum non obtinent: cum fides facti simulatur non intercedente veritate.

LV. IAVOLENUS *libro duodecimo Epistolarum.*

IN omnibus rebus[z] quę dominium transferunt, concurrat opportet affectus ex vtraq. parte contrahentium. Nam siue ea vēditio, siue donatio, siue conductio, siue quælibet alia causa contrahendi[a] fuit: nisi animus vtriusque consentit, perduci ad effectum id[*] quod inchoatur[b], non potest.

OBligamur.] CASUS. Quandoque quis obligatur re quandoq; verbis, quādoque simul interueniente vtroque, id est re & verbis, quandoque consensu, quandoque lege, quandoque iure honorario siue prætorio, quandoque ex necessitate, quādoque ex facto & de omnibus dat exempla per ordinem. In fine legis dicit quòd nudo consensu fiunt obliga. quandoque, & da exemplum in venditio. & in similibus contractibus, quæ & verbis fieri possunt. Item & nutu quandoque fiunt obligat. & da exemplum vt in glo. Fran.

a ¶ *Obligamur*, hoc *Obligamur*, generaliter accipe hic s. cum subiicimur necessitati faciendi aliquid aut non faciendi: siue ex contractu, siue ex delicto, siue extra delictum: vt patet per exempla inferiora.

b ¶ *Vtroque*, id est verbis, interueniente re, vt statim dicam.

c ¶ *Intercedit.* Da exēplum, *supra eod. l. j. §. j. & ij.* Accur.

d ¶ *Responsio vt 3. eo. l. j. §. verbis.*

e ¶ *Re & verbis.* i. verbis tantum, interueniente tamen re *sic 3. si cer. pe. l. certi condictio. §. quoniam.* & erit exēplū huius *l. j. de noua. l. cum enim.* Eo ergo casu non re sed verbis tantum contrahitur. nā numeratio non ad obligandū. sed causa implēdæ stipulationis fit. substantia ergo cōtractus impletur ex re: non autem actio nascitur. Sic &[d] pignus dicitur contrahi re, non quia res exigatur (cōsensu enim solo contrahitur) sed quia etiam traditio interuenit sed quidā dicunt re & verbis: vt promitto tibi decē vt des mihi Stichum: nam dante te Stichum, obligor re & verbis, quod nihil est: nā interueniente re: nō ex re, sed ex promissione mea teneor: *vt arg. C. de rerum permu. l. ex placito*, sicut si promittam x. si nauis venerit ex Asia. nam naue veniente, non ex nauis aduentu, sed ex mea promissione oritur obligatio.

d Re pignus contrahi cur dicatur: cum solo cōsensu contrahatur.
e Hic ex consensu saltem tacito obligatur. *l. qui ad certum. l. locati.*
f Hic ex quasi contractu obligatur. *l. ex maleficio. §. eum. 3. eod.*
g Vide l. 1. Cod. de fideicommiss.
h Dotare etiam iam nuptam filiam pater lege obligatur quod sane magis probo quam quod ab aliis dicitur patrē non cognuptam sed nupturam dotare. Alij etiam negant patrē lege ad id cogi, sed officio iudicis tantū, idque maximè si dotem promiserit, siue dixit eam elocari passurum, si non indigno nupsit. v. Campegi. de dote parte. 1. quæst. 11. vbi Bartol. & Alb.
i Edictorum alia imperāt, alia prohibēt.
k Magistratus viui vel mortui edicta.

f ¶ *Consentiētes in aliquā rē*, putà societatē contrahendā vel empt.

g ¶ *Necessario.* id est ex vtilitate: 2. Vel dic, si consentimus animo contrahendi: necessario sequitur quòd obligemur.

h ¶ *Lege obligamur*, Forte cum[e] colonus finito tēpore conductionis in cōductione remansit, Vel cum[f] quis negotiū alterius facere cœpit, vel vsuras pacto tenus debitas lōgo tēpore soluit, Vel[g] alimenta inutiliter relicta per trienniū præstitit, secundū M. prima duo non placent. secūda duo sic. Vel dic, lege obligamur, obtemperantes scilicet legibus, cum collocantes filias nuptui, dotem postea[h] constituere obligemur: vel filios ex matrimonio procreando, eos heredes instituere obligamur, secundùm R. ¶ Quod autem subiicit, aut contra &c. vt quia fecimus furtum: *vt Institu. de obliga. quæ ex delicto. §. j.* & noli repetere obtēperantes, sed hæc diuisio non solennis non est in arbore actionum.

i ¶ *Perpetuo.* Aliqua[i] edicta præcipiunt aliquid fieri: vt pacta seruari. eorum ergo obseruantiæ tenemur iure honorario. Aliqua prohibent, vt ne quid in loco publi. fiat: & similia: quorum obseruantiæ, id est ad non faciendum tenemur eodem iure ¶ Et[k] quod subiicit, magistratu: dic viuente. Vel dic, id est edicto ædilium.

k ¶ *In necessario herede. vt Institu. de here. quali. & dif. §. j.* Accur.

l ¶ *Ex peccato.* veluti ex maleficio: *vt 3. e. l. actionum. § actiones.* [a] Azo.

m ¶ *In facto.* id[b] est maleficio. Accur.

n ¶ *Summa.* id est definitio[c], vel sententia. Azo.

o ¶ *Etiam nudus.* nudus[d] est, cum ex vna parte tantū fiūt verba: & quod subiicit verbis, hinc inde. Item quod subiicit sequenti versiculo, nutu, quando ex neutra parte fiunt verba. 2. Vel dic, nudo cōsensu, id est nudo pacto, expressis verbis vel nō: & quod subiicit verbis: scilicet solemnibus & quod dicit nutu, scilicet sine vllis verbis.

p ¶ *Cōsistunt.* vt[e] fidei commissa: *vt 3. de lega. iij. l. nutu. & C. de fideicommis. l. & in epistola.*

a Actionū autem quędam.
b Factum pro maleficio.
c Summa quęstionis pro definitione vel sententia vt hic aut potius pro facto ipso seu cōtrouersia.
d Nudus consensus quid.
e Nutu quę consistant.

PLura.] CASUS. Ex vno delicto plures actiones quādoq; nascuntur: nō tamē omnibus potest agi, & da exemplum vt supra eo l. cum ex vno. & l. qui seruum. Item ex vno contractu nascuntur quandoque plures actio. vt contra procuratorem meum habeo mandati, & certi condic. & vna tantum ex eis actione possum agere. In vltima parte legis pone casum vt j. de verbo. signifi. l. sciendum. §. pe. Fran.

q ¶ *In vna re.* [f] quia ex vno facto, veluti cū quis seruū alienū iniuriosè verberat: *vt 3. eo. qui seruum.*

r ¶ *Probatum est.* nisi in alia plus sit: *vt 3. eo. l. cum ex vno. quæ est contra.* Item contra. *j. de priua. delic. l. nunquam.* Solu. ibi ex diuersis factis, hic ex vno.

f ¶ *Ex vna obligatione.* quæ fit ex contractu vel quasi: vt ex mandato: quia[g] mandati est actio, & certi condictio: *vt j. de regu. iur. l. nemo ex iis §. j. & 3. de exceptio. rei iudi. l. singulis.* Si vero dubitet quæ sibi competat. vtrāque sub alternatione[h] proponere potest: *vt 3. quorum lega. l. j. §. quod ait.*

t ¶ *Cum generaliter.* exemplum *j. de verbo. signi. l. sciendum §. pe.*

u ¶ *Et eorum.* parentum ac liberorum.

x ¶ *Comprehendimus.* quia illa est successio[i] per vniuersitatem, quæ per adrogationem fit: *vt Instit. per quas perso. no. adqui. §. si.*

f Actiones plures & plura delicta in vna re etiam admitti possunt.
* Fier. in ¶.
g Actiones plures ex vna obligatione nasci interdū possunt.
h Actiones plures sub alternatione proponi possunt incertitudinis ratione.
i Adrogatio, genus per vniuersitatem successionis.
k Imaginaria iuris vinculū non obtinēt.

COntractus.] CASUS. Si fingo vendere librum, cum donem: non valet iste contractus venditionis imaginarius siue fictitius. Fran.

y ¶ *Contractus imaginarij*, aliàs[k] dicitur imaginaria emptio, quia paruo tempore sit duratura penes emptorem: *vt 3. de manu l. iij. §. si ab ignoto.* sed sic vt hic accipitur: *3. de contrahen. emptio. l. nuda. & in authen. quomodo opor. epi. §. neque enim idiota. & facit C. plus valere quod agitur per totum, & 3. de donatio. inter virum & vxorem l. quod autem §. si vxor.*

INomnibus.] CASUS. In contractibus qui fiunt causa dominij alicuius rei transferendi, vt in vendit. & similibus, oportet & vendentem habere animum tradendi dominum, & emptorem adquirendi, & nisi hunc animum habeant non perducetur ad effectum ille contractus. Fran.

z ¶ *In omnibus rebus.* i.[l] in contractibus. vel dominum[m] pro obligatione ponit: quod non placet.

a ¶ *Cōtrahēdi.* secus[n] in quasi cōtractu, vbi ignorās[o] quis obligat.

b ¶ *Inchoatur*, vt[p] & 3. loca. l. si decem. & de contrahen. empt. l. in vendition. & j. de reg. iur. l. in totum aliàs, vbi non voce. & 3. de pact. l. j. in fi. in gl. pe. & j. de accep. l. pluribus & j. eo. l. in omnibus.

l Res pro contractu.
m Dominium pro obligatione.
n Contractus & quasi differentia.
o Ignorans quis obligatur in quasi contractu secus in contractu.
p Contrahentium requiritur consensus in contractibus.

QVæcumque] CASUS Omnis actio quæ est mihi quæsita nomine serui mei, vt Aquil. item actio iniuriarum pro iniu-

ria facta seruo meo, item furti, vel similis, durat mihi etiam si ille seruus desiit esse meus: vt quia vendidi eum, vel manumisi eum. Item condictio furtiua quæsita mihi nomine serui mei subrepti, durat mihi etiam si desij seruum habere: dum tamen non rediit in meam potestatem. Francisc.

LVI. POMPONIVS *libro vicensimo ad Quintum Mucium.*

QVæcunque actiones serui mei nomine[a] mihi cœperunt cõpetere vel ex duodecim tabulis, vel ex lege Aquilia, vel iniuriarum, vel furti: eædem durant etiã si seruus postea vel manumissus, vel alienatus, vel mortuus fuerit. Sed & condictio ex furtiua causa competit, nisi si nactus possessionem serui, aut alienauero[b] aut manumisero eum.

LVII. IDEM *libro trigensimosexto ad Quintum Mucium.*

IN omnibus negotiis contrahendis, siue bona fide[c] sint, siue non sint [d], si error[e] aliquis interuenit, vt aliud sentiat puta qui emit, aut qui cõducit[f], aliud qui cum his contrahit: nihil valet quod actum sit. & idem in societate quoque coeunda respondendum est: vt si dissentiant, aliud alio existimante: nihil valet ea societas quę in consensu consistit[g].

LVIII. CALLISTRATVS *libro primo Edicti monitory.*

SCiendũ est, ex omnibus causis lites cõtestatas & in heredem similésq. personas trãsire[h].

LIX. LICINNIVS RVFINVS *libro octauo Regularum.*

PVpillus[i] mutuam pecuniam accipiendo, nec quidem iure naturali[k] obligatur.

a ¶ *Nomine.* id est nomine maleficij commissi in seruum meũ (& sic non obstant contraria: *vt ar. s. de euic. l. si seruũ. & l. euicta. j. §. fin. & de edil. edic. l. si hominem. & s. vsufr. quemadmo. ca. leg. si. in fin.* quia[a] in contractibus loquuntur. *& facit ad l. supra de seruo. cor. l. doli. §. fin. & s. de posi. leg. j. §. non solum. versi. si seruus deposuit. & j. arbo. fur. ca. l. fin. & j. de fur. l. inter omnes, in princ. & s. ad legem Aquil. scientiam. §. si meum, aliàs est leg. quamuis & s. communi diui. in hoc iudicio*[b]. *& s. ad leg. Aqui. huic scripturæ. §. si seruus, & s. de act. emp. leg. seruus quem*) vt si eum castrasti: vel forte furto manifesto eum subtraxisti. Item[c] Aqu. quia eum vulnerasti. Vel iniuriarum, quia eũ verberasti: vel furto manifesto eũ subtraxisti: & sic est prætoria. *ad quæ supra ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. & si puerum, & Instit. de noxa. §. j. & de perpe. & temp. actio. §. j.* Accursius.

a Actio domino competens ex maleficio in seruum suũ pro admisso, non petit, seruo manumisso, alienato, mortuo: et cõ tractu compe tens, petit.

b Iudicium.

c Serui nomine, Aquilia, iniuriarum serui agere possumus.

b ¶ *Alienauero.* Imò & si non alienauero, nec manumisero: satis enim est quòd possess. rei habeo: *vt s. de condic. fur. l. siue manifestus ij. respon.* Item & secundùm Io. alienare sponte sufficit vt desinat condictio competere: *vt in eadem l. siue manifestus. §. fina.* Qualiter autem alienare vel manumittere possis, vt possessio non redeat ad me, no. in dicto titu. de *condi. fur. l. & ideo.* Accursius.

IN *omnibus.*] CASVS. In omni contractu, siue sit bonæ fidei, siue stricti iuris: si contrahentes errarunt, vnum sentiens vnus, aliud alius: non valet quod fit, & idem est in societate. Fran.

c ¶ *Bona fide,* id est bonæ fidei sunt.

d ¶ *Non sit,* sed stricti iuris.

e ¶ *Error,* vt[d] in corpore, vel qualitate, vel in contractu: secus si in nomine, vel similibus, quod plene no. *supra de contrahen. emp. l. in venditionibus.*

f ¶ *Qui conduxit.* Quandoque[e] valet licet interueniat error: *vt s. de actio. empt. si sterilis. §. quamuis.* 2. Item in accessione: *vt s. de contrahend. emp. l. si in emptione. in prin.* 3. & idem est in iudicio similiter cum quis Stichum promisit: *vt j. de verb. oblig. leg. inter stipulantem §. y.* 4. Item in alio casu, *vt in titu. si mihi & Titio. §. j.* Si[f] autem in pensione dissentiant, cum locator putat locare minoris, conductor putat conducere maioris: tenet locatio: *vt s. loca. si decem, & facit j. tit. l. continuus §. j. & s. pro socio l. vt sit & j. de acceptil. l. pluribus. & s. si certum peta. l. si ego. & s. de acquiren. re domi. l. cum in corpus.*

g ¶ *Consistit.* id est cõsistere debet: 2. Vel forte dicit hoc ad differentiam illius societatis quæ[g] re tantum intercedẽte fit, quę non propriè societas appellatur: veluti cum duobus res donatur res venditur: *vt Institu. de obliga. ex quasi contractu. §. item si inter.* aliàs est, non consistit.

d Error corporis, qualitatis, contractus obligationem impedit, at non in nomine vel similibus.

e Error contracta an & quando obligetur.

f Locatio errore contracta, an & quando valeat.

g Societas re tantum intercedens, vt ea est quæ inter condonatarios vel coemptores plures oritur, nõ propriè societas est.

h S*Ciendum.*] *Transire. vt j. de reg. iur. l. non solet. & l. seq. & infra de nouatio. l. aliam.* nisi[a] in casibus: *vt dixi supra eo. le. omnes.*

a Lites contestatæ, certis casibus in heredes nõ trãseunt.

LX. VLPIANVS *libro septimodecimo ad Edictum.*

NVnquam actiones pœnales de eadem pecunia[l] cõcurrentes alia aliam consumit.

Confessio procuratoris extra iudiciũ facta, non obligat dominum. h. d.

LXI. SCAVOLA *libro vicensimooctauo Digestorum.*

PRocurator Seij admisit[*] subscriptionem ad argentarium vascularium in verba infrascripta[m]: Λύκιος Καλάνδιος ἐπέγνων καθὼς προγέγραπται, ἔστιν λοιπὰ παρ᾽ ἡμῖν ὀφειλόμενα τῷ δ᾽ ἐπιστολῇ. † quęro an Caium Seium obligare potuit. Respondit: Seium, si alioquin obligatus non esset, non propter quòd ea scriptura quæ proponeretur, interposita sit, obligatũ esse.

1 ¶Seia cum salarium constituere vellet, ita epistulã emisit: *Lucio Titio salutem. Si in eodem animo, & eadem affectione circa me es. qui*[*] *semper fuisti: ex cõtinenti acceptis literis meis, distracta re tua veni. hoc tibi, quandiu viuam, præstabo, annos decem. scio enim quia valde me bene ames.* Quęro, cum & rem suam distraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus sit, & ex eo[n] cum ea sit: an ei ex his epistulis salarium annuum debeatur. Respondit, ex personis[o] causisque eum cuius notio sit, æstimaturum an actio[p] danda sit.

* misse.

† 1. Lucius Kalandius recognoui quemadmodum supra scriptum est, reliqua à nobis debentur tali. Vide Alc. lib. dispũ. ca. 29.

i P*Vpillus.*] CASVS. Pupill[us] accipiẽs mutuum sine tutore, non tenetur etiam naturaliter, & loquitur de infante. Fran.

k ¶ *Ne quidem iure naturali.* Imò naturaliter saltem tenetur: *vt infra de noua. leg. j. in fine. & supra quando dies vsusfruct. le. ce. l. cum illud. §. heredes. & j. de sol. in numerationibus. §. fin. & supra de iureiuran. l. fina. & s. commo. l. sed mihi. quæ sunt contra.* Sol. hic[b] de infante. Vel hic quando promisit ipsi tutori: cætera dic vt *d. l. j. de nouationibus.*

b Naturaliter non obligari pupillus quo sensu dicatur.

N*Vnquam.*] CASVS. Pone casum vt in vi bo. rap. l. j. & vt s. eo. qui seruum. & l. cũ ex vna. & dic de hoc vt in glo. hic posita quæ incipit, id est re, &c. Franc.

l ¶ *Pecunia* id[c] est re: *vt infra de verbo. sign. l. iij.* siue[d] ex eodem facto cõpetant, non tollit vna aliam nisi in exactione, & tunc in quantum potest plus exigi per secũdam, in tantum dabitur: *vt infra vi bo. rap. l. j. & supra e. l. qui seruum. & l. cum ex vno.* Aut diuersis factis competunt: & tunc nec exactione nec petitione vna alteram tollit: *vt infra de pœna. deli. leg. nunquam.* licèt diuersa facta[e] pro vno computentur ratione computationis: *vt infra de fur. l. ei qui. & adde quod no. Institu. si qua. paupe. fe. di. §. fi.*

c Pecunia priore.

* qua.

d Actio vtæ pœnalis an & quãdo aliam tollat, siue ambe ex eodem siue ex diuersis factis competant.

e Continuationis ratione, diuersa facta pro vno computantur.

P*Rocurator.*] CASVS. In hac prima parte l. dic casum vt in glo. quæ incipit, hic est Græcum, &c. [SEIA.] Seia epistolã mandauit Lucio Titio in hæc verba: Si ita diligis me vt consueuisti: incontinenti visis literis meis vendas rem tuam quã ibi habes, & veni huc ad me: & omni anno dabo tibi x. vel alia verba erant in epistola, in quibus nõ est vis. Dicitur quòd ex hac epistola tenetur Seia illi Lucio Titio si ille vendita re sua venit: cũ ista fortè indigeat eum in procuratorem habere. secus si sit mala suspicio: vt quia ista causa luxuriæ volebat eum. nam hoc casu nõ teneretur ex dicta epistola ad x. annua. Franc.

m ¶ *Infrascripta.* hic est Græcum, cuius interpretatio est hæc: Scias quòd ego exigam à debitoribus Seij argẽtum, & mittã tibi ad faciendum vasa. & non plus est in epistola. debebat enim Seius mittere vasculario argentum ad faciendum vasa communia futura. vnde quærebat an ex tali epistola à procuratore suo facta Seius debebat obligari vasculario. & dicit quòd non.

n ¶ *Ex eo.* scilicet tempore.

o ¶ *Ex personis.* præsumẽdo[f] secundùm qualitatem personarum an turpis posset ibi esse suspicio: vt quia meretrix, & causa luxuriæ: & non tenetur. si autem quia gerebat negotia sua, tenetur.

f Præsumitur turpitudo ex qualitate personarum.

p ¶ *An actio.* vt sic saltem detur vtilis in factum vbi nulla inerat causa turpis: *vt s. de pact. do. l. inter socerum. §. conuenit.*

SEXTA PARS DIGESTORVM FINIT: SEQVITVR *septima & vltima pars Digestorum seu Pandectarum.*

DE

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

Dictum est tit. prox. de obligationibus in genere: modò videamus in specie de obligationibus verborum.

a Titulus cõmunis causarum & obligationum.

¶ Hic etiam titulus[a] *est communis omnium causarum & obligationum, & meritò reiectus est in vltimum locum, omnium negotiorum nouissima parte etiam subiici solet verborum obligatio. per se enim sola non consistit, nec valet nisi cohæreat alij. & ob id soleo stipulationem*[b] *ex qua nascitur verborum obligatio appellare Pandectea. nam omnes obligationes & actiones recipit quasi collatas per futuram. & eleganter l. 5. huius tit. stipulationes pendere ex alijs obligationibus, & alibi inuentas eas esse caterarum obligationum firmãdarum causa. Est autem stipulatio*[c] *conuentio solennibus verbis ex interrogatione & responsione contecta. vbi verbis quod fiat, aduertendum facis ex eo patere non fieri eam nisi inter præsentes. quo genere formatur quælibet obligatio nescio quomodo melius, testibus præsentibus solenniter rogante vno, respondente altero. Verba*[d] *enim præsentium sunt non absentium. Ouidius de Ponto.*

Litera pro verbis tibi Messaline salutem.

Quam legis, à sæuis attulit vsque Getis. Cuiac.

b Stipulatio, cur dicatur Pandecten.

c Stipulatio quid.

d Verba præsentium sunt nõ absentiũ.

Digestorum, seu Pandectarum Liber quadragesimus quintus.

DE VERBORVM obligationibus.

TITVLVS I.

Stipulatio non potest concipi nisi vtroque loquente, & sermonis efficaciam intelligente. Bar.

1. VLPIANVS *libro 48. ad Sabinum.*

STipulatio[a] non potest confici nisi vtroque loquente[b]: & ideò neque mutus neque surdus neque infans stipulationẽ cõtrahere possunt[c]: nec absens[d] quidẽ: quoniá exaudire inuicẽ debẽt. Si quis igitur[e] ex his vult stipulari, per seruũ præsentem stipuletur: & adquiret[f] ei ex stipulatu actionem. Item si quis obligari velit[g], iubeat: & erit quod iussu[h] obligatus.

Omissio responsionis vitiat stipulationem, non modicum interuallum. Bartolus.

1 ¶ Qui præsens interrogauit: si antequam sibi responderetur[i], discessit[k]: inutilem efficit stipulationem. Sin verò præsens[l] interrogauerit, mox discessit, & reuerso responsum est[m]: obligat. interuallum enim medium[n] non vitiauit obligationem.

Sufficit quis ad obligationem, consensum colligi ex verbis per interpretationem: secus si ex signis & actibus colligitur. Bar.

2 ¶ Si quis ita interroget, *dabis?* respõderit, *quidni*[o]? & is vtiq.[p] in ea causa est, vt obligẽ[t]. cõtra[q] si sine verbis adnuisset[r]. Nõ tãtũ autẽ[s] ciuiliter, sed nec naturaliter[t] obligatur, qui ita adnuit[u]. & ideò rectè dictũ est non obligari pro eo nec[x] fideiussorẽ[y] quidem.

STipulatio non potest.] CASVS. Dominus Vlpianus iurisconsultus tractaturus de verborũ obligationibus, more sapientis philosophi ostendit quo modo cõfici possit stipulatio: & quomodo nõ. Et primò dicit quod stipulatio non potest cõfici nisi vterq; id est stipulans & promittẽs, loquantur inuicẽ: quia stipulatio fit per conceptionem verborũ, & ideò si quis loqui nescit, sicut mutus, aut infans, vel absens ita longè vt audiri non possit: non potest stipulari vel promittere. qualiter ergo prouidebitur si quis mut' sit absens vel infans, vt possit sibi actionẽ ex stipulatu adquirere, aut promittere stipulanti? Respõ. quod debet stipulari per seruũ meũ: & sic adquiritur sibi actio ex stipulatu: aut si vult obligari, debet promittere per seruum suũ, & erit obligatus actione quod iussu. Sed quid? eram' duo simul: ego interrogaui te, promittis mihi cẽtũ ex causa emptionis talis rei? tu antequam respõderes, recessisti à me. Dicitur quod hic nõ cõtrahitur verborum obligatio. si verò te interrogaui, & anteq̃ responderes recessisti, & statim reuersus ad me respõdisti, promitto, tenet stipulatio: dũmodo sit modicũ interuallũ tẽporis: quia illud non vitiat stipulationẽ. [SI QVIS ITA.] Interrogaui Titium: promittis mihi centum scuta? & ipse respõdit, quid ni? quod vulgariter dictũ est, *pourquoy non?* certè obligabitur mihi ex promissione sua. Si verò interrogaui eũ, promittis cẽtũ? & ipse nõ respõdet verbo, sed inclinauit caput, vt faciũt Lõbardi: nõ obligabitur mihi, nec eius fideiussor. [SI QVIS SIMPLICITER.] In isto §. ponũtur tres casus: primus est: Titius interrogat Mæuium pure, promittis mihi centum? Mæuius respõdet: promitto si nauis ex Asia venerit. vel sic interrogat Mæuiũ, promittis mihi si imperator in Italiã venerit? & ille respondet: promitto pure. vel sic, promittis mihi cẽtum soluere in festo Paschæ? & Mæuius respõdet. promitto in festo Pentec. soluere. certè his tribus casibus non valet stipulatio: quia nõ est debita facta respõsio ad interrogationẽ. Et regulariter cũ aliquid detrahitur vel aliquid additur stipulationi, hoc est rei quæ in stipulatũ est deducta: ipsa stipulatio vitiatur, nisi ipse stipulator respõsione facta incõtinenti ostẽdat responsionẽ sic factã sibi placere: quia tunc valet stipulatio. [SI STIPVLANTI.] Dictũ est in præcedenti §. quòd stipulatio vitiatur, si adiiciatur aliquid stipulationi vel detrahatur: & est ille §. intelligendus si adiiciatur vel detrahatur in qualitate stipulationis. iste §. intelligitur si detrahatur vel adiiciatur aliquid stipulationi in quãtitate: & dic sic: Titius Sẽpronio, promittis mihi decẽ? Sẽpronius respondet, promitto viginti, vel si dicit, promittis viginti? alter respõdet, promitto decẽ. certè valet stipulatio in hoc quod respõsũ est: licèt debeat responsio cõgruere interrogationi: tamẽ valet stipulatio. [SED SI MIHI.] Superiores duo §§. tractãt si adiiciatur stipulationi in qualitate vel quãtitate, quid iuris sit. hic §. tractat de tertia specie s. si adiiciatur species vel detrahatur. Et dic sic. Ego volebã à te stipulari Stichũ: tu respõdisti, promitto Stichũ & Pãphilũ. an stipulatio valeat? & respõdet quod valet tantũ in Sticho: licèt adiectus fuerit Pãphilus. & ratio est: quia tot sunt stipulationes quot sunt species in stipulationem deductæ. sed sic est quod vna est vtilis, altera inutilis: sed vtilis per inutilem non vitiatur. valet ergo stipulatio in Sticho, vitiata alia parte stipulationis in Pãphilo. [EADEM AVTEM.] Sed quæritur si ego Latine te interrogo: tu autẽ mihi Græce respondeas: an valeat stipulatio? Rñ. quod sic. & hoc locũ habet in omni lingua: dũmodo loquẽtes se intelligant vel per se, vel per interpretem verũ. Frã.

a ¶ *Stipulatio.* i.[a] verborum obligatio. Vel dic aliter: *vt j. e. l. v. §. stipulatio.* & sic totale [i. interrogatio cum respõsione] dicitur stipulatio. *sic in Auth. de equa. do. §. j. col. vij.* Sed propriè stipulatio, i. interrogatio, secundũ Prisci[b]. *vt Inst. qui. mo. tol. obl. §. idem iuris.* (Et sic not. quòd genus[c] à digniori parte sui sumit nomen.) Sed quandoque[d] dicitur stipulator, i. promissor: *vt s. de condic. indebi. l. si non sortem. §. pen.* ¶ Et dicitur stipulatio à[e] stipulo quod est firmum: & deriuatur à stipite: *vt Instit. eo. in prin.*

b ¶ *Loquẽte.* altero interrogãte: & altero respõdẽte: *vt Inst. e. in pr.*

c ¶ *Possunt.* vt *s. tit. j. l. j. §. pen. & §. fi. & Inst. de inuti. stipu. §. mutum. & §. seq. & j. eo. l. mulier. & C. de contrahen. stip. l. optimam. & C. de inuti. stipu. l. iij.* sed in infante fallit: *vt j.*[f] *rem pup. sal. fo. l. seruum.* Vel dic vt ibi. Accur.

d ¶ *Nec absens.* vt *Inst. de inuti. stipu. §. item verborum.* Sed contra *s.*[g] *de dona. inter vir. & vxo. l. ea quæ.* Sol. vt ibi.

r ¶ *Neque reſtitutio.* id eſt deſtructio noui operis. & hoc pro eo quod eſt factum facta nuntiatione. Ioan. & quod ſubiicit , neque defenſio, ſcilicet nomine [c] ædium pro dam.infec. Io. quia aut pro toto eſt cauendum, aut in totam [d] poſſeſſionem fit miſſio: *vt ſupra de dam.infec.l.in ſtipulatione.* Sed contra *de nego.geſt.leg. ſi communes* [e]. ſed ibi eſt ſol. ſed. [Ir.[f]] hic exemplificauit quòd ſi quis promiſerit ſe defenſurum : pro parte defendendo non liberatur. Vel tertio dic defenſio in cauſa euictionis de qua primo dixerat. nam nec venditor nec alter eius heredum poteſt particulariter defendere emptorem in cauſa euictior. *vt infra eo.* in executione. *§.in ſolidum.& l.cum ex cauſa.* Item heredes promiſſoris de dam. infect. pro partibus tenentur : *vt infra de præto. ſtipul.leg.v.§.incertum.* Apparet ergo ex prædictis quòd heredes vendentis & ædificantis poſt prohibitionem non poſſunt liberari particulariter ſatisfaciendo, nec à principali , nec à pœna [a] ſi fuerit promiſſa. Idem de defenſore: *vt in fine* [§. *not.* [g]]modo , ſed ſecus in heredibus fructuarij , cum diuiſionem recipiat vſusfruct. reſtitutio. Et idem in damno dato poſt ſatiſdationem de damno infecto , vt dictum eſt. Accurſius.

Hic ponitur tertia diuiſio ſtipulationum quadrimembris. nam omnis ſtipulatio ſiue contineat dari , ſiue fieri: item ſiue ſit diuidua, ſiue indiuidua, eſt vel iudicialis , vel prætoria , vel conuentionalis, vel communis: de quibus pone exemplum vt in tex. vſque ad § ſtipulatio. Paul.

V. POMPONIVS *libro viceſimoſexto ad Sabinum.*

STipulationum aliç iudiciales ſunt aliç prætoriç: aliç cõuẽtionales: aliæ cõmunes prætoriæ & iudiciales [f]. Iudiciales [g] ſunt,

STipulationum.] CASVS. In hac l. ponitur diuiſio ſtipulationum : quia aliæ ſunt iudiciales , quæ ſunt prætoriæ , aliæ conuentionales , aliæ communes tam prætoriæ quàm iudiciales. & proſequitur per ordinem declarando: dicens quòd iudiciales ſunt quæ proficiſcuntur à mero iudicis officio: vt eſt cautio de dolo. Exemplum : Creditor cum ſibi ſolutum eſt, debet reddere pignus debitori , & cum hoc iudicis officio compellitur cauere quòd pignus illud nulli alteri vendidit : vel ſi ſit res immobilis , quòd nullam ſeruitutem illi rei pignoratæ impoſuit. Prætoriæ verò ſtipulationes ſunt, quas prætor introduxit: vt eſt ſtipulatio damni infecti : & cum his etiam continentur ædilitiæ ſtipulationes: quia ædiles prætores erant. Conuentionales ſtipulationes ſunt quæ fiunt inter contrahentes: vt ſi vendo tibi librum certo pretio , & cum hoc ſtipulor à te quòd vadas pro me Romam . quia hæc ſtipulatio eſt conuentionalis. Communes ſtipulationes ſunt , quæ proficiſcuntur à iudicis officio , & à prætoris iuriſdictione: ſicuti eſt rem pup. ſal. fo. nam aliquando hoc fieri præcipit iudex : aliquando ipſe prætor. Item duplæ ſtipulatio pro aliqua re vendita venit à iudice : & pro animali fortè morboſo venit ab ædilitio edicto. [STIPVLATIO.] Nunc poſt diuiſionem ſtipulationum ponit definitionem ſtipulationum: dicens quòd ſtipulatio eſt verborum conceptio , qua ille qui promittit , interrogatus promittit ſe facturum id quod ab eo petitur. Satis acceptio autem eſt ſtipulatio quæ continet & ſecum trahit fideiuſſorem , vel pignorum dationem. & ponit ſimilitudinem : quia ſicut ſatisfacere, eſt ſoluere quod debemus : ita ſatis accipere eſt dare fideiuſſorem vel pignora quibus quis contentus eſſe debet : qui fideiuſſores vel pignora obligabuntur ſicut principalis promiſſor. [SI SORTEM.] Titius promiſit mihi c. ſoluenda in feſto Paſchæ: & ſi non ſolueret , tunc promiſit pœnam l. aureorum. moritur Titius relictis duobus heredibus. vnus heredum ſoluit medietatem ſortis, ſcilicet l. termino adueniente : alter heres nihil ſoluit. quæritur an nihilo minus pœna l. committatur in ſolidum? Et reſpond. quòd ſic contra ambos heredes. ſed ille qui moram fecit in ſoluendo , debet ſeruare coheredem ſuum indemnem. Idem eſt ſi arbiter ex compromiſſo facto ſub pœna, tulit ſententiam. nam ſi vnus heredum paruit ſententiæ, alter non : nihilominus committitur pœna in ſolidum. nam in huiuſmodi ſtipulationibus non poteſt aliter conſtitui , quin fiat iniuria ſtipulatori. Franciſcus.
f *Prætoriæ & iudiciales.* ſimul. Ioan. ¶ Sed certè non [c] quatuor, imò tres ſpecies tantùm videntur, ſcilicet iudiciales, conuentionales & communes: *vt infra de prætor. ſtipul.l.j.in princ. quæ eſt contra.* Solu. vt ibi[d]. Item facit *Inſtitu. de diui. ſtipul.* & plenè dic vt ibi. Accur.
g ¶ [*Iudiciales.*] ſ. ſtipulationes. Accur.

Cautio.

ſ Negen dum peccari non poterit in illam ſtipulationem, &c.

† Aio ex his verbis intelle ctu legem facile eſſe. vult Iuriſcõſultus, facto indiuiduo (vt eſt iter fieri) ab vno heredum commiſſo, perinde omnibus committi. De uiduo cũniſ ſi (vt eſt, amplius nõ agi) vnum tãtum cõmitti. Priore enim caſu niſi in ſolidũ peccari non poteſt. Perinde eſt enim ac ſi quis ſtipulatus ſit, Per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat. Poſteriore vero caſu non idẽ, ſed magis idem, id eſt cõparatur hæc ſecunda ſtipulatio, Non amplius agi ſtipulationi, Titium heredémque eius ratum habiturum. In vtraque enim ſtipulatione, is tantum tenetur qui ratum non habuerit, & qui ſolus egerit. Etenim diceret aliquis ſtipulationem ratiõ videri pro parte committi non poſſe, quòd ipſe dominus propter ratum habere non poſſit, quod à geſtore factum erit? verum hæc non reciprocantur. Nam ſtipulatio rati, pro parte committi poteſt, licet ratihabitio pro parte fieri nõ poſſit. vt hic.

a Incluſa deſunt Florentinæ editioni. a & male vt nunc dicis.

b Stipulatio damni infecti & deſtruendi diuiditur inter heredes ſtipulantis.

c Diſplicet Bartolo.

d al. totarum.

e Subaudi tempore cautionis.

al. H.

a Intellige quòd particularis ſolutio non impedit commiſſionem: ſed ea commiſſa quilibet pro parte tenetur. Bart.

b Opere incluſo, eſt innouatio. [illegible]

c Stipulationum an tres tantum, an vero quatuor ſint ſpecies

d Dic quòd ibi diuiditur vna ſpecies, ſcilicet prætoria: hic diuiditur ſtipulatio pro ſui generalitate. Bart. Pau. & Alexan.

dűtaxat quę à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio[a].

¶ Prætoriæ[b], quæ à mero prętoris officio proficiſcuntur: veluti damni infecti. Prætorias autem ſtipulationes ſic audiri oportet, vt in his contineantur etiam ædilitiæ. nam & hæ ab iuriſdictione[c] veniunt. ¶ Conuentionales ſunt, quæ ex conuẽtione reorum[d] fiunt: quarum[e] totidem genera ſunt, quot, penè dixerim, rerum contrahendarű. nam[f] & ob ipſam verborum obligationem fiunt, & pendét ex negotio contracto. ¶ Cõmunes ſunt ſtipulationes, veluti rem[g] ſaluam fore pupilli. nam & prætor[h] iubet rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iudex, ſi aliter[i] expediri hæc res nõ poteſt. Idem duplæ[k] ſtipulatio venit ab iudice[l], aut ab ædilis[m] edicto.

Stipulatio ſumitur pro interrogatione & reſponſione, & debet continere aliquid in futurum præſtandum. Satiſdatio verò ſumitur pro principali obligatione & acceſſoria, putà fideiuſſoris. Pau.

1 ¶ Stipulatio autẽ eſt verborum cõceptio[n], quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve[o] ſe quod interrogatus eſt[p], reſponderit.

Satis acceptio eſt cum fideiuſſore. Bartolus.

2 ¶ Satis acceptio eſt ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem[q], vt ad promiſſores[r] quoque ab eo accipiantur, id eſt qui idẽ promittunt[ſ]. 3 ¶ Satis autẽ accipere[t] dictum eſt eodem modo, quo ſatis facere[u]. Nam quia id quo quis contentus erat, ei præſtabatur: ſatis fieri[x] dictum eſt. & ſimiliter quia tales quibus contentus quis futurus eſſet, ita dabantur, vt verbis obligarẽtur, ſatis accipi dictű eſt.

Proteſtatio partis ab vno ex coheredibus, non impedit quin pœna committatur in ſolidum in obligatione dandi. Bart.

4 ¶ Si fortè promiſeris: & ſi ea ſoluta nõ eſſet, pœnam: etiam ſi vnus ex heredibus tuis portionẽ ſuam ex ſorte[y] ſoluerit, nihilominus pœnã committet[z] *, donec portio coheredis ſoluatur[a]. Idẽmque eſt de pœna ex cõpromiſſo, ſi vnus[b] paruerit, alter non paruerit[c] ſententiæ iudicis[d]. ſed à coherede ei[e] ſatis fieri debet[f]. nec enim aliud in his ſtipulationibus[g] ſine iniuria ſtipulatoris conſtitui poteſt[h].

a ¶ *De dolo cautio*. cum ſuper aliqua alia re principaliter cognoſcit, & ex officio iudicis cautionem interponit, iudicialis eſt cautio: vt de dolo, vt hic. & eſt exemplum *ſ. de pign. actio. l. creditor. & de rei vind. l. ſi poſt acceptum*. Accur.

b ¶ *Prætoriæ*. cum[a] principaliter aditur vt caueatur. Vt[b] cautio damn. infect. vt ſubiicit. *& ſ. de damn. infect. l. prætor. §.*[c] *de eo opere. verſic. in eum*[d]. *& leg. dies. §. hoc autem. & leg. hoc amplius. in princ.* Item cautio legatorű: *vt ſ. vt le. no. ca. leg. ij. in prin.* ¶ Item ædilitiæ[e], quando emptor agit contra venditorem vt caueat de vitiis & morbis, vt ſubiicit: *vt ſ. de ædil. edic. l. j. §. aiunt. & leg. ſi venditor. & leg. itaque. & leg. ædiles.* quia & hi ædiles[f] erant prętores: *vt Inſtitut. de iure na. §. prætorum.* & ſic iſtæ cautiones veniũt à iuriſdictione prętoris, vt ſubiicit: *vt Inſti. de diui. ſtipu. §. prætoriæ.* ¶ Item[g] differunt [ſcilicet[h] prætoriæ & iudiciales] quia prætorias induxit prætor mortuus: ſed iudiciales, alij iuris prudentes. Sed Io. etiam addit aliam differentiam[i]: quia prætoriæ ſunt, quæ per ſolum iudicem ordinariű interponuntur. iudiciales, quæ per quemlibet, etiam delegatum. ¶ Sed videtur quòd cautio[k] damni infecti ſit communis: *vt ſ. de damno infect. l. j. & iiij. & infra eadem. l. §. communes.* Sed ibi ſtatim dices. ¶ Communes[l] autem ſunt quæ quandoque principaliter, quãdoque ſecundario petuntur: vt rem pup. ſal. fo. ſi enim tutorem legitimum habeo, ob hoc ipſum iudicem adeo vt ſatiſdet. Item ſi nõ habeo: adeo vt habeam, & ſatiſdet, & ſic ſecũdariò. Item plures ſumus tutores, poſſum adire, vt & tutor ſolus adminiſtret & ſatiſdet, vel permittat mihi adminiſtrare, & recipiat ſatiſdationem: & ſic ſecundariò: *vt Inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. j. & ij.* Itẽ cautio de rato. quod dic vt Inſti. eo. [de diuiſ. ſtipu.] §. communes. Sed hic videtur appellare cõmunes quæ à prætore mortuo interponuntur, & per iudicem viuentem expediuntur: *vt j. [eo.] §. communes.* ſed dic vt ibi.

c ¶ *Iuriſdictione*. ſ. prætoris Gl. manuſc.

d ¶ *Reorum*. i. contrahentium.

e ¶ *Quarum*. q. d. vbicunque & in quacunque re poteſt fieri alius contractus, & ſtipulatio tenebit regulariter: ſed fallit quandoque. & ideò dixit penè, vt propter rem ſacram & religioſam, & liberű hominem: quorum venditio valere poteſt [inter[m] ignorantes,] non autem ſtipulatio[n]: *vt ſ. de contrahen. emp. l. & liberi. & j. e. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.*

f ¶ *Nam*. q. d. bene dixi, fere, vbi poteſt fieri alius contractus, poteſt fieri & ſtipulatio: quia & poſt celebratum contractum poteſt ſupponi. & hoc eſt, nam, &c. Accur.

g ¶ *Communes veluti rem*. quæ neceſſaria eſt: *vt ſ. qui ſatiſ. cog. l. de die. §. ſi.*

h ¶ *Nam & prætor*. mortuus ſed ſi hac ratione dicatur cõmunis, ergo omnis prætoria eſt cõmunis: & ſic de damno infecto: *vt ſ. de dam. infec. l. j. & l. iiij. §. j.* vnde dic quod illud non eſt probatio quod ſit cõmunis: ſed probat dictam ſtipulationẽ debere interponi hoc modo. bene dico debere eam interponi. nam, &c. Accur.

i ¶ *Si aliter*. i. ſi ſine iuſſione non caueat. M.

k ¶ *Item duplæ*. non ſolùm ſuperior eſt probabilis & interponenda, ſed & hæc. Accur.

l ¶ *Ab iudice*. viuo.

m ¶ *Ab ædiliu*. vt ſeruo vẽdito & aliis pretioſis [rebus[o]] *vt ſupra de euic. l. empt.* & hæc eſt cõmunis: quia & principaliter, & ſecũdariò poteſt adiri iudex ſuper talibus. Accur.

n ¶ *Conceptio*. §. ſtipulatio ex qua oritur obligatio quæ verborum dicitur. & ſic aliud eſt ſtipulatio: aliud verborum obligatio. ſed quidam dicunt idem eſſe[a].

o ¶ *Daturum facturùmve*. in futurum. & licèt etiam dicat dare: tamen pro futuro ponitur, ſcilicet in id tẽpus quo eſt facienda ſolutio[b]. ergo non valet ſi dicam, promittis quòd das: Vel promitto quòd do fallit in illa[c], ſanum eſſe, & ſimilibus: *vt ſ. de euic. leg. ſi ita quis.* Item in iudicio eſt[d]: *vt j. eod. leg. quotiens quis.* & fortè quia verba infinitiui modi etiam ad furtum reſpiciunt. & ideò dicuntur infinita, quia omne tempus reſpiciunt. rectè enim dicitur[e] volui legere, volo legere, & volam legere. Item ſecus[f] eſt in pacto: *vt ſ. de pact. l. tale. in prin.*

p ¶ *Interrogatus eſt*. ſecus ſi ad aliud reſpõdet. ¶ Quid ſi ſe facturum vel curaturum quod aliquid det vel faciat? Reſpon. de ſe promittit. Item opponitur *ſupra de euic. l. quia dicitur.* vbi ſit per verba præſentis temporis. ſed & ibi interpretatur [pro intereſſe poni:] vt ibi dicitur. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur quando quis promittit de facto alterius per verbum præſentis temporis. Pau.

q ¶ *Promiſſorem*. id eſt principalem reum.

r ¶ *Adpromiſſores*. id eſt fideiuſſores.

ſ ¶ *Promittunt*. non plus, interdum minus.

t ¶ *Accipere*. ex parte ſtipulatoris.

u ¶ *Satisfacere*. ex parte promiſſoris.

x ¶ *Satisfieri*. pignoris [vel fideiuſſorum] datione, vel ſolutione: *vt & ſupra de pign. act. l. ſi rem. §. ſi. & l. ſeq. & facit ſupra qui ſatiſd. cog. l. j. & j. de verb. ſignif. l. ſatiſdationis. & j. de præto. ſtipu. l. prætoria. & de colla. bon. l. j. §. iubet.*

y ¶ *Ex ſorte*. aliàs ex parte, aliàs in ſorte.

z ¶ *Committetur*. in ſolidum: vt tamen pro parte hereditaria omnes teneantur, etiam qui ſuam partem ſoluit ſed pro parte ſoluti obſtat exceptio: *vt ſupra ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. j. ſecundum M.* Sed Io. dicit non obſtare exceptionem, & inhæret illi verbo, nec enim &c. in fi. huius l. & alia qua dicitur, nil prodeſt, &c. *vt ſ. fami. erciſ. un. l. heredes. § in illa* [quia iſta loquitur in contractibus: illa ſi quis cau. in iudiciis[h]] Item videtur pro parte tantùm committi pœna: *vt ſupra eo. l. eadem. §. Cato ibi, at ſi de eo. &c.* Sol. vt ibi[i]. Item contra. *ſ. ſi quis ca. l. ſi ſeruus. §. j.* Solu. ibi in facto: [vel ibi in iudicis: vt dixi.] Sed op. his ſolutionibus, ex eo quod ſubiicit ſtare ſententiæ [arbitri.] nam ſtare[k] ſententiæ, factum eſt, & diuiduum. Sed ſpeciale, ne lites multiplicentur, & metu [pœnæ] pareatur ſententiæ.

a ¶ *Soluatur*. nam hoc erat in promiſſione, ſcilicet pœnam ſolui: [niſi tota ſors ſoluatur:] *vt ſ. de act. emp. l. Lucius.* idem in pignore: *vt C. de diſtrac. pig. l. quandiu.*

b ¶ *Si vnus*. compromittentium: cum eſſent plures ex vna parte, vel vna heredum. Mart.

c ¶ *Non paruerit*. vt committatur in ſolidum, [id eſt in totum, vt teneatur quilibet pro parte: *vt ſ.* Accur.

d ¶ [*Iudicis*. id eſt arbitri.]

e ¶ *Ei*. qui paruit.

f ¶ *Debet*. familiæ erciſcun. vel communi diui. propter pœnam eius facto commiſſam.

g ¶ *In his ſtipulationibus*. quæ ſcilicet fiunt in contractibus.]

h ¶ *Conſtitui poteſt*. cùm omnes heredes quantum ad hãc oblig

a Stipulationes prætoriæ quæ.
b Stipulationũ prætoriarum exempla e ſ. eam. manuſ.
d Verſi. eſt ſub. ſ. de eo.
e Stipulationes ædilitiæ.
f Valſum.
g Stipulationis; prætoriæ & iudicialis differentiæ.
h Incluſa deſunt in manuſ.
i Et male, ſecũdum P. Al. & Ange. & eſt de mente aliorum ſcriben.
k Stipulatio damni infecti an communis ſit.
l Communes ſtipulationes dicuntur quæ reperiuntur in quibuſdã caſibus proceſſiſſe à Prætore mortuo: in quibuſdam ab aliis iuriſconſultis Barto. P. Alex & Ia.
m Incluſa deſunt.
n Reprobatur per Bart.
o Incluſum deeſt.

a In ſumẽs ſtipulationẽ pro eius effectu. B.
b al. ſtipulatio quod non probo.
c Non fallit quia & ad futurum refertur quanti intereſt ſanum non fuiſſe vt recte hic Bar.
d Vel dic quòd non fallit, & in illis legib. per verba pręſentis temporis interponitur ſtipulatio tamen refertur ad tempus futurum ſecũdum Bar.
e Idem Bar. P. Alexan. & Ia.
f Imò idem ſecundum Bar. P. & Iaſ.
* pœna cõmittetur.
g Adpromiſſor pro fideiuſſore.
h Vel prætoriis iudiciorum. Bart. Pau. & Alex.
i Ibi loquitur quando pœna adiicitur facto diuiduo: hic quando pœna adiicitur dationi diuiduæ. Barto. Pau & Iaſ. in contrarium.
k Sententiæ ſtare, factum eſt diuiduum.

tionem pro vno & vicem vnius sustineant: *vt supra de condit. & de leg. cui fundus.* Item quod de sorte solutum est, computat in pœnam: nisi adiectum esset vtrumque præstari non soluta pecunia tota: *vt supra de except. do. l. apud. §. Labeo. & de transact. leg. qui fidem.* ¶ Si quæras, quæ est ratio inter danda[a] & facienda? Respon. vt dixi in §. Cato. Vel dic propter singularia præcepta pecuniæ: *vt supra si cer. pet. leg. singularia.* ¶ Item nota quòd quidam dicunt quòd si vnus partem soluat pro rata, & de sorte & de pœna videtur soluisse. Sed hoc vnde? Item facit *j. eod. l. in executione. §. item.* Accursius.

a Dandi & faciendi differentia.

Is cui bonis est interdictum: potest sibi acquirere non autem obligari etiã naturaliter. Barto.

VI. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

IS cui bonis interdictum est[a], stipulando sibi adquirit: tradere verò non potest, vel promittendo obligari: & ideò nec fideiussor pro eo interuenire poterit: sicut nec pro furioso[b].

Impossibilis conditio affirmatiua vitiat stipulationem, secus in negatiua. Bartolus.

VII. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

IMpossibilis conditio cum in faciendum concipitur[c], stipulationibus obstat: aliter atque si talis conditio inseratur stipulationi, *Si in cœlum non ascenderit*[d]. nam vtilis & præsens est, & pecuniam creditam continet.

Dies adiecta conditioni valida, quæ in facto promissoris consistit, in stipulatione intelligitur repetita. secus in inualida, vel quæ in facto promissoris non consistit. Bartolus.

VIII. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

IN illa stipulatione, *si Kalendis Stichum non dederis decem dare*[e] *spõdes?* mortuo homine quæritur an statim ante Kalẽdas agi possit[f]. Sabinus, Proculus, expectandum diem actori putant: quod est verius. tota enim obligatio sub conditione[g] & in diem[h] collata est. & licèt ad conditionẽ[*] committi videatur, dies tamen[i] superest. Sed cum eo qui ita promisit, si intra Kalẽdas digito cœlum non tetigerit, agi protinus potest. hæc & Marcellus[k] probat.

Potest quis agere sine actione, cum speratur oriri in contestatione. Bar.

IX. POMPONIVS *libro secundo ad Sabinum.*

SI Titius & Seius separatim[l] ita stipulati essent: *Fundum illum si illi non dederis, mihi dare spondes?* finem[m] dãdi alteri fore, quoad iudicium[n] acciperetur: & ideò occupantis[o] fore actionem[p].

X. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

HOc iure† vtimur, vt ex hac stipulatione, *Si Lucius Titius ante Kalendas Maias in Italiam nõ venerit, decem dare spondes?* non antè peti quicquam possit[q] quam exploratum sit, ante eam diem in Italiam venire Titium non posse[r], neque venisse: siue

[S cui.] CASVS. Titio tanquam prodigo fuit interdictum bonis. quæritur an sibi stipulando acquirere possit. Et respon. quòd sic: sed non potest promittendo alteri se obligare, vel aliquid dare: & ideò si pro sua promissione dederit fideiussorem, non valet datio: nec fideiussor obligabitur. Franciscus.

a ¶ *Is cui bonis interdictum est.* propter prodigalitatem[b]: *vt supra de cur. fu. leg. j. in princip.* ¶ Sed quæro an statim à lege, vt furioso, etiam antequam interdicatur bonis? quod videtur: quia similis est furiosis: *vt supra de tuto. & cura. da. ab his. l. si qui.* Sed dic contra[c], &c. scilicet vt demum facta interdicto ne sit in cura proximi agnati. ¶ Item quid si[d] non prodigo vt prodigo detur curator? videtur non tenere: *vt s. de tuto. & cura. da. l. Seia.* Alij contra. ¶ Item collige quòd similis[e] est pupillo: *vt Insti. de aucto. tut. in prin. & j. de castren. pecu. l. ex castrensi. §. j.*

b Prodigis bonis interdicitur.

c Prodigo non tormen tollig sit interdicta administratio, sine facto iudicis. vt hac glo. nec enim sola lege interdicitur sed sententia. atque ita potest accipi glossa legis. [illegible] proponuntur etiam progtã [illegible]

d In hac quæstione v. Gl. [illegible]

e Prodigus similis est pupillo.

f Fideiussor eius cui bonis interdictum est, vel furiosi, an obligetur

g Impossibilis conditio affirmatiua in stipulationibus & legatis effectus.

h Impossibile aliud natura, aliud iure.

i Turpia iure impossibilia.

k Conditio si in cœlum nõ ascenderit, necessaria est vera & præsens est.

l Conditio omnino extitura habetur pro pura.

b ¶ *Pro furioso.* Imò videtur[f] teneri pro vtroque: *vt j. de fideius. l. Marcellus.* Solu. vt ibi. Accursius.

IMpossibilis.] CASVS. Ista l. ponit differentiam inter conditionem impossibilem conceptam affirmatiuè, & conditionem impossibilem conceptam negatiuè. nam si dico hoc modo: Promitto tibi si digito cœlum tetigero: nulla contrahitur obligatio. Si autem dico hoc modo: si digito cœlum non tangam, promitto c. certè statim ero obligatus. Franciscus.

c ¶ *Concipitur.* affirmatiuè[g], si digito cœlum tetigeris: *vt Instit. de inuti. stipu. §. si impossibilis.* Sed in legatis dic *vt Instit. de leg. §. fin. & de here. instit. §. pe.* Item dic impossibilem de natura[h], vt diximus: vel de iure, vt quia turpis[i]: *vt j. eo. l. si plagij.* Item facit *s. titu. j. l. non solum.*

d ¶ *Non ascenderit.* & sic in non[k] faciendo. cum enim eius contraria sit impossibilis, ergo ista necessaria: ideóque vera & præsens. Præterea cum ille qui stipulatur sub conditione[l] quæ omnino est extitura, purè, id est non in diem videatur stipulari: *vt j. de noua. l. si pupillus. §. qui sub conditione.* ergo qui stipulatur sub ea quæ iam est, verè purissimè stipulatur. Item facit *s. de here. instit. l. seruum meum. §. j. & j. l. proxi. in fine.* Accursius.

IN illa stipulatione.] CASVS. Promisi tibi hominem certum vel equum certum soluere in festo Pentecostes: & si nõ soluero illo termino, promisi x. nomine pœnæ. si homo promissus vel equus moriatur intra terminum, quęritur vtrum pœna statim possit peti? Et dicitur hic quòd est dies promissionis expectãdus: quia tota obligatio est comprehensa sub conditione & sub die: & licèt antè conditionem sit pœna commissa: tamen dies in quem erat collata, est expectandus qui adhuc superest. Sed si promitto hoc modo, Si intra festum Paschæ non tetigero digito cœlum, promitto decem: certè statim conueniri potero. Franciscus.

e ¶ *Decem dare.* scilicet Kalendis. [Accursius.]

f ¶ *Agi possit.* cum certum sit iam de Sticho[a] agi non posse.

a scilicet pretij dando.

g ¶ *Sub conditione.* scilicet si Stichum non dederis.

h ¶ *Et in diem.* scilicet in Kalendas.

i ¶ *Dies tamen.* qui impedit ne agatur. nam dies pars stipulationis est: *vt supra de edend. l. j. §. diem. & facit infra eod. l. si ita stipulatus. j.* contra *s. eod. l. hoc iure.* Sol. vt ibi. [Accursius.]

k ¶ *Et Marcellus.* quia sublato principali[b] (scilicet promitto si digito cœlum non tetigero) tollitur accessorium, scilicet intra Calendas. *& facit supra l. proxi. & supra si quis cau. l. si eum. §. homo sisti. & infra eod. leg. veluti. §. fin.*

b Principali sublato, tollitur eius accessorium.

* Ad conditionem. quantum ad conditionem attinet. qualiter hæc particula, ad, apud Ciceronem & alios auctores vsurpatur. est inf. l. vlt. de verbo. oblig. ibi, quia nisi quod ad me vim acceperit obligatio. L. R.

SI Titius.] CASVS. Eramus duo, tu Petrus & Ego Ioannes. dixisti Titio: Promittis mihi dare hominem si Ioanni non dederis? postea ego dico similiter Titio; Promittis mihi dare eundem hominem si Petro non dederis? ille promittit nobis ambobus separatim. quæritur nunc quando erit finis dandi alteri nostrum, ita quòd soluendo vni nostrũ ipse Titius non possit ab alio conueniri? Resp. quòd finis erit dãdi vsque ad lit. contesta. quia tunc illius est melior cõditio, qui prius occupauerit per litis contestationem. Franc.

l ¶ *Separatim.* incontinenti, vel non. [Accursius.]

m ¶ *Finem.* id est terminum. nam vsque tũc quo fiet contestatio ab vno, poterit alij solui [Accursius.]

† Conditionale in iudicium deductum, si actionis nostra fundamentum sit, ante omnia definiendum. Bal. in l. si quidem. C. de except. in pr. col. & Alexander.

n ¶ *Iudicium.* saltem de facto. & tunc ipsa contestatione incipit competere actio: quoniam antequam ad iudicium ita de facto veniretur, non competebat actio. Sed si obstatur, non habet actionem ergo non potest agere? Respon. imò: *arg. infra eod. l. si decem. & infra rem ra. ha. l. si indebitum. & dixi C. eo. de contrah. & commit. stipu. l. nuda*[c]. non ergo expectatur quòd desinat posse alteri dari: & sic est contra *j. e. l. ita stipulatus.* Solu. speciale in perplexis: vt hic sic *supra de condi. insti. l. si Titium.* Vel fingit impossibile alij dari cum litem contestatus sum: quod innuit, finem dandi, &c. Vel distingue[d] an in eadem persona si mihi Stichum nõ dederis x. mihi dabis: vt ibi. aut in diuersis: vt hic: sicut si stipuler fundum mihi dari aut Titio: vt *j. de solu. l. qui res. §. qui stipulatus.* vbi quidem si postea petam, amplius Titio dari non potest: *vt infra de fo. u. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille in fine.* Alij faciunt vim an sit eadem res, vel diuersæ: vt si non dederis illi Stichum, dabis mihi decem, vt ibi: at hic eadem res. Accur.

c Omnia ista inta nihil faciunt, secundum Alex.

d Reprobatur per Bart.

o ¶ *Occupantis.* i. qui prius egit lit. contest. aliàs aliter [sumitur verbum occupare:] *vt s. de pecu. l. si verò.* Item facit *j. de iniur. iniuriarum. j. in prin.* Item facit *s. de leg. ij. l. si Titio. & de adi. l. iij. §. sed & cum quis. & de consti. pecu. l. pe.* ¶ Item no. quòd locus[e] est gratificationi [antequam petas, vt possit dari cui vult] *vt & s. de relig. l. fi. de le. ij. si quis. j. §. si inter duos.* [est l. viij.]

e Gratificatio ni locus est.

p ¶ *Actionem.* cum effectu, & præcisè. Accur.

HOc iure vtimur.] CASVS Promisi tibi centum aureos si Titius antè festum Paschæ in Italiam non venerit. certè nihil peti poterit à me donec Titius tantùm tardauerit venire in Italiam, quod certum sit ipsum antè Pascha venire in Italiã non posse, siue mortuus sit Titius: siue adhuc viuat. Fra. Accur.

q ¶ *Peti quicquam possit.* quia nec debetur.

r ¶ *Non posse.* si ergo exploratum sit non posse venire: licèt ante diem, poterit agi. & sic est contra supra *eo. l. in illa.* Sol. hic licèt dicat quod non possit peti ante [quam sit certum eum venire non posse] nõ tamen sequitur quòd possit statim peti: cum[f] certum sit

f v. quæ sequenti in Glo. [illegible] Accursius.

cum ve-

eum venire non posse, secūdum B. Vel hic potest peti ante de rigore: sed obstat exceptio de[a] æquitate ante kalēdas, secundū Az. Vel ibi cū obligatio est in diem: quia ita videtur repetisse. x. kal. dare spondes: & est ratio [quare ibi videatur repetisse. Kal.] quia Stichum dare, sicut & decem in eius facto cōsistit, at hic non est

viuo siue mortuo id acciderit[a].

Fictio postliminij fingit filium stipulatum patri ab hostibus, reuerso.

XI. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

FIlius dum in ciuitate est, si stipuletur: patri reuerso † ab hostibus [b] videtur adquisisse.

In alternatiuis summarium & temporis, minus est in obligatione. Bart.

XII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ita stipulatus fuero: *Decem aut quinque dari spondes?*[c] quinque debentur[d] & si ita *kalendis Ianuarijs*[e] *vel Februarijs dari spondes?* perinde est quasi kalendis Februarijs[f] stipulatus sim[g].

Glos. intelligit istam. leg. quantum ad tempus quod est ante diem calendarum: quia illo tempore non potest agere stipulator: siue fuit stipulatus ante calendas dari, siue in calendis. sed quantum ad diem calendarum glo. vult quòd sit differentia: quia primo casu poterit agere in diem calendarum: quia non habuit reus terminum nisi pro tempore quod est ante calendas, sed in secundo casu non poterit agere nisi eo finito. Tu dic breuiter quod etiam in primo casu non potest agere nisi finito die calendarum: quia illa verba, ante calendas, intelliguntur fauore debitoris: vt maiorem habeant dilationem, scilicet finitas: & sic etiam dies calendarum includitur in termino. Pau. de Castro.

XIII. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

QVi ante † kalendas proximas stipulatur,[h] similis est ei qui kalendis stipulatur.

Stipulatio facta committitur cum

repetitio [de kalendis] quia Titium venire non est de eius facto, sed tātum dare x. secundùm Io. Vel hic dixit ante kalēdas: ibi in kalendis.[b] Vel ibi[c] incipit à pactione: hic à cōditione, quod nō placet. Alij[d] q. ibi apponitur dies causa cōmittendæ stipulationis, vt post kalendas debeat: hic etiā faciendæ solutionis, vt tunc soluat. Vel secundùm Ir. hic agitur ante, quia sic fuit actum inter contrahentes: ibi non. Accur.

a ¶ *Acciderit.* si ergo iam tūc mortuus erat cum fiebat stipulatio. protinus peti potest: *& facit ī. de acquirend. here. l. si quis heres.* Ac.

F*ilius dum in*] CASVS. Pater meus erat captus ab hostib[us]. ego: qui remāsi in ciuitate, stipulatus sum quęritur, an patri meo acquiram? Et respon. quod est in pendenti huiusmodi acquisitio. nam si pater meus reuertatur: erit sibi per me ista stipulatione acquisitū, si autē moriatur pater apud hostes, erit mihi acquisitum per istam meam stipulationem. Franciscus.

b ¶ *Ab hostibus*, fingente[e] iure postliminij semper in ciuitate fuisse, *& facit ī. de capti. & postlimin. re. l. bona eorum §. quod filius & de stipu. ser. leg. si seruus ij. §. seruus capto.* Accur.

S*I ita.*] CASVS. Titius stipulat[us] est à Mæuio hoc modo: Dabis mihi x, aut v? Mæuius respōdet simpliciter, dabo. quęritur quid Męuius debeat? Et respōdet iurisconf. quòd tantū v. debet. Item si promitto hoc modo: Ego dabo tibi intra festū Paschæ, idem est ac si dixissem, dabo tibi in festo Paschæ: quia petere nō poteris nisi festo Paschæ trāsacto. Idē si stipulatus quis sit hoc modo: Dabis ante festū Pēteco stes? dabo, quia nō poterit peti nisi trāsacto festo. h. d. cū l. seq. Fr.

c ¶ *Spondes*, tu respondisti simpliciter. & sic in sequenti casu[f]]

d ¶ *Debentur*, præcise [q. d. non alternatiuè]

e ¶ *Ianuarijs*, quod plus est. Ac.

f ¶ *Februarijs*, quod minus[g] est.

g ¶ *Stipulatus sim.* id enim quod minus est, intelligitur præcisè, cū in electione promissoris est vtrum velit pręstare. *& facit ī. de arbi. l. item. §. si plures. vers. inde quæritur: & ī. e. l. inter stipu. §. diuersa. & l. si ita stip. fuero. & ī. de fideiuss. inter eos. in prin.* Accur.

h Q*Vi ante*] *Stipuletur.* in vtroque enim casu ante kalendas agi nō potest, [sed in diem[h] kalendarum differtur[i]] quod dic. *vt ī. eo. l. eum qui ij. §. qui ita.* Accur.

S*I ita.*] CASVS. Ego volebam domum ædificare in certo loco. veni ad architectum, & conueni secum de pretio quòd ædificaret mihi hanc domum: quę poterat commodè ædificari intra duos annos. Architectus promisit mihi quòd ędificaret intra triennium. Postea dimisit præterire tempus, scilicet annum cum dimidio, ita quod verisimile est & certum quòd non potest ædificare anno cū dimidio: nunquid agere possum contra architectū ad interesse? Respondetur quòd sic, ex quo certum est non posse fieri domum intra tale tempus ante autem nō tenebitur promittēs: nec eius fideiussor. Idem est si quis damnauerit heredē suum insulam ædificare, vel domum. Sed ponamus sic quod iste architectus qui promiserat intra certum tempus ædificare, ædificauit mediā partē domus. hęc pars cōsumpta est incendio, nunquid habebit tempus integrū ad ædificandum domum iterum, vel tantum residuum tēpus, fortè annum cum dimidio? Respondetur quòd habebit integrū tēpus, & hoc intellige quando conuenit inter partes quòd periculum esset promissoris: aliter non teneretur de casu fortuito. h. d. cum l. seq. Fran.

transierit tantum tempus quòd factū potuit explicari, & per casum repentinum redintegratur dilatio. Bart.

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ita stipulatus essem abs te, *domum[i] ædificari?* vel heredem meum damnauero insulam ędificare: Celso placet, non ante agi posse ex ea causa, quàm tēpus † præterisset quo insula ædificari posset,[k] nec fideiussores † dati ante diem tenebuntur[l].

XV. IDEM *libro vicesimoseptimo ad Sabinum.*

ET ideo hæsitatur,[m] si aliqua pars † insulæ facta sit, deinde incendio † consumpta sit: an integrum tempus computandum sit rursus ad ædificandam insulam: an verò reliquum duntaxat expectandum quod deerat. Et verius est, vt integrum † ei detur[n].

Si † vnus ex alternatiuis stipulatoribus efficiatur non soluendo: non liberatur promissor. Bart.

XVI. *Idem libro sexto ad Sabinum.*

SI Stichum[o] aut Pamphilū mihi debeas, & alter ex eis meus factus sit ex aliqua causa: [p] reliquum[q] debetur mihi à te[r].

Stipulatio annua est vna pro omnibus annis: sed legatum annuum nō est vnum, sed tot dicuntur quot annis durauit: quia primo anno est purum: pro sequentib. conditionale. & si legatarius decedat: pro annis non inceptis non transmittit ad heredes, quia extincta est conditio. P. de Cast.

1. ¶ Stipulatio[f] huiusmodi, *in annos singulos*: vna est, & incerta, & perpetua: non quemadmodū

i ¶ *Domum*, cum[a] adiectione loci. aliàs nō valet: *vt ś. de eo quod cer. lo. l. iij. §. si quis insulam, & ī. eo. l. qui insulam.* M.

k ¶ *Posset.* Imò statim ex quo incipit mora faciendæ insulæ fieri: *vt ī. eo. stipulatione. §. plane. Sol. vt ibi.* Item facit *l. si insulam & l. insulam intra. & l. existimo. §. fin. & supra loc. l. insulam §. ij. & infra eod. leg. cum stipulatus sim mihi & l. interdum in princi.*

l ¶ *Tenebuntur*, quia tacitè[b] inest] dies] Ac.

m E*T ideo hæsitatur.* id est dubitatur.

n ¶ *Detur*, hæc vera vbi conuenit vt[c] promissoris esset periculum: *vt ś. loca. l. Martius, quæ est contra*, & ibi plene dixi. Accur.

S*I Stichum.*] CASVS. Promisisti mihi Stichum aut Pamphilum alternatiuè, & sic potes soluere quem velis, ego postea emi vnum ex his seruis, putà Stichū, certe tu teneberis mihi soluere Pamphilum præcisè postquam Stichus factus est meus. [STIPVLATIO.] Pone casum vt in glo. Fran.

o ¶ *Si Stichum.* aliàs lex, & aliàs. §.

p ¶ *Aliqua causa.* non lucratiua, Io. sed certè idem si lucratiua, & ab eodem etiam: quia alia res est, & sic non obstat. *Instit. de lega. si res*, secundùm H. Acc.

q ¶ *Reliquum*, vel saltem æstimatio deterioris serui, qui ex aliā causa meus factus est, si is qui apud te est, melior est, argum. *supra de lega. j. l. cum res §. sed si.* Hoc ideo, quia iniquum est si ego deberem modò præstare meliorem, cum ab initio poteram me liberare dando deteriorem: cum in mora non sim: aliàs secus: *vt infra de solu. l. Stichum. in princip.* adeo etiam vt tuus factus amodo solui non possit: *vt supra de lega. ij. l. Meuius §. duobus.* Vel illa de rigore loquitur: secus de æquitate:[d] *vt infra de solu. l. qui dece. §. Stichum. in fine.*

r ¶ *A te*, præcisè. Ac.

f *Stipulatio.* Promittis mihi decem pro singulis annis, & supple quoad viuam,[e] vt bene conueniat quòd dicit quòd est incerta: & quod subiicit de legato: *vt Instit. eo. §. at si ita, & infra eod. leg. eum qui. ij. §. qui ita.* Vel etiam si non fuit dictū, tamen intelligitur, *arg. C. de leg. l. in annalibus.* Hæc[f] quidem stipulatio est vna propter vnam conceptionem, secundùm M. sed certe idem est in legato sic relicto, quod constat esse plura: licet vna sit conceptio:

a Stulta solono Ioan. &c.

b Hæc nō placet. quia esset contra, c. commissa. de elect. li. 6. secun. Bart.

c Reprobatur per Bar.

† Quid si pater non fuerit reuersus, adquiritur filio. Castrens. adde l. sit. Cod. de postum. poss.

d Istæ sunt diuinationes secundùm Bar. Bar.

e Fingit ius postliminium captiuum semper in ciuitate fuisse.

¶ Vbicunque tempus constitutum solutioni gratia debitoris, patia sunt dicere kalendas, vel ante kalēdas, elegāter hunc locū discepratio est apud Aulum Gellium, Noct. Atti. cap. 10.

f Id quod minus est semper contentū intelligitur in alternatiuis quantitatis & téporis.

g Inclusa Glossa deest in manuscrip.

h Cōtrarium tenent P. & Imo.

i Inclusa desunt in Glossis & manuscriptis, & est permutatio immoratæ ordinationes in his glossis & suppositijs consendis.

† Tempus institutum operi faciundo semper inesse intelligitur: vt ante illud finitum agi nō possit aduersus reum, eiusve fideiussorem.

† Fideiussoris accedere possunt cum obligationi dicendi. Glo. de l. 56. inf. de fideiussor.

a Stipulatio, domum ædificari sine adiectione loci inutilis.

† Falsum hoc summarium est. Dic, si vna ex rebus alternatiuè debitis stipulatoris efficiatur, illam desinere esse in obligatione. Si autem indiuidua p... in nullo liberatur.

† Casus fortuitus noster indéptos operis.

† Integrum tempus restituendo ædificatori datur, quod est faciendo datum fuerat.

b Tacite fideiussorum obligationi inest dies, qui reo principali datus est ad soluendum vel faciendum.

c Domus facienda locatione, si parte operis incepta corruerit, cuius sit periculum.

d Reprobatur per Bar. & alios potest tamen sustineri secundùm Raph. & Alex.

e Suppletio hæc est superflua in

f Stipulatio in annos singulos dabis, cur vna dicatur.

vt subiicit.1. Vnde dic quòd vna est: quia vna actio nascitur pro omnibus annis, sed in legatis plures actiones *arg. supra quando dies leg. ce. leg. cum in annos* j. *& de an. leg. cum in annos.* 3. Item & ideo est vna, quia semel inspicitur conditio stipulationis: non sic in legatis. *vt supra de do. cau. mor. l. senatus in fi. & j. e. l. si filius.* Nec obstat. *j. eo. le. pluribus* §. j. vt ibi dixi. ¶ Item est incerta:[b] quia non est certum quantum viuam. ¶ Item est perpetua[c], etiam si dixi quoad viuam: quia ad tépus deberi non potest, sed heres meus exceptione repellit[d] *vt dicto §. at si ita. Institu. eod. & supra titu. j. leg. obligationum fere. §. placet.* Non sic in legato quòd sit perpetuum sic relictum, singulis annis tibi decé lego: siue dicam, quoad viues, siue non: nam nisi de heredibus legatarij expresse dicas, non intelligitur: *vt C. de lega. leg. in ann. libus.* Te ergo mortuo[e] ipso iure nó debeo amplius: quia voluntas[f] vltima est validior. nam & recta via sine traditione facit dominium transire: *vt infra de furt. l. 3. Titio.* & adde quod no. *supra de don. cau. mort. l. senatus §. fin. & facit supra de cap. demin. l. pen. & supra de transac. l. cum hi. §. modus.* Sed argu. contra[g] *supra de an. lega. leg. annua. §. fina. & l. pen. & supra de vsufruct. le. defuncta. in fine.* Accursius.

simile[a] legatum morte legatarij finitetur[b].

Stipulatio non potest conferri in voluntatem vel arbitriũ debitoris. Pau. de Cast.

XVII. VLPIANVS *libro vicensimooctauo ad Sabinum.*

STipulatio[c] non valet, in rei promittendi arbitrium collata conditione.

Qui bis idem promittit, non tenetur ex secunda promissione, nisi prima in effectu esset inualida. Bartolus.

XXVIII. POMPONIVS *libro decimo ad Sabinum.*

QVi bis idem promittit, id eo iure* amplius quàm semel non tenetur[d].

Dissolutio matrimonij debet esse libera à pactis conuentionalibus. Bartolus.

XIX. IDEM *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI stipulatio[e] facta fuerit: *si culpa tua*[f] *diuortium factum fuerit, dari*[g]? nulla stipulatio est[h]: quia contenti esse debemus pœnis legum † comprehensis[i]: nisi si & stipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta lege sit comprehensa.

a ¶ *Simile.* id est hoc modo relictum.

b ¶ *Finietur* quia non fuit dictum de heredibus, aliàs contra: *vt C. de lega. l. in annalibus,* Acc.

S*tipulatio.*]] CASVS. Promitto tibi centum aureos si volam, vel si voluero: an valeat stipulatio? certe non, quia nulla est obligatio cuius potestas est collata in arbitriũ promittentis: quia forte nunquam vellet soluere. Fran. Accur.

c ¶ *Stipulatio,* siue dicam, si volam: *vt supra e. tit. j. l. sub hac,* siue si voluero: *vt j. eo. l. centesimis in fin.* & dic vt no. *j. l. si quis stipulatus,* secus[h] si volueris: *vt j. eo. l. centesimis. §. fin. & facit supra de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. primo.* Accur.

Q*ui bis.*] CASVS. Stipulatus es à me hodie Pamphilũ, cras iterum venis & stipularis à me eundem Pamphilũ, quæritur, nunquid tenear tibi bis soluere hunc Pamphilum? Res. quod non, sed semel soluendo liberor à te. Fran. Accur.

d ¶ *Non tenetur,* s. soluere, quò ad vtilitatem stipulantis: tenetur tamen ex vtraque[i] stipulatione: *vt supra manda. l. si mandauero. §. interdum & infra de fideiuss. l. heres à debitore. §. j.* Sed contra *infra eo. l. si dari.* Sed ibi ideo secus, quia creditoris interest. Dicet quis, & hic interest, saltem ratione præscript. *vt C. de præscri. triginta an. l. cum notissimi. § sed & si quis.* sed non credo cogitandum de tali interesse: *argum. infra de noua. l. si pupillus §. qui a.* Illud constat, quod eum qui actione bonę fidei tenetur, possumus stipula. obligare vbi fit nouatio: secundùm [M. quod &] dixi *C. de noua. l. fina. & facit supra de ope. no. nun. leg. cum procurator. & supra de procur. leg. licet §. ea & supra de rescindend. vendi. leg. si id quod §. si pupilli. & de leg. j plane vbi. §. j. & supra de vsufruct. leg. si aliq. §. verum.* Accursius.

S*i ita stipulatio*] CASVS. Titius volebat Bertam ducere in vxorem: & quia dubitabat quòd ipsa faceret diuortium culpa sua: stipulatus est hoc modo: Berta domina charissima scio leuitatem mulierum: quia vbi velis nolunt, vbi nolis cupiunt vltro. & ideo volo quod mihi promittas centum nomine pœnæ si tua culpa diuortium factum fuerit, quæritur vtrum talis stipulatio valeat? Et dicitur quòd non: quia contenti esse debemus pœnis legum quę sunt constitutę contra facientes diuortium culpa sua. Franciscus.

a Legatũ annuum non cẽsetur vnũ sed plura: & quot anni, tot legata sunt, neque transeunt ad heredes.
b Stipulatio, Dabis in annos singulos est incerta dicatur.
c Stipulatio, Dabis in annos singulos, quo sensu dicatur perpetua: & quemadmodum in ea re differat à legato, in annos singulos relicto.
d Stipulatio annua in dubio non transit à heredes vt hic Bart. Imol. Angelus. Castr. ... Pet. Bal. ... Raphael. Roman. Alex. ... Faber. ... de Plumbino. ...
* ipso iure.
e Perpetuum dicit hinc colligunt, quod non finitur morte testatoris.
f Vltima voluntas validior.
† legibus.
g Hæ leges loquuntur quando legatum est relictum alicui dignitati vel ecclesiæ, quæ nunquam moritur, secundũ Ias.
h In arbitriũ promittentis collata promissio inutilis in stipulatis vtilis.
i Bis promittens tenetur ex vtraque promissione licet semel soluendo liberetur, vt hic Contrarium sentit Glossa in l. vlt. in verbo naturalibus Cod. de nouat. vbi vide quæ dixi.

e ¶ *Si ita stipulatio,* per vxorem à viro, & idem videtur econtra.
f ¶ *Si culpa tua.* ô marite.
g ¶ *Dari.* s. centum nomine pœnæ. 2. Alij dicunt, vt dotem & donationem propter nuptias, quòd nõ placet: quia hæc est legitima poena: *vt C. de repu. l. consensu.* Accursius

Poteris obligari de dando mihi id quod alius mihi debet, cum ipse debitor esse desierit. Pau. de Cast.

XX. VLPIANVS *libro trigensimoquarto ad Sabinum.*

HViusmodi stipulationes nõ sunt inutiles: *Quod tibi*[k] *Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes?* nam valet stipulatio, quasi sub quauis alia conditione concepta[l].

Falsa causa non vitiat stipulationem sicut legatum. Bart.

XXI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI diuortio[m] facto ea quæ nihil in dote[n] habeat, dotis nomine cẽtum dari stipuletur: vel quę cẽtum dumtaxat habeat, ducenta dotis nomine dari stipuletur: Proculus ait[o]: si ducenta stipuletur quæ centum habeat, sine dubio centum quidẽ in obligationem[p] venire: alia autem centum actione de dote[q] deberi. Dicendum itaque est, etiam si nihil sit in dote, centum tamẽ venire in stipulatione: sicuti † cum filiæ vel matri vel sorori vel alij cuilibet[r] dotis nomine legaretur,

h ¶ *Stipulatio est,* quia improbata est moribus bonis R. *vt C. de nupt. l. neque ij.* Accursius.

i ¶ *Comprehensis,* vt si stipuler dotem & donationem lucrari: *vt C. de repud. leg. consensu.* Vel si matrimonium est sine dote: si mulier stipuletur centum libras auri, cum vir habeat quadringẽta vel amplius in bonis: *vt C. de repud. l. fina. circa princ.* & est ratio in prima parte legis huius: *vt C. de nupt. leg. neque ij. & de inuti. stipu. leg. ij. & supra de condi. & demon. l. Titio. §. ij. & facit infra eod. l. Titia.* Sed contra: *vt supra de donatio. inter viru & vxo. l. ea quæ.* Sed[a] ibi præcesserat pecunia à stipulatore. Sed hodie dantur arrę: & super[b] eis potest apponi pœna vsque ad quadruplum: *vt C. de despons. l. fi. §. fi.* Accur. ADDITIO. Dic quòd ibi est modica pœna, scilicet in arris. sed in spõsalibus est magna. & est de mente scribẽtium.

H*uiusmodi stipulationes.*] CASVS. Dicit hæc lex quòd possum stipulari à te quod tibi Titius debet, in id tempus cùm desierit soluendo esse, nam talis stipulatio valet quasi concepta sit sub quauis conditione conueniente. Fr.

k ¶ *Quod tibi,* alias mihi, & aliàs tibi. ¶ Et si habes mihi, hæc erat dubitatio. quia fideius.[c] in id tempus se obligare videtur, quo nõ constabit principalis: *vt j. de fideiuss. l. si quis postquam.* Sed contra est: quia[d] ex presenti tempore sumit vires stipu. *vt arg. j. eo. l. si filius.* ¶ Si habes tibi: idem dubium erat, quasi in id tempus à quo incipere nõ poterit. ¶ Et[e] sic totum pro vna stipulatione ponitur. Quod ergo dicit in plurali, huiusmodi stipulationes. i. hæc, & similes, alij faciunt duas, quod tibi &c, item cum debitor &c.

l ¶ *Concepta.* pendet ergo: vt si Titius soluendo esse desierit, teneat obligatio, aliàs contra. [Dic[f] ergo, cum debito esse desierit. s. soluendo, id[g] est quia factus erit non soluendo. Accursius.]

S*i diuortio*] CASVS. Cum Titia nupsisset Mæuio, fecit diuortiũ, & stipulata est centum nomine dotis, quæritur quantum sibi debeatur? Et breuiter respon. quòd si ista Berta dedit centum, & sit stipulata ducenta: debebuntur sibi centum actione ex stipulatu, & centum actione de dote. Si verò nihil dedit in dotem, & stipuletur centum nomine dotis, debebuntur ei ista centum ex stipulatu actione. Et ponit exemplum, nam si vir legat vxori vel alij leget certam quantitatem quæ in dotem data fuit: licet nihil datum sit in dotem, tamen debetur, non ratione dotis, sed ratione legati. Franciscus.

m ¶ *Si diuortio.* secus si constante matrimonio: *vt C. de do. cau. leg. quod de suo.* Acc. Vel[h] dic quòd etiam constante matrimonio valet: quia in id tempus est collata quo potest valere: *vt arg. s. de do. inter virum & vxo. l. si eum §. fi. & l. seq.* Sed arg. contra. *s. eod. tit. de dona. inter vir. & vxo. l. sed interim §. fin. & l. seq.*

n ¶ *In dotem,* vel[i] quia nihil dedit, vel quia dedit, sed propter necessarias expensas exhausta est dos tota: vel virum liberauit per acceptil. Accursius.

o ¶ *Proculus ait,* aliàs deficit.

p *In obligationem.* nouam. Accur.

q *De dote.* i. ex stipulatu, quę vndique[k] datur hodie viro & vxori. Accursius. ADDIT. sequuntur omnes & Alciatus hîc. Cont.

r ¶ *Cuilibet,* vt vxori, vel etiam extraneę, & dic quòd non errando fuerit facta supradicta promissio. vnde inspicitur tantùm quæ fit

a Pœnam in casum diuortij stipulari ab vxore maritus non potest: si tamen vxori pecuniam dederit nuptiarum nomine, potest in casum diuortij ab vxore facti, ab eadem sibi reddi stipulari.
b Pœna arris sponsalitiis, at non matrimonio imponi potest.
† Argumentũ ab vltima voluntate ad contractus.
c Fideiussor an possit se obligare in id tempus quo principalis obligatus esse desierit.
d Aut potius subaudi, cum desierit esse debitor soluendo, vel effectus fuerit non soluendo, secundum Bar. Cast. Ias.
e An duarum stipulationum hæc lege mentio, an vero vnius tantum? Duplex, Quod tibi Titius debet dare: et hoc cum Titius desierit debitor esse spondes.
f Inclusa quibusdam deleta.
g Conditio, si desierit esse debitor, locũ habet, etiam si principalis desinente cuilibet tenere, remanente obligatione vel si factus sit non soluendo.
h Dotis restituendæ promissio post diuortium, valet. Sed an, sine nihil sit in dote. Quid si constante matrimonio fiat huiusmodi promissio? Dic vt hac Glossa.
i Dos quemadmodum, fa... ipso iure tanquam posita.
k Dotis actio competit viro & vxori.

sit quantitas comprehensa : alias non valet: *vt ff. solu. ma. l. pen. §. mulier. quæ est contra.*

a Doris recepta vel non receptæ nomine cuilibet legati potest. etiamsi dos neque recepta neque promissa. quod cum in legatis fiat in stipulationibus quoque idem fieri posse hic dicitur.

a ¶ *Legatum esset.* iure legati: non dotis: & hoc falsa causa non obstante: vel cum certum corpus vel instrumenta dotis demonstrata sunt: *vt Institu. de lega. §. sed vxori. & C. de fal. cau. adiec. le. l. ij. & l. fina.*

S*I id quod*] CASVS. Eram simul tu & ego : & debebas mihi summã pecuniæ. ego vidi quòd haberes in domo tua pulchram petiam, quã putabam esse de auro puro, cũ esset æs tantum. petiji à te summam pecuniæ mihi debitam, tu respondisti : Non habeo argentum nunc, nec possum tibi soluere: rogo te habe patientiã in me. dixi ego : Promittis mihi dare illam petiam auri quam altera die cum tecũ cœnarem, habebã in manu mea? tu dixisti: Promitto, quæritur vtrũ tenearis mihi tradere illam petiam æris: vel si sit aliqua obligatio contracta inter nos? Respon. quòd sic, quia consensimus in vnum corpus: tamen tu teneris mihi ad interesse, vel de dolo actione, eo quòd me decepisti. Fran. Accur.

vtile legatum esset[a].

Error in materia stipulationem nõ vitiat. Bart.

XXII. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

SI id quod auram putabam, cum æs esset, stipulatus de te fuero, tenebris mihi huius æris[b] nomine : quoniam in corpore[c] consenserimus: sed ex doli mali clausula[d] tecum agam, si sciens[e] me fefelleris.

Debitor speciei eius interitu liberatur ante moram, quæ interpellatione contrahitur si fiat maiori, vel tutori pupilli. Bart.

XXIII. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

SI ex legati[f] causa, aut ex stipulatu hominem certum[g] mihi debeas[h]: nõ aliter post mortem eius tenearis mihi, quàm si per te steterit quo minus viuo eo eum mihi dares, quod ita fit.[i] si aut interpellatus nõ dedisti, aut occidisti eum[k].

XXIIII. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

SEd si ex stipulatu Stichũ debeat pupillus: non videbitur per eum mora fieri[l] vt mortuo eo teneatur, nisi si tutore auctore, aut solus tutor[m] interpelletur.

Si prima stipulatio est inutilis: valet sequens stipulatio super eodem quia continet vtilitatem. Paulus de Castro.

b Stipulatio est stricti iuris.

b ¶ *Huius æris*, quia stipulatio stricti iuris est. Accur.

c ¶ *In corpore*, & præcipuè cùm erraremus vterque.

e Doli clausula est perimur, si clausula interposita.

d ¶ *Clausula.* si fuit interposita. Vel de dolo ad interesse. primo ex stipulatu, secundò, de dolo actione : *vt supra de dol. & eleganter §. non solum.* Sed[d] venditio quæ est bonæ fidei, non teneret: *vt supra de contrahen. empt. l. in venditionibus. in fi. & l. cum ab eo. §. fin.* & agitur ibi ex clausula, doli si est promissum, vel actione de dolo, si scienter: alias empto: *vt supra de act. emp. leg. si sterilis. §. quamuis.*

d Error in materia vitiatio traxtum bonæ fidei contractus, vt hic. Dic perimur. Error nõ vitiat onerosum, putà emptionem, lucratiuum verò (vt est stipulatio de qua hac lege) non vitiat. Atque ita concitantur huius leges cõtrariæ.

e ¶ *Si sciens*, scilicet non esse aurum, & *facit supra de pigno. act. l. j. §. fina.* Accur.

S*I ex legati.*] CASVS. Titius mihi debebat hominem certum ex causa legati, vel ex stipulatu actione, moritur iste homo qui debebatur mihi, quæritur, vtrum possim Titium conuenire ad hominem mihi dandum, vel ad pretium eius? Et respon. q̃ si per ipsum steterit quo minus mihi solueret hominem hunc: tenebitur mihi etiam homine mortuo. & declarat quomodo intelligatur stetisse per debitorem, s. si interpellatus non soluit: vel cũ occidit. Similiter dicitur, si pupillus Stichum debeat: non videtur moram fecisse in soluendo, nisi interpellet pupillus auctore tutore, vel ipse tutor solus h. d. cum l. seq. Franc.

e Genus semper certum est & perire non potest.

f ¶ *Si ex legati.* ff. *de leg. j. l. Titiæ in fine.*

g ¶ *Certum.* genus[e] est & perire non potest: *vt ff. ad l. Falc. in ratione legis Falcidiæ ij. §. incertæ autem.*

l Dies interpellat pro homine & constituit in mora.

h ¶ *Debeas.* s. purè. si enim in diem vel sub conditione : & post diem vel cõditionis exitum interpellatus non dedisti: aut occidisti: teneberis, secus, si prius: *vt ff. eod. l. cum filius. §. fin.* Item tunc dies[f] interpellaret: *vt ff. tit. j. l. traiectitiæ.* Accur.

g Debitor speciei perempta specie liberatur censetur, nisi in culpa vel mora sit.

i ¶ *Quod ita fit*, vt per te videatur stetisse: quod est notandũ: *vt ff. de leg. j. l. Titia in fi. & ff. eo. l. cum filius familias. in princi. & ff. si cer. peta. l. quod te. & facit ff. de admi. tu. l. tutor qui repertorium. §. fi. post. & Instit. de leg. §. si res legata. & infra eo. l. si seruum & ff. de ope. liber. leg. cum patronus. in prin. & ff. de here. ven. l. venditor ex §. si ergo sibi, non enim & c. & ff. de fideiuss. l. si colono §. fi.* Accur.

h Occidẽs iure permittente occidisse non videtur.

k ¶ *Occidisti eum*, non[h] merentẽ. aliàs contra: *vt ff. de lega. j. l. quid ergo. j. §. si heres. & ff. eo l. qui seruum.* Accur.

S*Ed si ex stipulatu*] *Mora fieri.* Imò[a]: *vt supra de vulc. leg. si dictum §. fin. quæ est contra.* Solu. vt ibi. & *facit* ff. *eo. leg. si pupillus, & de reg. iur. l. nulla.* Item[b] de adulto habente curatorem: *vt C. de in integr. restitu. mi. l. si curatorem*, & adde quod not. *supra de vsur. leg. mora*[c]. Accur.

a Moram committere an possit pupillus.

b Pupilli & adulti curatorem habentis similitudo.

c Pupillũ interpellans nõ sufficit vt sit in mora, nisi tutor eius interpelletur.

m ¶ *Tutor* nomine eius. Accur.

XXV. POMPONIVS *libro vicesimo ad Sabinum.*

SI dari stipuler id quod mihi iã ex stipulatu debeatur, cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione: quia superior quasi nulla fit, exceptione obstante[n].

Stipulatio turpis est ipso iure nulla. Bartol.

XXVI. VLPIANVS *libro quadragesimosecundo ad Sabinum.*

GEneraliter nouimus turpes[o] stipulationes nullius esse momenti[p]: †

XXVII. POMPONIVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

VEluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturũ promittat. sed & officio[q] quoque prætoris continetur, ex huiusmodi obligationibus actionem denegari.

Quousque potest conditio deficere, non potest agi. Pau. de Cast.

I. ¶ Si stipulatus hoc modo fuero, *si intra biennium Capitolium non ascenderis, dari?* non nisi præterito biennio rectè petam[r].

Stipulatio rem tradi, continet merum factum. Pau. de Cast.

XXVIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI rem tradi stipulamur nõ intelligimur proprietatẽ eius dari stipulatori[s] sed tantũ tradi.

S*I dari*] CASVS. Debebas mihi cẽtum actione ex stipulatu, feci tibi pactũ de non petendo, post certum tempus ego sum stipulatus à te hoc modo, promittis mihi quod debebas ex tali stipulatione in qua cẽtum debebas? tu respondes, promitto. quæritur ex qua stipulatione mihi tenearis? Et respond. quòd ex secunda : quia prior stipulatio est inefficax propter exceptionem pacti de non petendo. Franc.

n ¶ *Obstante.* Sed opponitur. *supra de pact. l. si vnus §. pactus.* Solu. illud[d] est cum ipso iure agitur vt tollatur prima : aliàs secus : vt hic. Per sequentem ergo suppletur[e] quod primæ deest : aliàs[f] non: cùm non interesset : *vt infra eodem l. stipulatio ista. §. alteri. & supra e. leg. qui hu & facit supra de leg. j. si creditori.*

d Stipulatio secunda quæ plus continet quàm prima, nouat primã, si modo hoc actum est vt renouaret. vel hic, Imò ipso iure nouat vide hic latiorẽ IdemCic. li. j. Offic. complurib exemplis & rationibus.

e Agitur ergo ex prima & secunda vide quæ scripsi ad Gl. l. vlt. Cod. de noua.

f Stipulatio prima inutilis confirmatur sequente vtili. vtilis verò nõ, vt hoc casu secunda stipulatio sit supervacanea.

G*Eneraliter.*] CASVS. Promisisti mihi hominem occidere: vel carnes comedere in quadragesima. vtrum possum te compellere ad hoc faciendum : & si non facias, an habeam aliquod interesse? Et resp. quòd non : quia turpes stipulationes nullius sunt momenti: hoc dicit cum princi. l. sequen. & §. si stipulatus, planus est. Franc.

g Turpes stipulationes nullius momenti: turpiter factæ, valent, sed obiicitur exceptio.

o ¶ *Turpes.* i. turpitudinem continentes, siue super turpibus rebus interpositas, sed[g] turpiter factæ valeant, sed obiicitur exceptio: *vt C. de inuti. stipu. l. dolo. & facit Instit. de inuti. stipu. §. quod turpi. & ff. de pact. l. turisgentium §. generaliter & ff. eo. si plagij & l. si stipuler vt id. & l. stipulatio hoc modo.* Aliæ[h] sunt præter legem: *vt ff. eo. leg. stipulatio ista. §. alteri.* Aliæ secundùm legem. Quandoque autem bona fide fiunt, sed res habet in se dolum: *vt ff. eo. l. si quis cum aliter.* Item quandoque etiam honestum stipulor : & tamen non ago: neque etiam ad pœnam : *vt ff. eo. l. Titio. in princi.* & est ratio vt ibi. Accursi.

h Stipulationum quędam turpes, quędam præter legẽ, quędam dolo, quędam inutiles.

p ¶ *Momenti.* iure ciuili: sed nec prætorio: *vt ff. l. seq.* licet[i] dicatur seruabo. Accursius.

i Generaliter bo non continentur dicta.

q V*Eluti*] *Officio.* si concedas tales stipulationes valere, & hoc si non habes, & alias dic non solum iure ciuili sed & &c.

r *Petam.* *vt ff. eo. l. quicquid. §. fi.* si[k] autem ante constet[l] ascendere non posse, an possit agere? dic vt not. *ff. l. hoc iure & l. in illa.* Accursius.

k Temporalis stipulationis tempus expectandum, vt ex ea agi possit. Quid si ante illud tempus, cõstet rem in stipulationem deductã perfici non posse? tempus etiam expectandum.

l Vt pote promissore perpetua valetudine impedito.

S*I rem.*] CASVS. Stipulatus sum à Titio hoc modo : Promittis mihi tradere equum tuum? respondet Titius: promitto. quæritur quid mihi debeat? Et respon. quod tantùm tradere: non autem tenetur mihi proprietatem equi dare: sed sufficit quòd tradat. Fran.

s ¶ *Dari stipulatori*, *vt & supra de actio. emp. l. datio §. j. & de contrahen. empt. l. si ita §. fi.* Sed contra[m] ff. *eo. l. in conuentionalibus §. j.* Sol. vt ibi.

m Tradendi promissio, factum continet non proprietatem.

S*Cire debemus.*] CASVS. Titius interrogat Seium hoc modo: Promittis mihi xx. vel sic, promittis mihi Stichũ & Pãphilum? quæritur, nunquid sunt hic quatuor stipulationes, duæ in xx. & octo, duæ in Sticho & Pamphilo? Et respon. quòd sic:

quia tot sunt stipulationes, quot sunt summæ in stipulatum deductæ, vel corpora. Et facit quandam illationē, quòd si nunc stipulor xx. post paululū adiicio quinque: non fit nouatio, sed erūt duę stipulationes. [QVAMVIS.] Dictum est supra quod tot sunt stipulationes, quot sunt summæ, & quot sunt corpora deducta stipulatum, hoc tamē non est ita latè intelligendum, quòd si stipuler cumulum pecuniæ quæ est coram me, intelliguntur tot esse stipulationes, quot sunt denarij: nam hoc esset absurdum. [STIPVLATIONEM.] Pater tuus legauit mihi duos seruos: Stichum videlicet & Pamphilum: vel legauit mihi centum scuta ex vna parte, & centum ducatos ex alia parte, certum est quòd hic sunt plura legata, pro quibus petendis habeo act. ex testamento. Ego volens mihi prouidere, & cumulare omnia legata sub vna cautione venio ad te, & dico sic: Pater tuus legauit mihi tot summas, & tot corpora: redigamus omnia sub vna stipulatione, tu dicis: ego sum contentus, dico ego: Promittis ergo mihi quod omnia ista quæ legauit mihi pater tuus, solues in festo Pentecostes: tu respondes, promitto, est hic vna stipulatio plurium corporum, siue summarum: licet sint plura legata. Et subdit alia exēpla. nam & familiæ & seruorum est vna stipulatio. item si quis stipulatus sit quadrigas & lecticarios

Tot sunt stipulationes, quot sunt species vel summæ specialiter designatæ, sed si res vniuersaliter vel generaliter designetur, stipulatio vna erit. Bartolus.

XXIX. VLPIANVS *libro quadragesimosexto ad Sabinum.*

SCire debemus † in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summæ sunt: [a] tótque esse stipulationes, quot species [b] sunt. secundùm quod euenit vt mixta [c] vna summa vel specie quæ non fuit in præcedenti [d] stipulatione, nō fiat nouatio, sed efficit duas esse stipulationes.

¶ Quamuis † autem placuerit tot esse stipulationes, quot summæ, tótque esse stipulationes, quot res: tamen si pecuniam quis quæ in conspectu est, stipulatus sit, vel aceruum pecuniæ: non tot sint stipulationes, quot nummorum corpora: sed vna stipulatio. nam per singulos denarios singulas esse stipulationes, absurdum est. Stipulationem [e] quoque legatorum cōstat vnam esse, [f] quamuis plura corpora [g] sint, vel plura legata [h]. ¶ Sed & familiæ, vel omnium seruorum stipulatio vna est, itémque quadrigæ, [*] aut lecticariorum [i] stipulatio vna est.

Si verò quis stipuletur per coniunctionem copulatiuam, sicuti, promittis illum seruum & illum? plures sunt stipulationes. [SI A FVRE.] Quidam Brito subtraxit equum quendam qui forte erat meus. ego veniam ad eum, & interrogo ipsum, Promittis mihi dare equum quē altera die furatus es? ille dicit promitto, an valeat talis stipulatio? Resp. quòd non quia potest esse quòd equus ille est meus, stipulatio autem rei meæ non valet. Quomodo ergo stipulabor ab hoc fure? Dicendum est quòd sic debeo stipulari: O Brito Brito promittis mihi dare quod te reddere oportet condictione furtiua? ille respon. promitto hoc modo facta stipulatio valet, quòd si post hanc stipulationem factam equus iste decedat sine mora furis, certe ipse liberabitur: quia stipulatio nouauit condictionem furtiuam: & sic non tenebitur cōdictione furti propter nouationem: nec ex stipulatu actione propter interitum speciei. Fran.

† Stipulationes tot sunt quot sunt res vel summæ in obligatione deductæ, licet sit vna verbo rū conceptio, sed si nō sunt specificatæ, sed sub vniuersali vel generali nomine collectæ sunt: censetur vna stipulatio continēs plura corpora.

† Exceptiones quædam sequūtur ad regulam huius legis initio propositam, putà pecunia aceruo in cōspectu posita, si stipulatio facta sub nomine collectiuo (vt est familia) vel vniuersali (vt est omnium seruorum stipulatio, sed & si res promissa, aliter sit connexa teruitos (vt est quadriga) vel ministerio, vt in lecticariis.

[*] quatuor equorum. l. i. §. sed & si sup. eo. l. pen. sup. de condic. furt. vbi Græci hic faciunt thema tertium.

At si quis illud [k] & illud stipulatus sit: tot stipulationes sunt, quot corpora.

Quod meum est, possum stipulari mihi tradi, non mihi dari. Bar.

1 ¶ Si à fure hominem [l] sim stipulatus: [m] quæsitum est an stipulatio valeat. Mouet quæstionē, quòd stipulatus hominem plerumque meum videor. Non valet [n] autem huiusmodi stipulatio, vbi quis rem suam stipulatus [o] est. Et constat, si quidem ita stipulatus sim, [p] *quod ex causa condictionis* [q] *dare facere* [r] *oportet?* stipulationem valere. si verò hominem [s] dari stipulatus fuero: nullius momēti esse stipulationem. Quòd si postea [t] sine mora decessisse proponatur seruus, non teneri furem condictione Marcellus ait, quandiu enim viuit, condici poterit. [u] at si decessisse proponatur: in ea conditione est, vt euanescat condictio propter stipulationem. [x]

Solennitas intrinseca præsumitur. Bartolus.

XXX. IDEM *libro quadragesimo-septimo ad Sabinum.*

SCiendū est generaliter, quòd si quis se scripserit fideiussisse, videri omnia solenniter [y] acta

f ¶ *Vnam esse.* propter [a] vnam causam ex qua debentur, & propter vnam conceptionem. Accursius.

g ¶ *Corpora.* in vno legato, vt grege, & seruis omnibus.

h ¶ *Plura legata.* vt cum legauerat hoc & illud, & sic plura sunt legata: secus si homines octo aut decem: quia tunc est vnum: vt *ī. de lega. j. si ex toto. §. si quæ est contra.* ¶ Sed quid prodest si vnum vel plura? Respondetur, quia cum est vnum, [b] nō possunt pro parte accipi, & pro parte repudiari serui: *vt ibi dicitur, & facit supra de leg. j. l. legatarius. & de lega. ij. l. y. & iij. & v. & vj. & l. si quis seruum. §. j.* ¶ Item quo ad stipulationē quid prodest sit vna vel plures? Respondetur, propter redhibitionem, nam vnum propter aliud redhibetur: *vt supra de edi. edic. l. cum eiusdem.* Item oppo [c]. legauit dominus omnes seruos suos, vel peculium: ergo non Stichum, sed si petam Stichū dicam ex causa legati scilicet mihi deberi, sic tignum domus emptæ petitūr ex empto: non tamen est emptum: *argum. supra de vsuc. ap eum qui. in fin.* Accursius.

i ¶ *Lecticariorum*, licet enim multa in his corpora sint, tamen [d] plura sunt quæ vnum corpus faciunt.

k ¶ *Illud.* aliud si sub disiuncta coniunctione: vt Stichū aut Pamphilum: *vt §. quādo di. leg. eo. l. cum illud. & infra eo. l. inter stipulātem. §. y. & de leg. y. l. si illud.*

a Stipulatio plurium legatorum vna esse cens. cui nō multiplex adque vnica causa est qua debentur nomine & quod simul concepta.

b Vna, vt & individua, nō possunt pro parte accipi & pro parte repudiari.

c Cui centum debentur, nō potest petere quinquaginta simpliciter, sed debet petere quinquaginta ex centum sibi promissis, a certo.

d Finis rationum, vt quia tendunt ad vnum finem, plura vnum censentur.

l ¶ *Hominem*, quem mihi furatus est.

m ¶ *Stipulatus*, mihi dari, aliud si tradi, seu restitui: *vt j. eo. l. nemo. j. in p in.* ibi, sane si.

n ¶ *Non valet.* assumit R.

o ¶ *Stipulatus.* dari: *vt Instit. de actio. §. sic itaque. & infra. e. l. vbi. in fine.*

p ¶ *Stipulatus sim.* animo nouandi.

q ¶ *Condictionis.* furtiuæ. Acc.

r ¶ *Facere.* scilicet te. Acc.

s ¶ *Hominem.* putà Stichum subtractum: & sic non refert quid ex æquipollentibus fiat: quod no. *ī. pro socio. l. si.*

t ¶ *Quòd si postea.* quàm stipulatus sim quod ex causa condictionis te dare facere oportet.

u ¶ *Poterit.* Hoc intelligūt quidam vbi stipulatio intercessit nō animo nouandi, sed vt pluribus forte actionibus teneantur: tūc enim post stipu. si viuat, condicetur: si mortuus fuerit, minime: sed ex stipulatu agetur, si verò stipulatio nouandi animo & pure intercessit: tunc siue viuat, siue moriatur, condictio tollitur: & ex stipulatu agetur, nec distinguitur præsens absēnsve fuerit seruus: *vt supra de condic. fur. l. parus.* & dic plenè vt ibi. Vel dic hic loqui de condic. certi, quæ tollitur interitu speciei: & sic facta fuit animo nouandi stip. *& fa. j. de noua. l. si Stichum, in princip.* hæc vltima placet.

x ¶ *Stipulationem.* animo nouandi factam. R.

S[Ciendum est.] CASVS. Emit à me Titius equum, sed ego volui habere fideiussorem pro pretio. Mæuius qui stabat iuxta, & erat amicus Titij, dixit: ego ero fideiussor Titio pro isto pretio equi. Bene, dixi ego. scribe ergo quòd es fideiussor eius. qui scripsit. quęritur vtrum obligetur pro hac fideiussione? Respo. quòd sic quia pręsumitur stipulatio intercessisse ex eo quod scripsit se fideiussisse pro Titio, & omnia solenniter acta præsumuntur. Fran. Accursius.

y ¶ *Solenniter.* id [e] est, interrogationem præcessisse, & respōsionem secutam esse: *vt Instit. de fideiuss. §. fina. & de inuti. stipu. §. si scriptum*

e Solenniter hic fideiussio interrogatione præcedente & responsione sequente.

a Stipulationes tot verè sunt, quot summæ in stipulationem deductæ: vt hoc casu non vnitas conceptionis seu stipulationis cōsideretur, sed ipsarum rerū multitudo.

b Nouatio nō fit, nisi aliquid noui ad datur primæ obligationi.

a ¶ *Summæ sunt.* vna stipulationis conceptione comprehensæ, vt promittis decem & quinque. Accursius.

b ¶ *Species*, vna stipulationis conceptione comprehensæ, vt Stichum & Pamphilum. Accur.

c ¶ *Mixta*, i. adiecta. & dic primò decem: secundo decē & quinque. primo Stichum: secundo Stichum & Pamphilum. Sed quæ est hæc illatio, secundum quod euēnit &c. Respon. quia quælibet per se: ergo Pamphili per se, & Stichi per se, & sic nihil additur primæ, sed alia adiungitur: & nouatio [b] non fit, nisi aliquid noui primæ addatur, & sic remanet prima etiam iure veteri.

d ¶ *In præcedenti.* nam si fuit in præcedenti, sequens est nulla: ac si stipulatus actum, stipuletur iter: vel si stipulatus vsumfru. stipuletur vsum, vel primo quindecim, secundo quinque ex eadem causa: *vt infra eo. l. qui vsumfr. & facit infra eo. Titia. §. fin. & j. eod. pluribus. & supra de euic.* quia dicitur *& de arbi. l. quid tamen.* sed vna est stipulatio propter vnam summam. & dic vt dixi. *ī. eo. leg. quibus.* Acc.

e ¶ *Stipulationem.* qua stipulor ab herede quicquid mihi debet ex causa legati. Accursius.

ſcriptum & C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. j. ¶ Item intellige quando[a] in inſtrumẽto principalis debiti hoc ſcripſit, ſi enim in alia charta, non inuenitur cauſa: & ſic non valeret: *vt ſ. de prob. l. cum de indebito. in fi.* ¶ Item an [b] admittatur probatio in contrarium: quidam non. Tu dic quòd ſic: *vt ſ. de pac. l. iuriſgentium. §. quod fere.* Item no. quòd præſumitur[c] ſolennitas: vt hic, & dictis concor. Sed contra. *ſ. de Publi. l. quæcunque. §. fin.* ſed hic non [d] poteſt eſſe fideiuſſio, niſi interrogatio & reſponſio ſit, & ideo hic conſequuntur. Ibi autem emptio poteſt eſſe de [e] facto ſine auctoritate tutoris. Item hæc lex locum habet in his qui iure cõmuni poſſunt efficaciter obligari, ſecus [f] ergo in muliere & minore, nam non præſumo [g] vel minorem iuraſſe, [h] vel mulierem. Velleiano renũciaſſe, [i] vel illud ſciuiſſe per quod Velleianum ceſſet: quia ſic aliquid extrinſecus [k] intelligeretur: quod eſſe non debet: *vt d. l. de Publi. leg. quæcunque in fin.* Item not. argu. quòd ex [l] quo aliquid inuenitur ſcriptum: præſumitur voluiſſe ſcribens, ſic *C. de non nu. pecu. auth. contra qui propriam, & ſupra de donationibus l. ex hac.*

a Solennitas non præſumitur in charta vt in inſtrumentis ſcripta.
b Probatio admittitur aduerſus præſumptionem.
c Præſumitur ſolennitas necne.
d Fideiuſſio non poteſt eſſe ſine interrogatione & reſponſione.
e Emptio alia eſt de facto, alia de iure.
f Obligari efficaciter non poſſunt iure ciuili minor & mulier.
g Præſumere non ſolemus minorem iuraſſe vel mulierem renũciaſſe Velleiano.
h Iuramentũ interpoſitum fuiſſe nõ præſumitur.
i Renunciatio non præſumitur.
k Extrinſeca non præſumuntur.
l Præſumitur voluntas ex ſcriptura.

Glo. in principio intelligit hanc legem ſiue conditio ſit intrinſeca, putà ſi deſierit mea eſſe, ſiue extrinſeca: putà ſi nauis ex Aſia venerit, & bene dicit. Pau. de Caſt.

XXXI. POMPONIVS *libro viceſimoquarto ad Sabinum.*

SI rem meam ſub conditione ſtipuler:[a] vtilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

XXXII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI in nomine ſerui quem ſtipularemur dari, erratum fuiſſet, cum de corpore cõſtitiſſet.[b] placet ſtipulationem valere.

Quid ſi moriatur ante diem? reſpondeo, tenetur: quia dies interpellat, & conſtituit promiſſorem in mora. Pau. de Caſt.

XXXIII. POMPONIVS *libro viceſimoquinto ad Sabinum.*

SI Stichus certo die dari promiſſus, ante diem [c] moriatur: non tenetur[d] promiſſor[e].

Si res non eſt in commercio ſtipulatoris: non valet ſtipulatio, ſecus ſi non eſt in commercio promiſſoris. Bart.

S*I rem meam.*] CASVS. Rem meam ſtipulor à te ſub conditione, ſi imperator in Italiam venerit, an valeat huiuſmodi ſtipulatio? Reſp. quòd ſi tempore exiſtentis conditionis res illa mea non ſit, valet ſtipulatio: aliàs non Fran. Acc.

a ¶ *Stipuler.* ſcilicet dari, putà ſi nauis ex Aſia venerit: vel ſi mea eſſe deſierit hinc ad annum: quo caſu inſpicitur an ſit mea tẽpore exiſtentis [m] conditionis: & tunc non valet quia quod meum eſt, &c. *vt ſupra l. ſcire. §. ſi à fure.* an non: & tũc valet: *vt hic & j. eo. exiſtimo. & ſ. de contrahen. empt. l. exiſtimo. & de leg. j. cæteris.* ¶ Sic ergo inſpicitur tempus exiſtentis conditionis, licet [n] aliàs diceretur inſpici tempus præſens: *vt j. eo. ſi filiuſfa. in princ. quæ eſt contra.* Sol. illud quo ad adquiſitionem: hoc quo ad ſubſtantiam contractus, valeat, aut nõ: licet huic ſolutioni inſit *arg. contra. j. de ſtipu. ſeruo. l. vſufr.* Item an ſit rei commercium, inſpicitur præſens tempus: *vt j. inter ſtipulantem. §. ſacrã.* ¶ Item quid econtra ſi ſtipulor in caſu in quo mea futura ſit, & illam rem quæ nunc non eſt mea? Reſpon. aut ſi cum mea erit, & non valet: *vt Inſti. de inuti. ſtipu. §. verſ. vice.* Si dicam: ſi nauis ex Aſia venerit: & interim fiat mea: aut ex cauſa lucratiua. & non tenetur: *vt ſupra tit. j. l. omnes.* aut ex non lucratiua: & tunc ad æſtimationem tenetur promiſſor *vt ſ. eo. j. l. ſi u.* Sed ſi purè rem meam ſtipulor dari, non valet: licet mea deſinat eſſe: *vt infra de ſolu. l. qui decem. §. Stichum, & facit ſupra de vſufr. l. quotiens. §. ſi verò. verſ. quòd ſi Titius, & de condi. & demon. l. meæ res.*

m Conditionis exiſtentis tempus inſpiciendum, in ſtipulatione rei ſuæ. vt ſi eo tempore ſtipulãtis fuerit, nõ valeat ſtipulatio.
n Tẽpus præſens an quando & in quibus ſpectemus.

S*I in nomine*] CASVS. Habebas vnicum ſeruum qui vocabatur Stichus: ego putabam eum vocari Pamphilum, dixi tibi: promittis mihi dare ſeruum tuum Pamphilũ? dixiſti, promitto, certe talis ſtipulatio valet: licet in nomine ſit erratum: quia in corpore conſenſimus. Franc. Accur.

b ¶ *Conſtit ſſet.* aliàs[o] non valet: *vt j. eo. l. inter ſtipulantem. §. Stichum quæ eſt contra, & facit ſ. de contrah. empt. l. in venditionibus & emptionibus, & de re. diu. l. pe. & de leg. j. & l. iiij. & ſ. eo. l. ſi id quod. & j. eo. quæ extrinſecus. §. ſi. & C. de teſta. l. ſi in nomine.*

o Error in corpore vitiat ſtipulationem, at non in nomine.

S*I Stichus*] *Ante diem,* ſi non dolo & culpa eius. Ac.

d ¶ *Non tenetur,* etiam [p] niſi interpellatus iam erat: *vt j. eo. l. cum ſ. ius. §. ſi.* nã qui in ſpecie tenetur, eius interitu liberatur: *vt ſ. eo. l. ſi ex legati. & j. e. l. in qui. & j. e. ſi ſeruum Stichum ſtipulatus fuero.*

e ¶ *Promiſſor.* quia antea nulla erat petitio: ergo [q] nulla mora: *vt infra eo l. ſi pupillus.*

p Speciei interitu ante diẽ liberatur debitor etiã interpellatus erat.
q Mora nulla eſt, vbi nulla petitio eſt.

M*Vltum.*] CASVS Iſta lex ponit pulchram differentiam inter ſtipulationẽ factam de re cuius commerciũ quis nõ habet & promiſſionem rei etiam cuius commercium quis non habet. Nam ſi quis ſtipuletur rem cuius commercium non habet, eſt tãtum inutilis ſtipulatio: & nullum præſtat intereſſe, ſi verò quis promittat rem cuius commercium non habet, nocet ſibi: quia tenebitur ſtipulatori ad intereſſe, Franc.

XXXIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.*

MVltum† intereſt vtrum ego ſtipuler rem cuius commercium habere non poſſum [f]: an quis promittat [g]. Si ſtipuler rem cuius commercium non habeo [h]: inutilem eſſe ſtipulationem placet[i]. ſi quis promittat cuius non commercium habet [k]: ipſi nocere [l], non mihi.

Si ſtipulatio continet impoſſibilitatem de iure, vel natura: non valet. Bartolus.

XXXV. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

SI ſtipulor vt id fiat quod natura fieri non concedit[m]: non magis obligatio conſiſtit, quàm cum ſtipulor vt detur quod dari non poteſt[n]: niſi per quem [o] ſtetit quo minus [p] facere id poſſit.

I. ¶ Itẽ quod leges fieri prohibẽt, ſi perpetuá †cauſam[q] ſeruatur[r] eſt, ceſſat obligatio: veluti ſi ſororem [r] nupturam ſibi aliquis ſtipuletur, quanquã etiam ſi non ſit perpetua cauſa, vt recidit [ſ] in

f ¶ *Non poſſum.* tamen in communi haberi poteſt. Azo.

g ¶ *Promittat,* rem. ſ. cuius commerciũ non habet. ¶ Et dic quòd licet lex iſta ita generaliter diſtinguat, tamen ſubdiſtingui poteſt: quia[a] ſi rei non eſt commercium generaliter, [b] quia ſacra ſit: non [c] valet: *vt infra inter ſtipulantem. §. ſacram, & de lega. j. l. apud Iulianum. §. ſi. & de leg. iij. l. mortuo boue. & de lega. iij. leg. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo alieno.* Si autem in communi eſt, ſed in promittente non eſt: tenetur indiſtinctè quacunque ex cauſa impediatur habere rei commercium: *vt ſ. de lega. iij. mortuo boue. §. Labeo.* In [d] ſtipulatore ſubdiſtingue, an propter vitium perſonæ: & debetur ei æſtimatio: *vt de lega. j. filiuſf. milias. §. ſi quid alicui.* Aut propter ſectæ diuerſitatem, vt in Iudæo & mancipio Chriſtiano: *vt C. ne Iudæ. manci. Chriſti. l. j.* Vel propter delictum, vt in heretico: & tunc nihil debetur: *vt hic, & de le. iij. l. mortuo. §. Labeo. & facit ſ. quæ res pig. ob. poſ. l. j. §. fin.*

† Incapacitas vitiat an & quando in ſtipulatore, & in promiſſore.
a Donans rem cuius cõmercium ob publicam vtilitatem prohibetur, non tenetur rem ipſam præſtare, neque eius æſtimationẽ: ſi ob priuatã vtilitatẽ promittentis prohibetur ignorantĩ facta valet non ſciẽti.
b Commerciũ rei prohibetur, vel generaliter (vt ſi res ſacra) vel ſpeciali.
c Promittens rem cuius nõ habet cõmerciũ an & quãdo teneatur vel nõ teneatur.
d Stipulans rem cuius nõ habet commercium, an quãdo & quo effectu ſtipuletur.
† Perpetuum impedimentũ regulariter grauius temporali.

h ¶ *Non habeo.* propter delictum proprium, vel ſectæ diuerſitatem, prout dixi. Accur.

i ¶ *Placet.* aliter[e] in legato. tunc enim quamuis habere rem non poſſit: ſi tamen haberi poteſt, æſtimatio debetur ſi teſtator ſciens legauit: vt dicitur de militia ſeruo legata: *vt ſ. de lega. j. l. filiuſfamilias. §. ſi quid alicui. & de. le. iij. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo.* ſecundum Ir. Vel vt ibi dixi, erat perſonæ vitium: hic delictum, vel diuerſitas ſectæ: vt modo not.

k ¶ *Non habet.* cum habeam ego, veluti ſi Iudæis ſeruum Chriſtianum promittat, cuius commercium non habet. Accur.

l ¶ *Nocere,* nam intereſſe præſtabit. difficultas[f] enim, &c. *vt ſ. eo. l. ſtipulationem. j. §. ex quo. in ſi.*

e Legatum rei factum ei qui rei commercium non habet etſi rem ipſam nõ percipiat, æſtimationis tamen petitionem non amittit, ſi modo teſtator id ſciens legauit. vt hic
f Difficultas præſtationis non facit inutilem ſtipulationem.

S*I ſtipulor.*] CASVS. Idẽ eſt ſtipulari vel promittere facere quod non poteſt fieri, & promittere dare quod non poteſt dari. [ITEM QVOD LEGES.] Stipulor à te aliquid quod eſt contra legem, dicendum eſt quòd ſtipulatio non valet, cum eſt ibi perpetua cauſa prohibitionis. Et licet iſta cauſa prohibitionis ceſſet tamen ſi ſit poſtea contra bonos mores, non tenet ſtipulatio. Exemplum eſt: Si ſtipulor ſororem meam mihi nupturam (duplex eſt enim ſoror[b] naturalis, & adoptiua) quanquam iſta ſtipulatio ceſſaret in ſorore naturali: tamen adhuc remaneret in ſorore adoptiua, propter bonos mores, qui prohibent matrimoniũ contrahi cum ſorore adoptiua etiam mancipata.] SI IN LOCANDO. Planus eſt. Franc. Accur.

m ¶ *Non concedit,* vt Hippocentaurum, vel vt cœlum digito tãgas. Accur.

n ¶ *Dari non poteſt.* vt[g] Stichus. qui mortuus eſt: *vt j. eo. l. inter. §. pe. & facit ad hoc Inſtit. de inuti. ſtip. in princ.* Acc.

o ¶ *Per Quem,* ſcilicet promiſſorem.

p ¶ *Quo minus,* veluti ſi in mora fuit promiſſor, & interim Stichus deceſſerit: *vt dicto. §. penul.*

q ¶ *Cauſam.* prohibitionis, aliàs eſt in textu.

r ¶ *Si ſororem.* Sed [h] an valet in [i] alia quæ non ſit ſoror? Reſpon. non: *vt j. eo. l. Titia.* licet ſit arg. *contra. ſ. de ſpon. l. ij.* Quare ergo, hic dicit de his quæ perpetuo prohibentur? Reſp. ideo, quia in his ipſo iure non tenet ſtipulatio: licet[k] in aliis teneat, ſed obſtat exceptio. *& facit C. de legi. & con. l. non dubium.*

ſ ¶ *Recidit,* id eſt accidit.

g Impoſſibilis præſtatio vitiat ſtipulationem.
h Stipulari nuptias à ſorore frater nõ poteſt. Nec enim conſiſtunt vllo tẽpore inter fratrem & ſororem etiã adoptiuã nuptiæ, hoc eſt perpetua eſt cauſa prohibitionis nuptiarum inter fratrem & ſororem.
i vide Gl. l. Titia, 134. inf. eo.
k Prohibitio licet perpetuã cauſam non habet, ſtipulatio contra quæ eſt inhoneſta, non valet.

a ¶ *Adoptiua.* quàm , possum accipere finita adoptione: *vt Insti. de nup. §. secundo.* sed in[b] naturali bene est perpetua [c] causa prohibitionis.

b ¶ *Non responderit*, incontinenti, vel quantum ad verba non est responsum.

c ¶ *Consentitur*, cum interrogato ab interrogante ex interuallo etiam.

d ¶ *Responsum est*, ex interuallo.

e ¶ *Confirmantur: vt & supra. eit. j. l. in quibuscunque. & facit supra de contrahen. emp. l. in venditionibus.*

a Vxore fratri adoptiuo esse potest finita adoptione.
b Nepote nõ considerantur fratrem & sororem naturales.
c Prohibitionis maior causa est in naturali quã ciuili cognatione.

sorore adoptiua,[a] idem dicendú sit: quia statim contra mores sit.

Contractus qui celebratur consensu, valet etiam adhibita solennitate verborum. B.

2. ¶ Si in loquendo, conducẽdo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non responderit:[b] si tamen consentitur [c] in id quod responsum est, [d] valet quod actum est: quia hi contractus non tam verbis quam consensu confirmantur[e].

Contra stipulationem in qua sit dolus adhibitus, vel quia in se dolum habet, doli exceptio obiicitur. Bart.

XXXVI. VLPIANVS *libro quadragesimoquinto ad Sabinum.*

SI quis cum aliter eũ cõuenisset obligari,[f] aliter per machinationẽ[g] obligatus est: erit quidem subtilitati iuris obstrictus[h]: sed doli † exceptione vti potest, quia enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio. Idem est & si nullius dolus intercessit[i] stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet[k]. Cum enim quis petat ex ea stipulatione[l], hoc ipse dolo facit, quòd petit.

SI quis.] CASVS. Promisi tibi fundum meum deducto vsufr. postea per dolum suasisti mihi ꝙ promitterem tibi cum vsuf. certe non valet promissio, siue stipulatio. Sed quid? emi à te equum minus iusto pretio: scilicet pro octo scutis, qui valebat xx. hoc tamen nõ feci dolo postea stipulor à te equũ prędictum mihi tradi. an possim agere ex illa stipulatione? certe nõ: quia dolo facit qui vult petere ex stipulatione quę continet iniquitatem. Fr. Accur.

¶ Probari dolum ex hoc loco colligit Zasius.

f ¶ *Obligari.* veluti promitti fundum sine vsufr. vel excipiendo iter & actum.

g ¶ *Per machinationem* id[d] est dolũ, veluti fundum cũ vsufru. vel nõ excipiendo iter. 2. Sed H. dicit vt cum proposueram obligari, dolo inductus sum, quod non placet: quia nõ in qualitate sed in substantia deciperet. 3. Alij etiã intelligunt hanc l. quando super contractu in bonæ fidei interuenit stipulatio: nõ in stricti iuris: *vt C. de inuti. stipu. l. dolo.*

d Machinatio pro dolo.

h ¶ *Obstrictus*, de rigore.

i ¶ *Intercessit.* in contrahenda stipulatione.

k ¶ *Dolum habet.* qui[e] propie[f] nõ potest dici dolus:[g] sed ipsa res iniqua est: vt si sine causa promiserit totum, vel pro parte stipulatus sum rem quàm minus emi dimidia iusti pretij. 2. Vel da exemplum de dolo superueniente: *vt supra de except. do. l. apud Celsum. §. Labeo. & l. ij. § item quæritur.*

e Dolus rei inesse dicitur quoties res ipsa iniqua est, tametsi dolus in eo qui fecit nullus fuerit.
f Dolus improprie quid.
g Præsumitur interdum dolus.

l ¶ *Ex ea stipulatione*, quæ re ipsa iniquitatem continet.

SI certos.] CASVS. Habebam in arca mea. c. scuta vetera in vna bursa, quæ mihi donata fuerunt à patre meo tali tempore. tu stipulatus es à me ista c. scuta. postmodum fur quidam subtraxit mihi ista c. scuta. an tibi tenear illa soluere, vel alia.? Resp. quòd nec illa, nec alia tibi debeo, ex quo perdita sunt illa. Franc. Acc.

m ¶ *Si certos nummos*, qui[h] habentur, quasi quędam species: nõ vt quantitas: *vt supra de leg. j. plane. j. § si eidem. versi. sed hoc ita. & l. sed & si ce tos. & l. si seruus legatus ij. §. qui quinque, & ad l. Falcid. in ratione ij. §. diligenter.*

h Nummi interdum dantur vt species interdum vt quantitas.

n ¶ *Nobis.* mutat numerum.

o ¶ *Debetur.* quia magis certam speciem quàm genus stipulari videor: & ideo nil mirum si interitu speciei liberatur. Accur.

STipulatio ista.] CASVS. Titius promisit Seio hoc modo: Ego promitto tibi Sei quòd pacificè posſidebis fundum Cornelianũ: nec vllus homo te infestabit in hoc facto quin liceat tibi habere. Quæritur hic, de quibus videtur Titius promisisse Seio, de se & suis heredibus tantum: an etiam de extraneis? Res. quòd non videtur promisisse nisi de se & suis heredibus: quia si de extraneis promisit, non videtur stipulatio valere: quia nemo potest factum alienum promittere, & sic restringit iurisconsultus illam partem stipulationis tãtum ad personam promissoris & suorum heredum. Sed si quis velit promittere factũ alienum: debet adiicere pœnam hoc modo: Ego promitto tibi quòd licebit tibi habere hunc fundũ: nec quisquã te turbabit in possessione eius: & si quisquam te turbet, promitto tibi centum aureos, nam istã pœnam poterit stipulator exigere si contra factũ fuerit.] SED QVATENVS.] Quæritur quo modo erit satisfactũ huic stipulationi? Respondetur, quando neque ipse promissor, neque heres eius, neque heres heredis turbat possessionem ipsius stipulatoris. [SI QVIS FORTE.] Dictum est s. proxi §. per quas personas non debeat fieri cõtra stipulationem habere licere: vt ipsi stipulatori satisfactum videatur. hic §. ostendit quid fieri debeat vel nõ fieri vt satisfiat stipulationi. Et dicit quòd si quis de possessione pura, aut de vsufr. aut vsu solo eius rei de qua promisit habere licere, controuersiam faciat: licet de proprietate nihil quæratur: tamen videtur facere contra stipulationem. nam quotienscunque minuitur alicui i[a] suũ quod habet, non videtur sibi licere habere. [QVAESITVM.] Semper continuat materiam suam de stipulatione habere licere. & quæritur quam rem possit quis promittere habere licere: suã tantum, an etiã alienam? Et respon. quòd non tantum suam, sed etiã alienam. sed in aliena ita demum stipulatio habebit effectum, si peruenerit in dominiũ promissoris: quia si semper aliena remaneat, inutilis erit stipulatio. [SICVT.] Dictũ est s. in §. sed quatenus. quòd non tantum promissor ipse tenetur si fecerit contra stipulationem, sed etiam heredes eius. hic dicitur quòd sicut ipse stipulator habet act. contra promissorem & heredes eius, si veniant contra promissionem suam: ita etiam heredes stipulatoris, si ipsis habere non licuerit, poterunt agere. Sed quid? promisi tibi habere licere fundum Cornelianum. iste fundus peruenit ad aliquem alium extraneum. ille turbatur in possessione fundi illius: vtrum possit agere contra me? Respon. quòd nõ: nec refert si quis addat in hac stipulatione istud pronomen, mihi, vel non addat: quia semper intelligitur mihi promissum, vel heredibus meis, & nulli alteri extraneo. [HI QVI.] Titius habuit Stichum seruum: qui seruus stipulat[us] est à me hoc modo: promittis mihi quòd licebit domino meo habere hunc fundum? dico, promitto. certè valet stipulatio: sicut si aliquam aliam rem stipulatus esset Stichus domino suo. Quid autem si sic dicat seruus: promittis mihi ꝙ licebit mihi habere fundum hunc? an valeat talis stipulatio? Et arguit primò iuriscon. quòd non: quia in hac stipulatione habere licere, ius versatur, quod seruo competere non potest: quia nil iuris potest habere in hoc fũdo: licèt de facto possit auferri ab eo: & ipse ab aliis auferre: nec obstat quòd seruus potest stipulari sibi ire agere licere: quia in hac stipulatione factum versatur. Tandẽ finaliter concludit iuriscon. quòd seruus & filiusfa. possunt sibi stipulari habere licere: quia intelligenda est hæc stipulatio in seruo & filiofami. de possessione naturali non auferenda, & sic sibi licere habere saltem naturaliter: cum seruus naturaliter possidere possit. [HAEC QVOQVE.] Planus est. Si seruus stipuletur quòd sibi liceat possidere: vtilis est stipulatio. quamuis enim de iure ciuili seruus nihil possidere possit: tamẽ naturaliter detinere potest. [HABERE.] Quia multotiens fecit mentionem de hoc verbo habere: exponit nũc quid significet, habere. & dicit quòd nõ tantum habere dicitur rem ille qui est dominus rei: sed plerũq; etiam ille habere dicitur qui non est dominus rei: sicut si quis rẽ depositam tenet, dicitur eã habere apud se. hoc dicit vnico contextu vsque ad §. si quis it. Fr. Accursius.

Nota quòd quando quantitas vt species debetur, perit periculo stipulatoris. Bar.

XXXVII. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

SI certos nummos[m] putà qui in arca sint, stipulatus sim: & hi sine culpa promissoris perierint: nihil nobis[n] debetur[o].

Stipulatio habere licere, simpliciter interposita, omnes continet inspecto rigore verborum: sed ex iuris interpretatione ex facto promissori & successoris ipsius tantum committitur. idem si de se tantum promisit. sed non pro facto extranei, etiam si expresse sit dictum: nisi pœna sit apposita. Bartolus.

XXXVIII. VLPIANVS *libro quadragesimonono ad Sabinum.*

STipulatio ista, *habere licere spõdes?* hoc continet, vt liceat habere[p], nec per quenquam[q] omnino fieri quo minus nobis liceat habere, quæ res facit, vt videatur reus promisisse, per omnes futurum[r], vt tibi habere liceat. videtur[s] igitur alienũ factũ promisisse, nemo autẽ alienum

a Habere licere stipulatio, non continet etiam per extraneum, & per nomen habere licere vt hic Glossa in f.
b Præsumptioni firmiori semper standum est.
c Verba talia dici possunt & aliter intelligi, tamen aliud agi.

p ¶ *Liceat habere*, hoc sine dubio.

q ¶ *Nec per quenquam.* etiam per extraneum. 2 Vel hic inquirendo, non definiendo. 3 Vel verè omnium factum continet: sed in se & heredibus tenet, in extraneis non. 4 Vel dic hoc secundum quosdam: quod reprobatur statim. Azo.

r ¶ *Futurum.* i. neminem facturum quo minus habere liceat.

s ¶ *Videtur.* i. præsumitur prima[b] facie. Potest[c] etenim aliter dici, & aliter

& aliter agi inter partes:vt promittat sic se facturum, vt etiam alios liceat habere,id est quòd alius non mouebit controuersiã: quod tenere puto: arg. j. eod. quotiens qui. ij. ergo in hac significatione quando promitto me curaturum,possum promittere rem alienam habere licere:non in prima, quando simpliciter:vt infra eadem l. §. quæsitum.

¶ Item quod hic dicit: habere licere, idem videtur & de eo qui promittit dolũ malũ abesse, vel abfuturũ esse. Sed videtur interpretari lex omnes istos suum factum promittere: vt infra eod. l. inter stipulantem, in princip. secundum M. quæ est contra. Sol. vt ibi.

factum promittẽdo obligatur[a]. & ita vtimur[b]: sed se[c] obligat,ne ipse faciat quo minus habere liceat. obligatur etiam ne heres suus faciat,vel quis cæterorum[d] successorum efficiat[e] ne habere liceat. 1. ¶ Sed si quis promittat per alium[f] non fieri, præter heredem[g] suum dicendum est inutiliter eum promittere[h] factum alienum[i].

2. ¶ At si quis velit factũ alienũ promittere: pœnam, vel quanti res ea[k] sit,potest promittere. Sed quatenus habere licere videbitur? Si nemo[l] controuersiam faciat,hoc est,neque ipse reus,neque heredes eius, heredúmue successores[m].

Hæc stipulatio continet non fieri quo minus liceat habere actionem dominij, vel alterius iuris habiti vel habendi. Bart.

3. ¶ Si quis[n] fortè non de proprietate,sed de possessione[o] nuda controuersiã[p] fecerit, vel de vsufructu† vel de vsu, vel de quo alio iure eius quod distractum est[q]: palam est committi stipulationem. Habere enim non licet ei cui aliquid minuitur ex iure quod habuit[r].

4. ¶ Quæsitum est, vtrum propriam demum rem, an & alienam promittere possit habere licere. Et magis est vt & aliena promitti possit,quæ† res[s] ita effectum habebit, si propria esse promissoris cœperit.[t] Quare[u] si perseuerauerit aliena, dicendum erit stipulationem non committi,nisi pœna adiecta sit[x]: cùm neque per eum, neque per successorem eius quicquam factum sit[y].

Hæc stipulatio committitur contra promissorem & eius successores, & stipulatori & eius successoribus. Bartolus.

5. Si autem ex parte[z] rei successores eius cum ipso tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio ipsi stipulatori, cæterisque quicunque ei succedũt[a], scilicet si rem ipsi habere non licuerit. cæterũ

a ¶ *Obligatur*. vt infra eodem l. Bal. sit. de iun. stipul. §. si quis aliam. & infra de fideiuss. l. sicut reus.

b ¶ *Vtimur*. vt factum alienum promittendo nõ obligetur quis. M. ideoque dicendum vt de facto alieno non videatur promissum. ADDITIO. Dic hoc verum, nisi in promissione appositũ fuerit iuramentum: quia tunc propter iuramentum valet,secundùm Ia.

c ¶ *Sed se*. aliàs sed si se. & tunc est plana.

d ¶ *Cæterorum*, vt iure honorario, vel fideicommissario.

e ¶ *Efficiat*. Vel alterquem prohibere possit:vt supra de dam. infec. l. fluminum. §. quamquam. & supra loca. l. fundus. & sic potest intelligi infra eo. l. inter stipulantem. §. j. Vel aliter vt ibi.

f ¶ *Per alium*.extraneum.

g ¶ *Heredem*. hæc sunt verba hominis promittentis, præter heredem,&c.

h ¶ *Promittere*. nisi in casu:vt supra de act. emp. l. emptorem. §. fina. quæ est contra.& dic plene vt ibi. M. ADDITIO. Dic quòd ibi promissor tenetur de facto tertij & vincentis ex natura præcedentis contractus, hic nullus præcessit contractus de quo teneatur de euictione,secundùm Bart. & Imo.

i ¶ *Alienum*, aliàs si simpliciter dixisset,& non dixisset præter heredem suum:factum promittere videtur:vt modo dixi. M.

k ¶ *Res ea*. In pœnali enim stipulatione non[1] inspicitur interesse quando non interest stipulantis:vt j. ea. l. §. alteri. Sed opponitur,cum loco mei interesse hæc stipulatio pœnalis ponitur: hoc casu duplum quantitatis in priore stipulatione tacite cóprehensæ non egreditur, secundum quosdam:& ideo inspiciendum est quæ sit quantitas conditionalis stipulationis,id est pœnalis, vt non excedat duplum,secundum[g] eos,sic inspicitur quæ sit conditio turpis vel honesta,vel præcedentis stipulationis vel sequẽtis:vt in d. §. alteri, pœnalis enim stipulatio præcedentẽ stipulationem vtilem facit:non vt inde nascatur actio,sed metu pœnæ cogitur: sicut sententiæ arbitri qui sine sacramento cognoscit, vel à iudice nondatur, non cogitur aliquis acquiescere per actionem quę inde nascatur:quia nulla nascitur:sed per pœnam com promissi &c.

l ¶ *Si nemo*,respondet,eatenus si &c.

m ¶ *Successores*, Sed nonne qui controuersiam mouet, exceptione pacti remoueri potest? vtique:non ergo de iure litigat.eadem ergo ratione potest committi in aliena re:quia etiã non iure potest facere quis controuersiam. Sed contra dicitur. j. e. l. §. r. & §. quæsitum. Respon. licet per exceptionem repellatur, de iure tamen litigat proponendo ius quod habet in rei vindi. quod in re aliena diuersum est,nec[h] enim per pactum desiit esse dominus: vt C. de transac. l. fiue apud. ¶ Item videtur[i] hæc stipulatio idem continere quod transactio. Sed certe secus est hic:quia transactio etiam super re aliena fieri potest,quæ etiam semper perseueret aliena:hæc non. Item illa super re dubia tantũ per litem.i.propter litẽ,hæc ex omni causa: quæ etiam ex liberalitate mea interponi potest.& est ei⁹ promissionis sensus,vt ratione iuris præsentis vel futuri non agam:& si aliquod istorum defuerit,non cõmittitur. Nec est contra in eo quod dicit de pœna: vt infra eo. §. quæsitum. vt ibi not.& Ideo nec in re aliena nec in seruo stipulante vel promittente committi potest: vt infra eod. §. quæsitum & §. ubi qui. verbi. sed si seruus. ¶ Sed vbi[a] rem alienam mihi habere licere promittis.& eam iniuste aduocas &obtines an post sententiã contendere potes rem alienam.& iniuste latã sententiã,nec tenearis ex stipulatione,ar. ☞ non s. de leg. j. l. si seruus plurium. §. j. Illud certum est, quòd lite contestata non cõmittitur:quia nõdum declaratum est rem esse tuã:nisi ad expẽsas forte, quas potes petere etiam constante iudicio:vt na. j. proxi. §.

¶ Item si rem meã promisi habere licere, & euincam:nonne repellam agentem ad interesse.quia nõ excipit? Respon. non: vt s. de euic. l. vind. contem. Item nec potero dicere per iniuriam pro me iudicatum: vt supra de lege j. l. si seruus plurium. §. j.

¶ Item cùm hęc stipulatio ius contineat: vt s. e. §. j. quomodo pro re mea quã promisi habere licere,committitur,cum[b] de iure euincere non possum? Resp. licet contineat ius,tamen propter factum committitur: vt infra ead. l. dicitur. Sic committitur stipulatio etsi non de iure agat quis: vt infra rem ra. ha. l. si fine. §. cum aut. m. Vel dic quòd hic de iure egit,quia dominium non amisit per talem promissionem, vt modo diximus.

n *Si quis*,qui mihi promiserat habere licere.

o ¶ *De possessione*, per aliquod putà interdictum.

p ¶ *Controuersiam*. & cum[c] effectu,vt etiam vicerit[c]. aliàs, id est si constaret adhuc iudicium, forte tantum nomine sumptuum cõmitteretur. si hæc stipulatio. vt j. rem ra. ha. l. emptum. Vel verius distingue vt diximus in contrario. s. de euic. habere licere.

q ¶ *Distractum est*, per promissorem in stipulationem per hanc stipula. habere licere.

q ¶ *Distractum est*. his ergo casibus & pro aliena re committitur. Sed dic imò est suum ius: vt & j. de ha. l. iter in seruitutem. & j. de solu. l. etiam & j. de verb. sig. l. habere.

r ¶ *Quod habuit*. aliud in stipulatione dupli: illa enim non committitur seruitute reali euicta: vt s. de euic. l. quod ad seruitutes.

s ¶ *Quæ res*, id est stipulatio.

t ¶ *Cœperit*. alioquin nec ipse promissor, nec successor eius controuersiam mouere potest. Azo. vnde stipulatio non valet. M.

u ¶ *Quare*. quod hic dicitur quare si perseuerauerit aliena &c. videtur contrarium. s. proxi. §. sed ibi erat promittentis ius, quod euincit:vt ibi dixi:hic autẽ prorsus aliena. Itẽ contra. j. eo. inter stipulatẽ. Nam[f] qui promittit habere licere, non promittit simplex abnutiuum: sed curaturum se ne alius faciat: vt ibi. nam in aliena re culpa potest admitti: vt s. de leg. j. cum res §. sed si alienus. Sol. solue vt ibi in l. inter stipulantem. Item contra s. de act. emp. l. ex empto, §. qui autem, aliàs est ille §. in l. empto em. Sed aliter sonant ista verba in venditione: aliter in stipulatione, nam re euicta tenetur ex empto ad pretium: vt ibi dicit:& plene ibi dixi. hic est secus.

x ¶ *Adiecta sit* ita scilicet, si per extraneos tibi habere nõ licuit: vt j. ead. l. sed si qua. & §. at si qu. s. & §. sed qu. tenus. Si verò sic promittat pœnam, si per me tibi habere non liceat, & perseuerat aliena: non committitur stipulatio pœnæ: licet lis contestetur, scilicet quia nullum ius habet. Pœnam autem accipe certam, vel incertam: vt j. iudi. sol. l. nouissima. §. j.

y ¶ *Factum sit*. suum enim factum, non alienũ promisit. M. sed ipse litem non potuit de iure mouere: & ius continet: vt j. §. j.

z ¶ *Ex parte rei*. id est promissoris.

a ¶ *Succedunt*. in vniuersum ius. nam huiusmodi stipulatio ad heredes vel ad arrogatorem tantum transit: vt s. m. in fra. l. sed & §

a Promittere quis potest se curaturum ab alio fieri: at non simpliciter promittere factum alienum.

b Promittens dolum malũ abesse vel abfuturũ, an de suo dolo promittat, an non de alieno.

c Promissio facti alieni regulariter non valet: excipe casum singularem. s. quæ in sum. §. 1. l. de constitu. pec. secundum Bal. sit. de inu. stipul. §. si quis in l. 1. C. de const. pec. & quod ad eam sequitur Glo. inf. eod.

d Id est bono rum possessorum vel fideicommissariorum. Verum Cinus hac lege reliquorum hæredum per successionem hæredes interpretatur: putà hæredes hæredis & deinceps.

e Habere certe ita qui cõtrouersiã fun di nõ mouere promisit, nisi vlus nomine controuersiã mouere non potest.

f Hoc verum quàdo pœna est in stipulationem deducta: facus si pœna promittatur pacto quantum cumque vetito cohærentia contractus: quia tunc inspicitur an interfit: vt. & casu singul. in l. seruus eo suu. expe fecidum Imola.

g Hæc opinio est vera: nec ob. d. l. a. quæ loquitur in stipulatione pœnali, quæ à dicitur certa ibi hic autem continet incertũ. secundũ Bart.

h Habere licere rẽ suam apud alium e extrenũ promittens, non transfertur dominium.

i Transigere de re aliena, & realienã habere licere promittere nõ eodem modo obligatur. Hic minus, ille plus obligatur: & quę sint differentia illo casu transactionis, & promissionis.

a Habere rẽ alienam promittens, sola eius vindicatione non cõmittit in suã promissionẽ vede pœna te neatur, sed simpliciter vt expectari debet. Itaque sic tãst commiitur cum eam per sententiã euicerit. Quid si post sententiã pœnam re eamque vere alienã, aut si iniuste ad lit.

Habere licere rem alienã quis omitte re potest: quę promissio licet pura sit, expectatur tamẽ vt res fiat promissoris.

b Habere licere promissor, committit in promissionẽ quomodocũque moueat dere controuersiam, siue de facto.

c Habere licere qui promittit, ad non controuersiam nõ mouere promittit.

d Verba cum effectu accipienda.

e Stipulatio habere licere siue interponatur super contractum priorem, siue super alio, nõ committitur nisi lata sententia secundùm las.

f Habere licere promittẽs non promittit simplex abnutiuum: sed curaturum se ne alius faciat, & ne controuersias moueant, sed eidem curaturum ne alios faciat contro uersiam.

si alij habere nõ licuit: certo certius est non committi stipulationem, & nihil intererit, vtrum ita stipuler, *habere licere*: an, *mihi habere licere*[a].

Hæc stipulatio ius continet si potest, aliàs refertur ad factum. Bartolus.

6. ¶ Hi qui sunt in aliena potestate, his[b] in quorum sunt potestate, *habere licere stipulari possunt*: ea ratione qua cætera quoque his possunt stipulari. Sed *si seruus fuerit stipulatus sibi habere*, quæsitum est an rectè stipulatus videatur. Et ait Iulianus libro quinquagensimosecundo digestorum, *si seruus stipuletur sibi habere licere, aut per se non fieri quo minus habere stipulatori liceat, promittat*: stipulatio (inquit) non committitur,[c] quamuis auferri[d] res ei & ipse auferre eandem possit[e]. Non enim factum[f], sed ius[g] in hac stipulatione[h] vertitur[i]. Cùm verò[k] stipulatur, *per promissorem non fieri quo minus sibi ire agere liceat*[l]: non ius stipulationis, inquit, sed factum versatur. Sed videtur mihi[m], licet iuris verba contineat hæc stipulatio, *habere licere*: tamen sic † esse accipiendam, vt † in seruo & in filiofamilias[n] videatur actum esse de possessione[o] retinenda[p], aut non auferenda[q], & vires habeat stipulatio.

Verbum, possidere, intelligitur ciuiliter: nisi conditio personæ faciat intelligi de naturali detentatione. Bartolus.

7. ¶ Hæc quoque[r] stipulatio[s], *possidere mihi licere spondes?* vtilis est, quam stipulationem seruus an possit vtiliter in suam personam concipere, videamus, sed quamuis ciuili iure[t] seruus non possideat, tamen † ad possessionem[u] naturalem hoc[x] referendum est: & ideo dubitari non oportet, quin & seruus rectè ita stipuletur[y].

8. ¶ Planè si *tenere*[z] *sibi licere stipulatus sit seruus*: vtilem esse stipulationem cõuenit. Licet enim possidere ciuiliter non possint[a]: tenere[b] tamen eos nemo dubitat. 9. ¶ *Habere*, dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est: & eum qui dominus quidem non est, sed tenet[c]. Denique habere rem apud nos depositam solemus dicere.

quir. §. *si operas*. Idem[a] videtur secundùm B. & M. & in successore rei cui habere licere interest stipulantis: *vt* ĩ. *de euic. l. si pro re pupilli. §. j.*

a ¶ *Licere*. non adiecto mihi, nam[b] intelligitur: sed de extranea persona non intelligitur: *vt* j. *e. l. si ita stipulatus. ij. §. Chrysogonus. in fin. & facit Instit. de stipu. seruo. §. sine autem.*

b ¶ *His*. parentibus[c] & dominis.

c ¶ *Non committitur*. de rigore: cum seruus agere vel conueniri non possit.

d ¶ *Auferri*. de facto.

e ¶ *Possit*. propter quod videbatur & aliis se obligare, & alios sibi.

f ¶ *Factum*, scilicet[d] tantum: *vt supra de adquir. poss. l. possessio quoque. §. j.*

g ¶ *Sed ius*. id[e] est effectum iuris.

h ¶ *In hac stipulatione*. habere licere.

j ¶ *Vertitur* quia seruo competere non potuit.

k ¶ *Cum vero*. interserit nouum casum.

l ¶ *Liceat*, quod potest: *vt Instit. de stipu. ser. §. sed cum factum.*

m ¶ *Mihi videtur*. prędicta emendanti.

n ¶ *Filio familias*. de quo non posuit in quęstione: quia nõ causat dubium.

o ¶ *De possessione*. id[f] est naturali detentatione. Ad quod est ar. contra *infra de soln. Stichum. §. vsumfructum. in fin. & supra de condit. & demon. leg. qui heredi. & supra de acquiren. pos. l. quod seruus & l. possessio. §. j. & ĩ. de pactis. l. & heredi. §. quod si seruus, & §. de doli. (est enim versi. dicti. §. quòd si seruus.) & j. proxi. §.* Accur.

p ¶ *Retinenda*. sibi.

q ¶ *Non auferenda*. alij R. ad quod est ĩ. *de pecul. l. nec seruus: & de pac. l. contra iuris ciuilis. §. si filius.*

r ¶ *Hæc quoque*. non solùm illa cui non adiicitur mihi R. 2. Vel dic non solùm illa habere licere.

s ¶ *Stipulatio*. inspecta ratione facti.

t *Iure ciuili*, inspecto: *vt* j. *de reg. iur. l. quod attinet.*

u ¶ *Ad possessionem*, id est vt de facto quæratur ei possessio.

x ¶ *Hoc*. id est hæc stipulatio possidere mihi licere, pluribus[g] tamen modis dicitur quis possidere de iure ciuili. Primò vt hic dicitur, quod ad personas refertur: quod in seruum non cadit vt sic possideat. 2. Secundò dicitur ciuiliter possidere, qui possidet animo solo. 3. Item tertio, qui possidet iuste: quod hic non quæritur.

y ¶ *Stipuletur*. ¶ Arg. etiam ad quæstiones de facto. Quæritur enim à rustico,[h] & dicit vidisse se hunc tenere & possidere: & nescit quid sit possessio[i], quam etiam peritissimi definire non sunt ausi, quòd debeamus intelligere de possessione quæ[k] facti est. Item debemus interpretari[l] vt res valeat: *vt supra de lega. j. leg. si quando. & infra ad munici. leg. j. in fin. & de reb. dub. l. quotiens ij. & leg. vbi.*

z ¶ *Planè si tenere*. hic tenere[m] & superius possidere tantundem important: sed hoc casu indubitanter respondetur vtilem esse stipulationem.

a ¶ *Non possint*. vt pro suo possideant.

b ¶ *Tenere*. id[n] est naturaliter possessioni incumbere. *& facit* ĩ. *proxi. §. cum suis concor.*

c ¶ *Sed tenet*. idem cum possidet: *vt* j. *de verb. signific. l. habere duobus. & l. id apud se.*

[SI QVIS ITA.] Casum in hoc §. cum seq. vsque ad finem sic pone: Stipulatus sum à te vt mihi liceat vti frui. post mortẽ meã heres meus vult vti hac stipulatione: & vult vti frui sicut ego feci: an possit? Et resp. quòd non: possum tamen bene stipulari vti frui pro me, & pro herede meo: & probat hoc argu. à simili: ibi Nam & si: quia si stipulor mihi ire agere licere: competet etiam heredi meo. [SI QVIS.] Volebam mihi cautum esse ne in certa quadam re per Titium dolus committeretur, super hoc consului iurisperitum, vt me doceret qualiter stipulari deberem, qui mihi respõdit quod si volo dolum promissoris abesse alicui rei, sufficit quòd ita stipuler: Titi promittis mihi dolũ abesse ab hac re, & ab futurum esse? ille respondet, promitto. certe hac promissione obligat se Titius, & etiam suum heredem. Dico ego. domine doctor, bene me docuistis: sed ego sum homo suspiciosus timeo submergi in terra solida. & semper vereor ne decipiar. ostẽdatis mihi quomodo tutus esse potero à dolo ipsius promissoris, heredum eius, & omniũ aliorum. Respondet iurisc. oportet quòd in stipulatione tua adiicias pœnam, hoc modo: promittis mihi quod dolus abest, abfuturusque est: & si contra factum fuerit, pœnã c. aureorum promittis? promitto, dicit ille certè hoc modo poteris tutus esse à dolo promissoris & heredum suorum, si tamen aliquis extraneus dolum committat contra te: poteris petere pœnã à promissore: & sic loco damni quod habuisti propter dolũ commissum, habebis pœnam illam, c. aureorũ. [SVA PERSONA.] Plan' est. & vide glossam. [INTER.] Sępe promittunt homines sibi inuicem sub certa die, aut sub conditione quę omnino est extitura: & aliquãdo sub die incerta, vel sub conditione qua non est certum euenire. Quæritur ergo quæ est differẽtia inter promissionem factam die certa, & factã in diem incertam. Respondet iurisc. quòd ille qui promittit in diem certam, statim potest soluere, & non videtur plus facere quàm debeat: & ideo nõ repetit, quasi nimis citò soluerit. Ille autem qui promisit in diem incertum. s. si hoc aut illud factũ fuerit: si ante soluat, non videtur fecisse quod promisit. s. tantum: imò plus: quia repetit solutum. [ALTERI.] Volo stipulari hoc modo: Mæui promittis mihi quod dabis c. Titio? an valeat talis stipulatio? Respondet quod non: quia nemo potest alteri stipulari, nisi seruus dño suo: aut filius patri suo. Quid ergo faciendũ est si volo alteri stipulari? Certe debet pœna apponi: veluti, Mæui promittis mihi quod c. dabis Titio: & si non dederis, promittis, l. nomine pœnæ? si ille dicat promitto, & nõ fecerit quod promisit: poterit pœna ab eo exigi. [IN STIPVLATIONIBVS.] Habebam duos seruos Stichos: vnus erat albus, alter niger: & vnus multo melior alio. stipulatus es à me hoc modo: promittis mihi seruũ tuum Stichũ dixi, promitto. veniente die solutionis [illegible] vis habere album, qui est melior nigro. & dico, ego non cogitaui de albo quando promittebam: sed de nigro, tu dicis, volo habere quid mihi placet. Nunc quæritur quid iuris? Resp. quod tu debes habere nigrum: quia fit interpretatio contra se s. quod senserimus de nigro: non de albo. [EVM QVI.] Stipulatus sum à Titio hoc modo: promittis mihi dare x. & Seio x. nunquid Titius debet xx. mihi s. x. & x. Seio? Respon. quòd tantùm x. debet: quia illa x. quę mihi promisit, eadem promisit & Seio. [SI STIPVLER.] Stipulatus sum à Titio hoc modo: promittis mihi soluere quod mea intererit: vel promittis me indemnem seruare? Et dicitur quòd sic. Et ponit iurisconsul. exemplum: tu & ego eramus tutores vnius pupilli, ego cessi tibi administrationẽ tutelæ: & stipulatus sum à te rem pupilli sal. fo. stipulatio ista valet. interest enim mea fieri quòd stipulatus sum: quia ego obligarer pupillo, sicut tu, si male administrares. [SI QVIS INSVLAM.] Promisisti mihi Titio insulam facere: deinde vadis ad Mæuium, & dicis ei: ego promisi Titio facere insulam: sed sum ita occupatus quòd nõ possum seruare quod promisi, vis

tu illam

a Habere rẽ licere promittens, tenetur stipulatori & eius successori etiã singulari, si stipulantis intersit rem teneri à singulari successore: & ista secunda opi. est vera, & procedit, si fiat cessio actionis: & non aliàs. Bar. Imo. & Alex.

b Habere licere qui stipulatur, sibi in dubio habere licere stipulari intelligitur: at non alij.

c Habere licere domino & parenti, seruus & filius stipulari potest.

d Habere licere promissio, factũ tantum non continet sed etiam ius.

e Ius pro effectu iuris.

f Possessio pro naturali detentatione.

¶ Verba interpretari oportet pro subiecta materia. adde quæ scripsi ad l. 94. §. 3. de solutione.

g Possidere quis ciuiliter multis modis potest.

h Testis rustici deponens de possessione, intelligitur deponere de possessione facti non iuris.

i Possessio, prout in iure sumitur, vix à peritissimis definiri potest.

k Possessio alia facti, alia iuris.

l Testium dicta non legaliter aut strictè, sed ęquius melius interpretanda. adde Zas. in l. 3. num. 10. sup. de operis nou. nunciatione.

m Tenere & possidere interdum pro eodem sumitur.

n Tenere q. d.

† Verba relata ad personã intelligenda sunt secundũ qualitatẽ personæ ad quã referũtur, de quo vide plura hic apud Iasonem.

† Possidendi verbum intelligitur ciuiliter, nisi conditio personæ aliud suadeat, hoc est vt de nuda facti detentatione intelligatur.

tu illam insulam facere? & quod iustum fuerit, dabo tibi. tu promittis mihi quod facies. certè valet stipulatio, & potero agere ad interesse contra te si non facias. Et similiter pone in quinq; exéplis sequen. [SI QVIS ERGO.] Possum stipulari quod sistas Stichum iudicio. item possum stipulari à te quòd ædifices mihi locum sacrum: quia si diceremus non posse stipulari ædificari locũ sacrum, sequeretur quòd nec agere possemus ex locato & conducto: quod esset cótra iuris dispositioné. Duæ ll. sequen. claræ sunt. Fran. Accur.

Stipulatio interposita super iure personali, ad heredem non transmittitur: nisi exprimatur. Bar.

10 ¶ Si quis ita stipulatus fuerit, *vti frui sibi licere:* ad heredẽ ista stipulatio non pertinet

11 ¶ Sed & si non † addiderit, *sibi*[a]: non puto stipulationem de vsufructu ad heredem transire †[b]. cóque iure vtimur[c].

12 ¶ Sed si quis *vti frui licere sibi heredique suo stipulatus sit:* videamus an heres ex stipulatu agere possit. Et putem posse: licet diuersi sint fructus[d]. Nã & *si ire agere stipuletur sibi heredique suo licere:* idem probauerimus[e].

Stipulatio doli simpliciter interposita etiam dolum heredis comprehendit, non extranei, nisi pœna fuerit apposita. Bar.

13 ¶ Si quis dolũ malũ promissoris, heredísque eius abesse velit[f], sufficere, *abesse, absuturumque esse*, stipulari. si verò de plurium[g] dolo cauere velit[h], necessarium esse adiici, *Cui rei dolus malus si nõ abest, non abfuerit: quanti ea res erit, tantam pecuniam[i] dari spondes?*[k]

Quæro hic quando quis stipuletur sibi & heredibus suis aliquid quod sit ad heredes transmissibile: vtrum in persona heredis erit noua actio vel stipulatio. Pau.

14 ¶ Suæ personæ[l] adiungere quis heredis[m] personam potest.

15 ¶ Sed & adoptiui patris persona coniungi poterit.

Debitum in diem certum potest solui ante diem: secus si in diem incertũ. Bartolus.

16 ¶ Inter incertam certámque[n] diem discrimen esse, ex eo quoque apparet, quòd certa die promissum, vel[o] statim dari potest[p]. totum enim[q] medium[r] tẽpus ad soluendum liberum promissori relinquitur[s]. & qui promisit[t] *si aliquid factum[u] sit: vel † cũ aliquid factum sit:* nisi cũ id factum fuerit, dederit: non videbitur fecisse quod promisit[x].

Non potest quis alteri stipulari nisi filius vel seruus. sed metu pœna stipulationis ei paretur. Bar.

17 ¶ Alteri stipulari nemo potest[y] prǽterquam si seruus domino[z], filius patri stipuletur. inuentæ sunt enim huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque sibi adquirat quod sua interest. cæterum vt alij detur, nihil interest mea[a]. Planè si velim hoc facere, pœnam stipulari cõueniet[b], vt si ita factum nõ sit vt comprehensum est, cõmittatur[c] stipulatio etiã ei cui[e] nihil interest[d]. Pœnã enim cum stipulatur quis non illud inspicitur[e], quid intersit[f]: sed quæ sit quantitas[g], quæque conditio stipulationis[h]

a ¶ *Sibi.* non refert, apponat vel non. *sic* ꝟ. §. *sicut in fin.* §. & *infra titu.* ij. *l.* j. *in princ.* Sed argu. C. *de confli. pec. auth. si quando.* ADDITIO. Dic quòd ibi impersonalitas ex parte promissoris vitiat, ex parte autem stipulatoris non: vt hic, secundùm Bar.

b ¶ *Transire.* defunctus tamen vsumfru. habebit: quia sibi stipulatus videtur: *vt infra eod. tit. l. ita stipulatus. ij. §. Chrysogonus.*

c ¶ *Vtimur.* quia personale est.

d ¶ *Fructus.* i.[a] vsusfructus. 2 Vel[b] dic vt alij dicunt: quia stipulator percipiet vt fructũ, heres verò vt causam: & sic mutat[c] nomen vsusfr. in persona heredis.

e ¶ *Probauerimus.* quo ad hoc vt heredi debeatur & heres agere possit sed in hoc differunt: quia superior non transit ad heredem, nisi sit actum. hic transit: *vt supra eo. leg.* j. *in fi.* & *supra familiæ ercis. seruo heredis.* §. *an ea.* 2 Item hic ad heredem heredis, superior non: *vt C. de vsufru. l. antiquitas.* 3 Item alius est vsusfru. in persona heredis: alius in persona stipulatoris: *vt hic & C. de vsufru. l. antiquitas. & infra quibus modis vsusfr. amitt. leg. repeti.* quod hic non est.

f ¶ *Velit.* stipulari.

g ¶ *De plurium.* scilicet extra personas heredum.

h ¶ *Velit.* à promissore.

i ¶ *Pecuniam.* s. nomine pœnæ.

k ¶ *Spondes.* quia[d] non sufficit ita stipulari omnẽ dolũ abesse cũ alienum factum promittitur: sed pœnam debet stipulari: *vt hic & facit infra eo. l. ex ea parte & ꝟ. vsusfru. quem adm. caue. l. huic stipulationi. & j. de verb. signi. l. hæc verba cut. & ꝟ. §. quæsitum.* Sed contra. j. *eo. l. inter stipulantem. in prin.* Sol. vt ibi.

l ¶ *Suæ personæ.* stipulantis dolum abesse.

m ¶ *Heredis.* futuri: nã viuens heredem non habet: *vt ꝟ. de here. insti. l.* j. Sic & patris adoptiui die futuri & sic stipulando: *vt hic:* & promittendo, *vt ꝟ. potest adiungi.* Si autem dicas præsentis patris: tunc dic quòd potest adiungi stipulando non promittendo, nisi & promittendo faceret conditionem patris meliorem: *vt C. de pac. l. filius.* Immo etiam conuentionis: id est si conueniatur pater, refert contrahat filius cum extraneo ante arrogationem: & tunc non teneatur pater. vel post: & tunc sic: *vt Insti. de adqui. per arro.* §. *fin. & supra de pecu. l. in arrogatorem.*

n ¶ *Incertámque.* non eam quæ est omnino extitura: *vt* j. *de noua l. si pupillus.* §. j. vbi dicitur pura i in diem, sed dies dicitur hic incertus propter conditionem. *arg.* ꝟ. *de legat.* j. *l. talis scrip. & de condit. & demõstra. l. dies incertus.* bene dico statim posse solui, nisi[e] gratia stipulatoris fiat dilatio. *ar. supra de leg.* ij. si ita relictum. §. Pegasus. sicut accidit in primitiis agrorum[f] quas non statim tenetur accipere sacerdos, sed nouem diebus debẽt esse apud matrem[g] quod tempus gratia sacerdotis incertum est.

o ¶ *Vel.* pro etiam.

p ¶ *Dari potest.* licèt non peti nec repeti solutum potest etiam ante diem: *vt ꝟ. de condic. indeb. l. in diem. & facit C. de fideicommis. l. post mortem. & de leg.* j. *l. filiusfamilias.* §. *apud Marcellum.* Sed ar. contra *supra de an. le. l. cum qui. & leg. liberto.* §. *Largius Euripianus, consoluit. & ad Trebel. l. sed si ante.*

q ¶ *Totum enim.* verè potestante dari: totum enim, &c.

r ¶ *Medium.* hæc ratio recipit exceptionem: *vt* j. *eo. l. liber homo.* §. *decem.*

s ¶ *Relinquitur.* infra *eodem. leg. continuus.* §. *cum ita & infra de sol. quòd in diem. & leg. qui res.* §. *mihi decem. &* j. *eod. l. cum qui Kalendis. in fi.*

t ¶ *Promisit.* Alia differentia potest assignari quæ nascitur ex ista. nam quod in[a] diẽ certum promittitur, ante solutum non potest repeti. Idem[b] in conditione quę omnino est extitura. Si autem incerta, vel talis de qua est dubium sit temporalis an perpetua: solutum ante potest repeti: *vt supra de condic. indeb. l. in diem. & l. quod si sub ea. & l. sufficit.*

u ¶ *Factum.* putà si Titius ascenderit Capitolium.

x ¶ *Quod promisit.* scilicet tantum, quia plus. ergo locus est repetitioni: *vt supra de condic. indebit. leg. sub conditione.* Vel hic quod ex alia causa videtur soluisse, & hæc non desiit: & ideò indebitum apparet: & sic repetitur: *vt supra de condic. indebi. l. qui promisit.*

y ¶ *Alteri stipulari nemo potest* vt[c] j. *de re. iu. l. quo tutela.* §. *fin. & ꝟ. titu.* j. *quæcunque gerimus. & ibi no. Glo. & Insti. de inuti. stip.* §. *alteri & C. de inuti. stip. l. vt inter.*

z ¶ *Domino.* quia[d] æstimatur eadẽ persona cũ domino: *vt ꝟ. de op. le. l. si Pamphilo.* sicut filius cum patre: *vt ꝟ. de lib. & posth. l. in suis. & Inst. de inuti. stip.* §. *quid si quis. & C. de impube. & aliis subst. l. si.*

a ¶ *Nihil interest mea.* & si quandoque intersit, tunc valet: *vt* j. *ea. l.* §. *si stipuler. &* §. *si quis insulam.*

b ¶ *Conueniet.* quando prima nulla erit: sed secunda pœnalis valebit: quia prima[e] est præter legẽ: secus[f] si contra legẽ esset: qa nec prima nec secunda tenebit: *argu.* j. *e. l. stipulatio hoc modo.* & hoc modo intelligitur. ꝟ. *ad l. Falci. quod de bonis.* §. j. nam ibi cõtra[g] legẽ est. sed & si pœna citra stipulationẽ pacto deducitur, inspicitur intersit vel non: vt contrario. ꝟ. *de ser. exp. l. seruus ea.*

c ¶ *Committatur.* scilicet pœnalis.

d ¶ *Nihil interest.* stipulantis, s. cui naturalis[h] est quæsita obligatio, vt alij detur. ¶ Sed quomodo cõmittitur pœna, cũ nulla mora, nulla petitio sit in principali? Rñ. de facto fit cõtestatio, sicut si promittas decem cum petiero: vel si nauis venerit ex Asia: & me litem contestante venit: *vt no. C. de contrahen. stip. l. nuda.* Accur.

e ¶ *Non illud inspicitur.* ad pœnam committendam.

f ¶ *Intersit.* quod alteri stipulatus est impleri. ad quod est ꝟ. *eo. l.* iij. & ꝟ. *de recep. arbi. l. cum pœna.*

g ¶ *Quantitas.* vt non modica sit, scilicet non vltra duplum[i]: *vt C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. unica.* §. *sancimus.* Alij contra[k] vt quantitas legitimarum vsurarum inspiciatur si[k] est vsurarius: *vt C. de vsur. l. cum allegat. & supra de act. emp. l. Iulianus.* §. *idem Papinianus respondisse se refert &c.* Sed prima sententia confunditur. ꝟ. *de euic. l. si dictum.* Io. Tu dic plenè vt no. *C. de sen. quæ pro eo. l. vnica.* §. *sancimus.*

h ¶ *Cõditio stipulationis.* nõ impossibilis: non turpis. & dic vt su. *sup. de vsuris.*

† Vsumfru. ctum qui stipulatur, in dubio, sibi tantũ stipulatur, nõ heredi.

† Iste text. est singu. in caso suo, secundum Pau. & Cuma.

a Fructus pro vsufructu.

b Vsumfructum heredi etiam stipulatus, vtrum hæres illo casu eũdem vsumfructum habeat quem stipulator habuit aut habere potuit: an vero stipulator vsumfructum illi habiturus est vt fructum: heres vero vt causam.

c Legendum mutatur.

d Dolum alienum absuturo, cũ pœna stipulandebemus.

e Temporis dilatio vbicunque habet & continet iãle vtilitaté creditoris: non tenetur creditor recipere debitum sibi oblatum à debitore ante illud tempus, sed nec cogitur recipere solutionem debiti sibi quàm in loco destinato solutionis.

f Legendum est agnorum vt in summ. c. massa & c. cum homines ext. de decima & 16. q. 1. reuertimini. v. huius loci explicationem apud Alciat. 4. Parergon. 16.

g Perperã hic à sciolis & indoctis erat additum id est sicãm quæ est mater grani.

s Si & cũ pertinuit. facine conditionem, adde. quodcúque. in si insi. & si Titius sup. quando decit- zat.

a Solutũ antè diem, quod in diem debebatur repeti nõ potest.

b Solutũ ante conditionem omnino extituram, nõ repetitur: ante conditionem nullo modo exituraẽ, aut certe quæ incerta est vtrũ sit extitura an non sit, repeti potest, vt hic, adde Zasium hic.

c Alteri nemo regulariter stipulari potest.

d Vna & eadẽ persona censentur in stipulando, seruus & dominus: filius & pater.

e Stipulatio facta alteri non est contra legẽ, sed præter legẽ.

f Stipulatio cõtra legem facta, nulla est.

g Imò præter legem, sed ratione publicæ vtilitatis nõ potest pœna adiici. v. Iasonem hic num. 19.

h Obligatio naturalis adquiritur ei qui stipulatur alteri, ex eo quod alteri stipulatur.

i al. quadruplum & ita legisse videtur Iaso. hic, colligens ex hac Glossa. Pœnã non posse excedere quadruplum.

k Pœna excedens legitimum modum vsurarum, cẽsetur adiecta in fraudem vsurarũ quando est adiecta ab eo qui solet fœnerari, adde Glo. i. pœnam. 44.

18 ¶ In ſtipulationibus[a] cum quæritur quid actum ſit: verba contra ſtipulatorem interpretāda ſunt[b].

19 ¶ Eum † qui dicat, *mihi decē & Titio decē*: eadē decē, nō alia decem † [d] dicere credendum eſt[e].

Qui alteri ſtipulatur, poteſt ex ea ſtipulatione agere ſi ſua intereſt. Bar.

20 ¶ Si ſtipuler alij, cum mea intereſſet: videamus an ſtipulatio cōmittetur. Et ait Marcellus ſtipulationē valere in ſpecie huiuſmodi: Is qui pupilli tutelā adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtratione cōtutori ſuo: & ſtipulatus eſt rē pupilli ſaluā fore[f]. ait Marcellus poſſe defendi, ſtipulationē valere. intereſt enim ſtipulatoris, fieri quod ſtipulatus eſt: cū obligatus futurus eſſet pupillo, ſi aliter[g] res ceſſerit. 21 ¶ Si quis inſulam faciendā promiſerit, aut cōduxerit, deinde ab aliquo inſulā ſtipulatori fieri[h] ſtipulatus ſit: aut ſi quis, cū promiſiſſet Titio fundū Mæuium[i] daturū[k], aut ſi is[l] nō dediſſet, pœnam ſe daturum, ſtipulatus[m] à Mæuio fuerit fundū Titio datū[n] iri: itē ſi quis id locauerit faciendū quod ipſe cōduxerit: cōſtat habere eum vtilem ex locato[o] actionē. 22 ¶ Si quis ergo ſtipulatus fuerit cum ſua intereſſet ei dari: in ea erit cauſa, vt valeat ſtipulatio.

23 ¶ Vnde & ſi procuratori meo dari ſtipulatus ſum, ſtipulatio vires habebit[p]: & ſi creditori meo: quia intereſt mea[q] ne vel pœna cōmittatur, vel prædia diſtrahātur quæ pignori data erant.

Sed quid ſi promiſiſti illum ſiſti, in paſſiuo? tunc eſſet aliqua dubitatio quaſi videaris promiſiſſe factum illius. Paulus.

24 ¶ Si quis ita ſtipulatus fuerit: *illum ſiſtari*[r]? nulla cauſa eſt cur non obligatio conſtet[ſ].

Opponitur huic legi de l. inter ſtipulantem in §. ſacram infra eod. Sol. ibi quando fuit ſtipulatus ædem ſacram mihi dari: quod fieri non poteſt: cum non ſit in commercio: & non poteſt nec ſufficit donatio alicuius priuati. hic verò vt ipſam ædificet & poſtquam eſt ædificata, non eſt in dominio meo. Pau. de Caſt.

25 ¶ Ædem ſacram vel locū religioſum ædificari, ſtipulari[t] poſſumus: alioquin[u] nec ex locato agere poſſumus[x].

Primum dictum huius l. procedit quando dominus ſtipulatur ſeruo aliquid quod poterit adquiri ipſi domino, putà dominium, vel aliquod factum expediendum ab aliquo in perſonam ſerui, vt rem illi tradi vel reſtitui. ſi verò factum expediendum à ſeruo, putà quòd liceat ire & agere: non valet ſtipulatio, niſi domini interſit peculiariter quòd ſeruus poterit ire, & non impediri: ſicut in patre & in filio. Pau.

XXXIX. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

DOmin[9] ſeruo ſtipulādo ſibi adquirit: ſed & pater filio, ſecūdū quod[y] leges permittunt.

XL. POMPONIVS *libro vicenſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI filius meus ſeruo meo ſtipuletur: adquiritur[z] mihi.

Qui ſtipulatur Kalendis, intelligitur de proximis: niſi aliud actū ſit. B.

XLI. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Sabinum.*

EVm q Kalēdis Ianuariis ſtipulatur: ſi adiiciat primis, vel ꝓximis, nullā habere dubitationē palā eſt. ſed & ſi dicat, ſecūdis: vel tertiis, vel quibus aliis[a]:

pra in princip. legis.

a ¶ *In ſtipulationibus.* conuentionalibus aliud[a] in prætoriis: vt j. de præto. ſtipu. l. in prætoriis.

b ¶ *Interpretanda ſunt.* vt hic. ſ. eū qui &c. & ſic ſine §. legitur. Vel dic ſtipulatus ſum à te Stichum, & tu dicis te ſenſiſſe de albo: ego me ſenſiſſe de nigro. & in vtroq; poteſt tenere ſtipulatio: *vt hoc & infra e. l. qui ex pluribus. & ꝫ de re. dub. l. cum quæritur.* Si autē conſtat te ſenſiſſe de alio, me de alio: obtinet quod legitur. j. *e. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum.* Si autē dicis te ſēſiſſe de albo, ego de nigro: & in vno tantū poteſt tenere ſtipulatio, quia alter eſt ſtipulātis: obtinet quod eſt j. *eo. quotiens in ſtipulat. ij. & in glo. vbi plenius dicetur. & facit j. e. quicquid. & j. e. l. proxi. §. & j. eo. l. qui ſic & titu. j. l. Arrianus.*

c ¶ *Titio decem.* ſecus ſi dixit dena[b]: quia tūc xx. & non eadem erūt dena.

d ¶ *Alia decem.* vt & *ſupra de leg. j. ſi quis teſtamento.*

e ¶ *Credendum eſt.* An ergo valeat in totum? Rū. non[c]: ſed in v. alia pars eſt inutilis: *vt Inſtit. de inuti. ſtipu. § quod ſi quis ſibi.* Nec placet vt dicas Titium adiectum: vt Ir. dixit: quia id eſſet ſi dixiſſē, aut[d]: ſed hic dixi, &: *vt Inſtit. de i. ſti. §. ſi quis alij in ſi. & j. eo ſi mihi & Titio.* Sed arg. contra huic §. ꝫ. de leg. ij. *Mæuius. in princ.*

f ¶ *Saluam fore.* vel ſibi vel pupillo rem pupilli ſaluam forè ſtipulatus eſt: *vt j. proxi. §. no.*

g ¶ *Si aliter.* id[e] eſt male & *facit Inſtitut. eo. §. ſed & ſi quis. & de ſa. e. ſi d ſ. tu. §. j.*

h ¶ *Fieri.* per[f] hæc verba, promittis mihi quòd dabis vel facies illi? & ſic expone ſequentia exempla. ſic ergo cōceptis verbis agam ſi mea intereſt: non autē ille aget cui ſtipulatus ſum: *vt C. de dona. l. cum res. & j. e. l. liber homo. §. ſi.* Sed ſi dixiſſem, promittis illi hæc? prorſus eſt inutilis: etiam ſi mea intereſſet, ſecundùm Azo. & H. quia nullum verbum hic ponitur per quod videatur mihi quid quæri, niſi in tutore pupilli, & in curatore furioſi, & actore vniuerſitatis: *vt ꝫ. de conſti. pecu. l. cum. § ait. & v. & vj. & vij.* In[g] caſibus tamen per procuratorem quæritur actio: quos dic *vt Inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alij.* Accurſius.

i ¶ *Mæuium.* i. quod Mæuius dabit tibi. ſed ſi habes Mæuianum dic quia promiſit quòd dabit ei fundum Mæuij. Accurſius.

k ¶ *Daturum.* Duobus modis legi poteſt: ſi habeas Mæuianum, & ſi habeas Mæuium.

l ¶ *Si is.* Mæuius, ſecundùm ſecundam literam: ſecundùm aliam, id eſt promiſſor.

m ¶ *Stipulatus.* promiſſor dictus.

n ¶ *Datu iri.* per iſta verba promittis mihi quòd dabis vel facies illi? & c. vt ꝫ. proxi. §.

o ¶ *Vtilem ex locato.* id eſt efficacem ſecundùm Io. vel directa ceſſante: quia alteri ſtipulatus eſt. & *facit ſupra loca. l. ſi tibi alienā & l. ſi cui.*

p ¶ *Vires habebit.* & agam ex huiuſmodi ſtipulatione ad intereſſe, licet dationem contineat: *vt j. eo. liber homo. §. ſi.*

q ¶ *Inter mea.* dari aliàs non: *vt & ꝫ. de pac. l. ſi unus. §. ſi cum reo. verſ. quòd ſi ſine perſona. & Iuſtitu. eo. §. alteri. vſque in finem §. & ſupra man. l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit.*

r ¶ *Siſtar.* i. ſiſti[a] iudicio faciam: & ſic tuū, non alienum factum promittis: *vt j. eo. quotiens quis. ij.*

ſ ¶ *Conſtat.* ad intereſſe: *vt d. l. quotiens.*

t ¶ *Stipulari.* intereſt enim propter[b] religionem.

u ¶ *Alioquin.* i. ſi diceres non valere ſtipulationem.

x ¶ *Poſſumus.* ſ. ſi ædificandam locaremus: quod eſſet iniquū. ſed non[c] bene argumentatur, n am res ſacra poteſt vendi: non tamen per ſtipulationem promitti: *vt Inſt. de inuti. ſtip. in prin.*

y DOminus.] *Secundum quod.* ſi ea quæ iuris ſunt, ſtipulatus fuerit. Sin autem quę facti ſunt, nō ita: *vt j. eo. l. quod dicitur. ij.* vt ſcilicet tenere ei filio liceat. Vel ita, ſi ex re patris ſtipulatio fiat, in ſolidum patri quæratur. ſi aliunde, proprietatem habebit filius: pater verò vſum fructum: *vt C. de bon. quæ libe. l. cū oportet. in prin. & Inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ei qui. & C. de contrahen. ſtipu. l. ij. & ſupra de pac. leg. & heredi. §. nos autem & inf. de ſtipu. ſeruorum. leg. ſi ex re. §. ſi ipſi. & de Solutio. Stichum. §. quæſitum.*

z SI filius.] *Adquiritur.* Idem ecōtra videtur. & *facit Inſtitu. de ſtipu. ſeruo. in princ.*

EVm qui Kalendis.] CASVS. Sunt certi dies in quolibet mēſe qui idus vocantur: alij verò kalēdæ. Ego promitto tibi quod ſoluam tibi Kalendis Ianuariis. ſunt fortè multi dies huius menſis qui continentur ſub Kalendis. de qua ergo die Kalendarum intelligitur in ſtipulatione? ſi ſit expreſſum per nos qua die ſoluatur ſtabitur illi promiſſioni, ſi non ſit expreſſum, conſiderabitur de qua die ſenſerimus. ſi autem non poſſumus veritatem facti inuenire: intellegitur promiſſio facta in primam diem Kalēdarum. Sed pone quòd hodie incipiunt Kalendæ huius menſis, & hodie mihi promittis dare Kalen. quæritur de quibus intelligitur? Reſpon. quòd de ſequentibus intellegitur facta promiſſio. [QVOTIENS AVTEM.] Titius ſtipulatus eſt à Mæuio, Mæui promittis mihi dare centū ex cauſa tali? Reſpondet Mæuius, promitto. quæro quando debeantur iſta centum? Et reſpond. quòd præſenti die factæ ſtipulationis. Sed ponamus ſic: dicit idem Titius cū eſſet Lugd. cum Mæuio, Mæui promittis mihi dare centum ſcuta Pariſiis pro tali cauſa? Reſpondet Mæuius, promitto. certè hic non debetur die præſenti: quia expectandum eſt quòd Mæuius poſſit venire Pariſios. & poſtea facit vnam illationem quæ clara eſt, ibi, quo, &c. Idem, &c. ſicut ꝫ. dixit obſeruandum eſſe in Kalendis, ita etiam in nonis & idibus ſeruabitur. Fran. Accur.

a ¶ *Aliis.* ſcilicet Kalendis. Accur.

a Interpretatio fit contra ſtipulatorem in ſtipulationibus conuētionalibus, at non in prætoriis.

† Decem duobus promiſſa non multiplicātur. hoc eſt decē promittens, non cēſetur dena promittere.

† i. non dena. Lab. infra eum l. 79 ſup. de le gat. Ant. Aug lib. 2. c. 9. & ſi. j. e. l.

b Decem & dena ſtipulati differunt.

c Stipulatus ſibi decem & Titio decem, nihil Titio, ſibi non decē ſed quinque tantum ſtipulatur: vt hoc caſu perſona Titij pro non adiecta habeatur cum alteri vtiliter nemo iure ſtipulari potuit.

d Aut & & differentia.

*Quidam imperitus addidit lineam quam titulum vocamus, in archety Aug. lib. 1. c. 6.

e Aliter cedere pro male cedere.

f Stipulari alteri poſſumus his verbis, Promittis mihi te daturū vel facturum Titio: nō poſſumus ita, Promittis Titio, te iſta facturum. Inter hos modos ſtipulandi eſt differentia. Poſteriore caſu obligationis & eius exſecutionis verba in perſonam tertiam cōferuntur, Priore, obligatio in perſonam ſtipulātis, executio in tertium confertur. Tres alios modos alteri ſtipulandi vide hic apud Bartolum.

g Per procuratorem certis caſibus nobis adquiritur actio ſine ceſſione.

a Stipulatio alterius ſiſtendi iudicio valet.

b Religionis fauore valet ſtipulatio quę alias non valeret.

c Argumentū à ſtipulatione ad alios contractus non ſubſiſtere, laſ. hac Glo. dicit exiſtimat. falſò. Hoc enim potius dicitur Argumentum à cōtractibus bonæ fidei, ad ſtipulationē quæ eſt ſtricti iuris, non valere, vt hic Accurſius notat aduerſus inconſultum. Interim tamē notat valere argumentum à ſtipulatione ad bonę fidei contractū, ſi agatur de faciendo, non denō faciendo.

Rēſque.

a ¶ *Easque*.scilicet Kalendas.

b ¶ *Kalendas*.nisi natura aliud inducat, vt patruum Arethusæ in Kalendis Ianua.nam de his quæ post partū sunt,intelligitur: *vt j.eodem.interdu.in prin.* Sed cōtra ad id quod dicit de primis. supra *eod.stipulatio ista.§.alteri.versic. in stipulationibus. & supra de pac.l.veteribus.* Respō. nisi de primis intelligeretur,nec de secundis eadē ratione, nec de tertiis:& sic de singulis. vt ergo valeat, dicitur vt de primis videatur actum.*argu.infra de verbo. sign.l. bones.§.j.* Itē quid si in diebus vel post dies promisit, non adiecto alio:intra biduum tenetur:*vt j. de verb. sig. l.inter illam.§.fin.* Accursius.

c ¶ *Sequentibus*. quia quod est minimum,sequendum est. Accursius.

d ¶ *Non ponitur.præsenti*.Contra *supra de consti.pecu.l.promissor.§. j.Sol.vt ibi.& facit infra de solu.l. quod dicimus. & de regulis. iuris.l. in omnibus, obligationibus. j.* Accursius.

e ¶ *Locus*. vel res adiecta,vel alia causa: *vt j.eo.continuus.§. ite qui insulam.& leg. interdum.in princ.*

f ¶ *Debeatur*. cum effectu:vt possit peti. nam præsens est obligatio:sed differtur exactio: *vt Instit.eo.§.omnis. versic. id autem. & infra.eo.l.cētesimis.in princip.* quæ sunt contra.*& facit j. de verborum signif. leg. inter illam.& l.cedere. & supra eo.stipulatio ista. §. inter. & infra eo. continuus.§.cum ita.& §.ite qui insulam. & leg.liber homo.§.decē.* Accursius.

...eque dirimit quæstionem.si autem non addat quibus Ianuariis, facti quæstionem inducere, quid fortè senserit: hoc est quid inter eos acti sit. vtiq. enim hoc sequimur,quod actum est, easque adsumemus. si autem non appareat, dicendum est, quod Sabinus, primas Kalendas Ianuarias spectandas. Planè si ipsa die Kalēdarum quis stipulationē interponat, quid sequemur? Et puto actum videri de sequētibus Kalendis.

Si dies nō additur:præsenti die debetur.Bar.

1 ¶Quotiens autem in obligationibus dies non ponitur, præsenti die pecunia debetur: nisi si locus adiectus spatium temporis inducat, quo illò possit perueniri. verum dies adiectus efficit,ne præsenti die pecunia debeatur. ex quo apparet diei adiectionem pro reo esse, non pro stipulatore.

1 ¶ Idem in idibus etiam & nonis probandum est, & generaliter in omnibus diebus.

Quando vna præstatio est facienda petitur in fine temporis. Bar.

XLII. POMPONIVS *libro vicensimo-septimo ad Sabinum.*

QVi hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus sit: nisi omnibus partibus præteritis anni vel mensis † non rectè petet.

Arbitratore non arbitrante non

g ¶ *Non pro stipulatore*. vt infra de reg. iur. *cum tempus*.quandoq; pro stipulatore:*vt arg.§.de leg.ij.si ita ij.§.Pegasus.& de an.leg. l.Lu aliàs incipit.Lucilentus.*

h ¶ *In idibus*.vt de primis intelligatur si aliud non apparet: vt dixit de Kalendis.

QVi hoc anno.[CASVS.Promisi tibi dare c.aureos anno præsenti.tu non potes me conuenire nisi in fine anni.Fran.

i ¶ *Qui hoc anno*.Not.tres casus:quia aut stipulor hodie dari:& statim petam:*vt j.eodem.liber homo.§.decem.* Aut in anno:& tunc quod hic. Aut annuum:& tunc in initio:*vt j.de an.lega.l. in singulos.& C.quando dies leg.ce.l.j.* Vel dic vt ibi.*& facit supra tit.j.leg. quisquis.& Inst.de inu.stipu.§.pe.*

k ¶ *Non rectè petet*. Obstat enim exceptio: sed competit actio: *vt diximus supra l.proxi.*

SI quis arbitratu.] CASVS. Ædificasti iuxta domum meam:& vltra terminos posuisti ædificium tuum. feci te vocari in ius vt destruas opus illud.tu dicis mihi,nolo litigare:eligamus Lucium Titium qui diiudicabit inter nos: secundùm quod ipse dicet,destruatur opus quod feci.es tu cōtentus?sum dicis. & sic promittis?promitto.postea adueniente die arbitrij ego absētaui me:& ita arbiter noster non pronuntiauit propter moram meā dicitur hic quòd promissor nō tenet quasi morā fecerit. ¶Quid autem erit si pater arbitrum stetit quo minus pronuntietur? Rň. quòd stipulatio efficitur inutilis, quia non est à persona arbitri recedendum:nec pœna quæ edicta erat, committetur.hoc dicit cum.l.sequenti,Fran.Accur.

l ¶ *Restitui*.putà equuum locatum:vel restitui,id est destrui alicuod opus.

m ¶ *Non tenetur*.nisi fuerit in posteriori mora: *vt supra de periculo & commo.rei vendi.l.illud.* & distingue: *vt C.de contraben.emp. l.fin.*

n ¶ *Non esse recedendum*.vt supra de arbitri. *leg. in compromissis.& C. de contraben. empt.l.fin. & de condit. & demonst.leg. mulsa. & leg.a testamento. & supra p.o. socio.leg. si ita coita.* Sed contra *supra pro soc.leg. si societatem.* Solu.vt ibi.Item cōtra.*C. commu.de lega.fin.§.j.* Sed ibi speciale in legato: ne pereat. Item contra *supra de oper. liber. si iurauit.* Sed ibi fuit arbitratus:sed inique:hic non fuit vllo modo. Item contra *supra de contrahenda empt.l. hac venditio.* sed ibi fuit arbitratus, & iniq; hic nullo modo.Accursius. ADDITIO.Ista gloss. reprehenditur per Bartolum & alios:quia speciale est ibi: *vt dicit Glossa leg.fin.C.de contraben.empt.*

o ¶ *Incertum est*.nominatim.Accur.

valet stipulatio:& ab eius persona nō receditur:Bar.

XLIII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Sabinum.*

SI quis arbitratu putà Lucij Titij restitui sibi stipulatus est: deinde ipse stipulator morā fecerit quo minus arbitretur Titius: promissor quasi moram fecerit,non tenetur. Quid ergo si ipse qui arbitrari debuit, moram fecerit? Magis probandum est, à persona non esse recedendū eius, cuius arbitrium insertum est.

XLIV. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

ET ideò si omnino non arbitretur,nihil valet stipulatio: adeò vt & si pœna adiecta sit, ne ipsa quidem committatur.

Non refert an per seipsum quis stipuletur,an filius vel seruus eius quo ad adquisitionem ei fiendam, nec refert an illi stipulentur expresse patri vel domino,an sibiipsis:quia vtroque casu acquiritur illis.Paul.de Cast.

XLV. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Sabinum.*

QVodcunque stipulatur is qui in alterius potestate est:pro eo habetur,ac si ipse esset stipulatus.

Subiectus alienæ potestati, potest stipulari cum ipse morietur, sicut non subiectus.Pau.de Cast.

1 ¶Sicuti cū morietur quis stipulari potest: ita etiā hi qui subiecti sunt alienæ potestati, cum morientur, stipulari possunt.

Si stipulatio patris confertur in tē...

ET ideo.] Adiecta fit. si arbitrio non pareatur.

QVodcunque.] CASVS.Tantum operatur filius qui stipulatur pro parte, quantum si ipse pater stipularetur sibi.Idē in seruo, & eius domino. [SICVTI.] Certum est quod possū ita stipulari:promittis dare cum moriar? promitto.Ita si habeam filiū: ipse potest promittere hoc modo:promitto tibi soluere cum pater meus morietur. Idem in seruo. [SI QVIS.] Habeo filiam. volo ei prouidere de aliqua summa pecuniæ.vendo Titio quēdam fundum:& stipulor ab eo hoc modo: Promittis c. quæ debes mihi ex causa venditionis,dare filiæ meæ post mortem meā? ille respondet,promitto.talis stipulatio valet.Econtra possum ita stipulari:promittis mihi dare c.post mortem filiæ meæ?&hoc casu post mortem filiæ meæ competit mihi actio directa ex stipulatu:priori verò casu competit actio vtilis filiæ meæ ex stipulatu.[NON SOLVM.]Planus est. [FILIVS DARI.] Habeo filium qui taliter:stipulatur Mæui promittis mihi dare? ille respondet, promitto.certè videtur stipulatus esse patri : licèt patris nomen non expresserit in stipulatione.Fran.Accur.

q ¶ *Is qui*.filius vel seruus.

r ¶ *Si ipse*. pater vel dominus in cuius potestate est filius vel seruus stipulans.& sic parificat filium stipulari patri, & ipsum patrem sibi.Vel dic,ipse filius,scilicet sibi: & tunc parificat filium stipulanti patri,& sibiipsi filio: sed & tunc excipe factum: *vt supra eodem.stipulatio.§.hi.& Institut.de stipu.seruo.§. sed cum factum.*& tunc fallit in seruo:*vt infra de stipu.seruo.leg.ij.& leg. antepen.& facit infra rem pu.sal.fo.l.si filius.& infra ead.leg.in fin.* in filio tamen restringe ad profectitia:at in aduentitiis solus vsusfructus patri quæritur:*vt C.de bonis quæ libe.leg.cum oportet.* Accursius.

s ¶ *Cum morientur*. ipsi, vel illi in quorum potestate sunt.ratio, quia initium inspicimus. *& facit Cod. de contrahenda stipulatione.leg.scrupulosam. & Institut.de inuti.stipu.§.post mortem.* Accursius.

t ¶ *Stipulari*.illis in quorum potestate sunt.Accur.

a Dilatio præstationis inducitur ex naturali ordine.
b Proximum in dubio inspectamus.
c Dierum mētione facta intelligitur biduum. Ideoq; in diebus promissor, intra biduum: post biduum tenetur.
d Die præsenti debetur quod indefinite promissum est.
e Tēporis spatium præsumimus ex loci & causæ adiectione.
f Diei adiectio facit vt ante diem peti non possit licet ante diē obligatio nata sit seu nascatur.
† Vnde Speriona Arcipresb. ...
g Diei adiectio regulariter est pro debitore: interdū tamen pro stipulatore.
h Hodie, in anno, & annuū dari stipulari differunt. Primo casu statim. secūdo, anno finito: vltimo initio anni petimus.

a Hæc Gl. male loquitur,secundum Lud. Cuma. Alex. Soci.& Ias.
b Præscribi quo tempore potestas arbitri vel arbitratoris possit, vbi nullum fuit ei positū tempus in cō promisso ...
c Arbitratore non arbitrāte,non recedendū ad arbitrium boni viri ...
d Dic ibi arbitratum fuisse inique: hic vero nullo modo ...
* Si arbitrator fuit assumptus ...
e Paria sunt patrem sibi, & filium patri stipulari.
f Aduentitia liberorum patri, vsufructu tenus adquiruntur.
g Initium obligationis inspicimus.

a ¶ *Comperi*. ex interpretatione. M. Sed contra. ff. *de pac. dot. leg. cum dot. ibi, si verò filii*, &c. Solu. vt ibi, item facit in eo tit. si ita conueniat. *&* ff. *de ope. liber. leg. cum patronus. §. j. & supra de pac. l. & heredi. §. nos autem.* Item contra *in eod. tit. a. l. si tibi decem. §. si pa-ctus*. Sed ibi vt extraneo pepigit, hic vt filio: Item facit *C. de pac. con. l. pater pro filia. & supra solu. matrimonio l. Caius.*

b ¶ *Licet*. videtur ergo idem esse si heres existat: sed certè tunc directa daretur: vt ff. *de pac. leg. Iure. sic. C. de leg. & con. leg. non dubium.* non ergo aduersatur[a] actioni, sed formæ actionis. sic in verbo etiam. *supra de peric. & commo. rei vend. l. si quis vina.*

c ¶ *Cum morieris*. vt & *supra de condi. indeb. l. qui promisit. & leg. nam si cum. & de manu. testa. l. qui duos. &* ff. *eo. l. huiusmodi. & Cod. quando di. leg. ce. l. ex his.*

d ¶ *Adiiciatur*. vt detur patri, impersonaliter. vel seruo patris: vt ff. *in prin. huius leg.* sed in seruo & filio fallit: vt ibi diximus. Accursius.

a Aduersatiue particula, ita eos & etiam vt hic.
† Vtilis actio ex stipulatione patris adquiritur filio.
† In his quæ defenduntur in filios, vtilius non necesse est eos adire patris hæreditatem.
‡ Stipulatio *Cum morieris* vel *si morieris* contrahi potest.
† Si & *Cum* particulæ an differant. adde Bart. & Iasonem, l. i. de con. & demonst.

puæ existentia sui iuris: filio quæritur vtilis actio. hoc dicit. Bartolus.

2 ¶ Si ita quis stipulatus sit, *Post mortem meam filiæ meæ dari?* vel ita, *post mortem filiæ meæ mihi dari?* vtiliter erit stipulatus: sed primo casu filiæ vtilis † actio competit[a], licèt[b] heres ei non existat †.

Inter si, & cum, non est differentia cùm apponuntur actui extrinseco. Bartolus.

3 ¶ Non solùm ita stipulari possumus, *cum morieris*[c]: sed etiam, *si morieris*. Nam † sicuti inter hæc nihil interest, *cum veneris*, aut *si veneris*: ita nec ibi interest, *si morieris*, & *cum morieris*.

4 ¶ Filius patri dari stipulari videtur, etsi hoc non adiiciat[d].

Nota hic quod dies conuentionales seu tempus certum an & quando, non impedit oriri obligationem ciuilem & naturalem. Pau. de Castr.

XLVI. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

Centesimis † Kalendis dari vtiliter stipulamur: quia præsens obligatio est, in diem autem dilata solutio[e].

Stipulatio facti quæ personam promissoris concernit: ad heredem non transmittitur. Bartolus.

1 ¶ Id autem quod in facto est in mortis tempus conferri non potest[f]: veluti, *Cum morieris,*

CEntesimis] CASVS. Promitto tibi ... Kalẽdis centesimis. dicitur quod obligatio est perfecta & præsens, licèt tempus solutionis sit dilatum in Kalendas centesimas: ita quòd si ante solu. ... non possit repeti. [ID AVTEM.] Quædam sunt stipulationes quæ possunt conferri in tempus mortis. veluti quæ consistunt in dando. Quædam quæ consistunt in faciendo: & non possunt conferri in tempus mortis: sicut promitto Romam ire cum moriar. [SI ITA.] Pone vt in glo. Accursius.

† Pulchrè in hac l. Alcia. li. de sign. j. col.

e ¶ *Dilata solutio*. vt ff. ... *l. eum qui Kalendis*. Accursius.

f ¶ *Non potest*. nisi[e] per heredem possit explicari: *vt C. de contrahen. stip. l. veterum contra. & l. si. & arg. C. de cadu. tol. §. ac autem.*

g ¶ *Cum volueris*. vt quando voluerit dari, sit in eius potestate non[d] ipsum dare: *vt ff. de rebus dub. l. verum. §. penul. & de pact. dot. l. fi. §. fi. & facit ff. de seruit. l. iiij.*

h ¶ *Aiunt.* Promitto[e] tibi si volo, si volam, cum volam, si voluero, non valet: cum voluero, volet: *vt hic & supra de ... & obli. leg. fin. hac. & infra eo. si quis stipulatus sit Stichum.* ¶ Sed quæ est differentia inter primum[f] & secundùm responsum huius §. Respon. quia in primo[g] causa differendi, in secundo[h] expressa est conditio. aduerbium enim temporale, cùm[i], adiũgitur præterito subiunctiui: & significat præteritionem primo casu. 2 Vel quia primo[k] significat tempus incertum in quo velit, quod non est in sequenti[l], quæ tantum est in voluntate promittentis. Idem in fideicommisso similibus verbis relicto: *vt supra de leg. iij. leg. fideicommissi. §. sic fideicommissum.* Sunt tamen arg. contraria: quia non[m] videtur interesse inter, si & cum: *vt supra l. proxi. §. non solum. & supra de condic. indebi. leg. qui promisit. quæ sunt argum. contraria.*

i ¶ *Constituas*. quando velis.

e Facti promissio in tempus mortis pro... confer... si per heredẽ factum possit explicari.
d Vt dare, nõ potest confer... stipulatione in potestatem promittentis, quãdo det, potest.
e Promissio non valet ita concepta, si volo, si volã, cum volam, si voluero.
f Si volam & si voluero.
g Si volam.
h Si voluero.
i Cum volam & cum voluero dissentiat. hoc est, particula *Cum*. iungatur verbo indicatiui vel subiunctiui modi.
k *Cum* dare si volam.
l Conditio si voluero.
m Si & Cum particulæ interdum pro eodem sumuntur.

QVi sic stipulatur.] CASVS. Debebas mihi c. ex causa venditionis cuiusdam fundi: quæ soluere debebas in festo Pẽtecostes. ego vt magis securus essem, stipulatus sum à te illa c. hoc modo: promittis mihi soluere illa centum quæ mihi debes, in festo Paschæ? ille respondet, promitto. quæritur, an statim petere possim: vel an debeam expectare vsque ad festum Paschæ? Et respon. quòd debeo expectare vsque ad festum Paschæ: nec ante possum petere: quia videtur repetita dies Paschæ in ista stipulatione. Fran. Accur.

k ¶ *Qui sic stipulatur*. animo nouandi.

l ¶ *Stipulari*. vt obligatio præsens sit vel pura. Accur.

m ¶ *Kalendis*. Arg. de repetitione[a]. *& facit ff. l. qui sic. & leg. si da-ri.* & quod ibi no. *& l. stipulatio ista. §. cum qui. & Inst. ad leg. Aqu. §. capite tertio ve. sic. ex hoc capite. argu. contra. infra ad munici. leg. j. in fin.*

a Repetitio intelligitur dicta conditio præcedentis stipulationis, in stipulatione nouante.

Alexandriam venire spondes?

Promissio, cum volueris, valet, si ante mortem declares te velle: secus in promissione, si volueris. Bar.

2 ¶ Si ita stipulatus fuero, *cum volueris*[g]: quidam inutilem esse stipulationem aiunt[h]. alij ita inutilem si antequã constituas[i], moriaris. quod verum est.

3 ¶ Illã autem stipulationẽ: *si volueris, dari?* inutilẽ esse cõstat.

In stipulatione nouante, dies præcedentis obligationis intelligitur, repetita. Bar.

XLVII. VLPIANVS *libro quinquagesimo ad Sabinum.*

QVi sic stipulatur[k]: *Quod te mihi illis Kalendis dare oportet, id dare spondes?* videtur nõ hodie stipulari[l], sed sua die, hoc est Kalendis[m].

TO B⁰ TOY DE VERborum obligationibus.

Facultas denuntiandi transit ad heredes, non facultas implendæ conditionis Bar.

XLVIII. VLPIANVS *libro vicesimo sexto ad Edictum.*

SI decẽ † *cum petiero*[n], dari fuero stipulatus, admonitionẽ magis quãdã quò celerius[o] reddãtur, & quasi sine mora, quã cõditionẽ habet stipulatio: & ideò licèt decessero priùs quã petiero, non videtur defecisse cõditio[p].

SI decem.] CASVS. Stipulatus es à me c. hoc modo: promittis mihi soluere c. cũ petiero? ego respondeo, promitto. quæritur vtrum ista stipulatio sit cõditionalis, an non? Respondetur quòd non est cõditionalis, sed pura. & hoc quod adiectum est cum petiero, non continet aliquam conditionem. sed quandam admonitionem, vt citius soluatur, & ideò licèt pri⁹ moriaris quàm à me petas: heres tuus potest petere. Francis. Accur.

n ¶ *Si decem cum petiero*. hæc[b] est conditionalis quo ad verba, non quo ad mentem. sic econtra. *infra eod. l. interdum.* secus si sic dixisset: si petiero: quia conditionalis erit: *vt & supra eodem. l. si Titius.*

o ¶ *Celerius*. id est quandocunque petiero.

p ¶ *Conditio*. cum[c] nulla fuit conditio, non defecit: & ideò quicunque heres erit, petere potest. *& facit supra de test. leg. muto. §. sub conditione. versic. hanc autem. & C. quando di. leg. ce. ex his. & ff. eo. l. liber. ij. §. decem. & l. si ita quis promiserit. j. respon. & ff. de condi. & demon. leg. Titia heredes. & C. de iu. do. leg. si mulier. & de legat. j. leg. Stichum.* Accur.

b Cum petiero, stipulatio conditionalis est ipsis verbis at non mente: si petiero, vere conditionalis.
*secundum legem tui sequentem.
† Adde Bar. in l. a testatore ff. de cond. dem. eandem l. dicens profe... §. si sep. arbo.

c Conditio, quæ nulla est, defecisse dici non potest.

t ¶ *Contra bonos mores.* & ideo[b] in pœna non tenetur: *vt s. ti. j. l. non ſolum. & s. ad le. Fal. quod de bonis. §. j. & C. de tranſact. l. cum donationis. & s. e. l. generaliter. & C. de pact. leg. ſi. & Cod. de inut. ſtip. l. ex eo. & j. eo. l. ſi homo. & s. de pac. inſiſgd. tum. §. & generaliter. ve. ſi. Marcel. & ibi no. glo.*

b Morum & honeſtatis habenda eſt ratio in ſtipulationibus.

SEruus.] CASVS. Habeo ſeruũ Stichũ: cui dico: caue ne aliquã pecuniã ſtipuleris à Titio. nihilominus non obſtante prohibitione mea ſeruus meus ſtipulatur à Titio. c. vtrum mihi Titius obligetur, quæritur? Reſp. quòd ſic. Frãc. Accur.

u ¶ *Promiſſorem.* vt & s. de acquir. re. do. l. etiã inuitis. & s. de iure do. l. quemadmodum. ſed[c] non retinet inuitus: *vt ſupr de dona. l. hoc. iure. §. non poteſt. ſa. ſupra de pecu. ſi quis ſeruum. §. etiam.*

c Inuito domino licet ſeruus adquirat, ipſe tamẽ dominus inuitus id quod ita adquiſitum erit, retinere non cogitur.

SI ita quis.] CASVS. Stipulor à te hoc modo: promittis mihi dare c. ſi Titius conſul factus fuerit, aut Mæuius tribunus plebis? certè quiſquis iſtorum duorum factus fuerit aut conſul aut tribunus: tenebris mihi. vſque, Sed enim ponamus quòd Titius mortuus ſit: & ſic non poterit conſul fieri: vtrum tenearis mihi ſi Mæuius fiat tribunus? Reſpon. quòd ſic: quia ex duabus diſiunctiuis ſufficit alteram eſſe veram: & ſi vna defecerit, altera exiſtens, facit committi obligationem. Fran. Accur.

x ¶ *Fuerit.* ſupple, promittis mihi decem. Acc.

y ¶ *Non poteſt.* poſtquam ſemel commiſſa eſt. & eſt ſic *infra in di. ſol. cum quærebatur. & ſupra de arbi. l. ſi dio. §. ſi.* niſi[d] ſæpe fiat contra: *vt j. eo. leg. ſi ſic ſtipulatus. ij. pe ebat. & arg. infra rem pupil. ſal. fo. non quaſ. §. ſi quis curator. & j. rem ra. habe. l. ſi procurator. quæ ſunt contra.* Sed ibi intereſt. Item ſecus ſi copulatiuè: *vt infra eo. ſi quis ita ſtipulatus. & ſupra de condit. Inſtitut. ſi heredi. & ſupra de heredi. Inſtitu. l. Lucius.* Accur.

d Sæpius an committi poſſit in ſtipulationem: an verè ſufficiat ſemel commiſſe in aliquam partem ſtipulationis.

z ¶ *Altera defecerit.* vt quia Titius mortuus eſt, qui vltrà conſul eſſe non poteſt.

a ¶ *Committat.* id eſt faciat vt cõmittatur. ſi vtraque ergo vel altera exiſtit, committitur: ſi nulla, non committitur.

HVinſmodi.] CASVS. Titius ſtipulatur à me hoc modo: Si

imperator Romam venerit, tunc ex hac die in annos singulos .c. dare promittis? Respondeo, promitto. post duos annos imperator Romam venit. quæritur, nunquid Titius poterit à me petere pro duobus annis præteritis? Et respondetur quòd sic. Cætera sunt plana. Franciscus. Accursius.

a ¶ *Ex hac die.* præsenti.

b ¶ *Huius temporis* medij.

c ¶ *Quoque.* non solum futurorum. Acc.

d ¶ *Qui ante impletā.* sed post stipulationem interpositam.

e ¶ *In id tempus.* consultatus. Accur.

f ¶ *Collata.* id est dilata.

g ¶ *Præstentur.* vt j. eo. leg. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus & facit Cod. de testa. l. præposteri. M. & Insti. de inutil. stipul. §. item si quis. Sed contra. j. de vsur. leg. cum quidam. Solu. vt ibi. Et ideo non valet stipulatio præteriti temporis: quia cursus[a] vsurarum est odiosus. hic autem valet: quia actus stipulatoris non est odiosus. quod non placet: vt j. si cer. peta. l. lecta. in fi. Dic ergo quòd si illæ minores & nunc maiores soluerentur, excederetur mod[b] legitimarum vsurarū: vnde ne qua fraus fiat, inhibetur ibi: quæ ratio hic cessat.

† Verba, Ex hac die, iunguntur extremo ad quod, extremo' à quo vt existente termino ad quem, possit agi pro termino præterito.

† Tunc: de ista dictione adde ad Bar. hic Gl. in c. i. §. item quod ad dictas. in verbo, sic de colla. in pragma.

a Vsurarum cursus odiosus.

b Vsurarum legitimus modus ne quidē indirectè & per obliquū excedi debet.

LXIIII. IDEM libro septimo *Quæstionum.*

HViusmodi stipulatio interposita est: *si Titius consul factus fuerit tum ex † hac die*[a] *in annos, singulos dena dari spondes?* post triennium conditio extitit. an huius temporis[b] nomine agi possit, non immeritò dubitabitur. Respondit eam stipulationem vtilem esse, ita vt in ea eorum quoque[c] annorum qui ante impletam[d] conditionem intercesserint, præstatio in id tempus[e] collata[f] intelligatur. vt sententia eius sit talis: tunc † cum Titius consul factus fuerit, in annos singulos, etiam præteriti tēporis habita ratione, dena præstentur[g].

Verba superuacua, item dissonantia in mente stipulationem nō vitiāt. Bartolus.

LXV. FLORENTINVS libro octauo *Institutionum.*

QVæ extrinsecus, & nihil ad præsentem actū pertinētia adieceris stipulationi, pro superuacuis[h] habebuntur, nec vitiabunt obligationem: veluti si dicas, *Arma virúmque cano, spondeo:*[i] nihilo minus valet[k].

1. ¶ Sed & si in rei quæ promittitur, aut personæ appellatione[l] varietur[m], non obesse placet[n]. nam stipulanti denarios[o], eiusdē quātitatis aureos spondēdo obligaberis. & seruo stipulanti Lucio domino suo: si Titio, qui idē sit[p], daturum te spōdeas, obligaberis.

Q[VÆ extrinsecus.] CASVS. Verba superflua nihil ad rem pertinentia nō vitiant obligationem. exemplū est in textu. [SED ET SI.] Erat coram nobis quidam seruus meus qui vocabatur Stichus. tu credens eum vocari Pamphilum, dixisti mihi: promittis mihi hūc seruū tuum Pamphilum? respōdi, promitto. quæritur, cum erraueris in nomine serui, & de corpore constet: an teneat obligatio? dicitur quòd sic. textus ponit aliud exemplū quod glo. pen. bene declarat. Item idem est si aliquis seruus stipuletur domino suo qui vocatur Lucius: tu respōdeas te velle dare illi domino Titio: qui idem est: valet stipulatio. Fran.

h ¶ *Pro superuacuis.* vt[c] C. de testa. l. testamentum & j. de regul. iur. l. non solent. & j. de noua. l. fi.

i ¶ *Spondeo.* hoc si incontinenti, secundum Io.

k ¶ *Valet.* scilicet stipulatio.

l ¶ *Appellatione.* veluti si sic dicam: hunc[d] equum in præsentia cōstitutum promittis? & sic bos.[e] vel ita, promittis mihi Titiū hominem istum: & appellatur Stichus. licet sit in appellatione variatum: si tamen de re cōstat, valet stipulatio. vel verius statim ponit exemplum de vtroque.

m ¶ *Varietur.* intellectu autem consonetur.

n ¶ *Placet.* cum de corpore constat.

o ¶ *Denarios.* in quibus sit æs & aurum, vel argentum tantum nam potest esse quòd erant denarij tantū aurei qui frequentabātur in regione illa, & ipse promisit alios denarios aureos eiusdē quantitatis: & sic duobus modis legitur: vt supra de auro & argen. leg. l. j. in fi. Acc.

p ¶ *Idem sit.* id est qui Lucius vocatur. Accur.

c Extrinseca & superuacua non nocent adde Decium in l. quæ dubitationis inf. de regulis iuris.

d Error in nomine appellatione non vitiat, nisi res sit præsens & ad digitum seu ad oculum demonstretur. v. plura apud Socinum reg. 110.

e Hæc Gl. est sing. secundū Ange. Cu. Alex. & Ias.

S[I minor.] CASVS. Titius debebat Mæuio minori viginti annis Stichum seruum. iste Mæuius stipulatur à Titio quòd manumittat seruum Stichum. quæritur, an valeat stipulatio? Respōd. quòd non. Si verò Mæuius esset viginti annorum, valet stipulatio talis: quia lex quæ prohibet manumittere, loquitur de minore viginti annis, non de maiore. Franc. Acc.

q ¶ *A debitore.* qui seruum debebat.

r ¶ *Non est executio.* Quod[a] enim ipse facere non potest, nec ab alio stipulari fieri potest. nam nec venditio eo pacto ab eo facta valet: vt supra de ser. expor. leg. si minor. Accursius.

s ¶ *Viginti annorum.* aliàs est maior: &[b] aliàs non: vt quia tetigit vltimam diem vicesimi anni: vt supra de manumis. leg. j. Accursius.

t ¶ *Lex.* prohibens minorem viginti ann. manumittere: non autem de maiore.

a Minor ipse quod facere nō potest, per alium fieri stipulari nō potest.

b Prohibitio facta minori viginti annis, locum nō habet in eo qui est xx. anno: si quia prohibitum ad tēpus, post tempus permissum intelligitur. l. Imperator. sup. de pos[t]uiando. l pater. si inquam. §. fundum. l. de leg. 3.

Quod ego per me non possum: neque ab alio stipulari fieri possum de re ad me pertinente. Barto.

LXVI. PAVLVS libro tertio ad legem Aeliam Sentiam.

SI minor viginti annis à debitore[q] suo stipuletur seruum manumissurum, non est executio[r] stipulationis danda. Sed si ipsorum viginti annorum[s] erit, non impeditur manumissio: quia de minore lex[t] loquitur.

Stipulatio prætoria non vitiatur, licet non contineat factum promissoris. Paulus.

LXVII. VLPIANVS libro secundo ad *Edictum.*

ILla stipulatio, *Decem milia salua fore*[u] *promittis?* valet.

Impersonalitas circa verbum executorium obligationis, stipulationem non vitiat. B.

1. ¶ Eum qui decem dari[x] sibi curari stipulatus sit, non posse[y] decem petere: quoniam possit promissor reum locupletem dando liberari, Labeo ait. Idque & Celsus libro sexto Digestorum refert.

Obligatio dandi, quando mea non totaliter interest, ad interesse commititur. Bart.

LXVIII. PAVLVS libro secundo ad *Edictum.*

SI † pœnam[z] stipulatus fuero si mihi pecuniam nō credidisses: certa est & vtilis[a] stipulatio. Quòd si ita stipulatus fuero, *Pecuniā te mihi crediturū spōdes?*[b] incerta[c] est stipulatio: quia id venit[d] in stipulationē, quod mea interest[e].

I[Lla stipulatio.] Principium huius l. est planum. [EVM QVI.] Stipulatus sum à te hoc modo: Promittis te curaturum quòd mihi decem dentur? respondes, promitto. Quæro, vtrum à te decem petere possim? Respon. quòd non: quia potes liberari dando debitorem locupletem. Fran. Acc.

u ¶ *Fore.* contra videbatur: quia non continet[c] expressè factum promittentis: vt & in illa, furem non esse. & dic siue tutor est qui à contutore stipulatur siue ipse minor: vt Insti. de inuti. stipula. §. alteri.

x ¶ *Dari.* id est promittis te curaturum quòd Titius dabit. siue enim fit ibi curari, bene est: siue non, intelligitur: vt supra si cert. peta. l. fin. §. fina. & facit j. eo. si ita stipulatus fuero. §. possum. Accursius.

y ¶ *Non posse.* Contra supra de lega. j. l. si heres iussus. Solu. aliud est iubere facere, aliud iubere curare vt fiat. sic & aliud est promittere facere: aliud promittere curare vt fiat.

c Immo continet, secundum Bart. I. mo. P. & Alex.

† Qui stipulatur pecuniam sibi credi, incertum, hoc est interesse stipulatione deducit, nisi pœnam adiiciat: sic enim certum in stipulationem deducit.

S[I pœnam.] CASVS. Volebam proficisci ad nundinas. dixi Titio: veni mecum ad nundinas. Respondit, non possum: quia non habeo pecuniam ad quicquam comparandum. Ego dixi ei: promitto tibi concedere certam summam vt possis mercari in nundinis, sub pœna centum aureorum. certe talis stipulatio valet, & est certa propter pœnam adiectam, Si verò promisi ei simpliciter credere pecuniam, non adiecta pœna, stipulatio illa valet: sed est incerta, quia ad interesse tenebor Titio si non mutuauero ei quod promisi. Franc. Accur.

z ¶ *Si pœnam.* putà centum. Accur.

a ¶ *Et vtilis.* quia pœna certa ibi apposita est. Accur.

b ¶ *Spondes.* nec pœnam fui stipulatus.

c ¶ *Incerta est.* quia continet[d] factum, id est traditionem: nō vt det scilicet dominium: vnde aliena pecunia cōcessa liberatur qui promisit se crediturum, secus si se daturum vel mutuaturum spōdet: vt j. eo. l. vbi in fin. & j. si certum pet. l. j. ad quod factum agitur actione ex stipulatu: sed ad interesse condict. cer. vt not. supra si cer. peta. l. certi condictio. in princ. Accur.

d Reprobatur per Bart. & alios, dumque in.

d ¶ *Quia id venit.* sic apparet interesse incertum, & sic actione ex stipulatu peti. sed in primo responso agitur condictione certi sed dic incertum inspecto principio, vt modo dixi. Accur.

e ¶ *Interest.* si ergo non interest, non potest agi: vt j. eo. l. si quis stipulatus. §. fin. Sed quid potest interesse, cum statim potest repetere? Respon. tenebatur sub pœna alij. & facit j. de re iudi. l. si quis ab alio. §. fin. Acc.

Si homo

Si homo] CASVS. Stipulatus sum à Titio quòd sisteret in iudicio hominē qui tamen iam mortuus erat: & si non sisteret feci eum promittere pœnam x. aureorū. dicitur hic quod quia impossibile est hominē mortuū sisti, ideo pœna rei impossibilis peti non potest. & ponit simile: sicut si quis sit stipulatus hominem mortuum: & si non dederit, promissor promisit pœnam. nam non valet tota stipulatio. Fran. Acc.

Pœna adiecta præcedenti dispositioni impossibili, non potest committi. Bartolus.

LXIX. VLPIANVS *libro septimo ad* [a] *Edictum.*

SI †homo [a] mortuus [b] sisti non potest, nec pœna rei [c] impossibilis committetur: quemadmodum [d] si quis Stichum mortuum dari sibi stipulatus, † si datus non esset, pœnam stipuletur [e].

Infans stipulari non potest. Bar.

LXX. IDEM *libro vndecimo ad Edictum.*

MVlier quæ [f] dotem dederat populari meo Glabrioni Isidoro, [g] fecerat eum [h] promittere dotem, si in matrimonio decessisset [i], infanti: & decesserat [k] constante matrimonio. Placebat ex stipulatu actionem nō esse: quoniam qui fari non poterat, stipulari non poterat [l].

Hic ponitur forma contractus qualiter pœna debeat opponi facto vel non facto. & hoc sit pro summario. Bar.

LXXI. IDEM *libro tertio decimo ad Edictum.*

CVm quid [m] vt fiat, stipulemur pœnam, sic rectè côcipiemus: *si ita factum non erit* [n]: cum quid ne fiat [o], sic: *si aduersus id factum sit.*

Stipulationes seruitutum nullatenus diuiduntur: stipulatio factorum partis præstatione non impletur: sed post moram succedit obligatio ad interesse, quod diuiditur, & in petitionē deducitur.

LXXII. IDEM *libro vicesimo ad Edictum.*

STipulationes non diuiduntur earum† rerum quæ diuisionem non recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarúmque † seruitutum [p]. Idem † puto & si quis faciendum aliquid stipulatus sit: vt putà fundum tradi, vel fossam fodi [a], vel insulam fabricari, vel operas [q], vel quid his simile. horum enim [r] diuisio corrumpit stipulationē. Celsus tamen libro trigesimooctauo Digestorum refert Tuberonem existimasse, vbi quid fieri stipulemur: si non fuerit factum [s], pecuniam dari oportere [t]: ideóque etiam in hoc genere diuidi stipulationem. secundum quem Celsus ait posse dici [u] iuxta [x] æstimationem facti [y].

a ¶ *Si homo.* si, id [a] est quia, vel propriè. Acc.

b ¶ *Mortuus.* tempore [b] promissionis. ¶ Sed quid si tunc non decessit, sed post? Videtur distingui an in iudicio promisisti eum sisti: & tunc liberatur promissor. *argu.* *ī. si quis cau. l. ij. in princi.* An in contractu: & tunc non: licet ante moram decedat. Sed verius est vt hic etiā non committatur, secundùm Io. Acc.

c ¶ *Nec pœna rei.* id est promissionis impossibilis. *& facit* [c] *ī. qui satisda. cogan. si decesserit. & si quis cau. leg. si eum. §. j. & j. de regu. iur. leg. impossibilium. & ī. eod. leg. impossibilis. & j. qua sen. si ap. leg. pen. & fi. & ī. eiu. j. leg. j. §. si id quod.* Item est contra. *ī. eo. le. stipulatio ista §. alteri.* Sed hic ideo [d] non confirmatur adiectione pœnę, quia impossibilis: ibi nihil impossibile vel turpe inuenitur.

d ¶ *Quemadmodum.* de faciendo ad dandū facit comparationem.

e ¶ *Stipuletur.* hic enim & pœna non committitur: cum stipulatio sit impossibilis, nisi iam erat in mora: *vt j. eo. l. inter stipulantē. §. pen.* Accur.

MVlier.] CASVS. Berta volens nubere cuidam Isidoro, stipulata est hoc modo: Si in matrimonio decessero: Isidore promittis dare dotem infanti: quem fortè ex alio viro, habebat mulier. Isidorus promisit. moritur vxor ista. quæritur, vtrum isti infanti competat actio ex stipulatu? Respon. quòd nō: quia puer non potest stipulari: ergo nec potest ei cōpetere actio ex stipulatu. Fran. Accursius.

f ¶ *Mulier quæ.* nubebat. Vel dic, alia quæ dabat pro ea. Ac.

g ¶ *Isidoro.* Trinomius erat hic vir. Acc.

h *Eum.* maritum.

i ¶ *Decessisset.* mulier quæ nubebat.

k *Decesserat.* vxor prædicta.

l ¶ *Non poterat.* nisi stipuletur rem saluam fore: *vt j. rem pup. sal. fore. l. fe. . . am.* quocunque modo possis [e] balbutire [f] remanet ergo mulieri sua actio: *vt ī. si cer. p. ea. l. certi. §. quoniam. & facit Insti. tut. de inut. stipula. §. pupillus. versi.* sed quod diximus &c. *& ī. leg. j. in trie. & j. de regu. iur. l. in negotiis.* Accur.

C*Vm quid.*] CASVS. Ista lex docet conceptiones stipulationum in vtramque partem, scilicet cū aliquid fieri volumus & cum aliquid fieri nō volumus. Cum ergo aliquid fieri volumus, debemus ita stipulari: Promittis mihi ire Romam: & si nō feceris c? cum verò aliquid fieri non volumus, debemus ita stipulari: promittis mihi quòd non prohibebis me ire agere. & si aduersus ea feceris, centum promittis? Fran.

m ¶ *Cum quid.* Quid si vtrumque? [g] dic *vt Instit. eo. §. fina. & facit. j. eo. l. continuus. §. fi.* Acc.

n ¶ *Non erit.* promittis pœnam. Acc.

o ¶ *Fiat.* scilicet stipulemur.

S*tipulationes*] CASVS. Vide gloss. quæ bene declarat vsque ad §. si quis ita. [SI QVIS.] Locaueram tibi opus aliquod faciendum pretio mille aureorum: quod quidem opus debebas perficere circa festum sancti Ioannis. Ego videns tempus perficiendi ædificij appropinquare, & te esse negligentem, suspicatus sum quod nō perficeres opus istud, veni ad te, & dixi tibi: amice charissime: tu nullam diligētiam facis pro opere quod mihi promisisti facere. tēpus appropinquat: timeo quod non poteris seruare promissa. Tu mihi quasi indignabundus respondes. Quid in me displicuit amicitiæ tuæ? nūquid semper me fidelem reperisti? scio quàm graue sit fidem fallere. mallem perdere mille aureos, quàm nō seruare quod promisi. Ego verò tibi respondeo: promitte ergo mihi sub tanto quantum valet ædificium, si non perfeceris circa festum sancti Ioannis. tu dicis: promitto. Nunc quæritur hic quando dies istius stipulationis cedit? Respon. quod transacto festo sancti Ioannis: quia ante conueniri non poteras. Sed ponamus: domus mea minabatur ruinam, stipulatus sum à te vt eam fulcires, aut stipulatus sum vt domum mihi de nouo ędificares. quęro an non possim agere nisi domus ruat? Et respond. quòd non est expectandum quòd domus ruat: nec quòd tantū temporis prętereat, quāto tēpore insula fieri posset: sed sufficit quòd fiat mora: ita vt certum sit quòd non poteris ædificare tempore promisso: quia tunc potero agere quando cœperit mora fieri. Fran.

p ¶ *Seruitutum* [a]. præter vsumfru, [b] qui recipit diuisionem: *vt ī. ad leg. Falc. leg. si vsufruct. & l. si is qui quadraginta. §. quadam.* Sed inter heredes promissoris non recipit diuisionem, secundùm quosdam [c] sicut nec aliæ seruitutes, ¶ Qualiter [d] autem stipulatio viæ, aut itineris, vel consimilium non diuidatur, palam est: quia si vnus dominorum fundi communis stipuletur viam ipsi fundo, non valet [e] stipulatio: vel promittat alij fundo [f]. Sed & si quis stipuletur viam fundo suo, & postea partem eius alienet. huiusmodi diuisio corrumpit stipulationem: *vt ī. de seruitut. l. pro parte.* Item mortuo promissore vel stipulatore. solida à quolibet via petitur: *vt supra e. l. 9. & de ser. l. via.* ¶ Sed [g] hoc non est facile assignare in aliis stipulationibus quæ hic subiiciuntur: vt in indiuiduis: vt si quis faciēdum aliquid stipuletur, putà domum ædificari: idem dices tamen: vt si vnus dominorum fundi communis stipuletur in loco communi domū ædificari, inanis fit stipulatio: & si dominus loci scilicet totius stipuletur ibi domum ædificari, & postea partē alienet: diuisio corrumpit stipulationē: licet his duobus videatur argumen. contra. *j. e. l. continuus. in fi. l. 2.* Vel stipulatio huiusmodi non diuiditur: quia ante perfectum opus non potest dici promissor in aliqua parte multiplicatiua, id est quota ad similitudinem dupli tripli: quo sic multiplicatur liberatus: vt putà tertia vel quarta. hoc in facto indiuiduo: secus in diuiduo, vel in dādo *vt ī. eo. l. iiij. §. Cato. 3.* Vel dic quòd non diuiditur inter promissoris heredes, sed inter heredes stipulatoris. Quod in facto cōsistit, recipit diuisionem: sicut diximus in vsufru. & dicitur *ī. e. l. iij. & l. eadem. §. Cato & l. in stipulationibus.* Acc.

q ¶ *Vel operas*, contra. *ī. e. l. in stipulationibus. §. operarum.* Sol. vt ibi. & facit *j. de ver. signi. l. v. §. opere. & l. ædificia. § perfecisse.*

r ¶ *Horum enim.* i. si aliquid ex prædictis pro parte stipuler, vel inter heredes meos: diuiditur si pro parte petere velint. Acc.

s ¶ *Si non fuerit factum.* quod in stipulatione conuenerat.

t ¶ *Dari oportere.* id est interesse. nam ex omni stipulatione facti tacite interesse [h] stipulari videor nisi fiat: *vt ī. de re indi. si quis ab. §. fi.* secundùm Azo. & hic in fi. huius §.

u ¶ *Dici.* in superiori casu de fouea, vel insula. Accur.

x ¶ *Iuxta æstimationem.* id est æstimato facto. Accursius.

y ¶ *Facti.* scilicet noui operis

a Si, pro, quia. [a] Flo. alias lex to.

† Sicut stipulatio rei impossibilis nō tenet. Ita nec pœna adiecta.

b Debitor tempore, ante moram re perēpta, liberatur, vtpote re redacta ad eum casum, à quo incipere non potuit. vide in mem. & Repam. ad l. j. sup. si certum. Bernardum de Luco regula 169.

[a] Bonum suppoler. it.

† Flo. dare stipulatus.

c Impossibilium nulla est obligatio, aut præstatio, etiamsi pœna adiecta, sint promissa.

d Pœnę adiectione nō cōfirmatur id quod natura vel iure impossibile est.

e Balbus stipulari potest.

f Infans licet possit stipulari in castello valde sing. l. si certum mihi rē pu. sal. fo. tamen talem balbutire debet, vt stipulari possit. Angelus.

g Id est vt fiat & non fiat.

† Indiuidua stipulatio est, quæ rei indiuiduæ. Fabro. Cu.

† Seruitutis stipulatio indiuisibilis.

† Facta indiuisibilia sunt.

[a] Flo. fodiri.

a Seruitutum aliæ sunt diuiduę, aliæ indiuiduæ vt hic. adde Cepolam tract. de seruit. vrb. præd. c. 10.

b Ista solu. est vera in se secundùm Bar. P. Alex. & Ia.

c Displicet prædic.

d Displicet P. Imo. Alex. & Ia.

e Displicet etiam Cuma. P. Alex. & Ias.

f Stipulatio seruitutū cur dicatur indiuidua.

g Stipulationes facti quomodo indiuiduæ sint.

h Interesse venit tacite promittendum in omni obligatione factorū, sicut si fuisset expressè deductum inter contrahentes idem valet Gl. & ibi Bart. in l. 1. sup. de act. emp. Bald.

a ¶ *Petitionem.* scilicet pro parte in omnibus obligationibus faciendi: *vt d. l. si quis rh. §. si.* Accursius.
b ¶ *Opus.* quod ei locauerat. *vt j. patet.* non tamen est in stipulatione opus fieri.
c ¶ *Diem.* nunc respondet.
d ¶ *Promissionis.* quási id opus est.

dandam esse petitionem[a].

Pœnalis stipulatio adiecta obligationi facta cum adiectione diei, demum committitur adueniente die: aliàs cum cœperit esse in mora inchoandi, ad particulare interesse committitur. Bar.

1. ¶ Si quis ita stipulatus sit: *Si ante Kalendas Martias primas opus*[b] *perfectum non erit: tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?* diem[c] promissionis[d] cedere[e] nō ex quo locatū est opus[f], sed post Kalendas Martias. quia nec conueniri ante Kalendas[g] Martias reus promittendi poterat.

2. ¶ Planè si *insulam fulciri.* quis stipulatus sit[h]: non est expectãdum vt insula ruat, [vt] sic denique[a] agi possit: nec *insulam fieri*[i], vt tantum temporis prætereat quanto insula fabricari possit[k], sed vbi iam cœperit[l] mora faciendæ insulæ fieri[m], tunc agetur, diésque obligationis cedit.

Stipulatio pura secundum verba quandoque ex natura rei recipit dilationem. Bar.

LXXIII. PAVLVS *libro vicesimoquarto ad Edictum.*

INterdum pura[n] stipulatio ex re[o] ipsa dilationem capit: veluti si id quod in vtero[p] sit, aut fructus[q] futuros, aut domum ædificari[r] stipulatus sit: túc enim incipit[s] actio, cum ea per rerū naturā præstari potest[t]. Sic qui Carthagini dari stipulatur, cū Romę sit, tacitè tempus complecti videtur[u], quo perueniri Carthaginē potest. Itē si operas[x] à liberto quis stipulatus sit: nō ante dies earum cedit, quam indictæ fuerint, nec sint præstitę. 1. ¶ Si seruus hereditarius stipulatus sit, nullam[y] vim habitura est stipulatio, nisi adita hereditas sit. quasi conditionem[z] habeat. Idem est & in seruo eius qui apud hostes est.

Licitum est moram purgare. Bar.

2. ¶ Stichi promissor post moram[a] offerendo, purgat moram. [b]Certe[c] enim doli mali exceptio nocebit ei[d] qui pecuniam oblatam accipere noluit[e].

Quando in obligatione venit quod non est variabile ex natura rei, vel promissoris voluntate: stipulatio continet certum, aliàs incertum. Bar.

LXXIIII. CAIVS *libro octauo ad Edictum Prouinciale.*

STipulationum quædā certæ sunt, quædam incertæ.

1. ¶ Certum est, quod ex ipsa pronuntiatione[f] apparet[g] quid quale[h], quantúmque[i] sit: vt ecce aurei[k] decem, fundus Tusculanus, homo Stichus[l], tritici Africi optimi

e ¶ *Cedere.* cum effectu: *vt s. eod. l. cum qui kalendis.* 2. Vel dic nullomodo. tota enim obligatio in diem, & sub conditione est: *vt s. e. l. initio.*
f ¶ *Locatum est opus.* & stipulatio facta. Accursius.
g ¶ *Ante kalendas.* scilicet finitas[a]: quia ita accipiebatur inter eos ante kalendas: *vt s. eo. cum qui. s. qui ita stipulatur, ante Kalendas.* secundum vnam expositionem. Et not. quòd talis est ratio. ideo[b] non cedit dies, quia conueniri nō potest. sed melior esset econtra. Vel dic quòd hic promissum fuit opus fieri ante Kalendas & sic ante Kalendas agi non potest, neque ergo & túc quando opus fieri non est in stipulatione, *vt s.*
h ¶ *Stipulatus sit.* non statuto tempore.
i ¶ *Insulam fieri.* scilicet stipulatus sit aliquis &c. & subaudi, nō est expectandū[b] &c.
k ¶ *Possit.* contra.[c] *s. e. si ita stipulatus essem abs te.* Solu. ibi domū fieri vel fulciri: quod sine pœna stipulatus est hic cum pœna. & potest hoc intelligi ex superiori litera huius. §. ad quod est *j. eo. cum stipulatus sim mihi à Proculo.* Vel dic, hic agi non ad id quod interest domum non esse factam: sed ad id quod interest non esse inceptam. secundū Io. *arg. j. eo. l. continuus. §. item qui.* 3. Vel expone quod ibi dicit, ædificari possit, id est inchoari ad ædificandā. 4. Vel ibi ante tempus non fuit in mora: hic sic. 5. Vel vtrobique sit pœna: sed hic ad factū statim post moram: ibi ad pœnam agitur demū die præterita. ¶ Itē quod dixi fulciri in superiori proxi. respō. nō aperit quando cōmittatur: & ideo dic cōmitti quando tantū tēpus præteriit, quo fieri potuerit: *vt j. l. existimo. §. ex hac. quæ est contra.* Vel si velis hic dicere idem esse in fulciri, quod in insulā fieri: solue quòd hic fuit appositum tempus: ibi non: quod nō placet. Vel hic pœna: ibi non. Vel dic agi hic ad id quod interest domū non esse inchoatam fulciri, secundùm Io. Vel ibi ante tempus quo fieri potuit, non fuit in mora: hic sic. Accur.
l ¶ *Cœperit.* secundum quosdā hic non potest mora purgari: sed[d] falsum videtur *vt j. e. l. continuus. §. item qui insulam. & l. si insulam.*
m ¶ *Fieri.* vt iam certum sit fieri ante diem non posse, quod post interpellationem maxime intelligitur. Azo. & secūdùm hoc dies fuit appositus. vel dic quòd non fuit. Et quādo[e] dicatur fieri mora, dic: *vt j. eo. l. continuus. §. item qui insulam.* Accur.

INterd *um.*] CASVS. Certum & indubitatum est: quotiens quid aliquis pure promittit quod possibile est præstari, statim debetur. Sed ponamus: Titius promittit mihi fructus fundi cuiusdam: vel promittit mihi fœtum aliquem qui adhuc est in vtero. certe in hac stipulatione inest dilatio tacite. s. donec fructus nascātur: vel id quod in vtero est, producatur. & ponit de hoc duo exempla quæ sunt clara. [SI SERVVS.] Titius defunctus reliquit heredem. erat autem in hereditate Titij seruus quidā Stichus. qui antequam adiretur hereditas, stipulatus est à Mæuio c. dari heredi futuro Titij. Ista stipulatio non valet nisi adita fuerit hereditas: quia tunc sumit vires: idem est si seruus stipuletur domino qui est apud hostes. nam si reuertatur dominus, valet stipulatio: si non reuertatur, non valet. [STICHI PROMISSOR.] Promisi tibi Stichum certo die soluere post diem lapsum si non soluo, sum in mora. quod si tunc decederet Stichus. nō liberarer interitu speciei. post moram commissam venio ad te, & offero tibi Stichū: tu non vis accipere. certe ego per oblationem istam purgaui moram: & sic nō tenebor si seruus decedat & ponit simile: quia ille qui nōvult accipere pecuniā oblatā, censetur esse in dolo. Fran. Acc.

n ¶ *Interdū pura.* quo ad verba tantum: *vt s. de condit. & d. mon. l. j. in fin.* sic[a] econtra cōditionalis pro pura: *vt j. de noua. l. si pupillus. §. qui sub conditione.*
o ¶ *Ex re.* non ex die, vel sub cōditione. Ac.
p ¶ *In vtero.* Arethusę.
q ¶ *Aut fructus.* fundi Semproniani.
r ¶ *Aedificari.* certo[b] loco. alias nō valeret: *vt s. de eo quod cert. lo. l. non vtique. §. si quis. in f.* Acc.
s ¶ *Incipit.* cum effectu scilicet.
t ¶ *Præstari potest.* vel per eum factum est quo minus possit.
u ¶ *Complecti videtur.* arbitrio[d] iudicis statuendum: *vt j. eo. l. continuus. §. cum ita.* ad hoc *j. eo. inter stip. §. sacrā. versic. pro quo & illud. Insti. de act. §. loco.* Ac.
x ¶ *Item si operas.* scilicet incertas. aliud[e] si certas, vt artificiales: *vt supra de oper. liber. l. hæ operæ. in fin. & leg. quotiens. & leg. cum patronus.*
y ¶ *Nullam.* distinguendū est vbi seruus hereditarius stipuletur iacente hereditate, nam ipsi hereditati statim quæritur. & si heredi futuro proprio nomine adiecto: nihil cuiquam. si vero non adiecto. tunc si fuerit adita, acquirit: aliàs non: *vt j. de stipu. ser. l. seruus hereditarius. & l. seruus hereditarius.* similiter vbi seruus stipulatur nominatim domino capto ab hostibus. si enim reuertitur acquirit: si non, minime. nam fingitur prima hora captiuitatis mortuus si apud hostes decedat: *vt j. de stipu. ser. l. si seruus communis. §. seruus capto.* Accur.
z ¶ *Quasi conditionem.* id est si adeatur hereditas.
a ¶ *Moram.* in cuius commissione multa sunt necessaria: *vt not. s. de vsu. l. mora. & facit s. de peri. & commo. rei ven. l. illud.*
b ¶ *Moram.* nisi[f] lis contest. sit, *vt j. eod. l. si insulam.* vel actoris interfit, *vt j. eod. l. si ita qun. ij. §. Seia.* & nisi esset pœna apposita. nam tunc non purgatur, *vt s. tit. j. l. traiectitia.* nisi circa iudicia, *vt s. si quis cau. l. & si post tres.* & arbitria, *vt s. de arbitri. l. si cum dies. in fin.* & facit *supra de constitu. pecu. l. sed & si alia. & infra de solut. l. si debitor. & supra de migrando. l. j. in prin. & j. eo. l. si secundum. §. sequitur.* Accursius.
c ¶ *Certe.* de specie ad quantitatem transit.
d ¶ *Nocebit ei.* petenti postea. Accur.
e ¶ *Noluit.* sine iusta causa, Azo. si postea est amissa, *vt inf. de sol. l. qui decem. in prin. & facit sup. de excep. do. l. si opera.* Accursius.
f STipulationem] *Pronuntiatione.* intendentis. id est stipulantis aliquid dari sibi.
g ¶ *Apparet.* coram iudice.
h ¶ *Quale.* id est si species sit, vel etiam quantitas, vt optimum *vt j. l. proxi. dicet.* Accursius.
i ¶ *Quantumque.* quando quantitas.
k ¶ *Aurei.* Quid[g]? decem, quantum? fundus, quid? Tusculanus, quale? homo, quid; Stichus, quale? secus autem si homo in genere: *vt j. l. proxi. in prin.*
l ¶ *Tritici Africi optimi.* quale. modij centum, quantum vini, quid,

a Ante Kalendas debitor nisi finitis Kalendis non est debitor. Dies enim stipulationis non cedit vt ex ea agi possit, nisi præterita die in conditione adiecta.
b Cedere dies est non solere, qui conueniri non potest. & è contra conueniri non potest is cui dies nondum cessit.
c Fl. deinde.
c Moram insulæ fulciendæ vel faciendæ quando promissor committat, vt à stipulatore possit conueniri. hoc enim casu quæritur an tunc primum moram commisisse dicatur, cum insula tecta in vtero ruinatè pos non expectādum sit. An etiam tēpus expectabitur, quo insula fabricari potuerit, an verò sufficiat certum esse insulam die cōuento perfici nō posse.
d Mora faciendi operis purgari potest.
e Mora quando fieri dicatur.
a Pura pro cōditionalibus & è contra cōditionalia pro puris interdū accipiuntur.
b Locus ædificij faciendi stipulationi non adiectus vitiat stipulationem.
c Pacta sunt effectu, rem non esse per naturam & facto promissoris.
d Tempus itineris instituendi & perficiendi arbitrio iudicis finiendum.
e Immo idem de certis & incertis Bar. & Pau.
f Displicere Bar. Pau. Alex. & Iasoni: eo dum ibi aliud petitum & aliud offertum, hic idem quod petitur offertur realiter, quo casu potest moram purgare, & lite contest. secundum prædict. scribentes.
g Hæc particula deesse debet vel ita legēdum. Aurei, quid, aut certe referendum ad vocē aurei.

quid. Campani quale. amphoræ centum, quantum. hæc enim omnia sunt certa. & facit ī. si cer. peta. l. certū. & pro certis certi cōdi. pro incertis ex stipulatu agitur: vt Insti. eo. in prin. Accursius.

VBi autem. princip. huius l. est satis planum. Not. tamen vnū loco ipsius casus, quòd positiuus significans qualitatē aliquam, est incertus: superlatiuus verò est certus: ibi, vsque adeo. [FVNDI.] Promisi tibi vsumfructum vineæ meæ. nunquid ista stipulatio est incerta? Respon. quòd sic, quia penitus incertum est quantum nascetur in vineæ, & quantum durabit. [ILLVD.] Promisi tibi fructus qui nascentur in tali vinea mea: aut partum ancillæ meæ. vtrum stipulatus sis incertum? Respō. quòd sic: quia incertum est quid nascatur. sed si ego promitto tibi frumētū quod iā est in horreo meo, vel vinum quod est in cauea mea: videor certum promisisse: quia faciliter sciri potest quantū sit vel in horreo, vel in cauea. [QVI VERO.] Iste §. continuatur ad superiorē: quia dictum est supra in fin. §. quòd si stipulor frumentum quod in horreo tuo est: videor certum stipulatus. Qiud autem est si stipulor hoc modo, promittis mihi dare quod Titius tibi debet: vel quod mihi ex testamento debes? an ista stipulatio sit certa vel incerta? videtur ꝙ sit certa, duabus potissimè rationibus. Prima: quia certum est id quod Titius tibi debet: & quod ex testamento mihi debes: ergo certum deduco in stipulationem. Secūda ratione: quia si fideiussor promittat fidejubendo pro aliquo, id fide mea esse iubeo: attamen videtur certum promittere. Tamen non obstantibus rationibus istis: stipulatio, promittis mihi quod Titius tibi debet? vel quod ex testamēto mihi debes? est incerta: licet parua sit differentia inter hanc & illam superioris §. in fin. de frumento in horreo reposito. [QVI ID QVOD.] Stipulationes quæ in faciendo vel in non faciendo consistunt: sunt incertæ. [QVI ILLVD.] Stipulatus sum à te viginti, vel talem equum tuum. quæritur vtrum certum sim stipulatus vel incertum: & videtur quòd certū: quia certæ res in hac stipulatione designantur. Tamen iurisc. distinguit. aut ego reseruaui mihi electionem: & tunc stipulatio est certa. aut non reseruaui mihi electionem, petendo quod voluero: & tunc stipulatio est incerta. [QVI SORTEM.] Debebat mihi Titius centum ex mutuo. pro quibus præstabat mihi quolibet mense certas vsuras. stipulatus sum ab eo sortem & vsuras simul. dicitur hic quòd certum stipulor, & incertū. nam ratione sortis certus sum stipulatus: ratione verò vsurarum stipulatus sum incertum. §. seq. est planus. Franc.

modij centum, vini Campani optimi amphoræ centum.

LXXV. VLPIANVS *libro vicesimo secundo* [illegible] *ad Edictum.*

VBi autem nō apparet quid, quale, quantúmque est in stipulationem dicendum est.

1. ¶ Ergo si qui fundum sine propria appellatione[b], vel hominē generaliter sine proprio nomine, aut vinum frumētúmve sine qualitate[c] dari sibi stipulatur[d], incertum[e] deducit in obligationem.

2. ¶ Vsque adeo[f] vt si quis ita stipulatus sit, *Tritici Africani boni modios centum, vini Campani boni amphoras centum?* incertum videatur stipulari: quia bono melius inueniri potest†. quo[g] fit vt boni appellatio[h] non sit certæ rei significatiua: cum id quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. At cum optimum quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. quæ res efficit vt ea appellatio certi significatiua sit.

Vsusfructus est incertus propter varietatem pecuniæ ad quam quis tenetur. Item in vino meliori potest solutio variari ex voluntate: sed quando non potest variari, tunc est certum. Bar.

3. ¶ Fundi certi si quis vsumfructum stipulatus fuerit: incertum intelligitur in obligationē deduxisse[k]. hoc enim magis iure vtimur.

Sufficit rem esse certam etiam per relationem ad alium. Pau. de Cast.

4. ¶ Illud dubitationem recipit, si quis id quod ex Arethusa ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo Tusculano nati erunt, dari sibi stipulatus sit: an certum stipulatus videatur. Sed ipsa natura manifestissimum est, incerti esse hanc stipulationem.

5. ¶ Sed qui vinum, aut oleū, vel triticum quod in horreo est, stipulatur: certum stipulari intelligitur[l]. 6. Qui verò à Titio ita stipulatur, *Quod mihi Seius debet, dare spondes?* & qui ita stipulatur: *Quod ex testamento mihi debes, dare spondes?* incertum in obligationē deducit: licet Seius certum debeat, vel ex testamento certū debeatur, quáuis[m] istæ species[n] vix[o] separari possint ab ea quam proposuimus[p] de vino vel oleo vel tritico quod in horreo repositum est. Et adhuc occurrit[q], quòd fideiussores certum vidētur promittere, si modò & is pro quo obligentur certum debeat: cum alioquin[r] ita interrogētur, *Id fide tua esse iubes?*

Obligatio fieri, vel non fieri, est incerta. Bar.

a ¶ *Incertum.* Incertum dicitur & quod in obligatione vertitur: vt si[a] deficit vnum de prædictis: & quod natura sui incertū est vt factum est. M.

b ¶ *Sine propria appellatione.* Hic nulla est stipulatio: *vt ī. de iur. do. l. cum post. §. gener. & j. e. l. ita nisi vt j. e. l. qui ex pluribus. & facit ī. de leg. j. l. si domus.*

c ¶ *Sine qualitate.* cum quantitate tamen expressa. Ioannes. Accursius.

d ¶ *Stipulatur.* Hic quodlibet dando liberatur: *vt supra menda. l. si fideiussor. ij.*

e ¶ *Incertum.* vt si deficit vnum de prædictis.

f ¶ *Vsque adeo.* scilicet dicitur incertum.

g ¶ *Quo.* id est propter quòd. Accursius.

h ¶ *Appellatio.* Non ergo dabitur certi condictio pro mutuo: nisi vbi optimum mutuatus est quis. Sed responderi potest in mutuo considerari bonitatem rei quæ datur, secundum eam fit mediocris vel optima: & quasi certum sit in obligatione, fiat redditio, vel solutio. at vbi non præcedente bonitate quam oporteat nos expectare, stipulor aliquid in pondere numero, vel mensura: incerta erit stipulatio, nisi exprimatur qualitas: vt hic dicit. Quidem tamen dixerunt[a] quòd vbi stipulor centum amphoras vini boni, detur condictio certi: quasi certum sit in quantitate, licet non in qualitate. Sed certe illud nomē quanti[b], refertur[c] ad ea quæ sunt in pondere, numero, vel mēsura: & ad[d] eadem refertur aliud nomen, quale. Illud autem nomen quid[e], refertur ad species quas oportet demonstrare, & etiam ad quantitates. Idem dicebat in homine in genere promisso: quia certum quid, licet quale incertum: quòd cōpetat condictio certi. quod non placet: quia ad species refertur nomen quale, quod *est ī. l. proxi.* ¶ Item oppo. quia[f] & in auro est incertitudo qualitatis: sed tamē dicitur quòd certum stipulor: *vt supra. l. proxi.* Solu. quidam dicunt[g], aliter ibi accipitur certum. s. vbi est quid & quantum, licet non quale. *hic autem strictius.* & ibi etiam quale exigitur certum. 2. Vel aliter[h] ibi intelligitur de his[i] quæ frequentantur. & sic certis etiam quo ad quale: *vt infra de reg. iur. leg. semper.* Accur.

i ¶ *Appellatio.* scilicet optimi.

k ¶ *Deduxisse.* & ideo ex stipulatu competit actio. Sed certè imò certum, *vt ī. de vsufru. ea. re. quæ vsu. consu. leg. tribus. circa prin. quæ est contra.* Sol. hic speciei puta fundi fuit vsusfru. ibi quantitatis. s. xv. milium fuit vsusfru. vel ibi respectu incertioris, id est facti. vt ibi. Item & ī. *de trit. leg. j. §. & generaliter contra.* Solu. ibi quod ex præsenti debebatur, fuit deductum in stipulatione. Vel aliter incerta erat quantum ad vtilitatem: quia nescimus quantum duret, & ita dicitur hic. Ibi verò certa erat quantum ad rē: & ideo per triticariam petitur. imò contra non est: quia triticaria bene competit ad incertum. Accur.

l ¶ *Intelligitur.* Not. non refert quid ex[k] æquipollentibus dicatur: sed obiicitur, hic non apparet quid, quale, vel quantum sit in obligatione: ergo incerta est stipulatio: *vt ī. e. l. in princ.* Respō. non prima facie: sed ex postfacto ex his verbis apparebit.

m ¶ *Quamuis.* correctiuum[l] est[m], secundum Io.

n ¶ *Species.* duæ prædictæ, & quod Seius debet: & quod ex testamento mihi debes, secundum Io.

o ¶ *Vix.* quia noti possunt separari: imò certa est, secundùm Io. licet Bul. dixit stipulationem de eo quod mihi Titius debet, vel ex testamento debes incertam esse.

p ¶ *Proposuimus.* ī. §. *proxi.* Acc.

q ¶ *Occurrit.* mihi in argumētū vt sit certa, secūdū Io. occurrit & tertiū. ar. ī. *de re iud. l. ait prætor. §. j.* Sed ar. contra. ī. *de vsu. leg. quod insti. & j. de iur. fisc. leg. ita fidei.*[n] *& ad l. Fal. de. pœnales. §. Iul. in prin.*

r ¶ *Cum alioquin.* i. aliter ꝙ principales debitores. *& facit ī. de leg. ij. leg. si ita scripsisset. & de leg. j. non quocunque. §. qui Gaium.*

† Hoc pertinet locus cōparationis vtilitatū apud Cic. lib. 2. de Inuent. Rhet. vbi de iuridiciali adsumptiua disserit. & lib. 1. Offic. circa finem.

a Incertum dicitur de quo apparet quid, quale, quantum. Et & incertum, quod ipsa natura incertum.

a Etmale. Bar. Alex. & Ias.

b *Legendum quantum vt in textu habem legi.*

c Quātum refertur ad ea quæ sunt in pondere numero vel mēsura.

d Quale refertur etiam ad ea quæ ponderæ numero vel mensura constant, aut potius ad species. *vt infra not. Accursius.*

e Quid particula refertur ad species & quantitatem.

f Incertū non stipulatur qui aureos decem simpliciter stipulatur, non adiecta auri qualitate.

g Displicet Bar. Pau. Alex. & Ias.

h Idem Bart. Pau. Alex. & Ias.

i Hoc est de auro, quod in prouincia & regione illa frequētatur. Proinde, incertum non dicetur, quod consuetudine vel vsu regionis certum esse potest.

k Aequipollentibus sit aliquid nec ne, nihil interest.

l Quamuis particula correctiua.

m Rectè sensit Ioan.

n Solu. ibi certus fundus nō erat expressus nec ibi solutio debet fieri ad certū propter suspicionem commissæ mortis. Bart. & Ias.

a ¶ *Quid quod. facit Iustin. eo. §. si Actum.*
b ¶ *Designantur.* & ideo videbatur certa. Acc.
c ¶ *Incerto.* & hoc videbatur.
d ¶ *Vtcunque.* nunc soluit.
e ¶ *Velim.* idem videbatur & cum dixi vtrum velis. Sed non est quia in primo casu ita tum possum eligere: in hoc non. *& facit infra de iniuriis. leg. prætor. §. quod autem prætor.*
f ¶ *Quascunque.* sine quantitate: & tunc inutilis: *vt supra de v. suris. leg. tutor. §. fina.*
2. Vel dic trientes: & tunc inutilis: & dicitur incertum propter hoc quia nescimus quantum differt solue re sortem.
g ¶ *Certum:* quantum ad sortem.
h ¶ *Incertum.* quantum ad vsuras.
i ¶ *Quot res sunt.* sors & vsura: *vt supra de eo quod cer. loco. l. centum.*
2. Vel dic quot sanni soluatur vsura. Accursius.
k ¶ *Certi esse.* si stipulor fieri, venit interesse: *vt supra de re iud. leg. si quis ab. §. si.* Idem si rem tradi: *vt supra eo. l. si rem tradi.* Idem si rem præstari: *vt infra eo. leg. si fundum.* Sed vbi dari: tunc quod hic vt omnimodo fiat mea: *vt hic, & supra de contrahen. empt. leg. si ita. §. fin.* quod potest intelligi si fiat traditio: aliàs ad interesse si hoc reo placeat: *vt in di. lib. ll.* sic etiam dicimus in l. qui restituere *& supra de ad. emp. leg. j.* Vel dic preci sè posse agi vt fiat. si hoc actori placet: *vt* ... *de ope. no. nun. leg. stipulatio. §. sine autem. & facit Iustit. de actio. §. si itaque.* ¶ Item quod subiicit quoquo modo, scilicet per se vel per alium. Item per traditionem vel alio modo. Item vel tunc vel postea, vsucapione, consumptione, nam quocunque modo fiat: eius non interest secundùm Ioan. Item sic debet fieri vt auelli non possit: *vt supra d. le. j. l. non quocunque ij. responso.*

7. ¶ Quid quod in faciendo aut non faciendo, stipulatur: incertum stipulari videtur. In faciendo, veluti fossam fodiri, domum ædificari, vacuam possessionem tradi. In non faciendo, veluti per te non fieri quo minus mihi per fundum tuum ire agere liceat: per te non fieri quo minus mihi hominem Erotem habere liceat.

Obligatio alternatiua, si electio est promissoris, continet incertum: si creditoris, certum dicitur continere. Bartolus.

8. ¶ Qui *illud aut illud* stipulatur, veluti decem, vel hominem Stichum: vtrum certum an incertum deducat in obligationẽ, non immeritò quæritur. nam & res certæ designantur, & vtra earum potius præstanda sit, in incerto est. Sed vtcunque, is qui sibi electionem constituit adiectis his verbis, *vtrum ego velim*: potest videri certum stipulatus: cum ei liceat vel hominem tantùm, vel decem tantùm intendere sibi dari oportere. Qui verò sibi electionem non constituit, incertum stipulatur.

Qui stipulatur sortem & vsuras, stipulatur certum quo ad sortem: incertum quo ad vsuras. Bar.

9. ¶ Qui sortem stipulatur, & vsuras quascunque, certum & incertum stipulatus videtur: & tot stipulationes sunt, quot res sunt.

Qui tenetur ad dandum: dare præcisè compellitur. Bar.

10. ¶ Hæc stipulatio, *fundum Tusculanum dari?* ostendit se certi esse: continétque vt † dominiũ omnimodo efficiatur stipulatoris quoquo modo.

Facultas eligendi nõ transit ad aliam præter stipulatoris heredem. B.

LXXVI. PAVLVS *libro quinquagesimo ad Edictum.*

SI stipulatus fuerim *illud aut illud, quod ego voluero*: hæc electio personalis est: & ideo seruo vel filio talis electio cohæret: in heredes tamen transit obligatio & ante electionem mortuo stipulatore.

Verba præsentis temporis non porriguntur ad futura. Bar.

1. ¶ Cum stipulamur quicquid te dare facere oportet, id quod præsenti die dũtaxat debetur, in stipulationem deducitur: non vt in iudiciis etiam futurum: & ideo in stipulatione adiicitur verbum *oportebit:* vel ita, *præsens, in diémve.* hoc ideo fit, quia qui stipulatur quidquid te dare oportet, demonstrat eam pecuniam quæ iam debetur, quòd si totam demonstrare vult, dicit †, *oportebitve*: ita, *præsens, in diémve.*

Ex hereditate iacente ex cursu diei apposita pœna committitur.

LXXVII. IDEM *libro quinquagesimooctauo ad Edictum.*

AD diem sub pœna pecunia promissa, & ante diẽ mortuo promissore, committetur pœna. licet non sit hereditas eius adita.

deducitur in obligationem. Franc. Acc.
l ¶ *Personalis* vt non egrediatur personam meam, vel mei heredis. Accursius.
m ¶ *Filio.* sic stipulanti, illud aut illud, quod velit.
n ¶ *Cohæret.* vt & j. eo. l. si. in prin. Sed videtur egredi personam *vt supra de leg. j. leg. si sic. §. si quis ita.* vbi transit in legatarium talis electio. Solu. ibi erat verbum indicatiui modi, scilicet velim: hic subiunctiui, voluero. quod nõ placet: vt dicam *infra eo. l. fina.* Dic ergo quòd non est contra: quia personalis est electio seruo vel filio stipulante & viuente: sed non est personalis quin ad legatarium transeat: *vt ibi,* & ad heredem: vt hic subiicit, aliàs non est.
n ¶ *Cohærete.* scilicet patri, vel domino.
o ¶ *Obligatio.* & sic electio. ad quod est *C. de iure de lib. l. cum antiquioribus.* Accursius.
p ¶ *Et.* pro etiam. Accursius.
q ¶ *Id duntaxat quod.* nunc respondet.
r ¶ *Futurum.* Hic est contra. *ff. de iudi. leg. non quemadmodum. & leg. non potest.* Solu. dic non futurum vt in iudiciis, scilicet non venit futurum. & sic concordat. 2. Vel dic venire futurum in iudiciis, scilicet quandoque. vt in actione de peculio: *vt supra de pecul. leg. quæsitum. in princ.* & in petitione hereditatis: *vt supra de peti. heredi. leg. sequ.* & aliàs quandoque: *vt not. supra de pigno. act. l. si rem alienam. §. fin.*
f ¶ *Debetur.* & peti potest. hoc dico propter pecuniam quæ in diem debetur, sed adhuc peti non potest.
a ¶ *Dicit sub.* quidquid te dare facere oportet oportebitve, &c.
u ¶ *Oportebitve.* vel hoc tantum: *vt infra de verbo. signific. l. verbũ oportebit.*
x ¶ *In diemve.* id non solum præsens, sed etiam futurum. & facit j. eo. l. si à colono. Acc.

SI *stipulatus.*] CASVS. Titius stipulatus est à Mæuio hoc modo: Promittis mihi dare Stichum seruum aut Pamphilum, quẽ ego voluero: Respondet Mæuius, promitto. certum est quòd stipulator habet hic electionem. Sed ponamus quòd Titius stipulator moritur: an heres eius habeat electionem petendi quem istorum voluerit? Dicitur hic quòd non: quia ista electio est personalis: nec transit ad heredem, an autem obligatio transeat in heredem? Dicitur quòd sic: licet stipulator mortuus sit antequã eligat. [CVM STIPVLAMVR.] Debes mihi ex venditione certam summam pecuniæ: vel debebas mihi ædificare domũ. vt magis certus sim quod mihi soluas, vel domum facias stipulor à te hoc modo promittis mihi dare vel facere quod te dare vel facere oportet? tu respondes, promitto. quæritur, quid deducitur in hanc obligationẽ? respondetur quòd tantum illud quod debebas mihi tempore huius stipulationis: non id quod in futurũ posses mihi debere, nec enim est in hac stipulatione sicut in iudiciis. nam si te conuenio de peculio: licet tempore accepti in dicij nihil sit in peculio: si tamen cœperit postea esse: teneberis mihi. similiter dicendũ est in peti. here. si autem velim mihi prouidere in futurũ: debeo sic stipulari: promittis mihi quod te dare vel facere oportet oportebitve? tunc enim futurum etiam

AD *diem.*] CASVS. Titius stipulatus est à me c. soluenda in die sancti Ioannis: & casu quo non soluerem, promisi I. nomine pœnæ. morior ante festum sancti Ioannis: nec hæreditas mea est adita ab aliquo, quæritur, si ista c. non soluantur in festo sancti Ioannis, an pœna committatur? Et dicitur quòd sic. Franciscus.
y ¶ *Ante diem.* ergo ante moram.
z ¶ *Committetur.* eo die quo dare debuit: quo tempore videbatur pœnam non esse commissam? scilicet cum non per debitorem stetisset: sed casu quo minus soluisset. Azo. *& facit supra de manu. fana l. fin.* Sed quidam dicunt quòd obstet exceptio, *vt arg. supra de vsur. leg. pecunia. §. j. in fin. §. quod non placet.* & ibi loquitur contrario casu. *item facit supra de fideicom. liber. leg. Thais. §. Stichus.* Accursius.
a ¶ *Pœna.* quia mora in rem est. Acc.

SI *filiusfamilias.*] CASVS. Habeo filium in potestate qui stipulatur à Titio centum. certum est quòd filius mihi adquirit post hanc stipulationem emancipo eum. quæritur, vtrum actio mihi competat post emancipationem eius? Respon. quòd sic: quia tempus quo stipulabatur, inspicitur. [CVM FVNDVM.] Stipulatus sum

a Alternatiuè testificantem & respondentem incertum & varium testem non dici. modo vtraque pars responsionis tendat ad eundem effectum hinc colligit Iason post Alexandrum in l. Gallus §. si eius. sup. de lib. & posth. ... de Butrio in a. tertio de probat.
* faciendo & in faciendo.
b Vsuras quascunque (puta trientes) stipulatus incertũ stipulatur, et ignorentur, ad quod vsque ... per vsuras ... ibi in Glossa. Quid si vsuras simplicitet est stipulatus, nulla adiecta quantitate? Inutilis est stipulatio vt vult ... Imò vtilis. vt Petrus de Bruto apud Iasonẽ ... quia hoc casu quis intelligitur stipulatus vsuras in prouincia sua consuetas.
c Annua vel in annos singulos stipulatio, an sit vna, vide hic apud Bartolum & Iasonem.
d Stipulationes fieri, tradi, præstari differũt à dari stipulatione. Prioribus venit interesse: Posteriore agitur vt res omnimodo dat nostra.
e Reprobatur per Bar. Imo. Alex. & Ias.
f Hæc duæ legis non obstant, quia loquuntur in obligatione rem restitui, vel rem tradi: hic non autẽ in obligatione rem dari. Ias.
g Dominium dari debitor transferre debet quoquomodo: & quod sit quoquomodo dominium transferre.
h al. vsu cõsumptione: & ita legisse vide tur Iason vnde colligit oportere ... & vsus retentione, cum vsu detrimento transferatur dominium.

a Personalis electio quid.
b Electio personalis dicitur quæ non egreditur personam nostrã & heredis nostri.
† Dandi debitor dominium transferre debet, vide ... exceptio ... Iason & plures apud eũdem ... & ... colum in l. stipulationem ...
c Ista reprobatur per omnes doctores.
d Velim & voluero.
e Electio in ... transire ad heredem potest.
f Electio transit quandoque ad heredes.
g Futura ... quando veniunt in iudiciis.
† dicit, oportet, oportebitve.
h Ita gl. ... Pro ... hic.

sum à te fundum Cornelianum, vel vineam maturam: vtrum fru ctus mihi debeantur qui sunt in ea, propter illam stipulationē dicitur quòd non. Franc.

a ¶ *Dei de.* post emancipationem.

b *Quo contrahimus.* secus [a] in legatis conditionalibus, *vt ℨ. de re iudi. l. quæ legata & supra quando di. leg. ce. l. si vsusfru. in fin. & ℨ. de pig. l. si legati. & Cod. de condit. inser. l. si vxor. & ff. infra de regul. iur. l. non omne. §. j. & ℨ. de stipu. ser. leg. fina.* ¶ Sed contra. *ℨ. de fideiuss. l. si debitori. §. si filius & infra eodem. leg. quidam in fine.* Sed fuit subsecuta numeratio: vnde eius tunc tempus inspicitur. *argu. infra de nouat. leg. cum enim supra de iur. do. l. profectitia. §. pe.* Item contra. *ℨ. man. l. si vero non vt. §. si filio.* vbi ex mandato recepto dum est in potestate, agit emancipatus. Solu. vt ibi. Item contra. *supra eo. l. si rem meam.* Solu. vt ibi.

a Tempus contractus non conditionis respicimus in stipulationibus: in legatis verò ipsius conditionis. adde Gloss. l. si vxorem. §. j. Cod. de conditionibus inserta. Immo in contractibus quandoque tempus conditionis inspicimus Gloss. l. si vero. ss § si filio emancipato. l. mandati adde Bar. in l. si is qui. §. sup. de vsucapionibus.

† Initium spectandum

c ¶ *Non veniunt fructus.* nisi [b] sit lis contestata: *vt supra de vsur. l. videamus. §. si actionem.* Sed contra. *j. eo. leg. si fundum certo die.* Sed illud interesse non consistit in lucro captando: putà fructuū: sed in damno vitando scilicet quanti interfuit moram factam non esse: & sic fructus veniunt non vt fructus.

b Fructus non veniunt in actione stricti iuris, nisi post litem contestatam.

2. Vel subtilius dicitur, quia ibi nō fūdus ipse, sed factum est in obligatione, scilicet fundum præstari: vnde agitur quanti interest, scilicet factam non esse moram in præstando. sed hic fundus ipse est in obligatione: quia promisit dari: & sic non veniunt fructus qui erant tēpore stipu. & plene dixi in d. §. si actionem. Item contra *supra de act. empt. leg. Julianus. §. si fructibus.* Sed ibi in emptione quæ est bonæ fidei: hic in stipulatione vel melius *vt no. d. §. si actionem secundum Jo. & de act. emp. dante. §. j. item facit ℨ. quæ in frau. credi. leg. fi. §. vt fructus.* Item contra, *de rei vindi. l. fructus pendentes.* Sed hic [c] fecti erant: Vel ibi vt sint mei, non vt mihi debiti: hic autem non sunt vt mihi debiti: quia non debentur.

* Idem Cic. li. 2. de inuen. rhetorica, vbi de controuersia quæ in scripto versatur differit. Quintil. li. 7. c. de ambiguo.

c Rē eptobatur ideo dic, qđ illa lex loquitur respectu iuris personalis: ideo fructus non veniunt tanquā pars fundi secundum Bal. Immo. Alex. & Iaf.

d S*I procuratori.*] *Competere.* hoc in prætoriis: *vt ℨ. de præto. stipu. l. v.* in aliis non, secundùm quosdam. 2. Vel dic in omnibus. nam in prætoriis etiam si esset absens dominus, acquireret ei. Item hoc valet in stipulatione & datione concepta in persona stipulantis procuratoris, vel etiam in stipulatione tantū: *vt supra de consti. pec. l. eum qui §. Iulianus. & adde quod no. Instit. de inuti. stipu. §. si quis alij. & supra de procu. leg. quod procurator. & facit supra si quis cau. l. penul.*

Q*Votiens.*] CASVS. Tu eras venator, & ego etiam: sic diligebamus canes. promisisti mihi vnū canem: & cum ego peterem canē tuum venatorium, dixisti quòd non intelligebas de cane latrabili: sed quòd dares mihi piscem marinum, cum primū capi posset. quæritur, quid iuris, vtrum debeam expectare quòd capiatur? vel dixisti te intellexisse de sydere cœlesti: quod tamē nunquā præstari potest. certe erit interpretandum quòd promiseris mihi canem latrabilem: quia aliter intelligendo stipulatio fieret inutilis. forte enim nūquā posset capi piscis ille marinus: nec sydus cœleste dare vnquam posses: quare erit res in eam partem interpretanda, vt non pereat. Franc. Accursius.

d Ambigua oratio fi. mul tis modis.

e Aequiuocatio fit in dictione: Amphibologia in oratione.

f Amphibologia in oratione

e ¶ *Ambigua.* Vel [d] propter æquiuocationem, vel propter amphibologiā, vel compositionē, vel diuisionē, vel generalitatē, vel cōsimilium, vel alternationem: vt per totum hunc titulum. Aequiuocatio [e] est in dictione: vt cum vna dictio æqualiter significat plura: vt in hac dictione canis: quæ significat marinū latrabilē, & cœleste sydus. 2. Amphibologia [f] fit in oratione: vt in hac ora-

ſ. Nouum

Quantum ad acquisitionem tempus contractus inspicitur.

LXXVII IDEM *libro sexagesimosexto ad Edictum.*

SI filius familias sub conditione stipulatus, emācipatus fuerit deinde [a] extiterit cōditio patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus [b] †.

In actione stricti iuris non veniūt fructus, nisi à die litis contestatæ.

1 ¶ Cum fundum stipulatus sum, nō veniunt fructus [c] qui stipulationis tempore fuerint.

Præsentis persona inducit vt alteri per alterum actio quæratur. Bar.

LXXIX. PAVLVS *libro septuagesimo ad Edictum.*

SI procuratori præsentis fuerit cautum: ex stipulatu actionem vtilem domino cōpetere [d] nemo ambigit.

In ambiguis assumimus interpretationem quæ vitio caret. Bar.

LXXX. IDEM *libro septuagesimo quarto ad Edictum.*

QVotiens in stipulationibus ambigua [e] oratio est: commodissimum est id accipi, quòd res qua de agitur, in tuto sit [f].*

In stipulationibus prætoriis simpliciter conceptis videtur quis promittere se curaturum. item in obligatione facti succedit obligatio ad interesse. Bart.

LXXXI. IDEM *libro septuagesimo septimo ad Edictum.*

QVotiens quis aliū sisti [g] promittit: nec adiicit pœnā [h], putà vel seruum [i] suum [k], vel hominem liberū [l]: quæritur an cōmittatur stipulatio. Et Celsus ait & si non est huic stipulationi additum, nisi steterit, pœnam dari id † quāti interest sisti, cōtineri [m] & verum est quod Celsus ait [n]. nam qui alium sisti promittit, hoc promittit, id se acturum [o] vt stet [p].

Aliquando stipulatio procuratoris refertur ad interesse domini. Bartolus.

1 ¶ Si procurator sisti aliquē sine pœna stipulatus sit, potest defendi, nō suam, sed eius cuius negotium gessit, vtilitatem in ea re [q] deduxisse [r]. idque fortius dicendum, *si quanti ea res*, stipulatio proponatur procuratoris.

Non potest quis stipulari rem suam sibi dari, sed restitui sic, & etiam æstimationem eius. Paulus.

LXXXII. IDEM *libro septuagesimo octauo ad Edictum.*

tione, [a] liber Aristotelis. nam hæc duplex est & ambigua. nā vno modo potest intelligi quod sit editus ab Aristotele, alio modo potest intelligi quòd sit proprius ipsius. Vel in hoc exēplo: littus aratur nam propriè significat terram scindi. Trāssumptiuè [b] operam perdi. [c] 3. In cōpositione [d] & diuisione ponas exemplū in hac oratione duo & tria sunt quinque secūdū quòd est diuisa, est falsa. nam tūc intelligitur quod duo sunt quinque, & tria sunt quinque: quod est falsum.

f ¶ *Tuto sit.* si [e] in vno cōsensimus: [f] debetur. s. si verba fuerūt apta: aliàs non: *vt ℨ. de leg. j. l. iij.* Si cōstat nos dissensisse, nil est: *vt ℨ. eo. l. inter stipu. §. Stichum.* Si dubitetur de quo senserit: si quidem potest valere secundùm intellectū vtriusque, quia neuter Stichus est stipulatoris, datur electio promissori: *vt ℨ. e. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus* [g], *& de reb. du. l. cum quaritur.* Si [h] non potest secundùm intellectum vtriusque valere: valebit secundùm intellectum illius qui potest valere, vt hic: vt quia alter est stipulatoris: vel quia dixi, hodie decem Bon. dari. & alter dicat sensisse de alia Bononia, secundū cuius intellectū nō posset valere. *& facit infra eo. l. qui ex pluribus. & de reb. du. l. quoties. §. & de leg. j. l. apud* [k] *Iulianum. §. scio. & ℨ. eo. l. cōtinuum. § j. & l. quicquid astringendæ. & l. si mihi & Titio §. si. stipulatus. & supra de reb. dub. l. vbi & ℨ. de reg. iur. l. semper.*

a Amphibologia exemplum.

b id est metaphoricè.

c Arari littus dicimus cum significare volumus operam perdi

d Aequiuocatio compositionis & diuisionis.

e Vide Gl. ... pulatio ... in stipulationibus sup. ... distinctionem ... Imo. & ...

f verum est sub §. alter.

† Flo. in id.

g Verum est sub § alter.

h Valere est saltem vt valere potest de bet.

i Actus intelli dum in dubio vt valet magis quam pereat.

k Idem Ias.

Q*Votiens.*] CASVS. Titius fecit mihi furtum. conueni eum coram iudice act. furti. tu quia diligebas eum, excusasti causas absentiæ. & quia procurator eras, promisisti mihi quòd eum sisteres in iudicio, non adiiciens aliquam pœnam huic promissioni. tu non sistis Titium sicut promisisti, quæritur ad quid mihi tenearis? Respon. quòd teneris mihi ad interesse, quanti scilicet mea interest eum statum fuisse. [SI PROCVRATOR] Conueniebar actione noxali propter seruum meum. constitui procuratorem. procurator ille promisit aduersario meo seruum sistere in iudicio. nō facit quod promisit. quæritur verū aduersarius meus possit agere ad interesse, eo quòd non seruatū est quod est promissum, & respondetur quòd sic: licet illa stipulatio quāti ea res est videatur fuisse procuratoris, Franc.

g ¶ *Sisti.* in iudicio. Ro.

h ¶ *Nec adiicit pœnam.* si non steterit. Ro.

i ¶ *Vel seruum.* quibus casibus stipulatoris interest sisti, vt in criminalibus, & in possessione momētanea, & si est Cæsaris seruus; vel etiam aliàs in causa noxali: *vt supra si ex noxa. causa aga. l. ij. §. j. aliàs non: vt supra si quis cau. l. quotiens.*

k ¶ *Suum* scilicet promissoris.

l ¶ *Liberum.* scilicet sisti promittit.

m ¶ *Contineri.* colligitur ergo in [l] obligatione interesse deduci, vbi factum promittebatur: *vt ℨ. si quis in ius vo. non ie. l. fi. sic ℨ. rem ra. ha. l. si procurator. & l. in stipulatione. & ℨ. de exis. l. si ita. quis & no. ℨ. de re iudi. l. si quis ab alio. §. finali.*

l Id quod interest venit in obligatione facti.

n ¶ *Ait.* videbatur factum alienum promittere: sed lex interpretatur proprium. & hoc est, nam qui, &c. Accursius.

o ¶ *Acturum.* & ideo nisi ille steterit, ad interesse tenetur, cum magis suum factum quàm alienum promisit. R.

p ¶ *Vt stet.* s. ille quem sisti promiserit. Accursius.

q ¶ *Re.* id est in stipulatione. Acc.

r ¶ *Deduxisse.* & ideo [m] quanti interest domini, in eā stipulatione venit: *vt hic, & supra si quis cau. l. si procurator. & facit supra de in lit. iuran. l. videamus.*

m Vellitas in pro. eo quod interest.

NEmo.] CASVS. Stipulor à Titio hoc modo: Titi promittis mihi dare rem meam? an talis ſtipulatio valeat? Dicitur quod non. Si autem dico ſic: promittis centum pro pretio talis fundi mei? talis ſtipulatio valet. Itē poſſum ſic ſtipulari, promittis mihi reſtituere talem equum meum quem detines? [SI POST MORAM.] Promiſi tibi hominem Stichum. conueniſti me in iudicio vt tibi ſoluerem: & litem es conteſtatus. Stichus moritur. quæritur, an mihi tenearis. Reſpondetur quòd ſic, ac ſi Stichus adhuc viueret. & in fine declarat quis videatur morā facere: nam ille qui plus diligit litigare, quam ſoluere quod debet. Franc.

NEmo rem ſuam vtiliter ſtipulatur[a]: ſed pretium rei ſuæ non vtiliter. Sanè rem meá mihi reſtitui [b] rectè ſtipulari videor[c].

Periculum interitus ſpectat ad debitorem moroſum. Barto.

1. ¶ Si poſt moram promiſſoris homo [d] deceſſerit [e]: tenetur nihilominus proinde ac ſi homo viueret[f]. & hic moram videtur feciſſe, qui litigare [g] maluit quá reſtituere.

Quis non poteſt factum alienum promittere, ſed ſimpliciter promittendo videtur promittere ſe curaturum, quando procedit contractus ex cuius natura hoc venit. Bartolus

a ¶ *Stipulatur.* ſcilicet pure. ſed [a] ſub condit. [b] poteſt: *vt ſupra eo.l. ſi rem meam.* & dari: *vt ſupra eod. vbi autem. in fin. & ſupra vſufru. quemadmodum ca.l.fin.in fin. & ſupra eod.leg. ſcire. in fine.*

a Pure & ſub conditione ſtipulationis differentia.
b Suam rem ſub conditione quis ſtipulari poteſt. at non pure.

b ¶ *Reſtitui.* ſcilicet de facto: *vt ſupra eod. l. ſi rem.* Accurſius.

c ¶ *Videor.* propter poſſeſſionem.

d ¶ *Homo.* non periturus eodem modo penes ſtipulantem: aliàs *contra. ſ. de conſtit pecu.l.ſi duo. M.* Sed Ioan. [c] contra

e ¶ *Deceſſerit.* mora non purgata: *vt ſ.eo.l. interdum. §. fin.*

f ¶ *Si homo viueret.* nam adhuc poteſt peti: *vt j.e.l. ſi ſeruum. §. ſi vult.*

g ¶ *Litigare.* iniuſte [d] aliàs ſecus: *vt ſ. de peti her.l. illud. & ſupra de vſur. l. ſi quis ſolutionem. & j. de tegu. iur. leg. qui ſine. quæ ſunt contra.* Accurſius.

c Hæc ſententia vera & cōmunis ſecundū Bart. & alios vt in l. quod te ſup. ſi cer. pet. licet contra eam teneat Ia.
d Moram nō cōmittit, qui mauult litigare quàm non ſoluere.

INter ſtipulantem.] CASVS. Hæc l. in principio ſuo nihil aliud dicit quàm hoc quòd ſcilicet nemo poteſt alteri ſtipulari: quia veba ſtipulationum debent proferri inter præſentes: & ſic negotium. id eſt ſtipulatio fit inter præſentes. [ET QVI SPONDET.] Promiſi tibi quòd dolus malus aberit ab aliqua re inter nos acta, & ſic te ſtipulante promiſi: promitto tibi quòd dolus malus abeſt & abſuturus eſt. quæritur quid promiſiſſe videar, an de meo dolo ſolummodo, an etiam de alieno? Reſpondetur, hæc ſtipulatio comprehēdit non tantùm quod dolus meus, abſit, ſed quòd curare debeam etiam quòd dolus alterius huic rei non interueniat. Idem dicit eſſe in illa ſtipulatione, habere licere: & in illa, neque per te, neque per heredē tuum fieri: ſcilicet quin mihi ire agere liceat. [SI STICHVM.] Habebas duos ſeruos Stichos: vnum album, alium nigrum. ſtipulatus ſum à te Stichum ſimpliciter, non exprimendo nigrum, neque album: petij à te Stichū albū, qui melior erat. tu dixiſti te ſenſiſſe de nigro, & nō de albo nec poteſt conſtare de quo ſenſerimus, quæritur, vtrum ſtipulatio valeat? Et reſpondetur quòd talis ſtipulatio eſt inutilis, propterea quòd non conſenſimus in vnam rem. Secus eſt in iudicio. nam retento eodem themate, ſi petiero per libellū, vel ſimplici petitione, Stichum, non addendo vel exprimendo album vel nigrum: certè ſtabitur dicto meo qui ſum actor, de quo ſenſerim. & ratio eſt: quia ſtipulationes quæ fiunt extraiudicium, fiunt voluntate partium & vtriuſque conſenſu. ſi ergo conſenſus deficit, non valet ſtipulatio. Sed iudicia redduntur in inuitos: & neceſſe eſt quòd ſtetur dicto actoris: quia reus ſemper negaret ſe de illo quem dicit actor ſenſiſſe. eſt enim proprium reorum ſemper fugere. [SI STIPVLANTE] Titius ſtipulatur à Mæuio hoc modo. Promittis mihi dare Stichum aut Pamphilum? Mæuius reſpondet animo diſſentiendi, promitto Pamphilum. quæritur, an Mæuius teneatur? Reſpon. quod non. Sed quid? Idē Titius ſtipulatur à Mæuio: promittis mihi xx. aut x? Mæuius reſpondet, promitto decem. an teneatur in decem? reſpon. quòd ſic: & ratio differentiæ eſt inter ſtipulationes ſpecierum & ſummarum: quia in ſummis ſemper intelligimus eſſe promiſſum quod minus eſt decem autem minus ſunt, quàm xx. [ITEM SI EGO.] Stipulatus es à Titio ſic: promittis mihi Stichum, & promittis mihi Pamphilum? Titius reſpondet, promitto Stichum. quæritur, an teneatur pro Sticho? dicitur quòd ſic: quia tot ſunt ſtipulationes quot res deductæ in ſtipulationem: ergo ſi ad vnum reſpōdetur, valet ſtipulatio [SACRAM REM.] In hoc §. vſque ad §. ſi rem. eſt prolixior textus & clarior quàm caſus poni poſſet: & procedit per pulchra argumenta quæ confirmat per exempla clariſſima: quare videatur textus, qui facillimus eſt. [SI REM.] Promiſiſti mihi equum talem ex cauſa donationis. poſtea legatus eſt mihi equus ille: & ſic ſunt hic duæ cauſæ lucratiuæ, ſcilicet donatio, & legatum. quæritur hic cum acquiſiuerim equum iſtum ex cauſa legati lucratiua, nunquid euaneſcit prima ſtipulatio? Reſpō. quòd ſic. Idem eſt ſi heres fuero domino illius rei quę mihi promiſſa eſt per ipſum dominum, vſque ibi. §. ſi vero. Sed ponamus quod dominus illius rei mihi promiſſæ me inſtituat heredem: ſed tamen illam rem à me legauit alteri, & ſic non eſt apud me remanſura. Certe hoc caſu non euaneſcit ſtipulatio: & intellige quando ſum inſtitutus in parte heres: quia ſi in totum, non eſt contra quem agere poſſem: bene aduertendo ad literam. aliter enim textus ſtare non poſſet. caderet enim caſus in impoſſibile. Idem eſt & ſi ſit legata ſub conditione ratio: quia licet ipſe debitor dediſſet rem quæ eſt legata ſub conditione: certe non eſſet liberatus. ſi autem defecerit conditio, & res penes eū remāſerit: euaneſcit petitio. [STICHVM.] Stipulatus ſum à te Stichum: qui forte mortuus erat. an valeat talis ſtipulatio? & diſtinguitur: aut tu eras in illo caſu mihi tenereris etiā mortuo Sticho: quia eū forte mihi ſurripueras: & tunc etiam mortuo Sticho mihi teneris: quia ſemper fur eſt in mora. aut eū ſimpliciter ſum à te ſtipulatus, putà cauſa emptionis vel donationis: tunc enim ſi mortuus erat tēpore ſtipulationis vel poſt, ante tamen moram: non teneris mihi: quia mortuo homine promiſſo ante morā promiſſoris, liberatur promiſſor. [SI QVIS.] Ancilla Titij cōmiſit noxiam contra me: conueni Titium noxali actione, qui promiſit ancillam quæ prægnās tunc erat, ſiſtere in iudicio, iſta ancilla interim peperit: poſtea ſiſtitur per dominum. quæritur, an rectè ſiſtatur? & reſpondetur quòd ſic. hoc dicit hæc tota l. vſque ad eius fin. Franc.

LXXXIII. PAVLVS *libro ſeptuageſimo ſecundo ad Edictum.*

INter ſtipulantem & promittentem negotium [h] contrahitur: itaque alius pro alio promittens daturum facturumve eum, non obligatur[i]. nam de ſe quenque [k] promittere oportet. Et qui ſpondet dolum malum abeſſe, abſuturúmque eſſe, non ſimplex adnutiuum ſpondet: ſed curaturum ſe vt dolus malus [m] abſit. Idémque in illis ſtipulationibus, *habere* [n] *licere*: item, *neque per te* [o], *neque per heredem tuum fieri quo minus fiat*[p].

Diſſenſus vitiat ſtipulationem: ſed non iudicium. Bartolus.

1. ¶ Si Stichū ſtipulatus, de alio ſentiam, tu de alio: nihil actum[q]

h ¶ *Negotium.* id eſt pacto, negocium conſtituitur. id conſtitui debet, Ir.

i ¶ *Non obligatur,* ipſe, nec ille quem daturum vel facturum promiſit. Accurſius.

k ¶ *Quemque.* idem in conſtituta pecunia: *vt ſ. de conſtit. pecu. l. eum qui. §. Iulianus. verſic. ſed ſi quis. & facit j. de fideiuſſ. l. ſi vt reus. & ſ. de inter. ac. l. ſi ſiac. §. j.*

l ¶ *Abnutiuum.* i. [a] eſt abnegatiuum: hoc eſt non à ſe ſolo dolum abeſſe: ſed curaturum, &c. 2. Vel ſecundum M, id eſt non ſolum annuit dolum à ſe abeſſe, ſed ab alio: & in idem recidit cum prima.

a Abnutiuum pro negatiuo.

m ¶ *Dolus malus.* idcirco obligatur, ſubaudi.

n ¶ *Habere licere.* ¶ Videtur cótra. ſ. *eo. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis promittat. & §. quæſitum. ibi, quare ſi perſeuerauerit, &c.* vbi dicitur quod pro extraneis non tenetur. Sol. [b] hic præceſſit contractus in quo talia veniebant iure contractus etiam extraneo euincente. ibi non: *vt not. ſ. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem.* 2. Vel hic tenetur de aliis quos prohibere poteſt: ibi non poterat prohibere, *arg. ſ. loca. leg. ſi fundus.* 3. Vel ſecundùm M. [c] refert: promitto ſimpliciter habere li. & tunc obtinet quod hic: quod etiam de extraneis tenetur. an expreſſim per me & per alios habere li. & tūc ſit ſimplex abnutiuū: *vt in cōtra.* 4. Vel ſecundū Io. [d] non cōmittitur ſtipulatio, vt ibi, ſcilicet propter factū promiſſoris vel heredis, alio ſcilicet euincente: committitur tamen ideo quia nō curauit hoc non effici: *vt hic.* 5. Vel dic quod dicitur, [e] idémque in illis ſtipulationibus, &c. referri ad principium legis ſcilicet quod alius pro alio promittens non obligatur. 6. Vel hic promiſit ſe curaturum quòd alij ſineret habere licerē. ¶ Itē in eo quòd præcedit dolum malum, &c. eſt contra. *ſ. eo. leg. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum.* Sol. vt dixi in antepe. & vlti. ſolu. præcedentis contrarij. vel vt in ſecunda & tertia. & facit *j. iudi. ſolui. l. nouiſſime. & ſ. e. l. in illa ſtipu. per te. ij. & ſ. loca. l. in leg.* Accurſius.

b Idem Bart. P. & Alex. nō tamen congruit literæ, ſecundū Iaſ.
c Nihil eſt ſecundùm Iaſ.
c Nihil eſt ſecundùm B. P. & Iaſ.
d Iſtam ſolu. iungas cum præcedentibus. & eſt veriſsima. B. Angel. Imo. & Alex.
e Diſplicet Bar. & Iaſ.

o ¶ *Per te.* ſcilicet Titium. Accurſius.

p ¶ *Fiat,* domus à Seio quam promiſerat mihi facere.

q ¶ *Nihil actum,* vt *j. e. l. continuus. §. j. & arg. ſ. de contrahen. emp. l. in venditionibus. & ſ. tit. j. l. in omnibus.* Sed contra in eod. tit. *de contrahen. empt. l. ſi in emptione. in prin.* Sed ibi accedebat venditioni:

tioni [a]: hic principaliter promittebatur. Vel hic [b] constabat dissensisse: ibi non. & adde distinctioné quá no. 3. *eod. l. quotiens*. Acc.

a Idem Bar. Alex & Iaf.

b Displicet prædicta.

a ¶ *Existimauit*. sed male. Accur.

b ¶ *Sed hic*. i. in iudiciis. Accur.

c ¶ *Nam stipulatio*. ratio differentiæ. Accur.

c In inuitum iudicia redduntur.

d ¶ *In inuitum*. facit c *supra de procu. leg. neque fæmina. & l. si reus*.

erit. quod & in iudiciis Aristo existimauit [a]. Sed hic [b] magis est vt is petitus videatur, de quo actor sensit. Ná stipulatio [c] ex vtriusque consensu valet: iudicium autem etiam in inuitum [d] redditur: & ideo actori [e] potius credendum est: alioquin [f] semper [g] negabit reus se consensisse.

e ¶ *Actori*. vincenti, & declarare [d] volenti: aliàs [e] nulla fieret ei condemnatio: *vt s. de rei vindi. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. fin. & facit supra de iudi. l. solemus. & leg. si quis intentione. & C. de annali except. leg. fin.*

d Declarâdæ intentionis antiquæ onus, an transeat ad hæredes negat Bartolus transire aut expedi personâ proferentis. Hinc etiam colligunt iui vlgendi ad hæredes non transire. Gui. de Pap. singu. 461 sed & illud. Hæredem declarare nô posse libellû obscurum à de functo oblatum, sicuti ipse defunctus potuisset. Gl. *l. item. §. si plures. sup. de receptis arbi. Marsica, §. de vsu & Aemulum vt voluntas.*

e Interpretatio ea debet esse vltima, qua à fuit nullus redditur. *Campeg. de dote par. tes q. 32.*

f ¶ *Alioquin*. si non stemus dicto actoris. Accur.

g ¶ *Semper*. scilicet in re dubia.

Si alternatiuè interroganti respondeatur de vno, vitiatur stipulatio in specie: licet secus in summis: item secus si præcedat interrogatio copulatiua. Bart.

2. ¶ Si stipulante me Stichum aut Pamphilum [h], tu vnum daturum te spoponderis [i]: constat non teneri [k] te, nec ad interrogatum esse responsum.

h ¶ *Si si pulante me Stichum aut Pamphilum*. & sic est stipulatio alternatiua.

i ¶ *Spoponderis*. animo dissentiendi.

k ¶ *Non teneri*. secus in legatis. *argumen. supra de aur. & argen. lega. l. leg. qui lancem*. secundum quosdam: sed diuersus est casus. Accursius.

3. ¶ Diuersa causa est summarum [l]: veluti, *Decem aut viginti dari spondes?* hic enim & si decem spoponderis, rectè respon sum est: quia semper in summis id quod minus est [m], spondere videtur.

l ¶ *Diuersa causa est summarum*. hic enim licet diuersitas responsionis non placeat: illico tamen stipulatio tenet, secundùm Azo. Accur.

4. ¶ Item si ego plures res stipuler, Stichum putà & Pamphilum: [n] licet vnum spoponderis, teneris. videris enim ad vnam ex duabus [o] stipulationibus respondisse.

f Eligentia interdum rei vilior vtilis esse potest. itaque vel hoc casu, electio ei cui res eligenda est vel non debet.

m ¶ *Quod minus est*. & apparet ex verbis: at in speciebus nô apparet: quia etiá [f] vnus sit vilior, potest tamé esse soluenti & eligenti vtilior. 2. Vel dic: id est verisimile est vt ita videatur spopondisse simpliciter spondendo: non tamen dico quòd maior quantitas eligi non possit: potest enim: *vt supra de lega. ij. l. si ita relictum. §. fina.* sed illa non dicit hoc. sed in speciebus non est adeo violenta præsumptio: & secúdum has scilicet duas expositiones exponit spondere, id [g] est promittere. 3. Vel tertio est ratio: quia pro superuacuo habetur, vel xx. nec plus valet quàm si simpliciter decem promitteret, & secundùm hoc spondere, id est interrogari: *vt supra de lega. ij. l. Sempronius. & facit supra de verb. leg. idem. §. si plures. & infra de fideiussor. l. inter eos. in princip. & de leg. iij. nummis. & infra eod. leg. si ita stipulatus fuero x. aut xv. & supra de re iud. l. inter pares. §. final. infra de regu. iur. leg. semper in obscuris. & supra de adi. lega. l. iij. §. si quis plus.* Sed contra infra *de solu. qui res. §. qui stipulatur*. Sol. vt ibi.

g Spondere, pro promittere, vel interrogare, vt inf. eod.

Si res à commercio communi eximatur, super ea obligatio non contrahitur: & contracta extinguitur: nec reuiuiscit impedimento cessante. secus si fructus nati perirent: aut si nauis reparandi animo dissoluatur. tunc enim obligatio non extinguitur, sed cessat: ideo reassumit effectum impedimento cessante. Bart.

5. ¶ Sacram vel religiosam rem, vel vsibus publicis in perpetuum relictam, vt forum aut basilicam, aut hominé liberú inutiliter stipulor [p], quáuis sacra prophana fieri, & vsibus publicis relicta in priuatos vsus reuerti, & ex libero seruus fieri potest. Ná & cú [q] quis ré profaná [r], aut Stichú [s] dari promisit, liberatur si sine facto [t] eius res [u] sacra esse cœperit, aut Stichus ad libertatem peruenerit: nec reuocantur in obligationem, si rursus [x] lege aliqua & res sacra profana esse cœperit, & Stichus ex libero [y] seruus effectus [z] sit: quoniá [a] vna atque eadé causa [b] & liberádi & obligádi [c] esset, quòd aut dari non possit, [d] aut dari possit [e]. Nam & si nauem [f] quam spopondit, [g] dominus dissoluit, [h] & iisdem tabulis cópegerit: quia eadem nauis esset, inciperet obligari [i]. Proquo & illud dici posse Pedius scribit: Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras [k] vini, expectare debeo donec nascatur: & si natum sine culpa promissoris consumptum sit, rursum expectare debeam donec iterum nascatur, & dari possit: per has vices aut cessaturam [l] aut valiturá stipulationé. Sed hæc [m] dissimilia sunt. Adeo enim cú liber homo [n] promissus [o] est, seruitutis tépus spe-

n ¶ *Pamphilum*. & sic plures stipulationes: vna de vna re: alia de alia: quia tot stipulationes, quot res: *vt 3. eod. l. fiere debemus*.

o ¶ *Ex duabus*. quantú ad res quarú vna est vtilis: altera inutilis.

p ¶ *Stipulor*. purè, vel sub conditione.

q ¶ *Et cum*. verè prædictę causæ impediunt obligationem: nam eædem inducunt liberationem obligationis iam constitutę.

r ¶ *Prophanam*. scilicet alienam.

s ¶ *Stichum*. scilicet alienum. quod dic *vt inf. eod. l. si seruum. §. j. & ij*. Accur.

t ¶ *Facto*. large culpa & mora accepta.

u ¶ *Res*. scilicet promissa.

x ¶ *Si rursus*. i. id est quamuis.

y ¶ *Ex libero*. *vt inf. de solu. l. qui res. §. aream. & Inst. de inuti. stip. §. j. & facit inf. eod. leg. liber homo. j. & de solu. leg. si mihi alienum. & alib. le. l. si seruus. in fin.* Sed contra. 3. *de leg. iij. l. si ebarus. §. fina.* Sed ibi [h] fuit culpa heredis: quia seruum manumisit. & quod dicit ibi in contrario, quòd seruus factus petitur: expone. id est æstimatio propter moram vel culpam heredis. alij quòd aliud in legato quàm in stipulatione.

h Aliter est falsa, secundùm Ia.

z ¶ *effectus sit*. quod quibus modis contingat, *dic vt Inst. de iure perso. 3. pe.*

a ¶ *Quoniam*. Cótra videbatur in superioribus casibus: quia cessante [a] causa cessat effectus: & huiusmodi rationis est probatio quod postea sequitur: nam & si nauem, &c. & pro quo, &c. Sed hic non tenet hæc regula, scilicet cessante causa, &c. propter rationem hic positam. Dic ergo quòd non reuocantur propter hanc rationem, scilicet quoniam, &c. & secundùm hoc dic, vna causa esset liberandis scilicet omnino re facta sacra: & sic oportet transiri [b] de non esse ad esse. secus in naui & vino: quia ibi tráfitur de esse ad plus esse. 2. Vel dic aliter, non reuocantur in obligationé, scilicet hac ratione allegata, quoniam, &c. & hæc non est bona ratio quare debeat reuocari, & sic est ratio remotiua.

a Causa cessante non cessat aliquando effectus.

b Facilis ad id quod plus est, facilior est via, quàm non entis ad ens.

b ¶ *Eadem causa*. contraria: *vt supra de don. inter vir. & vxo. l. mortis sua.* vel eadem cessans. Az. Vel id est rei mutatio, secundùm Al. Accur.

c ¶ *Obligandi*. quòd possit dari. Accur.

d ¶ *Non possit*. & sic liberatur promissor, quia fit liber seruus factus.

e ¶ *Aut dari possit*. & sic teneatur promissor. R. & sic redde singula singulis.

f ¶ *Et si nauem*. Nunc inducit similia propter quæ videtur res sacra facta prophana, redire in obligationé sicut nauis facta & refecta. vel est rationis prædictæ remotiuæ probatio. quasi dicat, merito ob dictam causam, quia dicitur cessante causa cessare effectum, videtur obligatio reduci: nam & redit in naui & fructibus propter eandem rationem: & hoc est, nam, &c.

g ¶ *Spopondit*. non dominus.

h ¶ *Dissoluit*. eo proposito vt eam reficiat.

i ¶ *Obligari*. *vt inf. eod. l. §. & natis. in fi.* Accur.

k ¶ *Centum amphoras*. non [c] adiiciendo, quod ibi natum erit: *vt supra de triti. vino & oleo l. cum certum. & de contrahen. empt. l. si debitor. §. verisimile. que sunt contra. & facit supra de an. lega. l. legatum ita est. §. vini. & supra quando dies le. ce. l. Fitmio. & supra de ali. & cib. leg. l. Lucius. & inf. de stipul. ser. l. vsufructu. & supra de condit. & demo. l. j. §. fi.*

c Vide quæ fuit sé ad hoc no. in Glo. leg. legatum. 17. in fin. sup. de annuis legatis.

l ¶ *Cessaturam*. non ante extinguitur. sic *& sup. eo. l. ij. in fi. j. respon.* & sic egregiè & propriè dicit.

m ¶ *Sed hæc*. respon. & remouet prædictam ex similibus inductá probationem, & assignat in eisdem dissimilitudinem. ostédit namque quòd [d] liberum hominem stipulari non possumus cú seruus erit, vel rem sacram cum erit prophana: sed nauem cum erit refecta, sic, vel vinum quod nascetur in tua vinea vsque ad x. an. causam horum triplicem assignat: quia ea quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur: quę possibilitas nó est in libero homine vel re sacra, sed naue & fructu sic. Item quia aduersam fortuná, &c. Itē quia vinum in genere, homo in specie promittitur. Accur.

d Stipulari liberum hominem cum seruus erit prosa nô possumus: vinú quod nascetur in tua vinea vsq; ad x annos possumus, & quæ sint rationes diuersitatis.

n ¶ *Liber homo*. i. seruus qui est effectus liber. Accur.

o ¶ *Promissus*. quod videtur esse in superiori casu eo facto libero.

a ¶ *Dare.* quod est in naue & fructibus: vt si dicam, promittis nauem cum erit refecta?
b ¶ *Praesentis.* Prima ratio differentiæ.
c ¶ *Possibilia sunt* [a]. quæ possibilitas hic non reperitur. Accur.
d ¶ *Vini autem.* hæc est ratio secundæ differentiæ: vel aliam assignat dissimilitudinē in fructibus. Accur.

a Possibilia natura tantū in stipulationem deducuntur.

standum non esse, vt ne hæc quidem stipulatio de homine libero probanda sit, *Illum, cum seruus esse cœperit, dare* [a] *spondes?* item, *eum locum cum ex sacro religiosóve profanus esse cœperit, dari?* quia nec præsentis [b] temporis obligationem recipere potest: & ea duntaxat, quæ natura sui possibilia sunt [c], deducuntur in obligationem. Vini autem [d] non species sed genus stipulari videmur [e]: & tacitè in ea tempus [f] continetur. Homo liber certa specie continetur: & casum [g] aduersámque fortunam exspectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale est [h]. Nam de his rebus negotium rectè geremus, quæ subiici vsibus dominióque nostro statim possunt [i]. Et nauis si hac mente [k] resoluta est, vt in alium vsum tabulæ destinarentur: licet mutato consilio perficiatur [l], tamen & perempta prior nauis, & hæc alia [m] dicenda est. Sed si reficiendę nauis causa omnes tabulæ refixæ [n] sint, nondum intercidisse nauis videtur: & compositis rursus eadem esse incipit; sicuti de ædibus [o] deposita tigna ea mente vt reponantur, ædium sunt [p]. Sed si vsque ad aream deposita sit [q], *licet eadem materia restituatur, alia erit [r]. Hic tractatus [f] etiam ad prætorias stipulationes pertinet, quibus de re restituenda [t] cauetur, & an eadem res sit quęritur.

Duæ causæ lucratiuæ non possunt concurrere circa eandem rem, nisi vna

e ¶ *Videmur.* supradicto casu. Ir. ideoque nō [b] liberatur promissor vini vt promissor hominis, eo perducto ad libertatē: quia hic in specie, ibi in genere stipulatur. genus [c] autem perire nō potest: vt s. ad l. Fal. l. in ratione. §. incerta. Accur.
f ¶ *Tempus.* quando nascetur.
g ¶ *Casum.* hæc est ratio tertia. Accu.
h ¶ *Neque naturale est.* quandoque contra [d]: vt s. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si homini. & facit s. de contrah. empt. l. si in emptione. §. liberum.
i ¶ *Possunt.* in tempore quo conficitur stipulatio, natura vel iure non impediente: ad quod est infra de stip. seru. vsufruct. in fi. & Instit. de inuti. stip. in princ.
k ¶ *Mente.* aliam dissimilitudinē assignat in naui ab homine: in quo non distinguitur qua [e] mente manumittatur. ad cuius dissimilitudinis probationē inducit de domo: & hæc est, sicuti de ædibus, &c. non tamē est omnino simile ei quod dicit de naui, id quod inducit de domo. vnde subiicit: sed si vsque, &c. z. Alij vt M. dicunt aliud esse in naui quàm in homine. Sed certe idē in naui dici potest quādoq;. sed certe tūc nō esset bonū simile quod sequitur de domo, ibi, sicuti, &c. Porro licet [f] alia sit domus in veritate vt hic, tamē in vtilitate eadem intelligitur. scilicet quo ad seruitutes [g] ne pereant: vt s. de serui. vrb. prędio. l. seruitutes. §. si sublatum. Sed ne quis putaret inutile inquirere an sit eadem nauis vel domus, remouet dicens, hic tractatus etiā ad prætorias, &c. vt euenit in stipulatione fructuaria. & facit s. quib. modis vsusfru. amit. l. quid tamen. §. j. & §. si nauis. & de lega. iij. l. lana. §. naue. & de iudi. proponebatur. & inf. de sol. l. qui res. §. aream. Accur.
l ¶ *Perficiatur.* id [h] est reficitur.
m ¶ *Alia.* ideoque & promissor liberatus intelligitur.
n ¶ *Refixę.* id est dissolutę.
o ¶ *De ędibus.* forte promissis.
p ¶ *Sunt.* vt s. de actio. empt. & ven. l. granaria. in fi. Accur.
q ¶ *Deposita sit.* vt s. de actio. empt. l. granaria. in fine.
r ¶ *Alia erit.* hoc in domo speciale, quia area [i] est pars domus Azo. sed hic videtur magis ratio in contrarium.
f ¶ *Tractatus.* sed ne quis putaret esse inutile hoc inquirere, sit eadem domus vel nauis, remouet dicens: hic tractatus, scilicet qui dictus est de naui & de domo scilicet.
t ¶ *De restituenda.* proprietario à fructuario cum vsufru. relictus erat, vel promissus erat sub conditione: qua pendente si proprietarius domum deposuerit, vt dictum est scilicet: quæri solet an eadem res sit, an alia, vt proinde sciatur an ad rē ipsam, an ad interesse teneri debeat, quasi dolo desiisset possidere: vt sic ad exhibendum teneatur. M. ad quod est s. quib. mo. vsusfru. amit. l. repeti.

b Promissor vini, genus: hominis, speciem debet.
c Genus perire nō potest.
d Fortunam aduersam alterius an & quādo liceat expectare.
e [illegible] agentis inspicitur.
[b] Sub.
f Domus restituta, alia quidem, si rei veritas inspiciatur: sed tamen eadem, si vtilitatem spectes. Idque tenendū propter seruitutes, ne scilicet perisse existimentur.
g Seruitutes, domum restitutam sequuntur.
h Perficere pro reficere.
i Area pars domus dicitur.

§. fi. z. Vel dic rectè vt supra vsufru. quemadmo. caueat. l. j.
u ¶ *Lucratiua.* putà ex nouatione [a].
x ¶ *Lucratiua.* putà ex legato.
y ¶ *Dominio.* s. eius rei quam eram stipulatus ab alio.
z ¶ *Stipulatio.* quia, &c. vt Insti. de leg. §. si eadem res. & supra titul. j. om. z. & de leg. j. leg. si seruus. §. ij. & §. Stichum. & infra de sol. leg. quotiens. ij. & de noua. l. fundum.

sit reuocabilis. Bart.

6. ¶ Si rem quam ex causa lucratiua [u] stipulatus sum, nactus fuero ex causa lucratiua [x], euanescit stipulatio. Sed si heres † extitero, dominio [y] extinguitur stipulatio [z]. Si verò à me herede [a] defunctus [b] eam legauit [c], potest agi ex stipulatu [d]. Idémque [e] esse & si sub conditione legata sit: quia & si ipse [f] debitor [g] rem sub conditione legatam [h] dedisset [i], non liberaretur [k]. sed si conditione deficiente remanserit [l], petitio [m] infirmabitur.

Res perempta, post mortem potest condici: & in stipulationem deduci. Bartolus.

7. ¶ Stichum [n] qui decessit, si stipuler; si quidem condici [o] etiam mortuus potuit, vt furi [p], vtiliter me stipulatum Sabinus ait. Si verò ex aliis causis [q], inutiliter: quia etsi deberetur, morte promissor liberaretur. Idem ergo diceret [r] & si mora facta [f] defunctum [t] stipularer [u].

Licet ancilla desinat esse pregnans: nihilo minus debet sisti in eadem causa. Paul. de Cast.

8. ¶ Si quis ancillam sistere se in aliquo loco promiserit [x], quæ prægnans [y] erat: etsi sine partu eam sistat, in eadem causa eam sistere intellegitur [z].

Debitor ante lit. contest. potest moram purgare, & euitat pœnam solutionis vel interesse: non sic post lit. contest. super interesse vel pœna. Paul.

a ¶ *Herede.* scilicet qui debeo recipere rē ex stipulatione.
b ¶ *Defunctus.* qui dominus rei fuerat.
c ¶ *Legauit.* putà vt differat à sequenti. Accur.
d ¶ *Ex stipulatu.* contra eum qui promisit ex causa lucratiua: quia nō videtur mihi quæsita [b] res quæ penes me remansura nō sit. ad quod est j. de fur. à Titio. ¶ Et no. de perseuerantia [c] ad quod est s. de leg. j. non quocunque.
e ¶ *Idémque est.* vt possit agi ex stipulatu.
f ¶ *Et si ipse.* merito heredi re debita sub cōditione ab eo legata poterit agi contra promissorē ex stipulatu: quia etiam si ipse debitor qui est heres, rē à se promissam ita legatam stipulatori soluat, non liberatur multo magis ergo & si nō soluat: & hoc est quia & si ipse soluendo, &c.
g ¶ *Debitor.* qui est heres. Accur.
h ¶ *Legatam.* scilicet à se.
i ¶ *Dedisset.* s. creditori. Accu.
k ¶ *Non liberaretur.* quia existente conditione legati, mea creditoris scilicet esse desiit. M. & ideo statim ago: vt infra de solu. leg. cum quis. §. qui hominem.
l ¶ *Remanserit.* s. penes stipulatorem cui soluta est. Accur.
m ¶ *Petitio.* ex stipulatu contra promissorem. & facit supra de condict. inde. l. sub conditione.
n ¶ *Stichum.* si stipulor tradi, non dari: quia meus erat: vt dixi s. eo. l. scire. §. si. Accur.
o ¶ *Condici.* quod potest fieri mortuo eo post moram: vt supra de const. pecu. l. promissor Sticho, aliàs non valet: vt supra eo. l. scire. §. fina. Accur.
p ¶ *Vt furi.* quia semper [d] est in mora: & mora [e] trahit ad se periculum ante nouationem. ad quod est s. de cond. fur. l. pe. & fi.
q ¶ *Ex aliis causis.* mora vera vel presumpta nō interueniēte. Acc.
r ¶ *Diceret.* vt valeat stipulatio. Accur.
f ¶ *Facta.* Not. assimilari morosum [f] & furem, quod facit ad interitum: vt no. s. eo. l. cum filius. §. fi. & facit s. de iureiu. l. cum qui. §. j. & quod ibi not. & C. de contrah. stip. l. non moriturum. Acc.
t ¶ *Defunctum.* seruum. Accur.
u ¶ *Stipularer.* animo purgandi moram. M. quæ non placet. imò æstimatio debetur, & non purgatur mora. Accur.
x ¶ *Promiserit.* vt dominus noxali conueniatus. Accur.
y ¶ *Pregnās erat.* quæ habet exceptionē: vt s. si quis cau. l. ij. §. ij. & facit s. si ex noxa. causa aga. l. j. §. j. etsi quis cau. l. si quis quemquam.
z ¶ *Intelligitur.* & ideo non tenetur ex ea stipulatione. & facit j. de solu. l. si mihi. Accu.

SI *insulam.*] CASVS. Promisisti mihi facere insulā intra duos annos; tu permisisti trāsire vnū annū: ita quòd nō potes amplius intra

a Lucratiua causa est donatio, vt & ib[i] [illegible] Porro de lucratiuis causis, vid. Bar. [illegible] de leg. z.
† Lucratiuae causæ species est hæreditas quæ soluēda est.
b Quæsitum non videtur quod penes adquirentem non est perpetuo remansurum.
c Perseuerantia in rebus quæsitis semper spectatur.
Vide Nouel. [illegible]
d Fur semper furandi tempore intelligitur.
d Mora trahit ad se periculum post nouationem.
e Morosi & furis similitudo.

intra tempus promissum ædificare. quæritur, vtrum possis morá purgare? Distinguitur: aut ego sum litem contestatus cótra te: & non potes amplius te purgare à mora. aut non sum adhuc litem contestatus: & tunc ædificando potes moram purgare. Fran.

a ¶ *Si insulam*. id est domú in mari, quæ est quasi insula: & dicitur insula, quasi in salo, id est in salso posita, secúdùm Isidorú.

b ¶ *Non sim*. si nihil interesset mea: *vt infra eod. l. si ita quis promiserit. §. Seia*, & *facit supra de pecu. leg. l. j. in fin. §. respon.* & *supra mand. l. si hominem.* & *de condict. pe. sed* & *si alia* & *ʒ. eod. l. interdum. §. fin.* & *leg. existimo. §. si.* & *l. qui Romæ. §. item quæro.* & *infra indi. sol. cum quæ erbatur. §. proinde.* & *infra eod. l. si ferunt. §. sequitur.* Sed contra *supra eodem. leg. stipulationes non diuid. §. plane.* Solu. ibi fuit pœna apposita, hic non. Vel secúdùm M. illa trahitur ad istam.

c ¶ *Placet*. quasi mora purgata.

d ¶ *Si ædifices*. ad hoc vt libereris à præstatione interesse. sic & quando ius meum est factú deterius: vt dixi. hoc autem fallit, *ʒ. de publica. l. hoc edicto. in prin.*

LXXXIIII. IDEM lib. septuagesimoquarto ad Edictum.

SI insulam † [a] fieri stipulatus sim, & transierit tempus quo † potueris facere: quamdiu † litem contestatus non sim[b], posse te facientem liberari † placet [c]. quod si iam litem contestatus sim: nihil tibi prodesse si ædifices [d].

Obligatio dandi certam quantitatem, est diuidua quo ad obligationem & solutionem: obligatio faciendi, vel non faciendi, est penitus indiuidua.

LXXXV. IDEM lib. septuagesimoquinto ad Edictum.

IN executione obligationis sciendum est quatuor causas esse [e]. Nam interdum est aliquid quod à singulis heredibus diuisum consequi possumus: aliud quod totum peti necesse est, nec diuisum præstari potest: aliud quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest: aliud quod solidum petendum est, licet in solutionem admittat sectionem.

1. ¶ Prima species pertinet ad promissorem pecuniæ [f] certæ. nam & petitio & solutio ad portiones hereditarias spectat[g].

2. ¶ Secunda ad opus quod[h] testator fieri iusserit [i]. nam singuli heredes insolidum tenentur: quia operis effectus in partes scindi non potest.

3. ¶ Quod si stipulatus[k] fuero, *per te heredémve tuum non fieri quo minus eam* [l], *agam* [m]: *si aduersus ea factum sit, tantum dari* [n]? & vnus ex pluribus heredibus promissoris me prohibeat. verior est sententia existimantium vnius facto omnes teneri: quoniam licet ab vno prohibeor, non tamé in partem prohibeor: sed cæteri familiæ erciscundæ iudicio sarcient [o] damnum.

Obligatio generalis & alternatiua est diuidua quo ad solutionem. Bar.

4. ¶ Pro parte autem peti, solui autem nisi totum [p] non potest, veluti cum stipulatus sum hominem incertum. nam petitio eius scinditur: solui verò nisi solidus non potest [q]: alioquin in diuersis hominibus rectè partes soluentur [r]: quòd non potuit defunctus facere ne quod stipulatus sum, consequar [s]. Idem iuris est & si quis decem milia aut hominem promiserit [t].

Denuntiatio debet fieri cuilibet heredi in solidum: item defensio non diuiditur, sed interesse diuiditur. Bar.

5. ¶ In solidum verò agi [u] oportet, & partis solutio adfert liberatinem, cum ex causa euictionis intendimus. nam auctoris[x] heredes in solidum denuntiandi sunt, omnésque debent subsistere, & quolibet defugiente omnes tenebuntur: sed vnicuique pro parte hereditaria præstatio [y] iniungitur.

Stipulatio pœnalis adiecta obligationi dandi etiá certa speciei pro solido committitur, nisi solidum detur. Bar.

6. ¶ Itē si ita [z] stipulatio facta sit, *si fundus Titianus* [a] *datus nó erit* [b], *centum dari* [c]? nisi totus detur, pœna committitur centum: nec

[I] N *executione*.] C A S V S. Ista est pulchra & elegans lex, & ponit quatuor species obligationum. Nam prima species est, sine executio, quando res deducta in stipulationem potest peti diuisim. exemplum ponitur ibi in §. Prima species. & est quádo pecunia promittitur, ratio est: quia stipulatore mortuo quilibet heres peteret pro parte sua hereditaria: vel promissore mortuo à singulis heredib. exigi poterit pro parte hereditaria. Secúda species est, quando res deducta in stipulationé, non potest diuidi: vt cú opus testato iusserit fieri: quia quilibet heres tenetur in solidum vsque ibi §. quòd si stipulatus. Ponit exemplum primæ speciei, non secundę: & dicit ad confirmationé primi dicti: quia si Titius promittit Seio, per se aut per heredem suú non fieri quó minus ei ire agere liceat: & si aduersus ea factú fuerit, pœnam promittit Titius: moritur ipse Titius relictis pluribus heredibus. vnus eorú prohibet Seium ire agere. certe propter vnius prohibitionem cęteri coheredes omnes tenentur: ille tamé qui prohibuit, tenetur cęteris coheredib. ideo quia venit contra promissum. Secúda species est huic primę directè cótraria, scilicet quando totum peti necesse est: nec diuisionem recipit executio obligationis: vt quando testator pręcipit fieri per heredes suos aliquod opus alicui. Nam executio obligationis non potest diuidi in partes, id est effectus operis. Est tertia species, quádo res in parte peti potest: sed non potest nisi tota simul solui: exemplú: Titius promisit mihi hominé incertú. moritur relictis trib. heredibus. possum à quolibet parté hominis petere: sed solui nó potest nisi totus ab vno, vt liberetur: quam ob ré si cęteri soluát alias partes hominis, bene est. si nó: iste qui parté suá soluit, cóuenietur pro reliquis partibus. Est & quarta species, quando aliquid quod promissum est, petendú est in solidú: tamé solutio potest diuidi. exemplum: Titius vendidit mihi fundú, & promisit de euict. moritur relictis tribus vel pluribus heredibus venit quidam tertius, qui vult fundum à me euincere, de iure debeo denuntiare omnibus heredibus vt me defendere veniant. si tamen euictus fuerit à me fundus: quilibet heredum soluendo pro parte liberabitur. vsque ibi, Itē si, illud est exéplú tertiæ partis: & satis clarum. vide tex. [Q V I C V N Q V E.] Titius promisit mihi centú sub conditione si Seius ad nundinas veniret. vidés iste Titius versut[us] homo quòd Seius venire vellet ad nundinas. & sic impleretur conditio: dolose persuasit Seio ne iret ad nundinas. quæritur, an nihilo minus mihi teneatur ipse Titius in cétum? Respódetur quòd sic: quia per ipsum stetit quo minus conditio impleretur. Fran.

e ¶ *Quatuor causas esse*. formales in instituendo & exigédo, secundùm quam formam debet peti & exigi. M.

f ¶ *Pecunia certa*. idé in certa specie promissa, vt Stichum.

g ¶ *Spectat*. siue stipulator, siue promissor decesserit. & *facit ʒ. e. l. ij. in princ.* Accur.

h ¶ *Secunda ad opus quod*. vbi neque petitio neque executio diuiditur. M. idem in omni seruitute, excepto vsufructu: *vt ʒ. e. l. ij. in princip.* & *ʒ. si ser. vin. leg. loci corpus. §. si fundus in fi. §.* Acc.

i ¶ *Iusserit*. scilicet heredibus.

k ¶ *Quòd si stipulatus*. quod, pro [illegible]. & sic accipe quòd non teneretur in solidum: *vt ʒ.* & sic non est hoc exemplum ad præmissa: sed ad primú membrum. & *facit ʒ. eo. l. ij. §. item si in facto.* & *famil. ercis. heredes. §. in illa.* & *leg. intra coheredes. §. quod ex facto.* Accursius.

l ¶ *Eam*. per iter. Ac.

m ¶ *Agam*. per actum.

n ¶ *Dari*. putà centum nomine pœnæ. Accur.

o ¶ *Sarcient*. circa hoc plene diximus: *ʒ. eo. l. ij. in princ.* Acc.

p ¶ *Nisi totum*. i. in totum. Accur.

q *Non potest*. vt liberetur: sed soluta sua parte conueniuntur alij: & si soluant in eadem re, bene ést, aliàs ipse idem conuenitur: *vt ʒ. eo. l. ij. §. j.*

r ¶ *Soluentur*. ab heredibus M.

s ¶ *Consequar*. aliàs est non consequar. & aliàs deest non.

t ¶ *Promiserit*. nam solutis v. in pendénti est: *vt supra de condict. indebi. si non sortem. §. pe.* & *facit infra de solu. l. qui hominem.* & *l. si stipulatus. §. j.*

u ¶ *In solidum vero agi*. i. denuntiari: vt dicit in exemplo, & sic impropriè.

x ¶ *Auctoris*. i. venditoris.

y ¶ *Præstatio*. euictionis forte duplæ, vel eius quod interest: *vt ʒ. eo. l. cum ex causa.* & *ʒ. de euict. si rem quam. §. j.* & *facit ʒ. depo. l. si duo heredes.* & *ʒ. si ser. vind. l. loci. §. si fundus. j. respon.*

z ¶ *Item si ita*. hoc respicit tertiam speciem, in qua pro parte petitur: solui autem nisi totum non potest. Acc.

a ¶ *Spondes.* Apparet ex prædictis quòd vbi à[c] pactione vestita pœnalis stipulatio incipit, committitur quando cœpit dari vel fieri posse quod in pacto deuenerit. Secus si nuda pactio præcessit, quia tunc lite contestata *vt C. de contrahen. & commit. stipul. l. nuda.* Sed contra *supra ea. l. §. quod si ab initio.* vbi præcessit pactio vestita, nec tamen seruatur opinio Sabini, sed Pegasi. vt ibi dixi. 2 Si verò à conditione cœperit obligatio, tunc quando desiit posse dari vel fieri quod in conditione præcedebat. Et sic oppo. *infra de fideius. l. fideiussor obligari. §. fin.* Solu. ibi pacto facta cum reo præcessit stipulationem quæ cum fideiussore facta videtur: quia mora rei & pactio sua fideiussorem obligant, secundùm Io. Item oppo. *supra eo. l. si Titius. contra.* Solu. ibi loquitur in quadam stipulatione implicita[d] & in implicitis[e] regulæ legistarum sicut dialecticorum deficiunt. Regula[f] dialecticorum hæc est: De quolibet affirmatio vel negatio vera. fallit: quia si ego dico, ego iuro me peierare: non potes dicere quòd bene iurẽ: quia peieraui. Item nec quòd malè: quia si iuraui peierare, & peieraui: feci quod iuraui. similiter est in hoc: Ego dico falsum: quia si dicis quòd dicit verum, & ipse dicit se dicere falsum: ergo verũ est ipsum dixisse falsum. si autem dicas quòd dicit falsum, & ipse non dicit nisi hoc, ego dico falsum: ergo falsum est ipsum dicere falsum: ergo dicet verum. & istæ locutiones dicuntur implicitæ apud legistas: vt si Titius non erit heres, Seius heres esto: & econtra si Seius heres non erit. Titius heres esto. & hic similiter, vt si Titius stipuletur, si Seio decem non dederis, mihi dare spõdes? & econtra Seius, si decem Titio non dederis: mihi dare spõdes? Item op. *supra de manumis. testamen. l. libertas. §. j.* Solu. ibi speciale. Item in penu similiter est speciale: *vt s. §. Sabinus. vers. Idque defen. &c. & hoc not. supra si quis cau. l. & si post tres. & facit C. de pact. l. si pacto.* Accursius.

c Pœnalis stipulatio incipiens à pacto vestito, nudo, tum demum committi incipit, cum dari vel fieri posse incipit quod pacto conuenit. si à conditione, tum cum desiit posse dari vel fieri.

d Implicita idem quod perplexa & hoc quidem loco quidquid respõdetur, semper concludẽtur respondẽtẽ falsum dicere: de quo v. plura apud Euerardum loco a tractatu, perplexo siue implicito.

e Implicitis seu perplexis regulæ apud Iurisconsultos vt & Philosophos deficiunt.

f Implicitis seu perplexa exempla.

b ¶ *Quod.* pro sed. & dicas quòd distinctionẽ ponit in casibus in quibus habet locum Sabini opinio. nã si pactio præcedit, aut id agitur vt prima actio transeat in sequentem stipulationẽ: & nouatur prima: *vt s. tit. j. obligationum. ferè. §. fin.* quo casu existente

conditione tantum id quod in sequenti stipul. est dictum, petere potero, quia id actum est, aut est actum quòd vtraque maneat. & ex vtraque agetur existente conditione: *vt & supra de transf. l. pen. §. pen. & antepen.* & hoc dicit, sed ordine diuerso. his enim est ordo legendi: quòd pro sed. & sine dubio verum erit, vt si homo datus non fuerit: & homo & pecunia debeatur, cum id actū probatur. Accursius.

sine dubio verum erit[a], cum[b] id actum probatur[c], vt si homo datus non fuerit[d], & homo & pecunia debeatur. Sed & si ita cautum sit, vt sola pecunia[e] non soluto homine debeatur, idem defendendum[f] erit: quoniam fuisse voluntas probatur vt homo soluatur[g], aut pecunia[h] petatur.

Non sequitur priuatio, nisi praecedat habitus. Bart.

CXVI. IDEM libro quarto Quaestionum.

DEcem stipulatus à Titio, postea quāto minus ab eo consequi posses, si à Mæuio stipularis: sine dubio Mæuius vniuersi periculum[i] potest subire. Sed & si decem petieris à Titio, Mæuius non erit solutus[k] nisi iudicatū Titius fecerit. Paulus notat: non enim sunt duo rei[l] Mæuius & Titius eiusdē obligationis, sed Mæuius sub conditione debet[m], si à Titio exigi non poterit. igitur nec Titio conuento Mæuius liberatur, qui an debiturus sit, incertum est. & soluente Titio non liberatur Mæuius qui nec tenebatur, cum conditio stipulationis[n] deficit: nec Mæuius pendente stipulationis conditione rectè potest conueniri. à Mæuio enim ante Titium excussum[o] non rectè petetur.

a ¶ *Erit.* tunc scilicet.

b ¶ *Cum.* id est quando. nam aliter non: *vt hic, & supra tit. j. l. obligationū fere. in fin. & §. pe. insi.* Accur.

c ¶ *Probatur.* præsumitur[a] ergo nouatio, nisi contra probetur: *vt hic & §. tit. j. l. obligationum fere. in fin. & §. de transac. l. qui fidem.* sed J. innuitur contra, quoniam voluntas, &c. nā ibi probatur quod nō fuerit nouatio. Sed dic ibi probari[b] eo ipso quod non probatur contra. Hodie vero non præsumitur: *vt C. de noua. l. fin.* Accur.

d ¶ *Non fuerit.* postquam potuit dari. Accursius.

e ¶ *Pecunia.* ex vtraque obligatione vires habēre nulla facta nouatione.

f ¶ *Defendendum.* vt sola pecunia tunc debeatur. 2. Vel dic vt statim post morā agi possit vbi cœpit à pactione vestita obligatio. sed primæ expositioni melius adiungis, quoniam, &c. 3. Terti dicunt idem defen. &c. vt inspicias vtrum probetur id fuisse actum, vel non: sed approbo primam.

g ¶ *Soluatur.* qui in solutione est ante moram.

h ¶ *Pecunia.* quæ sola in obligatione est. M.

i DEcem. *Periculum.* in toto, vel in parte, secundum quòd Titius in toto vel in parte non est soluendo[c]: *vt infra de ver. sign. l. si i à te stipulatus, & infra de solu. l. si decem.*

k ¶ *Non erit solutus.* id est expeditus, quoniam adhuc potest obligari, & sic impropriè ponitur, *sic & §. de heredi. vend. quod si fit.* & secundum hoc quod subiicit, Paul. not. id est scribit approbando prædicta. non enim, &c. 2. Vel dic secundum Ir. solutus i. liberatus, & sic proprie. & secundum hoc dicit, Paulus not. id est reprehendit. non enim, &c. nam sic loquebatur quasi iam fuisset obligatus: quod non est verū: vt Paulus dicit. Et est reprehensio similis, *§. de in ius vocan. l. libertus. y. in versi. remissa. & facit §. man. l. inter causas. §. fina. & J. de reg. iur. l. si quis obligatione.*

l ¶ *Rei.* scilicet debendi. Acc.

m ¶ *Sub conditione debet.* scilicet hac. R.

n ¶ *Stipulationis.* quia interim nihil debet: *vt §. de pigno. l. grege. §. si sub conditione.* Acc.

o ¶ *Excussum.* si dubitetur an possit soluere debitum solidū. aliās si certum est habere quinque tantum, quasi impleta conditione stipulationis à Mæuio petam, *vt arg. §. de actio. empt. l. emptorem §. j.* & sic soluitur contra. *§. si cer. peta. l. fin. j. respon.*

SI centum.] CASVS. Stipulatus sum centum homines, quos ego vel heres meus elegerimus. mortuus sum antequam eligam, duobus heredibus relictis, stipulatio diuiditur, vt pro ea parte qua quisque heres est, eligat. si autem prius elegero quam ipsi succedant, tunc non poterunt eligere: sed pro portione serui electi cuiusque erunt. Fran.

p ¶ *Stipulatio.* vt pro ea parte qua quisque heres est, eligat, & in ea succedat. scilicet quinquaginta. Sed quid si duos heredes instituit: & sic aliquis seruus inuenitur qui non potest diuidi numero. quia dispar sit numerus? Respon. in eo portiones hereditarias haberi, ac si vnum essem stipulatus. Accursius.

q ¶ *Successerint.* hic pro portione hereditaria electi serui cuiusque erunt: *vt infra de solut. l. cum Stichus. & supra eod. l. in stipulationibus.*

a Præsumitur nouatio, nisi contra probetur. Imo hodie seu nouo iure non præsumitur, vt his in f. Glos.

b Probatum aliquid intelligitur eo ipso, quod eius contrarium nō probatur.

c Fideiussor conueniri potest principaliter sine alia excussione, quando constat seu notorium est, debitorem principalem pro quo intercessit non esse soluēdo. Bal. ... [illegible]

CXVII. IDEM libro duodecimo Quæstionum.

SI centum homines quos ego heresve meus elegisset, stipulatus, antequam eligerem, duos heredes reliquero: numero diuiditur stipulatio[p]. Diuersum erit si iam electis hominibus successerint[q].

Liber homo bona fidei possessori ex stipulatione obligatur: & ex qua causa ab alio stipulando mihi adquirit, ex eadem tibi promittendo non obligor. Item ex promissione facta fructuario, vel bona fidei possessori à seruo, dominus de peculio nō tenetur. Bar.

CXVIII. IDEM libro vicesimoseptimo Quæstionum.

LIber homo qui bona fide seruit mihi, quod stipulanti mihi promittit, prope est (vt omnimodo[†] sit vtile[r], quamuis ex re mea[s] promittat[u]. Nam quid aliud dici potest quo minus[x] liber homo teneatur? Nec tamē ideo si stipulanti eidem ex eadem causa[y] spondeam, tenebor. Quemadmodum etenim habebit eius actionem aduersus me, quod ab alio stipulatus quæreret mihi[z]? Hoc itaque latè, fructuario seruo, vel alieno qui bona fide seruit, cōparabitur[a]. Secus autem[b] fructuario si promittat ex re ipsius vel alienus qui bona fide seruit[c], emptori[d]: nulla de peculio

Liber homo.] CASVS. Quidam liber homo bona fide mihi seruiebat: promisit mihi aliquid ex re mea, putà pensionem domus meæ. an mihi teneatur? Videtur quòd nō: quia seruus non obligatur domino suo. sed tamen hic est aliud: quia iste liber homo qui bona fide seruit, potest mihi obligari. nec tamen hoc locum habet à contrario: scilicet si ego ei aliquid promittam ex re mea, quòd illi teneat. Nam quomodo tenerer ei? quia etiam si ab alio aliquid stipulatus esset, mihi illud quæreret. Vsque ibi, hic ita que. ponit exemplum: quia si seruus fructuarius, vel alienus promittit fructuario vel emptori ex re ipsius, non datur actio de peculio in dominum verum ipsius serui: quia in his casibus fructuarius vel emptor habentur pro dominis. [DECEM HOMINES.] Certum est quod si quis promittat mihi idibus Ianuariis soluere: non potero eum conuenire nisi vltima die iduum transacta. sed si quis promittat hoc modo: promitto hodie soluere decem: nec videtur nimis cito peti: quia hic non est dies apposita causa differendæ obligationis: sed vt ostendatur præsens fuisse obligatio.

[DECEM MIHI] Stipulatus sum à te hoc modo: promittis mihi decem, aut Titio? tu respondes, promitto quo ad id quod mihi promisisti, habeo actionem certi ex stipulatu. quo autem ad respectum Titij, habeo actionem incerti ad interesse: quia si mea interfuit potius solui Titio ideo quòd sub pœna ei promiseram, certe teneris mihi ad interesse, si non solueris Titio. Franciscus.

r ¶ *Prope est.* Philosophicum temperamentum[b] est: nam bene est vtilis & tenet; & ideo dicit prope, quia quantum ad effectum non videtur vtilis, nisi cum appareret illum esse liberum: tunc enim demum agit ex ea stipulatione, nam ante non agit cum putat eum esse suum seruum. argu. *supra commo. l. si ut qui. §. si libero.* & secundum hoc intelligitur quod hic dicitur, *& supra de adquiren. rerum do. l. homo liber §. j. & facit infra de stipu. seruo. leg. liber homo.*

f ¶ *Vtile.* quia persona est quæ obligari potest.

t ¶ *Ex re mea.* non enim rem meam promittit. Acc.

u ¶ *Promittat.* putà pensionem domus meæ. Accursius.

x ¶ *Quo minus.* id est quàm vt teneatur. Acc.

y ¶ *Ex eadem causa.* id est ex re mea. Accur.

z ¶ *Quæreret mihi.* nullo modo propter regulam[c] Iuliani: *vt supra de vsufruct. l. sed & si quid j. §. & generaliter.*

a ¶ *Comparabitur.* in hoc conueniunt liber homo bona fide possessus, & seruus alienus, & fructuarius omnes[d] enim de re nostra nobis adquirunt. Item si eis non ex re mea promittam, non teneor, sed in hoc differunt: quia liber homo promittens domino, obligatur: at illi minime. & hoc nota. in verbis, seruus autē, &c. secundum R. Accur.

b ¶ *Autem.* pro sed.

c ¶ *Seruit.* scilicet bonæ fidei possessori qui emit. Acc.

d ¶ *Emptori.* ex re ex emptoris.

† Omnimodo hic est pro omnem modū naturaliter & ciuiliter & sic plenè & cū effectu debet. distinctione vide Glossam Clementina i. in verbo omnimodo de foro competenti. Abbatem in c. quoniam ... [illegible] Geminianus ... cap. si quis presbyter. vbi notat, Omnimodo dictione exclusiui ... [illegible] in integrum, sed tamen licet sit præcisè significationis vt l. omnimodo C. de ... [illegible] interpretationem planam & æquam seu congruam. Bar. l. vlt C. de ... [illegible] Potest & hæc lege, hęc vox omnimodo ferri & ad ius gentium & ad ciuile.

a Propè nota philosophicum temperamentum.

b Philosophi cum temperamentum.

c Stipulando ab alio quod quis mihi adquirit, à me id stipulando nihil agit.

d Liber homo & seruus alienus bona fide possessi, nobis de re nostra adquirunt.

a ¶ *Aliis*. nisi deducatur id peculiiquod penes bonæ fidei possessorem est:vt s. *de pecu.l.si creditor. §.fina.* vel nulla ex promissione, sed aliàs ex contractu alio sic, vt ibi.

b ¶ *Intelliguntur*. fructuarius & bonæ fidei possessor. vnde tanquam à suo non valet stipulatio. *ad quod est supra de bo.autho. iud. poss.l.in venditione.§.j.* Accur.

dabitur in dominum actio[a].nam in his causis domini esse intelleguntur[b].

Adiectio instantis temporis exactionem non differt. Bart.

1. ¶ *Decem hodie dari spondes?* Dixi posse vel[c]eo die pecuniam peti,nec videri præmaturius agi nō finito stipulationis die: quod in aliis temporibus[d]iuris est. Nā peti non debet[e]quod intra tempus cōprehensum solui potest[f]. In proposito [g] enim diem non differendæ actionis[*]insertum videri,sed quò præsens ostendatur esse responsum.

Si datio referatur ad stipulatorem, obligatio continet certum, si ad alium, continet incertum. Bartolus.

2. ¶ *Decem mihi aut Titio, vti ego velim, dare spondes?* Ex eo quod mihi dandum est,certi stipulatio est[h]: ex eo quod illi soluendum, incerti[i].finge mea interesse, Titio potius quàm mihi solui,quoniam pœnam[k]promiseram si Titio solutum non fuisset.

Clausula generalis non refertur ad specificata. Barto.

CXIX. IDEM *libro trigesimosexto Quæstionum.*

Doli clausula quæ stipulationibus subiicitur[l],non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cauetur[m].

Conditio de præterito deficiens reddit stipulationem inutilem ab initio. Bart.

CXX. IDEM *libro trigesimosextimo Quæstionum.*

Si ita stipulatus fuero, *Hanc*[n] *summam centum aureorum dari spondes?* etsi maximè [o] ita exaudiatur ille sermo, *Si modo centum aureorum est*, non facit conditionem hæc adiectio [p]:quoniam si centum non sint[q], stipulatio nulla est[r]. nec placuit instar habere conditionis sermonem qui non ad futurum,sed ad præsens tempus refertur,etsi contrahētes rei veritatem[s]ignorant.

Qui promisit cauere ad sensum sapientis, & non cauet: ad interesse tenetur. Bar.

CXXI. IDEM *libro vndecimo Responsorum.*

Ex ea parte cautionis[t], *Dolúmque malum huic rei promissionique abesse abfuturúmque esse stipulatus est ille, spopōdit ille*: incerti[u] agetur stipulationis vtiliter interponendæ[x]gratia.

Potest maritus se obligare vxori ad pœnam,si tenuerit concubinam. B.

1 ¶ Mulier ab eo in cuius † matrimonium cōueniebat[y],stipulata fuerat ducenta,si cōcubinæ tempore matrimonij cōsuetudinem repetisset. Nihil causæ esse respondi,cur ex stipulatu[*] quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam adsequi[z]non possit[a].

Non sufficit ciuiliter factum. Bar.

2 ¶ In insulam deportato reo promittendi,stipulatio ita concepta,*cum morieris, dari?* non nisi moriente[b]eo committitur.

Quando dolus purgatur per actionem ex contractu,datur actio contra heredem etiam ante litem contestatam. Paulus.

3 ¶ Ex facto rei promittendi, doli stipulatio heredem eius tenet sicut ex cæteris aliis cōtracti

c ¶ *Vel*. pro [a] saltem & aliàs pro etiam.

d ¶ *In aliis temporibus*.vt in kalendis,vel in idibus,vel in annis vt præmaturius videar agere:vt *Instit. eod. §. omnis stipulatio. versic. in diem.& supra eod.leg.cum qui Kalendis, & l. qui hoc anno. quæ sunt contra.* Accursius.

e ¶ *Non debet*. licet possit ipso iure.

f ¶ *Potest*.ex voluntate,non ex necessitate: vt *infra de solu.*quod in diem.

g ¶ *In proposito*.scilicet casu. *& facit supra eod. l. si decem cum petiero. & supra de legat. j. l.lu. §. quod si forte.* Accur.

h ¶ *Stipulatio est*.scilicet mihi.

i ¶ *Incerti*.id est conditione incerti ad interesse [b] quod est incertum competit, mihi scilicet,non illi: *vt C. de inuti.stipu. l.ij.in fin. & §. si quis in suo vota. l.fin. &* dicitur[c]incertum, inspecto principio.sed iudex facit certum.Accursius.

k ¶ *Pœnam*. scilicet post stipulationem:& ita incertum erat eo tempore,scilicet contractæ stipulationis, quantum consequeretur. Acc.

Doli clausula.] CASVS. Vendidisti mihi fundum quendam,&stipulatus sum à te quòd non est cuiquam obligatus.Item quòd nullam seruitutē debet: deinde subiicio clausulem generalem hoc modo, & quòd in ea vēditione nullum dolum committis,certe ista clausula generalis non pertinet ad duas superiores expressas,sed si aliquem alium dolum committas excepto eo quod supra expressum est.Franc.Accur.

l ¶ *Subiicitur*.expresse.

m ¶ *Cauetur*.dolum non committi,& subaudiunt quam in fi. tātum.¶ Et not.generale[d]verbū non pertinere ad ea de quibus nominatim cauetur:*arg. supra qui.ex caus.ma.*sed si prætorem. *§. hæc clausula. et §.*deinde & no.*supra eo.leg.stipulationes & facit supra de alimen.lega. leg. alimenta §. basilica. & infra de pœnis l. sanctio legum.& de vulg.substit.leg.coheredi.§.qui patrem.* Sed arg. contra.*supra ad leg. Aquil.l.si seruum seruum.§. inquit.in fin.* Sed ibi generalis clausula fiebat tantum pro his quæ expressa sunt, hic pro aliis, vnde non refertur ad nominata.Item arg.contra supra de alimēt. lega.l.libertis quos,in princ.ADDITIO.Dic quòd ibi speciale & generale proferuntur ob eandem causam,&in diuersis scripturis,secundùm Bart.hic,

Si ita stipulatus.] CASVS. Erat in conspectu nostro,id est tuo & meo summa quædam pecuniæ, quam putabamus esse centum aureorum,dixi tibi,promittis mihi summam istam centum aureorum? tu dixisti,promitto,si modo centum aureorum est. quæritur hic,quid hæc conditio,si modo centum aureorum est, operetur?Respon.quòd nihil prodest talis conditio, quia nō est propriè conditio dicenda,quæ non ad futurū,sed ad præsens refertur,licèt ipsi contrahentes ignorent rei veritatem.Franc.

n ¶ *Hanc*.facta[a]demonstratione.Accursius.

o ¶ *Maximè*.iam [b] & aliter exaudiri potest , putà quam puto summam centum aureorum esse.*vt supra de condi.institu.l. Institutio.* Accursius.

p ¶ *Hæc adiectio*. vel quia tot sunt,& valet. vel non sunt tot , & non valet.propriè[c]ergo est cōditio quæ in futurum est: *vt supra si cer.peta. l. itaque. & supra de inia. testa. leg. cum in secundo.* Siue itaque nominatim fuit adiectum, summam quæ centum aureorū est , siue non fuit dictum quæ est, sed tantùm centum aureorū, semper ita demum valet stipulatio , si centū aurei sunt: nec est cōditionalis propriè: vt dixi.

q ¶ *Non sint*.sed pauciores.Accursius.

r ¶ *Nulla est*. contra *supra de lega.j.l. si seruum legatum. §. qui. v.* Sol.hic actum fuit vt aliàs non valeat: ibi non est actum.

s ¶ *Veritatem*. veluti si Rex Francorū viuit: *vt Instit.eod.§.penul.* Accursius.

Ex ea parte.] CASVS.Si quis promittat dolum malum abesse vel abfuturum esse:si non facit quod promisit , potest agi cū eo incerti ad interesse , propter stipulationem interpositam. [MVLIER.] Titius habebat concubinam quandam. Berta volens nubere Titio, timebat ne aliquando iterū reuerteretur ad concubinam:ideò stipulata est ab eo centū aureos si tempore matrimonij reassumeret concubinam suam. vtrum hæc stipulatio sit licita? Respō. quòd sic : est enim secundùm bonos mores. [IN INSVLAM.] Stipulatus sum à Mæuio centum aureos cum morietur. deportatus est ipse Mæuius in insulam.vtrum petere possim centū aureos? dicitur quòd non:quia oportet expectare mortem naturalem : nec sufficit ciuilis. [EX FACTO.] Promisisti mihi dolum abesse:an hæc promissio tua transeat contra heredem tuum? Respon. quòd sic.Franciscus.

t ¶ *Ex ea parte cautionis*.quæ sequitur.Accursius.

u ¶ *Incerti*.id est ad interesse condictione certi: *vt & supra de arbit.l.diem.§.fin.* Accursius.

x ¶ *Interponendæ*.[d] id est interpositæ.sic tempus[e] pro tempore, & econtra ponitur. *C.de legi.& constitu.l.j.* Vel propriè hic promiseras mihi promittere ad[f]sensum sapientis mei,qui postea dicit sub pœna dupli promitti,vt interponas agam.

y ¶ *Conueniebat*.id est reconciliabatur. Accursius.

z ¶ *Adsequi*.quia consuetudinem repetiit.Accursius.

a ¶ *Non possit*. à marito. *& facit supra eod.§. ita stipulatio facta fuerit.*

b ¶ *Nisi moriente eo*.naturaliter. ¶Et sic not.quòd appellatione mortis [g] naturalis intelligitur,non ciuilis.*sic supra de leg.j. cum pater.§.hereditatem. & de donat.inter vi.& vxor. leg.sed si mors.§.*

a Vel pro saltem etiam.

* Subauditur causa vel gratia Vide Ant. Aug. li.2. c.1.

b Interesse non tamen est incertum inspecto principio.

c Principio inspecto dicitur aliquid incertum.

d Generale verbum non respicit aut pertinet ad ea, de quibus nominatim cauetur.

a Hac pronominis nota est demonstrationis, & quidē præsentis rei vti hac Glossa iussio tratur.

b Hanc summam centum aureorum dari non stipulamur, vtrum stipuletur sub conditione summam quæ centum erit, an verò id opinione sua centum aureorum esse arbitratur.

c Conditio propriè dicitur, quæ in futurū est concessa.

f Intelligendæ ea specie matrimonij quam vxor in animum viri conueniebat, vt est apud Ciceronem in l. opitam.

* Stipulationem.

d Donationis promissio non iurata facta, donator ad donādum obligari, hinc colligit Berardus 4. consilio.13.

e Tempus pro tempore ponitur. futurū pro præterito: præteritū pro futuro.

f Eadem Glossa extat vel, si quid dare Titio, vel si mandati. et l.l.Reinstitutum, §.de hered. instit. de hac clausula n. Estrar. in tres ab instituto.

g Mortis appellatione, naturalis intelligitur nō ciuilis.

cum igitur, *& argum. de lega. ij. si ita quis §. in cal. & in Authenti. de nup. §. secundum occasionem. colla. iiij. Sed arg. contra ff. pro socio. leg. actione. §. publicatione & de bon. poss. contra tabu. leg. j. §. fina.* Accursius.

a ¶ *Deposit.* secus in delictis: de quibus dic. *vt C. ex delictis defun. leg. j. & ff. supra tit. j. ex depositi. & supra depo. leg. si hominem. §. datur. & infra de regulis iuris legat. ad ea. §. finali.*

bus: veluti mandati, depositi[a].

Si tempus adiicitur gratia creditoris vel vtriusque, non potest solui ante tempus. Item oblatio facta in congruo loco & tempore, debitorem non excusat. Bar.

CXXII. SCAEVOLA *libro vicensimooctauo Digestorum.*

QVi Romæ † mutuam pecuniam acceperat[b] soluendam in longinqua prouincia[c] per * menses tres, eámque ibi[d] dari stipulanti spopondisset: post paucos dies Romæ testatò[e] creditori[f] dixit[g], paratum se esse Romæ eam numerare[h], detracta ea summa quam creditori[i] suo vsurarum nomine dederat. Quæsitum est, cum in integrum[k] summam qua * stipulatione obligatus est, obtulerit[l]: an eo loco[m] in quo soluenda promissa est, sua die[n] integra peti posset. Respondit, posse stipulatorem sua die ibi vbi soluendam stipulatus est, petere[o].

Qui est positus ad recipiendam solutionem, non potest terminum prorogare, nisi tempus & locus fuerint in eius voluntatem collata. Bartolus.

1. ¶ Callimachus mutuá pecuniam[p] nauticam accepit à Sticho

QVi Romæ.] CASVS. Eramus Romæ tu & ego. carebas pecuniis: quare ad me venisti petens vt tibi pecuniam mutuarem sub vsuris: quam promittebas mihi reddere Parisiis post tres menses: dedistique mihi certam partem vsurarum. post paucos dies venisti ad me, & obtulisti mihi pecuniam quam mutuatus fueras à me, detracta[a] ea summa vsurarum quá mihi dederas. ego nolui recipere pecuniam. post hęc cum venissemus Parisiis, volui te ibi conuenire. vtrum possim? Respond. quòd sic: licet mihi pecuniam Romæ obtuleris. [CALLIMACHVS.] Casus planus est. [FLAVIVS HERMES.] Hic §. ponit tres casus. Primum inter ipsos contrahẽtes: alios duos inter heredes contrahentium. Casus primus talis est: Flauius Hermes quidam dedit seruum Stichum cuidam Claudio sub tali pacto, quòd eum manumitteret: & si non manumitteret, stipulatus est Hermes pœnam à Claudio & herede suo. vtrum iste Hermes possit conuenire Claudiú pro libertate istius Stichi? Respon quòd sic. vsque ibi, item quæro. Ponamus quòd Claudius iste non manumisit seruum: & mortui sunt ambo Flauius & Claudius. heres Flauij vult petere pœnam ab herede Claudij, vtrum heres Claudij possit vitare pœnam si manumittat seruum? Respon. quòd sic, vsque ibi, item quęro. Quid autem si heres Flauij Hermetis nolit conuenire heredem Claudij vt manumittat, vel pœnam præstet: an nihilo minus heres Claudij debeat præstare libertatem seruo propter cõuentionem factam ab Hermete & Claudio? Respond. quod sic. [COHEREDES.] Erant duo coheredes: quidam putà Titius, & mulier quędam: qui diuiserunt inter se omnem hereditatem, excepto quodam fundo: & fecerunt pactum quòd si quis partem suam alienare vellet, eam coheredi suo venderet, & hoc pretio centum xxv. & apposuerunt pœnam si aliter factum esset, scilicet centum aureorum. Mortuus est Titius coheredes huius mulieris relictis liberis suis heredibus, mulier ista volens vendere partem suam fundi, dixit tutoribus filiorum, quòd fundi partem emerent aut venderent secundum conuentionem factam. Tutores noluerunt quicquam facere, hæc ergo mulier vendidit partem suam vni extraneo, quæritur, vtrum pœna sit commissa per ipsam? Respond, quòd non: quia obstabit tutoribus doli mali exceptio. [AGERIVS.] Erant duo patresfamilias: vnus habebat filium nomine Agerium: alius, qui dicebatur Publius Mæuius, habebat seruum nomine Stichum, dicebat Stichus seruus Agerio filiofamilias, pater tuus debet domino meo summam pecuniæ: honeste faceret si ei solueret: diu est quòd sibi debet. Agerius solicitus pro conseruatione famæ patris sui, promisit huic seruo Publij quòd solueret ei tantam summam quantam constaret deberi à patre suo Publio Mæuio. mortuus est pater Agerij antequam constaret quantum deberet huic Publio Mæuio quęritur, vtrum iste Agerius possit conueniri ab heredibus Publij vel ab ipso Publio? Respond. quòd non: quia stipulatio ista fuit quasi conditionalis, quæ non fuit impleta: quare deficit etiam stipulatio. [SEIA HERES.] Titius & Seius administrauerunt tutelam vnius pupillæ. mortui sunt tutores, & etiam pupilla: vnus tutorũm reliquit heredem Seiam. heres pupillæ fecit conueniri Seiam tanquá heredem vnius tutoris actione tutelæ ad reddendam rationem & reliqua. Seia transegit cum herede, & soluit maiorem partem pecuniæ: in residuam cauit, & vsuras promisit: postmodum iste heres non vult seruare transactionem factam cum Seia: sed facit iterum eam conueniri coram iudice: & victus est: appellat: & vbique vincitur, postea ista Seia sciens tamen se debere aliquid de reliquis tutelæ, obtulit summam quá debebat. heres pupillæ non vult recipere. quæritur nunc, an ista Seia teneatur ad vsuras istius pecuniæ? Certe respondetur quòd non, cum per eam non stetit quo minus solueret, sed per heredem qui noluit recipere. [DVO FRATRES.] Titius habens duos filios Seium & Mæuium, moriens instituit eos heredes: & fideicommisit quòd si vnus moreretur, restitueret hereditatem suam alteri fratri. fratres isti diuiserunt inter se hereditatem, & promiserunt inuicem sub pœna nunquam contra hanc diuisionem venire, moritur vnus fratrum, alter frater petit hereditatem ab heredibus quasi ex fideicommisso relictam, opponebatur sibi de transactione* facta cum defuncto, & iudicatum est contra eum quasi de hoc fideicommisso etiá transegisset. Quæritur hic, vtrum pœna quam apposuerunt ipsi fratres quando diuiserunt hereditatem, sit commissa? Respond. quòd sic. *vide gloss. super verbo,* proponuntur. Franciscus.

b ¶ *Acceperat.* & conuenerat, hoc scilicet soluendum &c.

c ¶ *Prouincia.* non[a] ergo aliàs soluere potest inuito stipulatore: [[b] *vt ff. de eo quod cer. loco. l. is qui*[c].]

d ¶ *Ibi.* in prouincia. Accur.

e ¶ *Testato.* id est coram testibus.

f ¶ *Creditori.* à quo acceperat mutuum.

g ¶ [*Dixit.* debitor[d].]

h ¶ *Numerare.* & sic ante terminum.

i ¶ *Creditori.* eidem à quo acceperat mutuum. forte aliquid dederat à principio vsurarum nomine. Vel dic dederat, id est conuenerat dare. ADDITIO. Prior interpretatio verior est, *per l. qui in futurum ff. de pactis.* Cont.

k ¶ *Integrum.* computato eo quod non primo soluit aliàs litera dicit, cum non integram, & tunc dic non integram, sine eo quod iam soluit. Ioannes.

l ¶ *Obtulerit.* nec præstet cæteras vtilitates quas stipulator habuisset si suo loco & die facta omnia fuissent: *vt supra de eo quod certo loco. l. si qui*[e]. ¶ Et caue quòd non aperit vtrum offerat vsuras futuri temporis, sed sortem & vsuram præteritam sine dubio offert. Quæro[f] ergo, quid si debitor sub vsuris accipiens mutuum, [per pactum[g]] agat, vt vsque ad annum non soluat, nunquid prius potest soluere? Respondeo, non, nisi totius temporis, etiam futuri solueret vsuras, cum gratia stipulatoris fuerat id pactum. ¶ Quid ergo si ab initio soluerit vsuras duorum mensium? Respondeo, bene potest etiam ante soluere, cum nihil intersit creditoris. ¶ Item quid si dedit pignus vt loco vsurarum creditor fructus caperet cum pacto vt non liceat luere in eo anno? Respondeo, non luet ante: secus si conuenisset in perpetuum non luere: quia non valet, quia magis alienare quàm obligare videtur: *vt in Authent. de aliena. & emphyteu. §. locationes. collatione nona.* ¶ Item quid si nihil est actum expresse, id est, dictum non est, quòd non possit soluere ante annum? Respon. forte potest soluere quando vult: *vt argum. infra de solut. quod in diem. & supra titulo primo. quod quis, & argument. supra si certum peta. legat. qui pecuniam.* quia dilatio fit fauore debitoris: *vt supra eodem leg. cum qui calendis in fine.* vnde in eius læsionem &c. *vt Codic. de legibus & constitutionibus leg. quod fauore.* & econtra creditoris fauore videtur: *vt supra mandati. leg. secunda. §. tua. & mea.* vnde si non potest alij æque bene mutuare, non tenetur recipere, nisi vsuras totius anni soluat. *argumento Cod. de actionibus & obligationibus leg. sicut. & supra de annuis legatis. leg. cum. & de vsuris leg. in fideicommissi §. cum Pollidius.* [vbi videtur distinguere an possit alij æque bene mutuare, vel non[h].]

m ¶ *Eo loco.* in prouincia.

n ¶ *Sua die.* id est post tres [menses. Accur.]

o ¶ *Petere.* quia ante tempus soluere non potuit, secundũ quosdam. quod falsum est: *vt supra tit. j. l. quod quis.* Dic ergo, ratio loci hoc facit: *vt infra de fideiusso. l. fideiussor obligari. §. qui certo. & C. de solu. l. obligatione in fin.* Item cõtractus celebratus gratia vtriusque: *vt C. de actio. & oblig. l. sicut & arg. ff. de annuis legatis l. Iauolenus,* aliàs incipit, eum ad §. Callimachus.

p *Pecuniam.* reddendam post ducentos dies *vt j. dicit.*

† Creditor si recusat recipere pecuniá: tunc sufficit oblatio verbalis, & multo magis in sacculo, itacò munitur. sic tenant doctores hic. Bal. * post.

a Creditor partem debiti regulariter recipere non cogitur l. quidam existimauerunt ff. si certum. l. Tutor. §. Lucius ff. de v. sur. l. acceptã. C. de vsuris. l. except. apud Seruum regula 71. l. asseruam d. l. quidam.

* In qua stipulatione.

a Soluendo ante tempus debitor se à creditore liberare potest nisi intersit creditoris ante tempus nõ solui. quo etiam casu debitor ante tẽpus soluens admittitur, si creditoris quantum eius interest præstiterit. v. Sornum regula Debitor 77.

b Inclusa desunt.

c aliàs, incipit, si quis. & est l. penul.

d Desunt in manuscr.

e aliàs incipit, si quis.

f Vsurarius debitor fortẽ offerre non potest, nisi & vsuras quoq; offerat, etiam que integri tẽporis, quod soluenda sortes cum vsuris datum est.

g Inclusa desunt.

h Inclusa desunt in manuscrip.

Seruo.

a ¶ *Seruo*.præpoſito pecuniis fœnerandis.Accur.
b ¶ *Beryto*.quæ eſt in ea prouincia,ſcilicet accepit: & ab ea vſq; Brenteſium.i.deferendam:& etiam ibi ſoluendam.
c ¶ *In omnes*.i. inter omnes.Accur.
d ¶ *Dies*.i.poſt dictos dies ſoluatur ibi.Accur.
e ¶ *Mercibus*.ſcilicet obligatis.

ſeruo [a] Seij in prouincia Syria, ciuitate Beryto [b], vſque Brenteſium: idque creditum eſſe in omnes [c] nauigij dies [d] ducentos ſub pignoribus & hypothecis mercibus [e] à Beryto comparatis,& Brenteſium perferendis, & quas [f] Brenteſio * empturus eſſet,& per nauem Beryto [g] inuecturus [h]. conuenitque [i] inter eos, vti [k] cum Callimachus [l] Brenteſium perueniſſet, inde, [m] intra idus ſeptembres,quæ tunc proximæ [n] futuræ eſſent, aliis mercibus emptis [o], & in nauem [p] miſſis, ipſe in Syriam [q] per nauigium proficiſcatur [r]: aut ſi intra diem ſupraſcriptam [ſ] non reparaſſet merces, nec enauigaſſet de ea ciuitate [t], redderet vniuerſam continuò [u] pecuniam [x] quaſi perfecto nauigio,& præſtaret ſumptus omnes proſequentibus [y] eam pecuniam, vt [z] in vrbem Romam eam deportarent: eáque [a] ſic rectè dari fieri fide roganti Sticho ſeruo Lucij Titij [b] promiſit Callimachus. & cum † antè [c] idus ſupraſcriptas ſecundùm conuentionem mercibus [d] in nauẽ impoſitis, cum Erote [e] conſeruo Stichi, quaſi in prouinciam Syriam peruenturus [f] enauigauit [g] *: quæſitum eſt, naue ſubmerſa [h], cum ſecundùm cautionem Callimachus merces Beryto † perferendas [i] in nauem miſiſſet * eo tẽpore [k] quo iá pecuniá Brenteſij reddere Romæ perferendá deberet: an nihil proſit Erotis [l] conſenſus, qui cum eo miſſus erat, cuique nihil amplius [m] de pecunia ſupraſcripta poſt diẽ cõuentionis permiſſum vel mádatum erat, quàm vt eam receptam Romam perferret: & nihilominus actiõe ex ſtipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur. Reſpõdit, ſecúdùm ea quæ proponerentur, teneri [n]. Item quæro [o], ſi Callimacho poſt diem ſupraſcriptam nauigante, Eros [p] ſupraſcriptus ſeruus conſenſerit, an actionem domino ſuo ſemel adquiſitam adimere potuerit. Reſpõdit non potuiſſe: ſed fore exceptioni [q] locum, ſi ſeruo [r] arbitrium datum eſſet eam [ſ] pecuniam quocunque tempore [t] in quemuis locũ reddi.

Stipulatio pœnalis nõ nouat præcedentem conuentionem ex cauſa oneroſa. Item vbi eſt pœna & nõ dies: admittitur purgatio moræ. Item ex pacto libertatis agere poteſt ſeruus domino differente. Bart.

2 ¶ Flauius Hermes hominem Stichum manumiſſionis cauſa donauit [u], & ita de eo ſtipulatus eſt: *Si homo Stichus * de quo agitur, quem hac die tibi donationis cauſa manumiſſionique dedi, à te, herediq́ue [x] tuo manumiſſus, vindictáque [y] liberatus non erit, quod dolo malo meo non fiat; pœnæ nomine quinquaginta dari ſtipulatus [z] eſt Flauius Hermes: ſpopondit Claudius*, Quæro, an Flauius Hermes Claudium de libertate Stichi conuenire poteſt [a]. Reſpondit nihil proponi cur nõ poteſt [b].

¶ Item quæro, an ſi Flauij Hermetis heres à Claudij herede pœnam ſupraſcriptam petere voluerit: Claudij heres libertatem Sticho præſtare poſſit vt pœna liberetur. Reſpondit poſſe.

¶ Item quæro, ſi Flauij Hermetis heres cum Claudij herede ex cauſa ſupraſcripta nolit agere, an nihilominus Sticho libertas ex cõuentione quæ fuit inter Hermetem & Claudium, vt ſtipulatione ſupraſcripta oſtenditur, ab herede [d] Claudij præſtari debeat? Reſpondit debere.

Qui tenetur ſub pœna vni alienare: illo exiſtente in mora, poteſt alienare cui volet. Bar.

f ¶ *Et quas*.illis mercibus ſimiliter obligatis,quas &c.
g ¶ *Beryto*.ſcilicet redeundo.
h ¶ *Inuecturus*. id eſt importaturus.
i ¶ *Conuenitque*. pacto [a] incontinenti appoſito quo reſtringitur prima conuentio ducentorum dierum.
k ¶ *Vti*.pro poſtquá. Accur.
l ¶ *Callimachus*.debitor. Accur.
m ¶ *Inde*.à Berito.
n ¶ *Proximæ*. & magis vicinæ quam ducenti dies.
o ¶ *Emptis*.ſ. obligatis.
p ¶ *In nauem miſſis*. Brenteſij.M.
q ¶ *In Syriam*.vbi accepta eſt pecunia.
r ¶ *Proficiſcatur*.i. reuertatur, hoc eſt iter arripiat.Accur.
ſ ¶ *Supraſcriptam*. ſ.idus.
t ¶ *Ciuitate*. ſcilicet Brenteſio.M.
u ¶ *Cõtinuo*.i. ſtatim. ſ.in dictis idibus, non expectatis dictis ducentis diebus.
x ¶ *Pecuniam*.i.ſortẽ & vſuram.Accur.
y ¶ *Perſequentibus*. hominibus,putà procuratoribus,vel ſeruis vicariis, vt eam perferrent.ad quod eſt ĩ. *tit.j. l.traiectitia*.
z ¶ *Vt*.perſequentibus dico ad hoc &c.
a ¶ *Eáque*.ſcilicet dicta vſque hic.
b ¶ *Titij*. qui ſupra nominatus eſt Seius. ſic *ſupra de pigno.act.l. Gaius*.
c ¶ *Sed cum antè*. ſupra forma cautionis: nunc qualiter factum proceſſit.
d ¶ *Mercibus*.reparatis Brenteſij.M.
e ¶ *Erote*. prorogante diem: qui duntaxat miſſus erat vt eã perferret, & nihil vltra faceret. Accur.
f ¶ *Peruenturus*.à Beryto redeundo.
g ¶ *Enauigauerit*.trãſactis idibus,& ſic commiſſa eſt ſtipulatio.
h ¶ *Naue ſubmerſa*.poſt idus.
i ¶ *Perferendas*.Brenteſium.
k ¶ *Eo tempore*.nauigare autem cœpiſſet eo tempore &c.videbatur enim poſt idus miſiſſe merces in nauim,cum poſt idus nauigare cœpiſſet.
l ¶ *Erotis*.ſerui creditoris,cuius conſenſu alio [illegible] alio tempore nauigauit &c.
m ¶ *Nihil amplius*.niſi vt perferret. Accur.
n ¶ *Teneri*.& ſic periculum pertinet ad debitorem naue ſubmerſa poſt moram: *vt C.de nau.fæ.l.cum proponas*.

o ¶ *Item quæro*.repetit vt aliquid addat in fin.de exceptio. Vel credebat ſeruum non bene intellexiſſe, vt frequenter fieri videmus. *vel ĩ.in vſuris*:hic in ſorte & in omnibus.
p ¶ *Eros*.ſeruus.
q ¶ *Exceptioni*.tunc. Accur.
r ¶ *Seruo*.Eroti. Accurſius.
ſ ¶ *Eam*. accipere. Accur.
t ¶ *Tempore*.quo vellet.
u ¶ *Donauit*. vt tantùm vindicta manumittatur, & non alio modo,quare non alloquitur aliis legibus. Accur.
x ¶ *Herediq́ue*.que [a], id eſt vel. *ſic ĩ. de verb. ſign.l.ſæpe*.
y ¶ *Vindictáque*. tũc intererat vindicta manumitti: quia efficiebatur ciuis Romanus ſecundùm quoſdam.
z ¶ *Stipulatus eſt*: trãſit de tertia ad primam: & tandem redit ad tertiam perſonam.
a ¶ *Poteſt*. actione [b] præſcriptis verbis vt manumittatur. Accurſius.
b ¶ *Non poteſt*. Contra ad inferius reſponſum *ſupra de fideicommiſ.liber.leg. Thau. §. intra*. Solu, vt ibi. Item cõtra. *C. ſi mãcip. ita fue. alie l.fina*. Sol. hic fuit actum vt vindicta fieret manumiſſio: aliàs intelligitur de effectu beneficij, vt ibi: quod ſemper eſt in dubio: *vt ſupra de ſer.expor.l. ſi venditor*. & dicunt quidã quòd alius eſt effectus quãdo fit vindicta: quia tũc fit ciuis Romanus. ſed quãdo conſtitutio ſucceſſit, tunc non: cum alij ſint Latini, alij deditiij, quæ diſtinctio hodie nõ inuenitur.
c ¶ *Liberetur*. fauor libertatis eſt ne pereat quòd poſt cõmiſſam pœnam purgatur mora. 2 Vel ſecundùm Ioan. loquitur, quãdo non eſt commiſſa pœna. & impropriè [c] dicit liberetur, quia vel ipſe vel heres debet manumittere. & eſt ſic ſupra *vſufru. quemadmo.ca.l.iij.§.j. & ad legem Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem diatretum*. Item talo contra tollit *ſupra de euictionib. leg. qui alienam*. & eodẽ modo ſoluitur. *ĩ.titu.j.l.traiectitia.§.de illo. C. de cõtrahend.ſtipula.magnam*. Item contra. *ſupra qui ſine manu.leg. Latinus*. Sed [d] hic ante duos menſes agebatur ad pœnam. ſed nec morte donatarij perierat libertas: quoniam nec ipſe præciſè debuit manumittere: ſed vel ipſe, vel heres eius: & ideò ſupra dixi heredem non incidiſſe in pœnam.
d ¶ *Ab herede*. Contra ſupra *qui ſine ma. ad lib. per leg.mancipia*. Sol.hic donator non volebat ſeruum effici liberum, niſi vindicta, ibi aliter. 2 Vel hic fideicom. ibi directo, ſecundùm quoſdam.
e ¶ *Debeat*.inſtante ſeruo.

a Pactis incõtinenti appoſitis, reſtringi ſolent primæ cõuentiones.
* Brenteſij.
† Alias, ſed cũ ante. alias cũ non ante. Alciat.lib.10.c.19 parerg.
* enauigauerit.
† Flo debito.
* In archet. Taurel. ſcriptum eſſe affirmat, MANSISSET. Piſis ita legi, in nauem miſiſſet: manſiſſet autem eo tempore &c.
a Quæ queret.
b Donato ſeruo, vindicta manumittendi à donatario, donatarium conuenire poteſt actione præſcriptis verbis, ſi ſeruum non manumiſerit.
* Ft hominẽ Stichum.
c Cõtrarium tenent Bar. P. Fran. & Alex.
d Eſt diuinatiua, ſecundũ Bar. Pau. Alex. & Fran.

a ¶ *Venderet.* aut eorum partem emeret: *vt patet* j.

b ¶ *Coheredis.* qui scilicet coheres decesserat pluribus relictis heredibus.

c ¶ *Testato.* extra[a] ius etiam.

d ¶ *Exceptionem.* nam ipso iure [b]commissa est pœna. hoc ergo sic quidem intelligitur, vt si alius nó vult emere, extero vẽdere possit sine damno pœnæ, secundùm Io. *& facit supra de arb. l. Celsus. Sed contra supra de pact. l. nemo.* sed hic ad pœnam [c] & sic etiam non obstat *supra de distr. pi. si creditor. §. fin. Item fa. supra de act. empt. l. si sterilis. §. si tibi. in fin.*

3 ¶ Coheredes † cum prædia hereditaria diuiserant: vnum prædium commune reliquerút sub hoc pacto, vt si quis eorum partem suam alienare voluisset, eam vel coheredi suo, vel eius successori venderet [a]centum viginti quinque. quòd si quis aliter fecisset, pœnam centum inuicẽ stipulati sunt. quæro, cum coheres mulier coheredis [b] liberorum tutores sæpius testatò [c] conuenerit, & desiderauerit vt secundùm conuentionem aut emant, aut vendant: hi que nihil tale fecerint: an si mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi possit. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, obstaturam doli mali exceptionem [d].

Facultas implendi conditionem ad heredem non transit. Bart.

4 ¶ Agerius [*] filiusfamilias seruo Publij Mæuij stipulati spopondit se daturum quidquid patrem suum Publio Mæuio debere constitisset [e]. quæsitum est patre defuncto antequam constitisset quid quantúmque deberet: an si aduersus heredem eius actũ fuisset, aliúmve successorem, & de debito constitisset, Agerius teneatur. Respondit, si conditio non extitisset [f], stipulationem non esse commissam.

Non currunt vsuræ si creditor est in mora recipiendi. Bart.

5 ¶ Seia heres † vnius tutoris cum herede pupillæ transactione pacto [g]solo facta, maiorem partem [h]soluit, in residuã cauit [i]: sed ilico negauit heres [k]se transactionem seruare: & apud iudicem tutelæ[l] egit: & victus [m] prouocauit [n] ad competentem iudicem: & ab eo quoque ad principem idem prouocauit: & iniusta hæc quoque prouocatio eius pronuntiata [o] est. quæsitum est, cum per heredem pupillæ mora [p] intercesserit quo minus pecunia in stipulationem deducta ab herede tutoris solueretur, nec vnquam petierit [q]: an ei hodie debeantur vsuræ [r] ab herede tutoris. Respondit, si Seia non [*] cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, iure [f] vsuras non deberi.

Iniusta sententia per quam quis contra diuisionem facere declaratur, facit pœnam committi. Bart.

6 ¶ Duo fratres [t] hereditatem inter se diuiserunt, & cauerunt sibi, nihil se contra eam diuisionem facturos: & si contra quis fecisset, pœnam alter alteri promisit. post mortem alterius, qui superuixit petit ab heredibus eius hereditatem, quasi ex causa fideicommissi sibi à patre relicti debitam: & aduersus eũ pronũtiatum est, quasi de hoc quoque transactum fuisset. quæsitũ est, an pœna commissa esset. Respõdit, pœnam secundùm ea quæ proponuntur [u], commissam.

Promissio ob turpem causam de præterito vel de futuro, est ipso iure nulla. Bart.

a Mora contrahitur à debitore etiam interpellatione extraiudiciali. Huiusmodi enim saltem interpellatio requiritur ad constituendũ debitorem in mora. v. Cremensem singulari 122.

b Cõtrarium tenent Fran. Pau. Alex. & Ias.

† Promittens alteri vendere sub pœna, habita prius requisitione, si alteri vendat, non incurrit pœnã. Bolo.

c Idem Fran. aliter tamen soluit Alex.

d Approbatur per Bar. Fran. Pau. & Alex.

e Idem Bar. & alij.

e ¶ *Constitisset.* postea: non[d] tamen tempore stipulationis cõstabat: nec antè cõstiterat. aliàs est hic. non consti. &c.

f ¶ *Non extitisset.* q. d. si nondum tempore stipulationis cõstiterit de debito: & per hoc conditionalis stipulatio in præteritum concepta non poterat cõmitti in æternum: quia falsa de preterito sunt impossibilia. Vel dic secundùm[e] R. si est actum vt patre viuẽte constare deberet quid & quantum deberetur: quod videtur secundùm verba. nam demum patre viuente constare potest eum debere: sed eo mortuo constare potest eum debuisse: *vt & infra eadem. leg. cum stipulamur. & fa. supra de vsur. l. Seia. & supra de manumis. testa. leg. qui filium.*

* Vide in hõc §. Alciat. lib. disp. c. 13. Alex. etiam hic dicit istã tex. non alibi, ad hoc quòd mortuus non dicitur debere, sed debuisse. Bol.

g ¶ *Pacto solo.* sine stipulatione Aquil. & accep.

h ¶ *Partem.* pecuniæ.

i ¶ *Cauit.* per stipulationem.

† Vsuræ non currunt contra debitorẽ, si solutionem offerat, & creditor recipere nolit. *Alc. hic & moderniores repetentes ipsum tex. sing. ad hoc.*

k ¶ *Heres.* s. pupillæ.

l ¶ *Tutela.* actione.

m ¶ *Et victus.* heres pupillæ. Accur.

n ¶ *Prouocauit.* secundo.

o ¶ *Pronuntiata est.* à principe.

p ¶ *Mora.* obtulit ergo heres tutoris.

q ¶ *Petijt.* heres pupillæ. hoc autẽ ideò dicit, ne posterior mora noceret: *vt* s. *de peri. & com. l. illud.* Accur.

r ¶ *Vsura.* ex mora. s. residuæ pecuniæ non redditæ. Accur.

f ¶ *Iure.* s. exceptionis, cum per eã non steterit. sed si obtulisset, & assignasset[f], & deposuisset[g], tunc ipso iure: *vt* s. *de vsur. l. j. in fi.* & hoc vbi fuissent promissæ. aliàs ex mora etiam non debẽtur.

f Legendum obsignasset. Id enim verbum frequens & vsitatum in oblatione pecuniæ *l. obsignatione. C. de solut.*

g *v. quæ scripsi ad l. si per te 9. in verbo vsura manent. C. de vsuris.*

t ¶ *Duo fratres.* qui rogati fuerunt vt si quis eorum sine liberis decessisset, suam partem alteri per fideicommissum restitueret.

u ¶ *Proponuntur.* Duo dicit. primum, quòd fuit pronuntiatum contra petentem, quasi hoc sit remissum. Secundum, quòd licet habeat exceptionẽ conuentionis, per quam fuit absolutus reus, & sit ea vsus: adhuc tamen petitur pœna: & sic vtrumque. ¶ Sed in primo an fuerit bene iudicatum? si dicas quòd sic (quod videtur dicendum) tunc consonat *supra quibus modis pignus vel hypo. sol. leg. Titius. Sed contra supra de transac. leg. qui cum tutoribus.* vbi non videtur frater remittere actionem pro parte fratris: cuius fratris partem postea habet per fideicommissum. Solu. 1 Hic fuit malè [h]iudicatum, secundùm H. 2 Vel dic secundo, bene: quia non opposuit replicationem, quod potuit: *vt supra de pact. l. tres fratres.* quod in idem recidit: quia male, scilicet contra ius agentis. Nec obstat supra dict. l. Titius. quia sicut facilius cõtrahitur in re aliena, domino scilicet præsente: ita facilius soluitur pignoris obligatio creditore præsente. *argumen. in eo titulo quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. si consensit.* 3 Vel dic tertio, secundùm Ro. hic cauit nihil se &c. id est nec hereditario nec fideicommis. nomine: vel exprimendo[a] hoc, vel sic agendo: quod potest probari: vel etiam ex ipso verbo hoc præsumitur[b], quia dicit nihil &c. Ibi verò simpliciter & sic omnino bene fuit iudicatum: & quod hic dicit, quasi [c] de hoc &c. expressiuum est veritatis: vt & aliàs *supra de transac. l. j.* 4 Vel quarto[d] hic in diuisione, in qua tenetur quilibet alteri de euictione: *vt supra famil. ercis. und. heredes. §. pen.* ibi in trãsactione, in qua non tenetur: *vt C. de transac. si pro fun. do.* qui ergo de euictione tenetur, non debet contrauenire: *vt supra de euic. l. vindicantem.* Sed hæc solutio non valet nisi in ea parte quam habuit, frater præmortuus vt à fratre superstite. in alia autem secundum hoc remanet fideicomm. quam habuit vt suã, frater præmortuus. 5 Dic ergo quòd in hac diuisione agitur de eui. pro parte meæ partis tantum putà: ego heres præmortui habeo ex diuisione dimidiam quę est citra Rhenum: & in illa partem habeo iure meo: partem ex persona coheredis mei ex diuisione. si ergo ex fideicomm. petat quod habeo ex persona mea, in mea parte nil ei obstat: quia in ea non habeo causam ab eo: nec de euict. tenetur. aliam autem petere non potest, quam habui iure suo: quia de sua parte restituenda non sum rogatus: *vt de legatis tert. o l. pater. §. quindecim.* & etiam quia de euict. tenetur, nisi fuerim sciens: quo casu non ago nisi stipulatus sim: *vt Cod. de euic. leg. si fundum sciens.* Item plus potest petere qui superuixit, scilicet æstimationem eius particulæ quam habebat in sua dimidia per diuisionem ex persona præcedentis. modo enim non licet habere ex diuisione: sed ex fideicõmiss. tanquam alio euincente: *vt supra de euic. leg. si vendiderit. & l. non tamen.* & secundùm duas primas solutiones malè fuit hic iudicatum: & hoc est contra ius agentis: & secundùm tertiã bene: secundùm quartã bene in parte, & male in alia parte: vt patet ex præmissis. ¶ Item patet ex prædictis solutio quæstionis: scilicet si ille cui facienda est restitutio rei ab aliquo, eam emit: an modo habeat locum in ea fideicommis. per dictas ll. de eui. & *supra ad l. Falcidiam. l. fundo.* Vel dic vt ibi in Glo. non etiam. Item contra. s. *de pact. l. tres fratres.* Solue vt primum contra. si fuerit ibi dolus. Item contra supra *de lega. iij. l. Paulo Callimacho. §. j.* Solu. vt ibi. ¶ Ad secundum quòd dicitur etiam pœnam peti, est cõtra supra *de pact. l. rescriptum. §. si pacto,* vbi sufficit alterum solui. si teneas supra bene iudicatum in totum, vel in partem, prõptum est dicere pœnam commissam. sed obstat exceptio: vt in contrario. Vel fortè fuit hic actum vt vtrumque possit peti: *vt supra eod. leg. ita stipulatus in fine.* Vel ibi in contractu: hic in sententia. Si autem dicas quòd malè fuit iudicatum: tũc dic pœnam cõmissam eo inspecto quòd sententia est lata: cui standum est ex quo non appellatur. sed hic multo magis locum habet exceptio: vt in cõtrariis

h Immo benè Alex. & Fran.

a Hæc diuinat ad tex. Bart. P. Fran. & Alex.

b Cõtrarium tenent Bar. P. Fran. & Alex.

c Quasi verbum interdũ est expressiuũ veritatis.

d Contra hãc solu. tenet hic Bar. in fra solu. & in prima quæstione: quem sequitur P. Fr. & Alex.

* Alc. lib. i c. 13 disp. perperam contra fidem Flor. in alijs libris legi, etsi Seia antecessasset. Anton. Aug. li. i. c. 4.

trariis. ¶Sed quid hoc casu quando fuit male iudicatum: si fuerit actum vt vtrumque possit peti? Respond. non poterit peti. & sic quod fit in principali, præiudicat in accessoriis: *vt ſ. de rei vindi. l. & ex diverso. §. vbi.* ¶Item ex eo quod hic dicit, quasi &c. videtur arg. quòd in[a] sententia causa sit exprimenda: *vt dixi C. de indi. properandum. §. illo. & ſ. si men. fal. mo. dixe. l. j. §. j.*

a Sententiæ causa vtrum sit exprimenda.

CXXIII. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

SI †flagitij[a*] faciendi vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet.

Stipulatio facti quæ habet diem, nō committitur ad interesse ante diem: licet certum sit ante diem fieri nō posse. Bar.

†Plagij

*Hoc loco in Pand. Flo. De verborum obligationibus. iterum scribitur, vt sic hic titulus in tres tractatus distinctus.

a *Si flagitij.* Promitto tibi centū si feceris plagium, vel quia fecisti. hæc secūda est magis dubitabilis: prima non: *vt j. de fideiuss. l. si à reo. §. fin.* hęc, promitto tibi cētum si Titius fecit plagium, valet. Alij[b] dicūt poni exempla per legem. *ſ. de condi. ob tur. cau. l. fin.* putà, promittis mihi decem vt reddam tibi filium tuū, vel seruum quem plagio abstuli? Accursius.

b Et male Bar.

CXXIV. IDEM *libro secundo Definitionum.*

I*Nsulam intra biennium illo loco*[b] *ædificari spondes?* antè finē biennij stipulatio non committitur: quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum [c] residui temporis sit, quo ædificium exstrui non possit. neque enim stipulationis status cuius dies certus in exordio fuit, ex postfacto mutatur[d]. Idque & in stipulatione iudicio sistendi causa facta placuit: scilicet vt ante diē stipulatio non committatur, si [e] certum esse cœperit, parere † stipulatione residuo tempore non posse.

Verbum præsens non trahitur ad futurum. Bar.

†Pareri.

I*Nsulam.*] CASVS. Promisisti mihi ędificare domum intra duos annos. non possum agere contra te nisi finitis duobus annis, quamuis non superſit tantum temporis quanto ædificari possit dominus: quia stipulationis substantia quam ab initio sūpsit, non mutatur ex postfacto. Idem est in stipulatione iudicio sistendi causa facta. cætera clara sunt. Franciscus.

b ¶*Loco.* aliàs non valet: *vt ſ. de eo quod certo loco. l. 4. §. si quis insulam.*

c ¶*Et tantùm.* subaudi, quamuis. Accur.

d ¶*Mutatur.* siquidem expectandus est dies actoris: quia tota obligatio sub conditione & in diem collata videtur: *vt supra eo. l. in illa. 10.* Sed contra. *ſ. hoc iure.* Solu. vt ibi[e]. Item contra. *ſ. eod. leg. stipulationes non di. §. si quis. versic. planè.* Sol. vt ibi solui aliam quæ huic concordat. sic *supra eo. l. si ita stipulatus essem à te.* Vel hic adiecit tempus, ibi non. Item contra, *ſ. eo. l. cum stipulatus.* Sol. vt ibi [d]. *& facit supra eo. l. existimo.* Accur.

e Tene ibi tertiam solu.

d Approbatur per doct. quia ibi in pœna conuētionali, hic non.

e ¶ *Si.* id est quamuis.

CXXV. PAVLVS *libro secundo Quæstionum.*

CVm stipulamur [f] quidquid te dare facere oportet, nihil aliud in stipulationem deducitur, quàm quod præsenti die debetur. hoc enim solum hæc stipulatio demonstrat.

Existente conditione retro potest deberi pecunia. Bar.

C*Vm stipulamur.*] CASVS. huius l. habitus est ſ. de verbo ad verbum *l. si stipulatus fuerim. §. j.* Fran.

f ¶ *Cum stipulamur.* facit *supra eo. l. si stipulatus fuero. §. j. & supra. l. si à colono.*

S*I ita.*] CASVS. Pone casum vt ſ. in l. huiusmodi. [TITIVS.] Titius promisit mihi fundum quendam, putà Cornelianum sine vsufructu. post octo dies iterum promisit mihi vsumfructum eiusdem fundi. certè hic sunt duæ stipulationes: & ille qui fundū promittit sine vsufructu, & postea vsumfructum promittit eiusdem fūdi, ad minus tenetur quàm ille qui vna stipulatione promittit simul fundum pleno iure, id est non detracto vsufructu. Nam primo casu si ille qui promisit vsumfructum, soluerit eum, & sit amissus, & postea soluerit fundum: liberabitur. sed secundo casu qui fundum pleno iure promittit: si primo vsumfructum soluerit, & sit amissus, & postea fundum tradidit: non liberabitur vllo modo: nisi efficiat quòd fundus pleno iure soluatur. [CHRYSOGONVS.] Vide Glo. quæ ponit casum. [SI ITA.] Promisi tibi quòd sisterem seruum meum in iudicio: & casu quo nō sisterem, promisi tibi hippocentaurum, quem tamen dari est impossibile. Certè ista secūda stipulatio pœnalis est inutilis: & perinde est ac si tibi purè promisissem. Fran. Accur.

e Dena promittere pro decem vel bis decem.

g ¶ *Dena.* i. [e]decem. propriè autem significat bis decem: *vt ſ. de lega. j. l. si quis testamento. in prin. & facit C. de testa. l. præposteri. & ſ. si cer. peta. l. lecta. in fi.* Sed contra *ſ. de vsur. l. cum quidam.* Sol. vt dixi. *ſ. eo. l. huiusmodi. 4. in Glo. fi.* Accur.

h ¶ *Fundum.* i. nudam proprietatem.

i ¶ *Ab eodem.* scilicet Mæuio. Accur.

CXXVI. IDEM *libro tertio Quæstionum.*

SI ita stipulatus fuero: *si Titius cōsul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena*[g] *dare spōdes?* post triennium cōditione existente triginta peti potuerunt.

Qui promittit vsumfructū & proprietatem separatim: soluto vsufructu liberatur. secus in eo qui plenam proprietatem promisit. Bar.

1 ¶ Titius à Mæuio *fundum*[h] *detracto vsufructu stipulatus est, & ab eodem*[i] *eiusdem fundi vsumfructum*[k]. Duæ sunt stipulationes & minus est in eo vsufructu quē per se [l] quis promisit, quàm in eo qui proprietatem comitatur [m]. Denique si ille vsumfructum dederit [n], eúmque stipulator non vtendo amiserit: tradēdo postea fundum detracto vsufructu, liberabitur[o]. Non idem contingit ei qui *fundum pleno iure promisit*, & vsumfructum dedit, deinde amisso eo proprietatem sine vsufructu tradidit. ille liberatus est [p] dando vsumfructum, hic nulla[q] parte obligationis exoneratur, nisi pleno iure fundū effecerit stipulatoris.

Per liberam personam non quæritur nobis actio ex stipulatione, sed ex numeratione sic. Et qui stipulatur impersonaliter, sibi stipulari videtur: & nunquam persona extrinsecus subintelligitur. Bar.

2 ¶ Chrysogonus[r] Flauij Cādidi seruus actor scripsit coram subscribente [s] & adsignante [t]

k ¶ *Vsumfructum.* sine proprietate.

l ¶ *Per se.* id est separatim sine fundo. Accursius.

m ¶ *Comitatur.* scilicet cum fundum stipulatus est. Accur.

n ¶ *Dederit.* quem seorsum stipulāti promisit, & sic liberatus est à secūdo vinculo.

o ¶ *Liberabitur.* promissor.

p ¶ *Liberatus est.* qui promisit vsumfru. siue fundum. Accur.

q ¶ *Hic nulla.* qui promisit fundum pleno iure. ¶ Sed nonne qui[a] soluit partem rei quam debet soluere, liberatur pro ea parte: *vt infra de sol. l. si stipulatus. §. j. qui decem:* sed dic quòd hæc causalis non est pars. Item nec eū soluit: sed formalem soluit: ad quem nullo modo erat obligatus. Accur.

a Soluens partem rei, vtrū liberetur pro parte.

r ¶ *Chrysogonus.* scilicet ergo. & dic quòd tres hic ponuntur sub compendio quæstiones, & solutiones earum: causæ quoque dubitationis in duabus posterioribus. Nam prima modicum dubitationis habet: quę est vtrum Zosas libertus stipulando pecuniam Quintiliano reddi, ipsi quæsierit actionem. Secunda, vtrum saltem ipsa numeratione libertus patrono obligationem quæsierit, licèt stipulatio ipsi facta non tenuit. Tertia, vtrum stipulando vsuras sine proprij nominis adiectione, sibi ipsi quæsierit actionem. Prima est plana cum enim per [b] liberam personam quæ in nostra potestate non est, neque bona fide nobis seruit, non acquirimus actionem: regulariter ergo nec hic patrono est quæsita. In secunda dubitationem faciebat, quia siue numerationem stipulatio, siue stipulationem præcedit numeratio: vnica oritur obligatio ex stipulatu: non ex numeratione: *vt infra de noua. leg. vj. & vij.* cum ergo hæc ex stipulatione non sit quæsita, vt dixi: ergo videtur quòd nec ex numeratione. Sed respond. quòd dicitur vnicam ex stipulatione procedere obli. siue numerationē præcedat stipulatio, siue sequatur: locum habet vbi vtilis interponitur stipulatio. cum ergo[c] hic fuerit inutilis, vtilis numeratio nō poterit per eam, scilicet inutilem stipulationem, vitiari. itaque cuicunque pecuniam numerauit libertus nomine patroni, acquiritur patrono actio: *vt supra si certum petatur. l. certi condictio. §. si nummos.* In altera verò quæstione dubitationem inducit ex eo quòd nomen Quintiliani positum in stipulatione sortis, tacite [d] videbatur repetitum in stipulatione vsurarum. Augebat dubitationem similium inductio, videbatur enim nomē patroni in stipulatione vsurarum tacitè repetitum, sicut[e] stipulatione quandoque tempus tacitè inest: *vt supra eod. leg. interdum.* quandoque conditio[f] *vt supra de iure do. plerumque. §. si antè.* Sed tamen respon. Nunquam[f] persona in stipulatione intelligitur, nisi expressa fuerit: itaque nec hic, maximè quia tacitè intellecta persona esset inutilis stipulatio: *vt argum. j. eod. l. Titia. §. j. sic & supra de fideicom. lib. l. si.*

s ¶ *Subscribente.* scilicet domino: *quod est j.*

t ¶ *Adsignante.* quia fecerat signum ibi vt mos erat.

b Libertus stipulando; pecuniam reddi patrono, non adquirit ipsi patrono actionē: nobis enim per extraneam personam non adquiritur actio

c Solutio seu vtilis numeratio pecuniæ patroni nomine facta à liberto, licet adiecta sit stipulatione inutili facta ab eodem liberto, patroni nomine, non vitiatur. Itaque hoc casu ex numeratione facta nomine patroni, adquiritur actio ipsi patrono: licet ex stipulatione simpliciter facta patroni nomine, ipsi patrono nō adquiratur actio

d Tacita repetitio nō intelligitur facta in vsuris, eius personæ seu nominis, quod in sortis stipulatione adiecta est

e Tacite inest stipulationibus tempus & conditio.

f Tacita repetitio aut nominatio personæ, nunquā intelligitur in stipulatione, nisi sit expressa.

a ¶ *Agente*. id est numerante nomine patroni absentis.
b ¶ *Quintiliani*. patroni sui.
c ¶ *Dari*. id est reddi patrono. & ita audi quod vitiat.
d ¶ *Soluetur*. id est quantum sortis differetur.
e ¶ *Denarios*. viij. singulis mensibus.

domino meo, accepisse eum à Iulio Zosa rem agente[a] Iulij Quintiliani[b] absentis, mutua denaria mille: quæ dari[c] Quintiliano, heredive eius ad quem ea res pertinebit, Kalendis Nouembribus quæ proximæ sunt futuræ, stipulatus est Zosas libertus, & rem agens Quintiliani: spopondit Candidus dominus meus. sub die suprascripta si satis eo nomine factum non erit, tunc quo post soluetur[d], vsurarum nomine denarios[e] octo præstari stipulatus est Iulius Zosas[f]: spopondit Flauius Candidus dominus meus. subscripsit & dominus. Respondi[g]: Per liberam personam quæ neque iuri nostro subiecta est, neque bona fide nobis seruit, obligationem nullam[h] adquirere possumus[i]. Planè si liber homo nostro nomine[k] pecuniam daret vel suam vel nostram[l], vt nobis solueretur: obligatio nobis pecuniæ creditæ adquireretur[m]: sed quod libertus patrono dari[n] stipulatus est, inutile est[o]: vt nec ad solutionem proficiat adiectio absentis[p], cui principaliter obligatio quærebatur[q].

Superest, quæramus[r] an ex numeratione ipse[s] qui contraxit, pecuniam creditam petere possit[t]. nam quotiens pecuniam mutuam dantes, eandem stipulamur[u]: non duæ obligationes nascuntur[x], sed vna[y] verborum. Planè si præcedat numeratio, sequatur[z] stipulatio: non est dicendum, recessum à naturali[a] obligatione. Sequens stipulatio[b], in qua sine adiectione[c] nominis vsuras stipulatus est, non

f ¶ *Zosas*. ecce ergo persona Quintiliani non adiicitur: sed impersonaliter non adiecta sua vel patroni persona.
g ¶ *Respondi*. hoc interponitur.
h ¶ *Nullam*. Ergo[a] nec hic per libertum debet acquiri: quia[b] liber est licèt: quæsita actio extendatur quandoque: *vt supra de vsur. l. si quis solutioni. §. fin.* Sed ob. supra *de calum. l. & generaliter. §. fin.* Sed respond. hoc ibi contingit propter delictum. at hic contractus est. Item op. *C. de iure do. l. fi. in princ.* Respon. illud legis potestate, fauore dotis: Vel ibi ius fingit eam contraxisse.
i ¶ *Possumus*. regulariter.
k ¶ *Nomine nostro*. quòd fecit hic libert[us] nomine patroni.
l ¶ *Nostram*. vt hic erat. Accursius.
m ¶ *Acquireretur*. propter singularia præcepta: *vt ꝟ. si cert. pet. leg. certi. §. si nummos.*
n ¶ *Dari*. id est reddi.
o ¶ *Inutile est*. quia alteri stipulari &c. nec[c] ei solui potest, cũ nõ ad hoc sit positus: *vt C. per quas perso. leg. j. & ꝟ. eod. l. cum qui. §. qui sibi.*
p ¶ *Absentis*. patroni.
q ¶ *Quærebatur*. quâtum ad æstimationẽ: Vel dic ex numeratione.
r ¶ *Quæramus*. pro stipulãtis intentione.
s ¶ *Ipse*. libertus.
t ¶ *Possit*. & certè nõ potest: nisi in casu: *vt C. si cer. pe. l. iiij.*
u ¶ *Stipulamur*. incõtinenti: *vt ỹ. de noua. l. cum enim pecuniam.*
x ¶ *Nascuntur*. cum stipulatio est vtilis. cæterum si inutilis est, condictio nascitur ex numeratione: vt dictum est.

y ¶ *Sed vna*. si actũ est quòd ex numeratione sola nascat actio: tunc ex ea. si vt ex stipulatione: tunc ex ea. si verò est dubiũ: tũc ex ea quæ præcessit, secundùm H. *argu. ỹ. de stipu. ser. l. si communis seruus. v.* sed aliter no. *d. l. ỹ. de noua.* cum enim. Accur.

z ¶ *Sequatur*. incõtinẽti. & dic, stipulatio inutilis: vt alij si stipulatus sum. Azo. ex qua nec patrono nec sibi acquiritur actio. patrono non: quia non potuit. sibi non: quia noluit. *sic C. si quis alteri vel sibi. l. mutuam.* dominus tamen vindicat eam, si extat: aliàs condicit, si eius nomine est numerata: *vt ꝟ. dictu est.* aliàs si libertus suo nomine mutuat, habet ipse actionẽ: *vt C. si cer. pet. l. iiij.* Accur.

a ¶ *A naturali*. ex qua oritur certi condictio, vel domino si eius nomine est facta: vel numeranti: vt dictum est.

b ¶ *Sequens stipulatio*. hoc intelligunt cum stipulatio est valida: quo casu ex sola ea oritur actio. at cum inualida, tunc ex sola numeratione actio quæritur: *vt ꝟ. si cer. pe. l. certi. condictio. §. quoniam.* sed hoc non placet: quia contra hanc literam est.

c ¶ *Sine adiectione*. impersonaliter.

Marginal notes (left): a Libertus patrono an possit adquirere. b Libertus omnis liber est. — c Solui adiecto nõ potest, nisi adhoc adiectus fuerit vt ei solueretur.

d ¶ *Laborat*. quo superior: vt sit inutilis.
e ¶ *Maligne*. quia certè malignum esset.
f ¶ *Videri*. sed potius sibi. q. d. non est ita accipiendum vt vsuras quas simpliciter stipulatus erat, domino stipulatus videatur, sed sibi potius.

eodem vitio laborat[d]. neque enim malignè[e] accipiendum est, eidem stipulatum vsuras, cui & sortem, videri[f]. ideóque in liberti persona valet stipulatio vsurarum, & cogitur eam patrono cedere[g]. plerumque enim in stipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt[h]. raro inesse tempus[i] vel conditionem[k] ex eo quod agi apparebit, intelligendum est: nunquam[l] personam, nisi expressa sit.

Inutilis stipulatio pœnalis non reddit inutilem stipulationem sortis: nec ipsam nouat. Bar.

3 ¶ Si ita stipulatus fuero, te sisti: & nisi steteris[a], aliquid dari, quod promittenti impossibile[m] est: detracta secunda stipulatione prior manet vtilis, & perinde erit ac si te sisti[n] stipulatus essem.

Interpellatio quæ non constituit principalem in mora: non nocet fideiussori. Bar.

CXXVII. SCÆVOLA *libro quinto Quæstionum.*

SI pupillus sine tutoris auctoritate Stichum promittat[o], & fideiussorem dedit: seruus[p] autem post moram[q] à pupillo factam decedat: nec fideiussor erit propter pupilli moram obligatus. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri[r], vbi nulla petitio est. esse autem fideiussorem obligatum ad hoc, vt viuo homine conueniatur, vel ex mora sua[f] postea.

Si persona vel res ad obligationem adiicitur inutiliter: non prodest ad solutionem. Bar.

g ¶ *Cedere*. per actionem mandati, si mandato: vel etiam negoꝰ gest, si sine mandato gerebat. Accur.
h ¶ *Sunt*. sicut in casu isto quando simpliciter stipulatus est vsuras.
i ¶ *Tempus*. vt[a] ꝟ. e. l. *interdum*.
k ¶ *Vel conditionem*. vt[b] ꝟ. *de iure do. l. plerunque. §. si ante.*
l ¶ *Nunquam*. intelligendum[c] scilicet est inesse. *ad quod facit C. de consti. pec. authen. si quando ibi posita. & supra eod. l. stipulatio ista. §. sicut autem. & supra de acqui. pos. leg. quod meo. §. si furioso.* Accur.
m ¶ *Impossibile est*. puta hippocentaurum.
n ¶ *Sisti*. nullo addito. & not. quòd hic & superiori §. non[d] vitiatur vtile per inutile. *& facit supra eodem. l. si ita stipulatus fuero, te sisti. in princip.* Accursius.

S *I pupillus.*] CASVS. Pamphilus pupillus habens tutorem, sine eius auctoritate promisit mihi seruum Stichum: & fideiussorẽ dedit. facit hic pupillus moram in soluendo: & sic Stichus decedit. quæritur an fideiussor teneatur ꝑpter morã pupilli: respon. quòd non: quia non propriè intelligitur ibi mora fuisse, vbi nulla potuit esse petitio. Si autem Stichus adhuc viueret, fideiussor esset obligatus dare eum: vel si ipse moram fecisset. Fran.
o ¶ *Promittat*. & sic naturaliter obligatur, cũ nõ sit locupletior: *vt ỹ. de noua. l. j.* cui accedit fideiussor: *vt Insti. de fideius. §. j.* Acc.
p ¶ *Seruus*. promissus.

q ¶ *Post moram*. quæ non est mora: vt subiicit.
r ¶ *Ibi fieri*. Oppo.[e] *C. de contrah. & com. sti. l. nuda.* Sol. speciale in pupillo naturaliter obligato: quia nil scit: *vt supra de iur. & facti igno. l. fi.* non sic in alio naturaliter obligato: vt ibi. 2 Vel non est mora quantum ad interitum, vt hic: sed quo ad hoc vt lit. cõtestetur committatur stipulatio sic: vt ibi. Item contra *Instit. de fideiuss. §. fideiussores.* Sed hic non est plus re, vel loco, vel tempore, vel causa *& sa. ꝟ. eo. l. si ex legati. in fi. & l. seq. & ỹ. de re. iud. l. nulla.*
f ¶ *Mora sua*. quia ipse fuit interpellatus. Aliud autẽ est in fideiuss. furiosi: *vt ỹ. de fideius. Marcellus contra.* Sol. secundum Ro.[f] refert[g] euidẽter, pupillus an furiosus aliquid promittat. nã furioso nulla nec naturalis nec ciuilis oritur obligatio, etiã cũ auctoritate tuto. quia sensu caret: at pupillus[h], præserti pubertati proximus, cum auctoritate tuto. ciuiliter & naturaliter obligat, & sine tuto. naturaliter. non[i] ergo mirum si pro isto accedit fideiussor, pro furioso non: *vt ỹ. de regu. iur. l. in negotiis.* & in contrario. *& supra ad Trebel. l. si eius. in prin. & supra quando di. le. ce.* cum illud. *& ỹ. de solu. l. Stichum. & C. qui admitt. ad bono. possess. leg. bonorum.*

Marginal notes (right): a Tempus tacitè subauditur in stipulationibus. b Cõditio tacitè subintelligitur in stipulationibus. c Persona nõ quæ subintelligitur in stipulationibus, nisi nominatim sit expressa. — * Alteris. d Vtile per inutile nõ vitiatur. — e Mora esse fieri potest vbi nulla petitio. f Pupillus an possit & quãdo naturaliter vel ciuiliter obligari & quid in furioso. g Pupilli & furiosi promittentis differẽtia. h Pupillus pubertati proximus cum auctoritate tuto. ciuiliter & naturaliter obligatur: sine tutore, naturaliter. i Fideiussor pupilli & furiosi esse potest.

norum. & de iure delibe. si infanti. & plenius dixi super contrario.

SI duo rei.]CASVS. Titius & Seius ambo stipulati sunt à Sempronio centum aureos: sed diuersimode sunt stipulati: quia vnus vtiliter, alter inutiliter: putà dabis c. si digito cœlum tetigero. si essent vtiliter stipulati ambo, posset vni solui in solidū. sed quia vnus eorum est inutiliter stipulatus, ideò nō potest ei solui: quia cuilibet soluendū est, non pro alterius obligatione, sed pro sua. cum ergo iste nullam habeat obligationem: non rectè ei soluetur. Idem est si ego stipulor Stichum aut Pāphilum. nam si vnus est meus, non potest in illo consistere obligatio. licet etiā desinat esse meus: non mihi rectè soluetur: & ratio est: quia isti duo serui non sunt positi in stipulatione ad solutionem: sed ad obligationem. Franciscus.

a ¶ *Inutiliter.* si digito cœlū tetigero, vel ex interuallo: *vt j. e. t. j. l. si ex duobus.* Accursius.

b ¶ *Sua obligationis.* scilicet nomine. Accursius.

c ¶ *Obligatio.* tantum scilicet, &c.

d ¶ *Stipulatoris.* ideò quia in eo non consistit obligatio. *vt supra eod. l. scire debemus.* §. *fina.*

e ¶ *Eius.* scilicet altero iam mortuo: & sic obligatio est sublata. & sic expone. *infra de solu. l. qui decem.* §. *si Stichum.* j. respon. Nec obstat in fin. eiusdem §. quod hic ponitur pro contrario. Accursius.

f ¶ *Quia.* ratio bona: *vt* §. *e. l. cum qui.* §. *qui sibi, in fi. &* §. *eo. l. si ita stipulatus.* §. *Chrysogonus. versi. planè. ibi. si d quod patrono. &c.* ¶ Et no. hic argu. quòd qui promittit[b] illud aut illud, duo promittit: *vt supra no. de consti. pec. l. illud. item ff.* §. *de legat. ij. l. Mauius.* §. *duobus. & de re iudi. miles.* §. *j.* Accur.

a Solue melius vt hic per Bar.

b Promittens illud aut illud an duo promittat.

CXXVIII. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

SI duo rei stipulandi ita extitissent, vt alter vtiliter, alter inutiliter [a] stipularetur: ei qui non habet promissorem obligatum, non rectè soluitur: quia non alterius nomine ei soluitur sed suæ obligationis [b], quæ nulla est. Eadem ratione qui Stichum aut Pamphilum stipulatur: si in vnum cōstiterit obligatiō [c], quia alter stipulatoris [d] erat: etiam si desierit eius [e] esse, nō rectè soluitur: quia [f] vtraque res ad obligationem ponitur, non ad solutionem.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtrumque esse factum: & ad veritatem disiunctiuæ sufficit alterum tantùm. Bart.

CXXIX. SCAEVOLA *libro duodecimo Quæstionum.*

SI quis ita stipulatus fuerit, *Decem aureos das, si nauis venit, & Titius consul factus est* [g]? non aliàs dabitur, quàm si vtrumq; factum sit. Idem in contrarium [h], *Dare spondes, si nec nauis venit, nec Titius consul factus sit?* exigēdum erit vt neutrum factum sit. Huic [i] similis scriptura est, *si neque nauis venit, neque Titius cōsul factus* [k] *est?* Ac si sic, *dabis si nauis venit, aut Titius consul factus sit?* sufficit vnum factum. & contra: *dabis, si nauis non venit, aut Titius consul factus nō est?* sufficit vnum non factum [l].

SI quis.]CASVS. Si duæ conditiones apponuntur in stipulatione copulatiuè: necesse est vtrāmque impleri antequam stipulatio committatur: & hoc si affirmatiuè apponantur. si verò apponantur negatiuè: tunc necesse est quòd neutra impleatur vt stipulatio committi possit. Item si apponantur duæ conditiones disiunctiuæ affirmatiuè: sufficit vnam impleri vt committatur stipulatio. si autem negatiuè: sufficit alteram non impleri. exempla sunt plana in textu. Fran. Accur.

g ¶ *Factus est. vt infra de fideiuss. leg. si à reo. & supra de rep. du. leg. si is qui.* §. *vtrum.* ¶ Et no. quatuor diuersas stipulationes. *& sa. supra de condit. & demon. l. cum pupillus.* §. *j. & supra de here. instit. l. si te. in fine. & de condit. institu. l. v. & Institu. de hered. instit.* §. *penultimo.*

h ¶ *In contrarium.* s. dicitur. Accur.

i ¶ *Huic.* differt à proximo [c] in contrarium, &c. quia hic præcessit cōditio: supra stipulatio. Vel supra præteritum, scilicet sit: hic præsens scilicet est.

k ¶ *Factus.* subaudi, dare spondeo.

l ¶ *Non factum.* Contra. *C. de institu. & substi. leg. generaliter.* Sed ibi [d] aut pro & ponitur: *vt* §. *de verb. sig. l. sæpe. Item facit* §. *iudi. sol. l. cum quærebatur.* §. *ecce enim.*

c Aliàs, à proposito. idem in contra &c.

d Idem Bart. Bald. P. Ale. & Ias. in dicta l. generaliter. [illegible]

QVod dicitur.]CASVS. Dicitur in antiqua regula, quòd pater potest filio stipulari. quæritur quomodo hoc intelligatur. Respondetur quòd intelligitur de his quæ sunt iuris: sicuti cū pater stipulatur filio dari. sed in his quæ sunt facti, non habet locum hæc regula: veluti si stipuletur pater filio quòd ei ire agere liceat. filius verò bene potest patri stipulari ea quæ sunt facti: vt promittis mihi quòd patri meo licebit ire agere per fundum tuum: nam per talem stipulationem patri quærit filius. Franc.

Si pater stipulatur filio quod iuris est sibi acquirit: secus si id quod est facti per filium explicandi. filius verò quærit patri, siue factum, siue ius stipuletur eidem. Barto.

CXXX. PAVLVS *lib. quintodecimo Quæstionum.*

QVod dicitur, patrem filio vtiliter stipulari, quasi sibi ille [m] stipularetur: hoc in his verum est, quæ iuris sunt [n], quæq; [*] adquiri patri possunt, alioquin si factum conferatur in personam filij, inutilis erit stipulatio: veluti vt tenere ei [o], vel ire agere liceat. contra autem filius etiam vt ire patri liceat stipulando, adquiret ei [p]. imò & quod in suam personam conferre non potest, hoc patri [q] adquirat.

Persona heredis promissoris, in his quæ contra heredes transeunt, supernacue adiicitur in stipulatione: & ideò licet tantum vnus fuerit nominatus, omnes tenentur. Pau.

CXXXI. SCAEVOLA *libro tertiodecimo Quæstionum.*

IVlianus scripsit, neque per te, neque per heredem tuum Titium [r] fieret † quo minus mihi ire liceat, stipuler: non solum Titium teneri si prohibeat, sed etiam coheredes [s] eius.

Si in re soluta deficit aliquod ius: adhuc ipsa res peti potest. Bar.

1 ¶ Qui fundū [*] sibi aut Titio dari stipulatur: quāuis fund' Titio traditus sit, nihilo minus petere fundū potest, vt sibi de euictiōe [t]

m ¶ *Ille.* s. filius, secūdùm R. imò pater secundùm Io. *vt Institu. de inuti. stip.* §. *ei verò qui.*

n ¶ *Iuris sunt.* putà aliquid dari: sed [a] tradi, est factum: *vt supra de vsuris, si stipulatus.* ¶ Quid ergo si [b] aliquid filio tradi stipuletur? Respon. idem, vt valeat: licet non sit iuris. est enim tale quod ei acquiri potest. 2 Itē & potest dici quòd hic factum non confertur in personam filij: imò in personam eius qui debet tradere ei filio. & sic cum non conferatur in filij personam, vtilis est stipulatio. sed hic vetat quòd à filio est faciēdum, vt subiicit exēplum. Item nec [c] omnia quæ in dando, sed ea quæ non possunt patri quæri: vt ex causa profectitia vel etiam aduentitia, id est quo ad vsumfructum: *vt C. de bonis quæ lib. l. cum oportet. in principio.* & hic subiicit. ¶ Quæritur ergo an hoc valeat vt [d] domus filio fiat in solo patris, vel in solo filij? Resp. idem quòd si aliquid filio tradi stipuletur, propter rationem ibi positam: quia refert sit faciendum filio ab alio, an ab ipso filio: quo casu non valet: vt hic subiicit. Accursius.

o ¶ *Teneri ei.* filio. factum enim filij patri acquiri nō potest: sed nec ipsi filio, cum ideo filio quæritur, vt patri quæreretur: *vt supra eo. l. dominus seruo. & C. eo. l. ij.*

a Tradi & dari differentia. Illud, facti: alterum, iuris.

b Tradi filio pater rectè stipulatur.

* Hæc addidit Tribonianus vt & sup. l. 19.

c Dari filio pater an & quatenus rectè stipuletur.

d Fieri domū filio, rectè pater stipulatur.

† Quidam putant legēdum fiet, quomodo & in veteribus [illegible] legitur.

[*] Si vendidit [illegible] emptor dona [illegible] Titio: si ab eo euincatur, non sum obligatus Titio de euictione. [illegible] [illegible] cōmuni. stip.

p ¶ *Acquiret ei.* iure potestatis.

q ¶ *Patri.* veluti si patri vxorem ducenti, decem stipuletur pro dote: *vt* §. *de stipu. seruo. l. item si aliter.* vel seruitutem prædio, cum filius non habet prædium.

IVlianus]CASVS. Stipulatus sum à te hoc modo: promittis mihi quòd neque per te, neque per heredem tuum Titium fiet quo minus mihi ire agere liceat? si plures habes heredes cum Titio: certè non solum Titius tenebitur, sed etiam cæteri coheredes eius. [QVI FVNDVM.] Habebam Titium procuratorem meum, & sic sum stipulatus à te: promittis mihi aut Titio dare fundum? tu dicis, promitto. post hoc tu das fundum istum Titio. Quæritur, vtrum possim contra te agere ratione istius fundi? Respon. quòd sic. nam petam fundum à te: & ratione istius petitionis cōsequar quòd mihi caueas de euictione. si autem volebā fundū donare Titio, & sic eum interposui huic stipulationi: tūc tradendo fundum ipsi Titio, liberatur promissor. Franc.

r ¶ *Titium.* superuacuè ponitur persona Titij: *vt no.* §. *eo l. eum qui.* §. *j.*

s ¶ *Coheredes.* sed familiæ ercifcun. iudicio ab eo repetet quod præstiterit: *vt not. supra eodem l. ij.* §. *item si ex facto. & leg. in executione. & supra familiæ erciscundæ leg. inter coheredes.* §. *quod ex facto.*

t ¶ *De euictione.* Ecce ergo aliud in petitionē deducitur, & aliud consequitur: *vt &* §. *eo. l. si seruum. in fi. &* §. *de solu. etiam.* item hoc si talis contractus præcedit, in quo de euic. teneri debet. ¶ Item no. hic, rem [f] peto, & rē habeo: de quo dic, quotiēs soluit debitor

f Rem vtrum possit petere ab alio, qui eam habeat.

rem ad quam tenebatur, & aliquid restat ab eo adimpleri, siquidem in ipsa re quã soluit adhuc tota res ab eo peti potest: *vt hic & d. l. etiam de sol. & l. si rem meam.* si autem illud quod est soluendum, non est supra illud quod soluit: quia solutum, plenè est solutum, scilicet si cum debeantur decem, soluit quinque: tũc in eo quod soluit, est liberatus, & non petitur: *vt j. de sol. l. si stipulatus. §. qui decem.* si autem hominẽ in genere tibi debeo, & eũ vulneraueró, & postea soluerim tibi: distingue vt ple. no. *supra de dolo. l. & eleganter. § nõ solum. & fatit supra de condic. causa da. l. fina. & supra solu. ma. l. si marito. §. fin. & de sol. l. qui sibi.*

a ¶ *Promittetur.* quẽadmodum si ipsi stipulatori traditus fuisset.

b ¶ *A Titio.* suo fortè procuratore. aliàs non mandati, sed neg. gest. *vt infra de sol. leg. verò. §. interdum.* Alij dicunt, vt M. tacitum in telligi mãdatum, *arg. huius §. & infra de sol. l. qui res. §. qui stipulatur.*

c ¶ *Interposuit.* quia illi donare volebat.

d ¶ *Reum.* id est promissorem. Accur.

e ¶ *Liberari.* ex donatione enim non tenetur de euictione, nisi ex dolo: (quia sciens promisit rem alienã:) vel pacto. M. quia promisit de euictione: *vt C. de evic. quoniam & mus, & fa. 3. de vsufruc. l. sed & si quis stipulatur. in princ.* in dubio autem non præsumo donum: *vt supra de p. oba. l. cum de ind. bibo. §. 1.*

¶ Promittens aliquem sub certa pœna tractare vt filium tenetur de facto illũ emancipare, aut heredem instituere, ex hered. Matthe. Mar. tho. sing. fo. 176. incip. nota quod si aliquis promittat facere. Gl. in l. iterata. in ver. affectio sup. eodem tit.

a Mandatum fit nõ tantum expressè sed & tacitè.

b Donator non tenetur de euictione nisi ex dolo vel pacto. *arg. de Gl. in l. Aedil. & in fin. sup. de donatio.*

c Donare in dubio nemo præsumitur.

promittetur[a]. nam interest eius quia mandati actione fundum recepturus sit à Titio[b]. Sed si donationis causa Titium interposuit[c], dicetur traditione protinus reum[d] liberari[e].

Qui aliquem tanquam filium promittit tractare, ipsum emancipare, instituere vel heredare tenetur de iure, vel de facto: aliàs pœna cuiusque stipulationis committitur. Bar.

CXXXII. PAVLVS *libro quartodecimo Quæstionum.*

QVidam[f] † cum filium alienum susciperet[g], tradenti promiseram certam pecuniæ quãtitatem, si eum aliter quàm vt filium obseruasset, quæro[h], si postmodum domo eum propulerit, vel moriens nihil ei testamento reliquerit: an stipulatio committetur. & quid[i] interfit, vtrum filius, an alumnus, vel cognatus agentis[k] fuerit[l]. præterea[m] quæro, si filium suum quis legitimè in adoptionem dederit, & ita vt supra[n] scriptum est, stipulatio intercesserit, cúmque pater adoptiuus exheredauerit, vel emancipauerit: an stipulatio committatur. Respondi: Stipulatio vtilis est in vtroque casu[o]. Igitur si contra conuentionem factum sit: committetur stipulatio[p]. Sed videamus[q] primùm in eo qui legitimè adoptauit: an possit committi[r] si eum exheredauit, vel emancipauerit[s]. Hæc enim pater circa filium solet facere. Igitur non aliter eum quàm vt filium obseruabit[t]. ergo exheredatus de inofficioso[u] agat[x]. Quid ergo dicemus si & metuit exheredari? Emancipatus planè & hoc remedio[y] carebit. Quare sic[z], debuit interponi[a] stipulatio, vt si eum emancipasset vel exheredasset, certum quid promitteret: quo tamen casu commissa stipulatione[b], potest quæri an exheredato permittendum esset dicere de inofficioso: maximè si patri[c] naturali heres extitisset: an victo[d] deneganda est ex stipulatu actio. Sed si ei[e] qui stipulatus est, non debuit denegari: victo filio, nec ipsi denegandą erit debitæ pecuniæ executio[f]. In eo autem qui non adoptauit[g], quem intellectum habeat hæc conceptio, si eum aliter quàm vt filium obseruasset, non prospicio. an & hic exigimus[h] exheredationem vel emancipationem, res in extraneo ineptas[i]? Sed si[k] is qui legitimè adoptauit, nihil facit contra verba stipulationis, cum vtitur patrio iure in eo qui hæc nõ fecit, dicit superuacuo[l]. dici tamen poterit commissam esse stipulationem.

QVidam cum filium.] CASVS. Habebam filium meum quem dedi tibi ad tibi seruiendum: & stipulatus sum à te quòd si eum aliter quàm ac filium tractares, quòd caderes in pœnã c. aureorum. tu promisisti. Item dedi tibi filium meum in adoptionem, & stipulatus sum similiter, quòd eum tractabis vt filium. non obstante promissione tua, tu eum repellis de domo tua: vel moriens nihil ei relinquis: vel eum emancipas sine aliqua donatione, quæro vtrum stipulatio commissa sit? Respon. quòd sic in vtroque casu: nec refert vtrum cognatus meus, an filius, vel alumnus sit, quem tibi trado sub tali pacto vel stipulatione. hoc dicit vsque ad §. filiusfam. vide text. satis prolixum & clarum [FILIVSFAMIL.] Habebam filium in potestate mea, qui mutuabat pecuniam cuidam Titio: & stipulatus est à Mæuio hoc modo: Mæui, amice clarissime, promittis mihi si nõ possim cõsequi pecuniam meam à Titio quam ei mutuare volo, quòd eam mihi reddes tanquam fideiussor eius? ille promittit. post hæc ego filium meum emancipo: & tunc mutuat Titio illã pecuniã. Quæritur, an mihi patri debeat aliquid fideiussor? Respondetur quòd nec fideiussor nec principalis quicquam mihi debent. Frã. Accursius.

f ¶ *Quidam.* tres ponit quæstiones. Accur.

g ¶ *Susciperet.* sed non adoptando. accipiebat autem à patre fortè qui tradebat ad seruiendum. Accursius.

h ¶ *Quæro.* prima quæstio. Accursius.

i ¶ *Et quid.* secunda quæstio.

k ¶ *Agentis.* id est tradentis qui agit ex stipulatu.

l ¶ *Fuerit.* ille filius alienus. Accursius.

m ¶ *Præterea.* tertia quæstio. Accursius.

n ¶ *Vt supra.* putà promittis c. si aliter quã vt filiũ obseruasses.

o ¶ *In vtroque casu.* id est cum expulit, vel nil reliquit. Itẽ cum exheredauit, vel emancipauit. Item quando in adopt. & quando sine adop. est traditus: & sic in primo & tertio. Et caue tibi quia in fine videtur corrigere.

d Vt filium non obseruat, qui expellit, & nihil relinquit testamento.

p ¶ *Committetur stipulatio.* hoc patet lippis & tonsoribus. ¶ Sed opus est ostendere quid velint hæc verba, si cum aliter quã vt filium obser. & hoc subiicit, in eo, &c. licet nõ plenè. per hanc enim responsionem, & mediç quæstionis, non solum primæ & tertiæ[a] colligitur sol. vt non intersit ad committẽdam stipulationẽ quis fuerit stipulatus ex prædictis, pater vel alius, cum prudẽtibus[b] rationem. affectionis haberi placuerit: *vt supra man. leg. cum servus.*

a Aliàs secũdæ.

b Affectionis ratio habetur.

q ¶ *Sed videamus.* tertiam hic prosequitur.

r ¶ *Committi.* scilicet stipulatio.

s ¶ *Emancipauerit.* & videtur quòd nõ. hoc enim &c. Accur.

t ¶ *Obseruabit.* ecce per hoc innuit quòd per talis stipulatio nõ committitur.

u ¶ *De inofficioso.* olim plane: sed hodie secundũ distinctionẽ. *Cod. de adop. leg. cum in adoptiuu.*

x ¶ *Agat.* quia non ex stipulatu fecit, Accursius.

y ¶ *Remedio.* id est non solum non committitur stipulatio, sed nec de inofficioso aget: *vt & supra si quid infra dem pa. l. final.* Accur.

z ¶ *Quare sic.* hoc non ad proximum refertur quando meruit exheredari. nam tunc non valet stipulatio, cum per hoc inuitaretur[c] filius ad offendendum patrẽ: *vt supra de pac. do. l. conuenire.* sed refertur ad superius ibi, igitur non aliter, &c. scilicet quando non meruit exheredari.

c Liberi non sunt inuitandi ad patrem offendendos.

a ¶ *Interponi.* vt propter hoc committatur.

b ¶ *Commissa stipulatione.* quia alterutrum eorum fecit: vel exheredauit, vel emancipauit.

c ¶ *Si patri* qui stipulatus fuerat si exheredasset vel emancipasset. vnde hanc stipulationem vel actionem habeat nunc filius heres ad pœnam, vnde cum alio iure agere possit, non videtur habere querelam: *vt Instit. de inoffic. testa. §. tam autem.* Sed contra est; quia illam habet vt quilibet extraneus heres patris: & hãc querelam suo nomine.

d ¶ *An victo.* cum egit de inoffic. iure suo.

e ¶ *Sed si ei.* patri naturali.

f ¶ *Executio.* ex stipulatione patris cuius heres est, cũ supra dicto modo interposita fuerit stipulatio, & amiserit in querela filius.

g ¶ *Non adoptauit.* vt fuit. j. respon.

h ¶ *Exigimus.* vt committatur stipulatio. Accur.

i ¶ *Ineptas.* vt & 3. de lib. & posthu. l. posthumus. §. si.

k ¶ *Sed si.* i. quamuis, secundum R.

l ¶ *Superuacuo.* R. & M. sic legunt: si, id est quamuis verus adoptator non cadit in stipu. cum vtitur paterno iure: ille tamẽ qui non fecit, id est adoptauit, committit in stip. si exheredet, vel emancipet: sed superuacuo: quia repellitur exceptione actor. alij vt H. sic, quia hæc verba, cum vtitur paterno iure[d], possunt determinare præcedentia: & exponuntur exheredando vel emancipando: & sequentia expone sic: in eo qui hoc non fecit, id est non adoptauit: licet superuacuo, scilicet exheredet vel emancipet: quia res est inepta in extraneo: dici tamen poterit, &c. Item possunt determinare sequentia: & tunc lege præcedentia sic: nihil facit

d Pater iure paterno potest emancipare, vel instituere, qui Gl. facit contra sing. Rõ. 142. vbi dicit qui promittit aliquem tractare vt filium debet illum instituere, vel ex ingratitudinis causa exheredare.

Si stipulatio sub conditione potestatiua concipiatur: quantum ad adquisitionem tempus existentis conditionis inspicitur. Bar.

1 ¶ Filiusfamilias ita stipulatus est: *Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes?* & emácipatus credidit: patri non debebit fideiussor: quia nec reus[a] ei tenetur.

Stipulatio semel ad interesse commissa si factum est reiterabile, iterum committitur quotiens contra fiat: nisi aliter actum sit. Bar.

CXXXIII. SCAEVOLA *libro tertiodecimo Quæstionum.*

SI sic stipulatus sim, *Neque per te, neque per heredem tuum vim fieri spôdes?* & egi quòd mihi vim feceris: rectè remanere factum heredis in stipulatione[b]. nam & ex ipsius[c] posteriore vi[d] potest committi stipulatio. non enim ad vnam vim tantum pertinet[e]. nam sicut & ipsius heredis caput[f]: ita ipsius[g] vis vel sæpius facta complectitur[h], vt condemnetur quanti interest[i]. Aut si sic volumus[k] factam esse stipulationem: *Neque per te, neque per heredem tuum fieri?* vt ad vnam[l] vim primam teneat: si vim fecerit, amplius ex heredis* committi non poterit[m]. Ergo si actum sit[n] quasi ex ipsius vi, tota consumpta sit. quod non est verum.

Stipulatio pœnalis inter sponsos & eorum parentes super sponsalibus interposita, est ipso iure nulla. Bar.

CXXXIV. PAVLVS *libro quintodecimo Responsorum.*

TItia quæ ex alio[o] filium habebat, in matrimoniú coiit Gaio Seio habenti filiam[p]: & tempore matrimonij cósenserút vt filia Gaij[q] Seij filio Titiæ[r] desponderetur: & interpositú est instrumétum: & adiecta pœna, si quis eorum[s] nuptijs impedimento fuisset. postea Gaius Seius constante matrimonio dié suum obiit: & filia eius noluit nubere[t]. quæro an Gaij Seij heredes teneantur ex stipulatione. Respondit, ex stipulatione quæ proponeretur, cum nó secúdum bonos mores[u] interposita sit,

facit contra verba stipulationis si eum exheredet. vel emácipet: tamen cû vtitur paterno iure in eo qui hoc nô fecit, id est in eo filio qui se nó dederit in adoptionem: licet superuacuo exerceat in eum paternum ius, id est exheredet vel emácipet: quià res est inepta in extraneo: dici tamen poterit, &c. 3 Tertij legunt[a] interrogatiuè. q.d. nequaquã poterit dici cómissam stipulationem. 4 Vel verius secũdũ Azo. planè potest legi: vt talis notetur ratio: si adoptãs vtitur paterno iure cum exheredat vel emancipat, & ideò non tenetur ex stipulatu: ergo qui hoc non fecit, id est non exheredat vel emancipat, non vtitur paterno iure: & ideò ex stipulatione tenetur: siue sit verus adoptator, siue non. nam vt verus[b] pater tenetur instituere vel exheredare: ita hic idem facere debet metu pœnæ, licèt superuacuo: *arg. supra de condi. instit. l. mulier. §. pen.* & sic dicimus cómitti. Sed qui sub interrogatione legunt, dicũt non committi: & secundum hoc verba, cum vtitur paterno iure, determinát præcedentia: vt in secunda lectura dixi: & hũc approbo intellectum. 5 Vel quinto tota loquatur de vero adoptato: & dic in eo qui hoc non fecit, id est non vtitur paterno iure: sed de domo propulit, vel testamento præteriit. ¶ Et no. quòd non valet pœna quam promittis si eũ non instituas: quia contra bonos mores. valet autem stipulatio pœnæ si exheredes: quanquam æquiualere[c] videatur eundem nô institui, & exheredari, id est pœnã si non instituas. vel si exheredes. Item not. ex prædictis, quòd secundùm quosdam committitur: sed inefficaciter: secundùm Azo. cum effectu secundum alios nullo modo: vt patet ex prædictis rationibus. Accur.

a Et male Pau.

b Instituendi vel exheredandi sunt liberi à parentibus.

c Varia sunt non institui & exhereda i.

a ¶ *Nec reum.* cum se obligauerit donec filius in potestate fuerit: *vt ¯i. si cert. petat. l. qui pecuniam.* & cum causa naturalis secuta est post emancipationem quæ confirmauit stipulationem, secundũ R *& fa. supra ad Mace. l. si filius. §. fi. & ¯j. de fideiuss. l. si debitori. j. §. fi. & supra man. l. si verò non remunerandi. §. si filio.* Sed contra. *¯s. eod. l. si filius.* Sol. vt ibi. Accur.

SI *sic stipulatus.* Ista lex est Scæuolæ: & secundùm suum morem satis obscura. [CASVS TALIS EST.] Stipulatus sum à te quòd neque tu neq; heres tuus vim mihi facietis, si tu mihi vim feceris: non est extincta stipulatio côtra heredé: quia posset fieri quòd ipse etiã mihi vim faciet. nam sicut ista stipulatio côtinet factum tuum & heredis, & sic duo facta: ita duæ videntur quodã modo esse stipulationes. si verò agimus inter nos vt per primam vim factam extinguatur etiam secunda stipulatio: tunc prima vi commissa, secunda stipulatio extinguetur, quasi tota vis sit consumpta per primam vim: & agetur ex hac stipu. quanti interest eius qui vim passus est, vim non esse commissam. Fran.

b ¶ *Heredis in stipulatione*, vt ipsius. s. facto committatur stip. Azo. licèt semel commissa fuerit ex facto promissoris.

c ¶ *Et ex ipsius*. principalis promissoris.

d ¶ *Posteriore vi.* iam enim fecerat vim, & ex ea erat cõdẽnatus.

e ¶ *Pertinet.* sed ad plures pertinet stipulatio: quod euidentius aperit: cum sit æquum. nam &c.

f ¶ *Caput.* al. capit, scilicet stipulatio. aliàs caput. & quòd dicit, heredis, idem si non dicatur: *vt ¯s. de proba. l. si pactum.*

g ¶ *Ipsius.* scilicet heredis.

h ¶ *Complectitur.* i. comprehenditur in hac stipulatione.

i ¶ *Quanti interest.* scilicet vim non esse factam.

k ¶ *Volumus.* scilicet ponere, secundùm quosdam.

l ¶ *Vt ad vnam.* scilicet quòd sit actum, secundùm quosdam.

m ¶ *Non poterit.* cũ cómissa sit ex facto defuncti, secundum eos.

n ¶ *Si actum sit.* quia[a] hæc[b] stipulatio cõmittitur totiẽs quotiẽs vis fit, nisi cótra actũ ponamus: ergo si actum sit expressim quasi vt ex ipsius promissoris vi prima tota cõsumpta sit stipulatio: ita scilicet vt illa posteriore vi committi non possit: si hoc inquam actũ sit, tunc ad solam vim primam pertinebit. Vel ita: si actũ sit hoc expressim vt ad solam vim primã pertineat: nunc quasi ex ipsius promissoris vi prima consumatur stipulatio. & hoc secundùm eos qui habẽt in litera sic: ergo si actũ sit quasi ex ipsi* vi sit. 2 Alij habent in textu: hoc ita, si &c. vt scilicet ad solam primã vim pertineat. 3 In alijs libris hoc totum deest, ergo si actũ &c. quod autem subiicit, quod non est verum, scilicet vt ex prima vi cõsumatur stip. nisi actum sit. 4 Poterit autem tota planius legi vt exponas: aut si sic volumus factam esse &c. id est intelligere esse factam stipulationem prædictam in dubio &c. & postmodũ accipe, ergo si actum sit, scilicet quòd semel tantum committatur: túc quasi ex ipsius promissoris prima vi tota cõsumpta sit: & quod subiicit: quod non est verum &c. vt dictum est, expone *vt ¯s. in ea Glo.* ¶ Ad[c] id autem quod dicit hæc lex quòd pluries committatur, facit infra *rem pupil. sal. fo. l. iiij. §. penult. & rem ra. haberi. leg. si procurator. & supra si cui plus quàm per l. Falc. l. iij. §. quæsitum. & supra vsufr. quemadmodum ca. l. j. §. habet autem.* Sed contra. *¯s. de hered. věd. l. venditor. in prin.* Sed expone vt ibi. 2 Item contra. *supra de arbi. l. si duo. §. fin.* Sol. hæc stipulatio interesse continet: & si sæpius interest, sæpius committitur. Illa verò pœnam certam continet: quæ semel committitur, & non pluries. *arg. ¯j. rem ra. habe. l. si procurator. & Inst. de inuti. stip. §. alter.* Sed & in facto diuide[d]: sit[e] tale quod recipiat iterationem, vt hic. an non: vt fundum tradi. si semel consecutus sum interesse meum: amplius non agam. 3 Item contra. *¯s. eo. l. si quis ita.* Sol. vt ibi. Accur.

a Quatuor variæ lectiones ad hãc legẽ, hic assignatur in Glossa.

b Stipulatio, *Neque per te, neque heredem tuum fieri*, toties committitur, quoties vis fit, nisi aliter actum sit.

* Alc. dr. 3. par. c. 8. perfidiose, vt quidam art, Græcam huic loco dictioné aptauit falsò: libri manuscr. velamẽto. Ant. verò August. l. 1. c. 9. rectam lectionem & dispunctioné huius loci docet.

c Pœna verò pluries committi posuit hoc est & aduersus defunctum promissorem & eius hæredem.

d Factorum alia iterationem recipiunt, alia non recipiunt ... in factis quæ iterationé recipiũt, toties agi potest, quoties sit cõtra conuentionem: neq; hoc casu vna actione tollitur alia. In alijs verò quæ iterationé nõ recipiunt (vt est fundum tradi) secus. Nam qui semel id quod sua interest cõsecutus est, amplius adid quod sua interest agere non potest.

TItia quæ.] CASVS. hic satis planus est. Hic est optim* textus quòd in contrahendis matrimonijs non debet adijci pœna. quia libera debent matrimonia, ibi, quia inhonestum est visum. [IDEM RESPONDIT PLERVMQVE.] Venisti ad me, & rogasti vt tibi mutuarem cẽtum aureos sub vsuris. fui contentus, & conuenimus inter nos quòd non peterem sortem interim quòd vsuræ soluerentur. tradidi tibi pecuniam mutuam quam petebas. post contractum completum stipulatus sum à te sortem & vsuras istius pecuniæ quam tibi mutuaui: nec tamen repetiuimus vt quandiu solueres vsuras, non peterem sortem. Quæritur hic, vtrum intelligatur ista conuentio esse repetita? Respond. quòd sic: nec potero sortem petere quandiu solues vsuras. [IDEM RESPONDIT, CVM SEPTICIVS.] Qui scribit se fideiussisse pro aliquo: intelligitur intercessisse stipulatio, & omnia solenniter acta præsumuntur. [IDEM RESPONDIT, QVOTIENS.] Facimus tu & ego multos contractus. vendo tibi librũ pro x. scutis. loco tibi domum pro xx. aureis: & omnibus his subijcio vnam stipulationem sic: promittis ergo omnia supradicta seruare? tu respondes, promitto. certè sufficit ista stipulatio pro omnibus superioribus, & videtur quasi ad quemlibet contractũ esse responsum. Fran.

o ¶ *Ex alio.* scilicet viro iam mortuo.

p ¶ *Filiam.* ex alia vxore.

q ¶ *Filia Gaij.* nata ex alia vxore.

r ¶ *Filio Titiæ.* nato ex alio marito.

s ¶ *Si quis eorum.* vel filia Gaij: vel filius Titiæ.

t ¶ *Noluit nubere.* scilicet filio Tit. Accur.

u ¶ *Bonos mores.* vt *C. de pact. l. pacta.*

agenti[a] exceptionem doli mali obstaturam[b]: quia inhonestum † visum est, vinculo pœnæ matrimonia[c] obstringi, siue futura, siue iam contracta.

Quæ in præfationibus dicuntur : in sequentibus repetita intelliguntur. Bar.

1 ¶ Idem respondit[d]: Plerumque ea quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur: sic tamen, vt non[e] ex ea repetitione inutilis efficitur stipulatio.

Verbũ promisit, redactũ in scriptis, intelligitur per stipulationem. Bar.

2 ¶ Idem respondit, cum Septicius literis suis præstaturum[f] se cauerit pecuniam & vsuras eius semisses, quæ apud[g] Sempronium depositæ sint: si inter præsentes actum est, intelligendum etiam à patre Lucij Titij præcessisse verba stipulationis[h].

Licet vnicus sit conceptus verborum, tot tamen dicuntur stipulationes quot præcesserunt conuentiones ad quarum roborationem venit stipulatio. Bar.

3 ¶ Idẽ respondit quotiẽs pluribus specialiter[i] pactis stipulatio vna omnib[us] subiicitur: quamuis vna interrogatio & respõsum vnum subiiciatur, tamẽ proinde haberi, ac si singulę species in stipulationem deductæ[k] fuissent.

Terminus solutionis vsurarum cedit à die stipulationis interpositæ, quando stipulatio est pura: & vsuræ debentur non propter moram, sed propter stipulationem. & verba, qua die petiero, non reddunt stipulationem conditionalem: sed faciunt monitionem. Pau.

CXXXV. SCAEVOLA *libro quinto Responsorum.*

SI ita quis promiserit: *Decẽ tibi dabo qua die petieris, & eorũ vsuras*[l] *in dies*[m] *triginta*: quæro, vsuræ vtrum ex die stipulationis, an ex die qua petita sors fuerit, debeatur. Respõdit, secũdũ ea quæ [p]ponerẽtur, ex die stipulationis deberi[n]: nisi aliud actũ manifestè probaretur. 1 ¶ Item quæsitum est, quando pecuniam reddere debebo[o] cum primum petierit. Respõdit, verba quæ proponerẽtur, ex die quo stipulatio facta esset, initium capere.

Ex parte creditoris ad actionem conseruandam admittitur purgatio moræ intra modicum tempus, si aduersarij non interest. Bar.

2 ¶ Seia cauit[p] † Lucio Titio quòd mandante eo[q] hortos emisset[r], cum[s] pretium[t] omne cum vsuris[x] ab eo[u] recepisset, se in eum[x] proprietatem hortorum translaturam[y] †.

a ¶ *Obtentura* ad pœnam.
b ¶ *Obstaturam.* decus est in legato relicto Titio vt Bertã ducat. ℨ. de co. d. t. & demon. l. Titio. §. Titio. j. Accur.
c ¶ *Matrimonia*, contrahenda, vt hic: vel soluenda: vt supra eo. l. si ita stipulatio. fa. forte quia non interest pecuniariter : & hoc exceptis artis : vt C. de spon. l. fi. in fi. ¶ Sed an inter extraneos debet esse hæc libertas? Respondeo, non. vnde valet si promittis mihi decem si illa illi nupserit: vel non nupserit, vel repudiauerit. arg. ℨ. de condit. & demon. l. cum ita legatum. in fi. & l. Titio. §. p. Alij contra: vt C. de spon. fa. l. fi. in fi. not. ¶ Sed an pignus dari poterit? Respond. non pro pœna: vt C. de leg. & senatuscon. leg. non dubium. sed loco arræ sic: vt ipsum sit principale seu accessorium matrimonij: vt C. de inuti. sti. pacta. ¶ Quid autem si pecuniariter interest mea, quia fœmina est diues quam stipulor in vxorem forte valet interesse: vt supra de spon. l. ...Accur.
d ¶ *Idem respondit.* Pone exemplum supra d. p. ed. item quia. in fin. Item sic Instit. de l. A quil. §. ... & hoc nisi interuallum longum interueniat: vt C. de vsuris. l. per retentionem. Plerunque autem qualiter dicatur, scilicet hoc in literas in fine dicit. Item ff. ℨ. de ac. emp. l. si tibi. & de restit. vend. fin. in fin. & de condit. i. ... leg. cum fernas. & de serui. vrb. præd. si binarum. ℨ. & de leg. j. leg. talis in fi. & l. seruo alieno. §. ... & C. si man. ita fug. alie. ne pro l. j. in fin. & supra de adil. edict. l. si vẽd. Accursius.
e ¶ *Vt non.* veluti si conuenisset vt Stichum mihi dares Carthagine: & postea stipulor eundem Stichum & decem dari mihi hodie: vel e contra. non enim intelligitur repetitum Carthagine. ¶ Et sic no. quòd vitiosus intellectus tacitus non subauditur. sic C. de condi. i. ... l. cum patrem. & arg. ℨ. si quis omissa cau. test. l. quia autem. in princ. & supra e. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus in fi. §. & supra ex quibus cau. ma. l. & qui dati. §. sed hæc.
f ¶ *Præstaturum.* Lucio Titio. Accur.
g ¶ *Quæ apud.* scilicet sors vsura. & sic quasi fideiussor erat.
h ¶ *Stipulationis*, i. interrogationis. ¶ Et no. ar. duplex: ex quo scriptum est, præsumitur factum solenniter. sic ℨ. de dona. l. ex hac Ex quo est factum, quòd solenniter sit factum. sic supra eo. l. sciendum & ibi plenè dixi. & facit C. de contrahend. l. j. & ℨ. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere. & supra tit. j. ... non figura. Accur.
i ¶ *Specialiter.* de facto. nam de iure communi non valebant illa pacta, quia nuda: nec videatur dicere idem. ℨ. eodem d. pluribus. 2 Vel non absonum est idem ibi & hic dici, vt siue de facto siue de iure pacto interposito dicantur res plures.
k ¶ *Deductæ.* ergo sunt plures: vt Instit. de inuti. stipu. §. quotiens. & ℨ. eo. l. pluribus. in princ. & supra e. l. quod dicitur. j. & l. si ... & de ... l. quod autem. Accur.

SI ita quis.] CASVS. Stipulatus sum à te hoc modo : Titi dabis mihi c. ea die qua petiero, & vsuras per dies triginta continuos: tu respondes, promitto. Nunc quæritur, ex qua die incipiãt currere vsuræ, an ex die stipulationis interpositæ, an ex die qua petitæ fuerint vsuræ? Respondetur, quòd ex die stipulationis interpositæ. Item quando cedit dies petendæ pecuniæ? Respondetur quòd ex die stipulationis incipit cedere. [SEIA CAVIT.] Quædam mulier vocata Seia promisit Lucio Titio quod secundũm eius mãdatũ emeret sibi hortos aut certos alios fundos: quod & fecit: & iterum promisit quotienscunque ipse Lucius Titius solueret pretium ipsorum hortorum seu fundorum cum vsuris, quòd transferret in eum dominium fundorum, seu hortorum. deinde incontinenti conuenerunt inter se quòd Lucius Titius solueret pretium in festo Paschæ, & fundos acciperet. iste Lucius Titius non expectauit festũ Paschæ : sed ante terminum obtulit Seiæ partem pretij. sed paulo post obtulit vniuersum pretium cum vsuris: sed Seia accipere noluit: & semper est paratus Lucius soluere pretium cum vsuris. Quæritur nunc vtrum ista Seia possit agere ex stipulatu cõtra Lucium Titium: attento quòd ipse est paratus soluere, & obtulerit Seiæ summam cum vsuris? Respondetur quòd si nõ post longum tempus obtulit, & Seiæ nihil interest propter moram factam: quod iudex in hoc cognoscet: & secundũm quod ei æquũ visum fuerit, statuet. [EA LEGE.] Seia soror mea donauit cuidam Titio vnũ seruum ea conditione, vt iste seruus non perueniret in potestatem fratris sui, aut ad filium, & quasdam alias personas: & ita donatarius Titius promisit. post aliquod tẽpus iste donatarius moritur, & relinquit heredem Seiam & fratrem suum cui prohibuerat Seia dari seruũ istum. Quæritur nũc, vtrum ista Seia possit agere ad interesse cõtra heredem suum? Respondetur quòd sic pro sua parte. vide Gloss. super verbo, interest. [FILIA QVÆ.] Filia quæ fuit exheredata, egit actione inofficiosi testamenti : & transegit cum heredibus aliquo sibi dato: & interposita est stipulatio doli: post hoc heredes stipulati sunt ab ea ne amplius ageret, & quòd in hoc dolus non inesset. post hanc transactionem ipsa Seia reperit quod testamentum erat falsum. agit de falsitate testamenti. Quæritur vtrum committatur stipul. doli? Respondetur quòd non: quia nihil pertinet ad hanc secundam actionem falsi testamenti. Fran.

l ¶ *Vsuras.* aliàs contra: vt ℨ. de vsur. l. tutor. §. fi.
m ¶ *In dies.* quoslibet.
n ¶ *Deberi.* Contra videbatur per verba stipul. qua die petieris: vt ex tunc currerent vsuræ. Sed contra respon. quia non animo differendi obligationem, sed vt celerius soluatur, interponitur: vt supra eo. l. si decem cum petiero. sed si accepisset dilationem, tunc ex mora: vt supra si cer. petat. l. lecta. et in fin. nisi nominatim esset dictum vt extunc præstentur vsuræ: vt ℨ. eod. l. huiusmodi. §. ... & l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. & facit C. de act. empt. l. ij. & supra eo. l. liber homo. §. decem.
o ¶ *Debebo.* sic s. promissam, cum primum, &c.
p ¶ *Seia cauit.* i. promisit per stipulationem.
q ¶ *Eo.* scilicet Lucio Titio.
r ¶ *Emisset.* scilicet Seia.
s ¶ *Cum.* id est quando.
t ¶ *Pretium.* s. quod de suo dederit. Accur.
u ¶ *Ab eo.* scilicet Lucio Titio.
x ¶ *Si in eum.* scilicet Lucium Titium.
y ¶ *Translaturam.* erat enim dominium Seiæ, non Lucij Titij: quia nec ipsa nec venditor cogitauerant quòd acquiretur dominium mandanti. & ideò ipsa act. man. directa tenetur, scilicet ad tradendos hortos : & contraria agere potest, scilicet ad pretium.

Matrimonia pœnæ nomine ... que contra h... ne... sol... dicent.
† Libera debet esse matrimonia ...
b ... Glossa ...
c ... demonstrat ... debet non valet.
d Pignus dari potest loco arræ, non pœnæ, et de ... & de ... re contrahenda.
f Dic quòd hic loquitur in hoc in quo partes conuenerunt ante ... & ... depositi ... item ... in ... Bar.
g Dic quòd ex interuallo fuit facta traditio aliis se ... hic.
h Intellectus vitiosus tacitus nõ est subaudiendus.
i Promittens id quod Titius debet, videtur promittere vt fideiussor, non autem vt principalis. ... ut ... ita ... vt autem sup. ... sup. ... P. ... solenne, quod scriptum & factum.

† i. promisit.
* Quæ ex natura mandati debentur.
† Etiam si hæc promissio nõ esset facta, poterat ista Seia conuenire ad translationem dominij.

Incontinenti.

Deinde incontinenti [a] inter vtrumque conuenit, vt infra Kalendas Apriles primas vniuersam summam mandator numeraret, [b] & hortos acciperet. quæritur, cum ante Kalendas Apriles non omne pretium cum vsuris à Lucio Titio Seiæ solutum sit, interposito tamen modico tempore [c] reliquum pretium cũ vsuris Seiæ Titius soluere paratus fuerit, neque Seia accipere voluerit, & vsque in hodiernũ * per Titium non stet [d] quo minus reliquum solueret: an [si] nihilo minus Lucius Titius Seiæ vniuersam [e] pecuniam soluere paratus sit, ex stipulatu agere possit [f]. Respondit posse, si non multo post [g] obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesset [h]. quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est.

Prohibitio alienationis in contractu non impedit translationem dominij: licet contra faciens ad interesse teneatur.

3. ¶ Ea lege donatum sibi [i] esse à Seia seruum & traditum, vt ne ad fratrem eius [k] aut filiũ, aut vxorem aut socrum perueniret, scripsit: & hęc ita stipulante Seia spopõdit Titius: [l] qui [m] post biennium heredes reliquit Seiam [n] & fratrem, cui [o] ne seruiret, [p] expressum [q] erat. quæritur, an Seia cum fratre [r] & coherede ex stipulatu agere possit. [s] Respondit posse in

a ¶ *Incontinenti.* & ideo stipulationi insuit. ¶ Vnde not. quòd [a] tam in contractibus stricti iuris quàm bonæ fidei pacta quæ fiũt incontinenti, pariunt act. præscrip. ver. & infirmant veterem: *vt ff. cer. pe. l. lecta est. §. dicebam.* Accur.

b ¶ *Numeraret.* scilicet Seiæ.

c ¶ *Modico tempore.* arbitrio iudicis definiendo.

d ¶ *Non stet.* hoc propter secundam moram in qua Titius non est: *vt ff. de peri. & commod. rei ven. l. illud.*

e ¶ *Vniuersam.* quæ superest.

f ¶ *Possit.* scilicet fundum sibi tradi.

g ¶ *Post.* quod iudex dirimit: *arg.* [b] *supra de iure delibe. leg. j. in fin. & facit. ff. de except. do. apud. §. Labeo. & supra eo. leg. interdum. §. fina. & infra de sol. si quis stipulatus. & supra de pecu. le. l. ij.* Accursius.

h ¶ *Interesset. vt supra si quis in ius voc. l. ij. §. fi.* & supple nec lis cõtestata [c] esset. hęc enim tria necessaria sunt vt absint, ad hoc vt purgari possit mora: *vt supra eo. leg. si insulam.* [d] & hæc in pura, secus in conditionali, & in pœnali: *vt not. supra si quis cau. l. & si post tres.* Item facit *infra de solutionibus. ratum. & supra de arbi. leg. Celsus. & leg. item si vnus. ad prin. §. si multo.*

i ¶ *Ea lege donatum sibi.* s. Titio.

k ¶ *Eius.* donatarj. & sic de singulis.

l ¶ *Titius.* donatarius enim fuit confessus pactum, & etiam per stipulationem promisit se seruaturum.

m ¶ *Qui.* scilicet Titius donatarius.

n ¶ *Seiam.* donatricem.

o ¶ *Cui.* scilicet fratri.

p ¶ *Ne seruiret.* seruus. Acc.

q ¶ *Expressum.* scilicet in donatione causa mortis.

r ¶ *Cum fratre.* scilicet donatarij. Acc.

s ¶ *Possit.* pro ea portione qua Titio successit.

t ¶ *Interest.* Ergo ex huiusmodi stipulatione quæ est in nõ faciẽdo, agitur ad interesse. ¶ Item quod dicit vt [e] ne ad fratrem perueniret: not. quòd etiam curare debuit. vnde & si intestatus decedit & frater ei succedat, committitur [f], & valét ad contractũ emphyteuticum [g]: vbi promittitur non alienari [h] in personã potẽtiorẽ: quia ex testamento vel ab intestato non debet transmittere. nõ ergo licet donare Deo vel ecclesię si ecclesiã velit facere heredem? Respondeo, imò licet in suis: vt ecclesia [i] quodãmodo sit de suis: *vt argu. in authen. de sanc. epi. §. sed hæc.* est enim modus in rebus &c. ¶ Item not. quod tenet alienatio: sed ad interesse agitur. & sic concor. *C. de condic. ob. cau. l. ea lege. & facit ff. de le. ij. peto. §. fratre. & de act. emp. leg. si sterilis. §. si tibi. Sed arg. contra ff. de quæ. indi. mut. cau. fac. leg. ex hoc. §. j. versi.* sed heredem. *& ff. de acqui. re. domi.* quædam. ADDITIO. Dic quòd ibi alienatio prohibetur à lege: vnde institutio heredis nõ videtur prohibita. hic de prohibitione hominis certarum personarũ quæ non possunt institui, secundùm Bart.

u ¶ *Et transegit.* aliquo sibi dato vt desisteret à lite. Acc.

x ¶ *Pertinere.* quia comprehensum est ne de inoffic. agatur: vt ibi dolus non committatur: *& fa. C. de inoffic. test. l. contra maiores. & de pe. here. l. iij.* Acursi.

Si sub vna.] CASVS. Stipulabar à te hoc modo, dabis mihi tres

ff. Nouum

a Pacta incontinenti adiecta contractibus etiam stricti iuris, pariunt actionẽ præscriptis verbis & infirmant veterem actionẽ.

b Modici temporis moram, hoc est quæ modico interuallo seu ea quæ nõ multo post facta sit, iudex definire solet. [b] *Sabaudidiũ. Græca figura. Ant. Aug. lib. 2. emen. ca. 2.

c Malè: quia hic loquitur in actore, qui non solet cõuẽt. lit. nocere: vt l. non solum inf. de re iud. Bar. & P. d Illa loquitur in reo. Bart. & P.

e Perueniendi verbo continetur etiam successio ab intestato.

f Facit l. vnde etiam ff. matre, & ea le. 2. P.

g Adde Bartolum Nouell. de Monachis §. ff. illud quoque num. 9.

h Alienare prohibitus, emphyteusim in personam potentiorem, vel ex testamento, vel ab intestato non potest ad alium extraneum transmittere ad ... liberos, ... potentiore potest: vt l. & ad Ecclesiam, ... eorum vice. Ecclesia quodãmodo continetur.

solidos? Tu respondisti ita: dabo, xxxvj. denarios. an stipulatio sit vitiata? Respondetur quòd non, licet diuersis nominibus vna res significetur à stipulante & promittente. [¶ QVI VIAM.] Stipulatus sum à te viam per tuum fundum ad fundum meum postea fundum meum alienaui antequam constitueres mihi seruitutum viæ. certe euanescit stipulatio. Franciscus.

id quod eius interest [t].

Translatio facta super vna causa, non obstat agenti ad eandem ex alia causa. Bar.

4 ¶ Filia quæ de inofficioso agere instituit, & transegit [u] postea cum heredibus stipulatione interposita, & subiecta doli clausula, apud præfectum de falso testamẽto egit, nec probauit. quæro, an ex doli clausula possit cõueniri. Respondi, nihil ad eam stipulationem id quod postea actũ proponeretur, pertinere [x].

Diuersitas vocabulorum inter interrogantem & respondentem circa rem in stipulationem deductam non vitiat, si non variatur substantia, sed idem importat. Pau.

CXXXVI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

SI sub vna significatione diuersis nominibus ea res quæ in stipulatum deducitur, appellatur: non infirmat obligationem si alter [y] altero verbo vtatur.

Ante rem perfectam & consumptã vitiatur stipulatio si deuenit res ad eũ casum à quo non potuit inchoari, Bar.

1. ¶ Si qui viam ad fundum suũ dari stipulatus fuerit, postea fundum, partémve eius [z] ante constitutam [a] seruitutem alienauerit: euanescit [b] stipulatio.

Inter interrogantem & respondentem non debet interuenire actus omnimodo extraneus: aliàs stipulatio vitiatur. Bart.

y ¶ *Si alter.* ex contrahentibus: vt promittis tres solidos? tu respon. xxxvj. denarios *vt supra eo. leg. quæ extrinsecus.* Accursius.

z ¶ *Partéve eius.* pro indiuiso etiam: quod dic vt *infra eodem. leg. pluribus. §. & si placeat. & supra de seruitu. l. pro parte.*

a ¶ *Constitutam.* secus si post: quia rei adhærens cum ea transiret.

b ¶ *Euanescit.* secus si stipulator viæ pluribus heredibus relictis decessisset. nam tunc non fit inutilis stipulatio, licet in eum casum peruenerit, à quo incipere non potuit [a] *vt supra de ser. vrba. prædi. leg. si vnus. in fin. & infra eod. leg. pluribus. in. fi.* Ideo autem aliud [b] in singulari, & aliud in vniuersali successore reperitur: quia ad [c] singularem non transit stipulatio: *vt ff. de vsufru. sed & si quis §. si operas.* Valeret autem in causa illius qui emit domũ ab eo qui stipulatus fuerat à vicino suo vt is nõ prohiberet aquam venire iuxta domum eius. neque enim agere potest emptor ex ea stipulatione. Qualiter ergo consulitur emptori? Respon. faciat sibi cedi à venditore. Accursius. Florentinus legũ doctor peritissimus.

CONTINVVS actus.] CASVS. Eramus simul tu & ego. interrogabam te promittis mihi centum aureos? tu nõ respõdes statim, sed diuertis ad alios actus antequam respondeas. certe non valet stipulatio. si autẽ aliquid natura requireret, veluti sicut re sumere anhelitum, vel screare, aut emungere: hoc bene liceret tibi facere, & postea respõdere, sed non diuertere ad alios actus extraneos. [SI HOMINEM.] Pone casum vt ff. eo. l. inter stipulantẽ. §. j. [CVM ITA.] Iste est pulcherrimus. §. & dignus scribi literis aureis. & casus est talis: Tu & Titius eratis Romæ stipulatus à Titio. c. soluenda in ciuitate Ephesina, quæ est in Asia: & sic lõge distat à ciuitate Romana. Quæritur, vtrum statim debeat ista c. soluere? Respondetur quòd expectandum est donec illuc peruenire possit Titius promissor. Sed quãto tẽpore est expectãdũ? dicitur quòd hoc cõmittitur arbitrio iudicis, qui arbitrabitur & statuet nec nimis lõgum tempus, nec nimis breue: sed æstimabit quot diebus possit diligẽs paterfamilias Ephesum peruenire: ita vt non cogatur iter suum præcipitare die noctúque: sed modo consuetudo ire possit, & vitare tẽpestates terrestres & marinas: nec etiã debet ita lẽtè & delicatè ire, quòd appareat nimis deliciosus: sed debet haberi ratio sexus, valetudinis, ætatis: quia si sit mulier, tardius ibit: vel nõ bene sanus: aut senex &c. Tẽpore autem debito trãsacto, si Titius promissor Romæ remãserit, nihilominus debet soluere quod promisit: & hoc tribus rationibus. Prima: quia per ipsum stetit quo minus daret. Secũda: quia vbiq; potest soluere, nõ tantũ Ephesi. Tertia: quia quod in diẽ debetur, potest ante diẽ solui. Si autem contigisset quòd iste promissor citius peruenisset Ephesum quàm solitum est illuc perueniri, quia

a Dic, hoc verum esse cum fit alienatio in successores vniuersales in quos ... vnà cum dominio actio personalis cõpetens defuncto: secus in successore singulari, in quẽ nec transit actio nec passio: vt l. ff. ff. l. de contrahen. emp. Pau.

[b] Successoris singularis & vniuersalis differentia.

c Stipulatio personalis nõ transit in singularem successorem adde quæ scripsi ad Glo. ff. l. 3 ff. 3 §. de alienat. mutandi caus. ... Alber. & Bart.

velocius nauigaui: certe immediatè quàm Ephesum peruenerit, est obligatus soluere. & reddit pulchram rationem: quia non est opus aliqua cóiectura in his quæ certa sunt. cũ ergo ibi est, certum est quod soluere debet quod promisit illic soluere. [ITEM QVI INSVLAM.] Promisi tibi ædificare insulam, non per me solum, sed adhibitis operariis. Quæritur hic qualem diligentiã debeo adhibere in ædificanda insula? Respondetur, quòd medium tenuere beati. non enim teneor vndique adducere & cũ labore acquirere fabros. Nec iterum tam paucos adhibere, vt negligens videri possim: sed est modus adhibẽdus diligẽtis patrisfamilias. Et si insula non inchoetur: debet tantùm æstimari interuallum illius tẽporis. & si forte tempus totum præterierit quo insula ædificari debuit: si reus ædificet postea, & actoris non intersit: poterit liberari ædificando. [ILLVD INSPICIENDVM.] Iste §. habet prolixum text. ideo gloss. super verbo, teneatur, eum summat breuiter: quã vide. [SI AB EO.] Stipulatus sum à te certo pretio mihi librum scribi. tu verò scribere nescis: potes tamen per alium facere scribi. quæritur, vtrũ stipulatio valeat? Respon. quòd sic: quia quod per te non potes facere, fac per alium. [CVM QVIS.] Stipulatus sum à te hoc modo, si Titius rem sacram vel publicam vendidit: centum promittis: vtrum hæc stipulatio valeat? Respondetur quod non: quia habetur quasi sub impossibili conditione sit concepta. nam non potest de iure talis res vendi: nec sufficit quòd conditio sit possibilis de facto: sed oportet quòd sit possibilis de iure, vt stipulatio valeat, vsque ibi: nec ad rem pertinet. respõdet tacitę obiectioni: quia quis posset dicere, res sacra potest fieri prophana. & sic vendi: & ideo códitio potest fieri possibilis. sed respondetur quòd illud nõ obstat quia in stipulationibus respicimus id quod nunc possibile est: nõ quod in futurum. hoc dicit iste elegans §. [SI VT ALIQVID.] Pone casum vt posui supra eod. l. cum quid. [PRAETEREA] Dicit iste §. quòd non possumus stipulari dari aliquid, ita vt vni heredi tãtùm quæratur, sed omnibus acquiri debet sed bene possumus stipulari aliquid facere, vt vni tantum heredi quæratur. h. d. vide glo. Fran.

* Alciat. lib. paradox.

* agere tempus.

† Tu dic, esse factum in conditione que non vitiatur quamuis dissensus circa accessoria cõtractus interuenit: vt l. si in emptione ff. de contr. emp. stipulatio verò sic. vt dic. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. l. eod. * Cic. j. offic.

CXXXVII VENVLEIVS libro primo Stipulationum.

CONtinuus[a*] actus stipulantis & promittentis esse debet, vt tamen aliquod momentũ naturæ interuenire possit: & cóminus[b] responderi stipulanti oportet. cæterum si post interrogationem aliud[c] acceperit[*], nihil proderit[d], quãuis eadem die spopondisset.

Dissensus inter stipulatorem & promissorem circa rem, vitiat stipulationem. Pau.

1. ¶ Si hominem stipulatus sim, & ego de alio sensero, tu de alio: nihil acti erit[e]. nam stipulatio ex vtriusque consensu perficitur†.

Si solutio in certum locum confertur: stipulatio habet diem qua eò poterit commode perueniri: & vbi est certum, coniectura non est locus. Bar.

2. ¶ Cum ita stipulatus sum[f], Ephesi dari? inest tẽpus, quod aucté accipi debeat, quæritur. Et magis est, vt totã eam rem ad iudicem, id est ad virum* bonum remittamus[g]: qui æstimet quanto tempore diligens paterfamilias cóficere[h] posit[i] quod facturũ se promiserit: vt qui Ephesi daturũ se spoponderit, neque duplomate[k] diebus ac noctibus, & omni tempestate cõtempta iter continuare cogatur, neq. tã delicatè[l] progredi debeat vt reprehẽsione dignus appareat, sed habita ratione temporis[m], ætatis, sexus valetudinis: cum id agat, vt maturè perueniat, id est eodẽ tempore quo plerique eiusdem conditionis[n] homines solent peruenire: eóque transacto quãuis Romæ remãserit. nec posit Ephesi pecuniam dare, nihilo minus ei rectè condicetur[o], vel quia per ipsum steterit quo minus Ephesi daret[p]: vel quoniam per alium Ephesi posit dari: vel quia vbique[q] potest soluere. Nam[r] & quod in diem debetur, ante solui potest, licet peti non potest. Quòd si duplomate[s] vsus, aut felici nauigatione, maturius quàm quisque[t] peruenerit[u] Ephesum, confestim obligatus[x] est: quia in eo † quod tempore atque facto finitum est, nullus[y] est coniecturæ locus.

Quanto tempore opus posit ædificari, iudicis arbitrio cõmittitur. Item si non inchoatur, ad particulare interesse stipulatio committitur. Item post moram admittitur purgatio. Bartolus.

3. ¶ Item qui insulam fieri spopõdit, nõ vtique cõquisitis vndique fabris & plurimis operariis adhibitis festinare debet[z]: nec rursus vtroque[a] aut altero cõtentus esse: sed modus adhibendus est[b] secundum rationem diligẽtis ædificatoris, & temporum, locorúmque. Item si nõ inchoetur opus, id tantũ æstimetur[c], quod in illo interuallo effici potuit: transactóque tempore quo insulam consũmare oportuerit, si postea ædificetur, liberetur reus[d]: sicut liberatur qui se daturum spopondit, si quandoque tradit.

Difficultas non impedit diem obligationis cedere & venire: secus si impossibilitas. Bart.

4. ¶ Illud inspiciendum est, an qui centum dari promisit, cófestim teneatur[e]: an verò cesset obligatio, donec pecuniã conferre[f] posit. Quid ergo[g] si neque

g ¶ Remittamus. vt & ff. eo. l. interdum. & de ac. empt. l. si.
h ¶ Conficere. id est facere.
i Posit. inspecta possibilitate eundi, non alia: vt j. ea. leg. §. illud.
k ¶ Duplomate. id * est vt in duplo vadat quàm alius. 2. Vel, id est duplicato itinere. 3. Vel, id est celeritate. Sed circa iudicia certum est tempus: vt ff. si quis cau. leg. j. & forte hoc idem cósiderabitur hic, secundum Ir.
l ¶ Delicate. ad quod est ff. de pig. act. l. si seruus. Accur.
m ¶ Temporis. æstas vel hyems: serenum vel lutosum. ad quae facit ff. si quis cau. leg. y. §. si non quod diximus. & de admini. tut. leg. tutor qui e. §. j.
n ¶ Conditionis. curiosiæ, vel alterius.
o ¶ Condicetur. f. Romæ: vt & ff. de eo quod certo loco. leg. j. & de cõsti. pecu. si duo. §. j.
p ¶ Daret. & non dedit.
q ¶ Vbique potest. Imò cõtra. ff. de eo quod certo loco. l. si qui. Solu. hic volẽte[b] stipulatore. vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd possum, si soluam totum interesse alibi, vt no. in leg. qui Romæ. supra eo. Bartol.
r ¶ Nam. à simili. nam nec hic ante diem: nec ff. antequam ad locum posit venire: sed vtet que[c] ante potest solue re. ad quod est ff. de sol. quod in diem. & ff. e. leg. qui hoc anno. & ff. eod. l. liber homo. ij. §. decẽ. secus in Treb. rest. vt ff. ad Treb. l. sed & si ante. & secus in alio; vt ff. de leg. y. l. si ita relictum. §. Pegasus. & de ann. leg. l. cum. al. incipit Iauolenus.
s ¶ Duplomate. i. duplicato itinere: vel nauigatione vel celeritate.
t ¶ Quàm quisque. i. quàm aliquis alius.
u ¶ Peruenerit. s. promissor.
x ¶ Obligatus est. cum effectu.
y ¶ Nullus. aliàs nullius: aliàs nulli. ¶ Et not. hinc sumitur quod dicitur: in[d] incertis, non certis, locus est coniecturis. sic est in Auth. de resti. & ea quae pa. §. si. col. iiij. & ff. ad leg. Fal. leg. tres partes.* Est pro vtraque parte. s. q̃ sit locus cóiecturis, vel non sit locus, in rebus certis. Item pro hoc ff. del. iij. ille aut ille. & de auro & argento leg. pediculis. §. argento. j. de iniur. l. sed si vnius. §. filiosa. in fi. & ff. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen.
z ¶ Festinare debet. cum id dictũ est, ne per se solum faceret. Ac.
a ¶ Vtroque. aliàs vno, aliàs vtroque: id est duobus.
b ¶ Adhibendus est. hic collige generale: Vitiatur amaritudo, vt ex contrariis[f] efficiatur temperamentum. sic ff. prox. & supra si quis cau. l. y.
c ¶ Id tantum æstimetur. hoc facit ad id quod not. supra eod. stipulationes. §. fina.
d ¶ Reus. si stipulatoris nõ interfuit: vt ff. l. si ita quis. §. j. diximus in fi. Vel nisi lis contestata sit: vt ff. eo. l. si insulam. Accur.
e ¶ Teneatur. quod verum est: vt in §. §. Tu dic breuiter mentem siue intellectum istius §. siue decem quæ non habeo, siue Stichũ qui sit alibi, promittam: teneor non obstante difficultate.
f ¶ Conferre. id est congregare & soluere.
g ¶ Quid ergo. dicos eum teneri.

a ¶ Continuus. id est[a] contiguus.
b ¶ Comminus. i.[b] statim non diuertendo ad alia: vt ff. eo. l. j. §. j. & j. tit. j. l. duos. in fi. & ff. de sol. l. tatum. Acc.
c ¶ Aliud. scilicet negotium.
d ¶ Nihil proderit. ad hoc vt valeat, quia[e] non valebit.
e ¶ Erit. facit supra eod. inter stipulantem. §. j. & leg. stipulatio ista. §. alteri. & infra. in stipulationibus. & leg. si id quod aurum. & supra titulo primo, leg. in omnibus. & de contrahend. empt. leg. in venditionibus.
f ¶ Cum ita stipulatus sum. Romæ constitutus vnà cũ promissore.

a Continuus pro cõtiguo. b Comminus pro stat im vt hic vel pro in præsentia Bar tol. & l. vlt. in fi. C. de lega. seu partibus ita prope cõstitutis, vt sunt qui manibus inter se certant. e Stipulatio inutilis non valet vt pactum.

a Duplomata vel diplomata sunt litteræ celeriscursus que à solo principe vel P. prætorio conceduntur.

† Adde tex. & gl. in c. audientiam de homic. extra tex. & glo. in cano. fin. 50. q. 5.

b Soluere quis loco volente stipulatore potest, qui certo loco soluere obligatus est.

c Solui ante diem potest quod ad diẽ debetur, licet ante diem pẽti non posit.

d Coniecturæ propriè locus est in incertis, nõ certis. e est ff. legis Quærebatur. illo tit.

f Contraria ex duobus fit optimum temperamentum.

a ¶ *Creditorem.* rem impossibilem promisisse videtur.
b ¶ *Sed hæc.* vnde tractamus scilicet, quando [a] nec pecuniam domi habet, nec creditorem inuenit.
c ¶ *Naturali.* est impedimentum [b] naturæ vt hic hippocentaurum [c] dari. est iuris: vt in re sacra.

domi habet neque inueniat creditorem [a]? Sed hæc [b] recedunt ab impedimento naturali [c], & respiciunt ad facultatem [d] dandi. Est autem facultas, personæ commodum incommodúmque [e], non rerum [f] quæ promittuntur: & alioquin [g] si quis Stichum dari spoponderit, quæremus [h] vbi sit Stichus: aut * si non multum referre videatur, Ephesi daturum [i] se, an quòd Ephesi [k] sit, cum ipse [l] Romæ sit, dare spondeat [m]. nam hoc [n] quoque ad facultatem [o] dandi pertinet: quia in pecunia & in Sticho illud commune est. quòd promissor in præsentia dare non potest [p]. Et generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet: ne incipiat dici [q], eum quoque dare non posse [r], qui alienum seruum quem dominus non vendat, dare promiserit.

Possum stipulari ab eo qui non potest facere illud quod per alium est factibile. h. d. Bar.

5. ¶ Si ab eo stipulatus sim qui efficere non possit, cũ alij possibile sit [f]: iure factam obligationem Sabinus scribit.

Non sufficit de facto fieri ad pœna commissionem. Bar.

6. ¶ Cùm quis [t] sub hac conditione stipulatus sit, si rẽ sacram aut religiosam Titius [u] vendiderit [x], forum aut basilicã, & huiusmodi res quę publicis vsibus in perpetuũ relictæ sint [y], vbi omnino conditio iure impleri nõ potest: † vel id * facere ei non liceat: nullius momenti fore stipulationẽ, proinde ac si ea conditio quæ natura [z] impossibilis est [a], inserta

d ¶ *Facultatem* subaudi, vel difficultatẽ.
e ¶ *Incommodumque.* scilicet personę: est difficultas supple. & ita inspecta [d] persona dicis aliquid facile vel difficile: & in vtroq; valet stipulatio: scilicet siue sit facultas, siue difficultas: *vt infra in fin. §.*
f ¶ *Non rerum.* s. habendi impossibilitas.
g ¶ *Alioquin.* id est si ita impediat difficultas [e] vt impossibilitas: quod quidam dicebant.
h ¶ *Quæremus.* secundum eorum sententiã.
i ¶ *Daturum.* quem constat habere diem: *vt supra ea. leg. §. cum ita.*
k ¶ *Ephesi sit.* id est rẽ quæ sit Ephesi, promittit Romæ soluere, vbi ipse promissor sit: vt dicit.
l ¶ *Ipse.* s. promissor.
m ¶ *Spondeat.* simpliciter, non adiecto Ephesi nomine. Acc.
n ¶ *Nam hoc* quando est res promissa Ephesi.
o ¶ *Ad facultatem.* vel difficultatem. quasi dicat, non ad impossibilitatem.
p ¶ *Non potest.* difficultate, non impedimento naturali resistẽte. & ita in vtroque casu videtur differri obligatio: sed falsum est: quia illa: promitto Stichum Ephesi, Romæ constitutus: habet diẽ. sed hæc promitto Stichum Romæ, qui est Ephesi, Romæ constitutus: non habet dilationem: vt subiicit: & generaliter &c. vt ĩ. ead. leg. §. ex quo quidem, versic. sed non facit &c. sed fallit in casu: *vt supra ad l. Rhod. de iactu leg. fin. §. penul. quæ est contra.* Item in iudiciis: *vt supra si quis cau. l. ij. & per totum tit.* Acc.
q ¶ *Ne incipiat dici.* aliud ostendit hic inconueniens ex prædicto falso accidere, si quis dicat difficultatẽ impedire stipulationẽ.
r ¶ *Non posse.* & propter hoc non obligari: cum tamen obligetur: licet habere non possit.
f ¶ *Possibile sit.* vt si stipulatus sim codicẽ mihi scribi ab eo qui scribere nescit. Item no. potest, qui per alium potest. & est argu. pro filio aduocati vt in feudũ succedat si per aliũ possit seruire. Ac.
t ¶ *Cum quis.* patronus ecclesiæ.
u ¶ *Titius.* prælatus.
x ¶ *Vendiderit.* de iure, de facto enim si cogitasset. posset valere. & dic quòd stipulator volebat eam vendi: quia stipulator erat patronus illius ecclesiæ: & fuit stipulatus à prælato.
y ¶ *Relictæ sint.* quæ [f] non possunt alienari nisi per principẽ statuentem ius, quod quasi impossibile [g] reputatur, quod per solũ principem fit: *vt ĩ. de leg. j. apud Iulianum. §. fin.* Acc.
z ¶ *Natura.* nam non interest siue de natura, siue de iure impossibilitas sit. R.

a Impedimentum naturale est neque pecuniam domi habere neque creditorem inuenire.
b Impedimentum aliud iure, aliud natura.
c Hippocentaurum dari impedimentum est naturæ.
d Facile vel difficile aliquid dicitur inspecta persona.
* vt se.
e Difficultas plerunque eadem vox est hac impossibilitatis
† Conditionem non sufficit implere de facto quando de iure impleri non potest, & hic est contrarium in l. Mæuium ... de condi. & demon. ... Salue ... non posse impleri C. de ... & subsit.
* & si velit fa.
f Viæ publicę non possunt alienari nisi per principẽ vt hic. Imò à ciuitatibus: vide Bartolũ & quod scripsi in glossa l. ... de via publica.
g Impossibilis conditio priuatis quasi habetur, quæ per solũ principem potest impleri.

a ¶ *Impossibilis.* s. de iure.
b ¶ *Quod ius.* aliàs quamuis.
c ¶ *Sed secundum.* scilicet ius. Accur.
d ¶ *Præsentis.* scilicet temporis quo fit stipulatio.
e ¶ *Erit.* si promittis tantum nomine pœnæ? Acc.

esset. Nec ad rem pertinet quòd ius [b] mutari potest: & id quod nunc impossibile est, postea possibile fieri. Non enim secundum futuri temporis ius, sed secundùm [c] præsentis [d] æstimari debet stipulatio.

Quando præcedit conuentio affirmatiua, stipulatio pœnalis debet concipi negatiuè: & econuerso si præcedit conuentio negatiua, debet concipi affirmatiuè. Pau.

7. ¶ Si vt aliquid fiat stipulemur: & vsitatius & elegantius esse Labeo ait, sic subiici pœnam, *si ita factum non erit.* Ac cũ quidne fiat stipulemur, tunc hoc modo, *si aduersus ea factum erit* [e]. Et cum alia fieri, alia non fieri, coniunctè stipulemur, sic comprehendendum: *si non feceris, si quid aduersus ea feceris* [f].

In dandis non potest quis vni ex heredibus promittere sicut in faciendis, Bar.

8. ¶ Præterea sciendũ est, quod dari stipulemur, nõ † posse nos, vni ex heredibus adquiri [g]: sed necesse omnibus adquiri. At cũ quid fieri stipulemur: etiã vnius [h] personam rectè comprehendi [i].

Promissio facta in nundinis, intelligitur de vltima die nundinarũ. B.

CXXXVIII. IDEM libro quarto Stipulationum.

EVm qui certarum nundinarum [k] diebus dari stipuletur, primo die petere posse Sabinus ait: Proculus autem & cæteri diuersæ scholæ auctores, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum spatio superesset, peti * posse existimant. sed ego cum Proculo [l] sentio.

Qui habet electionem à lege: potest quandocunque variare. Bar.

1. ¶ Cũ purè [m] stipulatus sum il-

f ¶ *Ea feceris. fa. Insti. eo. §. si. & ĩ. e. l. cum quid.* Acc.
g ¶ *Adquiri.* Imò [a] in casu potest aliquibus: ita quòd nõ omnibus prouideri: *vt & C. de exce. l. j.* Sol. vt ibi. Itẽ contra *supra de pact. l. auus.* sed illud est in eo pacto quod fit ad exce [b]. & licet in eo pacto ita versetur vtilitas singulorũ quibus prouideri possit: tamẽ non aliis quibus non voluit auus prouidere. consuluit: hic de eo quod interponitur de act. putà vt aliquid detur alicui heredum, secundùm Io. 2. Vel melius imò idem dicam in stipulatione de dãdo, facto pacto ad exceptionem: cum ratio diuersitatis reddi non possit: *vt supra eo. l. à Titio.* ¶ Et quod hic dicit non acquiri. verũ est iure mero: sed tamen obstat excep. his qui cõtra voluntatem defuncti petunt: *vt supra de his. qui. vt indi. l. cum quidam.* Similiter, dicam transire ad omnes excep. ibi, sed non efficaciter, & hoc est quod sic dicit exceptione con. vel act. fami. ercifcum. præcipiet. i. habebit ante partem si defunctus durauit in eadem voluntate: *vt C. famil. ercisc. l. filia.* vt ibi: licèt prima facie omnibus quæratur: vt hic.
h ¶ *Vnius heredis.* & est ratio [c]: quia cũ dari stipulor omniũ heredũ semper interest: sed in faciendo secus vt si stipulor domũ fieri, demõstrato loco: & illũ locũ alij prælego: illã nõ intererit nisi eius cui prælegatus est, secũdũ Io. vel stipulor seruitutẽ fundo, quẽ vni eorũ prælego: *vt ĩ. de stipu. seruo. proinde. §. f.* Sed certè imo videtur hoc non valere: *vt ĩ. e. l. quod dicitur. quæ est contra.* Sol. ibi stipulatur vt filius faciat, vt in exemplis hic positis: hic vt ei fiat. Vel aliud quando filio, vt ibi fuit, aliud quando heredi, secundùm Ot. Acc.
i ¶ *Rectè comprehendi.* puta domum fieri. Acc.

EVm qui certarum.] CASVS. Promisisti mihi. ãc. aureos soluere in nundinis Ferrariensibus, quæ durant per mensem, volui à te petere ista. c. in principio vel in medio nũdinarũ: an possim? Sabinus dicebat quod sic, sed Venulei° cõtra, & Proculus, quòd s. nõ possint peti nisi finitis nundinis. [CVM PVRE.] Si quis est purè stipulatus illud aut illud, quòd ipse volet: licebit promissori mutare voluntatem quotiẽscũque volet. h. d. vide ambas gl. Fr. At.
k *Nundinarum.* putà Vercellonsium vel [d] Ferrariensium. Acc.
l ¶ *Proculo.* cũ quo est. ĩ. e. l. qui hoc anno. sed pro Sabino erat mẽs contrahẽtiũ, quasi pecuniam voluerit expendere in nũdinis: & sic non intellexit finem expectare, quid autem si hoc vterq; sensit? Respon. seruaretur forte: ar. ĩ. si cer. peta. l. cum quid. Acc.
m ¶ *Cum purè.* non adiecto vtrum voluerit, id est simpliciter: &

a Stipularis heredibus an possit ... ita vt nõ ... heredum fieri
b Heredum vni, excepitionem adquirere possumus, sic vt aliis exceptio nõ adquiratur: actionem quæ dandi ... continet heredum nõ possumus adquirere vni, aliis non adquiratur.
† posse per nos.
c Heredum vni cur dari stipulari ita non possimus vt aliis quoq; non detur: fieri verò vni stipulari possimus, vt aliis non fiat.
* Vulg. editio & quidam manusc. habent hic negationem peti non posse sed perperã.
d Frãncofortẽ legitur in manusc.

sic est rei electio: vt ℥. de iure do. l. pleramque. in fin.

a ¶ *Quotiens.* etiam post sententiam, secundùm Io. non solùm post lit. contestationem: licet Hu. dicat vsque ad lit. contesta. tantùm: vt ℥. eo. l. si quis ita stipulatus. sic ergo secundùm Io. in ipsa executione sententiæ si fuit damnatus ad hoc vel illud: poterit variare. ¶ Quid ergo si executor exequitur in vno: & tunc ille alium eligat: & cùm iudex electum dari mandet, iterum varietur: qualiter fiet executio? Respon. æstimabitur quanti potest valere actio illa, & in tantam æstimationem fiet executio captis pignoribus: non autem in altero suorum: & licet iudex debeat curare dare certã sententiã, vt *Instit. de actio. §. curare.* hic nõ potest plus: *vt hic, & Instit. de officio iudic. in prin. & facit. ℥. de act. empt. leg. si sterilis. §. fin. & ℥. eod. leg. quiex pluribus. in fin.* Accur.

† *Quotiens, particula quã vim habeat, adde praeter Bartolum glo. in c. ij. §. tali ... de ... sup. ... fine.*

lud aut illud dari: licebit tibi quotiens [a] † voles, mutare voluntatẽ in eo quod præstaturus sis: quia diuersa causa est voluntatis expressæ [b], & eius quæ inest [c].

In causa euictionis si pro parte non defendatur: pœna in solidum committitur.

CXXXIX. IDEM *libro sexto Stipulationum*

CVm ex causa duplæ stipulationis aliquid intẽdimus [d], venditoris heredes in solidum omnes conueniendi [e] sunt, omnésque debent subsistere [f]: & quolibet eorum defugiente, cæteris subsistere [g] nihil prodest: quia in solidum defendenda est venditio, cuius indiuisa natura est [h]. Sed cum [i] vno defugiente omnes [k] defugisse videantur, idcóque omnes teneantur: vnicuique [l] pro parte hereditaria præstatio incumbit [m].

Tot dicuntur stipulationes, quot processerunt conuentiones distinctæ: & si distinguuntur per duplicem dictionem geminatam: tot censentur stipulationes quot tempora. Bartolus.

b ¶ *Expressæ.* in stipulatore: vt si stipulatus sum illud aut illud, vtrum volam: quo casu distingue: an dixi, volam: vel voluero. vt ℥. l. si quis sti. aliàs nisi alterum eorum dixerit, nõ habet electionem: sed reus: vt supra de iure do. plerũque. in fine. Sed in promissore aut tacite habet electionem: & tunc generaliter licet mutare volũtatem, vt dictum est. secus in ex expressa: quo casu refert an dixit, quem volã: an, quem voluero: vt plene dixi in stipulatore. 2. Vel plenius [a] dic, refert inter tacitam & expressam: & inter expressas refert vtrum sic; quem voles: vel, volueris: vt primo varies quandocúque voles: sicut in tacita. In secundo non varies postquã: elegeris: *vt argu. supra eo. l. si quis ita stipulatus.* 3. Vel tertio dicas: aut dixi, volueris, & tunc quod dixi. Aut, quod voles: & tunc vsque ad litẽ contestatam, & non vltra. *Argu. ℥. de eo quod cer. loc. l. ij. §. quare versi. & generaliter.* Aut simpliciter, & tunc etiam post sententiã & sic distinguitur [b] inter tacitũ mandatum & expressum. 1. Nam vbi mandato meo expresso stipulatus es aliquid tibi dari: rectè si bi soluitur etiam me inuito. At vbi mandatum inest tacitũ: vt si stipulatus sum mihi aut tibi dari. non rectè tibi soluitur si denũciauero vt non soluatur: *vt ℥. de sol. l. si quis stipulatus fuerit in melle. & leg. aliud.* 2. Sic in sententia arbitri differt tempus expressum ab eo quod inest: *vt ℥. de arb. leg. si cum dies. §. fin. & l. seq. & j. Celsus.* In legato non est vis voles, vel volueris: *vt de lega. j. huiusmodi. §. Stichum. & de lega. iij. l. si fideicommissa. & de optione legat. l. apud. in fine.* Acc.

a *Eligens in stipulatione an & quando possit variare. & quid in aliis contractibus.*

b *Taciti & expressi in stipulatione & mandato, & sententia arbitri differentia.*

c ¶ *Inest.* tacite: vt. [c] ℥. *de iure dot. pleramque. in fin. & de contrahen. emp. l. pe. & Instit. de ac. §. huic.* Acc.

c *Insunt ea dicuntur, quæ tacitè insunt.*

CVm ex causa.] CASVS. Vendidi tibi fundũ Tusculanum: & promisi de euictione. mori or relictis plurib' heredib' post hoc fundus iste est à te euictus. Tu vis cõuenire vnum ex heredibus meis pro euictione. certe non potes, sed omnes debes cõuenire: & omnes debent respondere pro euictione. & si vnus eorũ non responderit, nihil prodest cæteris quòd respondent: quia in solidum est hæc euictio defendenda: cuius natura est indiuisibilis. tamen licèt omnes cogantur defendere. vnusquisque pro parte sua soluere tenetur. Fran. Acc.

d ¶ *Intendimus.* putà denunciare venditori, vel eius heredibus. Accu.

e ¶ *Conueniendi.* denunciandi.

f ¶ *Subsistere.* s. in solidum. q. d. non poterit aliquis eorum suam tantum partem defendere.

g ¶ *Cæteris subsistere.* pro eorum partibus. s. quo ad hoc vt rectè videatur defendere.

h ¶ *Natura est.* in hoc vt non sufficiat ab vno defendi: vel ideo quia partem non emisset.

i ¶ *Sed cum.* id est quamuis.

k ¶ *Omnes.* licet partes suas defendere voluerit, non absentis.

l ¶ *Vnicuique.* supple tamen.

m ¶ *Incumbit.* omnes quidem tenentur: sed nõ omnes exiguntur.

PB. vt ℥. de euict. l. si rem quam. §. j. Accursius.

Luribus rebus.] Planum est principium: similiter & §. sequẽs planus est. [E T S I.] Vetus est regula iuris quotiẽs stipulatio incidit in eum casum à quo incipere non potest, extinguitur. Exemplum sicut cùm stipulor seruum viuum. nam si seruus moritur, stipulatio extinguitur: quia peruenit in eum casum à quo incipere non potuit: putà quia non possum stipulari hominem mortuum. sed hæc regula fallit, vt in tribus exemplis sequentibus. Primo in hoc, quia socius fundi communis non potest stipulari viam ad fundum communem: si tamen stipuletur, & relinquat duos heredes, stipulatio non extinguitur. istud exemplum, vt dicit gloss. est ineptum: sed ipsa declarat etiam obscurè: pace domini Accursij dixerim. Alia duo exempla vide per teipsum. Franciscus Accur.

CXL. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

PLuribus rebus prępositis [n] ita stipulatio facta est: *Ea omnia quæ supra scripta sunt, dari?* propius est vt tot stipulationes quot res sint. 1. ¶ De hac stipulatione: *Annua bima trima die id argentum* [o] *quaque die* [p] *dari?* apud veteres varium fuit. Paulus. Sed verius, & hic tres esse trium summarum [q] stipulationes.

Dispositio non perfecta & non consummata vitiatur etiam si ad eum casum deuenit à quo nõ potuit inchoari: secus in dispositione perfecta. Bar.

2. ¶ Et si placeat extingui obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non potest [r]: non tamen hoc in omnibus verum est. Ecce [s] stipulari viam, iter, actum ad fundum cõmunem, socius non potest: & tamẽ si quis stipulatus [t] fuerat duos heredes reliquerit, nõ extinguitur stipulatio. Et per partẽ dominorum seruitus adquiri nõ potest, adquisita [u] tamen conseruatur [x] & per partem domini. hoc

n ¶ *Prępositis.* scilicet nominatim in præfatione: *vt supra eodem. leg. Titia. §. finali.* & sic non est contra. supra *de donatio. cau. mor. l. senatus. §. fina.* 2. Vel solue vt ibi. ¶ Sed quæ est vtilitas, inquirere an sit vna vel plures hic vel inferiori. §. Respon. olim erat, quia mixta vna specie vel summa quæ non erat in stipulatione, non fit nouatio. *vt supra l. scire debemus.* & ibi notaui.

o ¶ *Argentum.* certum pondus: ne sit contra ℥. *eo. l. ita stipulatus. & l. triticum.*

p ¶ *Die.* scilicet.

q ¶ *Summarum.* forte male: *vt supra de donationibus causa mortis. senatus. §. finali. & supra eodem. leg. si Stichum. §. primo.* 2. vel distingue an nominentur anni, vt hic: an generaliter dicat, singulis annis: *vt ibi. argu. supra eod. quod dicitur. j.* vel dic. *vt no. d. l. si Stichum.*

r ¶ *Non potest.* veluti Sticho mortuo, qui viuus promissus erat. & vel re priuata facta sacra sine facto suo: *vt supra eod. l. inter stipulantem. §. sacra.* ¶ Et not. hoc generale [a]. *sic ℥. eod. l. existimo. & de his quæ pro non scripti. haben. l. si in metallum. sic e contra. ℥. de fat. bo. Paulus.*

a *Extinguitur obligatio, si in eum casum incidetit à quo incipere non potest, nisi tribus casibus de quibus hic.*

s ¶ *Ecce* ponit tria exempla in quibus fallit dicta regula.

t ¶ *Stipulatus.* inconueniens videtur exemplum. nec enim res videtur peruenisse ad eum casum à quo incipere non possit. nam vnicuique heredum obligatus est promissor in solidum ad præstandam viam: *vt supra eodem. l. 9.* & ambobus ita stipulantibus, scilicet in solidum, teneret stipulatio. ergo quod dicit obligationem peruenisse ad eum casum &c. dic, scilicet per vnicam stipulationem alicuius heredum. nam ad hoc vt ab eis inciperet obligatio, necesse esset omnes stipulari, vel omnibus viam cedi: *vt supra de seruitutibus rusticorum prædiorum leg. si vnus. & communia prædio. l. finali.* item & aliàs fallit. *Institut. de leg. §. ex contrario.*

u ¶ *Adquisita.* & iam constituta Acc.

x ¶ *Conseruatur.* i. firma remanet. sic. ℥. *de ser. rustic. præd. l. vnus. in fi.* & habes idem. ℥. *de ser. l. pro parte.* Sed videtur & hoc incõpetens exemplum. nam cum de obligatione sit locutus quæ peruenit ad eum casum à quo incipere non potest: hic non de obligatione exẽplificat, sed de seruitute. & potest vtique dici quòd de seruitute ponendo exemplum, retulit ad se generale promissum, scilicet rẽ [b] extingui si perueniat ad eum casum à quo incipere non valet: quasi non de sola obligatione hoc promisisset. Vel dic subtilius, nam cùm seruitus sit res incorporalis, & ideo

b *Extinguitur res, si ad eum casum perueniat, à quo incipere nõ potest.*

non

non [a] proprie fit eius traditio vel possessio, sed vsus [b] eius pro traditione habeatur: *vt supra de ser. l. si.* ideo promissor licet iã constituerit eum, non tamen est adhuc ipso iure liberatus: sed præstare tenetur patientiam eundi. vnde & cauere debet per eum non fieri quo minus eat: *vt s. de act. emp. datio. §. si iter.* hinc est quòd ex empto tenetur qui seruitutem in vendẽdo fundo retinuit: si illa tẽpore amissa sit: *vt s. de contrahen. empt. in vendendo.* cum itaque nõ sit ipso iure liberatus constitutor, sed ad præstandam patientiã adhuc teneatur: *vt no. Cod. de vsufruct. l. corruptionem,* merito de seruitute ponendo, rectè videtur exemplificare de obligationeque ad eũ casum peruenit à quo nõ potest incipere, nec tamẽ extinguitur. 2. Vel dic quod gratia similitudinis dicit.

euenit, si pars [a] prædii seruientis vel cui seruitur, alterius domini esse cœperit [b].

Facultas eligendi cohæret personæ. Bar.

CXLI. GAIVS *libro secundo de verborum obligationibus.*

SI seruus aut filiusfamilias ita stipulatus sit: *illam rem aut illam, vtram ego velim:* non pater dominúsve, sed filius, seruusve destinare [c] de alterutra debet [d].

1. ¶ Extranei quoque persona si cõprehensa fuerit, veluti hoc modo: *vtram earum Titius [e] elegerit.* non aliter stipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quã si Titius elegerit.

Vbi est ætatis defectus: patris auctoritas non sufficit ad obligandum. Bartolus.

2. ¶ Pupillus [f] licet ex quo fari cœperit, rectè stipulari potest: tamẽ si in parentis potestate est, ne auctore quidem patre obligatur: pubes verò qui in potestate est proinde ac si paterfamilias obligari solet [g]. Quod autem in pupillo [h] dicimus idẽ & in filiafamilias impubere dicendum est.

3. ¶ Si ita fuero stipulatus, *mihi aut Titio?* & tu mihi daturum te spondeas: secundum omnium opinionem ad interrogatum te respondere: quia constat mihi soli adquiri [i] obligationem: Titio autẽ duntaxat rectè soluitur [k].

Angustia temporis vitiat stipulationem, nisi in loco destinato præsentia procuratoris interueniat. Bartolus.

4. ¶ Si inter † eos [l] qui Romæ sunt, talis fiat stipulatio: *Hodie Carthagine dare spondes?* quidam putant non semper videri impossibilem causam stipulationis contineri: quia possit contingere, vt tam stipulator quàm promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit, in eum diem futuram stipulationẽ: ac demandasset promissor quidẽ suo dispẽsatori, vt daret: stipulator autẽ suo, vt acciperet. quòd si ita factum fuerit, poterit valere stipulatio.

Diuersitas rerum, temporum qualitatum vel conditionum adiecta facto extranei in stipulatione vtili, non vitiat, nec ob eiusdem factum valida stipulatio impeditur. h. d. vsque in fi. Bar.

5. Cum *mihi aut Titio* stipulor dicitur aliam quidem rem in personam meam aliam in Titii designari non posse [m]: veluti *mihi decem, aut Titio hominem.* si vero Titio ea res soluta sit quæ in eius persona designata fuerit, licet ipso iure non liberetur promissor, per exceptionem [n] tamen defendi possit.

6. ¶ Tẽpora vero diuersa designari posse, veluti *mihi Kalendis*

a ¶ *Si pars.* etiam pro indiuiso, nam pro [c] diuiso etiam ab initio potest constitui: *vt supra de ser. l. pro parte. & l. ad certam & l. vt pomum. §. j.* Acc.

b ¶ *Cœperit.* alienatione.

SI *seruus.*] CASVS. Filius meus vel seruus meus stipulatur à Titio hoc modo: Titi promittis mihi dare rẽ illam aut illam, vtram ego volam? ille promittit. quæritur, cuius est electio, patris vel domini, an filij vel serui. Respondetur quod est filij vel serui stipulantis: & nõ patris vel domini. cætera sunt clara vsque ad §. pupillus. [PVPILLVS.] Pupillus postquã fari potest, sibi potest stipulari. obligari autem nõ potest si est in patris potestate: etiam si pater auctorizet obligationem suam. pubes verò, id est maior quatuordecim annis obligari potest ac si paterfamil. esset. [SI ITA.] Interrogaui te hoc modo: Promittis mihi aut Titio decem? tu respondisti, promitto tibi decem, an rectè respondes vt obligatio contrahatur? Respondeo quòd sic: quia mihi soli obligatio quæritur, licet Titio rectè solui possit. [SI INTER EOS.] Eramus Parisiis tu & ego: ego stipulatus sum à te hoc modo: promittis mihi hodie Lugduni centum aureos: an talis stipulatio sit vtilis? Videtur quòd non: quia est impossibilis. Quomodo enim posset promissor hodie promittere Parisiis, & hodie soluere Lugduni, cùm longæ hæ duæ ciuitates ab inuicem distent? Sed respondetur quòd hæc stipulatio potest esse vtilis. Ponamus enim quòd in mense Maij nos eramus Lugduni. ego dixi institori meo: Titius & ego secunda die Iulij Parisiis erimus: & ea die stipulabor ab eo centum aureos: & ideo illos pete ab institore suo qui est Lugduni. similiter Titius promissor dixit factori siue institori suo quòd die secunda Iulij esset Parisiis mihi promissurus: & quòd solueret ipsa die institori meo Lugduni. Et cũ essemus ea die Parisiis: sum ab eo stipulatus sic: Promittis mihi hodie dare cẽtum Lugduni: certe hoc modo stipulatio valet. [CVM MIHI.] iste §. pulcherrimus quinque principaliter dicit. primo dicit quòd si ego stipulor à te, & volo in stipulatione adiungere personam Titij. quòd possum facere: dummodo eandem rem stipuler mihi & Titio: veluti mihi aut Titio hominem dare spondes? Non autem possum mihi vnam rem, & Titio alteram stipulari: sicut, promittis mihi dare cẽtum, aut Titio fundum? quòd si ita stipulatus sum à te: soluendo rem aliam Titio non liberaris ipso iure: sed bene per exceptionem. vsq; ibi, [TEMPORA VERO DIVERSA.] Dicit quòd licet (vt proxime dictum est) non possim diuersas res mihi aut Titio stipulari; tamen possum vnam rem diuersis temporibus mihi aut Titio stipulari: veluti, promittis mihi dare centum mense Ianuarij: aut Titio mense Februarij? & possum pro Titio citerius tempus apponere, pro me vlterius, exempla sunt in textu vsque ibi. [SED ET AVERSVS.] Vbi dicit quòd possum mihi pure, Titio autem sub conditione stipulari: sicut, promittis mihi dare idibus Ianuariis, aut Titio si nauis ex Asia venerit? textus clarus est vsque ibi: [EX HIS OMNIBVS] Vbi põnit conclusionem suam: dicens quòd licet adiectio personæ tertiæ facta in stipulatione sit quandoque inutilis: non eo minus valet stipulatio in nostra persona: quia vtile per inutile non vitiatur. Franciscus Accursius.

c ¶ *Destinare.* id est eligere. Acc.

d ¶ *De alterutra debet.* quia personalis [a] est electio: *vt supra eo. dem. leg. si ita stipulatus fuero. in prin.* & quæ facti [b] sunt, non transfert ad dominum: *vt supra de co. de. & demon. l. qui heredi. & s. de adi. leg. l. legatum nulli. & infra de solu. Stichum. §. vsumfruct. & sup. a de vulg. subst. leg. qui liberis. §. fina. & s. cod. l. si quis arb. tratu. & s. pro socio. leg. si fictus societatem. & leg. verum. §. sed sibi. versic. patri.* Accursius.

e ¶ *Titius.* nã & hæc personalis est: *vt supra eod. leg. si quis arbitratu.* secus in legato: *vt Cod. communia de leg. l. fina. §. sed & si quis.* vbi reducitur [c] ad arbitrium boni viri. & sic etiam soluitur supra de lega. j. leg. j. liternus. nam & ibi in legato. Accursius.

f ¶ *Pupillus.* sed impubes. non autem repetas pupillus: ne sit contra. *j. de verbo. signific. l. pupillus.* 2. Vel dic quòd impropriè accipitur hic pupillus: *vt & C. de iur. delibe. si infanti. §. fi. & s. de pecu. quam Tuberonis. §. pupillum.* Ratio autem est, quia tutor ad hoc datur, vt eo auctore obligetur: sed non patria potestas, cum etiam sexagenarius [d] sit in potestate: nec tamen eget auctoritate in cõtrahendo. Item tutorem potest conuenire. non patrem, licet male gerat. *& facit Instit. de inuti. stip. §. pupillus. & supra eod. l. mulier.* Accursius.

g ¶ *Solet.* excepto Mace. & voto: *vt s. ad Macedo.* per totum. *& j. de pollici. l. si quis rem. §. voto. & s. tit. j. l. filiusfamilias.*

h ¶ *In pupillo.* id est filio masculo.

i ¶ *Adquiri.* & sic ad totam obligationem est responsum. secus si Stichum aut Pamphilum stipulor, & tu Stichum promittis: quia ibi ad obligationem vterque ponitur: *vt s. eo. l. si duo rei. & l. inter stipulantem. §. at. si ego.* Accur.

k ¶ *Soluitur.* si in responsione fuerit insertus. 2. Vel forte sufficit in interrogatione.

l ¶ *Si inter eos.* facit *Insti. eod. §. loca & s. de eo quod cer. lo. l. ij. §. si quis ita.* Sed [e] legatum non vitiat angustia temporis: *vt s. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. si quis seruus.* Accur.

m ¶ *Nõ posse.* vt ipso iure liberet soluẽdo adiecto rẽ ei designatã.

n ¶ *Per exceptionem.* aliàs ipso iure, si eadem sit res: *vt Institu. de inuti. stipu. §. si quis aly.* ¶ Sed nonne [f] qui soluit aliud pro alio creditori volenti, ipso iure liberatur? Respon. sic sed [g] non sic qui alij. sed & aliàs ratihabitio cõparatur mandato: non tamẽ mandatur mandati actio, sed nego. gest. Item & dolus [h] pro possessione est: sed non directè, sed vtiliter tenetur: & sic duo videntur paria. nõ tamen sunt per omnia. *& facit supra de actio. & obligat. l. obligatio-*

a Tradi propriè non possunt ea quæ in corporalia.
b Traditionis loco vsus habetur.

c Seruitus pro diuiso ab initio constitui potest.

† Impossibile simpliciter potest deducere obligationẽ, sed non si per tensione deducitur ad possibilitatẽ.

a Electio personalis ad alium nõ transfertur.
b Factum seu ei non transit ad dominum.

c Legatorum electio reducitur ad arbitrium boni viri.

d Patria potestate nec ætate eximitur: ideóque vel sexagenarius à filius in potestate patris esse potest.

e Temporis angustia vitiat stipulationem at non legatum.
f Soluẽs aliud pro alio volenti creditori ipso iure liberatur.
g Soluens alij volente creditore cur nõ ipso iure liberetur, cum is qui aliud soluit ei volenti, ipso iure liberetur.
h Dolus pro possessione.

ff. Nouum.

nam fere. §. pen. Ite m contra. *ſ. pra de ope. libe. ſi mas patroni. & l. nibe. & l. quia.* ſed ſpeciale in operis. Acc.

a ¶ *Quo caſu.* veluti ſi anterior dies collata eſt in perſonā Titij.
b ¶ *Non dederis* & ſi dederis, nō liberaberis: imò non incidis in obligationē: *vt ſ. eo. l. decem.* & ſic intelligitur *j. de ſolu. l. qui res. §. qui ſtipulatur. & facit j. de ſolut. l. quo hominem. §. ſtipulatus.*

Ianuariis aut Titio Kalendis Februarii? imò etiā ceteriorē diē in Titij perſonā cōferri poſſe: veluti, *mihi Kalendis Februariis, Titio Kalendis Ianuariis?* quo caſu [a] talem eſſe ſtipulationē intellegemus, *Si Titio Kalendis Ianuariis non dederis* [b] *mihi Kalendis Februar. dare ſpondes?* 7 ¶ Sed rurſus mihi quidem purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contra verò ſi mihi ſub conditione, aut Titio purè: inutilis erit tota ſtipulatio: niſi in meā perſonā conditio extiterit: ſcilicet quia niſi quod ad me vim acceperit obligatio, adiectio nihil poteſt valere. Hoc tamen ita demum tractari poteſt [c], ſi euidenter apparet purè Titij perſona adiecta [d]. alioquin cum ita ſtipulor: *Si nauis ex Africa venerit, mihi aut Titio dari ſpondes?* Titij quoq. perſona ſub eadē conditione adiici videtur. 8 ¶ Ex hoc [e] apparet, ſi diuerſa cōditio in meā perſonā, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meam perſonā extiterit conditio: totā ſtipulationem nullius momenti futuram. extante verò mea conditione: ſi quidem Titij quoque cōditio extiterit, poterit, vel Titio ſolui. ſi verò in illius perſona [f] defecerit [g]: quaſi non adiectus habebitur. 9 ¶ Ex his omnibus [h] apparet, licet alterius perſona nō rectè adiiciatur [i]: nō ideò minus in perſona vtiliter procedere ſtipulationem.

c ¶ *Tractari poteſt.* ſ. quòd non valet obligatio ſupradicta.
d ¶ *Perſona ad electa.* & mea ſub cōditione.
e ¶ *Ex hoc.* ſ. quòd dictum eſt [a] nō poſſe ſolui adiectonisi in perſonā ſtipulātis cōſiſtat ſtipulatio. Accur.
f ¶ *Perſona.* ſ. Titij. Ac.
g ¶ *Defecerit.* ſ. cōditio.
h ¶ *Ex his omnib.* & quia alterius [b] perſonā non adiicitur ad obligationem, ſed ad ſolutionē: & quia ſi Titij cōditio defecerit, nec ipſi poterit ſolui.
i ¶ *Nō rectè adiiciatur.* qa mortuus. ad quod eſt *ſ. de vſur. l. placuit.*

a Solui adiecto nō poteſt niſi in perſona ſtipulantis conſiſtat adiectio.

b Perſona adiicitur ad obligationem, an ad ſolutionem multum intereſt.

DE DVOBVS REIS conſtituendis [*].

DE DVOB. REIS ſtipulandi & promittendi.

Quia in ſtipul. de quibus dixit ſ. tit. 1. plures interueniunt quādoque ideo de hoc dicit: vt Inſt. eo. in prin. *& quid dicit, duobus, idem ſi plures: vt* Inſti. eo. §. duo.

¶ *Duo rei ſunt duo debitores obligati inſolidum ſinguli vel duo creditores quib. ſingulis ſolidum debetur. & hi quemadmodum verbis ſtipulationis conſtituantur hoc titulo declaratur. Rei* [c] *igitur nomen eſt cōmune debitoris & creditoris. à re nimirū quæ debetur & inde Marcellus* l. xxxix. De fideiuſſ. *Nec reus eſt pro quo debeat, nec res vlla quæ poſſit deberi, ad quam ſpectē ex eodē lib. Marcelli coniungenda eſt* l. 72. §. ſi cū mihi. De ſolution. *quæ in eundem rem adducitur ab Vlpiano* in l. xiiij. de nouatio. *& M. Tullius pro Plancio. De re inquit vtrique dixerunt, & de ſuppliciis. Magis propter reum quam propter rem ipſam. & ita reum ſtipulandi dicimus rectè & reum promittendi, reum credendi, reum debēdi, reum ſatiſdandi, reum ſatis accipiendi. Cuiac.*

c Reus ad actorem & reū refertur: & vtriuſque nomen eſt commune.

* ſtipulādi & promittendi.

Q*Vi ſtipulatur.*] CASVS. Iuriſconſultus more ſapientis philoſophi, ne procedamus per ignota, tractaturus de duobus reis, definit quid ſit reus ſtipulandi, & quid reus promittendi: dicens quòd reus ſtipulandi eſt qui ſtipulatur: reus promittendi eſt qui promittit. Fran. Accur.

k ¶ *Qui ſtipulatur reus.* à [d] re quæ in ſtipulationem deducitur, nō à reatu. Sed alij à re. i. veritate. Alij à re, id eſt contractu quo obligatur. Alij à re. i. firmitate. ideo quia efficaciter ſtipulatur, & efficaciter tenetur. ſic in Virgilio, voti reus, id eſt qui erat voto adſtrictus: & ſic verbum reus firmitatem ſignificat.

d Reus an à re ſtipulationis: an à re id eſt veritate & contractus firmitate.

C*Vm duo.*] CASVS. Titius & Seius ſtipulati ſunt à Sēpronio c. aureos. Sēpronius ſoluit vni eorū totā ſummam: an ſit liberatus ab alio etiā? Reſp. quòd ſic. Itē Titius ſtipulatus eſt à Mæuio & Seio c. aureos: vtrum poſſit à quolibet eorū totā ſummam exigere? Poſtea ibi idéoque facit cōcluſionem ſuam: dicēs quòd per petitionem factam ab vno reorum debendi, & acceptilationem, tota obligatio reſoluitur. Fran. Acc.

l ¶ *In ſolidum debentur.* cū hoc actū eſt tacitè vel expreſsè vt duo rei ſtipulandi ſint in ſolidum: *vt j. eo. reos. in fi.* & ſic etiam intelligitur *j. eo. proxi. §. j. & Inſt. eo. §. pe.* ſed hodie ſecus: *vt in Authen de duobus reis promit. in pr. vij. col. v.*

m ¶ *Petitione.* accipe hæc duo actiue & paſſiue: vt [a] & cætera verbalia nomina nā ſiue vnus petat, vel accepto ferat: præiudicat aliis: ſiue econtra ab vno petatur, vel ei accepto feratur: proficit aliis. ¶ Ad primum. ſ. ad petitionem prout [b] paſſiue ponitur, *concor. ſ. de exc. ſi per imprudētiā. §. fi.* Sed eſt cōtra *C. de fideiuſ. l. idemque. & ſ. depo. l. j. §. ſi apud.* Sol. hic petiit lit. conteſt. *ar. j. eo. ex duobus.* In contrariis autē petiit extra iudiciū. 2. Vel hic cum effectu: *arg. illi. s. §. ſi apud. & argu. j. de fideiuſ. leg. cum is qui & reum.* 3. Vel hic petiit animo nouandi: *vt j. de noua. ſi rem. §. ſi duo. & ſ. de in rem verſo. ſi pro patre. ij. reſpon. Item facit j. de nouat. ſi rem. §. ſi duo.* ¶ Et ad id quod ſubiicit de [c] acceptilatione, concor. *j. de accep. l. & per iuſiurandum. §. fin. & leg. ſi ex pluribus.* Sed cōtra. *ſ. de pac. ſi vnus. in princ.* Sol. hic focij: ibi non. 2. Vel ſolue vt ibi. Item ar. contra. *ſ. de ope. no. nun. leg. de pupillo. in fi. & leg. quia in re. in prin.* [eſt §. in l. de pupillo.] *Item facit ſ. de pact. l. idem. & ſ. de iureiur. duobus.* Itē aliud quam in acceptil. eſt ſi ponas creditorē ſucceſſiſſe vni ex duobus reis debendi. nam non extinguitur obligatio alterius: *vt in arg. contra. j. de fideiuſ. leg. Vranius. verſ. ſed cum duo.* Accur.

a Verbalia nomina actiue & paſſiue ſumi poſſunt.

b Petitione ab vno reorū debēdi facta, an & quando aliorum tollatur obligatio.

¶ Huc ſpectat definitio quā lib. 2. de orator. tradit Cicero qui reos appellat nō eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorū de re diſceptatur.

TITVLVS II.

I. MODESTINVS *libro ſecundo Regulatum.*

QVi ſtipulatur, reus [k] ſtipulādi dicitur † qui promittit, reus promittendi habetur.

Hac adiectio idem facit, vt videantur conſtitui duo rei debendi & credēdi: & vnius petitione & acceptilatione tollitur obligatio. Bar.

II. IAVOLENVS *libro tertio ex Plautio.*

CVm duo eādem pecuniam aut promiſerint aut ſtipulati ſunt: ipſo iure & ſinguli [*] in ſolidum debent [l], & ſinguli debēt: ideóq. petitione [m], acceptilatione vnius tota ſoluitur obligatio.

* Singulis in ſolidum debetur.

c Acceptilatione vni reorum debendi facta an & quomodo alij correi cenſentur acceptilatione liberati.

Licet prius contrahitur obligatio vnius, poſtea obligatio alterius: non vitiatur conſtitutio duorum reorum: & fruſtra timetur nouatio. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro quadrageſimo-ſeptimo ad Sabinum.*

IN duobus reis promittēdi fruſtra timetur nouatio. nam licet ante prior reſponderit: poſterior etſi ex interuallo accipiatur, conſequens eſt dicere, priſtinam obligationem durare, & ſequentem accedere [n]: & parui refert, ſimul ſpondeant, an ſeparatim [o] promittāt: cum hoc actum [p] inter eos ſit, vt duo rei cōſtituātur: neque vlla nouatio fiet.

Poteſt à quolibet correorum in ſolidum peti: & etiam pro parte: & vna ſolutio ſufficit. Bar.

1 ¶ Vbi duo † rei facti ſunt: poteſt vel ab vno eorū ſolidū peti [q]. Hoc eſt enim duorum reorum,

I*N duobus reis.*] CASVS. Volebam mihi conſtituere duos reos promittendi, Titium. ſ. & Mæuiū. primo ſtipulatus ſum à Titio c. aureos, poſtea ex interuallo iterū ſum à Mæuio ſtipulatus eādem ſummam. feci cōuenire Titium vt mihi ſolueret iſta c. qui reſpōdit quòd nō tenebatur mihi ſoluere: quia facta fuiſſet nouatio: eo quod ſtipulatus fueram eandem ſummā poſtea à Mæulo. quæritur quid iuris? Reſpon. quòd Titius tenetur ſoluere: nec poteſt allegare quòd facta fuerit nouatio: quia in duobus reis promittendi non fit aliqua nouatio: licèt primo ab vno ſtipuler, poſtea ab alio. nam non eſt vis an ſimul reſpōdeāt, an ſeparatim: dūmodo actū ſit vt ſtāt duo rei promittendi. [VBI DVO REI.] Vidimus ſupra quid ſint duo rei ſtipulandi: & quid duo rei promittendi. nunc quæritur quomodo exigi poſſunt. Et reſpōdetur quòd ab vnoquoque poteſt tota ſūma peti: & vnus reus promittendi poteſt totam ſummā petere. Item poſſunt etiam partes peti à ſingulis reis: & ſinguli rei promittendi poſſunt partes petere. & ponit ſimilitudinem ibi quēadmodum. nā ſicut à reo poteſt tota ſumma peti vel à fideiuſſore poteſt tota ſumma peti: quia eſt vna obligatio, ergo etiā vna ſumma, & ſi vnus rem ſoluat, alter liberatur, aut ſi vnus reus ſtipulandi exigat totam ſummam: alter nihil poterit petere. Fran.

f Creditor poteſt partem debiti à debitore, & partem etiā à ſuo fideiuſſore petere: & ita diuidere debitum. *Caſtrenſ. Antonius bal.*

n ¶ *Accedere.* Nam nec iſto iure fit nouatio: niſi hoc agatur expreſſe, vel tacite: *vt hic, & j. de noua. l. omnes.* Hodie expreſſe: *vt C. de noua. l. fi.* Acc.
o ¶ *Separatim.* Cōtra *Inſti. e. in prin.* Sed ibi in reis ſtipu. hic promittendi. 2. Vel hic vocat interuallum [d] modicum, quod pro nō interuallo habetur: *vt j. eo. l. duos. §. fi.* & quod dicit, ſimul [e]. ſ. vno vocum contextu. *& adde quod no. j. eo. ſi ex duobus, in prin.*
p ¶ *Actum.* vt *j. eo. l. reos. in fi.* Acc.
q ¶ *Peti.* vt *& C. eo. l. j. & ſ. l. proxi.* Acc.

d Modicum interuallum pro nō interuallo habetur.

e Simul promittere, pro vno contextu promittere.

Petā

a ¶ *Peti.* scilicet solidum. sed hodie per authenti. determinatur de duobus reis promittendi.

b ¶ *Dubium est. sic. ff. de lega. j. si ex toto. §. j. & j. de fideiuss. leg. inter. ij. §. duo rei. in fin. & ff. de pecu. & ancillarum. §. illud. & supra commo. leg. in commodato. §. duobus* Sed arg contra.] j. *ind. solut. l. in tamen. §. penult.* ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi loquitur in conuen. & actor scindere volebat. hic loquitur in creditore volente diuidere, secundùm Dy.

c ¶ *A reo.* audi. Io. quia duo rei videntur fideiubere propter hanc similitudinem. Sed dicas, audio. nam pro me est, cũ nil[a] sit idem ei cui est simile. & hoc dic *vt not. ff. ad Velleia. l. vir vxori. in §.* Accur.

a Simile & idem differunt eo nihil idem sit ei cui est simile.

d ¶ *Cum vna.* Imò plures obli. & actiones, quot rei: *vt j. eo. eandem. in fin. & leg. si reus. & j. de fideiuss. leg. generaliter. & Indi. c. §. ex huius.* Sol. dic plures in essẽtia, vt in cõtrariis: sed vna propter vnum debitum & vnam solutionẽ: *vt hic. argu. ff. de condit. & demon. hæc scriptura. & facit j. de solu. qui hominem. §. j. in fin. §.* Accursius.

e ¶ *Contingat.* argu. contra. *ff. de interroga. act. leg. qui seruum. circa princi.*

vt vnusquisque eorum in solidum sit obligatus possitque ab alterutro peti[a]. & partes autem à singulis peti posse, nequaquam dubium est[b]: quemadmodum & à reo[c] & fideiussore petere possumus. vtique enim cũ vna[d] sit obligatio, vna & summa est: vt siue vnus soluat, omnes liberentur: siue soluatur ab altero, liberatio contingat[e].

Siue vnica voce respondeatur, siue pluribus: non vitiatur cõstitutio duorum reorum. Bart.

IV. POMPONIVS *libro vicesimoquarto ad Sabinum.*

DVo rei[f] promittendi, siue ita interrogati, *spondetis*[g] respondissent, *spondeo*: aut *spondemus*: siue ita interrogati, *spondes?* respondissent, *spondemus*: rectè obligantur.

Obligationi personarum potest accedere fideiussor: & in ea actiue & passiue possunt duo rei constitui. Bartolus.

V. IAVOLENVS *libro vicesimosecundo Digestorum.*

NEmo † est qui nesciat[h] alienas[i] operas promitti posse[k] & fideiussorem adhiberi[l] in ea obligatione. & ideo[m] nihil prohibet duos reos stipulandi constitui, vel promittendi: sicuti si ab eodem fabro duo rei stipulandi easdem operas[n] stipulentur, & ex contrario duo fabri eiusdem peritiæ easdem operas promittere intelliguntur, & duo rei promittendi fieri.

Ex duobus interrogatis vel interrogantibus, qui respondet obligatur: & cui respondetur, quæritur obligatio: & ab vno tantùm ex correis potest accipi fideiussor. Bartolus.

VI. IDEM *libro quinquagesimo secundo Digestorum.*

DVos reos promittendi facturus, si vtrúque interrogauero[o], sed alter duntaxat responderit, verius puto, eum qui responderit, obligari, neque enim sub cõditione interrogatio in vtriusque persona fit, vt ita demũ obligetur[p], si alter quoque responderit. 1. ¶ Duobus autem reis constitutis, quin liberum sit stipulatori vel ab vtroque vel ab altero duntaxat fideiussorem accipere, non dubito.

† Fideiussor obligationi operarum potest accedere & in ea possunt constitui duo rei & actiue & passiue [illegible] ut in tex. ibi, & si confisum. & ibi, [illegible] [illegible] de fideiuss. [illegible] Nã qui totum dicit, nihil excludit. [illegible] mandatore. [illegible]

DVo rei. [CASVS. Duo rei promittẽdi possũt respõdere spõdemus vel promittimus: aut spondeo vel promitto: quia non refert quomodo respondeant, dummodo ad interrogata respondeant. Fran.

f ¶ *Duo facit: Institu. eo. in prin. & §. j.* Accursius.

g ¶ *Spondetis.* scilicet tu & tu. Accursius.

NEmo est.] CASVS. Sicuti possunt fieri duo rei stipulãdi eiusdem summæ vel rei: ita possunt fieri duo rei stipulandi vel promittendi eiusdem operæ. Exemplum: volebam ædificare domum, vel pingere aulã: possum à Titio & à Mæuio stipulari hãc domum mihi ædificari, vel aulam pingi. Vel ponè econtra quòd Titius & Mæuius stipulentur à Seio domum sibi ædificari: vel aliquid aliud fieri. Vide gl. quæ bene declarat has operarum stipulationes. Franc. Accursius.

h ¶ *Nesciat.* id est scire non debeat. Accursius.

i ¶ *Alienas.* aliàs, vel alienas. & ponitur vel pro etiam.

k ¶ *Promitti. posse.* id est operam vel operas quas promisit vnus, potest alius promittere: vt sint duo rei debendi eiusdem operæ, vel earundem operarũm. Vt enim si Titius Stichũ promittit, & Seius eundem Stichum: vt sic sint duo rei debendi: idẽ Stichus est in obligatione vtriusque: & eundem hominem videntur promittere: & sic vno soluẽte alter liberatur: nec tamẽ solutio vnius est solutio alterius: sic in x. operis pictoriis. Nam eædẽ sunt in obligatione vtriusque. & easdem videntur promittere: & vno soluẽte ambo liberantur: nec tamen præstatio operæ facta ab vno, est præstatio quæ erat faciẽda ab alio. In hoc tamen differũt: quia in Sticho essentialiter vna res debetur: in opera duę: quia quilibet de sua actione seu actu intelligit: sed fictio[b] operatur propter omnimodã similitudinẽ, vt eædem videantur: & hoc si sint æqualiter periti: aliàs nõ videntur eædem: sed diuersæ. solutione tamen vnius vterque liberatur: quia hoc agitur saltem tacite: aliàs secus: *vt j. de solu. leg. inter artifices. quæ est contra.* patet ergo principium legis loqui in duobus reis. subsequẽter in reo & fideiussore. Tertio ad reos redit: & concipias stipu: *vt in fideiuss. statim* dicam. Accur.

b Fictio operatur vt eadẽ videãtur, quæ diuersa sunt.

l ¶ *Adhiberi* non quòd dicat fideiussor, promitto quòd ille dabit: nam sic promitteret factum alienum: quod non valet: *vt ff. ti. j. leg. stipulatio ista. in princ.* Item nec quòd dicat promitto quod faciã ꝙ ille dabit. nã sic aliud promitteret fideiussor, & aliud reus principalis: quod esse non debet. *vt j. de fideiuss. l. Græce. §. si quis*

ff. Nouum:

Stichum. licet promittat easdẽ operas: putà si reus dixit, promitto decem operas: & sic in genere. & iste dicat, promitto easdẽ decem operas. & sic similiter in genere: si autem dixerit promitto decem operas pictorias: & sic in specie. & ille dicat promitto totidem operas pictorias: non quod dicat, promitto decem operas pictorias, scilicet easdẽ quas reus: quia sic promitteret factũ alienum. & secundum hoc dicitur promittere alienas, quia ab alio promissæ sunt: & alius tenetur eas præstare: & ipse tamen suam operationem promittit. Sed contra infra *de solu. inter artifices.* Solu. vt ibi. Et ad hoc accedit quod dixit, R. alienas, id[a] est vt quis pro alienis operis se obliget. & ad hoc *infra de fideiuss. leg. sicut reus.* Item eædem[b] operæ sunt propter omnimodã similitudinem[c]. Vel dic quod eandem, scilicet operam promittat quam reus: vt modo dixi in duobus reis. Accursius.

a Obligare se pro alienis operis quis potest.

b Eadem operæ dici possunt propter omnimodam similitudinem

c Similitudinem omnimodæ effectus.

m ¶ *Et ideo*, pro M. contra Io. in eo quod not. *supra ad Velle. vir vxori. in fi.* Sed Io. dicit ideo non esse omnino idem: Vel licet in hoc sit similitudo, non sequitur propter hoc quòd in omnib[a]. Accur.

n ¶ *Easdem operas.* Sed quomodo[d] sunt eædem à duobus debitæ: cum nec eiusdẽ hominis opera possit esse eadem: *vt supra de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. & de præscript. verb. si operas. quæ sunt contra?* Solu. hic in genere: & sic incertas promittunt, ibi certas: inter quas certas & incertas multæ sunt differentiæ: *vt not. in dict. § libertus.* 2. Vel verius dicuntur eædem propter omnimodam similitudinem, & sic fictione[e] iuris. *Argu. C. de contrahen. stip. leg. veteris.* sed in sui essentia diuersæ sunt quo ad præstationem: & sic cautè dicit eiusdem peritiæ. nam secus si vnus peritus, & alter imperitus: quia tũc etiam iuris[f] artificio non sunt eædem, sed diuersarum operarum essent promissores: vno tamen soluente alter liberatur. 3. Vel secundũ M. easdem, id[g] est consimiles: ideo autem ius fingit hic esse easdem: quia actum est vt etiam ab alio possint præstari. aliàs secus: *vt in contrario. j. de solu. inter artifices.* Et est hæc ratio optima. nam & vbi indebitæ solutæ sunt: siue[h] certas, siue incertas putauerit se debere: nõ possunt eædẽ repeti: vt in ll. cõtrariis: quia nõ egit hoc soluẽs vt ab alio soluerentur. & ideo est alia, quia ab alio vel ab eodem alio tempore præstanda. hic autẽ vna: quia actum fuit: & propter similitudinem peritiæ eædem intelliguntur fictione iuris. Acc.

d Eædem operæ à diuersis debitæ an & quomodo seu quæ iure dicĩ possint.

e Fictione iuris idem posse fingitur quod non idem.

f Fictio, iuris artificium est vt ex hoc loco potest colligi.

g Idẽ pro consimili vt hic, pro eo quod idem esse fingitur à iure, vel pro omnimodo simili, vt sup.

h Operæ siue certæ, siue incertæ, repeti non possunt, vbi & quando indebitæ sunt solutæ. & c.

DVos reos.] CASVS. Volebam mihi constituere duos reos promittendi: Titiũ scilicet & Męuium. Interrogaui: Titi & Mæui promittis mihi c? si respondent ambo ad interrogatũ: ambo obligabuntur. Sed ponamus quòd solus Titius respondeat, certe solus Titius obligabitur, non Męuius. sed videbitur quòd nec Titius obligaretur: quia videntur istę stipulationes duorum reorum fieri sub conditione, si scilicet alter etiam respõdeat, & non vnus solus. Sed respõdetur quòd non est ita: imò qui respõderit, ille obligabitur, non autem alter qui non responderit. Itẽ possum ab vno reo promittendi fideiussorẽ petere. ab altero nõ: quia forte vni melius confido quàm alteri. Item si duo rei stipulandi interrogent Titium an centum promittat, & Titius vni soli respondeat: illi soli obligabitur [DVBBENE I.] Sicut in stipulationibus aliis modicum interuallum temporis, vel actus nõ cõtrarius stipulationi non vitiat stipulationem: ita similiter nec in duobus reis promittẽdi si vnus nunc respondeat, post modicum tempus alter. Textus abinde planus est. Fran. Acc.

o ¶ *Interrogauero.* subaudi, & ipsi responderint. Acc.

p ¶ *Obligetur.* qui respõdet. *& est ad hoc. ff. de adquir. poss. leg. quod*

meo.§.si furioso. & Cod.de condi.ob cau. si repetendi. Sed arg. contra. ℥.*de ope.noui nun.stipulatio.§. habet.* Accursius.

a ¶ *Sed si duobus.* conuersum casum ad prin.huius l. ponit. Acc.

b ¶ *Ratio.* id est discreta inspectio, vt prolixum [a] impediat, modicum non. Acc.

2. ¶ Sed si à duobus [a] reis stipulandi interrogatus respondisset vni se spondere: soli tenetur.

Modicum interuallum constitutionem reorum non vitiat: nec actus medius constitutioni reorum non contrarius. Bartolus.

3. ¶ Duo rei sine dubio ita constitui possunt, vt & temporis ratio [b] habeatur intra quod vterque respondeat. Modicum [c] tamen interuallum temporis, itē modicus actus, qui modo contrarius obligationi non sit, nihil impedit quominus duo rei sint Fideiussorquoque interrogatus [d] inter duorum reorum responsa si responderit, potest videri non impedire obligationem reorū: quia nec longum spatium interponitur, nec is actus qui contrarius [e] sit obligationi.

Disparitas qualitatis quæ speratur reduci ad paritatem: non vitiat constitutionem correorum. Bar.

VII. FLORENTINVS *libro octauo Institutionum.*

EX duobus reis promittendi alius in diem vel sub conditione [f] obligari potest nec enim impedimento erit dies aut conditio quo minus ab eo qui purè obligatus est, petatur.

Si in vnius persona non consistit obligatio: alter tenetur in solidum si tāquam duo rei se obligant. alias in virilem. Bar.

a Modici & prolixi interualli differentia.

c ¶ *Modicum.* licèt autem tempus prolixum possit impedire: modicum [b] tamen &c. *& ad hoc.* ℥. *de verbo. obligat.leg.j. §. qui præsens. & leg.continuus. in princip. & de vi & vi arma.leg.iij. §. cum igitur. & infra de adul. quod ait. & supra de testa. hered.s. §. fina. & ℥. ad legem Falcid. l. j. §. item si ita legatum. ibi, & quod dixi incontinenti.* Sed contra supra *eodem. l. in duobus. circa princip.* Solu. vt ibi. Accur.

b Modicum interuallum actum, eiusque continuitate, non impedit: vt quod modico post tempore actum fuerit, in continenti actum videatur.

ADDITIO. Dic secundùm Barto. quòd inter interrogationē & responsionem eiusdem, actus cōtrarius, vel longum interuallum impedit constitutionem, vt hic: sed longum interuallum inter obligationem vnius & alterius non vitiat.

d ¶ *Interrogatus* [c]. idem in instrumēto, si forte velit secūdo interrogatus primo fieri instrumentum super responsione primi interrogati & respondentis quàm ipse respondeat.

c Stipulatio valet, si te interrogē, promittis mihi. c. ducatos? & dico, facias hoc scribere: & postea respondes, promitto: & censetur facta nō ex interuallo, sed incontinenti: prout sequitur per Bart. l. 1. l. de verb.oblig. & l.continuus. in. Bol.

e ¶ *Contrarius.* accipe cōtrarium omnem actum præter obligationem: vt & ibi: Qui non est mecum &c.

EX *duobus.*] CASVS. Stipulor à Titio & Mæuio cētum aureos. Titius pure mihi promittit. Mæuius autē sub conditione si nauis ex Asia venerit. an talis stipulatio valeat? Respon. quòd sic. Sed ponamus quòd conditio nō adhuc existat: an interim possim exigere ab eo qui pure promisit totam summam? Dicitur quòd sic. Franc.

f ¶ *Sub conditione.* sup. & [d] alius pure: *vt Institu.eod.§.fin.& infra eod.l.eandem.in fine.* Item vnus ciuiliter & naturaliter, & alius naturaliter tantum: *vt infra eod.si ex duobus.§.fin.* Sed contra *infra eod.l.eandem.§.sed si quis.* vbi disparitas culpæ impedit. Sed ibi erat obligatio re interposita: hic verbis. 2 Vel ibi culpæ est disparitas: & sic quodammodo quantitatis: hic qualitatis diei vel condi. Sed quare secus ibi dices. Item contra infra eo. *si id quod ego.§.idémque sit.* Sed ibi re plus est in vna: hic tempore. & patebit ratio in d.l.eadem.

d Reorum aliis, purè vel naturaliter: alius sub conditione, in diem vel de... inter obligari potest. Quòd si vnus culpæ leuis præstationem ... promisit, alter non promittit ... non censetur ... vero ... hac ... obi.

HIs *verbis.*] CASVS. Inueni quoddam instrumentum in quo scriptum erat: Nos Titius & Seius quæ præstari tibi Mæuio stipulanti spopondimus, ea soluere volumus. constabat vnum reorum scilicet Titium non fuisse præsentē in stipulatione. quæritur, vtrum Seius in solidum teneatur? Distinguitur. aut actum est vt essent duo rei promittendi: & tūc solus Seius qui præsens fuit, obligatur. sin autem non sit hoc actum: tunc Seius obligabitur tantum pro sua parte. Fran.

g ¶ *His verbis.* id est significatione horum verborum quæ sequuntur, eáque &c. & sic quę breue. potest etiam longum esse: & dic quòd inueniebatur in quodam instrumēto duos promisisse, putà Stichum & decem, constabat vnum de promissoribus fuisse absentem: & inter absentes promisisse: & alium inter præsentes: & quærebatur an præsens teneretur in solidum: & respondi, interesse quid inter contrahentes actum sit, quorum scilicet voluntate hæc scripta sunt.

h ¶ *Facti sint.* quo ad propositum. nam vnus non tenetur: vt subiicit. Accur.

i ¶ *Non teneri.* vt & ℥. *titu.j.l.j.in prin.*

k ¶ *Si minus.* id est si non sit actum vt sint duo rei debendi *& facit infra eod.leg.reos. §.cum tabulis.* & non est contra infra eo. si id quod. vbi imparitas impedit: quia & hic impedit vt non sint duo rei, sed vnus reus.

VIII. VLPIANVS *libro primo Responsorum.*

HIs verbis [g], *Eáque præstari stipulanti tibi spopondimus:* interesse quid inter contrahentes actum sit. nam si duo rei facti sint [h]: eum qui absens fuit, nō teneri [i]: præsentem autem in solidum esse obligatum: aut si minus [k], in partem fore obstrictum.

Re, verbis, consensu, testamento, possunt constitui duo rei. Bar.

IX. PAPINIANVS *libro vicesimoseptimo Quæstionum.*

EAndem rem apud duos pariter deposui, vtriusque fidem in solidum secutus: vel eandem rem duobus similiter commodaui: fiunt duo rei promittendi [l]: quia non tantùm verbis stipulationis. sed & cæteris contractibus [m], veluti emptione, vēditione, locatione [n], conductione, deposito, commodato [o], testamento: vt puta si pluribus heredibus institutis testator dixit: *Titius & Mæuius* [p] *Sempronio decem danto* [q].

Imparitas culpæ ab initio vitiat constitutionem duorum reorum: secus si ex postfacto.

1. ¶ Sed si quis in deponendo penes duos, paciscatur vt ab altero culpa [r] quoq. pręstaretur: verius est nō esse duos reos à quib' impar suscepta est obligatio [f].

EAndem rem.] CASVS. Textus iste vsque ad §. sed si quis. satis planus est. abinde vsque ad l. sequen. pone sic casum. Deposui rem apud duos: Titium scilicet & Mæuium. certum est quòd in deposito depositarius tenetur tātùm de dolo & lata culpa. nūc ergo pactus sum cum Titio quòd ipse etiam culpam leuem præstaret si depositū interiret. certe hic nō sunt duo rei: quia obligatio est impar in eorum persona: cū vnus strictiùs sit obligat' quā alter. Si autem ab initio sum pactus cum ambobus vt mihi de leui culpa ambo tenerentur: post modū vni eorum putà Titio remitto culpā, ita vt tantùm de dolo teneatur: propter hanc secundam pactionē nō mutatur prima, ita vt Mæuius liberetur à culpæ pręstatione quę ab initio fuit promissa post facit conclusionem suam ibi: quare &c. si isti depositarij sunt socij, & intercessit communis culpa in deposito: pactum factum cum vno de culpa remissa, proderit alteri. [CVM DVOS.] Titius erat Mediolani, Mæuius autem Florentiæ: vendidi eis ambobus per nuntium vel epistolam certas merces vsque ad summam mille aureorum: quia mihi promiserunt se soluturos illa mille Capuæ. hic quæritur. qualis ratio debeat haberi istorum duorū emptorū: quia quādo quis promittit certo loco soluere, est habenda ratio quòd illuc possit peruenire. cum ergo vnus sit Mediolani: longius distat à Capua quàm ille qui est Florētiæ. habebitur ergo ratio vtriusque diuersimodè: secundum quod vnus longius est, alter verò propius. Fr. Accur.

l ¶ *Promittendi.* large [a] accipe, id est debendi: vt [b] & verbum credendi: *vt & supra si cer.peta.l.j.* Sed hodie [c] secus: quia non tenentur in solidū: seu non fiunt duo rei debendi: nisi hoc agatur: *vt in Authen. de duob.reis. in princi. col. vij.* Et facit ad primum. ℥. *depo.leg.j.§.si apud.* Ad secundum supra *commo. si vt certo. §. fina.* Accursius.

a Promittere pro debere ex quacunque causa.

b Promittendi & credendi latissima significatio est.

m ¶ *Contractibus.* supple [d] fiunt duo rei promitēdi, secundum M.

c Duo rei promittendi verbis hodie nō fiunt, nisi hoc expressè agatur.

n ¶ *Locatione.* vt *& supra loca. item quæritur.§.duo.& leg.cum apparebit.*

o ¶ *Commodato.* & mandato, etiam si hoc non agatur expressim: secundum quosdam: *vt ℥.manda.l.creditor.§.duobus.& facit ℥. de consti.pec.si duo.& de insti.habebat.§.si duo.*

d Duo rei fiūt ex quocunque contractu, etiam sine verbis inito.

p ¶ *Mæuius.* scilicet heres.

q ¶ *Danto.* vtriusque fidem in solidum secutus: *vt in prin.l. dixit* & sic non est contra. *j.eo.fine.*

r ¶ *Culpa.* leuis [e]: de qua sine pacto non tenetur: *vt ℥.depo. l. j. §. si conueniat.& §.si quis seruum in fin.*

e Depositarius de leui culpa, sine pactiono tenetur.

f ¶ *Est obligatio.* pura. Sed contra. ℥ *eo.ex duobus* Solu. vt ibi. & eodem modo solue *quod est Insti.eo.§.fin.* Sed qualiter hæc imparitas vitiat, & non illa quando vnus pure, & alter in diē vel sub conditione? Respon. quantum ad conditionem non est quæstio, cum non interim sit obligatus. quantū ad diem, dic idem quo ad effectum:

effectum:sed hic vterque pure & efficaciter tenetur. Item quãdo vnus pure, alius in diẽ vel sub cõditione:nullus extraneus actus assumitur:sed ab initio sic obligatur. & illa est natura cõtractus, quòd sic fieri possit. at quando culpa promittitur: extra naturam contractus hoc fit. Item secundùm R. ille qui in diem vel sub cõditione promisit, adueniẽte die vel cõditione pure tenetur vt alius, & sic omnino est par: quę paritas hic non separatur. Ioan. & per hoc etiã patet ratio diuersitatis inter legem illam, ex duobus *& inf. l. eod. l. si id quod.* Accur.

Non idem probandum est cum duo quoque [a] culpam promisissent. si alteri postea pacto culpa remissa sit: quia posterior cõuẽtio quæ in alterius persona intercessit, statum & naturam obligationis quæ duos initio reos fecit, mutare non potest. quare si socij sint [b], & communis culpa intercessit: etiam alteri pactum cum altero factum proderit [c].

Disparitas locorum non impedit constitutionem reorum. Bar.

2. ¶ Cum duos promittendi facerem [d], & ex diuersis locis Capuæ pecuniam dari stipulatus sim: ex persona cuiusque ratio proprij temporis [e] habebitur. nam & si maximè [f] parem causam suscipiunt, nihilominus in cuiusque persona propria [g] singulorum consistit obligatio.

Correus non socius opponit compensationem de eo quod alteri correo debetur. Accur.

x. IDEM *libro trigensimoseptimo Quæstionum.*

SI duo rei promittẽdi socij † non sint: non proderit alteri [h] quòd stipulator alteri reo pecuniam debet.

Duo rei possunt inuicem fideiubere: & potest actor actionem diuidere quo ad quantitatem, & quo ad petendi modum. Bartolus.

a ¶ *Quoque.* id [a] est æqualiter, sed certe idem in hoc videbatur quod in superiori: *vt in argu. contra sup. de in rem verso. si pro patre. §. versum. & de condi. in* de sufficit. *& j. de fideius. si à reo. §. sub diuersis.* sed ille quo ad duos contractus.

a Quoque, p[er] equaliter, vt hic & per Bal. in practica ti. de signi. verborum.

b ¶ *Sint.* Ergo nõ videntur fideiubere nisi sint socij: *vt hic, & argumen. supra proxim.* Respon. quia si remittitur vni culpa, & ille esset principalis: minus quàm correus teneretur.

c ¶ *Proderit.* facit *sup. de pac. idem. & de arbi. si duo. & sup. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu. & l. si et qui duos. & inf. rem ra. ha. si quis.* Accu.

bPactũ vnius alteri quandoque prodest.

d *Facerem.* isti facti sunt non verbis, cum inter absentes: sed [c] alis cõtractibus per nuntium, vel per epistolam. Et quod infra dicit, stipulatus sit dic. i. dari conuenit. & promittendi. i. debendi. Vel etiam in stipulatione poni potest. sed tunc est contra *sup. eod. l. duos. §. fi.* Sed certe & hic potest fieri incontinenti, si ego hic, & seruus meus Mutinę eadem decem à diuersis stipulamur: cum de hoc eũ fecerim certũ *arg. sup. tit. j. l. f. §. si inter.* Vel etiam egomet. nec [d] videtur contrarius actus si ad illum locum vadam ad stipulandum: dum alia extranea interim non faciam: vt dicimus in eo qui incontinenti possessionem recuperat: *vt sup. de vi & vi arma. l. iij. §. cu igitur. & pro hoc facit sup. eo. l. in duobus in prin.* Acc.

† Socij autem non sunt, inter quos non conuenit vt lucrum & damnum esset cõmune. *vt de l. si vnus ex socijs pro socio.*

c Absentes cõtrahimus per nuntium vel per epistolã.

d Contrarius actus in stipulatione, qui dicatur.

e ¶ *Proprij temporis.* quo potuerit illuc venire: cũ vnus plus quàm alius distet: *vt sup. de verb. obli. interdum. & inf. de fideius. si testamento. §. fi.* sic & quandoque vnus pure, & alter sub conditione vel in diem promisit. nec est hic imparitas quæ vitiet, cum adueniente die vtriusque tacite intell. &to efficaciter & æqualiter ambo teneantur.

f ¶ *Maxime.* quia maxime videbatur ad id quod dixerat remouendum. tale maxime est *C. quod me. cau. l. ij. & inf. de capti. l. in bello. §. medio. versi. sed captiui.*

g ¶ *Persona propria.* ea tamen dicitur communis: *vt inf. de sol. qui hominem. §. j.* & vna, ex eo quòd vna solutio vtrumque liberat: *vt sup. eo. in duobus. §. si quæ sunt contra.*

SI duo rei.] CASVS. Titius & Seius promiserunt mihi summã centum aureorum. ego debebam Titio summam. l. aureorũ. petij à Seio c. mihi promissa. Seius vult cõpensare l. quæ ego debeo Titio. an possit? Distinguitur vtrum isti duo rei sint socij, vel nõ. si sunt socij, Seius poterit compensare: aliàs non. Fran. Acc.

h ¶ *Alteri.* vt scilicet compensare [d] possit, cũ alius fit: *vt C. de compe. l. eius.* secus autem in fideiussore: *vt sup. de compe. l. si quid.* & sic apparet istos non videri fideiubere inuicem inter se. secus si essent socij: vt in pacto prodesset vni factum pactum etiam alteri: *vt sup. de pactis l. idem. & facit sup. l. proxi. §. pen.* & quod ibi de hoc dixi. Acc.

REos promittendi.] CASVS. In l. ista Gloss. ponit casum vsque ad §. cum tabulis. [CVM TABVLIS.] Textus procedit per terminos ponendo casum: & in summa hoc vult dicere. duo rei stipulandi aut promittendi non fiunt nisi hoc expressè dicatur. Franc. Accur.

i ¶ *Reos promittendi.*] CASVS. Duo [a] rei promittendi videntur fideiubere: scilicet si socij sunt: vel si est actum: non aliàs secundum Io. *vt not. supra ad Velleia. leg. vir vxori. in fin.* pro parte ergo tenetur vnusquisque vt principalis. & pro parte vt fideiussor: poterit itaque creditor actionem suam diuidere: scilicet vt vnumquẽque pro parte conueniat tanquam reos. nõ enim cogẽdus est: sed eundem in totum potest conuenire: in dimidia scilicet vt reum principalem: in alia vt fideiussorem. & ad hoc *C. de fideius. tuto. l. j.* & idem in duobus reis. Accur.

a Rei duo promittendi fideiubere videntur, si sunt socij. vel si actũ est inter eos.

xi. IDEM *libro vndecimo Responsorum.*

REos promittendi [i] vice mutua fideiussores non inutiliter accipi [k] conuenit. reus itaque stipulandi actionem suam diuidere [l] si velit (neque enim diuidere cogendus est) poterit eundem vt principalem reum [m], item qui fideiussor [n] pro altero extitit, in partes conuenire [o]: non secus ac si duos promittendi reos diuisis actionibus [p] conueniret.

Plures intelliguntur in dubio viriliter obligari, & viriliter stipulari, nisi aliud actum sit. Bart.

1. ¶ Cum tabulis [q] esset cõprehensum, illum & illum centum aureos stipulatos: neque adiectum, ita vt duos rei stipulandi essent: virilem partem singuli stipulati videbantur [r].

2. ¶ Et è contrario, cum ita cautum inueniretur: *Tot aureos rectè dari stipulatus est Iulius Carpus: spopondimus ego Antoninus Achilleus, & Cornelius Dius:* partes viriles deberi: quia non fuerat adiectum [f] singulos in solidum spopondisse, ita vt duo rei promittendi fierent.

Interuallum inter interrogationem & responsionem impedit respondentem obligari. Bar.

k ¶ *Accipi.* à iure, si socij sunt. vel accipi à creditore, cum est actum: M. etiam in non sociis. & si hoc nõ est actum dicit idem.

l ¶ *Diuidere.* conueniendo vtrũque in dimidia vt principalem: vel conueniendo vtrunque vt fideiussorem alterius: cum iure [b] isto fideiussor possit iure conueniri ante reum: *vt C. de fideiuss. leg. iure nostro.* non autem dicas quòd vnum vt principalem, alium vt fideiussorem cõueniat, & exigat in solidum: quia in quouis est principalis, in eodem alius est fideiussor. & sic bis idem exigeretur.

b Fideiussor iure nouo ante reum conueniri regulariter non potest.

m *Reum.* scilicet in dimidia.

n ¶ *Qui fideiussor.* de eodem dicit, qui pro parte vt reus principalis, & pro parte vt fideiussor conuenitur. 2. Vel dic quòd vnum de reis conuenit vt fideiussorem alterius. *vt inf. eo. l. duos. §. duob.* & secundùm hoc erit exemplum quando diuidit: sed superiori expositione quando non diuidit.

o ¶ *Conuenire.* & sic solidum habebit ab vno.

p ¶ *Diuersis actionibus:* id [c] est contra diuersos intentatis. vna tamen est actio: *vt supra eodem. l. in duobus. in fin. & facit infra de fideiuss. inter eos. §. duo. & supra eodem. leg. in duobus. §. vbi.* Accursius.

c Diuersæ actiones, pro actionibus cõtra diuersos propositis.

q ¶ *Cum in tabulis.* quibus scripta est stipulatio.

r ¶ *Videbantur.* hoc verum in diuiduis [d]: secus in indiuiduis: *sed per ius auth.* idem in vtroque casu.

r ¶ *Videbantur.* nisi aliis indiciis contra probetur, non tamen scriptura repugnat.

d Diuidui & indiuidui differentia varia tur in re, reorũ stipulandi: priore casu viriliter: alter o in solidum stipulantur.

f ¶ *Adiectum.* expresse, vel tacite: sed hodie expresse, & sic addit authen. de duobus reis. 2. Vel dic quòd in hoc non addit quia & olim erat necesse exprimi. sed in hoc, quia etiã si exprimitur: hodie tamen non in solidum, si sunt soluendo & præsentes, sed in partes conueniuntur. hoc ergo hic dicit, quòd si [e] instrumentum contineat eos sic obligatos, præsumitur viriliter. *& ad hoc sup. de re iudic. l. Paulus & C. si plures vna sententia l. j. si quis testamento Titio & de lega. ij. si pluribus.* Accur.

e Rei promittendi plures si sint in vno instrumento obligatorio descripti, ad præsumantur viriliter obligari: & ap in solidum possint conueniri, an verò in partes.

SI ex duobus.] CASVS. Volebã mihi constituere duos reos promittendi, Titium & Semproniũ. interrogaui hodie Titiũ pro mittis mihi c. ille promittit: cras interrogo Sẽproniũ, & ipse etiã mihi promittit. Dicitur hic quòd nõ sunt duo rei stipulandi: nec Sẽpronius obligatur qui postera die respondit, nã stipulator ad alios actus discesserat: licet postea reuersus fuerit. [SI A TITIO.] Stipulatus sum a Titio libero homine & Pamphilo pupillo c. aureos. certũ est quòd pupillus sine tutoris authoritate non potest

obligari. an ergo duo rei promittendi fiant? Respon. quod sic: sed Titius solus erit obligatus. Item si stipulatus sum à Titio pupillo & Sticho seruo: dominus quidem serui conuenitur in solidum pro seruo suo actione de peculio ac si Stichus liber fuisset. Fran.

a ¶ *Si ex duobus*. simul interrogatis. M.

b ¶ *Hodie*. ex conuentione nuda praecedenti. Azo. Vel tacite: quia hodie interrogatur.

c ¶ *Alter ab altero*. id est sine altero. ab enim separationem notat.

d ¶ *Postera*. i. die postea sequenti. dicitur enim posterus, postera, posterum.

e ¶ *Responderit*. ideo quia non statim post interrogationem respondit: *vt supra titu. j. l. j. §. qui praesens & leg. continuus. in principio.* Sed quid si hodie vnum interrogo, & respondet: cras alium de eadem re, & hoc acto vt sint duo rei debendi? Videtur quòd teneantur, *vt supra eodem. leg. in duobus. in principio. & l. eandem. in fine.* Econtra quòd non teneantur: *vt his, & supra eodem. duos in fine.* ¶ Sed an vt fideiussor? Respondeo, non: quia contrarium agebatur, scilicet vt esset reus, non fideiussor: & sic potest quod nó vult: & quod vult, non potest: *vt Cod. si quis alteri vel sibi. leg. multum.* Azo. Sed dic vt infra *eodem titu. si id quod. in fine notatur.* Accur.

* Vide Alciat. lib. 2. para. c. 3. ab pro sine: & separationem denotat.

† Flo. prolatos. pro quo alij substituerunt, probatur.

XII. VENVLEIVS *lib. secundo Stipulationum.*

SI ex duobus [a*] qui promissuri sint, hodie [b] alter, alter [c] postera [d] die responderit [e], promitto: † non esse duos reos: ac ne obligatum quidem intelligi eum qui postera die responderat: cùm actor ad alia negotia discesserit: vel promissor, licet peractis illis rebus responderit.

Disparitas in obligationis substantia non impedit duorum reorum constitutionem. Bar.

1. ¶ Si à Titio & pupillo sine tutoris auctoritate [f] stipulatus fuero eadem decem, vel à seruo [g], & quasi [h] duos reos promittendi constitui [i]: obligatum Titium solum Iulianus scribit: quamquam si seruus spoponderit [k], in actione de peculio eadem obseruari debent, ac si liber fuisset [l].

Duae obligationes paris potentiae inuicem non tollunt se: sed magis potens tollit minus potens. Bartolus.

XIII. IDEM *libro tertio Stipulationum.*

g Pupillus locupletior factus etiam sine tutoris auctoritate, tenetur etiam ciuiliter.

f ¶ *Auctoritate*. nec etiam est locupletior: aliàs teneretur etiam ciuiliter [g]: *vt sup. de auctor. tut. l. v. §. pupillus.*

g ¶ *A seruo*. non gerente negotium peculij: nec etiam fideiubet: & sic naturaliter tenetur.

h ¶ *Quasi*. cum reuera non fit.

i ¶ *Constitui*. quantum ad destinationem. Azo. & est verbum infinitiui passiui.

k ¶ *Spoponderit*. non tamen animo donandi. tunc enim de peculio cessaret actio. & secundùm hoc puncta ibi, spoponderit. Vel post dictionem, peculio, puncta. & dic, in actione de peculio, id est in aliquem actum pertinentem ad peculiú. & quod subiicit, seruari debent, scilicet in actione de peculio. & sic in idem recidit. Vel dic quòd spopondit extra peculium: & tamen dominus tenetur de peculio: quia non videtur fideiubere. tunc enim secus esset. nam etiam de peculio non teneretur dominus: *vt sup. de peculio. licet §. si filius.* ¶ Et secundùm hoc est arg. hic quòd [e] non videantur inuicem fideiubere duo rei: *vt sup. ad Velleia. vir vxori. in fine.* Acc.

e Fideiubere inuicem non videntur duo rei.

l ¶ *Fuisset*. vt in solidum conueniantur si tantum est in peculio M. sicut liber homo in solidum conueniretur. erunt ergo duo rei promittendi seruus & Titius: quamuis ab altero in solidú, id est à Titio: à domino vero nomine serui peculio tenus sit cósecuturus. nec propterea est dicenda dispar obligatio: quoniam aequaliter quo ad partem tenetur quilibet naturaliter. quamuis persecutio est dispar: sicut & alias dicitur aequalis quamuis dilatio sit impar: *vt & sup. eo. l. eandem §. fi. & l. ex duobus.*

SI *reus promittendi.*] CASVS. Stipulatus sum à Titio & Maeuio c. ducatos: & sic sunt duo rei. moritur Titius: cui Maeuius correus suus est heres. dicitur hic quòd Maeuius sustinet duas obligationes in se principales: vnam propter se, alteram propter Titium. Sed videtur quòd extinguatur vna istarum. nam cum fideiussor succedit reo principali, aut reus principalis fideiussori obligatio fideiussoria extinguitur: & remanet principalis. ergo hic à simili fieri debet. Sed respon. quòd non est idem: quia hic sunt duae principales obligationes: & vna non perimitur per alteram: sicuti contingit in obligationibus accessoriis & principalibus. Idé est & si reus stipulãdi alteri reo heres extiterit. Fr. Acc.

a Obligationibus duabus existentibus inuicem, vtra illarum tollatur.

m ¶ *Si reus*. aut obligationes [a] sunt pares, aut impares. si pares, & vnus alteri succedat: vt putà reus debendi reo alteri: vtraque remanet. si impares, vt si reus fideiussori vel ecótra succedat: remanet principalis, & accessoria tollitur.

SI reus [m] promittendi altero reo [n] heres extiterit: duas obligationes eum sustinere [o] dicendum est. Nam vbi quidem altera [p] differentia obligationú esse possit, vt in fideiussore & reo principali: constat alteram ab altera perimi [q]. Cùm vero eiusdem duae potestatis sint: non potest [r] reperiri qua [*] altera potius quàm alteram consummari: ideoque & si reus stipulandi heres extiterit [s]: duas species obligationis eum sustinere [t].

n ¶ *Alteri*. reo. i. correo.

o ¶ *Sustinere*. quia in solidum suo nomine qui superest tenetur, & in solidum nomine mortui: *vt sup. de usu. empt. l. non est nouum.*

p ¶ *Aliqua*. aliàs altera.

q ¶ *Perimi*. putà accessoriam [b] per principalem: *vt & inf. titu. ij. heres. §. quod si stipulator. versi. quod si id. m. & l. Lucius & l. Vtanimus ij. resp.* Acc.

b Accessoria obligatio, principali extincta tollitur.

* quare altera potius quàm altera consumatur. Ant. Aug. lib. 1. c. 1. putat legendum qua alteram potius quam alteram.

r ¶ *Non potest*. & ideo vtraque remanet, siue sint ambae principales, siue ambae accessoriae: *vt & infra tit. ij. leg. generaliter & l. g. si reus. & leg. heres. §. non est.*

s ¶ *Extiterit*. scilicet alteri reo stipulandi. M.

t ¶ *Sustinere*. exacto tamé ex vna, vtraque tollitur. & vtroque casu. & quae sit vtilitas quòd vtraque remanet, habes *i. f. de solu. si duo. & facit §. de actio. emp. l. de non est. & de separa. l. debitor.*

t ¶ *Sustinere*. Quia [c] potest solidum debitum ex persona heredis petere, & solidum ex persona decedentis. Acc.

c Debitum solidum ex persona testatoris potest quis petere: & illud idem & solidum ex persona heredis.

XIIII. PAVLVS *libro secundo Manualium.*

ET stipulationum [u] praetoriarum [x] duo rei [y] fieri possunt.

Disparitas rei debitae vel causae debendi, impedit duorum reorum constitutionem. Bar.

XV. GAIVS. *li. secundo de Verborum obligationibus.*

SI id quod ego & Titius stipulamur, in singulis personis [z] proprium [a] intelligatur, non poterimus duo rei stipulandi [b] constitui: veluti cum vsumfructum [c].

ET *stipulationum.*] CASVS. Tu & Titius aedificabatis in solo meo, nuntiaui vobis opus nouum. vos ambo promisistis mihi quòd si appareret male aedificatum, quòd opus destrueretis. nunquid estis facti duo rei promittendi? Respon. quòd sic. nam & praetoriarum stipulationum possunt fieri duo rei stipulandi & promittendi. Fran. Accu.

u ¶ *Et stipulationum*. vt dam. infe. & similium, quas habes *inf. de praeto. stipu. l. j.* Accur.

x ¶ *Praetoriarum*. q. d. nedum conuentionalium.

y ¶ *Duo rei*. debendi, non stipulandi: cum tantum proprium interesse veniat: *vt inf. rem ra. habe. si procurat. & arg. inf. l. proxim.*

ADDITIO. Dic istud esse verum nisi certa quátitas exprimatur quia tunc possunt duo rei constitui, secundùm Bar. hic.

SI *id quod.*] CASVS. Glo. ponit casum quae est super verbo, cum vsufruct. vsque ad §. idemque. [IDEMQVE.] Titius & Seius stipulati sunt à Sépronio x. & Stichú seruum qui erat Titij. certe hic non possunt esse duo rei stipulandi. nam Seio possunt deberi x. aut Stichus: Titio vero tantum x. quia nemo potest ré suã sibi dari stipulari. cú igitur Stichus sit ipsius Titij: non potest eú stipulari. Et hoc est verú intantú quòd si Sépronius Titio vel Seio soluerit x. vel Seio Stichum, nihilominus manet obligatus alteri. post haec corrigit istud vltimum dictú, & dicit quòd si Sépronius soluerit x. vni eorum, quòd ab altero liberatur. Fran. Acc.

d In singulis personis propriú esse quod vsusfructus, quem plures stipulantur, non debetur tanquã pluribus reis creditoribus. Cur ita? nó quod fundus in hac hypothesi erat stipulatoris, vt Gloss. hic dixit. sed quod vsusfructus non potest esse idem in persona vtriusque sed in persona cuiusque. Aliud est enim vsusfructus in persona mea aliud in alterius. vnde cóstat diuersitatem in se impedire constitutionem duorum reorum.

z ¶ *In singulis personis*. i. [d] singulariter in persona vnius nostrum intelligitur.

a ¶ *Proprium*. i [e]. proprietas inseparabilis: & non in alterius: vt quia talis res est quae vni tantum nostrum acquiri potest.

b ¶ *Stipulandi*. vt vtrique in solidú debeatur tanquã principali.

c ¶ *Cum vsumfructu*. putà duo stipulamur vsumfr. formalem fundi mei à Titio: & sic mihi non potest quaeri, cú [f] res mea nó potest mihi seruire [g]: *vt sup. si vsusfr. pe. l. vtifrui.* & est sic quando nos duo stipulamur rem quae vnius est nostrú, dari: secus [h] si tradi: *vt i. tit. j. l. item si seruus. 2.* Vel pone secundo, quòd duo stipulantur à Titio in solidum vsumfruct. eiusdem fundi qui erat Titij: & sic non poterit in solidum acquiri. Sed an pro parte acquiritur, dubium est secundùm Io. quod non erit dubium si ponas nos ab initio pro partibus expresse stipulatos. cú diuisioné [i] haec seruitus recipiat:

f Seruire non potest res sua & propria. g Propriú & proprietate.

h Dari & tradi differentia.

i Vsusfructus diuisionem recipit.

piat: vt l. ad l. Falcid. l. j. §. si vsusfr. vt ergo vna nupta duobus, ita nec [a] vsusfru. duorum potest esse insolidum in eadem re: vel deberi duobus: vt hic dicitur.

a Vsusfructus duorum esse non potest in solidum in vna & eadem re.

a ¶ *Nomine.* pro ea quæ est, vel futura est vxor alicuius nostrum, nam dos [b] sine matrimonio esse non potest: *vt Cod. de dona. ante nupt. leg. fina.* nec deberi [c] nisi contrahenti matrimoniũ, scilicet vt principali creditori, & sic non duobus, cum duobus nupta esse non possit: *vt infra eod. l. le. item si alter* licet tanquam procurator nomine viri alius possit eandem do tem stipulari: *vt supra de iure do. l. si mulier.* & ita demum contracto matrimonio debetur: *vt supra de iure do. stipulationem.* Accursius.

b Dos sine matrimonio esse non potest.

c Dos nõ debetur nisi cõtrahenti matrimonium.

aut dotis nomine [a] dari stipulemur: idque & Iulianus scribit. Idem ait [b] etsi Titius & Seius decem, aut Stichum qui [c] Titij sit, stipulati fuerint: non videri eos duos reos stipulandi: cum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decem debeantur [d]. quæ sententia eò pertinet, vt quamuis vel huic vel illi decem soluerit, vel Seio Stichum: nihilominus alteri obligatus maneat [e]. sed dicendum est, vt si decem altero soluerit, ab altero [f] liberetur [g].

Vnus ex reis credendi lite contestata perimit ius alterius. Bart.

XVI. IDEM *li. tertio de Verborum Obligationibus.*

EX duobus reis stipulandi si semel vnus egerit [h]: alteri promissor offerendo [i] pecuniam, nihil agit [k].

Videntur heredes in dubio grauari pro portionibus hereditariis. Bartolus.

b ¶ *Idem ait.* vt non possint fieri duo rei stipulandi in solidum.

c ¶ *Qui.* scilicet Stichus.

d ¶ *Debeantur.* & sic proprium est in Seio vt ei tantum alternatiua quæsita sit stipulatio: sed alteri adquisita est in decem, vt hic dicit, debeantur. & intra subiicit, obligatus manet &c. ¶ Et caue quòd tam in primo casu legis, quàm hoc secundo est imparitas in re quæ in stipulationem deducitur: cum plus vni quàm alteri quæratur, vel vni soli. & sic supra eodem l. eandem. §. sed & si quis. secus si æqualitas, vt dixi s. eo. l. ex duobus. Et hic etiam non obstat supra eod. *si ex duobus.* §. *fi.* quia non [d] fuit ibi rei imparitas, imò æqualitas vsquequo durat peculiũ. 2. Vel ibi persona promittentis facit imparitatem rei: hic persona stipulantis, vel saltem vtriusque. Acc.

d Hoc est, imparitas ibi spectatur reducit ad paritatẽ.

e ¶ *Maneat.* stricto iure. nam si Titio decem soluit, remanet obligatus Seio in Stichum vel decem. Item si soluit Seio Stichũ vel decem remanet obligatus Titio in decem: nam ex quo non sunt duo rei stipulandi, imparitate impediente: solutione vni facta, nõ liberatur ipso iure ab vtroque. ex quo enim nõ sunt eiusdem rei stipulationes, ergo diuersarum: & sic alia decẽ Titio, & alia decem vel Stichus debentur Seio. sed hoc est contra mentẽ stipulantium. & ideo de æquitate dic, quòd si decẽ vni soluit quę communiter vtrique debebat: ab vtroque liberetur per except. sed si essent duo rei, tunc ipso iure: *vt supra eod. l. ij.* Sed quid si Seio Stichum soluit: nunquid à Titio de decem liberatur? hoc non aperit: sed potest dici idem, nam quæ æquitas est vt decem vni solutis, ab vtroque liberetur, scilicet contrahentiũ voluntas: hæc eadem est soluto Sticho Seio: quia hæc fuit volũtas vt semel alterum eorum alteri solueretur. Item si Seio Stichum soluat, constat eum liberari ab eodem Seio de decem: ergo & à Titio: cum de eisdem decem de æquitate sentiat. Ideo autem de Sticho non repetit, quia dicit decem solui alteri: quod dici non poterat de Sticho vt alteri cuiquam eorum soluendo, ab altero liberetur. nã non vtrique, sed alteri tantum poterat solui. non enim ad solutionem tantum Titio [e] faciendam de Sticho est appositus Titius: imò ad obligationem: quæ obligatio cum non possit ei quæri, nec solui poterit ei: *vt supra de verborum oblig. l. si duo rei.* Acc.

e alias Seio.

f ¶ *Ab altero.* Not. quòd ad [f] hoc vt duo rei sint stipulandi, oportet quòd stipulentur rem talem quæ vtrique acquiri possit. Azo.

f Duo rei stipulandi esse non possunt, in ea re quæ vtrique adquiri non potest.

g ¶ *Liberetur.* de æquitate. Acc.

EX *duobus.*] CASVS. Titius & Mæuius stipulati sunt à Sempronio centum de iure ita est quòd vni soluendo reus ab altero liberatur. sed ponamus quòd Titius petit, & litem est contestatus contra Sempronium. post hoc iste Sempronius offert pecuniam Mæuio. an liberetur à Titio? Respon. quòd non: quia Titius præuenit litem contestando. Fran. Accur.

g Agis qui litem contestando.

h ¶ *Egerit.* litem [g] contestando &c. sic & *infra de fideiuss. si reum.*

& *supra eodem l. ij.* & *supra de procura. l. pluribus* & *infra de solu. si quis stipulatus fuerit xxu mille.* & *supra de const. pecu. idem est.* Idem est in acceptila. & iureiur. ab vno delato: *vt infra de accept. l.* & *per iusiurandum. §. fina.* & *supra de iureiurand. l. duobus.* secus in pacto: *vt in argumen. contra supra de pact. si vnus. j. respon.* Vel ibi secundùm Azo. forte erant socij: hic non. Vel secundo hic egit vnus, & succubuit: *vt argumen supra de arbit. si duo.* Vel obtinuit, & exegit: *argumen. supra de pecu. l. quotiens. §. si creditor.* Accur.

XVII. PAVLVS *li. octauo ad Plautium.*

SIue à certis personis heredum nominatim legatum esset, siue ab omnibus [l] excepto aliquo: Atilicinus, Sabinus, Cassius, pro hereditariis [m] partibus totum eos legatum debituros aiunt: quia hereditas eos obligat. Idem est cum omnes heredes nominantur.

Factum vnius ex reis debendi, nocet alteri. Bart.

XVIII. POMPONIVS *li. quinto ex Plautio.*

EX duobus [n] reis eiusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet [o].

Si persona vnius ex reis debendi ab obligatione eximitur, alter remanens non liberatur: & potest illi obligationi fideiussor credere. Bart.

XIX. IDEM *li. Digesimoseptimo ad Quintum Mutium.*

CVm duo eandem pecuniam debent: si vnus capitis deminutione exemptus est obligatione [p], alter non liberatur.

i ¶ *Offerendo.* & soluendo. Accur.

k ¶ *Nihil agit.* quantum ad liberationem.

SIue. Intelligas [a] legem istã in appellatiuis nominibus dicendo: lego rem talem dandam à primo & à secundo: tertio excepto. vel dixi dandam à primo. isto casu pro partibus hereditariis tenentur. secus si propriis nominibus appellasset. nam tunc viriliter tenerentur. si [b] verò ab omnibus excepto vno; vel ab omnibus nullo excepto, tunc non viriliter, sed pro partibus hereditariis teneantur. Acc.

a Legetur ab aliquibus sub nomine appellatiuo vel proprio multum interest. Priore enim casu pro partibus hæreditariis. altero viriliter tenẽtur, & de isto in verbo pro. hæreditariis in fine.

b Legato ab omnibus hæredibus facto hæredes non viriliter, sed pro partibus hæreditariis tenentur.

l ¶ *Ab omnibus.* scilicet legatum esset.

m ¶ *Pro hered. portio.* Prout ad primum refertur, est contra [c] s. de legat. j. si ex toto. §. j. vbi in totum dicit eos teneri. Solu. volũtas testatoris hoc facit vt sint plures rei in solidum, vel non: vt quia ibi hoc expressit, hic non. 2. Vel ibi verbum, datò, bis legitur: vt sit perfecta constructio, & ideo quis in solidum tenetur: sicut econtra cuique debetur solidum si taliter pluribus esset legatum: *vt C. de cadu. tollend. §. si vero non omnes* & *supra de legat. iij. l. coniuctim. secundum Azo.* & eisdem modis solue vt & supra *eodem l. eandem. in fine. j. respon. 3.* Vel dic quòd in l. si extoto dixit testator, ab illo vel ab illo. hic vero copulatiuè. 2. ¶ Item adhuc oppo. ad primum dictum: quia non pro hereditariis, nec in solidum, sed quòd viriliter debeant, videtur: *vt supra de legat. j. turpia. §. fi.* & *l. si heredes nominatim. quæ sunt contra.* Solu. secundùm Ioan. Ibi [d] propriis [e] nominibus damnauit heredes: hic appellatiuis: putà duos heredes quos modò nominaui. *argu. infra tit. j. l. si communis seruus ita* & *supra ad Trebel. l. nonnunquam.* Accur.

c Hæredes vtrũ in dubio censeantur grauati pro portionibus hæreditariis, an vero in solidum, an potius viriliter.

d Propriove appellatiuo nomine legetur ab hæredibus multũ interest.

e Nominatim fieri dicitur quod nomine proprio vel appellatiuo expresse reliquitur.

n EX *duobus.*] CASVS. Tu & ego promisimus Stichum Caio. tu illum Stichũ occidisti. an nihilo minus ego tenear mortuo Sticho? Respond. quòd sic: quia factum tuum mihi nocet. hoc verum dicit Glo. si sumus socij: aliàs non. Fran.

o ¶ *Nocet.* si socij sunt: aliàs non, secundùm M. & Io. & sic non est contra *supra de vsur. l. mora. in fi. quæ est contra.* 1. Alij vt P. dicunt [f] quòd hic mora fuit in faciendo: quia seruum promissum occidit. ibi in non faciendo. cui ob. *C. eod. l. fi.* vbi de interpellatione dicit quòd nocet: sed ibi cum executione. 3. Tertij, quòd interuenit hic factum: quia agnouit debitum: *vt d. l. fin. C. eod.* non autem mora. Quarti, quòd hic fideiusserat vnus pro altero, ibi non.

f Et male: & ideo dic quòd hic sunt socij ibi non, secundùm Bar.

CVm *duo eandem.*] CASVS. Pulchra lex & casus eius talis est: Tu & ego promisimus decem Titio. contigit quòd tu propter aliquod delictum captus es & deportatus. tu es liberatus ab obligatione. sed an ego liberer? Respond. quòd non. videbatur contra: quia si soluisses, & esses liberatus: ego etiam liberatus essem. Sed hoc non obstat: quia aliud est per solutionem debiti liberari, quàm per aliquem alium modum eximi ab obligatione. postea concludit dicens ex his quæ dixit, quòd si aliquis sit obligatus, & fideiussorem dederit: licet sibi interdictum sit aqua & igni, nihilo minus fideiussor eius manet obligatus. Franciscus.

p ¶ *Obligatione.* quia deportatus est, *vt in fi. l.* idem si maximam capitis demi. esset passus, vt alter non liberetur: & idem si

minimam: vt supra de capi. demi. l. ij. §. hi.

a ¶ *Alter.* correus.

b ¶ *Non liberatur.* per deportationem: & dic ciuiliter, secundum M. vel omnino: *vt inf. de fideius. si debitori. ij.*

c ¶ *Obligatione.* naturali. Azo. Vel dic etiam ciuili. s. in altero.

d ¶ *Tenetur.* pro altero correo qui remanserat obligatus. & sic soluitur *contra j. tit. j. si debitori.* Vel sol. vt ibi *in glo. j. ad fi. & fa. infra de sol. l. fi.*

† Liberatio in rem seu realis vni correorũ debẽdi facta, alij correo prodest: in personam non prodest.

† De aqua & igni interdictione pulchre Bu. l. de donat. inter vi. & vx. c. pen.

alter [a] non liberatur [b]. multum enim interest †, verum res ipsa soluatur, an persona liberetur. Cum persona liberatur, manente obligatione [c] alter durat obligatus. & ideo si aqua & igni † interdictum est, alicuius fideiussor postea ab eo datus tenetur [d].

DE STIPVLAtione seruorum.

Stipulatio seruorum proprium titulum desiderabat non propriorum tantum quæ expeditior est, sed communium, fructuariorum, hereditariorum, & alienorum qui bona fide seruiunt, vt intelligeremus quatenus per eos nobis adquiratur obligatio. Cuiacius.

DE STIPVLATIONE seruorum.

TITVLVS III.

1. IVLIANVS li. quinquagesimosecundo *Digestorum.*

Cum seruus [e] stipuletur: nihil interest [f], sibi, an domino, an † verò sine * alterutra eorũ adiectione dari stipuletur.

† Seruus stipulando domino adquirit neque refert personaliter an impersonaliter stipuletur.

* i. impersonaliter. Instit. eo.

Stipulatio inutilis non tollit domino rei vindicationem. Bar.

1. ¶ Si seruus tuus qui mihi bona fide seruiebat, peculium habuerit quod ad te pertineat [g]: & ego ex eo pecuniam Titio credidero: nummi tui manebunt [h]. stipulando autem mihi seruus eandem pecuniam, nihil aget [i]. vindicando [k] ergo eam pecuniam tu consequi poteris.

Stipulatio facta vni non tollit certi condictionem ex mutuo alteri adquisitam. Bar.

2. ¶ Si seruus communis meus & tuus ex peculio quod ad te solum [l] pertinebat, mutuam pecuniam dederit [m], obligationẽ tibi adquiret. & si eandem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem à te non liberabit [n]: sed vterque nostrum habebit actionem: ego ex stipulatu, tu quòd pecunia tua numerata sit: debitor tamen me doli mali exceptione [o] summouere poterit.

3. ¶ Quod seruus meus meo seruo dari stipulatur [p]: id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur [q]. Item quod tuo seruo stipulatur, perinde ac si tibi stipulatus esset: vt altera [r] stipulatio obligationem pariat, altera [s] nullius momenti sit.

Quod vni ex dominis adquiritur: alteri in solidum quæri potest. Bar.

4. ¶ Communis seruus [t], duorum † seruorum personam sustinet. idcirco si proprius meus seruus communi meo & tuo seruo stipulatus fuerit [u]: idem iuris erit in hac vna conceptione verborum, quod futurum esset si separatim duæ stipulatio-

Cum seruus.] CASVS. Sumus in tractatu de stipulatione seruorũ. quæritur ergo à dño Iuliano, quomodo cõcipiũtur stipulationes seruorũ? & respondet q non refert an seru' cõcipiat verba stipulationis in sua persona: vt dicendo, Mæui promittis mihi cẽtũ aureos? an vero cõcipiantur persona dñi sui: vt dicẽdo, Mæui promittis domino meo cẽtũ? an vero sine expressiõe personæ domini aut suæ stipuletur: sicut, promittis dare c? quia omnibus his casibus quæritur domino per seruum. [SI SERVVS.] Seruus meus Stichus bona fide tibi seruiebat: quia credebas tuum esse: similiter & ipse credebat se esse tuum. hic Stichus habebat peculium forte quingentorum aureorum. tu mutuasti Titio ex isto peculio c. aureos. isti aurei remanebunt mei: nec seruus stipulãdo tibi, eos tibi adquiret. ego vero potero hãc pecuniam mutuam vindicare à Titio. [SI SERVVS COMMVNIS.] Tu & ego habemus Pamphilum seruum cõmunem hic seruus habebat peculium quod ad te pertinebat: ex quo seruus noster pecuniam alicui mutuauit: dicitur hic quòd hæc pecunia tibi adquiritur, licet seruus noster nominatim mihi eã stipulatus fuerit: nec propter hanc stipulationẽ debitor liberabitur à te, tamẽ vterque nostrũ habet actionẽ ad hãc pecuniam. ego quidem ex stipulatu: quia seruus mihi stipulatus est. tu vero habes actionem, quia pecunia tua est. verumtamen si ego petam à debitore hanc pecuniam, ipse poterit me repellere doli mali exceptione. [QVOD MEVS SERVVS.] Habebam duos seruos: Stichum & Pamphilũ. Stichus stipulatus est à Titio centum dari Pamphilo seruo meo. ista stipulatio valet: & mihi quæritur actio. Item seruus iste meus Stichus stipulatur seruo Titij centum dare. certe ista stipulatio non valet: nec Titio actio quæritur ex stipulatu. [COMMVNIS SERVVS.] Tu & ego habemus seruum communem, Stichum scilicet. iste Stichus sustinet vicem duorum seruorum: intantum quòd si seruus meus stipuletur aliquid huic seruo communi Sticho: hæc stipulatio perinde habenda est, ac si seruus meus esset stipulatus seruo meo & tuo, non isti communi, sed aliis qui non sunt communes nobis, sed cuique nostrum proprij. diceret ergo aliquis, ergo ista stipulatio facta seruo communi, est pro parte vtilis, & pro parte inutilis: sicut supe riori §. traditum est. Sed respon. quòd non est inutilis pro parte, imò totum adquiritur mihi: quia seruus communis est talis naturæ, quòd quando per ipsum vni domino potest adquiri, alteri non potest: perinde habeatur ac si seruus esset vnius solius domini cui acquiritur. [SI FRVCTVARIVS.] Habeo vsumfruc. in seruo Sticho, cuius proprietas est Titij à Lomio vicino iste Stichus stipulatur mihi vel proprietario Titio c. aureos. quæritur an proprietarius petere possit? Distinguitur: aut stipulatus est ex re fructuarij: & non potest proprietarius petere. aut stipulatur ex alia re: & tunc proprietarius petere potest. Sed & si promissor soluat fructuario, liberabitur. [CVM SERVVS.] Textus ponit casum in terminis: quem vide. Francis. Acc.

e ¶ *Cum seruus.* proprius, non communis: vel in quo quis habet ius.

f ¶ *Nihil interest.* scilicet regulariter, nam sẽper [a] domino quærit: *vt infra eodem sine mihi. & sic supra de verborum oblig. stipulatio ista. §. si quis ita stipulatus.* Hoc tamen fallit quando se stipulatur: *vt infra eodem l. v. & l. si seruus communis Mæuij. §. primo.* 2. Item in stipulatione operarum: *vt infra eodem. leg. antepenult.* 3. Item in alio: *vt infra eodem si seruus communis Mæuij. §. secundo.* 4. Item in quarto: *vt Instit. eodem. §. sed cum factum.* Sed in procuratore [b] distinguit Ioann. vtrũ domino, & non valet: nisi [c] sua intersit: sicut & si cuilibet alij stipuletur, an sibi stipuletur: licet nomine domini: & tunc acquirit vtilem domino in casibus quos no. *Instit. de inuti. stipu. §. si vero qui.* Secus in tutore [d] & curatore & actore municipum. nam vtiles quærunt cuicunque stipuletur: *vt sup. de const. pec. leg. cum. §. Iulianus. & §. si actori.* Accur.

a Seruus semper domino adquirit nisi certis casibus de quibus hic.

b Procurator an & quando domino adquirat.

c Stipulatio nullo modo valet, & nulli adquiritur actio ex ea si stipulanti nõ interest.

† Duorum vicem quis fungi non potest.

d Tutores & curatores an & quando pupillis suis adquirant.

g ¶ *Pertineat.* ex aduentitia causa proueniens. Io. quo ad me. q. d. non ex re mea vel opera serui quæsitũ.

h ¶ *Manebunt.* nec est mutuum nisi reconciliatur modis cõsuetis. Io. non tamen stipulatione: vt subiicit.

i ¶ *Nihil aget.* quia non ex re mea, vel opera sua: *vt s. de acquir. rer. do. acquiritur. §. non solum. & facit s. de vsufr. sed & si quis [e]. §. quæstionis.* Sed contra *j. eo. si vsufructuario. in fi.* Sed ibi expones. Item contra. *C. si cer. pet. l. ij.* vbi stipulatio [f] reconciliat mutuum: Sed ibi idẽ qui numerauit, sibi stipulatus est.

e l. adhuc.

f Stipulatio an reconciliet mutuum.

k ¶ *Vindicando.* rei vindicatione, si extat. si consumpta est, tu condicis secundum quosdam. sed tutius imò ego: *vt s. si cert. petat nam & si fur.* Acc.

l ¶ *Ad te solum.* quod quandoque cõtingit: *vt s. de pecu. l. quis ergo.*

m ¶ *Dederit.* nomine tuo. Aliàs acquirit vtrique, licet per cõditionẽ sine causa, vel alia actione reddatur: *vt j. eo. l. si ex re. §. j. & l. pe.*

n ¶ *Non liberabit.* quia conditionem tuam deteriorem non potuit facere.

o ¶ *Exceptione.* ne bis [g] idem exigatur. Sed certe imò magis ego stipulator debeo admitti: *vt j. de noua. l. si ita. §. fin. & l. sequen. quæ sunt contra.* Sed ibi qui numerabat, stipulatur sibi: vbi distinguitur: incontinenti, vel ex interuallo. Hic alterius nomine numerat, & alteri stipulatur: & alteri, non sibi numeranti.

g Bis idẽ exigi nõ debet.

p ¶ *Stipulatur.* ab extraneo.

q ¶ *Stipuletur.* seruus meus, repete. Azo.

r ¶ *Vt altera.* prima: *vt j. eo. fine.* Accur.

s ¶ *Altera.* s. secunda: *vt j. eo. seruus alienus. & s. tit. ij. stipulatio ista. s. alteri.*

t ¶ *Communis seruus.* sub. quo [h] ad quid, & quo ad quid non: *vt in hoc §. patet.* sed in libero vix hoc inuenitur: *vt s. de pac. l. si plures. quæ est ar. contra.* reperitur tamẽ quãdoque: *vt s. de adop. l. iij. & iiij.* ADDITIO. Pro solu. distingue secundũ Bart. sic, quòd quandoque habetur respectus ad substantiam personæ. & tunc tantum potest sustinere personam vnius: *vt l. si plures. s. de pac.* aut habetur respectus ad officium: & tunc aut sunt officia repugnantia: & nõ potest vicem plurium personarum sustinere, *vt l. hi qui s. de post. & l. quisquis C. eod tit. & l. nemo C. de asses.* aut non sunt officia repugnantia: *& potest: vt l. iij s. de adop.*

h Diuersa ratione potest aliquid dici commune & non cõmune.

u ¶ *Stipulatus fuerit.* ab extraneo. Accur.

Mol

nes conceptæ fuiſſent, altera in perſonā mei ſerui [a]: altera in perſonā tui ſerui [b]. neque [c] exiſtimare debemus partem dimidiam tantum mihi adquiri, alterā partem nullius eſſe momenti: quia perſona ſerui cōmunis eius conditionis eſt, vt in eo quòd alter ex dominis poteſt adquirere, alter non poteſt, perinde habeatur ac ſi eius ſolius eſſet, cui adquirendi facultatem [d] habeat.

Alternatiua inter perſonas quibus æqualiter poteſt quæri, vitiat ſtipulationem. ſed ſi alteri tantum quæri poteſt, alius habebitur vt adiectus. Bar.

5. ¶ Si fructuarius ſeruus ſtipulatus eſſet fructuario aut proprietario [e]: ſi quidem ex re fructuarij [f] ſtipulatus eſſet, inutilis eſt ſtipulatio [g]: quia vtrique ex re fructuarij actionem adquirere potuiſſet [h]. ſed ſi aliud [i] ſtipulatus fuiſſet, proprietarium petere poſſe: & ſi promiſſor fructuario ſoluiſſet [k], liberatur.

Si ſtipulatio principalis confertur in perſonam vnius, pœnalis in perſonam alterius: prima per pœnalem nō nouatur ipſo iure: ſed ope exceptionis perimitur. Bar.

6. ¶ Cum ſeruus communis Titij & Mæuij ſtipulatur in hūc modum, *Decem Kalendis Titio dare ſpondes? ſi decem Kalendis Titio non dederis, tunc Mæuio viginti dare ſpondes?* duæ ſtipulationes eſſe videntur, ſed ſi Kalendis decem data non fuerint, vterque [l] dominus ex ſtipulatu agere poterit [m]: ſed in ſecunda obligatione Mæuio promiſſa [*], Titius exceptione [n] doli ſummouebitur.

Inter eum qui ſibi ſtipulatur, & rem in ſtipulationem deductam, debet eſſe diuerſitas. Bart.

II. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum.

SEruus communis ipſe † ſibi ſtipulari non poteſt [o], quamuis conſtaret eum ſe ſtipulari domino poſſe [p]. Non enim ſe domino adquirit, ſed de ſe obligationem.

III. IDEM lib. quinto ad Sabinum.

SI ſeruus reipublicæ vel municipij vel coloniæ ſtipuletur: puto valere [q] ſtipulationem.

Generalis promiſsio refertur etiam ad eum cui poſtea ſpecialiter eſt promiſſa. Bar.

IIII. IDEM libro viceſimoprimo ad Sabinum.

SI ſeruus communis ſibi & vni ex dominis ſtipuletur, perinde eſt ac ſi omnibus dominis & vni † ex his ſtipuletur: veluti Titio [r] & Mæuio [ſ], & Titio: & probabile eſt vt Titio dodrans [t], Mæuio quadrans debeatur [u].

a ¶ *Mei ſerui.* & hæc eſt vtilis: *vt ſup. proxi. §.*

b ¶ *Tui ſerui.* & hæc eſt inutilis: *vt ſup. proxi. §.*

c ¶ *Neque.* licet quo ad prædicta vicem duorum ſuſtineat: non tamen quo ad omnia: vt ſubiicit.

d ¶ *Facultatem.* Not. ergo regulam hanc: *vt hic, & j. eo. l. proinde. §. fina. & l. ſeq. & ſup. de auct. tu. ſi ſeruus communis.* Sed contra huic *§. in le. proinde. §. ſi ſeruus. in prin. inf. eo.* Sol. hic ab extraneo: ibi ab vno dominorum ſtipulatur.

e ¶ *Aut proprietario.* alternatiuè. nam nominatim etiam ex re fructuarij poteſt proprietario ſtipulari: *vt j. eod. ſeruum fructuarii.* licet reddatur per cōdictionem ſine cauſa: *vt inf. eo. l. pen.*

f ¶ *Ex re fructuarij.* idem ſi ex opera, cum operæ [a] ex re eſſe videantur: *vt ſ. de acquirend. re. do. l. qui bona. in prin.*

a Ex re fructuarij quæſitum videtur, quod ex operis ſerui quæritur.

g ¶ *Inutilis eſt ſtipulatio.* propter incertitudinem [b]: & omninò *vt infra eo. l. item ſi ſeruus. §. final. & quatuor ſeq. & infra de ſol. qui rei. §. ſi ſeruus.* 2. Alij dicunt inutilē in perſona proprietarij: ſed quantum ad vſumfru. tenet: *vt probatur per finem huius §.* & in totum tenet. ſed tunc contra. ſunt dictæ ll. infra eodem. Solu. ibi non ex re domini alicuius; hic ex re fructuarij.

b Incertitudine vitiatur ſtipulatio.

h ¶ *Adquirere potuiſſet.* aliàs eſt non potuiſſet: & tunc plana. aliàs deeſt non: & tūc potuiſſet, ſcilicet aliàs: nō aūt hoc caſu. 2. Vel potuiſſet, id eſt poſſibile eſt, ſcilicet ſi nominatim ex re fructuarij ſtipularetur proprietario: *vt d. inf. eo. ſeruum fructuarium.* ſed ſi eſſet aliunde ſtipulatus proprietarius, peteret: *vt ſubiicit, & inf. eod. l. ſi ex re.* Accur.

i ¶ *Si aliud.* quod non eſſet ex re fructuarij.

k ¶ *Soluiſſet.* ſ. quod aliunde eſt ſtipulatus. & ſic ad proximum dictum refertur in quo eſt quaſi adiectus: *vt & infra eod. ſi ex re.* 2. Vel dic quo ad primum. & ſic colliges primo caſu quòd tenuit ſtipulatio quo ad fructuarium: vt modò notaui.

l ¶ *Vterque.* Sed quare prima non quæritur vtrique ſicut ſecunda? Reſpondeo: quia ſecunda videretur acquiri tantum Titio. quia deſcendit ex prima. econtra quòd tantùm Mæuio: vtputà nominato. ſic ergo nec mihi nec tibi, ſed diuiditur de rigore.

m ¶ *Poterit.* vnus ad decem, & alter ad viginti. & hoc de ſtricto iure ſecus de æquitate: vt ſubiicit.

n ¶ *Exceptione.* non autem ipſo iure. & hoc ideo, quia in perſona dominorum conceptæ fuerunt ſtipul. alioquin ipſo iure prior eſſet nouata: *vt in contrario ſupra de actionibus & obligationibus l. obligationum fere. §. ſi.* quia [c] ſeruus non habet ius nouandi, cum domini conditionem deteriorem faceret: *vt inf. de reg. iur. le. melior.*

c Nouare an & quatenus ſeruus poſsit.

o SEruus communis.] *Non poteſt.* dicendo vni dominorum, promittis me mihi? Sed ſi [d] promittis me alij domino, valet, dicet quis: & hoc eſt tale [e] quale ſi ſibiipſe ſe ſtipuletur. nā partē ſerui quā habet dominus cui ſtipulatur adquirit ſibi, & adiūgit ſibi partem promittentis, & per eum alteri domino. perinde ergo eſt ac ſi ſibi dixiſſet. Reſpond. non eſt verum: immo immediate pars acquirentis acquirit obligationē partis promittentis. & hoc dicit. quod ergo dici non poteſt. ſcilicet vt acquiratur vni domino ab altero: nec etiam ab extraneo ſtipulando ſe ſibi: eſt ratio naturalis & ciuilis. Prima, quia impoſſibile [f] eſt vt aliquid poſſit dari ſibiipſi. Nam nemo [a] etiam liber, eſt dominus ſui: *vt ſ. ad l. Aquil. l. liber homo.* At dari [b] videtur, quod fit accipiens: *vt Inſt. de act. §. appellamus.* multo minus ergo ſeruus poteſt ſibi dari. vel ſolui, vel acquiri. & ſic eſt hic ratio ciuilis: quia ſeruus nil habet. & ad hoc *C. ſi ſeruum extero. l. j. in princip.* Si verò alicui res dari poteſt: licet non etiam facto libero. vt in ſeruitute ad fundum domini: valet ſtipulatio: *vt infra eo. ſi ſeruus communis meus.* ſed non legatum: *vt ſ. de ſerui. leg. l. & ſi maxime. & ſa. eo. ſi ſeruus communis Mæuij [c]. §. j.*

d Se ſtipulari quemadmodum ſeruus poſsit.

e Se ſtipulari, an idem quod ſibi ſtipulari.

f Sibi ipſi nemo dare poteſt.

a Domino ſui nemo.

b Dari videtur, quod ſit accipientis.

c communis: c meum

p ¶ *Domino poſſe.* alteri ſcilicet ab altero: quia pro parte vna domino partis dari poteſt: pro ea ſcilicet parte pro qua non eſt dominus. Item eſt contra *huic l. ſup. eodem. le. j. in princip.* Sed illud regulariter. vt ibi dixi.

† Videtur hic addenda particula ſe, vt legamus ſe ſibi ſtipulari non poteſt, vt verba ſequentia monent.

SI ſeruus.] CASVS. Reſpublica alicuius ciuitatis municipij vel coloniæ ſi habeat ſeruū cōmunē: ille ſeruus poterit ſtipulando acquirere reipublic. municipio, vel coloniæ. Fran.

q ¶ *Valere.* licet ipſa vniuerſitas [d] non facile ſtipuletur: quia non facile conſentit: *vt ſupra de acquirend. poſſeſ. l. j. §. fin. & l. ſeq.* & hic erat hęc dubitatio.

d Vniuerſitas non facilè ſtipulatur nec conſentit.

SI ſeruus.] CASVS. Tu & ego habem' ſeruum communem Stichum. iſte ſeruus ſtipulatur ſibi & tibi nominatim. certè perinde eſt ac ſi omnibus dominis & vni nominatim ſtipuletur: quaſi ſi ſeruus ſic dixiſſet: promittis dominis meis centum, & Titio nominatim. & hoc eſt commodum eius cui nominatim ſtipulatur: quia tres partes habebit eius quod deductum eſt in ſtipulationem: alter autem dominus tantùm quartam partem habebit. vide Gloſſ. ſub verbo dodrans. Franciſcus.

† Generalis promiſsio, refertur ad ſpecialem poſtea ſubſecutam. quod limitabis, niſi ſpeciale illud, ad quod refertur, eſſet, aliàs prohibitum: per l. ſi alienam in fin. C. de fideicom.

r ¶ *Titio.* nominatim. Accu.

ſ ¶ *Mæuio.* ſine nomine.

t ¶ *Dodrans.* aliàs deeſt Titio: ſubaudi. habet enim Titius dimidiam ſtatim tanquam nominatus. Item dimidiam alterius dimidiæ: quia eſt vnus de duobus dominis: & idem in ſuperiori caſu, quando ſibi & Titio. Sed contra *ſupra eodem. l. j. prima. §. communis. in fine.* Sed reputatur vnius ſolius eſſe, cum ei ſoli acquirendi facultatem habeat, vt ibi dicit in exemplo. Item contra *Cod. de lega. leg. cum quæſtio. §. fina.* vbi repetitio teſtatoris nil operatur. Sed illud in vltima voluntate: hoc inter viuos in contractibus. 2. Vel illa corrigit. 3. Vel verius propter repetitionem legati vel promiſſionis non quæritur amplius ex voluntate teſtatoris vel promittentis, ſed propter conditionē perſonæ quę ſtipulatur: vt quia eſt ſeruus. vnde in acquirēdo poteſt vnius dominorum conditionem facere meliorem: *vt infra leg. proxim. §. fi.* vel ſol. vt ibi. ADDITIO. Tu dicas aliter, quòd quando ſunt plures nominationes vniformiter, & per eundem modum. nil releuat: ſecus ſi non vniformiter, vt hic ſecundùm Barto. poſt Oldra.

u ¶ *Debeatur.* in vtroque caſu: cum idem ſit.

SEruus cōmunis.] CASVS. Quæritur à domino iuriſc. qualiter ſeruus cōmunis cēſetur eſſe duorū dominorū: & pro quib. partibus? Reſpōdet iuriſc. quòd ſeruus cōmunis cenſetur eſſe communis duorū pro partibus indiuiſis: nō quòd quilibet dominus poſſit dicere ſeruum ſuum totū: quæ tamen partes magis intellectu quàm ſenſu percipi poſſunt. & ideo ſi ſeruus communis ſtipule-

tur dominis suis concurrunt in æquales partes rei quæ deducta est in stipulationem. [LICET AVTEM.] Item seruus communis Titij & Mæuij potest vni dominorũ soli adquirere: nominatim ei stipulando sic promittis Titio domino meo? vel rem aliquam per traditionem accipere nomine vnius domini. Quid autem erit? iste seruus communis non stipulatur nominatim vni dominorum, tamẽ vnus dominus iussit eum stipulari sibi: an illi soli quæritur? Respond. quòd sic. Legẽ sequen. continua cũ ista. Fran.

Ex stipulatione serui communis adquirit dominus pro parte dominica: nisi fuerit vnus nominatus vel iubens. idem in aliis adquisitionibus. Bart.

V. IDEM li. quadragensimooctauo ad Sabinum.

2 SEruus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro partibus vtrique indiuisis: vt intellectu magis partes habeant, quàm corpore. & ideo si quid stipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit[a], omnibus[b] adquirit pro parte qua dominium in eo habent[c]. Licet[d] autem ei[e] & nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditam rem accipere, vt ei soli adquirat. Sed si non nominatim domino stipuletur, sed iussu[f] vnius dominorum[g]: hoc iure vtimur, vt soli ei adquirat, cuius iussu stipulatus est.

VI. POMPONIVS li. vicensimosexto ad Sabinum.

OFilius[h] rectè dicebat, & per traditionem accipiendo, vel deponendo, commodándoque posse soli ei adquiri, qui iussit. quæ sententia & Cassij & Sabini dicitur.

VII. VLPIANVS li. quadragensimooctauo ad Sabinum.

PRoinde & si quatuor fortè dominos habuerit, & duorũ iussu stipulatus[i] fit: his solis adquiret, qui iusserũt. magísque est vt nõ æqualiter, sed pro portione dominica totum[k] eis adquiratur. Idem puto & si nominatim eis stipulatus esse proponatur. nam & si[l] omnium iussu stipulatus sit, vel omnibus nominatim[m]: non dubitaremus omnibus pro dominicis cum portionibus[n], non pro virilibus adquirere.

Qui stipulatur ab vno ex dominis: si alteri nominatim, vel iubenti, valet stipulatio in totum, vel pro portionibus dominicis alterum. Bartolus.

1. ¶ Si seruus communis ab vno ex sociis stipulatus sit: si quidem nominatim alteri socio, ei soli[o] debetur. sin autem sine vlla adiectione[p] purè stipulatus sit, reliquas partes is seruus cæteris sociis præter eam[q] partem ex qua[r] promissor dominus esset, adquiret. Sed si iussu vnius socij[f] stipulatus est: idem iuris est, quod esset si eidem illi socio nominatim[t] dari stipulatus esset.

Quod vni non potest quæri: quæritur alteri cui potest. Bar.

2. ¶ Interdum etiam si neque iussu, neque nominatim alteri ex dominis stipularetur: ei tamen soli adquirere[u] eum, Iuliano placuit: vtputà si quid forte stipuletur quod vtrique adquiri non potest: veluti seruitutem ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronij erat, id est alterius ex dominis, ei soli adquirit.

VIII. GAIVS li. singulari de Casibus.

ITem si alter ex dominis vxorem ducturus sit, & huic seruo[x] dos promittatur.

IX. VLPIANVS li. quadragensimooctauo ad Sabinum.

ITem si seruus duorum Titij & Mæuij, hominem qui Titij erat, stipulatus fuerit[y]: ei soli[z] adquirit, cuius non fuit. Sed

a ¶ *Adquirit.* vt infra l. proxi. Accur.

b ¶ *Omnibus.* vt sup. depos. l. j. §. non solum. versi. si duorum & inf. l. proinde. & sup. de adq. re. do. l. communis seruus. & hoc nisi propria nomina dominorum ponat. quod dic vt not. inf. eo. l. si communis seruus ita stipuletur. Item fallit quod hic dicit, quando vni tantum potest quæri: vt sup. l. j. §. communis. in fi. §. & pro socio. l. verum. §. si seruo.

(marg.: a Seruus communis in dubio omnibus suis dominis adquirit. nisi nominatim vni tantum adquirit, vel qui ipse adquirit, vni dominorum adquiri nõ possit, sed alteri & vni tantum.)

c ¶ *Habet.* s. adquirit.

d ¶ *Licet.* i. licitũ est.

e ¶ *Ei.* scilicet seruo.

f ¶ *Iussu.* Sed vbi vnus iussit & alium nominat: si res pertinet ad iubẽtem, ei quæritur: si ad nominatũ, ei quæritur: si ad neutrũ, prævalet nominatio[h]: vt C. per quas perso. l. si duo. secundùm I. 2. Vel dic secundùm Azo. vt ibi no. A.

(marg.: b Nominatio quando prævaleat.)

g ¶ *Dominorũ.* s. stipuletur, & simpliciter.

h OFilius. facit sup. l. proxi. in fin. j. respon. & §. sed & si non.

PRoinde.] CASVS. Ista lex continuatur ad superiores duas proximas. vbi dicebatur quòd serui adquirũt dominis si iusserint stipulari. in hac ponit alia exẽpla: quæ clara sũt in textu. [SI SERVVS COMMVNIS.] Quatuor erant qui habebant seruum communem, Titius, Mæuius, Seius, & Sempronius: & sunt æquales in portionibus. iste seruus stipulatur sic: here Titi promittis c. dare Mæuio domino meo? ille promittit. certè huic soli Mæuio adquiritur ista c. Si autem seruus iste stipuletur hoc modo ab vno dominorũ: here Titi promittis dare dominis meis c? tunc cuilibet dominorũ adquiritur pro portione quam habet in seruo: ita vt cuilibet adquirantur xxv. & xxv. remaneant apud dominũ qui promisit ista c. Idẽ est si iussu vnius domini stipuletur: quia soli ei adquirit, ac si ei soli stipulatus esset. [INTERDVM.] Dictum est §. qualiter seruus communis dominis adquirit pro portionibus: aliquando vni soli. s. si ille tantum stipulatus fit, vel ille solus iusserit. In hoc §. dicit iuriscon. hoc euenire posse, vt vni soli domino quæratur etiam si nõ iusserit, neque ei nominatim stipulatus fit. & ponit exemplum, veluti cum tu & ego haberemus seruum communẽ: iste seruus stipulatus est seruitutem ad fundum meũ. certè mihi soli adquiritur ista seruitus: quia fundus meus est, & non tuus. aliud exemplum est in l. seq. & in prin. l. seq. quare sequitur §. Sed & si Seruus Titij & Mæuij stipulatus est hoc modo. Dabis c. Titio domino meo aut Mæuio domino meo? an talis stipulatio valeat? Respon. quòd nõ: quia incertum est cui dominorum adquiratur. h. d. etiam cum l. seq. Fran.

i ¶ *Stipulatus.* scilicet simpliciter.

k ¶ *Totum.* vt & §. si seruus communis. Sed pone tres esse dominos, vnus habet in seruo tertiam, alius quartam, & alius sextam. cum hæc omnia non faciant totum, ergo non totum adquiritur. Sed dic totũ. s. quod adquirit. hoc autem esse potuit, si alter dominus habuerat pro derelicto, vel decesserat sine herede, nec erat adhuc capta ea pars.

l ¶ *Nam & si.* bene dico nisi nominatim, nã &c. ¶ Et sic est ar.[a] de toto ad partem, vt no. supra de vsur. leg. qui scit. in princip. Accursius.

(marg.: a Argumentũ de toto ad partem, an procedat: & an de parte ad totum.)

m ¶ *Nominatim.* i. expressim[b]: ita. s. omnibus dominis meis. Vel etiam expressis nominibus propriis: ita tamen quòd præcedant appellatiua, nisi sic exponeres, esset contra. inf. e. si communis seruus ita. in prin.

(marg.: b Nominatim pro expressim.)

n ¶ *Portionibus.* scilicet dominicis.

o ¶ *Ei soli.* s. nominato: vt & §. de vsufruct. leg. sed si quis. §. seruus fructuarius. & inf. de accept. l. an inutilis. §. seruus communis. versi. accepto.

p ¶ *Vlla adiectione.* scilicet domini.

q ¶ *Præter eam.* id est quotam: puto dimidiam, vel tertiam. Accursius.

r ¶ *Ex qua.* i. quota, secundùm Io. 2. Vel dic ex qua facere simplicem relationem, vt partẽ, ad rẽ adquisitã: & etiã quæ ad partem serui referatur. nã quã partem habeat in seruo, eandem in re promissa retinet: stipulatione quãtum ad partem habita pro nulla. Sed videtur quòd vni adquiri non potest, vt totum aliis quæratur: vt infra eod. leg. item si. seruus. ij. resp. Sed illud de his quæ adquiruntur, hic non quæritur pro parte promittentis. vel retentio habetur loco adquisitionis. & sic non ob. Item contra. §. pro socio. l. verum. §. si seruo communi. Sed aliud in legato relicto seruo communi ab vno ex dominis, cum liberalitas[c] large interpretanda sit: quàm hic in stipulatione quæ non est ex causa liberalitatis. 2. Vel ibi contemplatione[d] socij reliquit. & eodem modo solu. §. de condition. & demonst. l. qui heredi. §. fi. & ad leg. Falcid. l. Plautius. Vel plenè dic vt in d. l. verum. pro socio.

(marg.: c Interpretationem plenissimam liberalitas admittit.)

(marg.: d Contemplatione cuius quid fiat spectamus.)

f ¶ *Socij.* vt j. respon. huius §.

t ¶ *Nominatim.* aliàs vel nominatim. Vel pro etiam. sed in Pisa. co. non habetur.

u ¶ *Adquirere.* Immo nulli: vt §. de ser. le. l. & si. maximè testamẽti factio. Sed aliud in legato quod seruo relictum ita demum valet, si eo facto libero posset valere: vt §. de lega. ij. debitor. §. fi. sed ei libero cum non haberet fundum, non posset ei seruitus legari vel adquiri. & facit inf. eo. si communis seruus.

x ITem si alter.] Seruo. scilicet communi. & facit §. tit. j. l. si id quod. & quod ibi nota. Accur.

y ITem si seruus.] Stipulatus fuerit. vel sibi, vel impersonaliter. de aliis enim sequitur. & dic ab extraneo. aliàs confunderetur pro pa te. vt & §. l. proinde. §. si seruus communis. Io. & facit Insti. eod. in fine. r

z ¶ *Ei soli.* scilicet dari.

Stichum

a ¶ *Stichum*. qui erat Titij.
b ¶ *Pertinet*, vt & s. eo. l. j. §. *communis*. Sed contra s. eo. l. *proinde* §. *si seruus communis*. in resp. Sol. vt ibi.
c ¶ *Si cum*. tractat hic §. quando seruus duorum vel plurium stipulatur incertum, vel incerto modo.

si stipulatus sit Stichum[a] sic, *Et Mæuio & Titio dare spondes?* totum eum Mæuio adquirit. quod enim alteri ex dominis adquirere non potest, id ad eum qui ad obligationem admittitur, pertinet[b].

Qui stipulatur pluribus dominis, quibus æqualiter potest quæri alternatiue, inutiliter stipulatur: secus si sibi primo: quia tunc domini vt adiecti habentur. idem si vni quæri non possit: quia habebitur vt adiectus. hoc dixit cum quatuor. legibus seq. Bartolus.

1. ¶ Si cum[c] duos dominos seruus haberet, stipulatus fuerit illi aut illi dominis suis: quæsitum est, an consistat[d] stipulatio. Cassius inutilem[e] esse stipulationem scripsit[f]: & Iulianus Cassij sententiam probat: eoque iure vtimur.

X. IVLIANVS li. quinquagensimosecundo Digestorum.

SEd si ita stipuletur *Titio decem, aut Mæuio fundum dare spondes?* quia incertum est vtri eorum adquisierit[g] actionem, idcirco inutilis[h] stipulatio existimanda[i] est.

XI. VLPIANVS li. quadragensimooctauo ad Sabinum.

SEd si sibi[k] aut Primo[l] aut Secundo[m] dominis suis stipulatus sit: & hic tantundem erit probandum[n], quod Iulianus, dixit inutilem esse stipulationem[o]. Sed verum adiectio inutilis est, aut tota stipulatio vtilis non est: Et puto adiectionem[p] solam esse inutilem. Eo enim nomine quòd ait mihi, omnibus †adquisiit ex stipulatu[q] actionem. An ergo in cæterorum personam solutio locum habeat[r], exemplo extraneæ personæ? Et puto vel solui eis posse: quemadmodum cum ego *mihi*[s] *aut Titio*[t] stipuler. Cur † ergo cum Primo aut Secundo dominis[u] stipulatio non consistit[x], nec solutio est? illa ratio est, quia non inuenimus in cuius persona stipulatio consistat, in cuius solutio:

XII. PAVLVS libro decimo Quæstionum.

NAm cum vterque obligationis capax[y] sit, non inuenimus quis adiectus[z] sit: quia non est qui petere possit[a]:

XIII. VLPIANVS li. quadragensimooctauo ad Sabinum.

CVm enim stipulatur domino aut extraneo seruus, vtrumque constat, & in domini persona stipulatio, & in extranei solutio: vt hic[b] τὸ ἰσάζον corrumpit[c] stipulationem & solutionem.

Si seruus stipulatur nominatim malæ fidei possessori. nec sibi nec domino quæritur.

XIIII. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

SEruus meus cum apud furem esset, furi dari stipulatus est. Negat furi deberi Sabinus: quia eo tempore quo stipulatus est ei non seruiret. † Sed nec ego ex ea stipulatione agere potero: [quia * eo tempore quo stipulatus est, mihi † nõ seruiret[d].] Sed si detracta furis persona stipulatus est[e], mihi quidem adquiritur actio: sed furi nec mandati[f] nec alia actio aduersus me dari debet.

d ¶ *Consistat*. i. valeat
e ¶ *Inutilem*. omnino. & est ratio: vt j. le. prin. & l. seq. in fin. & l. nam. & j. eo. *si seruus communis ita*. Sed contra s. eod. l. j. §. pe. Sol. vt ibi. *Item contra* j. *de fideius. l. fideiussor obli. in princ.* Sed ibi valet accessoria[a] ratione principalis validæ cui adheret.

a Accessoriũ valet ratione principalis validi.

f ¶ *Scripsit*. & bene. Accur.
g SEd si ita.] *Adquisierit*. & sic fieri solutionem noluit.
h ¶ *Inutilis*. Not. ratione incertitudinis[b] neutrum valet. sic & s. *de testa. tu. l. duo.* & *de manu. testa. cum ex pluribus*. Sed non videtur bene adduci: quia hic nulla[c] est stipulatio propter incertitudinem. Sed ibi dico quòd tenet datio tutoris, & legatum: *vt p iuees* s. *de leg. ij. si quis seruum. §. si heres.* & *de condit.* & *demon. falsis.*

b Incertitudinis ratione neutrum valet.
c Incertitudinis ratione stipulatio nulla est.

i ¶ *Existimanda est.* quia non apparet cui adquiratur stipulatio, nec cui fieret solutio: & hoc ratione incertitudinis rerum.

SEd si ibi.] CASVS. Item pone sic cõtinuando cum præcedentibus. Ponamus quòd sic stipulatur seruus: promittis mihi aut Titio aut Mæuio dominis meis? certe talis stipulatio nõ valet. Sed quæritur, postquam non valet: an tãtum adiectio istius stipulatiõis vitietur: an verò etiam principalis? Respo. quòd adiectio tãtum vitiabitur. Item an istis duobus dominis adiectis solui possit? Resp. quòd non: quia non inuenitur in cuius persona consistit solutio, neque stipulatio: quare &c. rationes etiam huius l. vide in duabus ll. seq. Fran.

† omnibus

k ¶ *Sed si sibi*. seruo.
l ¶ *Aut Primo*. domino: aut Primo alternatiuè: & sunt hæc propria nomina dominorum.
m ¶ *Aut Secundo*. domino.
n ¶ *Probandum* quod & dictum est s. l. proxi.
o ¶ *Stipulationem*. quantum ad Primum & Secundum: vt subiicit: non quantum ad seruum.
p ¶ *Adiectionem*. No. vtile[d] per inutile non vitiatur. sic s. *si cer. pet. l. certi condi. §. quoniam. arg. contra. inf. de reg. iur. l. actus* s. *de arbi. l. parui*[e]. & *facit sup. eo. l. iij.*

d Vtile per inutile non vitiatur regulariter est contra: & plene id regula, vti hr. extr. de re. iu. & in Gl. extra in l. pecuniæ fenebris. s. de vsur. & c. cum esse extra de arbi. & in c. bis ferme in fin. eis in Gl. extra de elec.
e l. Pedius.

q ¶ *Ex stipulatu*. pro partibus dominicis.
r ¶ *Locũ habeat*. dic quòd quatuor erãt domini: & duos tãtũ nominauit: vt in prin. l. nã sic bene potest eis totũ solui, & cõtingit liberatio: & vni eorũ. Sed quid si sunt tãtũ duo quos nominauit? adhuc videtur idem, vt vel vni eorum totũ possit solui vt liberetur ab vtroque. & hoc cum posuit sibi, sed j. prox. resp. non apposuit sibi.
s ¶ *Mihi*. aliàs nihil.
t ¶ *Aut Titio*. quo casu potest solui Titio: *vt* s. *de verbo. oblig. l. sti. §. cum mihi*. Accur.
u ¶ *Dominis*. scilicet stipulatus seruus non adiecto sibi.

x ¶ *Non consistit*. vllo modo etiam quo ad solu. vt hic & j. eod. l. *item si seruus*. in fi. Accu.
y NAm cum vterque.] Capax. i. vterque ponitur vt ei quæratur obligatio, alternatiuè tamen. Azo.
z ¶ *Adiectus*. adiectus enim non est capax obligationis. i. non ponitur vt ei quæratur stipulatio. Accu.
a ¶ *Possit*. magis vnus quàm alius. & sic non apparet quis sit adiectus: cum nõ apparet quis sit principalis. sed vbi alter dũtaxat obligationis capax esset, tenet sub alternatione facta stipulatio: vt j. de fideius. l. fideiussor. Accur.

† Cum

b CVm enim.] Ἀπὸ κοινοῦ. Græcũ: cuius sensus[a] est. i. cum stipulatus est Primo aut Secundo, non adiecto sibi.

a Fallitur Accursius. Nam τὸ ἰσάζον quod hic legitur, æqualitatem significat, non id quod Accursius hic fingit, magisque docet. adde Alciatum lib. 1. dispun. c. 20.

c ¶ *Corrumpit*. scilicet alternatio.

SEruus meus.] CASVS. Quidam fur subtraxit mihi seruũ meum Stichum. hic Stichus cum apud furem esset, stipulatus est ipsi furi. certe nulla quæritur actio furi: quia eo tempore non fuit apud dominum suum seruus. an autẽ ego domin⁹ serui possim agere ex hac stipulatione? Resp. quòd nõ. Si verò iste seruus esset stipulatus non facta mentione furis, nec domini, sed impersonaliter, vt dicit Gl, mihi domino adquiritur actio. Sed ponam⁹ quòd iste seruus sic impersonaliter stipulat⁹ sit ex re furis, & sic domin⁹ habuit quod stipulatus fuit seruus. an fur possit hoc repetere à domino serui actione mandati de peculio? Respond. quòd non: imò remanet apud dominum. Fran.

† Hæc in aliis desunt.
* inclusa desunt in Pand. Flor.
† Non seruiret alicui. hæc inquam verba Bartolus ita exponit: si mihi non stipulatur sed alteri.

g ¶ *Possidere.* spectatur enim singula momenta: vt ?. de acquir. rerum do. l. qui bona. §. j. licet in seruo alieno sit secus: vt ?. de vsufr. l. qui scit. §. fina. & facit supra de acqui. rerum do. l. quæsitum & de acquir. poss. l. eg. qui vniuersas. §. itam quod mobile. & supra si cert. peta. leg. eius qui. in fin. Item facit supra de contrah. emptione. §. itē fi. Item facit hæc lex ad id q̃ not. ?. de acquiren. poss. l. quod meo. Accursius.

a Momenta singula plerūque spectamus.

† Heres suum potest esse, in certitudine testamenti ignorat. l. eius. qui in prouincia ut s. l. § certum petatur.

* Distat ab illa.

Liber homo non quærit mala fidei possessori. Bar.

XXXIIII. IAVOLENVS *libro secundo ad Plautium.*

SI seruus testamento manumissus [a], cum se liberum esse ignoraret, & in causa hereditaria maneret, pecuniam heredi stipulatus est [b]: nihil debebitur heredibus, si modò scierint [c] eum testamento manumissum [d]: quia non potest videri iustam seruitutem seruisse iis qui illum liberū esse non † ignorabant [e]. Distat igitur * ista, causa eius [f] qui liber emptus, bona fide seruit: quia in eo & ipsius & emptoris existimatio consentit, cæterùm is qui scit hominem liberum esse, quamuis ille conditionem suam ignoret: ne possidere [g] quidem cum potest videri.

S*Eruum hereditarius.*] CASVS. Titius mortuus est, heredes eius nondum adiuerunt hereditatē eius. seruus qui est in hac hereditate, stipulatione sua potest acquirere heredibus futuris, & etiam ipsi hereditati. Franciscus.

b Hereditarius seruus dicitur qui est in hereditate iacente.
c Hereditarius seruus heredi futuro stipulari potest nomine appellatiuo, at non proprio. adde Gl. l. 18. §. 4. l. eod.

h ¶ *Hereditarius.* quia est in hereditate iacente.
i ¶ *Futuro.* appellatiuo nomine: secus in proprio. Acc.
k ¶ *Stipulatur.* de hoc dic vt supra l. si seruus hereditarius, quæ est contra. & facit supra si cer. petatur l. eius qui.

XXXV. MODESTINVS *libro septimo Regularum.*

SEruus hereditarius [h] & heredi futuro [i] & hereditati rectè stipulatur [k].

Stipulatio serui qui non habet dominum, non valet. Bart.

XXXVI. IAVOLENVS *libro quartodecimo Epistolarum.*

QVod seruus.] CASVS. Habebam seruum quendam Pāphilum, quia malus erat & inutilis, habui eum pro derelicto. seruus iste stipulatus est à Titio c. vtrum mihi adquirat? Respond. quòd non. si vero iste seruus sic à me pro derelicto habitus fuerit, apprehensus ab alio: potest illi quærere, ratio est in textu vsque ibi, inter hereditariū. vbi ponit differentiam quæ est inter seruum habitum pro derelicto, & seruum hereditarium, nam seruus habitus pro derelicto, censetur esse nullius: seruus verò hereditarius non videtur esse nullius: cum contineatur in vniuersitate hereditatis. Cætera clara sunt. Fran.

¶ Frequentius est opera aqua ioris auctores quā operibus. & sic Vfu. par. Virgil. li. 8. Aeneidos.

QVod seruus stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullius est momenti [l]: quia qui pro derelicto rem habet, omnimodo à se reiecit [m]: nec potest eius operibus † vti, quem eo iure ad se pertinere noluit. Quòd si ab alio adprehensus [n] est, stipulatione [o] ei adquirere poterit. nam & hæc genere quodam donatio est [p]. Inter hereditarium enim seruum, & eum qui pro derelicto habetur, plurimum interest: quoniam alter hereditatis iure retinetur [q]: nec potest relictus videri, qui vniuerso hereditatis iure continetur: alter voluntate domini derelictus, non potest videri ad vsum eius pertinere, à quo relictus est.

d Pro derelicto rem habens, rei iura derelictæ dominium amittit.
e Pro derelicto seruus habitus, cōtinuo liber: etiamsi non langues pro derelicto non sit habitus. vt hic in fine Glo.
f Donatio potest in incertā personam cōferri: quod et accidit qui rē pro derelicto habet.

l ¶ *Momenti* scilicet stipulatio.
m ¶ *Reiecit.* sic ?. [d] pro derelicto. l. ij. & de nox. l. si seruum pro derelicto.
n ¶ *Adprehensus* antequam incipiat se gerere pro libero. potest enim seipsum forsan occupare in libertatem: quia non [e] hoc ipso quòd pro derelicto habetur, est liber: vt hic. & ?. pro derelicto l. fin. nisi esset languens: vt ?. qui sine ma. ad liber. leg. seruo. & in authen. de nupt. §. multo. & C. de lati. liber. tol. §. sed scimus, & facit C. de infan. expon. l. fin. Sed quidam dicunt idem etiam in non languente, arg. dicta auth. & sic corrigit quod hic dicitur. Accur.
o ¶ *Stipulatione,* quam interposuit, cum pro derelicto habeatur.
2. Vel dic quòd illa nullius momenti sit, vt in principio: nec postea isti qui eum apprehendit, acquiritur. Dic ergo stipulationem quam interposuit postquam apprehensus est, pro prima est supra eod. si ex re. §. illud, pro secunda facit ?. pro oxi.
p ¶ *Donatio est.* in [f] incertā personā collata: vt Insti. de re. diui. §. pen.
q ¶ *Retinetur,* vnde si iste quærit, hereditati quærit: vt ?. de acq. ff. Nonum.

quiren. re. do. l. hereditas ij.

S*I communis.*] CASVS. Ista lex tria dicta continet. Primum est quando seruus stipulatur dominis suis, expressis tātum nominibus propriis: nō appellatiuo, scilicet domini. Secundum dictū est quando stipulatur expressis tantum nominibus appellatiuis, nō propriis. Tertium dictum, quando stipulatur dominis expresso nomine proprio & appellatiuo. Primum in principio. secundū ibi, si verò, tertium ibi, si verò ita, Lucio &c. In primo dicto dicit, si seruus stipulatur dominis suis, expressis tantū nominibus propriis: vt dicendo, promittis Gaio & Seio c. tunc cuilibet dominorum acquiruntur l. Si verò stipuletur expressis tātum nominibus appellatiuis: velut, promittis dominis meis c. tunc acquiritur stipulatio pro parte qua quisque dominus est: vt si vnus habeat duas partes in seruo, acquirantur ei duæ partes de c. alteri tertia pars. Si autē stipulatur seruus expressis nominibus propriis & appellatiuis. tūc quia primo nominauit propria nomina, acquiritur cuilibet dominorum pro parte dimidia: licet aliquando de hoc dubitatum fuerit. Fran. Acc.

Si propria nomina exprimantur, vocantur domini in viriles. si appellatiua, vocantur in dominicas, si vtraque exprimantur, in dubio inspicitur quod præcedit. Bartolus.

XXXVII. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

SI communis seruus ita stipularetur: *Lucio Titio & Gaio Seio* [r] *dari spondes?* qui sunt domini illius [s]: pro virilibus [t] partibus eis ex stipulatione debetur. Si verò [u] ita: *Dominis meis* [x] *dare spondes* [y]? pro parte qua [z] domini essent. Si vero [a] ita: *Lucio Titio, & Gaio Seio dominis meis dare spondes* [b]? dubitaretur vtrúmne viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur: & interesset [c], quid cuius demonstrandi gratia [d] esset adiectum, & quæ [e] pars eius stipulationis principalem † causam haberet. Sed cum ad nomina [f] prius decursum est, rationabilius esse videtur, pro virili parte stipulationem [g] eis adquiri,

r ¶ *Seio.* & ita propriis nominibus. H.
s ¶ *Illius.* s. serui. Az.
t ¶ *Pro virilibus.* Contra. ?. eo. leg. proinde. ibi; nam & si omnium &c. Solue vt ibi.
u ¶ *Si vero.* secundus casus.
x ¶ *Dominis meis,* idem dico & si dicam, domino meo, cū plures habeam dominos. argu. ?. de libe. lege. l. j. in fin. Sed argu. contr. ?. eod. l. sed & si ita. Azo. & facit ad hanc distinctionem, ?. ad Trebel. leg. nonnunquam. & de leg. j. turpia. in fin. & l. si heredes nominatim. & supra de statu lib. leg. ita liber in fin. item facit C. de impu. & ali. substi. l. j. & supra de reb. dub. l. vtrum. §. fin.

† Principalia præualent. l. argentarius. ff. de edendo. l. cū qui. §. f. ubi inst. de [illegible]

y ¶ *Spondes,* & ita appellatiuis tantum.
z ¶ *Pro parte qua.* & ita pro dominicis.
a ¶ *Si vero.* tertius casus.
b ¶ *Spondes,* & ita propriis, & appellatiuis.
c ¶ *Interesset.* argumentando loquitur.
d ¶ *Gratia.* i. an propria [a] ad designationem appellatiuorū, an appellatiua ad designationem propriorum.
e ¶ *Quæ,* & interesset repete, quæ pars &c. M.
f ¶ *Ad nomina.* istud ponitur ad correctionem præcedentium, vel ad denotandam præsumptionem [b] quæ quorum demonstrādi gratia apponuntur.
g ¶ *Stipulationem.* si verò prius ad appellatiua est decursum: pro dominicis quæritur, & sic sequentia [c] determinant prima, secundùm Ioan. Idem dicam & si permixtim: vt Lucio domino, & Titio domino. Vel econtra, nam semper [d] inspiciam quę præcedunt. Sed quidā dicunt, vt Alex [e]. semper pro virili quando propria & appellatiua ponuntur. & secundum eos quod dixit prius, subaudies maxime. Sed prima placet: & hoc cum omnibus potest quæri: aliàs soli ei qui potest: vt ?. eo. l. j. §. communem seruus, & l. si alienus seruus, in fin. & Institu. e. §. Item hoc cum nullus solus iuf-

a Propriorum & appellatiuorum nominū an sit quidam differentia vide apud Bartol.
b Præsumitur in dubio aliquid alterius demonstrandi causa additum vel nō additum.
c Sequentibus præcedentia determinātur.
d Præcedentia semper inspicimus.
e Legendum forte. Alcia.

a Seruus si vnius domini nomine ... stipulatur, alteri tamen domini nomine adquirat, cui adquirat.

b Seruus fructuarius cui dominorum adquirat.

sit: nec vnus solus est nominatus: nã tunc ei soli: *vt s. e. l. seruus alienus & l. proinde.* ¶ Quid[a] autem si vnus iubet: sed alterum nominat? dic vt no. *s. l. seruus communis. §. si.* ¶ Cum autem seruus[b] est fructuarius in quo plures habent vsumfructum: si quidem ex opera stipulatur sine nomine, & iussu fructuariorum: idem dic quod supra in pluribus dominis. Sed si vnus solus iussit, vel vnus tantum nominatur, ei quæritur: *vt supra de vsufr. l. si seruus fructuarium. §. si duos.* sed iste tenetur ad communicandum: cum opera[c] quodammodo est ex re: *vt supra de acquir. re. do. l. qui bona in princ. & j. eo. l. pe.* Si autem vnus iussit, sed alter est nominatus: tunc nominato secundùm Ioan. quòd si stipulatur ex re vnius fructuarij tãtum: si quidẽ sine nomine vel sibi partem proprietario de stricta ratione, & partem fructuario: *vt d. §. si duos.* sed de æquitate soli fructuario: *vt s. eod. si alienus. 2.* Vel etiam dic *vt dixi in l. si alienus.* Si autem nominatim domino ex re fructuarij stipuletur, totum ei quærit: *vt supra de acquirend. re. domi. l. per seruum. §. fructuarius. & d. §. si duos.* sed reddit per cõdictionem sine causa: *vt j. eo. l. pe.* & sic intelligitur *s. de acquir. re. do. l. qui bona §. sed si adiiciat.* Si autẽ ex se domini fructuario nõ

c Opera quodammodo est ex re.

quod[a] dominorum vocabula[b] pro demonstratione habeantur[c].

XXXVIII. IDEM *libro quinto ad Quintum Mucium.*

SI seruus meus à liberto meo operas sibi dari stipuletur, inutilem[d] stipulationẽ esse Celsus scribit: aliter atque si non adiecto hoc verbo, *sibi*, stipulatus fuerit[e].

XXXIX. IDEM *libro vicensimo secundo ad Q. Mucium.*

CVm seruus in quo vsumfructum habemus, proprietatis domino ex re fructuarij vel ex operis eius[f] nominatim stipuletur: adquiritur[g] domino proprietatis, sed qua actione fructuarius recuperare possit à domino proprietatis, requirendum est[h]. Item si seruus[i] bona fide nobis seruiat, & id quod nobis adquirere poterit, nominatim domino suo stipulatus fuerit: ei adquiret. Sed qua actione id recuperare possumus, quæremus, & non sine ratione est, quod Gaius noster

valet: *vt s. eo. l. seruum fructuarium.* si ex re vnius fructuarij alteri fructuario, non valet: *vt s. e. l. si alienus, in fin. nec obstat. l. si cum duorum, s. eod.* quia expone vt ibi. ¶ Quod in fructuario dixi: idem[d] in possesso à pluribus bona fide: *vt d. §. si duos.*

d Seruus à pluribus possessus cui adquirat.

a ¶ *Quod.* id est quia.

b ¶ *Vocabula.* s. appellatiua apposita in stipulatione.

c ¶ *Habeantur.* demonstrant enim appellatiua, an prius nominati sint domini. ¶ Et sic not. de ordine[e] scripturæ: *sic in Auth. de here d. & Fal. l. inordinatum.* Sed arg. contra *j. de sol. l. nec enim.* Item facit *supra si cert. pet. l. eius qui. §. quod si.* Accur.

e Ordo scripturæ attendatur.

S *I seruus.*] CASVS. Habebam libertum: à quo seruus meus stipulatus est hoc modo: promittis mihi operas tales? certe talis stipulatio non valet. Si autẽ stipulatus esset non expresso hoc pronomine, mihi, tunc stipulatio valet. Fran. Accur.

d ¶ *Inutilem,* vt *s. de ope. li. l. seruus patroni.* & est speciale[f] *sic s. eo. l. ij. & l. si seruus communis Maui §. seruus capt.* Aliàs non refert sibi vel domino stipuletur: *vt s. e. l. j. in princ. quæ est contra.* Sed quæ est ratio? Respon. quia factum in stipulatione continetur, vnde domino non potest quæri, *vt Instit. eo. §. sed cum factum.* secundum quosdam. Sed certe ibi de facto serui stipulantis, hic liberti promittentis. Verius tamen dic quòd non possunt deberi nisi iure patronatus: at seruus non est patronus, & hoc de opera incerta. de[h] certa valet *vt s. de ope. lib. l. opera in rerum j.* cum[i] habeat instar pecuniæ: *vt supra eo. tit. de ope. lib. l. à duobus.*

f Seruus inutiliter sibi stipulatur operas incertas à liberto domini & cur. g meus.

h Certarum & incertarum operarum dissimilitudo.

i Operæ certæ pecuniæ instar obtinent.

e ¶ *Stipulatus fuerit,* quia tunc valet. Accursius.

C *Vm seruus.*] CASVS. Habeo vsumfru. in Sticho seruo: cuius proprietas pertinet ad Titiũ, iste seruus stipulatur Titio nominatim ex operis suis, vel ex re fructuarij, certe acquirit ipsi Titio domino suo, postea subiungit quęstionẽ qua actione possit vsufructuarius recuperare illud à proprietario, & antequã respondeat illi quæstioni, subnectit aliã quæstionẽ, quòd scilicet seruus qui nobis seruit bona fide, si stipuletur domino suo nominatim, ei acquirit. Postea respondet illi quęstioni quã indecisam relique rat, dicẽs quòd fructuarius poterit recuperare quod ex hac stipulatione ad proprietarium peruenit, condictione sine causa Fran.

f ¶ *Eius,* scilicet serui.

g ¶ *Adquiritur,* domino proprietatis: sed non econtra: *vt s. de vsu. sed & si quis §. quæsitum, & supra e. l. seruũ fructuarium & j. de solu.*

l. qui res. §. si seruus.

h ¶ *Inquirendum est.* & certe condictione sine causa.

i ¶ *Item si seruus.* alienus.

k ¶ *Condici.* s. condictione sine causa: siue solutum sit, siue nõ: sed tunc vt actio cedatur, habet etiam locũ condictio incerti primo casu. *& fa. s. si cert. pet. l. cũ fundus. §. j. & de act. emp. si seruus. j. §. seruum.*

dixit, condici[k] id in vtroque casu posse domino.

Licet stipulatio serui & filij conferatur in tempus existentiæ sui iuris: nihilo minus patri & domino quæritur. Bart.

XL. IDEM *libro trigensimotertio ad Quintum Mucium.*

QVidquid contraxit seruus[l] dum nobis[m] seruit:[n] etiam si stipulationem contulit in alienationem vel manumissionem[o] suam, tamen nobis id adquisitum erit: quia potestas eius tunc cum id contraheretur, nostra fuit[p]. Idque est si filiusfamilias contrahat. namque etiam quod in emancipationis[q] suæ tempus contulerit, nobis debebitur, si tamen dolo malo[r] id fecerit.

Q *Vidquid.*] CASVS Seru' meus ita stipulat' est à Titio: pmittis cũ fuero manumissus vel alienat'? quærit an post manumissionẽ vel ante mihi acquiratur? Resp. quod sic. §. sequens planus est. Fr.

l ¶ *Seruus.* s. noster.

m ¶ *Nobis.* s. dominis.

n ¶ *Seruit.* i. dum noster seruus est.

o ¶ *Vel manumissionem.* putà promittis cũ fuero manumissus vel alienatus. Acc.

p ¶ *Nostra fuit.* bona ratio: quia initium[a] inspicitur in acqui. hoc casu *& seq. vt & s. de verb. oblig. l. si filius.* 2. Est & alia ratio, quia dolo fecit: *vt j. in fi. l.*

a Initium spectandum, ad Gl. s. c. de dam. t. de doc. extra glo. in c. 1. §. item circa. in verbo legatorum de col. in prog. sanct.

q ¶ *In emancipationis.* putà cum fuero emancipatus.

r ¶ *Dolo malo.* i. in fraudẽ patris ne eis acquiratur, sic stipulatus est. *Arg. s. pro soc. l. actione. §. diximus.* & hoc præsumit[b] si cõtrarium nõ apparet: aliàs si apparet contrariũ, vtilis filio quęritur: *vt s. de here. inst. l. quidã.* & ibi exemplũ est quando non præsumitur dolo: quia

b Præsumitur interdum dolus.

Digestorum, seu Pandectarum Liber quadragesimus sextus.

DE FIDEIVSSORIBVS & mandatoribus.

TITVLVS I.

Omni obligationi & ciuili & na-

non volebat patri quæri, qui filio dare volebat. Item aliud exemplum *j. tit. j. l. si debitori. §. 1.* ¶ Sed nunquid etiam in seruo posset esse sine dolo vt ei manumisso quæratur? Rñ. non: quia nõ oportet proficere ei libero facto quod in seruitute egit, nisi[c] in casu. *C. an seruus ex suo facto. l. quamuis. & l. præmisse.* Item hoc quando sub conditione intrinseca[d]. si autem extrinseca, vt si Titius fuerit consul: tunc indistinctè quæritur patri & domino: *vt s. de verb. oblig. l. si filius.* Item hoc in cõtractibus[e], secus in relictis: *vt j. de reg. iur. l. quæ legata. & C. de condi. incer. l. si vxor.* Acc.

c Seruo an & quando pro se libero facto, quod in seruitute gessit.

d Intrinsecæ & extrinsecæ conditionis differentia.

e Cõtractuum & legatorum differentia.

DE FIDEIVSSORIBVS ET mandatoribus.

Nota differentiam[f] inter fideiussorem & mandatorem: nam semper fideiussor sequitur obligationem: vt j. eo. l. fideiussor. *sed mandator semper ante: nisi in casu:* vt s. man. l. si vero non re. §. si post creditam. *R. dicit fideiussores mandatorum: sed verius dic, principalium debitorum pro quibus quandoq. fideiussores, quandoque mandatores interueniunt.*

f Fideiussoris & mandatoris & an vtrique ab expromissore. Gl. in l. stipulationum §. stipulatio. l. de verbo. oblig. Gl. ord. in auth. de fideiuss. in princ. coll. 1.

¶ *Fideiussor[g] est non qui nomine debitoris* l. 97. §. possum, de verb. oblig. *sed qui[h] pro debitore suo nomine stipulati promittit citra nouationem: vel qui pro alio ab stipulatore interrogatus respondet, qui & adpromissor dicitur. Constituitur ergo per stipulationem, stipulatio autem, vt diximus, accedit omni obligationi, & fideiussio igitur, denique stipulatio aliàs accedit vt principalis obligatio, aliàs vt sequela principalis obligationis,* l. 93. de solut. l. 5. §. penul. de instit. act. *Mandator[i] etiam omni obligationi accedit. is est qui fideiussorem fide iubere vel creditorem alij credere rogat. sed consensu nudo constituitur non vt fideiussor per stipulationem, & ob id præsens tantum fid. iubet, mandat vero præsens vel absens* l. 22. §. si curator l. 32. manda. *Cuiacius.*

g Fideiussor quis.

h Adpromissor quis.

i Mandator quis.

O *Mni obligationi.*] CASVS. Iurisconsultus tractaturus de fideiussoribus, primo docet nos dicens quod fideiussor potest adhiberi omni obligationi: siue ex contractu: siue ex maleficio: siue naturali tantum: siue ciuili tantum: siue naturali & ciuili simul. Et in l. seq. magis specificat, dicens quod obligationi cõmodati & depositi potest accedere fideiussor: putà si deposui apud te aliquam rem: tu verò dolũ in ea commisisti: possum accipere fideiussorem à te quod mihi satisfacies de damno mihi dato in re deposita. similiter etiam dic de commodato. Fran. Acc.

Omni

a ¶ *Omni*. siue[a] ex contractu, siue ex maleficio, item siue naturali & ciuili: vel naturali tantum: vel ciuili tantum: *vt* j. *eod. l. stipulatus. & leg. seq. & leg. fideiussor obligari. §. j. & Insti. eod. in princip. & Cod. de non nu. pecu. leg. sicut*. vt sic comprehendat genera singulorum: non autem singula generum, nam non[b] valet si contractus sit contra legem: *vt infra codem. l. cum lex. & C. de leg. & con. leg. non dubium*. vel prohibitum[c] fideiussorem dari: *vt Cod. ne fideiusso. do. den. l. ij. & facit supra manda. l. si hereditatem. §. & in summa. & j. l. proxi*.

tu ali accedere potest fideiussor. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigesimo-nono ad Sabinum*.

OMni[a] obligationi fideiussor accedere potest.

Ista lex loquitur de obligatione secundaria quæ contrahitur in commodato vel deposito ratione doli vel culpæ ad interesse, & pro illa poterit fideiussor accedere, quando depositum vel commodatum sit pupillo sine tutoris auctoritate: vel seruo, qui nõ obligatur nisi naturaliter: & tenetur fideiussor, dummodo non interueniat illorum dolus vel culpa. nam si interuenit dolus, pupillus reputatur maior, & obligatur ciuiliter & naturaliter. Paul. de Cast.

b ET *commodati*. q. d. nedum pro obligatione quæ contrahitur verbis, sed[d] etiam quæ contrahitur re.

c ¶ *Seruum*, *vt* ī. *de condic. inde. l. naturaliter*.

d ¶ *Pupillum*. doli[e] capacem, qui de solo dolo tenetur naturaliter & ciuiliter: *vt supra depo. l. j. §. an in pupillum*. vel si est locupletior: *vt supra commo. l. j. in princip*. & eisdem casibus tenentur fideiussores indubitabiliter. sed & extra istos duos casus tenentur naturaliter pupilli: scilicet in commodato: & ideo tenebitur fideiussor: *vt infra eo. l. fideiussor. §. j*. non autem in deposito etiam naturaliter, nisi ex dolo. seruum[f] autem constat naturaliter teneri eo casu quo liber teneretur naturaliter & ciuiliter.

II. POMPONIVS *libro vicesimosecundo ad Sabinum*.

ET commodati[b] & depositi fideiussor accipi potest: & tenetur etiã si apud seruũ[c] vel pupillum[d] depositum commodatúmve fuerit: sed ita demum, si aut dolo malo[e] aut culpa[f] hi fecerunt, pro quibus fideiussum est[g].

Qui dat fideiussorem illum qui non potest conueniri, tenetur de nouo satisdare: secus si dedi fideiussorem non idoneum. Bar.

III. VLPIANVS *libro quadragesimo-tertio ad Sabinum*.

QVi[h] satisdare[i] promisit[k]: ita demum implesse stipulationem satisdationis videtur, si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest, & conueniri[l]. Cæterum si dederit seruum[m] aut filiumfalias ex quibus causis de peculio actio non datur, vel mulierem[n] quæ auxilio senatusconsulti vtitur: dicendum est non esse impletam[o] satisdationis stipulationem. Planè si non idoneum[p] fideiussorem dederit: magis est vt satisfactum sit: quia qui admisit eum fideiubentem, idoneũ[q] esse comprobauit[r].

IV. IDEM *libro quadragesimoquinto ad Sabinum*.

POtest accipi fideiussor eius actionis quã habiturus[s] sum aduersus eum pro quo[t] fideiussi, vel mandati, vel negotiorum gestorum[u]. Fideiussor[x] & ipse obligatur, & heredem[y] obligatum relinquit, cũ rei[z] locũ obtineat.

Obligatio principalis extinguit accessoriam, si in eadem causa concurrit: secus in duabus obligationibus paris potentiæ. Bar.

V. IDEM *libro quadragesimosexto ad Sabinum*.

GEneraliter Iulianus ait, eũ[a] qui heres extitit ei[b], pro quo interuenerat[c], liberari ex causa accessionis, & solummodo quasi heredem rei teneri[d].

e ¶ *Dolo malo*. hoc ad seruum & pupillũ, & commodatum & depositum refertur.

f ¶ *Aut culpa*. hoc nõ ad depositum, item nec etiam ad commodatum in pupillo, vt teneatur, nisi naturaliter.

g ¶ *Fideiussum est*. sed & fideiussores ob suum dolum tenẽtur vel culpam: *vt* ī. *de verbo. obl. l. mora. &* ī. *de dolo. l. si fideiussor*.

QVi satisdare.] CASVS. Vendidi tibi equum vel fundum. promisi tibi dare fideiussorem pro euictione: ad quod tamen non tenebat: vt igitur adimplerem promissionem meam, dedi tibi seruum vel filiumfa. in his causis in quibus non possunt fideiubere, vel dedi tibi mulierem in fideiussatricem: quæ potest te repellere auxilio senatuscõsulti Velleiani, an satisfecerim promissioni meæ? certè non. Sed quid? dedi tibi fideiussorem qui pauper erat: nunquid videor adimplesse promissum? Resp. quòd sic: quia debes tibi imputare quòd talem recipisti: cum potuisses eum repellere ab initio. Franc. Accur.

h ¶ *Qui*. scilicet debitor. Accursius.

i ¶ *Satisdare*. quod quandoque[g] fit ex voluntate: *vt* ī. *qui satisdare cogan. l. fideiussor. §. si necessaria*. Acc.

k ¶ *Promisi*. f. fideiussores dare. sic ī. *qui satisda. cogan. l. j*.

l ¶ *Et conueniri*. vtrumque intellige cum[h] effectu. Nam sunt[i] quidam qui possunt obligari, & non conueniri: *vt* ī. *de in ius vocan. l. ij*. & hi sunt non idonei: *vt hic, &* ī. *qui satisda. cogan. l. ij. in princ*. Accursius.

m ¶ *Seruum*. Seruus ex fideiussione non tenetur nisi[k] in causa peculij intercedat: *vt* j. *eo. l. seruus instio. &* ī. *de pecu. l. licet §. si filius*. Sed filius[l] etiã non tenetur si intercedat pro mutuo facto in rem suã: nec etiam tenetur pater de peculio: *vt* ī. *ad Macedo. l. sed Iulianus adiicit*. Vel si fideiussit, cum nihil esset in peculio, nec etiam spes vt esset, non tenetur pater: *vt* ī. *de pecu. quæsitum*. Vel aliàs animo donandi: *vt* ī. *de don. l. filius*. Aliàs enim si filius fideiubeat etiam extra causam peculij, teneretur pater de peculio: *vt* ī. *de pecu. licet §. sed filius*, & ipse filius: *vt C. eo. l. filius*. Accur.

n ¶ *Vel mulierem*. hæc non tenetur cum effectu propter Velleianum[o]: *vt hic & supra qui satisda. cogan. de die. §. qui mulierem. & supra ad Velle. l. j*. Accursius.

o ¶ *Impletam*. sic *supra qui satisda. cogan. quotiens. & si quis in ius voca. non ie. l. j*. & maximè si ignorans accipit talem: *vt supra de pact. in personam. §. qui pecuniam. Argu. contra supra de condi. & demon. Mæuius*. Accursius. ADDITIO. Dic secundùm Bart. quòd, ibi erat talis cõditio quæ de iure impleri non potest: vnde sufficit si de facto: *vt l. mulier. §. j. supra de condi. insti*. hic poterat impleri de iure. Dy. verò dicit quòd debet dari fideiussor qui possit cõueniri & obligari.

p ¶ *In eum*. quo ad facultates. Aliàs contra *supra si quis in ius voca. leg. j*. Accursius.

q ¶ *Idoneum*. opibus.

r ¶ *Comprobauit*. maximè si talem sciuit[c]. *& facit supra manda. ti. l. inter causas. §. abesse. & qui satisda. cogan. l. si ab arbitro. §. j. & supra de separa. leg. j. §. illud. & supra vt in pos. leg. si is à quo. §*. Et not. hic mirabilia duo: quia[d] toleratur ignorantia iuris, vt non afferat recipienti damnum: sed facti non. Sed regulariter contra: *vt supra de iur. & fac. igno. l. regula. in prin*. 2 Vel potest dici quòd & recipiens mulierem potest errare in facto. vt si credebat eã in rem suam fideiubere: & seruum liberum credebat. *Arg. supra de cõtrahen. emp. l. quia difficile*. Accursius.

POtest accipi.] CASVS. Eram iturus ad nundinas. tu dixisti mihi: Ego habeo Titium amicum meum Lugduni. si mutaueris ei centum aureos. bene soluet tibi ego respondi tibi: Fideiubes tu pro eo si quicquam mutauero ei? tu dixisti, ita fideiubeo. nunquid talis fideiussio pro debito futuro valet? Dicitur quòd sic §. sequens clarus est. Franciscus Accursius.

s ¶ *Habiturus sum*. & sic futuræ[e]: *vt* j. *eo. l. stipulatus. § adhiberi*. Ac.

t ¶ *Eum pro quo*. debitorem principalem.

u ¶ *Negotiorum gestorum*. quando[f] te absente & sine mandato fideiussi: *vt supra manda. l. ex mandato. §. j. & l. qui fide. ij. respon. & facit supra eo. l. j. & ij*.

x ¶ *Fideiussor. facit*[g] *Insti. eo. § fideiussor. j. & C. eo. l. fideiussoris*.

y ¶ *Et heredem*. suum.

z ¶ *Rei*. id est debitoris.

GEneraliter.] CASVS. Ego fideiusseram pro Titio. postea Titius moriens instituit me heredem. certum est quòd sum obligatus tanquam heres. sed an duabus obligationibus tenear, scilicet principali & accessoria fideiussionis? Respond. quòd tantum principali obligatione teneor: quia accessoria confunditur. vsque ibi, Reum verò. vbi dicit quòd aliter est quando reus principalis alteri principali succedit: quia tunc ambæ manent obligationes. vna enim non consumit aliam. sed in fideiussore & reo reperiri potest quando altera alteram perimat, & ponit exemplũ quando reus reo succedit: veluti cum vnus reus promittẽdi succedit alteri reo promittendi. Itẽ si sint duo rei stipulãdi, & vnus alteri succedit: ille qui succedit, habet ius duarum obligationũ. sed si egerit ex vna earum, altera consumetur. h. d. ista l. tota cum l. seq. Franciscus Accursius.

a ¶ *Eum*. fideiussorem. Accursius.

b ¶ *Ei*. scilicet reo. Accursius.

c ¶ *Interuenerat*. fideiubendo, vel mandando, vel constituendo.

d ¶ *Teneri*. idem contra: *vt* j. *eo. l. cum reus*.

a Fideiussor omni obligationi siue ex cõtractu siue ex maleficio, siue naturali siue lege sit, accedere potest, at non illicitæ.
b Fideiussor obligationi illicitæ accedere non potest. Plat. ea. leg.
c Fideiussor, qui lege prohibetur fideiussor esse, vti liter non obligatur.
d Fideiussor obligationi verbis vel re accedere potest.
e Pupillus doli capax, doli tenetur naturaliter & ciuiliter: sed & quatenus locupletior factus est: extra superiores casus, naturaliter tantum.
Seruus naturaliter tenetur eo casu quo liber teneretur naturaliter & ciuiliter.
g Satisdatio fit quandoque à volente.
h Patia sunt fideiussorẽ dare qui iure nõ posset conueniri, & qui facto quoque conueniri nõ posset.
i Fideiussor non est idoneus qui potest obligari, nõ tamen cõueniri.
k Fideiubẽte ex causa peculiari seruo, competit actio ei apud quẽ fideiussit.
l Fideiubens filiusfamilias nõ tenetur si fideiubeat pro mutuo, vel cũ nihil esset in peculio, vel alias animo donandi.

a Fideiubens mulier, Velleiano ipso iure tuta non est. l. si mulier in iure sup. ad Vellesanum. l. Stichũ aut Pamphilum §. aliquando. inf. de solutionibus. (exceptis casibus positis in l. antiqua C. ad Velleianũ, repudiata Glossa l. j. C. de reparationibus quæ fiunt in iudicio restitutione. in integrũ Bartolus hic.
b Satisdare de facto an sufficiat.
c Imò si ignorat, accipienti talem fideiussorem non præiudicat. Glossa in l. 36. §. abesse. sup. mandati.
† Fideiussor fideiussoris accipi potest.
d Ignorantia iuris interdũ toleratur facti non tolleratur. videtur. men hic Bartolus.
e Fideiussor futuræ obligationis esse potest.
f Fideiussor negotiorum gestori dari potest.
g Fideiussoria obligatio transit ad eius heredes.

a ¶ *Liberari*. fallit tamen in casu: vt cum principalis obligationis non sit exactio: vt]. eo. l. heres §. quòd si hic seruum. Acc.
b ¶ *Reo*. scilicet debendi. Acc.
c ¶ *Refert autem*, scilicet Iulianus, & facit]. de solu. l. si duo rei. & ʒ. de duobus reis leg. si reus pro. &]. eod. l. heres §. j. & ʒ. de act. empt. leg. non est nouum. &]. leg. proxim. & argu. ʒ. de testi. leg. ob carmen §. si testes & ʒ. quem admod. serui. amit. l. nam satu. in fin. & ʒ. qui satisd. cogan. de dic. §. si fideiussor iudicatum. & quod no. C. de pact. l. debitori. Accur.
d ¶ *Hoc* s. vbi non potest reperiri quæ altera alteram tollat.
e ¶ *Sustinebit*. actiuè, cum sit reus stipulandi.
f ¶ *Deduceretur*. per contestationem litis.
g ¶ *Consumeretur*. Argu. contra ʒ. de constit. pecun. item illa. in fin. &]. eod. l. g. si mandato meo. & ʒ. de action. & obliga. leg. si is qui Stichum. Item facit supra l. proxi. cum suis concor.

a Fideiussoris extinguitur per principalem quando principalis est valida: aliàs non extinguitur.
b Duæ obligationes in vnius personam sæpe concurrunt.
c Obligationes duæ principales paßiuæ non tolluntur electione. vt hic, & l. 2.]. de duobus reis hic in obligationibus quæ actiuæ dantur, secundum Bulgarum. Natura duarum obligationum in vna & eadem persona reū dictum ea est vt per contestationem litis vna electa, alia tollatur. ¶ In l. g. ij lex, Si reus.

Denique scripsit, si fideiussor heres extiterit ei pro quo fideiussit, quasi reum esse obligatum, ex causa fideiussionis liberari.[a] Reū vero reo[b] succedentem, ex duabus causis esse obligatum, nec enim potest reperiri quæ obligatio quam perimat: at in fideiussore & reo reperitur: quia rei obligatio plenior est, nam vbi aliqua differentia est obligationū, potest constitui alteram per alteram perimi. cum verò duæ eiusdem sint potestatis, nō potest reperiri cur altera potius quàm altera consumeretur. Refert autem [c] hoc [d] ad speciem in qua vult ostendere non esse nouum vt duæ obligationes in vnius personam concurrant. Est autem species talis: Si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes sustinet †. Item SI REVS stipulandi extiterit heres rei stipulandi: duas species obligationis sustinebit[e]. Planè si ex altera earum egerit, vtramque consumet: videlicet quia natura obligationum duarum quas haberet, ea esset, vt quum altera earum in iudicium deduceretur[f], altera consumeretur[g].

STipulatus sum.] CASVS. Stipulatus sum à Titio centū: & quia soluendo erat, non accepi fideiussorem, postea cōperi quòd debilis erat in facultatibus, volui habere fideiussorē certe possum petere: & ipse fideiussor adiectus obligabitur: siue purè fideiusserit, siue sub conditione. [ADHIBERI AVTEM.] Iste §. dicit quòd fideiussor potest adhiberi præcedēti obligationi: & etiā futuræ, dummodo speretur esse aliqua obligatio: licet tantum naturalis speretur contrahi. Et ponit exemplum in leg. sequenti. nam illius obligationis potest fideiussor accipi, ex qua si quid solutū fuerit, non potest repeti, veluti in Macedoniano, nam si filiusfami. soluat, non potest repetere: quia ibi est naturalis obligatio: licet ab initio posset creditorem mutuantem repellere excep. sena. consul. Macedo. Fran. Accur.

VI. IDEM libro quadragesimo-septimo ad Sabinum.

STipulatus sum à reo, nec accepi fideiussorem: postea volo adiicere fideiussorem: si adiecero, fideiussor obligatur. 1. ¶ Et parui [h] refert vtrum purè fideiussorem obligem, an ex die, an sub conditione.

2. ¶ Adhiberi autem fideiussor tam futuræ [i] quàm præcedenti [k] obligationi potest: dummodo sit aliqua vel [l] naturalis futura obligatio:

Tunc pro naturali sola obligatione potest accedere fideiussor, quando non est omnino inefficax: sed saltem est efficax, vt impediat repetitionem indebiti soluti per errorem iuris. Paulus.

VII. IVLIANVS libro quinquagesimotertio Digestorum.

QVod enim solutum repeti non potest [m], conueniens est huius naturalis obligationis fideiussorem accipi posse[n].

VIII. VLPIANVS libro quadragesimoseptimo ad Sabinum.

GRæcè [o] fideiussor & ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, λέγω, θέλω, siue βούλομαι.* sed & si φημὶ dixerit, pro eo erit atque si dixerit λέγω. 1. ¶ Præterea [p] sciendum est, fideiussorem adhiberi omni obligationi posse, siue re[q], siue verbis, siue cōsensu. 2. ¶ Pro eo etiam qui iure honorario [r] obligatus est: posse fideiussorem accipi[s] sciendum est.

Post litem contestatam potest accipi fideiussor: & fideiussor de iudicio sisti non tenetur post sententiam. Bartolus.

3. ¶ Et post litem [t] † contestatā fideiussor accipi potest: quia & ciuilis & naturalis subest obligatio. & hoc Iulianus admittit: eóque iure vtimur. An ergo condemnato [u] reo exceptione vti possit [fideiussor] quæritur, nam ipso iure non liberatur, & si quidē iudicati actionis acceptus nō est, sed tantùm litis exercitationis[y] rectissimè dicetur vti eū exceptione posse. Si verò acceptus fuerit etiam totius causæ: cessabit

p ¶ *Præterea*. facit. *Insti. eo. in prin. & ʒ. eo. l. j. & ij.*
q ¶ *Sine re*. vt in commodato. verbo, vt in stipulatione, consensu, vt in emptione, & *ad hoc supra eo. l. j.* Accursius.
r ¶ *Iure honorario*. vt de consti. vel de iureiu. vel de pecu.
s ¶ *Accipi*. vt & *supra de pec. eod. tempore*. Accursius.

Et post litem.] CASVS. Conueni te in iudicio pro c. aureis, tu negasti te debere: & sic lis est contestata. peto fideiussorem de iudicio sistēdo, an possim? Respon. quòd sic. Sed ponamus quòd reus sit condemnatus an fideiussor sit liberatus? Distinguitur: aut acceptus est fideiussor tantum pro exercitio litis: & tunc fideiussor reo condemnato liberatus est, aut acceptus est fideiussor super tota causa: & tūc fideiussor non liberatur reo condemnato. [A TVTORE.] Titius in testamento suo dedit Sempronium tutorē filio suo. de iure autē non tenetur tutor testamentarius dare fideiussorē rem pu. sal. fo. Quid autem si eum dederit? Respon. quòd ipse fideiussor tenetur. Item tu cōmisisti mihi furtū: ego facio te conueniri. tu das mihi fideiussorem, certè talis fideiussor tenetur: & generaliter ex omni obligatione potest dari fideiussor. [ILLVD COMMVNE.] Tu promisisti mihi centū, tu das mihi fideiussorem pro ducentis, an talis fideiussor teneatur? Resp. quod non. Si autem promisisti mihi centum: tu potes dare mihi fideiussorē pro quinquaginta. Exemplum sequens est clarum. [SI QVIS STICHVM.] Promisisti mihi Stichum seruum, si Stichus moriatur, tu eris liberatus, dedisti mihi fideiussorē qui promisit mihi illum Stichū, aut decem, certè talis fideiussor non tenetur: quia acceptus est in duriorē causam, nam si pro solo Sticho fideiussisset, & fuisset mortuus: fideiussor & reus liberati essent, sed cum fideiussit pro Sticho vel pro decem: mortuo Sticho fideiussor tenetur pro decem. Et non tantum non tenetur ideo, quia in duriorem causam acceptus est, sed etiam quia in aliam rem est acceptus ipse fideiussor quam ipse reus promiserit, & ponit rationem in sequenti: quia si tu promittis mihi decem: tu non potes dare fideiussorem vt promittat decē aut Stichum. Sequentia clara sunt vsque ad l. seq. Fran. Acc.

** id est mea fide iubeo, dico, volo, cupio. βούλομαι cum destinatione quadā animi volo. φημὶ affirmo. λέγω, dico.*
† Fideiussor iudicio sisti litte contestata potest acceptari qui non teneatur post sententiam latā: vt hic in text. versi. sed tantum litis &c. Barto.

h ¶ *Et parui*. vt]. eo. l. Græcè. §. illud versi. item accepto.
i ¶ *Futuræ*. vt [d] & ʒ. de indi. leg. non quemadmodum, & *Insti. eod. §. fideiussor. & ʒ. de pecu. eo tempore*.
k ¶ *Præcedenti*. aliud[e] in mandatore, nisi in casu: quod dic vt supra mandati. l. si vero non remunerandi. §. si post creditam. Acc.
l ¶ *Vel*. pro saltem. Accur.
m ¶ QVod enim.] *Non potest*. naturali [f] causa inhibente: vt & ʒ. de act. & obliga. l. naturales. Acc.
n ¶ *Posse*. cum effectu: vt]. eod. l. fideiussor. §. j. & ʒ. de iureiur. l. fin. licet quidam dicunt obstare exceptionem in naturali: sed secus [g] in ciuili tantum: vt C. de non nu. pecu. l. si cui. Accur.

GRæcè fideiussor.] CASVS clarus est vsque ad §. præterea. Hic dicit iurisconsultus, quòd omni obligationi potest adhiberi fideiussor, siue re contrahatur: vt si commodo tibi aliquā rem, possum petere fideiussorem quòd eam mihi restitues, & sic de aliis. Item si constituis te mihi soluturū pro aliquo: ista obligatio est prætoria. possum à te fideiussorem petere. Fran. Accur.
o ¶ *Græcè*. interpretatio Græci: mea fide iubeo, volo, dico, cupio, tantum ergo valet vnum ex his, quātum & aliud, & *facit Insti. eod. in fin. & supra de verb. oblig. l. j. §. eadem, versic. sed vtrum*. Accursius.

d Futuræ obligationi adhiberi fideiussor potest.
e Fideiussoris & mandatoris differētia.
f Solutum repeti non potest quod naturaliter tantum debetur, etiā cum cum naturalis tātum causa sit prohibet repetitionem.
g Fideiussor accedere non potest obligationi ciuili.

t ¶ *Post litem*. nec enim damnosa est nouatio: vt]. tit. j. l. aliam.
u ¶ *Condemnato*. sed non exacto. aliàs contra: vt C. de fideiuss. tut. l. non est ambigui. Accursius.
x ¶ *Ipso iure*. quia tempus[a] non est modus tollendę obligationis. Azo. 2. Vel quia sententia non nouat vt fideiussor liberetur si est condemnatoria. & sic facit pro eo quod not. C. de vsur. rei iudi. leg. §. §. si enim nouatur.
y ¶ *Exercitationis*. vt iudicio sisti. & not. hunc casum.

a Tempus nō est modus tollendæ obligationis.

Datus

exceptio. 4 ¶ A tutore qui testamento datus est [a], si fuerit fideiussor datus [b], tenetur.

5 ¶ Sed & si ex delicto oriatur actio, magis [c] putamus teneri fideiussorem. 6 ¶ Et generaliter omnium obligationum [d] fideiussorem accipi posse, nemini dubium est.

Fideiussor non potest teneri in causam grauiorem quam principalis: sed in non grauiorem sic. Bar.

7 ¶ Illud commune est in vniuersis qui pro aliis [e] obligatur, quòd si fuerint in duriorem [f] causam adhibiti, placuit eos omnino [g] non obligari. In leuiorē planè causam accipi possunt: propter quod in minorem summā rectè fideiussor accipietur. Item accepto reo purè, ipse ex die vel sub conditione accipi potest. Enimuero si reus sub conditione sit acceptus, fideiussor purè non obligabitur [h].

Alternatiuæ obligationi non potest accedere fideiussor. Bar.

8 ¶ Si quis Stichum [i] stipulatus fuerit, [&] fideiussorem ita acceperit: *Stichum aut decem* [k] *fide tua iubes?* non obligari fideiussorem Iulianus ait: quia durior eius [l] fit conditio: vtpote cū futurum sit, vt mortuo Sticho [m] teneatur [n]. Marcellus autem notat [o] non ideò tantùm non obligari, quia in duriorem conditionem acceptus est, sed quia & in aliam [p] potius obligationem acceptus est. Denique pro eo qui decem promiserit, non poterit fideiussor ita accipi, vt decem aut Stichum [q] promittat [r] quamuis eo casu non sit eius [s] durior [t] conditio.

Quo ad obiectionem fideiussor non potest in causam duriorem accedere: sed in causam leuiorem sic. Bart.

9 ¶ Idem Iulianus ait, si is qui hominē aut decem dari stipulatus fuerat fideiussorē ita acceperit, *hominem aut decem, vtrum ego velim?* non obligabitur eum: quia durior eius conditio facta est.

10 ¶ Contra autem si is qui hominem aut decem, vtrum ipse stipulator volet, stipulatus est: rectè fideiussorem ita accipiet, *Decem aut hominem, vtrum tu voles* [u]? fit enim, inquit, hoc modo fideiussoris conditio melior.

11 ¶ Sed & si reum sic interrogauero [x], *Stichum & Pamphilum?* fideiussorem *Stichum aut Pamphilum?* rectè interrogem: quia leuior fideiussoris conditio est.

12 ¶ Pro fideiussore † fideiussorē accipi nequaquā dubiū est.

IX. POMPONIUS *libro vicesimosexto ad Sabinum.*

Fideiussores [z] & in partē pecuniæ & in partem rei rectè accipi possunt.

Si dubitatur an fideiussor sit soluēdo: non potest opponi simpliciter beneficium diuisionis. Bartolus.

X. VLPIANUS *libro 7. Disputationum.*

SI dubitet [a] creditor an fideiussores soluendo sint [b], & vnus ab eo electus, paratus sit offerre cautionem, vt suo periculo confideiussores conueniantur in parte: dico audiendum eū esse: ita tamen, si & satisdationes offerat, & omnes confideiussores qui idonei esse dicuntur, pręsto sint. Nec enim [c] semper facilis est nominis emptio, cum numeratio totius debiti non sit in expedito.

Propter mendacium perditur beneficium diuisionis. Bar.

1 ¶ Ita demū inter fideiussores diuiditur actio [d], si nō inficiētur: nā inficientibus auxilium diuisionis non est indulgendum [e].

Filiusfamilias pro parte vtiliter fideiubet: & ex hac causa pater quod iussu & de in rem verso tenetur: & filio emancipato soluenti de castrensi peculio subuenitur. Bart.

a ¶ *Datus est.* rem pupil. sal. fo.
b ¶ *Datus.* cum sciret se non teneri dare: vt *Inst. de satisd. tut.* §. j. aliàs non teneretur fideiussor: vt *argu. supra si quis caut. l. 2. sed & si quis. §. fin. & infra eo. si quis postquam.* ¶ Et no. ar. quod fieri [a] non debet, factum tamen tenet, *sic j. quando appel. sit. l. 1. §. biduum. & supra de adil. edic. quod si nolit. §. in factum. & de iure do. l. non solum. & supra pro soc. quod autē. & supra de pacu. sed & ha. §. pen.*
c ¶ *Magis putamus.* ar. contra j. *eo. si à reo. §. quod.* sed ibi patet solutio. Accur.
d ¶ *Obligationum.* quę descendunt ex contractu vel quasi, & maleficio vel quasi. Accur.
e ¶ *Pro aliis.* & ita in mandatoribus, sponsoribus & fideiussoribus.
f ¶ *In duriorem.* [b] aliàs duriorem: aliàs deteriorem. ¶ Et dicitur durior [c], loco, tēpore, & causa: vt *Instit. de actio. §. plus autem.* & sic non est *contra supra de re iud. l. & si fideiussor. & eo. l. j.* Accur.
g ¶ *Omnino non.* [d] id est in nihilum. Io. (& sic viziatur [e] vtile per inutile, secundū eum, *arg. ž. de arbi. l. pari. §. qui serium.*) Sed alij [f] contra. debent enim teneri vsque ad id ad quod tenetur reus, pro quibus sunt *argu. supra de constitu. pecu. l. hactenus. in fin. & leg. seq. & C. de donat. si quis argentum. §. sed si quidem in omnibus. & ž. de vsur. leg. pecunia.* Sed aliis casibus loquuntur. Item pro eis supra *mand. l. rogatus.* Sed in maiorem summam quàm esset mādatum, fideiussit, nō in maiorē quam reus debebat. Itē pro eis infra *eo. si à reo. y. respon. & facit infra eo. l. vbicunque. in fi. & l. hi qui. & l. si testamento. §. quaesitum. & Iasit eo. §. fideiussores.*
h ¶ *Non obligabitur.* quia plus esset tēpore.
i ¶ *Si quis Stichum.* & sic minus: quia partem, aut quia vnum solum. R.
k ¶ *Aut decem.* & sic plus, quia totum, vel quia duo.
l ¶ *Eius.* fideiussoris.
m ¶ *Mortuo Sticho.* & sic liberato reo.
n ¶ *Teneatur.* s. fideiussor in x. & sic plus re. Accur.
o ¶ *Notat.* reprehendendo Iulianum vel addendo. Accur.
p ¶ *In aliam.* quia hæc de toto: illa principalis est de parte. Acc.
q ¶ *Stichu.* quia aliud promittit, & plus. & alia est obligatio: licet nō sit durior ei [o] causa, vt subiicit, imò leuior: cū Stichū dādo liberetur: qui valet fortè quinquitātū. ¶ Et no. ar. quòd alternatiuè duo promittit, ambo sunt in obligatione: *vt ž. de verb. obl. l. si duo rei.*
r ¶ *Promittat.* alternatiuè. Accur.
s ¶ *Eius.* fideiussoris.
t ¶ *Durior.* quādam debet plus [b] causa: cum reus habet electionem ex lege: *vt Instit. de actio. §. praeterea.*
u ¶ *Tu voles.* tu scilicet fideiussor. sec [c] si in rei arbitrio esset electio: vt j. eo. l. si Stichum. in prin.
x ¶ *Interrogauero.* quia minus debet re ipsa.
y ¶ *Stichum & Pamphilum.* & ita tenebatur ad vtrumque. Acc.
Fideiussor et CASUS. Promisi tibi septē corbes vini, & centū aureos. dedi tibi fideiussorē pro tribus corbibus, & pro quinquaginta aureis. talis fideiussor tenetur: quia pro parte pecuniæ & pro parte rei est acceptus. Franc. Accur.
z ¶ *Fideiussores.* de hoc dic vt not. *supra loca. l. qua. o. in fin.* primi casus.
Si dubitet.] CASUS. Titius debitor me[9] in centum dedit mihi tres fideiussores. si vnus erat sufficiens, omnes erant sufficientes. cœpi dubitare quòd non essent soluendo isti fideiussores. vnus fideiussorum venit, & dicit mihi: Amice, tu dicis confideiussores meos non esse soluendo. & sic timeo quòd velis me in solidum conuenire: ecce ego offero tibi cautionem pro cæteris confideiussoribus, vt conuenias eos pro partibus virilib[9] meo periculo. an istu sit audiendus. Respōdetur quod sic: ita tamen quòd de hoc det fideiussorem, & omnes fideiussores qui dicuntur esse idonei, sint presentes quādo ista cautio præstatur. [ITA DEMUM.] Iuris dispositione fideiussores habēt beneficium diuisionis: ita quòd conueniuntur pro virilibus partibus. Ponamus quod sunt tres fideiussores pro Titio in sexaginta aureis. vnus conuentus in iudicio negat se esse fideiussorem. postea conuictus vult opponere beneficium epistolæ diui Hadriani. an sit audiēdus. Respond. quòd non, quia perdidit illud beneficium propter suū mendacium [FILIUS FAMILIAS.] Filiusfamilias duabus rationibus potest fideiubere pro patre. Rationes sunt in textu. Sed quęritur, an pater propter hanc fideiussionem filij teneatur actione quod iussu? Respond. quòd sic. Cætera plana sunt vsque ad legē sequentem. Franc. Accur.
a ¶ *Si dubitet.* si [a] enim constaret eos esse soluendo, in partes conuenirentur: *vt Instit. eo. §. si plures.* Accur.
b ¶ *Sint.* vt sic debitum sit in liquido. Accur.
c ¶ *Nec enim.* bene dixi in partem tantum conueniendum, offerendo cautionem: quia si in solidum conueniretur, haberet necesse soluere plus: & ita quasi [b] ex vēditione cederentur ei actiones: *vt j. eod. cum is.* cum non haberet pecunias ad manus, quòd esset iniquum. 2 Vel dic etiam quòd confideiussores non haberent quod incontinenti redderent. *& facit authen. de duo. reis. in prin. col. vij.* Accursius.
d ¶ *Actio.* ex epistola diui Hadriani.
e ¶ *Indulgendum.* punitur mendacium [c], *sic C. de non num. pecu.*

a Facta interdum tenent, quæ fieri non debent.
b Fideiussor in duriorem causam obligari non potest quā principalis sit, vitamē duas exceptiones apud Socinū. Reg. 146. incipit. §. tinsfie.
c Durior causa intelligitur et loco, tempore & causa.
d Omnino nō vel omnimodo diuisiones quam vim habeant, adde Glo. ... in ... ...
e Vitiale per inutile interdum vitiatur. aliàs non.
f Fideiussor in & quaterus in maiorem summam teneri possit, quam reus principalis.
g Alternatiua in promissione, duo sunt in obligatione.
h Causa plus debetur.
i Electio rei est ex lege.
¶ Fideiussor fideiussori accipi potest.
a Fideiussores in partes conueniuntur quo tres constat esse soluēdo, ... quatuor casibus de quibus vide hic Albericum.
b Cessio actionis venditionis species est vnde colligitur, cessionem fieri per procuratorem posse, ... de ... vendetionem.
c Mendacium ponitur ... hic mendacibus negatur beneficiū diuisionis ... ...

tamen tu.contra qui propriam.& ff.de re iudi.l.sed hoc ita.& ff.pro soc. si vnus.in fi.& supra quod cum eo.l.sed si ex parte.§.interdum.

a ¶ *Filiusfamilias.* aliàs.l.& aliàs.§.

b ¶ *Fideiube.* e.vt[a] *C.eo.filius & C.quod cum eo.l.si ex alio.*

c ¶ *Facere.* nisi in casibus:quos dic *vt supra quod cũ eo.l.ij.& l.iiij.*

d ¶ *Potest.* scilicet in solidum: *vt supra de pecu.l.si quis cum filio.& l.sequen.* Accur.

e ¶ *Sed an pater.* pro quo præsente filius fideiussit: siue mandet expressè pater siue nõ.

f ¶ *Referri.* vt *& supra quod iussu.l.j.* Accursius.

g ¶ *Ista actio.* scilicet quod iussu. Accur.

h ¶ *Cum patre.* scilicet de in rem verso: quæ datur illi creditori qui filio in hãc causam mutuat.ei verò apud quem filius intercesserit, tenetur pater obligatione principali,nisi animo nouandi filius intercessit: quo casu de in rem verso tenetur pater ei à quo liberatur à prima: *vt supra de in rem verso.l.si pro patre.in princ.& l.si filius.*

i ¶ *Vtilis.* scilicet mãdati, vel negotiorum gestorum: *vt ff.man.l.ex mandato.§.j.* directa quippe non tenet: quia ab initio non tenuit mandatũ: cum[b] inter patrem & filium in potestate constitutum non contrahatur obligatio: *vt supra de indi.l.lis nulla. & ad hoc supra de here. insti.quidem. & de verbo.oblig.quidam. in fine.* Argu.contra. *l.si filius. inf.eo.titu.* ADDITIO. Dic quòd ibi filius soluit spontè: hic ex necessitate præambuli contractus: & sic nemo in necessitatibus liberalis existit: *vt l.rem legatam. supra de adi leg.cum similib.* secundùm Bar. hic.

a Fideiubere pro patre filiusfamilias potest.

† Fideiussor non tenetur quando principalis obligatio non valet: cũ paria sint non esse,& esse inualidum. de quo est betum in l.si seruus.in princ.& ibi doct.& Ale.l.si quis tam. quam tamen legem limitabis per l.Marcellus.quod ibi not. Alex.inf.eo tit C.

b Obligatio non contrahitur inter patrem & filium in potestate constitutum.

2 ¶ Filiusfamilias[a] pro patre poterit fideiubere[b]: nec erit sine effectu hęc fideiussio. primo quidem quòd sui iuris effectus poterit teneri in id quod facere[c] potest[d]: dein quòd & dum in potestate manet, cõdemnari potest. Sed an pater[e] ex hac causa *quod iussu* teneatur, videamus. Et puto ad omnes cõtractus *quod iussu* etiã referri[f]. Sed si ignorante parte pro eo fideiusserit, cessat ista actio[g]: tamẽ quasi in rem patris versum sit, potest agi cũ patre[h]. Planè si ii emancipatus soluerit: vtilis[i] ei actio debebit cõpetere. In potestate etiã manenti eadẽ actio[k] competit, si de peculio castrensi pro parte soluerit[l].

Vbi nulla subest obligatio: non potest accedere fideiussor. h.d.Bart.

XI. IVLIANVS *libro duodecimo Digestorum.*

QVi contra † senatusconsultum[m] filiofamilias crediderit[n], mortuo eo[o] fideiussorem à patre[p] accipere non potest: quia neque ciuilem[q] neque honorariã[r] aduersus patrem actionem habet, nec est vlla hereditas[s], cuius nomine fideiussores obligari possent.

XII. IDEM *libro quadragensimotertio Digestorum.*

PLanè eius actionis nomine quæ de peculio aduersus eũ competit[t], fideiussor rectè accipitur.

Electo mandatore non liberatur reus principalis, nec econuerso. Item ei qui conuenitur pro alio, debet cedi actio contra principalem: & aliter nõ debet condemnari. Pau.

XIII. IDEM *libro quartodecimo Digestorum.*

SI mandato meo Titio decẽ credideris, & mecum mandati egeris, non liberabitur Titius: sed ego tibi non aliter condemnari debebo, quàm si actiones quas aduersus Titiũ habes, mihi præstiteris[u]. Item si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id dumtaxat tibi obligatus ero[x], quod à Titio seruare non potueris.

Si reus principalis succedit fideiussori: sicut extinguitur obligatio fideiussoria, ita & exceptio personalis quæ competebat fideiussori: nec potest opponi ex persona eius. Pau. de Cast.

XIV. IDEM *libro quadragensimoseptimo Digestorum.*

CVm reus[y] promittendi fideiussori suo heres extitit: obligatio fideiussoria perimitur[z]. Quid ergo est? si tãquã à reo debitũ petatur: & si exceptione fideiussori competente[a] vsus fuerit, in factum[b] replicatio dari debebit: aut doli mali proderit.

Fideiussor potest opponere exceptionem ex persona rei, etiam eo inuito. Bartolus.

XV. IDEM *libro quinquagensimoprimo Digestorum.*

SI stipulatus esses à me sine causa[c], & fideiussorem dedissem, & nollem eum exceptione vti, sed potius soluere, vt mecũ mandati iudicio ageret: fideiussori etiam inuito[d] me exceptio

k ¶ *Actio.* mandati, vel neg.gest. vtilis. Accursius.

l ¶ *Soluerit.* quia quantum ad id peculium habetur pro patrefamilias: *vt ff.ad Macedo.l.ij.* Accursius.

Q*Vi contra.*] CASVS. Titius filiusfamilias petiit à me centum aureos mutuo, moritur. ego volo à patre suo fideiussorem petere: an possim? Respon. quòd non: licèt ipse filiusfamilias habuerit peculium quod nunc est penes patrem. & est ratio: quia filiusfamilias nec iure ciuili obligatur ex mutuo, quia cõtractus est illicit[e]: nec iure honorario, scilicet de peculio: quare, &c. ¶Sed ponamus quòd filius contraxit aliter quàm mutuum accipiendo: & sic pater tenetur de peculio. certè hoc casu poterit fideiussor accipi. Franc. Accursius.

m ¶ *Qui contra sen.tusco.* Macedonianum. Accursius.

n ¶ *Crediderit.* id est mutuauerit pecuniam.

o ¶ *Eo filio.*

p ¶ *A patre.* qui bona eius iure peculij possidet. Accur.

q ¶ *Neque ciuilem.* quæ datur in filium efficaciter si licitus fuisset contractus. Accursius.

r ¶ *Neque honorariam.* de peculio: quæ etiam in vita filij locum non habuit: *vt C.ad Macedo.l.pe.* Accursius.

s ¶ *Nec vlla hereditas.* sed potius peculium quod pater occupauit: *vt ff.de castren.pecu.l.ij.* Sed hodie[c] habet heredem ab intestato: *vt in Authen.de here.ab intest.§.j.col.ix.* & ideò[d] fideiussor posset accipi nomine hereditariæ obligationis quando licitus fuisset contractus. *& facit ff.ad Macedo.l.creditorem.* Accur.

c Heredem ab intestato hodie filiifamilias habet.

d Fideiussor nomine hereditariæ obligationis dari potest pro filiofamilias: hoc est, propter hereditatem quæ illi tandem competit a patre.

t P*Lanè.*] *Competit.* alicui qui aliàs cum filio contraxit: *vt ff.eo.l.heres.§.seruo.& ff.ad Macedo.l.creditorẽ.§.planè.* nõ[a] dando mutuum: quia tunc non datur de pec.act. *vt C.ad Mace.leg.pe.*

a Displicet Alberico.

S*I mandato meo.*] CASVS. Mandaui tibi vt Titio amico meo pecuniam mutuã dares: quod & fecisti. facio te vocari in ius. & cõdemnatus es mihi soluere. quęritur vtrum Titius cui dedi, sit liberatus à me? Respon. iudex non debet me condemnare nisi cedas mihi actiones quas habes aduersus Titium. Item econtrario si tu egeris cũ Titio: propter hoc ego non ero liberatus: sed tamen in tantum tibi tenebor, quantum restat tibi de solutione: putà mutuasti xx. soluti sũt tibi x. ego tenebor tibi in reliqua x. Fran. Accur.

u ¶ *Præstiteris.* vt[b] *& supra manda.leg.si quis alicui.§.fina.& facit infra eo.l.cum is.& facit C.eo.l.vlti.& infra rem pu.sal.fo.leg.si plures.* Argumen. cõtra[c]. *supra eod.l.si reus stipulandi.*

x ¶ *Obligatus ero.* id[d] est remanebo. *sic ff.de iudi.l.Iulianus.* Accursius.

b Cedi actio ei debet qui pro alio conuenitur: neque aliàs condemnari debet, quàm si ei cedatur actio aduersus ipsum principalem.

c Solue, hic erant pariter principales & contra eundem: hic contra diuersos.

d Esse, pro permanere.

C*Vm reus.*] CASVS. Ego debebam Sempronio centũ aureos. Titius pro me fideiussit. moritur fideiussor meus, me relicto herede. obligatio fideiussoria est perempta: & sic ego conuenior vt reus principalis. Cum petitur à me pecunia, ego volo vti exceptione aliqua quæ competebat Titio fideiussori meo. Dicitur hic quod ego non sum audiendus: imò mihi potest opponi doli exceptio si sim extraneus ipsi Sempronio: vel in factũ, si sim patronus eius vel parens. Franc. Accur.

y ¶ *Cum reus.* aliàs incipit, dum reus. & aliàs, si reus. Accur.

z ¶ *Perimitur.* Idem econtra[e]: *vt ff.eo.l.generaliter.*

a ¶ *Competente.* tantùm, quia scilicet personalis erat.

b ¶ *In factum.* si patronus erat vel parens: *vt ff.de except.do.l.apud Celsum.§.aduersus.* Accur.

e Confusione tolluntur obligationes accessoria & principales.

S*I stipulatus.*] CASVS. Stipulatus sum à te centum aureos absque vlla causa: & sic non teneris mihi. dedisti tamen fideiussorẽ pro ista summa: qui vult vti exceptione contra me, tu non vis quod vtatur tali exceptione: sed vis quòd soluat: vt postea reddas sibi pecuniam illam. an fideiussor possit vti exceptione te inuito? Respon. quòd sic. & ratio est: quia securius est non soluere indebitum, quàm solutum postea repetere. [SI EX DVOBVS.] Dedi Titio xx. aureos mutuo: pro quibus dedit mihi duos fideiussores Mæuium & Seium. Seius venit ad me, & dicit: Seie quia potes me cõuenire in viginti: ecce ego do tibi quinque vt me nõ cõuenias. & fui contentus. quęritur, an propter istud pactũ factũ cum Seio alter fideiussor Mæuius liberetur? Respon. quòd nõ: imò potero quindecim ab altero fideiussore petere: nec poterit mihi aliquã exceptionẽ opponere. Itẽ si velim alia quinque petere à Seio, poterit me repellere doli mali exceptione. Fran. Accur.

c ¶ *Sine causa.* spe futuræ numerationis: & non numerasti. vel quia putabam me debere, cum non deberem: *vt ff.de except.do.l.ij.§.circa.& ff.manda.l.si fideiussor.j.* Accur.

d ¶ *Inuito.* vt[f] *supra de excep.l.omnes.& Institu.de replica.§.fi.& ff.de dona.l.fideiussor.* Accur.

f Inuito principali debitore, fideiussor liberari potest.

Interest.

a ¶ *Interest.vt* [a] *& supra de compen.l.ij.& iij.*
b ¶ *Si ex duobus.* & sic quilibet in solidum tenebatur: *vt Inst. eo. §.si plures.* Accur. Floren.
c ¶ *Dederit.* quinque dedit, & tu fecisti pactum de non petendo ei aliquid.
d ¶ *Exceptione.* etiam quia non potest cedere actionem contra fideiussorem liberatũ: quod aliàs esset faciendum, *vt j.eo.l. vt fideiussor.* & sic est contra *infra de sol. l. Stichum. §.si creditor.* Sol. is qui quinque dedit: vel inutiliter fideiusserat, vel exceptione tutus erat. *arg. j. ad Velle. leg. quamuis. §. Marcellus & §.si mulieri. & j.eod. l.si Titius.* 2 Vel alter transactioni consensit: vel conuenit vt nõ peteret ad tempus. vel ille cũ quo transegisti, fideiussor alteri[*] fideiussoris erat. *lo. vt j. eod. l. si plures. in fin.* 3 Vel hic renũtiauerat[b] beneficio cedẽdarum actionũ quando intercessit: quod potuit: *vt C. de pac. leg. pe.* 4 Vel secundũ R. hic de rigore: ibi de æquitate. 5 Alij dicunt pactum[c] non intercessit, sed datio quinque, vt nõ peteret: & ideò idẽ qui quinq; dedit, in quindecim potest cõueniri. Sed certè satis est pactũ cũ sic recipiũtur quinque, ne amplius petat. 6 M.[d] sic fortè potuit esse q̃ secundo fideiussit qui quinque promisit vel dedit: & ideò si is qui conuentus est in quindecim, postea conueniatur in quinq; doli mali exceptione se tueri potest: cum ea quinque à primo cõsecut[*] sit, secundùm Azo. & eisdem modis respon. *j. eo. l. mandato. & supra de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. si res quæ est arg. contra.* Debitor autem vnum fideiussorem liberare potest: *vt j. de sol. in bu. §. si duos.* Accur.

a Compensatio nostra potius interest, quàm soluere & postea, solutum recipere.

Huic nõ absimile est q̃ Aristoteles *li. 5. Polit. c. 3. ait,* Melius esse prouidere ne homines nimia potentia augeantur, quàm põst eõ [illegible] remedium quærere.

b Renunciari potest beneficio cedẽdarum actionum.

c Modus adiectus contractibus (vt & vltimis voluntatibus) inducit dispositionẽ vt ex eo agi possit. *adde l. vlt. C. de his quæ sub modo.*

d Hanc solutionem probat Azo infra. Eandem probat lacob. de Arct. & Bartolus hac lege.

dari debet. Interest[a] enim eius pecuniam retinere † potius, quàm solutam stipulatori à reo repetere.

Pactum vnius fideiussoris non præiudicat creditori contra alium fideiussorem agenti. Bar.

1 ¶ Si ex duobus[b] qui apud te fideiusserant in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit[c] vel promiserit: nec alter liberabitur: & si ab altero quindecim petere institueris, nulla exceptione[d] summoueris. reliqua autem quinque[e] si à priore[f] fideiussore petere institueris: doli mali exceptione summoueris.

Fideiussor non potest intercedere penes illum apud quem non est obligatio actiuè: licèt intercedat pro obligato. Item alternatiua posita inter duos quorum vni potest adquiri obligatio, alteri non: facit vt primo obligatio adquiratur, & alter habeatur vt adiectus ad solutionem. Item adiecto potest solui etiam inuito creditore, si lis per creditorem non erat contestata contra soluentem. Paulus de Castro.

XVI. IDEM *libro quinquagensimotertio Digestorum.*

FIdeiussor obligari nõ potest ei apud quem reus promittendi obligatus nõ est[g]: quare si seruus cõmunis Titij & Sẽpronij nominatim Titio dari stipulatus fuerit, & fideiussorem ita interrogauerit: *Titio aut Sẽpronio id* dare spondes? Titius quidẽ petere à fideiussore poterit[h]: Sempronij verò persona in hoc solũ interposita videbitur, vt solui ei[i] ante litem contestatam[k] & ignorante vel inuito Titio possit.

e ¶ *Reliqua autem quinque.* quæ dedit ne eum conuenires. Acc.
f ¶ *A prio.* i. ab eodem qui soluit: & petebas hac ratione fortè quasi non propter debitum, sed propter pactum quinque soluerit. *& facit j. de tute. & ratio. distra. l. ex duobus.* Sed contra. *j. de admi. tut. l. si pupillus.*

Fideiussor.] CASVS. Dedisti mihi centum mutuo. dedi fideiussorem alij quàm tibi pro istis cẽtum. certè talis fideiussor non obligabitur: quia fideiussor non potest obligari alij quàm ei cui reus principalis est obligatus. de hoc ponit text. aliud exemplum: Titius & Sempronius habẽt seruum communem Stichũ. iste Stichus nominatim stipulatur Titio, dicendo: promittis Titio domino meo? postea adiecit fideiussorem à quo sic stipulatur: promittis Titio aut Sempronio dominis meis? dicitur hic quod Titius poterit petere à fideiussore, Sempronius verò non: quia seruus non est ei stipulatus, sed Titio. Ad quid ergo prodest persona Titij adiecta in fideiussione? Respõd. quòd ad hoc vt ei solui possit antè litem contestatam, non post. etiã inuito vel ignorante Titio. [QVI CERTO.] Continuat propositum suum ostendẽdo quando fideiussor videtur accipi in duriorem causam, ponendo tale exemplum: Stipulatus sum à te centum sine adiectione loci: sed purè. tu das mihi fideiussorẽ Titium, à quo stipulor quòd mihi soluat illa cẽtum Capuæ, cum simus fortè Romæ. certè talis fideiussor non obligatur: quia in duriorẽ causam obligatur, qui certo loco dare promisit, quã qui purè promittit. Item ponit aliud exemplũ quando reus principalis promittit in loco propinquiori, fideiussor verò in remotiori: sicut cũ reus promittit soluere Capuæ cũ sit Romæ, fideiussor verò promittit soluere Ephesi. Capua enim est prope Romã in Campania, Ephesus verò in Asia vltra mare, & sic multo lõgius. Aliud exẽplũ quod sequitur, clarum est. [FIDEIVSSOR.] Dicitur hic quòd omni obligationi potest accedere fideiussor: siue ciuili tantùm siue naturali tantùm, siue ciuili & naturali simul: dummodo sit aliqua obligatio cui possit fideiussor applicari. vsque ibi. naturales autem. ostendit hic quid sit naturalis obligatio: & dicit q̃ naturalis obligatio non est tantummodo illa ex qua nõ potest quis agere: verumetiam illa ex qua si soluo, non datur mihi repetitio. nam impropriè naturales obligationes dicũtur obligationes, & cæt. [STIPVLATIONE.] Tu promisisti mihi decem aureos soluere in festo Pẽtecostes purè sine vlla cõditione: dedistiq; mihi fideiussorem, qui se promisit soluturum pro te ista decem si imperator in Italiam venerit. quæritur, quid iuris? Respon. quòd obligatio fideiussoris est in pendenti. nam si imperator in Italiam venerit antè Pentecosten: fideiussor non obligabitur. si verò in die Pẽtec. venerit, aut post diem Pẽtec. fideiussor obligabitur. iste est elegans §. [CVM FIDEIVSSOR.] Vendidi tibi equum meũ pro xx. aureis, & accepi à te fideiussorem sub conditione, si non solueris mihi. quæritur, quando ista cõditio sit impleta? Respõ. quòd tunc cum tu fueris interpellatus, & non solueris: aut si antequam interpellatus sis, decedis: quia hoc etiam casu verum est te non soluisse: & sic conditionem esse impletam. Fran. Accur.

Non potest obligari fidejussor in causam duriorem. Bart.

1 ¶ Qui certo loco dari permisit, aliquatenus[l] duriori conditioni † obligatur, quàm si purè interrogatus fuisset. nullo enim loco alio quàm in quem promisit, soluere inuito † stipulatore potest[m]. Quare si reũ purè interrogauero, & fideiussorem cum adiectione loci accepero: non obligabitur[n] fideiussor. 2 ¶ Sed & si reus Romæ cõstitutus, Capuæ dari promiserit, fideiussor Ephesi: perinde non obligabitur fideiussor, ac si reus sub conditione promisisset, fideiussor autem in diem certam vel purè[o] promisisset.

Pro sola naturali obligatione potest accedere fideiussor: siue ex eo oriatur actio, siue non: dummodo propter eam impediatur repetitio soluti. Pau.

3 ¶ Fideiussor accipi potest quotiens est aliqua obligatio ciuilis[p] vel naturalis[q] cui applicetur.

4 ¶ Naturales obligationes nõ eo solo æstimãtur, si actio aliqua[r] eorũ[s] nomine cõpetit: verumetiã cũ soluta pecunia repeti nõ potest. Nam licèt minus propriè debere dicantur[t] naturales

g ¶ *Non est.* nam non est accessoria deficiente principali. sed fallit in pupillo & similibus: *vt supra eo. l. 2.*
h ¶ *Poterit.* Contra. *§. de stipu. ser. l. item si seruus in fi.* Sol. vt ibi.
i ¶ *Ei.* manenti in eodem statu: *vt infra de sol. l. cum quis.*
k ¶ *Ante litem contestatam.* sed post litem contestatam non potest: *vt j. de sol. l. si quis stipulatus fuerit decem. in §. item.*
l ¶ *Aliquatenus.* i. aliquantulum. Accur.
m ¶ *Potest.* vt *j. de eo quod certo loco. l. ij. §. item Iulianus. & leg. is qui. & j. de verb. oblig. l. qui Romæ.*
n ¶ *Obligabitur.* siue longiori siue proximiori loco promittat fideiussor qui in vtroque casu ad duriorem causam est acceptus. Sed quidam hoc intelligunt quando locus fideiussionis est remotior: pro quibus est *j. eo. l. testamento. §. quæsitum.* Accur.
o ¶ *Vel purè.* quia tunc non tenetur: *vt j. eo. l. Gracc. §. illud. vers. item accepto. & facit j. eo. l. hi qui.* Accur.
p ¶ *Ciuilis.* Obstat tamen hoc casu excep. *vt C. de non nu. pec. l. si cui. & est ciuilis sola.*
q ¶ *Naturalis.* vt *& j. eo. l. quod enim. & l. pe. & supra de condic. indeb. l. naturaliter.*
r ¶ *Actio aliqua.* Innuit quòd aliquando nascitur actio ex naturali obligatione sola, quod verum, quia[c] ex nudo pacto: *vt C. de dona. l. si quis argentum. §. fi. & C. de dotis pro. l. ad exactionem. & in aliis no. supra de pac. l. iurisgentium. §. quinimò.*
s ¶ *Eorum.* i. quæ debentur aliàs earum. i. obligationum. Accur.
t ¶ *Dicantur.* inspecto proprio sensu, qui est *j. de verb. signi. leg. de-*

† Limitabis hunc § per l. sing. secundũ Bart. *ibi in. §. quo pro eo. inf. eo.* vt non procedat quod hic dicitur, si in fideiussione interuenit iuramentum. *facit Glo. in l. Grac. §. illud, l. eo. cum adde Gl. in l. sicut inf. eo. vt. quem ad loc. Imo. singu.*

† Debitor propriè dicitur, à quo inuito debitum extorqueri potest.

a Accessoria interdum remanet, deficiente principali.

l Debitor certi loci, locum mutare inuito stipulatore non potest.

c Actio ex naturali obligatione nasci potest. Ne dicas ex nudo pacto, vt Accursius hic refert. sed ex pacto donationis, vt idem refert in l naturalis so § de obligationibus.

biter. Sed arg. contra. ṡ. *eo. tit. l. pecuniæ verbum. §. fin.*

a ¶ *Recepisse*. scilicet[a] videntur: *vt & ṡ. de condi. & demõ. l. quibus. §. dominus. & supra de dona. hoc iure. §. fi.*

b ¶ *Stipulatione*. facit *infra eod. l. si à reo. j. & ij. resp.*

c ¶ *Credidit*. aliàs credidi. Accursius.

d ¶ *Reus*. in iudicio, vel extra. & non est conditionalis hæc obligatio: *vt ṡ. de verb. oblig. si decem*. Accursius.

e ¶ *Teneretur*. hoc ideo, quia mora[b] rei fideiussori nocet: *vt supra de verb. obliga. leg. mora*. alioquin non teneretur, nisi reus desineret posse dare: vt in contrario *supra de verb. oblig. l. ita stipulatus*. vbi plenè dixi. Accursius.

f ¶ *Decessisset*. Sed nõne interpellare debet heres rei? Respond. fortè hic sine herede decesserat, alioquin interpellari deberet: vt quod in defuncto debuit fieri, & in herede fiat: *vt supra de arbi. leg. diem. §. si heredes. versic. nec otiumur. & te. quamuis*. ¶ Item no. hic arg. ad quæstionem, q si quis[c] promisit pœnam si non solueret: & mortuus est antequam soluat vel interpellet, quòd heres teneatur ad pœnam: nec sit opus eum interpellari. Sed dicas vt dixi. j quòd hic non reliquit heredem. vnde si reliquit, debet interpellari: aliàs pœna non potest peti. Accursius.

a Debitũ impropriè dicitur, quod nõ debetur nisi naturaliter.

b Mora rei fideiussori nocet.

c Pœnam promittens, si nõ soluat: si pòst moritur ante solutionem vel interpellationem, an eius heres teneatur ad pœnam, nec sit opus eum interpellare.

† Quàm efficaciter teneatur fideiussor reo non soluente, declarat Salomon Prouer. c. 6.

debitores, per abusionem intellegi possunt debitores: & qui ab his pecuniam recipiunt, debitũ sibi recepisse[a].

Si propter futurum euentum est dubium an fideiussor sit receptus in duriorem causam, expectatur ille euentus: & interim fideiussio est in pendenti. Pau.

5 ¶ Stipulatione[b] in diem concepta, fideiussor si sub conditione acceptus fuerit, ius eius in pendenti erit: vt si ante diem conditio impleta fuerit, nõ obligetur: si concurrerit dies & conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur.

Fideiussoria obligatio concepta si reus principalis non soluerit: ex mora rei principalis vel ex eius morte committitur.

6 ¶ Cum fideiussor hoc modo acceptus esset, *Si reus quadraginta*, quę credidit[c], *nõ soluerit, fide tua esse iubes?* verissimile est id actũ, vt cum appellatus reus[d] non soluisset, fideiussor teneretur[e] †. Sed & si reus antequam appellaretur, decessisset[f], fideiussor obligatus erit: quia hoc quoque casu verum esse, reum non soluisse.

Fideiussori soluenti solidum cedenda est actio contra fideiussorem. Pau.

XVII. IDEM *libro octagensimonono Digestorum.*

FIdeiussoribus succurri solet, vt stipulator compellatur ei qui solidum soluere paratus est, vendere cæterorum[g] nomina[h].

Ficta solutio fideiussoris parit sibi actionem contra principalem debitorem. Pau.

XVIII. IDEM *libro nonagensimo Digestorum.*

QVi debitorẽ suũ delegat[i], pecuniã dare intellegitur[k]

FIdeiussoris.] CASVS. Mutuaui Titio mille aureos, ipse dedit mihi tres fideiussores pro ista summa. conueni vnum in solidũ, qui mihi totam summam soluit. quæritur quomodo succurritur isti qui totũ debitum soluit? Respon. quòd ego debeo ei cedere actiones quas habeo aduersus cæteros fideiussores, vt ipse possit recuperare quod soluit. Fran.

g ¶ *Cæterorum*. confideiussorum: *vt infra eod. l. fideiussor.* Accur.

h ¶ *Nomina*. non[d] in solidum: sed pro rata, id est pro parte cæterorum. *arg. ṡ. de tu. & ra. dist. si pupillus. & facit j. de solu. l. Modestinus*. Idem in hypothecaria[e]: *vt C. eo. cum alter. & l. sicut. & de senten. leg. cum eorum. & infra eo. l. Paulus*. Accursius.

QVi debitorem.] CASVS. Debebas mihi centum, pro quibus mihi fideiussorem dedisti. iste fideiussor delegauit mihi debitorem suum pro centum. quæritur, vtrum videatur mihi satisfecisse ita quòd possit agere mandati actione contra te pro eo quòd fideiussit pro te? Respon. quod sic. ratio est: quia qui debitorem suum delegat, intelligitur soluisse pecuniam præsentem. Franciscus.

i ¶ *Delegat*. animo[f] nouandi. Accursius.

k ¶ *Intelligitur*. sic ṡ. *ad Velleia. quamuis. §. planè si mulier. & de do. can. mor. l. mortis causa. §. j. & C. de condic. inde l. ij.*

l ¶ *Potest*. vt *& supra man. l. inter causas §. abesse*. & dic vt ibi. & facit ṡ. *eo. l. 10. in fi.* Arg. contra *supra de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & facit supra manda. si verò non re. §. planè. in princ. & in fin.* ADDITIO. Dic quòd in dicto §. qui reprobos, ignoranter recepit, ideò non præiudicat sibi: hic scienter, & ideò nocet. *arg. supra de iur. do. l. promittendo. §. si à debitore. versic. nec enim*. ibi, qui sciens. secundùm Bart.

d Cessionem fideiussori soluenti, aduersus suos confideiussores creditor facere debet non in solidum, sed pro rata id est pro parte eorum qui nõ soluerunt.

e Fideiussori soluenti, cessionem hypothecariæ creditor facere debet aduersus ipsum reũ principalem.

f Soluere intelligitur qui delegat debitorem animo nouandi.

quanta ei debetur: & ideò si fideiussor debitorẽ suũ delegauerit, quãuis eũ qui soluendo nõ erat, cõfestim mandati agere potest[l].

Si pro serui fideiussione soluatur pecunia dominica: vindicatur, si peculiaris, pro debito non repetitur: pro indebito condicitur. sed si dominus soluit: ipse ab eo cui soluit, repetit. Bartolus.

XIX. IDEM *libro quarto ex Minicio.*

SEruus inscio domino pro quodam fideiusserat, & eo nomine pecuniam soluerat. quęrebatur, dominus possétne ab eo cui soluta esset, repetere. Respondit: Interest[m] quo nomine fideiusserit. nã si ex causa peculiari fideiussit, tunc id quod ex peculio soluerit, repetere dominus non poterit[n]. quod ex dominica causa soluerit, vindicabitur. si verò extra causam[o] peculij fideiusserit: quod ex pecunia dominica soluerit, æquè vindicabitur. quod ex peculio: condici poterit.

XX. IAVOLENVS *libro tertiodecimo Epistularum.*

SEd & si serui dominus pecuniam soluerit, repetere eam non ab eo pro quo fideiussit, sed ab eo cui numerauit, poterit[p], cũ seruus fideiussionis nomine obligari non possit. Sequitur ergo vt ab eo pro quo fideiusserat[q], repeti non posset[r]: cum ipse ære alieno obligatus sit[s], nec solutione liberari[t] eius pecuniæ nomine potuerit, cuius obligatio ad seruum non pertinuit[u].

Actiones quæsitæ heredi ex facto suo, non transeunt in fideicommissarium, vel in eum qui venit per contra tabulas, nisi facta cessione. Bart.

SEruus inscio.] CASVS. Titius habens seruum Stichum absentem pro tempore, qui ignorante domino pro Sempronio fideiussit, & etiam soluit: postea cognoscens quòd seruus suus Stichus soluerat ex causa fideiussionis voluit pecuniam illam vindicare ab eo cui erat soluta à seruo. quæritur vtrum possit? Et distinguitur: an iste seruus fideiusserit & soluerit ex peculio suo: & tũc Sempronius dominus non poterit pecuniam istam vindicare. si verò ex pecunia domini soluerit: dominus poterit eam vindicare. si autẽ dominusmet hãc pecuniam soluerit, poterit eam repetere ab eo cui soluit, nõ ab eo pro quo seruo fideiussit. h.d. cum l. seq. Frã. Accur.

m ¶ *Interest*. hæc distinctio in filio locum non habet: *vt & supra de pecu. l. licet. §. sed si filius*. Sed in seruo sic: *vt hic, & d. l. licet. §. si filius*. Accur.

n ¶ *Non poterit*. fine causa. per administrationem enim intelligitur dominiũ transtulisse, secundùm quosdam. Sed hoc falsum[a] reputo: cũ nulla ipso iure sit obligatio: *vt j. eo. l. proxi*. Item quia etiã si liberã[b] habeat peculij administrationem, non tamen videtur concessum alienare ex tali causa: *vt infra de solu. l. si is cui nummos. §. Flauius. & facit ṡ. de pac. l. contra iuris. §. fi.* Quòd igitur dicit hic, poterit condici: putà à fure, vel respectu possessionis[c]: *vt ṡ. de condic. tri. leg. j. in fin. & l. ij. & de condict. indeb. leg. indebiti*. 2 Vel dic quòd seruus putabat fideiubere ex causa peculiari: vnde propter iustum[d] errorem & liberã peculij administrationem transit dominium, secundùm Azo.

o ¶ *Non ex peculij*. pro creditore peculiari.

p SEd si serui.] *Poterit*. Imò videtur actione mandati ab eo pro quo fideiussit seruus: quia soluendo videtur habere ratam fideiussionem: *vt j. eo. l. si seruus alienus. quæ est contra*. Solu.[e] hic credebat dominus seruum fideiussisse ex causa peculiari: cum secus esset. secus ergo si fuisset sciens. 2 Vel ibi agendo mandati, videtur habere ratum: quod & hic esset si ageret mandati. argu. *C. de fur. l. j. & arg. supra ad Velleia. l. pen.* Accur.

q ¶ *Fideiusserat*. ex causa non peculiari.

r ¶ *Nec posset*. etiam naturaliter[f]. ¶ Et facit hoc ad differentiam[g] quæ assignatur inter pupillum & seruum, *Inst. qui. mo. re con. obli. §. præterea*.

s ¶ *Obligatus sit*. i. remaneat. *sic ṡ. eo. si mandato*. Accur.

t ¶ *Non solutione liberari*. nisi[h] fortè post consumptionem. Acc.

u ¶ *Non pertinuit*. etiam naturaliter. *facit ṡ. de condic. indebi. l. si fideiussor. & supra man. l. Papinianus*.

HEres à debitore.] CASVS. Titius faciens testamentum instituit heredem Seium: & rogauit eum vt hereditatem restitueret

a Verum autẽ esse putat Bar. hoc est. Administratorẽ credentẽ causam subesse, transferre dominium, & allegat Rogeriũ. & l. cum indebitum. sup. de cõdict. indeb. & hoc etiam sequitur Accur in si huius Glossæ.

b Liberam habens peculij administrationem, alienare non potest.

c Idque à possessore per cõdictionem triticariam.

d Error, sicut non impedit trãslationem dominij, si vé est dissensus in causa, per totum tit. de cond. inde. ita non impedit, si tradens esset procurator vel administrator cum libera: quia potest transferre dominium. Bal.

e Hæc solutio displicet Bartolo hic, quẽ vide.

f Fideiussionis causa, seruus ne quidẽ naturaliter obligatur. Idem tenet Gl. in l. naturalis. §. qui pecuniam. l. de pactis.

g Pupilli & serui differentia.

h Debitor principalis liberatur per consumptionem, vt hic: Imò non liberatur, ad instar dominij translationis. Barto. hic.

tueret Sempronio. Seius heres accepit fideiussorem à quodam debitore hereditatis: Postea restituit hereditatem Sempronio. quæritur, vtrum ista actio quam habet Seius heres aduersus fideiussorem istum, transeat ad Sempronium cui restituta est hereditas? Respond. quòd non, sed in suo statu remanet, nisi fuerit cessa ab herede. ipsi Sempronio. & ponit simile ibi. [IDEMQVE IN HAC CAVSA.] Istud est planum veluti si heres accipit fideiussorem à debitore hereditario, postea filius emancipatus petit bonorum possessionem: actio fideiussoris remanet apud heredem: sed per cessionem transit ad filium emancipatum. [NON EST NOVVM.] Iurisconsultus ostendit hic modum quomodo vnus fideiussor potest teneri duabus actionibus nomine eiusdem pecuniæ: vt putà si fideiussor sit primo in diem acceptus, postea purè accipiatur. Item si sint duo fideiussores vnius debitoris & vnius pecuniæ: & vnus fideiussor facit alium heredem: tūc, iste qui est heres, tenetur pro sua fideiussione, & etiam pro eo qui eum instituit heredem. [SERVO TVO.] Pulcher casus, sed satis difficilis. Ego mutuaui pecuniam Sticho seruo tuo: postea tu seruum hūc manumisisti: ego istum seruum accepi fideiussorem. quæritur, vtrum ex ista fideiussione teneatur? Distinguitur. nam si seruus iste fideiussit in ea obligatione qua tu intra annum teneris, hoc est in actione de peculio qua patronus tenetur intra annum manumisso seruo quando peculium remanet apud dominum: certe hoc casu iste manumissus tenetur ex sua fideiussione. aut iste seruus manumissus fideiussit pro sua naturali obligatione qua tenebatur cū esset seruus: & tunc nullo modo obligatur ex ista fideiussione. non enim quis potest pro seipso fideiubere. ¶Quid autem dicendum erit si hic seruus nō fideiussit pro se in hac causa, sed alium dedit fideiussorem: postea huic fideiussori suo extitit heres: an teneatur? Respondetur quòd sic: quia durat causa fideiussionis: non tamen tollitur obligatio naturalis. Sed videtur contra: quòd scilicet naturalis obligatio tollatur: quia si reus fideiussori succedit, actio fideiussoria tollitur: & remanet tā tum principalis: ergo, &c. Sed hoc non obstat: quia quando reus succedit fideiussori: non possunt duæ obligationes ciuiles consistere in vno reo. sed in nostro casu vna est naturalis tantum, altera ciuilis, quæ se non impediunt quin inuicem stare possint. Deinde ibi, retro quoque, ponit casum conuersum superiori, qui clarus est. Si verò ille qui stipulatus est à Titio, & fideiussorem acceperit, postea Titium heredem instituit: fideiussoris obligatio omnino extinguitur. ratio est in textu. Si verò stipulator instituit fideiussorem heredem, sola actio fideiussoria perimitur. nam &c. vt in textu. [CVM TV.] Ego & Titius promisimus Sempronio centum, & sic facti sumus duo rei debendi. ego pro me dedi fideiussorem Gaium. quæritur, vtrum iste Gaius possit etiā fideiubere apud Sempronium pro Titio sicut fecit pro me? Respōd. quod sic. [CVM FIDEIVSSOR.] Titius mutuauit Seio centum aureos. Sempronius fuit fideiussor pro Seio. iste Sēpronius post hoc extitit heres creditori Titio. quæritur hic, vtrū iste fideiussor habeat actionem mandati contra Seium debitorem ad ista c. quasi ipse à seipso exegerit? Et respond. quòd non: quia reus manet obligatus huic Sempronio: quare non potest intelligi ipsum fideiussorem pro eo soluisse; habet tamē fideiussor qui creditori succedit, actionem ex stipulatu ad ista centum recuperanda. Frāciscus.

¶ Actiones quæsitæ per heredem etiā occasione rerum hereditariarum vel debiti alicuius hereditarij non transeūt ipso iure in fideicommissarium vniuersalem per restitutionem, sed cum demum cum cessæ sunt.

¶ Sunt duæ obligationes æque principales, quæ ad idem tendūt, possunt concurrere in eādem persona, & neutra per alteram extinguitur. l. si rem. C. si duob. rei. ita & duæ accessoriæ ad idē tendentes.

¶ Fideiubere quis potest pro alio ad tēpus obligato.

XXI. AFRICANVS *libro septimo Quæstionum.*

HEres † à debitore hereditario fideiussorem accepit: deinde hereditatem ex Trebelliano restituit. fideiussoris obligationem in suo statu [a] manere ait. Idémque in hac causa seruandum, quod seruaretur cum heres contra quem emancipatus filius bonorum possessionem accepit [b]; fideiussorem accepit [c]: ideóque in vtraque specie transeunt [d] actiones.

Duæ obligationes fideiussoriæ possunt cōcurrere in persona vnius. Bartolus.

1 ¶Non † est nouū, vt fideiussor duabus obligationib9 eiusdē pecuniæ nomine teneatur, nā si in diem acceptus, mox purè accipiatur: ex vtraque obligatur [e]: & si fideiussor cōfideiussori heres extiterit, idem erit [f].

Non potest quis fideiubere pro se ipso: pro alio sic. Bart.

2 ¶Seruo tuo pecuniā credidi: eum tu manumisisti: deinde eundē fideiussorē accepi. si quidem in eam obligationē [h] fideiubeat, quæ aduersus te intra † annum sit, obligari eum ait [i]. sin verò in naturalem suam: potius [esse] vt nihil agatur. non enim intellegi posse, vt quis pro se fideiubendo obligetur [k].

Si debitor succedit fideiussori: extinguitur accessoria, si principalis est vtilis, secus si inutilis. Bart.

3 ¶Quòd si hic seruus manumissus fideiussori [l] suo heres existat, durare causam fideiussionis putauit: & tamen nihilo minus naturalem obligationem mansuram [m]: vt si obligatio ciuilis pereat [n], solutū repetere non possit [o]. Nec his contrarium esse, quòd cum reus [p] fideiussori [q] heres existat, fideiussoria obligatio tollatur [r]: quia tunc duplex obligatio ciuilis cum eodem esse non potest [s]. Retro [t] quoque si fideiussor seruo manumisso heres extiterit, eadem aduersus [u] eum obligatio manet: quamuis & naturaliter teneatur [x], nec [y] pro se quis fideiubere possit.

Si principalis reus succedit creditori, omnis obligatio extinguitur. si fideiussor, sola obligatio fideiussoris extinguitur. Bart.

4 ¶ Quòd si stipulator † reum heredē instituerit, omnimodo fideiussoris obligationem perimit [z]: siue ciuilis, siue tantùm naturalis in reum fuisset: quoniam quidē nemo potest [a] apud eundem pro ipso obligatus esse. Quòd si idem stipulator fideius-

a ¶ *In suo statu.* id est non corrumpetur: sed stat penes heredem; vt [a] ff. *de pac. leg. sed si tibi. §. cum possessor.* cedi [b] tamen debent: vt ff. *ad Trebel. l. si heres. sij. quæ est contra.* & sic etiam intelligitur. ff. *de constitut. pecu. si poss.* 2 Alij dicunt transire ipso iure scilicet vtiles: sed directæ cedi debent. *& facit* ff. *qui po. pig. vel hyp. sol. sicut. §. j.* Accur.

b ¶ *Accepit.* & obtinuit.

c ¶ *Accepit.* antequā succumberet in contra tabu.

d ¶ *Transeunt.* s. [c] cessæ, non ipso iure: vt *& supra de contra tabu. l. cum emancipatus. & facit supra de condict. inde. l. v. §. j. & l. iij. & iiij. & v.*

e ¶ *Ex vtraque obligatur.* Contra. ff. *de verbo. oblig. l. qui bis.* Sed illam literam expone vt ibi not. 2 Vel ibi fuit bis promissum eodem modo: hic diuerso. Accur.

f ¶ *Erit.* facit ff. *eo. generaliter. in fi. & de actio. empti. non est nouum.* ¶ Etno. secundùm Azo. si [d] fideiussor fideiussori succedat, nulla tollitur obligatio: vt *hoc §. non est.* Si fideiussor stipulanti, vel contra: accessoria tantum tollitur: *vt infra eodem §. quod si stipulator. versicu. quod si idem stip. & leg. Lucius.* Si fideiussor reo tantum naturaliter obligato succedit, neutra tollitur. si ciuiliter & naturaliter, accessoria tantùm tollitur: vt j. e. *l. §. quòd si hic seruus.* Si reus [e] stipulanti vel econtra, omnis tollitur: *vt* ff. *ad l. Fal. l. j. §. si debitor. &* j. *eod. si Stichum. §. à Titio. & de solu. Stichum. §. aditio.* Azo & not. *C. de pact. l. debitori.* Accur.

g ¶ *Credidi.* & si: naturaliter fuit obligatus.

h ¶ *In obligationem.* intra annum scilicet de peculio: *vt* ff. *quando act. de pecul. l. j. in prin.* Accur.

i ¶ *Ait.* Africanus, vel Iulianus magister Africani. *& facit supra eo. l. planè. &* ff. *ad Mace. l. creditorem. §. planè.*

k ¶ *Obligetur.* vt [f] *supra ad Velleia. l. tutor. in princ. & infra eo. l. §. quod si hic. versi. retro. in fin.*

l ¶ *Fideiussori.* tempore seruitutis obligato, quod esse potuit: vt *Instit. eo. §. j.*

m ¶ *Mansuram.* ex persona manumissi.

n ¶ *Pereat.* vel acceptilatione, vel tempore: vt quia ad tempus fideiusserat.

o ¶ *Non possit.* naturali causa impediente: *vt supra eod. l. fideiussor. §. fideiussor.* Et est argumentum. ff. *de nou. ope. nun. de pupillo. in fin. & l. quia in re* [g] *. in princ.* Accur.

p ¶ *Cum reus.* ciuiliter & naturaliter obligatus.

q ¶ *Fideiussori.* vel mandatori: *vt* j. *eo. l. Vranius.*

r ¶ *Tollatur.* vt *& supra eo. l. cum reus. &* j. *de solu. cum quis. §. si.*

s ¶ *Non potest.* Sed hic vna est ciuilis & naturalis, & altera naturalis tantùm. & sic duæ naturales sunt in eodem: licet vna principalis, & altera accessoria. *& ad hoc supra ad Velleia. l. quamuis. §. si mulieri heres.*

t ¶ *Retro.* id est econuerso.

u ¶ *Aduersus.* scilicet eum heredem. Accur.

x ¶ *Teneatur.* ex persona eius cui succedit.

y ¶ *Nec.* repete, quamuis.

z ¶ *Perimit.* quia & principalis [h] tollitur ipso iure: vt j. *de sol. leg. Stichum. §. aditio. & C. de pact. l. debitori.* Accur.

a ¶ *Nemo potest.* est autem tunc idem pro quo & apud quē fide-

a Pactū à possessore factū non prodest euincenti.

b Cedere fideiussorem accessum debet heres, cum restituit hereditatem ex Trebelliano senatusconsulto.

c Cessæ actiones transeunt nō ipso iure, vbi restituitur hereditas ex senatusconsulto Trebelliano.

d Obligatio nulla tollitur fideiussore fideiussori succedente: stipulanti succedente, vel è contra, accessoria tantum tollitur. Reo vero naturaliter obligato succedenti, neque principalis neque accessoria tollitur: Quòd si reo ciuiliter & naturaliter obligato succedat? accessoria id est fideiussoria tantum tollitur.

† Cessio bonorum facta per debitorē contra creditorē non liberat ipsum fideiussorem.

e Obligatio tollitur reo stipulanti & è contra succedente.

f Fideiubere pro se nemo solet.

g Sed ver. in d. l. de pupillo in §. si in pluribus.

h Principali obligatione extincta, accessoria ipso iure extinguitur.

ſorem heredem ſcripſerit, proculdubio ſolam fideiuſſoris obligationem perimit. Argumentum rei, quòd ii † poſſeſſio rerum debitoris[b] data ſit creditori: æquè dicendum eſt fideiuſſoré manere obligatum[c].

Poteſt vnus eſſe fideiuſſor duorum correorum. Bart.

4 ¶ Cum & tu[d] & Titius eiuſdem pecuniæ rei eſſetis: eum qui pro te[e] fideiuſſit, poſſe & pro Titio fideiubere reſpondit, quàuis eandem pecuniam eidem debiturus ſit: nec tamen inanem eam creditori futuram. nonnullis enim caſibus emolumentum habituram[f]: veluti ſi eo pro quo ante fideiuſſiſſet, heres exiſtat[g]. tunc enim confuſa prima obligatione[h] poſteriorem duraturam.

Succeſſio non habetur loco ſolutionis quo ad lucrum heredis. Bar.

5 ¶ Cum fideiuſſor reo ſtipulādi heres extiterit: quæritur, an quaſi ipſe à ſe exegerit, habeat aduerſus reū[i] mandati actioné. Reſpondit, cum reus obligatus maneat: nō poſſe intellegi ipſum à ſe fideiuſſorem pecuniam exegiſſe[k]. itaque ex ſtipulatu potius quàm[l] mandati agere debebit.

Si obligatio conſiſtit in perſona repræſentata, poteſt accipi fideiuſſor. Bartolus.

XXII. FLORENTINVS *libro octauo Inſtitutionum.*

MOrtuo reo † promittendi, & antè aditam hereditatem fideiuſſor accipi poteſt[m]: quia hereditas, perſonæ vice fūgitur[n]: ſicuti[o] municipium, & decuria, & ſocietas.

a Heres ſuſtinet perſonam defuncti.

iuſſit, cum heres[a] ſuſtinet perſonam defuncti: vt ſupra ad Vell. leg. ſque. Accur.

a ¶ *Perimit*, vt ſic eximatur tantū perſona ab obligatione non autē vt perinde habeatur ac ſi ſoluta eſſet pecunia. & ſicut in ſequenti proponitur: nam ibi[b] perſonale habet beneficium is qui ceſſit bonis: vt j. eod. l. *Vranius. ibi, ſed cum duo, &c. & C. de bon. auct. iud. poſſid. leg. ex contractu. & Inſtit. de replica. §. ſ.* ¶ Et caue: quia eſt arg. per[c] contrarium: nam ſicut in ſuperiori caſu ſola acceſſoria obligatio tollitur, ita & hic ſola durat, ſublata principali per ceſſionem bonorum. 2 Alij referunt hic arg. ad probandū quando manumiſſus ſuo fideiuſſori vel econtra ſuccedit, quādo remanet fideiuſſoria obligatio: *vt ſupra eod. §. quod ſi hic. & §. retro*[d]. Sed prima placet. *& facit ʒ. qui ſatiſd. cogan. l. de die. §. ſi fideiuſſor. & infra de ſolu. ſi duo. in fin. & arg. ſupra de pecul. l. peculium. y. §. ſed & creditor. & arg. ſupra ad Velleia. l. quāuis. §. ſi mulieri.*

b Cedens bonis perſonale habet beneficium: id eſt, quòd liberè cedendo bonis, liberantur eius fideiuſſores.

† Fideiuſſorē non liberat miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris.

c Argumentū per contrariū

d eſt verſ. in eodē §. quòd ſi hic.

b ¶ *Debitoris*. latitantis.

c ¶ *Obligatum*. cum[e] non extinguitur principalis. quia miſſio[f] in bona debitoris nō eſt verè ſucceſſio vniuerſalis: vt ʒ. *manda. leg. ſi ei.* Accur.

e Fideiuſſor manet obligatus, principalis debitoris obligatione non extincta.

f Succeſſio vniuerſalis nō cenſetur miſſio in bona debitoris: id eſt qui ita miſſus eſt in bona debitoris creditor non tenet locum vniuerſalis ſucceſſoris.

d ¶ *Cum & tu.* ſcilicet Sempronius. Accur.

e ¶ *Pro te.* ſcilicet Sēpronio.

f ¶ *Habituram*. ſic j. *de ſolu. l. ſi duo.*

g ¶ *Exiſtat*. fideiuſſor. 2 Vel dic etiam ſecundùm H. iſte creditor apud quem fideiuſſerat hic fideiuſſor. H. *vt j. eod. l. Vranius. §. ſed cum duo.*

† Hereditas repræſentans perſonam aſſimilatur vniuerſitati, vel municipio vel ſocietati Bolog.

h ¶ *Obligatione*. fideiuſſoria. vel ſecundùm H. principali & acceſſoria.

i ¶ *Aduerſus reum.* aliàs reum: & aliàs eū. ſ. pro quo fideiuſſit.

k ¶ *Exegiſſe*. Contra vt ʒ. *de euict. ſi ei. §. ſi.* Solu illud obtinet cum creditor debitori ſuccedit: *vt j. eo. l. ſi debitori.* ſecus[g] autem cum fideiuſſor creditori ſuccedit. Accurſius.

g Fideiuſſori creditori & creditori debitori ſuccedentis differentia.

l ¶ *Potius quàm*. electiuè. Sed contra ʒ. *mand. ſi ei.* Solu. ibi condemnatus fuerat fideiuſſor: hic non.

MOrtuo reo.] CASVS. Seius debitor meus in decem, deceſſit relictis heredibus. ante aditam hereditatem ego peto fideiuſſorem pro his decem, an poſſim? Reſpon. quòd ſic: quia hereditas ſuſtinet vicem perſonæ defuncti: ſicut municipium, curia, aut ſocietas. Lex ſeq. plana eſt. Franc.

m ¶ *Accipi poteſt.* ſic ʒ. *de conſtit. pecu. l. hactenus. in prin.*

h Hereditas vice perſonæ fungitur.

n ¶ *Fungitur*. vt[h] *& Inſtit. de ſtipu. ſeruo. in princip. & C. depoſ. l. cum hereditas.*

o ¶ *Sicuti*. ſcilicet[i] cum fungitur vice perſonæ defuncti, &c.

i Municipium vicem vnius perſonæ repræſentat

p SI mihi.] *Adiectus eſt.* facit[k] ʒ. *de conſtit. pecu. ſed & ſi y. §. j. & de verb. oblig. eum qui ita §. qui ſibi.* Accur.

k Fideiuſſorem ſibi dari exigere ſeu petere adiectus ſolutionis tantum cauſa non poteſt.

q L Vcius.] *Apud Septicium.* creditorem.

r ¶ *Si petierit.* verba epiſtolæ.

ſ ¶ *Frater meus.* ſcilicet Seius. Accurſius.

t ¶ *Epiſtolam.* ſcilicet miſſam.

u ¶ *Septicius.* ſcilicet creditor.

x ¶ *Deinde. Titius.* ſcilicet mandator. Accur.

y ¶ *Fratrem.* reum principalem. & ſic ſucceſſit reus mandatori: *vt infra eo. l. Vranius.*

z ¶ *Actio.* mandati contraria: principali abſorbente acceſſoriā. Accurſius.

Adiectus fideiuſſorem accipere nō poteſt. Bar.

XXIII. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

SI mihi aut Titio decem[p] ſtipulatus fuerim, Titius fideiuſſorem accipere non poteſt: quia ſolutionis tātùm cauſa adiectus eſt.

Pro parte hereditaria tantùm confuſione extinguitur obligatio: & heredes fideiuſſoris vel mandatoris nō tenentur in ſolidum. Bart.

XXIV. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

LVcius Titius cum pro Seio fratre ſuo apud Septicium[q] interuenire vellet, epiſtulam ita emiſit: *Si petierit*[r] *à te frater meus*[ſ], *peto des ei nummos fide & periculo meo.* poſt quam epiſtulam[t] Septicius[u] Seio pecuniam numerauit deinde[x] Titius inter reliquos & Seium fratrem[y] pro tertia parte reliquit heredem quæro, an quia aduerſus Seium debitorem Septicij confuſa ſit actio[z] pro tertia parte qua Titio fratri ſuo heres extitit, cum coheredibus eius agere in ſolidum poſſit[a]: Marcellus reſpondit, cū coherede Seij[b] non pro maiore quàm hereditaria parte mandati agi poſſe.

Qui fideiubet pro pupillo, furioſo, vel prodigo naturaliter obligatis, efficaciter tenetur: nec contra eos per mandati actionem regreditur. Bartolus.

XXV. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

MArcellus ſcribit: Si quis pro pupillo[c] ſine tutoris auctoritate obligato[d], prodigóve, vel furioſo fideiuſſerit, magis eſſe

a ¶ *Poſſit.* creditor.

b ¶ *Seij.* qui Seius tenetur principali, non actione mandati contraria.

MArcellus ſcribit. CASVS. Dedi pupillo c. mutuo: qui mihi dedit fideiuſſorē. iſte fideiuſſor vult reſtitui contra fideiuſſionem ſuam ſicut pupillus. quæritur vtrū poſſit? Reſpond. quòd non: quia ei non competit mandati actio contra pupillum. Frā. Accur.

c ¶ *Pro pupillo*, idem in adulto habente curatorem, ſed non auctorizantem: *vt C. de reſtit. mino. l. ſi curatorē.* Accur.

d ¶ *Obligato.* naturaliter[a]: *vt j. titu. j. l. in fin. & ſupra ad Treb. l. ſi eius. circa princi. & quando dies leg. ced. leg cum illud. §. j.* pro qua obligatione poteſt intercedere fideiuſſor: & cum effectu[b]: *vt ʒ. eod. le. fideiuſſor. §. fideiuſſor. & de arbi. leg. ſi pupillus. & de verb. oblig. ſi pupillus.* & caue: quia ſi tutor interueniſſet, teneretur ciuiliter & naturaliter: *vt ʒ. de auctor. tut. le. impuberes.* Item non eſt locupletior: quia & tūc teneretur ciuiliter: *vt C. pro empt. l. ſi.* & vtroque caſu ageret fideiuſſor mādati, vel alia actione: *vt ʒ. de negot. geſt. ſi pupilli. in princ.* & ſic non haberet locum quod in fine huius legis dicitur. Item nec poteſt dicere quòd nec teneatur naturaliter: quod eſt quandoque, ſcilicet quando promittit tutori: *vt ʒ. de auctor. tuto. leg. v.* vel quando eſt infans: *vt ʒ. de act. & obli. l. pupillus.* quia tunc[c] non poſſet accedere fideiuſſor ei obligationi quæ nulla eſt. *& facit C. de prædiis mino. l. & ſi* .. hoc ergo caſu non ſuccurritur fideiſſori per reſtitutionem in integrum: niſi ſicut pro adulto nō habente curatorem. ſcilicet ſi dolo creditoris obligatus eſt: *vt ʒ. de mino. leg. in cauſa. & C. de fideiuſ. mino. leg. j. & ij.* & eo modo quo ei qui pro quolibet maiori: vt habes *ʒ. de excep. l. exceptiones. §. interceſſionis.* & quod ſubiicit, quoniā, &c. poteſt eſſe recta ratio, vel etiam remotiua: quaſi videretur ſubueniri illa ratione, quoniā, &c. & prout eſt recta, facit *ʒ. de pact. l. quod dictum.* Quod autem[d] de furioſo & prodigo ſubiicit: dic quòd ipſi nec naturaliter obligantur: *vt j. de regu. iur. leg. in negociis. & ʒ. de verbor. oblig. l. is cui. in fin.* Vnde in eo quòd ſubiicit fideiuſſorē teneri, malè dicit. & ſic eſt contra. in vtroq; *ʒ. de verb. oblig. is cui. in fin.* maximè cum non ſit obligatio cui accedat. Solu. non ſubuenitur per reſtitutionem: quia nec tenetur, ſecundùm M. *vt eo. l. ſi à reo. §. adeò. verſ. ſi à furioſo. in princ.* ſimilitudinis ergo cauſa magis ponit de his, quàm quòd ſit idē quod in pupillo, ſecundùm R. vnde caute nō repetit obligato: & quod ſubiicit, quoniam, &c. dicit ideò ipſo iure non tenetur, non autē reſtitutione iuuatur: quia non habeat actionem mandati. nam ſi haberet actionem mandati: ſubueniretur ei per in integrum reſtitutionem:

a Obligantur equidem naturaliter pupilli, & adulti curatorem habentes ſine tutore auctore contrahentes.

b Fideiuſſor vtiliter intercedere poteſt pro his qui non obligantur naturaliter.

c Fideiuſſor obligationi quæ nulla eſt, accedere non poteſt.

d Beneficia minoribus data extendi ad quaſi minores furioſos, prodigos & ſimiles hinc colligunt, de quo v. Glo. l. 1. C. de curatore furioſi & Cepolam in l. vlt. C. pro emptore,

restitutionem:nec ipse haberet regressum cõtra eum pro quo fideiussit,secundùm quosdam. 2 Vel dicas hic teneri, sed intercessit tali casu quo & ipse furiosus vel prodig' tenetur:vt ex cõtractu facto ante vitium,vel etiam postea quando obligatio descendit ex re:*vt* j.*eod. à reo. §. adeo. versi.si à furioso.in fin. & supra de actio. & obliga. l.fur ofus.*& quod subiicit,quoniam.&c.potest esse rectaratio,vel remotiua. Sed quidã dicunt quòd non interuenit fideiussor pro his:id est in præiudicium corũ,vt ibi, sed suum proprium sic:vt hic, quod non placet: quia sic[a] esset accessoria sine principali. & esset contra l. prædictam.j.*eo.si à reo.* Alij dicunt quòd hic[b] fideiussit pro furioso, vel prodigo, qui fuerat obligatus tantum naturaliter,&ante vitiũ:cui obligationi accedit fideiussor,& tenetur cum effectu: & tamen non agit mandati: sicut dixi quãdo pro pupillo:quę naturalis obligatio potuit esse ex nudopacto,vel etiam modis aliis.cæterùm post vitium nõ potest nasci etiam naturalis:quod satis dici potest.& sic consonat cũ pupillo. Alij quòd hic succedit furiosus cuidam qui erat naturaliter obligatus. Accursius.

*Sunt qui hic cõtendant legendum esse quamuis, ad versus fidem omniũ librorum.

a Accessoria non possunt esse sine principali.

b Fideiussor pro furioso vel prodigo interueniens obligatur viliter, nec tamen agere potest mandati aduersum furiosum & prodigum.

vt ei[a] nõ subueniatur: quoniã[b] * his mandati actio nõ competit.

Si ante diuisionem vnus ex fideiussoribus non soluendo, vel sine herede decedat: ad periculum cæterorũ spectat. Bart.

XXVI. GAIVS *libro octauo ad Edictum.*

INter fideiussores non ipso iure[c] diuiditur obligatio ex epistula diui Hadriani: & ideò si quis eorum antè exactã à se partẽ sine herede decesserit, vel ad inopiam peruenerit: pars eius ad cæterorum[d] onus respicit[e].

Fideiussor qui tenetur sub conditione: facit locum beneficio epistolæ. sed si tunc soluendo non esset: in alios fideiussores restituitur. Barto.

XXVII. VLPIANVS *libro vicensimosecundo ad Edictum.*

SI plures sint fideiussores[f], vnus purè, alius in diem vel sub conditionem acceptus: succurri oportet[g] ei qui purè acceptus est, dum existere conditio potest: scilicet vt interim in virilem conueniatur. Sed si cũ conditio extitit, non est soluendo qui sub conditione accepus est: restituendam[h] actionem in purè acceptum Pomponius scribit.

Heredi & eius fideiussori datur beneficium epistolæ respectu confideiussoris: secus respectu principalis: & in bonis principalis computantur vires fideiussoris. Bart.

1 ¶ Præterea si fideiussor[i] extiterit † fideiussori, siue plures, æque hic quoque pertinebit ad eandem causam: in quorum persona æque locum habebunt ea quæ sunt à diuo Hadriano constituta[k].

2. Quæsitum est, † an fideiussor qui Capuæ pecuniam se daturum Romæ[t] promisit: si reus promittendi Capuæ esset[u], statim[x] cōuenire[y] possit. Dixi nō[z], magis fideiussorem cōfestim teneri, quàm si ipse[a] Capuæ[b] spopondisset[c], cum reus adhuc Capuam peruenire non potuisset[d]; nec ad rem[e] pertinere, quòd hoc latere[f] nemo dubitet nōdum fideiussorem teneri[g], quia nec ipse reus promittēdi teneretur. nam è contrario[h] quoque si quis responderit, quoniam debitor Capuæ sit, fideiussorem cōfestim teneri, nō habita ratione taciti proprii temporis: euenturum, vt eo casu fideiussor conueniatur, quo debitor ipse si Romæ fuisset[i], nō conueniretur. Itaque nobis placet, fideiussoriam obligationem conditionem taciti temporis ex vtriusque persona recuperare[*], tam rei promittendi, quàm ipsius fideiussoris: quoniam aliud respondentibus[k], contra iuris formam in duriorem conditionem acceptus intellegetur.

† Sed vetus.

* Hadriani vulg.

† Fideiussor non potest prius conueniri, quàm principalis debitor, vt hic & sup. in Authen. præsente & i. hoc l. C. eod. quod tenet. cum sua limitatis per ... extra de ... Debet. c. nisi fideiusserit cum iuramento.

a Fideiussor conueniri non potest, quā reus ipse ad locū destinatum poterit peruenire.

* recipere.

a ¶ Fideiussorem. vt ʒ. de exceptio. l. omnes. & C. de exceptio. l. defensores.
b ¶ Quæ prodesse. scilicet except. & facit supra de libe. leg. l. ij. & l. si quis reum. §. quid tamen. versic. ul. pacto ibi, alioquin. & leg. quod mihi. vt in poss. lega. leg. prima. §. si debitori. & supra de do. excep. leg. dolo.
c ¶ Fideiussoris. qui solus fideiusserat.
d ¶ Per errorem. cum pro[b] hereditaria parte teneatur ex l. duodecim[c] tabu. vt C. si cer. peta. l. j.
e ¶ Quidam putant. & bene: vt ʒ. de solu. l. ex parte.
f ¶ Condictionem. indebiti & sine causa pro dimidia.
g ¶ Et ideò. id est quia habet condictionem, remanet coheres obligatus. Azo. sed mala ratio. nam & si cesset cōdictio, manet obligatus coheres: vt subiicit.
h ¶ Coheredem. creditori.
i ¶ Conditione. vt quia sciēs soluit: vt C. de condict. inde. leg. indebitam.
k ¶ Obligatum. saltem naturaliter, ex eo quòd indebitum accepit.
l ¶ Exsoluerit. i. reddiderit. Accur.
m ¶ Totum. scilicet viginti.
n ¶ Ipso iure. ex lege duodecim tabularū. s. pro parte coheredis.

a Fideiussori prodest, facta reo principali liberatio debiti, per testatorem eundémque debitoris principalis creditorem.
b Hæredes pro hæreditaria parte æs alienum defuncti soluere tenentur, non in solidum.
c Indebitum solutum, per legem duodecim tabularū repeti potest: per epistolam D. Hadriani, non potest.

o ¶ Possit. propter auxilium epistolæ.
p ¶ Ab initio enim. id est antequam soluat.
q ¶ Conueniantur. vt & ʒ. eo. si plures. §. pen. vnde videbatur & in v. dari repetitionem. Acc.
r ¶ In vtroque casu. hoc non refertur ad casum vbi ex l. duodecim tabularū fuit indebitum: sed ad illos quando ipse fideiussor soluisset omisso auxilio epistolę, siue heredes eius. nec enim videntur indebita soluta quæ Hadriani epistola retineri poterāt: ʒ. infra eo. leg. in tot eos fideiussores. quoniam ea post solutionem minime dat repetitionem.
s ¶ Exsoluerat. vt nil repetat: licet ante solutionem iuuari per epistolam posset. ¶ Sed contra supra de condic. indebi. leg. si pœna. §. j. Sed nomine rei soluit, quod potuit: vt ʒ. eo. inter. §. j.
t ¶ Romæ. scilicet existens.
u ¶ Capuæ esset. eo loco quo soluere debet: vnde statim cōueniri potest. R.
x ¶ Statim. subaudi, an.
y ¶ Conueniri. sicut ipse reus illico conueniri potest.
z ¶ Dixi. licet reus teneatur protinus. Ro.
a ¶ Si ipse. scilicet fideiussor.
b ¶ Capuæ. s. existens.
c ¶ Spopondisset, scilicet dare. & supple eo casu cum &c.
d ¶ Non potuisset. cum alibi[a] esset reus: quo casu reum non teneri statim liqueret. R. vers. de verb. oblig. l. interdum. in prin. & l. si ita stipu. §. Chrysogonus. in fi. §.
e ¶ Nec ad rem. id est dicere, non ob. quòd in hoc secundo casu est promptior ratio pro fideiussore quòd non teneatur, quā in primo, scilicet quia reus non tenetur in secundo casu: sed in primo sic: quia nihilo minus est idem ius in primo, quòd in secundo: primò, propter tacitum tempus suum: secundo, propter tacitum tempus rei.
f ¶ Latere. i. hac parte: siue hoc secundo casu. & est prima acuta huius verbi, látere.
g ¶ Teneri. hac scilicet ratione, quia &c. quæ cessat in primo casu: sed tamen idem ius est: vt dixi. Accur.
h ¶ E contrario. re vera dicendum est fideiussorem vtroque casu non teneri. nam si quis contradixit, sequitur inconueniens[b], & generali rationi contrarium.
i ¶ Romæ fuisset. ergo nec fideiussor qui Romæ est: ne[c] sit deterioris conditionis quàm ipse reus. Io. & facit in Authen. de fideiusso. §. j. versic. sed & hoc ibi. cum vtique Papinianus &c. vt ʒ. de eo. quod cer. lo. l. centum.
k ¶ Respondentibus. hoc scilicet, quoniam &c.

b Argumentū ab absurdo.
c Fideiussorē deterioris esse conditionis non debere, quā reus est.

DEbitori.] CASUS talis est. Vendidi Titio fundum pro centū, ipse mihi dedit fideiussorē, posteà Titius moriēs instituit me heredem, & suum fideiussorem. & sic ista centū debēt diuidi pro partibus hereditariis. dicitur hic quòd obligatio fideiussoria perimitur pro l. & sic fideiussor iste nō tenetur nisi in aliis quinquaginta. & sic possum agere contra istum fideiussorem qui est meus.

meus coheres, ad alia quinquaginta: non quidem tanquam contra fideiussorem, quasi actione fideiussoria, sed tanquam contra coheredē qui tenetur soluere debita pro parte hereditaria. & sic maior obligatio extinguit minorem. hoc dicit ista satis difficilis lex. Franciscus.

Pro qua quantitate creditor debitori succedit: pro ea sponte soluta obligatio extinguitur. Bar.

L. IDEM libro trigesimoseptimo Quæstionum.

DEbitori † creditor pro parte heres * extitit. accepto coherede [a] fideiussore, quod ad ipsius quidem portionē attinet, obligatio ratione confusionis intercidit: aut (quod est verius) solutionis potestate [b]: sed pro parte coheredis obligatio salua est, nō fideiussoria, sed hereditaria: quoniam maior tollit minorem [c].

Inter fideiussores qui tenētur in solidū est, locus epistolæ: secus si intercesserunt in virilem. Bar.

LI. IDEM libro tertio Responsorum.

INter eos fideiussores actio diuidenda [d] est, qui in solidum & partes [e] viriles fide sua esse iusserunt. Diuersum erit verbis ita cōceptis: *Solidum, aut [f] partem virilem [g] fide tua esse iubes?* tunc enim ab initio non nisi viriles partes singulos debere conueniet.

Quod est solutum, non venit in diuisionis rationem ex epistola de rigore: secus de æquitate. h.d.B.

1. ¶ Fideiussor [h] qui partē pecuniæ suæ suo nomine vel rei promittendi soluit: quo minus residui diuisione facta, portionis [i] iudicium accipiat. recusare non debet [k]. Eam enim quantitatem inter eos qui soluendo sunt [l], diuidi conuenit, quam litis tempore singuli debent [m]. Sed humanius est, si non alter soluendo sit litis contestationis tempore, per exceptionem [n] ei qui soluit [o], succurri.

Inter fideiussores diuersorum non est locus beneficio diuisionis. Bar.

2. ¶ Duo rei promittendi separatim fideiussores dederunt [p]. Inuitus creditor inter omnes fideiussores actiones diuidere nō cogitur: sed inter eos duntaxat, qui pro singulis interuenerunt [q]. Planè si velit actionem suam inter omnes diuidere, non erit prohibendus: nō magis quàm si duos reos pro partibus conueniret [r].

Non cogitur quis prius pignus distrahere, quam ad fideiussorem venire. Bar.

3. ¶ Creditor pignus distrahere non cogitur [s], si fideiussorem simpliciter [t] acceptum ōmisso pignore, velit conuenire.

Facta diuisione periculum pertinet ad creditorem. Bar.

4. ¶ Cum inter fideiussores actione diuisa, quidam post litē contestatam soluendo esse desierunt: ea res ad onus eius qui soluendo est, non pertinet [u]: nec auxilio defendetur ætatis actor. non enim deceptus [x] videtur iure communi vsus.

Fiscus vt heres fideiussoris potest beneficium diuisionis implorare. Bartolus.

5. ¶ Bonis damnati fideiussoris fisco vindicatis, inter fideiussores actio postea si diuidi cœperit: vt heredis [y], ita fisci [z] rationē haberi oportet.

a ¶ *Accepto coherede.* id est eo qui postea fuit coheres. Nā prius fideiussorem eum acceperam.

b ¶ *Potestate.* *vt supra de li.leg. l. si id quod. in secundo respon.* Videtur enim hereditas ei soluisse: *vt & infra de solu. leg. Stichū. §. aditio. & supra de euict. l. si ei.* Sed tamen non [a] per omnia obtinet successio vim solutionis veræ [b] vel fictæ, [c] id est acceptilationis vel etiam petitionis vel etiam pacti. Nam solutione [d] ab vno debitore facta omnes liberātur: *vt Instit. quib. mo. toll. obliga. in Princ.* Idem [e] in acceptilatione vni facta: *vt supra de lib. leg. l. si quis decedens. §. nunc de effectu.* idem in petitione: *vt supra de duo.re. l. ij.* idē in pacto facto vni: *vt s. de pact. l. idem in duobus. & argu. supra de arb. leg. si duo.* (licet in hoc sit argu. cōtra. *supra de duo.re. l. eandem. §. sed & si quis.*) Sed per successionem non nisi pro parte: *vt infra eo. l. Granius. & quandoque in nihilo: vt s. solu. matri. leg. si socer. j. respon.*

c ¶ *Tollit minorem.* id est principalis [f] accessoriam: cum fideiussor successit reo pro ea parte. & *facit. Cod. de pac. leg. debitori. & s. de duo.re. l. si reus.* Accursius.

INter eos.] CASVS. Ista l. docet quandā conceptionem stipulationis fideiussoriæ: & dicit quòd quando fideiussores hoc modo promittūt, ego promitto tibi quicquid Titio mutuo dederis, solidū ▪ eius partes: si sic promittūt ambo fideiussores. certè tunc opus est beneficio epistolæ diui Hadriani, vt obligatio diuidatur inter fideiussores. Si vero fideiussores promittunt hoc modo: promitto solidum, aut partes viriles: tūc nō est opus beneficio diuidendæ obligationis: quia ab initio diuiditur obligatio, cū ista promissio sit disiunctiua. [FIDEIVSSOR.] Duo erant fideiussores in centum. vnus fideiussorum soluit suā partem. quæritur vtrū possit conueniri pro parte residuæ pecuniæ? Respon. quòd sic: ratio est quia illa pecunia diuiditur quæ reperitur esse debita tēpore litis contestatæ. tamen si alter fideiussor sit soluendo tēpore litis contestatæ, succurritur huic qui soluit, per exceptionem, si partem suam totam scilicet quinquaginta soluit. [DVO REI.] Titius & Seius promiserunt mihi centum aureos: & sic sunt duo rei promittendi. dedit mihi quilibet fideiussores separatim. fideiussores vtriusque rei volūt me cogere quòd diuidam obligationē inter omnes: an hoc cogar facere? Respon. quòd non, sed bene cogor diuidere inter eos, scilicet cuiusque partis fideiussores. [CREDITOR.] Dedi decem mutuo Titio: ipse dedit mihi pignus, & cū hoc fideiussorē. ego possum omittere venditionem pignoris: & cōuenire fideiussorē: quia in hoc habeo electionem. [CVM INTER] Vendidi Titio equum meum pro centū aureis, pro quib' dedit mihi fideiussores duos. diuisa est inter eos obligatio. ego facio conueniri fideiussores. vnus eorum tempore litis contestatæ non est soluendo; volo aliū pro totis centum conuenire. an possim? Respond. quòd nō. postquam enim semel diuisa est obligatio: non possunt fideiussores solidum conueniri. Sed ponamus quod ego sum minor: an possim restitui contra hanc diuisionē? Respō. quod non, quia sum vsus iure cōmuni: ergo nō possum me dicere deceptū esse. [BONIS] Titius dedit c. mutuo Mæuio: pro quibus dedit Mæui' duos fideiussores. vnus fideiussorū propter aliquod crimē dānatus est, & bona sua sunt vindicata fisco: postea diuiditur obligatio. dicitur hic quòd fiscus tanquam heres conuenietur in quinquaginta. Fran. Acc.

d ¶ *Diuidenda est.* ex epistola.

e ¶ *Et partes.* & sic vtrumque. *& fa. j. rem pup. sal. fo. l. si.*

f ¶ *Aut.* & sic disiunctiue [a].

g ¶ *Virilem.* & sic nō est opus epistolę beneficio: cum [b] in summis quod minimū est videatur promissum: *vt s. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. si stipulante. & leg. si ita stipulatus fuero x. an xv. & j. de reg. iu. leg. in obscuris.*

h ¶ *Fideiussor.* si vnus ex pluribus. Acc.

i ¶ *Portionis.* quæ eū tangit ex residuo. Accursius.

k ¶ *Non debet.* per epistolam: & hoc de rigore.

l ¶ *Soluendo sunt.* maxime, secundùm quosdam: *argu. C. de pac. l. si creditores.*

m ¶ *Debent.* sed solutam nō debent: & sic non venit in diuisionem.

n ¶ *Per exceptionem.* ex epistola descendentē. Vel dic etiam doli propter electionē, secundùm quosdam. Accursius.

o ¶ *Soluit.* suo vel debitoris nomine: si modò fuit tantum quāta virilis: aliàs in id quod deest, cessat exceptio. *& fa. j. de solu. quotiens. contra.* Solu. vt ibi. Acc.

p ¶ *Dederunt.* quod esse potuit: *vt s. de duo. reis. l. duos.*

q ¶ *Interuenerunt.* quia illi confideiussores sunt.

r ¶ *Conueniret.* quo casu non est prohibendus: *vt supra de duo. re. l. in duobus. §. si. & fa. s. eo. tit. l. reos. in prin.*

s ¶ *Non cogitur.* quo ad hoc vt suum consequatur. Acc.

t ¶ *Simpliciter.* secus [c] si in id quod ex pignore redigi non potuerit, acceptus sit: *vt C. eo. l. omissis. 2.* Vel in id quod ex bonis debitoris non possit redigi: *vt supra eo. si fideiussores. & facit supra manda. l. qui mutuam.*

u ¶ *Non pertinet.* *vt [d] Instit. eo. §. si plures. & C. eo. l. liberum.* Sed contra *l. reos.* Sol. vt ibi.

x ¶ *Deceptus.* *vt [e] & C. de in integ. restitu. mino. l. non videtur. & s. de mino. l. verum. §. sciendum. & infra de solu. in pupillo. & C. de transa. de fideicommisso. & fa. j. eo. l. amissi. §. inter.*

y ¶ *Vt heredis,* de quo constat: *vt s. e. si testamento. §. quòd si duo.*

z ¶ *Ita fisci.* qui heres videtur: *vt C. ad l. Iuliam de vi. l. tutoris.* Sed [f] non est per omnia: quia si supersit fideiussor, adhuc damnatur ille: & ideo dicit, vt heredis.

AMissi.] CASVS. Dedi mutuo decem Mæuio, pro quibus ipse dedit mihi fideiussorem & pignus istud, pignus periit apud me ruina, naufragio vel alio fortuito casu, quæritur, cuius sit periculum? Respon. quòd rei & fideiussoris. Cætera clara sunt: *vt in glossa per leg. omissis. C. e.* [INTER FIDEIVSSORES.]

† Vulg. Si debitori.
* extiterit

a Successio non per omnia vim habet solutionis veræ vel fictæ: & ita differt in multis à solutione.
b Solutio alia vera, alia ficta.
c Solutio ficta fit per acceptilationem.
d Solutione ab vno debitore facta, reliqui debitores liberātur.
e Factū vnius, alteri prodest in solutione, acceptilatione, petitione, pacto.

f Principalis obligatio tollit minorem.

a Fideiussoribus acceptis in solidum & in partes viriles copulatiuè, habet locum beneficium diuisionis, secus si alternatiuè.
b Minima promissa intelliguntur, in summis promissis.

c Fideiussore qui in id quod vel bonis debitoris ex pignore redigi non poterit acceptus est, creditor conuenire nō potest, nisi discusso pignore, vel bonis debitoris: cùm fideiussionis ea lex fuerit.
d Fideiussoris non soluēdo facti periculum seu onus post factā diuisionem inter ipsos fideiussores, ad alium confideiussorem non pertinet.
e Decipi non videtur qui iure cōmuni vtitur.
f Fiscus succedens in bonis damnati, non per omnia heres videtur.

ff. Nouum.

Pamphilus pupillus habebat debitorē, & duo fideiussores. obligatio est diuisa inter fideiussores: & sunt condemnati in iudicio. tutores istius pupilli per fraudē vel negligentiam omiserūt persequi actionem iudicati contra fideiussores, intantum quòd ipsi fideiussores sunt facti non soluēdo. certe damnum pertinebit ad tutores. Si autē diuisa fuerit actio inter fideiussores qui tūc nō erāt soluēdo, ita quòd nulla fraus tutoris intercessit: tūc pupillus potest petere restitutionem in integrum contra istam diuisionem sic factam. [Fideiussores.] Locaui tibi prædium in quo erāt multa instrumenta rustica. tu dedisti mihi fideiussorem pro mercede locationis quæritur, vtrum iste fideiussor teneatur mihi si forte ista instrumenta sunt deteriorata? Respond. quòd sic: nec tantum tenetur propter pensionem locationis. [Plures.] Titius, Mæuius & Sempronius mandauerunt mihi vt mutuarem centum Gaio: & sic omnes mihi tenētur pro ista summa. conuenio vnum videlicet Titiū, qui aliquo casu à iudice absoluitur. quæritur, vtrum alij duo. s. Mæuius & Sempronius liberentur? Respon. quòd non: sed si vnus ex mādatoribus soluat totā summam, omnes alij liberantur. Fran. Accur.

Damnum amissi pignoris ad creditorem non spectat. Bart.

LII. IDEM libro undecimo *Responsorum.*

AMissi[a] ruina[b] pignoris dānū tam fideiussoris[c] quàm rei promittendi[d] periculum spectat. Nec ad rē pertinebit, [si] fideiussor ita sit acceptus: *quāto minus ex pretio pignoris distracti seruari potuerit*[e]. istis enim verbis etiam totum[f] contineri conuenit.

Damnum contingens pupillo culpa tutoris, recuperat ab illo per actionem tutelæ: sed si sine eius culpa, recuperat per restitutionem in integrum, ad uersus aduersarium eius, si læsus est. Pau. de Cast.

1. ¶ Inter fideiussores actione diuisa, condemnatus si desierit esse soluendo: fraus vel segnitia tutoribus qui iudicatum persequi potuerint. damnum dabit[g]. Quòd si diuisam actionem inter eos qui non erant soluendo[h]. cōstabit: pupilli nomine restitutionis auxilium implorabitur.

Fideiussor simpliciter acceptus tenetur ad pretium iustum fundi. Pau. de Cast.

2. ¶ Fideiussores à colonis datos[i] etiam ob pecuniam dotis[k] prædiorum teneri cōuenit: cum quoq. species locationis vinculum[l] ad se trahat. nec mutat, confestim, an interiecto tēpore fidem suam adstrinxerunt.

Absolutoria lata pro vno ex mandatoribus, aliis non prodest. Bartolus.

3. ¶ Plures eiusdē pecuniæ credēdæ mādatores, si vnus iudicio eligatur[m], absolutione quoque secuta non liberātur[n]: sed omnes liberantur pecunia soluta[o].

Fideiussores tenentur, licet capite principalis sit damnatus. Bar.

LIII. IDEM libro quintodecimo *Responsorum.*

CApitis postulati[p] fideiussores ex contractu, citra vllam præscriptionem[q] à creditore qui reum postulabit, recte conueniū tur.

Qui fideiussor est in principali: non tenetur in eo quod venit in pigneraticia. Bar.

LIIII. PAVLVS libro tertio *Quæstionum.*

SI in pignore contrahendo deceptus sit creditor[r] qui fideiussorem pro mutuo accepit, aget contraria pigneraticia actione: in quam actionem veniet quod interest[s] creditoris: sed ea actio fideiussorem onerare non poterit[t]. non enim[u] pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obliget.

Si verba sunt apta ad infinitatem: toleratur infinitas. Bar.

LV. IDEM libro vndecimo *Quæstionum.*

SI ita stipulatus à Seio fuero, *Quantam pecuniam Titio quandoque credidero, dare sp. ndes?* & fideiussores accepero[x]: deinde Titio sæpius credidero: nempe[y] Seius in omnes summas[z] obligatus est, & per hoc fideiussores quoque: & id quod ex bonis eius seruare potest, omnibus æquo iure proficere debet[a].

Capitis post.] CASVS. Habebam reum quendam in centum & fideiussores pro eo, accusaui reū crimine capitali: & sic non potuit mihi soluere, quia condemnatus fuit. volo cōuenire fideiussores eius: ipsi respondent mihi, Amice, per te factum est quòd reus nō soluit tibi: quia eum fecisti condemnari de crimine capitali: quare non volumus tibi soluere. quæritur, an fideiussores bene excipiant: Respon. quòd non quia ego bene feci istum accusando. interest enim reipub. ne maleficia remaneant impunita. Franc. Accur.

p ¶ *Postulati*, id est accusati rei de crimine capitali post fideiussionem. & sunt genitiui casus.

q ¶ *Præscriptionem.* quia videbatur[b], cum sit per creditorem accusantem factum quo minus soluere possit, quòd nec fideiussores teneantur: sed tamen tenentur, *vt hic, & C. eo. l. j.* cum enim publice expediat reos puniri: *vt infra de iniu. cum qui. in princ. & infra eodem. si à reo. §. fina.* ergo qui hoc facit, nullam pœnam vel dispendium debet pati: *vt Cod. de adul. Gracchus. & supra de verb. oblig. qui seruum. & facit supra vnde cogn. l. cognatis.* argu. contra *ff. de excep. l. omnes.*

SI in pignore.] CASVS. Dedi Titio centum mutuo, pro quibus dedit mihi fideiussorem, & etiā pignus: istud tamen pignus erat alienū, vel alij obligatū: & sic ego sum deceptꝰ. quæritur, qualiter mihi subueniatur? Respō. debeo agere cōtraria actione pigneraticia, contra debitorem qui me decepit. an autē fideiussor per istam fraudem teneatur? Respon. quòd non: quia ipse nō obligauit se pro pignore, sed tantùm pro mutuo dato. Fran. Accur.

r ¶ *Creditor.* rem alienam vel alij obligatam accipiendo: *vt ff. de pign. actio. l. tutor. §. contra tam.*

s ¶ *Interest.* Interest[d] autem habere æquè bonum pignus: quia tutius est: *vt Insti. de obli. ex delic. §. furti.* maximè si est debitum quòd pignoris tantùm retentione seruari poterat: *vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. §. j.*

t ¶ *Non poterit.* id est non tenebitur.

u ¶ *Non enim.* bona ratio[e]: *vt ff. eo. fideiussores. j. respon.*

SI ita stipulatus.] CASVS. Gaius Seius rogauit me vt pecuniam mutuarem Titio. ego respondi Gaio Seio, promittis ergo mihi quòd soluet quantamcunque pecuniam quam Titio credidero: ille respondit, promitto. & de hoc fideiussores dedit. ego nō vna vice tantùm, sed multis vicibus mutuo Titio pecuniam. quæritur, vtrum in omnes summas sit Gaius Seius obligatus & fideiussores? Respon. quòd sic. Fran. Accursius.

x ¶ *Accepero.* à Seio. *& sa. ff. de iudi. l. non quemadmodum.*

y ¶ *Nempe.* id est certè.

z ¶ *Summas.* sic[f] *ff. de an. l. cum quidam. & ff. de vsu & habita. l. si habitatio. §. vtrum.* Sed arg. contra *ff. de lega. iij. fideicommissa. §. si quis decem. & ff. de verb. sign. l. hoc sermone.*[g]

a ¶ *Proficere debet* vt *& supra de exceptio. l. omnes. & C. de vsur. leg. constitutionibus.*

SI quis pro eo.] CASVS. Putabam Pamphilum esse libertum: qui iurauit se præstare operas Titio. ego fideiussi pro eo. an teneat? respon.

a ¶ *Amissi.* apud creditorem.

b ¶ *Ruina.* & sic[a] fortuito[b] casu[c] aliàs si culpa creditoris secus: *vt Instit. quib. modis re contrahitur obligatio. §. fina.*

c ¶ *Ad fideiussoris.* vt nihilo minꝰ teneatur actione personali: non quia nō habeat actionem mandati. Accur.

d ¶ *Promittendi.* ad hunc prorsus: *vt C. de pigno. act. l. pignus.*

e ¶ *Potuerit.* quod fieri potest. *vt C. eo. l. omissis.*

f ¶ *Totum.* cum certum sit nihil seruari posse. *& facit ff. de tribu. l. illud. & C. de heredi. insti. l. j. & ff. de optio. lega. l. cum optio.*

g ¶ *Damnum dabit.* vt teneatur tutelæ, si in culpa fuerunt: *vt C. arbi. tute. l. v.* Accur.

h ¶ *Soluendo.* à principio cum diuideretur: secus si post diuisionem facti sunt non soluendo: *vt ff. l. proxi. §. pen.*

i ¶ *Datos.* simpliciter. sed secus si in certa re: *vt ff. qui satisd. cog. l. ij. in fin.* Accur.

k ¶ *Dotis.* quæ prædia cum propriis locauerat maritus, vel mulier, secundùm M. ¶ Et secundum hoc dic. ob pecuniam[d], id est ob mercedem in pecunia consistentem. Vel secundum R. & Io. dic dotis[e], id est instrumenti[f] prædij. *vt & supra de fund. instruct. & instrumen. lega. l. dotes. & l. Seia. §. j.* Vt enim dos onus matrimonij sic instrumentum onus prædij sustinet, & secūdum hoc dic ob pecuniam, id est propter deteriorationē, vel etiam ob æstimationem: si ponas æstimata data: quòd aliquando fit: *vt supra loca. cum fundus.*

l ¶ *Vinculum.* alioquin contra[g]: *vt j. eo. si in pignore. & l. si quis pro eo. §. si nummos.*

m ¶ *Eligatur.* in solidum: ne obstet *C. eo. liberum.*

n ¶ *Non liberantur.* cæteri.

o ¶ *Soluta.* ab vno: *vt & C. eo. l. si & l. reos. & ff. de constit. pecu. l. id illa. §. fin. & de ta. & ra. dist. a. l. si ex duobus.*

a Ruina inter casus fortuitos numeratur.

b Pignus casu amissum, perit domino non creditori: culpa creditoris amissum creditori, non domino perit.

c Fortuiti casus species, fortuna. l. j. C. depo. quod est verum salua limitatione de qua per Bal. *in l. si creditor. C. de pign. act.* si quando est factum à persona cui erat confidendum: vt in commodo vel famulo, *vt no. eum. no. C. contra de commo. & pro. bator in l. im perator. ff. loca.*

d Pecunia dotis prædiorū teneri quid.

e Dotes prædij pro eius instrumentis.

f Hinc colligit Romanus *singulare 546.* fideiussorem conductionis non modo pēsionis sed & instrumenti seu supellectilis ratione sit debere.

g Fideiussor regulariter non tenetur ad accessiones & augmenta rei seu obligationis principalis *l. si ita locatum est* auctor tenetur. Alios casus apud Mar silium *tract. de fideiuss.* vbi vtriusque quare obligauit, quando non, vbi et si quæris quibus casibus fideiussor tenetur de augmento an de primo vel secundo tenetur.

a Capitis postulatur, qui accusatur de crimine capitali.

b Fideiussor debitoris cōuenite potest creditor, licet accusatione ipsius creditoris ipsius debitoris bona confiscata sint.

c Efficit enim creditor sua accusatione, vt reus, capitē damnatus, ne non soluēdo redderetur.

d Pignus idoneum habere creditoris interest.

e Fideiussor contractus, non tenetur ad id quod interesse potest creditoris, ob deceptionem debitoris.

f Verba extēsiua & infinita, infinitatē inducunt: atque ita infinitas toleratur.

g Hæc verba erant apta ad infinitatem ibi. sermone.

respon. quòd non. [ITEM SI FILIVS.] Planus est. vide glo. [SI NVMMOS.] Habebas apud te summam pecuniæ depositam: venit quidam & petiit vt mutuares ei pecuniam. Tu eras vir laudis auidus: & nõ audebas dicere te nullam pecuniam habere: sed accessisti ad arcam, & dedisti mutuam pecuniam alienã quæ apud te erat: & nõ fuisti stipulatus illam tibi reddi: accepistique fideiussorẽ. quæritur an iste fideiussor teneatur? Respõ. quòd non. sed ponamus stãtibus eisdẽ terminis, quòd iste cui mutuasti pecuniam, illam consumpsit: & sic est nata ex hac cõsumptione certi condictio. an nũc fideiussor teneatur? Respon. quòd sic: quia in omnem causam videtur fideiussor acceptus, quæ solet ex ea numeratione oriri siue nasci. [PRO FVRTI ACTIONE.] Surripuisti mihi librũ: & sic teneris mihi actione furti. Item dedisti mihi damnum in aliqua re: & sic teneris mihi act. l. Aquil. An pro istis duabus actionibus possim accipere fideiussorem? Respõ. quòd sic. secus est in act. popularibus. rationem vide in glo. vlti. Franciscus. Accursius.

Iuramentum non est modus inducendæ obligationis in ingenuo: & ideo nõ potest ei accedere fideiussor. Bar.

LVI. IDEM *libro quintodecimo Quæstionum.*

SI quis pro eo qui libertus non esset, & operas præstaturum se iurasset, fideiussor erit: non tenebitur [a].

Pro obligatione naturali qua pater vel dominus obligatur filio vel seruo, non potest accedere fideiussor, secus e conuerso pro illa qua filius vel seruus obligatur patri vel domino. Pau. de Cast.

1. ¶ Item si filius à patre, vel seruus à domino stipuletur, nec fideiussor acceptus tenetur [b]: quia non potest pro eodem & idem esse obligatus. Ex diuerso ergo patre à filio, vel domino à seruo stipulato, fideiussor acceptus tenetur.

Si mutuum non contrahitur ab initio, fideiussor pro eo acceptus non obligatur. sed si ex post facto reconciliatur consumptione, fideiussor dicitur teneri. Pau. de Cast.

2. ¶ Si nummos alienos quasi tuos mutuos dederis sine stipulatione [c]: nec fideiussorem teneri Pomponius ait [d]. Quid ergo si consumptis nummis nascatur condictio [e]? puto fideiussorem obligatum fore. In omnẽ enim causam [f] acceptus videtur quæ ex ea numeratione nasci potest.

a ¶ *Non tenebitur.* deficit [a] enim principalis, cũ nõ sit libert[us]: *vt supra de ope. liber. leg. vt iurando. in prin. & sup. §. quis iurauit. ca. leg. fin.* ¶ Sed oppo. quòd etiam pro eo qui vere libertus est, non tenet intercessio. Nã aut hic fideiussor promittit quod ille dabit operas. & tũ non valet: quia factũ [b] alienum: *vt supra de verb. obl. ga. leg. stipulatio ista. in princip.* Aut promisit se præstaturũ operas illius: quod videtur impossibile, vt istius operæ sint illius: *vt supra de cond. indeb. si non sortem. §. libertus.* Aut dicit, tot operas dabo pro illo: & sic sunt aliæ operæ: vnde non est intercessio: *vt supra eo. l. si ita fideiussorem.* Respon. in primo casu verum dicis: in secundo minime [c]: quia non est de natura impossibile quin possit operas illius præstare. præstat enim faciendo alium præstare. facere [d] enim videtur, qui per aliũ facit. In tertio [e] autẽ casu similiter forte valeret propter omnimodam [f] similitudinem, si eiusdem artis & peritiæ est fideiussor & reus: *vt supra de [illegible]* Sed sic facta intercessio, scilicet nisi ille dederit tibi tot operas, dabo tibi æstimationem, valeret: nec videtur in aliud fideiubere: quia & in hoc cõdẽnaretur reus operis non præstitis: quia pretium [g] loco rei succedit: *vt supra eo. l. si ita. & l. stipulatus est.*

b ¶ *Tenetur.* nam [h] filio stipulante à patre, pater sibi ipsi debitor est factus: quia sicut ab extraneo stipulãdo scilicet filius patri acquirit: ita quòd à patre stipulatur, patri statim acquiritur. & idẽ in seruo stipulante à domino. & si ageret contra fideiussorem, exciperet, non do tibi, quia & tu mihi teneris actione mandati: quia pro te fideiussi. non ergo pro eodem apud eundem &c. *vt & infra de solu. l. qui hominem. §. quidam filium.* Sed secus vbi pater vel dominus stipulatur à filio vel seruo: quia tunc naturaliter filius patri tenetur: *vt supra de condic. inde. leg. frater à fratre. §. quæsitum.* & seruus domino: *vt supra de pec. l. nec seruus. & leg. quod seruus.* cui naturaliter fideiussor accedit: *vt Institu. e. circa princ.* Sed hodie videtur quod filius stipulando à patre, potest accipere fideiussorem: cum non patri, sed sibiipsi quærat filius ex aduentitia causa: *vt C. de bon. quæ libe. leg. cum oportet.* ¶ Sed contra videtur. *Instit. de inuti. stipul. §. si vero qui tuæ.* ¶ Item not. quòd hoc primo casu naturali obligationi nõ accedit fideiussor: & hoc ideo, quia ciuilis quæ contra fideiussorem nasceretur, quæreretur patri: vt dictum est.

c ¶ *Sine stipulatione.* secus si stipulatio interuenisset: *vt C. si cer. peta. l. quamuis.*

a Principali deficiente, hoc est vbi non est principalis qui obligetur, ibi fideiussor quoque obligari non potest.

b Facti alieni nulla est promissio seu fideiussio.

c Fideiussor faciendi esse potest, de quo vide plura apud Iasonem in l. si ita sup. de verbo. oblig.

d Facere videtur qui per alium facit.

e Quoties dicit, se tot operas daturum pro aliquo.

f Similitudinis omnimodæ magnus est effectus.

g Pretium loco rei succedit.

h Filius qui se non potest sibi stipulari à patre: & idẽ in seruo & domino suo.

Pro obligatione quæ nascitur ex delicto, potest accedere fideiussor: non sic in actione populari antequam sit alicui appropriata, & sua effecta. Pau. de Cast.

3. ¶ Pro furti actione fideiussor accipi potest [g]: item pro eo qui in legem Aquiliam committit. Diuersa causa est popularium [h] actionum.

LVII. SCÆVOLA *libro octauo decimo Quæstionum.*

FIdeiussor antequam reus debeat, conueniri non potest [i].

Stipulatio annua est vna pro omnibus annis. Pau. de Cast.

LVIII. PAVLVS *libro vicesimosecundo Quæstionum.*

SI à colono stipulatus, fideiussorẽ accepi [k], vna stipulatio est plurium pensionum: & ideo in vniuersis pensionibus fideiussor tenetur.

Factum rei principalis perpetuat obligationem etiam quo ad fideiussorẽ. Paulus.

1. ¶ Cum facto suo [l] reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio: veluti si morã fecit in Sticho soluendo, & is decessit.

Fideiussor qui totum soluit, & pignora recepit a creditore. nõ censetur illa emisse, sed luere: ideo tenetur illa restituere ad quem pertineat. soluto sibi eo quod soluit. Pau.

LIX. IDEM *libro quarto Responsorum.*

PAulus respondit, fideiussorem in quem pignora à cõsi-

d ¶ *Pomponius ait.* quia nec reus tenetur. *ad quod j. l. §. de admini. tuto. si sine herede. j. respon.*

e ¶ *Condictio. vt §. si cer. pet. l. nam. & si fur.*

f ¶ *Causam.* ¶ No. in omnem [a] *sic §. quo iam lega. l. diuersum. j. respon. & d. leg. si sine herede. & §. de le. ij. l. nomen. & de furt. si quis solutioni. §. mora. & §. de magistra. conue. l. si. & §. eo. amissi. §. fideiussores. & j. tenn p. p. sal. for. leg. si pos. &c. Cod. de pact. inter empto leg. iussio.* ¶ Itẽ not. ex ea. s. principaliter [b]. secus si secundario: *vt §. e. si in pignore.* ¶ Sed cõtra hunc §. *j. ad municip. leg. 1. sitius. §. pen.* Sol. dic plene *vt not. §. loca. l. quare.*

g ¶ *Potest. vt & j eo. si ita rea. §. fi.*

h ¶ *Popularium* quia fideiussor [c] in eis dari nõ potest. & est ratio: quia qui eam intẽdere potest, nõ est creditor nisi lit. contest. *vt j. de popu. act. leg. pe. & de verb. sig. si cui.* nec ergo fideiussor acceipi, nisi extunc: & nisi pro priuato damno experiatur: *vt supra de procu. l. licet.*

FIdeiussor.] CASVS. Tu rogasti me vt Titio pecuniã crederẽ cum esset Bononiæ. & pro hoc fideiussisti pro eo quæritur, vtrũ possim te cõuenire antequã dẽ pecuniã Titio? respon. quòd nõ. Fra. Accur.

a Fideiussor simpliciter acceptus, in omnẽ causam acceptus intelligitur quæ oritur ex cõtractu. Hinc ita quæ fideiussor conuenietur in pœnam, & pœna cõmissa propter moram debitoris principalis fideiussor pro sic conueniri & in sorte & in pœna. quod ex hoc loco [illegible] vt lo[illegible] nomine caueatur colligitur. v. tamen distinctionẽ apud Ferrariensem in forma contra plures reos 19. in verbo solutionem facere renunciauerunt [illegible]

b Obligationis quæ ex numeratione oritur principaliter & secundario differentia.

c Fideiussor cur dari non possit in populari actione.

i ¶ *Non potest.* licet [d] possit interrogari [e] vel adhiberi: *vt. §. e. l. stipulatus sum. §. si.* ratio huius l. est, ne plus sit in accessione &c.

SI à colono.] CASVS. Locaui fundum meum colono cuidam in quinq; annos pro certa summa pecuniæ, & accepi ab eo fideiussorem Mæuium: à quo stipulatus sum hoc modo: Mæui, promittis mihi quod colonus meus mihi debet in v. annos? ille respondet, promitto. nunquid tenebitur fideiussor in omnem summam v. annorũ? Respon. quòd sic. [CVM FACTO.] Titius promisit mihi Stichum seruum: ego petij ab eo Stichũ promissum. Ille nõ soluit: & sic moritur seruus quapropter ipse reus est in mora: & est perpetuata obligatio. quæritur, vtrum contra fideiussores sit etiam perpetuata obligatio? Respon. quòd sic: quia facto rei est obligatio perpetuata. Fran. Accur.

k ¶ *Accepi.* ita: Promittis quod ille debebit vsque ad quinquennium? si enim summæ sunt expressæ, plures essent stipulationes: *vt §. de verb. obliga. l. quod dicitur. & l. pluribus. §. j. quæ est contra & facit §. de dona. cau. mortis. l. senatus. §. fina.*

l ¶ *Cum facto suo.* vt [f] quia occidit seruum promissum: vel patiendo interpellationẽ: *vt subiicit. & supra de verbo. oblig. l. si ex legati. & l. mora. & l. si seruum. §. sequitur. & facit §. de vsur. l. si quis solutioni. §. mora.* ¶ Sed arg. contra *supra de eo quod cer. lo. l. centum.* Sed dic vt ibi. Item facit C. de interdic. l. j.

PAulus respondit.] CASVS. Dedi mutuo centum aureos Titio, pro quibus ipse dedit mihi tres fideiussores: qui mihi dederunt pignora pro ista summa. vnus istorum fideiussorũ soluit totam summã. & ideò alij duo fideiussores transtulerũt pignora in istũ qui soluit summam. quæritur, vtrũ iste fideiussor videatur emisse pignora? Respon. quòd nõ: & ideò fructus pignorũ si quos percipit, debent sibi computari in sortem. Fran. Accur.

d Fideiussor ante reum cõueniri nõ potest licet interrogari & adhiberi possit.

e Interrogari antè reum principalem fideiussor non potest.

f Mora rei nocet fideiussori. perpetuat enim obligationem fideiussoris.

a ¶ *Data.* scilicet creditori. ¶ Et not. quòd in vno contractu erant confideiussores.

b ¶ *Translata.* eo quòd soluit.

c *Sunt.* quod fieri debuit, & etiam in personali cessione [a]: *vt not. supra eo l. vt fideiussor.* Acc.

d ¶ *Non emptoris.* licet [b] ex lege vel ex pacto potuerit fieri venditio: non tamen iste potuit emere. *ad quod est supra manda. leg. si mandato. §. j. & de distra. pign. leg. secunda. & leg. cum secundus. §. j. & Cod. de dolo. l. j. & facit supra de nego. gest. leg. fideiussor.*

e ¶ *Sed eius.* scilicet creditoris.

f ¶ *Fructuum.* vt eos sibi computet in sortem, & in vsuras: *vt C. de pign. act. l. prima & secunda.* non autem eos lucretur quasi ex re sua.

g ¶ *Et vsurarum.* à fideiussoribus debitarum. scilicet pro eorum portionibus: *vt not. infra de solu. l. Modestinus. & facit C. eod. cum alter.*

a Cedere pignora fideiussori soluenti creditor tenetur: siue ea pignora habuit ab ipso reo principali, siue ab vno fideiussore.
b Fideiussor soluens & eo nomine pignora debitoris vel confideiussoris cessione à creditore, cui soluit, sibi adquirens, talia pignora non videtur, imò vetatur emere. Sic tamé cum hoc facit, in locum ipsius creditoris succedens, talia pignora tenere potest: sic vt fructus ex huiusmodi pignoribus nó lucretur, sed vt eos computet in sortem & in vsuras, non autem vt lucretur tanquàm ex re sua.

deiussoribus data [a] translata [b] sunt [c], non emptoris [d] loco substitutum videri, sed eius [e] qui pignora acceperit: & ideo rationé fructuum [f] & vsurarum [g] habere oportere.

Si debitor liberatur à ciuili, fideiussor cum effectu tenetur: secus si prima iure nouationis tollatur. Bartolus.

LX. SCAVOLA *libro primo Responsorum.*

VBicumque reus ita liberatur à creditore, vt natura debitum maneat: teneri fideiussorem [h] respondit. Cùm verò genere nouationis transeat obligatio fideiussoré [i] aut iure [k] aut exceptione [l] liberandum.

Mandans simpliciter videtur mandare in eum locum in quem principalis se soluturum promisit. Bartolus.

LXI. PAVLVS *libro quindecimo Responsorum.*

SI, vt proponitur, cum pecunia mutua daretur, ita conuenit, vt in Italia solueretur: intellegendum mandatorem quoque simili modo contraxisse [m].

Si ad denuntiationem fideiussoris debitor idoneus non exigitur: creditori non imputatur. Bar.

LXII. SCAVOLA *libro quinto Responsorum.*

SI fideiussor creditori denuntiauerit vt debitorem ad soluendam pecuniam compelleret, vel pignus distraheret, isque cessauerit: an possit cum fideiussor doli mali exceptione summoueret? Respondit non posse [n].

Ex verbis contractus colligitur fideiussorem teneri in id quod minus ex venditione pignoris possit redigi. Bartolus.

LXIII. IDEM *libro sexto Responsorum.*

INter creditricem * & debitorem pactum intercesserat, vt si centum quæ mutua dederat, vbi primum petita fuissent, non soluerentur: ornamenta pignori data intra certum tempus liceret ei vendere: & si quo minoris venissent, quodque † sortis vel vsurarum nomine deberetur, id creditrici * redderetur [o], & fideiussor acceptus est: quæsitum est, an fideiussor in vniuersam summam obligari potuerit. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, teneri fideiussorem in id quod minus ex pignoribus venditis redactum esset [p].

* Volgò creditorem.
† quàm quod
* creditori.

Fideiussor qui pecuniam obtulit creditori, non tamen soluit ex iusta causa, sed consignauit & deposuit: perinde potest à debitore repetere, ac si soluisset. Pau. de Cast.

LXIIII. HERMOGENIANVS *libro secundo Iuris epitomarum.*

4 FIdeiussor qui minori viginti quinque annis pecuniam obtulit, & in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam deposuit: cófestim experiri mandari poterit [q].

VBicumque.] CASVS. Dedisti mutuo c. aureos Mæuio: pro quibus dedit tibi fideiussoré. iste Ribaldus Mæuius accepit quinquenellam: vel cessit bonis: & sic est infamis apud bonos & graues infamia facti, & est liberatus pro tépore iure ciuili: tamen adhuc naturaliter manet obligatus. quæritur, vtrum fideiussor adhuc teneatur? Respon. quòd sic. Sed ponamus quòd tu liberasti illum Mæuium reū per nouationem: dicitur hic quòd fideiussor liberatur ipso iure, aut per exceptionem. Fran. Accur.

h ¶ *Fideiussorem.* Quid ergo si cum in veritate quis debitor erat, vel præscript. vel sententia absolutoria, vel iureiuran. contra creditorem est tutus, vel pacto: quæ sunt omnes rei coherentes: nunquid vltra tenetur fideiussor? Respon. minime, quamuis enim hic generalibus verbis vtitur Scæuola: tamen de exceptionibus personæ coherentibus respondere cogimur: aliæ [c] enim omnes fideiussoribus dantur: *vt infra de excep. leg. exceptiones ij. §. rei. & de iureiur. leg. duob. us. & de pact. leg. fina. & infra eodem leg. fideiussores. §. fina.* Erit [d] ergo exemplum in deportato vel relegato debitore: *vt C. eodem leg. j. nec obst. supra eodem leg. si debitor.* quia postea ab eo fuit acceptus: vt plene dixi. Item erit hic exemplum in capite minuto minima capit. deminu. *vt supra de ca. demi. l. ij. §. fina.* Item in eo qui cessit [e] bonis: *vt Insti. de repli. §. fina.* Item in eo debitore qui ius liberorum impetrauit, vt creditori apud quem dederat fideiussorem, non teneretur: *ad quod est supra man. leg. Idemque §. generaliter.* Non autem in pacto personali reo facto ponas: quia tunc naturalis tolleretur obligatio: *vt infra de solu. leg. Stichum. §. naturalis. 2.* Alij dicunt hic de eo fideiussore dici, qui iam liberato reo etiam prædictis modis liberandi intercessit: quibus obstat *supra eod. leg. si quis post.* nisi dicas ex certa scientia datum: vt ibi diximus, præterea est contra mentem huius literæ, si consideres: *vt patet in fi. d. leg. 3.* Tertij dicunt hic reum tempore liberatum, non dico præscriptione legali, sed pacto: vt quia vsque ad certum diem voluit teneri, non vltra. nam nihilo minus tenetur naturaliter: & sic fideiussor tenetur: *vt argu. supra manda. l. fideiussor. §. fin.* quod non placet: quia & tunc est rei cohærens, nisi expresse de reo tantùm fuisset dictum. 4. Quarto posset dici quòd etiam de rei cohærentibus dicat. Sed quòd dicit fideiussorem teneri: dic, sed habet exceptionem quam & reus. Sed in inferiori casu ipso iure liberatur.

g Fideiussoribus personæ exceptiones rei cohærentes non personæ.
d Fideiussor quibus casib. teneatur ex naturali obligatione rei principalis, ipso iure principali ciuiliter non obligato.
e Cedentibus ipso iure ciuili obligatione liberatur manente naturali. ex hi. nota Gl. [illegible] sicut dicit gl. [illegible] extra de homicidio Rog. de [illegible] C. de cessione bonorū. Nicolaus de Neapoli [illegible]

i ¶ *Transeat in fideiussorem.* sed exceptionem habet.

k ¶ *Iure.* scilicet ipso.

l ¶ *Exceptione.* huius alternatiuæ prima pars est vera. ad quod est infra de accepti. l. si ex pluribus. Acc.

SI vt proponitur.] CASVS. Fideiussor intelligitur cótraxisse sicut principalis reus. & ideo si reus accipit pecuniam mutuo in Gallia, vt reddat in Italia: fideiussor tenetur similiter hoc modo. Fran. Acc.

m ¶ *Contraxisse.* s. in Italia: *vt supra de bo. auct. iudic. pos. l. g. iij. & facit supra de aur. & arg. lega. cum aurum. in fine.*

a Mandator ibi contraxisse videtur, vbi mandatarius contraxit.

SI Fideiussor.] CASVS. Titius mutuauit pecuniam Mæuio: pro qua dedit sibi fideiussorem & pignus. fideiussor Mæuij mandauit Titio creditori vt Mæuium compelleret ad soluendum: vel vt saltem pignus venderet. Titius cessauit facere quod fideiussor mandauit. hic quæritur, vtrum fideiussor si ab eo petat Titius summam in qua fideiussit, possit creditorem repellere doli mali exceptione, eo quòd nó fecit quòd sibi mandauit? Respó. quòd non. Franc. Acc.

n ¶ *Non posse.* nisi [b] fuisset acceptus in id quod a debitore seruari non possit: *vt infra eod. leg. proxi. & supra eodem. leg. si fideiussores.* quæ est contra. Sed hic simpliciter fuit acceptus, *arg. supra eo. l. inter. § creditor. & supra de constitu. pecu. leg. vtrum. & supra manda. qui mutuam. & l. Quintus.* ¶ Sed argu. contra *ff. de euict. l. si cum venditor.* Item hodie per auth. prius conuenitur reus: *vt in Auth. de fideiuss. §. j. col. j.* ¶ An autem ante numerationem, sed post fideiussionem nuntiatione facta creditori ne numeret, proficiat fideiussori: quæstio [c] est sabbatina. Hoc autem quod hic dicitur, est ideo, quia non [d] videtur dolo facere qui suo iure vtitur. sed si in necem fideiussoris faciat, contra puto, secundùm Azo. & H. arg. *ff. de rei. vind. l. in fundo. & ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. & l. ij. §. cen.* Accur.

b Fideiussor simpliciter acceptus nihil agit denunciando creditori vt agat aduersus reum principalem: huiusmodi enim denunciatione aduersus debitorem experiri creditor non cogitur. Aliud esset si fideiussor acceptus fuit in id quod seruari non poterit à debitore. Hoc enim casu denunciationem fideiussoris, creditor impunè contemnere non potest.
c Existat hæc quæstio inter quæstiones Pilei Modicensis.
d Dolo facere non videtur qui suo iure vtitur.

INter creditoré.] CASVS. Dedi Titio c. mutuo, pro quibus obligauit mihi certum pignus: & fecimus pactum quòd si nó solueret pecuniam, possem vendere pignus. & si minoris esset venditum pignus quàm debiti summa esset, residuum creditori solueretur: & de his est acceptus fideiussor. pignus istud est véditū: sed non est totum pretium redactum ex hac venditione. Nunc quæritur, vtrum fideiussor teneatur in residuam partem quæ nó poterat redigi ex hoc pignore? Respon. quòd sic. Franc. Accur.

o ¶ *Redderetur.* id est solueretur à debitore.

p ¶ *Redactum esset.* nam nec reus [e] ante conueniri potest, quàm venditis pignoribus: vt ex præmissa conuentione patet: & [f] sic in id quod ex pignoribus seruari non posset, acceptus videtur: *vt & ff. eo. l. amissi. in prin. & facit ff. de pact. l. iiij.*

e Pacto effici potest vt creditor pignora prius persequatur, quàm personali experiatur actione aduersus debitorem.
f Fideiussor acceptus in id quod ex venditione pignoris seruari nó poterit, conueniri nó potest nisi pignore prius vendito.

FIdeiussor.] CASVS. Minor xxv. annis dedit mutuam pecuniam Titio: pro qua accepit fideiussorem, fideiussor iste obtulit pecuniam minori: & cum recipere nollet, deposuit eam. quæritur, vtrum iste fideiussor poterit agere mandati contra Titiū? Respó. quod sic. Fran.

q ¶ *Poterit.* vt & supra manda. leg. qui mutuam. §. fideiussor. & facit ff. de

supra de mino.l. iit praetor.circa prin.& C.de usur.l.acceptam.

SIcut reus.] CASUS. Sicut reus principalis non potest promittere nisi factum proprium, ita neque fideiussor promittere nisi factum proprium, stipulatio ergo fideiussoris debet ita concipi: promittis dare pro Titio? vel, promittis ita esse fide tua? aen autem: sic promittis quòd reus dabit? Franciscus.

a ¶ *Promittant*, s.fideiussores.

b ¶ *Inutiliter.* vt [a] & *supra de verbo. oblig.l. stipulatio ista. in princip. & leg.inter stipul. etem. in princip. & de constit.pecu.l.g.eum qui. §. Iulia. versicu. sed si quis.* Sed se [b] curaturum, tenet: *vt Institu. de inuti. stipu. §. si quis alium.* ¶ Sed suum factum quomodo potest promittere fideiussor, quod hic prohibetur? nā in datione certum est, sed in facto videtur contra *supra de verbo oblig. leg. cum filius. §. si stipulatus. & infra de solu.l. inter.* Ad hoc respon promittit se praestaturum fundum: nam tūc propter identitatem fieri idem factum videtur in obligatione. 2. Vel pone etiam in operis: *vt argum. supra de ope.liber. leg. si libertus moriat. & not. supra eodem.l. si quis pro eo.in princ. & de duo. reis.l.nemo.* 3. Tertij dicūt [c] quòd reus promittit decē, & fideiussor x.& si non dabit, promittit se aliquid itēctu u nomine poenae. & sic incidente eo in poenā, tenetur vt principalis persona ad poenam, nō vt fideiussor.

Etiam fideiubendo non potest quis factum alienum promittere. Bart.

LXV. IDEM *libro sexto Iuris Epitomarum.*

SIcut reus principalis nō aliàs quàm si de sua persona promittat, obligatur: ita fideiussores nō aliàs tenētur, quàm si se quid daturos vel facturos promittāt[a]. nā reum principalem daturum vel facturum aliquid frustra promittunt: quia factum alienum inutiliter [b] promittitur.

Quid agit ex cont actu alterius: censet r illum ratificare. Paul. de Cast.

LXVI. PAULUS *libro primo ad Neratium.*

SI seruus alienus pro Titio fideiussit[c], & soluit: liberatur Titius[d] si dominus mandati cōtra eum agere instituit. nam qui mandati agit, ratam † habere solutionem videtur.

Iniuriosa sententia contra fideiussorem lata sui culpa, non praeiudicat debitori. Bar.

LXVII. IDEM *libro tertio ad Neratium.*

EXceptione quae tibi prodesse debebat, vsus, iniuria iudicis damnatus es: nihil tibi praestabitur iure mandati: quia iniuriam quae tibi facta est, penes te manere, quàm ad alium transferri, aequius est: scilicet si culpa tua [e] iniustae damnationis causam praebuisti.

Qui intercedit pro officiali simpliciter, videtur intercedere in interesse, non in poenam ex maleficio impositam. Bar.

LXVIII. IDEM *libro tertio Responsorum.*

2 FIdeiussores magistratuum in poenam vel mulctam quàm non spopondissent [f], non debere conueniri decreuit.

Qui intercedit in summam, non tenetur ad vsuras. Bar.

1. ¶ Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua Petronius Thallus & alij fideiusserant [g]. bona Romuli fiscus vt obligata sibi occupauerat [h], & conueniebat [i] fideiussores tam in sortem quàm in vsuras [k]. qui deprecabantur [l], lecta subscriptione fideiussionis, quoniam in sola [m] centum annua se obligauerant, non in omnem conductionem, decreuit fideiussores in vsuras non teneri [n], sed quidquid ex bonis fuisset redactum, prius in vsuras [o] cedere, reliquum in sortem: & ita in id quod defuisset, fideiussores conueniendos, exemplo pignorum [p] à creditore distractorum.

2. ¶ Non possunt [q] conueniri fideiussores liberato reo transactione.

Si obligatio fideiussoria tempore tollitur, in aliam transfunditur, & principalis remanet: solutio fideiussoris liberat principalem, & mandati actionem contra eum parit. Bar.

LXIX. TRYPHONINUS *libro nono Disputationum.*

TVtor datus eius filio cui ex fideiussoria causa obligatus erat, à semetipso exigere debet [r]: & quamuis tempore liberatus erit [f], tamen tutelae iudicio eo nomine [t] tenebitur: item heres eius: quia cum eo ob tutelam, non ex fideiussione [u] agitur. & quamuis non quasi fideiussor, sed quasi tutor soluitur: etiam si tempore liberatus est [x], mandati actionem eum habere aduersus reum promittendi.

SErvus.] CASUS. Ego habeo seruū qui fideiussit pro Sempronio, & soluit: quaeritur, an Sempronius liberetur? Resp. quòd si ego dominus volo agere act mandati cōtra Sempronium: tunc ipse Sempronius liberabitur: quia habere ratam videor fideiussionem factam à seruo meo pro Sempronio. Fran. Accur.

c ¶ *Fideiussit.* ex causa non peculiari: *vt sup.eo.seruus inf. in.*

d ¶ *Liberatur Titius.* Contra *sup.eo.l.sed si serui.* Solu. vt ibi. *& facit. infra e. ta.b.a.l.si fine.in prin. & sup.de lege com.l.post ea placere [d]. & sup. ad Velle.l.pen. & fi. §.pe. & C.de condit.indeb.l.ind. bitum.* Sed si dominus ratum non habet, non liberatur Titius: *vt ad sup.eo.l. sed si serui. & C.de usu.l. ij.*

EXceptione.] CASUS. Fuisti fideiussor pro Seio erga Titium. Titius fecit pactum Seio de non petendo: quae etiam tibi cōpetebat tanquam fideiussori. Titius te conuenit in iudicio tu es vsus ista exceptione, tamen iudex non admisit: & sic te per iniuriam damnauit. tu soluisti: & vis agere mandati contra Seiū reū. an possis? Respond. quòd non: quia ista iniuria quam tibi fecit iudex non est ad alium transferenda: sed debet apud te remanere. Item l.seq. ponit casum ad longum: & legem sequētem vide per te coniuncta Gl. Fran.

e ¶ *Si culpa tua.* maximè, idem est & si sine culpa tua iniustè esses dānatus. Io. Potuit autē iste esse in culpa: vel [f] quia nō appellauit, nec denuntiauit vt posset dominus appellare: *vt supra mandati.l.si procuratorem.§.si ignorantes.* vel exceptionem non opposuit: vel oppositam non probauit: vel per minus idoneos testes: *vt supra manda.leg. idemque. §. generaliter. & Cod. manda.l. si pro ea. §. fina. & facit supra de excep.do. leg. si opere. & supra de eui.l.leg. super impendentiam. & de here. vel actio.vend.leg.y.§.solet. & Cod. man. leg. etiam & supra loca. leg. si merces. §. culpa.* (Sed argumen. contra [a] *in eod.titu.leg. si fundus. in fin. & supra eo.l.ad eas.*) & dic iniuste [b], contra [c] ius scilicet litigatoris, non constitutionis [d] vel legis: quia tunc nulla esset sententia: *vt infra quae sententia sine ap.leg.j.in princip.* ¶ Item quid in dubio praesumitur: Respon. quòd fuit in culpa, secūdùm Azo. Sed puto contra. *argum. supra de proba.leg. quotiens.§.qui dolo. & no. C.de pigno. act.l.l. si creditor.*

f ¶ *Fideiussores.*] Non spopondissent. non [f] enim in plus tenentur quàm promiserunt: *vt supra eodem. leg. si in pignore.* promiserunt autem indemnitatem [g] reipub. non vltra: *& infra ad muni.l. quotiens. § sea & si filius. & leg.libertum. §.fina. & supra de pecul.leg. iy. §. fi.*

g ¶ *Fideiusserant.* i. fideiubendo promiserant. Acc.

h ¶ *Occupauerat.* scilicet fiscus, si non est in text. cessante Romulo soluere quod debebat.

i ¶ *Conueniebat.* scilicet fiscus.

k ¶ *In vsuras.* quas [h] non ipsi promiserant, sed reus fic. aliàs si ipsi promisissent expressè vel simpliciter, tenerentur: *vt ar. C.de pac. inter empto. & ven. leg. initio & C. quod cum eo. leg. si mandator. & C. eo. leg. si fideiussor. & ar. sup. de aedil. edict. leg. Latinus. & no. plene. sup. eo.l. quaero.*

l ¶ *Deprecabantur.* petentes se absolui, vel non conueniri.

m ¶ *In sola.* haec erat eorum obligatio. Vel dic quòd est causa responsionis imperatoris. Accur.

n ¶ *Non teneri.* facit *inf.eo.l.fi.* Acc.

o ¶ *In vsuras.* quae possunt peti, non aliàs: *vt inf. de solu. l. in his. §. imperator.*

p ¶ *Pignorum.* vt [i] *sup. de pigne. act.l.cum & sortis. & C. de vsur. l. si vsuras.*

q ¶ *Non possunt.* vt [k] *sup. de pact.l.fi. & sup. eo.l. si quis posquam.*

TVtor.] Exigere debet [l]. facit *supra de nego.gest.l.qu. fine. & l.diuortio. & l. frantem. in princ. & de peti.hered. sed & si leg. §. quod ait senatus vers. sed & culpa. & de admini. tut.l. ita autem. §. debitor. & supra manda.l.si negotia & sup. de tute. & ra.distra.leg. sed non dantur.*

f ¶ *Erit.* quia ad tempus [m] fideiussit: *vt & sup. manda.l. si fideiussor. §.§.fi.* Accur.

t ¶ *Nomine.* prioris scilicet obligationis.

u ¶ *Ex fideiussione.* quantum ad actionem, durante tamen eadem causa. *& facit C.de here. tut.l.iij.*

x ¶ *Liberatus est.* à fideiussione.

a Fideiussor alieni factum non promittit. — *(margin)*

b Promittens se curaturum vt alius faciat, suum factum non alienum promittit.

† Ratum habere videtur contractum eius nomine, qui ex eo contractu agit.

c Fideiussor potest promittere poenam ad quam non tenetur debitor principalis, & obligatur ad eam.

d al. de lege com. ... per impendentiam ... Procurator vel defensor alterius iudicio culpam admittit, si sententia nō appellat, si non denunciauit domino vt appellaret, si exceptionem non opposuit, si oppositam non probauit vel probauit quidē sed per minus idoneos testes.

a Iniuria vnā facta, alteri nocet ad exceptioné pertandam contra alii. Bart.

b Legem, iniusta vt in textu.

c Sententia cōtra ius litigatoris lata non est nulla.

d Sententia contra ius cōstitutionis vel legis lata, nulla est.

e Praesumere culpam non debemus. ...

f Fideiussor non tenetur in plus quam promisit.

g Indemnitas debitoris seu promissio non videtur promissio poenae, ... quam e male facio imposita, cuius non nunc spopondit.

h Fideiussor non tenetur ad augmentū quod accessoriè aliquo modo venit ad rem seu obligationē principalem: puta poenam, vsuras & similia. ...

i Vsurae deducūtur venditione pignorum primum imputantur, deinde in sortem.

k Fideiussor liberatus intelligitur reo ipso principali liberato.

l Exigere à se ipso tutor debet.

m Tēpus: causa est tollendae obligationis.

a ¶ *Dixi.* sic *supra de in rem ver. l. si filius.*
b ¶ *Hæret.* id est inhæret.
c ¶ *In vtraque.* id est in illa ex qua potest conuenire fideiussorẽ, & in illa ex qua potest conuenire reum principalem. & hoc probat alij, id est in obligatione fideiussoria, & in tutelæ.

dixi [a]. hæret [b] enim in vtraque [c] causa adhuc illius debiti persecutio. nam eius solutione liberauit reum promittendi ab obligatione [d] in quam pro eo fideiusserat. & non titulus [e] actionis, sed debiti causa [f] respicienda est. Licet enim is tutor qui fideiussor apud pupillum pro eo est obligatus, soluit se auctore pupillo [g], quia reo promittendi liberato, & ipse tutor idémque fideiussor liberabitur, quod sua auctoritate efficere nõ potest [h]: tamen etsi non pro se soluendi animo, sed pro Titio [i] fecit, vt maxime [k] cum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

d ¶ *Obligatione.* quia adhuc erat obligatus.
e ¶ *Et non titulus.* id est tutelæ [a], & cætera. *& facit supra de don. l. qui id quod & C. ad Macedo. l. iij.* Sed arg. contra *supra de pecul. l. iij. §. idem scribit.* ADDITIO. Tu dic secundũ Bart. [b] hic quòd in contrario ex mutatione tituli mutatur ratio legis: sed hic ex mutatione tituli non mutatur ratio legis.
f ¶ *Sed debiti causa.* id [c] est quod debetur ex causa fideiussionis, licet soluat ex causa tutelæ.
g ¶ *Pupillo.* vnde videbatur non liberari, sed tamen liberatur, & reum liberat.
h ¶ *Non potest.* scilicet aliàs quando debitum esset suum principale: *vt supra de aucto. tuto. l. finali.* quę est contra. Sed hic accessorium est. 2. Vel hic cũ soluit nomine rei qui tenebatur adhuc, non pro se iam tempore liberato: ibi pro se & pro sua obligatione. & hoc hic subiicit. *& facit ad hoc supra manda. leg. Papinianus.* Item contra *supra de administr. tuto. leg. quotiens. §. sicut.* vbi indistinctè dicit soluere etiam pro se. Solu. ibi cum [d] iudice, secundùm Io. Accur.
i ¶ *Pro Titio* principali debitore. secus ergo si pro se. *& facit* [e] *supra de contrahen. emp. l. stipulat. §. primo. & supra de nego. gest. l. cum pecuniam.*
k ¶ *Maxime cum.* Titium, quia adhuc non erat tempore liberatus: aliàs secus & si ipse esset tempore liberatus: *vt sup. mand. l. si fideiussor. j. §. j. & §. f.*

a Titulum actionis, inuero debiti causam respici oporteat.
b Soluit & ita Cynus in l. si filius C. ad Macedonia. & dicit titulũ hic ab antiqua obligatione originem trahere. in d. l. j. de nou.
c Causa debiti, pro eius origine.
d Tutore soluẽdo seu per solutionem se authore potest se liberare à pupillo, idque cum iudice seu iudicis decreto vt hic. Imo indistinctè hoc est sine iudice Bartolus hic post Dynum & Gloss. in d. l. sup. docentia tot. Aliò vero modo quàm per solutionem, principaliter se liberare nõ potest sibi per quandam cõsequentiam. *l. s. sup. de aucto. tutorum.*
e Tutor rem sibi debitam potest sibi soluere & tradere.

Pro obligato sub conditione, potest accipi fideiussor sub duabus conditionibus copulatiuè conceptis. si verò disiunctiuè. inspicitur qua prius extiterit. Bar.

LX. GAIVS *lib. primo de Verborum obligationibus.*

SI à reo sub conditionem fuero stipulatus, potero fideiussorem & in hanc & in aliam cõditionem obligare, si modò eas coniungam [l]. nisi enim vtraque extiterit, non tenebitur: cum reus ex vna conditione teneatur [m]. Quòd si eas disiungam [n], durior fit conditio fideiussoris: nec ob id [o] obligatur: quippe siue communis vtriusque conditio extiterit [p], siue alterutra, videatur adprehẽdi [q]: cum reus non aliter teneatur, quàm si cõmunis [r] extiterit. aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor: aut quod magis est [s], tenebitur, si prius extiterit communis.

Si inter obligationem principalis & fideiussoris est diuersitas conditionis, inspicitur quæ præcedit. Bart.

1. ¶ Sub diuersis quoque conditionibus si fuerint interrogati interest vtra earum prior extiterit. si reo iniuncta [t], tenebitur etiam fideiussor, cum conditio eius extiterit, tanquam si statim ab initio reus purè, fideiussor sub conditione acceptus esset. Ex diuerso autem si fideiussoris conditio prior extiterit, non tenetur, perinde ac si statim [u] ab initio pure acceptus esset, reo sub conditione obligato [x].

Si reus promittit fundum: potest accipi fideiussor in vsumfructum. Bart.

2. ¶ Si reo in fundum obligato, fideiussor in vsumfructũ accipiatur: quæsitum est, vtrum obligetur fideiussor, quasi in minus: an nõ obligetur, quasi in aliud. Nobis in eo videtur dubitatio esse, vsusfructus pars rei sit, an proprium quiddam. Sed cum vsusfructus fundi ius est, inciuile est, fideiussorem ex sua promissione non teneri [y].

Pro obligatione naturali qua tenetur seruus: etiam ipsi domino potest accedere fideiussor, etiam seruo eodem à fideiussore stipulante. Paul.

3. ¶ Adeo à seruo potest fideiussor accipi, vt ipse quoq; dominus in id quod sibi debetur, fideiussorẽ ab eo rectè accipiat [z]: quẽ fideiussorẽ etiam ab eo ipso seruo interrogari nihil impedit [a].

4. ¶ Si à furioso stipulatus fueris, nõ posse te fideiussorẽ accipere certũ est [b]: q a nõ solũ ipsa stipulatio nulla interessitset, sed ne negotiũ quidẽ vllũ gestũ intellegitur. Quòd si pro furioso iure

SI à reo.] CASVS. Stipulatus sum à Meuio decem si nauis ex Asia venerit. potero te fideiussorem accipere sub alia conditione, si Titius consul factus fuerit. hoc tamẽ ita, si eas conditiones coniungam, sic dicendo: si nauis ex Asia venerit, & Titius consul factus fuerit. Si verò eas disiungam dicendo: si nauis ex Asia venerit, vel Titius consul factus fuerit: tunc fideiussor non obligatur, quia est acceptus in duriorem causam. facilius enim extitet illa vel illa conditio quàm ambæ simul. igitur, &c. [SVB DIVERSIS.] Stipulatus sum à Titio centum sub conditione, si imperator in Italiam venerit. & accepi ab eo fideiussorem sub alia conditione, si dux Mediolani Florentiam venerit. refert hic quæ conditio prior extiterit. nam si conditio ipsius rei primo extiterit: fideiussor ita demum tenebitur, quando eius conditio extiterit quam ab initio reus pure promisserit, & fideiussor sit acceptus sub conditione. Item econtra si conditio fideiussoris prior extiterit, non tenetur: quasi à principio pure acceptus sit: reus vero sub conditione. [SI REO.] Stipulatus sum à te fundum Cornelianũ, & accepi à te fideiussorem pro vsufructu. quæritur. vtrum fideiussor sit obligatus quasi in minus fideiusserit: vel nõ obligetur, quasi in aliam rem sit acceptus quàm reus principalis. Item alia dubitatio est, verũ vsusfructus sit pars rei: an aliud aliquid. tamen finaliter respon. cum vsusfru. sit ius fundi: fideiussor qui pro vsufructu fideiussit, teneri debet. [ADEO.] Seruus potest fideiussor accipi: ita vt etiam dominus possit accipere ab eo fideiussorem in id quod sibi debetur. [SI A FVRIOSO.] Planus est. [ILLVD QVOD.] Est commune prouerbiũ, quòd fideiussor maleficiorũ accipi non potest. hoc dictũ nõ taliter intelligendũ est, quòd ille cui furtũ factũ est, non possit accipere fideiussorẽ à fure de re sibi restituẽda: sed est intelligẽdũ, si duo vel plures furtũ fecerint, non possunt sibi inuicẽ dare fideiussores de re furtiua diuidenda. Item si quẽ hortatus fuero vt furtũ faciat: nõ potest à me fideiussorẽ accipere ne furti conueniatur. & est ratio: quia ista est turpis societas & turpis societatis nulla est obligatio, & p cõsequẽs nullus fideiussor. Fr. Acc.

l ¶ *Coniungam.* per copulatiuam coniunctionem.
m ¶ *Teneatur.* & sic apparet conditio fideiussoris leuior.
n ¶ *Disiungam.* per disiunctiuam coniunctionem: vbi alterũ [a] extare satis est: *vt s. de ver. obl. l. si ita quis stipulettur.* Accur.
o ¶ *Nec ob id.* i. & ob id nam, &c. quia in duriorem causam accipi non potest.
p ¶ *Extiterit.* sub qua promisit reus & fideiussor.
q ¶ *Aprehendi.* fideiussor in obligatione.
r ¶ *Si communis.* sub qua reus & fideiussor promisit.
s ¶ *Magis est.* Ar. contra. id quod no. *s. eod. l. Græ. §. illud.* Sed refert [b] in quãtitate vel tẽpore: vel qñ in qualitate sit plus vel min[c].
t ¶ *Iniuncta.* i. prior extiterit.

a In disiunctiuis alterũ extare satis est.
b Quasi diceret, hic plus est in qualitate ibi in quãtitate vel tẽpore. sed dic secundũ Dynum & Bartolum, & hic, cum pendeat conditio, nul lo tempore in plus obligatũ esse.

u ¶ *Si statim.* sic *sup. de nov. feu. l. nihil. & de vulga. subst. l. s. §. Titius.* Sed arg. contra *sup. ad l. Falc. l. verbis.* Accur. ADDITIO. Dic quòd hic euentus inspicitur quo ad impediendam actionem nasci ex hoc contractu: non quo od tollendam aliam actionem ad eundem effectum tendentem: *vt not. per Dy. in c. actus legitimi. de reg. iur. lib. vj.* secundum Bart. hic.
x ¶ *Obligato.* quo casu non suspenditur: sed statim non valet: licet sit aliud in constit. pec. *vt sup. de const. pec. l. id quod sub.*
y ¶ *Non teneri.* videtur enim pro parte intercessisse: *vt sup. e. l. fideiussores. & sup. de verb. obl. l. qui vsumfructum & sup. de vsufru. l. iij.* Sed contra *i. sf. de accept. & per iusiurandum. §. illud.* Solu[c]. vt ibi.
z ¶ *Accipiat.* vt *& sup. e. l. si quis pro eo. §. j. & Inst. eo. in prin.*
a ¶ *Impedit.* ad hoc vt domino quæratur obligatio: & sic obtinet seruus vicem duorũ. Sed respon. ipse non videtur stipulatus: imò dominus: quia vox [d] serui, vox domini est: *vt Inst. de inuti. stip. §. post mortem. in prin.*
b ¶ *Certum est.* nisi forte scienter intercessit: *vt sup. de mino. l. in causa. in prin.* quod non puto: cum principalis non teneat [e]: *vt hic, & Inst. de inuti. stip. §. furiosus. & sup. de verb. oblig. l. si cui. & adde quod not. sup. eo. l. Marcellus.* Accu.

c Dic, vsumfructum in accipiente partem esse fundi in remittẽte non.
d Vox serui, vox domini.
e Nisi iurasset. quia tunc videtur astũ vt omnimodo valeat, quo melius potest Barto.

Obligato

a ¶ *Obligato.* vt cum obligatio venit ex re: vt *supra de act. & obl. l. furiosus.* vel etiam ante obligationem: vt *Inst. qui. non est permiss. fac. te. §. item furiosi.*

b ¶ *Magna ratio.* aliàs magis. *& facit sup. ad l. Aquiliam.* ita vulneratus *supra de pact. leg. & si vnus. §. pacta quæ turpem.* & propter hoc fideiussor potest adhiberi: vt *& sup. eo. l. Græcè. §. sed & si ex delicto. & l. si quis pro eo. §. fi.*

c ¶ *Potius.* s. intelligi debet id quod dicitur vulgo.

d ¶ *Cum alio cum quo.* aliàs deest cũ quo: & tunc plana. Sed si habeas: dic, cũ quo, furtum subaudi fecit. & qđ subiicit, admisit, scilicet interuenientes aliquos: pro eo forte quia pacti sunt æqualiter partem præstari: & sic inter se fidem dederunt. Accu.

e ¶ *Et qui.* supple, ita intelligi debet, vt qui alieno, &c.

f ¶ *Possit.* facit *l. sed. manda. §. illud.*

g ¶ *In quibus casibus* duobus, vel similib.

h ¶ *Societas.* Esset autẽ hæc societas quodammodo, si quotam partem dãni vel partẽ rei subtractæ ꝑ pactum rehaberet. *facit §. pro so. l. quod autẽ. & leg. nec quisquam. & l. nec prætermittendum. & sup. mand. t. l. si remunerandi. §. rei turpis. & sup. de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. 1. vers. veneni. & l. si in emptione. §. itẽ si empto. & sup. de tut. & ra. dist. l. 1. §. non tantum.*

a Fideiussor maleficiorũ seu in causis criminalibus non admittitur: vt *ad l. Iul. de vi. inf. de custo. reo.* nisi ad pœnã pecuniariã, non autẽ ad corporalem: vt *no. Gl. in c. cum homo. 23. q. 5. & Pan. in rub. de fideiuss. & Alex. in alleg. l. si quis.* Hic autem g. debet intelligi quando pœna est corporalis, ad quã non potest se obligare: vt per Gl. in præal. leg. & ... Hanc rationem eleganter explicat Gell. lib. 6. ... b Societas flagitiose reicoita non potest.

obligato[a] fideiussorem accepero, tenetur fideiussor.

Pro maleficiis non potest accedere fideiussor, sed pro obligationibus descẽdentibus ex maleficio sic. Bar.

5. ¶ Id quod vulgo dictum est, maleficiorum fideiussorem accipi non posse: non sic intelligi debet, vt in pœnã furti is cui furtũ factum est, fideiussorem accipere non possit (nam pœnas ob maleficia solui, magna ratio[b] suadet) sed ita potius[c], vt quis cum alio cum quo[d] furtum admisit, in partem quam ex furto sibi restitui desiderat, fideiussorem obligare non possit: & qui[e] alieno hortatu ad furtum faciẽdum prouectus est, ne in furti pœna ab eo qui hortatus est, fideiussorem accipere possit[f]. in quibus casibus[g] illa ratio impedit fideiussorem obligari, quia scilicet in nullã rationem adhibetur fideiussor: cũ flagitiosæ rei societas[h] coita nullã vim habet.

Per confusionem persona ab obligatione eximitur: & eius accessoria obligationes: secus in correis principaliter obligatis, quia in obligatione remanent. Bar.

LXXI. PAVLVS libro 4. Quæstionum.

VRanius[i] † Antoninus pro Iulio Pollione & Iulio Rufo[k] pecuniã mutuã accipientibus, ita vt duo rei eiusdem debiti fuerint, apud Aureliũ Palmam[l] mandator extitit[m]. Iulij bona[n] ad fiscum venerunt: similiter & creditori fiscus successerat[o]. Mãdator[p] allegabat se liberatum iure confusionis: quia fiscus tam creditori[q] quàm debitori[r] successerat. Et quidem si vnus debitor fuisset; non dubitabam, sicut fideiussorem[f], ita & mandatorem liberatum esse. Quamuis enim iudicio conuentó principali debitóre, mandator non liberetur[t]: tamen vbi successit creditor[u] debitori, veluti† solutionis iure sublata † obligatione[x], etiam mandator liberatur: vel[y] quia non † potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Sed cum duo rei promittendi sint, & alteri heres extiterit[z] creditor: iusta dubitatio est, vtrum alter quoque liberatus est, ac si soluta fuisset pecunia: an persona tantũ exempta, confusa obligatione. Et puto aditione hereditatis confusione obligationis eximi personam: sed & accessiones ex eius persona liberari[a] propter illam rationem; quia non possunt[b] pro eodẽ apud eundẽ obligati esse: vt quemadmodum incipere aliàs nõ possunt, ita nec remaneant[c]. igitur alterum[d] reum eiusdem pecuniæ nõ liberari[e]: & per hoc nec fideiussorẽ vel mandatorẽ eius[f]. Planè † quia is[g] mãdati iudicio eligere potest vel creditorem[h]: competiturã ei exceptionem[i] doli mali, si cœperit conueniri, cum altero autem reo vel in solidum[k], si non fuerit societas: in partem[l], si socij fuerunt, posse creditorẽ[m] agere. Quòd si creditor fideiussori heres fuerit, vel fideiussor creditori: puto conuenire[n], confusione obligationis non liberari[o] reum.

Pactum factum vni ex correis, nõ præiudicat mandatori. Bar.

1. ¶ Si ponamus vnũ ex reis pro-

i ¶ *Vranius.* mandator.

k ¶ *Rufo.* propria nomina debitorum.

l ¶ *Palmam* creditorem.

m ¶ *Extitit.* eis præsentibus, vt sic videatur mandare Vranio: vt *sup. man. l. qui patitur.* nam inf. dicit mandãtem agere mandati contra eos, ibi, plane quia, &c.

n ¶ *Bona.* Pollionis pone.

o ¶ *Successerat.* antequam Pollionis bona ad eum venirent.

p ¶ *Mandator.* Vranius.

q ¶ *Creditori.* Aurelio.

r ¶ *Debitori.* Pollioni.

f *Fideiussorem.* de quo constat: vt *C. de solu. l. ij.*

t ¶ *Non liberetur.* non secuta satisfactione: vt *3. eod. l. si mandato meo in fin.*

u ¶ *Creditor.* quale est hic cum ille qui creditori successerit, succedit postea debitori.

x ¶ *Obligatione.* scilicet principali: vt *sup. eod. l. si debitori creditor. & inf. de solu. l. Stichum. §. aditio. & sup. de euict. l. si ei. §. fi. C. de pact. l. debitori.* vbi distinxi plene.

y ¶ *Vel.* propriè, vel pro[c] saltem pone. & not. hic *& inf. proxim. vers. & puto, ibi, quia non possunt, &c. & sup. ad Velle. l. tutor. in princ. & inf. de solu. l. qui hominem. §. quidam.* ¶ Et no. quòd hic est ratio quare alter in solidum vel in partẽ remanet obligatus: vt *3. dicit.* at vbi in[d] rem fit liberatio, tunc etiam alter liberatur: vt in cõtrariis. *3. de arbi. l. si duo. & de libe. lega. l. iiii. §. nunc de effectu.*

z ¶ *Extiterit heres creditor.* i. qui factus est creditor, quia successit creditori.

a ¶ *Persona liberari.* i. mãdator nõ tenebitur propter illi' personã.

c Vel, pro, saltem.

d Liberatio in rem, omnibus obligatis prodest.

b ¶ *Quia non possunt.* i. vt *sup. prox. resp.* Accur.

c ¶ *Remaneant.* Quod[a] ergo impedit faciendum, destruit iam factum. de hoc dixi *supra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre.*

d ¶ *Alterum.* quia tantum persona eximitur. Io.

e ¶ *Non liberari.* Sed obligatus remanet, cũ distinctione tamen: vt *i. s. Item ibi cum alteros, &c.* Accu.

f ¶ *Eius.* ipso iure quantum ad eius personã, sed exceptione sic saltem, quia non potest actio ei cedi.

g ¶ *Quia is.* scilicet qui mandator extiterat pro vtroque.

h ¶ *Vel creditorem.* qui debitori successit: hoc est fiscum supple vel alium debitorem superstitem, nam cũ in solidum pro eo teneatur, in solidum eũ cõueniret mãdati: vt *supra eod. l. cum duo rei.*

¶ Sed quomodo eum eligeret, cum pro eo non teneatur: vt *supra proxim. §.* Sed respon. expone scilicet liberari per exceptionem, non[a] ipso iure, scilicet fideiussorem: *argu. inf. prox. §.*

i ¶ *Exceptionem.* In totum debitum, secundũm has leges, quia mandator potest eligere in solidum vnum de reis. Sed cũ hodie pro parte debeat agere: *vt in Authentic. de duob. re. in princ.* habet exceptionem pro parte tantum.

k ¶ *In solidum.* Ex hoc no. quòd duo[c] rei non socij non videntur inuicem fideiubere: quia tunc vnius obligatione soluta non teneretur alter in solidum: quod hic dicit. & sic est pro R. & Io. contra M. Sed ipse dicit hic fuisse actum[d] vt non videantur fide iubere. *& pro eo. supra de duo. re. l. reos. quæ est huic contra.* Sed hoc dic vt *not. supra ad Velle. l. vir vxori. in fi.* Item quod hic dicit, est de rigore; sed de æquitate repellitur fiscus exceptione pro parte qua successit reo: quia bona[e] fides non patitur vt bis idem consequatur, secundùm M. & quia non potest cedere[f] actionem contra seipsum qui est heres rei: vt *infra de solu. l. Stichum. §. pen. l. Modestinus.* Sed R. dicit vtroque casu, id est siue sint socij, siue non, in solidum remanere obligatum correum, cum persona tantum eximitur: vt *supra de duo. re. l. fina.* Sed secundo casu quia tenetur pro scio, multo magis, exceptione à parte repellitur: argu. eius quod dixerat, plane quia, &c.

l ¶ *Vel in partem.* mirabile hoc videtur, cum etsi socij sint, hic tamen per successionem nõ liberetur nisi pro parte: cũ aliàs per acceptilationem factam vni, liberetur in solidum: vt *supra de libe. leg. l. iiii. §. nunc de effectu. & l. si is qui duos. in fin.* non[g] ergo veræ vel fictæ solutionis vim obtinet successio hoc casu: vt *& no. s. eo. l. si debitori creditor.* Et est ratio: quia hic persona eximitur, vt modo not. ¶ Item hic distinguit[h] correum socium à nõ socio. *sic supra de arbi. l. si duo. & ad l. Falc. l. in lege Falcidia.* hoc est & *sup. de duo. reis l. si duo.*

m ¶ *Creditorem.* s. fiscum, qui successit creditori, partem enim debet ipse fiscus: quia eius intelligitur quodammodo socius.

n ¶ *Conuenire.* scilicet iuri.

o ¶ *Non liberari.* vt *& s. e. l. heres. §. si stipulatus. vers. quòd si idem.*

a Contrahenda seu facienda quæ impediunt, contracta & facta iam, destruunt & impediunt.

† Solutionis vim habet successio.

† Successio eximit personam ab obligatione.

† Fideiussor pro eodem apud eundem nemo esse potest: differentia enim esse debet inter id quod agit & patitur, vt multis exemplis probat ad hanc legẽ Albericus.

b Imò successione ipso iure tollitur obligatio l. in omnibus inf. de solutionib. Dic vt apud Bar. hic.

† Dolo licet faciat qui petit rem quam restituturus est (cum contra eum possit talis exceptio obiici) ...

c Fideiubere inuicem non videntur duo rei non socij.

d Mandator in solidũ cõueniri ...

e Bis idem exigi bona fides non patitur.

f Cedere cõtra seipsum actionem nemo potest.

g Successio quibus casibus vim veræ vel fictæ solutionis non obtineat.

h Correi socij à non socio dissimiliter ...

mittendi pactum [a] eſſe ne à ſe peteretur, deinde mandatorem ſoluiſſe: mandati iudicio conuenire potuit etiam eum cum quo pactum eſt [b]. * Non enim pactum creditoris tollit alienam [c] actionem.

Mandator tenetur, ſiue mandatarius impleat mandatum per ſe, ſiue per alium. Bar.

1. ¶ Placet mandatorem [d] teneri etiam ſi fœnerator hoc alij creditori mandet pecuniam credere.

Acceptilatio facta fideiuſſori, qui in obligationem non incidit, non prodeſt fideiuſſori. Paul.

LXXI. GAIVS *li. tertio de Verborum obligationibus.*

SI fideiuſſori ſub conditione obligato ſi nauis ex Aſia venerit, quem ſub hoc modo [e] accepi, vt vſque ad tempus vitæ ſuæ dumtaxat obligaretur, pendente conditione acceptum latum fuerit [f], & is fideiuſſor adhuc pendente conditione mortuus fuerit, confeſtim à reo petere poſſum [g]: quia exiſtens cōditio neque obligationem in perſonam iam mortui [h] efficere, neque acceptilationem confirmare poſſit.

Contumacia rei non auget obligationem fideiuſſoris. Bar.

LXXIII. PAVLVS *lib. ſeptuageſimoſexto ad Edictum.*

a ¶ *Pactum.* cū creditore, & hoc ignorante fideiuſſore: ideóque agit fideiuſſor: *vt ſup. mand. l. ſi fideiuſſor. ꝗ. & l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes.* 2. Vel dic fuiſſe perſonale pactum: *vt ſup. de pactis, l. niſi.* ADDITIO. Dic aliter ſecundū Bart. quòd hic fuit factū pactū vni ex correis debēdi ita quòd nō prodeſt alteri reo: & fideiuſſor ſoluit pro eo qui remanet ſic obligat⁹: & habet actionē etiā contra liberatū, per rationē in tex. quia nō poterit auferre accuſationem mandatori qui cōtemplatione vtriuſque interceſſit: vt per eundem Bar. hic.

b ¶ *Pactus eſt.* ſcilicet creditor. Accur.

c ¶ *Alienā.* ſ. vertētē inter mādatorē & reū promittendi. Accur.

d ¶ *Placet mādatorē.* poteſt dici ꝙ mādator & fœnerator ſupponātur pro eodē. quaſi dicat ꝙ etiā ſi vnus fœnerator mandet alij de mutuādo extraneo, tamē tenetur. 2. Vel dic verius quòd mādatarius nō [a] per ſe, ſed per aliū creditorem ſuū vel alterius fecit numerationē: ſed ipſe [b] feciſſe videtur: *vt sup. de adm. tuto. l. 3 in autem. §. geſſiſſe. & ad hoc ſup. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos.* Accur.

SI fideiuſſori.] CASVS. Acceperā à Titio debitore meo fideiuſſorem ſub condi. & ad diem, ſcilicet quòd teneretur vſque ad mortē ſuā. pendente condit. ego acceptū fero ei: & interim ipſe moritur. dicitur hic quòd ego ſtatim poſſum petere à reo: quia licet poſtea exiſtat conditio, hoc nihil prodeſt. Franc. Accu.

e ¶ *Sub hoc modo.* & ita ſub conditione & ad diem: *vt ſup. de act. & oblig. l. obligationum fere.* Accurſius.

f ¶ *Fuerit.* per quem etiam reus liberatur: *vt inf. de accept. l. & per iuſiurandum. §. & ſi fideiuſſori.* Accur.

g ¶ *Poſſum.* Quid [c] enim bonum eſt expectare condit. &c. vt hic, *& ſup. ad Velleia. l. aliquando. §. fi.* Acc.

h ¶ *Iam mortui.* ſi autem viuo eo exiſteret, ſimul obligaretur & liberaretur: *vt inf. tit. j. quotiens.* & per eum etiam reus: *vt inf. de accept. l. & per iuſiurandum. §. & ſi fideiuſſori.* Item in perſona heredis non committitur ſtipulatio: quia ſic actum erat. Acc.

CVm procurator.] CASVS. Procurator meus vindicabat quendam fundum à Titio & dedit fideiuſſores me ratum habiturū quod feciſſet, victus eſt procurator meus. ego poſtea reuerſus iterum egi, & obtinui. poſſeſſor non vult reſtituere poſſeſſionem: ideóque delatum eſt mihi iuramētum in litem, & ipſe poſſeſſor condemnatus eſt in magna mulcta. nunc quæritur, vtrum fideiuſſores rei debeant conueniri pro iſta mulcta. Reſpon. quòd non. non enim debet imputari fideiuſſoribus quòd ipſe reus pœnam ſuſtinet pro ſua contumacia. Fran.

i ¶ *Agebat.* ad quod facit. *C. de procur. l. quia abſente. & ff. de procura. l. Pomponius. §. ſed & is & l. qui abſentem.*

k ¶ *Magno.* quia [d] fuit delatum iuramentum in litem.

l ¶ *Non tenentur.* qui tenerētur ſi ſtatim reſtituiſſet. *& ad hoc facit ſup. eo. l. fideiuſſores & ſup. de procur. l. qui proprio. §. procurator* vt in cæteris. *de eo quod cer. loco. l. centum. & de in lit. iuran. l. j. & ad l. Falcum pater. §. legato. & ſupra de euic. l. hoc iure. & l. Herennius.*

DE NOVATIONIBVS, ET DELEGATIO.

Dictum eſt de obligationibus principalibus & acceſſoriis qualiter contrahuntur, nunc qualiter tollantur. & primo per nouationem. & no. quod per delegationem fit nouatio: vt inf. eo. l. delegare. 1. *ideo tamen poſuit genus & ſpeciem, quia maximè tractat de ea nouatione quæ fit per delegationem. ſic C. de ſer. & aqua. in rubr.*

¶ *Nouari ſolebat obligatio vel in verborum obligationem vel in obligationem nominum, vt Theophilus ſcribit. hodie igitur ſublata obligatione nominum, nouatio tantum fit per ſtipulationem. Imò & nudo conſenſu in l. ſingularia. De rebus credit. quod Africanus meritò reprehendit. Sed omnis tamen obligatio tranſire in nouationem poteſt. ergo hic etiam titulus communis eſt omnium obligationum. & eſt nouatio, mutatio debitoris vel cauſæ debendi. Mutatio rei debite nouationem non facit. ac præterea vt conferatur ea cum delegatione, nouatio eſt nouatio debitoris, delegatio nouatio creditoris ſimul ac debitoris, quæ etiam fit per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem, vt ſi is cui ceſſi actionem, litem conteſtetur cum meo debitore.* l. 2. C. De obli. & act. *Priori genere volens delegatur, poſteriore inuitus. In leg. ſolutione. De ſolut. non eſt delegatio, ſed agente nullo iure eo cui ceſſa non eſt actio, offert ſe liti quaſi debitor qui non eſt debitor, quo genere verus debitor per exceptionem liberatur, non ipſo iure. l. 2. C. de pac. l. qui ſeruum. ſup.* De inter. in iur. fac. *Per delegationem liberatio contingit ipſo iure, ſi iuſſero debitorem meum creditori meo promittere, quod iuſſum propriè delegatio eſt, non ſi iuſſero ſoluere, & is ſcilicet iuſſum meum ſecutus animo libens promiſerit. Vt autem delegatio etiam fit per litis conteſtationem, conſequens eſt & nouationem fieri per litis conteſtationem. Omnis enim delegatio, nouatio eſt, ex parte delegati. & neceſſaria quidem.* l. vlt. De ſeparat. *Per ſtipulationem eſt voluntaria & hæc ſola propriè noua. vel de leg. Cu.*

CVm procurator in rem agebat [i], cautionem dederat ratam rem dominum habiturum. poſtea victo eo dominus reuerſus iterum de eadem re agitabat: & cum reus haberet poſſeſſionem, noluit eam reſtituere: & ideo magno [k] condemnatus eſt. In amplius fideiuſſores non tenentur [l]. hoc enim non debet imputari fideiuſſoribus, quod ille propter ſuam pœnam præſtitit.

DE NOVATIONIBVS & delegationibus.

TITVLVS II.

Per ſequentem obligationem, etiam naturalem tātum nouatur præcedens: qualiſcunque obligatio fuerit. Bar.

I. VLPIANVS *libro 46. ad Sabinum.*

NOuatio [m] eſt prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem [n] vel naturalem transfuſio [o] atque translatio [p]. hoc eſt, cum ex præcedenti cauſa ita noua conſtituatur [q], vt prior perimatur. Nouatio enim [r] à nouo nomen accepit, & à noua obligatione.

1. ¶ Illud non intereſt, qualis præceſſit † obligatio, vtrum naturalis [ſ] an ciuilis [t], an honoraria: & vtrum

NOuatio.] CASVS. Iuriſcōſultus tractaturus de nouationib. more ſapiētis philoſophi, ne procedamus per ignota, docet nos q d ſit nouatio. dicit enim ꝙ nouatio nihil aliud eſt quàm prioris obligationis in ſecūdā trāſfuſio, ſiue translatio. Nec refert qualis ſit obligatio: quia omnis obligatio poteſt nouari: dūmodo ſecūda in quā fit trāslatio, teneat ciuiliter vel naturaliter. Et omnes res poſſunt trāſire in nouationē. & debet hoc expreſsè agi vt fiat nouatio, aliàs erūt duæ obligationes. Itē ꝓdig⁹ cui bonis interdictū eſt, vel furioſus nō pōt nouare obligationē, niſi faciat cōditionē ſuā meliorē. h. d. cū l. ſe. & ſeq. Fran. Acc.

m ¶ *Nouatio.* effectum iuris vocat nouationem. ¶ Et no. quòd voluntariam [a] nouationem deſcribit, non neceſſariam.

n ¶ *Ciuilem.* ſupple [b] & naturalem. in [c] ciuilem enim tantū non poteſt transferri. nam cum fiat per ſtipulationem: *vt C. eod. l. j. & Inſt. eo.* [d] *§. præterea, in prin.* & ſtipulatio habet conſenſum: & ſic naturale vinculum: *vt ſup. de pact. l. j. in fi.* patet quòd non tranſit in ciuilem tantū. Sed ſecundùm Al. in [e] ſtipulatione non eſt naturale vinculum: & ſic fit in ciuilem tantum, ſecundùm eum: *vt not. in d. l. j. de pactis.* Item in ciuilem tantum videtur fieri per [f] conteſtationem litis: *vt inf. eo. l. delegare. j.*

o ¶ *Transfuſio.* quando [g] in eandem perſonam.

p ¶ *Translatio.* quando in aliam.

q ¶ *Conſtituatur.* Ex hoc patet manifeſtè quòd ſi à ſeruo animo nouandi ſtipulor, non liberatur prior debitor: quia cum ſit interceſſio, non obligatur ſeruus etiam naturaliter: ergo nulla eſt ſecunda, in quam prior transferatur: *vt ꝫ. tit. j. de ſeruus inſcio. & l. ij.* quod ſecus eſt in pupillo: *vt in fi. huius l.*

r ¶ *Nouatio enim.* alludit [h] vocabulo. *ſic ſup. de acqui. poſſ. l. j. in prin.* & poteſt de qualibet nouatione dici.

ſ ¶ *Naturalis.* tantùm, putà contracta cum ſeruo vel pupillo ſine auctoritate tutoris.

t ¶ *Ciuilis.* ſupple & naturalis, vel etiā ciuilis tātū, putà literis, nā quæcūque ſit, dūmodo petitionē det, vel repetitionē prohibeat.

Aut

a Mandatum poteſt impleri per alium: quoties ſcilicet quod vi mandati dari debet, per alium explicari poteſt. *l. vnica. §. non autem C de cadu cis. ſecus ſi ſecus ti.*

b Mandator feciſſe id videtur quod à mandatario factum eſt ex præcedente mandato.

c Conditio cuius euentus vel defectus nihil operatur expectari non debet.

d Fideiuſſorum obligatio facto rei (cuſtos lis etiamſi iuramento in litem) non augetur. adde ſimilem Gloſſam l. 3. 3. qui ſatiſdare.

† Fl. præceſſit

a Nouatio alia voluntaria, alia neceſſaria.

b Nouatio an fit transfuſio debiti in obligationem ciuilem tātum, an vero in ciuilem ſimul & naturalē.

c Nouari præcedens obligatio non poteſt per ciuilē tantum obligationem: vt ait, quod Barto. non placet.

d ſ. quib. mo. tollit. obliga.

e Stipulationi non ineſt naturale vinculum.

f Litis conteſtatione fit nouatio debiti in obligationem ciuilem tantū, vt hic: ſed per litis conteſtationem fit neceſſaria nouatio Barto.

g Tranſlationis & transfuſionis debiti differentia.

h Alluſio vocabuli.

verbis, an re, an consensu. Qualiscunque igitur obligatio sit quæ præcessit, nouari verbis potest: dummodo sequens obligatio aut ciuiliter [a] teneat, aut naturaliter [b]: veputà si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit [c].

Omnis obligatio potest nouari, si tamen hoc agatur. Bar.

II. IDEM *libro 48. ad Sabinum.*

OMnes res [d] transire in nouationem possunt. Quodcunque enim siue verbis contractum est, siue non verbis [e], nouari potest, & transire in verborum obligationem ex quacúque obligatione: dúmodo sciamus nouationē ita demum fieri, si hoc agatur [f], vt nouetur obligatio †. Cæterum si non hoc agatur, duæ erunt [g] obligationes.

Qui non potest alienare, non potest etiam nouare: nisi conditio sua efficiatur melior. Pau.

III. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

CVi bonis interdictum est, nouare obligationem suam non potest: nisi meliorem [h] suā conditionem fecerit.

In obligationibus quæ contrahuntur super rebus inseparabilibus à persona non cadit vera obligatio. Bart.

IIII. VLPIANVS *lib. quinto ad Sabinum.*

SI vsusfructus debitorē [i] meū delegauero [k] tibi, nō nouatur obligatio mea: quamuis exceptione doli vel in factum [l] tutus debeat esse aduersus me is qui delegatus fuerit. Et non solum donec manet eius vsusfructus, cui delegaui [m], sed etiam post interitum eius [n] videbimus [o]: quia etiam hoc incōmodum sentit [p], si [q] post mortem meam maneat eius [r] * vsusfructus. Et hæc eadē [s] dicenda sunt in qualibet obligatione personæ cohærenti [t].

Obligatio pura potest nouari in diē, & ante diem non fiet exactio. Bar.

V. IDEM *libro trigensimoquarto ad Sabinum.*

IN diem [u] obligatio nouari potest & prius quam dies aduenerit. Et generaliter constat & stipulatione in diem facta nouationem contingere, sed non statim ex ea stipulatione agi posse antequam dies venerit.

Obligatio fideiussoria non nouat principalem. Bart.

VI. IDEM *libro quadragensimosexto ad Sabinum.*

SI ita fuero stipulatus, *Quanto minus à Titio debitore exegissem, tantum fideiube?* non fit nouatio [x]: quia nō hoc agitur vt nouetur [y].

Si vna causa venit ad implementum alterius: agitur ex implemento, non ex implente. Bart.

1. ¶ Cum pecuniam mutuá dedit quis sine stipulatione, & ex continenti [z] fecit stipulationem: vnus contractus [a] † est. Idem erit

a ¶ *Aut ciuiliter.* hoc expone vt supra.
b ¶ *Aut naturaliter.* scilicet tantum.
c ¶ *Promiserit.* hoc constat, φ pupillo promittente & naturaliter se obligante loco primi, fit nouatio: *vt hic, & Inst. qui. mo. toll. obl. §. præterea.* ¶ Sed quæritur [a] quando dicitur naturaliter tantú obligari? nam hic & ad l. Fal. l. si pupillus, dicitur quòd naturaliter obligatur pupillus, sed s. *de act. & oblig. l. pupillus. & de condic. indebi. l. quod pupillus. quæ sunt cōtra.* dicitur quòd nec naturaliter. Ad hoc dicunt quidam, si est proximus pubertati, vt [b], quia habet x. annos &, dimidium ē. naturaliter obligatur, & ita hic, si habet minus: tunc nō, etiam si esset locupletior. 2. Alij non ætatem prędictam: sed si aliquid ad eum perueniat, cōsiderát, vt sic teneatur naturaliter, vel non. 3. Tertij, vt M. exigunt vtrúq; vt naturaliter teneatur. s. φ sit proximus pubertati: & φ ad eú perueniat aliquid: alioquin nec naturaliter tenetur. 4. Sed tu dic: si est infans [c], nec naturaliter tenetur, p ueniat ad eum aliquid vel non: & ita intelliguntur cōtraria. Si autē sit maior [d] infante: si quidem promittat suo tutori se auctore: nec etiā iure naturali obligatur: *vt s. de aucl. tu. l. pupillus.* Alij vero promittēdo obligatur naturaliter tantū: vt hic. sic etiam intelligitur *Inst. quib. mo. toll. obli. §. præterea.* Si autē tutoris auctoritate, tunc ciuiliter & naturaliter: sed potest restitui: *vt sup. de aucto. tuto. leg. impuberes.* Si autē est adultus [e] nō habēs curatorē: tunc ciuiliter & naturaliter, sed potest restitui si habet curatorē. idē [f] in eo quod in pupillo: *vt C. de resti. min. l. si curatorē habens.* ¶ Vbicūque autem dixi ex pacto pupillum naturaliter obligari tantum: tenebitur etiam ciuiliter, si [g] locupletior est: *vt sup. commo. l. sed mihi. in princ.*

d OMnes res. quæ aliàs possunt subiici dominio [h] nostro: *vt Inst. de inu. ti. stip. in prin. sic sup. si ser. vin. l. si quando. §. j.*
e ¶ *Non verbis.* sed alio quocunque modo: *vt sup. l. proxi.*
f ¶ *Agatur.* expressè vel tacitè: de quibus est exemplum Inst. *quib. mo. toll. obl. §. præterea.* Sed hodie expressè tantùm: *vt C. eo. leg. fi.* Sed si tantùm fieret tacite, etiam [i] dicam hodie competere exceptionem: *vt inf. de pact. stipu. l. pen.*
g ¶ *Erunt.* sed exactione facta, per vnam alia tollitur: *vt inf. eo. l. si Stichum. §. fi. Jo. & facit sup. de re iudi. l. si se. §. si ex conuentione.*
h CVi bonis.] *Nisi meliorē.* vt si à locuplete sit stipulatus quod inops debebat. ¶ Quid autem si æquè [k] bonum? dicā quòd potest: vt sic dicatur melior [l], id est non deterior: *vt inf. de solu. l. in pupillo. & arg. sup. de dol. l. non debet. in fi. & facit sup. de verborum obl. l. si cui.*

SI vsusfructus.] CASVS. Titius debebat mihi vsumfructum alicuius fundi. quæritur, an ipsum delegare possim alij ita vt nouetur obligatio mea? Respond quòd non: licet si ab eo petam, possit me repellere doli mali except. non solum potest me repellere interim quòd manet vsusfr. apud eum cui delegaui, sed etiā si finitus fuerit apud eum. & ratio est, quia si vsusfructus mansisset apud me, me mortuo rediret ad eūm qui promisit eum. Cum autem soluit ipsum alteri cui delegatus est, manet etiam apud ipsum me mortuo. bene ergo est quòd vbi est onus, ibi debet esse commodum. hoc idem dicendum est in qualibet obligatione quæ personæ cohæret. Fran.
i ¶ *Debitorem.* id est qui mihi vsumfructum debebat, nondū tamen constitutum, vel per patientiam traditum.
k ¶ *Delegauero.* Impropriè [a] ponitur hoc verbum. nam si propriè fuisset delegatio, & sic nouatio: mota [b] esset obligatio mea, & à me liberatus esset debitor. solúmodo ergo promisit alij me mādante. 2. Vel dic quòd propriè ponitur, sed tamē mea obligatio non nouetur: quia impossibile est vt à me separetur, quia hoc ius cohęret personę meę. *sic sup. de iure do. l. si mulier. §. ex asse.*
l ¶ *Vel in factum.* aduersus patrem, vel patronum.
m ¶ *Delegaui.* debitor tutus erit exceptione. Io.
n ¶ *Eius.* hominis, vel etiam vsusfructus.
o ¶ *Videbimus.* an sit tuendus. & quidē tutus esse debet aduersus me & post interitú eius. quia &c. ¶ Et sic no. quòd vbi est onus [c], ibi debet esse emolumentum. *sic infra de reg. iur. secundum naturam.*
p ¶ *Sentit.* i. [d] sentire potest.
q ¶ *Si.* i. quia &c. & est hæc ratio rationis hoc modo: est tutus post mortē, quia sentit incommodum. & vere sentit incommodum, si, id est quia &c. Accur.
r ¶ *Eius.* Tenuit ergo cessio. *& sic est contra Insti. de vsufruct. §. finitur.* Solu. hic speciale. 2. Vel hic non cessit, cum nec adhuc cōpeteret vsusfructus, sed actio pro vsufruct. Itē contra *sup. de pericu. & commo. rei ven. l. necessario. §. fin.* vbi ex persona cedentis finitur, hic vero ex persona eius cui est cessum. Solu. ibi iam competebat cedenti ius: hic actio tantum.
s ¶ *Eadem.* vt non nouetur obligatio.
t ¶ *Personæ cohærenti.* i. vt vsus & habitatio: *vt sup. quando dies leg. ce. l. si habitatio.* 2. Vel dic dotis: *vt sup. de stipu. ser. proinde. §. fi. & leg. seq. & sup. de iure do. l. si mul. ex. §. ex asse.* Accur.

IN diē.] CASVS. Promisisti mihi decē soluere in festo Paschæ: ego volo nouare istā obligationē ante Pascha: an possim? Resp. quòd sic, licet ante nō possim petere. sic in omni stipulatione cœpta in diē, potest nouatio fieri antequam dies venerit. Fra. Acc.
u *In diē.* hic est amphibolia [e]. nā posset dici quòd obligatio quæ est in diem, nouetur quoquo modo. 2. Vel econtra [f] quòd obligatio pura nouetur in diem. & hæc verior, vt patet ex seq. litera. nam in primo casu. scilicet quando illa quæ est in diem, nouatur in puram: etiam potest agi statim [g], *arg. sup. de const. pecu. l. iij. §. fin. & facit inf. eo. l. si Stichum. §. j. & sup. de compen. quod in diem.*

SI ita.] CASVS. Ita sum à te stipulatus. Mæui, Titius debet mihi centum aureos: promittis mihi soluere quāto minus fuero consequutus ab eo? an hic fiat nouatio? Respond. quòd non: quia hoc nō agitur vt nouatio fiat. [CVM PECVNIAM.] Dedi tibi pecuniam mutuam: & incontinenti sum à te stipulatus illam mihi reddi. non fit hic nouatio, sed est vnus contractus. idē est si prius à te stipulatus fuero, postea pecuniam numeraui. Ratio horú est in l. seq. Nam cum stipulamur pecuniam nobis reddi quam numerauimus: non nascitur obligatio ex numeratione, vt deinde stipulatione nouetur, sed magis est intelligendum quòd numeratio fiat causā stipulationis implendæ. Fran.
x ¶ *Nouatio.* scilicet fideiussoris.
y ¶ *Nouetur.* sed potius vt priori obligationi fideiussor accedat. *& facit sup. de verb. obli. decem.*
z ¶ *Ex continenti.* hoc expone: *vt sup. de duo. reis. duo; reos. §. fi.*
a ¶ *Contractus est.* scilicet verborū. & sic intelligi potest *sup. si cer.*

a Pupillus an & quādo naturaliter tantum, vel ciuiliter dicatur obligari.
b Proximus pubertati dicitur, qui decennium & dimidium ætatis annum attigit: vt hic, quidā Bartolum hic & in l. qui contraxit, in fin. princ. l. de in rem verso.
† Limitabis hanc l. per Gl. in l. si φ quod habetur C. eod. vt fallat hęc lit. tribus casib. de quibus ibi, & in l. solutionem. inf. de solu.
c Infans ne naturaliter quidem obligatur, etiamsi quid ad eum perueniat.
d Infante maior, an & quādo naturaliter vel ciuiliter obligetur.
e Adultus an & quando obligetur.
f Pupilli & adulti similitudo.
g Pupillus tenetur ciuiliter, ex eo φ locupletior factus est.
h Nouari possunt quæ dominio nostro subijci possūt.
i Nouatio vbi olim fiebat tacite, hodie hic opera exceptionis.
k i. neque deterius, neque melius.
l Melius dici potest, quod non est deterius.
a Delegatio impropria.
b Legendū forsitan nouatur.
* Plo. H.
c Onus sequitur emolumētum.
d Verba actiua significantia, plerunque sumuntur pro potentialibus.
† qui scilicet re & verbis constat. l. obligamur. l. dede.
e Amphibolia est sermonis ambiguitas, quæ fit potissimum per accusatiuum, qui variū intellectum causat.
f Obligatio pura, in diem nouari potest.
g Si obligatio in diem nouetur in puram, statim agi nō potest, sed die tantū adueniente. Gl. l. 2. §. 1. inf. eod.

pet.l.ij.§.fi.& facit ☞ l.proxi.& ☞.de verb.obliga.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. ¶ Sed contra *sup.si cert pet.l.certi.§.quoniam.* Sol. vt ibi in gloss.& puto. Item contra *sup.de stip.ser.l.j.§.ij.* Sol.vt ibi. Item contra.*C.de contrahen.stipula.l.iii.§.j.* Sed ibi inutilis stipulatio: hic vtilis.¶ Item contra. *sup.ad Mace.leg.contra & supra de verbo. obiga. quidam cum filium.in fi.* Sol. [a] ibi [b] ex interuallo, hic incontinenti [c].

a Dic potius contractus legibus nouetari, ex stipulatione nasci: sed quæri in illis in stipulatione nascatur actio.
b Subaudi numeratio facta fuit.
c Incontinenti facta dicuntur, quæ parũ ante vel parum post. *l.3.C.de edilic.act.* vt numero, & postea non stipulor, actio nascitur ex numeratione: quia ex inutili stipulatione interposita vitius nasciturex numeratione multo magis vbi nulla est stipulatio *&. l.vnic C.de rei vxoria act.*
d Tota hæc glo. in vetustis exem. nõ habetur.
e Ex numeratione nõ nascitur obligatio, quando ita actum est, vt ne ex numeratione nasceretur.
f Præsumimus in dubio nasci obligationem ex numeratione. i.hoc est, numerationem videri factam causa implendæ stipulationis, vt ex ea oriatur actio.
g Si dias me stipulaturum & hic antequam pater contractum absoluerint aut pro absoluto habuerint. *l.contractus C.de fide instr.*

a ¶ *Stipulatio* [d]. si habes, stipulatio: habeas, facta fuit. sed si habeas facta; Vel nihil: vsque ibi, mox pecunia & cæ.

b ¶ *Cum enim.*] *Stipulamur.* incontinenti.

c ¶ *Id agitur.* hoc est dicere, quando [e] hoc agũt inter se, vt ex numeratione non nascatur obligatio, non nascitur: *vt hic, & supra si cert.pet.leg. non omnis. & argu.leg.cum quid.* Si vero dubitaretur vtrum hoc actũ sit vel non: præsumitur [f] actum quòd, nascatur: sed secuta stipulatione fingitur [g] nec nata: *vt supra de act. & obliga. leg.obligationum fere.§.fina. & de verb. obliga. l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.* At in superiori nulla est fictio: *vt no. supra si certum peta. leg. certi condictio. §. quoniam.& facit sup.l.prox.* Accur.

d ¶ *Et magis.* repete, & quia. *ad quod facit infra rem ra.ha.l.si fine.* ¶ Sed quid si stipulatus fuero, & postea non stipulor? Respon. ex numeratione datur mihi certi condictio.

S ¶ *Stichum.*] Tex.hic in princip. est planus.[LEGATA.] Pater tuus in testamento suo legauit mihi quendam fundum. ego venio ad te qui es heres, & dico tibi, promittis mihi dare fundum quem pater tuus legauit mihi? tu promittis. certe hic fit nouatio propter istam stipulationem, si hoc est actum, scilicet vt fiat nouatio: & hoc si pure fuit legatus fundus, & in diem: quia certum est diem venturum. Si autem sub conditione sit legatum, non statim fit nouatio: sed ita demum existente conditione. & ponit exemplum ibi, nã aliàs &c. quod satis clarum est. §. sequen. planus est. [IDEM.] Quando quis conuenitur, & promittit iudicatum soluere: postea si condemnetur, an actio iudicati sit nouata? Respon. quòd non: quia ista stipulatio solummodo interponitur vt fideiussorib. sit cautum. [SI DECEM.] Ego stipulor à te hoc modo: Promittis mihi decem quæ Titius mihi debet: aut decẽ quæ Seius mihi debet: vtrum hic fiat nouatio: Respond. quòd non: quia nec Titius nec Seius liberatur. [SI AB ALIO.] Berta cum mihi nuberet, Sempronius quidam promisit mihi dotem pro ea: post aliquod tempus ego stipulor ab vxore mea dotem quam mihi promiserat Sempronius pro ea. hic fit nouatio, si hoc actũ est vt fiat. nihil enim refert vtrum mulier det dotem, an alius pro ea. item alius promittendo quod ego debeo, potest me liberare si animo nouandi hoc factum est. si vero non est factum animo nouandi: tunc vterque promissor tenetur, & primus, & secundus: tamen vno soluente alter liberatur. Quid autẽ erit: Titius debebat tibi c: ego stipulor ista c. à Titio: vtrum ipse liberetur à te propter istam stipulationem? Respon. quòd non, quia nemini aufertur actio nisi ipse velit. si autem aliquis promittat pro me quod ego debeo, ipse me liberat, etiam si nolim. Fran.

e ¶ *Quasi mora.* Sed quid noui hic fuit? Respon. primò erat morosa & vitiosa, hic nõ: & sic aliud hic præsumitur. hodie secus: *vt C.eo l.fi.* 2. Alij dicunt & hic [a] expresse debere agi. *& facit sup.de verb. obli.leg.scire debemus.& inf.de solu. l. qui decem.§.si cum mihi ver. idem resp.& sup. de condic. fur.l. parui. & quod ibi notat. fa.sup.de verb. obliga.l.qui hic. & leg.si rem.& sup.tit. j. heres à debitore.§.non est & ☞. eo.l.si rem.in prin.*

dicendum & si ante stipulatio [a] facta est, mox pecunia numerata sit.

VII. POMPONIVS *li. vicensimoquarto ad Sabinum.*

CVm enim pecunia mutua data stipulamur [b], non puto obligationem numeratione nasci, & deinde eam stipulatione nouari: quia id agitur [c], vt sola stipulatio teneat: & magis [d] implendæ stipulationis gratia numeratio intellegenda est fieri.

Stipulatio nouans tollit primam obligationem: & purgat moram. Bart.

VIII. VLPIANVS *libro quadragensimosexto ad Sabinum.*

SI Stichũ dari stipulatus fuerim: & cum in morá promissor esset quo minus daret, rursus eundem stipulatus fuero: desinit periculum ad promissorem pertinere, quasi mora [e] purgata.

Obligatio in diem, vel pura, potest statim nouari: sed conditionalis demum in conditionis euentum. Bar.

1. ¶ Legata vel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, & hoc actum, vt nouetur: fiet nouatio. si quidem purè vel in diem fuerint relicta, statim [f]. si verò sub conditione, non statim, sed vbi conditio èxtiterit [g]. nam & aliàs qui in diẽ [h] stipulatur, statim nouat, si hoc actum est: cum certum sit diem quandoque venturum. At qui sub conditione [i] stipulatur: non nouat, nisi conditio extiterit.

Conceptio stipulationis nouantis potest præcedere stipulationem nouatam. Bar.

2. ¶ Si quis ita stipulatus [k] à Seio sit, *Quod à Titio stipulatus fuero, dare spondes?* an si postea à Titio stipulatus sim, fiat nouatio, solúsque teneatur Seius? Et ait Celsus nouationem fieri, si modò id actum sit [l], vt nouetur, id est vt Seius debeat quod Titius promisit. nam eodem tempore [m] & impleri prioris stipulationis conditionem [n], & nouari ait. eóque iure vtimur.

Actio iudicati non nouatur per stipulationem iudicatum solui. Bar.

3. ¶ Idem Celsus ait, *iudicatum solui* stipulatione actionem iudicati non nouari: meritò: quia hoc solum agitur ea stipulatione, vt fideiussoribus cautum sit, non vt ab obligatione iudicati discedatur [o].

Si debita à duobus alternatiuè promittantur, nouatio non contingit. Bar.

4. ¶ Si decẽ quæ mihi Titius debet, aut decem quæ Seius debet, à Tertio [p] stipulatus fuero [q]: putat Marcellus neutrum liberari [r], sed Tertium [s] eligere posse pro quo decem soluere velit [t].

Potest alius me inuitum liberare, non autem mihi inuito actionem auferre. Bar.

5. ¶ Si ab alio †promissam sibi dotẽ maritus ab vxore dotis nomine stipulatus sit: non duplari dotem, sed fieri nouationẽ placet, si hoc actũ est. Quid enim interest, ipsa an alius quilibet promittat? Quod enim ego debeo, si alius promittat: liberare me potest, si nouationis causa hoc fiat. si autem nõ nouandi animo hoc interuenit, vterque quidem te-

f ¶ *Statim.* s. fiet nouatio: sed nõ petitur nisi [b] die adueniente: *vt sup.eo.l.in diẽ.* Sed cõtra *inf. de accep. l. quod in diem.* Sed ibi in diẽ incertum. 2. Vel ibi considerauit effectum petitionis.

g ¶ *Extiterit.* i. tunc apparebit nouationẽ factam: *vt inf.de accep. l.quod in diem. Fr.*

h ¶ *Qui in diem.* s. debitam, id est qui nouat stipulationem conceptam in diem certam: & secũdùm hoc aliàs, id est alio casu quàm legato, potest etiam & aliter legi: & sic duobus modis eiusdem.

i ¶ *Conditione.* i. conditionalẽ stipulationẽ nouat, vel purã sub cõditione. *& facit inf.leg. quotiens.* ¶ Et no. quòd hac l. æquiparatur [c] purũ debitũ & in diẽ, cũ dies vtriusq; cesserit. Vnde [d] in diẽ obligatio nouatur per purã, & per in diẽ: & ecõtra pura per purã, & per in diem, si hoc actũ est.

k ¶ *Si quis ita stipulatus sit.* i. promisit, *sic sup. de condic.indebi. l.si non sortem. §. si centum.* aliàs est à Titio, & tunc plana.

l ¶ *Actum sit.* vt *sup. l. ij.§.dummodo.& sup. de re iud.l.iiii. §. si ex conuentione.* Accu.

m ¶ *Tempore.* Non tamẽ eodẽ [e] instanti: cũ hoc esset impossibile: *vt sup.quibus mo.vsusfr.amit.l.sicut.§.pen.ibi.neque enim &c. & C. de bo.quæ libe.l.fi.§.fi.* ¶ Et no. quòd duplex hic erat dubitationis causa. Prima: quia obligatio quæ nouat. prima [f] reperitur: & quæ nouatur. posterior: cum aliàs sit econtra. Sed hic speciale. Secunda, quia non videbatur Titius obligari, sed tamen obligatur eodem momento: & liberatur Seio succedente in obligationem: sicut [g] alicui sub cõditione obligato mihi, pẽdẽte cõditione accepto ferram, conditione existente simul [g] obligatur & liberatur: *vt inf. tit.j.sub cond.& de accept.l.quod in diem.* Idem [h] quod stipulatus sum à te sub conditione, stipuler ab alio nouandi animo.

n ¶ *Cõditionẽ.* Cõditio proprie est quod Titi' promittit, & sic debitũ & qđ dicit, nouari hic: dic. s. obligationẽ secũdã, scilicet Titij: & sic sequẽs stipulatio momentanea est: *& facit ☞.eo.l.quotiens §.fi.*

o ¶ *Discedatur.* si enim hoc agerẽ, fieret nouatio: *vt ☞.prox.§.* & sic est simile superiori. alij dicũt, putabas simile superiori: sed nõ est.

p ¶ *A tertio.* aliàs à Titio.

q ¶ *Fuero.* alternatiue.

r ¶ *Liberari.* Contra. *inf.eo.l.in hui decem.* Sol. vt ibi in Gl.pe. Item contra. *inf.eod. l. à te.* Sol. vt ibi. Item facit *sup.de vsufruct. l. adhuc. ad prin.versi.quid tamen.ibi si vero simul in sacculo.*

s ¶ *Sed Tertium.* aliàs Titium. Accu.

t ¶ *Velit.* in dubio [h] præsumo: *vt inf.titu.j.l.& magis quod meo,* vel

a In nouantẽ stipulationẽ transit mora præcedẽs, nisi expresse agatur contrarium, vt hic.

b Nouans ex stipulatione statim agi nõ potest, sed die tantum adueniente, vt hac lege. Imò statim agi potest l.in diem. 1. eo. Solue, ibi dubium erat an dies esset repetita, hic certum erat repetitum, vt hic. Bartol. ita soluit, dicens cẽseri repetitũ in stipulatione nouante indefinita, nõ in ea quæ definitam quãtitatem continet, adde Gl. inf. l. si prior. gl. l. soluto matr. Bar. hic.

c Debitũ purum, & in diẽ æquiparãtur.

d Nouari in puram, vel in diem, in diem obligatio potest: & è contra, pura in puram vel in diem.

† Inuitus & ignorans quis liberari potest. sed non obligari. *contra. rem ca. quæri. de compo. dist.4.*

e Eodem tempore fieri aliquid dicitur, licet eodem instanti non fiat.

f Nouans obligatio interdum præcedere potest obligationẽ nouatam.

g Oriri & extingui quid simul potest.

h i. quoties dubitatur vtrum ista stipulatio facta nouandi

a. Vel secundùm quosdam, vt innuitur *inf. eo. l. à te & l. si is cui.*

a ¶ *Liberatur.* licet autem me liberet pro me promittendo: non tamen, &c.

b ¶ *Stipuletur.* sibi supple: si non est hoc in textu.

c ¶ *Ex voluntate.* praecedenti vel sequenti: *vt inf. eo. l. si quis absente.*

d ¶ *Autem.* pro sed. & est ratio *supra de negotiis gestis. leg. soluendo.*

e ¶ *Etiam si nolim.* dummodo nego. gest. non [a] habeat. *& facit inf. de solu. l. solutionem. & l. si debitor. & supra de do. ma. excep. l. si opera.*

a Quia si nomine soluti repeti non potest actione negotiorum gestorum, vt *hic. & Gloss. l. vlt. C. de negotiis.* Imò potest. *Glo. l. soluendo §§. 1. de negotiis.* Solus datur actio ei qui negotium gessit ignoranti nouainuito: atque ita actio non datur ei aduersus me, qui pro me inuito soluit. adde hic Bartolum.

nemur: sed altero soluente, alter liberatur [a]. Nō tamen si quis stipuletur [b] quod mihi debetur, aufert mihi actionem: nisi ex voluntate [c] mea stipuletur. liberat autem [d] me is qui quod debeo promittit, etiam si nolim [e].

Per stipulationem interpositam à pupillo sine tutoris auctoritate, non fit nouatio actionis sibi competentis, nisi eam ratificet postquam factus est adultus, cum non possit nouare. Paul. de Castr.

IX. IDEM *lib. quadragesimoseptimo ad Sabinum.*

SI pupillus [f] sine tutoris auctoritate [g] rem saluam fore stipulatus, pubes factus ratam stipulationem habuerit nouandi causa: tollitur tutelae [h] actio. Si non habuerit ratum [*]: licet tutelae egisset [i], habet [k] tamen adhuc ex stipulatu actionem: sed iudex tutelae non aliter condemnare debet, quàm si ex stipulatione liberatio fieret [l].

Conditio extitura non reddit dispositionem conditionalem, sed purā. Paul. de Cast.

1. ¶ Qui sub conditione [m] stipulatur, quae omnimodo extitura est, purè videtur stipulari.

Si secunda stipulatio continet minus: non praesumitur nouatio. secus si continet plus. Bar.

2. ¶ Qui actum stipulatur, deinde iter: nihil agit [n]. Item vsumfructum stipulatus, si vsum stipuletur: nihil agit. Sed si quis iter stipulatus, actum postea stipuletur: aliud magis stipulatur [o]. Aliud est enim iter, aliud actus.

S[i] pupillus.] Pupillus omnis habet priuilegiū in bonis tutorum suorum. CASVS isto praesupposito talis est: Pupillus quidam habens tutorem, stipulatus est ab eo rem suam saluam fore. quod quidem facere non potuit sine tutoris auctoritate. Pupillus iste fact⁹ pubes habet hanc stipulationem ratam. certe act. tutelae tollitur. si autem hanc stipulationem non habuerit ratam, & agat act. tutelae: stipulatio prior rem pupilli saluam fore, non tollitur. tamen iudex non debet tutorem condemnare act. tutelae: nisi pupillus liberet tutorem à stipulatione qua promisit rem pupilli saluam fore. [QVI SVB CONDITIONE.] stipulatus sum à te c. sub conditione si moriar. an ista stipulatio sit pura, vel conditionalis? Respondetur quòd pura est: quia conditio est omnino extitura. [QVI ACTVM.] Stipulatus sum à te actum, qui plus est quàm iter. deinde sum stipulatus iter. vtrum hic fiat nouatio? Vel sic, stipulatus sum vsumfructum, deinde vsum nudum: an etiam hic fiat nouatio? Respon. quòd non: quia cùm totum stipulor, deinde partem: nulla fit nouatio, sed econtra si quis stipuletur iter, deinde actum, fit nouatio: quia plus continetur in secunda stipulatione quàm prima. Francis.

* ratam.

f ¶ *Si pupillus.* in duobus est duplicitas. Primo, quia vel ab extraneo est stipulatus sine auctoritate tutoris: vel cùm plures essent tutores, ab vno stipulatur sine auctoritate alterius. In secundo, quia stipulatur rem pupilli saluam fore, id est id in quo tenebitur si rem non saluauerit in futurum. *ad quod supra l. proxim. §. si quis ita. vel rem pup. sal. fo.* id est id quod iam debetur occasione tutelae: non dico quòd actio [b] tutelae nascatur, nisi finita tutela: *vt supra de tute. & rat. distra. l. si tutor reip. §. fi. & l. sequen.* licet quidam dicant contra.

b Tutelae actio nascitur tantum finita tutela.

g ¶ *Auctoritate.* sine qua auctoritate actionem tollere non potest: sed nec nouare. Accur.

h ¶ *Tutela.* i. verum priuilegium prioris obligationis, scilicet ex causa tutelae in posteriorem transfertur: nisi causa abiiciendi priuilegij stipulatio facta sit: *vt inf. eod. l. aliam. & infra de priuileg. credit. l. iij.*

c Apocha seu instrumentū liberationis debitor qui soluit aereditore suo petere potest: vt eo facilius intentionem ostendat. *adde l. plures apochis. C. de fide instrumen.*

i ¶ *Egisset.* quod potuit: quia per nouationem sublata non est, pupillo nequeunte suam conditionem facere deteriorem: *vt inf. eo. l. nouare. §. pupillus.*

k ¶ *Habet.* Videtur superflua haec liberatio: cum semel soluendo ab vtraque sit liberatus. Sed dic quòd non est propter hoc, quia[c] si dubitetur de liberatione, statim possit ostendi. *sic & supra de peti. hered. l. pe. & facit C. de bon. quae libe. l. fi. §. pe. & supra de rei vindi. l. non solum.*

l ¶ *Fieret* vt & *sup. l. prox. §. fi.*

m ¶ *Qui sub conditione.* Pone exemplum: si moriar: vel si Antichristus [b] nascetur: *vt supra de condict. inde. l. nam & si. & leg. quod si sub eo. & de in. do. l. Iulianus.* & tunc est pura [c], id est non conditionalis: est tamen in diem, & ideo non potest statim agi: nec etiam fit nouatio prioris ad plenū: *vt sup. eo. l. in diem.* & secundum hoc facit *sup. de peri. & commo. l. necesse. in. §. si ita. & de condi. inde. l. Iulianus & supra si quis omis. cau. testa. l. j. §. qui sub conditione.* Vel pono casum [d]: *vt sup. de verbo. obli. l. in illa stipulatione si Kalen.* in fine: ibi: si non tetigero coelum digito, &c. & sic bene ponitur hic omnino.

a Qui enim post fiet pluribus actionibus cōueniri, vna tātum conuentus est, nō potest condemnari, antequā ab aliis absoluatur, vide Rom. sing. 35.

b Conditio, si Antichristus nascetur, omnino extitura.

c Pura dicuntur quae non sunt conditionalia.

d Stipulatio pura haec est, si coelum digito non tetigero: statim enim atq; cōcepta ita est, certum est, eā existere non posse.

e Nouatio nō fit cum totum ab initio stipulamur, postea partē.

n ¶ *Nihil agit.* Non fit nouatio cum totū stipulatus, stipulor partē: etsi id agitur tacitè: vt hic dicit. secus si expressè: *vt sup. de verb. oblig. l. qui vsumfruct.* illud autem constat, quòd secundùm haec iura ex quibusdā praesumebatur nouatio: *vt Inst. eo. §. praeterea.* 2. Vel dic quòd nec tacite hic agitur: cum aliud sit vnum, aliud sit aliud, 3. Vel dic nihil agitur quantum ad commodum: quia nullum aliud emolumētum vel maius cōsequitur propter hoc quàm primo habuit. illud autem constat, quòd bene tenet stipulatio, & aliqua est: quia alia est haec [g] seruitus quàm prima, sed tamen ex ea agere nihil prodest: nec affert aliquod emolumentum nisi hoc fiat animo nouandi: *vt d. l. qui vsumfruct. & facit supra de vsu & habi. de. per seruum. §. vsusfruct.*

f Scilicet quibus mo. tolli. oblig.

g Sed ad ille. neris quādo actus.

o ¶ *Stipulatur.* vnde [h] non fit nouatio: *vt sup. de verb. oblig. l. scire debemus & facit sup. de excep. rei iud. l. si mater. §. si quis iter.*

h Nouatio fit cum aliud stipulamur quā quod antea stipulati est.

Qui potest recipere solutionem suo nomine, potest etiam nouare: secus quando alieno nominē. Pau.

X. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

CVi rectè soluitur, is etiam nouare potest: excepto eo [p] si mihi aut Titio stipulatus sim. nam Titius nouare non potest [q], licet rectè ei soluitur.

Delegatio est propriè quando debitor vnius debitorem suum delegat suo creditori. & sic requiritur duplex debitor: quia delegatus est debitor eius cui fit delegatio, & delegatus est debitori delegantis, & loco delegantis datur. Paul.

XI. VLPIANVS *lib. vicesimoseptimo ad Edictum.*

DElegare, est vice sua alium reum dare creditori, vel cui iusserit [r]. Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem [s].

Delegatus sciens sibi exceptionem competere, eam videtur remittere: ignorans non potest excipere contra eum cui facta est delegatio, sed contra delegantem sibi succurritur. Bartolus.

C[Vi] rectè.] CASVS. Hic dicit quòd ille cui solui potest, ille etiam potest nouare. excipit quasdam personas quibus rectè soluitur, tamen non possunt nouare: sicut est quando quis promittit Titio ipso Titio stipulante, vel alteri: quia vni eorum scilicet alteri rectè soluitur: & tamen non potest nouare. l. seq. plana est. Franc.

p ¶ *Excepto eo.* & aliis quibusdam, vt procuratore [i] generali vel speciali qui ad hoc mādatus erat vt debitum acciperet: *vt j. tit. j. l. vero procurato. l. & sup. de condic. indeb. l. si procurator. & de p. ocato. l. procurator cui. & l. procurator totorum. & l. mandato.* 2. Item his qui sunt in potestate nostra: *vt j. eod. l. seruus & l. non ideo. & l. filius. & sup. de pec. l. si nun. in prin.* 3. Item illo cui mandaui solui: *vt j. eo. l. si debitorem.* Sed Io. vt omnia haec tolleret, dixit soluitur: scilicet vt sibi debitum: sed tunc non esset exceptio de adiecto.

i Procurator generalis vel specialis ad debitum accipiendum, nouare non potest, etsi rectè ei solui possit.

q ¶ *Non potest.* vt *j. tit. j. l. quod stipulatus.*

D[Elegare.] *Creditor iusserit.* alias non est in textu, creditor.

k Contra debitorem delegatū per contestationem datur actio vtilis, qua contra debitorē dabatur directa.

r ¶ *Contestationem.* alio pro me accipiente litem ita vt solùs teneatur: *vt infra titu. j. l. solutionem. & supra de in rem ver. si pro patre. in prin.* ¶ Sed quae [k] actio contra delegantem datur? Dic, illa vtilis quae contra debitorem datur directa. 2. Vel sic: vendidi tibi actionem: & te procuratorem in rem tuam feci: & litem cōtestatus es cum eo. incipit teneri tibi, & à me liberari. hodie vero non fit nouatio nisi det stipulationem: *l. vlt. C. de noua. l. j.*

2. Vel illud quando fit per stipulationem, non [m] autem prohiberet fieri per contestationem litis.

l Vide ad hoc l. singu. l. fori. per. cyd. qui est sumfructum l. de verbo. obli. plenius in l. fi. C. de nouatio.

m Nouatio fieri potest etiam per litis contestationem, non tantum per simplicem stipulationem.

S[I quis delegauerit.] CASVS. Ego induxi te dolo vt mihi promitteres centum, & sic habes excep. doli cōtra me. volui te

delegare creditori meo: tu sciens te habere except. doli, promisisti istam summam creditori meo, an tenearis? Respon. quòd sic: quia postquam sciens te tutum esse exceptione, promisisti: videris donare. ¶ Quid autem si ignorabas te habere excep. & promisisti, nunquid vti poteris except. aduersus creditorem meum cui te delegaui? Respon. non. Ratio est: quia creditor quod suum est persequitur: tamē ego qui te delegaui, teneor tibi condict. incerti si tu non soluisti: vel certi condic. si soluisti. Fran.

a ¶ *Debitorem.* patiētem se delegari.

b ¶ *Mali.* idem in similibus: *vt inf. eod. leg. doli.*

c ¶ *Vti poterit.* & ideo solum repeti non potest.

d ¶ *Suum.* id[a] est sibi debitum. *fit supra quod cum eo. l. ij.* aliud si dolo: *vt sup. de except. do. l. Iulianus. & facit supra de iure do. l. cum in fundo. §. fina. & de condict. pecu. l. ij. & de doli except. leg. apud Celsum. §. item quaeritur & leg. pure. §. si cum. & de condict. ob cau. l. si donaturus. §. si quis & C. eod. l. si pater.* ¶ Sed quid si est dubium sciuerit, vel ignorauerit? Respō. si ex[b] sua persona ei competebat, praesumo[c] scire: si ex aliena, non: *vt argum. supra pro suo l. si.*

e ¶ *Vel incerti,* i. sine causa: *vt & sup. de condict. sine cau. leg. qui sine causa. & l. j. & C. de cōdi. inde. l. si citra.*

f ¶ *Pecunia.* scilicet vt liberetur.

g ¶ *Iudicio.* cum simpliciter mādauerit, id est, non delegauerit. Accu.

Don are videtur qui exceptionem remittit.

a *Suum pro sibi debito.*

b *Praesumitur quisque scire factum suum non alterius factum scire... de legat. 2.*

c *Praesumitur quisque suū factum scire vt hic. nisi ad modum longinquum eslet. l. peregr. sup. de adquir. poss. & D. ... praesumitur ignorantia, vt ... de regula iuris. vel nisi factum esset admodum intricatum, & memoriam fugit. l. imper. §. ... sup. de ... l. cū fideicommissum §. de ...*

XII. PAVLVS *li. trigesimoprimo ad Edictum.*

SI quis delegauerit debitorem[a] qui doli mali[b] exceptione tueri se posse sciebat, similis videbitur ei qui donat: quoniam remittere † exceptionem videtur.

I. ¶ Sed si per ignorantiam promiserit creditori, nulla quidem exceptione aduersus creditorem vti poterit[c], quia ille suum[d] recepit: sed is qui delegauit, tenetur condictione, vel incerti[e], si non pecunia[f] soluta esset: vel certi, si soluta esset: & ideo cum ipse praestiterit pecuniam, aget mandati iudicio[g].

XIII. VLPIANVS *lib. trigesimooctauo ad Edictum.*

SI non debitorem[h] quasi debitorem delegauero creditori meo, exceptio locum non habebit: sed condictio[i] aduersus eum qui delegauit, competit.

Stipulatio conditionalis nouat puram in conditionis euentum: sed statim moram praecedentis obligationis purgat. Item stipulatio pura nouat conditionalem in conditionis euentum, si tunc existat persona in quam obligatio cadat. Bartolus.

XIIII. IDEM *libro septimo Disputationum.*

QVotiens quod purè debetur, nouādi causa sub conditione promittitur: non statim fit nouatio[k], sed tunc demum, cum conditio extiterit[l]. & ideo

SI non debitorem.] CASVS. Titiū qui nō erat debitor meus, delegaui creditori meo: cum tamen crederet se esse debitorem meū. creditor meus vult eum conuenire. vtrum possit vti contra eum exceptione, dicens quòd indebitum promisit? Respon. quòd non. tamen Titius habebit condictionem certi contra me, eo quòd soluit creditori meo indebitum. Fran. Accur.

h ¶ *Si non debitorem.* credens se quasi debitorem.

i ¶ *Condictio.* certi: *vt & sup. l. proxi. in fi.* Sed arg. contra *sup. de Vel. l. quamuis. §. interdum.* Accur.

QVotiens.] CASVS. Debebas mihi Stichum pure: tu nouandi animo promisisti mihi eundem Stichum sub conditione. an fiat nouatio? Respon. Quòd non statim nisi conditione existente: intantum quòd si Stichus decesserit pendente conditione, & postea conditio extiterit, non fit nouatio: quia non subest res promissa. vsque ibi, Vnde Marcellus. [VNDE MARCELLVS.] Promisisti mihi Stichum. tu fuisti in mora soluendi, & sic Stichus mortuus est. post hoc Stichus deducitur in obligationem conditionalem. dicitur hic quòd mora purgatur per hanc stipulationem: non tamen deduci videtur in stipulationem sequentem. [SED SI ID QVOD.] Iste §. ponit casum conuersum casui superiori §. pone sic: Promisisti mihi Stichum sub conditione si nauis ex Asia venerit: stipulatus sum à te Stichum istum pure. vtrum fiat nouatio? videtur quòd sic: quia plus est in stipulatione pura, quàm in conditionali. tamen hic dicitur quòd non fit nouatio nisi demum conditione existente. & redditur pulchra ratio. nam hic sunt duę stipulationes, prima scilicet, & secunda qua videbatur fieri nouatio. conditio autem facit committi primam stipulationem: & cum commissa fuerit, transfert eam in secundam stipulationem. & ideo si promissor pendente conditione fuerit deportatus, nulla nouatio potest fieri etiā cōditione existente. nam cum conditio existit, non subest persona quae obligetur. Fran. Accur.

k ¶ *Fit nouatio.* quoniam ex[a] conditionali stipulatione tantummodo spes est debitū iri: *vt Instit. de verbor. obligat. §. ex conditionali.* ergo nil ex ea debetur. tunc demum ergo cū conditio extiterit, nouatio erit. Sed contra *infra de reg. iu. l. actus.* Sed speciale in acceptilatione, & similibus: vt ibi. secus[b] in nouatione: licet sit actus legitimus. sic etiam est in stipulatione: *vt supra eo. l. si Stichum. §. j.*

l ¶ *Extiterit.* & defecerit, durat prima: *vt Instit. qui. mo. toll. obli. §. quod autem diximus.* Nec ob. *Instit. de excep. in prin.* quòd hic ex certa sciētia nō errando promisit sub conditione quod pure debebat: ibi errando: & sic habet exceptionem in factum.

m ¶ *Impletur.* ad quod est *sup. de peri. & commo. rei vend. leg. quod si pendente[c]. in princip.*

n ¶ *Post moram.* quia demum existente cōditione fit nouatio. Accur.

o ¶ *Stichus.* iam mortuus.

p ¶ *Purgari.* Imò non[d] videtur purgari: *vt sup. de verbo. obliga. l. cum qui ita. §. fi.* Solu. forte illud est distinguendum: fuit in mora, quia interpellatus nō dedit: an quia causam mortis occidendo praebuerit. 1. Vel hic ab eodem: ibi ab alio. quod non placet. 2. Vel sol. vt ibi. ¶ Itē contra. *inf. eod. l. si rem.* Solu. ibi fuit expressim actum vt non purgaretur mora[e]. hic non fuit aliquid actum vt purgaretur. R. 2. Vel ecōtra secundū alios, scilicet quòd hic fuit actum vt purgaretur: ibi non. 3. Vel [f] ibi in absente, hic in praesente seruo promisso secundùm alios. 4. Vel solu. vt ibi. *& facit inf. tit. j. l. qui decem. §. si cum mihi Stichum.*

a Ex conditionali stipulatione ...nō debetur, sed spes est tamē debitum iri.

b Nouationis & acceptilationis differentia.

c est l. necessaria. §. quod si pendente.

d Mora an & quando possit purgari.

e Illud est diuersum, secundum Bart.

f Hanc solutionem probat Bartolus.

si forte Stichus fuerit in obligatione, & pendente conditione decesserit, nec nouatio continget: quia non subest res eo tempore quo conditio impletur[m]. Vnde Marcellus, & si post moram[n] Stichus[o] in conditionalē obligationē deductus sit, purgari[p] moram, nec in sequentem deduci obligationem putat.

I. ¶ Sed si quod sub conditione debetur, purè quis nouandi causa stipuletur: nec nunc quidē statim[l] nouat, licet dura stipulatio aliquid egisse videatur: sed tunc nouabit, cum extiterit conditio. etenim existens conditio primā stipulationem committit[r], commissamque in secundā transfert. & ideo si forte persona promissoris pendente conditione[s] fuerit deportata: Marcellus scribit, ne quidem existente conditione vllam contingere nouationem: quoniam nunc cum extitit conditio[s], non est persona quae obligetur[t].

Poena non intelligitur repetita in stipulatione nouante. Bart.

XV. IVLIANVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

SI creditor poenam stipulatus fuerat, si ad diem pecunia soluta non esset: nouatione facta[u] non committitur stipulatio[x].

Etiam obligationem quaesitam domino per seruum non potest ipse seruus nouare sine voluntate domini.

XVI. FLORENTINVS *libro octauo Institutionum.*

q ¶ *Statim.* vt & *sup. eo. l. si Stichum. §. legata. in fi. & § seq.*

r ¶ *Committit.* vt & *sup. eo. l. si Stichum. §. ij.*

s ¶ *Conditione.* scilicet post deportationem antequam agnoscitur bona à fisco: alioquin non videtur differre inter mortem naturalem & ciuilem: *vt infra eod. l. nouatio.* quae est contra. 2. Vel aliter si mortuus fuerit naturaliter. tunc enim obligatio cadit in heredem: non autem si fuerit deportatus, *vt ibi. & facit supra de fideiusso. l. si debitori. j. & supra vt leg. seu fideicom. no. ca. l. postquam. in princip.*

t ¶ *Obligetur.* ciuiliter[g], sed naturaliter sic: *vt supra de fideiusso. si debitor. j.*

SI creditor.] CASVS. Promisisti mihi c. soluere in die Paschae: & si non solueres, promisisti l. loco poenae. facimus nouationē. tu non soluis ad diem promissum. vtrum poena committatur? Respon. quòd non. Fran.

u ¶ *Nouatione facta.* eius quod sub poena debetur i. de sorte. Ac.

x ¶ *Stipulatio.* f. poenae. nam sicut pignus[h], sic & poena tollitur sublato principali: *vt hic inf. eo. l. nouatione.* Accur.

SEruus.] CASVS. Sticho seruo meo debebat Titius c. quae seruus meus ei mutuauerat ex peculio suo. verū Stichus seruus possit nouare hanc obligationem sine consensu meo? Resp. quòd non: imò si secundo stipuletur, videtur potius adiecisse aliam

g Deportatus non obligatur ciuiliter sed naturaliter quidē: in casu huius leg. vide plura apud Bart. hic & Albericum.

h Accessoria (vt pignora & poenae) tolluntur sublato principali.

aliam stipulationem primæ stipulationi. Franc.

a ¶ *Nec peculiarem.* nisi *vt supra de iureiuran. l. huic contra. & j. eo. l. §. in princ. & facit infra tit. j. l. fugitiuus in fi. & de pac. l. si vnus. in principio.*

b ¶ *Citra.* faciendo deteriorem conditionem domini. Vel circa, i. contra: *sic supra de acquir. poss. leg. si ex stipulatione.*

c ¶ DElegare.] *Non potest.* delegans: sed delegatus loqui debet: *vt C. eo. l. j.* Accursius.

NOuatione.] CASVS. Ego mutuaui tibi centum, pro quibus obligasti mihi pignus quoddam, ego stipulor ista centum ab alio nouandi animo. sic tu liberatus es. an autem pignus tuum sit liberatum? Resp. quòd sic: nec etiam vsuræ currunt. Franc.

d ¶ *Nouatione.* voluntaria: secus in necessaria: *vt C. de iudic. l. j. & j. e. l. aliam.* hoc autem verum, nisi in contrarium agatur: *vt C. de fideiuss. l. nouat. onc. & C. etiam ob chiro. pecuniam. l. j.* Accur.

DOli mali.] CASVS. Tu induxisti me dolo vt tibi promitterem centum: vel cum essem filiusfa. dedisti mihi mutuum contra senatuscon. Macedonianum. tu videns quòd si me conueniras, ego opponerem except. senatusc. vel excep. doli delegasti me cuidam creditori tuo, puta Titio. Nunc quæritur, vtrum possim his exceptionibus vti contra creditorem cui sum delegatus, sicut possem vti contra te? Respon. quòd non: quia in hac secunda promissione nihil dolo vel contra senatusco. factum est. Secus est in muliere: quia semper promittendo pro alio, videtur fideiubere contra senatuscons. Velle. Cætera clara sunt vsque *in fin. l. & est pulchra. l.* Item l. sequ. plana est. Franciscus.

e ¶ *Doli mali exceptio.* aliud in exceptione metus: *vt §. de do. except. l. apud §. pen. secundam.* Azo. imò idem: cùm promittendo videatur remittere: *vt C. quod me. cau. l. ij. & supra eod. l. si quis delegauerit. & C. eod. l. j.*

SEruus nec peculiarem [a] quidem obligationem citra [b] voluntatem domini nouare potest: sed adiicit potius obligationem, quàm pristinam nouat.

Nota hic quòd licet delegatio requirat stipulationem vel litis contestationem inter delegatum & illum cui fit delegatio: non sic inter delegantem & delegatum: cum solum requiratur voluntas delegantis, quæ potest declarari per epistolam, & etiam nutu. Pau.

XVII. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

DElegare scriptura, vel nutu, vbi fari non potest [c], debitorem suum quis potest.

In stipulatione non intelligitur repetitum pignus vel vsura. Bart.

XVIII. PAVLVS *libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.*

NOuatione [d] legitimè facta liberantur hypothecæ, & pignus: vsuræ non currunt.

Exceptio quæ obstabat deleganti, non obstat ei cui delegatum est: nisi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis subsistat. Bart.

XIX. IDEM *libro sexagesimonono ad Edictum.*

DOli exceptio [e] quæ poterat delegati opponi, cessat in persona creditoris cui quis delegatus [f] est. Idémque est & in cæteris similibus exceptionibus [g]: imò & in ea quæ ex senatusconsulto filiofamilias datur, nam aduersus creditorem cui delegatus est ab eo qui mutuam pecuniam contra senatusconsultum dederat, non vtetur [h] exceptione: quia nihil in ea promissione contra senatusconsultum fit [i] *: [ideóque quod soluerit [k], repetere non potest [l]] tanto magis, quòd hic nec solutum repetere potest. Diuersum est in muliere quæ contra senatusconsultum promisit, nam & in secunda promissione intercessio est [m]. Idémque est in minore qui circumscriptus delegatur: quia si etiam nunc minor est, rursum circumuenitur.

¶ Diuersum †, si iam excessit ætatem viginti quinque annorum: quamuis adhuc possit [n] restitui aduersus priorem creditorem. Ideo autem denegentur exceptiones aduersus secundum creditorem, quia in priuatis contractibus [o] & pactionibus non facilè scire petitor potest, quid inter eum qui delegatus est & debitorem actum est: aut etiam si sciat, dissimulare [p] debet, ne curiosus videatur: & ideò meritò denegandum * est aduersus eum exceptionem ex persona debitoris.

Qui habet administrationem bonorum suorum: potest nouare per se vel per alium. Idem si habet liberam administrationem bonorum alterius, secus si nec suorum nec alterius. Pau.

XX. IDEM *libro septuagesimosecundo ad Edictum.*

NOuare possumus aut ipsi, si nostri † iuris sumus, aut per alios qui voluntate nostra stipulantur. 1. ¶ Pupillus sine tutoris auctoritate non potest nouare [q]: tutor potest, si hoc pupillo expediat [r]: item procurator omnium bonorum [f].

Mandatum de soluendo non extenditur vt possit mandatarius pro mittendo nouare. Bart.

XXI. POMPONIVS *libro 3. ex Plautio.*

SI debitorem meum iussero tibi soluere, non statim tu etiam stipulando [t] id nouare possis [u]: quamuis debitor soluendo tibi liberaretur.

XXII. PAVLVS *libro quartodecimo ad Plautium.*

SI quis absente me à debitore meo stipulatus est nouandi [x] animo ego postea ratum habuero: nouo obligationem.

XXIII. PAPINIANVS *libro tertio ex Plautio.*

FIlius, patris actionem [y] ignorante eo nouare non potest.

f ¶ *Delegatus est.* siue sciuit, siue ignorauit: *vt §. eo. l. si quis delegauit* ¶ Et not. quòd habenda * est distinctio quæ colligitur hic, & *d. l. si quis delegauerit. & l. si non debitorem. & de except. do. leg. pure. §. si eum. & de re iudi. l. Nesennius.*

g ¶ *Exceptionibus.* s. non introductis fauore [f], vt rei iudi. vel pacti, & similibus quę nec fauore nec odio sunt inductæ. certè imo & si odio sunt inductæ, idem est: & hoc subiicit, imò &c.

h ¶ *Non vtetur.* cum tamen contra delegantem possit vti.

i ¶ *S.C. fit.* Imò contra. *vt §. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. non solum.* Sol. vt ibi. Accur.

k ¶ *Soluerit.* si soluit illi qui contra senatuscon. fecit, & non repetit: multo magis ab illo qui non fecit contra senatuscon. repetere non potest. Acc.

l ¶ *Non potest. vt §. de condic. inde. l. qui exceptionem.*

m ¶ *Intercessio est, vt §. ad Velleianum. §. si mulier.* contra secundam opinionem M. sed illam non approbamus: sed Iulia. 1. Vel dic vt ibi, ADDITIO. Ibi loquitur secundum opi. Mar. quæ non approbatur secundum Bart. hic.

n ¶ *Possit* in quadriennium hodie, olim vtilis anni: *vt C. de tempo. in integ. rest. l. fin.*

o ¶ *In priuatis contractib.* sunt enim quędam publicę conuentiones: *vt §. de pac. leg. conuentionum.*

p ¶ *Dissimulare debet.* nec enim tenetur instruere: *vt §. de publica. l. si. §. alet.* ¶ Sed arg. contra. *§. de in rem ver. l. ij. §. pen.* Sed ibi in mutuando: 2. Vel alia ratione: quia aliud ex alterius contractu in solidum volebat obligare.

q NOuare possum.] Nouare, nisi faciat cõditionem suã meliorem: *vt §. eo. l. cui bonis.* nec delegare: *vt j. tit. j. l. pupillo.*

r ¶ *Expediat.* Sed pupillus potest, faciendo conditionem meliorẽ: & tutor ita demũ, si pupillo expediat: vt hic: ergo non videtur quòd plus possit tutor quàm pupillus. Sed dic quòd potest [d] esse dubium: Vel potest esse quòd [e] nec melior nec deterior conditio fit. *sic §. de transac. l. cum hi. §. si prætor. 2.* Vel forte hic subauditur maximè: *arg. §. de accep. le. & per iusiurandum. §. penultimo.*

f ¶ *Bonorum.* si habet liberam [f]: aliàs non: *vt §. de procur. leg. procurator cui. & leg. procurator totorum. & Cod. eod. leg. non absulit.*

SI debitorem.] CASVS. Iussi debitorẽ meum tibi soluere. an possis istud debitũ statim recuperare? Resp. quod non: nisi prius cedam tibi actiones meas, & faciam te procuratorem in rem tuã. Franc.

t ¶ *Stipulando.* cum: quia non consensi vt stipuleris, aliàs contra: *vt §. l. eo. Stichum. §. f.*

u ¶ *Possis.* quia non ideo agere potes, nisi actiones cedã faciens te procuratorem in rem tuam. *& facit §. eo. l. cui recte.*

SI quis absente.] CASVS. Habebam debitorem Boñ. cùm essem Romæ. tu stipulatus es ab eo me absente: postea ego sciẽs istã stipulationẽ, habui ratam, dicitur hic quòd nouatio facta est valida post istam rati habitionem. Lex sequens plana est. Fr. Acc.

x ¶ *Nouandi.* vt mihi teneri desinat: *id quod est §. e. l. si Stichũ §. f.*

y FIlius.] *Actionem.* non etiam suam: *vt Cod. de bon. quæ lib. l. fi. §. sin autem non habeat. versi. hoc procul dubio. in fin. & supra de iur. delib. leg. ait prætor. §. quid sit. versic. est enim absurdum.* ¶ Sed contra. *§. de iureiuran. l. huic.* Sol. ibi [g] potest nouare seruus vel filius faciendo conditionem domini vel patris meliorem de inope ad diuitem

deteriore non: vt hic, vel ibi habuit liberam administrationē. & facit C. de re. credi. nec filius. & ff. de pactis l. seruum in princ. Acc.

Nouatio autem.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd nouatio non potest fieri ex ea stipulatione quæ non potest committi. & pone exemplum vt in glos. prima. Videbatur contrarium, quia te petitur casus in quo potest fieri nouatio ex ea stipulatione quę non potest committi: vt hic. ¶ Pone enim sic: Sempronius debebat mihi c. pure: hæc c. stipulatus sum à Titio sub cōditione, pendente cōditione fit Titius moritur, & conditio impleta fit ante aditam hereditatē: ita tim fit nouatio: & tamē stipulatio nō potest cōmitti: cum nullus fit adhuc heres qui conueniri possit: ergo &c. Sed resp. q. hic morte Titij non extinguitur stipulatio: quia transit ad heredem ipsius Titij cuius personam interim hereditas sustinet. Fr. Acc.

a ¶ *Non committitur.* hoc est exemplum[a], si debes mihi purè, & stipulor sub conditione: vt ff. e. l. quotiens. 2. Vel pone vt ff. de verb. obl. l. si ita stipulatus fuero te fisti. in prin.

a Exempla vide hic apud Albericum.

b ¶ *Titius.* nouus promissor. Acc.

c ¶ *Ad heredem.* Contra. ff. eo. leg. quotiens in fin. Sol. aliud in eo qui ex delicto successorē habet: aliud in eo qui ex lege vel ex testamento. 2. Vel solue vt ibi.

d ¶ *Cuius.* s. promissoris.

e ¶ *Sustinet.* facit[b] Instit. de stipul. ser. in princ. & supra de acqui. re. dom. leg. hereditas. j. & Institu. de here. insti. §. seruum alienum. & supra titu. j. leg. mortuo. Acc.

b Heredit. vicem & personam heredis sustinere: hinc colligitur à quibusdā quod Bartolo non placet.

Per mortem promissoris non extinguitur stipulatio conditionalis: sed adueniente conditione committitur contra heredes, vel hereditatem iacentem. Pau.

XXIIII. IDEM *libro quinto ex Plautio.*

Nouatio non potest contingere ea stipulatione quæ non committitur[a]. Nec huic cōtrariū est, quod si stipulatus à Titio fuero nouandi animo sub cōditione quod mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius[b] decesserit: quamuis ante aditam hereditatem cōditio extiterit, nouatio fieret, hic enim morte promissoris nō extinguitur stipulatio, sed transit ad heredem[c], cuius[d] personam interim hereditas sustinet[e].

Non omnis cui potest solui, potest nouare. Paulus.

XXV. CELSVS *libro primo Digestorum.*

Non ideo nouare veterē obligationem quisquā rectè potest, quod interdum[f] rectè ei soluitur. nam & his qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, rectè interdum soluitur: cum nemo eorū per se nouare priorem obligationem iure possit[g].

Quādo in summis alternatiuè positis cadere poterit affectio: vtraque summa erit in obligatione tā minor quàm maior, sicut in speciebus. Paul.

XXVI. IDEM *libro tertio Digestorum.*

Si is cui decem Titius, quindecim Seius debebat, ab Attio[h] stipulatus est, quod ille aut ille[i] debeat, dari sibi: nouatū vtrūque† non est: sed in potestate Attij[k] est pro quo velit soluere, & eum liberare. fingamus autē ita actum, vt alterutrum daret. nam alioquin[l] vtrumque stipulatus videtur: & vtrumque nouatum[m], si nouandi animo hoc fiat.

Cursus vsurarum ex natura actionis procedens, in stipulatione nouante non intelligitur repetitus. Bart.

XXVII. PAPINIANVS *libro tertio Responsorum.*

Emptor cum delegante venditore pecuniam ita promittit, *Quidquid ex vendito dare facere oportet*: nouatione secuta vsuras neutri[n] post insecuti temporis debet.

Si secunda stipulatio continet aliud quàm prima: nouatio non præsumitur. Item quando æstimatio debetur iure actionis, tempus contractæ obligationis: quando officio iudicis, tempus petitionis inspicitur. Bart.

XXVIII. IDEM *libro secundo Definitionum.*

Fundum Cornelianum stipulatus, quāti fundus est, postea stipulor[o]. Si non[p] nouandi animo secunda stipulatio facta est, cessat nouatio: secunda verò stipulatio tenet: ex qua non fundus, sed pecunia debetur. Itaque[q] si reus promittendi[r] fundū soluat: secunda stipulatio iure nō tollitur, nec si litem actor ex prima contestetur. Denique meliore vel deteriore facto sine culpa[s] debitoris postea fundo, præsens æstimatio[t] fundo petito[u] rectè consideratur: in altera[x] verò ea æstimatio[y] venit, quæ secundæ stipulationis tempore fuit.

Per litis contestationem non fit deterius ius agentis. Item in stipulatione nouante intelliguntur repetita priuilegia quæ fauore agentis vel causa erant in prima, nisi aliud actum sit. Bart.

Non ideo.] CASVS Dictū est supra in l. cui rectè. quòd ille potest nouare, cui rectè soluitur. Hoc nō est semper verū. nam his qui sunt in nostra potestate, rectè soluitur id q. ipsi crediderunt: tamen ipsi nō possunt nouare priorem obligationem. Legem sequētem vide per te ipsum. Franc. Accursius.

† Negationē post positam signo vniuersalis affirmatiuæ vim habere sui contrarij, hoc est vniuersalis affirmatiuæ hinc colligit Albericus.

f ¶ *Interdum.* s. antequam prohibeat ei soluere habens peculij administrationem. vt j. tit. j. quod seruus. & facit ff. eo. l. filius.

g ¶ *Possit.* in peiorem causam, sed in meliorem sic: vt j. eo. l. fi. & de iureiur. huic. quæ sunt contra.

h Si is.] *Ab Attio.* aliàs, à Titio. vel prædicto, vel alio.

i ¶ *Aut ille.* alternatiuè.

k ¶ *Attij.* noui promissoris. Accur.

l ¶ *Alioquin.* i. si hoc fingas actum vt vtrunque det. & sic ponetur disiuncta[c] pro coniuncta: vt j. de verb. signifi. l. sæpe. & secundum hoc non est contra. ff. eo. l. si Stichum. §. si decem. & j. eo. à te. & pro hac solu. ff. de iur. do. l. plerumque in fin. ¶ Item nonne quod minus est, semper videtur renouatum: vt supra de verb. oblig. inter stipulantem §. si sit pulante? Respon. non[d], si promissor eligit quod maius est: vt hic & ibi dixi. Accur.

c Disiunctiua pro coniunctiua interdum ponitur.

d Reprehenditur hæc solutio per Bartolū hic quē vide.

m ¶ *Nouatum* vt & infra. eo. l. à te.

Emptor.] CASVS. Vendidi Titio equum meū pro c. ego delegaui ipsum creditori meo qui ab eo stipulatus est ista centum. quæritur, vtrum vsuras debeat mihi, aut creditori meo? Respon. quòd neutri debet, nec mihi, nec creditori meo. Fran. Acc.

n ¶ *Neutri.* Venditori non cui desierat obligatus esse. creditori non, cui ex stipulatu tenetur actione: in qua vsuræ non præstantur iudicis officio: vt C. de vsur. l. iij. ¶ Sed hic contra, quia vsuræ præteriti temporis petuntur ex stipulatione: vt hic dicit Roge. non[a] quasi vsura, sed quasi sors. 2. Vel dic non[b] venire: quia nō quod officio sed quod iure actionis poterat peti, hoc est nouatum. nec tamen venditori debetur vsura præteriti tēporis, cum officio[c] debebatur, vel extinctum est extincta sorte: vt arg. C. depositi. leg. iij. Accur.

a Vsura repetita in stipulatione nouāte, præteritę, debentur vt sors, non, vt vsuræ. vt hic. adde l. cum pupillus. ff. cum populi soluam fore.

b Vsuræ quæ debentur officio iudicis in stipulationē nouantem nō intelliguntur deductæ, ut & de quo vide plura apud Bartol.

c Nouari potest quod officio iudicis debetur vt hic notat Bartol. arg. l. ex vno. ff. inf. ma. l.

Fundum.] CASVS. Tu promisisti mihi fundū Cornelianū: postea promisisti mihi preciū eius, vtrū hic sit facta nouatio? Respon. quòd non, si non nouādi animo sit facta hęc secūda stipulatio: tamen secunda stipulatio est valida, ex qua pecunia & nō fundus debetur: in tantū quod si promissor fundum soluat, secūda stipulatio non tollitur ipso iure: nec etiā si actor contestetur litem super prima, tollitur secūda. Item si actor agat ad fundum, & melior vel deterior fact' sit fūdus: æstimatio eius debetur præsens, ex secunda aūt stipulatione si petatur pretium: venit æstimatio quæ fuit tēpore secundę stipulationis. Fran.

o ¶ *Stipulor.* ab eodē, vel ab alio: & sic duæ sunt stipulationes.

p ¶ *Si non.* i. quia non.

q ¶ *Itaque.* vbi nō nouandi animo secunda stipulatio secuta est.

r ¶ *Promittendi.* condemnatus ex prima stipulatione ad fundū præstandum.

s ¶ *Sine culpa.* supple vel mora. 2. Vel large[d] culpam accipe vt etiā moram cōprehendat.

d Culpæ late appellatione mora continetur. adde Gl. Bart. & doc. in l. quod Nerua. sup. depos. & in l. si mora. sup. solu. ma. & plene in l. à Theoribus. sup. de in litem iurando.

t ¶ *Aestimatio.* non quæ fuerit tempore primæ stipulationis interpositæ: sed quanti fundus tempore quo petitur: vt ff. manda. l. si hominem.

u ¶ *Petito.* ex prima stipulatione, vbi autem per culpam vel post moram deterior facta est. habetur ęstimatio quanto deterior res facta fit: vt ff. de condi. triti. l. pe.

x ¶ *In altera.* s. stipulatione quanti fundus est dari.

y ¶ *Aestimatio.* hoc vtique vera ratione, quia cum quis stipulatur quanti fundus est, pone quòd valet decem: ratione æquipollentium[e] videtur[f] certam pecuniam s. quanti est pretium fundi, stipulari: vnde meritò hic inspicitur tempus stipulationis. & facit ff. de verb. obl. l. si à colono.

e Aequipollētibus sæpe aliquid tribui interest.

f Paria sunt stipulari, quāti fundus sit & certam pecuniam seu quanti pretiū est res.

Aliam causam.] CASVS. Duplex est nouatio, quædam est voluntaria, quædā necessaria. Voluntaria est, quę fit per stipulationem extra iudicium. Necessaria est, quę fit in iudicio per litis contestationē. Et est magna differentia inter istas duas nouationes. Nam per voluntariam nouationem perduntur priuilegia illius actionis quę nouatur, vt apparet in actione tutelæ: quam si pupillus post pubertatem deducat in stipulatum, perdit sua priuilegia. Item in actione dotis etiam si nouatur perdūtur eius priuilegia.

legis. Secus autem est in nouatione necessaria, quę per litis contesta. fit: quia per litis contest. facimus conditionē nostram meliorem vt licet cernere, in actionibus quæ tempore finiuntur, nā si super eis lis contestetur, perpetuantur. Fran. Accur.

a ¶ *Voluntariæ.* quæ fit per stipulationem & per lis. contest. cū alio sponte: *vt j. eo. l. solutionem.*

b ¶ *Dotis.* ex parte mariti quiesset conuētus in quātum facere potest: & ex parte mulieris quæ præponebatur aliis creditoribus.

c ¶ *Deducatur.* scilicet animo nouandi.

d ¶ *Actum est.* quòd nouetur actio tutelæ causa abiiciendi priuilegij: aliàs durat priuilegium: *vt supra de priuile. credi. l. q. & ...*

e ¶ *Lite contestata.* contra ipsum debitorem nostrum.

f ¶ *Exercentes* ...*f. a de regulis iur. l. non solet & supra de ...*

... Sed contra ... pra ad Velle. ... & de pignoribus. Solu. vt ibi. Item hoc fallit circa electionem: *vt j. de verbo. obligatio. l. si quis stipulatus sit.*

g ¶ *Finiri possunt.* quas perpetuamus, nisi in actione de dol. & dic distinctionem *vt C. de ...*

XXIX. PAVLVS libro vicesimo ... ad Quæstionum.

ALiam causam esse, nouationis voluntariæ[a], aliam iudicij accepti, multa exempla ostendunt. Perit priuilegium dotis[b] & tutelæ, si post diuortiū dos in stipulationem deducatur[c], vel post pubertatem tutelæ actio nouetur, si † id specialiter actum est[d]: quod nemo dixit lite contestata[e]. Neque enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercentes[f], sed meliorem: vt solet dici in his actionibus quæ tempore vel morte finiri possunt[g].

Res semel liberata per nouationem, sine nouo consensu domini non reobligantur. Paulus de Castro.

XXX. IDEM libro quinto Responsorum.

PAulus respondit, si creditor à Sempronio nouandi animo stipulatus esset, ita vt à prima obligatione in vniuersum discederetur[h]: rursum easdem res à posteriore debitore[i] sine consensu prioris[k] obligari non posse.

Stipulatio conditionalis nouat puram in conditionis euentum, si tunc res existat, vel an e secundam stipulationem post moram desierit: vel post secundam facto debitoris perierit. Bart.

XXXI. VENVLEIVS libro tertio Stipulationum.

SI rem aliquam[l] dari stipulatus sum, deinde eandem sub conditione nouandi animo ab eodem stipuler: manere oportet rem in rebus humanis, vt nouationi locus[m] sit: nisi si per promissorem steterit[n] quo minus daret. Ideóque si hominē mihi dare te oporteat, & in mora fueris[o] quo minus dares: etiam defuncto eo teneris. & si[p] prius quàm decederet, cum iam mora facta sit, eundem à te sub conditione stipulatus fuero[q], & seruus postea decesserit, deinde conditio extiterit, cum iam ex stipulatu obligatus es mihi: nouatio quoque fiet[r].

Vnus ex reis credendi potest in alterius præiudicium nouare, delegare, & nomen debitoris cedere. Bartolus.

I. ¶ Si duo rei stipulandi sint: an alter ius nouandi habeat, quæritur: & quid iuris vnusquisque sibi adquisierit[s]. Ferè[t] autem conuenit & vni rectè solui, & vnum* iudicium petentem, totam rem

PAulus respondit.] CASVS. Titius debebat mihi centū aureos, & pro hac summa dedit mihi pignora. ego nouādi animo stipulatus sum hanc summam à Sēpronio: ita vt omnino ab omni priore obligatione discederē. Nunc quæritur, vtrum iste secundus Promissor possit obligare pignora quæ erant prioris debitoris? Respon. quòd non. Franciscus.

h ¶ *Discederetur* & sic extinctum est pignus[d].

i ¶ *Debitore.* delegato.

k ¶ *Prioris.* cuius res obligatæ fuerūt, quæ iam liberatæ sunt per nouationem, *ad quod est j. eo. item quæritur. §. si.*

SI rem aliquam. Pone casum in hoc princi. *vt s. eod. l. quotiens.* SI DVO REI.] Stipulati sumus tu & ego à Titio c. & sic sumus duo rei stipulandi. hic quęritur de duabus quęstionibus. Primò, an vnus reorum stipulandi habeat ius nouandi. Item secundò quæritur quid iuris vnusquisque habeat in tali stipulatione? Primo respondet ad secundā quęstionem, & dicit quòd vni reorum stipulādi rectè solui potest. Item si vnus reorum petat in iudicio: videtur totam causam in iudicium deducere, vsque ibi, itē vnus, ponit illud, dicens quòd vnus acceptum ferendo tollit totam obligationem, vsque ibi, ex quibus, facit cōclusionem, quòd vnusquisque videtur sibi acquisisse in hac obligatione, ac si ipse solus esset stipulatus. deinde ibi, secundum quod. respondet primæ quæstioni, dicens quòd etiam vnus reorum potest nouare totam obligationem, ratio est: quia ea stipulatio de qua paulo ante dixit, est similis solutioni. vsque ibi, alioquin, vbi ponit quædam sequi inconuenientia si prędicta non essent vera: quia sequeretur quod si tu & ego haberemus vnum debitorem communem, & ego eum delego creditori meo, & ipse creditor stipuletur ab eo: quia non liberaretur à te: quod tamen est absurdum dicere. Vel si mulier iussit fundum sibi & alij promissum doti promittere, vel ipsamet promittit. nam debitor fundi liberabitur. Franc.

l ¶ *Si rem aliquam.* Dic[c] si pure debes mihi aliquam rem, & stipulor sub conditione: nunquid fit nouatio? Resp. distinguendum. nā aut res non existit sine suo dolo: & tunc nō fit nouatio. aut existit vel non existit suo dolo: quod idem est: tunc fit nouatio. Item & hoc probo, quia si mihi debes. & es in mora: perpetuatur obligatio re deficiente. ergo si mihi debes pure & à te animo nouandi stipulor sub conditione, & res tuo dolo desinat esse tempore existentis obligationis, nihilo minus fit nouatio: quia tuo facto perpetuasti stipulationem, sic ergo si obligatio durat, potest contingere nouatio.

m ¶ *In legato.* neutraliter[a] potest legi, vt si penum heres non[b] dederit, decem dato: vt supra ad legem Falcidiam. leg. j. §. item si legatum. Item aliud exemplum: vt supra de adi. leg. leg. iij. §. si quis Titio. Item aliud: vt[c] supra manda. leg. si hereditatem §. j. Et aliud: vt supra de statulibe. l. si peculium seruo. in fine. 2. Item in masculino[d] genere legi potest, vt si potuit redire Titius legatus[e]: vt supra quibus ex causis maiores l. si cui. in principio. & §. fina. & de iudiciis leg. ij. §. plane. & infra de re mili. l. qui commeatum. in prin.

a hoc est de re legata in testamento.

b Legato incipiente, à cõditione negatiua, statim est in mora si credi.

c Nihil inuenit hoc exemplo post laceburn de Aretio notat Bartolus.

d hoc est de persona legati & vt ab interpretib. appellatur, ab ambasiatore.

e hoc enim casu quæri solet an restitui in integrum possit.

QVod si forte.] CASVS. Debebam Titio decem: tu venis ad me, & dicis: Titius mandat tibi quòd des mihi decem quę ei debes, ego dico, Ostẽde literas suas, siue procuratorium. tu respõdes: ego promitto tibi quòd ipse habebit ratam solutionem: solue mihi audacter. dixi: sum contentus tibi soluere sub tali conditione quòd si Titius creditor meus non habeat ratum, quòd cõdicam à te istam pecuniam, & bene, dixisti, fiat. Titius creditor nõ habet ratam solutionẽ, certe ego potero condicere pecuniam istam à te. [SVNT QVIDAM] Iste §. bene distinguit genera tutorum: & breuiter dicit quòd omnibus tutoribus qui hic enumerantur, rectè soluitur. Cætera satis plana sunt cum §. sequenti. & vsque in finem l. Franciscus Accursius.

n ¶ *Competit.* facit[f] supra de condict. indebi. leg. ij. in principio & de condict. caus. data. leg. si procuratori. & Cod. de condict. indeb. leg. creditoris.

m ¶ *Honorarij.* scilicet[g] sui honoris gratia dati: 2. Vel dic, id est à prætore dati: sicut dicitur honoraria actio à prætore inuenta. & pro hoc est Institut. de iure naturali. §. prætorum. Prima placet, non secunda: quia non distinguitur inter eos qui dant tutores, Tuebitur[h] ergo hic tutor ne aliquis vexet pupillum iniuste. Accursius.

p ¶ *Qui rei notitia.* vt liberti: vt C. de pericu. tut. l. j.

q ¶ *Vt gerant.* id est habeant necesse gerere. honorarij[i] verò non coguntur gerere: sed possunt si velint, nisi sit eis interdictum: coguntur[k] tamen repellere male gerentes: vt habes hic, & ff. de admini. tuto. l. iij. §. si parens. & §. tantundem. & facit. Inst. de satisda. tu. §. ij. & ff. de admi. tu. l. Titium j. respon.

r ¶ *Cuicumque.* etiam non gerenti: vt ff. de adqui. hered. l. pupillum. & sic est contra. ff. de aucto. tut. l. & si pl ribus. Sol. ibi non fuit cõcessa, sed denegata administratio. Item etiam reo capitis postulato. vt ff. eo. l. quamuis in fin.

s ¶ *Ad hos.* interpositio est.

t ¶ *Rectè solui.* secus[l] in procuratore: vt[m] ff. eo. l. debitores. Azo.

u ¶ *Administratio.* & aliquando interdicitur expressim. Item aliquando tacite[n], vt si cõmittatur alij, vt ergo prohibitione administrationis prohiberi videtur solutio ita & ex concessione vide

f Condictio ob causam vel præscriptis verbis actio competit, vt fiat quod pro missum est.

g Tutores honorarij cur ita dicti.

h Tutoris honorarij munus est cauere atque curare vt qui tutor pupillo datus est, rectè gerat, & vt ne pupillum vexet.

i Tutores honorarij non coguntur tutelam gerere licet possunt si velint, nisi sit eis interdictum.

k Tutores honorarij coguntur repellere tutores alios male gerẽtes.

l Tutoris & procuratoris differentia.

m Solui procuratori tegulariter nõ potest.

n Tacitè prohibet iudex tutorem honorarium tutelam gerere, cum alij administrationem tutelæ demandare.

tur ei soli permitti, cui soli administrationem concedo: *vt & j. iudi. sol. l. si quis apud. §. ij. & j. de r tu nup. si quis ti tor. §. y.*

a ¶ *Administratio.* vt[o] & *C. de suspe. tut. l. eum quem. & Inst. de suspe. tuto. §. si quis autem.* Accur.

b ¶ *Constituendus.* præsens[b] ergo erat adhuc: aliàs contra: *vt supra de tutoribus & curatori. d. s. ab his. leg. curator.* Item maior infante. aliàs contra: *vt s. qui pe. tu. l. ij* [c].

c ¶ *Substitueretur.* quia non[d] desinit tutor esse: vt probatur. *ȝ. de administr. tutorum. l. si sine herede. §. final.* nam nec[e] amittit ciuitatem vel libertatē: *vt j. de interdic. & releg. leg. relegatorum. §. hæc est differentia.* Accursius.

d ¶ *Curator.* & sic ei præsenti.

e ¶ *Absenti.* reipublicæ causa tutoris.

f ¶ *Vel vni.* omnia[f] fiunt etiam cum vno. nisi *vt C. de aucto. præ. l. fina.*

g ¶ *Fuerit.* facit *C. de pericu. tu. l. j.*

h ¶ *Contingere.* hoc si cū iudice facta fuerit sol. *vt C. de admini. tuto. leg. sancimus. j.* secundùm quosdā. 2 Tu dic, etiam sine eo: sed datur restitutio: *vt Instit. qui. alie. li. §. nūc admonendi.*

i ¶ *Rectè soluitur.* vt[g] & *supra de cura. furio. l. consilio. §. fin.*

k ¶ *Non suffici ntis.* his casibus soluitur secūdum distinctionem illam cum soluitur pupillo &c. *vt not. Cod. si aduer. sol. l. j. & Institu. qui. alien. l. cet. §. nunc admonendi. & facit ȝ. l. proxi.*

l ¶ *Causam.* quia[h] datus est bonis. *& facit. de adquir. here. leg. pupillus.*

m ¶ *Pupillum.* & sic non repetit: *vt & ȝ. si cer. pe. l. non omnis. §. si pupillus.* Sed contra. *ȝ. de condi. indebi. l. interdum.* Sol. hîc tale debitum erat quod expediebat pupillo fore solutum: ibi naturale debitum tantùm erat. 2 Vel hîc vsurarium: ibi non. 3 Vel vt ibi. ¶ Et adde distinctionem quàm not. *C. aduer. solu. l. ij.*

terim videtur interdicta administratio[a]. 2 ¶ Quod si remoto soluit, ei soluit qui tutor esse desierat: & ideò non liberabitur.

3 ¶ Quid ergo si ei soluit, in cuius locū curator erat cōstituēdus[b], vt putà relegato in perpetuū, vel ad tēpus? Dico, si antè† soluit, quàm substitueretur[c] curator[d], oportet liberari. 4 ¶ Sed & si absfuturo reipublicæ causa soluit: rectè soluit quinimmo & si absenti[e], si modò non est alius in locum eius substitutus.

5 ¶ Siue autem legitimi sunt, siue testamentarij, siue ex inquisitione dati, rectè vel vni[f] soluitur.

6 ¶ Ei qui notitiæ gratia datus est, an rectè soluatur, vidēdū est: quia ad instruendos cōtutores datur. Sed cū tutor sit: nisi prohibitum fuerit[g] ei solui, puto liberationem contingere[h].

7 ¶ Curatori quoque furiosi rectè[i] soluitur. Item curatori sibi non sufficientis[k] vel per ætaté. vel per aliam iustam causam[l]. Sed & pupilli curatori rectè solui constat. 8 ¶ Pupillum[m] sine tutoris auctoritate nec soluere posse palam est. Sed si dederit nummos, non fient accipientis: vindicarique poterunt. Planè si fuerint consumpti, liberabitur.

Pupillus soluendo sine tutoris auctoritate, non trāsfert dominium pecuniæ, quia non potest alienare: & ideò non liberatur, nisi pecunia postea consumatur: quia tunc cōsolidatur solutio, & videtur à principio fuisse translatum. Item pupillo sine tutoris auctoritate non potest solui, vt soluens liberetur ipso iure: sed si pecunia est salua, vel conuersa in vtilitatem pupilli, liberatur ope exceptionis.

XV. PAVLVS *libro sexto ad Sabinum.*

Pupillo solui sine tutoris auctoritate nō potest. Sed nec delegare[n] potest: quia nec aliena re vllam rem potest. Si tamen soluerit ei debitor, & nummi salui sint[o]: petentem pupillum doli mali exceptione debitor summouebit[p].

Debitor conditionalis solutione vera vel ficta tunc liberatur vere, quando conditio extiterit: retro tamē fingitur liberatus. Bar.

XVI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Sub cōditione debitori si acceptum feratur, postea conditione existente intelligitur iá olim[q] liberatus. & hoc[r] etiam si solutio re fiat, accidere[s] Aristo dicebat. Scripsit enim, si quis qui sub conditione pecuniam promisit, dedit eam ea conditione, vt si conditio extitisset, in solutum cederet: existente conditione liberari eum: nec obstare quòd antè eius pecunia facta est[t].

Si procurator pecuniam domini soluat suo nomine, neuter liberatur: sed consumpta pecunia liberatur ipse, non dominus. Pau.

Pupillo.] CASVS. Pupillus non potest accipere debitum sine tutoris auctoritate. Sed ponamus quòd pupillus non petit debitum, sed denegat alteri: an hoc facere possit? Respond. quòd non. Si tamen aliquis pupillo soluerit, & postea iterum pupillus petat: si nummi soluti sunt salui. pupillus repellitur doli mali exceptione. Fran. Accur.

n ¶ *Sed nec delegare.* vt debitor liberetur, etiam[i] si nummi accipientis fiant. *& facit ȝ. tit. j. l. nouare. §. pupillus.* In procuratore dic *vt j. eod. l. debitores.*

o ¶ *Salui sint.* hoc qualiter intelligitur, habes *j. eo. l. in pupillo.*

p ¶ *Summouebit.* Ne iuris[k] occasionem trahat ad iniquum compendium: *vt C. pro empto. l. eum. & facit ȝ. l. proxi. §. penul.* & quod ibi not. *item facit ȝ. de except. l. in pupillo. & de except. do. l. apud Celsum. §. si quis.*

Sub conditione.] CASVS. Debebam tibi decem sub conditione, si nauis ex Asia venerit. tu me ante conditionem existentem liberasti. post existit conditio. certè videor liberatus fuisse eo tēpore quo me liberasti. Idem est in solutione facta ante conditionis euentum: quia conditione existente videtur debitor liberatus eo tempore quo soluit. Fran. Accur.

q ¶ *Olim.* licet aliud sit in veritate: quia tantum conditione existente obligatur, & per cōsequens liberatur. nec[l] enim liberatur antequam obligetur. *vt j. de accept. l. quod in diem. & arg. ȝ. tit. j. l. legs quotiens. §. sed si id.* & idem intelligo in sequenti casu: quia demū existente condi. liberatur in veritate: licet[a] fingatur tempore traditionis pecuniæ liberatus. Hoc autem[b] quòd intelligatur iam olim liberatus in primo casu l. prodest[c]: quia si tempore acceptilationis nullos habebat creditores, & tempore conditionis habet multos, non possunt per Paulianā reuocare liberationem, quasi in fraudem factam: quia fingitur liberatus antequam isti essent creditores: & sic cessare fraudem[d]. *ad quod est supra quæ in frau. credi. l. j. in fin.* 2 Item in secundo casu non communicabitur hæc pecunia inter creditores qui post traditionē pecuniæ cœperūt esse creditores, & missi sunt in possessionem bonorum vt pote cum diu sit quòd verè vel fictitiè recessit de bonis debitoris. ¶ Itē nota quòd sicut fingit[e] lex aliquid quod est impossibile: sic etiam potest fingere quod nullum est. & sic potest intelligi. *C. de dona. inter virum & vxorem. leg. antepen.* scilicet vt fingatur domina fuisse à tempore collatæ in eam donationis.

r ¶ *Et hoc.* s. quòd tēpore alio liberetur pro vero, & alio liberatus fingatur: accidit etiā si solutio re &c. nam & in superiori casu imaginarie[f] fit solutio: in inferiori fit re: *vt Insti. quibus modis tol. ob. §.* Item per acceptilationem. fingitur ergo liberatio tēpore traditionis pecuniæ: sed pro vero existente conditione liberatur. 2 Alij, vt H. dicunt sic: & hoc si solutio &c. scilicet quòd alio tempore traditur pecunia, & fit accipientis: & alio fingitur tradita, scilicet tempore existentis conditionis, quod non placet.

s ¶ *Accidere.* aliàs accedere.

t ¶ *Facta est.* & sic fingitur liberatus: sed pro vero, cōditione existente liberatur. Item & fingitur liberatus: tēpore traditionis pecuniæ. hoc enim dicit hæc lex, siue dicas dominiū pecuniæ translatum tēpore traditionis, siue non. ¶ Sed an dominiū[g] pecuniæ sit translatū cū[h] pecunia traditur? Videtur hic dicere quod sic. Sed econtra quod non[i] *ȝ. de adquir. pos. l. qui absenti. §. si quis. quæ est contra.* Sol. hic nō fuit facta: & quod dicitur, facta est, id[k] est facta fingitur. & secundū hoc duæ[l] sunt fictiones hic: prima, quod tunc fingitur liberatus. secunda, quod fingitur dominium pecuniæ translatum: sed pro vero non est translatum. 2 Alij dicunt econtra. s. quòd hic est translatum statim. & quod in contrario dicitur, quòd demū existente cōditione. s. de fictione sed pro vero statim. 3 Vel hic fuit data pecunia sub modo, per[m] vt ibi sub conditione, per si. 4 Vel hic voluit facere pecuniā statim eius cui dabat sub cōditione, antecedendo in solutione. Ibi autem noluit rem fieri eius cui tradebat, nisi conditio existeret. Nec obstat quod dicit, deditque eam sub conditione: quia conditio fuit vt cederet in solutū: non autem in translatione dominij: & sic habetur ac simpliciter tradidisset: quo casu transit statim dominium: *vt supra de iure dot. l. sed nisi.* & secundùm hoc non obstat in eodem titu. *de iure do. l. si ego. §. si res. & supra de dona. l. ij. §. si pecuniam. & ȝ. si cer. peta. l. non omnis.* 5 Vel fortè aliud est in pecunia, quæ vsu cōmittitur, quā

a Suspecti postulatio tacitè videtur interdici administratio actus quem gerūt, cuius nomine suspectus postulantur, vt hic. imò adiectus dandus est. c. venerabilis ex. de officio dele.

b Præsentia tutoris ipsius & pupilli requiritur, quoties curatoris petitur substitutio in locum ipsius tutoris: ideoque ipse pupillus maior infante esse debet.

c adde l. quæ habet. ff si pupil lus. t. de tutel.

d Tutor esse non desinit qui relegatus

e Relegatus non amittit ciuitatem vel libertatem.

† Solui non potest tutori, post datum ei substitutum.

f Vni tutori rectè soluitur sed & omnia rectè cum vno geruntur.

g Solui potest curatori furiosi.

h Solui potest curatori bonis dato.

i Delegare an & quo effectu possit pupillus sine tutore.

k Iuris occasio ad iniquū compendium trahi non debet.

l Liberari prius nemo dicitur, antequā obligetur. Liberatio enim præsupponit obligationē: & vt Philosophi loquūtur, priuatio præsupponit habitum.

a Fingi quis potest liberatus ante euētum conditionis, licet ante euentum, liberatus non fingatur.

b Alienatio facta in fraudem futuri creditoris, nō potest reuocari per Paulianam hoc textu probatur. in l. C. ... & ibi Bar. ... commun... sententia.

c Fingatur retro nec ne liberatio in casu huius legis vtile est quærere propter duo: primò propter Paulianam reuocatoriam; secundo, vt sciatur, an possit fieri communicatio pecuniæ inter creditores missos in possessionem.

d Legendum fraus.

e Fingi impossibile & nullū à lege potest, vtrò: imò lex nō pōt fingere impossibile l. si pater in fin. & l. seq. ȝ. de adop. l. qui ad ... l. tutum sup. de procur. & ... j. sup pro socio. Dec. leg. ... fingere non posse id quod in suo genere omnino impossibile, verbi gratia, vt filius antiquior sit patre, vt ... sententiat & familia: potest tamen fingere in casu particulari impossibile. verbi gratia, vt filius Titij sit meus filius, quia fictio ... catur sit vt possit esse meus filius.

f Solutio fit vel re ipsa, vel imaginariè.

g Dominium traditione rei transfertur.

h i. statim & incontinenti.

i Cōditio apposita suspendit translationem dominij in conditionem euentum.

k Facti. pro eo quod fingitur facta.

l Fictiones duæ an possint concurrere. dixi ad Glo. i. l. C. de donatione in promissione.

m Modi & conditionis differentia Modus per. vt. Conditio per si conspicitur.

sit in specie,hæc non valet:*vt dicta.l. de donat.l.secunda.§. si pecuniam.& facit supra si cert.pet.l.non omnis.§.& cum pecunia.* Accursius.

C *Assius ait.*] CASVS. Debebam Sempronio centum aureos. dedi tibi hanc summam,vt eã Sẽpronio pro me solueres. tu nequã homo, quia fortè eidem debebas, dedisti hanc pecuniã tuo nomine,nõ meo. dicitur hic quòd neuter liberatur.ego non: quia non dedisti nomine meo.tu nõ:quia alienã pecuniam soluisti:tamen tu teneris mihi actione mandati,& etiam furti. tamen si creditor eos nummos cõsumpserit sine dolo malo: tu liberaberis qui eos dedisti.Nam aliter si neque tu neque ego liberarer: creditor lucrificaret hanc pecuniam iniustè.Fran.

XVII. IDEM *libro nonodecimo ad Sabinum.*

CAssius ait, si cui pecuniam dedi,vt eam creditori meo solueret:si suo nomine [a] dederit[b],neutrum liberari : me, quia non meo nomine data sit:illum, quia alienam dederit: cæterùm mandati[c] eum teneri.sed si creditor eos nummos sine dolo malo consumpsisset : is qui suo nomine[d] eos soluisset,liberatur: ne si aliter obseruaretur,creditor in lucro[e] versaretur.

Si ad reuocationem mandati sufficit vnum:illud ignorari oportet à debitore soluente,si requiruntur duo:sufficit ignorari vnum vt liberatio competat:licet recipiens scienter,furti teneatur.Bart.

XVIII. VLPIANVS *libro quadragesimoprimo ad Sabinum.*

SI quis seruo pecuniis exigendis præposito soluisset post manumissionem : si quidem ex cõtractu domini,sufficiet[f] quòd ignorauerit manumissum.quòd si ex causa peculiari : quamuis scierit manumissum,tamẽ ignorauerit ademptũ[g] ei peculiũ, liberatus erit. Vtroque autẽ casu[h] autem de actione furti.dabitur ergo creditori quando ab initio accepit vt domino acquireret,licet postea interuerterit:& debibitor liberabitur.cæterum si ab initio habuit animum lucrandi, furtum faciet domino in cuius permansit dominio:*vt infra eod.l.cum quis.§.j.*secundùm quosdam.*ad quod est infra de fur. leg. falsus.§.j.& l.si is qui rem.§.§.Julianus.*

manumissus , si interuertendi causa id fecerit, furtum domino facit[i]. Nam & si debitori meo mandauero vt Titio pecuniam solueret,deinde Titium vetuero accipere:idque ignorans debitor, simulanti se procuratorẽ esse,soluerit:& debitor liberabitur [k],& Titius furti actione tenebitur.

Solutio facta seruo fugitiuo ab ignorante, eum liberat, si pecunia soluta efficiatur domini. Bart.

XIX. POMPONIVS *libro vicesimoprimo ad Sabinum.*

FVgitiuus meus cum pro libero se gereret [l], nummos mihi subreptos credidit tibi. obligari [m] te mihi Labeo ait : & si eum liberum existimas, solueris ei,liberari [n] te à me. Sed si alij soluisses iussu eius, vel is ratum habuisset , non liberari [o]: quia priore casu mei nummi facti essent,& quasi mihi solutum intellegeretur. Et ideò seruus meus[p] quod peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorem [q]: delegando autem vel nouando[r],non idem consequeretur.

a ¶ *Si suo nomine.* pro se,cum & ipse deberet eidem.

b ¶ *Dederit. ad quod est C.si quis alteri vel sibi.l.multam.*

c ¶ *Mandati.*& etiam furti [a] : *vt & infra de fur.leg. si quis vxori.§. Iulianus. & facit supra mand.leg. si verò non.§.dedi.& de nego.gest.si pupilli.§.si cum pecuniam.*

d ¶ *Suo nomine.*sed antequam [b] consumat? ratũ habere possum:*vt supra de dona.leg. si tibi.*Accursius.

e ¶ *In lucro.*quod[c] esse non debet: *vt supra de condic.indebi.l. nam ho. natura.*

S *I quis seruo.*CASVS. Habebam seruum Stichum fidelem hominem:quem misi in prouinciam quandam vbi mihi debebatur magna summa pecuniæ,vt eam recuperaret. quædam debita recuperauit:quædam nõ.Interim ego manumisi Stichum. post manumissionem veniunt hi qui non soluerant, & soluunt huic Sticho manumisso. quæritur nunc vtrum ipsi liberentur? Distinguitur,vtrum ista debita quæ soluta sunt post manumissionem,fuerint contracta ex contractibus domini:an ex contractibus peculiaribus. primo casu necesse est quòd ignorauerint eum debitores manumissum fuisse quando soluunt. Si verò hæc debita sunt facta ex contractibus peculiaribus, tunc nõ nocet debitoribus si sciunt eum manumissum quando soluunt , si tamen ignorent ei peculium esse ademptum: & in vtroque casu iste Stichus tenetur domino actione furti,si causa intercipiẽdi hanc pecuniam à debitoribus recipiat. & probat hac ratione tali:nam si debitori meo mandauero vt pecuniam soluat Titio meo creditori:deinde vetuero Titium accipere:Titius autem simulans se procuratorem esse,hanc pecuniam recuperet, cõmittit furtum:debitor tamen liberatur.Franciscus.

f ¶ *Sufficiet.* & necesse est. *ad quod est infra eod. leg. quod seruus.§.finali.* Alias si[d] sciret mutatum statum , deberet credere mandatum reuocatum:*vt Institu.manda.§. item si adhuc. versic.& huic.*

g ¶ *Ademptum.*quia præsumitur[e] quòd non sit ademptum: *vt C.de pecul.eius qui me.liberta.leg. prima. & facit supra pro emptore.leg.qui fundum.§. seruus de pact.leg.si vnus.§.ibi sic enim & hic in princi.leg.& C. eodem leg.si eum.& supra de actio.& oblig.e.leg.serui. in fin.& supra si cert.peta.leg. eius. & infra eod. leg.quod seruus.j.respon.* Accursius.

h ¶ *Vtroque autem casu.*id est cum soluit ex contractu domini, vel causa peculiari.& liberatus est debitor.

i ¶ *Domino facit.*id est debitori[f]: quamuis eam cogatur actori cedere si vult se tueri exceptione.creditori autem nõ potest acquiri quia nihil vnquam in illa re habuit : *vt infra de furtis.leg. si vendidero.§. si vnus.*secundùm quosdam. Sed hæc gloss. non videtur bona hic,cum [g] ibi loquitur de condictione furti : hic

k ¶ *Liberabitur.* si non animo interuertendi acceperit ab initio:vt modo superiori casu not.*& facit supra de procura.leg. si procurator.& C.od.de fur.leg. falsus. & infra eodem l.cum quis §.j. & supra eodem.leg. vero procuratori.*

F *ugitiuus meus.*] CASVS. Stichus seruus meus à me fugiens surripuit mihi nummos , quos dedit mutuò Titio. dicitur hic quòd Titius est mihi obligatus.si autem Titi[9] existimabat hũc Stichũ liberum esse, & ei soluerit,liberabitur à me. ¶Quid autem si iste Stichus nõ recuperauit istos nũmos,sed iussit Titium debitorem alicui alteri soluere,& id ratum habuit?Certè hoc casu non liberatur à me. & est ratio:quia primo casu quando soluitur ipsi Sticho,intelligũtur nummi fieri mei, & quasi mihi soluti.Alio verò casu non ita est,scilicet quando iussit alij soluere pecuniam Fran.

l ¶ *Se gereret.* non diu: aliàs [a] desinerem possidere : *vt supra de acquir.poss.leg.iiij.§.si seruus,*& ideò [b]mihi nõ quæreret possessionem,sed dominium:*vt supra de acquiren.poss.leg.j.§. sed & per eum. & de acquiren.re.do.leg.si seruus meus.& le.j. homo liber.§. quiquid.* Item non credit se liberum:*vt supra de acquiren.poss. leg.per eum §. per seruum. secundùm quosdam.* ¶ Sed quid ad rhombum de possessione:non enim de possessione quærenda vel dominio hic tractatur:sed de obligatione personali, quæ quæritur domino per seruum quantumcunque fugitiuum:*vt sup.de verborum obligat. l.seruus vetante.& supra manda.l.si mand. vero.§.fugitiuus.* Accursius.

m ¶ *Obligari.*facta consumptione.prius autem habeo rei vindi. quia seruus non potuit dominium transferre:*vt supra si cer. petat. l.rogasti.§. fin.*

n ¶ *Liberari.*Immo non videtur liberari:*vt infra eo.l. qui hominem.§.si nullo.in fin.§.*Solu.hic credebat liberum:ibi seruum,quisquis non fugitiuum:vnde non debuit ibi non temere soluere ei. 2 Vel ibi sciebat fugitiuum: hic non cui solutioni videtur obstare princ.illius §. 3 Tertiò hic de æquitate liberatur : ibi de rigore non. 4 Vel ibi debebatur pecunia ex venditione : hic[c] ex mutuo.& potest esse ratio:quia duo volebat ibi emptor, scilicet dominium rei,& se liberari.hic autem tantum liberari:quod facilius cõsequitur. 5 Vel non liberatur ibi,scilicet à rei vindi. 6 Alij dicunt quòd hic liberatur per exceptionem:ibi non,scilicet ipso iure,*vt.s.si cer.pet.l.cum fundus.§.j.* 7 Vel secundũ alios fortè aliud est in venditore qui de sola culpa tenetur,quàm in debitore qui soli creditori tenetur soluere:vnde cũ strictius hic teneatur,soluendo ipso iure liberetur:quod non placet.

o ¶ *Non liberari.*sic *s.si cer.pe.l.cum fundus.§.j.* Sed certè:immo videtur quòd sic:*vt s.mand.l.si mandauero.§. fugitiuus.* Solu. vt ibi. 2 Vel dic aliud in venditore qui de sola culpa tenetur,vt ibi:quàm in debitore,qui soli creditori tenetur soluere: quod nõ placet pe[illegible] *l.cum fundus.§.j.*

p ¶ [illegible] non fugitiuus.

q [illegible] *l.non ideò.& de pac.l.si vnus.circa prin-*

r [illegible] *vt s.tit.j.l.fin.in prin.*

a Furti & mandati tenetur, qui acceptam à me vt debitori meo solueret , pecuniam creditori suo soluit.

b Ratum habere potest factum mandatarij mandator, antequam consumat pecuniã ipsius mandatarij , vt hic vnde tamen hic Bartolũ.

c Lucrum cũ alterius iactura nemo facere debet.

d Mandatum præsumitur à mandatario reuocatum, ex mutatione status eius.

e Præsumitur peculium nõ esse ademptum ei qui manumissus est.

f hoc est, eidemque debitori.

g Furtiuæ cõdictionis & actionis differentia.

a Fugitiuum diuturna fuga desinimus possidere.

b Fugitiuus possessionem adquirere potest,at non dominium.

c Displicet Dyno & Bartolo hic.

SI rem meam.] CASVS. Debebam tibi rem aliquam ex cauſa legati, vel alia cauſa iſtam rem ego obligaui Titio: poſtmodū illam tibi ſolui: an liberer? Reſpond. quòd non: quia creditor cui eam obligaui, poteſt eam à te auferre actione Seruiana, vel hypothecaria. Franciſc.

a ¶ *Si rem meam.* aut debeo ſpeciem: & ſic[a] debeo dare vt nō poſſit vllo modo auelli vel euinci: aliàs non liberor: *vt hic & infra eo. l. qui ſibi aut Titio. & ſupra de acquiren. poſ. leg. non videtur. & de ſtatulibe. l. ij. §. ſi quis ſeruum in fi. §. & ſupra de acti. emp. l. datio. j. reſponſo. & de leg. ij. Maximum. §. pen. & infra eodem. qui res. j. reſpon.* (Hoc fortè niſi cauſa præceſſerit obligationem: vt in eo qui peruenit ad libertatem: *vt ſupra de verborum obliga. leg. ſi ſeruum. § ſed ſi ſit. quidem. in fin. §.*) Si[b] autem in genere[c], neceſſe eſt corpus ſic ſolui, vt auelli nō poſſit: *vt infra eodem. leg. cum quis. §. qui hominem. & l. qui decem. §. fin.* ¶ Item no. *vt j. eodem etiam. & leg. quis ſibi.* ſed fallit in caſibus not. *ſupra ſi certum petatur. l. quidam.*

a Speciei debitor ſpeciem ita creditori dare debet vt ab eo auelli non poſſit ſeu euinci, aliàs ſi ita det, vt euinci poſſit, liberatus nō videtur: niſi cauſa propter quam res debita poteſt euinci, præceſſit obligationem. tunc enim debitor liberatur, ſiue qualis qualis eſt creditori ſoluat. Quod ſi cauſa propter quam euincitur res, ſequuta eſt obligationem nō liberatur promiſſor ſed debitor, niſi ita tradat, vt non poſſit euinci.

b Generis & ſpeciei differentia.

c Genus debitum accipientis ſeu creditoris ſui facere debitor tenetur: ſic vt creditori euinci nullo modo poſſit.

b ¶ *Debitam.* putà ex legato

Si res non efficiatur perfectè creditoris, debitor non liberatur. Bart.

XX. IDEM *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

SI rem meam[a] quæ pignoris nomine alij eſſet obligata debitam[b] tibi ſoluero, non liberabor: quia auocari tibi res poſſit ab eo qui pignori accepiſſet.

Quando duo tenentur eidem ad idem debitum, vno conuento & etiā condemnato ſi adhuc non ſoluit, non liberatur alter. eo autem ſoluente, ſi alter tenebatur in ſubſidium ſimiliter non propriè liberatur, ſed in obligationem non incidit. P.

XXI. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI decem ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio quanto minus ab illo conſecutus ſis[c]: etſi decem petieris à Titio, non tamen abſoluitur Seius. Quid enim ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt? Sed & ſi cum Seio prius egeris[d], Titius in nullam partem liberatur[e]. Incertū quippe eſt, an omnino Seius debiturus ſit[f]. Denique ſi totum Titius ſoluerit: nec debitor fuiſſe videbitur Seius, quia[g] conditio eius deficit.

Intellige hanc l. in debitore paterno qui contraxerat cum ipſo patre, & tunc filius non poteſt eum liberare etiam ſolutionem recipiendo: quia quantumcunque ſit coniuncta perſona, & poſſit agere pro parte, non tamen poteſt ſolutionem pro eo recipere. Paulus.

XXII. VLPIANVS *libro quadrageſimoquinto ad Sabinum.*

FIlius familias[h] patre inuito debitorem eius liberare nō poteſt. adquirere enim obligationem poteſt, deminuere non poteſt.

Poteſt quis alium inuitum liberare ſoluendo pro eo, vel iudicium ſuſcipiendo animo nouandi. Pau.

XXIII. POMPONIVS *libro vicenſimoquarto ad Sabinum.*

SOlutione[i], vel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti & ignorantes liberari poſſumus.

Qui pro pluribus obligatus exiſtit, poteſt ſoluere pro quo vult: in dubio verò videtur ſoluiſſe pro eo pro quo prius ſe obligauit. P.

XXIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

VBi fideiuſſor[k] pro duobus dena fideiuſſit, obligatus eſt in viginti: & ſiue viginti[l] ſiue dena[m] ſoluerit, vtrumque reum liberabit. Sed ſi quinque ſoluerit, videamus quem ex reis releuet in quinque, erit

SI decem.] CASVS. Stipulatus ſum à Titio decem: poſtea ſtipulatus ſum à Seio hoc modo: Seij promittis mihi quòd ſolues quanto minus ex his decem fuero à Titio conſecutus? ille promittit. facio conueniri Titium, & cōdemnari. certè Seius propter hoc non liberabitur: quia forte Titius non erit ſoluendo. ſi autem fecero prius conueniri Seium, certè Titius in illo liberabitur: nam eſt incertum an Seius ſit aliquid debiturus. Nam ſi Titius totum ſoluerit: certum eſt quòd Seius nunquam fuit debitor, cum promiſerit ſub conditione, ſi non totum fuero à Titio conſecutus. cum ergo totum ſim conſecutus: deficit conditio. Lex ſequens plana eſt. Franciſc.

c ¶ *Conſecutus ſis.* i. conſequi poteris.

d ¶ *Egeris.* & male, quia primo Titium deberes conuenire. Accurſius.

e ¶ *Liberatur.* per conuentionem Seij inutilem: ſiue pendet cauſa, ſiue abſolutus ſit Seius. ¶ Sed[d] quid ſi de facto condemnatus fuit & exactus? Videtur teneri Titius, quaſi actor ex ſua aſtutia habeat. *arg. ff. de hered. vendi. l. venditor ex.* Sed dic contra. *per leg. ſupra ſi cer. peta. l. ſina. ij. reſpon. & facit ff. de verb. oblig. l. decem. & de iis qui deie. vel effu. l. perceptione. & infra de verbo. ſignif. l. ſi ita à te ſtipulatus.*

d v. Bart. in l. decem. ff. de verbor. oblig. & Caſtrenſem hic.

f ¶ *Debiturus ſit.* ante Titium excuſſum.

g ¶ *Quòd.* id eſt quia.

h FIliusfamilias. facit[e] *C. de pact. l. filius, & C. de rebus creditis. leg. nec filius. & ſupra quod quiſque iur. leg. iij. §. ſi filius.* Accurſius.

e Solui filiofamilias debitum paternū hoc eſt quod eius patri debetur, non poteſt.

SOlutione.] CASVS. Titius fecit conueniri debitorem ſuum in iudicio. Seius obtulit ſe pro debitore in iudicio. dicens ſe velle accipere iudicium pro iſto debitore: quæritur vtrum iſte debitor liberetur? Reſpon. quòd ſic. etiam inuitus & ignorans. Franciſcus Accurſius.

i ¶ *Solutionem.* ſcilicet faciendam à nobis, accipiēdo alius in ſe pro nobis, id eſt ſoluendo, liberamur[f] nos etiam inuiti & ignorantes: *vt hic, & ff. de nego. geſt. l. ſoluendo. & Inſtit. quib. mod. tol. obli. in prin. & argum. infra e. l. ſi debitor tuus. & ff. titu. j. ſi Stichum. §. fin.* Item iudicium accipiendo alius pro nobis animo nouandi, & transferendi omnino iudicium in ſe, liberamur inuiti: *vt ſupra tit. j. l. delegare. & de in rem ver. leg. ſi pro parte. ij. reſpon. & de interro. act. l. qui parte. & l. qui ſeruum.* ¶ Et no. quòd talis eſt Grammatica hic in legendo, Titius nos audiuimus. ſed licet debitor ſit inuitus: creditorem tamen velle oportet. nam nemo[a] cū agere cogit: *vt C. vt nemo inuitus. l. j.* nec ſolutionem recipere: verūtamē[b] poteſt offerri, conſignari, & deponi: & ſic[c] inuito creditore liberatur debitor: *vt C. de vſur. l. acceptam.* ¶ Item quod dicit alium[d] ſuſcipientem iudicium pro alio, eum liberare inuitum: videtur contra *in Authen. vt omnes obe. iudi. §. ſi vero alteribi, & ſi quid in ipſis & c. com. v.* Solu. ibi procuratorio nomine. non animo nouandi: vnde poteſt debitor alium conſtituere & illum non habere etiam creditore inuito: *vt ibi, & ſupra fa. mil. erciſcund. l. planè.* hic autē in rem ſuam procurator eſſe volebat, & animo nouādi. Item ad vtrumque videtur contra *j. de reg. iur. l. inuito. & l. inuitus.* Solu. illa in priuilegiis: vt dixi in l. inuito: Item[e] ſolutione liberor ipſo iure: *vt Inſti. quibus mo. tol. obli. in princip.* Sed in iudicio liberor per exceptionem tantum, ſecundùm Al. *vt C. de pact. l. poſt venditionem. & ſupra de interrog. act. l. e. qui ex parte.* 2 Vel verius dic quòd ipſo iure, ſi agatur ab vtroque. nā & hic & aliàs aſſignantur vt paria[f], vt ſolutio & iudicium: *vt hic, & ſupra titu. j. l. delegare. & de in rem ver. l. ſi pro parte.* ſecundùm Azo. Item hæc nouatio[g] iudicio accepto olim præſumebatur, hodie non ſic: niſi exprimatur verbis: *vt Inſtit. qui mo. tol. oblig. §. præterea.* & quando[h] ſit nouatio, iurabit[i] de calumnia tal. s procurator in rem ſuam: *vt no. C. de iuram. calum. l. ij. §. ſin autem reus.* ¶ Item an[k] repetat à domino pro quo ſubiit iudicium? Reſpond. ſic, ſi eo animo acceſſit: aliàs non: *vt ſupra de interro. act. l. qui ſeruum.* vtrobique tamen iuras de calumnia. nam & fideiuſſor conuentus iurat, licet repetat à reo. Accurſius.

a Agere inuitus nemo regulariter cogitur.

b Solutionem recipere inuitus nemo cogitur: ſi tamē creditori quis pecuniam debitam offerat, conſignet & deponat, eo inuito debitor ita liberari poterit.

c Oblatio cōſignatio, depoſitio facta etiam ab extraneo, liberat ipſo iure debitorem. de quo tamē dubitat Gloſſa in l. obligationem, C. eodem.

d Liberare alium etiam inuitum iudiciū accipiendo animo nouandi non procuratorio nomine, poſſumus.

f Inuitus & ignorans poteſt liberari: ſecus obligari. tamen ſex. in c. quam. de [illegible]

e Solutione ab alio facta noſtro nomine ipſo iure liberamur. Quod ſi quis noſtro nomine iudicium accipiat animo nouandi vt eum liberet, etiā ipſo iure nec tantum per exceptionem liberatio naſcitur.

f Paria ſunt ſolutio ſeu ſoluere alieno nomine, & eiuſdem nomine iudiciū animo nouandi accipere, ſeu litem ſuſcipere.

g Nouatio iudicialis hodie non aliàs præſumitur facta alterius nomine, quā ſi verbis expreſſa ſit.

h Nouare in iudicio id eſt liberare volens in iudicio aliquem abſentē procurator in rē ſuā cenſetur, ideòque iurare de calumnia cogitur.

i Iurare de calumnia cogitur procurator in rē ſuā, ſed qui alieno nomine in iudicio nouationem facit.

k Iudiciū pro alio ſuſcipiēs repetere poteſt à debitore principali id quod eius nomine [illegible]

VBi fideiuſſor.] CASVS. Duo erant debitores Titij, ſcilicet Mæuius & Seius. & quilibet in decem. ego fideiuſſi pro ambobus in dena: & ſic ego teneor in xx. ſi ego ſoluo xx. liberatur vterque Mæuius & Seius. ſi autem ſoluo x. iterum vterque liberatur pro dimidia parte: quilibet liberatur in quinque. ¶ Quid autem ſi tantū ſoluo quinque? quis reus erit releuatus? Reſpond. ille de quo actum ſit. ſi verò nihil inter nos actum eſt quis debitorum releuetur, deducenda eſt iſta ſumma in antiquius debitum. ſi autē ſoluo xv. ſi appareat quid eſt actum: tunc ille de quo actum eſt, erit releuatus in decem: alter verò in quinque. ſi autē non appareat quid eſt actum: tunc antiquior debitor releuatus in x. alter autem in v. Franc.

k ¶ *Vbi fideiuſſor.* fideiuſſit pro vno in decem, pro alio in alia decem. Ioan.

l ¶ *Siue viginti.* ſcilicet ſimul.

m ¶ *Siue dena.* i. vna decem primo, & ex eis vtrumque pro medietate liberat: & alia decem ſecundo: & ex eis ſimiliter vtrunq. pro medietate liberat. Nam propter æqualitatem portionum nō attenditur hoc antiquū debitum: *vt infra dicit.* Primus enim numerus par eſt, ſecundus impar: vnde & ſuperius melius diuidi poteſt. vnde cum ſoluit decem, præſumitur quòd voluerit vnſquenque pro v. liberare. Sed H. non admittit hoc quādo aliquid eſt antiquius altero. *& fa. ff. de cond. indeb. l. ſi pæna. §. ſi falſo.* ¶ Et not. quòd hic ſcripſit Io. decem & decem non ſunt xx. quod patet: quia diſiungit ſiue xx. ſiue dena. quod eſt verum ſi per ſe quæque x. conſiderentur, non ſi coniungantur.

a Id quod inter contrahentes actum prius semper in eo inspiciendum.

a ¶ *De quo actum est.* vt & ℥. eo. l. j.
b ¶ *Inspiciendum.* vt & ℥. eo. l. in his. in prin.
c ¶ *In decem.* scilicet erit liberatus ille de quo actum est.
d ¶ *Aliunde.* in eo de quo non est actum.
e ¶ *Releuata.* i. habita pro solutis.

Ex parte.] CASVS. Pater meus debebat decem Titio. moriens autem me instituit heredem, & fratrem meum. ego solui ista x. in solidum, credens me debere tota x. dicit hic, quòd possum condicere à creditore quinque quę non debebam: in aliis quinque liberor ab eo. Ponamus autem quòd antequam condicam illa quinque, altera pars fratris mei obuenit mihi: & sic tenebar ad tota x. certè si velim tūc repetere à creditore, poterit me repellere doli mali exceptione. Frā.

f ¶ *Tota soluit.* quasi ipse [b] solidum deberet ei cui soluit: & dices, scilicet vt indebita: *vt supra de fideicom. l. si testamento. §. j. in fin. §. quando suo nomine soluit:* aliàs contra: *vt supra de condic. inde. l. si poena. §. primo. & C. de peti. here. leg. de hereditate.*

b id est, suo nomine.

g ¶ *Adcreuerit.* ad quā est *supra si pars here. peta. l. ij.*

h ¶ *Obstare.* re medio compensationis [c]: quæ in stricti iuris iudiciis fiebat olim ope exceptionis, hodie ipso iure: *vt Institu. de actio. §. in bonæ fidei.*

c Compensatio etiam in stricti iuris iudiciis fit hodie ipso iure.
† pigneratā.

Si creditor.] CASVS. Titi' mutuauit mihi cētum, pro quibus obligaui sibi fundum: & fecit pactum quòd si non soluerem in termino conuento, ipse posset vendere fundum. termino adueniēte non soluo: quapropter creditor vendit fundum, & accipit pretium. s. c. an ego sum liberatus? Respō. quòd sic. Idem si ipse creditor remisit fundum ipsi emptori: aliàs ab alio esset stipulatus. vsque ibi, sed & si seruus. [SED ET SI SERVVS.] Creditori meo pignoraui seruum pro xx. non soluo. ipse creditor vendit seruū. dicitur hic quòd ego non liberor intra tempora quibus potest seruus redhiberi, id est intra sex menses: quia actio redhibitoria durat sex mensibus: sed illis trāsactis ego sum liberatus: sicut euenit in quolibet pignore vēdito quandiu potest res fieri inempta. Fran.

ille releuatus, de quo actum est [a]: aut si non appareat, antiquius debitum erit inspiciendum [b]. Idem & si quindecim sint soluta, si quidem appareat quid actum sit in decem [c]: & aliunde [d] quinque erunt releuata [e]. si verò non apparet: ex antiquiore contractu decem, ex alio quinque erūt releuata.

Qui soluit plus sua parte pro hereditatis portione, repetit illud plus: nisi portio coheredis sibi adcreuerit. Pau.

XXV. POMPONIVS *libro trigensimoprimo ad Sabinum.*

Ex parte heres institutus, si decem quæ defunctus promiserat, tota soluit [f]: pro parte quidem qua heres est, liberabitur: pro parte autem reliqua ea condicet. sed si antequam condicat, ei adcreuerit [g] reliqua pars hereditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideò condicenti indebitum, doli mali exceptionem obstare [h] existimo.

Pretium perceptum ex venditione pignoris verè vel fictè, liberat debitorem: nisi venditio retractabilis sit. Paulus.

XXVI. IDEM *libro trigensimoquinto ad Sabinum.*

Si creditor fundum pigneratitium† vendiderit, & quātum ei debebatur, receperit: debitor liberabitur. Sed & si acceptum emptori pretium tulisset creditor, vel ab eo stipulatus [i] esset, debitor nihilominus liberatur. Sed si seruus pigneratus à creditore venierit: quādiu redhiberi possit, non liberabitur [k] debitor: sicut in quolibet pignore vendito, quādiu res inempta fieri possit [l].

Si in re soluta deficit aliquod ius: liberatio non contingit. Bart.

XXVII. VLPIANVS *libro vicensimooctauo ad Edictum.*

Etiam circa stipulationem [m] & ex testamēto actionē si res tradita fuerit quę debebatur, quandiu† aliquid iuri [n] rei deest, adhuc tamen ipsa res petenda est: vt putà possum fundum petere, licet mihi traditus sit, si ius quoddam cautionis superest [o].

i ¶ *Stipulatus esset:* animo nouandi.
k ¶ *Non liberabitur.* scilicet omnino, vel in perpetuum: sed [d] ad tempus: *vt supra de pigne. act. nec enim. & de distra. pig. l. rescriptum. §. j.*

d Solutio quę ad tempus valere potest, ad tempus tantū liberat.

l ¶ *Possit.* quod esse potest si fortè emerat debitor cum pacto addictionis in diem: *vt ℥. de in diem addic. l. vbi.*

Etiam.] CASVS. Debebas mihi fundum ex stipulatione, vel ex testamento. Tu soluis mihi eum: sed non promittis de euict. dicitur hîc quòd semper possum petere fundum debitum quandiu deest aliquid iuris huic fundo. lex seq. clara est. Fran.

m ¶ *Circa stipulationem.* nedum in contractibus bonæ fidei: & da exemplū *de stip. ℥. e. l. si rem. & de act. ex testamento dat. vt supra de actio. emp. l. si heres. & de le. ij. Mauius. §. pe.* ¶ Sed [a] videtur non prima, sed de dolo agi: *vt ℥. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. quæ est contra.* Sol. hic non satisfecit in eo quod specialiter promiserat. 2 Vel sine promissione tenebatur: vnde nō est liberatus. ibi totum quod promisit, dedit: licèt dolo suo deterius factū. *ar. C. ad exhib. leg. exhibitionis.* secus in contractu bonæ fidei: vbi indistinctè agitur prima: *vt ℥. cōmo. l. iij. §. si reddita.* cætera dic *vt d. §. non solum.*

n ¶ *Iuri.* id est de iure restat circa rem aliquid faciendum.

o ¶ *Superest.* faciendum [b] vt de promissio [c]. de euic. *vt & ℥. de verbo. oblig. l. Iulianus scribit. §. j. & fa. supra de verb. obl. l. stipulatio ista. §. si quis fortè. & sup. a eo. l. si rem & ℥. eo. qui res. in prin. l. qui sibi. §. j. & leg. qui decem. §. pen. & Instit. de lega. §. si cui.*

a Dandi debitor etiamsi iā dedit, si tamē non cauit rei nomine, adhuc cōueniri potest vt caueat: sed quæ actione? An prima an vero de dolo? Dic vt hac Gloss.

† Dandi debitor, etiamsi rē ipsam dederit, si tamen non cauit, potest conueniri iterum vt det: ac si omnino non dedisset. Quoties enim rei solutæ deest ius quod præstari vna cum re ipsa debet, liberatio non contingit.

b Pactum nō videtur, si quid restat faciendum.
c Euictionis promissio emptori à venditore debetur.

Soluētes falsò administratori liberantur si pecunia conuertatur in vtilitatem creditoris. Bart.

XXVIII. PAVLVS *libro trigensimooctauo ad Edictum.*

Debitores soluendo ei qui pro tutore negotia gerit, liberantur si pecunia [p] in rem pupilli peruenit.

Obligatio specierum diuiditur per quotas: obligatio generis vel quantitatis diuiditur numero. Bar.

XXIX. VLPIANVS *libro trigensimooctauo ad Edictum.*

Cum Stichus & Pamphilus communi seruo promissi sunt: non alteri † Stichus, alteri Pamphilus solui potest: sed dimidiæ singulorum partes debentur. Idémque est si quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos dare promisit: aut communi duorum seruo homines [q] decem dare promisit. Nam ambigua [r] vox est decem homines, quemadmodum decem denarij: atque veriusque rei dimidiū duobus modis [s] intelligi potest. Sed in nummis, & oleo, ac frumento, & similibus quæ communi specie continentur, apparet hoc actum, vt numero diuidatur obligatio, quatenus & cōmodius promissori stipulatoribúsque est.

† Hæc verba alteri Stichus alteri Pamphilus semel tantum Fl. posita, videntur grandibus literis esse scribenda, vt bis legi debeant comm. scilicet non promissi sunt non alteri Stichus alteri Pamphilus solui non potest.
d addc l. ex facto. l. de pecu.

p ¶ *Debitores.*] Si [d] pecunia. ita demum. sed in eo qui vero tutori soluit, dic vt ℥. eo. l. pupillo. Accur.

Cum Stichus.] CASVS. Quādo duæ species promittuntur duobus creditoribus: nō potest vni vna solui, alteri alia: sed debet cuilibet dimidia solui. sec [c] est in sūmis: quia possunt solui cuilibet vna summa: sicuti si tu promittis duobus viginti potes cuilibet decem soluere: quia in sūmis promissis apparet hoc actū, vt diuidatur actio per numerum. Lex sequēs plana est. Fran.

q ¶ *Homines.* s. specialiter designatos: alioquin contra *vt ℥. de ver. obli. l. in executione. §. pro parte. & le. in stipulationibus.* & hoc est, nam ambigua est &c. nā in genere fuit ita facta promissio.

r ¶ *Ambigua.* id [e] est confusa propter generalitatem [f], quando scilicet in genere facta esset promissio.

s ¶ *Duobus modis.* & in specie, & in numero. *& facit ℥. de condi. indebi. l. si pœna. §. si falso. & ℥. si cert. pet. nam & si fur. in fin. & de verb. oblig. si centum.*

e Ambigua dicuntur, quæ confusa sunt propter generalitatem.
f Generalitas est vitanda. concor. text. & ibi Gl. in l. ad. & contra de rescrip.

Creditori qui pecuniam debitam oblatam sine iusta causa nolit accipere, denegatur actio. Pau.

XXX. IDEM *libro quinquagensimoprimo ad Edictum.*

Si debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditor nollet accipere: prætor ei denegat actiones [t].

t *Si debitor.*] *Actiones.* Vel [g] dicas q̄ debitor obtulit, cōsignauit, & deposuit: & tunc ipso iure denegatur actio: *vt ℥. depositi. l. j. §. si pecunia.* 2 Vel dic quòd obtulit in iudicio. & tūc denegatur ope exceptionis [h]: *vt ℥. de pig. act. l. si rem. §. si.* 3 Vel tertio dic q̄ extra ius fuit oblata, & postea amissa: *vt ℥. eo. l. qui decem. in princ. & de except. doli. l. si opera.* Sed huic est contra. *℥. eod. creditor.* Solu. vt ibi. Item eidem contra *supra de arbi. leg. sed si postea.* Solu. ibi non fuit amissa. *& facit Cod. de condic. ex lege. l. fina. & l. si rem. in fi. de ad-*

g Oblatione an. qua & quā do liberatur debitor.
h Oblatio iudicialis ipso iure liberat debitorem, vt hic. Imò liberat tantum pignoris non sortis tantum. l. acceptam. C. de vsuris. quod & Bartolo videtur hac lege sibi tamen contrario in l. si rem. in fi. de pignor.

de admini. tu. l. tutor pro pupillo. §. fin. & C. de vsur. l. acceptam.

INter artifices.] CASVS. Tu eras bonus scriptor, ita quòd nullus melior erat in hac ciuitate, quàm tu: ideò ego eligens industriam tuam, conduxi operas tuas, vt mihi librum scriberes. tu locasti librum scribendum alij. an libereris? Respond. quòd non: quia ego elegi tuã industriam: & ideò non potes alium loco tuo substituere. & sic intellige de quolibet artifice cuius industria eligitur. Cætera vide hic in Glo. Fran.

In operis artificialibus in quibus versatur ingenium & disciplina: in dubio intelligitur persona industria electa. Bal.

XXXI. IDEM libro septimo Disputationum.

INter artifices † longa differentia est & ingenij[a] & naturæ, & doctrinæ[b] & institutionis[c]. ideo si nauem à se fabricandam quis promiserit, vel insulam ædificandam, fossámve faciendam, & hoc specialiter[d] actum est, vt suis operis id perficiat: fideiussor ipse ædificans, vel fossam fodiens non consentiente stipulatore, non liberabit reum[e]. Quare[f] etiam si illis stipulationibus fideiussor accesserit, *Per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat?* prohibens ire fideiussor stipulationem non committit. & si patientiam[g] præstet, non efficiet quo minus committatur[h] stipulatio.

Debitor soluens ei cui erat ablata potestas recipiendi, liberatur si ignorabat causam ablationis. Item procuratori qui exequitur mandatũ postquam est reuocatus: non imputatur si reuocationem ignorabat. Paul.

XXXII. IVLIANVS libro tertiodecimo Digestorum.

SI seruus peculiari nomine crediderit, eique[i] debitor, cum ignoraret dominum mortuum[k] esse, ante aditam[l] hereditatem soluerit, liberabitur. Idem iuris erit & si manumisso[m] seruo debitor pecuniam soluerit, cum ignoret[n] ei peculium concessum non esse. Neque intererit, viuo, an mortuo domino pecunia numerata sit. nam hoc quoque casu debitor liberatur: sicut is qui iussus est à creditore pecuniam Titio soluere, quamuis creditor mortuus fuerit, nihilominus rectè Titio soluit, si modò ignorauerit[o] creditorem mortuum esse.

Si res soluta adiecto euincatur, agitur actione personali. Pau.

XXXIII. IDEM libro quinquagesimo secundo Digestorum.

QVi sibi aut Titio fundum[p] dari stipulatus est: quamuis fundus Titio datus fuerit, tamẽ si postea euictus est, habet actionem[q]: quemadmodum si hominem stipulatus esset, & promissor statuliberum Titio dedisset, isque † ad libertatem peruenisset.

Solutio vel obligatio rei deterioratæ facto debitoris, eum non liberat. Bartolus.

1 ¶ Qui Stichũ aut Pamphilũ dari[*] promisit: si Stichũ vulnerauerat, non magis eum dandũ liberatur, quàm si solum Stichũ promisisset, & à se vulneratum[r] ...

---

a ¶ *Ingenij*. id est studij: quod ingeniũ quæritur cultura laboris: & naturæ id est naturalis ingenij. 2 Vel ad idem, id est ingenij naturalis.

b ¶ *Doctrinæ*. vel quia melius scit docere. 3 Vel quia melius est doctus.

c ¶ *Institutionis*. i. ordinationis faciendæ pro opere: vel institutæ doctrinæ.

d ¶ *Specialiter*. videtur[a] autem hoc agi cũ dicitur, promittis te facturum vel facere foueam: vel nisi aliud sit verisimile: vt si est monachus promissor, vel miles: quo casu per alium faciendo poterit liberari.

e ¶ *Reum*. etiam simili opera. est enim aliud artificiũ fideiussoris[b], quàm rei & ideò non id quod promissum est, videtur solutum. Sed cõtra. ĩ. de duo. rei. l. nemo. Sol. hic agitur inter partes vt etiam diuersorum heredum operæ intelliguntur. *item fa. supra de lega. ia. leg. pedicompisse. §. fin. & supra de statulib. leg. Stichum. §. fin. & C. de cadu. tollend. §. at autem.*

f ¶ *Quare*. similitudinem facit inter eas quæ sunt in faciendo, & illas quæ sunt in[c] non faciendo, vt patiendo: quæ[d] etiam in faciẽdo dici possunt: vt ĩ. de verb. obliga. l. vbi autem. §. qui id.

g ¶ *Patientiam*. scilicet fideiussor.

h ¶ *Committatur*. eo prohibente, & committatur aduersus se reum. & facit supra de verb. oblig. l. cum filius. §. j. & leg. si stipulatus fuero. in prin. Vides ergo quòd fideiussor non tenetur in mora sua: & est hoc ideò quia quotiens factum in stipulatione cõtinetur: promissor ad duo tenetur, ad factum scilicet, & ad interesse: fideiussor ad solum interesse. Sed in quodam casu licet factum sit in obligatione, tenetur fideiussor ex mora sua: *vt supra de ope. liber. l. si libertus.*

SI se ruus.] CASVS. Seruus Titij Stichus cum haberet peculiũ, dedit mutuo c. Seio, moritur Titius relicto herede. Sei[*] ignorans Titium mortuum, ante hereditatem aditam soluit huic Sticho seruo, an liberetur? Respon. quòd sic. Idem est si Seius soluerit huic seruo post eius manumissionem: cum ignoraret eũ esse manumissum. Cætera plana sunt vsque in fi. l. Fran.

i ¶ *Eique*. non manumisso: vt differat à sequenti. 2 Vel dic manumisso: in vltima voluntate: vt etiam differat à sequenti.

k ¶ *Mortuum*. aliàs videtur peculium ademptum: & sic non liberatur soluendo ei: vt ĩ. si cert. pet. l. eius. §. placebat. & ĩ. de pec. eius qui me liber. l. j. licèt sit contra. *supra de institu. si quis mancipia. §. j. impubes*. Sol. vt in d. l. eius.

l ¶ *Aditam*. quo tempore maximè dubitatur: quia nullius in potestate esset. Idem tamen est etiam hereditate adita.

m ¶ *Si manumisso*. scilicet inter viuos.

n ¶ *Ignoraret*. est enim iusta[e] ignorantia, cum inter viuos fit manumissus: vt C. de pecu. eius qui lib. meleg. j. & fa. supra eod. si quis seruo. j. respon. & supra de actio. & obligat. leg. serui. in fin. & supra de condic. inde. si non sortem. §. qui filio. & infra eod. leg. quod seruus. j. respon.

o ¶ *Ignorauerit*. sed si scit mortuum, tacitè[a] reuocatum mandatũ scire debet: vt Inst. de manda. §. recte. & ĩ. manda. l. inter causas. §. j. & de dona. l. hoc iure. §. si quis dederit.

QVi sibi.] CASVS. Tu promisisti mihi aut Titio fundum Cornelianum. & potes ipsum soluere Titio qui est additus in obligatione ad solutionem. Ponamus ergo quòd ipsi Titio soluisti dictum fundum. venit Sépronius qui dictum fundum euincit à Titio. quæritur, nun quid ego possum agere contra te ad fundũ? Respon. quòd sic. & ponit exemplum: sicuti si hominẽ aliquis mihi promiserit qui erat statuliber: & postea perductus est ad libertatem quam mihi soluerat: certè possum ab eo iterum hominẽ petere. [QVISTICHVM] Titius promisit mihi Stichum aut Pamphilum. Titius homo furibundus vulnerauit Stichũ: & sic eũ mihi soluit. quærit, an liberetur? Res. q. non: sicut etiam non liberaretur si solum Stichum promisisset, & eum vulneratũ soluisset. [ITEM QVI.] Iste §. quasi idẽ dicit quod super. or. f. quòd si quis debet hominẽ, & offert eũ vulneratũ: nõ liberatur. Item si accepto iudicio vulneratũ à se, vel vulneratum ab alio ipse offerat, non liberatur. Fran.

p ¶ *Qui sibi aut Titio fundum*. in specie, aliàs non valet: vt supra de verbo. oblig. l. ita stipulatus.

q ¶ *Actionem*. pristinam[b]: vt ĩ. de verb. obl. l. Iulianus. §. j. & C. de transac. l. si pro fundo. §. ex stipulatione. & ĩ. eo. l. etiam & supra de act. empt. l. datio. in pr. n. & de rei vin. l. ex diuerso[c]. §. vbi. & ĩ. de qui hominem. §. j. in prin. Accur.

r ¶ *Si hominem*. in genere. nam secus[d] contingeret si certus homo promissus esset: vt supra de verb. oblig. l. si qui alienum. & l. si forum. ad prin. §. fin autem. quæ sunt contra. & facit ĩ. de cond. inde. l. Neratius. & ĩ. eo. cum quis. §. qui hominem.

s ¶ *Fin dãdo*. hic & inferioribus casib[e] dic nõ liberatur. s. ab hac actione de dolo: sed à pristina liberatur: vt in contrario. ĩ. de dol. l. & elegãter. §. nõ solũ. similis lectio est ĩ. manda. l. si mandato meo. §. fi. 2 Vel aliter, si à se vulneratũ offerat sine pretio deteriorationis, & illo nolẽte accipere perierit postea: nõ liberatur debitor si creditor habuit iustã causã nõ accipere: alioquin aliud esset: vt ĩ. e. creditor. & l. qui decem. in prin. & eo casu loquitur hic. ¶ Et quod dicit dãdo. i. dare volẽte. & daret. i. dare vellet. sic ĩ. de verb. oblig. l. stipulatus sum Damã. in Gl. j. nõ post dicit offert. Si autẽ daret, & ille acciperet: hoc[f] ipso videt remittere pretiũ deteriorationis, vt liberetur ab actione qua tenebat: vt ar. ĩ. si quis cau. l. j. in prin. & de eo q certo l. fin. ergo dabitur pro eo, q deterior est factus, actio de dolo: & sic loquitur lex illa, & eleganter. 3 Vel aliter de stricto iure necesse est dare actionem de dolo, cum alia nõ sit: liberatur enim dando: & sic loquitur lex, & eleganter. sed de æquitate nõ liberatur: & sic datur pristina. & ita de æquitate nõ datur de dolo. 4 Vel dic vt hic esse solutã, & non dari pristinã actio. ad deteriorationẽ: sed ad cætera dãna rerũ statũ distractarũ datur de do lo: vt ibi. & in eod. l. & eleganter. §. si dolo malo procurator.

t ¶ *A se vulneratum*. secus si ab alio: vt ĩ. loca. l. sed & de damno. Item & quando à se, dic sine causa: aliàs non tenetur: vt ĩ. de verb. oblig. qui seruum. Accur.

¶ Substituti opera in lege dorti quis an possit: addi Gl qua allegat ... frumen ro. ... l. ... raliter. in verbo. ... de coll. in prog. ... ss. fed verum posse add. Bar. l. ... supra de duo. rei. ... ad rem.

a Præsumitur in dubio electa persona industria maximè si artificium quod quis stipulatur est, conuenit personæ promissoris: tunc enim videtur industria ipsius promittentis electa: ita vt vicaria opera vti aut se liberare non possit. adde quæ scripsi ad ...

b Fideiussor an & quando possit accedere faciendi obligationi, adde Bar. ... l. si quis pro eo ... l. ... de duob. rea.

c Patiens facere non videtur, licet suo modo nõ faciens facere videatur.

d Faciendi appellatione, nõ facta etiã continentur.

e Ignorari iuste possunt facta aliena.

a Mandatum tacite morte reuocatum intelligitur.

b Euicto in solutum accepta, actione pristina, hoc est personalis agitur.

c ex diuerso.

d Hominis in genere & in specie debiti differentia.

e Soluẽs, rem à se deteriorata ... actione liberetur? Dic vt hac Gloss.

f Solutionẽ deterioratam accipiens creditor, videtur remittere pretium deteriorationis, vt ... elegant. ... non solum sup. de dolo. quod Dyno displicet. Tu vero distinctione Bartoli hac.

g Verba dictus, plerumque pro potentialibus accipiuntur.

† Lumini videtur seruus acceptus, cũ ad libertatem inuito accipiente, peruenit.

* dare.

a ¶ *Qui hominem*.in genere promissum.
b ¶ *Vulneratum*.à se,vel ab alio.
c ¶ *Non liberatur*.expone vt supra.
d ¶ *Si hominem*.scilicet in genere promissum.
e ¶ *Condemnandus*.tenebatur enim in genere:*vt* ʒ.posuit. secus si in specie:*vt* ʒ.*loca.l.sed & de damno.*

daret Item qui hominem[a] dari promisit, & vulneratum[b] à se offert:non liberatur[c]. Iudicio quoque accepto si hominem[d] is cum quo agetur, vulneratum à se offert:condemnari debebit. Sed & ab alio vulneratum si det, condemnandus[e] erit, cum possit alium dare.

Si solutum adiecto, ex postfacto apparet indebitum: repetitur à creditore. Paulus.

XXXIV. IDEM *libro quinquagesimo quarto Digestorum.*

QVi hominem aut[*] decem tibi aut Titio dari promisit[f]: si Titio partem hominis tradiderit, mox[g] tibi decem numerauerit:non Titio, sed tibi[h] partem hominis condicet, quasi indebitum[i] tua voluntate Titio[k] solueris. Idemque † iuris erit etiam si mortuo Titio decem soluerit[l], vt tibi potius quã heredi Titij partem hominis condicat.

In obligatione generis solutione partium in diuersis rebus non contingit liberatio, etiã si fiat diuersis personis, vel à diuersis. Pau.de Cast.

1 ¶ Si duo rei stipulandi hominẽ dari stipulati fuerint, & promissor vtriq; partes diuersorum hominum dederit: dubium non est quin non liberetur[m]. Sed si eiusdem hominis partes vtrique dederit, liberatio contingit: quia obligatio communis[n] efficiet, vt quod duobus solutum est, vni solutum esse videatur. Nam ex contrario cum duo fideiussores hominem dari spopõderint, diuersorum quidem hominum partes dantes non liberantur[o]: at si eiusdem hominis partes dederint, liberantur.

Solutio facta adiecto de eo quod est in solutione, liberat soluentem à principali creditore, etiã de eo quod est in obligatione. P.

2 ¶ Stipulatus sum decem mihi, aut hominem Titio dari, si homo Titio datus fuisset, promissor à me liberatur[p]: & antequam homo daretur, ego decem[q] petere possum.

Reuocatio mandati non nocet debitori soluenti in cuius notitiam non peruenit. Bartolus.

3 ¶ Si Titiũ omnibus negotiis meis præposuero: deinde vetuero eum ignorantibus debitoribus administrare negotia mea: debitores ei soluendo liberabuntur[r]. Nam † is qui omnibus negotiis suis aliquem proponit[*], intelligitur etiam debitoribus mandare vt procuratori soluant[s].

Soluens falso procuratori qui nunquam habuit mandatum, non liberatur etiam si soluat bona fide credens ipsum habere mandatum. Item si habuit mandatũ, & fuit reuocatum: & soluens hoc sciebat: vel scire poterat. P.

4 ¶ Si nullo mãdato intercedente debitor falsò existimauerit volũtate mea pecuniã se numerare, non liberabitur: & ideò procuratori qui se vltro alienis

QVi hominem.] CASVS. Stipulatus sum à te mihi aut Titio dari decẽ, aut hominem:tu soluisti partem hominis Titio: statimque mihi soluisti decem. certè tu potes partem hominis condicere à me, quasi mea voluntate Titio solueris indebitum. Idem iuris est si Titius mortuus est cui partẽ hominis solueras, & postea x. soluerismihi. nam tu poteris à me condicere potius quã ab heredibus Titij. [SI DVO.] Titius & Mæuius stipulati sunt hominẽ à Gaio: Gaius soluit partem Pamphili Titio, & partem Stichi Mæuio. & diuersorum hominũ partes ipsis duobus reis stipulandi soluit. an liberetur Gaius? Respon. quòd non. si verò tantum Pamphili partes vtrique soluisset, tunc liberaretur: quia communis obligatio hanc naturam habet, vt quod duobus soluitur, vni videatur esse solutum. Idem est in duobus fideiussorib[*], quòd si vnum hominem promiserint, non liberantur soluendo partes diuersorũ hominum: sed bene soluẽdo partes vnius hominis vtrique reo stipulandi. [STIPVLATVS SVM.] Tu promisisti mihi x. aut Titio hominem dare. tu soluisti Titio hominem. an sis liberatus? Respon. quòd sic: sed antequam tu dares hominem Titio, ego poteram x. petere. [SI TITIVM.] Titium probum hominem, eo quòd adesse non poteram, omnibus negotiis meis præposui. postea vetui eum administrare negotia mea, ignorantibus debitoribus meis. ipsi soluerunt huic Titio: an liberentur? Respon. quòd sic, ex quo ignorauerunt eum esse reuocatum ab administratione. & reddit iuriscon. pulchram rationẽ primi dicti: quia qui aliquem præponit omnibus negotiis suis, videtur etiam debitoribus suis mandare vt illi soluant. [SI NVLLO MANDATO.] Tu qui debebas mihi c. putabas quòd mandassem Titio vt pecuniam à te exigeret: & sic ei soluisti, certè tu non liberaris: quia nemo soluendo ei qui se offert negotiis alienis, liberatur. [ET CVM FVGITIVVS.] Stichus seruus meus fugiens à me, rem aliquam mihi surripuit: & cum esset in alia prouincia vbi non cognoscebatur, gerebat se pro libero: & rem meam vendidit. emptor soluit ei pretium. quæritur, vtrum à me liberetur? Respon. quòd non. [SI GENER.] Sempronius dedit Bertam filiam suam in vxorem Seio: & dotẽ mille aureorum. solutum est aliqua causa matrimonium. Seius gener soluit dotem Sẽpronio socero suo ignorãte filia. dicitur hic quòd ipse gener non liberatur nisi filia illam solutionem ratam habeat. nã filia est particeps huius obligationis. [SI DEBITOREM.] Seius erat debitor meus in c. iussi eum Titio dare hãc pecuniã, cui volebam donare c. Titius hanc summam accepit ea mẽte vt eam mihi daret, non pro se retineret. an Seius debitor liberetur à me? Respon. quòd sic. sed si Titius postea hanc pecuniam mihi det, fiet mea. [QVIDAM FILIVSFAMILIAS.] Titius vendidit cuidam filiofam. equum pro c. aureis, & fideiussores ab eo accepit. iste Titius instituit heredem istũ filiumfam. qui iussu patris sui adiuit hereditatem. hic quæritur, vtrum pater possit conuenire fideiussores: Respond. quòd nõ: quia quotiens ille qui accipit fideiussores ab aliquo reo, instituit reum heredem, fideiussores liberantur: quia non possunt eidem pro eodem teneri. [SI PRÆDO.] Aliquis, putà Seius, possidebat hereditatẽ nullo titulo, sed tanquam prædo exegit debita à debitoribus hereditariis. conuentus est iste prædo petitione hereditatis à Titio, & victus, ita quòd cum aliis fructibus & rebus restituit etiam debita quæ exegerat. quæritur, vtrum debitores liberentur? Respond. quòd sic. §. seq. planus est. [QVI PERPETVA.] Tu debebas mihi centum aureos. feci tibi pactum de nõ petendo. si tu soluis, potes repetere: & ideò si ex duobus reis promittendi alter fecerit pactum ne ab eo petatur: si soluat, nihilominus alter correus suus remanet obligatus: quia soluens potest pecuniam repetere. Fran. Accur.

f ¶ *Promisit*. ergo est hæc alternatio rerum & personarum. Azo.
g ¶ *Mox*. id est postea.
h ¶ *Sed tibi*. In eum enim competit condictio indebiti, cuius nomine solutio est facta: *vt infra rem ra.ha.l.si indebitum.in prin.& l.si fine.j.respon.*
i ¶ *Indebitum*. Quod ex postfacto apparet: *vt* ʒ.*de condic.inde.l. si non sortem.§. si decem.* Item facit *arg.*ʒ.*eod. leg.fugitiuus.in fine.*
k ¶ *Titio*.non[a] eadem ratio est totius ad partem: *vt in hac leg.j.respon.&* §.j. Nam & soluendo totum[b] hominem, in solidum liberatur: soluendo partem, pro parte non liberatur. ad quod est ʒ.*de verborum obligatio.leg.y.circa princip. & de legat.j.si quando.§.heres.*
l ¶ *Soluerit*.scilicet tibi.
m ¶ *Non liberetur*.i.non liberatur: & alias est quin. & aliàs est quin non. *& facit* ʒ.*l.proxi. in prin.*
n ¶ *Communis*.ideóque cum sint socij, res est communicanda[c]: verè tamen sunt duæ: & vnicuique sua propria est quæsita: *vt* ʒ.*de duobus reis.l.eandem.§.fin.& l.iij.in fin.*
o ¶ *Non liberantur*.facit *supra de condict.indeb.l.si non sortem.§.fin. &* ʒ.*de opti.lega.l.seruo generaliter.&* j.*ea.l.§.penul.*
p ¶ *Liberatur*.quia aliud[d] pro alio dare potest volenti creditori: *vt supra de constitu.pecu.leg.j.§.antepen.* ¶ Et dic liberatur, scilicet per exceptionem, non ipso iure: *vt supra de verbo. oblig.leg.si.§.cum mihi.*
q ¶ *Decem*.qui sola erant in obligatione.
r ¶ *Liberabuntur*.ipso iure, si bona fide acceperat vt saluam faciat domino: alioquin per exceptionem: *vt* j.*eo.l.cum quis.§.j.*
s ¶ *Vt procuratori soluant*. sic etiam prohibendo[e] administrare, prohibetur etiã solui ei: *vt supra eo.l.quòd si forte.§.j.* Item & generali mandato videtur mandare vt creditoribus soluatur: *vt* ʒ.*de condic. indebi.l.si procurator.&* j.*eod.l.quolibet.& supra de procura.l.procurator cui libera.& l.seq.*

† Heredis persona conditio obligationis mutari nõ debet. *arg.l.2.§.ex his.de verb.oblig.*

† Mandare creditoribus videtur vt soluant procuratori, qui procuratorẽ ad solutionẽ recipiendam facit.
* præponit.

a Interdũ nõ eadem ratio est totius ad partẽ, quæ partis ad totum.
b Homo nisi totus solui non potest.
c Solutione integrum debitum accipiẽs creditor tenetur partẽ socio credẽdi communicare, vt hic. Idẽ tenet Glo. in l. frater à fratre j.de condic.indeb. & in l.si Titio aut Seio.sup.de leg.1. Dynus in l.1. & Auth. hoc ita. Cod de duobus reis. Contra videtur in l. in lege Falcidia hoc ff. & ad l. Falcidiam. Dic vt per Bar.solum hic.
d Aliud pro alio volenti creditori dari potest.
e Solui alicui prohibet, qui vetat eũdem administrare.

Nemo

negotiis offert, soluendo nemo liberabitur[a]. 5 ¶ Et cũ fugitiuus[b] qui pro libero se gerebat, rem vendidisset: responsum est, emptores fugitiuo soluentes à domino liberatos non esse.

Restituens dotem profectitiam patri sine voluntate filiæ, non liberatur à filia: & ideò potest repetere. Paul.

6 ¶ Si gener socero † ignorante filia, dotem soluisset[c], non est liberatus, sed condicere socero potest: nisi ratũ filia habuisset[d]. Et propemodum[e] similis est genero qui absentis procuratori solueret, quia in causam dotis particeps, & quasi socia[f] obligationis patri filia esset.

Soluens alteri de mandato creditoris, liberatur: licet ille non recipiat eo animo quo creditor sibi solui mandauit. Paulus.

7 ¶ Si debitorem meum iussero pecuniam Titio dare, donaturus ei: quamuis Titius ea mente acceperit, vt meos nummos faceret, nihilominus debitor liberabitur. sed si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset[g], nummi mei fient.

Si debitor succedat creditori, liberantur fideiussores: licet hereditas momento penes eum non remaneat, sed adquiratur patri in cuius est potestate. Paul.

8 ¶ Quidam filium familias à quo fideiussoré acceperat, heredem instituerat. quæsitum est, si iussu patris, adisset hereditaté, an pater cum fideiussore agere posset. Dixi, quotiens reus satisdandi, reo satis accipiendi heres extiteret: fideiussores ideò liberari[h] quia pro eodem apud eundem debere non possent.

Solutũ prædoni, & ab eo vero heredi restitutũ, liberat soluentem. Bald.

9 ¶ Si prædo id quod à debitoribus hereditariis exegerat, petendi hereditatem restituerit, debitores liberabuntur[i]. 10 ¶ Si decem aut hominem dari stipulatus fuero, & duos fideiussores accepero Titium & Mæuium, & Titius quinque soluerit; non liberabitur prius quàm Mæuius quoquoquinq. soluat. Quòd si Mæuius partẽ[k] hominis soluerit, vterque obligatus remanebit.

Eadem solutio non potest parere liberationem & repetitionem. Bar.

11 ¶ Qui perpetua exceptione se tueri potest solutum repetit[l]: & ideò non liberatur[m]. Quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit[n] ne ab eo peteretur: quamuis soluerit[o], nihilominus alter obligatus manebit[p].

Debitor meus ex contractu celebrato cum seruo meo, soluendo liberatur à me, etiam si erat alienatus vel manu missus: dummodo hoc ignoret, vel saltem peculij ademptioné. P. de Ca.

XXXV. ALPHENVS VARVS *libro secundo Digestorum à Paulo epitomatorum.*

QVod seruus ex peculio suo credidisset, aut deposuisset: id ei, siue venisset, siue manu missus[q] esset, rectè solui potest: nisi aliqua causa interciderit ex qua intelligi possit, inuitó eo cuius tum is seruus fuisset, ei solui. Sed & si quis dominicam pecuniam ab eo fœneratus esset[r]: si permissu domini seruus negotium dominicum gessisset, idem iuris est[s]. Videtur † enim voluntate domini, qui cum seruo negotium contraherent, & ab eo accipere, & ei soluere.

Sententia absolutoria præiudicat actori in eo quod ex postfacto apparebit ipsum petere potuisse: alteri verò non præiudicat. Paul.

XXXVI. IVLIANVS *Libro primo ad Vrseium Ferocem.*

SI pater meus prægnante vxore relicta decesserit[t], & ex causa hereditaria totum hoc quod patri meo debitum fuisset, petissem[t]: nihil me consumpsisso[u] quidam existimant. si nemo natus sit rectè me egisse[x],

a ¶ *Nemo liberatur. vt & s. de cond. ind. l. si vrbana. §. nam si seruus. & §. quod si vellutas. & s. si cer. pe. l. cum fundus. §. j.*

b ¶ *Et cum fugitiuus.* Imò contra. s. eo. l. *fugitiuus. in fi.* Sol. vt ibi. & *facit s. de pecu. l. libera.*

c ¶ *Soluisset.* soluto matrimonio & idem est si soli filiæ soluisset.

d ¶ *Habuisset.* vt s. *de neg. gest. l. si ego.*

e ¶ *Et propemodum.* nã non est procurator, sed particeps obligationis vt filius vel socius: & ideò dicit propemodum.

f ¶ *Socia.* non[b] est sic socia vt sũt duo rei stipu. quia nõ si vni soluatur, contingit liberatio ab altero: sed sic dicitur actioné esse communem quia filia mortua competit patri in solidũ. [2] Itẽ patre mortuo, vel ea emancipata, filiæ competit in solidum: *vt supra solu. matri. l. ij. §. j. & l. sq. & leg. dotem. & C. de rei vxo. act. §. & hoc. & C. solu. matri. leg. q. & leg. filia. & supra de leg. q. l. Titia. §. mutata. & supra ad legem Falcidiam l. pater filiam. in prim.*

g ¶ *Mihi dedisset.* & tradidisset. ¶ Sed interim cuius est? Resp. debitoris non, *argu. supra de adquirend. poss. l. quod meo. §. si furiosi.* (Sed arg. contra. s. *de vi & vi arm. l. cum fundum. & j. eo. l. cum quis. §. si debitorem.*) Item Titij non, quia non habuit animum vt sibi adquireretur vel donaretur: & dissensus impedit donationé: *vt s. si cert. peta. l. si ego.* Item creditoris non, quia non volebat quæri sibi: sed postea cum ipse ratum habet. vel accepit pecuniã, fit sua: & sic fingitur retro fuisse sua. Sed in veritate nullius[c] interim fuit: *vt diximus supra de neg. gest. l. si ego.*

h ¶ *Liberari.* Immò videtur quòd pater possit fideiussores cõuenire: quia nullo momento videtur hereditas fuisse penes filium: *vt supra de adquir. hered. l. placet.* & sic videtur quòd debitor non successit creditori, & ideò extinguitur obligatio principalis. imò pater successit creditori. Respond. hic non respondet quæstioni: sed dicit, quotiens &c. At in quæstione præmissa non successit debitor, id est filius, vt dictũ est. igitur non confunditur obligatio: & sic poterunt conueniri fideiussores. [2] Vel aliter: licet tantũ filius teneatur, tamen pater conuenire fideiussores non potest: quia ipse est heres creditoris nomine filij & ex filij persona: inde est quòd legata ex filij persona soluit, *vt supra de leg. j. leg. cum filio.* & ideò cum ex persona filij agat: tã filius quàm fideiussores sunt liberati hereditate patri per filium adquisita. [3] Vel aliter: pecunia mutuata filio conuersa fuit in rem patris: vel iussu patris erat mutuata filio: & sic tenebatur pater de in rem verso, vel quod iussu. vnde cum ipse successerit creditori: confusa[a] est obligatio, & sic fideiussores liberati. *& facit supra de fideiusso. l. heres. à debitore. §. seruo tuo. & de peti. hered. l. si quid. §. fin. & l. sed & si lege. §. si minori. & de condic. indebid. si vrbana. & ad Velle. l. tutor. & de fideiuss. l. Vranius.*

i ¶ *Liberabuntur.* vt & *supra de leg. ij. l. si quis duobus.*

k ¶ *Partem.* iam à Titio quinque solutis. *ad quod est s. eo. l. j. §. j. & s. de cond. indeb. l. si non sortem. §. pen.*

l ¶ *Repetit.* vt[b] *s. de cond. inde. leg. qui exceptionem. & s. ad Maced. l. cum tamen.* Accur.

m ¶ *Liberatur.* ab illa obligatione inefficaci qua tenebatur: & est bona ratio: quia duos contrarios[c] effectus eadem solutio nõ operatur: *vt hic & supra de condi. inde. l. cum. u. §. j. & s. de tributo. l. aliàs. ibi, cum igitur. & C.* Sed contra. *infra eadem numeratio bus. in fi.* Sol. vt ibi.

n ¶ *Pepigerit.* Ergo nec pactio, quia nõ erant socij, prodest correo: *vt s. de arbi. si duo. & de lib. leg. l. iij. §. j. & de pact. l. idem in duobus.* nec solutio, quia repetitur pecunia: secus in acceptilatione vt in contrario. *s. tit. j. l. si rem. §. j.* Accur.

o ¶ *Soluerit.* scilicet ille qui postea pacto facto fuerat liberatus.

p ¶ *Manebit.* quia ille qui soluit, repetit.

Q*Vod seruus.*] CASVS. Habebam seruum cum peculio suo. ille seruus mutuauit pecuniam aliquibus: postea est venditus vel manumissus. quæritur, vtrum debitores ei rectè soluẽt id quod ex peculio mutuauit? Respond. quod sic, nisi appareret aliqua manifesta causa qua posset cognosci dominum noluisse illi seruo solui: idem est si iste seruus gessit negotia domini. cætera clara sunt l. sequẽtem vide per te. Franc. Acc.

q ¶ *Manumissus.* vel non manumissus: *vt s. eo. l. fugitiuus. in fi.* nisi dominus sit mortuus, & hoc scit debitor: *vt s. eo. l. si seruus. & si cert. peta. l. eius qui.*

r ¶ *Fœneratus esset.* id est mutuam accepisset.

s ¶ *Idem iuris est.* quia liberatur soluens & ignorans eum alienatum vel manumissum: *vt s. eo. l. si nummi seruo. & facit s. depo. leg. quod seruus. & s. tit. j. l. non ideò nouare.*

t SI *pater meus.*] *Petiss em.* & sententia contra me lata fuisset.

u ¶ *Consumpsisse.* id est me non amisisse aliquo nato ex vxore postea. Sed malè putant: quia in quartam saltem mihi præiudico. *vt supra si pars here. peta. l. antiqui. & de suis & legi. l. intestato. §. est autem.*

x ¶ *Egisse.* & bene, quia &c. *vt s. si pars here. pet. l. illuc.* & sic me totum[d] amisisse: quia obstabit exceptio rei iudicatæ.

a Solutio fieri non potest ei qui nullũ mãdatũ habeat vt hic. An vero negotiorũ gestori? v. Roma. sing. 164.

b Societas in dote quæ sit inter patrem & filiam.

† Soluens cõiunctæ personæ (putà socero nomine vxoris suæ, quę patri suo coniũctissima est persona) soluẽdo non liberaturà creditore.

c Imò interim remanet soluentis, quia dominium nõ amittitur, nisi ei cui traditio adquiratur. l. cum quis. §. si debitorem. inf. eo. & l. nec vtilẽ sup. ex quibus caus. maiores. & ita post Gulielmum tenet Bartolus.

a Obligatio confunditur debitore succedente creditori.

b Solutum repetere potest, qui perpetua exceptione tueri se poterat, ne solueret.

c Solutio eadem contrarios effectus operari non potest. adde la. in enumerationibus inf. eo. & Dd. ap. c. decimo.

† Solutioni recipiendæ præpositus videtur, qui ad cõtrahendũ præpositus est.

d Hoc verũ: si certũ erat neminem nasciturum antequam ferretur sententia: arg. l. si rem. in fi. sup. de pig. act. aliàs, nisi erat certum, sententia contum præiudicabit in parte. Bart. dd.

a ¶ *Partem.* quia illam rectè potui petere: & ideò in illa obſtat mihi exceptio rei iudi. in cæteris non: *vt ſupra de except. rei iudi. l. ſi mater. §. eandem.* Sed certè nec prima quorundam, nec ſecunda Iul. ſententia tenet: quia ego nõ potui petere niſi quartam: & in illa obſtabit mihi exceptio rei iudi. *vt d. leg. antiquis. & l. j. in fin. & facit ſupra de iudi. l. ſed & ſi ſuſcitatur. §. fin. & de rebus. du. leg. verum.*

quia in rerum natura verum fuiſſet me ſolum heredem fuiſſe. Iulianus notat: Verius eſt me eam partem[a] perdidiſſe, pro qua heres fuiſſem, antequam certum fuiſſet neminem naſci: aut quartam partem, quia tres naſci potuerunt: aut ſextam, quia quinque. Nam & Ariſtoteles ſcripſit quinque naſci poſſe †: quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt: & eſſe mulierem Romæ Alexandrinam ex Ægypto, quæ quinque ſimul peperit, & tamẽ habebat incolumes & hoc in Ægypto adfirmatum eſt mihi.

Fideiuſſor ſoluens nomine rei, pro parte ſua ſe ſolum liberat. Paulus.

XXXVII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

QVotiens vnus ex fideiuſſoribus ſuam partem ſoluiſſet, tanquam negotium reo geſſiſſet: perinde habendum eſt, ac ſi reus ipſe vnius fideiuſſoris partem[b] ſoluiſſet[c]: ſed tamen, vt non ex ſorte decedat[d]: ſed is fideiuſſor ſolus liberatur, cuius nomine ſolutio facta fuerit.

Si conditio adiecti mutatur in deterius: ei non poteſt ſolui. Bar.

XXXVIII. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

CVm quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit: magis eſſe ait, vt ita demum rectè Titio ſolui dicendum ſit, ſi † in eodem ſtatu maneat quo fuit cum ſtipulatio interponeretur[e]. Cæterum ſiue in adoptionem ſiue in exilium ierit vel aqua & igni ei interdictum,

† In hunc locum copioſe differit Gellius li. 16. noct. Attic. c. 1. Cælius Rhod. li. 4. lect. antiq. c. 25.

QVotiens vnus.] CASVS. Duo erant rei promittendi: & duo fideiuſſores. vnus fideiuſſor gerẽdo negotiũ vnius rei ſoluit pro reo. perinde eſt dicendum ac ſi ipſemet reus ſoluiſſet partẽ vnius fideiuſſoris: tamen de principali ſorte nihil minuitur pro qualibet parte, ſed tantum pro parte illius qui ſoluit, vel pro quo ſolutum eſt. Franciſcus.

b ¶ *Partem.* putà medietatem debiti, cum ſunt duo fideiuſſores.

c ¶ *Soluiſſet.* ſpecialiter dimidiam pro illo ſoluo, cum duo ſint: vt dixi.

d ¶ *Decedat.* ipſo iure etiam modica: quia ille qui ſoluit, tantum cauſa ſui ſoluit. merito ergo de ſorte nihil decedit: cum adhuc ille teneatur in ſolidum: cum ipſo[a] iure non fiat diuiſio inter fideiuſſores: *vt ſupra de fideiuſ. l. inter fideiuſſores. & ſupra manda. l. Papinianus.* habebit tamen ſoluẽs, vt ille pro quo ſoluit reus, except. pro parte ſoluta: *vt ſupra de fideiuſ. l. inter eos. §. j. quæ eſt contra.* 2 Vel dic non ex ſorte, ſcilicet pro rata cuiuſque portionis, id eſt non vterque fideiuſſor liberatur pro rata: ſed ille ſolus cuius nomine eſt facta ſolutio. & quod dicit, liberatur, dic non ipſo iure, ſed per exceptionem: vt. dicto contrario & ſic ſecundũm vtranque ſolutionem liberatur fideiuſ. per except. 3 Vel ſolue: hic inſolidum, ibi in partes tenebatur. *& adde quod not. ſupra e. l. in his. §. ſi duos.* ADDITIO. Iſtæ duæ ſol. glo. non ſunt veræ, ſecundũm Bart. hic: ideò dic ſecundũm eundem, quòd ante ſolutionem nullus fideiuſſorum liberatur ipſo iure, ſed per exceptionem deſcendẽtem ex epiſtola, ſi ſunt ſoluendo: *vt ſ. eo. l. inter fideiuſſores,* aut poſt ſolutionem: & tunc aut fideiuſſor ſoluit pro parte ſua tantũ, hoc exprimendo: aut ſoluit ſimpliciter. primo caſu pro parte ſoluta liberatur ipſo iure. caſus eſt hic. pro alia parte, quæ reſpicit fideiuſſorem, liberatur ope exceptionis taciti pacti: *vt l. ſi creditoris. C. de pac. & ſ. eod. in his. §. j. ſi verò ſoluit ſimpliciter:* tunc loquitur. *l. inter eos. §. j. ſ. alleg.*

a Diuiſio ipſo iure nõ fit inter fideiuſſores.

CVm quis.] CASVS. Planum eſt hoc principium. [SI DEBITOREM.] Habebam creditorem Titium, & debitorem Mæuium. iuſſi debitorem Mæuium ſoluere Titio creditori meo. poſtea ipſo ignorante vetui ne Titius hanc pecuniam acciperet. Si debitor ſoluerit, liberatur ſi Titius acceperit hanc pecuniam non animo lucrifaciendi eam vel furandi. Nam ſi animo furandi acceperit, nummi remanent debitoris: & ſic non liberatur à me. tamen ſi iſte Mæuius debitor meus vult mihi cedere condictionem furtiuam quam habet contra Titium creditorem meum dabitur ſibi exceptio contra me. & ponit exemplum à ſimili: Si maritus habeat debitorem in centum: & volens donare vxori iubeat debitorem ſoluere hanc pecuniam vxori: certè debitor non liberatur: quia nummi non fiunt mulieris. donatio enim inter virum & vxorem non valet: tamen ſi iſte debitor vult cedere condictionem marito, quam habet aduerſus mulierem, poterit vti except. aduerſus maritum ſi petat ab eo. Itẽ ſi mulier hanc pecuniam acceperit animo lucrifaciendi, vel furandi: competet marito poſt diuortium actio furti contra mulierem: quia intereſt mariti nummos non intercipi. [DE PECVLIO.] Habebam ſeruum cui dederam peculium vt negotiaretur. iſte ſeruus contraxit cum Mæuio ita vt ei deberet c. & dedit fideiuſſores. fui conuentus à Mæuio: & condemnatus ſolui Mæuio, hic quæritur, nunquid etiam fideiuſſores liberentur? Reſpond. quòd ſic. nam vna pecunia ſoluta poteſt liberationem efficere in diuerſis cauſis, ſicut hic facit: quia me liberat actione de peculio: & fideiuſſores ſerui liberat actione fideiuſſoria. & adducit Iulianus ſimile. Nam ſi quis conuentus in iudicio ſatiſdederit iudicatum ſolui: poſtea condemnatus ſoluat: à duabus actionibus ſcilicet ab actione iudicatum ſolui, & ab actione ex ſtipulatu, ipſe & ſui fideiuſſores liberantur. vſque ibi: [ET MAGIS SIMILE.] Vbi arguit contra prædicta ſic: Poſſeſſor hereditatis qui ſe heredem eſſe putat: ſi ſoluat creditoribus, heres verus non liberatur. ergo vna ſolutio non efficit liberationem in duabus cauſis. Sed reſpondetur quod hic ideò ſecus eſt, quia ille poſſeſſor hereditatis ſoluit pecuniam indebitam ſuo nomine: & ideò habet eius repetitionem: quã obrem heres non liberatur, cum pecunia poſſit creditori auferri. [QVI HOMINEM.] Tu promiſiſti mihi hominem in genere. ſoluiſti Stichum qui erat ſtatuliber, id eſt manumiſſus ſub conditione ſi nauis ex Aſia veniret. dubitatur hic an liberatus ſis: vel an ſit expectanda conditio: vt ſi deficiat, remaneat ſeruus Stichus, & ſic bene ſit ſolutus. Sed reſpon. quòd non liberaris: nec eſt expectanda cõditio illius manumiſſionis: imò ego poſſum agere contra te ſtatim ad ſeruum mihi ſoluendum. Tu verò poteris condicere ſeruum quem ſtatuliberum ſoluiſti. Si verò interim conditio libertatis defecerit, tu eris liberatus hac ſolutione Stichi. & ponit Africanus iuriſconſult. exemplum: veluti ſi quis debet centum ſub conditione, & ſoluit per errorem, ſcilicet ſe credens purè debere: ſi conditio interim extiterit, non poteſt repetere. ¶ Sed ponamus quòd iſte Stichus mortuus eſt: & poſtea conditio deficit: an liberatus es? Reſpondetur quòd non, licèt Sticho viuente ſi conditio defeciſſet, tu fuiſſes liberatus: & ratio eſt: quia iſto caſu tua ſolutione nunquam dominium ſerui in me tranſtuliſti. Item ſequeretur inconueniens. nam ſi promiſiſti mihi ſeruum in genere, & ſoluiſti Pamphilum in quo Titius habebat vſumfructum, & vſufruct. non finito ſeruus Pamphilus deceſſiſſet, tu eſſes liberatus. quod tamen nihil eſt, quemadmodum ſi ſoluiſſes ſeruum communem, & is interim deceſſiſſet. hoc dicit iſte §. difficilis, & ideò ieiuno ſtomacho ſcriptus [SI QVIS PRO REO.] Titius tenebatur mihi aliqua actione temporali, qui fuit miſſus in prouinciam aliquam cauſa rei publicæ: ipſo abſente actio mea præſcripta eſt: qua de re fui malè contentus. quidam amicus Titij dixit mihi: ne te crucies propter præſcriptionem huius actionis: ego fideiubeo pro Titio, qui nunc reuerſus eſt. ego habeo annum ad petendam reſtitutionem in integrum contra præſcriptionem illius actionis: quæ præterit antequam peterem reſtitutionem: & ſic ego non potero agere contra Titium. Nunc quæritur, an ſaltem ipſe fideiuſſor teneatur, qui poſt præſcriptionem actionis fideiubendo videtur præſcriptionem interrupiſſe: licet annus reſtitutionis præterierit? Et reſpõdetur quòd fideiuſſor tenetur: quia reſtituitur in eum actio ex edicto: ſicut reſtituitur actio in illum fideiuſſorem qui occidit hominem promiſſum ab aliquo pro quo ipſe fideiuſſerat: quia licèt actio perierit mortuo homine, tamẽn quia ipſe fideiuſſor occidit, actio in eum reſtituitur. [QVI PRO TE.] Tu accepiſti pecuniam mutuam à Titio: pro qua fideiuſſit Mæuius: & dedit pignus pro ſua fideiuſſione. Mæuius iſte fideiuſſor inſtituit te heredem: & ſic expirauit actio fideiuſſoria: quia tu teneris quaſi principalis. quæritur tamen, an pignus quod Mæuius obligauit, teneat? Reſpondetur quòd ſic. Sed ponamus quòd creditor tuus non fuit contentus de fideiuſſione Mæuij: ſed voluit à Mæuio habere alium fideiuſſorem: quem etiam ipſe Mæuius pro ſe dedit: poſtea te heredem Mæuius inſtituit: an etiam iſte ſecundus fideiuſſor teneatur? Reſpond. quòd ſic, ſublata obligatione Mæuij pro qua pro te fideiuſſit. Franciſcus.

e ¶ *Interponeretur.* facit *ſupra de leg. ij. leg. item legato. §. penul. & de acce.*

† Mutato ſtatu perſonæ mutatur ius eius, circa perſonam eius: *ar. l. pater ſup. de legat. iij.* Mutatione enim vel mutatione facti, totum ius mutatur *l. eo eſt ne rum. inſ. de reg. iur.* ſic mutata forma, ius & ſubſtantia rei mutari dicimus *l. ſed ſi l. cum. §. ſed ſi quæ ſup. ad exhi.* Mutatione tamen ſtatus in melius, ius obligat. non mutari nõ intelligitur *l. eum §. 1. ſup. de conſtitu. pe.* ſic mutatione heredis non mutatur ſubſtantia obligationis *l. 1. §. ex his ſup. de verb. obligat.*

de auro & argen.lega.l.ij. Sed contra *supra de verb. oblig.leg. eum qui ita. §. qui sibi aut filio.* Solu. ibi potest me nolente: hic vero nō potest me inuito. 2. Vel ibi in filio: 3. Vel ibi in [a] meliorem statum. Item contra. *j.eo.l.Stichum aut Pamphilum.§.vsumfruct.* Solu. vt ibi. Item facit. *s.de condict.fur.leg.fur. §. fin. & sequen. & supra de fideiusso. leg. si debitori.*

a ¶ *Eum liberari.* ipso iure. Accur.

b ¶ *Nummos.* Nam [b] cū sic fide bona accepit transfertur dominium in dominū propter precedens mādatum: licet fuerit reuocatū. *sic supra pro empt. leg.ij.§.si à furioso. & infra de reg.iur.leg.semper qui non. & supra famil. ercisc. leg.cum putarem.* secundū B. Sed secundum nos aliter intelligimus. l. illam cū putarem.

c ¶ *Debitoris.* in eo quod dicitur *hic, & j. proxi. respon.* non transire dominium quātūcūque debitor soluēs voluerit trāsferre, est argu. contra. *s. de acquir.poss.le.quod meo. §. si furioso.* Sed aliud in possessione quàm dominio[c]: *vt eo.tit.leg. si quis vi.§.j.*

d ¶ *Conditionem.* erat consumpta pecunia: alioquin haberet rei vindi. vt supra proxi. dedit intelligi, cū dixit mansuros eos debitoris: *vt patet s. de do. inter vi.& vxo.leg. vir vxori.* ipse etiam furti[e] directo tenetur: *vt s. eo. l.si quis seruo. & facit ad hanc distinctionem.s.de exer.actio. leg. j.§.non autem.versi. vnde quæritur.* & *Cod. de furt. l.falsus. & quod ibi nota. & s.eo. leg. si quis seruo. in fine. & l. si seruus in fine. & l. vero. §. j. & j.de su s.l.si vendidero.§.si Titius.& l.falsus.§.j.*

e ¶ *Vxori.* scienti virum non posse sibi donare.

f ¶ *Quoque.* non solum superiori casu.

g ¶ *Non liberari.* ipso iure, sed vi exceptionis. *vt subiicit: & s. de donat. inter. vi. & vxo. l.vir vxori. in fine.* Sed videtur ipso iure: *vt eo.ti.l.iij.§.fin. cæterum debitorem, &* Sed ibi[f] credens donationem valere accepit, *vt argu. superioris.respon.*

h ¶ *Si condictionem.* furtiuam[g]: vt in superiori casu. & si extat. vindicationem: *vt s.de dona.inter vir.& vxo.l.vir vxori.*

i ¶ *Diuortium.* nam constante matrimonio non: *vt C.rerum.amo. l. ij. & supra rerum amo.l.j.in fine.& l.ij.*

k ¶ *Competituram.* quia me inuito contrectet: aliàs contra.

l ¶ *Respondit. vt s.de act.emp.l.si seruus. §.seruum. & de except.rei iudi.l.si cum testamento.§.finali.*

m ¶ *Causas.* omnes[h] liberatorias, ne obsit. *s.l.qui hominem.§.fi.* Ac.

n ¶ *Reus.* id est defensor qui promisit iudicatum solui. imò etiam principalis iure isto *vt Instit. de satisda.in principio.*

o ¶ *Et magis.* scilicet quàm dissimile.

p ¶ *Indebitam.* ex persona, non ex causa: *vt supra de condict. inde. l.si pœna.§.j* Accur.

q ¶ *Repetitionem.* secundum hoc posset dici: quia si iste possessor qui ita soluit, de hereditate retineat quantum soluit, liberat debitorem à creditore, & creditorem à se: & sic vna retentio facit duas liberationes: & hoc totum dicunt deesse in litera: & sic eā suppleri. 2. Vel dic nihil deesse, scilicet sic. nam cum creditor hereditarius restituit pecuniam possessori ab eo sibi solutam: parit illa pecunia liberationē in duas causas: quia tenebatur restituere per condictionem indebiti. Item liberatur verus heres à possessore: quia possessor poterat retinere de hereditate quantum soluerat paratus cedere condict. inde. heredi: *vt s.de petit.here.l.quod si possessor. in fin.* & hoc si habes in litera, simile. aliàs est in litera, dissimile: & tunc plana est. *& facit supra de peti.here.l. si quid possessor.* Accursius.

vel seruus factus sit: non rectè ei solui dicendum. tacitè enim inesse hæc conuentio stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.

Post mandatum reuocatum debitor ignorans soluendo liberatur ipso iure si recipiens bonum animum habuerit: aliàs ope exceptionis, si soluēs condictionem cedere sit paratus. Bartolus.

1. ¶ Si debitorem meum iusserim Titio soluere, deinde Titium vetuerim accipere, & debitor ignorans soluerit: ita eum liberari[a] existimauit, si non ea mēte Titius nummos [b] acceperit, vt eos lucretur: alioquin, quonia furtum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris [c], & ideo liberationem quidē ipso iure non posse contingere debitori: exceptione tamen ei succurri æquū esse si paratus sit cōdictionem [d] furtiuam quam aduersus Titium habet, mihi præstare: sicuti seruatur cum maritus vxori[e] donaturus debitorē suum iubeat soluere. nam ibi quoq.[f], quia nummi mulieris non fiunt debitorē non liberari [g]: sed exceptione eum aduersus maritum tuendū esse. *Si condictionem[h] quam aduersus mulierem habet, præstet*: furti tamen actionem in proposito mihi post diuortium [i] competituram [k], quando mea interfuit interceptos nummos non esse.

Eadem solutio prodest ad diuersas causas obligationis tollendas. Bartolus.

2. ¶ De peculio cū domino actū est. is dānatus soluit. Et fideiussores pro seruo acceptos liberari respondit [l]. eādē enim pecuniam in plures causas[m] solui posse, argumentum esse, quòd cum iudicatum solui satisdatū est, & damnatus reus [n] soluat: nō solùm actione iudicati, sed etiam ex stipulatu & ipse & fideiussores liberētur. & magis [o] simile esse quod cum possessor hereditatis existimans se heredem esse, soluerit, heres non liberetur. tunc enim propterea id euenire, quòd ille suo nomine indebitam [p] pecuniam dando, repetitionem [q] eius haberet.

Qui hominem debet in genere, soluendo statuliberum, non liberatur si conditio libertatis eo viuo defecerit: secus si eo mortuo. Bar.

3 ¶ Qui hominem [r] promisit: si statuliberum [s] soluat, magis puto non esse expectandam conditionem [t]: sed & creditorem agere posse, & illi condictionem [u] competere. Quòd si interim cōditio defecerit, liberatur [x] perinde atque si quis pendente conditione soluit per errorem, & antequam condiceret, cōditio extiterit [y]. Illud nullo modo dici conueniet, si mortuo Sticho [z] conditio deficiat, liberari debitorem: quamuis si viuente eo defecerit, liberaretur [a]: quando isto casu [b] nullo tempore perfectè hominem meum feceris: alioquin propè erit vt etiam si eū seruum in quo vsusfructus alienus est, mihi solueris, isque [c] vsufructu manente decesserit, ea solutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum est [d]: sicuti si communem [e] soluisses, isque decessisset.

Pro eo contra quem potest in integrum restitutio postulari, potest accedere fideiussor: & rursus talis prodest ei præsenti, & non absenti. Bartolus.

4. ¶ Si quis pro eo *reuerso[f] fideiusserit, qui cū reipublicæ causa

r ¶ *Qui hominem.* in genere.

s ¶ *Si statuliberum* scilicet Stichum iussum esse liberum si [a] nauis venerit ex Asia vsque ad annum.

t ¶ *Conditionem.* vel vt deficiat, vel vt extat.

u ¶ *Condictionem.* scilicet indebiti. Sed cōtra *supra de condict. indebi. l.Neratius.* Solu. ibi in specie, hic in genere promisit [b]. Item contra supra *de st. tollibe.leg.statu.iocium medio.§.penult.* Solu. plene vt d.L.*Neratius.*

x ¶ *Liberatur. facit infra eo. leg.si qui alienum.*

y ¶ *Extiterit. vt supra de condictione indebit. l.sub conditione.*

z ¶ *Sticho*, statulibero soluto.

a ¶ *Liberaretur. vt s. proxi.* eius enim interitu liberaretur. cui' & solutione.

b ¶ *Isto casu.* non proximo.

c ¶ *Isque.* scilicet seruus.

d ¶ *Probandum est. facit infra eo. leg. si hominem.*

e ¶ *Si communem.* tibi vel alij. *ad quod est supra eo l.si rem.*

f ¶ *Reuerso.* & liberato iam præscriptione: vt subiicit. ¶ Sed quo modo tenetur [c]: *vt s. de fideiuss. l. si quis postquā. quæ est contra?* Solu. hic poterat restitutionis iure teneri re', ibi non. *ad quod est j.eo.titu. l.si debitori.* (Et nota q hic [d] præsens restituitur contra absentem, quòd esse potest: *vt s.qui ex cau. ma. l.j.§. item si quis.*) Sed oppo. contra hunc §. si quis. innuit enim hic §. quòd intra annum tantum possit restitui læsus, & post acceptū fideiussorem: sed contra videtur: quia dando [e] fideiussorē: agnoscit debitum, & sic [f] interrumpitur præscriptio: *vt C.de præscrip. xxx.ann.l.cum notissimi.§.sed & si quis. quæ est contra.* Solu. secundū R. hæc per illam corrigitur. 2. Vel dic [g] quòd ibi ante finitā actionē præscriptione agnoscebatur debitū[h], hic post. & leuius[i] est cōseruare quàm suscitare. 3. Vel forte ignorante debitore intercessit, quod fieri potest: *vt s.manda.l.ex mandato.§.j. & s. de fideiusso. l. fideiubere.* 4. Vel dic etiam si det, nec per hoc agnoscat: quia [k] nec lite contestata perpetuatur restitutio: sed demum restitutione [l] habita perpetuatur actio restituta: *vt C. de tempo.in integ.restitut.l.fi.* 5. Vel dic quòd non fatebatur reus se debere, sed dixit. Do eum in eo quod apparuerit me debere.

a Solui adiecto potest, statu etiam eius mutato in melius, non in deterius, vt hic. Imo vt in deterius statum eius mutetur, adhuc tamen ei solui potest, si vna iter erat soluenda reo, a lia adiecto. l. Stichum. §. vsumfructum ass. Eadem ratione dicitur procuratores ciuitatum vel vniuersitatum, mutatione status procuratores esse nō desinere ... Innocent. Alexander.

b Imò falsum: procurator enim solutionē accipiēs, ... dominium pecuniæ acceptæ ... vide hic Bartolum.

c Dominium vnquam non amittitur nisi alteri quæratur.

d Vindicatio pecuniæ consumptæ esse non potest: condictio esse potest.

e Condicere rem suā a fure quis potest.

f Dic melius. ibi mulier ... pecuniam ... soluta pecunia ... Quidam tamē dicunt, furti ... competere ... soluto matrimonio.

h Solutio eadem prodesse potest ad diuersas obligationes liberatorias ... liberatoriam.

a Statulibet dicitur is cuius libertas in tempus vel cōditionem aliquam dilata est.

b Subaudi ingenuum.

*reo.

c Fideiussor accedere non potest pro eo qui tempore liberatus est: licet dari possit pro eo qui conueniri potest ex solo iudicis officio.

d Præsens cōtra absentem quandoque restituitur.

e Fideiussorē qui dat, debitum agnoscere videtur.

f Præscriptio interrumpitur fideiussoris datione.

g Idem tenet Dynus, Oldradus, & Bartol.

h Dato fideiussore.

i Conseruandi ratio quàm suscitandi fere de nouo ... conciliior.

k Actio ... non perpetuatur ... actione fideiussoria ... restitutione perpetuatur ...

l Actio restituta perpetuatur per restitutionem.

VEro. procuratori rectè soluitur. Verum autem accipere debemus eum, cui mandatū est vel specialiter[a], vel cui omnium negotiorum administratio[b] mandata est. 1 ¶ Interdum tamen & non procuratori[c] rectè soluitur: vt putà cuius [d] stipulationi nomē incertum est, si quis stipuletur *sibi aut Titio.*

Mandatum potest renocari, sed nō facultas soluendi adiecto. Bar.

2 ¶ Sed & si quis[e] mandauerit vt Titio soluam, deinde vetuerit eum accipere: si ignorans prohibitum eum accipere, soluam, liberabor[f]: sed si sciero; nō liberabor. 3 ¶ Alia causa est si mihi[g] proponas stipulatum aliquem sibi aut Titio. hic enim etsi † prohibeat me Titio soluere, soluendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit stipulatio, quam immutare non potuit stipulator[h].

4 ¶ Sed & si non vero procuratori soluam, ratum autem habeat dominus quod solutum est: liberatio contingit. Rati enim habitio mandato comparatur[i].

XXII. IVLIANVS *libro quinquagesimoquarto Digestorum.*

RAtum autem habere dominus debet[k], cum primū certior[l] factus est. sed hoc ἐν πλάτει † & cum quodam spatio temporis accipi debet, sicut in legato[m], cum de repellendo quæretur, spatium quoddam temporis adsumitur nec minutum, nec maximum, & quod magis intellectu percipi, quam ex locutione exprimi posset.

XXIII. VLPIANVS *libro trigensimo ad Sabinum.*

QVod si fortè quis ita soluat, vt nisi, ratum habeatur, condicat: si dominus solutionem ratam non habuerit, condictio ei qui soluit, competit[n].

Solutio facta tutori qui non administrat, potest tamen administrare si vult: liberat soluentem, secus si non potest administrare, quia est sibi interdicta administratio per legem aut per iudicem, vel testatorem, solutio verò facta ei qui potest ab administratione repelli, non tamen est repulsus, adhuc liberat soluentem. Paul. de Castro.

1. ¶ Sunt quidam tutores qui honorarij [o] appellantur: sunt qui rei notitiæ[p] gratia dátur: sunt qui ad hoc dantur, vt gerant[q]: & hoc vel pater adiicit, vt vnus putà gerat: vel voluntate tutorum vni cōmittitur gestus: vel prætor ita decernit. Dico igitur, cuicumque [r] ex tutoribus fuerit solutum, etsi honorariis, (nam & ad hos [s] periculum pertinet) rectè solui [t]: nisi interdicta eis fuerit à prætore administratio [u]. Nam si interdicta est, non rectè soluitur. Idem dico & si quis sciens suspectis postulatus soluat. nam his in

---

VEro procuratori.] CASVS. Hæc lex quatuor principaliter dicit. Primo dicit quòd si quis soluat meo procuratori cui specialiter mandaui vt pecuniam reciperet, vel cui omnium negotiorum administrationem dedi, liberatur. Secundo ibi, interdum tamen. dicit quòd aliquando licet non sit quis procurator: si tamē ei soluatur, liberatur debitor: sicuti cōtingit quando quis stipuletur sibi aut Titio. nam soluendo Titio liberatur debitor. Tertio dicit: Pone: ego debebam tibi decem: tu mandasti mihi quòd ea Titio soluerem: postea pœnitens mandasti quòd non soluerem Titio. ego autem ignorans te vetuisse, solui. certè liberor. si autem sciuero: non liberor. Secus est si aliquis stipulatur sibi aut Titio: quia licet prohibeat stipulator ne Titio soluatur, non eo minus soluendo liberatur debitor, quia stipulatio ista habuit tacitam cōditionem, vt ei possit solui: quā conditionem stipulator non potest mutare. Quarto dicit: licet non soluat quis vero procuratori: si tamen dominus, id est creditor ratum habeat, liberatur debitor, & debet habere ratum statim postquā scit, quod qualiter accipiendum est, habetur in l. seq. Fran. Accursius.

a ¶ *Specialiter.* vt & *infra eo. l. hoc iure.*

b ¶ *Administratio.* & libera, secūdùm quosdam, non aliàs: *vt arg. supra de procurato. leg. procurator cui. & leg. sequen. & leg. procurator & leg. mādato. & Insti. de rerum diui. §. nihil.* Sed[a] tu dic etiam non libera: *vt hic, & infra eodem. le. qui hominem. §. si Titium. & leg. solutam. & supra de condict. inde. leg. si procurator in principio. & §. Idem Labeo. versicul. Celsus. & supra de pactis leg. quis solui. & infra de iniur. leg. sed si vnius. §. procuratorem.* ¶ Sed an [b] personis illis quæ sine mandato agunt, solui poterit? Respond. non: *vt infra eo. de solui. leg. iiij. §. sed si forte ex liberis.* In quibusdam tamen casibus exigitur speciale [c] mandatum: *vt supra de procur. l. Pomponius.* Accursius.

c ¶ *Non procuratori.* Arg. contra[d] eos qui dicunt adiectum teneri actione mandati: & dicunt mandatum interuenire etiam in absentia: licet non per nuntium, vel per epistolam: quod est contra naturam mandati: *vt ff. de procura. l. j. & pro eo est ff. de verb. obl. l. Iulianus §. j.* Accur.

d ¶ *Cuius.* subaudi, illi cuius nomen stipulationi &c. Accursius.

e ¶ *Sed & si quis.* scilicet creditor.

f ¶ *Liberabor.* ad hoc facit *ff. de offi. præsid. l. si forte. & Instit. manda. §. item si adhuc, & infra eod. l. cum quis. §. j. & ibi plenius dices. & supra ad Maced. leg. si autem[e] sciente.* Sed argum. contra *ff. de manu. vin. l. si pater.*

g ¶ *Mihi.* auctori legis.

h ¶ *Non potuit stipulator.* nisi vt *j. eo. l. cum quis in princ. & l. si quis stipulatus fuerit x. in melle §. j. & facit j. eo. l. aliud. & adiunge huic l. duas sequentes.* Accur.

i ¶ *Comparatur.* ad quod est *supra de vi & vi ar. l. j. §. sed & cum quis. & infra de regulis iuris l. hoc iure. §. j. & infra eodem l. solutam. & supra de iudi. l. licet.* Sed arg. contra *supra de his qui not. infa. leg. quid ergo [f].* Accursius.

k ¶ RAtum dominus debet. vt non committatur stipulatio ratam rem dominum habiturum, contra procuratorem cui est solutum. *& est ad hoc j. rem ra. ha. l. quo enim in princ. & ff. ad Maced. l. si filiusfamilias.*

l ¶ *Certior.* id est certus de pecunia soluta.

m ¶ *In legato.* neutraliter [a] potest legi, vt si penum heres non[b] dederit, decem dato: *vt supra ad legem Falcidiam. leg. j. §. item si legatum.* Item aliud exemplum: *vt supra de adi. leg. leg. iij. §. si quis Titio.* Item aliud: *vt [c] supra manda. leg. si hereditatem §. j.* Et aliud: *vt supra de statulibe. l. si peculium seruo. in fine.* 2. Item in masculino[d] genere legi potest, vt si potuit redire Titius legatus [e]: *vt supra quibus ex causis maiores l. si cui. in principio. & §. fina. & de iudiciis leg. ij. §. plane. & infra de muli. l. qui commeatum. in prin.*

QVod si forte.] CASVS. Debebam Titio decem: tu venis ad me, & dicis: Titius mandat tibi quòd des mihi decem quę ei debes, ego dico, Ostēde literas suas, siue procuratorium. tu respōdes, ego promitto tibi quòd ipse habebit ratam solutionem: solue mihi audacter. dixi: sum contentus tibi soluere sub tali conditione quòd si Titius creditor meus non habeat ratum, quòd cōdicam à te istam pecuniam, & bene, dixisti, fiat Titius creditor nō habet ratam solutionē, certe ego potero condicere pecuniam istam à te. [SVNT QVIDAM] Iste §. bene distinguit genera tutorum: & breuiter dicit quòd omnibus tutoribus qui hic enumerantur, rectè soluitur. Cætera satis plana sunt cum §. sequenti. & vsque in finem l. Franciscus Accursius.

n ¶ *Competit.* facit [f] *supra de condict. indebi. leg. ij. in principio & de condict. caus. data, leg. si procuratori. & Cod. de condict. indeb. leg. creditoris.*

n ¶ *Ignoraret.* est enim iusta[e] ignorantia, cum inter viuos sit manumissus: *vt C. de pec. eius qui lib. me. leg. j. & fa. supra eod. si quis seruo. ij. respon. & supra de actio. & obligat. leg. serui. in fin. & supra de condic. inde. si non sortem. §. qui filio. & infra eod. leg. quod seruus. ij. respon.*

e Ignorari iusta possunt facta aliena.

o ¶ *Ignorauerit.* sed si scit mortuum, tacitè[a] reuocatum mandatũ scire debet: *vt Inst. de mand. §. rectè. & ↑. manda. l. inter causas. §. j. & de dona. l. hoc iure. §. si quis dederit.*

a Mandatum tacite morte reuocatum intelligitur.

QVi sibi.] CASVS. Tu promisisti mihi aut Titio fundum Cornelianum. tu potes ipsum soluere Titio qui est additus in obligatione ad solutionem. Ponamus ergo quòd ipsi Titio soluisti dictum fundum. venit Sempronius qui dictum fundum euincit à Titio. quæritur, nunquid ego possum agere contra te ad fundũ? Respon. quòd sic. & ponit exemplum: sicuti si hominẽ aliquis mihi promiserit qui erat statuliber: & postea perductus est ad libertatem quam mihi soluerat: certè possum ab eo iterum hominẽ petere. [QVI STICHVM] Titius promisit mihi Stichum aut Pamphilum. Titius homo furibundus vulnerauit Stichũ: & sic eũ mihi soluit, quæritur an liberetur? Res. quòd non: sicut etiam non liberaretur si solum Stichum promisisset, & eum vulneratũ soluisset. [ITEM QVI.] Iste §. quasi idẽ dicit quod super. or. s. quòd si quis debet hominẽ, & offert eũ vulneratũ: nõ liberatur. Item si accepto iudicio vulneratũ à se vel vulneratum ab alio ipse offerat, non liberatur. Fran.

† Lumini videtur seruus acceptus, cũ ad libertatem inuito accipiente, peruenit.

* dare.

p ¶ *Qui sibi aut Titio fundum.* in specie, aliàs non valet: *vt supra de verbo. oblig. l. ita stipulatus.*

q ¶ *Actionem.* pristinam[b]: *vt ↑. de verb. obl. l. Julianus. §. j. & C. de transac. l. si pro fundo. §. ex stipulatione. & ↑. eo. l. etiam & supra de act. empt. l. datio. in pr. n. & de rei vin. l. ex diuerso[c]. §. vbi. & ↑. e. le. qui hominem. §. j. in prin.* Accur.

b Euinci in solutum accepta, actione pristina, hoc est personali agitur.

c Sic ex diuerso.

r ¶ *Si hominem.* in genere. nam secus[d] contingeret si certus homo promissus esset: *vt supra de verb. oblig. l. is qui alienum. & l. si seruum. ad prin. § sin autem.* quæ sunt contra. *& facit ↑. de cond. inde. l. Neratius. & ↑. eo. cum quis. §. qui hominem.*

d Hominis in genere & in specie debiti differentia.

s ¶ *Eum dãdo.* hic & inferioribus casib[e] dic[g], nõ liberatur. s. ab hac actione de dolo: sed à pristina liberatur: vt in contrario. ↑. *de dol. l. & elegãter. §. nõ solũ.* similis lectio est ↑. manda. *l. si mandato meo. §. fi.* 2 Vel aliter, si à se vulneratũ offerat sine pretio deteriorationis, & illo nolẽte accipere perierit postea: nõ liberatur debitor si creditor habuit iustã causã nõ accipere: alioquin aliud esset: *vt ↑. e. creditor. & l. qui decem. in prin.* & eo casu loquitur hic. ¶ Et quod dicit dãdo. i. dare[f] volẽte. & daret. i. dare vellet. *sic ↑. de verb. oblig. l. stipulatus sum Damã. in Gl. ij.* nã post dicit offert. Si autẽ daret, & ille acciperet: hoc ipso videt remittere pretiũ deteriorationis, vt liberetur ob actionẽ qua tenebat: *vt ar. ↑. si quis cau. l. ij. in prin. & de eo quod certo. l. fin.* ergo dabitur pro eo, quod deterior est factus, actio de dolo: & sic loquitur lex illa, & elegãter. 3 Vel aliter de stricto iure necesse est dare actionem de dolo, cum alia nõ sit: liberatur enim dando: & sic loquitur lex, *& eleganter.* sed de æquitate nõ liberatur: & sic datur pristina. & ita de æquitate nõ datur de dolo. 4 Vel dic hic esse solutã, & non dari pristinã actio. ad deteriorationẽ: sed ad cætera dãnã rerũ furtũ distractarũ datur de dolo: *vt ibi. & in eadẽ l. & eleganter. §. si dolo malo procurator.*

e Soluẽs, rem à se deterioratam, an & à qua actione liberetur? Dic vt hac Gloss.

f Solutionẽ rẽ deterioratam accipiens creditor, videtur remittere pretium deteriorationis, vt hic, & in l. & elegãter. §. non solum. sup. de dolo. quod Dyno displicet. Tu vtere distinctione Bartoli hic.

g Verba actus, plerunque pro potẽtialibus accipiuntur.

t ¶ *A se vulneratum.* secus si ab alio: *vt ↑. loca. l. sed & de damno.* Item & quando à se. dic sine causa: aliàs non tenetur: *vt ↑. de verb. oblig. qui seruum.* Accur.

a ¶ *Qui hominem*.in genere promissum.
b ¶ *Vulneratum*.à se, vel ab alio.
c ¶ *Non liberatur*.expone vt supra.
d ¶ *Si hominem*.scilicet in genere promissum.
e ¶ *Condemnandus*.tenebatur enim in genere: vt §.posuit. secus si in specie: vt §.loca.l. *sed & de damno*.

darct Item qui hominem [a] dari promisit, & vulneratum [b] à se offert: non liberatur [c]. Iudicio quoque accepto si hominem [d] is cum quo agetur, vulneratum à se offert: condemnari debebit. Sed & ab alio vulneratum si det, condemnandus [e] erit, cum possit alium dare.

Si solutum adiecto, ex postfacto apparet indebitum: repetitur à creditore. Paulus.

XXXIV. IDEM *libro quinquagesimo quarto Digestorum.*

QVi hominem aut decem tibi aut Titio dari promisit [f]: si Titio partem hominis tradiderit, mox [g] tibi decem numerauerit: non Titio, sed tibi [h] partem hominis condicet, quasi indebitum [i] tua voluntate Titio [k] soluerit. Idemque † iuris erit etiam si mortuo Titio decem soluerit [l], vt tibi potius quá heredi Titij partem hominis condicat.

In obligatione generis solutione partium in diuersis rebus non contingit liberatio, etiã si fiat diuersis personis, vel à diuersis. Pau. de Cast.

1 ¶ Si duo rei stipulandi hominẽ dari stipulati fuerint, & promissor vtriq; partes diuersorum hominum dederit: dubium non est quin non liberetur [m]. Sed si eiusdem hominis partes vtrique dederit, liberatio contingit: quia obligatio communis [n] efficiet, vt quod duobus solutum est, vni solutum esse videatur. Nam ex contrario cum duo fideiussores hominem dari spopõderint, diuersorum quidem hominum partes dantes non liberantur [o]: at si ejusdem hominis partes dederint, liberantur.

Solutio facta adiecto de eo quod est in solutione, liberat soluentem à principali creditore, etiã de eo quod est in obligatione. P.

2 ¶ Stipulatus sum decem mihi, aut hominem Titio dari, si homo Titio datus fuisset, promissor à me liberatur [p]: & antequam homo daretur, ego decem [q] petere possum.

Reuocatio mandati non nocet debitori soluenti in cuius notitiam non peruenit. Bartolus.

3. ¶ Si Titiũ omnibus negotiis meis præposuero: deinde vetuero eum ignorantibus debitoribus administrare negotia mea: debitores ei soluendo liberabuntur [r]. Nam † is qui omnibus negotiis suis aliquem proponit [*], intelligitur etiam debitoribus mandare vt procuratori soluant [ſ].

Soluens falso procuratori qui nunquam habuit mandatum, non liberatur etiam si soluat bona fide credens ipsum habere mandatum. Item si habuit mandatũ, & fuit reuocatum: & soluens hoc sciebat: vel scire poterat. P.

4 ¶ Si nullo mãdato intercedente debitor falsò existimauerit volũtate mea pecuniã se numerare, non liberabitur: & ideò procuratori qui se vltro alienis

QVi hominē.] CASVS. Stipulatus sum à te mihi aut Titio dari decẽ, aut hominem: tu soluisti partem hominis Titio: statímque mihi soluisti decem. certè tu potes partem hominis condicere à me, quasi mea voluntate Titio solueris indebitum. Idem iuris est si Titius mortuus est cui partẽ hominis solueras, & postea x. solueris mihi. nam tu poteris à me condicere potius quá ab heredibus Titij. [SI DVO.] Titius & Mæuius stipulati sunt hominẽ à Gaio: Gaius soluit partem Pamphili Titio, & partem Stichi Mæuio. & diuersorum hominũ partes ipsis duobus reis stipulandi soluit. an liberetur Gaius? Respon. quòd non. si verò tantum Pamphili partes vtrique soluisset, tunc liberaretur: quia communis obligatio hanc naturam habet, vt quod duobus soluitur, vni videatur esse solutum. Idem est in duobus fideiussorib [a], quòd si vnum hominem promiserint, non liberantur soluendo partes diuersorũ hominum: sed bene soluẽdo partes vnius hominis vtrique reo stipulandi. [STIPVLATVS SVM.] Tu promisisti mihi x. aut Titio hominem dare. tu soluisti Titio hominem. an sis liberatus? Respon. quòd sic: sed antequam tu dares hominem Titio, ego poteram x. petere. [SI TITIVM.] Titium probum hominem, eo quòd adesse non poteram, omnibus negotiis meis præposui. postea vetui eum administrare negotia mea, ignorantibus debitoribus meis. ipsi soluerunt huic Titio: an liberentur? Respon. quòd sic, ex quo ignorauerunt eum esse reuocatum ab administratione, & reddit iuriscon. pulchram rationẽ primi dicti: quia qui aliquem præponit omnibus negotiis suis, videtur etiam debitoribus suis mandare vt illi soluant. [SI NVLLO MANDATO.] Tu qui debebas mihi c. putabas quòd mandassem Titio vt pecuniam à te exigeret: & sic ei soluisti, certè tu non liberaris: quia nemo soluendo ei qui se offert negotiis alienis, liberatur. [ET CVM FVGITIVVS.] Stichus seruus meus fugiens à me rem aliquam mihi surripuit: & cum esset in alia prouincia vbi non cognoscebatur, gerebat se pro libero: & rem meam vendidit. emptor soluit ei pretium. quæritur, vtrum à me liberetur? Respon. quòd non. [SI GENER.] Sempronius dedit Bertam filiam suam in vxorem Seio: & dotẽ mille aureorum. solutum est aliqua causa matrimonium. Seius gener soluit dotem Sẽpronio socero suo ignorãte filia. dicitur hic quòd ipse gener non liberatur nisi filia illam solutionem ratam habeat. nã filia est particeps huius obligationis. [SI DABIS REM.] Seius erat debitor meus in c. iussi eum Titio dare hãc pecuniam cui volebam donare c. Titius hanc summam accepit ea mẽte vt eam mihi daret, non pro se retineret. an Seius debitor liberetur à me? Respon. quòd sic. sed si Titius postea hanc pecuniam mihi det, fiet mea. [QVIDAM FILIVSFAMILIAS.] Titius vendidit cuidam filiofam. equum pro c. aureis, & fideiussores ab eo accepit. iste Titius instituit heredem istũ filiumfam. qui iussu patris sui adiuit hereditatem. hic quæritur, vtrum pater possit conuenire fideiussores? Respond. quòd nõ: quia quotiens ille qui accipit fideiussores ab aliquo reo, instituit reum heredem, fideiussores liberantur: quia non possunt eidem pro eodem teneri. [SI PRÆDO.] Aliquis, puta Seius, possidebat hereditatẽ nullo titulo, sed tanquam prædo exegit debita à debitoribus hereditatis. conuentus est iste prædo petitione hereditatis à Titio, & victus, ita quòd cum aliis fructibus & rebus restituit etiam debita quæ exegerat. quæritur, vtrum debitores liberentur? Respond. quòd sic. §. seq. planus est. [QVI PERPETVA.] Tu debebas mihi centum aureos. feci tibi pactum de nõ petendo. si tu soluis, potes repetere: & ideò si ex duobus reis promittendi alter fecerit pactum ne ab eo petatur: si soluat, nihilominus alter correus † suus remanet obligatus: quia soluens potest pecuniam repetere. Fran. Accur.

f ¶ *Promisit*. ergo est hæc alternatio rerum & personarum. Azo.
g ¶ *Mox*. id est postea.
h ¶ *Sed tibi*. In eum enim competit condictio indebiti, cuius nomine solutio est facta: *vt infra rem ra. ha. l. si indebitum. in prin. & l. si fine. j. respon.*
i ¶ *Indebitum*. Quod ex postfacto apparet: *vt §. de condic. inde. l. si non sortem. §. si decem.* Item facit *arg. §. eod. leg. fugitiuus. in fine.*
k ¶ *Titio*. non [a] eadem ratio est totius ad partem: *vt in hac leg. j. respon. & §. j.* Nam & soluendo totum [b] hominem, in solidum liberatur: soluendo partem, pro parte non liberatur. ad quod est *§. de verborum obligatio. leg. y. circa princip. & de legat. j. si quando. §. bores.*
l ¶ *Soluerit*. scilicet tibi.
m ¶ *Non liberetur*. i. non liberatur: & aliàs est quin. [illegible] aliàs est quin non. *& facit §. l. prom. in prin.*
n ¶ *Communis*. ideóque cum sint socij, res est communicanda [c]: verè tamen sunt duæ: & vnicuique sua propria est quæsita: *vt §. de duobus reis. l. eandem. §. fin. & l. ij. in fin.*
o ¶ *Non liberantur*. facit *supra de condict. indeb. l. si non sortem. §. fin. & §. de opti. lega. l. seruo generaliter. & j. ea. l. §. penul.*
p ¶ *Liberatur*. quia aliud [d] pro alio dare potest volenti creditori: *vt supra de constitu. pecu. leg j. §. antepen.* ¶ Et dic liberatur, scilicet per exceptionem, non ipso iure: *vt supra de verbo. oblig. leg. si. §. cum mihi.*
q ¶ *Decem*. qui sola erant in obligatione.
r ¶ *Liberabuntur*. ipso iure, si bona fide acceperat vt saluam faciat domino: alioquin per exceptionem: *vt j. eo. l. cum quis. §. j.*
ſ ¶ *Vt procuratori soluant*. sic etiam prohibendo [e] administrare, prohibetur etiã solui ei: *vt supra eo. l. quòd si fortè. §. j.* Item & generali mandato videtur mandare vt creditoribus soluatur: *vt §. de condic. indebi. l. si procurator. & j. eod. l. quolibet. & supra de procura. l. procurator cui libera. & l. seq.*

† Heredis persona condictio obligationis mutat ãnõ debet. *adde l. 2. §. an his. l. de ver. oblig.*

† Mandare creditoribus videtur vt soluant procuratori, qui procuratorẽ ad solutionẽ recipiendam facit.

* præponit.

a Interdũ nõ eadem ratio est totius ad partẽ, quæ partis ad totum.

b Homo nisi totus solui non potest.

c Solutione integrum debitum accipiẽs creditor tenetur partẽ socio credẽdi communicare, vt hic. Idẽ tenet Glo. in l. frater à fratre. §. de condic. indeb. & in l. si Titio aut Seio. sup. de leg. 1. Dynum in l. 1. & Auth. hoc ita. Cod. de duobus reis. Contra videtur in l. in lege Falcidia hoc esse. & ad l. Falcidiam. Dic rapere hac solum hic.

d Aliud pro alio volenti creditori dari potest.

e Solui alicui prohibet, qui vetat eũdem administrare.

Nemo

a ¶ *Nemo[a] liberatur. vt & s. de cond. ind. l. si vrbana. §. nam si seruus. & §. quod si vellutam. & s. si cer. pe. l. cum fundus. §. j.*

b ¶ *Et cum fugitiuus.* Imò contra. s. eo. l. *fugitiuus. in fi.* Sol. vt ibi. & *facit s. de pecu. l. libera.*

c ¶ *Soluisset.* soluto matrimonio & idem est si soli filiæ soluisset.

d ¶ *Habuisset.* vt s. de *neg. gest. l. si ego.*

su. vnde cum ipse successerit creditori: confusa[a] est obligatio, & sic fideiussores liberati. & *facit supra de fideiusso. l. heres. à debitore. §. seruo tuo. & de peti. hered. l. si quid. §. fin. & l. sed & si lege. §. si minori. & de condic indebit. l. si vrbana. & ad Velle. l. tutor. & de fideiuss. l. Vranius.*

negotiis offert, soluendo nemo liberabitur[a]. 5 ¶ Et cũ fugitiuus[b] qui pro libero se gerebat, rem vendidisset: responsum est, emptores fugitiuo soluentes à domino liberatos non esse.

Restituens dotem profectitiam patri sine voluntate filiæ, non liberatur à filia: & ideo potest repetere. Paul.

6 ¶ Si gener socero † ignorãte filia, dotem soluisset[c], non est liberatus, sed condicere socero potest: nisi ratũ filia habuisset[d]. Et propemodum[e] similis est generi qui absentis procuratori solueret, quia in causam dotis particeps, & quasi socia[f] obligationis patri filia esset.

Soluens alteri de mandato creditoris, liberatur: licet ille non recipiat eo animo quo creditor sibi solui mandauit. Paulus.

7 ¶ Si debitorem meum iussero pecuniam Titio dare, donaturus ei: quamuis Titius ea mẽte acceperit, vt meos nummos faceret, nihilominus debitor liberabitur. sed si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset[g], nummi mei fient.

Si debitor succedat creditori, liberantur fideiussores: licet hereditas momento penes eum non remaneat, sed adquiratur patri in cuius est potestate. Paul.

8 ¶ Quidam filium familias à quo fideiussorẽ acceperat, heredem instituerat. quæsitum est, si iussu patris, adisset hereditatẽ, an pater cum fideiussore agere posset. Dixi, quotiens reus satisdandi, reo satis accipiendi heres extiteret: fideiussores ideò liberari[h] quia pro eodem apud eundem debere non possent.

Solutũ prædoni, & ab eo vero heredi restitutũ, liberat soluentem. Bald.

9 ¶ Si prædo id quod à debitoribus hereditariis exegerat, petendi hereditatem restituerit, debitores liberabuntur[i]. 10 ¶ Si decem aut hominem dari stipulatus fuero, & duos fideiussores accepero Titium & Mæuium, & Titius quinque soluerit; non liberabitur prius quàm Mæuius quoque quinq. soluat. Quòd si Mæuius partẽ[k] hominis soluerit, vterque obligatus remanebit.

Eadem solutio non potest parere liberationem & repetitionem. Bar.

11 ¶ Qui perpetua exceptione se tueri potest solutum repetit[l]: & ideò non liberatur[m]. Quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit[n] ne ab eo peteretur: quamuis soluerit[o], nihilominus alter obligatus manebit[p].

Debitor meus ex contractu celebrato cum seruo meo, soluendo liberatur à me, etiam si erat alienatus vel manu missus: dummodo hoc ignoret: vel saltem peculij ademptione. P. de Ca.

XXXV. ALPHENVS VARVS *libro secundo Digestorum à Paulo epitomatorum.*

QVod seruus ex peculio suo credidisset, aut deposuisset: id ei, siue venisset, siue manu missus[q] esset, rectè solui potest: nisi aliqua causa interciderit ex qua intelligi possit, inuito eo cuius tum is seruus fuisset, ei solui. Sed & si quis dominicam pecuniam ab eo fœneratus esset[r]: si permissu domini seruus negotium dominicum gessisset, idem iuris est[s]. Videtur † enim voluntate domini, qui cum seruo negotium contraherent, & ab eo accipere, & ei soluere.

Sententia absolutoria præiudicat actori in eo quod ex postfacto apparebit ipsum petere potuisse: alteri verò non præiudicat. Paul.

XXXVI. IVLIANVS *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

SI pater meus prægnante vxore relicta decesserit, & ex causa hereditaria totum hoc quod patri meo debitum fuisset, petissem[t]: nihil me consumpsisse[u] quidam existimant. si nemo natus sit rectè me egisse[x],

e ¶ *Et propemodum* nã non est procurator, sed particeps obligationis vt filius vel socius: & ideò dicit propemodum.

f ¶ *Socia.* non[b] est sic socia. vt sũt duo rei stipu. quia nõ si vni soluatur, continget liberatio ab altero: sed sic dicitur actionẽ escisse communem quia filia mortua competit patri in solidũ. 2 Itẽ patre mortuo, vel ea emancipata, filiæ competit in solidum: *vt supra solu. matri. l. iij. §. j. & l. iq. & leg. dotem. & C. de rei vxo. act. §. & hoc. & C. solu. matri. leg. q. & leg. filia. & supra de leg. .q. l. Titia. §. inuita. & supra ad legem Falcidiam. l. patri filiam in prin.*

g ¶ *Mibi dedisset.* & tradidisset. ¶ Sed interim cuius est? Resp. debitoris non, *argu. supra de adquired. poss. l. quod meo. §. si furiosi.* (Sed arg. contra. s. *de vi & vi arm. l. cum fundum. & j. eo. l. cum quis. §. si debitorem.*) Item Titij non, quia non habuit animum vt sibi adquireretur vel donaretur: & dissensus impedit donationẽ: *vt s. si cert. peta. l. si ego.* Item creditoris non, quia non volebat quæri sibi: sed postea cum ipse ratum habet. vel accepit pecuniã, fit sua: & sic fingitur retro fuisse sua. Sed in veritate nullius[c] interim fuit: *vt diximus supra de neg. gest. l. si ego.*

h ¶ *Liberari.* Immò videtur quòd pater possit fideiussores cõuenire: quia nullo momento videtur hereditas fuisse penes filium: *vt supra de adquir. hered. l. placet.* & sic videtur quòd debitor non successit creditori, & ideò extinguitur obligatio principalis. imò pater successit creditori. Respond. hic non respondet quæstioni: sed dicit, quotiens &c. At in quæstione præmissa non successit debitor, id est filius, vt dictũ est. igitur non confunditur obligatio: & sic poterunt conueniri fideiussores. 2 Vel aliter: licet tantũ filius teneatur, tamen pater conuenire fideiussores non potest: quia ipse est heres creditoris nomine filij & ex filij persona: inde est quòd legata ex filij persona soluit, *vt supra de leg. j. leg. cum filio.* & ideò cum ex persona filij agat: tã filius quàm fideiussores sunt liberati hereditate patri per filium adquisita. 3 Vel aliter: pecunia mutuata filio conuersa fuit in rem patris: vel iussu patris erat mutuata filio: & sic tenebatur pater de in rem verso, vel quod iussu.

i ¶ *Liberabuntur.* vt & *supra de leg. j. l. si quis duobus.*

k ¶ *Partem.* iam à Titio] quinque solutis. *ad quod est s. eo. l. j. §. si & s. de cond. indeb. l. et si non sortem. §. pen.*

l ¶ *Repetit.* vt[b] s. *de cond. inde. leg. qui exceptionem. & s. ad Maced. l. cum tamen.* Accur.

m ¶ *Liberatur.* ab illa obligatione inefficaci qua tenebatur: & est bona ratio: quia duos contrarios[c] effectus eadem solutio nõ operatur: *vt hic & supra de condi. inde. l. cum u. §. j. & s. de tributo. l. aliás. ibi: cum igitur &c.* Sed contra. *infra e. de numeration. bus. in fi.* Sol. vt ibi.

n ¶ *Pepigerit.* Ergo nec pactio, quia nõ erant socij, prodest coreo: *vt s. de arbi. si duo. & de lib. leg. l. ir. §. j. & de pact. l. idem in duobus.* nec solutio, quia repetitur pecunia: secus in acceptilatione vt in contrario. *s. tit. j. l. si rem. §. j.* Accur.

o ¶ *Soluerit.* scilicet ille qui postea pacto facto fuerat liberatus.

p ¶ *Manebit.* quia ille qui soluit, repetit.

QVod seruus.] CASVS. Habebam seruum cum peculio suo. iste seruus mutuauit pecuniam aliquibus: postea est venditus vel manumissus. quæritur vtrum debitores ei rectè soluẽt id quod ex peculio mutuauit? Respond. quod sic, nisi appareret aliqua manifesta causa qua posset cognosci dominum noluisse illi seruo solui. idem est si iste seruus gessit negotia domini. cætera clara sunt l. sequẽtem vide per te. Franc. Acc.

q ¶ *Manumissus.* vel non manumissus: *vt s. eo. l. fugitiuus. in fi.* nisi dominus sit mortuus, & hoc scit debitor: *vt s. eo. l. si seruus. & si cert. peta. l. eius qui.*

r ¶ *Fœneratus esset.* id est mutuum accepisset.

s ¶ *Idem iuris est.* quia liberatur soluens & ignorans eum alienatum vel manumissum: *vt s. eo. l. si quis seruo. & facit s. depo. leg. quod seruus. & s. tit. j. l. non ideò minore.*

t SI *pater meus.*] *Petissem.* & sententia contra me lata fuisset.

u ¶ *Consumpsisse.* id est me non amisisse aliquo nato ex vxore postea. Sed malè putant: quia in quartam saltem mihi præiudico: *vt supra si pars here. peta. l. antiqui. & de suis & legi. l. intestato. §. est autem.*

x ¶ *Egisse.* & bene, quia &c. *vt s. si pars here. pet. l. illud.* & sic me totum [d] amisisse: quia obstabit exceptio rei iudicatæ.

a Solutio fieri non potest ei qui nullũ mandatũ habeat vt hic. An vero negotiorũ gestori v. Roma. sing. 164.

b Societas in dote quæ sit inter patrem & filiam.

† Soluens cõiunctæ personæ (puta socero nomine vxoris suæ, quæ patri suo coniunctissima est persona) soluendo non liberatur à creditore.

c Imò interim remanet soluentis, quia dominium nõ amittitur, nisi ei cui traditio adquiratur. *l. cum quis. §. si debitorem. inf. eod. l. nec videtur sup. ex quibus caus. maiores.* & ita post Gulielmum tenet Bartolus.

a Obligatio confunditur debitore succedente creditori.

b Solutum repetere potest qui perpetua exceptione tueri se poterat, ne solueret.

c Solutio tandem contrarios effectus operari non potest. *arg. l. in numeratione ... de ...*

† Solutioni recipiendæ præpositus videtur, qui ad cõtrahendũ præpositus est.

d Hoc verũ: si certũ erat neminem nasciturum antequam ferretur sententia: *arg. l. si rem. in fin. sup. de pig. act.* aliàs, si nõ erat certum, sententia tantum præiudicabit in parte. Bart. hic.

a ¶ *Partem.* quia illam rectè potui petere: & ideò in illa obstat mihi exceptio rei iudi. in cæteris non: *vt supra de except. rei iudi. l. si mater. §. eandem.* Sed certè nec prima quorundam, nec secunda Iul. sententia tenet: quia ego nõ potui petere nisi quartam: & in illa obstabit mihi exceptio rei iudi. *vt d. leg. antiqui. & l. j. in fin. & facit supra de iudi. l. sed & si restituatur. §. fin. & de rebus. du. leg. vtrum.*

quia in rerum natura verum fuisset me solum heredem fuisse. Iulianus notat: Verius est me eam partem[a] perdidisse, pro qua heres fuissem, antequam certum fuisset neminem nasci: aut quartam partem, quia tres nasci potuerunt: aut sextam, quia quinque. Nam & Aristoteles scripsit quinque nasci posse †: quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere possunt: & esse mulierem Romæ Alexandrinam ex Ægypto, quæ quinque simul peperit, & tamẽ habebat incolumes & hoc in Ægypto adfirmatum est mihi.

Fideiussor soluens nomine rei, pro parte sua se solum liberat. Paulus.

XXXVII. IDEM *libro secundo, ad Vitellium Ferocem.*

QVotiens vnus ex fideiussoribus suam partem soluisset, tanquam negotium reo gessisset: perinde habendum est, ac si reus ipse vnius fideiussoris partem [b] soluisset [c]: sed tamen, vt non ex sorte decedat [d]: sed is fideiussor solus liberatur, cuius nomine solutio facta fuerit.

Si conditio adiecti mutatur in deterius: ei non potest solui. Bar.

XXXVIII. AFRICANVS *libro septimo Quæstionum.*

CVm quis sibi aut Titio dari stipulatus sit: magis esse ait, vt ita demum rectè Titio solui dicendum sit, si † in eodem statu maneat quo fuit cum stipulatio interponeretur [e]. Cæterum siue in adoptionem siue in exilium ierit vel aqua & igni ei interdictum,

QVotiens vnus.] CASVS. Duo erant rei promittendi: & duo fideiussores. vnus fideiussor gerẽdo negociũ vnius rei soluit pro reo. perinde est dicendum ac si ipsemet reus soluisset partẽ vnius fideiussoris: tamen de principali sorte nihil minuitur pro qualibet parte, sed tantum pro parte illius qui soluit, vel pro quo solutum est. Franciscus.

b ¶ *Partem.* puta à medietatem debiti, cum sunt duo fideiussores.

c ¶ *Soluisset.* specialiter dimidiam pro illo soluo, cum duo sint vt dixi.

d ¶ *Decedat.* ipso iure etiam modica: quia ille qui soluit, tantum causa sui soluit. merito ergo de sorte nihil decedit: cum adhuc ille teneatur in solidum: cum ipso[a] iure non fiat diuisio inter fideiussores: *vt supra de fideius. l. inter fideiussores. & supra manda. l. Papinianus.* habebit tamen soluẽs, vt ille pro quo soluit reus, except. pro parte soluta: *vt supra de fideius. l. inter eos. §. j. quæ est contra.* 2 Vel dic non ex sorte, scilicet pro rata cuiusque portionis, id est non vterque fideiussor liberatur pro rata: sed ille solus cuius nomine est facta solutio. & quod dicit, liberatur, dic non ipso iure, sed per exceptionem: vt dicto contrario & sic secundùm vtranque solutionem liberatur fideius. per except. 3 Vel solue: hic insolidum. ibi in partes tenebatur. *& adde quod not. supra e. l. in his. §. si duas.* ADDITIO. Istæ duæ sol. glo. non sunt veræ, secundùm Bart. hic: ideò dic secundùm eundem, quòd ante solutionem nullus fideiussorum liberatur ipso iure, sed per exceptionem descendẽtem ex epistola, si sunt soluendo: *vt s. eo. l. inter fideiussores.* aut post solutionem: & tunc aut fideiussor soluit pro parte sua tantũ, hoc exprimendo: aut soluit simpliciter. primo casu pro parte soluta liberatur ipso iure. casus est hic. pro alia parte, quæ respicit fideiussorem, liberatur ope exceptionis taciti pacti: *vt l. si creditores. C. de pac. & s. eod. l. in his. §. j. si verò soluit simpliciter*: tunc loquitur *l. inter eos. §. j. s. alleg.*

† In hunc locum copiose disserit Gel. lib. 3. c. 16. noct. Attic. & c. 2. Cælius Rhod. li. 4. lect. antiq. c. 23.

a Diuisio ipso iure nõ fit inter fideiussores.

CVm quis.] CASVS. Planum est hoc principium. [SI DEBITOREM.] Habebam creditorem Titium, & debitorem Mæuium. iussi debitorem Mæuium soluere Titio creditori meo. postea ipso ignorante vetui ne Titius hanc pecuniam acciperet. Si debitor soluerit, liberatur si Titius acceperit hanc pecuniam non animo lucrifaciendi eam vel furandi. Nam si animo furandi acceperit, nummi remanent debitoris: & sic non liberatur à me. tamen si iste Mæuius debitor meus vult mihi cedere condictionem furtiuam quam habet contra Titium creditorem meum dabitur sibi exceptio contra me. & ponit exemplum à simili: Si maritus habeat debitorem in centum: & volens donare vxori iubeat debitorem soluere hanc pecuniam vxori: certè debitor non liberatur: quia nummi non fiunt mulieris. donatio enim inter virum & vxorem non valet: tamen si iste debitor vult cedere condictionem marito, quam habet aduersus mulierem, poterit vti except. aduersus maritum si petat ab eo. Itẽ si mulier hanc pecuniam acceperit animo lucrifaciendi, vel furandi: competet marito post diuortium actio furti contra mulierem: quia interest mariti nummos non intercipi. [DE PECVLIO.] Habebam seruum cui dederam peculium vt negotiaretur. iste seruus contraxit cum Mæuio ita vt ei deberet c. & dedit fideiussores. fui conuentus à Mæuio: & condemnatus solui Mæuio, hic quæritur, nunquid etiam fideiussores liberentur? Respond. quòd sic. nam vna pecunia soluta potest liberationem efficere in diuersis causis, sicut hic facit: quia me liberat actione de peculio: & fideiussores serui liberat actione fideiussoria. & adducit Iulianus simile. Nam si quis conuentus in iudicio satisdederit iudicatum solui: postea condemnatus soluat: à duabus actionibus scilicet ab actione iudicatum solui, & ab actione ex stipulatu, ipse & sui fideiussores liberantur. vsque ibi: [ET MAGIS SIMILE.] Vbi arguit contra prædicta sic: Possessor hereditatis qui se heredem esse putat: si soluat creditoribus, heres verus non liberatur. ergo vna solutio non efficit liberationem in duabus causis. Sed respondetur quòd hic ideò secus est, quia iste possessor hereditatis soluit pecuniam indebitam suo nomine: & ideò habet eius repetitionem: quam obrem heres non liberatur, cum pecuniam possit creditori auferri. [QVI HOMINEM.] Tu promisisti mihi hominem in genere. soluisti Stichum qui erat statu liber, id est manumissus sub conditione si nauis ex Asia venerit. dubitatur hic an liberatus sis: vel an sit expectanda conditio: vt si deficiat, remaneat seruus Stichus, & ne bene sit solutus. Sed respon. quòd non liberaris: nec est expectanda cõditio istius manumissionis: imò ego possum agere contra te statim ad seruum mihi soluendum. Tu verò poteris condicere seruum quem statuliberum soluisti. Si verò interim conditio libertatis defecerit, tu eris liberatus hac solutione Stichi. & ponit Africanus iurisconsult. exemplum: veluti si quis debet centum sub conditione, & soluit per errorem, scilicet se credens purè debere: si conditio interim extiterit, non potest repetere. ¶ Sed ponamus quòd iste Stichus mortuus est: & postea conditio deficit: an liberatus es? Respondetur quòd non, licèt Sticho viuente si conditio defecisset, tu fuisses liberatus: & ratio est: quia isto casu tua solutione nunquam dominium serui in me transtulisti. Item sequeretur inconueniens. nam si promisisti mihi seruum in genere, & soluisti Pamphilum in quo Titius habebat vsumfructum, & vsufruct. non finito seruus Pamphilus decessisset, tu esses liberatus. quod tamen nihil est, quemadmodum si soluisses seruum communem, & is interim decessisset. hoc dicit iste §. difficilis, & ideò ieiuno stomacho scriptus. [SI QVIS PRO REO.] Titius tenebatur mihi aliqua actione temporali, qui fuit missus in prouinciam aliquam causa rei publicæ: ipso absente actio mea præscripta est: qua de re sui malè contentus, quidam amicus Titij dixit mihi: ne te crucies propter præscriptionem huius actionis: ego fideiubeo pro Titio, qui nunc reuersus est. ego habeo annum ad petendam restitutionem in integrum contra præscriptionem istius actionis: quæ præterit antequam peterem restitutionem: & sic ego non potero agere contra Titium. Nunc quæritur, an saltem ipse fideiussor teneatur, qui post præscriptionem actionis fideiubendo videtur præscriptionem interrupisse: licet annus restitutionis præterierit? Et respõdetur quòd fideiussor tenetur: quia restituitur in eum actio ex edicto: sicut restituitur actio in illum fideiussorem qui occidit hominem promissum ab aliquo pro quo ipse fideiusserat: quia licèt actio perierit mortuo homine, tamẽn quia ipse fideiussor occidit, actio in eum restituitur. [QVI PRO TE.] Tu accepisti pecuniam mutuam à Titio: pro qua fideiussit Mæuius: & dedit pignus pro sua fideiussione. Mæuius iste fideiussor instituit te heredem: & sic expirauit actio fideiussoria: quia tu teneris quasi principalis. quæritur tamen, an pignus quod Mæuius obligauit, teneat? Respondetur quòd sic. Sed ponamus quòd creditor tuus non fuit contentus de fideiussione Mæuij: sed voluit à Mæuio habere alium fideiussorem: quem etiam ipse Mæuius pro se dedit: postea te heredem Mæuius instituit: an etiam iste secundus fideiussor teneatur? Respond. quòd sic, sublata obligatione Mæuij pro qua pro te fideiussit. Franciscus.

e ¶ *Interponeretur.* facit *supra de leg. iij. leg. item legato. §. penul. & de acq.*

† Mutato statu personæ mutatur ius circa personam eius: *ar. l. pater sup. de acq. possessio. l.* Mutatione enim vel modica facti, totum ius mutatur *l. ea quæ in rem. ad senatus. Trebel.* sic mutata forma, ius & substantia rei mutari dicimus *l. sed si ex l. eam. § sed si quis sup. ad exhi.* Mutatione tamen status in melius, non obligatio mutari nõ intelligitur *l. an eum § 1. sup. de inoffic. test.* & mutatione heredis non mutatur substantia obligationis *l. 1. § an bo. sup. de verbor. obligat.*

de auro & argen.lega.l.ij. Sed contra *supra de verb. oblig.leg. eum qui ita. §. qui sibi aut filio.* Solu. ibi potest me nolente: hic vero nõ potest me inuito. 2. Vel ibi in filio: 3. Vel ibi in [a] meliorem statum. Item contra. *j.eo.l.Stichum aut Pamphilum.§.vsumfruct.* Solu. vt ibi. Item facit. *s.de condict.fur.leg.fine. §. fin. & sequen. & supra de fideiusso. leg. si debitori.*

a ¶ *Eum liberari.* ipso iure. Accur.

b ¶ *Nummos.* Nam [b] cũ sic fide bona accepit transfertur dominium in dominũ propter precedens mãdatum: licet fuerit reuocatũ. *sic supra pro empt. leg.ij.§.si à furioso. & infra de reg.iur.leg. semper qui non. & supra famil. ercisc. leg. cum putarem.* secundũ B. Sed secundum nos aliter intelligimus. l. illam cũ putarem.

c ¶ *Debitoris.* in eo quod dicitur *hic, & j. proxi. respon.* non transire dominium quãtũcũque debitor soluẽs voluerit trãsferre, est argu. contra. *s. de acquir.poss.le.quod meo. §. si furioso.* Sed aliud in possessione quàm dominio [c]: *vt eo.tit. leg. si quis vi.§.j.*

d ¶ *Conditionem.* erat consumpta pecunia: alioquin [d] haberet rei vindi. vt supra proxi. dedit intelligi, cũ dixit mansuros eos debitoris: *vt patet s. de do. inter vi.& vxo.leg. vir vxori.* ipse etiam furti [e] directo tenetur: *vt s. eo. l.si quis seruo. & facit ad hanc distinctionem.s.de exer.actio. leg. j.§.non autem.vers. vnde quæritur. & Cod. de furt.l.falsus. & quod ibi nota.& s.eo. leg. si quis seruo. in fine. & l. si seruus in fine. & l. vero. §. j. & j.de fu t.l.si vendidero.§.si Titius.& l.falsus.§.j.*

e ¶ *Vxori.* scienti virum non posse sibi donare.

f ¶ *Quoque.* non solum superiori casu.

g ¶ *Non liberari.* ipso iure, sed vi exceptionis. *vt subiicit: & s. de donat. inter. vi. & vxo. l. vir vxori. in fine.* Sed videtur ipso iure: *vt eo.ti.l.iij.§.fin. cæterum debitorem, &* Sed ibi [f] credens donationem valere accepit, *vt argu. superioris respon.*

h ¶ *Si condictionem.* furtiuam [g]: vt in superiori casu. & si extat, vindicationem: *vt s.de dona.inter vir.& vxo.l.vir vxori.*

i ¶ *Diuortium.* nam constante matrimonio non: *vt C.rerum.amo. l. ij.& supra rerum amo.l.j.in fine.& l.ij.*

k ¶ *Competituram.* quia me inuito contrectet: aliàs contra.

l ¶ *Respondit.* *vt s.de act.emp.l.si seruus. §.seruum. & de except.rei iudi.l.si cum testamento.§.finali.*

m ¶ *Causas.* omnes [h] liberatorias, ne obsit. *s.l.qui hominem.§.si.* Ac.

n ¶ *Reus.* id est defensor qui promisit iudicatum solui. imò etiam principalis iure isto *vt Instit. de satisda.in principio.*

o ¶ *Et magis.* scilicet quàm dissimile.

p ¶ *Indebitam.* ex persona, non ex causa: *vt supra de condict. indeb. l.si pœna.§.j.* Accur.

q ¶ *Repetitionem.* secundum hoc posset dici: quia si iste possessor qui ita soluit, de hereditate retineat quantum soluit, liberat debitorem à creditore, & creditorem à se: & sic vna retentio facit duas liberationes: & hoc totum dicunt deesse in litera: & sic eã suppleri. 2. Vel dic nihil deesse, scilicet sic. nam cum creditor hereditarius restituit pecuniam possessori ab eo sibi solutam: parit illa pecunia liberationẽ in duas causas: quia tenebatur restituere per condictionem indebiti. Item liberatur verus heres à possessore: quia possessor poterat retinere de hereditate quantum soluerat paratus cedere condict. inde. heredi: *vt s.de petit.here.l.quod si possessor. in fin.* & hoc si habes in litera, simile. aliàs est in litera, dissimile: & tunc plana est. *& facit supra de peti.here.l. si quid possessor.* Accursius.

vel seruus factus sit: non rectè ei solui dicendum. tacitè enim inesse hæc conuentio stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.

Post mandatum reuocatum debitor ignorans soluendo liberatur ipso iure si recipiens bonum animum habuerit: aliàs ope exceptionis, si soluẽs condictionem cedere sit paratus. Bartolus.

1. ¶ Si debitorem meum iusserim Titio soluere, deinde Titium vetuerim accipere, & debitor ignorans soluerit: ita eum liberari [a] existimauit, si non ea mẽte Titius nummos [b] acceperit, vt eos lucretur: alioquin, quoniã furtum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris [c], & ideo liberationem quidẽ ipso iure non posse contingere debitori: exceptione tamen ei succurri æquũ esse si paratus sit cõdictionem [d] furtiuam quam aduersus Titium habet, mihi præstare: sicuti seruatur cum maritus vxori [e] donaturus debitorẽ suum iubeat soluere. nam ibi quoq. [f], quia nummi mulieris non fiunt debitorẽ non liberari [g]: sed exceptione eum aduersus maritum tuendũ esse. *Si condictionem* [h] *quam aduersus mulierem habet, præstet*: furti tamen actionem in proposito mihi post diuortium [i] competituram [k], quando mea intersit interceptos nummos non esse.

Eadem solutio prodest ad diuersas causas obligationis tollendas. Bartolus.

2. ¶ De peculio cũ domino actũ est. is dãnatus soluit. Et fideiussores pro seruo acceptos liberari respondit [l]. eãdẽ enim pecuniam in plures causas [m] solui posse, argumentum esse, quòd cum iudicatum solui satisdatũ est, & damnatus reus [n] soluat: nõ solũm actione iudicati, sed etiam ex stipulatu & ipse & fideiussores liberẽtur. & magis [o] simile esse quod cum possessor hereditatis existimans se heredem esse, soluerit, heres non liberetur. tunc enim propterea id euenire, quòd ille suo nomine indebitam [p] pecuniam dando, repetitionem [q] eius haberet.

Qui hominem debet in genere, soluendo statuliberum, non liberatur si conditio libertatis eo viuo defecerit: secus si eo mortuo. Bar.

3 ¶ Qui hominem [r] promisit: si statuliberum [s] soluat, magis puto non esse expectandam conditionem [t]: sed & creditorem agere posse, & illi condictionem [u] competere. Quòd si interim cõditio defecerit, liberatur [x] perinde atque si quis pendente conditione soluit per errorem, & antequam condiceret, cõditio extiterit [y]. Illud nullo modo dici conueniet, si mortuo Sticho [z] conditio deficiat, liberari debitorem: quamuis si viuente eo defecerit, liberaretur [a]: quando isto casu [b] nullo tempore perfectè hominem meum feceris: alioquin propè erit vt etiam si eũ seruum in quo vsusfructus alienus est, mihi solueris, isque [c] vsufructu manente decesserit, ea solutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum est [d]: sicuti si communem [e] soluisses, isque decessisset.

Pro eo contra quem potest in integrum restitutio postulari, potest accedere fideiussor: & rursus talis prodest: eo præsenti, & non absenti. Bartolus.

4. ¶ Si quis pro eo [*] reuerso [f] fide iusserit, qui cũ reipublicæ causa

r ¶ *Qui hominem.* in genere.

s ¶ *Si statuliberum* scilicet Stichum iussum esse liberum si [a] nauis venerit ex Asia vsque ad annum.

t ¶ *Conditionem.* vel vt deficiat, vel vt existat.

u ¶ *Condictionem.* scilicet indebiti. Sed cõtra *supra de condict. indebi. l.Neratius.* Solu. ibi in specie, hic in genere promisit [b]. Item contra supra *de statulibe.leg.statuliberum medio.§.penult.* Solu. plene vt d.l. *Neratius.*

x ¶ *Liberatur.* *facit infra eo. leg.si qui alienum.*

y ¶ *Extiterit.* *vt supra de condictione indebit. l.sub conditione.*

z ¶ *Sticho.* statulibero soluto.

a ¶ *Liberaretur.* *vt s. proxi.* eius enim interitu liberaretur. cui & solutione.

b ¶ *Isto casu.* non proximo.

c ¶ *Isque.* scilicet seruus.

d ¶ *Probandum est.* *facit infra eo. leg. si hominem.*

e ¶ *Si communem.* tibi vel alij. *ad quod est supra eo l.si rem.*

f ¶ *Reuerso.* & liberato iam præscriptione: vt subiicit. ¶ Sed quo modo tenetur [c]: *vt s. de fideiuss. l. si quis postquã. quæ est contra?* Solu. hic poterat restitutionis iure teneri re [*], ibi non. *ad quod est j.eo.titu. l.si debitori.* (Et nota q hic [d] præsens restituitur contra absentem, quòd esse potest: *vt s.qui ex cau. ma. l.j.§. item si quis.*) Sed oppo. contra hunc §. si quis. innuit enim hic §. quòd intra annum tantum possit restitui læsus, & post acceptũ fideiussorem: sed contra videtur: quia dando [e] fideiussorẽ: agnoscit debitum. & sic [f] interrumpitur præscriptio: *vt C.de præscrip. xxx.ann.l.cum notissimi.§.sed & si quis. quæ est contra.* Solu. secundũ R. hæc per illam corrigitur. 2. Vel dic [g] quòd ibi ante finitã actionẽ præscriptione agnoscebatur debitũ [h], hic post. & leuius [i] est cõseruare quàm suscitare. 3. Vel forte ignorante debitore intercessit, quod fieri potest: *vt s.manda.l.ex mandato.§.j. & s. de fideiusso. l. fideiubere.* 4. Vel dic etiam si det, nec per hoc agnoscat: quia [k] nec lite contestata perpetuatur restitutio: sed demum restitutione [l] habita perpetuatur actio restituta: *vt C. de tempo.in integ.restitut.l.fi.* 5. Vel dic quòd non fatebatur reus se debere, sed dixit. Do eum in eo quod apparuerit me debere.

a Solui adiecto potest, statu etiam eius mutato in melius, non in deterius, vt ibi. Imo etiam in deterius statu commutatur, adhuc tamen ei solui potest, si vna erat soluenda res, alia adiecta. l. Stichum. §. vsumfructum. Eadem ratione dicitur procuratori constituto vel voluntario, mutatione status procuratores esse nõ desinere. Odofred. Imprimis Alexander. Imò falsum: procurator enim solutionẽ accipiens, et cum negotium gerit domino pecuniam acceptam non adquirit, licet eam accipiendo liberet debitorem. vide hic Bartolum.

c Dominium vnum non amittitur nisi altere quæratur.

d Vindicatio pecuniæ cõsumptæ esse non potest: condictio esse potest.

e Condicere rem suã à fure quis potest.

f Die melius. ibi mulier recepit pecuniã viro præsente: vnde cum viro videatur soluta pecunia, merito liberatio contingit. Quo casu verò viro absente solutio facta est, distinguendum est an habuerit, qui recepit pecuniã, bonam vel malam fidem vt d.l.ij. s. vxore.

g Imò sine causa non cõdictio furtiua inter virum & vxorem nõ datur. l.3. s. rerum amotar. Quidam tamẽ dicant, furti tamen actionem competere eamque cedi marito posse soluto matrimonio.

h Solutio eadem prodesse potest ad diuersas obligationes liberatorias: non ad vnam obligatoriam, alterã liberatoriam.

a Statuliber dicitur is cui libertas in tempus vel cõditionem aliquam dilata est.

b Subaudi hominem.

*neo.

c Fideiussor accedere non potest pro eo qui tempore liberatus est, licet dari possit pro eo qui conueniri potest ex solo iudicis officio.

d Præsens cõtra absentem quandoque restituitur.

e Fideiussorẽ qui dat, debitum agnoscere videtur.

f Præscriptio interrumpitur fideiussoris datione.

g Idem tenent Dynus, Oldradus, & Bartol.

h Dato fideiussore.

i Conseruandi ratio quàm suscitandi de nouo ad quærendi facilior.

k Actio perpetuatur datione fideiussoris, si modo eius generis vel litis cõtestatione perpetuetur aliàs secus.

l Actio restituta perpetuatur per restitutionem.

abesset, actione qua[a] liberatus sit: deinde annus[b] praeterierit, an fideiussor liberetur? quod Iuliano non placebat: & quidem si cum fideiussore experiũdi potestas non fuit.[c] Sed hoc casu[d] in ipsum fideiussorem ex edicto[e] actionem restitui debere quemadmodum in eum fideiussoré[f] qui hominem promissum occidit[g].

Si fideiussor debitori succedit, obligatio fideiussoria extinguitur: secus in pignore. Bartolus.

5. ¶ Qui pro te apud Titiũ fideiusserat, pignus in suá obligationem dedit, post idem[h] heredem te[i] instituit. Quamuis ex fideiussoria causa nõ tenearis[k], nihilo minus tamen pignus obligatum[l] manebit. At si idem[m] alium fideiussoré dederit, atque ita heredé te instituerit: rectius existimari ait, sublata obligatione eius pro quo fideiussũ sit, eũ quoque qui fideiusserit, liberari.

Si pecunia deponatur per debitorẽ penes electum per creditorem: periculum est ipsius creditoris. sed si ipse debitor eligit: ita demum est periculum creditoris, si ipse fuit in mora percipiendi: secus si debitor fuit in culpa offerendi: vel neuter fuit in mora vel culpa: quia tunc pertinet ad ipsum debitorem: sed in debito speciei hoc vltimo casu quando neuter fuit in mora vel culpa, periculum pertinet ad ipsum creditorẽ, cum interitu speciei debitor liberetur. Paul. de Cast.

a ¶ *Qua.* id est aliqua de iure ciuili.

b ¶ *Annus.* s. vtilis, intra quẽ poterat actor in integrũ restitui: hodie quadrienniũ. *vt C. de temp. in integ. rest. l. fi.* ¶ Sed tunc opponitur: quomodo poterit praeter ire, cum[a] non potuit cõuenire fideiussorem: vt subiicit: *& ff. de diuer. praescr. l. j.* Sed resp. q mutat casum ibi, & quidem &c. nã primo fuit potestas experiũdi, & sic praeteriit. exinde non fuit potestas experiũdi, & sic nõ praeteriit. & secundũ hoc dices Iuli. male dixisse, quia si praeteriit annus, quia fuit potestas experiũdi, & sic liberatur reus, per consequens & fideiussor ex persona rei. *vt ff. de excep. l. omnes.* 2. Alij, vt Azo[b], dicunt[c], annus scilicet cõtinuus, non vtilis: propter id quod subiicit q nõ fuit potestas experiũdi: & sic tota litera de vno casu dicit. & bene dicit Iulia. nam constat q nec anno cõtinuo, nec biẽnio, nec etiã decẽnio cõtinuo liberatur fideiussor si nõ fuit potestas experiũdi: & ita nõ currit vtilis annus: & potest esse q nõ est potestas experiundi cũ fideiussore vel reo, quia forte fuit absens, vel in dignitate positus, vel in simili casu: vt plures sunt, *ff. quib. ex cau. ma. l. j. §. j. vsque in fi.* ¶ Item si potuit conuenire reum, licet non fideiussorem: nũquid praeteriit annus? Resp. sic. loquitur ergo cũ nõ potuit conuenire fideiussoré, vel nec reũ ex aliqua causa: & ita sicut contra reum, ita contra fideiussorem nomine rei restituitur intra vtilẽ annum: aliàs non, cũ[d] possem reum conuenire, & interrumpere & per hoc fideiussoris obligationem: *vt C. de duobus reis l. fina.*

b ¶ *Annus.* etiã pro fideiussore ex persona rei liberato: quia qui potest facere vt possit, &c. *vt ff. de reg. iu. l. qui potest.* 2. Alij[c] dicũt quòd secundum haec iura non interrumpebatur contra fideiussores per hoc quòd contra reum ageretur: sed hodie sic per dictam l. 3. Vel illa in correis tantum dicit, non in reo & fideiussore. vt hic patet cum dicit, in his casibus quos nunc seruo, &c.

c ¶ *Non fuit.* verum est quòd non liberatur.

d ¶ *Casu.* scilicet quando fuit experiundi potestas cum reo, non cum fideiussore: *vt ff. proxi. & quidem*, &c.

e ¶ *Ex edicto.* posito, *ff. ex qui. cau. maio. l. j.* H.

f ¶ *Fideiussorem* scilicet restituitur vtilis ex stipulatu. ¶ Sed cõtra. *ff. de dolo l. si. fideiussor.* Solu. hic de aequitate, ibi de rigore. 2. Vel hic fuit fideiussor liberati debitoris, ibi liberandi: quia hic non fuit in mora debitor, ibi sic. 3. Vel plenius dic vt ibi.

g ¶ *Occidit.* ante moram rei, & post moram suam: quo casu vtilis actio in fideiussorem datur: *vt ff. de vsur. l. mora. §. fin.*

h ¶ *Id est,* scilicet fideiussor.

i ¶ *Te.* debitorem.

k ¶ *Tenearis.* vt ff. *de fideiuss. l. heres à debitore.* Accur.

l ¶ *Obligatum.* habet[f] enim suas conditiones hypothecaria vt duret donec debitum sit solutum, vel aliàs satisfactum: *vt supra de pign. l. grege. §. etiam.* hoc enim pignus cum liceret ob chirographariam pecuniam etiam retinere, multo magis hoc casu tenebit. Hoc in secũdo[g] fideiussore nullo modo potest dici, vt ob pecuniam in qua se non obligauit, teneatur, secundum R. & I.

m ¶ *Si idem.* fideiussor ad quod est. *ff. de fideiuss. l. Graecè.*

a Annus vtilis non currit ei qui non potest agere.

b & Oldradus.

c Hoc nõ probatur Bartolo, quia nullũ dubium, si ita esset. haec lex cõtineret. Dicit igitur, Idem annum vtilem currere, quòd reus esset praesens.

d Fideiussoris reo aduersus fideiussorem praescriptionem interrũpimus, agendo cõtra principalẽ vel è diuerso, imò non interrumpitur, quia alia est causa duorũ reorum, alia rei & fideiussoris vt in Glossa proxima dicitur & merito. Duo enim rei tenẽtur eadem specie obligationis: secus in reo & fideiussore: cum fideiussor sem per verbis obligetur, reus alio modo obligari possit. vnde colligit Bartolus, Interruptione facta aduersus vnũ reum & eũ qui tenetur actione directa interruptionẽ esse factam aduersus aliũ tutorem in quem actio mota sit, vt & in eum qui tenetur actione vtili: cùm eadem specie obligationis, tales correi teneantur.

e Vt Dyn. ff. Hypothecaria eius conditionis est atque naturae vt duret donec debitum sit solutũ vel aliàs satisfactum: Has autem conditiones non habet fideiussor fideiussoris.

g Hoc est secundo fideiussore fideiussoris.

S[i] *sol uturus.*] Casvs. Debebam tibi c. aureos. volebam tibi soluere, & obtuli tibi. tu dubitabas an ista pecunia esset bona & probabilis, noluisti eã recipere. tamẽ cõtẽtus fuisti quòd deponeretur apud quendem nummularium, donec videretur si pecunia esset bona. ista pecunia perdita est. quaeritur, cui[us] periculo perierit, tuo, an meo? Respõdetur quòd tuo periculo periit. & hoc verum est si per te stetit quo min[us] pecunia probaretur: quia tunc habẽdum est perinde ac si noluisses recipere quando tibi obtuli. Nã quando debitor offert pecuniã creditori & nõ vult recipere, & pecunia perit: debitor liberatur. hoc ita, si debitor obtulit pecuniã debito tẽpore & loco[a]. Item idem est in hoc casu: vt ecce vendo tibi certã mercem: tu promittis p[ro] ea preciũ: tu eras homo modicae fidei: quia solebas accipere quinquẽnelias: aut quia abnegasti proprium signum tuũ manuale: ideo nolui tibi tradere merces meas antequam pecuniã mihi numerares: tandem conuenimus vt istae merces deponantur apud certum hominem, & etiã pretium. quaeritur, cuius periculo sunt merces & pecunia deposita? Respondetur, q si emptor elegerit eum apud quem deponeretur, est periculo suo: itẽ merx deposita est etiã periculo emptoris. ratio: quia emptio est perfecta. & sic periculũ rei venditae transiit ad emptorem.

2. ¶ Aditio hereditatis nõnunquã iure confundit obligationẽ: veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatẽ [i]. Aliquando pro solutione cedit [k], si fortè creditor qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei extitit. nõ enim quãto locupletior pupillus factus est, cõsequeretur: sed in solidum creditum suũ ex hereditate retinet [l]. Aliquando euenit, ut inanis [m] obligatio aditione hereditatis confirmetur [n]. nam si heres [o] qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres [p] extiterit [q]: vel mulier quæ pro Titio intercesserat [r], eidem heres extiterit: incipit obligatio ciuilis propter hereditatem eius qui iure tenebatur, auxilium exceptionis admittere etenim inconditum [s] est subuenire sexui mulieris [t], quæ suo nomine periclitetur [u].

Si fideiussor succedat debitori efficaciter obligato: extinguitur obligatio fideiussoria. idem si erat inefficaciter obligatus: tamen ista inefficacia non transibat ad heredem eius qui habebat exceptionem merè personalem, idem si tempore successionis erat efficaciter obligatus: sed sperabatur effici obligatio inefficax beneficio restitutionis in integrum: licet tale beneficium ad heredem transeat. Paul.

3. ¶ Quod vulgò iactatur, fideiussorem qui debitori heres extitit, ex causa fideiussionis liberari [x]: totiẽs verum est [y], quotiẽs rei plenior [z] promittẽdi obligatio inuenitur. nam si reus dumtaxat [a] fuit obligatus, fideiussor liberabitur [b]. Econtrario [c] non potest dici nõ tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem [d]. nã si minori vigintiquinque annis bonæ fidei [e] pecuniam credidit: isque nummos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore [f]: difficile [g] est dicere, causam iuris honorarij [h], quæ potuit auxilio minori esse, retinere [i] fideiussoris obligationẽ, quæ [k] principalis [l] fuit, & cui [m] fideiussoris [n] obligatio accessit sine

a *Nullo modo.* de stricto iure sub, sed de æquitate sic: *vt j. dict. &* sic tenebitur vtili actione ex stipula. Nec dicas, imò videtur ipso iure liberatus interitu speciei ab actio. ex stipulatu: quia interiit facto suo quando non liberatur: *vt s. de verb. obli. si ex legati. & l. si seruum & leg. mora. in fin. & leg. cum filius, circa princip. & de vsur. l. mora. §. fin.*

b ¶ *Admissa.* admissum fuit in eo quòd primus decessit culpa eius. *& facit supra ad leg. Aquiliam ita vulneratus. & de fideiuss. si à reo. §. fin.*

c ¶ *Doli actio.* id est ex stipulatu vtili ob dolum: *vt supra de vsur. l. mora. in fin.*

d ¶ *Non immerito.* id est immeritum esset si aliàs desideraretur: & sic aduerbium non adiungitur verbo desiderabitur. Acc.

e ¶ *Aliter.* Quidam habent, aliter: & alij habent, aliàs, & dic, id est eadem æquitate. & tũc alia dabitur hic ex stipulatu actio propter dolum, sicut datur contra fideiussorem, nec enim debet esse pũctum inter verbum illud desiderabitur, & sequens aduerbium aliter, licet quidam dicant ibi esse punctandũ: & dicunt hunc teneri actione de dolo: sed fideiussorem vtili actione ex stipulatu, sed certe fideiussor actione de dolo tantũ tenetur quandoque, scilicet quando ante moram suam occidit: vt supra de dolo. si fideiussor. non ergo hæc esset bona differentia.

f ¶ *Interfecit.* post moram suam. tamen agitur aliàs actione de dolo: *vt dicta. l. si fideiussor. quæ est contra.* vbi de hoc plene dixi.

g ¶ *Ex stipulatu.* vtili: *vt de leg. vsur. l. mora. §. fin.*

h ¶ *Si debitor.* nam & hoc casu tenetur vtili, principali extincta; sicut dictum est, si bene vis prosequi similitudinem. Accur.

i ¶ *Hereditatem.* vt [a] *C. de pact. l. debitori.* & ibi dixi.

k ¶ *Cedit.* aditio [b] hereditatis.

l ¶ *Retinet.* contra [c] legatarios præter Falcid. vel contra generale fideicommiss. præter quartam Trebellianicam. *& facit supra quando dies legat. cedit leg. cum illud. §. heres meus: & de separationib. leg. j. §. fin. & de peti. hered. l. si quid possessor. & supra de euictio. leg. si ei. §. si u & ad leg. Falcid. l. quærebatur. & infra proxim. §. quod vulgo.* Accur.

m ¶ *Inanis.* contra heredem debitoris qui rogatus fuerat hereditatem restituere, pone Seio. Acc.

n ¶ *Confirmetur.* postea.

o ¶ *Nam si heres.* extiterit Seio fideicommissario.

p ¶ *Heres.* rogatus restituere fideicommissum.

q ¶ *Extiterit.* qui licet prius heres erat, ex quo semel fuit: nõ tamen tenebatur nisi retinuit quartam: & tunc pro rata: sed nunc modo in solidum & cum effectu tenebitur. *ad quod facit s. ad Trebel. l. j. §. j.* Accur.

r ¶ *Intercesserat.* animo nouandi: & vide modum intercedendi. sunt enim plures [d] modi intercedendi: quia per mandatum, per fideiussionem, per constitutionẽ, item & per nouationem, & quid sit proprium cuiusque eorum, dic *vt s. manda. leg. si vero non remunerandi. §. si post.* Porro expromissor [a] dicitur, qui nomine alterius se obligat illo non obligato: *vt s. de dolo leg. & eleganter. §. seruus pactionis.* & in quarto modo hic casus ponitur, nam [b] in aliis ipso iure per successionem extinguitur accessoria obligatio: *vt supra de fideiussor. leg. generaliter. & l. heres. §. quid si. & s. eo. leg. si duo rei. j. respon.*

s ¶ *Inconditum.* aliàs interdictum. Acc.

t ¶ *Mulieris.* in vtroque casu: *& sic facit j. de conditio. & demonst. l. in facto. §. sistus. & de procura. leg. si quis cum procuratorio.* Sed contra *j. de reg. iur. leg. quod in initio. & s. de action. & oblig. omnes.* Solu. ibi de reprobatis: hic de non approbatis. Accur.

u ¶ *Periclitetur.* vt [c] *& s. ad Velleian. leg. quamuis. §. si mulieri.* Acc.

u ¶ *Periclitetur.* quia hic conuenitur vt heres: & heres [d] & defunctus vna persona censentur: & ita ex persona defuncti, non sua quæritur. Acc.

x ¶ *Liberari.* vt [e] *& supra de fideiusso. le. generaliter Julianus. nisi vt supra proxi. §.*

y ¶ *Verum est.* indubitanter. Accur.

z ¶ *Plenior.* id est plena & efficax, ciuilis & naturalis: aliud si tantum naturalis: *vt supra de fideiuss. leg. heres §. cum fideiussor. & facit supra de pactis leg. nisi hoc.*

a ¶ *Dumtaxat.* id [f] est omnino. 2. Vel reus dumtaxat, id est reus qui non est fideiussor. nam fideiussor quoq; reus est. Io. maxime si alium fideiussorẽ dat. 3. Vel dic, id est simpliciter vel absolute obligatus, vt eius obligationi non cohęreat exceptio vel auxiliũ. Azo. Sed hæc est eadẽ cum prima. Acc.

b ¶ *Liberabitur.* à sua obligatione. Acc.

c ¶ *Econtrario.* supra enim posuit casum indubitabilẽ quare reus nulla tuebatur exceptione, cui fideiussor successit; hic econtra quando tuebatur exceptione, & nihilo minus dicit extingui obligationem fideiuss. per in integ. restl. sic & fit *infra eodem. qui res. §. mihi.* Sed quidam, vt R. dicunt hic non extingui: quia deest eis dictio non: & habent talem literam, Econtra non potest dici tolli &c. & verbum inferius retinere [g], ponitur pro impedire. 2. Vel secundùm eam literam dic non tolli [h] ipso iure, sed per in integrum restitu.

d ¶ *Defensionem.* quæ nõ cõpetebat fideiussori, vel heredi: vt pote personalis, non realis, & quod subiicit, nam &c. simile adducit.

e ¶ *Bonæ fidei.* & sic non fuit deceptus dolo aduersarij.

f ¶ *Fideiussore.* scilicet relicto.

g ¶ *Difficile.* i. impossibile. sic econtra. *s. de his qui deie. l. ij.* Sed secundum R. id est graue. Accur.

h ¶ *Honorarij.* in [k] integrũ restitu. quæ [l] à prætore est introducta.

i ¶ *Retinere.* id est facere eam durare. Io. Sed [m] R. scilicet facere eam impedire.

k ¶ *Quæ.* scilicet causa in integr. restit. iuris honorarij.

l ¶ *Principalis.* scilicet obligationis.

m *Et cui.* principali.

n ¶ *Fideiussoris.* aliàs fideiussionis. & subaudias, obligatio, si non habeas aliàs fideiussor. & tunc nihil subaudias. Accur.

¶ Concord. tex. in l. locatio §. quod illicite. ff. de Publ. vnde dicit Bald. in l. ita vulneratus. sup. ad le. Aquil. quòd facit publicæ disciplinæ dictas & suadet vt maleficia puniantur, al. lo. ipse tex. in d. l. §. certo.

a Aditione hæreditatis confunditur obligatio: si ue creditor debitori, siue debitor, creditori succedat.

b Aditio hæreditatis pro solutione an & quando cedat.

c Creditor debitori suo aliis etiam obligato succedens, creditũ suũ deducit: sed & præter creditum suũ, Falcidiam, aduersus legatarios: Trebellianicam, aduersus fideicommissarios.

d Intercedens pro aliis variis modis, pro mandando, fide iubendo, constituendo nouando. Est igitur intercessio horum omnium genus.

a Expromissor dicitur qui nomine alterius se obligat, illo nõ obligato.

b Obligatio ipso iure per successionem extinguitur.

c Velleiano non iuuatur mulier succedens reo principali, pro quo fideiussit.

d Hæres & defunctus vna persona esse censentur.

e Liberatur an & quare fideiussor, si debitori succedat.

f Dumtaxat obligari quid sit.

g Retinere pro impedire.

h Ipso iure tolli & per restitutionem, opponuntur.

i Difficile pro impossibili: (& econtra) vel graui.

k Causa iuris honorarij pro in integrum restitutione.

l Restitutiones in integrum à prætore introductæ.

m Retinere fideiussoris obligationẽ causa iuris honorarij, seu restitutio in integrum. quo sensu dicatur.

Sine

contemplatione[a] iuris prætorij. Auxilium igitur restitutionis fideiussori qui adulescenti heres extitit: intra constitutum tempus[b] saluum erit[c].

Naturalis obligatio pacto & iureiurando tollitur ipso iure: quod prodest fideiussori. Bart.

4.¶ Naturalis[d] obligatio vt[e] pecuniæ numeratione[f], ita iusto † pacto[g] vel iureiurando ipso iure tollitur: quòd vinculum æquitatis[h], quo solo sustinebatur, cõuentionis æquitate dissoluitur: ideóque fideiussor quem pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur[i].

Tunc pater potest adiici à filio ad solutionem, cum patri actio non quæritur: sed filius indistinctè à patre adiicitur. Bart.

5.¶ Quæsitũ est, an ita stipulari quis possit, *Mihi aut filio meo decem dari?* vel ita, *mihi aut patri?* Sed non incommodè potest adhiberi distinctio: vt filio quidem stipulante, patris tunc adiiciatur[k] persona, cum stipulatio[l] ei adquiri nõ possit, è contrario autem nihil prohibeat patre stipulante filij personã adiici: cum totiens quod pater filio stipulatur, sibi stipulatus intelligatur, cum ipse[m] sibi[n] stipulatus non est[o]: & in proposito manifestum est non obligationis, sed solutionis gratia filij personam adiectam.

Primò loquitur an possit solui adiecto capite minuto. Secundo, an possit solui, vel causa conditionis implendæ dari ei qui repræsentat personam adiecti ratione administrationis. Tertiò, an possit hoc fieri in persona eius qui repræsentat personam adiecti ratione dominij, secunda ibi, nam & si furiosi, tertia ibi, cæterum qui seruo. Bart.

6.¶ Vsumfructum mihi aut Titio dari stipulatus sum. Titio capite deminuto, facultas soluendi Titio non intercidit[p]: quia & sic stipulari possumus: *Mihi, aut Titio, cum capite minutus eris, dari?* 7. ¶ Nam si[q] furiosi

a ¶ *Sine contemplatione*. quia deceptus forte fuit minor facilitate: & ideo non restituitur fideiussor: *vt ff. de excep. l. exceptione. §. si & C. de fideiuss. mi. l. j. & ij. nisi esset heres, vt hic subiicit in fin. §.* Glos. ista sequitur dictum domini Ro. tantum.

b ¶ *Intra constitutum tempus*. scilicet quadriennij: hodie à die quo successit: *vt C. de temp. in integr. restit. l. ea quæ §. fin.*

c ¶ *Saluum erit*. vt heredi, non vt fideiussori, id est conuento, secundum R. cum sui facilitate fuerit minor læsus. 2. Sed tu dic etiã si vt fideiussor conuenitur, vt hic: & sic erit speciale vt restituatur fideiussor minoris læsi sui facilitate: quia licet pro sua obligatione conuẽtus petat restitui, tamen ex persona minoris hoc petit. cuius heres est. 3. Vel dic quòd dolus creditoris interuenit. nec obstat quod supra dicit bona fide: quia fuit in accipiente. 4. Mediam probo. Acc.

† Iustum pactum est quod vulgo vestitũ dicitur, & stipulatione roboratum. *Alciatus. l. lege ib omnino. de verb. sig.* sed absurda Alciati interpretatio est.

d ¶ *Naturalis*. id est de iure gentium.

e ¶ *Vt*. id est sicut.

f ¶ *Numeratione*. id est solutione.

g ¶ *Iusto pacto*. nam similia sunt: *vt ar. ff. de pactis l. si vnus. §. sed si stipulatus decem.* Azo. Apparet ergo quòd obligatio[a] naturalis per[b] pactum introducta, ipso iure per aliud pactum tollitur. Sed contra. *ff. de pact. l. si vnus §. pactus ne peteret.* Solu. aliud[c] est tollere obligatorium pactum: quod fieri potest, vt hic, aliud liberatorium; quod fieri non potest ipso iure, vt ibi promptiores, &c. *vt ff. de actio. & oblig. l. Arrienus. 1.* Vel dic vt ibi. Item *facit ff. de iureiur. l. fin. & C. de pac. l. creditori. & ff. ad legem Fal. l. si pupillus* Acc.

a Obligatio naturalis pacto inducitur. b Obligatio naturalis pacto introducta ipso iure, contrario pacto tollitur. c Pactum obligatorium alio modo an tollatur quã liberatorium.

h ¶ *Aequitatis*. vnde etiam soluta pecunia repetitur: *vt ff. de condict. indebi. l. qui exceptionem §. j.*

i ¶ *Liberari dicitur*. si supradictis modis tollitur obligatio pupilli, vel si talia faciat fideiussor. *& ss. j. ea. l. §. fin.*

¶ *Quæsitum est.*] CASVS. Persona domini & serui in contractibus censetur esse eadẽ, sicut persona patris & filij. Quæritur ergo (his præsuppositis) vtrum cum pater stipulatur, possit persona filij adiici: vel cum filius stipulatur, possit patris persona adiici in stipulatione? Item cum dominus stipulatur, an possit persona serui adiici: vel econtra? Et distinguit iuriscon. nam si filius stipulatur sibi ipsi tali stipulatione qua patri nihil adquiritur, sicut quãdo stipulatur de peculio suo castrensi: tunc persona patris potest adiici in stipulatione. Econtra autẽ si pater stipulatur, potest persona filij adiici in stipulatione, & persona filij adiicitur in obligatione magis causa solutionis: quàm obligationis causa. [VSVMFRVCTVM.] Casus talis est. Ego stipulatus sum à te mihi dari vsumfructum, aut Titio. Titius capite minuitur, quæritur, vtrum ei rectè soluatur vsusfructus? Respon. quòd sic: quia etiam sic stipulari possumus: dabis mihi aut Titio cũ fuerit capite minutus? vsque ibi, [NAM ET SI.] vbi ponitur aliud exemplum. quòd si quis stipuletur sibi, & adiiciat pupillũ in stipulatione, non tantum pupillo rectè solui potest: sed etiam tutori ipsius pupilli, vel curatori furiosi: quod quidem est receptũ vtilitatis causa, & hoc verum est si pecunia quæ soluta est tutori, sit versa in vtilitatem pupilli vel furiosi: sicut si quis iusserit aliquem dare domino pecuniã: & ille det seruo. vt iste seruus det domino. Sed si quis iussus est dare seruo, & dederit domino: non videtur implesse conditionem, nisi ex voluntate serui domino dederit. Item idem est dicendum si quis stipulatus sit à patrono dari sibi, aut seruo alieno: putà seruo Mæuij: si debitor det pecuniã Mæuio domino non liberabitur nisi voluntate serui domino dederit. [SI CREDITOR.] Titius creditor Mæuij possedit hereditatem ipsius Mæuij sui debitoris, & tantum recuperauit de hac hereditate, vt consecutus fuerit debitum suum: ita quòd si aliquis bonorum possessor tantum ei soluisset. liberasset heredem à debito. Nunc quæritur vtrum fideiussores ipsius Mæuij liberentur? Respond. quòd non. nam iste Titius non videtur sibimet soluisse ex ea hereditate quæ ab ipso euincitur. [DOLO FECISTI.] Tu possidebas ex hereditate Sempronij quẽdam fundum, videns quòd dominus fundi volebat conuenire rei vindica. dolo desiisti possidere dictum fũdum. Si illi qui possidebat fundum, præstiterit litis æstimationem, vel ipsum fundũ restituerit. illud tibi proderit, quia liberaberis ab vtili rei vindica. Sed si tu qui dolo desiisti possidere, fueris antè cõuentus quàm possessor, & præstiteris aliquid ex præterito dolo tuo: illud nõ proderit aliquid possessori istius fundi. [SI MANDATV.] Mandaui tibi vt Titio pecuniã crederes. tu mutuasti ei decem. ego soluo tibi hæc x. vtrum debitor liberetur? Resp. quòd nõ: imò tu debes mihi cedere actionẽ quam habes aduersus Titiũ, vt cõsequar quod pro eo solui. Nam iste cõtractus est similis huic contractui quãdo tutor soluit pupillo pro aliquo debitore suo. nam debitor non liberatur, sed pupillus debet cedere actiones suas tutori contra debitorem suum. Et ista comparatio facta de debitore pupilli & tutoris, est multum similis & apta huic nostro casui. quod sic probatur. Nam si tutor pupilli alicuius tenetur pupillo, quia neglexit conuenire debitorẽ ipsius pupilli, & pupillus propter hoc conuenit tutorem: debitor pupilli non liberatur propter iudicium acceptum cum tutore, etiam si tutor condemnatus soluat pupillo. Item plus, quia tutor habet actionem tutelæ contrariam contra pupillum, vt sibi cedat actiones contra debitorẽ suum. [SI CREDITOR.] Mandaui tibi vt Titio x. mutuares, quod fecisti. conuenisti Titium in iudicio: & quia male processisti, perdidisti causam tua culpa, quæritur, vtrum me conuenire possis qui mandaui tibi? Resp. quòd non: quia tua culpa factum est quòd non potes mihi actiones cedere contra debitorem tuum: quare, &c. [SI INTER.] Vendidi tibi equum pro centum, non tradidi, nec tu mihi pretium soluisti. dedisti tamen fideiussorem, nos conuenimus quòd ab emptione ista discedatur, quæritur an fideiussor liberetur? Respondetur quòd sic. Franciscus.

k ¶ *Adiiciatur*. i. adiici intelligatur, & adiici possit, vt sit adiectus.

l ¶ *Cum stipulatio*. veluti si filiusfa. miles de castren. peculio stipulatur. Aut cum patri potest quæri, nulla videtur stipulatio, secũdum R. *vt ff. de stip. ser. l. item si ij. in fin. & l. sed & si. & ff. eo. l. qui res §. si seruus*. hic tamen contradici potest. scilicet vt valeat, & patri tantùm quæratur ad obligationem, secundùm Azo.

m ¶ *Ipse*. pater.

n ¶ *Sibi*. patri.

o ¶ *Non est*. sed dixit: promittis filio meo dari? quo casu non rectè soluitur filio: *vt supra de verbo. oblig. leg. cum ij. §. qui ita*: at hic in persona sui posuit: vnde valet. & est adiectus: *vt supra de verbo. oblig. leg. cum qui. ij. §. qui sibi*. Sed distinguitur, si potest adquiri patri quando stipulatur filio, tenet: aliàs non: *vt supra de verb. obl. leg. dominum seruo. & leg. quod dicitur & Instit. de inuti. stipul. §. ei vero qui.*

p ¶ *Non intercidit*. contra. *supra eo. l. cum quis in princip.* Sol. hic actum fuit nominatim vt capite minuto soluatur. 2. Vel speciale[a] in vsufr. 3. Vel hic capite[b] minutus in meliorem statum est deductus: quia emancipatur: *vt ff. de verb. oblig. l. cum qui ita. §. qui sibi. & argu. Institu. de capi. demi. §. minima.* Sic ergo adiectio solutionis non tollitur capitis deminutione licet vsusfruct. tollatur. H.

q ¶ *Nam si*. Bene dixi solui[c] posse capite minuto: nam &[d] alij facta solutio quàm adiecto, parit liberationẽ: vt si[e] fiat tutori cum pupillus fuit adiectus.

a Vsusfructus iam constitutus tollitur capitis diminutione vt hic. Idem post Hug. tenet Bart.
b Emancipatus capite in meliorem statũ minuuntur.
c Solui potest capite minuto.
d Solutio alij facta quã adiecto, parit liberationem & quomodo.
e Solui tutori potest cum pupillus fuit adiectus.

ff. Nouum:

a ¶ *Tutori.* pupilli.
b ¶ *Curatori.* furiosi. Acc.
c ¶ *Rectè.* sed & ipsi pupillo vel furioso rectè solui potest etiam sine tutoris vel curatoris auctoritate: *vt s. eo. l. stipulatus.* sibique debet imputare, qui suum debitum tali iussit solui: *vt s. de mino. cum mandato. & s. de instit. act. l. sed & si quis §. f. & le. seq.*
d ¶ *Implendæ.* putà seruo reliquit libertatē, si decem det pupillo, vel furioso. Acc.

* Seruo[l] condi tionis implendæ.

e ¶ *Recipi potest.* cum datur causa implendæ conditionis. Aliud est cum debitum pupillo soluitur tutori. tūc enim statim est liberatus debitor: licet detur in integrū restitutio: *vt s. de adm. tut. l. Lucius ij. §. tutela. & §. fin.* Item secus in casu superiori de adiecto: vt modo diximus. Itē huic est contra. *s. eod. l. si seruus j.* Sol. illa secundum istam.
f ¶ *Domino daret.* cōtingit liberatio, si pecunia est conuersa in domini vtilitatem.
g ¶ *Dedit.* quia à persona non est recedendum: *vt s. eod. l. omnibus.*

a A persona non est recedendum.

h ¶ *Soluit.* non aliter contingit liberatio, quàm si ex voluntate serui dederit domino: *vt s. eod. leg. si stipulatus sum in princ. & facit j. de condit. & demon. leg. qui heredi. & de verb. obliga. leg. stipulatio ista. §. hi qui.*
i ¶ *Non pertinentem.* sed ad alium. Accur.
k ¶ *Possedit.* mala fide. Acc.
l ¶ *Peruenit.* de hereditate debitoris.
m ¶ *Liberari.* Sed non ne ratione compensationis (quę potest obiici ab vtraque parte) sunt ipsi liberati, & debitor? Resp. secundum[b] vetera iura non liberatur per compensationem quis ipso iure, nisi implorato officio iudicis: *vt Instit. de act. §. in bonæ fidei. & §. sed & in strictis. & ar. s. de neg. gest. l. debitor.* 2. Vel quod dicit non liberetur, subaudi eo ipso quòd ipse percepit tantum de hereditate: sed liberatur iure compensationis cum ea opponitur. *& facit s. de petit. heredi. l. si quis possessor. §. quid tamen. & de inoff. testa. l. cum qui. §. f.*

b Compensatione nemo ipso iure liberatur, veteri iure: hodie liberatur.

vel pupilli persona adiecta sit: ita tutori[a] vel curatori[b] pecunia rectè[c] dabitur, si[*] conditionis quoque implendæ[d] causa rectè pecunia tutori vel curatori datur. quod quidem Labeo & Pegasus putauerunt vtilitatis causa recipiendum: idque recipi potest[e], si pecunia in rem vel pupilli vel furiosi versa est, quomodo si domino iussus dare, seruo dedisset, vt domino daret[f]. Cęterum qui seruo dare iussus est, domino dando non aliter implesse conditionem intelligendus est, quàm si ex voluntate serui dedit[g]. Idem respondendum est in solutione, si stipulato Sempronio sibi aut Sticho Mæuij seruo decem dari, debitor Mæuij domino pecuniā soluerit[h].

Sola peruentione rerum ad creditorem, non liberatur debitor vel fideiussor. Bartolus.

8. ¶ Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem[i] possedit[k], & tantum ad eum peruenit[l], quantum si quilibet alius bonorum possessor ei solueret, liberaret heredem: non potest dici fideiussores liberari[m]. neque enim ipsum[n] sibi soluisse pecuniam credendum est, à quo hereditas euincitur[o].

Perceptione rei omnes liberantur sed perceptione pretij non liberatur possessor rei. Bartolus.

9. ¶ Dolo fecisti[p] quo minus possideres quod ex hereditate ad alienum pertinente adprehēderas[q]. Si possessor corpus aut litis æstimationem præstitit, ea res tibi[r] proderit[s]: quia nihil petitoris interest, cæterum si tu[t] antè conuentus[u] ex præterito dolo præstiteris[x], nihil ea res possessori proderit.

Quando obligationes sunt dispares: soluens ex interuallo, potest petere vt sibi actiones cedantur. Bart.

10. ¶ Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, eiusmodi contractus similis est tutori & debitori pupilli: & ideo mandatore conuento & damnato, quāquam pecunia soluta sit[y], non liberari debitorem ratio suadet: sed & præstare debet creditor actiones mandatori aduersus debitorem, vt ei satisfiat. Et huc pertinet, tutoris & pupilli debitoris nos fecisse cōparationem. nam cum tutor pupillo tenetur ob id quòd debitorem[z] eius[a] non conuenit: neque iudicio cum altero[b] accepto liberatur alter[c]: nec si damnatus tutor soluerit, ea res proderit debitori[d]: quin etiam dici solet, tutelæ contraria actione agendum[e], vt ei[f] pupillus aduersus debitores actionibus cedat[g].

Si creditor non potest cedere actionem mandatori vel fideiussori: exceptione cedendarum actionum repellitur. Bart.

11. ¶ Si creditor[h] à debitore culpa sua causa ceciderit[i], prope est[k] vt actione mandati nihil à mandatore consequi debeat, cum ipsius[l] vitio[m] acciderit ne mandatori possit actionibus cedere.

Contractus qui solo consensu contrahitur: solo contrario dissensu re integra dissoluitur quo ad naturalem & ciuilem obligationem: & ideo etiam fideiussor ipso iure liberatur.

12. ¶ Si inter emptorē & venditorem conuenerit prius quàm aliquid ex alterutra parte solueretur, vt ab emptione discedatur[n]: fideiussor eo nomine acceptus[o], soluto contractu liberabitur[p].

Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli ita demum, si fuerit facta bona fide. Bart.

XCVI. Idem libro vndecimo Responsorum.

n ¶ *Neque enim ipsum.* Contra. *s. eo. l. Titia.* Solu. vt ibi.
o ¶ *Euincitur.* vnde non videtur solutum [illegible] non durat.
p ¶ *Dolo fecisti.* & ita teneris ad litis æstimationem ex doli clausula.
q ¶ *Adprehenderas.* putà fundum vnum.
r ¶ *Tibi.* qui dolo desisti possidere.
s ¶ *Proderit.* scilicet vt libereris ab vtili rei vindi. non vt libereris ab illo edict. *de alie. iu. mu. cau. fact.* Accur.
t ¶ *Si tu.* qui dolo possidere desisti.
u ¶ *Conuentus.* vtili rei vindic. Nam si per edictum de alien. iud. mu. causa fac. nullum esset dubium. *& facit s. de petit. heredit. l. etiam §. item si quis.* ¶ Et quod ibi not. *& supra de tabu. exhib. l. de cum. §. condemnatio. & supra de rei vindic. l. is qui dolo.*
x ¶ *Præstiteris.* litis æstimationem.
y ¶ *Soluta sit.* à mandatore.
z ¶ *Debitorem.* cui pecuniam mutuauit.
a ¶ *Eius.* pupilli. Accur.
b ¶ *Cum altero.* putà tutore lit. conte. idem & ecōtra in hoc casu.
c ¶ *Alter.* scilicet debitor.
d ¶ *Debitori.* pupilli. Acc.
e ¶ *Agendum.* contra pupillum.
f ¶ *Ei.* tutori. Accursius.
g *Cedat.* principio & fini. §. ¶ In eo quòd dicit fieri cessionem[a] actionis ex interuallo post solutionem, concordat. *s. manda. l. Papinianus. & de leg. j. leg. si res obligata.* Sed cōtra. *s. eo. l. Modestinus.* Sol. ibi loquitur cum vna sola eis actio qua omnes tutores conueniuntur: at hic plures: & ideo vna solutione vna tantum tollitur: qua tenebatur qui soluit: & sic alter non liberatur. 2. Vel aliter, iste mandator vel tutor videtur soluisse suo nomine, nō nomine illi[*]: inde est quòd ille non liberabitur: vt illa. *l. Papinianus s. manda.* cum ipse sua teneatur actione, & ille alia: & ideo bene potest ei cedi postea actio, cum non sit extincta: & tenetur eam cedere hoc ipso quòd eam præstare potest: *vt s. manda. l. heredem.* Quæ solutio in idem quod prima recidit. 3. Vel planius secundum R. hic suo nomine tantum soluit, vt se solū liberaret. Et plenius dic vt d. l. Modestinus. Item secundū prædicta non obest. *s. de fideiuss. l. cum is. Item facit s. de nego. gest. l. ex facto. & de pecu. leg. leg. dominus Sticho.*

a Cessio actionis verum fieri potest ex interuallo: hoc est, vt ex interuallo agi possit vt actio cedatur.

h ¶ *Si creditor.* qui mandato meo pecuniam mutuauerat. Accursius.
i ¶ *Ceciderit.* contra debitorem agendo.
k ¶ *Prope est.* id est rationabile est. *sic supra ad Velleia. leg. tutor. §. quid ergo.* Sed contra. *s. de fideiussoribus & manda. l. si stipulatus. §. si ex duobus.* Sol. vt ibi. Accur.
l ¶ *Ipsius.* creditoris.
m ¶ *Vitio.* & alia ratio est, quia habet mandator exceptionē rei iudi. ex persona debitoris. *& facit s. de admini. tuto. l. si pupillus. & de noxa. l. quemadmodum & C. arbi. tut. l. ij. §. j. & s. de fideiuss. l. cum is, & s. loca. l. si merces. §. culpa.* Acc.
n ¶ *Vitio.* id est culpa.
n ¶ *Discedatur.* scilicet contrario consensu.
o ¶ *Acceptus.* à sponte dante: *vt s. de euict. l. iij.*
p ¶ *Liberabitur.* ipso iure: *vt Instit. quib. mod. tol. oblig. §. fin. & s. de pact. l. ab emptione & C. quando lic. ab empt. dis. l. j. & ij.* Sed videtur per exceptionem, non ipso iure: *vt s. de rescinden. vend. leg. cum emptor.* contra solue vt ibi. Item facit *s. de pactis l. nis.*

Pupilli.

Pupilli debitor.] CASVS. Titius erat tutor Pamphili: qui habebat Seium debitorem in centum. Tutor iste iusit Seium soluere suo creditori, scilicet tutoris: an liberetur debitor soluendo illi cui eum delegauit tutor? Respond. quòd sic, si non malo consilio fecit. Sed si fecit malo consilio, pupillus habet etiam interdictũ fraudatorium cõtra creditorem tutoris. [CVM PVPILLA.] Quidam. iudex dedit malum tutorem cuidam pupillo, mortuúsque iudex ille reliquit heredem pupillam quidam. iste pupillus fecit trãsactionem cum tutoribus suis, tamen pupilla heres iudicis non vult transactionẽ illam ratã habere. Tutores pupilli soluerũt pecuniam ipsi pupillo. quæritur vtrum ipsa pupilla sit liberata? Respondeo quòd sic: nec quidem tutores habent actionem vtilem ad repetendã pecuniam quam dederunt pupilloqui suum recepit. si autem pupillus vult restituere pecuniam tutori suo: poterit agere contra pupillam vel eius tutorem, rescissa trãsactione facta cũ tutore suo. [SOROR.] Titius decedens reliquit heredem filium suũ: & legauit sorori suæ Bertæ fundum. ista Berta mouit fratri suo litem pro isto fundo, & post transegit cum eo, accepto nomine cuiusdam debitoris hereditarij in solutum, tamen nulla est sibi facta cessio istius debiti à fratre suo, & nulla delegatio. quæritur ad quem spectet periculum istius nominis Respon. quòd ad ipsam filiam, quòd si post velit legatum petere, obstabit sibi exceptio pacti, siue transactionis. [CVM IN EODEM.] Mutuaui tibi centum aureos vna die. item mutuaui tibi alia centum eadem vice: pro quibus summis pignoraui tibi vnum fundum. soluisti mihi centum, & non dixisti super qua summa soluebas, certe ego debeo illa centum deducere super omni debito: nec possum eligere super qua summa ego deducam illa centum, vsque ibi: Quòd si temporibus. pone sic: Mutuaui tibi centum aureos hodie, tu pignorasti mihi fundum valentẽ ducenta. venis ad me post mensem, & petis quinquaginta mutuo. credo tibi illa quinquaginta, & tu mihi obligas illũmet fundum: id est superfluum quod valet vltra centum aureos. venis postea, & soluis centum & vigintiquinque: nec dicis in quod debitum, certe ego debeo tibi deducere in debitum primorũ centum quæ à me accepisti: & superfluum scilicet vigintiquinque deducetur super reliquam partẽ debiti. [CVM INSTITVTVS.] Institui Titium heredem & substitui ei Meuium, institutus deliberat si velit adire hereditatem, vel non, interim debitores hereditarij soluunt substituto cui soluere non debent post aliquod spacium temporis institutus repudiat hereditatem, & sic deuoluitur ad substitutum. Dicitur hic quòd condictio deficit: id est condictio indebiti quam habebant debitores contra substitutũ: & ab eo tempore quo substitutus adiuit hereditatem, debitores liberantur. Fran.

† Delegatio tutoris bona fide facta liberat debitorem pupillarem.

† Pauliana, de his quæ in fraudem creditorum.

† Transactio facta à tutore, non potest rescindi à pupillo, aduersa parte inuita nisi forte læsus fuerit. l. 1. & 2. C. si aduersus transa.

Pupilli debitor tutore delegante † pecuniam creditori[a] tutoris soluit. Liberatio contigit, si non malo consilio cum tutore[b] habito hoc factum esse probetur[c]. sed & interdicto[d] fraudatorio † tutoris creditor pupillo tenetur[e], si eum consilium fraudis participasse[f] constabit.

Transactione rescissa ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus per transactionem inductus. Bart.

1. ¶ Cum pupilla magistratui qui per fraudem pupillo tutorẽ dedit heres extitisset, tutores[g] eius cum adulescente[h] transegerunt. eam transactionem † pupilla ratã habere noluit. nihilominus erit tutorum pecunia[i] liberata[k]: nec tutores contra adulescentem actionem[l] nec vtilẽ[m] habebunt, qui suum recuperauit. Planè si adulescens[n] pecuniam restituere tutori pupillæ maluerit, rescisso[o] quòd gestum est, actionem vtilem[p] in pupillam heredẽ magistratus accipiet[q].

Periculum nominis cessi pertinet ad cessionarium. Et not. quod iste §. loquitur de periculo inopiæ subsecutæ post cessionem: secus autem esset de inopia quæ iam erat tempore cessionis: quia hic §. in illa locum non haberet.

Item no. transactiones esse fauorabiles vt etiam obstet exceptio transactionis, licet liberatio non sit secuta, nec aliqua delegatio facta.

2. ¶ Soror[r] cui legatum ab herede fratre debebatur, post motam legati quæstionem transegit, vt nomine debitoris contenta, legatum non peteret. Placuit, quamuis nulla delegatio[s] facta, neque liberatio secuta esset[t], tamen nominis periculum ad eam[u] pertinere. Itaque si legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi.

Si idem pignus pro duobus debitis eodem tempore sit obligatum pretium ex eo redactum cedit in vtrumque pro rata, si verò diuersis temporibus, primò cedit in antiquius: & si quid restat, cedit in posterius. Paul. Et intellige hunc §. quando summæ sunt inæquales, secus si summæ debiti principalis essent æquales: vt supra eod. l. 1. §. imperator.

3. ¶ Cum eodem tempore[x] pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorũ pro modo[y] pecuniæ cuiusq; cõtractus creditor accepto facere debet: nec in arbitrio eius[z] electio erit, cum debitor pretiũ pignoris cõsortioni[a] † subiecerit. Quòd si temporibus

a ¶ *Creditori*, scilicet tutoris.

b ¶ *Cum tutore*. & cum debitore pupilli: alioquin ipso iure contingeret liberatio: cum ei licuit sic soluere, ad hoc vt competat liberatio ipso iure: *vt supra de administrat. tutor. leg. Lucius. ij. §. finali. & §. tutela.* Sed poterit post dari pupillo in integ. restit. licet videatur quod tunc dari debeat quando solutum est pupillo cum auctoritate tutoris, vel ipsi tutori, non alij: vt hic contingit.

c ¶ *Probetur*. Supple, ergo contra si malo consilio, non liberatur sed etiam &c.

d ¶ *Interdicto*. Alibi[a] non[b] inuenitur aliquid de hoc interdicto. vnde dic olim fuisse interdictum in hoc casu, secundum H. Imò certe inuenitur: *vt supra ad Trebell. leg. si[c] postulante. § sed & si filius.* Sed hoc est verũ quòd aliquis titulus de hoc interdicto non inuenitur. 2. Vel dic dari actionẽ in factum. & secundum hoc edictum illud est[d] supra quæ in fraudem credito. quia iste tutor videtur alienasse in fraudem sui creditoris, id est pupilli: & sic iste creditor tenetur actione in factum, & secundum hoc istud edictũ est *supra quæ in fraudem credi. l. j. & inuenitur in leg. iij. eiusdem titul. ibi, sine numerauit pecu. &c.* & sic intelligitur *ad. l. si postulante §. ad Trebell. leg. hic enim debitor.* & is cui solutum est, cõmisit fraudem.

e ¶ *Pupillo tenetur*. in subsidium, debitore & tutore pupilli existente non soluendo: *vt C. si vendi. pign. ag. l. ij. & l. penulti.*

f ¶ *Participasse*. vt fraudaretur pupillus, qui creditor conuenturus erat tutorem, vt dixi. Item facit *supra pro empt. leg. qui fundum §. si tutor. contra.* Solu. vt ibi.

g ¶ *Tutores*. s. pupillæ.

h ¶ *Adolescente*. quõdam. Accursius.

i ¶ *Tutore soluente pecuniam*. aliàs tutore soluente pecuniam liberata. aliàs tutorum pecunia liberata. & dic soluente ex causa transactionis: vel dic ex causa prioris debiti. & idem erit. ¶ Sed nunquid per in integrum resti. repetet pupilla? Rñ. non: quoniam nihil egit ipsa, nec soluit, sed tutores.

k ¶ *Liberata* forte per exceptionem: alioquin[e] non posset resuscitari. quod dicit statim: *vt j. eod. l. qui res §. aream.*

l ¶ *Actionem*. indebiti.

m ¶ *Nec vtilem*. non solum directam.

n ¶ *Si adulescens*. pupillus quondam, qui tunc aduersus heredem magistratus intendebat: quoniam per fraudem magistratus sibi dedit tutorem.

o ¶ *Rescisso*. vtriusque consensu: *vt C. de transact. l. si diuersa.*

p ¶ *Vtilem*. scilicet in factum subsidiariam: *vt instit. de satisdatio. tutorum & curato. §. fin.*

q ¶ *Accipiet*. scilicet adulescens.

r ¶ *Soror*. vt nomine sibi cesso à fratre cuiusdam hereditarij debitoris. Acc.

s ¶ *Delegatio*. scilicet debitoris à fratre, scilicet quæ fit[f] per stipulationem: *vt C. de noua. l. j.*

t ¶ *Secuta esset* ipso iure, sed tantum cessio. Acc.

u ¶ *Ad eam*. quod *dic vt supra de here. ven. leg. si nomen. & leg. sequ. Item facit ȝ. manda. leg. inter causa. §. ij.* Sed argum. contra. *ȝ. sol. ma. l. si cum dotem. §. si mulier.* Solu. speciale[g] sibi in dote. Accursi. ADDITIO. Dic aliter, secundum Barto. quòd aut loqueris de periculo inopiæ subsecutæ post cessionem: & loquitur iste §. aut loqueris de periculo inopiæ subsistentis tempore cessionis: & loquitur l. contraria.

x ¶ *Cum in eodem tempore*. ex venditione debet mihi Titius decem, ex locatione quinque: nunc pro vtroque debito obligat mihi codicem suum.

y ¶ *Pro modo*. id est pro rata[h]. & sic est argu. contra. *ȝ. eodem leg. in his §. imperator ibi, si vero summa &c. & de dam. infect. l. prætoris §. j.* Accursius.

z ¶ *Eius*. scilicet creditoris.

a ¶ *Consortioni*. vtriusque obligationis. Accur.

a Interdicti fraudatorij verbis in iure fit mentio.

b Idem tenet Ioannes in arbore interdictorum & Roffredus in libellis suis, hoc est, hoc interdictum speciale esse nec alibi in iure reperiri. Idem sentit Iacob. d. Aretio & Bar.

c Dic ibi interdictum fraudatorium accipi pro interdicto de his quæ in fraudem creditorum.

d Imò nõ est: hic enim agitur de tutore alienante res pupilli. Titulus verò de his quæ in fraudem, tractat de iis, qui res propria alienant in fraudem creditorum.

† Eiusius libro 6. quænã est à societas, quænam consortio est. Cic. 3. of fi.

e Actio semel ipso iure extincta, non potest amplius suscitari: exceptione sublata potest. vt hic adde Gl. in l. si diuersa C. de transact. & Bart. hic.

f Delegatio fit per stipulationem.

g Cessi nominis periculũ regulariter pertinet ad cessionariũ: in dote, aliud vt hic.

h Pretiũ pro rata in omnes causas debiti computatur, nisi specialiter contrariũ actum appareat.

a ¶ *Discretis*.id est diuersis. nam cum primo obligasset, & postea secundo obligat:non obligat nisi residuum.
b ¶ *Superfluum*.id est id quod plus esset in pignoris æstimatione quàm esset debitum prius pro quo fuerat iam obligata res. Acc.
c ¶ *Placuit*.secundo debito. Accur.
d ¶ *Soluetur*. id est dissoluetur, & quidē totum.
e ¶ *Cum institutus deliberaret*. de adeunda herditate. Accur.
f ¶ *Soluta est*. à debitore hereditario.
g ¶ *Conditionem*. indebiti, quæ competebat soluenti. *ad quod est. C. de edicto diui Hadriani. l. prima* ex quo enim cessat causa: cessat & conditio, Accursius.
h ¶ *Vt obligatio*.
¶ Not. quòd breuissimo[a] tempore tollitur conditio indebi. nec mirum: quia[b] & ratihabitione. *ad quod facit supra eodem l. cum quis. §. qui hominem.*

a Condictio indebiti breuissimo tempore tollitur & cur.

discretis[a] superfluum[b] pignorum obligari placuit[c], prius debitum pretio pignorum iure soluetur[d]: secundum superfluo compensabitur.

Si debitum solutum sit ei ad quem non pertinet, non repetitur si postea cœpit ad illum pertinere antequam repetetur. Pau.

4 ¶ Cū institutus deliberaret[e], substituto pecunia per errorem soluta est[f]. Ad cū hereditate post ea deuoluta, causa condictionis[g] euanescit. quæ ratio facit vt obligatio[h] debiti soluatur.

Solutum simpliciter, cedit primò in causam duriorem: & si non sit durior. cedit in antiquiorem. h. d. P. de Cast. Hæc l. secundum doct. multum est commendanda: ponit enim ordinem & typum bonæ fidei & diligentis ac prudentis patrisfam. cum distinguit quam in causam pecunia soluta conuerti debeat, siue à debitore, siue à creditore, ipso debitore non eligente. nec mirum si quis eam ex fonte philosophiæ œconomicæ haustam dixerit tum elegantia sermonis, tum prouisione prudentissimi iurisconsulti.

XCVII. IDEM *libro secundo Definitionum.*

CVm ex pluribus causis.] CASVS. Tu debebas mihi centum aureos ex causa mandati, eo casu quo si esses comdemnatus, irrogaretur tibi infamia. Item debebas mihi alia centum quæ promisisti soluere in festo Paschæ sub pœna l. aureorum. Itē debebas mihi l. pro quibus obligasti mihi fundum aliquem. Item tu debebas mihi centum aureos pro tuo proprio debito, & alios c. ex causa fideiussoria. Nunc venit iurisconsultus gradatim ostendendo quòd si soluas non exprimendo in quam causam soluas: super qua videatur esse solutum. nam semper in grauiorem. primo enim videris mihi soluere in eam causam quæ irrogat condemnato infamiam: eo quòd ibi sit maius periculū. Secundo in debitum quod mihi debes sub pœna. Tertio in debitū pro quo obligasti mihi pignus. Quarto videris mihi soluere pro tuo proprio debito, & non ex causa fideiussoria. Quod quidem rectè statutum est: quia verisimile est quòd diligens debitor deduceret id quod soluit, in causam grauiorem: & si non eligat, debet deduci in causam antiquiorem. [SI MAIOR.] Debebam tibi pecunias ex pluribus cōtractibus. posuimus rationem inter nos de omnibus quæ tibi debebā: tamē ego solui plus quàm deberem. quæritur in quam summam primo computentur soluta? Respond. quòd primo in illum contractum qui est prior vel potior, reliquum in alios contractus qui sunt post illum contractū potiorem vel priorem.

b Condictio indebiti tollitur ratihabitione secuta.
c Infamiæ causa grauior pecuniaria censetur. Inde fit vt debitor pluribus ex causis soluēs, in dubio præsumatur soluisse in id genus debiti, ex quo si condēnatus esset, infamis fieret.
d Fideiussor simul & reus vnus & idem apud eundem esse potest.
e Ordo causarum debendi is seruatur, vt priore loco, potior causa famæ habeatur, secundo pœnæ: Tertio hypothecæ vel pignoris. Quarto proprij debiti potius quàm alieni. Postremo vetustioris cōtractus.

i ¶ *Vtriusque*.debitoris & creditoris. Accur.
k ¶ *Sub infamia*.id est[e] ex ea causa ex qua si condemnaretur, esset infamis. & hoc iure succedente in eligendo.
l ¶ *Pœnam*.ex contractu promissam.
m ¶ *Fideiussori*. veluti[d] si ipse fideiussoris nomine teneretur. Accursius.
n ¶ *Admonitu*.id est sua discretione, vel ab amicis. Accur.
o ¶ *Nihil eorum*.quòd altera[e] habeatur potior altera. *& facit inf. de reg. iur. l. si in duabus. & §. eod. & magis. & l. si quid in famosa. & ibi in hu. in princ.*
p ¶ *Soluetur*.id est dissoluetur. Accur.
q ¶ *Singulorum*.debitorum, neutraliter.
r ¶ *Ex primo*.sic lege: primo solutum videbitur datum ex cōtractu qui potior erit: quis autem sit ille, habes hac lege.
s ¶ *In totum*.si tantum est.

QVi res suas.] CASVS. Obligaui tibi omnia bona mea: quia magnam summam pecuniarum tibi debebam. post hanc obligationem dedi quendam fundum in dotem filiæ meæ, & tradidi. tu creditor meus venis, & vindicas hunc fundum actione Seruiana, vel hypo. & obtines ita quòd tibi maritus filię meę cogitur eum tradere. Dicitur hic quòd gener meus potest contra me agere iterum ad dotem filiæ consequendam: sicuti si statuliberum promisissem, & soluissem. nam in hoc casu pater dās aliquam rem pro dote, non liberatur nisi sub conditione si hæc res non fuerit euicta ab ipso cui datur. Secus autem est in ea re quam libertus aliquis promisit, & soluit: quia liberatur, licet patronus postea per Fauianam actionem euincat hāc rem: quia actio Fauiana cum sit noua & extraordinaria, non potest extinguere obligationem iam quæsitam soluēti. Cętera vide in glossa. [QVI STIPVLATVR SIBI.] Ego stipulor à te viginti mihi dari, aut Titio. si adiiciam ita: si Titio nō dederis, dabis mihi. ista stipulatio est conditionalis. Item si sic sum stipulatus à te dabis mihi decem, aut Titio quinque? soluēdo quinq; Titio, reus liberalitur. Et hoc debet expresse dici, quòd talis stipulatio sit alternatiua: scilicet quādo sic stipulatur: mihi aut Titio decem: si Titio non solueris, mihi decem. Si autem simpliciter dicit, promittis mihi aut Titio? Titius tantum adiicitur causa solutionis. & ideo. v. solutis Titio, alia. v. remanent in obligatione. Cætera sunt clara. [MIHI ROMÆ.] Ego stipulor à te hoc modo: dabis mihi cētum Romæ, aut Titio Ephesi? vtrum soluēdo Titio Ephesi, liberetur reus? Videtur quòd non: quia sunt diuersa facta. ideo non potest solutio in vno, parere liberationem in alio. ¶ Sed hoc non obstat: quia licet sint diuersa facta, tamen orta sunt ex eadem causa, quæ in hoc inspici debet. Nam etiam si sic stipulatus essem: dabis mihi Pamphilum, & Titio Stichum? dando Stichum Titio, debitor liberaretur. ¶ Sed pone quòd stipulatus sum numerum factū hoc modo: promittis mihi ædificare insulam in solo meo, vel in solo Titij? si in solo Titij ædificas, an libereris? Respon. quòd non: quia nemo soluendo factum pro facto, liberatur. Tamen si stipulator dedisset electionem promissori, liberaretur soluendo factum pro facto. §. sequens est planus. [AREAM.] Promisi tibi aream Titij vicini mei, & sic alienam. Titius in ea domum ædificauit. quæritur an tibi debeam dare aream? Respondet Iurisconsultus huic quæstioni per multa argumenta pro & contra. primo per tale argumentum: Si promisi tibi alienum seruum, & dominus illum manumittat: ego sum liberatus. Nec tenetur in hoc opinio Celsi, dicentis quòd si idem seruus iterum reuersus fuerit in seruitutem debebitur. nam non censetur idem homo esse, & in perpetuum est sublata obligatio, quæ restitui non potest. Vtebatur autem Celsus tali argumento: quod si nauis sit promissa ab aliquo, & dominus nauem illam dissoluerit: & postea iterum refecerit. eadem nauis esse videtur. sed hoc argumentum non ob. quia destructa naue, & postea refecta, non erat obligatio extincta: sed tantum suspensa: quare iterum naue refecta de facili obligatio vires priores assumit. posset autem hæc comparatio facta de naue esse similis huic quæ dicitur facta de homine alieno promisso, & postea à domino manumisso: scilicet si nauis fuerit dissoluta eo animo vt non reficiatur: quia tunc si refecta fuerit, nō censetur esse eadem nauis. sicut seruus iterum redactus in seruitutem, tamen non obstantibus his similitudinibus, siue argumētis, concludit iurisconsul. quòd postquam dominus areæ ædificauerit in area promissa: non eo minus area debetur, vel saltē æstimatio eius. quia area nunquam desiit esse in rerum natura, & sic nunquam mutata censetur. Aliud est in hoc casu: pone quod promisi seruum, ille postea captus est ab hostibus. nam interim peti non potest: quod si redierit: tunc potest peti. area autem semper fuit præsens: quare obligatio eius nunquam fuit intercisa. & ponit

CVm ex pluribus causis debitor pecuniam soluit, vtriusque[i] demonstratione cessante, potior habebitur causa eius pecuniæ quæ sub infamia[k] debetur: mox eius quæ pœnam[l] continet: tertiò quę sub hypotheca vel pignore contracta est: post hunc ordinem potior habebitur propria quàm aliena causa, veluti fideiussori[m]. Quod veteres ideo definierunt, quòd verisimile † videtur diligentem debitorem admonitu[n] * ita negotium suum gesturum fuisse. si nihil eorum[o] interueniat, vetustior contractus ante soluetur[p]. Si maior pecunia numerata sit quàm ratio singulorum[q] exposcit, nihilo minus primo[r] contractu soluto qui potior erit, superfluum ordini secundo, vel in totum[s] vel pro parte minuendo, videbitur datum.

† Verisimile in dubio speramus.
* admonitum.

Euicta re pro alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputetur. item ad liberationem sufficit rem solutam perfectè ex post facto creditoris fieri. Bar. Valde singulare est principium istud.

ponit exemplum de tigno alieno iniecto: quod planum est, l. seq. plana est. Franciscus.

a ¶ *Qui res suas.* s. generaliter vniuersas. Accur.

b ¶ *Et soluit.* id est dedit in solutum possessionem pro dote quæ erat in pecunia promissa.[a] Accur.

c ¶ *Euicta est.* per hypothecariam[b]. Acc.

d ¶ *Statuliberum.* supra eod. l. cum quis. §. qui hominem. & l. si rem meam.

e ¶ *Solutio.* facta marito, vel alij etiam.

f ¶ *Ex euentu.* conditione deficiente legati, vel liberatis. Accursius.

g ¶ *Per Fauianam.* q. d. à principio plenô iure facta est res eius cui soluit libertus donandi animo in fraudem patroni. vnde licet patronus quondã extra ordinario[c] auxilio tõ aduocet, pro tertia, nõ tamẽ ei cui donauit libertus, vel emptori cui gratia de pretio remisit, aliqua datur actio: licet careat fraude acceptor. fraudem enim liberti exigo tãtum: *vt supra si quid in fra. pa. l. j. §. dolum. & §. si quis in.*

h ¶ *Noua.* id[d] est extraordinaria & prætoria. Accur.

i ¶ *Huic applicatur* scilicet quod dictum est de marito secundũ quosdam: pro quibus *est §. de euic. l. mino. in princ. & de minor. l. in causa. j. in fi. l. & l. sed vbi.* Ego applico ei q̃ dictum est. §. *proxi. §. in patrono.* vt creditori[e] minoris decipiẽti minorem, vt rem magni pretij daret in solutũ pro modica summa, nõ restituatur actio, propter dolũ suum: *vt §. de fideiu. l. si Titius.* alioquin contra: *C. si aduersus tran. & c. l. j. & ij. & aliis prædictis legibus.* Accursius.

k ¶ *Dedisset.* Arg. cõtra[f] *infra de castren. pecul. l. hereditate. §. pater. in princ. & §. sed & c. in fine. in gl. vindictam.*

l ¶ *Intestato filio.* & patre succedẽte ei. *ad quod infra de castren. pecu. l. y. & supr. de except. rei vendi. l. si à Titio. & de leg. j. l. seruum filij. in prin.*

m ¶ *Sitque.* Quidam habent: sitque & hoc ex his &c. id est casus iste cum pater dedit rẽ filij, fit etiã de illis in quibus per futura declaratur quid fuerit in præteritis: vt & superiores, cum res obligata, vel sub conditione legata, sed statuliber in dotem datur. Sunt autem & alij[h] qui his legibus reperiuntur: *vt §. de vsufr. sed & si quis. §. interdum. & de fun. dat. l. erit ergo. & supr. ad legem Aquil. l. huic. §. si seruus. & de distracti. pig. l. rescriptum. & de rit. nup. l. si quis nam. §. quid ergo. & de condic. inde. l. si non sortem. §. pen. & §. fin. & de rebus dubiis. l. quædam sunt.* Alij habent hic, in textu: & tunc dic hic, scilicet casus. Item habent, ex post factis, vel post facto. Item habent, declaret. Alij habent, sicque & hic ex iis quæ post facta sunt, in præteritum quid cuiusq; fuerit declaratur. sed non est vis: quia in idem omnia recidũt. ¶ An autem interim possit agi ex quo non liberatur hic & superioribus casibus in princip. l. dic quòd sic: *vt §. eo. l. etiã & l. si hominem. & l. qui decem. §. qui hominem & de verb. obli. l. Iulianus. §. j.* In venditione secus quia tradere tantum tenetur: *vt C. de euict. l. qui rem. infra*, nisi in casu: *vt §. de act. empt. l. seruus quem. §. j.* Accur.

n ¶ *Quid fuerit* scilicet contigerit liberatio, necne. Accur.

o ¶ *Aut Titio.* scilicet stipulor.

p ¶ *Post. fa. sup. de verborum obligat. l. si. §. fi.* Sed opponitur, quia[a] plus est in accessoria obligatione, quàm in principali: *vt Institut. de fideiussor. §. fideiussores.* Sol. non est plus in accessoria obligatione. nam hic erat adiectus: cui non[b] quæritur obligatio: sed tantum ei potest solui. *vt §. de verb. oblig. l. cum qui. j. §. qui sibi.* Accur.

q ¶ *Hoc dicit.* id est si hoc dicere intelligitur.

r ¶. *Aut quinque.* cõditionaliter intelligẽdo.

Qværo an curatoribus vel tutoribus in prouincia datis[c], Romæ pecunia solui possit, quæ in prouincia ita ab his fœnerata esset, vt Romæ solueretur, cum iidē curatores vel tutores rerū Italicarū administrationē nō sustinent[d]: an si soluerit debitor, liberetur. Paulus respondit, his tutoribus vel curatoribus rectè pupillo pecunia debitam solui, qui negotia eius administrant[e]: eos autem qui prouincialium rerum curatores vel tutores sunt, Italica negotia administrare non solere: nisi specialiter tutores prouincialiū rerū, vt[*] sibi[f] Romę redderetur, promitti curauerunt[g].

Solutum quod potest repeti. non parit liberationem. h. d. Bar. Et intellige hanc legem, quando pignus erat obligatum pro illa naturali obligatione, vel non: licet Glo. ponat varias de hoc opiniones.

ci. Idem *lib. quintodecimo Responsorū.*

Paulus respōdit, nō ideò eos qui virilem[h] portionem ex causa fideicommissi inferre debuerant, liberatos videri, quoniam quidā ex collegis[i] per errorem plus debito intulerunt[k].

1 ¶ Paulus respōdit, aliā causam esse debitoris soluētis, aliā creditoris pignus distrahētis. Nā cum debitor soluit pecuniā, in potestate eius esse, cōmemorare in quā causam[l] solueret. Cū autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium in acceptū referre etiā in eā quātitatē[m] quæ natura tantum debebātur: & ideò deducto eo debitum peti posse.

Si creditoris vel tutoris culpa non præcessit: periculum pecuniæ pertinet ad debitorem vel pupillum. Bar.

cii. Scævola *libro 5. Responsorum.*

Creditor oblatā à debitore pecuniam, vt alia die accepturus, distulit: mox pecunia, quā illa respublica vtebatur, quasi[n] ærosa iussu præsidis sublata est. Item pupillaris pecunia, vt possit idoneis nominibus credi[o], seruata[p], ita interempta est[q]. quæsitū vtrum id quod plus debito soluit pro vsuris quàm deberet, deducatur ei in sortem? Respond. quòd sic. Fran. Accur.

2 Vel dic de administratoribus reipub. quibus cessantibus exigere fideicōmiss. reip. relictum, heres desiit esse soluēdo: vnde debitores reipubli. constituti sunt: *vt supra de adminis. tuto. l. Lucius. §. fin.* Accursius.

k ¶ *Intulerant.* potest per condic. inde[*] repeti quod non debitè solutum etc. Accur.

l ¶ *In quam causam.* vt ff. eod. l. j.

m ¶ *Quantitatem.* licet pro ea pignus non erat obstrictum. aliàs nō videtur hęc lex notare differētiā aliquā. 2 Vel verius dic, cum pign⁹ in hoc sit obstrictum: & erit differentia, quia primo casu potest eligere debitor: secundo creditor. & hic est verus sensus. sed si non elegit debitor soluendo in primo casu: tunc serua quod dicitur *supra eod. l. in his. §. imperator. & facit supra de pign. actio. l. cum & sortis. & de fideiusso. leg. fideiussor. et. §. pro duo reis.*

Creditor.]Casvs. Debebā tibi cētu. ego offero ea tibi. tu dicis, non accipiam hodie: veni cras, & affer mihi ea. interim exactor talliarū aufert hāc pecuniā pro fisco. Itē tutor alicui⁹ pupilli seruabat pecuniā pupillarem bona fide, vt eam crederet tutis debitoribus. ista pecunia periit. Nunc quęritur cuius sit periculū? Respon. quòd neque creditoris, qui noluit recipere: neq; tutoris, qui eā seruabat vt magis idoneè crederet. [Cvm de sorte.] Glo. ponit casum huius §. & sequētis etiā. [Titivs.] Titius accepit pecuniam mutuam: putà centū sub vsuris minoribus. soluit vsuras maiores per errorem. quæritur

a Indebitū soluta, cōdictione indebiti repetuntur.

* vt res sibi Romæ redderentur.

a Ærosa pecunia quod hic apud ictos consultum ignorat Accursius. D. icitque ærosam esse, cui plurimum æris admixtum est: vt & Plinius lapidem ærosum dixit. cui æris inesset vena. l. ... bis. l. ... sic aurum & argētosum ... l. j. §. Vide Alcia. lib. ... dispun. c. 25.

c Nummorū ratio à Præsidibus proinciarum etiam curata, vt moneta ærosa tollendæ potestatem habuisse videatur.

d Verba in osus. plenitudinem denotant.

n ¶ *Quasi & c.* Quidā habent ærosa. & tunc mox pecunia iussu præsidis sublata est: qua scilicet pecunia vtebatur respub. 1 Vel secundū M. ære egēs. 3 Vel herosa, id est dominabilis & potens per pecuniā quā tenebat: vt idē potens videretur, *arg. ff. commo. l. iij. in fi. & l seq.* desinentia[d] enim in osus, plenitudinem notāt. sic enim olim consueuit facere respublica cū egeret, vel vellet videri potens. 2 ¶ Alij habēt heros respub. & tunc dic eodem modo, id est dominans. nā heros potens dicitur: *vt ff. ad l. Aquid. item Mela. §. legis.* & scias quòd alij habent qua: & alij, quia. quæ idem sunt.

o ¶ *Credi.* vel fortè in emptionem prædiorum: *vt ff. de adminis. tu. l. ita autem. in prin.*

p ¶ *Seruata.* in loco tuto à tutore.

q ¶ *Interempta est.* per iussum reipub.

est, cuius detrimētum esset. Respondi, secundum ea quæ proponerētur, nec creditoris [a] nec tutoris detrimentum esse.

Pecunia cedit in causam expressam à soluente. Bartolus.

1 ¶ Cum de sorte[b] debita[c] cōstaret, de vsura[d] litigatū esset: nouissime ex appellatione[e] pronuntiatum † est solutas quidem vsuras non repeti[f]: in futurum[g] vero nō deberi. quæro, pecunia data[h] vtrū vsuris cedere deberet, quod petitor[i] defenderet[k]: an verò sorti proficeret. Respondi, si qui dabat, in sorté se dare dixisset[l]: vsuris non debere proficere.

Solutum in dubio cedit in causam antiquiorem. Bar.

2 ¶ Valerius[m] Lucij Titij seruus scripsit †: *Accepi à Mario Marino*[n] *ex summa maiore tot aureos.* quæro, an hæc summa in proximum annum ei accepto ferri debeat: cū superioris[o] anni sit reliquator[p]. Respōdi, videri in primam quamque summam liberationem proficere[q].

Quod in causam indebitam est solutum: cedit in debitum. Bar.

3 ¶ Titius mutuam pecuniā accepit, & quincunces vsuras spopondit, easque paucis annis soluit: postea nullo pacto interueniente, per errorem & ignorantiam semisses vsuras[r] soluit. quæro, an patefacto errore, id quod amplius vsurarum nomine solutum esset[s], quàm in stipulatum deductum, sortem minuere. Respōdit, si errore plus in vsuris soluisset, quàm deberet, habendam rationem in sortem eius quod amplius solutum est.

CIII. MARCIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

CVm ex pluribus causis debitor pecuniam soluit, Iulianus elegantissimè putat ex ea causa eum soluisse videri debere, ex qua tunc cum soluebat, compelli poterat ad solutionem[t].

CIV. IDEM *libro octauo Fideicommissorum.*

ANte restitutam[u] hereditatem[x] solutiones[y] & liberationes[z] factæ ab herede, ratæ habebuntur[a].

CV. PAVLVS *libro singulari ad legem Falcidiam.*

QVod dicim' in eo herede, qui fideiussori testatoris, id quod ante aditam hereditatem ab eo[b] solutum est[c], debere statim* soluere: cū aliquo scilicet temperamento temporis † intellegendum est[d]. nec enim * cum sacco adire debet[e].

Ius quæsitum ex conuentione, non tollitur vnius partis reuocatione: secus in mandato. Bar.

CVI. GAIVS *libro secundo de Verborum obligationibus.*

ALiud est iure stipulationis Titio[f] solui posse: aliud postea permissu meo id contingere. nam cui iure stipulationis rectè soluitur: ei etiam prohibēte me rectè solui potest[g]. cui verò aliàs permisero solui: ei non rectè soluitur, si priusquam solueretur, denuntiauerim promissori ne ei solueretur[h].

CVII. POMPONIVS *libro secundo Enchiridij.*

VErborū obligatio aut naturaliter resoluitur, aut ciuiliter, naturaliter veluti solutione: aut cū res in stipulationē deducta, sine culpa[i] promissoris in rebus humanis esse desiit[k]. ciuiliter, veluti acceptilatione, vel cū in eádem personá ius stipulan-

---

a ¶ *Nec creditoris.* Imò creditoris, *vt* ʒ. *eo. l. qui decem in princ. & l. si solutum, quæ sunt contra.* Sol. hic fuit oblata non congruo loco & tempore: *vt d. l. solutum.* secundūm Ro 2 Alij dicunt quòd est speciale cum respu. aufert. *argu.* ʒ. *de cui. l. Lucius.*

b ¶ *Cum de sorte.* Titius mihi centum pro sorte debet: vsuras autem nudo pacto: postea me cōuenit, & soluit pro tribus mensibus putà: nūc petij vsuras pro reliquis tribus mēsibus: cum tātum steterit sors. at debitor dicit se nō teneri: imò dicebat indebitas primas solutas. iudicatum est per iudicem appellationis de primis nō repetēdis: de secundis non soluendis. postmodum debitor soluit quinq; simpliciter, de quibus quæritur an sorti cedant. & dicitur quòd sic. *ad quod est supra de condic. inde. l. si non sortem. in princ.*

c ¶ *Debita.* non erat ergo soluta sors.

d ¶ *De vsura.* cū creditor diceret eas debitas esse ciuiliter, debitor naturaliter tantū.

e ¶ *Ex appellatione.* fuerat enim primo iudicatum in causa principali.

f ¶ *Non repeti.* naturali causa inhibente repetitionem.

g ¶ *In futurum.* id est nomine eius tēporis quod transisset post solutionem, non autem dixit iudex in futurū post sententiam: quia ad[b] iudicem non pertinet tractus futuri tēporis: *vt* ʒ. *de vsur. l. j.* & secundum hoc dic nō deberi, scilicet ciuiliter.

h ¶ *Data.* id est soluta post dictam sententiam.

i ¶ *Petitor.* id est creditor.

k ¶ *Defenderet.* id est allegaret.

l ¶ *Dixisset.* idem est & si simpliciter soluisset: cum vsuræ neque ex pignoris retentione poterāt exigi: *vt* ʒ. *e. l. in his. &* j. *eo. l. cum ex pluribus.* licet Scæuola surda aure transiens, huic quæstioni non responderit.

m ¶ *Valerius.* præpositus pecuniis exigendis.

n ¶ *Marino.* qui Marinus erat debitor ex pluribus causis. administrauit enim negotia domini sui Titij per duos annos fortè, & in primo anno factus est debitor ob malam administrationem ex pluribus causis: & sic plures summas debebat: sed ex vna causa debebat maiorem quantitatem quàm ex alijs. & idem fecit in secundo anno. Accursius.

o ¶ *Superioris.* id est primi. Accursius.

p ¶ *Reliquator.* i.[c] debitor ex mala gestione. Et est aliàs reliquator: aliàs reliquarum. i.[d] debitum contractum ex mala gestione.

q ¶ *Proficere.* quasi in vetustiorem: *vt supra eo. l. cum ex pluribus. in fi. j. respon. & § fi. & supra eo. l. in his. in princ.*

r ¶ *Semisses vsuras.* id[e] est maiores.

s ¶ *Solutum esset.* facit[f] *C. de vsuris l. creditor. & l. indebitas. & de pac. l. si certis annis. & supra de oper. liberto. l. operis. & de lega. ij. l. qui fideicommissum.* Sed argu. contra. *C. de fideicommis. l. j. & supra de vsur. l. cum de in rem verso.* Accursius.

CVm ex pluribus.] Casum pone vt posui supra *eo. l. iij. in fine le.* Franciscus Accursius.

t ¶ *Ad solutionem.* quia dies venit: *vt* ʒ. *eo. l. iij. in fi. & facit* ʒ. *eo. l. si quis. & supra proxi. §. &* j. *de reg. iur. si in duabus.*

ANte restitutam.] CASVS. Titius instituit Mæuium heredē, & fideicōmisit q̄ intra duos annos restitueret hereditatē Gaio. Mæuius heres interim recuperauit plura debita. quæritur vtrū debitores qui ei soluerūt, liberati sint. Resp. quòd sic. Franc. Accur.

u ¶ *Ante restitutam.* & post quādoque: *vt* ʒ. *de transactionibus. l. fina.*

x ¶ *Hereditatem.* fideicommissam.

y ¶ *Solutiones.* factæ[a] heredi à debitorib' hereditariis. 2 Vel dic solutiones obligationū. *facit* ʒ. *ad Trebellianum. l. Marcellus. §. res quæ. & l. mulier. j. §. sed enim. & l. si heres institutus. §. si heres.*

z ¶ *Liberationes.* Vel pro eodē[b]. 2 Vel quia soluit creditoribus.

a ¶ *Habebuntur.* à fideicommissario scilicet post restitutionē.

QVod dicimus.] CASVS. Erā fideiussor Titij, qui moriēs instituit heredē Mæuiū. solui creditori apud quē fideiusserā. Dicit q̄ heres debet mihi statim soluere. sed istud statim est intelligēdū cū aliquo tēperamēto nō enim debeo cōfestim adire cū sacco paratus. & est istud tēperamētū spatium decem dierum. Franc.

b ¶ *Ab eo.* s. fideiussore.

c ¶ *Solutum est.* s. ei apud quem fideiussit pro defuncto.

d ¶ *Intelligendum est.* decē dierū[c] forte: *vt* ʒ. *de constituta pecunia. l. promissor.* 2 Vel quod magis &c. *vt* ʒ. *eo. l. ratum. & facit supra de leg. ij. l. cum quidam. ij. in fi. & in Gl. interuallo. & de admini. tu. l. tutor qui repertorium. §. si tuto. & de leg. j. l. si domus. §. in pecuniis. vers. qui confitetur. & Inst. de inutil. stipu. §. fin. & de col. bo. l. si quis filium. §. stipulatio. & de nego. gest. l. diuortio.*

e ¶ *Adire debet.* s. heres hereditatē. vel aliter nō debet adire cum sacco[d]. i. fideiussor non statim debet adire heredem seu cōuenire, sed cum aliquo temperamento temporis: vt in hac l. dicitur.

ALiud est.] CASVS. Præsuppone quòd quando quis adiungitur in stipulatione: rectè ei solui potest. Item quando creditor iubet alicui alteri soluere, rectè etiam illi soluitur. tamen est differentia inter ista duo: quia primo casu etiam me inuito rectè soluitur adiuncto: secundo non, si prohibeam ne ei cui iusseram soluere, soluatur. lex sequens clara est, & l. vltimæ Glos. ponit casum. Francisc. Accur.

f ¶ *Titio.* vt adiecto. Accur.

g ¶ *Solui potest.* lite non contest. *vt* ʒ. *eod. l. si quis stipulatus. §. item* vel non mutato statu eius. *vt supra eo. l. cum quis.*

h ¶ *Ne ei solueretur.* facit *supra eo. l. vero procuratori. §. j.*

i VErborum.] *Sine culpa.* aliàs mora.

k ¶ *Desiit.* nihil minus ciuiliter etiā dictis modis obligatio, vt

---

a Oblatio debiti fieri debet a debitore debet, cōgruo loco & tempore: secus facta, nō liberat offerentem.

† Sententiam appellationis valere, licet in ea nō pronunciatur benè vel malè iudicatum, in forma præscripta in l. eas. C. de appellat. hinc colligunt, adde Salicetum in d. l. eas.

† Probatus ex scriptura recipientis solutionem, in quam causam solutionem receperit.

b Futuri temporis tractus, ad iudicem non pertinet.

o Reliquatores qui dicātur, pulchrè Crinitus de honesta disc. lib. 15. c. 3.

d Reliquatū pro debito cōtracto ex mala gestione.

e Vsuræ semisses, maiores quincūcibus.

f Solutum supra debitas vsuras, in sortē imputādum.

a Soluta ab herede ante restitutam hereditatem, rata habenda sunt ab iis, quibus restituta est hereditas.

* Ingeniosum l. 1. §. item si sup. ad l. Falcid. vbi interpretatur STATIM i. cum aliquo temperamento.

† Hoc tempus trigintadierū erat, secūdum legem 12. tab. de qua Alex. ab Alex. li. 6. Gen. dier. c. 10.

b Liberatio facta heredi, prodest fideicommissario, cui restituta est hereditas.

* Vide Brisson. Ciuil. 4. cont. 6. Preuot 7. & Alciat. 2. Parerg. c. 8.

c Similis Glos. in § omnis. 10. verbo confessum In pr. de verb. ob. alij intra quatuor menses. Glo. vlt. Inst. de muti. alij arbitrio iudicis id committūt Glo. in l. si domus. § si pecunia. in verbo modicum tempus ff. de leg. 1. adde Menochium de arbitr. centuria casu. 27. vbi de tempore debitori concesso vt solutionē pararet.

d Prouerbialis figura, qua significatur qui petit tempus sibi absque mora præstari. V. Alciat. parer. c. 8.

tio, vt C. de pac. l. creditori.

a ¶ *Deuenit*. iure successionis: vt ff. eo. l. Stichum. §. *aditio. & facit ff. de verb. oblig. l. si Stichus certo die. & ff. eo. l. prout quisque.*

b E *I qui*. Duo dicit hæc lex. Primò, Titius stipulatus est me mādāte & me viuēte à debitore meo decē sibi Titio dari post mortē meam rectè ei soluitur vel me viuo, vel me mortuo: vel me volente, vel etiā inuito & pœnitēte: quia talis &c. i. q. habet actionē ex sua stipulatione. In secundo, mandaui debitori meo vt soluat Titio. Nam soluēs post mortem meam non liberatur ab heredib. meis: q. a morte soluitur mādatum: vt ff. *mandati. l. si quis alicui. §. morte. & l. inter causas. in princ.* nec enim creditor fuit stipulatus hoc casu. sed huic secundo casui est contra. ff. *de iure dotiu. l. si ego. §. si res.* Sol. speciale ibi in doteivt ibi dicit: & plenius dic vt ibi. Itē cōtra. ff. *de dona. cau. mor. l. mortis causa. v. §. Titia.* Sol. ibi mandaui vt post mortē daret instrumēta debitoribus: hic vt in vita mea: & secūdum hoc hęc verba, post mortem meā, determināt verbū soluit, & nō verbū soluere. & hoc eodem modo potericsolui aliud cōtra. ff. *manda. l. si vero non remunerandi. §. fi. & le. seq.* vbi mandaui fieri monumētū post mortē meam. Itē & secūdum hoc nō obstat aliud contra. ff. *de l. ey. cu pater. §. Manio.* quia ibi mādaui debitori vt solueret me viuēte ei cui volebā donare causa mortis quod mihi debebat. nā quia hoc mādatū fit in vita, sed tamē habet effectum irreuocabilem: demū, post mortē distinguitur, vt ibi, an sciens debitor me mortuū, & non liberetur. aliàs sic. 2 Vel dicas quòd hæc verba, post mortē, determināt verbum soluero: & dices ad. l. mortis causa. de donationibus causa mortis, quòd aliud fit in donatione causa mortis. & ad illā de leg. ij. quòd mādaui quòd in vita mea solueret: vt mo do dixi. & ad illam, mandati, solue vt ibi. *& facit ff. eo. l. aliud.*

c ¶ *Stipulatus*. scilicet solui. Accur.

d ¶ *Soluitur*. etiam me mortuo.

e ¶ *Lex*. id est sua stipulatio.

¶ Sunt qui ita contendant transponēda hæc verba. Ei qui mād. meo stipulatus est post mortem meā rectè soluitur. & post-ea, ei autem cui iussu debitorem meum soluere post mortem, non rectè soluitur.

a Mandatum cuius actus mādatur perficiēdus post mortem mandantis, non expiratur. vt hic. *Ias. in ... Gl. in l. mortis ... §. ... in verbo ... causa donat. ... mandatum ... C. mandati. vel ...* Mandatū de soluendo morte finitur, nisi ex illi pulatione propria mandatario actio sit quæsita.

a Acceptilationibus.

tis promittentísque deuenit[a].

Debitor qui mandato creditoris se obligauit alteri ad soluendum, potest illi soluere creditore mortuo vel inuito: quia promissio morte mandantis vel expressa conditione non finitur, cum alteri sit ius quæsitum: sed si se non obligauit, sed simplex mandatum de soluendo recipit, nō potest creditore mortuo vel inuito soluere: quia tale mandatum vtroque modo finitur, cum ex illo alteri non sit ius quæsitum. Pau. de Cast.

CVIII. PAVLVS *libro secundo Manualium.*

Et qui[b] mandato meo post mortem meam stipulatus[c] est, rectè soluitur[d]: quia talis est lex[e] obligationis: ideóque etiam inuito me rectè ei soluitur. Ei autem cui iussi debitorem meum post mortem meam soluere, nō rectè soluitur: quia mandatum morte dissoluitur.

DE ACCEPTILATIONE[*].

TITVLVS IIII.

In l. ista ponitur potius effectus acceptilationis, quàm eius definitio. nam liberatio est effectus: acceptilatio verò est quidam distractus verbis solennibus celebratus, ad similitudinē stipulationis in qua debet præcedere interrogatio debitoris, & responsio creditoris incontinenti: & per eā tollitur ciuilis & naturalis obligatio, cū per pactū de non petēdo nō tollatur nisi sola naturalis. hoc tamē verū si præcedit obligatio verbis contracta, si autē re vel consensu tunc acceptilatio non valet iure appellatio-

DE ACCEPTILATIONIBVS.

Dixit de naturali liberatione: nunc de ciuili. vel dixit in genere de liberationibus: nunc in specie.

¶ *Solutio aut re fit aut imagine quadam. Quæ re fit, de ea est titulus superior. hic verò de imaginaria[b]. & quamuis dici soleat acceptilationē verborum obligatione dumtaxat tolli, rectè tamen dicetur hic etiam titulus esse communis omnium obligationum, quia beneficio stipulationis Aquilianæ per acceptilationem omnis tollitur obligatio, & de ea acceptilatione est titulus & eius definitio in initio proposita, quæ fit præcedente stipulatione Aquiliana. Acceptilatio est verborum cōceptio, quibus absoluunt se duo vltro citróque. Stipulatio[c] Aquiliana est nouatio obligationis alio genere quam verbis contracta. Cu.*

A *Cceptilatio*.] CASVS. Ista prima lex definit quid sit acceptilatio. lex ij. & iij. claræ sunt. Gl. ponit casum l. iiij. & v. Franciscus.

b Acceptilatio, imaginaria solutio est.

c Aquiliana stipulatio quid.

f ¶ *Interrogationem*. f. interrogantis & interrogati, vel inspectā nouatione, quæ etiam plerunque acceptilationē præcedit. Acc.

g ¶ *Nexu*. quo vnus tenetur, & alius tenet. & sic dicitur quilibet absolui. sic. C. *de iur. delib. l. cum in antiquioribus.* quinimò[a] & creditor dicitur liberari: vt ff. *de exercitoria, leg. j. §. non autem & de adm. tut. l. quotiens. §. sicut.* Alij dicunt quòd vterque debebat: sed non placet: quia sic essent duę acceptilationes.

nis vt tollat ciuilem: sed iure pai, & vt tollat solam naturalem. P. de C.

I. MODESTINVS *libro secundo Regularum.*

Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationē[f], qua vtriusque contingit ab eodem nexu[g] absolutio.

In ista l. dicitur quod pupillus potest per acceptilationem liberari sine tutoris auctoritate. P. de C.

II. VLPIANVS *libro vicesimoquarto ad Sabinum.*

PVpillum per acceptilationem etiam sine tutoris auctoritate liberari posse placet[h].

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

PEr procuratorē nec liberari nec liberare quisquā acceptilatione sine mandato[i] potest.

IIII. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

ACceptilatio sub conditione fieri non potest[k].

V. VLPIANVS *libro trigesimoquarto ad Sabinum.*

IN diē acceptilatio facta, nullius est momenti. nam solutionis exemplo[l] acceptilatio solet liberare.

Acceptilatio generalis refertur ad omnia nisi appareat esse sensum de certis. Bartolus.

VI. IDEM *libro quadragesimoseptimo ad Sabinum.*

PLurib. stipulationib. factis, si promissor ita accepto rogasset, *Quod*† *ego tibi promisi, habésne acceptū?* si quidē apparet quid actum est: id solum per acceptilationem sublatum[m] est. Si nō apparet, omnes stipulationes[n] solutæ sunt: dummodo illud sciat

h P *Vpillū*] *Placet*. quia cōditio eius melior fit. Sed cū pręcedere debeat obligatio acceptilationē, nūquid obligatur? Respon. sic, cū fiat ob suū commodum, vt acceptilatio sequatur. Ios.

i P *Er procuratorē*.] *Sine mādato*. speciali: facto à creditore vel liberet idem dicit Azo si generale cū libera, nisi donet. *argu. ff. de procuratoribus. l. procurator cui.* Alij contra *per C. eo. & per insinuandam. §. tutor.* Sed in seruo[c] creditoris fallit: quia licet habeat mandatum speciale, nō potest accepto ferre: *vt infra eodem. l. pen.* Econtra in procuratore debitoris videtur idem si habeat speciale mandatum, vt etiā sine nouatione possit acquirere debitori liberationem per acceptilationē: vt hic. & hoc quādo pręcedit obligatio verborū. aliàs promittat, & per nouationem liberet: *vt d. §. tutor.*

k A *Cceptilatio*.] *Nō potest*. vt habeo acceptúmq; tuli si imperator intrauerit Italiam: *vt j. de regu. iur. l. actus.* Sed tacita sic: *vt infra eod. l. in diem. & l. si sub conditione.* Accursius.

l I *N diem*.] *exemplo*. bona similitudo: quia si mihi soluisti quod debebas: volui autem te liberare ex die: nō valet: quia statim es liberatus, ita & hic secundùm quosdam. ¶ Sed secundùm hoc videtur valere habita die pro non apposita: quod est falsum: *vt infra de reg. iur. l. actus.* vnde dic esse simile: quia neutra statim liberat. planè adueniente die, solutio in diem facta liberabit: *vt ff. tit. j. l. sub conditione.* Sed non acceptilatio: quia initium habuit vitiosum: *vt d. l. actus.* & est ratio: quia in solutione sibi debitum habet. & facit ad hanc similitudinem Institu. *quibus modis tollitur obligatio. §. item per acceptilationem. & supra de libera leg. l. non solum. §. j.*

P *Luribus stipulationibus*.] CASVS. Promisi tibi x. ex causa venditionis. Item alia x. ex causa mutui. Item alia x. ex causa locationis. postea sic à te rogo: Titi habésne acceptum quod tibi promisi? vtrum omnes summę solutæ vel sublatæ videantur? Et distinguitur. nam si apparet quòd non remisisti nisi duas summas: illæ tantùm remissæ videntur. quod si apparere non potest; omnes summæ videntur esse remissæ. sed si tu mihi acceptum tulisti id quod debebam tibi ex causa venditionis: ego autem à te rogaui quod tibi debebam ex causa mutui: nihil valet acceptilatio penitus. lex sequens ponit verba quibus etiam potest fieri acceptilatio. Fran. Accur.

m ¶ *Sublatum est. vt & j. eo. l. & vno. in prin. & l. fi.*

n ¶ *Omnes stipulationes*. sic *supra de tute. l. qui habet. §. fi. & Inst. de inutil. stipulat. §. quotiens. & supra de testa. tute. l. si quis ita. in prin.* Sed contra *supra de liberis & posthumis. l. ij.* Sol. & hic & ibi pro fauore

a Liberati interdum dicitur creditor, licet liberari propriè dicatur debitor.

h Speciale mandatum in acceptilatione per alium facienda requiritur: ad alios casus quibus speciale requiritur in ... *vide de Rebuffum ... derog. in verbo speciale*, vbi ad casus enumerat in quibus requiritur speciale mandatum.

c Seruus creditoris accepto ferre nō potest.

† Generalia verba liberationis referūtur ad omnes obligationes.

d Acceptilationis & solutionis similitudo.

e Acceptilatio, diei adiectione vitiatur: neque simplicitas vitiatur diei adiectione.

respondetur. & sic respon. *supra de in diem addic. l. cum duo. quæ est ar. contra.*

a ¶ *Acceptilationem. vt ỹ. de acc. & oblig. l. in omnibus.*

AN *inutilis.*] CASVS. Tu & ego facimus acceptilationem inutilem de aliquo debito. quæritur vtrum saltẽ talis acceptilatio habeat vim nudi pacti: vt sic virtute huius tollatur obligatio. Respon. quòd nõ. Diceret aliquis quomodo potest fieri quòd inter nos nõ fuerit saltem nudus cõsensus? Respõ. quòd dimissa quia ponamus quòd ego sciebam nullius momenti fore acceptilationem quam faciebam: certè non habebit vim nudi pacti: cũ nullum cõsensum habuerim paciscẽdi quãdo sciens fui in hoc. §. seq. planus est. [ACCEPTO.] Stichus erat seruus cõmunis Titij & Meuij. Titius debebat Meuio. c. Stichus dicit Meuio: habésne acceptũ quod tibi Titius dominus me' debet? vtrum talis acceptilatio cõmunis serui valeat pro altero dominorum? Respon. quòd sic. & probat auctoritate: & hoc probat dicto Labeonis: quod clarum est. § seq. planus est, & allegatur sæpissime ad hoc, quòd per quod aliquid ligatur, per illud etiam soluitur. [FILIVSFAMILIAS.] Filius meus contraxit tecũ, & promisit tibi cẽtum. certum est quòd obligatur tibi: tamen me nõ potest obligare ex suo contractu de iure ciuili. Nunc quæritur vtrum ipse filius possit liberari per acceptilationem quæ est de iure ciuili. Respon quòd sic. sed ego acceptum rogãdo pro filio meo, nihil ago. sed etiam seru' si sit obligat', potest per acceptilationẽ liberari: vt plerunque etiã tollantur obligationes honorariæ propter acceptilationem: vt sunt actiones de peculio: de in rem verso: & quod iussu: quæ dantur aduersus patrem, & aduersus dominum. Et potest acceptilatio fieri etiam lingua Græca: dũmodo fiat similibus verbis quibus fit Latinè: vt sic habes accepta xx? Respondet creditor, accepta habeo. Duæ ll. sequen. planæ sunt. Fran. Accursius.

mus, si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem[a].

VII. IDEM *libro quinquagensimo ad Sabinum.*

SAnè & sic acceptilatio fieri potest: *Accepta facis decem?* ille respondit, *Facio.*

Si acceptilatio peccat in forma, non habet vim pacti: secus si peccat in materia. Bartolus.

VIII. IDEM *libro quadragensimooct auo ad Sabinum.*

AN inutilis acceptilatio vtile habeat pactum, quæritur. Et nisi in hoc[b]† quoque cõtra sensum est, habet pactum. Dicet aliquis: Potest ergo non esse consensus. Cur non possit? Fingamus eũ qui accepto ferebat, scientem[c] prudentémque nullius esse momenti acceptilationem, sic accepto tulisse: quis dubitat non esse pactum, cum consensum paciscẽdi nõ habuerit[d]?

Seruus communis qui quærit obligationem: potest quærere obligationis liberationem. Bartolus.

1 ¶ Seruus communis sicut vni ex dominis stipulari[e] potest, ita etiam acceptũ rogare vni ex dominis potest, eúmq. in solidum liberat: & ita Octauenus putat.

2 ¶ Accepto liberare seruus cõmunis alterũ ex dominis etiam ab altero domino potest. idenim & Labeoni placuit. Denique libro Pithanon scribit, si à primo domino, Secũdo socio domino suo stipulatus fuerit, posse Secũdum accepto rogare, & per acceptilationẽ Primũ liberare, qué ipse obligauerat. sic fieri, vt per vnum atq. eundem seruũ & cõstituatur & tollatur obligatio.

3 ¶ Acceptum fieri non potest nisi quod verbis colligatum est. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit: quia & ipsa[f] verbis fit. Neque enim potest verbis tolli[g], quod non verbis contractum est.

Obligatio ciuilis tollitur per acceptilationem, non prætoria. Item sublata principali, tolluntur accessiones vndecunque inducta. Bar.

4 ¶ Filiusfamilias promittẽdo patrem ciuiliter non obligat[h], sed se obligat. propter quod accepto rogare filiusfamilias potest vt se liberet: quia ipse obligatus est. Pater autem acceptũ rogando, nihil agit[i]: cum non sit ipse obligatus[k], sed filius. Idem erit & in seruo dicendum. Nam & seruus accepto liberari potest: & tolluntur etiam honorariæ[l] obligationes si quæ sunt aduersus dominum: quia[m] hoc iure vtimur, vt iurisgentium[n] sit acceptilatio: & ideo[o] puto & Græcè posse acceptum fieri, dũmodò sic fiat, vt Latinis verbis solet, ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών.

IX. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

PArs[p] stipulationis accepto fieri potest, non tãtùm si sic dicat: *Ex nũmis decẽ quos tibi promisi, quinque habésne acceptos?* sed & si sic: *quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habésne acceptum?*

X. POMPONIVS *libro vicensimosexto ad Sabinum.*

SEd & si non numerata pecunia, sed certũ corp', veluti homo ĩ stipulationẽ deduct' est: põt ex parte acceptilatio fieri: quo[q]

b ¶ *Et nisi in hoc.* Cõmunis litera est, & nisi in hoc quoq; cõsẽsum est, non habet pactũ. 2 Secũdùm P. est: nisi in hoc quoq; cõtra sensum est, habet pactũ. & sic vna est cõtraria in sensu alteri. Quid ergo dices: an habeat inutilis acceptilatio vim pacti? Respon. secundũ B. nõ. & pro eo est communis litera. Sed Azo dicit quòd sic. & pro est Pisa. litera. *sic & pro eo ỹ. de pactis. Si vnus. §. si acceptilatio.* & respõ. Azo ad communem literam quasi hoc semper sensum sit. At Bul. ad Pisanam: quia nisi legebat pro si nõ: & omittebat, non: hoc modo, si non in hoc cõtra sensum est, nõ habet pactum. *St C. & ĩ. de captiu. l. in bello in prin.* & secundum hoc idẽ est sensus vtriusque literæ. & ad l. si vnus. respondebat quasi id sensum fuerit vt haberet pactum. Tu dic quòd si est inutilis acceptilatio[c] ratione ineptæ cõceptionis, vt quia inter absẽtes, vel sub conditione vel in diem: vt tunc non habeat vim pacti, *arg. ỹ. de constit. pec. l. j. §. cum qui.* Si [c] autem ratione rei super qua interponitur, vt quia super obliga. iurisgen. tunc habet vim pacti, non acceptilationis: *vt ĩ. eo. l. si accepto latum. & ỹ. de rescind. vendit. l. cum emptor.* & sic intelligitur illa de pactis. & secundum hoc est planus sensus huius legis: quia secũdum communem literam dices quòd ratione rei sit inutilis: secundũm Pisa. dices quòd ratione ineptæ conceptionis. nisi exponas nisi, pro si nõ: vt dixi: quia tunc etiam Pisa. litera portat eundem sensum quem communis. Tertij habẽt literam talem, nisi contra sensum est, non habet pactum. Et tunc idem sonat quod prima cõmunis.

c ¶ *Scientem.* idem & in non sciẽte. secundũ B. Sed quia dubitare quis vel etiã iuste poterat: nã hodie quidã hæsitãt: ideò dubitabile ponit exemplum. *& facit ỹ. de here. ven. l. hoc autem. & C. de iurisdi. om. iud. l. j. & ỹ. de acc. & obli. l. obligationum. §. pe. & §. fi.*

d ¶ *Non habuerit.* certè nullius.

e ¶ *Stipulari.* vt ỹ. *de stipu. ser. l. proinde.* Accursius.

f ¶ *Et ipsa.* bona ratio: vt[a] *infra de reg. iu. l. nihil tam naturale. & Insti. eodem. id est quib. mo. tol. oblig. §. item per acceptilationem.*

g ¶ *Tolli.* vt liberatio ipso iure sequatur. Io. 2 Vel nõ potest tolli scilicet potestas acceptilationis. tollitur[b] tamen obligatio cõsensu contracta potestate pacti: *vt ỹ. de rescind. vend. l. cum emptor. & ĩ. eo. l. si accepto latum. & l. fin.* 2 Item contra *eod. l. & per iusiuran. §. & si fideiussori.* Sol. vt ibi. 3 Item contra *C. de transact. l. vt respon sum.* Sol. vt ibi.

h ¶ *Non obligat.* sed prætorio iure quãdoque.

i ¶ *Agit.* pacto verò liberatur pater: *vt ỹ. de libe. lega. l. si quis reum. §. idem Iulianus. j.* Accursius.

k ¶ *Obligatus.* ciuiliter, sed de peculio iure prætorio. Sed non est ratio: quia seruus non est obligatus ciuiliter accepto tamen rogare potest: vt subiicit: sed dices verbis obligatum seruum naturaliter.

l ¶ *Honorariæ.* Ergo & quod non verbis contractum est, per acceptilationem tamen tollitur? Respond. hoc non principaliter fieri, sed per quandam consequentiam[d]. nam principali obligatione ciuili sublata, illæ prætoriæ non remanẽt: & sic in superiori casu erit: *vt ỹ. de verb. oblig. l. cum filius. & facit infra eod. l. species. §. sed & si seruo.* 2 Item dic, tolluntur hìc ipso iure per nouationẽ: nã obligatio magis dicitur transfundi[e], quàm tolli: quippe cũ alia in locum prioris substituitur, non tollitur obligatio, cum nõ contingat liberatio, licet tollatur ex prima causa.[f] Et argu. sume hic quod potest colligi ex duabus ll. *vt ỹ. de bonorum pos. ex testamento mili. l. si. tit. & de mili. test. l.*

m ¶ *Quia.* rectè accepto feratur seruo, quia hoc &c. Io.

n ¶ *Iurisgẽtium.* p[g] approbationẽ. 2 Vel p pactũ qd' in se cõtinet. Io.

o ¶ *Et ideò.* nõ est bonũ hoc ideò, quia idem esset, si esset de solo iure ciuili. *& facit Inst. quib. mod. tol. obli. §. sed & Græcè.*

p PArs facit *Inst. qui. mo. tol. obli. §. sicut autem. & ỹ. de lib. leg. l. non solum. j. in prin. & ỹ. l. pluribus.*

q SEd & si non numerata.] Quomodo. i. sicut[g] diuiditur enim obligatio inter coheredes: & pars vni ex heredibus cõpetens

¶ Rectè sic Fl perperam in vulg. & nisi in hoc quoq; consensus est, non habet pactum. Acton. Aug. lib. 1. emend. qui tamen locũ esse lubricum ait.

a Acceptilatio inutilis, vim pacti habet: nisi in hoc contra sensum est. hæc est lectio Florentina: quam tuetur & defendit Petrus & Azo. Imò vim pacti non habet, nisi in hoc quoque cõsensum sit. hæc est communis & vulgata lectio quã Bulgarus defendit.

b Acceptilatio inutilis an habeat vim pacti.

c Acceptilatio inutilis ratione ineptæ cõceptionis, vim pacti non habet.

d Acceptilatio inepta cõcipitur, inter absentes, sub conditione, in diem.

e Acceptilatio inutilis ratione rei super qua interponitur (vt quia contra iurisgen. adm. tantum) vim habet pacti non acceptilationis.

a Contrariis contrariisque tolluntur.

b Verbis seu pacto tollipotest, quod cõsensu contractum est, habet acceptos denarios tot? ac ceptos habeo.

c Verbis tolli per consequentiam possunt, quæ sunt verbis contracta.

d Consequentia quadam multa permittuntur, & sic, quæ directò & principaliter fieri non possunt.

† Transfundi obligationem & tolli differunt: transfunditur per nouationem, cũ alia seu noua in præcedentis locum substituitur: quo casu plenam contingit liberatio, sed tamen prima tantum causa.

f Acceptilatio iurisgentium est approbatione, vel quia pactũ continet.

g Argumentum à diuiduo inter coheredes ad acceptilationem quibusdã rebus factam.

tens

tens accepto ferri potest: *vt supra de verbor. obliga. l. ij. §. si tamen versicu. idémque.* item *facit supra titu. j. l. si stipulatus sum. §. qui decem.*

SPecies acquirendi.] CASVS. Habeo vsumfructum in Sticho seruo iste seruus potest me liberare à creditore meo, acceptú rogando: quia potest mihi acquirere, & liberare à debito: quæ est species acquirendi. Idē in seruo qui mihi bona fide seruit. Item si seruus tuus mihi aliquid promittat, & ego ei acceptum tulero: ipse liberabitur & dominus eius ab actionibus prætoriis quibus pro seruo tenebatur: sicut est actio de peculio, de in rem verso, &c. [SI SERVVS.] Titius mortuus est, cuius hereditas nondū est adita. erat autē in eadem hereditate seruus Stichus, qui ante aditam hereditatem accepto rogauit aliqua debita Titij domini sui quondam. quæritur an hereditas per hanc acceptilationem liberetur? Respō. quòd sic.[a] Item dominus est apud hostes: seruus eius potest eum liberare acceptum rogando à creditoribus suis: & liberabitur dominus cū reuersus fuerit ab hostibus iure postliminij: quia etiam domino qui est apud hostes, seruus stipulari potest. lex sequens plana est. Fran. Accur.

& vni ex heredibus acceptum fieri potest.

XI. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

SPecies acquirendi est, liberare dominum obligatione [a]: & ideò fructuarius quoque seruus liberare acceptum rogando fructuarium potest [b]: quia ex re eius videtur ei adquirere. Sed & si vsum tantùm habemus, idem fiet[c]. Idémque dicemus & in eo qui bona fide nobis seruit, & in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt.

1 ¶ Sed & si seruo [d] quod ipse mihi promisit [e], acceptum fecero: inutiles mihi erūt aduersus dominum honorariæ actiones[f], quæ de peculio vel in rem verso dantur. 2 ¶ Si seruus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget quod defunctus promisit, verius puto contingere liberationem: vt per hoc hereditas ipsa liberetur.

3 ¶ Sed & si dominus apud hostes sit: dicendum [g] est iure postliminij confirmari acceptilationē. Nam & stipulari ei qui apud hostes est, seruus potest [h].

XII. POMPONIVS *libro vicensimosexto ad Sabinum.*

QVod in diem[i] vel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit [k], vel dies venerit.

Obligatio iuramenti potest per acceptilationem resolui. Bal.

a ¶ *Obligatione.* ciuili[a].

b ¶ *Potest.* vt [b] *supra de vsufruc. sed si vti. & de pact. l. si debitor. & de solu. leg. si debitor sit.*

c ¶ *Idem fiet.* vt [c] & *supra de vsu & hab. l. per seruum. in prin.*

d ¶ *Sed & si seruo.* alieno.

e ¶ *Promisit.* ex causa peculiari.

f ¶ *Actiones.* vt & *j. l. an inutilis. §. fin.*

g ¶ *Dicendum est.* videtur enim facta quasi in ciuitate sit is cuius seruus sit. cū contra eum ex postfacto in ciuitate esse credatur.

h ¶ *Seruus potest* & valet[d] si redit dominus: *vt j. de stipu. ser. l. si seruus communis. §. seruus.*

i ¶ QVod in diem. incertum: ne sit contra supra *de nouatio. l. si Stichum. §. legata.* 2 Vel solue vt ibi. Accursius.

k ¶ *Extiterit.* vt simul committatur & tollatur: *vt j. de noua. leg. si Stichum. §. si quis ita. & facit supra de solu. l. sub conditione. & de iureiu. l. licet. in princ.*

a Adquirit qui se liberat ab obligatione.
b Vsufructuarius vt & vsuarius seruus liberare acceptum rogādo fructuarium vel vsuarium dominum potest.
c Vsuarij & vsufructuarij domini & serui similitudo.

d Stipulari seruus domino suo potest etiam apud hostes existēti: qua in hypothesi valet stipulatio domino ex hostibus redeunte.

ET per iusiurandum.] CASVS. Cum serui manumittuntur, imponuntur eis operæ certæ, quas iurāt se præstituros ipsis patronis suis. quæritur vtrū tales operæ possint accepto ferri? Respon. quòd sic. §. sequens planus est. [ILLVD CERTVM EST.] Tu promisisti mihi fundū. ego tibi accepto tuli viam, vel vsumfruct. certè talis acceptilatio non valet. nam qui acceptū fert aliquid, debet totum vel partē eius acceptam ferre. vsusfructus autē vel via nō sunt partes fundi: & ponit exēplū: vt si quis domū stipuletur, & accepto ferat cemēta vel fenestras. nam talis acceptilatio non valet. In §. se. Gloss. ponit casum. [SI IS QVI HOMINEM.] Promisisti mihi hominem in genere: ego tibi Stichū accepto tuli. vtrum talis acceptilatio aliquid operetur? Respond. quòd sic: quia tollit totam obligationē, & est ratio: quia si in genere tibi promisi hominem, poteram illum Stichum tibi soluēdo liberari. [AVM QVI FVNDVM.] Stipulatus sum à te fundum. tu promisisti etiam te nihil in hac possessione doli commissurum, quæritur vtrum possim tibi accepto ferre dolum comprehēsum in hac clausula: Respond. quòd non, si nondum sit commissus. si verò cōmissum iam sit: tunc possum tibi acceptum ferre. §. seq. planus est. [SI FIDEIVSSORI.] Mutuaui tibi decem, & nō sumstipulatus eam mihi reddi: sic tu es mihi re obligatus. dedisti fideiussorē mihi pro his x. huic fideiussori acceptum tuli. quæritur vtrum tu liberatus sis per hanc acceptilationem? Respond. quòd sic. [SI LEGATORŪ.] Titius faciens testamētum, legauit mihi fundum Sempronianum sub conditione si imperator in Italiam venerit. heres Titij dedit fideiussorem pro his legatis soluendis, ego accepto tuli huic fideiussori: quæritur vtrum heres Titij liberetur à præstatione legati istius? Respondetur quòd non: imò tenebitur illud soluere conditione existente: & est speciale in legatis. aliàs contra: *vt supra. §. proxim.* [QVI ITA STIPVLATVR.] Eramus simul tu & ego. dixi tibi: Rogo te, crede Titio amico meo centum: ego fideiubeo pro eo. postea statim antequam pecuniam numerares Titio, acceptum tuli tibi. si postea Titio credideris, quæritur an ipse teneatur? Respondetur quòd sic. nā licet ipse fideiussor nō ante liberetur aut obligetur quā reo creditum sit: reus tamen non potest priori vel antiquiori obligatione liberari, quàm sit eius obligatio. Duo §§. sequē. plani sunt cum l. sequen. Francisc. Accursius.

XIII. VLPIANVS *libro 50. ad Sabinum.*

ET per iusiurandum liberti interpositam operarū obligationem [l], per acceptilationē tolli verius est[m]. 1 ¶ Si id quod in stipulationem deductum est, diuisionem non recipiat: acceptilatio in partem, nullius erit momenti: vt putà si seruus fuit prædij rustici, vel vrbani. Planè† si vsusfructus sit in stipulatum deductus, putà fundi Titiani: poterit pro parte acceptilatio fieri, & erit residuæ partis fundi [n] vsusfructus. Si tamen viam [o] quis stipulatus, accepto iter vel actū fecerit: acceptilatio nullius erit momenti[p]. Hoc idem est probandum, si actus accepto fuerit latus. Si† autē iter & actus accepto fuerit latus, consequens erit dicere liberatum eum qui viam promisit. 2 ¶ Illud† certum est, eum qui fundum stipulatus, vsumfructum vel viam accepto facit, in ea esse causa, vt acceptilatio non valeat. Qui enim accepto facit: vel totum, vel partem eius quod stipulatus est, debet accepto facere. Hæ autem partes non sunt [q], non magis quàm si quis domum stipulatus accepto ferat cementa, vel fenestras, vel parietem, vel diætam [r]. 3 ¶ Si quis vsumfructum[s] stipulatus, vsum accepto tulerit: si quidem sic tulerit acceptum, quasi vsu[t] debito: liberatio non continget[u]. si verò quasi ex vsufructu: cū possit vsus sine fructu constitui, dicendū est acceptila-

† Acceptilatio partis valet in obligatione diuidua.

† Acceptilatio omnium partium integralium facta, valet.
† Acceptilatio facta de toto integrali.

l ¶ *Obligationem.* quæ verbis fit: non dico stipulatoris: quia tunc non esset dubium: licet iusiurandum interueniat.

m ¶ *Verius est.* nam & hæc obligatio quodammodo[a] verbis est, & *facit j. de ope. lib. l. vt iurisiurandi.* Accur.

n ¶ *Partes fundi.* quia recipit diuisionem[b]: *vt j. de vsufruct. l. v.* sed[c] prædiales seruitutes[d] non: *vt hic & j. de verb. oblig. l. ij. §. j. & ad l. Falc. l. j. §. si vsusfruct.* Accur.

o ¶ *Si tamen viam.* quæ[e] & ipsa diuisionem non recipit: *vt & j. de verb. oblig. l. stipulationes non di.*

p ¶ *Momenti.* Contra. *j. si serui. vend. l. loci. §. j.* Solu. aliud est à princ. constituere separatim: aliud post constitutionem separare. sic & eodem modo soluitur aliud contra *supra de serui. rust. prædi. l. qui sella. in prin. & versi. qui qui viam.*

q ¶ *Partes non sunt.* Imò [f] vsusfruct. est pars fundi: *vt supra de verborum obligationibus. qui vsumfructum. & de fideiuss. leg. si à reo. §. si reo.* quæ est contra. Solu. hic in obligatione erat causalis: quæ non potest separari à proprietate: sed in contrariis de forma loquitur.

r ¶ *Diætam.* i.[g] cœnaculū: *vt j. de extraordinariis criminibus. l. saccularij. j. in princ.* ibi, item qui diætarij.

s ¶ *Si quis vsumfructum stipulatus.* i. in quo inest vsus.

t ¶ *Vsu.* id est seruitute vsus. debetur enim vsus vt commoditas, non vt seruitus constituto vsufruct. *& facit suprà qui. mo. vsusfru. amit. l. is qui vsumfruct.*

u ¶ *Non continget.* scilicet in aliquo.

a Iuramentū sine verbis concipi non potest. Romanus & Paulus in l. j. de verb. oblig. Castren. in rubr. de iureiur. q. 6.
b Vsusfructus diuisionem recipit, hoc est diuiduus est ac diuidi potest.
c Vsusfructus & prædiorum seruitutum diuisio.
d Seruitutes prædiorum indiuiduæ.
e Viæ seruitus indiuidua.
f Vsusfructus causalis pars est fundi, at non formalis.
g Diæta pro cœnaculo.

tionem valere[a]. 4 ¶ Si † is qui hominem stipulatus est, Stichum accepto tulerit: Iulianus libro quinquagesimoquarto digestorum scripsit, acceptilationem aliquid egisse, tollisque † totam[b] obligationē. Quod enim inuito[c] stipulatori promissor soluere potest: id & acceptum latū liberationem pariet. 5 ¶ Eum qui fundum stipulatus est, non posse de dolo malo[d] clausulam acceptum ferre[e], constat. non enim in partem debiti id constitit[f]: & aliud est quod debetur, aliud † quod accepto fertur[g].

Si acceptilatio non valet in expresso, non valet in tacito. Bar.

6 ¶ Si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum aut decem acceptum fecerit, & pendente cōditione Stichus decesserit: decem in obligatione manebunt[h] perinde ac si acceptilatio interposita non fuisset.

Acceptilatio interposita super obligatione, per consequentiā tollit obligationem alio modo contractam. Bart.

7 ¶ Si[*] fideiussori[i] accepto fuerit latum, cum reus re, non verbis fuisset obligatus: an reus quoque liberetur? Et hoc iure vtimur, vt licet reus nō sit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiussorem liberetur[k].

Acceptilatio facta fideiussori pendente conditione, cuius existētia non fingit quem retro obligatum, non prodest principali. Bar.

8 ¶ Si legatorum[l] sub cōditione relictorum fideiussori dato, accepto latum sit: legata debebuntur[m] postea conditione[n] eorum existente.

9 ¶ Qui ita stipulatur à fideiussore, *Quod Titio credidero, fide tua esse iubes?* deinde antequā crederet, acceptū fecit fideiussori: reus non liberabitur: sed quādoque[o] ci[p] creditum fuerit, tenetur. nam etsi fideiussorem non antè liberatum esse credimus, quàm cum fuerit creditum reo[q]: non tamē reus antiquiore acceptilatione quàm obligatio eius est, liberari potuit.

10 ¶ Tutor, curator furiosi acceptum ferre non potuit: nec procurator quidem potest facere acceptum: sed hi omnes debent nouare. possunt enim[r] & sic accepto facere. ne his[s] quidē accepto fieri potest: sed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationem. nam & in absentium persona hoc remedio vti solemus: stipulamur ab aliquo id nouandi causa, quod nobis absens debet: & ita accepto liberamus eum à quo stipulati sumus. ita fiet, vt absens nouatione, præsens acceptilatione liberetur[t].

11 ¶ Heres quoque & liberare & liberari accepto potest, & honorarij successores. 12 ¶ Ex pluribus reis[u] stipulandi si vnus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum[x].

Si in acceptilatione venit aliud quā sit in obligatione: non valet. Bar.

XIV. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

Nisi consentiat acceptilatio cum obligatione, & nisi verum est[y] quod in acceptilatione demonstratur, imperfecta est liberatio: quia verbis[z] verba[a] ita demum resolui[b] possunt, quę inter se congruunt.

Adiectio vltra debitum, acceptilationem non vitiat. Bar.

XV. POMPONIVS *libro vicensimoseptimo ad Sabinum.*

Si is qui Stichum promisit, ita interroget: *Quod Stichum promisi, Stichum & Pamphilum habesne acceptos?* puto rectè accepto la-

a ¶ *Valere.* Sic argumentatur. Potest constitui vsus separatim: ergo etiam remitti separatim. videtur ergo quòd remaneat fructus sine vsu, quod non potest esse: *vt s. de vsu & ha. per seruum. §. j. ibi, & fructus quidem &c. & ibi, denique si, &c. & ibi, sed si de fructu, &c.* [*] *quae est contra.* Sol. non potest dici quasi hic tollatur seruitus vsusfru. 2 Vel dic vsusfruc. sine seruitute vsus remaneat: sed non sine commoditate: licet ibi sic noterit quidam: quia hic non erat nisi seruitus vsusfruct. Sed potes dicere quòd valet hæc remissio: & tu proprietarius iam possis alij dare vsum, & ego habeo commoditatem vsus cum fructu, si superest aliqd: aliàs nō: *vt supra de vsu & habi. l. fundi. & de vsufruct. l. si alij.*

b ¶ *Totam.* Contra *supra de pac. l. si vnus. §. sed si generaliter.* Solu. hic in totum renūtiauit obligationi. s. non fecit enim pactum de non petendo Stichum tantum: sed alium petere debebat. 2 Vel forte aliud in pacto, aliud in acceptilatione dicendum est. 3 Vel hic erat electio promissoris: ibi stipulatoris. Item secundum Ir. aliter in seruo legato in genere: quo casu si Pamphilus repudiatur, nihil obest: *vt s. de op. leg. l. homine.*

c ¶ *Inuito.* ad hoc facit *supra si cer. peta. l. q. §. j.* Accursius.

d ¶ *Dolo malo.* siue fuit expressa in promittendo clausula doli, siue non: non[b] potest accepto ferri ante dolum commissum: quia nihil pro dolo debetur: vt hic dicit. Sed si iam erat commissus, remitti potest: *vt s. de pac. l. si vnus. §. illud. & §. pacta quæ turpem.* Sed videtur etiam pro futuro valere, & expectare eum committi: *vt arg. s. eo. l. quod in diem.* Sed hoc esset cōtra[c] bonos mores expectare: *vt d. l. de pact. & s. depos. l. j. §. si conuenit.* Item dolo commisso fieri potest acceptilatio, etiam si non fuerit stipulatus expresse dolum malū abesse: quia ex promissione fundi: & ita verbis tenetur ad non committendum dolum malum: *vt arg. s. eo. l. in. in prin.*

e ¶ *Accepto ferre.* nihil enim ex ea debetur ante dolū cōmissum.

f ¶ *Constitit.* scilicet doli clausula.

g ¶ *Fertur.* vnde non valet: *vt s. eo. l. pluribus in fin.*

h ¶ *Manebunt.* Contra *s. de pact. l. si vnus. §. sed si stipulatus.* Sed nō est contra: quia vbi acceptilatio est in vno facto, & tenet tota facta, tollitur obligatio: vt ibi: quia fuit pura stipulatio, licet[d] alternatiua. hic autem non tenuit re perempta pendente condit. vnde cum in ea non tenuit: nec in altera quæ iam inerat tacitè, valet: *vt arg. de serui. rustic. prædio. l. item. §. qui habet.*

i ¶ *Si fideiussori.* efficaciter obligatio, vel non: *vt s. ad Velleia. l. quamuis. §. Marcellus. & §. si mulier.* Azo.

k ¶ *Liberetur.* hic est contra *s. eo. l. an inutilis. §. accepto.* Solu. consequitur[e] reus per aliū, quod per se non potest, *arg. s. quæ res pig. obl. pos. l. Aristo.* Vel nō per acceptilationē, sed per[a] consequentiā, vel per exceptionem. Item contra *j. proxi. §. si legatorum.* Solu. vt ibi. Item contra *j. eo. §. qui ita.* Sed ibi adparet solu. in fin. Item facit *s. manda. l. inter causas. §. abesse. versi. si m. & l. idemque. §. si. & l. si verò non remunerandi. in prin. & de transact. l. post rem. §. j.*

l ¶ *Si legatorum.* scilicet nomine.

IN omnibus.] CASVS. Stipulatus sum de opere demoliendo: & si non destruas, pœnam promittis. certe ista stipulatio prætoria committitur etiam ad pœnam, nõ tantum ad principale. Frã. Accursius.

VI. IDEM *libro quinto decimo ad Sabinum.*

IN omnibus prætoriis stipulationibus, in quibus primo fieri aliquid[i], deinde si factum nõ sit, pœnam inserimus: pœnæ nomine stipulatio committitur[k].

In stipulationibus prætoriis tenetur quis dare fideiussores, non autem pignora.

VII. VLPIANVS *libro quatordecimo ad Edictum.*

PRætoriæ satisdationes personas[l] desiderant pro se[m] interuenientium. Et neque pignoribus quis, neque pecuniæ vel auri vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur[n].

Institutus sub conditione: si ea pendente petat bonorum possessionem secundum tabulas, cogitur satisdare substituto vulgari (ad quem conditione deficiente peruentura est hereditas) de restituendo, & etiam de bene administrando. h. d. Paulus.

VIII. VLPIANVS *libro quinto Quæstionum.*

PAulus † notat[o]: Qui sub conditione institutus est[p], agnita[q] bonorum possessione cogitur substituto in diem cauere longiorem. Prætor enim benefi-

i ¶ *Aliquid.* supple conuenit. aliàs est in textu.

k ¶ *Committitur.* ad ueniente cõditione[a]. Accursius.

PRætoria.] CASVS. Domus mea impendebat in tuam, ita vt minaretur ruinam. tu conuenis me de damno infecto. do tibi fideiussorẽ de damno resarciẽdo. tu vis me cõpellere quòd dẽ tibi pignora, vel quòd deponam aurum vel argentum pro securitate tua. quæritur vtrũ possis me ad hoc cõpellere? Respon. quòd nõ quia stipulationes prætoriæ desiderant personas fideiussorum. Gl. ponit casum. l. seq. Frã. Accursius.

l ¶ *Personas.* supple fideiussorũ per se & *facit* & *infra titu. j. le. non quasi in principio. & in authen. de exhi. §. suscepto. col. v. & qui satisd. cog. le. ij.* secus si cõstituerit se satisdaturum: *vt §. de consti. pec. l. promissor. §. fin.*

m ¶ *Pro se.* principali promissore. Accur.

n ¶ *Satisdationis fungitur.* id est cogitur fundi: tamen potest si vult: *vt Institut. de rerum diuis. venditæ. & supra de colum. bo. l. j. §. iubet autem. versi in pignoribus. & supra quorum leg. l. fin. §. si legatarij.* & hoc est regulare[c]. fallit autem *supra eo. l. j. §. stipulationum.* ¶ Sed[d] videtur quandoque accipi pignus ab inuito in prætoria: *vt Instit. de satisda. §. si verò aliquis. quæ est contra.* Solu. speciale vbi ipse dominus per procuratorem satisdabat iudicatũ solui quasi pro seipso & ideo adiicitur hypotheca. 2. Vel non contra: quia hic de pignore dicit quod traderetur creditori, vel alij: *vt subiicit. & §. de verbo. signi. l. pleb. §. pignus & insti. de act. §. item Seruiana.* 3. Vel tertio, aliud est pignus pro fideiussore dari, vt hic, ad quod reus non cogitur. aliud adiicere hypothecam fideiussori: vt ibi: quod hic non prohibet: & sic in eo casu conceditur. Accursius.

o PAulus notat. esse verũ quod sequitur. Et quòd dicit in diẽ longiorem, id est in diem conditionis deficientis, scilicet restiturum hereditatem si conditio defecerit. non enim vult prætor beneficium suum, id est vt bonorum possessor instituto data, sit captiosa substituto. ¶ Sed nunquid substitutus videtur hoc calumniosè petere quẽ alius, id est institutus antecedit: interrogatiuè. quasi dicat, non, secundum R. 2. Vel non interrogatiuè, si, iste institutus potest videri satis calumniosè petere hoc, scilicet ne satisdet, quẽ substitutus antecedit, id est antecedere potest, scilicet cõditione deficiente. 3. Vel aliter: Paulus notat esse falsum q̃ sequitur: & quòd dicit in diem longiorẽ, id est si conditio etiã deficiat vel existat, cauere se restiturum. non enim vult &c. id est instituto. & etiam potest videri iste substitutus satis calũniose &c & legas plane. 4. Vel dic quòd ibi agnouit bonorum possessor nõ satisdat, vt hic. & dic, Paulus notat falsum esse quod sequitur. cùm enim prætor dederit, non vult esse captiosam. Si autem simpliciter per se accepisset, tunc satisdaret: *vt supra qui satisda. cog. l. inter.* quæ est contra. sed secundum omnes litteras satis apparet esse soluta. Accursius.

p ¶ *Institutus est.* instituit Titium heredem si nauis venerit ex Asia vsque ad annum: & si non venerit, Seium substituo directò vel per fideicommissum.

q ¶ *Agnita.* quod facere potuit etiam pendente cõditione: *vt §. de bono. poss. secundum tab. l. ij. §. si sub conditione. & l. hi demum.*

a Subaudi, si non est factũ quod conuenit.
b Fideiussorẽ reus dare tenetur, in prætoriis stipulationibus.
† Perperam Haloander hoc caput cũ superiore cõfundebat. Aug. lib. 4. c.
c Satisdandi debitor, regulariter nõpotest inuito creditore, loco satisdationis pignus dare, vel quãdam aurum deponere.
d Fideiussoris dãdi debitor, an inuito creditore vel stipulatore liberetur pignus dando? Accursius hic & Authen. *tua de exhibendo reis. §. suscepto* ita putat vt & Bar. hic & in l. 2. *qui satisdare.* Cynus & Bar. in l. 2. *C. de procurat.* & meritò: cũ melius sit pignori incumbere, quã in personam agere: sed tamen Negusan. *tract. de pignoribus.* 2. *parte membro.* 2. confert. hoc esse verum in satisdãdi reo seu debitore, non in eo, qui fideiussorem dare promisit. Hoc enim casu, inuito creditori pignus dare, & fideiussore seu loco fideiussoris non posse, vt nec aliud pro alio: etiam si melior conditio offeratur *Glo. Auth. offeratur. C. de his contest.* Interrogatur *Salicetum in l. 1. C. de procur. Alex. Iason in l. 1. qui satisd. adde §. de vsu.* praterea *Iud. de admin.* Idque eo magis, quod labor & periculum versetur in custodiendo pignore, quod inuito creditori iniungi non potest *arg. l. quemadmodum. §. penult. ad l. Aquiliam.* vide plura apud Negusãt. illo loco.

a ¶ *Benefi ium.* quod vertitur in dando bonorum possess.
b ¶ *Sub contrariis cõditionibus.* in quibus vniuseuẽtus est alterius defectus, & ecõtra: & sub alternatione: nõ autẽsimul. *& fa. ꝰ. vt in poss. f. leg. l. etiam & ꝰ. quando dies lega. ced. l. hoc & ipsis.* Accursius.
c ¶ *Cauetur.* prætoria stipulatione. Accursius.

IN prætoriis.] CASVS. Si quis ita ambigue proferat verba satisdationis, vt faciunt duplices homines, ita vt intelligi vix possit: debet audiri iudex, vt verba stipulationis vel satisdationis interpretetur. Fran. Accursius.

d ¶ *Aestimandi est.* siue in eius interpositione, siue postea: *vt ꝰ. eo. l. j. in fi. & ad hoc ꝰ. qui satisd. co. leg. de die.* Sed in cõuentionalibus [a] cõtra proferentem: *vt ꝰ. de pac. l. veteribus. & de verbor. oblig. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus & facit infra de appel. l. ab executore. & C. de fac. san. Eccl. leg. omni. & j. de regu. iur. leg. in ambiguis. §. fin. & ꝰ. de verb. oblig. leg. in conuentionalibus.* Accursius.

SI Præses.] CASVS. Cum domus mea domui tuæ ruinam minaretur, prætor iussit vt ibi cauerẽ in triennium: postea iussit vt cauerem in decẽnium. Dicitur hic quòd prima stipulatio triennij non est sublata ipso iure, sed tantum per exceptionem. Fr. Accur.

e ¶ *Caueri.* puta opus restitui, vel aliquid aliud. Accursius.
f ¶ *In longum.* decennium [b].

cium [a] suum nemini vult esse captiosum. & potest videri calumniosè satis petere, quem alius antecedit. 1. ¶ Cum subcontrariis conditionibus [b] Titio & Mæuio legatum sit, vtrique cauetur [c]: quia vterque ex voluntate defuncti sperat legatum:

IX. VENVLEIVS libro 1. Stipulationum.

IN prætoriis stipulationibus si ambiguus sermo acciderit prætoris erit interpretatio †. eius enim mens æstimanda est [d].

In stipulationibus prætoriis interitu nouæ personæ nouatio nõ præsumitur ipso iure, sed ope exceptionis. Bartolus.

X. VLPIANVS libro primo Responsorum Valeriano respondit.

SI præses [*] qui ante in triennium caueri [e] iusserat: postea in lõgum [f] tempus caueri præcepit, quia à prima stipulatione prorsus discedi voluerat [g] exceptionem primæ stipulationi † obligatis [h] peperisse videtur.

In stipulationibus quæ committuntur ad interesse: propter difficultatem probandi interesse, vtile est apponere pœnam certæ quantitatis, quæ loco illius succedit. h. d. Pau. de Castro.

XI. VENVLEIVS libro 8. Actionum.

IN eiusmodi stipulationibus quæ quanti res est, promissionem habenti [i], commodius [k] est certam summam comprehendere: quoniam plerumque difficilis probatio est quanti cuiusque intersit [l], & ad exiguam summam deducitur [m].

REM PVPILLI VEL adulescentis saluam fore.

TITVLVS VI.

Hæc stipulatio committitur finita pœna, & non ante. Pau. de Castro.

I. PAVLVS. libro vicensimoquarto ad Edictum.

CVm pupillo rem saluam fore satisdatũ sit: agi ex ea [n] tũc potest, cũ & tutelæ [o] potest.

Si pupillus potest fari, debet ipsemet stipulari rem pupilli saluam fore. sed si non potest, debet adhiberi seruus eius ad stipulandum, si ipsum habet vel habere potest: aliàs debet interponi per notarium de mandato iudicis: & tunc adquiretur pupillo vtilis actio. Paulus.

II. VLPIANVS libro septuagensimonono ad Edictum.

SI pupillus absens sit, vel fari non possit, seruus eius stipulabitur [p]. si seruum non habeat, emendus ei seruus est. sed si non

g ¶ *Voluerit.* prætor, non dico stipulator: quia tunc ipso iure tolleretur: *vt Insti. qui. mod. tol. oblig. §. pen.* ¶ Sed videtur quòd etiam vbi pars non nouauit, tamen non teneatur nisi semel promissor ipso iure: *vt ꝰ. de ver. obli. qui bis, que est contra.* Sol. [c] expone vt ibi: quia non tenetur amplius. f. soluere: ex vtraque tamẽ tenetur: vt hic: licet exceptio competat: *vt hic & ꝰ. de leg. j. l. huiusmodi. §. cum pater.* ¶ Et distingue hic: quia aut expresse agit quòd fiat nouatio: & fiet. aut nec expresse nec tacite: & vtraque remanet: *vt ꝰ. de re iudi. l. iij. §. si ex conuentione.* aut agitur tacite: & tunc remanet vtraque: sed prima ope [d] excep. remittitur, vt hic: nisi fit actũ vt remaneat. Arg. *ꝰ. qui satisd. co. l. si fideiussor. in prin.* Non [e] tamen dicas tacite agi, vt olim in nouatione dicebatur, quandocunque aliquid noui fieret: *vt Instit. qui. mod. toll. oblig. §. præterea.* Sed ita si hoc fit verisimile, vt hic erat. Quid enim si in foro Maij decem mihi promisisti: postea eadem decem in foro Augusti: & vtraque facta fuit ante primum terminum [f]? Certe satis videtur competere exceptio contra primam stipulationem, *arg. huius l. ꝰ. de fideiuss. tuto. l. si fideiussores in princ. & ꝰ. de nou. l. si pupillus. in prin.* ¶ Itẽ no. quod hic mutauit prætor primum præceptum, quia [g] interlocutorium: *vt ꝰ. de re iudi. l. quod iussit.* Accur.

h ¶ *Obligatis.* 1. Vel dic obligatis priore stipu. id est actione primæ stipu. 2. Vel dic primæ stipu. id est contra primam stipulationem. & dic obligatis, scilicet fideiussoribus, & etiam reo. Accur.

IN huiusmodi.] CASVS. Ista lex dat consilium illis qui sibi volunt caueri aliqua stipulatione: vt scilicet comprehendant certam summam in stipulationibus suis: sicuti, promittis mihi ducentos aureos si domus vel paries tuus meam domũ læserit; & melius est sic dicere: quàm dicere, promittis damnum vel interesse resarcire? quia plerunque ista interesse ad paruam summam reducuntur, cũm sint odiosa. Fran. Accur.

i ¶ *Habenti.* ad interesse: quales sunt prætoriæ: *vt ꝰ. eo. l. v. §. j.* Ac.

k ¶ *Commodius est.* f. stipulari: vt statim patet, non [h] autem dico quin valeat stipulatio sine pœna: *vt arg. contra ꝰ. de arb. l. non autem.* Hic autem quæritur an cogatur promittere pœnam in prætoria stipulatione, si promissor non vult: videtur quòd sic, vt hic, *& Insti. de verb. obli. §. pe.* ad quid enim diceret esse commodum cum reus nunquam promitteret, & sic nunquam hoc commodo stipulator gauderet? Item pro hoc quia in crimine statuit iudex quantitatem: *vt j. de custo. reo. l. iiii.* Item pro hoc *ꝰ. de verb. oblig. l. continuus. § fi.* Item pro hoc *j. eadem ra. h. l. & leg. procurator ad exhi. §. fin.* licet posset dici ibi speciale, & sic magis sit arg. in contra. vt ibi innuit. Item pro hoc vt cogatur. *ꝰ. de euic. l. ij.* Itẽ pro hoc *ꝰ. si quis caut. leg. ij. in princi. & l. si Titium. §. si plurium.* Ecõtra videtur, quòd non nisi velit promissor: *vt ꝰ. qui satisd. cog. l. ij. §. fin. & si quis cau. l. sed & l. si quis. §. fi. & hoc magis placet.* Acc.

l ¶ *Intersit.* Qualiter [a] autem interesse probatur: *not. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. j.*

m ¶ *Deducitur.* Semper [b] enim iudices sequuntur quod minus est. *ad quod est supra de verb. oblig. leg. inter stipulantem. §. si stipulante: versi. diuersa. & l. si ita.* Et no. quòd in quantum potest iudex minus condemnare, sic facere debet. *ad quod supra de actio. & oblig. l. Arrianus. & j. de pactis leg. si præses & ꝰ. de arbi. leg. diem §. si vi. & j. de reg. iur. semper in stipulationibus. §. finali.* Accur.

REM PVPILLI vel adulescentis saluam fore.

Supra de prætoriis in genere: nunc in specie.

¶ *Et generibus prætoriarum stipulationum singulis potioribusque nunc d retur [illegible] instituto more proprius titulus, nisi è re nata essent iam superioribus libris pleraque transfecta, veluti De operis noui nunciatione, de damno inf. cto, de legatis, de dolo, de Falcidia, de vsufructu, de iudicio sisti, quamobrem earum tantum stipulationum titulus prouenit, de quibus nihil vllo proprio loco actum est ante. Prima est de tutela vel curatione, quæ ex forma edicti interponitur si tutor sit vel curator legitimus, vel etiam datus sine inquisitione. nam testamento vtius vel datus ex inquisitione rem saluam fore non promittit, nisi solus tutelam aut curationem administrare velit. Cuiacius.*

CVm pupillo.] CASVS. Cùm iudex tutorem daret cuidam pupillo: iussit vt satisdaret rem pupilli saluã fore. tutor male administrauit, quæritur quando possit pupillus agere ex ista stipulatione rem pupil. sal. fo? Respon. quòd demum finita tutela: quia tunc etiam tutelæ actione agere potest pupillus. Fran. Accur.

n ¶ *Ex ea.* scilicet stipulatione. Accur.

o ¶ *Cum & tutela.* vt ꝰ. de tut. & ra. distra. l. si cum adhuc & j. eo. non quasi. §. hanc stipulationem. non autem vtraque dicas agi: *vt j. eo. cum pupillus.* hoc autem tempus est finita tutela: *vt ꝰ. de tutel. & ra. distra. l. nisi finita.* ¶ Item hoc verum quòd satisdet, nisi [d] sit testamentarius, vel datus cum inquisitione: *vt Instit. de satisda. tut. & cur. §. j.* antea [e] enim administrare non debet: *vt C. de tut. & cura. qui satis non de. l. j. & iij. & fin.* plus hodie: quia iurat bene administrare: *vt in authen. vt hi qui. §. fi. col. vj.* Accursius.

SI pupillus.] CASVS. Prætor dabat tutorẽ pupillo absenti vel præsenti: qui tamen fari nõ potest. quæritur, qualiter stipulabitur rem pupil. sal. fore? Respon. quòd seruus suus stipulabitur. si seruum non habet debet sibi emi. si nõ potest emi, quia pupillus pauper est, vel nullus seruus emẽdus inuenitur: tunc tabellio debet stipulari pro pupillo: aut prætor constituere aliquẽ loco pupilli cui promittatur rem pu. sal. fo. hoc dicit cũ l. sequen. Franc. Accursius.

p ¶ *Stipulabitur.* *vt ꝰ. de procurat. l. mutus. §. si procurator. & C. de donat. l. si quis in eman. ipatum.* A.

Margin notes:

[*] Interpretari est eius, cuius est constituere, vel condere. *not. sext. & ibi Gl. in c. quoniam de cõstit. extra. t. ex parte. j. de verb sig.*

a Interpretatio prætoriæ stipulationis à prætore. cõuentionalis contra & ad uersus proferentem sumitur.

[*] In vulg. est hæc, Valerian. stipulationis.

b Longum est plus pro decennio.

c Vel dic, secunda nõ valet, si tantum continet quãtum prima: secus si aliud.

d Nouatione verum tollatur prima ab ipso iure an vero ope exceptionis.

e Nouare vt olim, ita hodie tacite: licet olim facilius præsumebatur tacita quàm hodie. *vide. Idem tenet Iacob. Rauenna & Dyn. in l. vlt. C. de noua.* Imò hodie non fit nouatio nisi expresse. *Gl. l. vlt. de nouat.* [illegible]

f Subaudi, quæritur, an agi possit ex prima stipulatione. Putat Accursius nouari primam ope exceptionis quia secũda continet minus tempus non re.

g Sententiam interlocutoriã iudex mutare potest.

h Pœnam certam regulariter promittere cogitur. *ad. de Bartol.* & *Gl. in l. a. in § qui satisd.* [illegible]

a Probari qui admodũ possit id quod seu quantum nostra interest.

b Minor quod est iudices [illegible] per sequitur & in id quod minus est item per condemnare debent.

c Tutela agi potest finita tutela.

d Tutor omnis satisdare tenetur, nisi sit testamentarius vel datus ex inquisitione vt hic. Alibi tamen videtur velle Glossa omnẽ tutorem cogi satisdare. *l. a. C. de tutore vel curatore qui satis.* Alibi *vt Nouella de his qui obligatos habent* [illegible], datum à iudice maiore non sed à minore, quod & Bar. tolo hic vide tur.

e Tutelam non antea administrare potest, quàm satisdederit & iurauerit de tutela bene administranda.

a ¶ *Non sit expedita emptio.* quia non inuenitur seruus venall Accursius.
b ¶ *Dicemus.* aliàs dicerem. Accursius.
c ¶ *Publicum.* i[a]. tabularium: *vt Insti. de adoptio. §. cùm autem* tabellio autem seruus esse non potest: *vt C. de tab. l. generali. li. x.*
d ¶ *Ad praetorem.* procurante hoc eo magistratu cuius interest: non dico ipso praetore: ad cuius praetoris periculum non est: *vt Insti. de satisda. tut. & cur. §. fin.* Accursius.
e *Vt dare aliquẽ* aliũ officialẽ. Accursius.

sit vnde ematur, aut non sit expedita emptio[a]: profectò dicemus[b] seruum publicum[c] apud praetorem[d] stipulari debere.

III. IDEM *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

AVt dare aliquem[e] praetor debet cui caueatur:

IIII. IDEM *libro septuagesimonono ad Edictum.*

NOn quasi ipso iure pupillo adquirat[f] neque enim adquirit, sed vtilis actio ex stipulatu pupillo detur. 1 ¶ Cauetur autem pupillo hac stipulatione per satisdationem[g].

Qui tutelam administrauit: etiam si non erat verus tutor, sed vt tutor agebat: hac stipulatione tenetur: sed ille qui nullo modo gessit: etiam si erat verus tutor, non tenetur stipulatione licet teneatur vtili actione tutelae. Paulus.

2. ¶ Illud sciendum est, hac stipulatione teneri tam eum qui tutor est[h], quàm eum qui pro tutore negotia gessit vel gerat[i], & fideiussores eorum. 3. ¶ Sed enim qui nõ gessit, omnino nõ tenebitur, nã nec actio tutelae[k] eũ qui non gessit, tenet: sed vtili actione[l] conueniẽdus est. quia suo periculo cessauit: & tamen ex stipulatu actione neque ipse neque fideiussores eius tenebũtur. Compellendus igitur erit ad administrationem[m] propterea, vt stipulatione quoque ista possit teneri.

Haec stipulatio contra verum tutorem committitur demum finita tutela; sed contra procuratorem, & contra curatorem committitur, statim quòd res coeperit male geri. Paulus de Castr.

NOn quasi.]CASVS. Dictum est supra. l. prox. quòd praetor debet constituere aliquem loco pupilli cui repromittatur. Sed quaeritur vtrũ iste talis acquirat pupillo actionem directã ex stipulatu? Respon. quod non, sed vtilẽ: Secundo dicit quòd hac stipulatione debet cauere pupillo fideiussoribus datis. [ILLVD.] Sunt quidam veri tutores qui gerũt tutelam. Sunt quidam qui non sunt tutores, tamẽ gerũt negotia pupilli tã quam tutores. de primis nõ est dubiũ quin teneantur hac stipulatione. de aliis verò dicit iurisc. quòd etiã tenentur, & fideiussores eorũ. Ille verò qui est tutor, tamen non gessit negotia pupilli: non tenetur hac stipulatione: quia etiã nõ tenetur actione tutelae sed vtili actione tenetur: quia suo periculo cessauit. Et tamẽ compellendus vt gerat negotia pupilli, vt possit hac stipulatione teneri. §. seq. planus est. [SI TVTOR.] Titius cum tutor esset cuiusdam pupilli captus est ab hostibus. an possit agi ex hac stipulatione? quia finita tutela? Respon. quod sic & generaliter ex quib' causis cessat actio tutelae, ex eisdem cessat stipulatio rem pup. sal. fo. Caetera huius l. plana sunt. Franc. Accursius.

f *Adquirat.* directam ex stipulatu: sed vtilem sic: *vt hic, & sup. de magist. conu. l. j. §. exigere. ver. planè* vbi seruus.
g *Per satisdationem. vt & ff. tit. j. l. praetoria. ij. & l. j. §. stipulationum illarum praetoriarum.*
h *Tutor est.* id est fuit: *vt not. ff. eo. l. j.*
i ¶ *Vel gerat.* hic tenetur etiam administratione durante: *vt j. §. hac stipulationem in §.*
k ¶ *Actio tutelae.* directa: *vt & C. si tutor non ges. l. ij.* aliud in curatore bonis dato: *vt ff. de cur. bo. dan. l. ij. §. fi.* quae est contra.
l ¶ *Sed vtili actione.* s. tutelae: quae in subsidium datur, quando ille qui gessit, est non soluendo: *vt sup. de admi. tuto. l. tutores qui post finem. §. in eum. & C. si tutor non gess. l. j.* ¶ Sed an teneatur etiam vtili ex stipulatu licet cesset directa: M. dicit quòd sic: & inducit. j. *eod. §. si tutor. in princ.* Quod non placet[d]: quia hic dicit omnimodò. Item quia cùm dixerit dari vtilẽ tutelae: statim denegat ex stipulatu: & sic de vtili similiter dicit. Sed ipse M. exponebat vtilis. s. ex stipulatu. & quod subiicit, & tamen &c. denegat directam.
m ¶ *Ad administrationem.* pignoribus captis: *vt insti. de satisda. tut. & cur. §. sciendum.* Accursius.
n ¶ *Cedere.* scilicet placet. & exponitur cedere hic, vt j. de ver significa. l. cedere.

o ¶ *Aliud est. vt j. §. si quis curator.* Imò statim cùm malè quid egerit, poterit agi ex stipulatu. Sed contra. ff. *de administr. tu. l. actus & C. de admin. tut. l. rationes. & l. aduersus.* quibus dicitur demum finita cura posse agi. Sol. de gestione, vt reddat. s. rationem totius administrationis. actio neg. gest. vtili non potest agi durante curat. vt vbi pro re tamẽ vna potest conueniri: *vt hic, & ff. de admini. tut. l. cum curatore:* & plene dic *vt not. in d. l. aduersus.* & forte etiã singularis actus nõ potestã curatore ratio peti: sed ab alio sic: *vt d. l. actus.*
p ¶ *Aliud.* scilicet quàm in tutore.
q ¶ *Committi stipulationem. Vt & ff. de eo qui pro tut. neg. gess. l. j. §. cum eo.* & sic[b] est in contraria tutelae, vt si nita demum tutela de turcõtrarium iudiciũ tutelae: sed in tutorem & procuratorẽ datur contraria etiã statim: *vt ff. de contraria act. tu. l. j. §. finito.*
r ¶ *Quia finita. vt Insti. qui. mo. tut. fi. §. sed & Capitis.*
s ¶ *Speretur.* iure postli. *vt insti. de Atilia tut. §. ab hostibus.*
t ¶ *Posse agi.* Sed contraquem? Respon. contra fideiussorẽ, & contra defen. eius 2. Vel curatorem datum bonis: *vt ff. de tut. & ra. distr. l. si pupillus. §. fin.*
u ¶ *Diximus.* in quodam libro quem non habemus. 1. Vel dic, non finita tutela: vt di xi. ff. *eod. l. j. §.* Vel quia sit satisfactum: *vt j. tit. j. l. cùm quaerebatur. §. proinde.*
x ¶ *Non committi.* sicut nec in tutore: & idcirco cogẽdus est gerere: *vt ff. eo. l. §. si quis curator. versi. illud.* Sed sicut ibi agitur[d] vtili tutelae contra non gerentem in subsidium: sic hic vtili neg. gest.

4. ¶ Hanc stipulationem placet finita demum tutela cõmitti, & fideiussoribus diem exinde incipere cedere[n]. In curatore aliud est[o]. Sed & in eo qui pro tutore negotia gessit, aliud[p] dicendum est. Itaque istae stipulationes, si quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committentur. Si verò pro tutore negotia gessit: conueniens est dicere, statim atque quaeque res salua non esse coepisset, commiti stipulationem[q]. 5. ¶ Si tutor ab hostibus captus sit an committãtur stipulatio, videamus. mouet, quia finita[r] tutela est licet recuperari speret[s]. Et puto posse agi[t].

9. ¶ Generaliter sciẽdum est: Ex quibus causis diximus[u] tutelae agi non posse: ex iisdem causis ne ex stipulatu rem saluam fore, agi posse dicendum est,

Iste versi. loquitur in gerente: & sic non continuatur cum praecedenti qui loquitur in non gerente: & dicit quòd contra curatorem datum adulto, vel etiam pupillo, vel cuique indigenti curatore, potest committi hac stipulatio etiam durante administratione: quod intellige pro emendatione alicuius damni particularis: non autem pro reddanda ratione administrationis. h. d.

7. ¶ Si quis curator datus non gesserit curam, consequens erit dicere stipulationem non committi[x], Sed eadem hic erunt dicenda, quae in tutore diximus. Illo secus[y] quo haec stipulatio statim atque quid saluum esse desinit, committitur[z], & fideiussoribus dies cedit[a] sed in se reuoluitur[b]. 8. ¶ Pet-

quae in curatorem datur finita cura: vt ibi dixi *per l. C. si tutor non gess. l. ij.* & hoc est quod subiicit: sed eadem &c. & sic etiam diximus in d. §. illud. 2. Alij, vt M. exponunt hũc versum: sed eadem &c. diximus scilicet. tenetur vtili ex stipulatu: sic hic nõ gerens teneatur vtili ex stipulatu. quod non placet: vt ibi notaui. Item contra ff *de cur. bo. dan. l. ij. in fi.* Sed ibi[c] bonis etiam, hic personae fuit curator datus. Accursius.
y *Illud secus.* in curatore, quam in tutore, quòd haec stipulatio &c. s. contra curatorem, quod non fit cõtra tutorem: quia demum finita tutela agitur: *vt ff. ea. l. §. j. & ff. ea. l. §. hanc stipulationem.*
z ¶ *Committitur.* Sed quae est ratio[f] diuersitatis? Respon. quia maiorem donationem habet tutor in pupillum, quàm curator in adultum vel furiosum vel similes: cùm tutor principaliter personae detur: *vt Instit. de tut. §. j. & qui da. tut. pos. §. certa.* curator autem principaliter rebus, *vt C. de nup. l. in copulandis:* & hanc rationem reddimus cùm quaeritur quare[g] habenti tutorem non potest dari tutor: sed habenti curatorem potest dari curator: *Vt Instit. de cur. §. interdum.* Item adde hic quod notaui. ff. *eod. l. §. hanc stipulationem.* Accursius.
a ¶ *Cedit.* expone. *vt ff. §. hanc stipulationem.*
b ¶ *Reuoluitur.* id est saepius[h] committitur, scilicet stipulatio Sed contra. ff. *de arbi. l. si duo. in fi.* Solu. ibi in mera poena, hic in in

a Tempe finita tantum tutela conueniri potest: curator statim vt hic. Imò finita tantum cura. vt infra. d. l. Curatorem, durante tamen cura nõ posse conueniri. vt reddat rationem potius administrationis, sed vnius tantum rei. Quam Accursius hic in fine dubitationẽ ait, fonte etiam curatorem conueniri nõ posse constante cura, vel etiã singularia nomine.
b Tutela tantum finita. cõtraria tutelae datur.
c Probatur à Bartolo haec secunda opinio.
d L. illo fatis exceptio. ad illud secus quòd haec.
d Tutelae actione vtili agitur contra non gerẽtes, idque in subsidium: vtili verò negotiorum gestorum, in curatore finita cura.
e Curatoris adulti & bonis dati differentia.
f Tutoris & curatoris differentia. Ille maiorem habet dominationem in pupillum, quàm curator in pupillum, furiosum & similes.
g Tutor habenti tutor dari non potest: licet curatorem habenti curator datur: & cur.
h Sabaud. quotiens malè gerit, & hanc opinionem sequitur Bartolus.

Guilelmus de Cuneo ... Dynus ... Andreas ...

Probatur ... sententia ...

N. Nouum

tinet autem hæc stipulatio ad omnes curatores, siue puberibus, siue impuberibus [a] datos propter ætatis infirmitatem: siue prodigis, vel furiosis, vel quibusdam aliis, vt fieri adsolet [b], dati sint.

Per filium in potestate patri stipulantem hac actio quæritur. Baldus.

V. PAVLVS *libr. 76. ad Edictum.*

SI filius qui in potestate furiosi [c] erit, ré [d] saluá fore stipulatur [e]: adquirit patri obligationes [f].

VI. GAIVS *libro vicensimoseptimo ad Edictum prouinciale.*

SEruum † pupilli stipulari ita necesse est [g], si pupillus abest, aut fari nó potest. Ná si præsens sit, & fari [*] potest: etiásí eius ætatis erit, vt nó intellegat quid agat tamen proper vtilitaté receptú est rectè eum stipulari, agere [h]. †

Tutor datus cum inquisitione, vel testamentarius, non tenetur satisdare pupillo: sed si offeratur satisdatio à contutore volente in se totam administrationem recipere. debet eam recipere vel offerre. Paulus.

VII. MODESTINVS *libro sexto Regularum.*

DAtiuus vel testamentarius tutor siue curator non petet satis à collega suo sed offerre [i] ei poterit [k] verum satis accipere velit an dare.

Not. hic quòd potest dari curator ad vnum actum. Paul. de Cast.

VIII. VLPIANVS *lib. 2. ad Edictum.*

ET si ad species [l] curator datus sit: rem saluam fore stipulatio interponetur.

Etiam nomina debitorum comprehendantur appellatione rerum: & ideo cadunt sub verbis ipsius stipulationis. Paulus.

IX. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

CVm pupillus à tutore stipulatur rem saluam fore: non solùm quæ in patrimonio † habet, sed etiam quæ in nominibus [m] sunt, ea stipulatione videntur [n] contineri: Quod enim in tutelæ iudicium venit [o], hoc & ea stipulatione continetur.

Fideiussor simpliciter datus non solùm tenetur ad sortem, sed etiam ad vsuras quæ veniunt ex natura actionis super qua intercessit. P. de C.

X. AFRICANVS *libro tertio Quæstionum.*

SI postea quam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in restituenda tutela [p] aliquandiu moram fecerit: certum est, & fructuú nomine & vsurarum medij temporis [q] tam fideiussores eius quàm ipsum teneri.

Licet res pupilli sint salua in se: si tamen sunt penes tutorem, & non restituuntur: committitur contra eum hæc stipulatio: quia non videntur saluæ quæ ad pupillum. Paulus.

XI. NERATIVS *libro quarto Membranarum.*

CVm rem saluá fore pupillo cauetur: committitur [r] stipulatio, si quod ex tutela dari [s] fieri oportet, non præstetur. Nam etsi salua ei [t] res sit, ob id non est [u], quia quod ex tutela dari fieri [x] oportet. non soluitur.

Inter plures fideiussores vnius tutoris datos pupillo, non est locus beneficio diui Hadriani: scilicet vt diuidatur actio. secus in pluribus tutoribus existentibus soluendo. & etiam in pluribus fideiussoribus datis alteri quàm pupillo. Paulus.

---

teresse: *vt j. titu. 7. l. si ad defendendum procurator.* 2. Vel dic, reuoluitur curatio seu administratio: & per hoc stipulatio sæpius cómittitur. *ad quod est 3. de verb. obl. l. si sic. 3.* Vel dic tertio statim quòd quid saluú non est curator tenetur hac stipulatione: & si à se nó exigat quòd debet ex hac stipulatione, incipit teneri neg. gesto maximè si cœpit labi facultatibus: ergo & in stipulatione tenetur in idq; neg. gest. incipit teneri & sic in [a] se reuoluitur. *& facit 3. de tut. & curató. da. ab his l. si cú adhuc.* Acc.

a ¶ *Siue impuberib.* quod [b] quandoque *vt Insti. de cura. §. interdum.*

b ¶ *Adsolet.* de quib. *habes 3. de priui. credit. l. dabimus. §. fin. & leg. seq. & 3. de postu. l. j. in fin. & l. seq.* Accur.

SI *filius.*] CASVS: Titius cú furiosus esset datus est ei curator quæritur qui stipuletur pro eo: Respon. filius suus, si aliquem habet. Franc. Accur.

c ¶ *Furiosi. s.* patris. Accursius.

d ¶ *Rem. s.* patris.

e ¶ *Stipuletur.* à curatore paterno. potest [e] etiam filius curator dari patri furioso: si tamen probus est: *vt 3. de cur. fur. l. j. ij. iij. & iiij.* alioquin petere debet curatorem: *vt C. de cur. fur. l. iij.*

f ¶ *Obligationes. 3. de ver. obli. l. quodcunque.* Accursius.

S*eruum pupilli.*] CASVS. Dictum est 3. eo. l. ij. quis stipuletur pro pupillo absente. hæc lex dicit quod si pupillus sit præsés, & fari possit, melius est q; ipse stipuletur, licet nó intelligat quid agatur. Franc. Accursius.

g ¶ *Necesse est.* aliàs si pupillus potest stipulari: non in necessitate, sed in volútate có sistit stipulatio serui. Acc.

h ¶ *Stipulari & agere* ¶ No. nó [d] intelligenté stipulari. Et sic est cótra q; dicitur q; in stipulatione debet esse consonans intellectus: *vt C. de contrahen. stipu. l. omnes.* Sed dic quòd hic est consensus [e], fictione huius legis. Item contra. *3. de verb. oblig. l. j. in prin. & l. mulier.* quæ dicunt infantem non posse stipulari. Solu. secundú M. hic de maior infante, quod patet quia dicit quòd potest fari: ergo non est infans. & quod dicit nó intelligat, quod videtur ei obstare: exponit, scilicet planè, aliqué tamen intellectum habet. Sed secundum hoc nulla esset specialitas quia sic est in qualibet alia stipulatione, *vt Institu. de inuti. stipu. §. pupillus.* Dic ergo speciale hic, vt etiam infans [f] & nullum habens intellectum in stipulando, dúmodo possit loqui, possit sibi hac stipulatione prouidere: cùm sic aperte hic dicat quòd non intelligat &c. & sic reprobatur M. opinio. & facit *C. de adquirend. pos. l. donatorum. & C. de dona. l. si quis in emancipatum. & 3. de ac quir. her. l. pupillus.*

D*Atiuus.*] CASVS. Titius & Mæuius sunt dati tutores in testamento. vel à iudice alicui pu. Titius dicit Mæuio: Volo satisdes mihi ré pu. sal. fo. Mæuius dicit. Nó teneor quæritur quid iuris: Respód. quod Titius non potest cogere Mæuiú vt sibi satisdet. verútamen si vult Titius potest offerre Mæuio satisdationé, vel an ipse satisdare velit. Lex sequens plana est Franc. Accur.

i ¶ *Sed offerre.* Quid [g] ergo est quod dicitur testamentariú tutorem satisdare non cogi: *vt Insti. de satisda. tuto. §. item?* Respon. non cogitur scilicet à pupillo.

k ¶ *Poterit.* volens administrare solus. Accursius.

l ET *si ad species.* s. [a] administrationis, secundú Azo. vt totius panis vel vini. ¶ Sed quid si ad litem [b] & tunc dicútidem per l. istá, secundum quosdá. ¶ Et no. quòd curator [c] potest dari quá ad certas res [d]: quæ non est in tutore: *vt Institut. qui dari tu. n. possunt §. certæ. & de cura. § item inui.*

C*Vm pupillus.*] CASVS. Páphilus pupillus latú habens patrimonium habebat multos debitores. datus est ei tutor qui satisdedit rem pu. sal. fo. quæritur vtrum nomina debitorum comprehendentur hac stipulatione ita vt etiá salua debeát esse per hác stipulationem? Respó. quòd sic: ita quòd si perirent negligentia tutoris, tutor tenebitur ad damnum, sicut si cæteræ res pupilli perissent. Fran. Accur.

m ¶ *In nominibus sunt.* vt exigat. argu. *contra. C. arbi. tutel. nomina. & l. quicquid.*

n ¶ *Videntur* per interesse præstationem, *& facit j. de verb. sign. l. bonorum.* ADDITIO. Barto. fatetur quòd nomina sunt in patrimonio: sed [illegible] quæ à debitore debent exigi, non sunt in patrimonio: & eo respectu sic loquitur hæc lex.

o ¶ *Venit.* principaliter [e]. secus in vsuris [f], quæ in actione tutelæ veniunt, non in actione ex stipulatu: quia stricti iuris est. Imò si cœperint deberi, veniunt etiam per actionem ex stip. *vt j. l. pro-xi.* nam videor stipulari omne quod in act. tut. deuenit vel deueniet, *arg. 3. loc. l. quæro.* Accursius.

S*I posteaquàm.*] CASVS. Titius fuit tutor cuiusdam pupilli, finita tutela, facit morá in reddédis rationib. tutelæ, ita quod pupillus damnú patitur. quæritur nunquid ipse Titius teneatur sarcire damnú ipsi pupillo, & restituere fructus? Respó. quod sic. non enim est æquú pupillú pati damnú propter morá tutoris. Fr. Acc.

p ¶ *Tutela.* id est ratione tutelæ. & eo restituédo quod ex bonis pupilli habet.

q ¶ *Temporis.* inter tutelam finitam, & rationem redditam. *& facit. C. de vsu. pup. l. ij. & 3. de vsur. l. j. in fi.* Accursius.

C*Vm rem saluam.*] CASVS. Ista lex declarat quando cómittatur stipulatio rem pu. sal. fo. & dicit quòd tunc demum cómittitur, quádo tutor nó agit vel administrat sicut debet, ita q; vel deterioratur, aut tutor nó agit circa personam pupilli id quod facere debet. Fran. Accursius.

r ¶ *Committitur.* per interpretationem. Accur.

s ¶ *Dari.* putà interesse quod dat de suo.

t ¶ *Ei.* scilicet tutori in area. Accursius.

u ¶ *Non est.* salua subaudi. aliàs est salua in textu & est sensus. i. nó intelligitur salua: quia &c. & si committitur hæc stipulatio. *& facit 3. manda. l. si procuratores. §. dolo* [g]. Accursius.

x ¶ *Fieri.* vt restitui q; est pupilli. restitutio [h] enim facti est.

S*I plures.*] Pulchra lex & elegantissima: & casus eius talis est: Pamphilus

---

a Displicet Bartolo quia vna actio in aliam, deuoluitur, quando asserit interest. l. Amortio. 3. de negotiis: sed hic actionis non interest.

b Curator impuberi quandoque datur.

† Pupillus vel infans stipulando sibi acquirit actionem, quádo stipulatur ré saluam fore. Bal. in l. donatorum C. de ac quir. her. & Alexand.

* In archet. etat. & fari nó potest, sed negatio ibi fuit expúcta Ant. Aug. li. 1. c. 2.

† & agere.

e Curator patri furioso filius dari potest.

d Stipulari nó intelligentem & quando possit.

e Fictione legis consensus inesse dicitur vbi non est.

f Infans si tamen loqui potest, & nullú intellectum habens, rem suam saluam fore stipulari potest.

g Tutor testamentarius satisdare [illegible] non potest pupillo.

a Curator ad species datus quis.

b Curator datus ad litem adulto vel pupillo, tenetur satisdare & obligare bona sua & dare fideiussorem: vt hinc colligit Capella Tholosana decis. 246. An inueniatur satisfat. vide hic Bartolum.

c Curator dari potest ad res certas, & quomodo.

d Puta ad vnam lité quéadmodum ad vnum actum, de quo habe Gl. ordi. in l. si. § fin autem in C. de bon. quæ liber. de secundo est text. in l. a. sup. de cura. bo. dan. & in l. fin generalis. sup. de tut. da.

† Patrimonii appellatione veniút nomina debitorú. Bal. verú hic. dicitur appellatione rerú seu ré pu. sal. fore contineri nomina: nó autem dicit de his q; habemus in patrimonio: nec quod appellatione patrimonii veniát nomina.

e Stipulatio. ne rem pupilli saluam fore, ea veniút, quæ actione tutelæ veniút principaliter nó accessoriæ.

f Vsuræ veniunt in actione tutelæ. nó in actione ex stipulatu rem pupilli saluá fore: quia stipulatio hæc stricti iuris est.

g adde l. si eo seruum. sup. de [illegible]. rosa.

h Facti est restitutio.

Pāphilus pupillus habebat duos tutores, qui dederant ei duos fideiussores rē pup. sal. fo. finita est tutela: pupillus vult cōuenire fideiussores, eo quod tutores malè administrauerūt. videt quod facilius erit sibi litigare cum vno fideiussore quàm cum ambobus ideo vult vnum eorum in solidum conuenire: quæritur vtrum possit? Respon. quod sic nec poterit fideiussor vti beneficio epistolæ diui Hadriani de diuidenda obligatione. isti tamē tutori debebit pupillus cedere actiones contra alium fideiussorem. Sed videtur quòd huic fideiussori qui in solidū conuenitur, fiat iniuria. nā tutores conueniūtur tantum pro parte quam quisque administrauit: & tūc demum in solidum conueniūtur, quando res ab aliis seruari nō potest: ergo etiam in fideiuss. fieri debet: vt tunc in solidū conueniantur, si res ab alio seruari non potest. Item sic est etiam in cæteris cōtractibus vbi fideiussores accipiuntur, vt inter ipsos obligatio diuidatur: ergo hic etiā fieri debet. Sed respō. quod ab hac forma iuris recessum est in hoc casu, summa ratione. nam cùm in cōtractibus fideiussores adhibentur: ipsi cōtrahentes quodammodo voluntariè incidūt in fideiussores: & intelligunt bene quid agant: pupillus verò nō ipse contraxit, sed quodāmodo incidit in tutorem: & non bene intelligebat quid agebatur quādo sibi tutores & fideiussores dabantur. & incōueniēs est ei quod ex vna tutela plures quæstiones oriātur, & forte apud diuersos iudices, quare constitutū est vt fideiussores tutorum possint in solidum conueniri. Fran. Accursius.

Quidam legunt idonei, vt subaudias tutoris, idque authoritate Græcorum.

XII. PAPINIANVS *libro duodecimo Quæstionum.*

SI plures fideiussores à tutore pupillo dati [a] sunt, non esse distinguendum [b], sed in vnum dandam actionem [c]: ita vt ei qui conueniretur, actiones præstarentur [d]. Nec quisquam putauerit ab iure discessum [e], postquá [f] pro ea parte placuit [g] tutores condemnari [h], quam administrauerunt: & ita demum in solidum, si res à cæteris [i] non seruetur [k], & idonea [l] † culpa detegatur [m], quòd suspectū [n] facere supersederit [o], nā æquitas [p] arbitrii atque officium [q] viri boni [r] videtur eam formā [s] iurisdesiderasse. Cæterū [t] fideiussores ciuiliter in solidum obligati, cæteris [u] quidē agentibus, vt diuidatur actio impetrare possunt [x]: pupillo verò agente, qui non ipse cōtraxit [y], sed in tutorē [z] incidit, & ignorat [a] omnia beneficiū [b] diuidēdæ [c] actionis iniuriā [d] habere visum est: ne ex vna tutelæ causa plures ac variæ quæstiones apud diuersos iudices constituerentur [e].

a ¶ *Dati.* pro re pupilli salua fore. Accursius.
b ¶ *Distinguendu.* i. diuidēdū ius agendi ex epistola diui Hadriani
c ¶ *Actionem.* scilicet in solidum.
d ¶ *Præstentur.* aduersus cæteros. *ad quod est ſ. de fideiuss. l. vt fideiussor. & l. cum is & l. si mandato.*
e ¶ *Discessum.* Est enim euidens ratio eum qui administrauerit. prius [a] conueniendū propter suū factum, quàm illum qui non gessit. ille enim qui gerit, facit cur ipse contutor conueniri possit: at qui non gerit, non ex gestione sua cōuenitur. sed collegæ duntaxat. ¶ Sed cur fideiussor prius vnus quàm alter conueniri debeat, quis æstimabit? sed respondetur, æstimabo, ibi: nā æquitas arbitri &c. Sed arg. cont ſ. *de admi. tu. ſ. plures.*
f ¶ *Postquam.* putaueris inquā hac ratione ductus, postquā &c.
g ¶ *Placuit,* vt [b] *supra de tu. & ra. dist. leg. j. §. nunc tractemus & ſ. de admi. tu. l. tutores qui post finem §. in eum & facit C. de her. tu. leg. pater vester.*
h ¶ *Condemnari.* beneficio diuisionis.
i ¶ *A cæteris.* qui aliam partem administrauerunt.
k ¶ *Non seruetur.* id est non potest seruari.
l ¶ *Idonea.* vulg. & ideo. in solidum conueniendum. & est hic casus secundus. Accursius.
m ¶ *Detegatur.* scilicet in tutore, vt hic. 2. Vel dic vt detegatur, scilicet tutor in ea culpa, quod &c.
n ¶ *Suspectum.* scilicet contutorem. Azo.
o ¶ *Supersederit.* vel tardius querelā mouit vel sua sponte iura pupilli prodidit. *vt C. de diui. tu. l. j. & ij. sr. & facit ſ. de admini. tu. l. etiam.*
p ¶ *Aequitas.* merito &c. scilicet diuiditur inter tutores actio.
q ¶ *Atque officium.* i. iudicis: quia actio tutelæ bonæ fidei est.
r ¶ *Viri boni.* scilicet tutelare: quod à bonis duntaxat viris administrari debet: & à quo officio tutelari minus fide idonei vt suspecti remouentur. sed [c] in fideiuss. non principaliter bonitas, sed an sint diuites, consideratur [d]. Accursius.
s ¶ *Formam.* vt vnusquisque conueniatur pro parte.
t ¶ *Cæterum.* pro sed.

a Ordo in seruatur inter contutores vt prior loco conueniātur qui gesserūt quàm qui nō gesserunt.

b Administratores pro ea parte conueniūtur quam administrarunt.

c Fideiussoris & tutoris dissimilitudo: in hoc mores in illo facultates considerātur.

d Adde l. si fore autem sup. de preming. vndo.

u ¶ *Cæteris.* maioribus à iure communi.
x ¶ *Impetrare possunt.* vt C. de contu. pecu. l. fi. & ſ. de fideiuss. l. inter fideiussores. & Instit. eo de fideiuss. §. si plures.
y ¶ *Contraxit,* cum tutore, vel cū fideiussoribus. eos accipiendo vt ſ. e. leg. ij. & iij. Item forte & si ipse accepit eos propter rationem quæ sequitur.
z ¶ *In tutorem,* id est, in tutoris potestatem etiam inuitus.
a ¶ *Ignorat.* vt ſ. de tur. & sacagno. l. fin. & C. de fal. mo. l. j. in fin.
b ¶ *Beneficium.* quod datur fideiussoribus aliàs
c ¶ *Diuidendæ.* inter [a] fideiussores à tutore vno datos non diuiditur actio ex epistola, & hoc fauore pupilli: sed inter fideiussores plurium tutorum diuiditur: *vt ſ. de fideiuss. tuto. leg. pupillus. contra* Nec ob. l. seq. ibidem: quia adultus ea cautio ne præiudicat sibi. ADDIT. Dic secundū Bar. quod ibi erant plures fideiussores diuersorū tutorū: hic erant vnius tantū tutoris fideiussores.
d ¶ *Iniuriā.* s. si detur.
e ¶ *Constituerentur.* contra fideiussores singulos in suo [b] foro cōuētos. In tutorib. enim illa ratio locū nō habet; *vt ſ. de quib. reb. ad eū. ind. eatur l. j.* Acc.

a Diuisio ex epistola D. Hadriani non fit inter plures fideiussores ab vno tutore datos: sed inter fideiussores plurium tutorum, atque ita fit diuisio inter fideiussores tutelares.

b Fideiussor non potest cōueniri alio in loco quam domicilij.

IVDICATVM SOLVI.

TITVLVS VII.

Dies huius stipulationis cedit lata sententia postquam transiit in rem iudicatam: licet exactio differatur in tempus quod datur iudicatis ad soluendum. Paulus.

I. PAVLVS *libro vicesimoquarto ad Edictum.*

IN stipulatione iudicatū solui, post rē iudicatā statim dies cedit [f]: sed exactio in tempus reo principali [g] indultū differtur [h].

Perempta instantia liberatur fideiussor iudicatum solui. Bart.

II. IDEM *libro septuagesimo primo ad Edictum.*

CVm lite mortua [i] nulla res sit ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatum solui nō teneri.

Si sententia est lata per illum iudicem corā quo non fuit præstita satisdatio: nō cōmittitur hæc stipulatio. P.

III. VLPIANVS *libro 77. ad Edictum.*

SI quis apud * aliquem iudicē iturus, stipulatus est iudicatum solui.

IVDICATVM solui.

¶ *Aliam speciem prætoriæ stipulationis ponit: & fit hæc ante lit. contest.* vt supra qui satisd. cog. de die. §. si feruus. *& olim à quocunque suo vel alieno nomine conuento, reali [c] vel personali actione: sed hodie non præstatur ab eo qui suo nomine conuenitur:* vt Institu. de satisd. in princi. & §. sed hodie. *Defensor ergò rei præstat, etiam si habeat mandatum:* vt C. de satisda l. 1. in fi. *& si dominus est præsens fideiubet pro procuratore suo:* vt insti. de satisd. §. si vero aliquis *si absens, ipse procurator inuenit fideiussores:* vt infra eo. l. si ad defendendum. Accursius.

¶ *Altera est iudicatum solui, cuius formulam edidi aliàs, quàm ex edicto prætoris de re aut lite antequam ea contestetur in casum quo scilicet ea res iudicetur vel ad defendatur stipulatur actor à reo vel defensore eius.* l. filius fa. Qui satisd. cog. *Sed & duabus illis causis subiicitur de dolo malo clausula, vt in stipulatione ex operis noui nunciatione. Cuiacius.*

IN *stipulatione.*] CASVS. Feci te conueniri in iudicio ad cētum. procurator tuus satisfedit iudicatū solui. fuisti condemnatus. quæritur quādo dies istius stipulationis cedit? Respō. quòd statim postquam sententia iudicis transiuit in rem iudicatam: tamen exactio nō potest fieri nisi post tempus reo à iure indultum, scilicet post quatuor mēses. Lex sequens plana est. Franc. Accursius.

f ¶ *Cedit.* i [d]. incipit deberi, sed non venit: *vt ʒ. de verb. sig. l. cedere,* & [e] hoc obtinet ex clausula, quòd verbū sonat. cæterū ex aliis clausulis etiam ante cōmittitur: *vt infra eodē. iudicat. solui.* Ac.
g ¶ *Principali.* quatuor mensium olim duorum hodie: *vt C. de vsur. rei iudi. l. ij. & ſ. de re iud. l. debitoribus.*
h ¶ *Differtur.* contra fideiussores. *vt [f] C. de vsur. rei indic. l. si. in fi.*
i CVm lite mortua. triennij [g] lapsu. *vt C. de iudi. l. properandum.* Vel solutione seu trāsactione, vel alio simili modo *vt ʒ. e. l. cum quærebatur. §. proinde. & sup. si quis cau. l. ij. in prin.* Vel quia quod petebatur rei vindi. mortuum est nō enim tenentur fideiussores, vel reus, nisi forte euictio immineret: *vt infra eodē l. si seruus.* nec enim de fatalitate tenetur: *vt ibi. & supra de pet. hered. leg. illud. & facit infra leg proxima in princip. & supra de iudi. leg. non à iudice. §. fina.* ¶ Item not. hic argu. quòd finita [h] causa triennio, non valeant prima acta quod dic vt no. *C. de iud. l. properandum. §. 1.* Accursius.

SI quis.] CASVS. Volebam te facere conueniri coram aliquo iudice: procurator tuus satisfedit iud. solui postea muto voluntatem, & facio te vocari coram alio iudice. certè isti fideiusso

a ad. In vulg. c Iudicatum solui satisdatio interponi tur in reali & personali actione vt hic. Imò in reali tantum Glos. in l. Iulianus. ſ. qui satisdare. quam opinionem probat Bartolus in l. si cum homine 34. sup. de fideiuss.

d Cedere dies dicitur, cū incipit deberi, nondum tamen dies venit.

e Subaudi vt committatur post sententiam latam.

f Sententia lata aduersus reum principalem mandatur executioni aduersus fideiussorem vt hic ad. Albericum & Bar. hic. At fine nouo processu mandari executioni potest. Ita putat Accursius in Gl. l. vlt. C. de executione rei iudicatæ: de quo vide Bar. hic.

g Moritur lis seu perimitur instantia triennio solutione transactione vel simili modo, morte rei.

h Acta priora pereunt lapsu triennii: quo tempore perempta instantia de quo vide Bar. hic.

ff Nouum.

res prius accepti non tenentur mihi:quia nō subdiderunt se sententiæ istius secūdi iudicis. [STIPVLATIONEM.] Nunc iurifcon.incipit numerare personas quæ possunt stipulari iudi.sol. & primo dicit quòd procurator, tutor, & curator,hi possūt stipulari.iud.solui. & procurator accipiendus est ille qui mandatū habet: siue pro illa causa tantum fuerit procurator vniuersorum bonorum.& licet ab initio cum stipularetur iudi.sol.nō fuisset procurator. si tamen postea dominus ratū habuit,erit ratum quod fecit, & procurator fuisse videbitur.[ID ET SI FORTE.] Sunt certæ personæ quæ possunt agere pro personis cōiunctis: verū istæ possint stipulari iudi.sol? Respon.q nō quia nō sunt procuratrices tales personæ si non habeant mandatum, licet prætor permittat eis quòd possint agere sine mādato: imò si tales personæ stipulatæ sunt iudi.solui,non valet stipulatio: sed erit denouo satisdandum. Item & tutor ille esse debet qui administrat,si velit stipulari iudi.solui. vsque ibi, Sed & si. ¶ Ponamus q aliquis administrat negotia pupilli quasi tutor, & tamē tutor non est: verū talis possit stipulari iudi.sol? Respon.q non. Itē & si tutor esset, non tamē administraret: non potest stipulari iudi.sol.Nam solus ille tutor potest agere pro pupillo, & stipulari,qui datus est à parēte pupilli: vel cui maior pars tutorū commisit administrationem: vel qui datus est à iudice qui habuit ius dādi tutorē.[SED ET CVRATOREM.] Dictum est s.ea.l.§.stipulationem.qcurator potest stipulari iudi.sol. hic declarat quis curator illud facere possit: & dicit quòd curator furiosi: itē pupilli:& adulescētis. hi omnes possunt stipulari iudi.sol. [SI TVTOR.] Pupillus habebat patrimonium in Italia & in Gallia tutores etiam habebat, vnum rerum Italicarum alium rerum Gallicarū dicitur hic quòd tutor rerum Italicarum non potest stipulari iudi.sol.super rebus Gallicis: quia non habet earum administrationem. [SI REVS.] Dicitur j.eo.tit.iudi.sol.quòd stipulatio iudi.sol.habet tres clausulas. prima est id quod verbum sonat,scilicet quòd soluatur res iudicata. secunda est quòd reus defendatur. tertia quòd dolus absit. istis præsuppositis pone casum. Reus conuentus satisdedit iudicatum solui: quia secundum iura.florum cogebatur satisdare etiam ille qui cōueniebatur nomine proprio.satisdedit ergo reus. postea sese absentauit: verum cōmittatur clausula de defendendo? Respon. quòd sic, si nemo sit qui eū defendat. si verò sit qui eum defendere velit, interim nō committitur stipulatio iudicatum solui.[SI PLVRES.] Reus conuentus satisdedit iud.sol. & dedit tres fideiussores non defenditur reus. & sic commissa est illa clausula de defendēdo.actor agit contra vnum fideiussorē ad interesse propter rem non defensam, & litē est contestatus cum fideiussore. nunc quæritur verū reus principalis possit suscipere defensionem causæ? Respon. quòd sic, & fideiussor debet absolui h.d.cum.l.seq.Franc.Accursius.

a ¶ *Alterum.* scilicet iudicem. Accursius.

¶ Id est exigere vtiliter ita vt vtilem ex stipulatione vi adquirant, cuius personā in iudicio repræsentant.l. in causa.§.vlt. l.si procurator. sup. de procuratoribus.

† Quibus casibus actio vtilis per procuratorem adquiritur iisdē quæritur per gestorem ratihabitione secuta.

† Subaudi interuenit, & cautionem iudicatum solui recepit.

tū solui, & agit apud alterum [a], non cōmittitur stipulatio [b]. quia non huius iudicis sententiæ fideiussores se subdiderunt.

Ista stipulatio committitur si fuerit interposita per verū procuratorem, aut per verum tutorem, aut curatorem qui possunt adquirere obligationem & actionem dominis quorum negotia administrant. secus si per eum qui non erat verus procurator, licet haberet potestatem agendi à lege, nisi fuerit secuta ratihabitio domini. Item secus si non erat verus tutor: vel erat, tamen non habebat administrationem ipse, sed alius: vel non habebatur in illo loco, sed alibi. Paulus.

1 ¶ Stipulationē iudicatū solui,& procurator & tutor & curator stipulari † possunt [c]. 2. ¶ Procuratorem eū accipere debemus cui mādatū est: siue huius rei [d] tātùm mādatū susceperit, siue etiā vniuersorū bonorum. Sed † & si ratum fuerit habitū, procurator videtur [e]. 3. ¶ Sed & si fortè ex liberis vel parētibus aliquis interueniat, vel vir vxoris nomine † à quibus mandatū non exigitur [f]: an cōmittatur stipulatio, quæritur. Magisq. erit ne cōmitti [g] debeat: nisi fuerit ei mādatū, vel ratum habitū [h]. quod enim eis agere permittitur edicto prætoris [i], facit eos procuratores. Itaque si talis persona [k] interueniat [l]: ex integro erit cauēdum [m]. 4. ¶ Sed & quod de tutore diximus, ita recipiendum est, vt si is fuerit qui tutelā administrabat [n]. cum tutor non esset [o]: tutoris appellatione eum non contineri.

5. ¶ Sed & si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administret, vel dum ignorat [p], vel ex alia causa [q]: dicendum erit non committi stipulationē. Nam edicto prætoris illi tutori agēdi facultas datur [r], cui à parente, maioréve parte tutorum, eorúmve cuius [s] ea [t] iurisdictio fuit, tutela permissa erit. 6. ¶ Sed & curatorem accipiemus furiosi, furiosæ, itē pupilli [t], pupillæ, cæterorum quoque curatores, putà adulescētis, vel si alteri[*] cui[*] [u] curator sit, cōmitti puto stipulationē. 7. ¶ Si tutor esse proponatur regionis alicuius vel prouinciæ, vel rerum Italicarū, cōsequēs erit dicere stipulationē ita demū cōmitti, si ex ea causa egerit quæ ad administrationem eorum [x] pertinebat.

Si causa non defendatur: committitur hac stipulatio propter clausulam de defendendo, licet definita non sit adhuc lata. Pau.

8. ¶ Si reus postquam iudicatum solui promisit, demens [y] † factus sit an stipulatio committatur ob rē [z] non defensam, quæritur. Magisque est vt cōmittatur [a], si nemo eum defendat.

6. ¶ Ob rem non defensam stipulatio nō committitur, quādiu potest existere [b] qui defendat.

Mora commissa in non defendendo potest purgari vsque ad sententiā: post sententiā verò vel solutionem purgari non potest. Bart.

10. ¶ Si plures fuerint fideiussores: posteaquam cum vno [c] lis contestata est [d], ex clausula ob rem non defensam ipse reus potest suscipere defensionem [e]:

b ¶ *Stipulatio.* iudicatum solui *& facit j.l.cum apud. & l. cum quærebatur §. fi. & s. l. procur. & de iudic. l. non à iudi.c. §. fin. & ad Maced.l.si filius fam.j.in fi. & ll. seq.*

c ¶ *Stipulari possunt.* id est exigere stipulationem. *& facit supra titu.j.l.generaliter.*

d ¶ *Rei.* pro quā agit nunc. Accursius.

e ¶ *Videtur.* licet ab initio falsus sit: *vt supra de solu. leg. vero.in fine. & supra de iudi. l. licet.* Accursius.

f ¶ *Non exigitur.* vt *& supra de procur. leg. sed & hæ. & C. de procu.l.maritus.*

g ¶ *Ne committi.* nec stipulāti, quia sua nō interest: nec domino, quia alteri stipulari nemo potest.

h ¶ *Habitum.* negotium sine mādato gestum. Sed contra *infra eodem si ante in fine.* vbi per subsequens mandatum vel ratihabitionem infirmatur non cōfirmatur quod est factum. Sol. ibi ex parte rei. hic actoris vt ibi pleniùs dices.

i ¶ *Prætoris.* quod nō habemus.

k ¶ *Talis persona.* sine mandato præcedēti, Vel [*] ratihabitione sequēti: licet sit de cōiunctis.

l ¶ *Interueniat.* & cautum fuerit.

m ¶ *Cauendum,* scilicet domino ad hoc vt committatur. *& facit supra de fideiuss. leg. qui satisdare.* Accursius.

n ¶ *Administrabat. s. de solutio. l. quod si forte. §.j.*

o ¶ *Non esset.* & administrabat: & stipulatus fuit iudi.solui.

p ¶ *Dum ignorat.* se datum tutorem.

q ¶ *Ex alia causa.* nā scit datum se tutorem sed nō gerit ideo quòd tutor esse velit, sed vt amicus: nec vtitur excusatione sibi competente, vel gerebat nomine contutoris qui solus administrabat sic stipulando.

r ¶ *Facultas datur.* [illegible] stipulandi & excipiendi si vt tutor velit defendere: *vt & supra de administratione tutorum. l. tertia. §. fin. & l. quarta. & Institut. de satisdatione tutorum. §. sed & si testamento.* Si verò non vt tutor, sed vt extraneus defendere velit: auditur præstita satisdatione legitima [b] aliàs in agēdo serua quòd hic dicitur.

s ¶ *Cuius ea. sup.* ab eo iudice cuius ea &c.

t ¶ *Pupilli.* facit *Instit. de cura §. interdum.*

u ¶ *Cuius.* id est alicuius. *ad quod s. tit.j.l. non quasi. §.j.*

x *Eorum.* aliàs rerum: aliàs eorum. *& facit C. de authen. præstan. l. fin.* Accursius.

y ¶ *Demens.* aliàs absens.

z ¶ *Ob rem.* id est ob clausulam istam quæ inest in stipulatione iudicatum solui.

a ¶ *Committatur.* alioquin contemni posset hæc stipulatio.

b ¶ *Poterit existere.* potest tamen cōmitti ex aliis duabus clausulis, etiam si defensor existat. ¶ Sed si quæratur an denuntiare stipulator debet, an sit qui velit reum defendere? Respō. sic, *arg. s. qui. ex cau. in pos. ea. l. prætor ait. §. fin.*

c ¶ *Cum vno.* ex fideiussoribus. Accursius.

d ¶ *Contestata est.* ad interesse. [c] Accursius.

e ¶ *Defensionem.* secus post condemnationem: *vt j.l.iij. in prin.*

[*] vel cuius de ea re iurisd.

a Procurator non comparatur nec censetur esse coniuncta persona, quia earum factum domino non præiudicat nisi mandetur vel ratum habeatur aut sane impropriè dicitur procurator. Atque ita statutum loquens in procuratore locum non habebit in coniuncta persona agente alieno nomine.

† Sic Flor. sed in vno vetust. manuscr. legi absens. in altero verò sed demēs vel absens factus sit, quam lectionem summopere probo.

b Satisdatio legitima quæ dicatur: vide Gloss. in auth. cui relatum C. de iudic. [illegible]

c Instantiam non opus esse aduersus fideiussores defendi. hinc colligit Bartolus. idque ex eo colligit, quod aduersus eū fiat [illegible]

Et

a Mora quandoque post litem contest. purgatur.

¶Et not.[a] quòd purgat moram etiã lite contest. Arg. cõtra. ℨ. de verborum obli. l. si insulam. item facit sup. de procu. l. qui proprio. Accursius. ADDITIO Dic secundum Bart. post Pet. quòd hoc est ideo, quia stipulatio citius cõmittitur quàm debeatur: ideo in alio releuatur, vt vlteriori tempore admittatur purgatio.

a IS autem. scilicet fideiussor. Accursius.

IIII. IVLIANVS libro quinquagesimo Digestorum.

IS autem [a] cum quo actum fuit absolui debet.

V. VLPIANVS lib. 77. ad Edictum.

IAm tamen[b] fideiussore qui iudicium acceperat, damnato, frustra † defensionem reus suscipit. Cæterum [c] & si solutum fuerit posteaquam [*] iudicatum est: repetitionem constituemus[d] eius quod solutum † est[e].

Supra in §. si. dixit quod ipse reus qui fuit in mora admittitur ad defensam vsque ad sententiam, vt mora purgetur. hic dicitur quod etiam vnus ex fideiussoribus datis in hac stipulatione, & etiam si reus decessit pluribus heredibus relictis, vnus solus potest suscipere defensionem pro omnibus, & purgare moram. P.

1. ¶ Vnus ex fideiussoribus vel heredibus[f] pluribus, alio cessante suscipere defensionẽ potest.

Stipulatio semel cõmissa ad interesse totale vlterius nõ committitur. B.

2. ¶ In hac stipulatione[g] quia plures causę[h] sunt vna quãtitate[i] cõclusæ: sicõmitteretur statim stipulatio ex vno casu[k], amplius ex alio cõmitti nõ potest[l].

Si defendatur causa per aliquem ex illis qui promiserunt defensionem, vel per aliquem ex heredibus illorum: non requiritur quod detur alius fideiussor: & stipulatio non committitur ex clausula de defendendo. sed si alius à prædictis eum, am defendat, etiam si non sit ex fideiussoribus datis requiritur quod det fideiussores nouos: aliàs actor non tenetur eum admittere. si tamen ad nisi, dicetur causa legitime defensa: & stipulatio ob rem non defensam non committitur. Paulus

3 ¶ Nunc videamus qualis defensio exigatur ne committatur stipulatio, & quarum personarum. Et si quidem ex personis enumeratis[m] in defensionẽ quis succedat: palam est rectè rem defendi, nec committi[n] stipulationẽ. si verò extrinsecus persona[o] defensoris interueniat, ęquè stipulatio non cõmitretur: si modò ille paratus sit rẽ boni viri arbitratu defendere, hoc est satisdare. sic enim videtur defendere, si satisdet. Cęterum si simpliciter[p] paratus sit interuenire, nec admittatur[q]: committetur ista stipulatio ob rem non defensam. Quòd si quis eum vel cũ satisdatione, vel sine satisdatione admiserit[r] cõsequẽs erit dicere, stipulationis[s] istius nullã partẽ[t] cõmitti: quia sibi imputare[*] debet[u], qui talẽ defensorẽ admisit. 4 ¶ Si ex fideiussoribus qui iudicatum solui cauerant, existat defensor: placuit ob rem iudicatam[x] stipulationẽ non cõmitti: cæteráque eadem esse, atque si extraneus

† Defensio quandam datur ante sententiam quæ post sententiã non datur.

† Quod est absurdum, subaudi.

IAm tamen.] CASVS. Dictum est ℨ. l. proxi. & §. precedenti. quòd reus potest suscipere defensionem lite contest. contra fideiussorem hoc dictum non habet locum si fideiussor sit iam condemnatus: quia si condemnato fideiussore daretur reo potestas suscipiendi defensionem sequeretur quòd solutione facta daretur repetitio: quod esset inconueniens: ergo &c. [VNVS.] Reus satisdedit de iudicato soluendo: & dedit plures fideiussores. vel sic Plures erant heredes qui conueniebãtur. aliqui volũt defendere aliqui vero nõ. dubitatur vtrum vnus fideiussorũ aut vnus heredum possit defendere si alij nolint? Resp. quòd sic. Gl. bene declarat. § sequẽ. [NVNC VIDEAMVS.] Sæpe supra dictum est quòd in stipulatione iudicatum solui, sunt tres clausulę, inter quas est vna de defendẽdo. In hoc quęritur qualis exigatur defensio vt satisfieri possit stipulationi ne committatur. Item quæ personæ debent defendere. Resp. iurisconsul. quòd si personæ superius enumeratæ defendant, rectè videtur facta defensio: nec stipulatio cõmittetur. & sunt illę personę fideiussorũ heredũ vel debitorum: item tutores, curatores, & procuratores. Si vero aliæ personæ sint quàm illæ quæ velint defendere, stipulatio non committetur si defendant arbitrio boni viri, id est cũ satisdatione. nam si satisdet, videtur recte defendere. si autẽ velit defendere simpliciter. id est sine satisdatione, & iudex eũ repellat, committitur stipulatio. vsq; ibi, ipsi quis eũ. Si aduersarius talem defensorem sine satisdatione admiserit, stipulatio non committetur: quia sibi debet imputare qui talẽ defensorem admisit [SI EX FIDEIVSSORIBVS.] Si vnus ex fideiussoribus qui fideiusserunt iudicatum solui velit defendere: stipulatio non cõmittitur. [IN HAC STIPVLATIONE.] Pone casum. Vnus fideiussorum iudicatum solui cœpit defendere. postea deseruit defensionem. an possit agi contra ipsum actione mandati ad interesse? Respondetur quòd non: quia non fideiussit in defensionẽ sed tantum ad quantitatem: scilicet vt solueret rem iudicatã. Si vero isti fideiussores fideiusserunt vt etiã defenderent: an nunc possint agere mandati? Distinguitur, aut victi sunt in iudicio, aut vicerunt. Si victi sunt: poterunt agere mandati cõtra reũ, si soluerunt iudicatũ: verumtamen expensas litis non consequentur. Si autem obtinuerunt in iudicio, tunc poterũt petere litis expẽsas, quasi secundum mandatum fecerint. [SI TAMEN.] Quia ergo ita est q; fideiussores possunt defendere, vt euitetur cõmissio stipulationis ob rem nõ defensam: quæritur si plures sint fideiussores, & velint defendere: vtrũ possint omnes simul defẽdere: vel an cogantur dare vnum qui defendat? Respon. quòd debent vnũ dare pro se omnibus qui defendat. aliàs stipulatio cõmittitur ob rem non defensam. & arguit iurisc. à simili. Nam si reus principalis satisdedit iudicatum solui: si moritur pluribus heredibus relictis, heredes debent vnum dare qui defendat: ne si defensio per plures diuisa fuerit actor incommodo afficiatur. Secus est in heredibus actoris, qui non habent necesse vnum defensorẽ dare Cætera clara sunt. Casus legis sequẽ. positus est. i. eodem lib. §. si reus & de se satis clarus est. Glo. ponit casum legis, si ante. & plane exponit, Fran. Accur.

b ¶ *Iam tamen*, aliàs iam tamen: & aliàs non tamen. Accur.

c ¶ *Cætero non*. id est alioquin si condemnato fideiussore reus admitteretur ad defensionem: ergo & solutione facta daretur repetitio: quod inconueniens est: *vt infra eo. l. si ex duobus. & ℨ. de solu. l. id quod & de condic. indeb. l. qui ob rem.* Accur.

a Solutũ per fideiussorem repeti per reũ principalem non potest.

d ¶ *Constituerimus*. id est videbimur constituisse.

e ¶ *Solutum est.* aliàs inemptum est: vt dixi.

f ¶ *Vel heredibus*. rei vel fideiussorum.

g ¶ *In hac stipulatione*. scilicet iudicatum solui.

h ¶ *Causæ*. Id est clausulæ. scilicet de defendendo, de dolo malo, & re iudicata. R, *vt j. l. proxi.*

i ¶ *Vna quantitate*. id est vna conceptione verborum. 2. Vel quantitate dicit pecuniam ipsam, nã quãtum continet vna, cõtinet altera. Secus si plus vel aliud in alterã cõtineretur: vt in arg. contra. ℨ. *de verb. obli. l. si sic. & si. j. eod. l. cum quærebatur.*

b Quantitas pro verborũ conceptione.

k ¶ *Vno casu.* veluti ob rẽ non defensam.

* Pl. imputari. i. pro e.

† quia.

l ¶ *Non potest*. aduersus eundem: scilicet vt ex vtraque clausula idem exigatur: sed vnus ex vna alter ex altera exigi potest: *vt j. eod. l. fina.* Item ex eadem causa, vt ob dolum pluries poterit committi: *vt supra eod. l. nouissime. in princip.* Accurtius.

m ¶ *Ex personis enumeratis*. i. fideiussorum vel heredum eorum, vel debitorũ: *vt sup. §. vnus.* & tunc satisdabit[c] fideiussor vel heres eius, non autem heres rei: *vt j. § si ex fideiussoribus.* 2. Vel dic enumeratis, vt tutores vel curatores & procuratores: *vt ℨ. l. i. §. j.*

n ¶ *Nec committi*. ex hac causa quòd non defendatur.

o ¶ *Personæ*. i. alia à prædictis.

p ¶ *Simpliciter*. i. non satisdans.

q ¶ *Nec admittatur*. Nemo [d] enim cogitur eum admittere: *vt Inst. de satisda. §. si verò reus. & supra de procu. l. qui proprio. §. qui alium. & supra qui. ex cau. in pos. ea. l. hoc autem. § recte. & sup. de admi. tu. l. generaliter.*

r ¶ *Admiserit*. satisdantem admittere tenetur: *vt ℨ. non satisdantem.* non: vt modò dixi. Accur.

s ¶ *Stipulationis*. iudicatum solui.

t ¶ *Nullam partem*. nec illam de defendendo: quia defensum est, nec illam de re iudicata: quia non nocet reo principali: *vt supra de re iudicat. l. si se in princi.* nec illam de dolo: quia non interuenit dolus: & quia nulla est sententia: cum nec mandauerit, nec ratam habuerit sententiam: nec ille satisdedit. Hu. Quod est verum in præiudicium domini vel fideiussoris. sed nullo se offerente defensioni, fit executio: *vt dicta l. si se. & de procu. l. Plautius. in fin.* Accur.

u ¶ *Imputare debet*. ad hoc. *sup. de fideiusso. l. qui satisdare.*

x ¶ *Ob rem iudicatam*. id est iudicatum solui ex ea clausula de defensione. ¶ Et quod subiicit, cæteráque &c. scilicet quia[e] satisdabit[f] sicut extraneus defensor, nam pro eo quasi ipse esset litigaturus, nõ est satisdatũ. sed quasi reo litigaturo: vnde nõ cõmittitur stipulatio. *vt j. eo. l. cum apud.* 2. Vel dic verius, secundum Io. ob rem indicatam, quod verbum sonat, hic enim nõ committitur,

c Fideiussor reum principalem defendens satisdare debet, vt hoc & §. prox. in verbis, ob rẽ iudicatam, inf. eo. quia talis fideiussor mãdatum habet soluendi non defendendi. § in hac stipulatione. inf. eo. ideóque tanquam extraneus debet satisdare. Glo. in verbũ ob rem iudicatam, inf. eo. &c. hic, licet Rogerius tenuerit contrarium

d Defensorẽ alterius nemo cogitur admittere sine fideiussione.

e v. quæ scripsi. sup. §. 1. in verbis ex personis enumeratis.

f Hæc opinio videtur tribui Hugolino Bartolum &

licet sit iudicatum: quia non fuit persona huius defendẽtis in stipulatione comprehensa & quod subiicit, cetera'que id nõ muto secundùm Io. 3. At R.ª aliter exposuit, ceteráque. s. de defensione. nam quod esset extraneo defendente, quia nõ committeretur stipulatio quicũque defenderet, ex quo esset admissus. *vt* 3. *proxi.* §. ita hic fideiussore defendente: at satisdare nonᵇ tenetur, secũdũ eum. ¶ Nec ob. *ei.* §. *eo. cum apud.* quia in mutatione iudicis dicit, nõ defendẽtis. per Io. §. *proxi.* §. *in prin.* cuius opinio placet. Accur.

a id est Rogerius.

b & male: vt paulò ante dictum est.

defensor existat.

Fideiussores dati in hac stipulatione, non tenentur defendere si nolunt quia nec promiserunt, sed duntaxat pœnam & interesse, si causa non defendatur. sed si defendant & succumbant, recuperant sortem quam soluunt expensas verò non. si autem obtineant expensas recuperant per vtilem actionem mandati, non per directam quia non fecerunt id quod mandatũ erat: cum defensio non esset eis mandata: vt dictum est, sed fecerunt iuxta mandatum. B.

5. ¶ In hac stipulatione hoc tractatur, an hi qui fideiusserint, si defensionem omiserint, mandati iudicio teneantur: & est verius, non teneri. hi enim in quantitatem ª interuenerunt, & hoc illis fuit mandatum: non in defensionemᵇ. 6 ¶ Quid tamen si & hoc sibi adsumpserint, vt defendant ᶜ? an mandati possint agere? Et si quidem victi sunt ᵈ: vtique quod ob rem iudicatam præstiterunt, consequentur ᵉ: sumptus tamen litis minimè petent ᶠ. Si autem obtinuerunt: poterunt sumptus litisᵍ consequi, quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fecerint.

Ad defendendum causam cœptam cõtra vnum, etiam si de illo peruentũ sit ad plures heredes: nõ admittuntur plures defensores: sed debẽt vnũ constituere: licet ex parte actoris plures procuratores admittantur. Paulus.

7. ¶ Si tamẽ plures fideiussores defendere fuerint parati, videamus vtrũ vnum defensorẽ debẽt dare: an verò sufficiat, vt vnusquisque eorũ pro parte sua*ʰ defendat, vel defensorẽ substituat. Et magis est, vt nisi vnũ dent procuratorem, desiderãte † ⁱ scilicet hoc actore, committatur stipulatio ob rẽ non defensam. Nam † & plures heredesᵏ rei necesse habebunt vnum dare procuratorem: ne defensio per pluresˡ scissa incommodo aliquo adficiat actorem ᵐ. Aliud † est in heredibus actoris: quibus necessitas non imponitur vt per vnum ⁿ litigent.

Defensor necessarius habet necesse defendere in foro in quo lis est inchoata. Paulus.

8 ¶ Illud sciendum est, ibi ᵒ rem esse defendendam, vt rectè defendatur, vbi debet agi.

Sed an contineat clausulam de iudicio sisti? videtur quòd non: quasi hoc sit superfluum: quia comprehendatur sub clausula de defendendo. sed certe defensio potest fieri de absente: sed sistere in iudicio requirit præsentiam. Paul.

VI IDEM libro 78. ad Edictum.

IVdicatum solui stipulatio tres ᵖ clausulas in vnum collatas ᑫ habet: de re iudicataʳ, de re ˢ defendenda, de dolo ᵗ malo.

Mutata conditione defensoris rei de habente mandatum ad non habẽtem, vel econtra, vel in ipsum principalem actore sciente stipulatio iudicatum solui non poterit committi. secus actore ignorante. Bart.

VII. GAIVS libro vicensimo septimo ad Edictum prouinciale.

SI † anteᵘ acceptũ iudiciũ prohibitus fuerit ˣ procurator ʸ à domino, & actor ignorãs prohibitum eũ esse, egerit, an stipulatio committatur? ᶻ Et nihil aliud dici potest, quàm committi ª. Quòd si quisᵇ sciens prohibitum esse, egerit: Iulianus nõ putat stipulationem committi ᶜ. Nam vt committatur, nõ sufficere ait cũ ea persona acceptũᵈ esse iudiciũ, quæ stipulationi † comprehensa

---

a ¶ *In quantitatem.* quæ ᵉ fuerit iudicata.

b ¶ *Non in defensionem.* scilicet ᵈ interuenerunt.

c ¶ *Vt defendãt.* licetᵉ eis mandatum non sit.

d ¶ *Victi sunt.* in defendendo. Acc.

e ¶ *Consequentur.* non quia iudicatum. *vt* 3. *de re iudi. l. si se.* nec ideo quia liberasset eũ ab illa stipu. iudica. solui: quia nec commissa fuit, cum sententia nõ tenuit: *vt* 3. §. *nunc videamus. in fin. dictum est.* sed quia liberauerunt eum ab actione qua conueniebatur: & consequẽter sumptus in sequenti casu vtili ᶠ mandati actione: quia iuxta ᵍ mandatum factũ est, & in prima forte actione neg. gest. quia ipsoʰ gestu negotium suum est. Accur.

f ¶ *Petent.* hoc ideo, quia ⁱ in sententia apparet non vtiliter negotium cœptum esse vnde nõ agitur: *vt sup. de neg. gest. l. sed an vltro.* §. j. At ᵏ in eo qui cum mãdato agit, vel defendit, semper repetit sumptus: siue vincat, siue perdat: *vt sup. de procura. l. qui proprio.* §. *litis. & C. manda. leg. etiam.* Item contra. *C. de neg. gest. l. ob negotium.* Solu. ibi. vtiliter: hic autem non expediebat domino litigare. 2. Vel ibi extra ius hic in iudicio. Item facit. 3. *de verbo. oblig. l. venditores.* Accur.

g ¶ *Litis.* Sed nonne habent per *l. properandum C. de iudi:* Respon. fuit iusta ignorantia: *vt sup. de leg.* ij. *qui solidum.* §. *etiam & in Authen. de iudi.* §. *oportet. col. vj.* Accur.

h ¶ *Pro parte sua.* ex beneficio epistolæ diui Adriani. Acc.

i ¶ *Desiderante.* nisi ˡ actor ex variis causis actiones intendat plures, tũc enim ᵐ singuli in singulas possunt esse defensores: *vt* 3. *de procura. l. omnium.* Accursius.

k ¶ *Heredes.* rei principalis qui satisdedit iudicatum solui.

l ¶ *Per plures.* ad quod est *sup. famil. ercisc. l. si familia. & de ædil. edict. & redhibito. l. quòd si nolit.* §. *si plures & de exercito. lege* j. §. *si. & l. seq. & sup. de procu. l. non tamen. & l. licet.* §. *si plures. versi.* ˡ *plane.* Sed contra *in eo titu. l. si quis cum procuratorio.* §. *vnius.* Solu. ibi plures erant principales cõuenti: hic vnus satisdans, cuius sũt plures heredes: & sicⁿ loco vnius. Item argu. contra. *sup. de duo. re.* iij. §. *vbi.* Accursius.

m ¶ *Actorem.* hoc in heredibus rei. aliud &c.

n ¶ *Per vnum litigent.* sicuti nec vt litigent.

o ¶ *Ibi.* id est in eo foro. ad quod 3. *de iudi. l. venditor.*

p ¶ *Iudicatum.* Tres habet. immo vnam: *vt infra eod. l. cum quærebatur.* quæ est contra. Solu. hic vna est clausula verbo, vt ibi: & trina est intellectu & effectu: vt hic. Accur.

q ¶ *Collatas.* aliàs collectas.

r ¶ *Iudicata.* s. soluenda. & hoc est quod verbum sonat.

s ¶ *De re.* id ª est causa. *& facit ad hoc supra de operis noui nunciatione l. stipulatio.* §. *habet.*

t ¶ *De dolo.* scilicet vt absit. & has duas perinterpretationemᵇ, scilicet ne quid in fraudem huius stipulationis fieri possit debitore non defendente: vel ne iudicetur dolo sequid faciente, secundũ R. Sed tamen si ex vna clausula committatur, non committitur ex alia. sufficit enim quòd ex altera committatur ad hoc vt possit agi: & sic disiunctiue habet collectas in vnum: *vt* 3. *e. l. cum quærebatur.*

u ¶ *Si ante.* maxime nõ idem ᶜ & si post cum personæ conditio mutaretur quod innuit ratio inferius scripta. Alij dicunt quòd post prohibere non potest.

x ¶ *Prohibitus fuerit.* scilicet defendere, & hoc post satisdationẽ. ¶ Et dic quòd reus dedit procuratorem, & satisdedit pro eo iudic. sol. & postea prohibuit defendere: & tota hæc lex dicit de procuratore seu defensore rei.

y ¶ *Procurator.* scilicet rei.

z ¶ *Committatur.* propter rem ᵈ non defensam. Roger. 2. Vel secundum alios propter ᵉ rem iudicatam. 3. Vel secundum H. de dolo.

a ¶ *Committi.* si dicas committi ex clausula de defendendo, secundũ R. videtur litera contra, quia dicit egerit. & infra statim dicam.

b ¶ *Quòd si quis.* sibi imputaturus.

c ¶ *Committi.* quamuis non defendatur, quia non est illud iudicium pro quo obligauerint se fideiussores & sic non videtur defendi in eo iudicio quo se obligauerunt fideiussores, secundum. R.

d ¶ *Acceptum.* i. ventilatum iudicium: & sic fuit defensus: quod sufficit per quẽcunque admissum: *vt supra l. iam tamen.* §. *nunc videamus.* Sed respon. pro eo, verum est si personæ conditio quæ incipit defendere, eadem perseueret: quod hic non fuit: immo fuit mutata ᶠ de habente mandatum, ad non habentem: & sic iam non est illud iudicium pro quo fuit satisdatum. 2. Item si dicas secundum alios committi propter rem iudicatam, & sic iudicatum fuit: videtur contra: quia sententia ᵍ non valet in præiudiciũ domini: cum iste se obtulisse videtur reuocato mandato: *vt* 3. *de re iudi. l. si se.* Sed dicas valere in præiudiciũ offerentis se: *vt* 3. *de procu. l. Plautius. in fin.* Sed pro certo non fuit satisdatum pro ea sententia quæ teneret defendentem: sed quæ teneret dominum. sed dices in odium reuocantis, ne probabilis ʰ ignorantia damnum afferat. 3. Item si dicas tertio committi ex clausula de dolo, quia prohibuit dolo procuratorẽ nõ certificato actore: alioquin probabilis ignorantia damnum afferret, quod esse non debet: *vt Instit.*

---

a id est Rogerius.

b & male: vt paulò ante dictum est.

c Fideiussor iudicatũ solui interueniens videtur in eam quantitatem, quæ iudicata erit.

d Fideiussores iudicatum solui, inuiti non tenentur defendere: cũ ad id non censeantur obligati.

e Fideiussor iudicatũ solui, potest reũ principalem vltrò seu si velit, defendere licet mandatum defendendi non habeat.

f Mandati vtili actione agere potest qui fecit iuxta mandatum, licet secundum mandatum non fecerit.

g Iuxta mandatum facere differunt.

h Negotium fit alterius etiam ipso gesto.

i Gestor non repetit sumptus negotij non vtiliter gesti.

k Gestoris seu gerentis sine mandato & procuratoris cum mandato defendentis differentia. Hic non ille sumptus repetit, etiamsi negotio euentus non respõdit.

l Secũdum epistolam Hadriani.

m Conuentus pluribus actionibus plures defensores dare potest: hoc est singulos pro singulis actionibus: secus si vna actione conueniatur.

n Fideiussoribus pluribus ab actore cõuentis, an plures dicantur defensores.

o Officium sui iudex non interponit in his quæ pertinent ad vtilitatem partium, nisi pars petat.

p Heredes vnius plures, vnius loco censentur.

a Res pro causa.

b Stipulatio iudicatum solui interpretatiue continet clausulam de re secus, de re defendẽda, & de dolo malo.

c Imò non idẽ: quia post prohibere nõ potest. vide Bar. hic num. 3.

d Stipulatio iudicatũ solui vtrum in hac lege committatur ob rem non defensam: an verò ob rẽ iudicatam: an potius ob clausulã de dolo.

e Mutatio de habente mãdatum ad nõ habentem.

f Sententia lata aduersus procuratorẽ cuius mandatum reuocatũ est non nocet domino: nisi mandatum reuocatũ fuit ignorante ad uersario: valet tamen in præiudicium ipsius procuratoris.

g Probabilis ignorantia, damnũ ignoranti afferre non debet.

† Aut. Aug. li. 2. e. q. reprehẽdit Haloandrum in hanc legem.

‡ Diuidua est actio ex parte actoris.

‡ Stipulatio ne. i. prope.

vt Insti. de manda. §. recte. tunc obstat quod subijcit, nam vt committitur &c. vbi dicit cõmitti quando agit cum persona habẽte eandem conditionem quam prius. Ad quid enim tũc committere tur doli clausula? sed dices in eo quòd dolũ committeret vt pro se iudicetur: vt diximus. *s. l. proxim.* & ita omnes defendi possunt.

est: sed oportere etiam causam personæ [a] eandem esse [b], quæ stipulationis interponendæ tempore fuit [c]. Et ideo si is qui procurator datus est, heres extiterit [d] domino, atque ita acceperit iudicium, siue etiam prohibitus [e] acceperit: non committitur stipulatio [f]. nam & aliàs responsum esse, si quis absentem defendens [g] satisdederit [h], deinde vel procurator ab eo datus [i], vel postquam heres ei extitit, iudicium acceperit, fideiussores [k] non teneri [l].

VIII. PAVLVS *libro septuagensimo-quarto ad Edictum.*

SI petitor [m] post satisdationem ante iudicium acceptũ heres possessori extiterit, extinguitur [n] stipulatio.

Stipulatio iudicatum solui, habet quantitatem certam: quia continet illud in quod iudex rerum condemnauerit. Fran. Accur.

IX. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

IVdicatum solui stipulatio, expeditam [o] habet quantitatem, in tantum enim committitur, in quantum iudex pronunciauerit [p].

Pro defensore cum mandato satisdat dominus: sed defensor sine mandato inuenire debet sibi fideiussores Pau. de Castro.

X. MODESTINVS *lib. 4. Pandectarum.*

SI ad defendendum procurator datus fuerit; satisdare [q] iubetur [r] iudicatum solui stipulatione: quæ non ab ipso procuratore, sed à domino [s] litis interponitur. Quod si procurator [t] aliquem [u] defendat, ipse cogitur satisdare iudicatum solui [x] stipulatione.

Perempta re deducta in iudicium, perimitur stipulatio, nisi iudiciũ non perimatur: vt si erat necessaria ad hoc sententia propter cessiones. P.

XI. PAVLVS *libro septuagensimo quarto ad Edictum.*

SI seruus qui in rem actione petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit: quidam fideiussores eius pro lite datos non teneri putant: quia mortuo homine nulla iam res sit. quod falsum est quoniam expedit de euictione actionis conseruandæ causa, item fructuum nomine rem iudicari [y].

Si post præstitam satisdationẽ reus adquirit priuilegium personale per quod inuitus non compellatur litigare: nihilominus si causa non defendatur, committitur stipulatio ista ex clausula de defendendo contra fideiussores. Paulus.

XII. POMPONIVS *libro vicesimo-sexto ad Sabinum.*

SI reus post iudicatum solui ab eo datum, in magistratu

a ¶ *Causam personæ.* id [a] est mandatum.

b ¶ *Esse.* vt ad defendendum interueniens mandatum haberet, & non defendatur. R.

c ¶ *Fuit.* non sufficit hæc ratio. nam eadem posset allegari cum ignorauit actor. sed est alia: quia nõ dolo prohibuit cum iste sciret.

d ¶ *Extiterit.* quo casu non condemnatur vt procurator, sed vt reus principalis. Non ergo committi potest stipulatio quæ pro eo interposita fuit. & facit. *s. de excep. rei iudi. l. filij qui heres.* Accursius.

e ¶ *Prohibitus.* vt in primo casu legis.

f ¶ *Stipulatio.* quia vtroque modo desiit procurator esse ar. contra. *s. de his qui no. infra l. seruum.* & in vtroque dic dominum sciuisse: *vt supra ead. l. §. quòd si quis.*

g ¶ *Defendens.* sine mãdato: vt discrepet à casu superiori.

h ¶ *Satisdederit.* iudicatum solui. ¶ Sed quid si dominus satisdederit pro se [b], & postea procuratorem cõstituat: nunquid committitur stipulatio [c]? & forte cõmittitur: quia domini causa non mutatur.

i ¶ *Datus.* scilicet ille idem qui defensor erat & sic eandem personam ex alia causa defendit.

k ¶ *Fideiussores.* s. dati in priori iudicio pro iudicato soluendo.

l ¶ *Non teneri.* quia pro hac sententia se nõ interposuerunt. ¶ In eo autẽ quod hic dicit mutationes [d] cõditionis personę defendẽtis de habente ad non habentem mandatum, vel ecõtra, annihilare stipulationem, est contra. *s. de procur. l. in causa. §. fi.* Solu. hic ante lit. contesta. mutatum est iudicium: ibi vero post & sic ante lit. contest. seu in lit. contest. oportet causam personæ esse eandẽ quæ fuit tempore stipulationis interpositę, secus si post: vt ibi. & pro hoc est princi. l. si ante. &c. & quod ibi similiter dicitur causam personę eandem esse quæ fuit tempore stipulationis interponendę. nam non dicit interpositæ. sed interponendę. & sic tempore interponendæ. id est antè lit. cõte. & tempore accepti iudicij, id est lite conte. debet habere eandem conditionem. 2. Vel aliter hic ex parte rei, ibi actoris vt patet hic & ibi. hoc secundo modo soluitur & aliud contra. *s. qui satisd. cog. l. Iulianus*, & est ratio diuersitatis: quia huiusmodi persona mutata non est legitima. Non enim legitimè defendit cum reuocatũ est mãdatum: & nec dominus ratum habet. Sed ibi *in l. in causa. s. de procura.* est legitima, & legitimè defendit: quia est ipse dominus. 3. Vel ibi in vtraque ideo committitur: quia non potest imputari domino vel eius procuratori quare iterum non exegit cautionẽ: quia nimis esset graue reo totiens ab eo exigi illam cautionẽ: sed hic potest ei imputari quare mutata persona etiam nõ exegit sibi caueri verus dominus. nam non esset graue reo, cum ei non posit imputari cur mutauit personam. ipse [e] enim imposuit sibi illam necessitatem. Item contra *sup. eo. l. ij. §. stipulationem.* Sol. vt ibi. Item cõtra. *s. de iudi. l. licet.* Sed ibi ex parte actoris. nec circa satisdationes aliquid dicit. & facit *sup. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. j. §. fina. & quod no. in d. l. Iulianus.* Accur.

SI petitor.] CASVS Petebam à te fundum aliquem rei vin. & tu satisdedisti de iudi. sol. ego instituo te heredem meũ. dicitur hic quòd stipulatio iudicatum solui est extincta. Fran. Acc.

m ¶ *Si petitor.* ergo agebat rei vindi.

n ¶ *Extinguitur.* est nempe iudicium extinctum: quia & idem fit post acceptum iudicium. *& facit s. de iudi. l. si à me. & dè nota. si communiu. in fin. & l. si alienus.*

IVdicatum.] Expeditã. quo [a] ad clausulam de re iudi. Sed quo ad alias incertam, secundum R. *vt s. de præto. stipu. l. ij. §. incertam.* 2. Vel dic certam quando erit iudicatum, vt hic: interim autẽ incertam, vt ibi, etiam quo ad clausulam de re iudica. 3. Vel dic quo ad alias clausulas continet certam per iudicem qui sententiam certam dabit in interesse: ante autẽm incerta est: *vt ibi. & Institu. de act. §. curare.*

p ¶ *Pronunciauerit.* si agat ex ea clausula, scilicet de re iudica. ex alijs autem agitur de interesse.

SI ad defendendum.] CASVS. Duo notat hæc lex esse genera defensorum. quidam sunt qui defendunt præsentes dominos suos: quidam vero, qui defendunt absentes. Defensores qui defendunt præsentes, debent satisdare iudi. solui: quæ satisdatio interponitur ab ipso domino. Defensores verò qui defendunt absentes, debent per seipsos satisdare iudicatum solui, siue mandatum habeant, siue non habeant. Francisc. Accur.

q ¶ *Satisdare.* quo casu procuratoris fideiussor extitit.

r ¶ *Iubetur.* dominus, si presens est. R.

s ¶ *A domino.* præsente [b], quod est etiam si est in hortis: *vt sup. de procur. l. & qui in foro. cum sequentibus.*

t ¶ *Si procurator.* habens vel non habens mandatum: *vt C. de procurat. l. exigendi. & de satisda. l. j. in fin.*

u ¶ *Aliquem.* absentem. Accur.

x ¶ *Iudicatum solui.* cum fideiussore extraneo. Nemo [c] enim &c. *vt Inst. de satisd. §. si vero reus. & §. seq. & supra de iudi. l. recte. & de procu. l. qui proprio. §. qui alium. & l. si minor.* [d] *§. fi. cum seq. & facit. sup. de procu. l. filiusfamilias. in fin.* ¶ Et no. quòd ex hac stipulatione tenetur ille qui promisit: nõ dominus si non promisit: quia ipse si se defendisset, promittere non tenetur: *vt Institu. de satisda. §. sed hodie.* Actione autem in factum de re iudi tenetur dominus, quia mandauit: aliàs procurator se offerens: *vt supra de procura. l. Plautius.*

SI seruus.] CASVS. Petebam à te seruum Stichum per in rem actionem. satisdedisti de iudicato soluendo, & de re defendẽda. mortuus est Stichus. Tu litẽ hanc deseruisti. quæritur vtrum fideiussores tui teneantur ob rem non defensam? videtur quòd non: quia nulla res est propter quam iudicetur. tamen nihilo minus fideiussores tenentur: licet res nulla sit: quia expedit iudicari propter euictionem & propter fructus. Franc.

y ¶ *Rem iudicari.* & ideo committitur stipulatio ob rem non defensam. Sed contra *C. de euic. l. si quis tibi.* Solu. hic decessit lit. conte. ibi ante. & eodẽ modo solues *sup. de euic. lege si seruus.* Item facit *supra de nox. l. si plurium in fin. l. sequen. & C. de asser. tol. l. ij. in fin. & supra de arbi. l. non distinguemus. §. item non est. & facit sup. de verborum oblig. l. nemo. & de rei vindi. l. vtique. & de re iudi. l. si hemo.*

SI reus.] CASVS. Conueniebam te in iudicio super certa summa pecuniæ. tu satisdedisti iudi. solui. postea factus es præter

a Causa pro mandato.

b Subaudi in casibus, in quibus suo nomine conuentus olim satisdabat. *l. fi. nunc. s. de satisd.*

c Subaudi ad versus fideiussores.

d Mutatione conditionis in defendente, vel eo qui defenditur, interimi stipulatio iudicatum sol.

e Imponitur necessitas ei, qui necessitatem ipsam sibi ...

a Iudicatum solui stipulatio quo, sensu dicatur expeditam, seu certam habere quantitatem.

b Satisdare pro suo procuratore dominus præsens in ciuitate vel in hortis tenetur ... verò satisdetur ab ipso domino, an ab ipso procuratore. Nec enim defensor mandatum non habens dilatio datur ad ... iudicio domini ... retur procuratori mandatum habenti. &c.

c Defensor litis alienæ idoneus nemo sine satisdatione.

d minor. 25. annis.

vel alius, maior magistratus ita vt non possis vocari in ius. dicitur hic quòd nihilo minus committitur stipulatio : & fideiussores tui tenentur, si non defendaris arbitrio boni viri. Franc. Accursius.

a ¶ *Vocari.* ergo erat de maioribus: *vt s. de in ius vo. l. ij.* aliàs secus *vt j. de iniur. l. nec magistratibus.*

b ¶ *Fideiussores.* quia personale[a] priuilegiũ rei non transit ad fideiussorem. Azo. Sed *contra. j. eod. l. vir bonus.* Sol. vt ibi. Item contra. *C. de vsur. rei indi. l. fin.* Sol. hic personalis est exceptio: vt ibi dixi: per quod etiam soluitur *s. de excep. l. omnes.* quæ est contra, cum suis concor. Accursius.

a Personale priuilegium rei, non transit ad fideiussorem.

fit, nec inuitus in ius vocari[a] possit: tamen nisi res boni viri arbitratu defendatur, fideiussores[b] tenentur.

Definitiua lata contra contumacem : extinguit actionem competentem ob rem non defensam, nisi super ea prius lis fuerit contestata. Item quocumque modo desinat actio competere, vel lis fuerit terminata stipulatio ob rem non defensam finitur. B.

XXII. VLPIANVS *libro septimo Disputationum.*

CVm quærebatur, si interposita iudicatum solui stipulatione, cum quis rem non defenderet[c], postea ex eremodicio † [d] sententiam esset passus. in ob rem iudicatam clausula committatur: † dicebam vnam † clausulam[e] in stipulatione iudicatum[f] solui, & ob rem non defensam, & ob rem iudicatá in se habere. Cum igitur iudicatú solui stipulatio vna claudatur clausula[g], siue res iudicetur, siue res non defendatur: merito quæritur, si altera causa committatu.[h], an ex altera rursum committi possit. Ecce[i] enim si quis stipuletur, *Si nauis ex Asia venerit*, aut* *si Titius consul fuerit:* constat,[k] siue nauis prior venerit, siue Titius consul antè factus sit, committi stipulationem. Sed vbi commissa est[l] ex altriore causa ex altera, licet existat conditio. amplius non committitur. altera causa[m] enim nõ vtraque[n] inhæret stipulationi.[o] Proinde videndum, stipulationi[p]. Proinde videndum, stipulatio ob rem non defensam vtrum commissa est re non defensa:[p] an non prius creditur commissa, nisi ex stipulatione[q] lis fuerit contestata. quod magis est.[r] & ideo nec fideiussoribus videtur statim dies cedere, vbi res cœperat † non defendi. Proinde si fortè lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, vel solutione, vel transactione, vel acceptilatione, vel quo alio modo : consequenter placuit euanescere ob rem non defensam clausulam[f].

Mutatio actionis, vel rei impedit stipulationem iudicatum solui committi. Bart.

1. ¶ Si fuero à fideiussore procuratoris[t] stipulatus iudicatum solui, quasi in rem acturus, & postea in personam egero, vel alia actione[u] acturus, aliam autem dictauero actionem[x] : non committitur stipulatio: quia de alia actum videtur, de alia stipulatio interposita est.

Licet facta fuerit solutio pro

¶Quid eremodicium, vide Erasm. chil. i. cēt. 5. pro. 80.
† Subaudi ad interesse. Bar.
† id est hanc verborum cōceptionem, iudicatum solui

* Perperam in editione Tau. scribitur minoribus literis, cum sit de stipulationis formula.

CVm quærebatur] hęc lex notabilis in quinque partes diuiditur. Primo dicit vnam quæstionem. Secundo ostendit dubiũ quæstionis. Tertio facit vnam allegationem in quæstione. Quarto quæstionem determinat. Quinto ponit vnã nouam quæstionem. Secunda ibi dicebam. Tertia ibi, ecce enim. Quarta ibi, proinde videndum. Quinta ibi, proinde & si forte. vsque ad §. fin. Casus autem in terminis talis est: Conueniebam te in iudicio super certa summa pecuniæ quam mihi debebas : vel pro aliquo fundo mihi restituendo: tu satisdedisti iudicatum solui: in qua satisdatione continetur clausula de defendendo. tu non defendebas nec quisquam pro te comparebat in iudicio. iudex te pro contumacia condemnauit. Nunc quæritur vtrum stipulatio ob rem non defensam sit commissa, attento quòd es condemnatus, & hæc est prima pars legis quæ ponit quæstionem. vsque ibi. Dicebam. & ponit iuriscon. dubium istius quæstionis, dicens quòd ista stipulatio iudi. sol. habet in se vnam clausulá quę duo cõtinet, scilicet interesse ob rẽ non defensam: & aliam, rem iudicatam solui debere. cum ergo ista stipulatio, claudatur vna clausula: vt siue res iudicetur, siue non defendatur: quęritur vtrum si vna clausula committatur, possit nihilo minus altera etiam committi. vsque ibi, Ecce enim. vbi facit iuriscon. vnam allegationem per quam vult probare quòd vna clausula stipulationis commissa, non possit iterum altera committi & dicit: Si quis promisit centum alicui sub alternatiua conditione scilicet si nauis ex Asia venerit, vel Titius consul factus fuerit; siue nauis prior venerit, siue Titius prior consul factus fuerit : conditio est impleta. sed quando est impleta conditio ex priori clausula, nõ potest amplius ex posteriore committi, vsque ibi, Proinde vidẽdum. ibi ponitur quarta pars istius legis: in qua determinatur quæstio, dicendo, quòd si commissa fuerit stipulatio ob rem non defensam, & postea reus condemnatus fuerit: stipulatio ob rem non defensam euanescit, nisi super stipulatione ob rem non defensam fuerit prius lis contestata: ideo fideiussores non statim tenentur licet res non defendatur. quapropter si postea lis fuerit finita solutione, vel transactione, vel acceptilatione, vel quocunque modo: stipulatio de re nõ defensa euanescit. h. d. & est difficilis lex: tamen pulchrum habet casum, in quo ponendo consumptus est labor vnius diei, [SI FVERO.] Agebam contra te rei vindi. ad fundum quendam: exegi à te satisdationem iudicatum solui. postea mutata voluntate egi actione personali contra te ad c. aureos quos te dicebam mihi debere ex causa venditionis certarum mercium. quæritur si fueris condemnatus, aut si non defendaris : vtrum committatur stipulatio iudi. solui? Respon. quod non: quia de alia re egi, & de alia estinterposita stipulatio: & sic nihil ad rhombum. Fran.

c ¶ *Non defenderet.* lite contestata, aliàs non posset dari definitiua: quod hic fuit.

d ¶ *Ex eremodicio.* Ergo[a] erat lis conte. *vt C. de iudi. l. properandum. §. j. & ij.* Accur.

a Eremodiciũ præsupponit litem contestatam.

e ¶ *Clausulam.* scilicet iudicatum solui. Accur.

f ¶ *Iudicatum.* & tertiam: *vt s. eo. l. iudicatum solui.*

g ¶ *Clausula.* i. committatur: *vt s. l. iam tamen. §. in hac.* 2. Vel dic, id est contineatur quo ad verbũ, sed quo ad intellectũ sunt tres *vt s. eo. l. iudicatum solui.* quæ est contra in hoc. Accursius.

h ¶ *Committatur.* scilicet ob rem non defensam.

i ¶ *Ecce* adducit simile quòd non committatur pluries.

† cœperit.

k ¶ *Constat.* vt s. *de ver. obli. l. si quis ita stipulatus. §. et si sc. in Glo. fin.*

l ¶ *Commissa est.* hoc referunt quidam ad vtrumque casum. Sed videtur tantum ad proximum.

m *Causa.* id est conditio.

n *Non vtraque* coniunctim.

o ¶ *Stipulationi.* sic & hic in quęst. quam non soluit: *vt sup. l. iam tamen §. in hac.* Sed cõtra. *C. de secund. nup. Authen. sed si quis.* Solu. ibi:[b] non ex pacto, sed ex lege succedit. Item contra. *j. tit. j. l. si procurator & supra tit. j. l. non quasi. §. si quis curator.* Sed hic totũ[c] interesse consecutus erat, ibi non.

b Hoc est ibi sed primum obligatio cõmittitur à lege non ex pacto.
c Stipulatio cõmissa ad totale interesse amplius committi non potest: secus si esset commissa ad interesse particulare.

p ¶ *Non defensa.* ante iudicium, vel postea ante sententiam latam in principali. R.

q ¶ *Ex stipulatione.* non ista ob rem non defensam : sed ex ea stipulatione propter quam iudiciũ sperabatur cum iudicatum solui satisdaretur. R. Sed secundùm hoc contestatio non posset fieri nisi contra reum: quia ille solus tenetur ex ea stipu. & ille non defenditur. Quare dicas lit. conte. ex stipu. iudi. solui pro clausula, quia nõ defenditur: & sic continget quòd cõditio impletur ipsa contestatione litis, & acquisiuit actor ius: vt & aliàs. *s. de verbor. obli. l. si Titius.*

r ¶ *Quod magis est.* vt[d] committatur lit. conte. ad interesse: quia non defendit in proposita quæstione quando ex eremodicio fuit damnatus quia præualet rei iudicatæ clausula : *vt arg. j. ea. l. in fi.* aliàs autem si re nõ defensa nõ sequatur sententia, committitur stipulatio etiam ante lit. contesta. ad interesse: quia nõ defendit. 2. Vel verius semper ante committitur: *vt s. iam tamen. §. in hac.* *s. hac l.* Sed in casu prædicto quando ex eremodicio est damnatus, creditur non commissa, nisi fiat lit. contest. in ea: *vt hic. & facit. s. de verb. oblig. l. si insulam.*

d v. Bar. hic num. 2.

f ¶ *Clausulam.* facit. *s. tit. j. l. non quasi. §. generaliter.*

t ¶ *Procuratoris.* rei. Accur.

u ¶ *Actione.* personali.

x ¶ *Dictauero actionem.* non tamen de eadem re : aliàs esset contra. *s. de except. rei iudi. l. de eadem re.* 2. Vel si de eadem re agit tamen ex alia causa: ne sit contra. *s.*[e] *de excep. rei iudi. l. eg. & an eadem §. actiones.* Quomodo autem hic libellus fuerit mutatus seu cumulatus : dic *vt no. C. de eden. l. edita. & facit. j. de adul. l. denunciasse. §. quid tamen. & si mensor fal. mo. dixer. j. §. ideo.*

e Actionis mutatio nihil nocet agenti.

SI ex duobus.] CASVS. Conueniebam te certa actione tu satisdedisti iudicatũ solui, datis duobus fideiussoribus. nõ defenderis. quapropter cõmissa est stipulatio ob rẽ nõ defensam. vnus fideiussorũ tuorũ soluit partẽ suam. Nunc quæritur vtrum nihilo minus

minus alter fideiussor recte defendere possit? Rn. q sic. sed an ille qui soluit, possit repetere? Dicitur quod non, quia stipulatio pro parte sua extincta ac si accepto latum esset. [QVOTIENS.] Titius conueniebat Mæuium aliqua actione: exegit ab eo satisda. iudi. sol. non est defensus Mæuius. Titius actor vult conuenire fideiussores ob stipulationē commissam rei non defensæ. fideiussores dicunt Titio: nos sumus contenti soluere: tamen nos petimus quòd absoluas Mæuiū à priore iudicio: quia si solueremus, & reus nō esset absolutus à priore iudicio, nos nō possemus quicquā ab eo consequi actione mandati pro eo quod fideiussimus pro ipso aut si vellemus aliquid consequi, cogeremur reū defendere in primo iudicio: & sic essemus multum grauati. quæritur vtrū petitio ista fideiussorum sit iusta? Respon. quòd sic. Glos. ponit casum. l. seq. Fra. Accursius.

a ¶ *Partem suam*. Immo & in solidum cōmittitur stipulatio. Et si voluissem in solidū agere, potuissem: vt]. eod. l. ex clausula. Sed hic parte sua fuit contentus. 2. Vel hic interesserunt fideiussores singuli pro parte virili. 3. Vel dic in solidum, sed[a] hic imploratur epistolæ remedium: *vt C. de constit. pecu. l. fi.* & ita potest intelligi quod est]. e. l. ex *iudicatum & l. fi.*

† Vide Erasmi Chil. ... Comprobare ... scitum nomine meo ... notitiam peruenit, neque contradico ... contradicere videor ... Bart. ... §. pena ... de ... agno.

Quòd enim[a] tutiore loco sit qui cōtrahit[b], de rato solet stipulari. 1. ¶ Rem haberi ratam hoc est comprobare[c] agnoscereque quod actum est à falso procuratore[d].

Si dominus ratū habet statim quod sit actum suo nomine vel gestum, vel post modicū interuallum, quod iudicis arbitrio relinquitur: ista stipulatio non committitur: si verò ex interuallo: tunc commissa soluitur ope exceptionis. P.

2. ¶ Iulianus[e] ait interesse quādo dominus ratam habere debeat solutionem in procuratorem factam: an tunc demum cum primum certior factus esset[f]. Hoc autem[g] ἐν πλάτει † accipiendum[h], & cum quodam spatio temporis nec minimo, nec maximo: & quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi possit. Quid ergo si quid primò ratum non habuit, postea habebit ratū? Nihilo magis[i] proficere ad impediendam actionem suam, & ob id quod primo non habuit ratū, actionē saluā habere ait. ideoq; si quod procuratori fuerat solutū, exegerit[k]: agi perinde ex ea stipulatione poterit[l], ac si ratum habere se postea non dixisset. Sed ego puto exceptionē * doli mali eū[m] habiturum[n].

* Flo. exceptionem doli mali locum habituram.

Qualitercunque quis impugnet factum falsi procuratoris: facit hanc stipulationem committi. Pau.

3. ¶ Siue quis[o] petat, siue compensatione vtatur[p]: committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio. Nam qualiter[q] quis eundem actum retractet qui à procuratore actus est, cōmitti stipulationem oportet.

Ista stipulatio committitur ad interesse consistens etiam in lucro. Pau.

XIII. PAVLVS *libro septuagesimosexto ad Edictum.*

Si commissa † est[r] stipulatio ratam rem dominum habiturum: in tantum cōpetit, in quantum mea interfuit[s]: id est, quantum mihi abest, quātúmq; lucrari[t] potui. 1. ¶ Si sine iudice[u] procuratori[x] legatum[y] soluatur, cauere debere Pomponius ait.

A te videor petere si peto ab alio qui soluendo cōtra te habet regressum: puta à correo, socio, vel fideiussore. ideo facio committi stipulationem hanc ac si à te peterem. Pau.

XIIII. IDEM *libro tertio ad Plautium.*

Si quis[z] vni ex reis[a] promiserit rem ratam dominum habiturum, aut amplius[b] eam nō peti[c]: dicēdum est stipulationem committi[d], si ab eo petatur qui eiusdem obligationis † socius est[e].

† Correi socij intelliguntur, eiusdem obligationis socij: quisque omne commodum & incommodum commune habens inter se obligationis.

Petitio iudicialis cum contestatione ...

i ¶ *Nihilo magis.* id est non ideo magis, id est si primo dominus ratum non habuerit quod procurator fecerat: licet postea ratum habeat: tamen nihil prodest illa ratihabitio ad impediendam seu tollendam actionem quam ipse dominus cœperit saluam habere cōtra debitorē ob id quòd primo ratum non habuit, ei tamē iterum agenti obstabit except. do. mali, vel aliter. Secunda ratihabitio nihil proficit ad impediēdū act. ex stipulatu, quam debitor stipulat' de rato cœpit habere cōtra procuratorem ob quòd dominus primo ratum non habuit: licet except. doli mali debitor agens remoueatur: *vt hic dicitur. & supra eo. l. procurator. §. si procurator.* Io.

k ¶ *Exegerit.* dominus à procuratore sponte soluente, cum non tenebatur ex quo primo dominus non habuit ratum: ex hoc autē quod modo acceperit, ratum habere videatur, 2. Alij dicunt, exegerit à debitore. quod non placet: licet possit saluari si dicas, sed ego &c. non ad proximum, sed superius dictum referri.

l ¶ *Poterit.* de rigore.

m ¶ *Eum.* scilicet, dominum, eundémque creditorem, secūdum primum. Vel eum scilicet debitorem ex stip. de rato agentē. Sed secundum vtrunque est contra. *ʒ. de sol. l. dispensatorem.* Sol. non[d] potest habere ratū postea, vt act. nego. gest. habeat: vt ibi. potest tamen habere ratum vt procurator se per exceptionē defendat secundum vnum casum: vel debitor secundū alium. vel hic spōte soluit procurator: vnde oritur hic doli exceptio: ibi autem nō possum modo habere ratum vt ab eo inuito extorqueam[f]: & sic nulli nascetur doli exceptio ex quo iam non habueram ratū. Itē dic habere locum exceptionem, si nec stipulationis nec litis sūptuum nomine interfuit, secundum R.

d Ratum habere, non proficimus ad actionem id si semel reprobauimus. ad exceptionem possumus.

n ¶ *Habiturum.* si habes repellendum, bene stat Glo. aliàs habiturum. & tunc dic. id est debitorem secūdum primum. vel id est procuratorem secundùm secundum.

o ¶ *Siue quis.* dominus.

p ¶ *Vtatur.* contra debitorem agentem contra se ex alia causa

q ¶ *Nam qualiter.* aliàs qualitercunque: *vt ʒ. eo. l. non tantum. & l. amplius.*

S*I commissa.*] CASVS. Debebam x. Titio solui falso procuratori eius, & promisit de rato procurator. tandem Titius egit cōtra me ad illa x. dicitur quòd agam ex stipul. de rato contra procura. ad interesse quod habeo eo quòd Titius non habuit ratum. [SI SINE.] Heres institutus grauatus dare legatum Titio, puta decem: nunc vult soluere cuidam nomine Titij, tanquam procuratori vitij dicitur q de bet exigere cautionē de rato. Franc. Accursius.

r ¶ *Si commissa est.* debitori contra procuratorem actoris.

s ¶ *Interfuit.* vel quia soluit: vel litis sūptus sustinuit.

t ¶ *Lucrari.* si non fuissem coactus stare iuri. R. Vel si ratum esset habitū. Ir. *ad quod est ʒ. eod. l. procurator. §. in fi. & j. eo. l. in stipulatione. & l. si sine. §. cum autem.* Item ad hoc quòd venit lucrū, *facit ʒ. de eo quod cer. lo. l. j. §. fi. & ʒ. loc. l. si fundus. & quod no. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. j. in fi.* Sed ar. contra. [b] *ʒ. de act. empt. l. si sterilis. §. cu per venditorem.* ADDITIO. Dic, quòd ibi petitur interesse propter non factum: hic propter male factum. male enim fecit agere tanquam procurator, cū non esset ita no. secundum Guil. de cu. ibi: quem sequitur Barto. hic.

† Interesse est damnum emergens, & lucrum cessans

b Fit quod interest appellatione lucri non venit si agitur propter non factum ... propter male factum. Male enim facere videtur qui ... procurator non fit, alieno tamen nomine agit.

u ¶ *Si sine iudice.* vel etiam cum iudice: *vt ʒ. eod. l. non solū. & ʒ. de procura. l. Pomponius. §. j.* sed quando sine iudice, magis dubitatur.

x ¶ *Procuratori.* de quo tamen dubium erat.

y ¶ *Legatum.* scilicet domino relictum.

S*I quis.*] CASVS. Duo erant rei debendi, qui promiserant mihi decem, nunc Titius nomine meo agens contra vnum reorū, exigit ab eo, & promisit habere ratam illam exact. si ego ago cōtra alium correum, dicitur quòd committitur stipulatio contra procura. hoc est verum, si isti rei sint socij. Franc. Accur.

z ¶ *Si quis.* procurator actoris.

a ¶ *Ex reis.* debendi.

b ¶ *Aut amplius.* alio tēpore committitur vna, alio alia; *vt ʒ. proxi. & ʒ. l. quo enim. §. j.*

c ¶ *Non peti.* verba stipulationis.

c Stipulationis rati, & nō peti similitudo & differētia.

d ¶ *Committi.* contra procuratorem.

e ¶ *Socius est.* aliud si socius nō esset. quod dic *vt ʒ. l. j. & facit ʒ. de duo. re. eandem. §. j. in fi. & de arbi. l. si duo.* 2. Itē secus si ab vno herē. stipulatoris petatur de rato: quia nec socij sunt, & potest diuidis: *vt ʒ. de verb. obli. l. eadem. §. Cato. in fi. quæ est contra.* Azo.

A*Mplius*] CASVS. Titius nomine meo petiit à te c. & promisit eo quòd ego amplius non peterem. quæritur quando committatur hæc stipulatio cōtra Titium? Respon. Labeo. si ego dominus petā in iudicio: non aliàs. sed auctor legis clarius dicit: quia si peto: si modò non contester litem, non committitur stipulatio. hoc enim casu nō peto, sed petere volo. sed si sum litē contestatus. vel si petij sine iudice, & habeam: vel dum aliquid ei debeam, & petat à me, & ego obiiciam ei cōpensat. de his c. videor petere: & sic committitur stipulatio prædicta contra procur. & quòd his casibus committatur stipulatio prædicta, probat per simile. nam heres à testatore grauatus ne petat à debitore heredi. debitum quod debebat testatori: si aliquod de prædictis faciat, videtur petere, & venire contra testamentum.

Amplius

a ¶ *Amplius non peti* id est petendum, & cum dixit verbum, melius dixisset orationem.
b ¶ *Accipiebat.* obscure tamen. Accur.
c ¶ *Iudicium.* id est lis contestata.
d ¶ *Non committi.* Tardius ergo hæc stipulatio amplius non peti, committitur: quàm illa rem ra. ha. quæ statim committitur vbi quis ratum nõ habet: vt s. eo *procurator* §. *si quis.* & *leg. quo enim.* §. *fi.* Item si dicam quãdocunque à me petieris, tibi dabo x. alias si non dedero x promitto xx. committo pœnam statim cum petis etiam extra judiciũ. *argu. s. de verb. oblig. si x. cum petiero.* Item ad hoc s. *de in ius voc. leg. quamuis* & *de test. leg. si is qui.* ¶ Sed cõtra. C. *de transac. l. si quis maior.* Solu vt ibi. Item arg. contra s. *de solu. l. dum mihi* §. j. & *de inoffi. test. Papinianus* §. *meminisse.* & *de bon. l. l. in seruitutem.* & *leg. qui cum maior.* §. *accusasse.* & C. *de his quibus vt indig. alia.* quibus dicitur etiam post li. contes. licere desistere. Itẽ ar. cõtra s. *de verb. obl. l. stipulatio ista* §. *sed quatenus.* vbi qualisqualis controuersia sufficit in stipulatione habere licere. ADDITIO. Dic secundum Bart. quod aliud est in stipulatione habere licere: vt ibi. aliud in stipulatione amplius non peti: vt hic.
e ¶ *Compensatione*, & sic propter verba & propter actum cõmittitur: *vt hic.* & s. *eo. l. quo enim. in fi.* & sic e contra deficit propter vtrunque: *vt ar. s. e. l. non tantum.*
f ¶ *Amplius non peti.* stipulationem horũ verborum, & f. *cit. s. e. l. quo enim* §. *si quã iter stipulatio concipiatur. &. bes j. e. l. procurator. in fi.*

ne vel cum solutione subsecuta facit hunc stipulationem committi de amplius non petendo. idem in compensatione vel deductione, quæ dicitur ficta solutio: secus si nullum istorum adest. P. de C.

XV. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

AMplius non peti[a] verbum Labeo ita accipiebat[b], si iudicio petitum esset. Si autem cum vocauerit, & satisiudicio sistendi causa acceperit, iudicium[c] tamen non fuerit ego puto non committi[d] stipulationem *amplius non peti.* hic enim non petit, sed pete vult si verò soluta esset pecunia, licet sine iudicio, committitur stipulatio. nam & siquis aduersus petentem compensatione[e] deductionéve vsus sit: rectè dictum est petisse cum videri & stipulationem committi amplius non peti[f]. nam & heres qui damnatus[est[g]] non petere, si hominum quicquam fecisset[h], ex testamento tenetur.

Si soluitur indebitum falso procuratori statim potest agi ex hac stipulatione, vt vel restituat, vel faciat dominũ ratificare. vt ab eo repeti possit. Pau.

XVI. POMPONIVS *libro tertio ex Plau.*

SI indebitum procuratori solutum sit[i], agi[k] statim ex hac stipulatione[l] aduersus procuratorẽ potest vt ratũ habeat dominus: vt possit dignosci[m*], vtrúmne domino condici debeat id quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an verò procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habet[n].

Factum eius qui causam habet à me censetur factum meum. Pau.

1. ¶ Si procurator fundum petisset & cauisset, vt ad solet, ratã rem dominum habiturum[o]: deinde dominus postea eundem fundum[p] vendidisset, cúmque emptor peteret[q]: stipulationem ratam rem haberi committi[r] Iulianus scribit[f].

Ratihabitio potest fieri pro parte super re diuisibili: & tunc pro illa tantum impedit stipulationem committi: & in alternatiua si electio pertinet ad creditorem, & aliquis eius nomine petat partem vnius ex alternatiuis, deinde ratificetur petio: censetur illa res electa: vt sic altera pars debeat peti: non autem altera res. Pau.

XVII. MARCELLVS *libro vicesimoprimo Digestorum.*

CVm[t] debitore[u] decem[x] creditoris nomine Titius[y] egit partem petitionis ratam habuit dominus[z], dicendum est obligationis partem consumptam[a]: quemadmodum[b] si decem stipulatus[c] esset, aut[d] exegisset[e], creditórque non totum, sed partem[f] gestæ rei comprobasset. idcirco[g] si ex stipulatu[h] *Decem, aut Stichum vtrum ego voluero*: absente me Titius domino quinque petisset: in secuta ratihabitione rectè actum videri[i].

Stipulatio quæ ad particulare interesse committitur, potest sæpius committi. Bartolus.

g ¶ *Damnatus est.* in testamento.
h ¶ *Fecisset.* compensauit, vel deduxit.

SI indebitum.] CASVS Credens te mihi teneri ad c. soluisti Titio accipienti nomine meo. Et promisit quod istam solutionẽ habebo ratam, tandem vidisti quod nihil mihi debueras: & sic indebitũ solutum vis cõdicere cond. indeb. quæritur à quo condicas? & dicitur quod si habeo ratã solutionẽ factam Titio: tunc à me condices. si non habeo ratã tunc à Titio cõdices, poteris igitur agere contra Titiũ ex stipula. de rato: vt faciat me habere ratũ. & si faciat, tunc teneor cond. inde. sed si non, tunc ipse tenetur. [SI PROCVRATOR.] Falsus procurator domine meo petiit fundum à te, & promisit de rato. tandem succubuit. postea istum fundum vendidi alij: & induxi emptorem in poss. licet non vacuam, tandem emptor rei vendi. petiit à te fundum, dicitur quod stipulatio de rato committitur contra falsum procuratorem. Fr. Acc.
i ¶ *Sit.* sine iudice.
k ¶ *Agi.* aliàs est, an agi &c. aliàs deest an.
l ¶ *Ex ea stipulatione.* promisit enim quod faceret dominum rem ratam habere.
m ¶ *Dignosci.* sic s. *si quis cau. l. fœnum.* ¶ Et no. quod quidã libri habẽt, vt possit dignosci vtrúmne domino &c. Alij, vt possit domino condici: sed vtrúmne domino &c. & vtrunque est bonum.
n ¶ *Non habeat.* & certe sic est dicendum: & hoc si habuisti an. aliàs plana est: & facit s. *de condic. indebit. leg. si procurator.* & *de neg. gest. si pupilli* §. *item quæritur.*

o ¶ *Habiturum.* & succubuit tandem.
p ¶ *Fundum.* & induxit in possessionem, licet non vacuam: *vt supra de suo. do. l. si iudicem.* & ibi notaui.
q ¶ *Peteret.* rei vindicatione.
r ¶ *Committi.* Quid si vendiderit antequam certior fieret de facto procur. Nam etsi ratum postea habet: non tamen videtur nocere ei cui prius tradidit. Vnde videtur tenere proc. falsus: nisi dicas retrotrahi ratihabitionẽ. ¶ Item quid si vendidit dominus tantũ etiam latã inter procuratorẽ & eũ à quo petebat: videtur idem. b.
f ¶ *Iuli. nus scribit.* nihil enim interest, ipse petat siue alius pro eo. quia vtrobique non habet ratum quod est gestum, ad quod est *supra de v. o. oblig. l. si i. l. c. inum.* §. *j. & l. is de cuique fiet* &c.

CVm debitore.] CASVS. Dicit primo mutuaueram tibi x. tandem falsus procurator nomine meo egit cõtra te ad illa x. & promisit me habere ratũ. tandem habeo ratum in v. non in aliis v. dicitur quòd pars obligationis consumpta est per meã ratihationẽ. Idem est si ista x. animo nouãdi stipulatus est meus procurator. & postea x. exegit, & promisit me ratũ habiturũ. Nam si habeo ratũ in v. tantum pars oblig. consumpta est. Tertio, promisisti mihi Stichũ aut x. quod volã, absente me Titius tanquã meus procurator exegit à te v. & promisit me ratum habiturum, dicitur quod si habeo ratum: extincta est obligatio in v. Fr. Acc.
t ¶ *Cum.* Tres sunt casus pares. Primus, quãdo procurator falsus egit, & in totum succubuit. Alter, quãdo animo nouandi totum debitum domini stipulatus est. Tertius est, quãdo totum debitũ domini exegit, & in omnibus promisit debitori de rato: & dominus habuit tantum ratum pro parte. Accur.
u ¶ *Debitore.* i. cum eo qui debebat x. animo nouandi.
x ¶ *Decem.* genitiui casus, ac si diceret, cũ debitore libri, vel fundi.
y ¶ *Titius.* vt si procurator sine mandato.
z ¶ *Dominus.* aliam petiit in iure à debitore.
a ¶ *Consumptam.* scilicet quam ratam habuit.
b ¶ *Quemadmodum.* scilicet pars obligationis consumitur.
c ¶ *Stipulatus.* domino debito animo nouandi.
d ¶ *Aut.* & vel exegisset extra ius: vt differat à præcedenti casu.
e ¶ *Exegisset.* scilicet procurator.
f ¶ *Partem rei.* nouationis, vel exactionis.
g ¶ *Idcirco.* quia eadem debet esse ratio totius ad partem, nam ex toto erit facta electio.
h ¶ *Ex stipulatu.* id est ex ea stipulatione qua fuit stipulatus decem, aut Stichum.
i ¶ *Videri.* & electis v. nõ debebitur Stichus, sed alia. *vt supra de condic. ind. l. si non sortem* §. *fin.* & *de leg. j. si ex toto* §. *fina.* quæ sunt contra. Erat enim hic electio stipulatoris: *vt supra de procur. l. si u.* & *de verb. oblig. l. si quis stipulatus.* Item ad l. istam est simile *supra re. amot. l. de rebus.* Sed ar. cõtra *supra de adm. tu. l. cum quæritur.* & *de procur. in causæ, in princip.* ADDITIO. Dic quod ibi loquitur in vero procuratore: hic in falso. 2. Vel dic quòd non potest pro parte ratum haberi procuratore inuito: vt l. contraria. sed eo volente, &

a Stipulatio amplius non peti & rem ratam haberi differentia. b Stipulatio ... committitur. c Petere an fit extra iudicium. ¶ Compensatio dicitur petitio. d Ibi libertus tenetur nõvo ... e Ibi promissum de non controuertẽdo. f Ibi ignoratis item committitur cũ falsus procurator ... g Ibi de pœna legali ...

a Ratihabitio retrotrahitur ... Odofredo, Raymundo & Gulielmo, & Bartolo displicet. b Quod in suggestum ... c Patili sunt petere, & vt alius petat nõ ... nomine.

d Ratihabitio gestum per procuratorẽ inuitum pro parte non potest ... Pro parte ratum haberi non potest gestum à vero procuratore.

te, & ad eius commodum sic, vt hic secundum Bar.

Si procurator.] CASVS. Titius nomine meo petijt à te c. & satisdedit de rato. postea ego decessi duobus heredibus relictis vnus corũ habet ratum quod fecit Titius, alter nõ. dicitur quod pro parte illius qui habuit ratum nõ committitur stipulatio: pro parte alterius sic. Secundo dicit idem esse si ego dominus pro parte habui ratum quod fecit Titius: putà in l. pro parte non putà in alia l. nam in parte quam non habui ratã committitur stipulatio, in alia non. Ratio vtriusq; dicti est: quia hæc stipulatio de rato competit ad interesse eius in eo quod habui ratum. & colligitur ex dicta ratione solutio talis quæstionis, scilicet an hæc stipulatio rati possit pluries cõmitti: putà cœpi agere ego dominus vocãdo te in ius: & ex hoc te pati damnũ cõstet. secundo litẽ sum contestatus contra te: & interest tua propter aduocatum vel alias expensas: & respondeo pluries committi, & pluries agi cum mea interest si sim stipulatus à Titio procuratore. & ad hoc adducit simile de stipula. dam. infect. si promisisti emẽdare damnũ quod dabitur ex domo tua ruinosa vsque ad x. an nos. nam pro damno quod mihi dat in primo anno, statim agã: & sic de cæteris. si autem diceres tunc demum me posse agere, cum certum sit me amodo damnum ex illa domo non passurum, & tunc committatur stipulatio dãni infec. & non ante: forte hoc eueniet post x. annos. Franc. Accursius.

XVIII. POMPONIVS libro vicensimosexto ad Sabinum.

SI procurator[a] ratam rem dominũ heredémve eius habiturum cauerit, & vnus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat: sine dubio committetur stipulatio pro ea parte[b] pro qua ratum nõ habebitur. quia in id cõmittitur, quod stipulatoris interest. Nam & si ipse dominus pro parte ratũ habuerit pro parte non habuerit, non vltra quam in partem cõmittetur stipulatio[c]: quia in id committitur quod interfit agentis: & ideo sæpius[d] ex ea stipulatione agi potest, prout intersit agẽtis, quod litigat, quòd cõsumit[e], quòd aduocat[f], quòd damnatus soluit[g]: sicut in stipulatione domini infecti accidere potest: vt is qui stipulatus sit, subinde agat[h]. cauet[i] enim si quid ibi ruet, scindetur: fodietur,* ædificabitur[k]. finge ergo[l] subinde[m] damnum dari, non erit dubium quin agere possit. nam si toto damno computato, tunc agendum est: propemodum[n] non antè aget quàm dies[o] stipulationis prætereierit, intra quem si damnum datum sit, stipulationi † cautum erit. quod verum non est[p].

Stipulatio de rato continet interesse sicut stipulatio, dolum non committi, quæ interponitur multotiens tam in contractibus, quàm in iudiciis. Franciscus Accursius.

committi nõ potest putà domus tota ruit. quæ damnũ mihi dedit: & sic apparet quod amplius mihi damnum dare non potest.

o ¶ *Quàm dies.* qui ponitur in stipulatione arbitrio prætoris, qui considerat intra quantum tempus potest finiri timor damni. vt s. de dam. infect. l. prætor in prin.

XIX. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

IN stipulatione qua procurator cauet ratam rem dominum habiturum: id continetur, quod intersit stipulatoris. Idémque iuris est in clausulis[q] omnibus de dolo malo.

p ¶ *Non est.* id est si concedatur quòd nõ possit agi nisi toto dã no dato quod sperabatur: non videtur esse cautum in stipulatione, nisi pars damni cõtingat medio tempore: quod falsum est.

q ¶ *In stipulatione.*] In clausulis. id est in omnibus promissionibus de dolo malo. nam[b] siue in iudicio, siue in contractu quis promittat dolũ abesse, & cõmittatur dolus: agitur ad interesse. Item ad quod supra de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. 2. Alij dicũt quòd hæc lex dicit quòd etiam in stipul. tem ra. ha. contineatur dolum malũ abesse: pro quibus est infra eodem. l. si fine §. si in stipulatione. Item facit supra de re iudic. l. si quis ab alio §. fina. & de ope. libert. l. qui libertinus §. & cum non solum. Accursius.

Procurator de cuius mandato dubitatur, cauet de rato etiam cum implorat iudicis officium nobile. Pau.

XX. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

NOn solũ in actionibus quas procurator intendit, verum in stipulationibus quoque quas interponi desiderat, si vice[r]* repræsentat actionum, cauere eum de rato oportet, quare si duplæ stipulationem[s] procurator interponat[t]: de rato cauere debet. Sed & si damni infecti stipulatio à procuratore interponatur[u], de rato debet procurator cauere.

Cautio de rato non interponitur cum est certum de mandato: secus in cautione iudicatum solui. Bar.

XXI. IDEM libro primo Opinionum.

NE satisdatio ratam rem dominum habiturum exigatur[x] in his[y] quę nomine eius[z] ageret: qui[a] eum[b] se fecisse procuratorem libello principi dato professus est, prodest[c]. Quod[d] si iudicatum solui satis ab eo procuratore postuletur: necesse

Non solum.] CASVS. Si procurator meus agat aliqua act. contra te nomine meo, & dubitetur an sit procurator, debet cauere de rato. Idẽ si petat sibi nomine meo satisdari, putà de euict. vel de dãno infe. & dubitetur an sit meus procurator. nã satisdabit de rato. Fr.

r ¶ *Si vicem.* id[c] est si prætoriæ sunt: vt s. de act. & oblig. l. actionis verbo. & de præto. stipul. l. j. §. j.

s ¶ *Stipulationem.* de euictione: vt supra de euict. l. emptori. & supra de præto. stipul. l. j. §. stipulatio duplæ. Accursius.

t ¶ *Interponat.* i. interponi desideret. ad quod supra de procu. l. Pomponius. §. si stipulentur.

u ¶ *Interponatur.* id est interponi petatur.

Ne satisdatio.] CASVS. Si Titius agat contra te ad c. possum eum releuare à satisda. de rato: vt si mittã libellum seu epistolam principi, dicendo in ea epistola qualiter feci eum meum procuratorem. Secũdo dicit quòd procurator rei debet satisdare iudicatum solui, nec per talem epistolam de qua diti s. releuatur à satisdatione. Franc.

x ¶ *Exigatur.* à procuratore actoris.

y ¶ *In his.* id est pro his.

z ¶ *Eius.* scilicet domini.

a ¶ *Qui.* vel hic puncta.

b ¶ *Eum* scilicet dominum. Accu.

c ¶ *Prodest.* Si enim habeas qui eum, &c. dic scilicet ille dominus qui sic professus est: scilicet se fecisse eum procuratorẽ per libellum, vel per epistolam principi datam, sub quo erat lis. Idem[d] si detur alij iudici sub quo est lis. vt supra de procura. l. si procurator. prodest, dominus scilicet procuratori, scilicet tali professione: vt iam non satisdet de rato. 2. Alij habent, quòd cum, &c. & est idem sensus. & facit supra de procur. l. si procuratorem. & quod ibi dixi, & C. de satisda. l. j. in prin.

d ¶ *Quod.* pro sed. Et dic quòd mutat casum. nam s. in procura. actoris: hic rei. 2. Vel dic in eodem: & dices loqui vt idem procurator rei satisdet rato, & de iudicato: vt ab vna possit euadere taliter per professionem domini: ab alia non.

a ¶ *Si procurator.* sine mandato.

b ¶ *Pro ea parte* i. pro parte qua heres est qui ratum non habet.

c ¶ *Stipulatio.* vt s. i. prox. ¶ Sed contra[a] s. de verb. obli. l. eadem. §. Cato. in fi. §. Sol. s. pro parte non habet ratum, cũ ipse promisetit: hic procur. promisit. Mar. 2. Vel forte tale erat negotiũ quod pro parte poterat haberi ratum ab herede, non à defuncto: vt s. de lega. j. l. legatarius. 3. Vel hic non fuit pœna promissa: ibi sic. Item contra s. si quis caut. l. si eum §. si plurium. Sol. vt ibi.

d ¶ *Et ideo sæpius.* sic s. rem pup. sal. to. l. non quaq. §. si quis curator. Sed contra[b] s. de arbi. l. si duo §. si. Sed ibi in meras[c] pœna: hic in interesse. Item contra supra titu. j. cum quis eleã tur. Sol. ibi totum consequitur agendo semel: vnde amplius non agit: hic autem non. vt hic. Item facit sup. à si cui plus quam per le. Fal. l. nisi §. quæsitum. & de verb. ob. l. si sic stipulatus.

e ¶ *Consumit.* in sumptibus litis: vt supra eo procuratore §. si. Accursius.

f ¶ *Aduocat.* id est[c] quod aduocatis ministrat. 2. Vel[e] dic quod auocat se à suis negotiis: vt supra eo. l. si commissa. §. fi. & quemadmodum testa. ape. l. si quis ex.

g ¶ *Soluit.* id ipsum qd debebat: vt & s. e. l. procurator quinquaginta.

h ¶ *Agat.* i. statim cum cõmissa est stipulatio, vel damnum datum est: & sic sæpius. 2. Vel dic, iterum & iterum.

i ¶ *Cauet.* per hãc stipulationem de his quę sequũtur, vt pro omnibus possit committi: vt hic & suprà de dam. infec. l. damni infecti.

k ¶ *Aedificabitur.* ex quibus habebam damnum. Accur.

l ¶ *Ergo.* aliàs eo. i. ex eo ędificio ex quo interposita est stipulatio.

m ¶ *Subinde.* i. sæpius, vel statim. 2. Vel dic postea quam semel. Acc.

n ¶ *Propemodum.* i. fere. nam quandoque posset esse quòd etiam antè ageretur. putà si manifestum esset antequã stipulatio amplius

a Ratum habere pro parte, an & quãdo possit id quod gestum fuit a procuratore.

b Stipulatio semel cõmissa, rursum cõmitti non potest. d. l. si sue. nisi ad particulare interesse. adde ad leg.

c Fit quod interest & non ex pœna diserentes.

d Sumptus factos cum aduocatis sæpius posse per negotiorum gestorem hinc colligitur.

e Aduocare quid sit. Accursius hic non adsequitur. Dicitur aduocare his cõsilium petere significare. vnde & aduocare, quam vulgo consultationem dicimus.

* fodietur.

† stipulatori.

a Clausula & promissione.

b Dolo malo in quocũque contractu siue iudicatio, siue extra, si promittitur abesse, & committitur, agitur cõtra dolosum ad interesse.

* & vicem repræsentans.

c Vicem repræsentans actionum aliorum prætoriæ.

d Procurator constitutus apud acta non cauet. l. C. de satisdando.

Pareatur.

a ¶*Pareatur*. quod est vt nemo[a] sine satisdatione admittatur: *vt Instit. de satisda. §. si.* etiam si domini processio interueniat: *vt C. de satisda. l. j. in fin.* Sed ex parte actoris prodest: vt dictum est, nisi in duobus casibus. *vt supra de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui procuratoria. & supra ad Trebel. qui ita. §. etiam.* 2 Vel aliter vt dictum est ibi, & distingue *vt ff. de procu. l. e. non solum §. j. diximus.*

a Procurator electus nomine idoneus sine satisdatione.

aui, filij, & nepotis. Franc. Accursius.

b ¶*Si sine*. secus si cum iudice: *vt j. §. quod si procurator.*

c ¶*Procurator*. s. falsus, qui de rato promisit: 2. Vel verus, sed ad alia constitutus: *vt & supra de iureiurand. l. aliàs.*

d ¶*Instituerit*. postea quamuis non debitam.

est, vt iuri manifesto pareatur[a].

Si dominus non ratificat solutionem factam falso procuratori extra iudicium: stipulatio ista committitur, siue pecunia erat indebita, siue debita ad totum id quod fuit per procuratorem exactum: & ad expensas factas postea in lite mota per dominũ: sed si ratificat, non committitur. si tamen pecunia erat indebita repetitur à domino per condictionem indebiti si verò debita non repetitur, sed liberatio contingit. Paulus.

XXII. IVLIANVS *libro quinquagensimo sexto Digestorum.*

SI sine[b] iudice non debitã pecuniã exegerit procurator[c], & dominus ratã solutionem nõ habuerit, sed eandem pecuniam petere instituerit[d], fideiussores tenentur: & condictio[e] qua procurator teneretur si stipulatio interposita non fuisset, perimitur[f]. Quotiens enim procuratori pecunia soluitur, & dominus eam solutionem ratam non habet: existimo[g] id agi[h], vt condictio perimatur: & sola actio ei qui indebitum soluit, aduersus procuratorem ex stipulatu[i] competat. Hoc amplius præstant[k] fideiussores impẽsas quæ in iudicium[l] factæ[l] fuissent[m]. Quòd si dominus ratã habuisset, fideiussores quidem liberantur: sed ab ipso domino eadem pecunia per condictionem peti potest.[n]

1. ¶Quòd si[o] procurator debitam domino pecuniam sine iudice exegisset[p], idem iuris est[q]. Hoc secus, quòd si dominus ratam rem habuisset, nulla eius pecuniæ repetitio futura[r] est.

Si dominus non habet ratam solutionem factam falso procuratori per sententiam iudicis: si pecunia erat indebita, stipulatio ista nõ committitur de rigore: sed de æquitate. si verò debita: committitur etiam de rigore. Bartolus.

2. ¶Quòd si procurator per iudicem non debitam pecuniam exegisset: dici potest, siue ratum dominus habuisset, siue non habuisset, fideiussores non teneri: vel quia nulla res esset[s] quam dominus ratam habere possit: vel quia nihil stipulatoris interest ratum haberi.[t] adficietur ergo iniuria is qui procuratori[u] soluit. Magis tamen est vt si dominus ratum non habuerit, fideiussores teneantur[x].

e ¶*Et condictio*. indebiti, si soluens ea solutione se liberatum putauit: *vt C. de condic. inde. l. Creditor ii.* Si verò dedit vt falsus procurator faceret eũ liberari, dabitur ob causam: *vt ff. de condic. cau sa. d. l. si procuratori.* Vel si noluit in procuratorem transferre dominium, sed vt ministrum elegerit eũ: competit rei vindic. & furti, si habuit animũ furãdi, & condictione furtiua: *vt C. de fal. l. falsus.* & de qualibet illarũ potest intelligi quod hic dicit. habes ergo stipulationem[a] de rato supponi loco condictionis vel indebiti, vel ob causã vel furtiuę. *sic & j. eo. l. si. & facit ff. de prae. stip. l. j. §. j.*

f ¶*Perimitur*. i. locum non habet, *sic ff. de solu. l. dispensatorem. in fi.* Nam cũ hæc stipulatio interponitur. non nascitur condictio indebiti: sicut[b] in mutuo non nascitur cõdictio ex mutuo cũ stipulatio interponitur: *vt ff. de noua. l. si ita fuero. §. cum pecuniam. & l. seq.* Nam &[c] condictio indebiti ex numeratione nascitur: *vt Instit. quib. mo. re con. obli. §. is quoque Azo.* 2. Alij dicunt, perimitur per nouationem præsumptam olim vnde hoc dicũt hodie corrigi, *vt C. de nou. l. fi.*

a Stipulatio rati succedit vel datur loco indebiti, vel ob causã, vel furtiuæ cõdictionis.

b Mutui condictio nõ nascitur ex stipulatione, sed ex re seu numeratione.

c Condictio indebiti ex numeratione nascitur.

SI sine iudice.] CASVS. Falsus procurator nomine meo exegit indebitum: & sine iudice: quæritur qualiter cõsulatur soluẽti? Et respon. nã aut ego non habui ratum, aut habui, primo casu, aut procurator nõ satisdedit de rato, & tenetur cõdic. inde. procurator soluenti. aut satisdedit de rato: & tũc tenetur ipse & fideiussores ad interesse, & ad impẽsas ex stipulatu. Secũdo casu, scilicet si ego habeo ratũ, non cõmittitur stipulatio de rato: sed ego dominus teneor soluẽti cõdic. inde. & hęc sũt vera, quãdo pecunia erat indebita. ¶Sed quid si erat debita? certè idẽ: quia si nõ habeo ratũ, tenetur procurator ex cautione de rato. & eius fideiussores. imò tamẽ differt quãdo est debita à casu superiori, scilicet quãdo est indebita. nã quãdo est debita, & soluatur falso meo procuratori. & habeo ratũ: nulla actio dat cõtra me causa eius pecuniæ repetẽdæ: sed quando est indebita, & soluatur falso meo procuratori. & habeo ratũ: teneor condic. inde. & istũ casũ habuimus. ĩ proxi. hęc omnia vera sunt quãdo sine iudice soluta est pecunia procuratori meo falso. ¶Quid autẽ si per iudicẽ soluatur falso meo procuratori? tunc distingue, an indebita pecunia sit, an debita. primo casu nõ videtur stipulatio de rato cõmitti: siue habeã ratũ, siue nõ, duabus rationibus: quia nulla res est quę possit haberi rata. Itẽ quid ad soluẽtẽ pertinet, habeã ratũ vel nõ? cũ vtroq; casu nõ potest repetere: cũ sit per iudicem solutum, & hoc de rigore. de ęquitate tamen si ego dominus non habeo ratum: fideiussores falsi procuratoris tenentur quanti stipulatoris interest me habuisse ratum. quod dic vt in gl. si autẽ pecunia sit debita, & nõ habeam ratum: tunc fideiussores tenẽtur in solidum. [CVM AVTEM.] Procurator verus habẽs mandatum egit, & de rato satisdedit, & succubuit. Postea domin⁹ egit & obtinuit, licet initio se. quęritur an committatur stipulatio contra procuratorem & eius fideiussores? & dicitur quòd non, nisi in expẽsis litis quas fecit conuentus. Idem dixit Marcellus & si dominus agens succubuit, nam non cõmittitur stipulatio, nisi in expensis. [SI PROCVRATORI.] Constitui Titium procuratorem ad exigendum quoddam legatum mihi relictum, & dãdum à Sempronio herede cuiusdam. Hic Titius exegit hoc legatum me mortuo, & satisdedit de rato. dicitur quòd si heres meus nõ habet ratũ, cõmittitur stipulatio maximè cum hoc legatum vere debitum fuerit. [SI IN STIPVLATIONE.] Pone casum vt in glo. quæ incipit, agebas &c. [SI PROCVRATOR.] Procurator falsus nomine meo petiit heredi. cuiusdam, agendo petitione heredi. & promisit de rato, & succubuit. postea ego dominus si peto à te fundum heredi. ex causa here. dicitur quòd committitur stipulatio contra procuratorem. [QVI PATRIS.] Facta est iniuria filio: & sic oritur actio iniuriarum patri & filio. si procurator patris agat iniuria patris nomine: debet cauere nõ solũ quod pater habebit ratum, sed etiam filius: poterit enim euenire quod filius poterit agere iniuriarum. Idem dicas si nepoti facta est iniuria, nã si procurator aui agat iniur. & antequã auus sciat procuratorem suum egisse, decedãt auus & filius: modo nepos poterit agere iniuriarũ. & ideò procurator aui debet cauere de rato ex persona

g ¶*Existimo*. aliàs est, existimo id agi &c. & totum aliud deest: aliàs est, existimo ea actione, scilicet ex stipulatu, quæ est ordinaria, scilicet ex quasi contractu.

h ¶*Agi*. cum eo scilicet debitore.

i ¶*Ex stipulatu*. i. certi condictione ad interesse: licet alij dicunt ex stipulatu: vt diximus. *ff. si quis in ius voc. non ierit. l. fi.*

k ¶*Hoc amplius præstant*. pecuniam indebitam solutam, hoc amplius &c.

l ¶*Quæ in iudicium*, aliàs quas. s. in iudicio fecisset stipulator de ra. aliàs quæ, scilicet in iure factę fuissent. & est idem sensus. & dic, iudicium, scilicet cum domino nunc habitum.

m ¶*Fuissent*, aliàs quas fecissent: & aliàs quæ factæ fuissent.

n ¶*Peti potest*. id est repeti potest per soluentem: *vt ff. de condic. inde. l. si procurator.*

o ¶*Quod si ff. de indebito*, nunc interserit vnum casum debito.

p ¶*Exegisset*. interposita stipu. de rato.

q ¶*Iuris est*. vt fideiussores teneañ domino ratũ nõ habente. R.

r ¶*Repetitio futura*. quia debitũ est solutũ: quod in superiori casu non est: & hoc quando extra iudiciũ. *& facit C. de neg. gest. l. si pecuniam.*

s ¶*Nulla res esset*. quæ ad dominũ pertineat: cũ exactio huius pecuniæ ad eũ nõ spectaret, vtpote in debitæ: 2. Vel quia nullũ[d] est iudiciũ cũ falso procuratore cõtestatũ: ideo videbatur nõ posse imputari procuratori si ratũ non haberet dominus quod habere ratum nõ posset. 2. Vel dic quod malã assignat rationem. nam bene posset habere ratum:[e] *vt supra de neg. gest. l. si pup. §. item quæritur.*

t ¶*Haberi*. nam si etiam ratũ habeatur, non repeteret pecuniã necà procuratore. Nec à domino. propter auctoritatem rei iudi. cum ipse dominus videatur exegisse: *vt ff. manda. l. si fideiussor. j. §. in omnibus.* Hic autem opponendo dicit, Azo.

u ¶*Procuratori*. hoc de rigore: magis tamen &c. s. de æquitate, si ratũ habet, tenetur etiã dominus sine[f] causa. licet non indebiti *vt no. in d. §. in omnibus. & facit supra de proc. l. licet.* Accur.

x ¶*Teneantur*. in id quod stipulator actori præstiterit: vel circa iudicium expẽderit. nec ob. quod sequitur fideiussores propter

d Iudicium cũ falso procuratore, nullum est.

e Tu dic hoc esse verum de consensu aduersarij: *vt in l. si tut. C. in quibus cau. in integ. rest.* non est necesse & ibi omnino per Bar. inuito aduersario, non tamen quoad fideiussores, ...

f Indebitum solutũ ex sententia repetitur condictione sine causa.

ff Nouum.

iniuriam iudicis non obligari. ibi enim rectè procurator egerat non mentitus de mandato, & ideo eius factum domino nocere potuit, at hic mentitus est procurator se habere mandatum: vnde ex eius facto nulla domino exceptio poterit opponi, quare iniquum est fideiussorem in totum stipulari præstare, quod non præstitisset si dominus procuratoris falsi gestum ratum habere cogere potuisset. R.

3. ¶Quod si debitã pecuniam procurator per iudicẽ cui[a] nihil mandatũ[b] fuerit, petierit: magis est vt in solidum fideiussores teneantur, si dominus ratum non habuerit.

Si verus procurator exegit debitum vel indebitũ, & dominus ratum non habens iterum agat, siue obtineat, & iterum exigat, siue succũbat: non cõmittitur stipulatio contra procuratorẽ & eius fideiussores, nisi ad sumptus factos in lite mota per dominum. Pan.

4. ¶Cum autem procurator rectè[c] petit. dominus perperam[d]: non debet procurator præstare ne iniuria[e] iudicis dominus aliquid consequantur. Numquam enim propter iniuriam iudicis fideiussores obligantur: verius tamen est hoc casu[f] fideiussores nõ nisi in impensas[g] litis teneri.

5. ¶Marcellus. Si dominus ratã rem non habuerit, sed lite mota rem amiserit[h]: nihil[i] præter impendia in stipulatione ratam rẽ[k] haberi deducitur.

Gestum nomine defuncti, potest ratificari per eius heredem. Pan.

6. ¶Iulianus: Si procuratori[l] eius[m] qui mortuus erat, sine iudice[n] soluta fuerint legata[o] stipulatio committetur, nisi heres[p] ratum habuerit, vtique[q] si debita fuerint. tunc enim non dubiè[r] interest stipulatoris ratam solutionem ab herede haberi: ne bis eadem præstet.

Si in stipulatione rati dolum[s] cauentis omittatur mentio heredum, agitur ratione doli: secus si nonnullus dolus intercessit. Pan

7. ¶Si in stipulationem[t] ratam rẽ haberi, hactenus cõprehẽsum fuerit: *Lucium Titium ratũ habiturum?* cũ id apertè ageretur, vt heredis[u] cæterorúmq. personę ad quos ea res pertineret, omitterẽtur: difficile est[u] existimari doli clausulam cõmitti. Sanè† cũ per imprudẽtiã[x] hę personę omittantur, actio ex doli clausula cõpetit.

Si dominus petat id quod petere nõ poterat: si ille qui cauit, fuisset verus procurator, committitur hac stipulatio, Pau. de de Cast.

8. ¶Si procurator[y] iudiciũ de hereditate[z] ediderit, deinde dominus fundum ex ea hereditate petierit[a]: stipulatio ratã rem haberi committetur: quia si verus procurator fuisset, exceptio rei iudicatæ dominum summoueret[b]. Plerumque[c] autem stipulatio ratam rem haberi, his casibus committetur, quibus si verus procurator egisset, domino aut ipso iure[d], aut propter exceptionem actio inutilis esset.

Alij expensas tantum, argu. inferiam §. Pro R. est quod supra dicitur quando sine iudicio indebitum est exactum: vbi expresse dicitur in totum solutum committi.

a ¶*Cui.* scilicet procuratori. Accur.

b ¶ *Mandatum.* de petendo.

c ¶ *Rectè.* quia mãdatum habet, & verũ debitum petit. absolutus tamen fuit debito per iniuriam.

d ¶ *Perperam.* nam non debebat infringere quod fieri mandauerat.

e ¶ *Ne iniuria.* Iniuria enim fit debitori si dominus[b] aliquid extorqueat ab eo absoluto, cum egit procurator: cum ex[c] indicio ei li oritur exceptio rei iudic. contra dominũ: *vt supra de except. rei iudic. l. si mater. §. hoc iure.* Idem dicã si fuit damnatus vero procuratori, & soluit ei, cũ & de hoc haberet mãdatum vt reciperet solutionem, nõ aliàs: *vt supra de solut. l. hoc iure.* & quod ibi dicit, non debet præstare procurator, scilicet debitori ex stipulatione de rato quod debitor solueret domino cõsequenti per iniuriam: vt dixi. vel dic nõ præstat debitori, ne iniuriam consequatur dominus, scilicet in damnum procuratoris. Alij dicunt non debet præstare, scilicet domino. quia si dominus consequeretur à debitore & à procuratore: iniuria esset.

f ¶*Hoc casu.* scilicet cũ debitor iniuste superatus est: ergo multo minus tenebitur verus procurator vbi debitor nullũ damnũ passus est: vt quia iure repulit creditorem, obiiciendo exceptionem rei iudi. vt dicitur *in prox. §. Marcellus.* Sed hoc quod hic dico per. §. Marcellus. videtur contrarium his quę scripsi secundũ Io. *s. eod. l. procurator ad exhibendum. §. j.* Sed ipse R. aliud est in vero procuratore. nam vbi vinco verum procuratorem, licet damnum postea patiar victus iniuria: non agitur contra procuratorẽ nisi ad impẽdia: quia etsi bonã causam habui, euitare tamen nullo modo potui: fortis autem solutionem euitare potui, vnde culpa potest mihi obiici: sicq; mihi imputare debeo: *vt infra de reg. iur. l. quod quis. ii. in fin. tit.* Vel si exceptionẽ obieci, & iniuria est mihi facta. non debet alij nocere. *argum. supra de euict. l. si per imprudentiam.* sicut ergo non agitur contra procuratorem vbi ego sum victus à domino, vt hic: ita non agitur & si vici: vt hic, sed vbi falsus procurator est à me victus: & à domino superor, cũ ei ratũ non habenti non debeat præiudicare factum falsi procur. cõmittitur stipulatio rẽ ratam haberi ad omne interesse, quę æque in solidum debet committi etiam vbi ego dominum superaui iniuste: & hoc ad similitudinẽ veri procuratoris, qui tenetur cũ ego superaui dominum: sicut cum fui victus à domino. Firmius probo: Nonne falsus procurator ex stipulatione tenetur statim ad interesse non habente domino ratum: *vt s. eod. l. procurator. §. si quis à pro.* & statim commissa est stipulatio ad interesse? Pone ergo tenebar in modo autem teneor in c. cum me non teneri in. c. interest mea. in c. ergo committitur stipulatio: ex qua nihilo minus agetur, licet desierit interesse mea interim, quia absolutus sum: *argumẽ. supra si quis cau. l. qui autem. §. illud.* Aliter autẽ iniuria creditori facta falsum procuratorem liberet.

g ¶*Impensas.* cõmittitur stipulatio etiã si nõ de iure q. s agat, vt hic, & aliàs. *C. de transac. l. vbi. & C. de Condi. ob cau. l. ea lege.* Accur.

h ¶*Amiserit.* per sententiam: quod iustum fuit. Vel dic, quia liti renuntiauit. Vel dic quod res petita sine dolo & culpa in rerum natura esse desiit: *vt s. indi. sol. l. si seruus.*

i ¶*Nihil.* cum procurator habuerit mandatum.

k ¶ *Ratam rem.* quam interposuit procurator verus. aliàs aliud erit: *vt s. eod. l. procurator. §. j.* & no. quòd hic succubuit dominus: superiori proxi. obtinuit: & in hoc differunt.

l ¶ *Si procuratori.* etsi verus ab initio fuerit procurator, potest tamen nõ habere ratũ, cum mãdatum morte expirauit: *vt s. de acqu. poss. l. fundi. in f.*

m ¶*Eius.* s. legatarij.

n ¶*Sine iudice.* idem si cum iudice: *vt s. eod. l. si commissa. §. f.*

o ¶*Soluta legata.* ignorante herede de morte.

p ¶ *Heres.* s. legatarij.

q ¶ *Vtique.* aliàs vtique: aliàs itaque. & tũc forma: quia generaliter verum est domino non habẽte ratum stipu. committi: itaq; & in hoc casu &c. si debita fuerint legata &c. nam tunc præcipuè committitur.

r ¶*Non dubiè.* idem si non sunt debita: *vt s. proxi. §. diximus.* Acc.

s ¶ *Si in stipulationem.* Agebas contra me nomine Lucij, & promisisti eum ratum habiturum: de heredibus autem eius si ratũ non haberent, noluisti teneri: & ego consensi vt tantum de Lucio tenereris s. si ratum ipse non haberet. certe non poterit agi pro dolo tuo, licet heredes non habeant ratum, cum nullum dolum commiseris. nam consensi: & dolus volenti non infertur. si autem fuisti in dolo, vt pote promisisti Luciũ Titium tantum ratum habiturũ, & suasisti mihi imprudenti quòd per ista verba continentur persona heredis: tunc agam pro hoc dolo, vt dicit hic: quod intelligitur si promiseras dolum non cõmittere: & postea promisisti prædicto modo. nam tunc ex stipulatu. vel dic quod nõ promiseras specialiter. nam & tunc si postea heredes non habeant ratum: agam ex stipulatu. & sic excipias quod fuerit personale pactum, replicabo de dolo: & sic competit actio, id est replicatio secundum hæc: vel actio replicatione munita. sed prima placet, quia dicitur hic, doli clausula. *& facit s. de pa. l. iurisgentium. §. pactorum. & s. de proba. l. si pactum.*

t ¶*Heredis.* in hoc consentiebant ne teneretur promissor: vt faceret heredes habere ratum. Accursius.

u *Difficile est.* i.[a] impossibile: q. a null[a] dolus fuit cõmissus hoc casu inter scientes & cõsentientes: *vt C. de transac. l. cum donationis.*

x ¶*Per imprudentiã.* stipulatoris promittẽtis, & dolũ cõmittẽtis

y *Si procurator.* falsus, vel ad alia constitutus.

z ¶*De hereditate.* agendo petitione hereditatis.

a *Petierit.* ex eadem causa, scilicet hereditatis aliàs contra: *vt C. de euic. l. j.*

b ¶*Summoueret.* *vt s. de except. rei iud. l. Iulianus. & l. si quis cum totũ in fine.*

c ¶*Plerumque.* i.[b] in omnib[a] casibus. H. a. Vel. i. plurib[a] quoq; casib[a]. Ir. a. Vel secũdum R. dic q plerunq; ideo dicit, q. a cõmittitur interdũ vbi domino inutilis est actio, etiam absq; omni rãtihabitione, cũ falsus procurator egit: *vt s. §. R.* & intellexit quando indebitum nomine meo exegit per iudicẽ: vt s. §. quod si procurator.

d ¶*Iure.* vt quia ei solutum sit, cum de hoc habuerit mãdatum: *vt s. de solu. l. hoc iure.* & quod subiicit, except. scilicet rei iudi.

a Procurator quando rectè petere possit, ipse verò dominus qui procuratorem cõstituit malè.

b Hoc est, qui procuratorẽ constituit.

c Exceptio rei iudicatæ oritur aduersus dominum ex iudicio habito cum eius procuratore.

† Clausula de li subiecta in stipulatione, refertur ad incognita, & ad omissa.

a Difficile, impossibile.

b Plerumque, interdum pro omnibus casibus vsurpatur.

Qui

a ¶ *Qui patris.* supple procurator qui &c. secundum R. volens deducere in iudicium & filij & patris iniuriam.
b ¶ *Iniuriarum.* prætoria, non Corneliæ: *vt* ℥. *de iniu. l. lex Corne. §. illud.* Azo. licet ex casib. illis quib. nascitur Cornelia, vt hic erat.
c ¶ *Ob eam.* id est propter iniuriam filij & patris.
d ¶ *Verberatus.* hæc verba expone *vt infra de iniu. l. lex Cornelia. §. inter pulsationem.*
e ¶ *Filii quoque.* id est de rato filij quoq; nõ solum patris: qui filius similiter suo nomine agere potest *ex l. Cornelia: vt d. §. illud l. lex Cornelia. infra de iniur.* Sed videtur[a] non caueri: *vt supra de p. o. cu. d. non solum. §. si pater. quæ est contra.* Solu. aliud in ipso patre, cui ipsa lex defert actionẽ: vt ibi. Aliud in eo qui procuratorio nomine agit: vt hic.
2. Vel secundum Py. & Ir. possumus dicere quod agebat nomine patris actione iniur. ex l. Cornel. de iniur. quę nõ cõpetebat patri: *vt* ℥ *de iniur. l. lex Cornelia. §. illud.* nam si de prætoria velles intelligere non esset necessaria satisdatio nomine filij, vt incõtrario, cũ pater eam habeat iure proprio, etsi iniuria sit facta filio volente: *vt* ℥. *de iniur. l. j. §. vsque adeo.* Sed tunc ad quid caueret patrem rem ratã habiturum? vt hic dicit. Prima verior est.
f ¶ *Præsertim cum.* id est maxime: ꝙ ideo dicit, quia si sciret antequam decederet, & ratum nõ haberet, similiter ad filium rediret. quòd si ratum haberet pater, filij actio extincta esset. Azo. cũ eius exercitium cõpetat patri: vt ℥. de iniur. l. pater.
g ¶ *Ad filium* quantũ ad exercitium quod patri eiusque procuratori competit. sed & ipsi filio datur: *vt* ℥. *de iniur. l. sed si vnius. §. filio. & §. procuratorem. & l. j. §. si. & l. lex Cornelia. §. illud.*

a Ratam rem haberi cauere debet procurator agens iniuriarum patris alicuius nomine, ob iniuriam eius filio factam, ratã itaquam, rem haberi cauere debet à filio ipso. Quid si ipse pater illo ratum agetsa tam rem à filio haberi cauere non cogitur.

Mutatione personæ extinguitur cautio rem ratam haberi: & in stipulatione sunt comprehendendæ personæ ad quas verisimiliter iudicium debet transire. Bartolus.

9. ¶ Qui patris[a] nomine iniuriarũ[b] agit ob eã[c] rem quòd filius eius verberatus [d] pulsatúsve sit, in stipulatione cogendus est filij quoque[e] personam comprehendere: præsertim cũ[f] fieri possit, vt pater antè decedat, quàm sciret procuratorẽ suũ egisse: & ita iniuriarũ actio redeat ad filiũ[g].

10. ¶ Sed & si nepoti[h] iniuria facta fuerit & procurator aui ꝓpter hãc causam iniuriarũ aget, non solùm filij, sed etiam nepotis[i] persona comprehendenda erit in stipulatione. quid enim prohibet & patrẽ[k] & filium[l] antequam scirent procuratorem egisse, decedere? quo casu iniquũ est fideiussores non teneri nepote iniuriarum agente.

Factum falsi procuratoris non facit committi stipulationem de rato ab alio interpositam. Bart.

XXIII. IDEM *libro 5. ex Minicio.*

PRocurator cum peteret pecuniam, satisdedit amplius nõ peti, post iudicium acceptũ[m] extitit qui & ipse procuratorio nomine eandẽ pecuniã peteret. quæsitum est, cum is qui postea peteret, procurator non esset, & propter hoc exceptionib. procuratoriis[n] excludi posset: num[o] fideiussores prioris procuratoris tenerentur. Iulianus Respõ. Verius est non obligari fideiussores. nam in stipulatione cauetur non † petiturum cum cuius de ea re actio, petitio, persecutio sit: & ratum habituros omnes ad quos ea res pertinebit[p]. hic autem qui procurator non est, nec actionem nec petitionem habere intellegendus est[q].

Si superuenit defectus ex parte ratum habentis: ratihabitio impeditur: secus si ex parte gerentis. Bartolus.

XXIIII. AFRICANVS *libro quinto Quæstionum.*

BOnorum † possessionem ab alio[r] adgnitam, ratam haberi oportere eo tempore quo adhuc in ea causa sit, vt peti possit[s]. itaque potest cẽtesimum diem rata haberi non potest[t].

1. ¶ An autem & si mortuus fuisset qui[u] petisset, vel furere cœperit, ratum haberi possit, videamus[x]. nam si in vniuersum perinde haberi debet, ac si tunc cum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat: frustra his casibus[y] ratum habetur. Sed illud consequens[z] futurum est; etiam si pœniteat illum petisse, ratum haberi non posse: quod vtique sit absurdum. Rectius itaque dicitur, neutram[a] eorum causam impedire ratihabitionem[b].

l ¶ *Hoc amplius etiam debitor.* & ita pluribus *vt §. eod. l. itaque. §. sed & si res & argum. infra de iniur. leg. j. in fin.* Sed arg. contra. *infra arbo. furtim cæ. leg. si plures.* Et dic quòd tunc diuiditur actio inter creditorẽ & debitorem, cum sine culpa creditoris est factum: quia tunc domini interest. sed si culpa, tunc soli creditori competit: nec est per hoc melior cõditio creditoris cũ culpam cõmisit: quia totum quod vltra debitum percipit, debitori reddit: *vt supra eo. l. eum. §. idem scribit & l. creditoris.*

m ¶ *Plus valeat.* quia in eo sua interest. in residuo agit creditor: quia ex quo à fure percipiet, iam à debitore nil petet. *vt hic & arg. supra ad leg. Aquil. qui occidit §. j.*

n ¶ *Deciderit.* id est transactione compofuerit.

c Furti actio competit, etiã re furtiua extincta.

d Mortis & manumissionis similitudo & differentia.

e l. peculium autem.

d ¶ *Inter omnes. vt* [c] *infra eod. l. in furti. §. j. & supra de actio. & obliga. l. quæcunque & supra famil. ercisc. l. in hoc iudicio in fine & argum. infra de aqua quoti. & æstiua. leg. j. §. præterea illud & C. de furt. l. subtracto.*

e ¶ *Quo ad subtrahendum.* Item [d] & quo ad actionẽ de peculio annalem: *vt §. quando actio de pecu. est anna. l. j.* & quo ad deductionem quæ fit de peculio vtriusque: *vt supra de pecu. leg. sed si damnum* [e]. *§. sed & credito. versiculo. idémque & si pure legatur. & versic. certe.* Item & quo ad id quod habes *supra de fer. leg. si mihi alienum.*

o ¶ *Potest iudicio. vt & §. de vsufruct. l. si cuius. §. ij.* Accur.

p [*] ¶ *Non esse furem. vt Institut. de oblig. quæ ex de. nasc. §. placuit. & j. eo. l. qui re.*

q ¶ *Facere sciuit. vt & supra de condict. ob causam. l. cum seruus. in fin.*

r ¶ *Et ait Pomponius.* & male, secundùm Azo. & H.

f ¶ *Verum tamen est.* id est verius. & corrigit dictum Pomponij. esset enim contra regulam [e] communem, vt quis iubente domino faciat furtum: *vt in princip. huius §. & infra eod. l. qui vas. §. qui ex voluntate.* nisi [f] in casu: *vt C. de fur. l. si quis.* Sed quidam

e Furtum regulariter non fit iubente domino.

f Furtum an & quãdo fiat iubente domino.

dicunt Pompo. in prædicto casu specialiter loqui & quod subiicit generaliter dicat fieri furtum: quod non placet. & pro prima facit j. de incen.rui. nau. l.j. §. si fussi so. 2. Vel verius[a] dic, fit furtum, sed non agitur furti: vt & aliàs §. eod.leg. serui & filij in princ.

¶ Sed quid in dubio præsumetur[b]? Responde eum inuitum: nisi indicia[c] probent contra: vt j. e.l. qui vas §. vetare. ¶ Item nonne dicet semperquod credidit eum velle, vt sic non teneatur? Respõ. Cõsiderabimusquid[d] debeat credere quantum ad hoc vt alia actione teneatur: sed nõ furti: vt j. eo.le. qui re.

a ¶ Contrectata est. ab eodẽ, vel ab alio. secus in creditore: vt §. eo.l. cum qui. §. idem scribit. & facit j. e.l. interdum. in princ. & j. de verb. signi. l. mulieris §. pe.

a Dic melius vt in glo. sic placuit.
b Vtrum præsumatur in dubio dominus rei quæ ab alio contrectatur volens vel inuitus? Inuitus præsumitur, nisi indicia contrarium probent.
c Indicia probationum species.
d Præsumimusquemque rem alienam non contrectare velle inuito domino, ad hoc vt ne furto teneatur: vt verò teneatur alia actione, inspicimus, vtrum credere debuerit.

rediit, & iterum cõtrectata est[a]: competit alia furti actio.

Interuentu noui dominij assidua contrectatione nascitur actio furti. Bartolus.

XLVII. PAVLVS libro nono ad Sabinum.

SI dominiũ rei subreptæ quacunque ratione mutatum sit[b], domino[c] furti actio competit: veluti heredi, & bonorum possessori, & patri adoptiuo[d], & legatario[e].

Licet dominus rem recuperauerit: nihilo minus fur ad pœnam furti siue manifesti siue non manifesti tenetur. Bartolus.

XLVIII. VLPIANVS libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

QVi vas † argenteum perdiderat, eóque nomine furti egerit, de pondere vasis controuersia cum esset, & actor maius fuisse diceret[f]: fur vas protulit. id is cuius erat abstulit ei qui subripuerat. dupli nihilo minus condemnatus est. rectissimè[g] iudicatum est. nam in actionem pœnalem non venit ipsa res quæ subrepta est, siue manifesti furti, siue nec manifesti agatur. 1. ¶ Qui furem nouit: siue indicet eum, siue nõ indicet, fur non est: cum multum intersit, furem quis celet, an non indicet. Qui nouit, furti non tenetur[h]: qui celat, hoc ipso tenetur. 2. ¶ Qui ex voluntate domini seruum recepit, quin neque fur, neque plagiarius sit, plus quàm manifestum est. Quis enim voluntatem domini habens, fur dici potest[i]? 3. ¶ Quòd si dominus vetuit, & ille suscepit: si quidem non celandi[k] animo, non est fur. si celauit[l], tunc fur esse incipit. Qui igitur suscepit, nec celauit[m], etsi inuito domino: fur non est. Vetare[n] autem dominum accipimus etiam eum qui ignorat[o]. hoc est, eum qui † non consensit. 4. ¶ Si ego tibi poliendum vestimentum locauero, tu verò inscio aut inuito me commodaueris Titio, & Titio furtum factum sit. & tibi competit furti actio, quia custodia[p] rei ad te pertinet. & mihi aduersus te, quia non debueras rem commodare, & id faciẽdo furtum admiseris[q]. ita erit casus quo fur[r] furti agere possit.

5. ¶ Ancilla si subripiatur prægnans, vel apud furem conceperit, partus furtiuus est[f]: siue apud furem

SI dominiũ.] CASVS. Rem tuã subripui: tãdem tu dominus decessisti: & hãc rẽ legasti. act. furti datur nuodomino, scilicet legatario. idẽ in similib. nouis dominis. Fran.

b ¶ Mutatum sit vniuersali[e] vel singulari titu. Accursius.

c ¶ Domino. nouo[f], & ex noua contrectatione: & sic suntquatuor[g] bona sequentia exempla: & quocũque alio modo trãsfert ut no. & j. e.l. si is qui §. j. & j. e.l. interdum. Sed in tribus primis agetnouus dominus & etiã ex veteri. & sic pro eadẽ re habet duas actiones. furti: vt §. l. si cu quis §. j. nec obst. §. eo.leg. el qui quia illud quando dominium non mutatur quod ergo facit quando redit ad dominum, vt §. l. prox. in fin. hoc facit hic dominij mutatio. Item sicut heres suus noua condictione & noua actione furti tenetur si cõtrectet: sic & nouo domino rei noua datur actio: vt & §. de condic. furt. l. si pro fure. §. fi. 2. Alij dicunt, vt R. domino nouo ex veteri contrectatione. quod non placet: quia in legatario & similibus est falsum: vt j. eod. l. si is §. j. 3. Tertij dicunt domino veteri, & ex veteri cõtrectatione: quod est contra mentem huius legis: vt patet in exemplis.

d ¶ Patri adoptiuo. i. arrogãti: quia ipse[h] est vniuersalis successor: licet viuentis[i]: vt Insti. de acqui. per arro. & §. eo. l. si cum quis. §. j.

e ¶ Legatario. pro tempore præsenti nam pro præterito aget heres: vt §. de fer. cor. l. si & heres. sic in similibus: vt supra eo. l. eum qui. in prin. & supra de he. v. vend. l. venditor in fin. In condictione autem furtiua quid sit, habes §. de condic. fur. l. siue §. fi. & l. seq.

e Vbi est cõtentio de vase aliquo, actor potest petere ut illud exhibeatur: vt testes illud recognoscãt, & videatur de pondere vasis, & qualitate materiæ sua. Ver. bo. a fed dic vt perea ...
e Tituli alij vniuersales, alij singulares.
f Furtiuæ rei domino mutato, an & cui competat actio An domino nouo ex noua contrectatione? An domino nouo ex veteri contrectatione?
g Heredis, bonorum poss. filiorum adoptiui patris, legatarij.
h Arrogator illis arrogati vniuersalis est successor licet viuentis.
i Hæreditas seu successio interdum est viuentis & euendo.

QVi vas.] CASVS. Vas meum argenteum surripuisti. egi furti contra te, quod dicebam esse magni ponderis: quod negabas. vnde obtulisti vas coram iudice, vt sciretur quanti ponderis esset: & ego obtuli tibi. iudex nihilo minus condemnauit te in duplum precij vasis dicitur quòd bene fecit iudex. nam in hoc duplo non continetur æstimatio rei: sed totum est pœna. [QVI FVREM.] Cognoscis eum qui surripuit rem meam. siue indices eum mihi, siue non, non diceris per hoc fur: secus si celabas. [QVI EX VOLVNTATE.] Seruum cum domino suo iratum, & ab eo recedentem recepi. quæritur an sim fur? & dicitur quòd si volũtate domini eum recepi, non sum fur. si autem domino vetante recepi: tunc aut bono animo, volens eum tenere donec ira domini recessisset, & non animo celandi, vel lucrandi: & tũc non sum fur: secus si animo furandi recepi eum. nam tunc fur sum. Deinde exponit verbum supra positum. s. vetare, & dicitur quòd vetare dicitur eo ipso quòd non expresse consentit quòd seruum suum recipiam. [SI EGO.] Locaui fulloni vestimenta mea ad fulliendum, siue poliendum. hic fullo me ignorante vel inuito commodauit hæc vestimenta Titio: & Titio hæc vestimenta surrepta sunt. dicit quod mihi cõpetit act. furti cõtra te, quia non debueras ea commodare: & tibi etiam datur actio furti contra furem cum vestimenta ista debueris custodire. & hic est casus quo fur furti agit. [ANCILLA SI.] Ancillam surripuisti. hæc ancilla tempore furti erat prægnans, vel cõcepit penes furem. siue penes bonæ fi. possessorem. secus si concepisset & pareret penes bonæ fidei possessorem. nam hoc casu partus nõ est furtiuus, & vsucapi poterit. Et quod dixi in ancilla & partu idem in pecudibus obserua: & de hoc die vt in glo. Consequenter dicit: Equa surrepta penes bonæ fidei pos. concepit. dicitur ꝙ partus est effectus bonæ fidei possessoris. secus esset in partu ancillæ: quia non numeratur in fructu. [CVM SVR.] Fur rem meam surripuit, & eandem vendidit. nũmos quos inde habebat: de manu eius abstulit. dicitur quòd facio furtũ: quia hi nũmi redacti ex re furtiua, nõ erãt per hoc furtiui. Fran.

f ¶ Diceret sponte: vt §. eod. leg. in actione in princ.

g ¶ Rectissimè. Imò malè, quia iussuum admisit: vt §[a]. quod met. causa l. extat & C. vnde vi. leg. si quis in tantam. quæ sunt contra. Sol. hic fur domino dedit, vt sciretur quantum esset pondus, secundum Ro. ibi ab inuito abstulit. & sic ex pone hic abstulit, id est accepit. sic §. de pet. here. le. postquam & de lega. j. leg. duobus & de leg. ij. Mæuius §. cum. 2. Vel hic fuit ante edictum & ante cõstitutionẽ, si quis in tantam. 3. Vel hic per iudicem accepit. 4. Vel verius hic dicitur de act. furti non admittenda: cõtra quam non est delictum factum cum ad meram pœnam detur: vt hic subi. c.t. & C. e. l. ancillæ. Franc. Accursius.

† Vetat qui nõ consensit.

h ¶ Non tenetur. vt & [b]. §. de ser. fugi. l. j. in prin. & facit j. de incendi. rui. nau. l. iiij. §. non solum & C. de transac. l. sub prætextu. j. § sanè & §. de condic. ob tur. cau. l. idem. §. fin.

i ¶ Dici potest. nullus[c]: vt §. e. l. inter omnes §. pen.

k ¶ Non celandi. sed[d] donec ira domini cessaret: vt & §. de ædili. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idemque probat. versi. si autem.

l ¶ Si celauit. dolo, & animo lucrandi: quinetiam[e] lege Flauia tenetur: vt j. ad leg. Flauiam de pla. l. & non statim. §. fi.

m ¶ Nec celauit. dolo: vt §. de ser. cor. l. doli.

n ¶ Vetare. exponit verbum vetare, quod supra posuit.

o ¶ Ignorat. qui non cõsentit, dissentit: vt pro hoc & contra hoc dixi. §. de procu. l. filiusfam. §. inuitus. ¶ Et potes dicere quòd vbi tacitus sufficit cõsensus, sufficit præsentia: aliàs nõ: vel quotiens lex vetat vel prohibet aliquid, & certo modo illud fieri cõcedit, obtineat, quod hic dicit cum suis cõcordantiis: aliàs cõtra. Vel dic vt d. §. inuitus.

p ¶ Quia custodia. bona ratio: vt & §. eo. l. itaque & j. eod. l. fullo vel sarcinator in si. Accursius.

q ¶ Admiseris. vt & j. eo. l. fullo vel sarcinator. in prin.

r ¶ Casus quo fur. scilicet cum quis facit furtum eius rei cuius custodiam præstare debet, non enim ad solum fullonem referendum est. Rog. & sic non ob. §. eo. l. eum. §. is autem apud. quia ibi depositarius non debet custodiam. vel dic vt ibi solui. sed ob. §. eo. l. eius. §. idem Pompo. econtra. Sed dic vt ibi. Item ob. §. nau. cau. stab. l. sed & ipsi contra. Sed & ibi de iure communi de custodia non tenetur: sed de dolo tantum, vt depositarius: sed tenetur specialiter ex illo edicto. vnde quantum ad actionem furti denegandam ius commune inspicitur, vt ei non detur: sicut nec depositario, vel solue vt dixi §. e. l. eum. §. is autem apud.

f ¶ Furtiuus est. his duobus casibus, vbicumque pariat: vt subiicit. & sic habetur pro rato. & sic §. de statu ho. l. qui in vtero. & quæ in frau. credi. l. post. Pretium.

vv. Ferueriui j. de ...

b Celatio rei alienæ, furti species est.
c Furtum rei nemo committit, cuius cõtrectandæ voluntatem domini habet.
d Intentio a... discernit.
e Celans seruum domino vetante, furti & plagij tenetur.
f Dissentire videtur, qui nõ consentit.

Vsucapi

a ¶ *Vsucapi possit.* vt [a] *C. de vsuc. pro emp. l. si matrem. & supra de vsucap. l. non solum. in princip.* hoc tamen cum distinctione accipe: *vt not. in distinctione. C. eod. l. ancilla.* Item secus [b] in pecude: quia statim fierent fœtus bonæ fidei pos. *vt j. ea. l. §. ex furtiuis.* & ideo cessat vsucapio: *vt s. de vsuca. l. sequitur. §. lana.*

li. Aquil. & hoc dicit hic §. cum l. seq. Fran.

g ¶ *Non quod interest.* s. singulariter subaudi, & sic non obst. *s. eo. l. si quid fur. §. qui lancem. & l. qui tabulas.* vel subaudi hic tantum. & sic in electione sua est quod velit duplari vel quadruplari. & hæc prima placet. venit ergo duplandum omne quod per conditionem est simplandum: quod multa continet: *vt hæc l. innuit. & j. eod. l. si quis vxori. §. pe. & l. inficiando. §. j. & §. infans* & pro hoc. *s. quod me. cau. l. si cum excep. §. si quis no. & s. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. hac actio.* & hoc secundû Io. & Mar. sed H. dicit interesse extra rem non duplari: *vt infra vi bono. rapt. l. ij. §. in hac. sed infra rem sic: vt dicta l. inficiando. §. j. & §. infans.*

rem edatur, siue apud bonæ fidei possessorem. Sed in hoc posteriore casu furti actio cessat. sed si concepit apud bonæ fidei possessorem, ibique pepererit: eueniet vt partus furtiuus non sit, verùm etiam vsucapi possit [a]. idem † & in pecudibus [b] seruandum est, & in fœtu eorum, quod in partu. 6. ¶ Ex furtiuis equis nati [c] statim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt: meritò: quia in fructu [d] numerantur: at partus ancillæ non numerantur in fructu.

Pretium redactum ex re furtiua, non est furtiuum: ideo dominus rei furtiuæ venditæ id auferens, furtum committit. Bar.

7. ¶ Cum fur rem furtiuam vendidisset, eique nummos pretij dominus rei per vim extorsit, furtum cum nummorum fecisse, rectè responsum est. Idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebitur. Quod enim ex re furtiua redigitur: furtiuum non esse, nemini dubium est. Nummus ergo hic qui redactus est ex pretio rei furtiuæ, non est furtiuus [e].

Creditor non habet actionem furti pro re debitoris subrepta, si ei non fuit obligata, licet eius interfuit. Bartolus.

XLIX. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

INterdum accidit, vt non habeat furti actioné is cuius interest rem saluá esse: vt ecce creditor ob rem debitoris subreptam furti agere non potest, etsi aliunde creditum seruare non possit. Loquimur autem scilicet de ea re quæ pignoris iure obligata non sit. Item rei dotalis is [f] nomine, quæ periculo mulieris est: non mulier furti actionem habet, sed maritus.

L. VLPIANVS *libro 37. ad Edictum.*

IN furti actione nó quod interest [g], quadruplabitur vel duplabitur: † sed rei verum pretiú [h]. Sed & si res [in] rebus humanis esse desierit cum iudicatur: nihilo minus condemnatio facienda est [i]. Idémque & si nunc deterior sit, æstimatione relata in id tempus quo furtum factum est. Quód si pretiosior [k] facta sit: eius duplum, quáti tunc cum pretiosior facta fuerit, æstimabitur: quia & túc furtum eius factum esse verius est [l]. 1. ¶ Ope consilioque [a] furtú factum Celsus ait, non solum si idcirco fuerit factum [m], vt socij furarentur: sed & si non vt socij furarentur, inimicitiarum [n] tamen causa fecerit. 2 ¶ Rectè Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo: ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo posse [o]. 3. ¶ Consilium auté dare videtur, qui persuadet & impellit atq. instruit consilio ad furtum faciendum: Opem fert. qui ministeriú atq. adiutoriú ad subripiédas res præbet [p]. 4 ¶ Cum eo [q]

a Furtiuus nó est partus, qui concipitur apud bonæ fidei possessoré & apud eum potest etiam vsucapi.

b Fœtus & partus rei alienæ in vsucapione differétia.

b ¶ *Idem & in pecudibus.* scilicet vt pecude prægnáte subrepta vel apud furem prægnante effecta, sit fœtus furtiuus: & ideo nec vsucapi possit etiam apud bonæ fidei poss. & sic corrigitur quod est supra *de vsuc. l. si aliena. §. fin.* vbi dicit conceptum fœtum apud furem, & editum apud bonæ fidei possess. posse vsucapi. 2. Vel ibi fuit apud heredem furis conceptus, non apud furem non autem ad superiorem proximum casum refertur idé: vt ibi modo dixi.

† Quidam ad dédum putát negationem. Non idé, &c. arg. sequentium verborum. ego nihil mutádum censeo in cóstanti lectione Flo. manusc. latinorum, & Græcorum & vulgatorum.

c ¶ *Ex furtiuis equis nati.* & concepti apud bonæ fidei poss. *vt sup. proxi. respon.* & sic etiam intellige. *s. de acqui. rerum domi. l. bonæ fidei. §. fin.*

d ¶ *In fructu.* vt *Insti. de rerum diui. §. in pecudum.*

e ¶ *Non est furtiuus.* vt [c] *& supra de nox. quemadmodum. §. fin. & argum. supra qui potio. in pign. hab. l. idémque. §. fin. infra eod. l. si quis vxori. §. si Titius.* Sed ar. contra. *s. de iure do. l. res.* & de hoc dixi. *s. de petit. heredi. l. si & rem & pretium.* Ac.

c Pretium an & quádo succedat in locú rei.

ADDITIO. Dic secúdum Barto. hic, quòd in vniuersalibus iudiciis pretium succedit loco rei: sicut in petitione hereditatis, & in fideicommissis vniuersalibus: *vt leg. si & rem & pretium.* (quod & nota) *supra de petitio. here. & l. imperator. §. fi. cum l. seq. s. de leg. ij.* sed dos est quoddam vniuersale, sicut hereditas, peculium, & similia: *vt l. quod dicitur. s. de impen.* & ibi no. per eundem Bart. sol. matri. super rubri.

INterdum.] CASVS. Aliquando euenit quòd interest mea furtú nó fore factum: & tamen non habeo actio. furti: vt si ré debitoris mei non mihi obligatam subripuisti: & nihil aliud habes vnde possis mihi satisfacere. nam non teneris mihi act. furti. Idé in re dotali inæstimata, quæ subrepta est viro. nam vir habet act. furti non mulier: licet eius intersit furtum non esse factum. Fran.

f ¶ *Dotalis.* inæstimata: *vt C. de rei vxo. act. §. cum & lex. & facit ad l. item. s. eo. l. cuius. & quod ibi nota.*

IN furti actione.] CASVS. In act. furti venit duplum vel quadruplum pretij rei: non autem interesse singulare duplicabitur, vel quadruplicabitur. Secundo dicit act. furti durat etiam re subrepta extincta. Tertio dicit: tempore furti facti res subrepta valebat. xx. postea cœpit valere minus: vel econtra. dicitur quòd inspicitur æstimatio illius temporis quo plus valebat. [OPE.] Opem & consilium præbui vt res tuæ furarentur. dicitur quòd teneor furti: siue idcirco præbui opem, vt socij mei furarentur: siue vt quicunque alij & hoc est verum si ego præbeo opé dolo malo: sicut nec furtum sine dolo malo esse potest. Tandem exponit quis dicatur dare consilium: item quis dicatur dare opem. [CVM EO.] Pannum rubeú ostendi ouibus tuis, & sic eas fugaui: & subreptæ sunt. dicitur quòd si hoc feci dolo malo, vt surriperentur, teneor furti: aliàs nó furti, sed in factú act. debet dari. sed si oues timore ductæ sunt præcipitatæ, & sic mortuæ: teneor vti

h ¶ *Verum pretium.* i. [a] commune quanti vendi potest: *vt inf. eo. l. si quis vxori. §. fi.* & super ea veniunt quę modo dixi: & hoc cum agit iure dominij. aliàs nó: quia interesse illud duplatur, vel quadruplatur: *vt infra eod. l. si vendidero. §. cum autem.* Accur.

a Pretium verum [illegible]

† De hac du[illegible] [illegible] deque [illegible] [illegible], de bono. eiec. c. ij.

i ¶ *Facienda est.* vt *& s. eod. l. inter omnes. in princip. & C. de furt. l. subtractio.*

k ¶ *Pretiosior.* vt *& j. e. l. inficiando. §. infans. & s. d. condict. furti. l. in re furtina. & s. rerum amota. l. pe.*

a Cic. [illegible] natura deorum: inde illa actio, ope consilióque [illegible] furtum [illegible] factum esse.

l ¶ *Verius est.* augetur [b] ergo pœna: sed non geminatur: *vt s. e. l. ei qui.*

b Pœna augéri potest, at nó geminari.

m ¶ *Factum.* i. consilium præstitum, vel opem. Accursius.

n ¶ *Inimicitiarum.* postea secuto [c] furto: *vt j. eo. l. qui seruo. §. idem Pompo.* Sed contra. *j. e. l. qui iniuria. in princi.* Sol. hic non supposuit, scilicet certum: sed aliquos sciebat accipere. *& sic etiam soluitur Institu. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. sed & si per lasciuiam. argum. infra. e. l. si quis vxori. §. si quis de manu.* Accursius.

c Furti tenetur is etiá, qui consilium dedit furti alicui faciendi, non vt fieret ei furtum, sed vt fieret ei iniuria.

o ¶ *Posse.* vt teneatur furti. in factum tamen tenetur: *vt Insti. e. §. sed & si per lasciuiam.*

p ¶ *Præbet.* vt *j.* [d] *e. l. si pignore. §. pe.* An autem de quolibet separatim intelligatur, dic *vt j. de verb. sig. sæpe. §. fi.*

d Opem ferre quis dicatur.

q ¶ *Cum eo.* ad hunc *§. & l. seq. concor. Inst. e. §. interdum. & s. ad l. Aqui. item si obstetrix. §. si seruum. & l. si boues. & Inst. de l. Aquil. §. cæterum.*

SI quis.] CASVS. Præstiti opem & consilium vxori surripienti res viri teneor furti. Idé si ego & ipsa surripuimus. ná teneor furti: licet ipsa non tenetur. idé & si ipsa præbuit opé cuidam surripienti res viri. nam ipsa non tenetur furti: sed rerum amotarú. sed si seruus vxoris surripuit eius viro: tenebitur ipsa nomine suo & idé est in filiofa. milite. nam si surripuit patri, nó tenetur furti secus si seruus eius. sed si ipse filius habens castrense peculium surripiat patri, cum habeat vnde satisfaciat, tenebitur furti. idé de patre surripiente rem castrensem filij. [EVM CREDITOREM.] Si creditor non reddit pignus, cum est sibi satisfactú de debito, imò animo celádi tenet illud. dicitur quòd tenetur furti. [SI SVLPHVRARIA.] Agrum ex quo sulphur colligitur, tibi locaui ad hoc vt habeas fructum sulphuris, venit quidam & surripuit de terra agri ex qua extrahitur sulphur. dicitur quòd tenetur mihi furti: & quicquid consequar, restituam tibi colono. [SI SERVVS.] Seruus tuus vel filius accepit vestimen-

qui pannum rubrum † ostendit fugauítque pecus, vt in fures incideret: si quidem dolo malo fecit, furti actio est. Sed & si non furti faciendi causa hoc fecit: nõ debet impunitus esse lusus tam perniciosus. idcirco Labeo scribit in factum dandam actionem:

LI. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum prouinciale.*

NAm &[si]præcipitata sint pecora, vtilis actio damni iniuriæ quasi ex lege Aquilia dabitur.

LII. VLPIANVS *libro trigensimo septimo ad Edictum.*

SI quis[a] vxori res mariti subtrahenti opem consiliúmve accommodauerit, furti tenebitur[b]. 1. ¶ Sed & si furtum cum ea fecit, tenebitur furti cum ipsa non teneatur[c]. 2 ¶ Ipsa quoque si opem furi[d] tulit, furti non tenebitur, sed rerum † amotarum[e]: 3. ¶ Serui verò sui nomine[f] furti[g] eam teneri, nequaquam ambigendum est[h]. 4. ¶ Idem dicendum est & in filiofamilias milite. nam ipse patri furti[i] non tenebitur: serui autem sui nomine castrẽsis tenebitur, si patri seruus furtum fecerit.

5. ¶ Sed si filius meus qui habet castrense peculium, furtum mihi fecerit: an possim actione vtili aduersus eum agere, videndum est, cum habeat vnde satisfaciat. Et potest defendi agendum[k]. 6. ¶ An autem pater filio teneatur, si rem eius castrensis peculij subtraxerit, videamus. Et putem teneri. Non tantùm igitur furtum faciet filio: sed etiam furti tenebitur[l].

7. ¶ Eum creditorem qui post solutam pecuniam pignus non reddat: teneri furti Mela ait si celandi animo retineat[m] quod verum esse arbitror.

8 ¶ Si sulphurariæ* sunt in agro[n], & inde aliquis terram[o] egisset abstulissétque, dominus furti aget[p]: deinde colonus conducti actione consequetur vt id ipsum sibi præstetur.

9 ¶ Si seruus tuus vel filius polienda vestimenta susceperit, an furti actionem habeas[q], quæritur. Et si quidem peculium serui soluendo sit: potes habere furti actionem. si non

† *Vide in hunc locum Calium Rhodigi. li. lec. antiqua. 10. c. 11. Senec. 1. de Ira. Taurum,* color rubicũdus excitat, ad vmbram aspis exurgit, vrsos leonésque mappa prorítat.

† Imò nõ datur amotarum rerum actio *l. vlt. C. eod.* Dic rerum amotarum actionẽ sumi pro actione in factum propter res amotas.

ta mea ad poliendum, postea subrepta sunt ei: & sic tenetur mihi emendare, vel pater, vel dominus pro eo de peculio. quæritur an tibi domino vel patri competat actio furti contra furem? Et distinguitur. nam aut peculium serui vel filij sit soluendo: & tunc bene competit actio furti tibi. aut nõ: & tunc non cõpetit tibi actio furti. [SED ET SI REM.] Titius à fure emit rem furtiuam ignorans, & eidem Titio postea est subrepta. datur Titio actio furti. [APVD LABEONEM.] Cum emissem siliginem à te, dixi tibi vt eam dares ei qui pro me veniret ad eam accipiendam. quidam transiẽs per viam cum dicerẽ hæc verba, audiuit & venit ad te pro siligine, dicẽs se venire ex parte mea: cum non esset verum. tandem tu ei dedisti, nõ vt statim fieret dominus siliginis, sed tunc demum cum deliberarem. ego non habeo ratum quod fecisti dicitur quòd tu habes act. furti contra eum. [SI FVGITIVVM.] Seruum meum fugitiuum detrusum in carcerem cõmunis Boñ. quidã petiit sibi dari à potestate, & datus est: an teneatur mihi act. furti? & dicit: aut potestas exegit satisdat. de rato ab isto: & tunc potestas hanc actionẽ tenebitur mihi cedere: & præterea furti contra accipientem. aut non? & tũc si accipiens seruũ meũ habuit animum eum lucrandi, tenebitur mihi act. furti: nõ autẽ potestas tenebitur aliqua act. mihi. [SI QVIS DE MANV.] Si percussi te in manu, vt nummi quos habes in manu, tibi caderẽt & alius acciperet & sic fugit teneor furti. [SI QVIS MASSAM.] Titius subripuit mihi Francisco massam meam argenteam; & de ea fecit scyphos dicitur quòd agam act. furti, & condict. furtiua nomine massæ vel poculorum. Idem & si subripuit mihi vuas, & de eis fecit vinum, & habet vinacea. [SERVVS QVI SE.] Seruus dixit se liberum, ad hoc vt inueniret mutuantem, & inueni dicitur quòd nõ est fur. & redditur ratio. idem de filio si se sui iuris dixit. [IVLIANVS.] Tradidi tibi pecuniam vt eã soluas creditori meo nomine. tu dedisti nomine tuo, cũ & eius esses debitor. diciturq; furtum facis. [SI TITIVS.] Rem alienam vendidisti: nõ diceris nummorum quos inde habes, furtum fecisse. [SI EX DVOBVS.] Duo erant socij omnium bonorum. vnus eorum mutuauit pecuniã cuidam scholari habito pignore: quod pignus ei subreptum est. diciturq; ille tantum aget furti cui erat obligatum: non autem eius socius. [NEQVE VERBO.] Verbis solis siue scriptura non fit furtum. furtum enim nõ fit sine cõtrectatione: vnde si consiliũ dedi furi vel opem vt furtum faciat: & nõ fecit. non sum fur. nec teneor furti. [SI QVIS ASINVM.] Asinũ meum posuisti in equas tuas, vt sic eas cooperiret. non teneris furti si nõ habuisti animum contrectandi eum: & de hoc etiam extat rescriptum: sed teneris in factum. [DVM TITIO.] Cum crederem pecuniam mutuare Titio qui erat legalis & diues homo. subiecisti mihi alium Titium pauperẽ, cui mutuaui: & nummos mutuatos cum eo diuisisti. dicitur quòd teneris furti, & etiam Titius si hoc sciuit. [SI MAIORA.] Cum emerem frumentum à Titio ad pondus, puta centum corbes, & vellem facere mensurari, cõmodasti mihi maiora pondera cum quibus mensurarem: & mensuraui. hic commodans tenetur Titio act. furti, & etiã ego, si sciẽs maiora feci cum eis mensurari. [SI QVIS.] Emi Stichum à domino eius, & de hoc habeo instrumentum, quo cõtinetur quòd emi Stichum. persuasisti Sticho vt nomen suum de hoc instrumẽto deleret: & deleuit. dicitur quòd teneris furti. si autem persuasisti ei vt alia mea instrumenta deleret, & fecit: teneris serui corrupti. si tamen hoc idẽ fecisti tuis manibus, teneris de dolo.

[SI LINEA.] Si lineam margaritarum, mihi subripuisti. & agam furti: debeo dicere numerum. sed si agã furti pro vino subrepto, debeo dicere quot corbes. sed si vasa sunt subrepta: debeo dicere numerum. [SI SERVVS.] Seruo meo habenti liberam peculij administrationem, subrepta est res peculiaris. actio furti, mihi domino est quæsita: quæ tollitur si trãsigat hic seruus cum fure non animo donãdi. Idem & si tota pœna dupli vel quadrupli sit seruo soluta. [SI QVIS IVRAVERIT.] Iurasti te furtum mihi non fecisse. non teneris furti nisi amodo contrectes: sed rei persecutio, putà rei vindicatio, mihi dabitur. & de hoc dic vt in Gloss. [SI SERVVS.] Subripuisti mihi seruum: & interim est heres institutus: & antequã meo iussu adiret, vt quia eum mihi non dabas, decessit hic seruus: agam act. furti ad pretium hereditatis amissæ: & etiam condictio furtiua ad hoc datur. non solum ad pretium serui. [SI STATVLIBER.] Statuliber vel res sub conditione legata, subrepta est heredi. heres habet condictionem furtiuam: & æstimabitur quanti res talis valet. existente autem conditione furti actionẽ amodo non habet heres: quia sua desiit interesse. Franc.

a ¶ *Si quis.* scilicet extraneus. Roge.

b ¶ *Tenebitur.* licet furtum non faciat: *vt Institu. de obliga. quæ ex delict. nasc. §. interdum.*

c ¶ *Non teneatur.* vt *& j. eo. l. qui seruo. §. item placuit. & sup. e. l. si. in fi. & j. rerum amo. l. j.*

d ¶ *Furti.* subripientes res viri.

e ¶ *Sed rerum amotarum.* si causa diuortij amouit: *vt supra rerum amotarum. l. si concubina. in fin. j. respon. & l. sed & si. & l. si rem.*

f ¶ *Nomine.* quia seruus vxoris fecit furtum viro.

g ¶ *Furti.* scilicet noxali.

h ¶ *Ambigendum est.* vt *sup. rerum amo. l. & ideo ij. resp.* Sed contra *in eo tit. l. si mulier. §. j.* Sol. ibi timens seruus paruit mulieri, vel credebat res mulieris.

i ¶ *Furti.* hoc statim corrigitur.

k ¶ *Agendum.* sic *& supra de fideiuss. si dubitetur. in fi. & de iudi. l. lis in fin.*

l ¶ *Furti tenebitur.* i. de furto. sed[b] agitur actione in factum: *vt & j. de dolo. l. non debet. & C. de dolo. l. si superstite.* quæ sunt contra. ¶ Ex supradictis nota[c], quòd in furto aliquãdo vitiatur persona & res, & per hoc fit res inusucapibilis, vt quãdo extraneus facit furtum. *vt Inst. t. de vsuca. §. furtiuæ.* 2. Aliquando sola persona: & sic est vsucapibilis: vt quando debitor creditori: *vt sup. de vsur. l. sequitur. §. si rem.* Quandoque res tantum: & sic non est vsucapibilis: vt quando filij & serui faciunt furtũ patri & domino. *vt sup. e. l. serui & filij.* Idem de vxore: *vt sup. in prin. huius legis & sup. rerum amota. l. j.* 4. Quãdoque nec persona nec res quo ad se, sed licet quo ad alium sic: & tamen furti tenetur: vt ille qui opẽ & cõsilium dedit: *vt Inst. eo. §. interdum.*

m ¶ *Retineat.* & contrectet, aliàs contra. *j. eo. l. infitiando. in prin. & C. de pigne. act. l. si nulla.*

n ¶ *In agro.* conducto ad hoc vt conductor habeat furtum sulphuris: nam[d] fructus est: *vt j. sol. mat. l. diuortio. §. si vir.*

o ¶ *Terram.* ex qua extrahitur sulphur. & sic est *infra eodem. l. si creta.*

p ¶ *Dominus furti aget.* & nihilo minus colonus, secundum R. vel dic vt diximus *j. eo. l. si apes.*

q ¶ *Habeat.* subtractis vestibus. Accur.

*Al. sulpurariæ & recte vt & sulpur *l. 13. §. 5. 1. de vsufru. & sulpurata. l. 55. de lega. 3. & l. 167. inf. de verb sign.*

a Furti actione marito vxor non obligatur.

b Furti actio licet non detur aduersus parentem, datur tamen actio in factum nomine furti.

c Furtiua res an & quando vsucapi possit.

d In fructu sunt sulphurarii.

Soluendo.

a ¶ *Soluendo.* & sic est periculo peculij: *vt & ꝟ. eo. l. itaque.*
b ¶ *Actionem.* nomine peculij, non suo: vt in contrario: *vt ꝟ. eo. l. cum qui. §. an pater.* vbi plene diximus.
c ¶ *Imprudens.* aliud si sciens: quia & ipse esset fur, & sic non ageret furti: *vt & ꝟ. eo. l. itaque. §. si furti.*
d ¶ *Actionem.* secus in donatario: nisi & eius ratione euictionis interfuit: *vt infra eod. l. qui iniuriæ. §. si.* quæ est contra.
e ¶ *Et si siligario.* i. venditori siliginis.
f ¶ *Quis.* s. emptor.
g ¶ *Eius.* s. emptoris.
h ¶ *Et accepit.* suo nomine: non tamen siliginarius transtulit dominium: nisi liberaret eũ ab emptore: *vt ꝟ. de solut. l. cum quis. §. si debitorem.*
i ¶ *Actionem.* quam cedendo liberatur: & ideo ei competit, secũdum Ro. sed dic cõtra: quia in genere tenetur ad siliginem, quod perire nõ potest: & ideo datur ei, quia & eius interest.
k ¶ *Non mihi.* emptori. *& facit j. eo. si vendidero. §. si Titius.* Sed arg. contra *ꝟ. de solutio. l. si puit ferno.*
l ¶ *De carcere.* vbi custodiebatur: *vt & ꝟ. de ser. fugi. l. limenarchæ.*
m ¶ *Fideiussores dedit.* duumuiris de rato, licet extra formam iudicij: *vt ꝟ. rem ra. hab. l. interdum. & l. si commissa. §. j. & facit supra de petitio. hered. l. cum idem.*
n ¶ *In eos.* duumuiros & nihilo minus furti contra accipientem.
o ¶ *Vt hi.* duumuiri. Azo.
p ¶ *Mandent.* vel sine cessione habeo vtiles: *vt sup. de negi. gest. l. j. § exigere.*
q ¶ *Ita furti tenetur.* vt ª *Iulian. eo. §. interdum. & ꝟ. ad l. Aquil. si seruum seruum. §. interdum. & ar. ꝟ. eo. l. qui seruo. §. j. sed contra. ꝟ. e. l. in furti. §. ope.* sed ibi dixi.
r ¶ *Possum.* Contra videbatur, quasi domin' esset per specificationem: sed ᵇ non est, quia bona fides ibi exigitur *vt diximus ꝟ. de acqui. rerum domi. l. adeo. §. cum quis & f. cit sup. de condi. furt. si seruum. §. bonæ. & l. ex argento. & facit. ꝟ. eo. l. exhibend. l. de eo. §. si quis ex.*
s ¶ *Debitorem.* qui ᶜ furti non tenetur: *vt ꝟ. eo. l. falsus. §. si quis nihil.* Sed contra. *j. eo. l. §. cum Titio.* Sol. vt ibi.
t ¶ *Furtum eum facere.* cum ᵈ dominium non sit translatum: & etiam mandati tenetur: *vt ꝟ. de solu. l. Cassius.*
u ¶ *Fecisse.* vt ᵉ *supra de act. emp. l. ex empto. §. emptor & supra eo. l. qui vas in fin.* Accur.
x ¶ *Non habere.* sic & ꝟ. pro socio. l. si quis societatem. *& C. de pigno. l. & si frater tuus.*
y ¶ *Vel consilium.* ob ª solum consilium tunc tenetur quis furti, cum non aliàs erat facturus is cui consilium datum est: *vt & infra de iniur. l. non solum. & j. si mandato. & no. in ꝟ. de ver. sig. l. sæpe. §. fi. & facit. j. de iniur. l. item apud. §. si curauerit. & ꝟ. eo. l. qui seruo. in princ. & §. j.*
z ¶ *In equas suas.* ex quo coitu nascuntur muli. & est hic Græcum. Accur.
a ¶ *Furti teneatis.* vt tollas contraria, dic. Aut ᵇ error est in substãtia personæ debitoris, credẽdo alium esse quàm. fit: & tunc obtinet quod dicit hic: aut in cõditione personæ, vt quia liberũ & sui iuris se dicat: & tunc nõ tenetur furti: *vt ar. contra ꝟ. eo. l. §. seruus.* aut in qualitate cautelæ: vt an sit idoneus: & tũc cessat furti: & datur de dolo: vt in cõtrariis *ꝟ. eo. l. falsus. §. si quis nihil. & sup. de dolo. l. & eleganter. §. fi. & l. fi.* ¶ Et qd̃ hic facit error per personæ, facit error põderis: *vt j. prox. §.* Sed qui dã dicũt errorẽ personæ nõ esse impedimẽtũ quo minus trãsferatur dominium, *ar. ꝟ. de acqui. poss. l. quod meo. §. si furioso.* Sed ar. contra *in eo. tit. si me in vacuam. §. j.* Prima placet.
b ¶ *Sed & si Titius.* si sciuit: *vt j. eo. l. si is qui. §. si tu Titium.*
c ¶ *Tibi.* emptori. Ac.
d ¶ *Eum.* cõmodantẽ eũ causa lucri tulit opẽ hoc modo. Sed certe in mõ de dolo: *vt ꝟ. de dolo l. arbitro. §. de eo.* Solutio secũdũ Azo. hic sciens scienti commodauit, in quo furtũ factum est. s. sciens ignoranti nec furtum factũ est. plene ibi de hoc dixi. Accur.
e ¶ *Venditoris.* aliàs debitoris.
f ¶ *Nomen suum.* persuasoris: & tamẽ causa lucri, puta ne de euictione teneretur. sed R dicit prius scilicet sub tracto instrumento.
g ¶ *Agendum.* quasi ope & consilio.
h ¶ *Describeret.* i. deleret. vel dic id est impleret: vt ad vsum iã non essent.
i ¶ *Corrupti.* vt & *sup. de ser. cor. l. Neratius. §. j.*
k ¶ *Fecit.* qui persuasit seruo noncorrupto
l ¶ *De dolo actionem.* scilicet saltem. B sed Aquil. dari videtur: *vt sup. ad l. Aquil. l. si quis testamentum. §. fi. & de his dixi. ꝟ. eo. l. qui tabulas. in fi.* Accur.
m ¶ *Numerus.* facit *j. e. l. in actione. & ꝟ. de rei vin. l. si in rem. j.* Acc.

Marginal notes: ª Debitor qui soluit & rem debitam dat alteri tertio, dolo & fraude tertij, in re committitur furtum: & actionem furti habet debitor, non dominus rei. — * Siliginario. — † Siliginarius. — * Custodes carcerum si dimittant custodiam mandato rectoris, non tenẽtur: sed rector tãtum committẽdo dimittunt. — ª Furti tenetur qui alicui nũmos ẽmanu excussit, vt alius eos subriperet seu tolleret. — ᵇ Specificatio non facit dominium esse specificantis si fuit in mala fide. — ᶜ Furti non tenetur, qui se idoneum debitorem creditori tãtum esse dixit. — ᵈ Mãdatarius pecuniam mãdantis soluẽs suo ac proprio creditori & furti & mãdati tenetur. — ᵉ Pretium ex furtiua redactum, non habetur pro re ipsa furtiua, sed furtiuum. — ª Furti ob cõsilium datum quis tenetur quoties is cui consilium datum fuit, aliàs hoc cũm sine tali consilio furtum non erat facturus. — ᵇ Error in persona substantia, ne impediat dominij translationem. — † id est genitura suscipiẽdique fœtus gratia. *v. Suid. in ἀνοχεία. porrò, hic, & Ale. li. dispun. 2. cap. 13.* — * Admittere, est marem feminæ vel cõtra ad initum admouere.

fuerit soluendo ª, dicendum est non competere furti actionem ᵇ.

10. ¶ Sed & si rem furtiuam imprudens ᶜ quis emerit, & ei subrepta sit, habebit furti actionem ᵈ.

11. ¶ Apud Labeonem † relatum est. si siliginario ᵉ quis ᶠ dixerit, vt quisquis nomine eius siliginem petisset, ei daret & quidam ex transeuntibus cum audisset, petiit eius ᵍ nomine, & accepit ʰ: furti actionem ⁱ aduersus eum qui supposuit, siliginario * competere, non mihi ᵏ. Non enim mihi negotium, sed sibi siliginarius † gessit.

12. ¶ Si fugitiuum meum * quis quasi suum à duumuiro, vel ab aliis qui potestatem habent, de carcere ˡ vel custodia dimitteret, an is furti teneatur? Et placet, si fideiussores dedit ᵐ, in eos ⁿ domino actionem dandam: vt hi ᵒ actiones suas mihi mandẽt ᵖ. Quòd si non acceperint fideiussorem, sed tanquam suum accipienti ei tradiderint: dominum furti actionem aduersus plagiarium habiturum.

13 ¶ Si quis de manu alicuius nummos aureos vel argenteos vel aliam rem excusserit: ita furti tenetur ᵠ, si ideo fecit vt alius tolleret, isque sustulerit.

14. ¶ Si quis massam * meam argenteam subripuerit, & pocula fecerit: possum ʳ vel poculorum vel massæ furti agere, vel condictione. Idem est & in vuis, & in musto, & in vinaceis. Nam & vuarum & musti & vinaceorum nomine furti agi potest, sed & condici. 15 ¶ Seruus qui se liberum adfirmauit, vt sibi pecunia crederetur: furtum non facit. Namque hic se nihil amplius quàm idoneum se debitorem ˢ adfirmat. Idem est in eo qui se patremfamilias finxit, eũ esset filiusfamilias, vt sibi promptius pecunia crederetur.

16 ¶ Iulianus libro vicensimo secundo Digestorum scripsit si pecuniam quis à me acceperit, vt creditori meo soluat, deinde cum tantam pecuniam eidem creditori deberet, suo nomine soluerit: furtum eum facere ᵗ.

17. ¶ Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore accepit nummos: non videtur nummorum furtum fecisse ᵘ.

18. ¶ Si ex duobus sociis omnium bonorum vnus rem pignori acceperit, eáque subrepta sit: Mela scripsit eum solum furti habere actionem, qui pignori accepit: socium non habere ˣ.

19. ¶ Neque verbo, neque scriptura quis furtum facit. Hoc enim iure vtimur, vt furtum sine contrectatione non fiat. Quare & opem ferre, vel consilium ʸ dare tunc nocet, cum secuta cõtrectatio est.

20 ¶ Si quis asinum meũ coegisset, & in equas suos ᶻ τῆς γονῆς † dumtaxat χάριν admisisset, * furti non tenetur: nisi furandi quoque animum habuit. Quod & Herennio Modestino studioso meo de Dalmatia consulenti rescripsi circa equos quibus eiusdem rei gratiã subiecisse quis equas suas proponebatur: furti ita demum teneri, si furandi animo id fecisset: si minus, in factum agendum.

21 ¶ Cùm Titio honesto viro pecuniam credere vellem, subiecisti mihi alium Titium egenum quasi ille esset locuples: & nummos acceptos cum eo diuisisti. furti tenearis ª, quasi ope tua consilióque furtum factum sit. sed & Titius ᵇ furti tenebitur.

22 ¶ [Si] maiora quis pondera tibi ᶜ commodauit, cum emeres ad pondus: furti eum ᵈ venditori teneri Mela scribit: te quoque si scisti. Non [enim] ex voluntate venditoris ᵉ accipis, cum erret in pondere. 23. ¶ Si quis seruo meo persuaserit, vt nomen suum ᶠ ex instrumento, puta, emptionis tolleret: & Mela scripsit, & ego puto, furti agendum ᵍ. 24. ¶ Sed si seruo persuasum sit, vt tabulas meas describeret ʰ: puto, si quidem seruo persuasum sit, serui corrupti ⁱ agendum. si ipse fecit ᵏ, de dolo ˡ actionem dandam.

25. ¶ Si linea margaritarũ subrepta sit, dicẽdus est numerus ᵐ. Sed

a ¶ *Administrationem.* specialiter concessam: *vt sup. de pec. quam Tuberonus. §. alia.* Accur.

b ¶ *Non donationis.* alias secus: *vt & sup. de pac. l. contra iuris. §. si & l. seq. in prin. & §. j. & ff. de dona. l. filiusfami.*

c ¶ *Non contrectet.* alias secus: *vt not. ff. eo. l. ei qui.*

d ¶ *Seruatur.* Immo nec condictio remanet: *vt supra de iureiu. l. si duo. §. cum.* b *qua est contra.* Sol. hic de condictione, secundum Alex. 2. Vel remanet condictio, vt hic: sed exceptione remouetur, vt ibi. 3. Vel hic quasi cum herede furis, id est qui heres fecerit furtum, agi intelligitur vt ibi dicit. *& facit sup. de cōdic. furti. si pro fure. in prin.* Accur.

e ¶ *Etiam pretium.* duplum vel quadruplum. Io. 2. Vel dic *vt dixi. ff. e. l. in furti. in princ.*

f ¶ *Idem.* vt *& supra de condict. fur. l. si condicatur. & sup. ad exhib. sed & si hereditas.* Item est contra *infra eod. l. si cui. in fin. & ibi no. glo. fin.* Sed c illud lucrum est cum alterius iniuria: *vt supra ex quib. cau. ma. l. sciendum. & l. denique. & supra de d. m. infec. l. Proculus.*

g ¶ *Consequetur.* s. pretium hereditatis.

h ¶ *Antequam adeatur.* si dicas hereditas, dic desiit impropriè poni: quia nunquam interfuit, cum d rei hereditariæ non fiat furtum: *vt s. fra. t. tu. l. j. §. Scæuola. & supra vsufruc. quemadmodum ca. l. 9. §. j.* si dicas adeatur, scilicet iudex tunc propriè ponitur.

i ¶ *Desiit.* Sed tunc est contra. *ff. eo. inter. in princ.* Sol. hic de condic. furti, ibi de act. fur. dicit, vt non desinat competere, quia desinat interesse.

k ¶ *Aestimandus est.* si agatur furti pro furto commisso post aditā hereditatem.

l ¶ *Emptorem.* Not. res e tantum valet quantum vendi potest. *sic ff. de condic. fur. l. si seruus.* Sed contra videtur, *ff. eod. si vendidero. §. cum autem.* Sol. in actione furti, hic in condict. 2. Vel verius illa secundum istam, vt ibi sit verum pretium.

a Furtiuam actionem quæsitam peculij nomine vel causa, is qui peculij liberā administrationé habet, remittere nō potest: de ea tamen transigere potest.

b Iulianus ait *eum qui.*

c Furti actione non habetur ratio, lucri percipiendi cum alterius iniuria.

d Furtum nō fit rei hæreditariæ.

e Valere tantum res dicitur, quantum vendi potest.

& si de vino furti agatur, necesse est dici quot amphoræ subreptæ sint: si vasa subrepta sint, numerus dicendus.

26. ¶ Si seruus meus qui habebat peculij administrationē a liberam, pactus sit cum eo non donationis b causa, qui rem eius peculiarem subripuerat: rectè transactum videtur. Quamuis enim domino quæratur furti actio: attamen in peculio serui est. Sed & si tota pœna furti dupli seruo soluta sit: non dubiè fur liberabitur. Cui consequens est: vt si forte à fure acceperit seruus quod ei rei satis esse videatur: similiter rectè trāsactum videatur.

27. Si quis iurauerit se furtum non fecisse, deinde rem furtiuam contrectet c: furti quidem actio perimitur, rei tamen persecutio domino seruatur d.

28. ¶ Si seruus est subreptus qui heres institutus fuerit, furti iudicio actor consequetur etiam pretium e hereditatis: si modo seruus antequam iussu domini adeat mortuus fuerit. condicendo quoq. mortuum. idem f consequetur g.

29. ¶ Si statuliber subreptus sit: vel res sub conditione legata: deinde antequam adeatur h, extiterit conditio, furti iam agi non potest: quia desiit i interesse heredis. pendente autem conditione tanti æstimandus est k, quanti emptorem l potest inuenire:

Si quis ex domo.] Casus. Cum essem in camera Thaddæi dilecti mei ad scribendos istos casus, dimissa camera mea, in qua nemo tunc erat quidam rapuit f libros meos de camera mea. tenebitur vi bo. rap. in quadruplum, & furti non manifesti. sed si effregit cameram meam non animo subripendi per se, vel per aliū aliquid, tamen alius, inuenta camera mea fracta subripuit modo aliquid: non tenebitur effractor furti. & redditur ratio. & h. d. hęc lex cum prin. seq. Fran.

m ¶ *Rapuerit.* non clam. quia sic esset simplex furtum: *vt ff. eo. l. j.* sed rapturus etiam si inuenisset ibi aliquem.

n ¶ *Tollentem.* hic est specialis casus, secundùm P. vt raptor non teneatur furti non manifesti. alias contra: *vt Instit. vi bo. rapto. in prin.* 2. Vel dic hic tolli act. furti, nō quo ad natiuitatem: sed quia facto fuit exactio per hanc vi bo. rapt. *vt ff. vi bo. rapt. l. j.* Item dicit P. raptorem etiam si deprehēdatur, nō teneri furti manifesti: sed non manifesti. vt hic innuit. Sed dic contra, scilicet eū manifesti teneri: *vt ff. eo. si vendidero. §. cum raptor.* ¶ Item no. g secundum H. 9. in casu huius legis loquitur: *ff. de pub. iudi. l. infamem.* Nam alias semper vi. bo. rapt. actione si agatur criminaliter, erit blicum iudicium, scilicet legis Iuliæ vis publ. vel priua. quæ publica sunt: *vt infra de publi. iud. l. j. & facit ff. de inten. rat. man. l. ij.* Labeo.

f Quid si non rapuit, forte qui non potuit? an tenebitur furti. v. Conseruat. *in glo. in. aū. & Gl. fin. vltima rum supe. in pr.*

g Raptor quandoque furti non manifesti non tenetur.

h Rapina certo casu priuatum est delictum.

Qui iniuria. In princip. casus est planus. [Si seruus.] Commodaui Thaddæo librum meum: seruus meus ei subripuit & Thaddæus bene est soluendo in soluenda æstimatione libri. dicitur quòd agam commodati actio. ad æstimat. libri. & ipse Thaddæus cōtra me act. fur. ti, & ab hac act. furti liberor reddēdo Thaddæo quod abeo habui. idem & si antequam agam, velim ei remittere act. commodati. sed si seruus Thaddæi subripuit librum illum Thaddæus mihi tenebitur act. commodati tantum, non furti. [Qui alienis.] Gestor meorum negotiorum culpa sua rem meam amisit per furtum. dicitur quòd nō habeo act. furti: sed agam contra gestorem ad æstima. rei meæ: & teneor sibi cedere actio. furti quam habeo contra furem. Idem in eo qui gerit negotia mea pro tutore. Idem in eo tutore qui oblata satisda. contutoribus solus administrat. [Si ex donatione.] Rem meam tibi donatam à Titio, tibi subripio: putà seruum: agis contra me furti, si interfuit tua ratione possessionis: vt quia damnum ab eo datum' alicui emendasti, vel cū emptum curasti: cum & si eum posslderes, cum à te vindicarem, obstaret mihi exceptio nisi has expensas tibi redderem. Fräciscus.

Idem. libro vigesimooctauo ad Edictum.

30 Si a quis † ex domo in qua nemo erat, rapuerit m, actione de bonis raptis in quadruplum conuenietur, furti o: non manifesti, videlicet si nemo eum deprehenderit tollentem n.

xxii. Paulus libro trigesimonono ad Edictum.

Qui iniuriæ causa ianuam effregit: quamuis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti o. nam maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit p. 1. ¶ Si seruus commodatoris rem q subripuerit, & soluendo sit is r cui subreptum est: Sabinus ait posse & commodatari agi cum eo s, & contra dominum furti t serui nomine, sed si pecuniam quam dominus exegit, reddat: euanescere furti actionem u. Idem & si remittat commodati actionem.

2. ¶ Quod si seruus tuus rem tibi commodatam subripuerit: furti tecum actio non est, quia tuo periculo res sit: sed tantùm commodati x.

3 ¶ Qui † alienis negotiis gerendis se obtulit, actionem furti non habet y, licet culpa eius res perierit, sed actione negotiorū gestorum ita damnandus est, si dominus actione ei cedat. Eadē sunt z in eo qui pro tutore negotia gerit, vel in eo tutore qui diligentiā præstare debeat: veluti

* Flo. non est *l. c. sed §.*

† *Materiam furti habes in titulo tamē tracta tam per scribentes ibi aut. sed nota ante. C. in furti. sup. per Alexand. ampl. §. in princ. ... & ad mat. ... vide Bar. in l. si qua ex tamen. C. vnde vi. & ibi in l. & per fin. & ... habes ... Bar.*

o ¶ *Non tenetur furti.* vt *supra eod. l. verum.* Azo. sed contra. *ff. eod. l. furti. §. ope.* Solu. vt ibi. Additio. Dic quòd ibi habuit animū vt furaretur res ab alio certo, vel incerto vt ibi per Barto. alias secus, secundùm eundem.

p ¶ *Distinguit.* No. a *sic. ff. de iniu. l. quod reipu. & C. de fica l. j. & ff. de tribu. exhib. l. iiij. §. si quis dolo.*

q ¶ *Rem.* commodatam.

r ¶ *Is.* commodarius.

s ¶ *Cum eo.* commodatario.

t ¶ *Furti.* noxali: *vt & sup. commo. rem mihi. §. fi.* b

u ¶ *Furti actionem.* id est c est condictionem furtiuam. aliud in actione furti d *vt s. pra eod. inter.* Sed hodie forte idem in actione furti: *vt Inst. de oblig. quæ ex deli. nasc. §. quæ de fullone. & C. eodem tit. l. fi. §. sed et. quæ sunt contra.* quibus dicitur non dari commodatario actionem furti, si dominus eum non cōuenit nommodati Sed certe prorsus alius est ibi cas', scilicet quia ibi extraneus, hic seruus commodantis fecit furtum. ¶ Sed quare per compensationem non confunduntur, saltem vsque ad concurrentem quātitatem? Respond. propter electionem quam habet dominus in noxali. Accursius.

x ¶ *Sed tantum commodati.* Sed quare e magis si tu contrectas: *vt Instit. eo. §. placuit.* cum non debeat licere seruo quod non licet libero: *vt C. si fer. extero se l. j. & facit ad §. non. cau. ff. ad dicit. §. j. & de excep. do. apud. §. si quis pupillo. versi. quod fit.*

y ¶ *Non habet.* facit *sup. eo. l. enim contra.* & quod ibi nota.

z ¶ *Eadem sunt.* vt nomine rerum subtractarum teneatur: sed non condemnetur, nisi actiones cedantur.

† *Furti non agit, qui tenetur ad custodiam ex quasi contractu, secus si ex vero contractu. v. l. cum quo. ff. eod.*

a Voluntas maleficia distinguit.

b *alias est. l. fi. fortun.*

c Hæc interpretatio displicet Barto.

d Furti actio euanescit, si desinat actoris interesse.

e Furti actio non nascitur ex contrectatione quam facit seruus commodatarii: nascitur ex contrectatione, quam facit ipse cōmodatarius. Cur tam vere. vide hic Bart.

Suscepit.

a ¶ *Suscepit.* facit *C. de tuto. & curato.* qui satis non dede. l. non omnium.

b ¶ *Defendisti* & sic æstimationem damni pro eo soluisti.

c ¶ *Habiturus.* Item potest interesse vt feratur sententia in condemnatione, vt sic de euictione agat, si donatio cœperit à promissione: *vt C. de iur. do. l.* aliàs ergo non: vt hic. Sed secus si ex vēditione possideas: *vt supra eod. cum ex. §. j. & infra si quis vxori. §. sed & si rem.* quæ sunt contra. Item non ob. *supra eodem. l. cuius.* vt ibi dixi.

qui ex pluribus tutoribus testamento datis, oblata satisdatione solus administrationem suscepit[a].

4. ¶ Si ex donatione alterius rem meam teneas, & eam subripiam: ita demum furti te agere mecum posse Iulianus ait, si interfuit tua retinere possessionem, veluti si hominem donatum noxali iudicio defendisti[b], vel ægrum curaueris, vt aduersus vindicantem, iustam retentionem habiturus[c] sis.

SI pignore.] CASVS. Creditor, putà Bozolus libro sibi obligato vtitur: tenetur furti. idē est si rē tibi cōmodatam, alij commodas. Idē & si fullo vestimentis meis, quæ accepit ad poliendum, vtitur portando ea. Idē est si aliquis subripiat rem ad hoc vt alij donet: species enim lucri est, ex alieno largiri. [FVREM.] Furem inueni in camera mea subripientem de die mihi librum meum: possum eum impune occidere si se telo defendat. Secundo dicit quid appellatione teli significetur. [CVM FVRTI.] Cū actio furti datur ad pœnā: rei vindicatio & condictio furtiua datur ad rem vel eius æstimat. dicitur quòd pœnalis non tollitur per persecutoriam: vel econtra: sed persecutoria per persecutoriā tollitur. [QVI FERRAMENTA.] Cōmodaui furi ferramenta ad frangēdum ostium, vel scalas sciens cōmodaui: nec aliter secum participaui consilium. teneor furti. [SI TVTOR.] Tutor vel curator transigens cum fure rei pupilli, tollit actio furti. Fran. Accur.

LIIII. GAIVS *libro tertiodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SI pignore creditor vtatur, furti tenetur[d]. 1. ¶ Eum qui quid[e] vtendum accepit, si ipse alij commodauerit, furti obligari responsum est[f]. Ex quo satis apparet furtum fieri & si quis vsum alienæ rei in suum lucrum conuertat[g]. Nec mouere quem debet, quasi nihil lucri sui gratia faciat. Species † enim lucri est, ex alieno largiri, & beneficij debitorem[h] sibi adquirere. † Vnde & is furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet.

2. ¶ Furem interdiu deprehensum non aliter occidere lex duodecim * tabularum permisit, quàm si telo[i] se defendat. Teli autem † appellatione & ferrum & fustis & lapis, & denique omne quod nocendi causa habetur, significatur[k].

Condictio vel vindicatio rei furtiuæ non tollit pœnam, sed pœnalem actionem: furti econtra. Bart.

3. ¶ Cum furti actio ad pœnæ persecutionē pertineat, condictio verò & vindicatio ad rei recuperationem: apparet rerecepta re nihilominus saluam esse[l] furti actionem, vindicationem verò & condictionem tolli: sicut ex diuerso post solutam dupli aut quadrupli pœnam, salua est vindicatio & condictio[m].

4. ¶ Qui ferramenta sciens commodauerit ad[?] effringendum ostium vel armarium, vel scalam sciens commodauerit ad ascendendum: licet nullum eius consilium principaliter[n] ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur.

5. ¶ Si tutor qui negotia gerit, aut curator transegerit cum fure euanescit[o] furti actio.

LV. VLPIANVS *libro tertio Disputationum.*

CVm creditor rem sibi pigneratam aufert, non videtur contrectare[p], sed pignori suo incumbere.

LVI. IVLIANVS *libro vicensimo secundo Digestorum.*

INterdum fur etiam manente pœnæ obligatione in quibusdam casibus rursus obligatur, vt cum eo sæpius eiusdem rei nomine furti agi posit. Primus casus occurrit, si possessionis causa mutata esset: veluti si res in domini potestatem[q] redisset, eandémque idē subriperet, vel eidem domino, vel ei cui is commodasset aut vendidisset. Sed & si persona domini mutata esset, altera pœna obligatur[r].

1. ¶ Qui furem * deducit ad præfectum vigilibus, vel ad præsidem[s]: existimandus est elegisse viam qua rem persequeretur[t]. Et si negotium ibi terminatum, & damnato[u]

d ¶ *Furti tenetur.* vt *Insti. eod. §. furtum autem.*

e ¶ *Eum qui quid.* id est aliquid.

f ¶ *Responsum est.* vt *ff. eo. qui vas. §. si ego.*

g ¶ *Conuert.* vt *j. e. fullo. j. & ar. ff. de dona. l. si tibi dederim rem. & ff. commo. si vt certo. §. sed interdum. & C. eo. l. alienam.*

h ¶ *Debitorem.* naturalem: vt *h & ff. de pe. here. l. sed & si lege. §. consul. & in Authen. de here. & Falc. §. si vero expressim. col. j.*

i ¶ *Telo.* Not. telo: quia nocturnum etiam sine telo: *vt sup. ad leg. Aquil. l. iiij. §. lex. & j. de sica. l. furem.*

k ¶ *Significatur.* & facit *Inst. de inter. §. qui autem. & sup. de vi & vi arma. l. iii. in prin. & j. de verb. sign. l. armorum.*

l ¶ *Saluam esse.* vt *C. eod. ancilla. & Instit. eod. §. j. & ff. de cond. furti. l. si pro fure. §. fin.*

m ¶ *Condictio.* vt tamen vna eligatur: *vt C. de nox. l. si. & no.* secundùm Azo. quòd vindicatione[c] nō tollitur ipso iure cōdictio: *vt ff. eo. eo qui.* quia plus ea continetur: *vt ff. de act. & obl. l. qui seruum §. fi. 2.* Vel dic vt dixi in d. l. ei qui. Itē videtur cōtra. *ff. quod met. cau. l. metum. §. licet. & nau. cau. l. item.* d §. fi. sed ibi plenè dixi.

n ¶ *Principaliter.* i. expressim: quia forte nihil dixit: sed bene sciebat ad quid accipiebat. Item ad id quòd ex sola ope teneatur videtur contra infra *de verb. sign. l. sæpe. in fine.* Sed ibi dixi. & facit *Instit. eodem. §. interdum. versic. ope. & ff. eod. in l. in furti. §. ope.*

& l. §. q. ff. vxori. §. neque.

o ¶ *Euanescit.* & *j. eo. l. interdum. §. qui tutelam. & ff. pro emp. qui fundum §. si tutor.* Accur.

CVm creditor.] CASVS. Creditor rem sibi obligatam aufert, non tenetur furti. & intellige quòd erat ei tradita res. & eā postea amiserit: vel à debitore quærenti tenebat, abstulit, & dic vt in Glo. Fran.

p ¶ *Contrectare.* Imò contra: *vt supra ei. bo. rap. l. ij.* Sol. hic loquitur in dubio[a]: *vt arg. ff. pro socio. l. merito.* Sed ibi contrarium[b] probatur, secundum H. 2. Vel hic loquitur quando fuerat ei tradita: & postea possessionem amiserat. 3. Vel à debitore qui precario tenebat, abstulit vel ex conuentione[c], vel iudicis auctoritate: ibi nullum horum interuenit: *vt arg. C. de pig. act. l. iij.*

INterdum.] CASVS. Aliquādo euenit vt fur obligetur pluries act. furti pro eadē re: vt si subripuisti mihi rem, & ea peruenit ad me: iterum eādem mihi subripuisti, vel ei cui commodaueram: teneris duplici act. fur. Item si subripuisti mihi rem: tandem ea res peruenit ad me, & eā vendidi alicui & tradidi: & iterum eandē ei subripuisti: teneris & mihi & nouo domino actio. furti. [QVI FVREM.] Furem deprehensum cum re mea furtiua duxi ad præfectum vigilum, vel ad præsidem. videor elegisse viam persecutionis: & si iudex condēnat eum mihi in æstimat. rei subreptæ, videtur sublata quæstio furti: siuè vltra æstima. eum cōdemnauit: siue non: cum maiori pœnæ, scilicet corporali, sit subiectus. [SI RES PECVLIARES.] Res peculiaris subrepta est seruo meo: tandem reuersa est in potestatem serui. actio furti quæ erat nata, tollitur. Secundo dicit: seruus rem suam peculiarē subripiendo non dicitur fur: cum rei conditio per hoc nō mutetur. Tertio dicit: Tutor potest transigere cū fure rei pupilli: & tollitur act. furti. Item si reuertatur res subrepta in potestatē tutoris cum tutor loco domini sit. Idem in curatore furiosi, cum & alienare rem furiosi possit. intellige & cū decreto, & ex causa iusta. Vltimo dicit. tutor item curator furiosi pro re pupilli vel furiosi subrepta habent condictionem furtiuam. [SI DVO SERVI.] Duo serui tui mihi subripuerūt vestem & argētum, egi nomine vnius cōtra te occasione vestis subreptæ, possum agere nomine alterius occasione argenti. Fran. Accur.

q ¶ *In domini potestatem.* vt *ff. sup. eo. inter. §. si. & ar. C. de ser. fugi. l. quicunque.*

r ¶ *Obligatur.* si in potestatem noui domini res rediisset, & iterum ei subrepta esset, secundum R. Sed de hoc nemo dubitat, cū superius responsum hoc satis dixerit. Dic ergo vt dixi. *ff. eod. si dominium.* Item facit *j. eod. l. infans. do. §. infans.*

s ¶ *Ad præsidem.* facit. *ff. de offic. præsi. l. ij.*

t ¶ *Qua rem persequeretur.* f. tantum remittendo pœnam.

u ¶ *Damnato.* Sed nō videt quod debuerit dānari: quia ius nō amisit:

¶ Eleemosynā facere aliena facultate, non valere bene colligunt, *adde* ...

† Hinc Cic. ... Iam illud, inquit, non sunt admonendi ...

* Gell. li. ... in Rom. ... lex 12. tabu. de furto ...

† Armorū appellatione venire omne id quod nocere potest.

a Furti tenetur qui inuito domino re vtitur aliena. *b adde Nouell. de ... Gregorio.*

c Furti condictio rei vindicatione non tollitur. d aliàs & ita.

a Præsumitur in dubio ea ... ratione ... creditor ... quin non ... sed potius ... conseruā ... b hoc est, dolus.

c Pignori incumbere contra cōuentionem aut iudicis auctoritatem creditor non potest.

*Furem licitū est capere & eum ducere ad iudicem: licet dicamus neminem posse sibi ius dicere ... specialis ... secundum Bar. ...

vt ff. quod met. cause. l. tutat. & Cod. vnde vi. l. si quis. & de exhi. reis. l. j. & C. vi bo. rap. res que sunt contra. Sol. hic fugit: vt C. de Iudæ. l. nullus. & sup. a qua in fran. cre. l. sit prætor. §. si debitorem. Vel datus fuit mihi à domino, vel[b] ipse dedit si erat liber, vt eũ torquerem, & crimen inquirerem, non iudici darem: sed dedi: vt ff. de condic. cau. dat. l. quod Seruius. Vel speciale in fure.

fure recepta est pecunia sublata in simplum videtur furti quęstio sublata. maximè si nõ solùm rem furtiuã fur restituere iussus fuerit, sed amplius aliquid in eum iudex constituerit[a]. Sed & si nihil amplius quàm furtiuam rem restituere iussus fuerit, nec amplius aliquid in eum iudex constituerit ipso quòd in periculum maioris pœnæ[b] deductus est fur, intellegendum est quęstionẽ furti sublatam esse. 2. ¶ Si res peculiaris subrepta in potestatẽ serui redierit, soluitur[c] furti vitium: & incipit hoc casu in peculio esse, & à domino possideri.

3. ¶ Cum autem seruus rem suam peculiarem furandi consilio amouet: quandiu eam retinet, conditio eius non mutatur[d] nihil enim domino abest. sed si alij tradiderit, furtum faciet[e].

4 ¶ Qui tutelam gerit, transigere[f] cum fure potest: & si in potestatem suam redegerit rem furtiuam, desinit[g] furtiua esse: quia tutor domini loco † habetur: Sed & circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt, qui adeò personam domini[h] sustinet, vt etiam tradendo rem furiosi alienare[i] existimetur. Condicere autem rem furtiuam tutor & curator furiosi eorum nomine[k] possunt. 5. ¶ Si duo serui tui vestem & argentum subripuerint, & alterius nomine tecum de veste actum fuerit, alterius de argẽto agetur, nulla exceptio[l] dari debebit ob eam rem quòd iam de veste actum fuerit.

LVII. ALFENVS libro quarto Digestorum à Paulo epitomatorum.

SI cretæ fodiendæ causa specum[m] quis fecisset, & cretam abstulisset fur est, non quia fodisset[n], sed quia abstulisset.

LVIII. VLPIANVS libro quarto ad Vitellium Feracem.

SI filiofamilias furtum factum esset: rectè is paterfamilias factus eo nomine aget[o]. Sed & si res ei locata subrepta fuerit: paterfamilias factus itidem agere poterit[p].

LIX. IDEM libro tertio ex Minicio.

SI is qui rem commodasset, eam rem clam abstulisset, furti cum eo agi nõ potest: quia suum recepisset, & ille commodati liberatus esset[q]. Hoc tamen ita accipiendum est, si nullas retinendi* causas is cui commodata res erat, habuit. nam si impẽsas necessarias in rem commodatam fecerat, interfuit eius potius per † retentionem eas seruare, quàm vltro commodati agere: ideóque furti actionem habebit[r].

LX. AFRICANVS libro septimo Quęstionum.

ANcilla fugitiua quemadmodum sui[f] furtum facere intellegitur, ita partum quoque contrectando furtiuum facit.

Hæc lex diuiditur in sex partes. Prima loquitur de seruo communi subripiente. Secunda de seruo pignoridato. Tertia de seruo redhibito. Quarta de seruo empto mandato alicuius. Quinta de seruo deposito. Sexta de seruo commodato. Secunda ibi, his etiam. tertia ibi, idem dicendum. quarta ibi, quod vero ad mandati actionem, quinta ibi, idque euidentius. sexta ibi, circa commodatum. vsque ad §. locaui. Barto.

a ¶ *Constituerit.* forte verbera.

b ¶ *Pœna.* corporalis, quæ est grauior: *vt j. de pæ. l. in seruorum. §. fin.* quod postulasse videtur dominus pro duplo vel quadruplo, sic inciuiliter non modo ordinario eum ducendo. Azo. & sic non ob. *C. quando ciuilis actio præiu. cri. l. j. & facit j. de iniu. l. sed si vnius. §. ij.*

c ¶ *Soluitur.* vt *supra de vsucap. l. sequitur. §. Labeo.*

d ¶ *Non mutatur.* secus in dominica: *vt C. de ser. fugi. l. j. & arg. ff. de acquiren. poss. l. eg. rem que nobis.*

e ¶ *Furtum faciet.* seruus & accipiẽs, si fuit sciens: *vt & C. quod cum eo. si liberam. in fi.* ¶ Sic ergo nota quòd donec[e] est apud dominum, possessio non potest dici furtiua: sed traditione facta sic, quasi possessione amissa sit furtiua: *argu. ff. de acquirend. poss. l. iij. §. quòd si seruus.*

f ¶ *Transigere.* vt & *supra eo. si pignore. §. fi. & arg. C. de transac. l. præses.* sed non potest gratis[d] liquidum debitum remittere: vt in cõtrario: *vt C. de pact. l. pactum iij.*

g ¶ *Desinit.* vt & *sup. de vsuca. l. sequitur. § si pupilli.* Mirum ergo est quòd non agit furti: *vt ff. eod. qui iniuriæ.*

h ¶ *Domini.* cum[e] bene gerit: non cum male: *vt hic, & supra eod l. tutor. & supra pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. & quod vi aut clam. l. is qui §. si tutoris. & ff. de admini. tuto. l. si qui tutelam. & C. de quæstio. l. ij.* Sed duobus casibus fallit vt in pacto gratuito: *vt modo dixi.* Item in constitu. procur. *vt C. de procurat. l. neque.*

i ¶ *Alienare.* cum decreto, & ex causa: *vt & C. eo. l. ij. & ff. de cu. fur. l. ab agnato. & l. fin.*

k ¶ *Nomine.* non suo: *vt infra eo. si cuius. & d. l. qui iniuria. §. qui alienis.*

l ¶ *Nulla exceptio.* quasi videatur remisisse pro altero agendo: sed non sic: *vt hic & j. eod. si quis ex. §. j. & fa. ff. de condic. fur. l. si seruus. v. §. bona. & ff. commo. l. in commodato. §. duobus.*

SI *creta.*] CASVS. Feci specum, id est fossam in fundo tuo, & inde amoui cretã. teneor furti non quia cauaui, sed quia amoui cretam. Fran.

m ¶ *Specum.* Quid sit specus[f], dicitur. *j de riuis. l. j. §. specus.*

n ¶ *Fodisset* non animo furandi: alioquin hoc ipso quòd amouit de loco ad locum licet non abstulerit, tenetur furti: *vt ff. eod. l. verum est quod. §. eorum.* & hoc patet in eo qui segetem secat: *vt ff. eo. l. vulgaris.* Vel hic subaudi tantum.

SI *filiofamil.*] CASVS. Filiofam. factum est furtum rei castrensis peculij, vel quasi, vel aduentitij. eidem facto sui iuris, cõpetit actio furti. idem & si res locata sit ei surrepta. Franc.

o ¶ *Eo nomine aget.* in[a] castrensibus, vel quasi, vbi competit actio ei etiam ab initio. hodie idem in aduentitiis. In profectitiis quoque recte paterfa. factus aget, si forte peculium separatum habet à bonis patris: *vt supra de mino. l. denique. §. sed vtrum.* nam licet patri statim sit quæsita actio furti, est tamen in peculio filij: *vt supra eod. si quis vxori. §. si seruus meus. Azo.*

p ¶ *Agere poterit.* quia sua interest, & obligatur etiam filiusfamil. *vt ff. de act. & obli. l. filiusfamil.*

SI *is qui.*] CASVS. Rem tibi cõmodaui, & eam tibi subripui. nõ ages furti, cum liberatus sis ab act. cõmodati, nisi interfuit tua tenere rem commodatam, putà propter expensas quas in re commodata feceris: quam melius sit per retẽtionem seruare, quàm habere ius agẽdi per act. commodati. nam hoc casu habes act. furti. Franc.

q ¶ *Liberatus esset.* ad hoc ff. *commo. l. rem mihi. & ad legem Aquil. l. legis.* Sed argum. contra. *supra eod. in actione. §. qui rem.* ADDITIO. Dic secundum Bart. ibi habebat retẽtionem occasione debiti. idem & hic quando habet retentionẽ ob aliquam causam occasione debiti.

r ¶ *Habebit.* vt ff. *eod. creditoris. §. fin. & j. vi bon. rap. l. ij. § in hac.*

A*Ncilla.*] CASVS. Si ancilla mea fugiat à me: facit furtum sui. Item si contrectat partum suum: facit furtum partus. Franc.

f. ¶ *Sui.* vt & *C. de seruis fugi. l. j.* & erat dominica, non peculiaris alterius serui, quia tũc seruares quod dicitur *supra e. interdũ. §. si rer.*

SI *seruus communis.*] CASVS. Seruus cõmunis, id est meus & tuus, fecit tibi furtum aut damnum tibi præstare teneor aut partem quam habeo in seruo, tibi cedam: & si alienaui partem meam, ages cũ emptore ad hoc. secus si efficiatur liber, vel decedat: nam non teneor: nisi de furto aliquid penes me sit. Secundo dicit: Obligasti mihi seruum furem ignorans. is mihi furtum facit. agam contraria pignératicia, vt aut emendes furtum: aut pro noxa eum relinquas penes me. idẽ & si seruum quem emi à te, tibi reddam ex causa redhibit. qui seruus fecerat mihi furtum. nam teneberis mihi vel furtum emendare, vel seruum pro noxa dimittere. sed si sciens seruum furem, eum mihi obligas, & is mihi surripiat: pręcisè teneris emendare damnum. in act. autem ex empto spectabitur quid venditor serui promisit: vt ob id quod promisit, teneatur. in ac. autem mandati aliud seruatur quàm in superioribus dictum sit: vt si mandaui tibi vt talem seruum puta Stichum mihi emas, & emisti, & is seruus tibi surripiat: teneor. act. mãdati præcisè omne damnũ quod habes, tibi emendare: etiam si ignorabam eum furẽ. Id quod in mãdato dixi, serua in deposito: & redditur mirabilis ratio. sed in cõmodato aliud seruatur quando commodatum est factũ gratia accipientis

a Fugientem debitorem nuper possumus etiam absente iudice v. qua scripsimus l. Nouell. 8. c. 9. in verbo detinere: & in Gl. l. diei fossor. C. de ferra.

b Probandi seu purgandi se hanc speciẽ communiter reprobari notat Clarus. §. finen. §. vlt quæst. 63 quasi se torq. ẽ dñ alicui exhibet quia habere potestatem torquendi species est meri Imperij. l. defensores C. de defensoribus ciuitatũ. quod conferri non potest priuato consensu. l. priuatorũ C. de ...

e Furtum rei peculiaris seruus facit, vbi primum possessionem rei furtiue in alium transtulit.

† Sic per contrarium Paulus ad Galatas c. 4. hæredem puerum quandiu sub tutoribus est, nihil à seruo differre adfirmat.

d Transigere tutor potest. ad non debitum liquidũ remittere.

h Curator per sonam domini hoc est pupilli & furiosi sustinet, cũ bene gerit nõ cum male.

Specus quid

a Pater eo habeat actionem pro furto commisso filio in peculio suo.

* Fl. retinendo.

† Rei potius ... bere magis expedit quam in personam agere. l. 3. §. 1. de superficiebus. ff. furti. Inst. de oblig. quæ ex delicto.

accipientis tătum: quia si seruus commodatus faciat furtum cōmodatario tenetur commodans vel emendare dánum, vel dare pro noxa seruū m. hæc sunt vera si non fuit in dolo commodans sicut & locator. imò potest dici, quòd in minus teneatur quàm locator: vt sic etiam sciens commodans seruum furem, nō teneatur vltrà æstimat. serui Vltimo reuertitur ad casum depositi & mandati: vbi est dictum q mandans & deponens tenentur in solidū. dicens quòd hæc sunt vera quădo depositarius vel mandatarius non fuit in culpa: secus si depositarius aut mandatarius commisit totū aurum vel argentum huic vilissimo seruo, quod dominus non fecisset: certe hoc casu non tenetur commodans vel deponens emendare damnū. [LOCAVI.] Cum locarem tibi fundum pro certa mercede, conuenit vt fructus agri sint obligati pro merc. de. tandem tu eos clā exportasti. furti teneris. idē & si vendas eos, & emptores exportent: nam fructus efficiuntur furtiui. Secundo dicit: do nec fructus cohærunt agro, domini dicūtur. remoti autem, si quidem à colono, sui sunt cum voluntate domini eos accipiat. sed quando emptor qui emit à colono, percipit non fiunt coloni, cum emptor suo nomine percepit, nō coloni. [STATVLIBERVM.] Seruus liber esse iussus est si det decem heredi. interim hic seruus cōmisit delictū propter quod heres tanquam dominus cōuenitus est noxali: & pendente iudicio noxali seruus dedit heredi x. & peruenit ad libertatem. nūc heres petit se absoluiā iudicio noxali, cū desiit habere seruū, quæritur quid iuris sit: & refert de qua pecunia soluit hic seruus x. heredi. nam si de pecunia aliunde habita quam ex peculio. tunc debet heres hæc x. quæ habuit à seruo, dare agenti noxali; & liberabitur à noxali. nam & si dedisset eum pro noxa antequam dedisset seruus x. heredi, dedisset hæc x. seruus enim pro noxa datus esset. si autē seruus dedit x. heredi de pecunia peculiari: tunc liberabitur heres noxali, nullo dato agenti noxali: quoniam & si dedisset eū pro noxa ante data x. hæc x quæ habebat seruus in peculio, non iuissent inuito herede ad eum cui esset datus pro noxa. Fran.

† De seruo cōmuni subripiente.

† De seruo pignorato furtum faciente.

† De seruo redhibito furtū committente.

† Si seruus emptus mandato alicuius, furtū fecerit.

LXI. IDEM *libro octauo Quæstionum.*

SI seruus communis † vni ex dominis furtum fecerit, communi diuidundo [a] agi debere placet: & arbitrio iudicis contineri, vt aut damnum præstet, aut parte cedat. Cui consequens videtur esse, vt etiam si alienauerit suam partem, similiter & cum emptore [b] agi possit, vt quodammodo noxalis actio caput sequatur. [c] Quod tamen non eousque producendum ait, vt etiam si liber sit factus, cum ipso agi posse dicamus: sicuti non ageretur etiam si proprius [c] fuisset. Ex his [d] igitur apparere, & mortuo seruo nihil esse quod actor eo nomine consequi possit: nisi fortè quid ex re furtiua ad socium peruenerit.

1. ¶ His etiā illud consequens esse ait, vt & si is † seruus quē mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit: agendo contraria pigneratitia cōsequar vti similiter aut damnum decidas, aut pro noxæ deditione hominem relinquas [e].

2. ¶ Idem dicendum de † eo quem conuenisset [f] in causa redhibitionis esse: vti quemadmodum accessiones & fructus emptor restituere cogitur, ita & econtrario venditor quoque vel damnum decidere [g], vel pro noxæ deditione hominem relinquere cogatur [h]: nisi quod in his [i] amplius sit.

3 ¶ Quòd si sciēs quis ignorāti furē pignori dederit, omnimodo damnū præstare cogendus [k] est. id enim bonæ fidei cōuenire.

4 ¶ Sed in actione empti præcipuè spectandum esse qualem seruum venditor repromiserit [l].

5 ¶ Quod verò ad mandati † actionē attinet, dubitare se ait, num æquè dicēdū sit, ōnimodo dānum præstari debere. Et quidem hoc amplius quàm in superioribus causis seruādum, vt etiā si ignorauerit is qui certum [m] hominē emi mandauerit, furē esse: nihilo minus tamen dānum decidere [n] cogetur. Iustissime enim procuratorē allegare, non fuisse se id dānum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idque † euidentius in causa depositi apparere [o]. nā licet alioquin æquum videatur, nō oportere cuiquam plus damni per seruum euenire, quàm quanti ipse seruus sit, multo tamen æquius esse, nemini officium † suum, quod eius cum quo contraxerit, non etiam sui commodi [p] causa susceperit, damnosum [q] esse. Et sicut in superioribus contractibus, venditione locatione, pignore, dolum eius qui sciens reticuerit, puniendum esse dictum sit: ita in his culpam eorum quorum causa contrahatur, ipsis potius damnosam esse debere. nam certè mandantis culpam [r] esse, qui talem seruum emi sibi mandauerit: & similiter eius qui deponat, quòd non fuerit diligentior circa monendum qualem seruum deponeret: 6. ¶ Circa commodatum † autem meritò aliud existimandum: videlicet quòd tunc eius solius commodum qui vtendum rogauerit versetur. Itaque eum qui commodauerit: sicut in locatione, si dolo [*] quid fecerit, non vltra [f] serui pretium quid amissurum: quinetiam paulo remissius circa interpretationem doli mali debere [t] nos versari: quoniam, vt dictum sit, nulla vtilitas commodantis interueniat [u].

7. ¶ Hæc ita puto vera esse [x], si nulla culpa ipsius qui mandatum vel depositum susceperit, intercedat. Cæterùm si ipse [y]

† Si seruus depositus furtum fecerit.

† Officiū suū nemini debet esse damnosum. Albertus dicit mandanti contraria venit leuissima culpa, secundum Bartolum.

† Si seruus commodatus furtum fecerit.

Ⓢ non dolo idē.

a Aequitas rigori præfertur.

b Bono datur melius.

c Officium suum nemini debet esse dānosum.

d Ignorans a liquādo tenetur.

e Dolus non semper comprehendit latam culpam.

† Furti non agit aduersus sociū, socius ob furtum à communi seruo factum sui pratium.

a ¶ *Communi diuidundo.* non [a] furti: *vt* & ī. *de noxa. si seruus communis.* & *l. cum seruus.* & ī. *fami. ercis.l.* & *puto.* §. *fi.* & *l. si id quod* §. *p.* & ī. *de iniur. sed si vni.* §. *si seruus.*

b ¶ *Cum emptore.* vt & ī. *de noxali. l. de illo.* & *l. si ad libertatem* §. *fin.*

c ¶ *Si proprius.* vt & *supra eo. serui* & *filii.* §. *fin.* & ī. *de interro. act.* *l. ante.* §. *j.*

d ¶ *Ex his.* quia manumissio similis est morti: *vt* & ī. *eod. Inter.*

e ¶ *Relinquas* hoc cum fuisti ignorans, secus si sciens: *vt* ī. *pro* *vi.* §. *quod sciens.* & ī. *de pig. act. si seruus.*

f ¶ *Conuenisset.* i. constaret: 2. Vel conuenisset inter sapientes. 3. Vel cum venisset, id est cum venditus fuisset: & hæc verior. 4. Vel id est conueniendus esset.

g ¶ *Decidere.* i. emendare.

h ¶ *Cogatur.* ad hoc *supra, de adil. edict. l. cum aut. in* §. *hæ actiones. versi. I diximus.* & §. *si q.* & *l. q. act.* & ī. *eo. serui* & *filij.* §. *fi.*

i ¶ *In his.* scilicet dāni æstimatione & noxæ deditione, tūc enim non tenetur emptor præstare fructus & accessiones, sicut supra dictum est: cum possit compensationem inducere. Id in & si tātum desit in sola noxædeditione: aliud si plus vel tantum desit in damno: quia dominus liberatur noxæ dedendo.

k ¶ *Cogendus est.* fine noxæ sectus in herede: vt ī. *de lega. j. l. si heres* & *generaliter. quæ est contra.* Sed hic sua voluntate ad hoc se obligauit: ibi heres non: *ar.* ī. *de cōd. c. fur.* & *ideo.*

l ¶ *Repromiserit.* promittens enim vel sciēs tenetur, non aliās: *vt* ī. *de act. empt. Iulianus.* §. *item qui furem.* & *de adili. edic. l. quod si nolit.* §. *j. æquo.*

m ¶ *Certum.* aliud si incertum: *vt* ī. *man. l. inter causas.* §. *sed cum seruus. quæ est contra.* & fac. ī. *de leg. j. l. si seruus Titij.*

n ¶ *Decidere.* i. emendare.

o ¶ *Depositi apparere.* nisi apud te causa tui deponam: *vt* ī. *si cert. pet. l. si quis nec.*

p ¶ *Commodi.* ergo causa vtriusque sit mādatum, idem quod in pignore dicam.

q ¶ *Damnosum.* hic nota æquitatem [a] rigori præferri: & aliquid esse bonū [b], cuius contrarium melius est. & ad hoc ī. *de inius. test. l. filio.* & *de inoffic. testamen. l. fina. in fin.* & *C. de indi. l. placuit.* & *de procuratore. l. exigendi. in fin.* & *supra depo. si l. bona fides.* §. *j.* & *de acquiren. re. dom. adeo.* & §. *in insula. in fin.* ¶ Item si not. officium [c] suum nemini esse dānosum. *sic C. de testi. l. si quando.* & *supra quemadmodum testa. ape. l. sed si quis signatoribus.* Sed ar. contra. *C. de dona. l. j.* sed ibi de lucro: hic de damno vitando certat.

r ¶ *Culpam.* Ergo ignorans [d] tenetur: & sic videtur contra. *supra de pignorat. actione. si seruus. in fine.* *sed expone illam vt ibi dixi.*

f ¶ *Non vltra pretium.* vt & *sup. commo. l. si seruus.* & *sup. loca. si quis domum.* Accur.

t ¶ *Debere.* vt non [e] comprehendas latam culpam: *vt Inst. de suspe. tu.* §. *suspectus.* Accur.

u ¶ *Interueniat.* & sic etiam sciens non videtur teneri vltra pretium. Accur.

x ¶ *Vera esse.* vt teneatur mandator, vel depositor.

y ¶ *Si ipse.* depositarius, vel mandatarius.

vltro ei[a] custodiã argẽti fortè vel nummorum cõmiserit, cũ alioquin nihil vnquã dominus tale quid fecisset: aliter existimãdum est. 8. ¶ Locaui † tibi fundum, &, vt adsolet, * conuenit[b] vti fructus ob mercedem pignori mihi essent. Si eos clam deportaueris, furti tecum agere posse aiebat. Sed & si tu alij fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit: consequens erit vt in furtiuam[c] causam eos incidere dicamus. Etenim fructus quamdiu solo cohæreant, fundi[d] esse. & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, suos fructus facere[e]. quod certè[f] in proposito[g] non æquè dicitur. Qua enim ratione coloni fieri possint, cum emptor eos suo nomine cogat[h]?

9. ¶ Statuliberum qui se decem dederit, liber esse iussus erat, heres noxali iudicio defenderat. pendente iudicio seruus datis decem heredi, ad libertatẽ peruenit. quæritur, an non aliter absolutio fieri debeat, quam si decẽ quæ accepisset heres actori dedisset. Referre[i] existimauit, vnde ea pecunia data esset: vt si quidem aliunde quàm ex peculio, hæc[k] saltem præstet: quoniã quidem si nondum ad libertatem seruus peruenisset, noxæ deditus: ei cui deditus esset, daturus fuerit[l]. si verò ex peculio, quia nummos heredis dederit, quos vtique is passurus eum non fuerit ei dare: contra statuendum.

LXII. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

FVrtum non committit qui fugitiuo iter monstrauit[m].

LXIII. MACER *libro secundo Publicorum Iudiciorum.*

NOn poterit præses prouinciæ efficere vt furti damnatum * non sequatur infamia[n].

LXIIII. NERATIVS *libro primo Membranarum.*

A Titio † herede homo Seio legatus ante aditam hereditatem Titio furtum fecit. Si adita hereditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, furti eius serui nomine aget cum eo Titius[o]: quia neque tunc cum faceret furtum, eius fuit: & vt maximè quis existimet, si seruus esse cœperit eius cui furtum fecerat, tolli furti actionem, vt nec si alienatus sit, agi possit eo nomine: ne post aditam quidem hereditatem Titij factus est: quia ea quæ legantur, recta via[p] ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt, transeunt.

Qui tenentur ex delicto actione originaliter pœnali: non liberãtur pœnitentia. Bar.

LXV. VLPIANVS *libro primo ad Edictum ædilium curulium.*

QVi ea † mente alienũ quid contrectauit, vt lucrifaceret: tametsi mutato consilio id domino postea reddidit, fur est. Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit[q].

LXVI. PAVLVS *libro septimo ad Plautium.*

a ¶ *Ei. s.* seruo deposito, vel empto mandato domini. *& sic facit ff. de pig. act. l. vel vniuersorum. & ff. de neg. gest. l. si negotia.*

b ¶ *Conuenit.* causa[a] tollendæ dubitationis. *vt & ff. mand. l. qui mutuam.* nam necesse non[b] est: *vt ff. in quib. cau. pig. vel hyp. tac. contrah. l. in prædiis.* Sed certe imò videtur necesse quo ad actionem furti: *vt j. eo. l. si is qui. in prin.* Sed contra: *vt sup. de actio. & obli. l. qui striuum. §. si ie. & facit ff. pro socio. l. idem est.*

c ¶ *Furtiuam.* quod dic vt supra. *e. l. si is. §. sed & si ir.*

d ¶ *Cohæreant*, fundi esse. vt[c] *sup. de reivindi. l. fructus.* Accur.

e ¶ *Facere.* cum[d] merces sit soluta: 2. Vel[e] fides habita de pretio: *vt Instit. de re. diui. §. vendita.*

f ¶ *Quòd certè.* s. quod fiant coloni: licet soluat mercedem.

g ¶ *In proposito.* id est eo casu quando vendidit.

h ¶ *Cogat.* & ex voluntate coloni: & sic non obstat. *ff. eod. l. si ap. §. fin.* ¶ Et nota ex iis, quæ hic dicit quòd fructus non sunt facti coloni: agit ergo locator hic, quia dominus fructum, non quia obligati. Sed & illa ratione posset agere si non esset dominus: *vt sup. de vsucapi. l. sequitur. §. si rem.* quæ est contra. R.

i ¶ *Referre.* nunc respon. Accursius.

k ¶ *Hæc.* scilicet decem. *vt & sup. de statu libe. l. statuliber. §. j.* Nec ob. *ff. de noxa. l. si quis à multis.* quia illa secundum istam intelligitur. Aliàs autem legitur, hoc.

l ¶ *Fuerit.* facit *ff. de condic. ob caus. l. iij. §. fi. & ff. de statu lib. l. iij.*

F*Vrtum.*] CASVS. Seruo tuo à te domino fugienti, iter ostendi per quod iret, non sum fur. Fr. Accur.

m * ¶ *Monstrauit.* etsi[f] sciuit eum fugitiuum, secundum M. & facit *ff. eo. qui seruo. in princ.* Sed arg. contra. *sup. de ser. cor. l. j. in prin. & §. persuadere.* vnde potes dicere: aut in odium domini: aut vt sic iram domini euaderet, monstrauit: *vt ff. eod. qui vas. §. qui ex voluntate.*

N*On poterit.*] CASVS. Damnatus furti est infamis: nec potest præses facere quin sit infamis. Fran. Accur.

n ¶ *Infamia.* vt & *j. de Turpil. l. j. §. j. in fin.* Sed contra. *C. ex quibus causis infa. irrog. l. si furti.* Sol. vt ibi *in glo. fi. in princ.* ¶ Et not. quòd argumento huius legis, & *sup. de ritu nup. l. postliam. §. fin.* dicit Io. sola[g] sententia aliquem effici infamem, licet non subsit causa. Sed arg. contra. *ff. de his qui no. infa. l. ictus.* & de hoc dixi. *ff. de his qui not. infam. athletas. in fine.*

A *Titio.*] CASVS. Titio herede instituto, seruus Stichus legatus est Seio. antequã Titius adeat hereditatem, seruus Stichus fecit furtũ Titio. Postea Titius adiuit hereditatem & Seius vult habere seruum legatum, & habuit. quæritur an Titius habeat actio. furti contra Seium? & dicitur quòd sic: quia tempore furti Titij non erat seruus Stichus, cum nondum adisset hereditatem. & tẽpore aditæ heredit. siue post aditam nõ fit suus: cum recta via trãseant ea quæ legantur ad legatarium. Fran.

o ¶ *Titius.* vt & *ff. de noxa. si seruus legatus.*

p ¶ *Recta via.* nõ statim: sed adita[h] hereditate: *vt ff. de leg. j. si tibi homo. §. cum seruus.* hoc quantum ad veritatem: aliud de fictione: quia ex tempore mortis est legatarij. nam si heredis fingeretur, nam hic furti agi non potest: *vt supra de noxali. si alienum.* & hic proxime diximus. & secundum hoc loquitur *supra de pecu. l. sed si damnum. §. idemque & si legatus. aliàs. §. sed & si editio. & de lega. ij. legatum ita & de legatis. j. si seruum Titij. & vt sup. e. titulo. l. j. §. si seruus. & sup. de iud. l. quod legatur. in fin. & supra eodem, si iussu. §. fin.* Sed contra. *hunc l. supra de fideicom. lib. l. cum vero. §. fin. sol.* vt ibi in Gl. fin. Item contra. *supra de serui. l. Papinianus.* sed dic vt ibi in Gloss. *vnica versicu. sic posito.* ADDITIO. Dic quia ibi testator legauit rem heredis, nõ ipsius testatoris. tũc enim non transit dominium in legatarium, nisi traditione facta: vt ibi. *& in l. si quis inquilinos. §. cum seruum. sup. de leg. j. & not. in l. si hered. s. eod. tit. secundum Barto.*

Q*Vi ea mẽte.*] CASVS. Rem tuam subripui, & contrectaui animo lucrandi, licet postea pœniteam, & tibi reddam: adhuc tamen sum fur. & adducitur ratio. Franciscus.

q ¶ *Desiit* sic *ff. de ædil. edict. quis sit fugi.* ¶ Et argu. contra C. de aposta. *l. hi qui sanctam. in fine. & supra deposi. l. j. §. si rem.* Sed contra. *supra de vsuca. l. sequitur. §. idem Labeo.* Solu. ibi vendidit, non tradidit: & idcirco non contrectauit. Item contra supra *de fug. l. j. §. j.* Ibi ignorauit eum fugitiuum, qui recepit: & sic fuit ad plus in culpa: hic in dolo. Vel alius est casus. Item argu. contra supra *de in ius vocan. l. quamuis & supra de iurisdictione omnium iudi. l. si conuenerit.*

¶ Vltimo distingue[a] circa pœnitẽtiam: quia aut in contractibus: aut delictis. Primo casu in innominatis pœnitere licet: *vt supra de condict. ob causam. l. si pecuniam.* In nominatis, si quidem vtriusque gratia sunt celebrati, non licet pœnitere: *vt Cod. de actio. & obligatio. l. sicut. & de contrahend. empt. l. non idcirco.* si alterius tantum: pœnitere potest is cuius gratia celebratus est: *vt supra deposi. l. j. §. penult. in delictis*, si quidem statum est in finibus voluntatis, & non est processum vltra: licet pœnitere, & sic pœnam euitare: *vt infra de pœnis. l. cogitationis.* Si processum est ad actum. si quidem consummatum est & perfectum, non potest postea pœnitere vt euitet pœnam: *vt hic, & infra vi bono. rapt. l. pe.* (Fallit tamen: *vt C. de crimi. stellio. l. j. & supra de ser. fugiti. l. j. §. j. & de Publ. l. j. §. dixerit aliquis. versic. quod si fecerit. & quod met. cau. l. si cum exceptione. §. j versic. satis.*) Si autem ad actum non consummatũ nec perfectum: si quidem quia noluit, sed potuit: licet pœnitere: & non incidit in pœnam: *vt infra ad leg. Corneliam de fal. l. qui falsam.* (Nisi in casu: vt *C. ad leg. Iuliam maiest. l. quisquis.*) Si vero quia non potuit, nihilo minus tenetur: *vt j. ad leg. Pompe. de parri. l. j. in fi.*

S*I is qui.*] CASVS Rem meam tibi obligaui & tradidi, vel rem meam tibi specialiter obligaui, & eam Titio vendidi. licet sim dominus rei, tamen dicitur quòd fur sum. [SI IS CVI.] Rem meam mihi subreptam & apud furem existentem Titio legaui. nunc fur adhuc eam contrectat. quæritur an actio furti Titio le-

a Dubitationis tollendæ causa quæ adiciuntur: non nocent etiãsi addi non sit necesse.

b Pignori tacitè domino eidẽmque locatori obligatur fructus fundi ab eo locati.

† Iste §. est solemnis secundum Bart. hic.

* ex moribus popu. Rom. vt nata in fundo essent tacito pignori, sicut inuecta in domum.

c Fructus fundo cohærẽtes pars sunt fundi.

d Fructus fundi colonus suos nõ facit nisi mercedẽ soluerit vel si des ei habita sit de pretio.

e Fides cui de pretio habetur, is quasi soluisse videtur.

f † Furtum nõ committit qui sciens fugitiuo iter monstrauit, vt seruus iram domini euitaret: secus si iter monstrauit in odium domini, hoc est vt domino fugitiuo noceret.

g Sententia sola non infamiã irrogat.

h Legata rei dominium vel recta adit & post in legatarium ab adita hereditate ... mortis testatoris ... hoc ... sit tibi homo. § cum seruus. ff. de legat. j. clo dixit.

* In archet. damnatum erat mandatũ, perperam. Anto. Aug. li. 4. c. 4.

† Dominium rei legatæ transit in legatarium, directa via.

† L. 17. ff. de ædil. edic. Plato in Phædone. Moriã. 4. c. ... Scipion.

a Pœnitere an & quando liceat, in delictis.

tio legatario detur. & dicitur quòd sic ex hac contrectatione: nõ ex prima. & redditur ratio. [EVM QVI.] Mulionem plures mulas habentem in stabulo, vocaui in ius dolo malo, ad hoc vt mulæ ei subtraherentur: & subtractæ sunt. dicitur quòd teneor furti. [IVLIANVS RESPONDIT.] Seruus præpositus ad pecunias domini exigẽdas, manumissus postea fugit. dicitur quòd furtum facit. Idem in tutore cui finita tutela solutum est à debitoribus pupilli. [SI TV TITIVM.] cõmendasti mihi Titiũ, dicẽdo quòd erat idoneus, & quòd securè poteram ei mutuare: & ego ignorãs qui sit Titius, mutuaui cuidã alij, puta Seio pauperi, quem dixisti vocari Titium. & ipse Seius in hac fraude fuit. dicitur quòd furtũ facis. & teneris furti, & etiam ipse Seius: secus si Seius hoc ignorat. nã hoc casu tu nõ teneris furti, sed actio. in factum. [SI STIPVLATVS] Promisisti per te nõ fieri quo minus des mihi Stichum intra kalendas Iulian. ante Kalendas subreptus est tibi, & sic es liberatus ab actio. ex stipulatu. non tamen datur mihi actio furti: licet mea interfit eum non esse subreptum. Franc.

2 SI is qui rem pignori dedit, vendiderit eam: quamuis dominus sit, furtum facit: siue eã tradiderit creditori, siue speciali[a] pactione, tantùm obligauerit. ídque & Iulianus putat.

1. ¶ Si is cui res subrepta est, dũ apud furẽ sit, legauerat eam mihi: an si postea fur eã contrectet, furti actionem habeã? Et secundũ Octaueni sententiã mihi soli cõpetit furti actio, cũ heres suo nomine[b] non habeat: quia quacunque ratione dominium mutatũ sit, domino competere furti actionem constat. 2. ¶ Eum qui mulionem dolo malo in ius vocasset[c], si interea mulæ perissent, † furti teneri veteres respõderunt. 3. ¶ Iulianus respondit, eum qui pecuniis exigendis præpositus est, si manumissus[d] exigat. furti teneri. Quod ei cõsequens est dicere & in tutore post pubertatem solutum est.

4 ¶ Si tu Titium mihi commendaueris quasi idoneum cui crederem[e], & ego in Titium inquisij, deinde tu alium adducas quasi Titiũ, furtum facies[f]: quia Titium esse hunc credo: scilicet si & ille qui adducitur, scit. quòd si nesciat, non facies furtum. Nec qui adduxit, opem tulisse potest videri: cùm furtum factum non sit sed dabitur actio in factum[g] in eum qui adduxit. 5. ¶ Si stipulatus de te[h] sim, per te non fieri quo minus homo Eros intra Kalendas illas mihi detur: quamuis mea interesset eum non subripi, cum subrepto eo ex stipulatu non teneris: si tamen per te factum non sit quo minus mihi daretur, non tamen[i] furti actionem me habere.

LXVII. CELSVS. *libro duodecimo Digestorum.*

INficiando † depositum nemo facit furtum[k] Nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet propè furtum est. Sed si possessionem eius apiscatur interuertendi causa, facit furtum. Nec refert in digito habeat anulum, an dactyliotheca[l], quem cum deposito teneret, habere pro suo destinauerit.

In actione furti habetur ratio ad interesse quod est extra rem. Bar.

1. ¶ Si tibi subreptum est quod nisi die certa dedisses, pœnam promisisti, ideóque sufferre[m] eã necesse fuit: furti actione hoc quoque coæstimabitur.

Pro toto tempore vnum furtum est, nisi fuerit possessio interrupta. item in actione furti inspicitur quanti plurimi res fuit à tempore furti. Bartolus.

2. ¶ Infans apud furem † adoleuit. tam adulescentis furtum fecit ille, quàm infantis: & vnum tamen[n] furtum est: ideóque dupli tenetur, quanti vnquam apud eum plurimi fuit. nam quòd semel duntaxat furti agi cum eo potest quid refert propositæ quæstioni. Quippe si subreptus furi foret, ac rursus à fure altero[o] eum recuperasset: etiam si duo furta fecisset, non amplius quàm semel cũ eo furti agi posse. nec dubitauerim quin adulescẽtis[p] potius quàm infantis æstimationẽ fieri oporteret. Et quid tam ridiculum est, quàm meliorem furis cõdi-

a ¶ *Speciali.* alias[a] si generali: *vt C. de ser. pig. da. manu. l. ab eo.* 2. Vel dic speciali[b], id est expresso: *vt C. de nego. gest. leg. negotium.* quod est audacius: quia ius[c] habet in re: *vt argu. supra de acquir hered. l. si seruum quu. §. fina.* Azo. Item videtur *contra* ʒ. *de distra. pign. l. j.* Solu. vt ibi. Itẽ facit supra *eo. interdũ accidit. & l. in actione. §. finali. & quod ibi not. & C. de vsucap. pro emptore. l. cùm sit probatũ.* Accursius.

b ¶ *Suo nomine.* sed nomine defũcti ex prima contrectatione: *vt supra eodem l. interdum accidit.* Item contra *j. eod. l. is cuius. §. fin.* Sed ibi sub conditione erat legatus, vel non erat hereditarius. Item dic vt nota. *supra eod. l. si dominium. & facit* ʒ. *eod. tit. l. à Titio.* Accursius.

c ¶ *Vocasset.* vt ei mulæ subtraherentur: & sic opem præbuit: *vt &* ʒ. *eo. in furti §. ope.*

d ¶ *Manumissus.* sciens se manumissum: secus si ignorans: *vt* ʒ. *si cert. peta. l. eius. quæ est contra. & fa.* ʒ. *de sol. l. quæ seruo. & l. quod seruus.* Acc.

e ¶ *Crederem.* id est mutuarem. Accur.

f ¶ *Furtum facies, vt & supra eodem l. si quis quid perferendum.* Sed contra *supra de iurisdictio. omn. iudic. leg. si quis id. §. finali.* Solu. vt ibi.

g ¶ *In factum.* subsidiaria Aquilia: quia de dolo non datur. nam in personam labitur creditor, vnde non transfertur dominium: ideoque cessat de dolo, cum rei vin. duret. & de hoc dic *vt dixi* ʒ. *eo si quis vxori. §. cùm Titio.*

h ¶ *Si stipulatus de te.* id est à te Accur.

i ¶ *Non tamen. vt & supra eo. is cui. & infra eo. is cuius. in princip.* Accur.

† Periisse res videtur, quæ furto subtracta est. *adde l. 1. §. 1. inf. furti aduersus nautam. & l. si ser. uum. l. qui vas* [illegible] *vnde vol* [illegible] Emphyteutam nõ teneri ad pensionem præstãdam, re Emphyteuticaria bello occupata *adde l.* [illegible] *de bonis* [illegible] *l. vlt. C. de cond. insert. l. Labeo. inf. de verb. signif.*

a Generale pignus minus nocet debitori, quàm speciale. Nã generali, non impeditur pignus vendere: speciali sic impeditur, vt si id vendiderit, furti teneatur.

b Speciale pactum pro expresso.

c Pignore speciali, creditor ius in re adquirit.

INficiando.] CASVS. Depositarius negat penes se depositum esse. non propter hoc est fur: sed tunc demum, cum incipit contrectare. [SI TIBI.] Promiseras Titio Stichum dare intra certũ diem, & sub pœna. tandem interim est tibi subreptus Stichus: & sic quia non potuisti dare Titio intra diem, incidisti in pœnã. diciturquòd hoc totũ cõsequeris per actio. furti. INFANS. Subripuisti mihi infantem. hic infans penes te furem existens adoleuit, & factus est magnus. dicitur quod dicẽris furtũ fecisse & infantis, & adolescẽtis. vnũ tamen furtũ est: & vna actione furti agetur: in qua veniet damnum quãti homo plurimi fuit. & sic tẽpus adolescentiæ spectatur cum tunc pluris fuerit quàm prius. [CVM SERVVS.] Seruũ emi. hic seruus fecit nunc mihi plura furta. & quia nũc apparet vitiosus, egi redhibitoria: & sic factus est inempt[us]. volo agere furti contra vẽditorem cui nunc reddidi seruum pro furtis quæ fecit seruus penes me existens. dicitur quòd non possum. [QVOD FVRVI.] Seruus furtiuus ipsi furi fecit furtũ. tenetur domin[us] serui [SI COLONVS.] Colonus qui cõduxerat fundum vsque ad quinquẽnium, finito quinquennio remãsit in fundo inuito domino fundi: & fructus percepit. diciturquòd tenetur furti nomine fructuum, etiã fructib[us] cõsumptis. Fr. Acc.

k ¶ *Facit furtum.* ad hoc ʒ. de acquir. pos. l. iij. §. si rẽ. & ad exhiben. l. thesaur[us]. & ʒ. e. l. j. & supra manda. l. si procuratorẽ. §. dolo. & l. procurator. & ʒ. eo. si quis vxori. §. neque. Accursius.

l ¶ *Dactyliotheca.* vul. Datus hypothecæ. i. obligat[us], & creditori traditus. vel dic, deposit[us] in apotheca: & sic interuenit contrectatio. Vel dic quòd erat etiam prius in apotheca. sed tunc quomodo sine contrectatione? Resp. trahitur retro, quasi tunc contrectauerit cũ apprehẽdit. Quid ergo si medio tẽpore fuit preciosior res post acceptationem ante interuersionẽ? nunquid æstimabitur cùm retrotrahitur? Respon. non: quia non ad omnia retrotrahitur. sic & aliàs: *vt C. de dona. inter virum & vxor. l. donationes j.* Vel si velis dicere hoc casu non fieri furtum: dic quòd hæc littera, nec refert &c. refertur ad principium legis, non ad proxime dicta. quod patet: quia subiicit, quem cum in deposito teneret &c. sed prima Io. placet.

m ¶ *Sufficere.* aliàs sufferre, & tunc plana. aliàs sufficere, & tunc id est præstare: vel id est suppositam esse vel subrogatam in locũ illius: sicut & dicitur: Suffecti consules, id est subrogati. An autẽ pœna dupletur: *dic vt supra eod. l. in furti. in princ. & facit j. proxi.* Accursi.

n ¶ *Vnum tamen. sic* ʒ. *de verb. obl. l. qui bis.* Accur.

o ¶ *Altero.* secus si à domino ad quem rediisset: *vt* ʒ. *eo. interdum fur.* Accur.

p ¶ *Adolescentis. facit* ʒ. *proxi. §. &* ʒ. *de condi. fur. l. ex argento. &* ʒ. *eo. l. in furti.* & quod ibi not.

† Furtum nõ fit sola inficiatione rei petitæ hoc est nõ fit solo animo, idque iure ciuili *vt hic & l. 1. §. si rem. l. de acqu. poss.* Iure Canonico secus *de pœnitentia di. 5. l.* [illegible] *si per eo.* Pręterea casu peribit regula locum nõ habet depositario rem petitã restituere negante. Tunc enim videtur possessionem interuertere & suo nomine possidere: vt & idem est in colono nõ restituente, contra quem datur interdictum vnde vi *l. 1. §. 1. dolo, & ibi.* Eadem ratione qui negat rem esse hereditariam, furti tenetur. l. hereditatem.

† Fur contrectans rem furtiuam per diuersa territoria vnicum tantum furtũ ex pluribus & diuersis contrectationibus cõmittit *Bartolus & mald. De quo dictum in l. vulgaris in prim. ver. plura sunt furta, & ibi bene Gl. inter fur erit. sup. eodẽ quib. adde* [illegible]

a ¶ *E istimare*.q.d.nihil.Accursius.
b ¶ *Cum seruus*.ta.s.eo.l.serui & filij.§.cum autem.
c ¶ *Placet*.contra.s.eo.itaque.§.j.sed solue. *vt not.supra. deposi.l.j.§.si praedo.*
d ¶ *Possit*.per condictionem furtiuam. *& facit supra si cer.peta.l.si quis nec.§.penult. & s. quod vi aut clam. l.si alius.§.notauimus.* Ac-

HEreditariae.][a] CASVS. Rei hereditariae non dicitur fieri furtũ. nec datur actio furti nisi in tribus casibus. Primus, si defunctus eam obligauerat. Secundus, si commodauerat. Tertius, si alius habet vsumfruct. in ea. his enim casibus si res hereditaria subripiatur, efficitur res illa furtiua, vt sic non possit vsucapi: & heredi post ea adeunti datur actio furti. Fran. Accur.

e ¶ *Iulianus negabat*[b]. vt[c] *supra de nox. l.si seruum legatum. & infra de crimine expila. here.l.ij. & fina. & infra titu.ij.l.j.§. Scaeuola.* Idemque si putauit hereditariam: *vt infra eod. l. si quis ex bonis.* secus in Aquil. *vt & supra ad l. Aquil. l. ob id.* Accur.

f AVt in qua.] *Alienum est. vt s. de vsuca. si homo.*

g HIs enim.] *Heredi quoque.* Per[d] alium ergo habet, quod per se habere non potest. *sic supra quae res pigno. obli. non pos. l. Aristo. & supra de acquiren. heredit. l. cum heredi state.* Sed argum. contra. *C. de vsu l. eo. in fin.* Sed illud generale: caetera specialia[e].
2. Vel[f] non potest per alium ase submissum. at hic nõ fuit ab eo submissus. *argum. supra de adminis. tutor. l. ita autem. §. gessisse.* Accursius.

SI is cui.] CASVS. Commodaui tibi rẽ: tu male vsus es ea. tractas eã. teneris furti, id est condictione furtiua: item cõmodati. & si agatur furti, id est cõdict. furtiua, tollitur ipso iure actio commodati. & si agatur primo cõmodati, tollitur cõdictio furtiua ope exceptionis.

[EIVS REI.] Aliquis heres rẽ alienam possidebat titulo pro herede. interim est ei subrepta. dicitur quòd non competit ei actio furti, licet eius interesset: quia vsucepisset eam. sed hoc nõ dicitur interesse eius qui lucrum sperat cum damno alterius: sed potius illius qui erat eam amissurus per vsucapionem. Franc. Accursius.

h ¶ *Admisit*. male vtendo. Si autem damnum dando: tunc obtinet. *supra commo.l. vnde quaeritur in si.*

a Hereditaria autem res dicitur antequã heredita tem, vel post, ante adprehensam possessionem l.2 vers. de crimine expilatae hereditatis.

* Plo. erant.

b Adde l.si ab dicta. C. eod.

c Furtum nõ fit rei hereditariae aut eius quam quis putat hereditariam: licet dãnum fieri possit rei hereditariae.

† Cic. lib. 7. ep. 23. epist.

d Per alium habere quis interdum potest, quod per se habere nõ potest. adde c. quod quis non licet de reg. in 6.

e Haec solutio probatur Dyno.

f Haec solutio non probatur arg. l. prator. sup. de muss. & commun. iudic. Aliã solutionem vide in l. Labeo. sup. de vsufructu & l. Antistius. sup. de adq. hered.

tionem esse propter continuationem furti existimare[a]?

3. ¶ Cùm seruus[b] inemptus factus sit, non posse emptorem furti agere cũ venditore ob id quod is seruus post emptionem antequam redderetur, subripuisset.

NOn prodest ei qui vi rapuit, ad euitandã pœnã, si ante iudiciũ [k] restituat rẽ quã rapuit.

Raptæ res, vel vi possessa, non possunt vsucapi antequã in potestatẽ domini vel eius heredis redeãt. Fr. Ac.

VI. VENVLEIVS *libr. 17. Stipulationum.*

QVod vi possessum raptúmve sit, antequam in potestate domini heredisve eius perueniat, vsucapi lex [*] vetat [l].

DE INCENDIO, RVINA, naufragio, rate, naue expugnata.

TITVLVS. IX.

Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur edictum. Secũdo cõmendatio edicti. Tertio expositio verborum edicti. Quartò promiscua quæstiones iurisconsulti. secunda ibi. huius edicti. tertia ibi. ex incẽdio, deinde cætera.

I. VLPIANVS *libro quinquagesimosexto ad Edictum.*

PRætor [m] ait: *In eũ qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnive quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum in anno quo primũ de ea re experiẽdi potestas fuerit, post annum in simplũ iudiciũ dabo. Itẽ in seruum [n] & in familiam iudicium dabo.*

1. ¶ Huius edicti vtilitas euidẽs & iustissima seueritas est. siquidem [o] publicè interest, nihil rapi ex eiusmodi casibus. Et quanquam sint de his facinoribus etiã criminũ [p] executiones, attamẽ rectè prætor fecit, qui forẽses [q] quo que actiones criminib[us] istis præposuit. 2. ¶ *Ex incendio* † quemadmodũ accipimus? vtrũ ex ipso igne, an verò ex eo loco vbi incẽdium fit? Et meliussic accipietur, propter incẽdium, hoc est propter tumultũ incendij, vel trepidationẽ incẽdij rapit: queadmodũ solemus dicere [r] in bello amissum, quod propter causã belli amittitur. Proinde si ex adiacẽtibus prædiis vbi incẽdiũ fiebat, raptũ quid sit, dicendum sit edicto locum esse: quia verum est ex incendio rapi.

3. ¶ Itẽ ruinę appellatio refertur ad id tẽpus quo ruina fit: nõ tan-

[*] Actio scilicet.

† Ex, dictio licet regulariter significet causam propinquam proximam & materialem, i. e., tempore infine, l. de precario, per l. non dubium C de leg. hic tamen denotat causam remotam & efficientem. & dicet incendio. id est propter incẽdiũ.

PRætor ait] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Qui rapit vel recepit dolo malo aliquid ex incendio, ruina, vel naufragio, rate, naue expugnata: vel damnum in his rebus dat: intra annum quo experiundi potestas est, in quadruplũ tenetur: post annũ in simplum tenetur. si seruus autem vel familia alicuius aliquid de prædictis fecit, tenetur dominus eius noxaliter. postea loquitur Vlpianus & dicit: vtilitas hui[us] edicti magna est. interest enim nihil rapi ex huiusmodi casibus & licet ex his delictis sint accusationes criminales propositæ tamen hanc actionem pecuniariam introduxit prætor. postea incipit exponere verba edicti per ordinem, & primo id quod dixit, ex incendio. & dicitur quòd ex incendio dicitur rapi vel accipi, si ue accipiatur aliquid ex loco in quo est ignis: siue ex domo tota, siue ex vicinis ædibus occasione incendij sit raptum vel acceptum: & habet locum hoc edictum & eodem modo exponas aliud verbum edicti, scilicet ex ruina. si tamen suspicatur aliquis esse incẽdium vel ruinã in domo tua, & ibi veniens rapiat aliquid cum non esset incẽdium vel ruina: cessat hoc edictum. Item quod dictũ est ex naufragio intelligas quando tempore naufragij aliquid raptũ est, vel acceptum: secus si postea: nam tũc vt fur tenetur. Item quod dictum est rate naue expugnata, intelligas quando tempore pugnationis aliquid raptum fuit: siue fuerit ex pugnatoribus, siue non. & h. d. hæc l. & seq.

DE INCENDIO, RVINA, NAVfragio, rate, naue expugnata.

Hoc edictum non est necessarium in raptorem cum sufficiat superius, sed est etiam in quadruplum actio ex hoc edicto in eum qui ex causis abstulit vel amouit rem aliquam, vel qui recepit dolo malo vel damnum dedit. Et de incendio, ruina &c. i. de his qui ex incendio vel ruina vel naufragio vel naue aut rate expugnata, rapuisse vel per has causas damnum dedisse dicuntur. l. iij. de feriis. *quod Labeo tra*bit: *etiam ad domum & villam expugnatam.* & l. in eum. C. de fur. *ex hoc edicto pœnam additam pœnæ statutæ olim. rectè. nam & Vlp. l. j. de his facinoribus esse criminum executiones, corporales pœnas scilicet & his nouissime prætorem addidisse pecuniarias. quod dictum fecit titulo superiore. Cuiacius.*

prin. seq. Franciscus Accur.

m ¶ *Prætor.* hæc verba j. exponuntur per ordinem *& facit C. de fur. l. in eum. & in Auth. ibi posita & 3. de adquiren. re. do. l. Pompo. contra. §. idem ait & C. de naufra. l. ij.*

n ¶ *In seruum.* i. in dominum nomine serui. sic *& 3. tit. j. l. prætor ij. §. in seruum.*

o ¶ *Si quidem.* id est certe. Accursius.

p ¶ *Criminum.* i. criminales accusationes Io. quas habet *C. e. l. in eũ.*

q ¶ *Forenses.* id est pecuniarias. Accursius.

r ¶ *Criminibus.* id est ad hæc crimina coercenda.

s ¶ *Solemus dicere vt j. de cap. l. in bello in prin. & facit tt. j. l. prætor. ij. §. si cum seruum & de vulga. sub. sed si plures. §. in arrogato & C. de leg. & con. prin. l. non dubium ibi, ex eo vel ob id. & de pac. l. petens.*

Habeat-

a ¶ *Habeat* Non ergo statur falsæ [a] suspicioni. *sic supra de fur. leg. inter. §.pen.in fin.* [b]. *& supra quod vi aut clam. si alius §. est & alia.* Sed arg. contra *in authen vt liceat ma. & auia. §.is. quoque* [b]. *& supra ad leg. Aquil. leg. si quis fumo. §. quod dicitur* [d]. *& C. de adult. si qui. & leg. quamuis* [e]. *ij. §.in primis. in glos. ream.* Item contra *infra ead.l. §.fin.* ibi quæ in littore, &c.

b ¶ *Vt eo tempore.* vel etiã incontinẽti post, vel ante, cum iam nau fragij trepidatio immi neret, R. *vt infra eo. Pedius. & l. si quis ex naufragio.* Accursius.

c ¶ *ET loco.* scilicet sic accepto: *vt j. exponitur. l. si quis. Azo.*

QVo.] CASVS. prin. huius l. vsque ad §. Labeo, continuatur cum præce. casu. [LABEO SCRIBIT.] Hoc edictum extenditur ad eũ qui de domo expugnata vel villa aliq̃d rapuit. Item hoc edicto tenetur etiam recipiẽs res amotas ex causis supra scriptis. & hoc est verum si dolo malo sciẽs recepit. Item non solum qui rapuit ex cau sis supra positis, tenetur hoc edicto: sed etiam qui abstulit vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit. Post ea assignat differentiã inter rapere, quod fit tãtum cum vi: & amouere, quod fit etiã sine vi. subsequenter dicit: qui rapuit res de naui eiecta vento, tenetur hoc edicto. [QVOD AIT PRAETOR.] Dictum est in edicto: qui damnum datin rebus naue expu gnata, vel rate, q̃ tenetur additum est idẽ in domo expugnata & hoc est verum, si dolo malo dedit damnum: secus si sine dolo: vt orto incẽdio iuxta meã domum, timens ne ad meam domũ veniret ignis, destruxi domũ vicini, vt sic ignis ad meam domum nõ veniret. nam non teneor hoc casu hoc edicto: nec etiam lege Aquilia. [SENATVSCONSVLTVM.] Senat. con. de quo habetur hic mẽtio, punit eum qui remouit clauũ vel cla uos de naui, per quod nauis fuit in periculo: vt iste remouẽs teneatur emendare omnes res quæ in naui erant. Item alio senatusconsulto est dictum, qui dolũ committunt ne mercatores qui sunt in naui naufragium pa tente, sibi nauiq. consulant, pœnis legis Corneliæ de sicariis tenentur. illi autem qui lucrati sunt ex naufragio, tenentur in quadruplum damnum passis: & in tantundem fisco tenentur. Fr. Ac.

d ¶ *Rapuerit.* eo tempore & loco. Quis autem fur sit: de hoc dic vt supra *ad leg. Rho. de iac. l. ij. in fin.* Item intellige hoc ex interual lo: *vt j. eo. si quis ex. &* ad hoc *Instit. de rerum diui. §. si.*

e ¶ *Nec rapere.* Nũquid ergo de raptu tantum loquitur hoc edi ctũ? Quidam vtique dicunt quod nõ placet mã secundũ hoc iam Nouum.

a Suspicioni falsæ an & quando standum sit *adde* *leg. v. §. ad l. Aq.*

b *& l. qui re. §. i.*

c Ibi propter vim denũciationis, & in odium contemnentiũ ipsam denunciationem.

d Ibi vera & iusta suspicio erat.

e Ibi legis erat suspicio vel hominis habentis iuris adminiculũ.

† Probare oportet locum & tẽpus quoties ad aliquẽ actum requiritur locus & certum tẽpus.

tũm si ex his quæ ruerũt: tulerit quis: sed etiã si ex adiacentibus.

4. ¶ Si suspicio fuit incendij vel ruinæ, incendium vel ruina non fuit: videamus an hoc edictum locum habeat. Et magis est ne habeat [a]: quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum est.

Hoc edicto tenetur qui eo tẽpore rapit quo naufragiũ fit: nõ si postea, sed furti tenetur. hoc dicit: vsque ibi, deinde ait prætor & ibi exponit iterum verba edicti.

5. ¶ Item ait prætor *si quid ex naufragio.* Hic illud quæritur, vtrum si quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an verò & si alio tempore: hoc est post naufragium que: nam res ex naufragio etiam hæ dicuntur quæ in littore post naufragium iacent. Et magis † est vt & eo tempore [b].

II. GAIVS *libro vicesimoprimo ad Edictum Prouinciale.*

ET loco [c].

III. VLPIANVS *libro quinquagesimosexto ad Edictum.*

QVo naufragiũ fit, vel factũ est, si quis rapuerit [d], incidisse in hoc edictum videatur. Qui autẽ rem in littore iacentẽ post eã quã naufragiũ factũ est, abstulit: in ea cõditione est, vt magis fur sit, quã hoc edicto teneatur, quemadmodũ is qui q̃ de vehiculo excidit, tulit. nec rapere [e] videtur qui in littore iacẽtẽ tollit.

1. ¶ Deinde [f] ait prætor: *Rate, naue expugnata.* Expugnare videtur, qui in ipso quasi prælio & pugna aduersus nauẽ & ratem aliq̃d rapit. siue expugnet, siue præs domibus expugnantibus rapiat.

2. ¶ Labeo scribit [g], æquum fuisse, vt siue de domo, siue in villa expugnatis [h] aliquid rapiatur, huic edicto locus [i] sit. Nec enim min' [k] in mari, quã in villa per latrũculos inquietamur, vel infestari possumus. 3. ¶ Non tantũ autẽ qui rapuit, verũ is quoque qui recepit, ex causis suprascriptis tenetur: quia receptores nõ minus delinquunt, quàm adgressores [l]. Sed enim additum est [m]. *dolo malo*: quia nõ omnis qui recipit, statim etiam delinquit: sed qui dolo malo recipit. Quid enim si ignarus recipit? aut quid si ad hoc recipit, vt custodiret, saluáq; faceret ei qui amiserat? Vtique nõ debet teneri 4. ¶ Nõ solũ autẽ qui rapuit [n], sed & qui abstulit [o], vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur 5. ¶ Aliud autem esse rapi, aliud moueri. palã est. si quidem amoueri aliquid etiã sine vi possit: rapi autem sine vi non potest.

6. ¶ Qui eiecta [p] naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc est q̃ Græci aiunt

7. ¶ Quod ait prætor de damno dato: ita demum locum habet, si dolo malo damnum datum sit. Nam si dolus malus absit, cessat edictum. Quemadmodum ergo procedit quòd Labeo scribit, si defendendi mei causa, vicini ædificium orto incendio dissipauerim: & meo nomine & familiæ iudicium [q] in me dandum? Cum enim defendendarum [r] mearum ædium causa fecerim: vtique dolo careo. Puto igitur non esse verum quod Labeo scribit [f]. An tamẽ lege Aquilia agi cum hoc possit? Et non puto [t] agendum. Nec enim iniuria hoc fecit, qui se tueri voluit, cum aliàs non posset [u]. & ita Celsus scribit. 8. ¶ Senatusconsultum Claudianis temporibus factũ est, vt si quis ex naufragio clauos [x], vel vnum ex his abstulerit, omnium [y] rerum nomine teneatur. Item alio senatusconsulto cauetur, eos quorum fraude aut cõsilio naufragi [z] suppressi [a] per vim fuissent, ne naui vel * ibi periclitantibus opitulẽtur [b]: legis Corneliæ [c] quæ de sicariis lata est. pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miserrima naufragiorum † fortuna rapuissent, lucratiue fuissent dolo

non teneretur edicto qui amouit. Dico ergo principaliter rapiẽtem teneri hoc edicto, sed [a] per interpretationẽ conueniri potest etiam qui abstulit vel amouit: *vt infra ead. l. §. non solum.* Accur.

f ¶ *Deinde ad hoc infra eo. l. expugnatur.*

g ¶ *Labeo scribit.* interpretando. edictum.

h ¶ *Expugnatis.* domo & villa. Accur.

i ¶ *Locus sit* ex interpretatione.

k ¶ *Nec enim minus* i. non minus in villa, quàm in mari: *vt s. de do. causa mor. l. senatus. §. mortis causa* & sic est hic hysterõ proteron. *sic s. de rerum diui. leg. riparum & s. de pact. intisgentium §. vtram.* Accursius.

l ¶ *Quàm adgressores, sic j* [c]. *de recept. l. j. & s. de seruo corrup. leg. doli. in princ. & de furt. si quis quid perferendum & leg. falsus. §. qui alienum & §. si lastum & C. de furt. l. eos. & leg. in eum & C. de his qui latro. vel aliis cri. reos l. j.*

m ¶ *Additum est.* scilicet in edicto.

n ¶ *Qui rapuit.* i. [d] de nauib. abstulit per vim ad q̃ est. s. *ne quis eum qui in ius vocatus leg. sed ex mendi. in princ.*

o ¶ *Abstulit.* non [e] de manibus sed aliàs ei inuito. *Item facit s. de fur. qui vas. in prin.*

p ¶ *Qui eiecta.* fortè vi ventorum.

q ¶ *Iudicium.* id est actio ex hoc edicto.

r ¶ *Defendendarum.* eũ ergo gratia [f] suarũ ædiũ, ergo gratia [g] sui iuris cõseruandi: & ideo excusatur: nec est quod ei imputetur: *vt s. de leg. ij. cum pater. §. Titio fratri. & de acquir. here. Iulianus. in prin* [h]. *& s. de nego. gest. at qui. §. cum me. & de act. emp. l. j. in fin. & de excep. do. pure. §. si cui. & de bo. li. l. si quis libertum paternum. & de aqua plu. arc. l. j. §. denique. & l. ij. §. item Labeo. & arg. s. de insti. & l. ij.* Accursius.

f ¶ *Labeo scribit.* f. vt detur in me iudicium.

t ¶ *Et nõ puto.* nisi certũ esset ignẽ nõ esse ad ædes peruenturũ: *vt s. ad l. Aqui. si quis fumo. §. j. & quod vi aut clã. l. si alius. §. est & alia.* Acc.

u ¶ *Non posset.* f. se tueri sic & *s. ad le. Aquil. l. scientiam. §. qui cum.*

x ¶ *Clauos.* gubernacula nauis. duo enim claui sunt in naui qui eam rectam tenent. Accur sius.

y ¶ *Omnium.* & meritò: quia his ablatis res omnes in periculum deducuntur. *& sic est s. ad Sila. l. si quis graui. §. si quis tabulas.* Sed cõtra. *sup. de fur. l. vulgaris in prin. sed ibi soluitur.* Accur.

z ¶ *Naufragi.* id est opem contra naufragium præstantes.

a ¶ *Suppressi.* ipsi.

b ¶ [illegible] opitulari possint.

c ¶ *Legis corneliæ.* quia homicidæ sunt: *vt & [illegible] iisdem. §. aliò.* Accursius.

a Interpretatione ad auferentẽ & amouentem transferimus quod de raptore dicitur.

b Hysteron proteron.

c Receptores non minus delinquunt quã adgressores, de quibus v. Gandinum tract. maleficiorum c. de furibus & latronibus.

* In vadum eiecta illisáq; est, Xrl. v. in Gl[illegible]. Ant. Aug. li. 4. ca. 16.

d Rapere, est per vim auferre.

e Auferre dicitur qui non de manibus, sed inuito aufert.

f Defensio sui, suorum, suarumque rerum quemadmodũ & quatenus cum damno alterius permissa. v. [illegible] Angelum. tract. de malefi. in verbo. Et dictus Titius se defendendo.

g Si pupillus.

h Sui iure cõseruandi causa aliquid cõmittitur etiã cum damno alterius.

* vel illi.

† In archet. naufragiorũ, videtur emẽdandum naufragorum. Taurel. in adnotatis.

a ¶ *In quantum.* id est in quadruplũ: *vt* §. *eo. l. j. in prin.*
b ¶ *Daretur.* scilicet ei cuius res est. Accursius.
b ¶ *Dare debere.* sic & *C. de sepul. viol. l. iij. & facit* ^c *C. e. l. in eum.*

Pedius.] CASVS. Ex naufragio dicitur rapere, qui rapit etiam antequam naufragium fiat, cum in trepidatione erant gentes nauis: subsecutum tamẽ fuit postea & subsequenter dicit quòd diuus Pius Antoninus rescriptũ fecit de his qui prædam ex naufragio faciunt: tractãdo de pœna criminali imponẽda rapientibus ex naufragio. Et dicitur quod si raptores rapuerũt magnas res, & quę non erãt tẽpore naufragij perituræ: si sunt liberæ personæ, fustibus cæduntur, & in trienniũ relegãtur. si autem serui, verberantur, & in metallum damnantur, si vero res raptæ sunt modicæ: si sunt liberi raptores, fustigãtur: serui flagellis traduntur. Vltimo dicit: hæ actiones heredibus dantur, non in heredes nisi in quãtum ad eos peruenit ex rapina defuncti. Fran.

d ¶ *Fiat.* fuit tamen postea factum: *vt* ʒ. *eo. si quis ex.* §. *quod ita.* aliàs cõtra: *vt* §. *eo. l.* j. §. *si suspicio.* Accursius.

e ¶ *Quę pœna.* criminali ^a, nõ pecuniaria ^b certa est statuta: *vt supra eod. l.* j. & de hac criminali dicit *C. eo. l. in eum.*

f ¶ *Grauior.* vt quia res non erant perituræ, & magnæ erant vt subiicit.

g ¶ *Eiusdem temporis.* id est quod erit eo tempore: vel in triennium.

h ¶ *Fustibus.* ad *hoc* ʒ. *de pœnis. l. capitalium.* §. *non omnes & de accusa. l. leuia.* Accursius.

i ¶ *Conditione.* Not. conditionẽ ^c personę inspici: vt plus ^d minor quàm maior puniatur ex eodem [delicto ex] ordinem: *vt C. de ord. cogn. leg. iij. & ad l. Iuliam de vi publi. l. seruos & ʒ. de pœnis. in seruorum. Et arg.* §. *de nego. gest. Pomponius. & C. de naufr. le. de sub mersis. leg. xj. & ʒ. ad leg. Iul. de vi priua. l. j.* §. *fi.* Sed argu contra. ^e *C. de episc. & cle. presbyteri.*

1. ¶ Item & qualitate ^f rei, sit magna res vel parua: *vt ʒ. de abigeis l. j.* §. *abigei. versicul. sed & qui.*

k ¶ *Aut remissius.* sic *infra de pœn. l. respiciendum.*

l ¶ *Peruenit* quia ex delicto. *vt C. ex delic. defun. l. j.*

a Naufragii prædatores criminaliter conuenti arbitrio iudicis puniuntur.
b Naufragij prędatores pecuniaria pœna quadrupli, interdum simpli puniũtur.
† Vnde Cic. act. 7. Verri. inter cætera crimina obiicit, quòd eandem in seruos & ciues Rom. pœnam statuer[et].
* pœna.
c Pœnis imponendis cõditio personarum inspicienda.
d Pœna grauior imponi[tur] ... ignobili quàm nobili.
e vide Cyrum & Balsam in l. vlt. C. de sum ... quandam de interimendo.
f Pœnis imponendis inspiciemus rei qualitatem: vnde parua vel magna res sit ab ...

malo in quantum ^a edicto prætoris actio daretur ^b, tantum & fisco dare debere ^c.

Hac lex distinguit quomodo cuiuslibet conditionis homines sunt puniendi propter delictum suum & satis plana est.

IIII. PAVLVS *lib. 54. ad Edictum.*

Pedius posse etiã dici ex naufragio rapere, qui dum naufragiũ fiat ^d, in illa trepidatione rapiat. 1. ¶ Diuus Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit: Quod de naufragiis nauis & ratis scripsisti mihi: eo pertinet, vt explores qua pœna ^e adficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur. Et facilè (vt opinor) constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an quæ seruari possint, flagitiosè inuaserint. Ideóque si grauior ^f præda vi ad petita videbitur: liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabis: aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis ^g dabis. seruos flagellis cæsos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ res fuerint, liberos fustibus ^h, seruos flagellis cæsos dimittere poteris. Et omnino vt in cæteris, ita huiusmodi causis ex personarum † conditione ^i, & rerũ qualitate, & diligenter * sunt æstimandæ: ne quid aut durius, aut remissius ^k constituatur, quàm causa postulabit: Hæ actiones heredibus dãtur: in hæredes eatenus dandæ sunt, quatenus ad eos peruenit ^l.

V. GAIVS *lib. 21. ad Edictum Prouinciale.*

Si quis ex naufragio vel ex incendio ruináve seruatam ^m rem, & alio loco positam subtraxerit, aut rapuerit: furti scilicet, aut aliàs vi bonorum raptorum iudicio tenetur: maximè si nõ intelligebat ex naufragio vel incendio ruináve eam esse. Iacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus ^n expulsa sit, si quis abstulerit: plerique idem putant ^o quod ita verum est, si aliquod tempus post naufragium intercesserit. Alioquin si in ipso naufragij tẽpore id acciderit ^p, nihil interest vtrum ex ipso mari quisque rapiat, an ex naufragiis, an ex littore. 1. ¶ De eo † quoq. quod ex rate naue expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere debeamus ^q.

Si quis.] CASVS. Rem seruasti ex naufragio, vel incẽdio, eandẽ surripui vel rapui, teneor ac. furti, vel vi bonorum raptorũ. Idem si rem eiectam per ventũ ex naui rupta surripiam: vt nõ habeat locum hoc edictum ... hoc est verum si ex in ... post naufragiũ accipiam rem: secus si incontinenti, nam tunc haberet locum hoc edictum. & eadẽ distinctio est seruanda si raptæ sunt res naue expugnata. & qualiter dicatur nauis expugnari, exponit *in l. seq. & hoc dicit hac l. & seq.* Franc. Accursius.

m ¶ *Seruatam.* ab alio.
n ¶ *Fluctibus.* id est vndis.
o ¶ *Putant.* vt furti, nõ hoc edicto teneatur: *vt* §. *de furtis l. falsus.* §. *si iussum.* Accur.
p ¶ *Acciderit.* ad ^a *hoc* §. *eo. l. j. in fin. & l. ij. & iij. in princ. &* §. *si cert. pet. l. lecta. & C. de pac. l. petens.*
q ¶ *Debemus.* vt in ipsa expugnatione habeat locum hoc edictum: aliàs furti.
r *Expugnatur. Pertunditur.* id est proforatur. Accur.
s ¶ *Conscinduntur.* quibus ablatis nauigare non poterit. Accur.
t ¶ *Inuolantur.* id ^b est furãtur: vt & ibi, Cæsaris inuolet arcus. & sic etiam in vulgari dicimus aliàs, inuoluuntur: pro quo est §. *ad leg. Aquil. quemadmodum.* §. *idemque Labeo scribit. & facit* ʒ. *e. l. iij.* §. *deinde.*

a In ipso vel ex ipso naufragio dicitur fieri vel auferri. quod parum ante vel post naufragium admittitur.
† Participium præteriti temporis verifica tur ex tempore præsenti, vel incontinenti elapso.
b Inuolare & furari.

VI. CALLISTRATVS *libro primo Edicti monitorij.*

Expugnatur nauis, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertũditur ^r, aut funes eius præciduntur, aut vela conscinduntur ^s, aut ancoræ inuolantur ^t de mare.

Prouidet hic miseræ fortunæ naufragorum: vt nullus res eorum causa surripiendi colligat cũ ad litus eiectæ sint, vel adhuc in mari fluctuẽt: & imponit pœnas cõtra facientibus: vsque ibi sed nec. vbi iterum ponit prohibitionem senatus, vsque ad finem legis.

VII. IDEM *libro secundo Quæstionum.*

Nequid ex naufragiis ^u diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligẽdis eis, multifariam ^x prospectum est. Nam & diuus Hadrianus edicto præcepit, vt hi qui iuxta littora maris possident, scirent si quãdo nauis vel inflicta *, vel fracta intra fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia ^y diripiant, in ipsos iudicia præsides his qui res suas direptas quærentur, reddituros: vt quidquid probauerint ademptũ sibi naufragio, id à possessoribus ^z recipiant. De his autem quos diripuisse probatum fit, præsidem vt de latronibus ^a grauem sentẽtiam dicere. Vt facilior ^b sit probatio huiusmodi admissi, permissit his † & quidquid passos se huiusmodi quærũtur, adire præfectum, & apud * eum testari ^c, reósque petere, vt pro modo culpæ vel vincti vel sub fideiussoribus ad præsidem remittantur ^d. A domino quoque possessionis in qua id admissum dicatur, satis

Ne quid.] CASVS. Multis modis pro spectũ est ne rapiantur res ex naufragio nam & diuus Hadrianus de his scripsit. raptores vel acceptores talium rerum puniuntur vt latrones. Item qui amisit res per rapinam prædicto modo, vadat ad præfectũ: qui præfectus faciat venire de hoc inculpatos. Item dominus fundi in quo hæc dicuntur facta, satisdet iudicio sisti. Vltimo prohibet neminẽ debere accedere ad colligendas res per naufragium amissas. Fran.

u ¶ *Ne quid ex naufragiis.* i. ^c rebus ex naufragio amissis. *& facit* ʒ. *eo.* §. *fin.* Accursius.
x ¶ *Multifariam.* id est multis modis *sic* ʒ. *de in integ. restit. l. j. & in epistola Pauli,* Multifariam, &c.
y ¶ *Naufragia.* id est res amissas propter naufragium.
z ¶ *A possessoribus.* rapientibus: & tũc in quadruplum: *vt* ʒ. *ead. l. j. in prin.* ¶ Quid si illi quorũ ^d opera vtitur? forte idem: *vt Instit. de oblig. ex quasi delic.* §. *fin.* ¶ Sed quid si extraneus est? distinguitur. forte fuerit ignorans: & tunc non teneatur possessor, si sciens teneatur in simplũ, non in quadruplum: & sic quasi ad custodiam tenetur: *vt C. de fal. mo. l. j.* §. *finali. & de his qui la. vel al. cri. re. accul. l. ij.* §. *domini etiam prædiorum.*

a ¶ *De latronibus.* sic ʒ. *arbo fur. cæsa. l. ij.*
b ¶ ... sic ... *de hæreti. l. quoniam multi.* Accursius.
c ¶ *Testari.* id est testibus præsentibus notificare.
d ¶ *Remittantur.* No. ^e speciale ^f vt actor trahat reũ ad suũ iudicẽ

* inflicta.
c Naufragia pro naufragio.
d Operariorũ igitur factum præstabit dominus. quod dotum videtur. Imò et fortasse non verum. An familia: v. Angelum de maleficiis in verbo Incendiario negat dominum teneri, nisi familia deliquerit officio suo vel ministerio.
† his qui q.d. ad.
e Forum actoris reus quandoque sequitur.
f Imò non est speciale quoniam reus remittitur ad locum delicti. Authen. contra. C. vbi de crim. ... agere.

licet quandoque ex vrbanitate fiat: vt ℨ. de casso. reo. l. nõ dubium. vt quidam dicunt. & ad hoc C. de fide Instru. l. iudices.

a ¶ *Accipi.* s. cum fideiussoribus: vt & ℨ. de verbo. oblig. l. v. §. satis acceptio. Sed contra. ℨ. qui satisd. cog. l. sciendum. Sed hic speciale vt[a] possessor immobilium satisdet. Accursius.

b ¶ *Senatus vt & supra eo. l. in prin. & infra eo. l. fin. in prin. & C. de naufra. l. j. lib. xj.*

Ratis.] CASVS. Ratem tuam eiectã vi fluminis in meũ fundum, non potes ex trahere nisi prius de damno per eam mihi illato caueas. Franc.

c ¶ *Faciendam.* auferendi & petendi.

d ¶ *Præterito quoque* non solum de futuro vt & ℨ. de damno. infecto hoc amplius §. Neratius & ad exhib. leg. Celsus §. sed & si ratis & facit ℨ. si certum pe. l. si quis nec causam in fin. Accursius.

Qvi ædes.] CASVS. Qui cõbussit domum, vel acervũ frumẽti iuxta domum positũ: si studiose hoc fecit, & hoc constet: verberatus igne concrematur, si casu, id est negligentia hoc fecit, emendabit damnum: vel si non potest, leuiter castigatur. Vltimo dicit: quod dictum est in domo idem in omni ædificio est seruandum. Franciscus.

e ¶ *Iubetur.* item l. Cornelia de sica. accusari potest: vt. ℨ. ad le. Cornelia. de sica. leg. j. in princip. & C. qui accu. non poss. leg. data. & infra de pœnis l. capitalium. §. qui ob inimicitias.

accipi[a], ne cognitioni desit, præcipitur. Sed nec interuenire naufragiis colligendis aut militẽ, aut priuatum, aut libertum seruúmve principis, placere sibi ait senatus[b].

VIII. NERATIVS libro secundo Responsorum.

Ratis † vi fluminis in agrum meum delatæ non † aliter potestatem tibi faciẽdã[c], quàm si de præterito quoque[d] damno mihi cauisses.

IX. GAIVS libro quarto ad legem duodecim Tabularum.

Qvi † ædes, aceruúmve frumenti iuxta domum positum combusserit, vinctus* verberatus igni necari iubetur[e] si modò sciens prudénsque id commiserit. Si verò casu, idest negligentia[f]: aut noxam[g] sarcire iubetur: aut si minus idoneus sit, leuius[h] castigatur. Appellatione autem ædium omnes species ædificij cõtinentur.

X. VLPIANVS libro primo Opinionum.

NE piscatores nocte lumine ostenso fallant nauigãtes, quasi in portum aliquem delaturi[i], eóque modo in periculum naues, & qui ineis sunt, deducát,

f ¶ *Casu. i. negligentia.* talis[b] expositio fit ℨ. ad l. Corn. de sic. l. j. §. diuus. nisi enim sic exponeretur esset contra ℨ. eod. l. si fortuito.

g ¶ *Noxam.* id[c] est damnum: vt Insti. de noxa.

h ¶ *Leuius.* si dolo fecisset. Et no. suppletur[d] corpore, quòd pecunia deest sic & ℨ. de iurisd. om. iudi. si quis id §. in seruos & de iniur. vocd. l. si. §. fi. & ℨ. de pœ. l. j Item contra huic l. ℨ. e. l. fi. §. fi. Sol. hic effectum habuit incendium: ibi non.

NE piscatores.] CASVS. Præses prouinciæ debet prouidere ne piscatores fallant nauigãtes, imponendo lumen de nocte in loco periculoso maris: vt sic nauigantes ad illud lumen veniant, credentes ibi esse portum: & veniendo ibi periclitentur. Fran.

i ¶ *Delaturi.* scilicet piscatores, vt putent ibi esse portum vbi lumen vident, cum tamen ibi fit locus periculosus. Accur.

k ¶ *Efficiat.* tenentur etiam hi piscatores ac[e] si ipsi raperent. ar. C. de famo. libel. l. j. in prin. & C. de hereti. quicunque §. pen. & ℨ. de ser. corr. l. §. fin. & ad l. Aquil. qui occidit. §. pe. Arg. contra. ℨ. de fur. l. furtum non & de adqui. pos. l. quod meo §. si venditorem. Accur.

SI fortuitò.] CASVS. Qui fortuitò commisit incendium, non tenetur nisi esset in lata culpa, vel dolo. Fran.

l ¶ *Venia indiget.* scilicet ne comburatur. damnum vero resarciet: vel castigabitur: vt ℨ. eo. qui ædes. secundùm Ir. Accur.

m ¶ *Luxuriæ.* id est latæ culpæ. Accur.

n ¶ *Dolo.* sicque cõcremabitur: vt ℨ. e. qui ædes. Sed ar. contra ℨ. ad l. Cor. de sica. l. in lege. Alij[f] dicunt quod damnũ sarciet, vel leuius castigabitur: vt ℨ. eo. qui ædes. sed illa magis dicit cõtrarium. Acc.

LIcere.] CASVS. Quilibet potest naufragium suum colligere, id est res quas amiserat naufragio. Secundo dicit: qui studiose ignem posuit in ciuitate: si humilis est, bestiis subiici solet. si in dignitate est, capite punitur, aut deportatur. Fran. Accur.

o ¶ *Licere facit* ℨ. eo. l. ne quid. in prin. & in fin. Sed arg. contra ℨ. ad l. Rho. de iac. l. domine imperator[g].

p ¶ *Deportantur.* aut igne concremantur. & sic non obstat contra ℨ. eo. qui ædes. Vel solue vt ibi. Accur.

ff. Nouum.

[a] Immobiliũ possessor an & quando satisdet.

¶ adde Gl. ex communi ... [illegible]

¶ Aliud in animali damnum dante in alterius fundo, quod retinere non licet, vel hoc ipso, quod actio de pastu pecoris competat. l. Quintus. l. ad l. Aquil. l. quod se rendertur l. de præscriptis verbis: adde Baldum in l. 2. C. de seruis fugitiuis.

¶ Sunt ferè verba legis xij. tabul. paucis tantum mutatis, vt monet l. 1. subsecius rum.

* In archetypo victus, sic id legendum istius, scilicet fustibus. Faurel. in adnot.

[b] Casus pro negligentia.
[c] Noxa pro damno.
[d] Corpore punitur, qui nõ potest in ære.

[e] Rapere videtur qui occasionem rapiendi dedit. qui lumine ostenso naues in locum rapinæ obnoxium deducit.

[f] Pœna mortis lege quoties imponitur, & aliqua ex causa recedit ab ea pœna, tũc nõ imponitur pœna corporalis: sed pecuniaria. vt ... [illegible]

[g] deprecatio.

DE INIVRIIS, ET FAMOSIS LIBELLIS.

Si in rebus meis deliquisti, dixit: nunc si in meipso. Accursius.

¶ *Superiores actiones furti, damni iniuria, vi bonorum raptorum & quæ his similes adiciuntur rei familiaris damnum in iudicio pœnaque persequuntur, actio iniuriarum, vt eleganter Valẽtinianus ait in Nou. de libertis, agit[a] cũ sum doloris, eodẽ modo quo M. Tullius dolorem cum iudicio pœna quæ mit gare ob id superiores quidem heredi datur, si d ad hæc de iniuriis. Est autẽ de[b] iniuriis publicũ iudicium ex lege Cornelia quod pulsatus aut verberatus quis aut domus eius vi introita sit, hod e etiã priuatum ex Constitutionib. & ex edicto prætoris generali etiam priuatum, quod iudex iniuriam æstimaneris. De famosis[c] libellis publicum ex S.C. Et omnis, vt arbitror, annalia. Cuia.*

sibique execrãdam prædam patent: præsidis prouinciæ relegiosa constantia efficiat[k].

Hac l. & §. qui data in l. seq. tractant de alta parte rubricæ: scilicet de pœna incendiariorum: & clarus est tex.

XI. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

SI fortuitò incendium factum sit venia indiget[l]: nisi tam lata culpa fuit, vt luxuriæ[m] † aut dolo[n] sit proxima.

XII. VLPIANVS libro octauo de officio Proconsulis.

LIcere[o] vnicuique naufragiũ suum impune colligere cõstat: idq. imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit.

I. ¶ Qui data opera in ciuitate incendium fecerint: si humiliore loco sint, bestiis obiici solent: si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certè in insulam deportantur[p].

DE INIVRIIS ET famosis libellis*.

TITVLVS X.

Hæc lex prima huius tituli in sui principio ponit deriuationem vocabuli iniuriæ: vsque ibi, Iniuriam autem. vbi ponit quandam diuisionem iniuriarum, quam sequitur per quaria fit quandoque re, quandoque verbis. & dat exempla. Itẽ iniuria in corpus infertur: aut ad dignitatem, aut ad infamiã pertinet: & dat exẽpla. Itẽ iniuriã qui patitur aut per semetipsum: vt cũ ipsi patrifam. fit iniuria: aut per alium, vt cũ filio eius, vel vxori, vel nurui fit iniuria. Itẽ si cadaueri defuncti fit iniuria datur actio iniuriarũ heredi eius. Itẽ si fama defuncti per aliquẽ minuitur, datur hæc actio heredi. Bene autẽ dixi, facta iniuria filio, datur patri hæc actio: nã & si filius meus patitur se vendi, mihi datur actio: licet nõ detur filio, cũ cõsenserit. Itẽ si cadaueri defuncti fiat iniuria: aut ante aditam hereditatẽ eius, & tũc heredi tati est acquisita hæc actio: & per cõheredi futuro: aut post aditã hereditatẽ. & tũ ipsi heredi directò cõpetit hæc actio. Idẽ dicendũ est si corpus defuncti detineatur. Idẽ dicẽdũ est & si seruo hereditario fit facta iniuria. Itẽ si seruo in testamento manumisso facta est iniuria postmortem testatoris ante aditã hereditatem est nata actio iniuriarum heredi. & per consequens heredi futuro secus si post aditam hereditatem facta sit ei iniuria: quia tunc cum sit liber: habet ipse hanc actio. Item si fecit iniuriam filio meo, vel vxori: siue hoc sciat, siue non: est mihi data hæc actio. Item ex vna iniuria quãdoque nascitur trib. personis hæc actio: vt si filiam Titij habeo in vxorem, & ei sit facta iniuria: ei & Titio & mihi competit hæc actio. facta autem iniuria mihi, nunquam vxori meæ competit hæc actio & redditur ratio notabilis Item quædam regula erat tradita circa hanc materiam, & est talis: Qui potest pati iniuriam, ille dicitur facere iniuriam. hæc regula fallit nam furiosus & impubes pati possunt iniuriam: & oritur actio. non autem dicuntur posse facere vt nascatur hæc actio nam facere non dicitur quis iuriam, nisi sentiat: licet credat se aliter facere quàm faciat hinc est quòd si per iocum te percussi, aut dum certabam: non teneor iniuriarũ actione. Item si hominem liberum percussi, quem credebam meum seruũ: nõ teneor hac act. Item si cum extenderim manum causa dandi pugnum seruo meo, transeuntem hominem percussi, non teneor hac actione & h. d. hæc l. & tres seq. Franc. Accursius.

INiuria] CASVS. Iniuria dicitur eo quod non iure fit. Omne enim qđ nõ iure fit, iniuria dicitur: & hoc in generali significatione. specialiter autẽ iniuria dicitur, id est cõtumelia: & ita hoc titu. accipitur. Item quãdoque iniuria dicitur damnũ culpa datũ: & sic accipitur in l. Aquil. Itẽ interdũ iniuria ponitur pro iure iniquo: vt cum iudex inique vel iniustè dat sententiam. contumelia autem dicitur à cõtemnendo. Item iniu-

[a] Iniuriarum actio causam doloris agit.
[b] Iniuriarum actio publica, est ex lege Cornelia.
† quid hoc loco luxuria sit, vide Anton. Aug. lib. 4 c. 12.
[c] Famosi, seu de libellis famosis iudiciũ publicum est ex senatuscõsulto.
* Cornelius Tacit. lib. 1.

a Peccatum est, quod ex fide non est.

a ¶ *Non iure*.i. contra ius sicut quod[a] nō ex fide, peccatum est: *vt C. de Iudæis. l. cælicolarum*. Accursius.

b ¶ *Contumelia*. & sic hoc titulo accipitur. Accursius.

c ¶ *Vt in lege Aquil*. vt *s. ad l. Aquil. leg. sed & si quemcumque. §. j.*

d ¶ *Iniquitat.* i. ius[b] iniquum, quòd ex sententia. *vt s. de insti. & in leg. pe. & j. eo. l. iniur. §. idem Labeo*. Accur.

b Ius iniquum ex sententia.

c Iniquus, qui scienter peccat. Iniustus etiā qui ignorans. vt ex hac Gl. potest colligi.

e ¶ *Cum quis inique*[c]. quādo ex certa sciētia.

f ¶ *Iniuste* quando ignorans. *& facit insti. eo. in prin.*

g ¶ *Conuicium vt infra eo. l. item apud Labeonem. §. conuicium*. fit etiā litteris[d]: *vt infra eo. l. lex Cor. §. si quis librū*. & illud dicitur fieri verbis. Sed cōtra Instit. *de obli. ex delict. in princi.* vbi dicit, omne maleficiū esse ex[e] re. sed ibidem exponitur, id est ex ipso maleficio & ita dictio re omnia com. rehendit.

d Conuicium fit etiam litteris.

e Ex re maleficium omne quemadmodū esse dicatur.

† Hinc illud Pacuuianum. Patior facile iniuriam, si est vacua à contumelia.

h ¶ *Pulsatur vt infra eo. l. lex Cornelia. in pri. & §. primo.*

i ¶ *Abducitur vt & infra eo. item apud. §. si quis virgines vers. comiten. & ad id. j. e. iniuriarum. §. si quis de honoribus.*

k ¶ *Attentatur* vt[f] de pudico impudicus fiat: *vt j. eod. l. attentari. Et ar. sup. de ser. cor. l. j. §. fi. & facit j. e. l. item apud. §. si quis libello*. Et no. quod imperfecto[g] flagitio deportatur: perfecto autē capite punitur: *vt j. de extraord. crimin. l. j.* ¶ Item hic stricte: large quicquid fiat ad infamiā[h], fit ad dignitatē: *vt s. de variis cog. l. pe.* Accursius.

f Attentari pudicitia quemadmodum dicatur.

g Imperfecta delicta mitius puniuntur quā perfecta.

l ¶ *Cu per consequentias* ¶ N. tantū fieri per cōsequentiā[i], quantū & directo: *vt s. de his qui no. infa. l. athletas. §. ait prætor. versiculo. siue certam & de procura. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris & s. ad leg. Aquil. proinde. §. item & supra qui & à quib. si quis hac. §. j. & de vi & vi armata. l. j. §. quod ser. item facit s. de pac. in personam.*

h Ad dignitatem fit, quod fit ad infamiam.

* ipsi patrifa. i. Consequentia permittū tur, quæ directo.

m ¶ *Seruis meis*. & hoc si est atrox, vel ad contumeliam domini facta: *vt Instit. eo. §. seruus.*

† Infamia illata & contra defunctum fit, est iniuria ipsi heredi: & potest heres pro ea agere. *& probat ipsa* [illegible]

ctiones vsque ad finem legis: & §§. huius l. sunt breues & plani, nec indigent summarijs: quia nō possent succinctius dici quā textus ipse faciat.

D. VLPIANVS *libro quinquagesimo sexto ad Edictum.*

INiuria ex eo dicta est quod non iure fiat. Omne enim quod nō iure[a] fit iniuria fieri dicitur. Hoc generaliter: specialiter autem iniuria dicitur contumelia[b] †. Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: vt in lege Aquilia[c] dicere solemus. Interdum iniquitatem[d] iniuriam dicemus. Nam cum quis inique[e] vel iniustè[f] sententiam dixit. iniuriam ex eo dictam, quod iure & iustitia caret, quasi non iuriam. Cōtumeliam autem à cōtemnendo. 1 ¶ Iniuriam autem fieri Labeo ait aut re, aut verbis. Re, quotiens manus inferuntur: verbis autem, quotiens non manus inferuntur, conuicium[g] fit. 2. ¶ Omnemque iniuriam aut in corpus inferri: aut ad dignitatem, aut ad infamiā ptinere. In corpus fit, cū quis pulsatur[h]. Ad dignitatē, cū comes matronæ abducitur[i]. Ad infamiā, cum pudicitia attentatur[k]: 3. ¶ Itē aut per semetipsum alicui fit iniuria, aut per alias personas. Per semet, cū directo ipsi cui* patri famili s vel matrifamilias fit iniuria. Per alias, cūper cōsequentias[l] fit: cū fit liberis meis, vel seruis meis[m], vel vxori, nuruíve. Spectat enim ad nos iniuria quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui[n] abiecti sint.

4. Et si forte † cadaueri defuncti fit iniuria, cui[o] heredes bonorūve possessores existimus, iniuriarū nostro nomine habemus[p] actionē. Spectat enim ad existimationē nostrā, si qua ei fiat iniuria. Idéque & si fama eius cui heredes extitimus, lacessatur[q].

5 ¶ Vsque adeò autem iniuria quæ fit liberis nostris, nostrum pudorem pertingit*, vt etiam si volentem filium quis vendiderit: patri suo quidem nomine[r] competit iniuriarum actio, filij verò nomine nō competit: quia nulla iniuria est quæ in † volentem[f] fiat. 6. ¶ Quotiens autem funeri testatoris vel cadaueri fit iniuria si quidem post aditam hereditatem fiat dicendum est heredi quodammodo factam. Semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare[t]. Quotiens autem ante aditā hereditatem: magis hereditati, & sic heredi per hereditatē adquiri[u]. Denique[x] Iulianus scribit: si corpus testatoris ante aditā hereditatem detentum est, adquiri hereditati actiones dubiū non esse. Idémque putat & si ante aditam hereditatem seruo hereditario[y] iniuria facta fuerit. Nam per hereditatem actio heredi adquiretur.

7. ¶ Labeo scribit, si quis seruū hereditariū testamēto manumissum ante aditam hereditatem[z] verberauerit: iniuriarum heredē agere posse. At si post aditam hereditatem verberatus sit: siue sciet se[a] liberum siue ignorat[b], ipsum agere posse. 8. ¶ Siue autem sciat quis filium meum esse. vel vxorem meam. siue ignorauerit. habere me[c] meo nomine actionem Neratius scripsit. 9. ¶ Idem ait Neratius, ex vna iniuria interdū tribus[d] oriri iniuriarum actionem neque vllius* actionem per alium consumi[e]: vt putà vxori meæ[f] filiæfamilias iniuria facta est & mihi, & patri ei' & ipsi iniuriarū actio incipiet cōpetere.

n ¶ *Affectui*. vt vxori, & nurui: & hoc *s. de libe. cau. l. ij. & iij. & j. de ap. l. non tantum*. Accursius.

o ¶ *Cui*. scilicet defuncto.

p ¶ *Habemus*. vt *& sup. de relig. l. ossa. in prin.* ¶ Et no. quòd hæc actio iniuriarum[k] hæreditati quæritur, & per eam heredi futuro: *vt & sup. de petit. hered. l. si à patre vel à domino. §. si possessor. & ad leg. Aquil. l. ob id. & quod vi aut clam. l. denique. §. quæsitum. & facit s. de ser. cor. l. vt tantum. §. j.*

k Iniuriarum actio heredi nati quæritur.

q ¶ *Lacessatur*. id est ab aliquo diminuatur. *& ad hoc Insit. qui. manumit. non poss. §. j.*

r ¶ *Suo quidem nomine*. vt *& j. eo. l. pater. & l. si quis seruum.*

s ¶ *In volentem*. Not.[l] *sic sup. de aqua plu. arcen. l. in diem. & supra de furt. l. inter omnes. §. per u. & supra de in vo. l. quamuis. & de libero ho. exhib. l. iij. §. si quis volentem. & infra eo. l. si d si vnius. in prin. & infra de reg. iur. l. nemo videtur*. Sed argu. contra. *C. de rapt. virg. §. pu*[nas. ibi: siue volentibus, siue nolentibus &c. & in auth. de rap. mulie. in prin. col. ix. & s. de seruo corru. l. j. §. fin.]

l Volenti an & quādo fiat iniuria.

t ¶ *Purgare*. vt[a] *& s. proxi. §.* Accursius.

u ¶ *Adquiri*. vt[b] *& supra ad l. Aquil. ob. id & s. de donat. leg. donatio. & institut. de stipulatio. ser. in princ. & sup. de legat. si mihi & Titio. §. j. & quod vi aut clam. l. denique. §. quæsitum. & j. de reg. iuri. l. nemo plus iuris. & l. nemo plus commodo.* ¶ Sed si[c] transit de hereditate in heredem, est contra *Instit. de per pe. & temp. actio. §. non autem omnes*. Solu. ibi vetat trāsire de persona ad personā: hic vna[d] videtur fuisse persona, scilicet heredis quia fingitur ex tēpore mortis fuisse heres: *vt sup. de stipu. ser. l. si ex re. §. fi. & j. de reg. iur. l. omnia quæ. & l. omnis hereditas. & de acqui. hered. l. heres quoque hereditatem &c.* Iam ergo non est quæstio an hic heres in suum heredē transmittat: quia non: vt patet ex prædictis: licet quidam contra: quasi hereditaria sit fa ctio: *vt s. quod me. cau. l. videamus*. Acc.

a Iniuriā defuncto factam ponitiri, heredis interest.

b Heredi per hereditatem ad quiritur.

c De persona in personam transire non videtur, quod à testatore vel defuncto trāsit in eius heredem.

* perstringit.

d Heredis & defuncti vna persona iuris intellectu.

† Vide in hāc sententiam Arist. lib. 5. Ethic. cap. 11.

x ¶ *Denique*. procedit ad speciem de genere vt clarius dicat. Acc.

y ¶ *Hereditario*. à[e] sciente hereditarium, vel eo quidem fecisset si sciuisset: alias secus: *vt j. eod. l. illud. in fin. & l. item apud. §. interdum. & l. cum. §. fin.* secundum quosdam quod non placet: quia in personam certā intulit, & se obligare voluit: *vt & j. eod. l. cum. §. si iniuria. & facit sup. de pet. hered. l. sed vtrum. §. debitor. & sup. ad leg. Aquil. l. liber homo. §. si homo. ver. si seruum*. Accursius.

e Iniuria facta seruo hereditario, vindicari potest ab herede.

z ¶ *Aditam hereditatem*. ex tunc enim est liber: *vt C. de cadu. toll. §. in nouissimo*. Accursius.

a ¶ *Siue scit se*. Not. errorem esse in passo iniuriam, non inferente & sic non sunt contra. *j. eo. item apud. §. interdum. & l. cum. §. pen. & l. fi.* Accursius.

* vnius.

b ¶ *Siue ignorat*. si tamen is qui fecit iniuriam ipsum liberum sciebat: *vt j. l. iij. §. fina.* secundum quosdam. quod non placet: *vt s. proxi. §. dixi.*

c ¶ *Habere me*. hic est contra. *j. eo. item apud. §. interdum. & l. cum. §. fi. & l. sed si vnius. in prin.* Solu. hic facturus erat etiam si sciuisset.

2. Vel hic sciebat vxorem vel filium sa. sed nesciebat cuius: ibi nec filium vel similem esse credebat. *& facit sup. ad legem Aqui. l. scientiam. §. j. j. eo. l. cum qui. §. si iniuria.*

d ¶ *Tribus* quandoque etiam quatuor[f], vel quinque: vt si habet patrem & auum, item nurum & socrum nam omnibus & sibi fit iniuria. Accursius.

e ¶ *Consumi*. vt *arg. sup. de fur. l. inter omnes §. hoc actio*. Sed contra. *sup. de actio. & oblig. l. plura*. Sed ibi plures vni, hic plures diuersis dantur actiones. Item ad hoc. *sup. de priua. delic. l. 3.* Accursius.

f ¶ *Vxori meæ*. vxor[g] ergo mea est in potestate sui patris: *vt & de condit. infer. l. si vxor*. Accur.

f Iniuriarum actio etiam quinque personis competere potest ex eodē delicto.

g Filia licet nupta in potestate patris sui esse non desinit. Eft enim in mariti potestate, quod ad operas attinet, & cætera eius modi, *vt Insti. ad Ter. tullian. in prin.*

Quod

II. PAVLVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

QVod si viro iniuria facta sit, vxor non agit: quia defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est.

III. VLPIANVS *libro quinquagensimosexto ad Edictum.*

ILlud relatum perçque est, eos qui iniuriam pati possunt, & facere posse [b].

Furiosus, & impubes non doli capax, possunt iniuriam pati: facere autem nequaquam, cum affectum habere non videantur. hoc dicit.

1. ¶ Sanè sunt quidam qui facere non possunt: vt puta furiosus, & impubes qui doli capax non est [c]. namque [d] hi pati iniuriam solent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu [e] facientis consistat consequens erit dicere, hos siue pulsent, siue conuicium dicant, iniuriam fecisse non videri.

2. ¶ Itaque pati quis iniuriam, etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiam si nesciat [f] cui faciat.

3. ¶ Quare si quis per iocum [g] percutiat, aut dum certat: iniuriarum non tenetur.

Error in persona cui fit iniuria, facit vt non oriatur actio iniuriarum.

4. ¶ Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat [h] seruum suũ [i]: in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

IIII. PAVLVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

SI cum seruo meo pugnum ducere vellẽ, in proximo te stãtem inuitus percusserim: iniuriarum non teneor [k].

V. VLPIANVS *libro quinquagensimosexto ad Edictum.*

LEx Cornelia de iniuriis cõpetit ei qui iniuriarũ agere volet ob eam rem, quòd se pulsatum, verberatúmve, domúmve suam vi introitam esse dicat [l]. Qua lege cauetur, vt non iudicet [m], ei qui agit, gener, socer, vitricus, priuignus, sobrinúsve est, propiúsve eorum [n] quemquam ea cognatione ad finitatéue attinget, quive eorum parentisve cuius eorum patronus erit. Lex itaque Cornelia ex tribus causis dedit actionem: quòd quis pulsatus, verberatusve, domusve eius vi introita sit. Apparet igitur omnem iniuriam quæ manu fiat, lege Cornelia contineri.

1. ¶ Inter pulsationem & verberationem † hoc interest, vt Ofilius scribit: Verberare, est cum dolore cædere: pulsare, sine dolore.

2. ¶ Domum accipere debebus, non * proprietatem [o] domus, sed domicilium [p]. Quare siue in propria domo quis habitauerit, siue in conducto, vel gratis, siue hospitio [q] receptus: hæc lex locum habebit.

3. ¶ Quid si quis in villa [r] habitet, vel in hortis? idem erit [ſ] probandum.

Q*Vòd si*] *Aequum est vt* [a] *Institu. eo. §. pariter & facit supra ad Velleia. l. ij. & infra de regu. iur. leg. ij. & supra de sta. ho. leg. in multis.*

a I*Llud*] *Posse.* sed non omnes: vt subiicit.

c *Non est vt j. de reg. iur. l. pupillum.*

d ¶ *Namque hi.* Errant [b] ergo qui dicunt non fieri iniuriam nisi ad animũ reuocetur; *vt no. Institu. eo. §. fi.* patiuntur ergo & pater & mater per eos: *vt arg. ȷ̃. de vsucap. l. nunquam ij. §. si seruus & supra de adqui. her. l. more nostra. §. fi.*

e ¶ *Ex effectu vt* [e] *supra de fur. leg. qui iniuria & l. verum est ij. & supra ad leg. Aquiliam l. sed & si quemcuque. §. igitur & §. si magister in fin. §. & infra ad l. Corneliam de sic. legat. diuus & ȷ̃. de rei vindi. l. quod infans & argu. de acquir. here. leg. si is ad quem.*

f ¶ *Nesciat.* exemplũ, [d] *j. eodem l. cum §. si iniuria. & ȷ̃. eo. l. j. §. siue autem & argu. sup. ad l. Aquil. leg. a. scientiam. §. sed si defendendi & sup. quod vi aut clam. leg. denique §. quæsitum.*

g ¶ *Per iocum.* & hoc probatur, cum contra eũ probetur [e] ipso facto: *vt C. ad le. Corneliam de sic. l. j. & C. eodem t. talo. si non con. i. ty. & facit ȷ̃. de act. & oblig. l. obligationum substantia. §. fi.* Accursius.

h ¶ *Dum putat sic.* [f] *ȷ̃. de fur. si quis vxo. §. cum Titio & ȷ̃. de iurisd. om. iudi. si per errorem & C. si à non compe. iudi. l. j. & sup. de op. leg. l. 4. §. j.* Arg. contra *ȷ̃. ad legem Aquil. scientiam. §. j.*

i ¶ *Seruum suum.* secus si putet alienũ: *vt supra eo. l. j. §. Labeo & facit infra ad legem Iuliam peculatus leg. antepen. & quod not. infra eo. l. cum qui §. si iniuria & infra eo. l. si quis seruum meum.* Acc.

k S*I cum seruo meo. Non teneor.* Sed Aquil. *vt ȷ̃. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. sed si defendendi.* Accur.

L*Ex Cornelia.*] CASVS. Lex Cornelia de iniuriis facta, habet locum cum quis se pulsatum: vel verberatum. vel domum suam introitam per vim esse dicat secundo prohibet certas personas cõiunctas actori posse esse iudices in his causis, vel aliqua earum. Tertio dicit: hæc lex Cornelia habet locũ in tribuis casibus: & eos dicit. & sic comprehendit omnẽ iniuriam quæ fit manu. postea assignat differentiam iure pulsationem & verberationem postea exponit hæc verba, Domum suam introitã vi: &c & domum intelligas, siue sit propria inhabitantis. siue cõducta, siue gratis concessa: siue habitet in ciuitate, siue in villa, siue in hortis. Itẽ si colonus meus partiarius extitit in fundo, & in eum fundum aliquis per vim intrauit, ipse habet hanc actio. non ego secus si esset simplex colonus. Et vt breuiter dicã: si scholaris Romæ existens causa studiorum. in domum quam habebat, introitum sit per vim cõpetit ei hæc actio. Postea dicit: verberatus est filius meus. habet ipse hanc actio. non ego: sed prætoriam habeo & illã actio. potest alius intentare me absente: nec debet cauere quòd habebo ratum. Item qui hac actio. legis Corneliæ agit, potest deferre sacramentum reo. idem est permissum in iniuriarum prætoria. Item qui facit librum ad infamiam alicuius, tenetur in iuriarũ: siue expresserit nomen illius ad cuius iniuriam faciebat siue non: vt euenit in honorabili viro doctore grammaticæ, magistro Ambrosio, meo magistro, qui fecit librũ ad infamiam magistri Boni, qui & fuit meus magister. Idem est seruandum in eo qui fecit cantũ & ad infamiam alicuius. vel simile quid quod dic vt in glo. Idem seruandum in eo qui emi curauit talẽ librum: & quicunque potest indicare siue accusare hoc facientem: siue liber sit, siue sit seruus. habebit præmium. & si seruus est, habebit libertatem & hoc est verũ; siue in illo libro siue cãtione erat expressũ nomen infamati, siue non: vt quilibet possit accusare. Item agere poterit infamatus actio. iniuriarum ciuiliter & si agatur vna, tollitur altera & hoc dicit hæc. l. & le. Franci. Accursius.

l ¶ *Dicat. vt Instit. eo. §. sed & lex.* ¶ Sed nũquid his casibus agi poterit prætoria actione iniuriarũ? Respon. *ita, arg. j. ea. l. §. illud.* Cu. [a] ergo lex Cornelia facta est? Respon. vt ostẽderet curam esse maxime de his casibus. *ar j. eo. l. itẽ apud. §. hoc edictum.* Itẽ erit hic perpetua, ibi annalis: *vt Institu. de perpe. & tẽp. actio. in princip.* Item non iuratur: sed officio iudicis damnũ æstimatur: *vt j. eo. l. cõstitutionibus.* Accur.

m ¶ *Iudicet.* i. ius dicat. Accursius.

n ¶ *Eorum.* expone, & cauetur eadem. l. ne quis eorum qui propior est, id est in proximiori gradu ei qui agit: subaudi quã sit sobrinus. non autem ad prædictos adfines refertur, cũ nemo [b] sit proximior in gradu adfinitatis quã prædicti: cũ nec gradus ibi sit: *vt ȷ̃. de gradi. adfini. leg. non facile. §. adfines. versicul. gradus.* & sic erit hic exemplum de patruo & auũculo & fratre & aliis qui sunt intra sextũ gradum quo sunt sobrini: *vt Insti. de gradi. §. sexta.* & idem de his qui sunt vltra sobrinos. & hoc subiicit, quinque q. d. & ead. l. cauetur ne is qui in ea cognitione vel adfinitate est, qua est is qui passus est iniuriã dicat ei ius & hoc ideo: quia [c] cum vni de cognatione fit, toti fieri videtur &; sic loquitur contra *supra de iudi. leg. in priuatis. & de arb. l. quinetiam.* vnde idem dico in prætoria, scilicet qaod tales personæ non possunt iudicare: licet quidam contra. Item contra *supra de offi. præf. l. senatusconsulto.* Solu. hic [d] in criminali: ibi in ciuili. Vel ibi in subsidium. & vsque ad litis contestationem tantùm: vt ibi dicit ne pereat actio Item cauetur ne is qui patronus erit eorum qui passi sunt iniuriã, vel eius qui passus est: ius dicat. Idem si est patronus patris cuius eorũ, id est alicuius eorum qui passi sunt iniuriam: cui tamẽ patrono parentis nullam hic filius liberti præstat reuerentiam: *vt ȷ̃. de obse. l. heres liberti.* nisi viuo patre: *vt C. de lib. & eo. l. l. iij. & facit ȷ̃. de iur. sdi. omn. iudi. l. qui iurisdictioni & de testi. l. leg. & de procura. licet. §. j. & C. de exeu. tu. leg. humanitatis.*

o ¶ *Non proprietatem.* sõlam, vel ex necessitate. Accursius.

p ¶ *Sed domicilium.* sed nec solum domicilium vt subiicit.

q ¶ *Hospitio.* non tamen ad momentum vt viator: *vt in fin. huius §. & supra nau. caup. sta. l. j. in fin. & l. sequen. & facit supra de aleat. l. j. §. itẽ versic. domum & j. de adul. l. qui domum & l. nec in eam. §. ij.*

r ¶ *In villa.* in qua domus erat: & in quam dominus se recipiebat quandoque.

ſ ¶ *Idem erit.* vt habaet locum lex Cornelia.

a Iniuriæ viro facta, vxor agere nõ potest, vt hic, maritus & iniuria vxori facta, etiam suo nomine agere potest. Iniuria enim vxori facta: ipsi marito facta intelligitur: & proptium dolorem persequitur cum eo nomine agit. l. si mulier. inf. de adulteriis. l. si stipulatus. ȷ̃. de verb. oblig. l. ca terum §. mulieris. l. caterorum l. de vsu & habitat. l. pater filia. ȷ̃. de fornicatione legato.

b Iniuriã patitur etiam is, qui ad animũ iniuriam sibi factam nõ reuocat.

c Iniuria ex affectu faciẽtis consistit.

d Iniuriã vel ignoto facere possumus.

e iocum allegans, iocum probare debet.

f Iniuriarum non tenetur, qui per errorem, alium quàm quẽ voluit percussit.

A. Cornelio Sulla lata Cic. in Bruto

a Actionis iniuriarum prætoriæ & Corneliæ differẽtia & cur hæc post Prætoriã introducta.

† Vide in hunc locum Laurentium Vallam lib. 6. c. 47.

* Græcismus, sub non tantum, & postea, sed etiã.

b Affinitatis nulli sunt gradus, nisi improprii *adde Campegium de dote, parte. 5. q. 104. adde Glo. & quod ibi scribitur in l. non facile § 1. de gradib. l. quod Seruius. 8. 1. de cõdict. cau. data.*

c Iniuria facta vni de cognatione, omnib. cognatis, consanguineis, & eiusdem generis facta esse censetur *de quo v. Tiraq. tract. de pœnis temper. caus. 51 nu. 68. & v. Clarum. li. 5. sent. § vlt. q. 1. vers. fi. ar. 92. & vers. ite eadem.*

4. ¶ Et si dominus fundum [a] locauerit, inque eum [b] impetus factus sit: colonus [c] aget, non dominus.

Iste §. diuiditur in tres partes. primo ponit dictum Labeonis. secundo ponit reprehensionem dicti. tertio ponit unam determinationem generalem circa praemissa. secunda ibi, ego puto. tertia ibi, tantum igitur. Bartolus.

5. ¶ Si tamen in fundum alienum [d] qui domino colebatur [e], introitum sit: Labeo negat esse actionem domino fundi ex lege Cornelia: quia non possit [f] vbique domicilium habere, hoc est, per omnes villas suas. Ego puto ad omnem habitationem in qua paterfamilias [g] habitat, pertinere hanc legem: licet ibi quis domicilium non habeat [h]. Ponamus enim studiorum causa Romæ agere: Romæ vtique domicilium non habet: & tamen dicendum est, si vi domus [i] eius introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantùm igitur ad meritoria [k] vel stabula nõ pertinebit. Cæterum ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti causa, licet ibi domicilium non habeant. 5. ¶ Illud quæritur, an pater filio familias iniuriam passo, ex lege Cornelia iniuriarum agere possit. Et placuit non posse: déque ea re inter omnes constat. Sed patri quidem prætoria [l] iniuriarum actio competit: filio [m] vero legis Corneliæ. 7. ¶ In lege Cornelia [n] filius familias agere potest [o] ex omni causa [p]: nec cauere [q] debet ratam rem patrem habiturum. Nam nec aliàs agentem filium iniuriarum, ad cautionem de rato compellendum Iulianus scribit. 8. ¶ Hac lege [r] permittitur actori iusiurandum deferre, vt reus iuret iniuriam se non fecisse. Sed Sabinus in adsessorio [s] etiam prætores* exemplum legis secuturos [t] ait. & ita res se habet [u].

Hic ponitur de secunda parte rubricæ. primo ponuntur verba iurisconsulti. secundo exponit aliqualiter illa verba in l. quod senatus. Bart.

9. Si † quis librum ad infamiã alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolóve malo fecerit quo quid eorum fieret: etiam si alterius nomine [x] ediderit, vel sine nomine [y], vti de ea re agere liceret [z] & si condemnatus sit qui id fecit [a], intestabilis [b] ex lege esse iubetur.

10. ¶ Eadem pœna ex senatusconsulto tenetur etiam is qui ἐπιγράμματα [c]*, aliúdve quid sine scriptura [d] in notam aliquorum produxerit: item qui emendum vendẽdúmve curauerit [e]. 11. ¶ Et ei qui indicasset, siue liber, siue seruus sit: pro modo substantiæ accusatæ personæ, æstimatione iudicis pretium [f] constituitur: seruo forsitan & libertate præstanda [g]. Quid enim si publica vtilitas ex hoc emergit?

VI. PAVLVS *libro quinquagesimoquinto ad Edictum.*

QVod senatuscõsultum [h] necessarium [i] est cum nomen adiectum non est eius in quem factum est. Tũc ei † quia difficilis probatio est, voluit senatus publica quæstione [k] rem vindicari. Cæterum si nomen adiectum sit, & iure communi [l] iniuriarũ agi poterit. Nec enim prohibendus est priuato agere iudicio, quòd publico iudicio præiudicatur, quia ad priuatam [m] causam pertinet. Planè si actum sit publico iudicio: denegandum est priuatum. similiter ex diuerso [n].

a ¶ *Fundum.* in quo domus erat.
b ¶ *Inque eum.* fundum, & domum ibi positam. Azo.
c ¶ *Colonus.* partiarius.
d ¶ *In fundum alienum.* id est non eius qui vim fecit. Accursius.
e ¶ *Colebatur.* per operarios suos, non per colonum: non obstet quod modo dixi. Vel [a] ibi de partiario: hic de eis qui nummis colũt, secundùm Azo.
f ¶ *Quia non possit.* mala ratio reprobatur enim statim: sed non sententia: vt non obstet q supra dixi colonum agere, non dominum. 2. Vel dic refert colat dominus vel per colonos. vel per suos operarios: *vt & s. dixi.* Accursius.
g ¶ *Pater familias.* idem in filio familias.
h ¶ *Non habeat.* propriũ, vel in perpetuũ definitum, cuius [b] ratione ibi cõueniri possit, nisi per decenniũ ibi fuerit: *vt C. de inco la. l. ij.* cõueniretur tamen: quia contraxisset, vel aliud fecisset.
i ¶ *Domus.* quam inhabitat Romæ cõductam forte: vel quam in patria reliquit. Acc.
k ¶ *Ad meritoria.* id [c] est stationes [d]: à merẽdo dicta: quia ibi operantes lucrantur: vel quia ipse meretur mercedem ab operãtibus in eis quæ domino datur.
l ¶ *Praetoria.* vt [e] & s. rem ra. ha. l. si sine §. fi. & fa. s. de procurat. l. non solum. §. si pater. & s. de fur. l. cum. §. ex pater.
m ¶ *Filio.* quam pater exercet: *vt & praetoriam filij: vt j. e. leg. pater & l. sed si vnius §. ait praetor.* licet quidã dicant cõtrarium pro quibus est. j. proxi. §. *Item si facit s. ad Trebel. l. cogi. §. si pater.* Accur.
n ¶ *In lege Cornelia.* id est in actione quæ descẽdit ex lege Cornelia.
o ¶ *Agere potest.* patre absente: vt in prætoria. sed quidam etiã eo præsente in hac Cornelia.
p ¶ *Ex omni causa.* quę sunt tres: *vt s. ea. l. §. lex. itaque.*
q ¶ *Nec cauere.* No. arg. pro eis qui dicunt Corne. à filio exerceri: cum nõ caueat de rato. Sed dic quòd patre absente agit: nã & de prætoria dicit ibi: nam nec aliàs &c. quo casu filius agit: *vt j. ea l. sed si vnius. §. filiofamilias.* & ideo non cauet, quia suo nomine agit aliàs caueret *vt s. de neg. ge. l. l. sin autem & de compen. l. si cum filio.* Accursius.
r ¶ *Hac lege* Corne. *& facit C. de rebus credi. l. in bona fidei.* Acc.
s ¶ *In adsessorio.* i. dum esset adsessor illius prætoris.
t ¶ *Secuturos.* in actione quæ iure prætorio datur. Azo.*
u ¶ *Res se habet.* vt etiam in [f] prætoria possit deferri iuramentum & necesse habeat reus iurare: sicut [g] & cum sacramentum à lege defertur: *vt C. de iur. delib. l. fi. §. licentia. & s. re. amo. l. Marcellus & C. de his qui ad eccle. confug. l. praesenti. §. si ubi.* Accursius.
x ¶ *Alterius nomine.* quasi non ipse sed alius componat. Vel dic econtra, cum intenderet Titium infamare, alium nominabat de quo constabat eum non sentire: *vt j. ea l. proxi.*
y ¶ *Sine nomine.* facientis: vel eius cui fiebat iniuria.
z ¶ *Liceret.* illi ad cuius iniuriã factus est: & subaudi, voluit senatus: *vt innuit j. l. proxi.*
a ¶ *Qui id fecit.* etiam ciuiliter autem constat, quòd criminaliter accusari potest & imponitur pœna capitalis: *vt C. de famo. libel. l. j.* Accursius.
b ¶ *Intestabilis.* hoc [a]. expone: *vt s. de testibus l. ob carmen. in prin. & de testamen. l. si cui §. fi. & l. cum lege.* *
c ¶ *Epigrammata.* Græcum est: cuius interpretatio epitheta siue epigrammata quæ si mortem alicuius significans: *vt j. de extraordi crimi. l. pen. §. sunt quidem vers. plerique:* ADDITIO. Prius legebatur, qui ἐπίθεμα id est nouam nominis ad alicuius iniuriam impositionem, aliúdue quid siue scripturã &c. ad quod respiciũt glossemata. sed nos genuinam lectionem reposuimus ex Pandect. Flor.
d ¶ *Sine scriptura.* vt cantiones. sunt & alia exempla: *vt j. e. l. item apud. §. generaliter.*
e ¶ *Curauerit.* talem librum. Accur.
f ¶ *Pretium.* aliàs præmium. *& fa. C. de famo. libel. l. j.*
g ¶ *Praestanda.* dando pretium domino à fisco: *vt C. pro quibus causis serui pro praemio acci. li. l. ij. & facit s. ad Sil. l. si quis in graui. §. vtrum.* Accursius.
h ¶ *QVod senatusconsultum.* super accusatione factum.
i ¶ *Necessarium.* maxime subaudi. nam & quãdo est certum, locum habet accusatio: *vt s. proxi. l. in fi. dixi & j. subiicit.*
k ¶ *Publica quaestione.* id est querela siue accusatione cuiuslibet de populo. ¶ Et sic not [c]. criminaliter quẽ puniri, licet nõ appareat ad cuius iniuriã fecerit *sic & supra ad legem Aquil. l. item Mela. §. si plures & l. ita vulneratus.* Accursius.
l ¶ *Iure communi.* id est ciuiliter & pro etiam nam & hic criminali agi potest, prout vult iniuria passus: vt hic subiicit. Accursius.
m ¶ *Priuatam.* q. d. persequitur suã iniuriã: vnde maxime auditur licet præiudicet in criminali, & sic omittitur publica vindicta. Ac.
n ¶ *Ex diuerso vt & j. l. proxi. §. j. & fa. j. de pub. iudi. l. interdum. & C. ne tutor vel cura. vel condu. l. j. & de cri. stel. l. j. & s. vi bono. rape. l. ij. §. ij.* Sed contra [d]. *C. de ordi. iudi. l. fi.* vbi vnũ per aliud non tollitur. Sed ibi vicissim recõueniẽdo: hic vnus contra aliũ vtrũque, proponebat. Item contra. *C. quando ciuilis actio crimi. praeiu. l. j.* Sol. hic vetus. 2. Vel verius hic vtrũq. ad vindictã: ibi quãdo propter damnum rei familiaris agitur: *vt j. l. proxi. §. j.* & eodẽ modo soluitur *s. ad l. Aqu. l. l. inde Neratius. §. si dolo. quae est contra.* Accur.

P*Raetor edixit.*] CASVS. Prætor dixit, qui agit iniuriarum actione, debet nominare personam de qua conqueritur. Item debet dicere

a Coloni partiarij & numis colentis differentia.

b Domicilij proprij vel in perpetuũ definiti ratione quis certo loco conueniri potest.

c Meritoria quid.

d Stationem ad stationem factam, inuti lem esse si ad domum fieri debeat hinc colligitur: cũ statio non cõtineatur appellatione domus.

e Iniuriarum prætoria actio patri competens.

f Iuramentum defertur reo in prætoria iniuriarum actione.

g Iuramentum quoties à lege defertur, reus iurare cogitur.

* Horat. ad Aug. epist. i. in 1. quin etiam lex Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam describi.

a Intestabilis quis.

b Vide in Alexandrum ab Alex. praetor. i. hoc ipso est. & lib. 5. Paru. c. 1. & lib. 1. c. 8.

† Hæc iniuria capitalis erat secundũ legem 12. tabularum: cuius meminit Alex. ab Alexan. lib. 3. Genial. dier. c. 20.

* i. Inscriptiones, proposita carmina vel affixa. Vide Aug. lib. 4. c. 16.

† enim.

c Iniuria' etiã in incertam personam cõiecta, criminaliter puniri potest.

d Ciuilis actio & querela per criminalem tollitur.

bet dicere quam iniuriam sit passus. Secundo dicit: seruum meũ in mei contumeliam occidisti. quæritur, an possim agere actio. iniuriarũ priuata. Item accusare lege Cornelia de sicariis. Idem si veneno eum occidisti. & dicitur quòd si ago vna, non possum alia agere: & licet aliàs dici consueuit, quòd ciuilis via per crimi nalem nõ tollitur, vel econtra non obstat: quia illa ciuilis datur ad bursam priuatam, siue ad damnum emẽdandum: hæc autem iniuriarum datur ad vindictam. hinc est quòd si lege Aquilia velim agere occasione dãni mortis serui mei, nõ tollitur accusatio legis Corneliæ: quia Aquilia datur ad damnũ emendãdum. Sed si volo agere actio. iniuriarũ, eo quia caput serui mei percussisti gladio, cum iam accusassẽ te lege Cornelia: dicitur quòd non possum agere: licet Labeo contradixit. Item bene dixi quòd qui agit iniuriarum, debet dicere iniuriam: quia secundum quantitatẽ iniuriæ quãdoque puniet iudex, quãdoque nõ: vt euenit in liberto & filio qui dicunt se passos iniuriã à patrono, vel à patre. nã debent dicere, quam iniuriam. nam si erit atrox iniuria, tenetur pater & patronus: aliàs non. Filius autem in potestate, etiam pro atroci iniuria non potest agere contra patrem. Item qui agit iniuriarum, debet dicere certum, id est debet dicere quam iniuriam sit passus: non alternatiuè illã aut illã. Sed pone quòd plures iniurias mihi fecisti, putà gente coadunata domum meã intrasti per vim, & opprobrium mihi dedisti, & me verberasti. dicitur quòd de omnibus iniuriis debeo simul agere, non separatim de qualibet. Item de omni iniuria potest ciuiliter agi, etiam de atroci. Postea dicit quòd iniuria atrox fit quãdoque ratione personæ, quãdoque ratione rei, quandoque ratione temporis. & dat exempla. nec refert cui fiat iniuria atrox, filiofã. an patrifamil. Item si seruus tuus fecit iniuriam atrocẽ, & te præsente teneris noxaliter. si te absente, castigatur seruus. Vltimo dicit: qui attentauit liberum vel seruum, masculum vel fœminã: tenetur iniuriarum act. Postea exponit quid sit attentare. & hoc dicit hæc lex, & tres sequen. Fran. Accur.

† adde a. vt quo dicta de c. ... 6.

† Idem fortiũ obseruari debet in aliis multis causis præter hanc iniuriarum actionem: de quibus vide Albericũ hic.

VII. VLPIANVS *libro quinquagesimo septimo ad Edictum.*

PRætor edixit: *Qui agit iniuriarum, certum dicat quid iniuriæ factum sit*: quia si famosam actionem[a] intendit, non † debet vagari cum † discrimine[b] alienæ existimationis, sed designare, & certum[c] specialiter dicere quam se iniuriam passum contendit.

Iste §. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit duas quæstiones & responsionem. Secundo opponit, & soluit. Tertiò ponit aliam quæstionem & responsionem. Quarto similiter ponit aliam quæstionem & responsionem. secunda, ibi, at quin. tertia ibi, quid ergo. quarta ibi, quid ergo si quis. Prima pars loquitur vno modo secundũ Gloss. alio modo secundum Iacobum de Aret. Secunda & tertia pars leguntur vniformiter, secundum omnes. Quarta pars legitur duobus modis secundum Gloss. tertio modo secundũ Iacobũ de Aretio. & secundum Glo. iste §. hoc intendit: Si actum est actione ciuili, quæ competit ad vindictam: tollitur criminalis accusatio. secus si ad rem familiarem ciuiliter sit actum. Bar.

1. ¶ Si dicatur homo[d] iniuria occisus[e]: nunquid nõ debeat permittere prætor priuato iudicio[f] legi Corneliæ[g] præiudicari[h]? Idemque[i] & si ita quis agere velit quòd tu venenum dedisti hominis occidendi causa[k]? Rectius[l] igitur fecerit, si huiusmodi actionem[m] non dederit. Atquin[n] solemus dicere[o], ex quibus causis publica[p] sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos quo minus & priuato agamus. est hoc verum[q], sed vbi[r] non principaliter de ea re agitur[s], quæ[t] habet publicam executionem. Quid ergo de lege[u] Aquilia dicimus[x]? nam & ea actio principaliter[y] hoc cõtinet[z]: hominem occisum[a] non principaliter. nam ibi principaliter de damno agitur quod domino datum est: at in actione iniuriarum de ipsa cæde vel veneno, vt vindicetur, non vt damnum sarciatur.[b] * Quid ergo si quid idcirco velit iniuriarum[c] agere, quòd gladio caput eius percussum est? Labeo ait[d] non esse prohibẽdum. Neque enĩ vtique hoc[e] (inquit) intenditur, quod publicam habet animaduersionem. quod verum no est[f]. Cui enim dubiũ est etiam hũc dici posse Cornelia[g]

a ¶ *Actionem.* iniuriarum[a], quam constat infamare: *vt subiicit, & supra de his qui no. infam. l. j.* Idem de actione de dolo: *vt supra de dolo. l. sed si ex dolo. §. fina. & l. & eleganter. in fine.* Accursius.

b ¶ *Discrimine.* i. periculo. sic ponitur. *C. de pœ. iud. l. ij.*

c ¶ *Designare certum.* s.[b] hominẽ iniuriam inferentem. Sed hoc quandoque[c] fallit: *vt ĩ l. proxi.* Vel ibi in accusatione criminali. 2. Vel secundo expone certũ, scilicet genus iniuriæ. *& ff. s. de rei vin. l. si in rem. & de interrog. act. l. de ætate. §. nihil. & de confessis. l. certum. in prin. & j. de iur. fis. l. ita fide. & j. ead. l. §. præterea. & §. quod autem prætor. & ĩ. de fur. l. in actione furti.*

d ¶ *Si dicatur homo.* i. seruus tuus, & in tuam contumeliam.

e ¶ *Occisus.* & propter hoc ciuiliter iniuriarũ, vel criminaliter ex lege Cornelia agatur potest etiam lege Aquilia agi ciuiliter: *vt ĩ. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. si dolo* Accur.

f ¶ *Iudicio.* scilicet iniuriarum.

g ¶ *Legi Corneliæ.* scilicet de sicariis.

h ¶ *Præiudicari.* i. dicere, si actum fuerit vno, an possit agi postea altero, & econuerso. Accur.

i ¶ *Idemque.* scilicet quæritur.

k ¶ *Occidendi causa.* cuius causa potest agi iniuriarum ciuiliter, & lege Cornelia de sicariis & veneficis: *vt inf. ad legem Corneliam de sica. l. j. & iij. §. fin.*

a Iniuriarum actio infamat.

b Libellus incertus in actione iniuriarum non admittitur: semper enim persona quæ iniuriam intulisse dicitur, libello exprimenda: vt & genus iniuriæ. c Incertus libellus in criminalib. causis maximè, non est admittendus. l. libellorum. inf. de accusationibus.

l ¶ *Rectius.* responsio secundũm Io.

m ¶ *Actionem.* id[a] est accusationem si prius ciuiliter fuerit actum. sic & ponitur *in Auth. de sanct. epis. §. j. colla. ix.* sed si prius fuerit criminaliter actum, propriè ponitur. Sed contra. *ĩ. vi bono. rap. l. ij. §. ij.* Sol. vt ibi.

n ¶ *Atquin.* oppositio responsionis, secũdum Io.

o ¶ *Solemus dicere.* secundum generalem regulam quæ est *Cod. quando ciuilis actio. l. j.* Accur.

p ¶ *Publica.* i. criminalia. non[b] autem propriè vocantur hęc publica, cum non cuilibet de populo competant secundũ R. & sic vt faciat pro Pla. ad id quod not. *C. quando ciuilis actio. l. j.*

q ¶ *Est hoc verum.* id est prædicta regula per allegatam *l. C. quando ciuilis actio. l. j.* Accursius.

r ¶ *Sed vbi.* scilicet in eo casu vbi &c. Accursius.

s ¶ *De ea re agitur.* i. de eo maleficio.

t ¶ *Quæ.* i. quod.

u ¶ *Quid ergo de lege.* nam hæc datur ad pœnam, & continet rei persecutionem.

x ¶ *Dicimus.* quidem dicemus quod in hac actione dicimus: certe non: nam &c. secundum M. & Azo.

y ¶ *Principaliter.* id est cum in actione nõ vertitur eadẽ quęstio quæ in accusatione: secundũ M. vt in nostro casu. nam in[c] ciuili iniuria vt in criminali. l. Cornelia. de sica. & venefi. agitur ad vindictam tãtum: & [d] quod tibi non abest, peti videtur: & quod alteri nõ adest: & ita cessat regula prædicta. vbi ergo pro re familiari vel propter rem familiarem agitur, habet locum prædicta regula: *vt hic & C. quando ciuilis actio. l. j.*

z ¶ *Hoc continet.* s. damnum: vel hoc quod facit locum dictę regulæ: quod idem est. Accur.

a ¶ *Occisum.* i. crimen non agitur principaliter, cum ciuiliter agitur Aquilia. licet mẽtio eius fiat & probatio: sed cum sit accusatio principaliter agitur de crimine.

b ¶ *Sarciatur.* & ideo cessat dicta regula. cum enim dicitur, cõuenio te lege Aquilia, quia hominem occidisti: oportet damnũ exprimi, scilicet conuenio te ad decem, quia in tantum me damnificasti. sed secus in actione iniuriarum. ¶ Item & quod dicit[e], damnum non venire in actione iniuriarum: est contra. *C. eo. l. dominus.* sed non venit principaliter, vt hic. sed secundario[f] sic: vt ibi, & infra eod. *item apud. §. si quis seruo verberato.* vel dic vt in contrario notaui.

c ¶ *Iniuriarum.* ciuiliter, cum prius egisset criminaliter. *l. Corn. de sica. vel econuerso.* Accur.

d ¶ *Labeo ait.* & bene secũdũ Iacobũ & M. sed Io. & nos male.

e ¶ *Hoc.* crimen quod scilicet pub. habet animaduersionem id est vindictam in vtraque via agendi. imò in ciuili etiã damnum impensarum venerat: propter quod videbatur vtraque via licere agi, secundum Labeonem.

f ¶ *Non est.* ex hoc ratio, non sententia Labeonis corrigitur, secundum quosdam. nos secundum Io. contra scilicet quòd vtrunque corrigatur.

g ¶ *Cornelia.* de sica. vel de iniur? Respon. certè potest conueniri, dummodo criminalis tollat ciuilem secundum nos: & ecõtra. 2. Alij contra. & est ratio specialitatis secũdum eos, quod de expensis dixi: & quia in capite: *vt ar. supra de relig. l. cum in diuersis.* & quia gladio. ¶ Ex prędictis not. tria exẽpla quibus vtraque via agitur ad vindictam: & sic vna tollit aliã in occiso, venenato, & capite percusso. & est ratio: quia cũ de eodem agitur, exceptio rei iudi. repellitur. *vt supra de exceptio. rei iudica. l. si quis cum. §.*

a Actio pro accusatione.

b Publica etiam non propriè dicuntur quæ non nomine cuilibet de populo actio cõpetit.

* In archetypo erat: sarciatur, sed rectè ita emendauit Taurell.

e Iniuria ex ciuili vel criminali, agimus ad vindictam. d Ad vindictam agere dicitur, qui petit id quod sibi non abest & alteri non adest.

e Iniuriarum actione damnum venit secundariò non principaliter. f Secundariò multa fiunt, vel veniunt quæ non veniunt principaliter.

cõueniri? 2. ¶ Præterea[a] illò spectat, dici certum de iniuria, quã passus sit quis, vt ex qualitate iniuriæ sciamus an in patronũ liberto reddẽdum sit iniuriarum iudicium. Etenim meminisse oportebit, liberto aduersus patronum non quidẽ semper, verum interdum iniuriarum dari iudicium, si atrox sit iniuria quàm passus sit, si sua, puta si seruilis[b]. Cæterum leuem coërcitionem vtique patrono aduersus libertum dabimus[c]: nec patietur eum prætor querentem quasi iniuriã passus sit, nisi atrocitas eum[d] mouerit. Nec enim ferre prætor debet heri seruum[e], hodie liberum, cõquerentem quòd dominus ei conuicium dixerit, vel quòd leuiter pulsauerit, vel emendauerit. Sed si flagris, si verberibus, si vulnerauit non mediocria*? æquissimum erit prætorem ei subuenire. 3. ¶ Sed & si quis ex liberis qui non sunt in potestate, cum parente velit experiri: nõ temere[f] iniuriarum actio danda est, nisi atrocitas[g] suaserit. Certè his qui sunt in potestate, prorsus nec competit etiã si atrox fuerit[h].

Hic exponit verba edicti prætoris.

4. ¶ Quod autem prætor ait[i]: *Quid iniuriæ factum sit, certũ dicat*: quemadmodum accipiẽdum sit? Certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen iniuriæ, neque sub alternatione[k]: puta illud aut illud: sed illam iniuriam se passum. 5. ¶ Si mihi † plures iniurias feceris, puta turba[l] & cœtu facto domum meam introeas, & hoc facto efficiatur vt simul & conuicium patiar, & verberer: an possim separatim tecum experiri de singulis iniuriis, quæritur. Et Marcellus secundum Neratij sententiam hoc probat, cogendum iniurias quas simul passus est, coniungere[m]. 6. ¶ Posse hodie de omni iniuria, sed & de atroci ciuiliter agi[n], imperator noster rescripsit. 7. ¶ Atrocem iniuriam quasi contumeliosiorem & maiorem accipimus.

8. ¶ Atrocem autem iniuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit, vt cum magistratui[o], cum parenti, patronóve fiat. Tempore, si in ludis, & in conspectu. Nam prętoris* in cõspectu, an in solitudine[p] iniuria facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est, quæ in conspectu fiat. Re atrocioré iniuriã haberi Labeo ait, vt puta si vulnus illatum[q], vel os alicui percussum.

VIII. PAVLVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

VVlneris magnitudo atrocitatem facit[r]: & nonnunquam[s] locus vulneris[t], veluti oculo percusso.

IX. VLPIANVS *libro quinquagensimo septimo ad Edictum.*

SEd est quæstionis, quod dicimus re iniuriam atrocem[u] fieri: vtrum si corpori inferatur, atrox sit: an & si non corpori, vt puta vestimentis scissis, comite abducto, vel cõuicio dicto. Et ait Pomponius, etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriã, persona atrocitatẽ faciẽte. 1. ¶ Sed & si in theatro vel in foro cædit & vulnerat quanquam nõ atrociter: atrocem iniuriam facit. 2. ¶ Parui autem refert verũ patrisfamilias an filiofamilias iniuria facta sit. nam & hæc[x] atrox æstimabitur[y]. 3. ¶ Si atrocem iniuriam seruus fecerit: si quidẽ dominus pręsens[z] sit, potest agi de eo[a]. Quòd si absuerit[b], præsidi offerendus est: qui cum flagris[c] rũpat. 4. ¶ Si quis tã fœminã quàm masculum[d], siue ingenuos siue libertinos, impudicos facere attẽtauerit: iniuriarum tenebitur: Sed & si serui pudicitia attentata sit: iniuriarum locum habet.

X. PAVLVS *libro 55. ad Edictum.*

ATtentari pudicitia dicitur, cum id agitur[e], vt ex pudico impudicus[f] fiat.

---

plane. secus ergo vbi alterum est de re familiari. *& facit supra. l. proxi. in fine*. Accursius.

a ¶ *Præterea*. id est non solum: quia non * debet vagari: *vt* §. *in prin.* sed etiam hac secunda ratione: vt ex qualitate.

b ¶ *Si seruilis*. id est talis quæ seruo facta pareret actionem iniuriarũ domino: vt quia atrox: *vt Institu. eod. §. seruus.*

c ¶ *Dabimus*. id est non denegabimus.

d ¶ *Eum*. scilicet prętorem. Accur.

e ¶ *Heri seruum* sic[b] *in Authen. quomodo oper. episco. §. j. & facit infra eod. l. non solum. §. quanquam. & supra de in ius vocan. l. sed si. §. prætor ait. & infra de obseq. l. honori. Et arg. supra de vi & vi ar. l. j §. interdictum & de except. doli. l. apud Celsum. §. aduersus. & infra ad legem Iul. de adulter. l. si adulterium. §. pen. & supra de fur. l. si libertus.* Accur.

f ¶ *Non temere*. id est indistinctè. q. d. nõ dabitur. Accur.

g ¶ *Atrocitas*. & tũc non iniuriarum. sed in factum eius loco: *vt C. de dolo. l. si superstite.* Vel ibi in actione doli: hic iniuriarum.

h ¶ *Fuerit. vt & ʒ. de iudi. l. lij.* sed potest cogi vt emancipetur: *vt ʒ. si à paren. quis ma. fa. l. fi.* Item facit. *j. eod. l. item apud. §. quæstionem.* Accur.

i ¶ *Quod autem prætor ait. vt & ʒ. ead. l. in prin.*

k ¶ *Neque sub alternatione*. ¶ Nota alternationem facere incertitudinem[c]: *vt ʒ. de pact. l. veteribus.* & nocet[d]: *vt hic & ʒ. de stipu. seruo. sed & si ita. & de rebus eod. si pupillorum. §. si prætor. & de testa. tute. l. tutor ita recte. & ʒ. de confessis. certum. circa prin. & de opè. lib. l. seruus. §. fina.* quandoque nõ nocet vt quia[e] sic est voluntas legantis, vel paciscentis: *vt ʒ. de lega. j. non quocunque. §. si. & l. cum res. §. sed si Stichus & C. de verb. sig. cum quidam. & ʒ. de verb. obli. l. vbi autem. §. qui illud. & ʒ. de iure dot. l. plerumque & de arb. l. item si vnus. §. idem Pomponius.* quibus casibus & libellus[f], & cõfessio: & sententia poterit sub alternatione dari: *vt Institu. de offic. iudi. in princ.* Accursius.

l ¶ *Turba*. quæ fit ex decem: *vt supra vi bo. rap. prætor. §. j.* Accursius.

m ¶ *Coniungere*. sic *ʒ. pro socio. l. cum duobus. § §. si plures. & supra famil. erciscun. l. heredes. §. de pluribus.* Sed arg. contra. *supra de act. empt.* nõ est nouum. Accur. ADDITIO. Dic secundum Bart. quòd cogitur omnes proponere in vno libello: tamen ex qualibet sequitur condẽmnatio, ac si proponerentur in diuersis libellis: vt d. l. non est nouum. & quod ibi no.

n ¶ *Ciuiliter agi. vt & ʒ. eo. l. constitutionibus. §. etiam. & Inst. eod. §. in summa.*

o ¶ *Magistratui*. ratione * ergo personæ iniuriam passi, & sic e contra ratione personæ inferentis: *vt infra eod. l. sed si vnius. §. quædam. & arg. supra de re iudica. l. ij. & infra eod. l. item apud. §. quod ait prætor.* Sed arg. contra. *infra eo. l. eum qui. §. j. & facit Instit. eo. §. atrox. & §. sequenti.* Accur.

p ¶ *In solitudine*. id est quando est solus.

q ¶ *Illatum*. s. sit. Accursius.

r VVlneris.] Atrocitatem facit. maiorem.[b] *& facit Instit. eo. §. atrox. & §. sequent.* Accur.

s ¶ *Et nonnunquam*. sed multotiens.

t ¶ *Vulneris*. facit scilicet maiorem atrocitatem.

u SEd est.] Atrocem. id est[e] atrocissimam. sic personalis, id est personalissima: *vt supra de colla. bono. l. j. §. si impuberi.* Accur.

x ¶ *Nam & hæc*. s. filiofamilias facta.

y ¶ *Aestimabitur*. ex causis prædictis: *vt & Inst. eo. §. atrox.*

z ¶ *Præsens sit*. & vult eum defendere.

a ¶ *De eo*. noxaliter, vel etiam[d] non noxaliter, si domin' potuit prohibere, & non prohibuit: *vt ʒ. de noxa. l. ij. & iiij.*

b ¶ *Si absuerit*. dominus seruo præsente & est ad hoc *ʒ. si ex noxa. causa agatur. l. ij. §. fin. & §. pen. & ad hoc supra de mino. quod si minor. §. quòd si seruus. & infra eo. l. sed si vnius §. cum seruus. & supra de his qui deie. l. j. §. cum seruus & supra de fur. l. interdum. §. j.* Accursius.

c ¶ *Flagris*. id est flagellis.

d ¶ *Tam fœminam quàm masculum. vt & infra eo. l. si stuprum & continue. l. proxi.*

e ATtentari.] Agitur. blãda oratione: *vt & j. eod. l. item apud. §. tenetur.* Accur.

f ¶ *Impudicus*. vel ex impudico impudicior *vt & ʒ. de ser. cor. l. j. §. fin.* & hoc nisi erat in ea forma quæ hunc excuset: *vt j. eo. l. item apud. §. si quis virgines & facit Institu. eod. §. j.* Accursius.

b Heri seruus hodie liber.

* non mediocriter.

a Iniuriæ æstio sit ex persona iniuriam patientis & inferentis.

b Iniuria etc. fit magnitudine vulneris

* Quidam emendant populi. ego nihil mutandum censeo aduersus fidem Flo. & lib. scrip.

e Positiuum pro superlatiuo plerunque sumitur.

d Iniuria per seruum illata dominus vltra noxę deditionem conueniri potest, si iniuriã hoc est tum cum iniuria fieret, præsens fuit neque prohibuit cum prohibere potuit.

e Attẽtari pudicitiam quid sit.

NOn solum] CASVS Non solum tenetur actione iniuriarum quis facit iniuriã: sed etiam qui dolo fecit, vel qui curauit vt aliquis percuteretur, seu aliqua iniuria fieret. Secundo dicit, quòd actio iniuriarum ex bono & æquo est, & quòd dissimulatione aboletur. vnde si feci tibi iniuriam, & tu ad animum non reuocasti: licet postea velis ad animum reuocare, non competit tibi iniuriarũ actio. idem si transactum sit super iniuria, seu pactum factum, idem si iusiurandum sit exactum & præstitum. nã

hæc

hæc actio erit extincta. Tertio dicit quòd actio iniuriarũ potest intentari etiam per procuratorem, & tutorem, & curatorem, & similes. Quarto dicit: si mandato meo est facta alicui iniuria: & ille qui fecit, & ego mandans tenemur: idem est si te cõduxi, id est pretium tibi dedi vt cuidã faceres iniuriam. idem est si filio meo mandaui vt tibi iniuriam faceret. nam teneor. idem si persuasi tibi vt faceres alicui iniuriam: & fecisti: maximè si non alias eras facturus [QVANQVAM.] Si patronus leuem iniuriã faciat liberto, vt leuiter eum verberando: non potest agere libertus iniuriarum act. cõtra patronum. Sed quid si libertæ patronus leuem iniuriam faciat, an vir libertæ aget iniuriarũ? Quidã quòd sic, Vlpianus autem dicit quòd non. Si autẽ vterque esset libertus istius qui eam leuiter verberauerit: tunc secundũ omnes neuter agit iniuriarũ. Ex his apparet quòd si patronus filio liberti vel vxori liberti faciat leuẽ iniuriam, quòd libertus non possit hac actio. agere contra patronum: ipse autem filius vel vxor poterũt agere hac actio. [EI QVI SERVVS.] Si dico aliquẽ esse meũ seruum: siue agẽdo, vt petendo eum in seruitutem: siue defendendo, vt cum petat se in libertatem, ego dicã eum esse meum seruum, & sciam eum esse liberum, teneor ei actio. iniuriarum: nisi peterem eũ in seruit. ad hoc vt habeat regressum cõtra venditorem serui. & hoc dicit hic §. & lex sequens. Frãcisc. Accursius.

Vlpia. in quo ... si ... in quæstione sua ... aut ... in ... de collo. ... progno ... tra illam ad de ... intent. fi. l. ... lib. 15. q. 4. Gl. ... de confes. dist. 1. [illegible]

XI. VLPIANVS *libro quinquagesimo septimo ad Edictum.*

NOn solùm is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit: verùm ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit vt cui mala [a] pugno perculeretur.

1. ¶ Iniuriarum † actio ex bono & æquo est[b], & dissimulatione abolectur[c]. Si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit: postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere. Secundum hæc ergo æquitas actionis[d] omnem metum[e] eius abolere videtur, vbicumque contra æquum[f] quis venit. Proinde & si pactum de iniuria intercessit, & si transactum, & si iusiurandum exactum erit: actio iniuriarum non tenebit[g].

2. ¶ Agere[h] quis iniuriarum & per se, & per alium potest, vt puta procuratorem, tutorem, cæterósque qui pro aliis solent interuenire.

Iste §. diuiditur in quatuor partes. Primò loquitur in eo qui mandauit extraneo quòd delictum committeretur. Secundo loquitur in conducente. Tertio in mandante subditis sibi personis. Quarto in persuadente. secunda ibi, Proculus. tertia ibi, idémque. quarta ibi, Atilicinus. Bart.

3. ¶ Si mãdatu meo facta sit alicui iniuria, plerique aiunt[i], tam me qui mandaui, quàm eum qui suscepit[k], iniuriarum teneri.

4. ¶ Proculus rectè ait: si in hoc te conduxerim, vt iniuriam facias: cum vtroque[l] nostrum iniuriarum agi posse, quia mea opera facta sit iniuria.

5. ¶ Idémque ait[m] & si filio meo mandauero vt tibi iniuriã faciat. 6. ¶ Atilicinus autem ait, & si persuaserim alicui aliàs nolẽti[n], vt mihi ad iniuriã faciendam obediret: posse iniuriarum mecũ agi. 7. ¶ Quanquam[*] aduersus patronum liberto iniuriarum actio non detur[o], verum marito libertæ nomine cum patrono actio competit. Maritus enim vxore sua iniuriam passa, suo nomine iniuriarum agere videtur. quod & Marcellus admittit[p]. Ego autem apud eum notaui[q], non de omni iniuria[r] hoc esse dicendum, me putare[s]. Leuis enim coercitio etiam in nuptam, vel conuicij non impudici dictio cur patrono[t] denegetur? Si autem conliberto nupta esset: diceremus omnino[u] iniuriarum marito[x] aduersus patronum cessare actionẽ. & ita multi sentiunt. Ex quibus apparet, libertos nostros non tantùm eas iniurias aduersus nos iniuriarum actione exequi non posse, quæcunque fiunt ipsis: sed ne eas quidem quæ eis fiunt, quos eorum interest iniuriam non pati[y].

8. Planè si fortè filius[z] liberti, vel vxor, velint iniuriarum experiri, quia patri maritóve non datur denegandum nõ erit: quia suo nomine experiuntur.

Qui pro libertate litigat, ratione incertitudinis status habet actionem iniuriarum. hoc dicit.

9. ¶ Ei qui seruus dicitur, séq. adserit in libertatem: iniuriarum actionem aduersus dicentem[a] se dominum competere, nulla dubitatio est. Et hoc verum est, siue ex libertate in seruitutem[b] petatur siue ex seruitute in libertatem proclamet, nam hoc iure indistinctè[c] vtimur.

a ¶ *Mala.* i. maxilla. hic enim prætoria, nõ *Cor. tenetur, arg.* b *supra eod. l. lex. §. illud. & est idem Instit. eod. §. non solum. & infra ead. l. §. si mandatu. & §. Proculus. & C. de accusa. l. non ideo. Et arg. supra de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. & §. quotiens. & l. iiij. §. cum procurator. & de admi. tut. leg. ita autem. §. gessisse. & infra eod. l. item. §. fecisse. & supra de iurisd. om. iudi. l. si quis id. §. pen. & infra de regu. iur. l. hoc iure. §. j. & quod vi aut clam. l. si ego. & Insti. m. m. §. in summa. vers. & ideo.* Sed videtur qui fecit, non teneri: *vt ff. ad l. Aquil. l. liber homo. in princ.* sed ibi in Aquilia, in qua sola[c] culpa erat: quia tenebatur parère: hic non, vbi est dolus, etiam si de illis est qui aliàs deberent parere: vt ibi plenè dixi. Accur.

b ¶ *Ex bono & æquo est.* Imò[d] ex delicto, *vt Inst. de obli. ex deli. in prin.* Sed illud ex parte rei: hic actoris: sed[e] etiã ex parte rei est æquitas scilicet eum puniri, non prò eo, *& est sic infra de sepul. vio. l. quæsitum.* Accur.

c ¶ *Abolectur.* Dicunt[f] quidam dixisse Bul. hanc actionem non nasci nisi dicat iniuriã passus statim, ad animum reuoco. quod nõ credo eum dixisse, cum hic dicat aboleri, *& Inst. eo. §. fi.* quòd[g] nõ esset nisi iam esset nata: *vt argu. ff. de iniusto. test. l. nam & si. §. post defectum. & de verbo. obli. l. decem.* Sed arg. contra. *j. eo. l. iniuriarum.* Sed illud quo ad transmissionem ad heredem. Accur.

d ¶ *Actionis.* iniuriæ remissæ.

e ¶ *Metum.* quem reus haberet.

f ¶ *Contra æquum.* i.[a] propriam remissionem.

g ¶ Non tenebit. facit[b]. *ff. de pact. l. si tibi. §. quædam. & supra ad Sil. l. diuus. & C. de pact. l. pacta nouissima. & infra eadem. l. sed si vnius §. si autem.* Accursius.

h ¶ *Agere.* per[c] procuratorem: *vt infra eod. l. sed si vnius. §. idem Iulianus. & §. Idem ait & supra de procura. leg. licet §. ad actionem.* & hoc si ciuiliter, nõn si criminaliter: nisi in casu *C. e. l. iniuriarum. & l. fin.*

i ¶ *Aiunt.* & bene di. *vt ff. in prin. huius l.*

k ¶ *Suscep.* i. s. mandatum. Accur.

l ¶ *Cum vtroque.* vt *& ff. in prin. huius l.*

m ¶ *Idémque ait.* vt ego & filius teneamur Ro. *vt & ff. arbo. furt. cæ. sa. l. furtim. §. siue.*

n ¶ *Nolenti.* aliàs nolenti: & subaudi maximè. & aliàs volenti: & benè. nam nõ oportet laudando augeri &c. *vt & supra de ser. corru. l. j. §. fin.* Sed[e] quidam dicũt quòd si aliàs facturus erat, nõ tenetur consulens: vt in furto: *vt Institu. de obliga. quæ ex deli. §. ope in fin.* Sed quid si credidi eum non aliàs facturum: & mãdaui: ipse autem aliàs facturus erat?

o ¶ *Non detur.* pro[f] non atroci: *vt supra eo. l. prætor. §. præterea.* Accursius.

p ¶ *Admittit.* & malè, cum de non atroci dicat.

q ¶ *Apud eum notaui.* i. reprehendi, secundùm R. vnde male videtur hic scripsisse, Azo: pro leuissima agit alius, nõ ipsa: pro atroci & ipsa & alius.

r ¶ *Non de omni iniuria* liberto facta.

s ¶ *Putare.* vt suo nomine maritus agat.

t ¶ *Cur patrono.* pro ea ergo iniuria duntaxat maritus aget, pro qua libertus. Accur.

u ¶ *Omnino.* s. vbi nõ est atrox iniuria. 2. Vel omnino, id est omnes dicimus. nemine reluctante. 3. Vel subaudi, stricta ratione.

x ¶ *Marito* liberto, si sibi vel vxori facta sit iniuria. Accur.

y ¶ *Non pat.* & hoc verum quãdo suo nomine ageret. sed si nomine filij, vel vxoris, qui vel quæ est ingenu[*] vel ingenua, benè potest: & hoc si ciuiliter. secus si criminaliter: *vt probatur hoc supra de in ius vocan. l. quæsitum. & C. si tu. vel cura. non gesserit l. j. & C. de obseq. l. j.*

z ¶ *Filius.* qui reuerentiam debet: *vt C. de in ius vocan. leg. venia. & C. de obsequiis. l. fina.* licet sit ingenuus: *vt Institut. de ingenu.* sed nõ tantam quantam pater. *vt in hoc exemplo patet.* 2. Vel dic, viuo patre præstet reuerentiam, vt ibi: eo mortuo: *vt hic. & supra de obseq. l. heres.*

a ¶ *Aduersus dicentem.* cum sciat liberum: *vt j. l. proxi.* Accur.

b ¶ *In seruitutem.* Hæc bona videbatur distinctio. *vt C. de adser. tol. l. j. in prin.* Accur.

c ¶ *Indistinctè.* quantũ ad hoc vt agat vel cõueniatur: distinguitur tamen, sciat vel non liberum: *arg. ff. eo. l. iij. §. fi. & j. l. proxi.*

a Iniquum ... qui ... reuocat quod remisit.
b Iniuriarum actio tollitur pacto, transactione, iureiurando.
c Iniuriarum agere per procuratorem ciuiliter possumus: criminaliter non possumus, nisi vno casu.
* Iniuriam factam alteri quis nõ potest prosequi. si qui passus est, agere non possit eius nomine.
d Iniuriarum tenetur non modò qui fecit, sed & qui mandauit.
e Iniuriã persuadens cum aliàs facturo & illaturo, an & quãdo non teneatur: vide plenius apud Dynum in c. nullus ... de regu. iur. in 6. & B. in hac ... nota ...
f Iniuriarum actio non datur liberto aduersus patronũ. ob leuem iniuriã, ob atrocem datur.
a Imò tenetur. Nam verba legis Cornelia in sẽ scripta sunt ex parte offendentis: in persona non ex parte offensi. Bar. hic.
b Mãdato an excusetur delictum.
c Mãdato alterius delinquens non tenetur, si paręre mandanti necesse habuit, & delictũ quod mãdatum est, leue fuit.
d Iniuriarum actio ex æquo & bono, quã actorem consideramus: ex delicto, quã reum. Quin quãreũ ipsum cõsideramus, est etiam ex æquo, vt qui puniri æquũ sit.
e Iniuriarum actio nascitur, etiã si qui iniuriã passus est non dixerit statim, se in animum reuocare iniuriam sibi illatam.
f Obligatur naturaliter qui delinquit.
g Non entis nullæ qualitates: vt hic, aboleri dici non potest, nisi quod natum est.

a ¶ *Si quis.*] *Faciat.* quia tunc secus: *vt arg. ʒ. de rei vi. di. l. vtique. & de euict. l. sed & si de nego. gest. l. at qui. §. cum me. & de bo.*[a] *liber. l. si quis libertum. & l. qui cum maior. §. si patris.* Arg. contra. *C. de asser. tollen. l. fin.* Sed ibi decesserat seruus: Accur.

b ¶ *Tenetur.* vt *& C. de libe. cau. l. si tibi. & C. eod. l. qui liberos.* Accur.

Iniuriarum.] CASVS. Actio iniuriarum nō datur heredi, nec in heredem. vnde si seruo meo facta est iniuria: si decedam postea non vadit hæc actio ad heredem meū lite autem contestata super hac actione vadit: & in heredes, & heredibus dabitur. Secundo dicit: qui iure publico vtitur, nō facit iniuriam. & ponitur exēplum. Tertio, fecisti me citari vt ad iudicem quendam vadam, & hoc fecisti causa me vexādi. dicitur quod teneris iniuriarū actione. quarto dicit: cū velles ponere statuam in honorem Titij, prohibui te ne id faceres non teneor hac actione. Si cū ad quēdam debebat spectare onus locandi stationes publicas duumuiri istud onus mihi dederunt non teneor hac actione. idem in similibus muneribus siue oneribus. idem si iudex tulit falsam sententiam. nam non tenetur hac actione. idē si iudex fecit aliquem contumacem capi, nō tenetur hac actione. Sed si aliquis me prohibet in mari piscari, vel in diuerticulo aliquo iuxta mare ducere retia tenetur hac actione. Item in eo qui prohibet me lauare pannos in publico flumine: ut in Rheno vel in Aposa. idem in eo qui prohibet me sedere in curia cōmuni, vel in palatio, vel in campo mercati. nam tenetur hac act. idem in eo qui prohibet me equitare equū meum: vel alia re mea vti. Si autem aliquis conduxit campum Rheni, vel alium locum publicum: habet interdictum ne quis vtatur loco publico. Sed pone. habeo domum iuxta Rhenum vel iuxta mare. vis piscari vel lauare in Rheno ante faciem domus meæ. dicitur quòd nō possum te prohibere: consuetudine tamē obseruabatur cōtrarium. tamen reiecta consuetudine, qui prohibet, tenetur hac act. in lacum tamen meum proprium possum prohibere ne aliquis piscetur. Item si per priuilegium alicui est cōcessum vt habeat vsum maris, habet vti possidetis interdictū, ne impediatur vsum suum siue ius suum exercere. & hoc dicit hæc lex, & sequēs. Frācīscus.

XII. GAIVS *libro vicensimosecundo ad Edictum Prouinciale.*

Si quis de libertate aliquem in seruitutem petat, quem sciat liberum esse: neque id propter euictionem vt eam sibi conseruet, faciat[a]: iniuriarum actione tenetur[b].

XIII. VLPIANVS *libro quinquagesimo septimo ad Edictum.*

Iniuriarum[c] actio neque heredi, neque in heredem datur. Idem est & si in seruum meum iniuria facta sit. nam nec hic heredi meo iniuriarum actio datur. Semel autem lite contestata, hanc actionem etiam ad successores[d] pertinere. 1. ¶ Is qui iure publico vtitur, non videtur[e] iniuriæ faciendæ causa hoc facere. Iuris enim executio[f] non habet iniuriam. 2. ¶ Si quis quòd decreto prætoris non obtemperauit, ductus sit: nō est in ea causa, vt agat iniuriarum propter prætoris præceptum[g]. 3 ¶ Si quis per iniuriam ad tribunal[h] alicuius me interpellauerit[i] vexandi mei causa † potero iniuriarum experiri[k].

Ille tenetur actione iniuriarum. qui facto † facit iniuriam: nō ille qui prohibet ne quis ad honorem aliquem promoueatur. Bartolus.

4. ¶ Si quis de* honoribus decernendis alicuius † passus non sit decerni, vt puta imaginem[l] alicui, vel quid aliud tale: an iniuriarum teneatur? Et ait Labeo non teneri, quamuis hoc contumeliæ[m] causa faciat. Etenim multum interest (inquit) contumeliæ causa quid fiat[n], an verò fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur[o].

5. ¶ Idem Labeo scribit, si cum alium contingeret legatio[p], alij hoc onus duumuir indixerit: non posse agi iniuriarum ob laborem iniunctum. Aliud enim esse laborem iniungere: aliud iniuriam[q] facere. Idem ergo erit probandum & in cæteris[r] muneribus atque honoribus[s], quæ per iniuriam[t] iniunguntur. Ergo si quis per iniuriam sententiam[u] dixerit: idem[x] erit probandum.

6. ¶ Quæ iure potestatis à magistratu fiunt: ad iniuriarum actionem non pertinent[y].

7. ¶ Si quis me prohibeat in mari piscari, vel euerriculum[z] quod Græcè [illegible]* dicitur, ducere: an iniuriarum iudicio possim eum conuenire? Sunt qui putēt iniuriarum me posse agere[a]: & ita Pomponius: & plerique esse huic similem eum qui in publicum lauare, vel in cauea[b] publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conuersari non patiatur: aut si quis re mea vti me non permittat. nam & hic iniuriarum[d] conueniri potest. Conductori[c] autem veteres interdictum[e] dederunt, si fortè publicè hoc conduxit. nam vis ei prohibenda est,

c ¶ *Iniuriarum.* Nec hic videbatur, quòd sicut seruus trāsit ad heredem, sic & iniuria ei facta. Sed contra est, & est ratio hic & superiori respon. quia non[b] est in bonis meis ante litem contestatam: *vt ʒ. eo. l. iniuriarum.* & quia ad[c] vindictam datur: *vt ʒ. eo. l. prætor. §. j. & Instit. de per pe. & temp. act. §. non autem. sic & sup. de in ius vocan. l. pen.*

d ¶ *Successores.* id est[d] contra successores non solum successoribus. & facit. *C. ex delic. defunc. l. j. & ʒ. de priua. delic. l. j. & C. de reuocan. do. l. fina. in fin.*

e ¶ *Non videtur.* præsumitur[e] enim iusta sententia, sicut aliàs ius æquum: *vt ʒ. de iusti. & iure l. pen.* ¶ Et not. hic quòd subuenitur[f] alicui ratione officij, si illicite non fiat: vt & aliàs. *sup. de rei vin. l. qui restituere. & supra quod met. cau. l. con. net. & supra ad leg. Aquil. quemadmodum. §. pen. & sup. locati. item quæritur. §. si quis mensuram. & de peri. & com. rei vend. l. lectos. & l. cum qui. & in Lombarda de dam. iniur. l. si quis moli. & de his qui in consultando. & subdito suo rixa. l. j. & ij.*

f ¶ *Executio.* vt[a] *ʒ. proxi. §. dicitur. & ar. ad hoc. C. ad le. Juliam repe. l. fi. & licet neminem. & ʒ. eod. l. nec magistratibus. & infra de reg. iur. l. nihil consensui. §. non capitur. & ʒ. ea. l. §. quæ iure.* Accursius.

g ¶ *Propter prætoris præceptum.* auctoritas[b] maioris excusat: *vt & supra de aqua plu. arcen. l. quamquam & facit. ʒ. §. proxi.* Accur.

h ¶ *Ad tribunal.* i. ad iudicem aliquem.

i ¶ *Interpellauerit.* id est citari fecerit. Accursius.

b ¶ *Apparet.* vt non teneatur: *vt supra ad Sil. l. cum dominum occiditur. & ar. de bo. lib. qui cum maior. §. si patris.*

c ¶ *Experiri potero. sic supra de noxa. qui vsumfructum.*

d *Conditionis. sic ff. de capti. l. in bello. §. si quis seruum. ibi, rursus cum constitutio, &c.* Accursius.

a Iniuria non fit vol. ent.

a Iniuria atrox æstimatur ex persona facientis. grauior enim æstimatur, quæ fit à seruo quam quæ à libero homine.

b Ex iniuria serui datur noxalis actio in seruū domi num.

c Electio propter moram amittitur.

d Alternatiua seu subalternatione sententia fertur potest.

e Adde Glo. in ... [illegible]

Eidemque qui non habet in ... [illegible]

a ¶ *Tenetur.* si extraneo fecit iniuriam. & est bona ratio: *ut & ȝ. de noxa. l. cum seruum communem. in prin. & ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. j. & supra de furt. l. si seruum communem in prin. & l. apud antiquos & ȝ. famil. er. l. & puto. §. si. & ar. ȝ. de neg. gest. l. sine hered. taria.*

b ¶. *Ait prætor.* plene subsequenter hæc verba exponuntur.

c ¶ *Filiosfamilias.* datiui casus.

d ¶ *Absentis loco est. vt & supra de iure. codi. l. ij. §. furiosus.* Sed contra supra *de proc. l. ij. §. j.* Sed expone vt ibi. *& fa. it sup. solut. ma. l. si cum dotem. §. si solu. & de in ius voc. l. si libertus. & de act. & obl. l. filius fa. & j. e. l. seruo. §. filio. & supra de in. si. l. si legitim. §. j. & de procur. filius famil. & l. non solum. §. si pater.* Item facit ad hoc vt pater in iuriã filij remittat. *j. ad l. Iul. de vi. qui cœtu. §. fi. & supra ad Sil. l. dinus. & C. de reuo. do. l. fi. & in Auth. de torcur. à mo. §. j. col. v.*

e ¶ *Filio actio.* secus[e] in filio qui in patris præiudicium non remittit. *vt supra de pact. l. in personam.* Item[d] secus in bo. poss. quam pater non remittit in præiudicium filij: *vt C. de repu. bo. poss. l. ij.* (Item hæc vera etiam[e] si ex lege Cor. actio iniuriarũ oriatur secundum H. alij contra *supra eo. titu. l. lex Cornelia. §. illud. & §. sequ.*) Item secus in querela inoffi. testa. *vt sup. de inoffi. testa. l. Papi. in princip.*

ADDITIO. Dic secundum Bar. quòd ibi erat iniuria soli filio, quę non transibat ad patrem: ideo per patrem nõ potest remitti. vide circa hunc §. *quod not. per Glo. in l. in personam supra de pact. & per Innoc. extra de senten. excommu. c. non dubium.*

f ¶ *Acturũ.* facit ȝ. *de verb. obl. l. continuus. §. cum ita stipu. in fin.* Sed argu. contra ȝ. *sol. ma. l. ij. §. voluntate.*

g ¶ *Vilitatẽ.* aliàs vilitatẽ: aliàs vtilitatẽ. *& ad hoc supra solut. matrim. l. si cum dotem. §. eo autem tempore.*

h ¶ *Abesse.* nec sit procurator patris qui agat.

i ¶ *Causa cogni.* & hoc *expone vt j. eo. §. quod autem. & facit. j. e. l. §. idem ait filio.* Ac.

k ¶ *Si emancipatus.* post litẽ contest. à patre: in potestate tamẽ erat cũ sibi facta fuit iniuria. alioquin sine distinctione ageret *& facit ad hanc translationem Cod. de rei vxo. act. leg. j. §. videamus. & supra de vsufruct. l. sed & si quis. §. si operas. & C. communia de leg. l. fin. §. ibi, sancimus itaque &c. & de leg. j. leg. cum res. & infra de sepulc. vio. l. iij. §. non perpetuo. & infra ea. l. §. fina. & supra de iudiciis leg. tam ex contractibus.* Sed an de nouo incipiat agere filius. an procedet in instantia patris? dic quòd in prima instantia procedet: *vt argu. d. l. tam ex contractibus de rei vxo. act.* de calumnia tamen iurabit filius: *vt C. de iureiur. propter calum. dan. auth. principales.*

l ¶ *Non sufficiat.* vel quia non potest probare mandatum, vel quia pauper. *ar. supra man. l. si procuratorem. §. si ignorantes.* Vel quia aliàs habet tot administrare, vt huic non possit supersedere. *ar. sup. a de procu. l. si filiusfamil. §. j. & l. seq.* vel forte propter potentiam aduersarij. argumen. *ȝ. de all. iudi. l. iy. in princip.* vel quia nescit talia facere, quia est simplex: *vt j. eo. §. quod autem ait.*

m ¶ *Procuratorem.* fa. *ȝ. de solu. l. vero. & sup. de admi. tut. l. si duo. in fin. & ȝ. de pac. l. nam.* sed arg. contra *ȝ. de procurat. l. Pomponius. in prin.* cum suis concor.

n ¶ *Non vtique.* s. tantum.

o ¶ *Superuenturus.* sit: *vt supra de iudi. l. si longius in prin.*

p ¶ *Is qui.* s. filius.

q ¶ *Admodum.* i. valde.

r *Ad actionem.* intentandam.

s ¶ *Quod deinde ait.* ei daturum actionem. Accursius.

t ¶ *Patri potius.* vt procuratori aui. *& facit ȝ. de procuratorib. leg. filius.*

u ¶ *Agere debere.* quãdo ipse accepit iniuriam: *vt supra de actio. & oblig. l. filius.* Ac.

x ¶ *Potestatem.* ad hoc *ȝ. de procurator. l. j. §. vsus. & C. de procur. leg. j. §. fin. & sup. familię erciscun. l. plane. & ȝ. eo. l. non solum. §. agere.* quãdoque etiam est necesse per procuratorẽ agere: *vt C. de procurat. l. pe.* quandoque etiam non[c] potest, etiam si vult: vt in criminalibus. *vt j. de pub. i. iudi. l. pen. §. ad crimen.* nisi quandoque in crimine iniuriarũ: *vt C. de iniur. l. fin.* Extra[d] iudicium autem constat quemlibet posse ordinare procuratorem in sua re: *vt ȝ. de procurator. l. j. in prin.* Accursius.

y ¶ *Suo nomine.* ergo hoc casu de[e] calumnia iurabit, cũ legitimam habet administrationem: *vt C. de iureiur. prop. calum. dan. l. ij. §. quod obseruari.*

z ¶ *Egerit.* & exegerit. Idem tamen videtur & si non egerit in casu licito. Accursius.

a ¶ *Patri actio.* volenti agere post de iniuria filij nomine, actione iam intentata per filium: at suo potest. *vt supra eo. l. j. §. si. & infra eo. l. pater.* Accursius.

b ¶ *Hoc casu. supra eo. l. §. filij.* Accursius Floren.

---

a Furioso absentis loco est.

b Iniuriam filio factam pater potest remittere.

c Iniuriam filio illatam, si lite in præiudicium patris remittere non potest.

d Bonorum possessionem filio delatam pater remittere non potest in præiudicium filij: licet iniuriam remittere possit.

e Iniuriæ actionem ex lege Cornelia ortam virum pater potest remittere in præiudicium filij.

f Procurator constitutus ad negotium si ue negotia, potest per consequentiam etiam deducere rem in iudicium per Glo. in l. cum nemo. l. rem ratam. ita etiam constitutus hoc modo, constituo te procuratorem re ruum meorum. nam videtur constitutus ad recuperanda & exigenda nomina debitorum. F. adhuc.

a segnior. fort segnior. † admod. fit. & qui.

a Loco est nepoti à patre suo, non autẽ ab auo.

a Procurator in actione iniuriarum, vt scilicet agere possit iniuria rẽ alieno nomine, quis dicatur.

b Procuratorem in iudicijs regulariter constituere possumus.

c Procurator nomine alieno admittitur in causa criminali nisi quandoque in crimine iniuriarum.

d Procuratorem extra iudicium quem liber possumus constituere iure nostro.

e Iurare de calumnia solet is, qui legitimam rei administrationẽ habet.

---

tenetur[a]. 10. ¶ Ait prætor[b]: *Si et qui in alterius potestate erit, iniuria facta esse dicetur: & neque is cuius in potestate est, præsens erit: neque procurator quisquam existat qui eo nomine agat: causa cognita, ipsi qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium dabo.*

21. ¶ Filiofamilias[c] iniuriam passo, si præsẽs sit pater, agere tamen nõ possit propter furorem, vel quem alium casum dementiæ: puto competere iniuriarum actionem. nam & hic pater eius absentis loco est[d].

12. ¶ Planè si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat iniuriam: magis est vt filio actio[e] non detur. nam & cum abest, idcirco datur filio actio, quia verisimile est, patrem, si præsens fuisset, acturum[f] fuisse.

13. ¶ Interdum tamen putamus & si pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam: vtputa si patris persona vilis abiectáque sit, filij honesta. Neque enim debet pater vilissimus, filij sui contumeliam ad suam vilitatem[g] metiri. Ponamus esse eum patrem, cui iure meritóque curator à prætore constitueretur.

14. ¶ Sed si pater lite contestata cœperit abesse[h], vel etiam neglegere executionem pater vilis: dicendum est causa cognita[i] trãslationem filio cõpetere. Idẽ & si emancipatus[k] filius esse proponatur. 15. ¶ Procuratorẽ patris prætulit prætor ipsis personis quæ iniuriam passæ sunt. Si tamen procurator aut negligat, aut colludat, aut nõ sufficiat[l] aduersus personas quę iniuriã fecerunt: ipsi potius qui passus est iniuriam, actio iniuriarum competit. 16. ¶ Procuratorem[m] autem † accipere debemus, nõ vtique[n] eum cui specialiter mandata est procuratio actionis iniuriarum: verùm sufficit eum esse cui omnium rerum administratio mandata est. 17. ¶ Quod autem ait prætor, causa cognita ipsi qui iniuriam accepisse dicetur iudicium permitti: ita accipiendum est, vt in cognitione causæ hoc versetur, quam longè pater absit, & quando superuenturus[o]: & numquid is qui[p] iniuriarum vult actionẽ mouere, segnitior[a], vel inutilis admodum[q], † qui nõ sufficiat ad rei alicuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem[r].

18. ¶ Quod deinde[a] ait[s]; *Qui iniuriam accepit:* interdum ita accipiendum est, vt patri eius competat actio: vtputà nepoti facta iniuria est pater præsens est: auus abest. scribit Iulianus, patri potius[t] dandam iniuriarum actionem, quàm ipsi nepoti: ad cuius inquit, officium pertinet etiam viuente auo filium suum in omnibus tueri.

19[c] ¶ Idem Iulianus scribit, filium non tantùm ipsum agere debere[u], verum procuratorem dare posse. Alioquin, inquit, nisi ei permiserimus procuratorem dare, futurum est, vt si valetudine impediatur, neque sit qui iniuriarum actionem exequatur: impediatur actio.

20. ¶ Idem ait & si nepoti facta sit iniuria, & nemo sit qui avi nomine agat, permittendum esse patri experiri: & is procuratorem dabit. omnibus enim qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem[x]. Intellegi autem filium inquit familias suo nomine[y] agere cum patre cessante prætor ei agere permittit.

21. ¶ Si filiusfamilias iniuriarum egerit[z], patri actio[a] nõ competit.

Filiofamil. datur actio iniuriarum existentis in patris potestate, & etiam emancipato: vel aliàs liberato à patria potestate. Bart.

22. ¶ Idem ait filiofamilias iniuriarum nomine actionẽ dari, quotiens nemo est qui patris nomine experiatur: & hoc casu[b] quasi patremfamilias constitui. Quare siue emancipatus sit, siue ex parte heres scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, siue paterna hereditate abstinuerit, executionem litis ei dandam. Esse enim per absurdum, quem prętor manente patria potestatę ad actionem admittendum probauerit ei patrifamilias vltionem iniu-

a ¶ *Ad heredes patris.* cum forte pater iam nomine filij esset lit. contest. secundum R. *& ff. s. de ope. liber. l. si operarum. & Co. de rei vxo. actio. §. videamus. & §. & hoc. Item facit s. soluto matrimonio. l. si marito. §. si voluntate. & C. de vsufru. l. fi.* Accur.

E*Vm qui nocentem.*] CASVS. Dixi de aliquo multa mala: & erãt vera: nõ teneor hac actione: & redditur ratio in litera. 2. Secũdo dicit: seruus tu[9] fecit iniuriam seruo meo habeo hãc actionẽ perinde ac si mihi fecisset iniuriam. quod expone vt in glo. dñi mei Accur. 3. Titio filiam tuam duxi in vxorẽ: facta est ei iniuria. dicitur q̃ oritur actio patri, item mihi viro: & in quantum, dicit. si autem erat sui iuris, & ego agam, & ipsa: nec vna tollitur per alterã 4. Quarto dicit: quidam me non cognoscens fecit mihi iniuriã. bene tenetur. idẽ si credebat me esse alium, nam & hoc casu mihi tenetur hac actione: si autem si qui facit mihi iniuriã, credit me esse patrẽfam. hoc casu non videtur fieri iniuria viro: secus si faciẽs iniuriam sciat me filium esse: licet ignoret cuius: vel sciat Bertam nuptam, nec sciat cui. nam his casib[9] fit iniuria patri: item viro: & eis competit hęc actio. Franciscus.

Hec. 2. sermõ. Si quis opprobriis dignum latrauerit integer ipse Soluentur risu tabulæ, tu missus abibis.

b ¶ *Infamauit.* Non[a] tamen libello famoso: *vt C. de famo. libel. l. j.*

a Libello famoso etiam nocentem infamare non licet.

¶ Itẽ hoc siue[b] in iudicio agendo iniuriarum, siue alio modo, etiã extra ius: vt pater generali ratione: peccata enim, &c. *& ad hoc C. eo. l. si non es. & l. si non conuicij. & l. pen. & s. ad Sil. l. lege. & C. de offic. rector. prouinc. l. iustissimos. & indecretu. ij. questio. j. si peccauerit.* Accur.

b Iniuriæ non tenetur qui nocentem infamat, vel in iudicio, vel extra ius.

riarum suarum eripi, & transferri ad patrem, qui eum quantum in ipso est, omiserit: aut quod est indignius, ad heredes patris[a], ad quos non pertinere iniuriam filiofamilias factam proculdubio est.

XVIII. PAVLVS *libro quinquagensimoquinto ad Edictum.*

EVm qui nocentem infamauit[b], non esse bonum & æquum ob eam rem condemnari. peccata enim nocentium nota esse, & oportere & expedire.

1. ¶ Si seruus seruo fecerit iniuriam: perinde agendum[c] quasi domino fecisset.

2. ¶ Si nupta filiafamilias iniuriam acceperit, & vir & pater iniuriarum[d] agant. Pomponius rectè putat, tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnaretur si ea vidua esset: viro tanti, quanti condemnaretur si ea in nulli[9] potestate esset: quòd sua cuiusque iniuria propriam æstimationem haberet. Et ideo si nupta in nullius potestate sit: non ideo minus eam iniuriarum agere posse quòd[e] & vir in suo nomine[f] agat.

Quando iniuria infertur in aliquem principaliter, veritas inspicitur potius quàm opinio: & cum infertur in aliquem per consequentiam, inspicitur opinio potius quàm veritas. Bartolus.

3. ¶ Si iniuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Gaius Seius: præualet quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle: nam certus ego sum[g], licet ille putet me[h] alium esse quàm sum: & ideo iniuriarum habeo.

c ¶ *Perinde agendum.* & ita iniuriarũ nascitur actio: sed nõ[c] in tãtũ: *vt s. eo. l. pretor. §. pen. & s. de peric. & cõ. rei ven. l. custodiam. & facit supra e. l. item apud. §. ait pretor.* sic econtra maior[d] dicitur quę à seruo fit: *vt s. l. proxi. §. quadam.* Accur.

e Iniuria seruo alterius facta, perinde vindicatur ac si ipsi domino fuisset facta, non tamen ita grauiter vindicatur.

d ¶ *Si iniuriarum. vt supra eo. l. j. in fi. & C. e. l. ij. & Insti. eo. §. patitur.* Ac.

d Iniuria non fit certæ personæ.

e ¶ *Quòd.* id est quia.

f ¶ *Nomine.* s. viri. id est pro iniuria quæ videtur viro fieri, cum ius vxori fiat.

g ¶ *Certus ego sum.* & sic non ob. *supra in l. item apud. §. cui.* vbi dicitur incertæ[e] personæ non fieri iniuriam.

h ¶ *Putet me. ad §. istum facit supra quod vi aut clam. l. aut qui. §. si quis dum. & ad l. Aquil. scientiam. §. qui cum aliter. & de ser. leg. falsus. §.* qui alienum. *& de neg. gest. item si cum putaui. §. fin. & de ser. cor. doli. & j. de adul. l. si postulauerit. §. si liber. & j. proxi. §. in fi.* Sed contra. *j. proxi. §. in prin.* Sed ibi extra personam patientis producitur: & sic duo contra propositum inferentis: quod non potest esse: & sic etiam potest tolli aliud contra *sup. eodem. l. item apud. §.* interdum. Item non obstat *sup. eodem. illud. §. fina.* quia ibi non habuit animum inferendi iniuriam alicui. & eodem modo respondeo ad. l. si cum seruo. s. eo. *Item facit arg. contra supra qui. e x cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. & C. de heredi. Insti. l. si pater. & supra de inoffi. omn. ind. si per errorem.* Sed in hoc exigebatur consensus duorum: quod hic non est.

i ¶ *Cum aliquis filiumfam.* ex parte suppositi, patremfam. ex parte appositi. Accursius.

k ¶ *Putat.* i. credit patremfam. qui filiusfam. est Accur.

l ¶ *In personam eorum.* scilicet parentum.

4. ¶ At cum aliquis filiumfamilias[i] patremfamilias putat[k], non potest videri iniuriam patri facere: non magis quàm viro, si mulierem viduam esse credat: quia neque in personam eorum[l] confertur iniuria: nec transferri per personæ putationem ex persona filiorum ad eos potest: cum affectus[m] iniuriam facientis in hunc tanquam in patremfamilias consistat.

5. ¶ Quòd si scisset[n] filiumfamilias esse, tamen si nescisset cuius filius esset, dicerem inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse: nec minus virum[o], si ille nuptam esse sciret[p]. Nam qui hęc non ignorat: cuicumque patri: cuicumque marito, per filium, per vxorem† vult facere iniuriam.

XIX. GAIVS *libro vicensimosecundo ad Edictum prouinciale.*

SI creditor meus cui paratus sum soluere, in iniuriam meã fideiussores meos interpellauerit: iniuriarum tenetur[q].

XX. MODESTINVS *libro duodecimo Responsorum.*

SI iniuriæ faciendæ gratia Seia domum absentis debitoris signasset sine auctoritate eius qui concedendi ius potestatemve habuit: iniuriarum actionem intendi posse respondit[r].

XXI. IAVOLENVS *libro nono Epistolarum.*

INiuriarum æstimatio[s] * non ad id tempus quo iudicatur, sed ad id quo facta est, referri debet.

XXII. VLPIANVS *libro primo ad Edictum pratoris.*

SI liber pro fugitiuo adprehẽsus[t] erit, iniuriarum cum eo agit[u].

m ¶ *Affectus.* qui inspiciatur: *vt supra eo. l. illud. in prin.*

n ¶ *Scisset.* mutat casum. & sicut hic subiicit loquitur *s. eo. l. j. in prin. & §. fiat autem.*

o ¶ *Virum.* posse agere.

p ¶ *Sciret.* licet ignoret cui[9] esset. aliud est in seruo. nam si fiat iniuria ab ignorãtẽ, cum esset nõ factur[9] dominum cognouisset, non tenetur: *vt in contrario s. eod. l. item apud. §. interdum.* Vel dic quod licet non crederet eius filium vel vxorem: tamen animus eius erat, vt cuiuscunque esset filius, vel vxor. idem facturus esset: vt subiicit. secus si nullo modo fecisset si Titij puta filiũ vel vxorem cognouisset esse: vbi potest tamen tunc agi filij vxorisve nomine: *argu. s. eo. l. itẽ apud. §. si quis sic. & facit supra ad Maced. sed Iulianus. §. item si duos.*

† An filio iniuria illata, pater remittere possit: vide in l. sed si vnius, ff. filius fa. et eo. Gl. & Barto. in l. in personam supra de pact. vbi quod fieri nisi sit illata per coniunctam personã l. Lucius. secũdum Barto. & sol. mat. & Alex. in præal. l. §. filiusfamil.

SI creditor. CASVS. Creditor meus cũ vellem ei soluere, interpellauit fideiussores meos causa me iniuriãdi: Dicitur quod habeo hanc actionem contra eum. Franc.

q ¶ *Tenetur s. qui satisda. cog. l. si verò pro. §. qui pro.* Accur.

SI iniuria.] CASVS. Domũ debitoris absẽtis in iniuriã eius signaui quasi debitoris mei, sine auctoritate eius qui potest hoc cõcedere. dicitur quòd teneor hac actione. Franciscus.

* Quanti per legẽ 12 Tab. æstimarentur iniuriæ, declarat Aulus Gell. lib. 20. Noc. Atti. c. 1.

r ¶ *Posse respondit. & ff. s. de fur. qui vas. in prin. & §. fi. & l. qui iniuriæ. & C. vt nemini licet si indi. auct. sig. impo. l. j. & ij. & j. de pœnu. l. ij. & j. de regu. iur. l. nemo de domo. & C. ad l. Iul. de vi publi. l. in possessionem. & l. si qui in domum. j. eo.*

s INiuriarum æstimatio. aliàs actio: aliàs æstimatio. & dic referri ad tempus illatæ iniuriæ, cũ forte postea sit facta vilior persona, vel econtra honestior. & fiet hæc æstimatio per sacramentũ agentis: qui iuret quòd tantũ de suo potius amisisset, quàm hanc iniuriam esset passus: & non se passurum iniuriam pro tanto, vel nolle esse tantum lucratum. *arg. infra de pœnu. l. penul.* & sic intelligitur Insti. eo. §. pœna. sed cum hæc actio descẽdat ex lege Corne. non iniuriam passus. sed iudex æstimat: *vt j. eo. l. constitutionibus. §. fin.* & est sic ad legem *supra si quis cau. l. qui autem. §. illud. & s. si tabu. testa. l. j. in fin. & de eden. vbi. §. j. & de ser. cor. doli §. fi.* Sed arg. contra *s. man. l. si procuratorem. §. mandati. & j. de iure fis. l. iij. §. diui fratres.*

SI liber.] CASVS. Cepi liberũ hominem, sciens eum liberum, quasi fugitiuum seruum meum: teneor ei hac actione. Franc.

t ¶ *Apprehensus.* à sciente liberum, & causa inferendę iniuriæ: *ne obst. s. eo. l. illud. §. si quis.* at seruum fugitiuum capere licet: *vt supra de ser. fu. l. j. §. vnusquisque.*

u ¶ *Agit.* apprehensus. Accur.

Is qui in domum.] CASVS. Qui domum alienã inuito domino domus intrat: licet intret causa vocandi eum in ius, actione iniuriarum tenetur. Fran.

a ¶ Is qui in domum. vt* & supra de in ius vocan. l. plerique. & in Auth. vt de fun. seu fune. §. j. col. & supra de fur. l. vulgaris. §. qui furti. & infra de reg. iur. l. nemo de domo. & ff. eo. l. si iniuriae.

a Iniuriarum tenetur, qui inuiti, etiam in ius vocandi causa, domum intrauit.

b Is qui in.

Si quis.] CASVS. Si quis prohibet me vendere seruum meũ: iniuriarum actione tenetur. Fran.

b ¶ Experiri potest. vt[b] supra eo. l. iniuriarum. §. pe. & §. fin.

E Iniuriae tenetur qui seruum à domino suo distrahi prohibet.

Si stuprum.] CASVS. Stuprasti ancillam meam teneris mihi hac actione. si autem seruum meum celasti: furti teneris. si autem ancillam meam nondumviri potẽtem stuprasti: teneris etiam actione legis Aqui. Fr.

c ¶ Etiam furti. cum non erat meretrix: alias cessat furtum: ff. de furtis. l. verum. & l. fullo. j. §. qui ancillam. quæ sunt contra. & facit supra eo. l. sed est quæstionis. §. fin. & infra de adulte. l. inter liberas. in princ.

d ¶ Actionem. sed si matura, cessat Aquil. vt supra ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. si olivam. Accur.

Si quis seruum.] CASVS. Seruum meũ vel filium meum ludibrio habuisti, vt si in popinam eum posuisti: i. malam ducere eũ fecisti vitam: licet ipse filius his cõsentiret: si tamen animo mihi iniuriandi hoc fecisti, teneris mihi hac actione. si autem ignorabas eum seruum, & ei persuasisti hoc: serui corrupti actione teneris mihi. Franc.

† Quid emendant vbicumque.

e ¶ Consentientem. sic ff. eo. l. j. §. vsque. & j. de fica. l. lege. §. fi.

f ¶ Luserit. i. est ludere fecit.

g ¶ Hoc vbicunque. aliàs vbicumque: & aliàs vtcumque.

h ¶ Necessaria esse. quia cessat iniuriarum: vt supra l. item apud. §. interdum. & facit supra de ser. cor. l. doli verbum. §. j. qui dolo. & l. j. §. fin. Accur.

Infamia facta cõtra defunctum, est heredis iniuria: & ideo potest heres agere iniuriarum actione. text. est expressus: & ibi apostillaui eum, secundum Bal. in l. j. C. si furti. sen.

Si statua.] CASVS. Statuas positas in honorem patris mei iuxta monumentum eius. si aliquis proiiciẽs lapides eas destruxit, hac act. agam, non act. sepulchri violati. Fran.

i ¶ In monumento. id est iuxta monumentum: alioquin si in ipso monumento affixa vel non affixa esset, secus esset: vt j. de sepul. vio. l. ij. contra. vel ibi erat sepulchrum: hic monumentum nondum religiosum. Item nec ibi dicitur dari sepulchri violati: sed interdictum quod vi aut clam.

e Iniuriarum actio an & quo sensu in bonis nostris sit vel nõ sit. adde Gloss. l. vlt. C. de haered. vel act. vendi.

k ¶ Saxis. id est percussione lapidum.

Iniuriarum.] CASVS. Actio iniuriarum mihi competens non dicitur in bonis meis: & ideo nõ transmittitur ad heredes ante litem contestatam.

l ¶ In bonis nostris. quo ad hoc vt transmittamus ad heredes: vt Insti. de perpe. & temp. act. §. sed heredibus. sed dum viuimus, est in bonis: vt tam per nos quàm per alios exerceamus: vt supra e. l. sed si vnius. §. idem ait & si nepoti. vnde & vendere[d] eam possum: vt C. de heredi. vendi. l. fina. licet quidam contra per l. istam. Est autem ratio quare non trãsmittimus: quia ad solam vindictã datur: vt supra de colla. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus & facit supra eod. leg. iniuriarum actio. in prin. & supra eo. leg. item apud. §. si quis astrologum. vers. iniuriarum. & de verb. signifi. leg. sicut. §. s. & de popu. act. e. leg. pen. & supra si quis cau. leg. si eum. §. qui iniuriarum. & de his qui deie. vel effu. leg. si vero. §. hac autem. & supra ad l. Fal. pœnales. in prin. & de lega. j. l. si pluribus. in fi. & C. ex delic. defun. l. j. Accur.

d Iniuriarum actio vendi potest. vt hic. sed & cedi. adde Gloss. l. vlt. C de heredit. vel actione vendita. Iacob. de Aret. tract. de fine rubricae.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

Qui* in domũ alienam inuito domino introierat, quãuis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere Ofilius ait.

XXIIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum praetoris.

Si quis proprium seruum distrahere prohibetur à quolibet, iniuriarum experiri potest[b].

XXV. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

Si stuprum serua passa sit: iniuriarum actio domino dabitur. aut si celauit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti[c]: vel si virginem immaturam stuprauerit, etiam legis Aquiliæ actionem[d] competere quidam putant.

XXVI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

Si quis seruum meum vel filium ludibrio habeat, licet consentientem[e]: tamen ego iniuriam videor accipere: veluti si in popinam duxerit illum, si aleã luserit[f]. Sed hoc vtcumque[g] † tunc secum habere potest, quotiens ille qui suadet, animum iniuriæ faciendæ habet. Atquin potest malum consilium dare & qui dominum ignoret: & ideo incipit serui corrupti actio necessariã esse[h].

XXVII. IDEM libro vicensimoseptimo ad Edictum.

Si statua* patris tui in monumento[i] posita saxis[k] cæsa est: sepulchri violati agi non posse, iniuriarum posse Labeo scribit.

XXVIII. VLPIANVS libro trigensimoquarto ad Sabinum.

Iniuriarum actio in bonis nostris[l] non computatur antequam litem contestemur.

XXIX. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

Si seruum cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manumiseris, aut alienaueris: superest tibi iniuriarum actio[m].

XXX. VLPIANVS libro quadragensimosecundo ad Sabinum.

Seruo[n] autem manumisso non competere actionem ob iniuriam quam in seruitute passus est, quis dubitet[o]? 1. ¶ Si filio[p] iniuria facta sit: cum vtrique tam filio quàm patri adquisita actio sit, non eadem vtique facienda æstimatio est.

XXXI. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

Cum possit propter filij dignitatem maior ipsi quàm patri iniuria facta esse.

XXXII. VLPIANVS libro quadragensimosecundo ad Sabinum.

Nec magistratibus licet † aliquid iniuriosè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus: iniuriarũ potest cõueniri. Sed verum posito magistratu, an verò & quãdiu est in magistratu? Sed veri' est, si is magistrat' est qui sine fraude[q] in ius vocari non potest: expectandum esse quod à magistratu

Si seruum.] CASVS. Seruo meo facta est iniuria: & sic mihi nata est actio iniuriarũ. hanc actionem non perdo licet seruum illum vendam, vel manumittam. & hoc dicit hæc l. & princ. sequẽ. Secundo dicit: filio facta est iniuria: & sic tam patri quàm filio nata est hęc actio. non tamen fiet æstimatio eadem, potest enim esse maior iniuria ratione filij, cũ sit forte in dignitate, non pater. & hoc dicit hæc l. & duæ seq. Fran.

m ¶ Actio. adiungitur legi sequenti. & facit supra arb. fur. caes. l. finali. & quod vi aut clam. leg. si qui in puteum. §. si postea. & de opt. leg. leg. si Pamphilo. & si quid in fran. patro. l. j. §. si seruo. Accursius.

n ¶ Seruo. facit. supra de act. & obligatio. l. quæcumque. & de ser. cor. doli. in fine. Sed arg. contra supra quando dies leg. ce. l. si vsusfructus. in fine. Accursius.

o ¶ Quis dubitet. quasi dicat. nullus dubitat quin competat etiam post manumissionem, vel alienationem.

p ¶ Filio. facit supra de procuratoribus. leg. non solum. §. si pater. & infra eod. l. pater. & supra eod. l. sed & si. §. filiosfamilias interdum. & supra de pact. in personam.

† pulchrè in hanc sententiam Marcus Cic. lib. j. Epist. ad Q. fratrem epist. 1.

Nec magistratib'.] CASVS. Si magistratus facit alicui iniuriam: tenetur hac act. & si est de magnis magistratibus, conuenietur finito officio: si autem est de minimis magistratibus, conuenietur etiam durante officio. Fran.

a Prout probatur pœnas. b Magistratus maiores & quidã & quatenus conueniri possint. conuenire magistratu vide Gio. & ibi latè & in l. 48. d. indi. c Delinquentes in officio in ipso officio puniri possunt. licet minores quidam volunt de quo [illegible]. d Magistratus minores dicuntur, qui simplicem habent iurisdictionem [illegible] l. 48.

q ¶ Qui sine fraude. i. poena: vt supra de edil. edict. l. cum autem. §. excipitur. vt quia habet merum[b] imperium: vt hic, & ff. de in ius vocan. l. ij. & ff. quibus ex cau. ma. l. sed & si per praetorem. §. ait praetor. & hoc casu loquitur. ff. de iudi. leg. pars quæ videtur contra fin. huius l. hoc autem fallit[c] quando in officio delinquunt: vt C. ad legem Iul. repetund. l. iubemus. & quando actio tempore periret vsque ad contest. lit. vel hodie ad executionem: vt ff. de offi. praesi. l. sed & si iurisconsulto. & C. de anna. excep. l. vt praefectus. Sed hodie dicunt quidam indistinctè eos conueniri etiam durante magistratu coram episcopo locorum: vt in Auth. vt diffe. iudi. §. si tamen coll. ix. Sed Io. dicit, ibi quãdo in officio delinquunt: vt hic erat. minores[d] autem dic, qui habent simplicem iurisdictionem: tamen hi possunt conueniri: vt subiicit, & supra quod me. cau. l. continet. & ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magistrat'. & facit ad primam partem tantum infra de adul. l. si adulterium. §. fi. & infra l. proxi. & ff. de ope. nou. nunci. de pupillo. §. si quis ipsi. & supra de tute. & ratio. distrah. l. nisi. §. fin. & l. seq. item ad totam. l. facit supra eo. l. iniuriarum. §. j. & ij. & C. de offi. praefect. pratorio & Illyric. l. vnica. de ordinatio. apparet ex præmissis, quod in casu huius legis indistinctè conuenitur etiam durante

abeat[a]. Quòd & si ex minoribus magistratibus erit, id est qui sine imperio aut potestate sunt magistratus: & in ipso magistratu posse eos conueniri.

XXXIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

Quod reipublicæ venerãdæ* causa secundũ bonos mores fit, etiam si ad cõtumeliam[b] alicuius pertinet: quia tamen nõ ea mẽte magistratus facit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat: actione iniuriarum non tenetur.

XXXIIII. GAIVS *libro tertiodecimo ad Edictum Prouinciale.*

Si plures serui simul aliquẽ ceciderint, aut conuicium alicui fecerint: singulorum proprium est maleficium[c]: & tanto maior iniuria, quanto à pluribus admissa est: imò etiam tot iniuriæ sunt, quot & personæ[d] iniuriam facientium.

XXXV. VLPIANVS *libro tertio de omnibus tribunalibus.*

Si quis iniuriã atrocem fecerit, qui contemnere[e] iniuriarum iudicium possit ob infamiã suã & egestatem: prætor acriter exequi hanc rem debet: & eos qui iniuriam fecerunt, coercere[f].

XXXVI. IVLIANVS *libro quadragesimo quinto Digestorum.*

Si filij nomine cum patre iniuriarum agere velim, & is procuratorem det, non intelligitur filius defẽdi, nisi iudicatum solui satisdetur[g]: & ideo actio aduersus filium, tanquam à patre non defendatur danda erit[h].

XXXVII. MARCIANVS *libro quartodecimo Constitutionum.*

Constitutionibus principalibus cauetur, ea quæ infamandi alterius causa in monumenta publica posita[i] sunt, tolli de medio. I. ¶ Etiam ex lege Cornelia[k] iniuriarum actio ciuiliter moueri potest, condemnatione æstimatione[l] iudicis facienda.

XXXVIII. SCAEVOLA *libro quarto Regularum.*

Senatusconsulto cauetur, ne quis imaginem imperatoris in inuidiam alterius portaret[m]: & qui contra fecerit, in vincula publica mittetur.

XXXIX. VENVLEIVS *libro secundo publicorum iudiciorum.*

Vestem sordidam† rei[n] nomine in publico habere, capillúmve[o] summittere nulli licet: nisi ita coniunctus est adfinitate,* vt inuitus in reum testimonium[p] dicere cogi non possit.

XL. MACER *libro secundo publicorum iudiciorum.*

Diuus Seuerus Dionysio Diogeni ita* rescripsit: Atrocis iniuriæ damnatus, in ordine decurionum esse non potest[q]: nec prodesse tibi debet error[r] præsidum, aut eius qui de te aliquid pronuntiauit[s], aut eorum qui contra formam iuris mansisse te in ordine decurionum putauerunt[t].

XLI. NERATIVS *libro quinto Membranarum.*

Pater cuius filio[u] facta est iniuria, non est impediendus quo minus duobus iudiciis & suam iniuriam persequatur, & filij.

XLII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

Iudici ab appellatoribus[x] conuicium fieri non oportet: alioquin infamia notantur[y].

XLIII. GAIVS *libro tertio Regularum.*

---

durante magistratu: cum in eo deliquerit. Accur.

a ¶ *Abeat.* id est recedat. Accursius.

Q*Vod reipublicæ.*] CASVS. Cum quidã miles se malè habuerat in prælio: iudex siue potestas terræ fecit scutũ prædicti militis perforari: & hoc fecit vt alij milites sint fortes in prælio. Dicitur quòd iste potestas nõ tenetur hac act. Fran.

b ¶ *Ad contumeliam.* vt si alicuius scutũ perforet, qui sæ in bello male se habuerat Azo. *& facit* s. *eod. l. iniuriarum* §. j. *&* [illegible] *&* §. *quæ iure. & de fur. l. qui iniuria. in prin. &* j. *de termino moto l.* ij. §. *de quibus. &* s. *si omis. cau. test. l. quia autem.* §. *patronus. in fi.* §. *&* s. *l. proxi.* Acc.

S*I plures serui.*] CASVS. Plures serui aliquẽ verberauerunt. quilibet dicitur delinquere: & tot sunt iniuriæ, quot sunt personæ facientes iniuriã. quod expone vt in glo. Frã.

c ¶ *Maleficium.* vt s. *ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. in* §.

d ¶ *Quot & personæ.* si sunt plurium serui. 2. Vel dic quòd vnius, sed tunc sufficeret tantum præstari, quantum si liber præstaret: *vt* s. *si famil. fur. fecis. dica. l.* j. *& ad leg. Aquil. l. illud. licet sint plura facta. vt* s. *de iurisd. om. iudi. l. si familia.*

S*I quis.*] CASVS. Quidã fecit mihi iniuriam: & nihil habet: & sic non potest mihi satisfacere. Dicit quod punitur corporaliter. Franciscus.

e ¶ *Cõtemnere.* contemnit, quia emẽdare iniuriam pecuniariter non potest. Item nec nocet ei infamia adq. *C. vt in [illegible] l.* ij. Infamatur enim iniuriarum damnatus: *vt* s. *de his qui not. infa. l.* j.

f ¶ *Coercere.* corporaliter. *ad quod* j. *de pœnis. l.* j. §. *fin. &* j. *eod. l. fi. & supra de admi. tu. l. Alfenus. & de in ius vo. l. fi.*

S*I filius nomine.*] CASVS. Filius tuus fecit mihi iniuriam: volo agere contra te patrem nomine filij tui. tu ordinas quendam procuratorem qui defendat filium tuum. qui procurator nõ vult satisdare iudicatum solui. Dicitur quòd non dicitur defendi hic filius: & ideo ipse filius se debet defendere. Franc.

g ¶ *Satisdetur.* vt s. *qui satisd. cog. l. si filius. &* s. *qui ex cau. in poss. ea. l. hæc autem.* §. *fi. & C. de tuto. & cura. qui satis non de. l. fi.*

h ¶ *Danda erit.* sic ergo defensio filij in subsidium conceditur filio vt hic, *& supra de noxa. l. noxalis. & l. quotiens.* sic & aliàs appellandi tempus indulgetur seruo. Itẽ no. quòd licet patri recusare defensionem, cum nullum vsumfructum ei afferat lex: *vt C. de bo. quæ libe. l. fi.* §. *sin autem patre.* Accur.

C*Onstitutionibus.*] CASVS. Carmen famosum de aliquo est positum supra quoddam monumentũ. Dicitur quòd tolli debet siue remoueri: & qui imposuit tenetur act. iniuriarũ ciuili, nõ solũ lege Cornelia prætoria: & fit cõdẽnatio arbitrio iudicis. Frã.

i ¶ *Posita.* id est publicè posita, vt carmen famosum.

k ¶ *Etiam ex lege Cornelia.* non solum prætoria. *& facit Institu. eo.* §. *sed & lex. &* §. *in summa. &* s. *eo. l. prætor.* §. *posse.*

l ¶ *Aestimatione.* quod dic *vt supra eo. l. iniuriarum æstimatio* sed si criminaliter: tunc dic *vt infra eo. l. fin.*

S*Enatusconsulto.*] CASVS. Portabam quandam statuam principis, ideo (vt dicebam) quia timebam Titium, qui me volebat occidere vt dicebam: & hoc faciebã in iniuriã Titij: dicitur quòd teneor Titio hac actione. Fran. Accursius.

m ¶ *Portet.* *infra de pæn. l. capitalium.* §. *ad statuas.*

V*Estem.*] CASVS. Cũ quidam esset accusat[n] de aliquo crimine: portare volebã vestes nigras vel barbam longam, quasi in signũ tristitiæ futuræ ad accusato. dicitur quòd nõ possum, nisi essem de coniunctis. Franc. Accur.

n ¶ *Rei.* id est accusati.

o ¶ *Capillumve.* Sic dictum in signum tristitiæ, & causa inferẽdæ iniuriæ faciebat.

p ¶ *Testimonium.* quæ istæ sint habes. s. *de te. sti. l. lege Iulia.* his enim hoc facere permittitur propter dolorẽ: & sic[a] ratio sanguinis tollit præsumptionẽ inferendæ iniuriæ. *sic C. de adul. l. si quis adulterij. & de episc. & cle. cum qui. & quod falso tuto. auct. l. penul. & facit supra l. item apud.* §. *generaliter.*

D*Amn.*] CASVS. Dãnatus pro iniuria atroci, est infamis: & ideo nõ potest esse decurio: nec prodest ei error iudicis. quod dic vt in glo. Frã. Accur.

q ¶ *Non potest.* quia est infamis[b]: *vt C. de digni. l.* ij. *lib.* xij. *& C. qui. ex cau. infa. irro. l. decuriones. & C. de decu. l. infamia. lib.* x. Accursius.

r ¶ *Error.* in[c] iure. Azo.

s ¶ *Pronuntiauerit.* super iniuria: nõ autẽ aliquid dixit de remotione ab ordine: sed putauit te posse remanere. 2. Alij dicũt quòd expresse pronũtiauit quòd in ordine remaneret.

t ¶ *Putauerunt.* Imò minorata[d] pœna, minoratur infamia: *vt C. ex qui. cau. infa. irro. l. & si seuerior.* Solu. vt ibi causa cognita fuit minorata: hic non: *vt hic,* j. *ad l. munic. l. l. ordine. circa princ.* 2. Vel dic quòd hic nõ fuit minorata: sed hoc dicit hæc lex. 3. Alij vt P. dicunt in hoc crimine pœna minorata non tolli infamiam. vtpote atrociori: sed aucta sit: Item nec ob. infra *de pœ. l. in seruorum.* quia & ibi fuit aucta: quod hic non fuit.

P*Ater.*] CASVS. Facta iniuria filio, pater potest suo nomine agere iniuriarum: item & nomine filij. Fran. Accur.

u ¶ *Pater cuius filio. facit* s. *eo. l.* j. §. *fi. & l. sed si vnius.* §. *fi. & de procur. l. non solum.* §. *si pater. &* s. *eo. l. sermo.* §. *filio. & l. cum possit.*

I*Udici.*] CASVS. Qui appellat à sententia iudicis, non debet iniuriã dicere ipsi iudici à quo appellat: & si dicit, tenetur actione: & condemnatus sit infamis. Fran. Accur.

x ¶ *Iudici ab appellatoribus.* vt j. *de appel. l. illud idem.* & [e] contra: *vt C. de appel. l. & in maioribus. & l. si quis prouocatione.*

y ¶ *Notãtur.* post cõdẽnationẽ in actione iniuriarũ de eis factã.

Q*Vi iniuriarum.*] CASVS. Qui accusat per calumniam criminaliter Titium de iniuria, & non probat: extraordinẽ damnatur, & datur in exilium, vel similem pœnam patitur. Fr. Acc.

---

* venerandæ, id est afferendæ ab improbis & facinorosis.

† Sordes reorum quę sint, quis scaturi sordidus, & sordidatus: quidve sordes externæ, vide hæc ex Bud. [illegible]

a Sanguinis ratio tollit præsumptionem iniuriæ inferendæ.

* Ratio autẽ huius tex. est: quia animus iniuriandi nõ præsumitur inter coniunctos vsque ad septimum gradum. *Glo. est. not. in l. vtrum* [illegible] *de inoffic.* quam limitabis vt per Bar. ibi, scilicet nisi in atrocissimo delicto.

* Scripsit.

b Iniuria atroci damnatus est infamis.

c Error in iure non tribuit honorem, dignitatem, vel nobilitatem ei, qui incapax est honoris vel nobilitatis.

d Infamia vel crimen minuatur, seu collatur, pœna minuta.

e Appellans iudex: iudici à quo appellatur, ipse qui appellat, conuicium facere non debet. licet itaque appellare, sine conuicio tamen.

a ¶ *Qui iniuriarum actionem.* id est accusationem.

b ¶ *Extra ordinem.* id est criminaliter. *& facit infra ad Turpil. l. si quis repete. e. §. si stellionatus.*

Si inferiorum.] CASUS. Dominus inferioris domus facit fumū causa me iniuriādi in alta domo. dicitur ꝓtenetur hac ac. Itē si proiicio aquā vel aliquid aliud in inferiorē domū iniuriæ causa: tenetur hac act. Fr. Acc.

c ¶ *Si tamen.* fa. s. *si ser. vind. l. sicuti. §. Aristo.* sed quidam signāt cōtra. sed nō est. Acc.

De iniuria.] CASUS. Iniuriā faciēs potest puniri extra ordinē, secūdū qualitatem personæ quæ facit iniuriā & quæ sustinet. hinc est q̄ seruus faciēs iniuriā verberatur: & domino redditur. liber verò, si est vilis p̄sona, fustibus subiicitur. cæteri autē homines vel in exilium dantur, vel certo loco interdicuntur. Fran. Accur.

d ¶ *Ex persona.* dic *ut s. eo. l. prætor. §. atrocem. & l. sed si unius §. quādā & s. s. l. lex Cor. §. fi. & Inst. e. §. in summa. & s. e. l. si quis iniuriam & de susp. tut. l. tutor. §. tutores vers. sed sciendum.*

e ¶ *Vel interdictione.* quia iudicetur forte ei ars sua. Accur.

a Iniuriæ nomine vt ex persona statui solent.

Qui iniuriarum actionem[a] per calumniā instituit, extra ordinem[b] damnatur, id est, exilium, aut relegationem, aut ordinis amotionem patitur.

XLIIII. IULIANUS *lib. 9. ex posterioribus Labeonis.*

Si inferiorum dominus ędiū, superioris vicini fumigandi causa fumum fecerit: aut si superior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit, aut infuderit negat Labeo iniuriarum agi posse: quod falsum puto, si tamē[c] iniuriæ faciēdæ causa immittitur.

XLV. HERMOGENIAN. *lib. 5. Iuris epitomarum.*

De iniuria nūc extra ordinē ex causa & persona[d] statui solet. Et serui quidē flagellis cæsi dominis restituuntur: liberi verò humilioris quidem loci fustibus subiiciuntur: cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione[e] certæ rei coercentur.

DE EXTRAORDINARIIS criminibus.

TITULUS XI.

I. PAULUS *lib. 5. Sententiarum.*

Sollicitatores alienarum nuptiarum[f], itémque matrimoniorum interpellatores[g], etsi effectu sceleris potiri non possunt propter voluntatem[h] perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. 1. ¶ Fit iniuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit[i]: cœno, luto obliuerit: † aquas spurcauerit[k]: fistulas, lacus quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit[l]: in quos grauiter animaduerti solet.

2. ¶ Qui puero[*] stuprum, abducto[m] ab eo vel corrupto comite persuaserit: aut mulierem puellámve interpellauerit: quidve impudicitiæ gratia fecerit, domum † præbuerit pretiúmve quo id[n] persuadeat, dederit: perfecto flagitio puniuntur[o] capite: imperfecto, in insulam deportantur[p], corrupti comites summo supplicio[q] adficiuntur.

Cœtus illicitos prohibet fieri etiam à veteranis sub prætextu religionis. Franc.

II. VLPIANUS *libro quarto Opinionum.*

Sub † prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti, cœtus illicitos[r] nec a veteranis[s] tentari oportet.

De stellionatus crimine, vel expilatæ hæreditatis, potest quis accusari: non tamen publicæ accusationes sunt: Franc.

III. IDEM *libro tertio de Adulteriis.*

Stellionatus, vel expilatæ hereditatis iudicia accusationem quidem habent: sed non sunt publica[t].

Fœmina quæ studiosè fecit abortum in exilium temporale damnatur. Franc.

IIII. MARCIANUS *libro primo Regularum.*

Diuus Seuerus & Antoninus rescripserūt, eam quæ data opera abegit[u], a præside in temporale exilium[x] dandam. Indignū enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse.

V. VLPIANUS *libro quinto de Officio Proconsulis.*

In eum cuius instinctu ad infamandū dominum seruus ad statuam cōfugisse compertus erit præter corrupti serui actionē, quæ ex edicto perpetuo cōpetit, seuerè animaduertetur[y].

* Tit. 4. sup.

b Rubrum in Pand. Titulo de extraordinariis criminibus.

DE b EXTRAORdinariis criminibus. *Supra de priuatis & nominatis crimi. hic de innominatis, secundum Azo. vel dic secundum R. sic. De priuatis delictis ex quib. etiā ciuiles nascuntur actiones, posuimus dicturi j. de his crimin. ex quib. sola criminales oriuntur actiones. publicam ordinariāque pœnā irrogantes, pmittimus de his crimi. ex quib. fiunt executiones criminales & extra ordinariæ & priuatæ.*

Ordinariæ actiones furti, vi bonorum raptorum & iniuriarum quæ supra expositæ sunt, etsi penitus sublatæ non sint, minus tamē frequentantur, & in vicem earum extraordinario iudicio criminaliter agitur, accusatore subscribente in crimen. l. vlt. De priuat. del. l. vlt. D. fur. l. vlt. tit. prox. supra. Ea propter his proxime adiungitur generalis titulus. De extraordinariis criminibus: qui tamen ea crimina complectitur quæ propriè extraordinaria sunt, id est quæ nunquam ordinaria fuerunt, quam quæ mista sunt, id est ordinaria & extraordinaria pro actoris arbitrio: nam si velit quis forte agere furti in duplum non prohibetur. Et si extra ordinem, æque non prohibetur & hac forte via expeditior, quia res agitur citra solennem ordinem iuris & legum, vtraque morem prisc. um iudiciorum & non obseruata etiam pœna legitima cœpit enim ordo agendi primum esse extraordinarius deinde etiam pœna. & causa cognita igitur statuenda pœnæ liberum arbitrium est ei qui cognoscit. Cuiacius.

† obstinerit.

* Tribonianus detraxit hinc, prætextatoq; quod extat in sent. Pau. li. 5. Ant. Aug. lib. 3. emen. c. 9.

Sollicitatores.] CASUS. Qui sollicitat vxorem alienam, volens cum ea iacere, vel dicit quòd vult eam accipere in vxorem: licet non habuit effectum hoc delictum: ad aliquem tamē peruenit actum: extra ordinem punitur. Secundo enumerat quædā delicta quæ puniūtur extra ordinē: vt si quis fimum corruptū in aliquē deiecerit vel aquas vel lacū destruxit, vel quid aliud ad iniuriam publicam contaminauit. Tertio enumerat quædam alia delicta: quæ puniuntur extra ordinem. Fran.

f ¶ *Nuptiarum.* i. vxorum nuptarum, vt cum eis rem habeant.

g ¶ *Interpellatores.* qui eas volunt ad vxores: licet hoc esse non possit. Accur.

h ¶ *Propter voluntatem.* sic * C. de episc. & cle. l. si quis non dicam. & de fur. l. si quis seruo alieno suaserit. & ad l. Iul. maie. quisquis & C. si quacunque. prædi. pot. l. j. in prin. Sed arg. cōtra s. de his qui not. infa. qui autē. Itē arg. cōtra s. quod quisque. iuris. j. in fi. sed hic speciale ꝓpter enormitatem criminis. Sed an hic peruenerūt ad aliquem actum? Respon. sic, vt ad colloquium, vel basia, quæ sunt præcedentia veneris: vt j. de adul. l. quod ait lex. Aliàs contra: vt j. de pœnis. lege cogitationis. ¶ Et adde hic quod no. C. de his qui ad ec. confu. prae. stl. circa prin. & facit s. ait. prætor. apud. §. si quis virgines. & s. de pœ. l. si.

a Voluntas interdum sola sine effectu punitur.

† domum. Vi de Ant. Aug. lib. 3. ca. 9. li d Fin. & in genere dono.

i ¶ *Perfuderit.* i. si q̄d comburatur cum aliquo cuius sumꝰ est pestifer, vt sulphur quo casu fumꝰ dicitur corruptus: aliàs est fimo corrupto & tunc eam turpitudinem in aliquem deiecit. Accur.

k ¶ *Spurcauerit.* i. cōtaminauerit. spurcamen proprie est quod ab ore porci cadit.

l ¶ *Contaminauerit.* facit. C. de re mili. l. cum supra. lib. xj.

m ¶ *Abducto.* s. comito.

n ¶ *Quo id.* aliàs is.

o ¶ *Puniuntur.* hic ergo de ordinatio crimine tractat s. de adul. & stupro. 2. Vel hic puniūtur. l. puniri solet. & facit Instit. de pub. iud. §. item lex Iulia.

p ¶ *Deportantur.* erāt enim corrupti comites: & sic aliquod conamen interuenit. Acc.

q ¶ *Summo supplicio.* quod morte est. & c. vt j. de pœnis. l. ultimum supplicium.

† Superstitiosa collegia & statuas illere prohibentur indices debēt. b Collegia si licita professi mantur, nō probentur licita.

r ¶ Sub prætextu.] illicitos: quales omnes sunt, nisi specialiter cōtra. probentur: vt j. de coll. illi. l. iii. §. j. & facit C. de sac. sanc. ec. l. qui sub prætextu.

s ¶ *Nec à veteranis.* non solum à iuuenibus.

t ¶ Stellionatus.] *Nō sunt publica.* vt s. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. fi. & j. de cri. stel. l. j. in §. pe. & C. de cri. stel. l. j.

u ¶ Diuus.] abegit. id est abortum fecit.

x ¶ *Exilium.* ante quadraginta dies: quia ante non erat homo: postea de homicidio tenet, secundū legē Mo ysi, vel legē Pōpeiā de parricidiis: vt j. ad leg. Pōpe. de parric. l. j. & facit C. ad legem Cor. de sica. l. pe. & j. ad legem Corne. de sica. l. si mulierem. Accur.

b Collegia illicita prohibentur, nisi probentur licita. c Stellionatus crimen nō est publicum: vt nec expilatæ hæreditatis. d Mulier dās operam ad suffocandum filium, quem habet in ventro iam per 40 dies: tenetur de homicidio idem in quocunque alio operante.

In eum.] CASUS. Instigasti seruum meum vt fugeret ad statuā, quasi conquerens de me quòd nimis eram crudelis cōtra eū. & sic causa me infamandi dicitur quòd non solū teneris act. serui corrupti, sed etiam extra ordinem puniris. Fran. Accur.

y ¶ *Animaduertetur.* facit supra de seruo corrup. l. corrumpitur. & j. de pœ. l. capitalium. § ad statuas.

Annonam.] CASUS. Erant olim quidam qui emebant omne bladum quod poterant: & postea vendebant carius: & isti vocabantur

vocabantur dardarij. erant & quidā alij qui colligebant multum bladi, & nolebant vēdere nisi cum erat carū. Dicitur ergo quòd præsides curent ne hęc fiant puniendo eos qui talia faciūt. iubet etiam puniri eos qui stateras siue mēsuras habent falsas. Fra. Ac.

a ¶ *Dardanarij.* qui * sic à quodam Dardano functionum aucto re dicebantur: qui maxime dabat operam vt annona carior fieret, emendo omnem quam inuenire posset, vt postea solus venderet sicut vellet.

b ¶ *Debebis.* ô preses prouinciarum.

c ¶ *Mercis sint.* s. cōparatores, vel negotiatores, id est interdicas eis negotiationibus, quales sunt Tricoli. *& facit j. de pœnis. l. metu*

d ¶ *Coemptas.* quia plures simul emūt, vt sic annonā cariorē facerēt. & si habeas coēptas. aliàs emptas.

e ¶ *Suppriment.* supple vt annona oneretur: quod est infra.

f ¶ *Prouentus.* id est vt plus vendatur. ¶ Et caue [b], quia nō cogit locupletes vendere: nec punit si non vendant: *vt & j. ad legem Iuliam de anno. l. ij.* Sed illos qui emunt vt carius vēdant, nam per illos etiam locupletes seruant.

g ¶ *Humiliores.* i. inferiores, quales sunt *vt C. de incest. nup. l. humilem. & facit j. tit. j. l. fi. & de incen. l. Prędium.*

h ¶ *Stateræ.* i. mensuræ, vel instrumenta quædā quibus fit mēsura.

i ¶ *Corneliæ.* de falsis, quæ est *j. de fal. l. pe.*

k ¶ *Relegauit. vt & infra ad l. Cornel. de fal. l. pe. §. fi. & facit inf. de pœnis l. in dardanarios. & quod not. j. de do. l. arbitrio. §. de eo.*

*a Dardanarij vnde dicti ad de Nebriss. ... in dictionar. dardanarius & Latium comment. Reip. Rom. lib. ... * In veteri Glossario Germaniano ita explicatum reperi — hoc verbum Dardanarius, ...*

Vide Aristot. Politic. c. 7. de Thalete Milesio & quodā Syracusano.

b Imo annonam & frumētum vendere locupletes cogi possunt, idque iusto pretio arg. l. ... de officio præsidis.

VI. Idem libro octauo ad Officio Proconsulis.

ANnonam attētare & vexare vel maxime dardanarij[a] solent: quorum auaritiæ obuiā itum est tam mandatis quàm constitutionibus. Mādatis denique ita cauetur. Præterea debebis[b] custodire ne dardanarij vllius mercis[c] sint: ne aut ab his qui coemptas[d] merces supprimunt[e], aut à locupletiorib. qui fructus suos æquis pretiis vēdere nolunt, dominus vberes prouentus[f] expectant, † annona oneretur. Pœna autem in hos variè statuitur. nā plerumque si negotiātes sunt, negotiatione eis tātùm interdicitur: interdum & relegari solēt: humiliores[g] ad opus publicum dari.

I. ¶ Onerant annonam etiam stateræ[h] adulterinæ: de quib. diuus Traian' edictum proposuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ[i] in eos statuit perinde ac si lege testamentaria, quòd testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset.

2. ¶ Sed & diuus Hadrianus eum qui falsas mensuras habuit, in insulam relegauit[k].

VII. Idem libro nono de officio Proconsulis.

SAccularij[l] qui vetitas in sacculo artes exercentes, partem subducunt[m], partē subtrahunt: item qui directarij † appellantur, hoc est hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi sunt: idcircóque aut ad tempus in opus dantur publicum: aut fustibus castigantur, & dimittuntur: aut ad tempus relegantur.

VIII. Idem eodem libro.

SVnt* præter ea crimina, quæ ad executionem[n] † præsidis pertinēt, vt puta si quis instrumēta sua prodita esse dicat[o]. Nam huius rei executio[p]* præfecto vrbis à diuis fratribus data est.

IX. Idem eodem libro.

SVnt quædam † quæ morte † prouinciarum coertionem solent admittere: vtputa in prouincia Arabia[q] σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admissum tale est: plerique[r] inimicorum solent prædiū inimici σκοπελίζειν, id est lapides ponere indicio[s] futuros, quod si quis eum agrū coluisset, malo leto periturus esset insidiis eorum qui scopulos[t] posuissent. Quæ res[u] tantum timorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui scopelismon fecerunt. hanc rem[x] præsides exequi solent grauiter vsque ad pœnam capitis: quia & ipsa res mortem comminatur.

X. Idem eodem libro.

IN Ægypto qui chomata[y] rumpit, vel dissoluit, (hi sunt[z] aggeres[a] qui quidem solent aquam Niloticam[b] continere) æque plectitur extra ordinem & pro conditione sua, & pro admissi mensura. quidam[c] opere publico, aut metallo plectuntur. & metallo[d] quidem secundum suam dignitatem, si quis arborem sycaminonem[e] exciderit. Nam & hæc res vindicatur extra ordinē non leui pœna, idcirco quòd hæ arbores colligunt[f] aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur & coercentur, & diminutiones æque coercentur[g]. Chomata etiam & diacopi[h] qui in aggeribus[i] fiunt, plecti efficiunt[k] eos qui id admiserint.

XI. Paulus libro primo Sententiarum.

CAsus. Præcipit puniri saccularios. & qui sint dic vt in gl. domini mei Acc. Item præcipit puniri directarios, & exponit qui sint directarij. & dicit quòd pœna eis imponatur. Secundo dicit: qui instrumentū meum alicui recitauit, ex quo doleo, & passus sum damnum: punitur extra ordinē. Tertio iubet puniri capite eos qui ponūt lapides in aliquo fundo, & per hoc dant intelligere, quòd si quis colat illum, quòd occidetur ab eis. Quarto dicit cum in Ægypto non pluat, aqua Nili spargebatur certo tēpore anni per fūdos. & quilibet includebat de illa aqua in fossatis suorum fundorum. si ergo aliquis ista fossata rumpat vel destruat, & sic aqua recedit, punitur extra ordinem. Item cum arbores plantētur in riuis illorum fossatorum, vt ripæ non ruant: si quis illas arbores inciderit, grauissime punitur. Itē cum sint aliqua instrumenta siue dulchæ per quas diuiditur aqua Nili quæ veniebat in fundos: de stercoribus si quis ea obstruat, grauiter punitur. Franciscus Accur.

l ¶ *Saccularij.* qui[c] saccos ferūt plenos mercibus falsis, & falsis nummis: & cū eis soluitur pro merce pecunia, partē pecunię furātur, negantes se accepisse quantū acceperant: & quod reddūt, ex parte fuit dantis ex parte eorum tantū. & ideo fallunt retēta bona pecunia cum sibi cambiri traditam poscūt. Azo. 2. Vel saccularij. i. ioculatores. 3. Vel tertio secundū P. id est qui in saccis portant merces desuper bonas. inferius malas in eodem sacco.

m ¶ *Subducunt.* veritas supponentes bonis mercibus quas ostēdunt. H. ad hoc & superius primum respon. *facit. j. de effra. l. j. §. fi. nulli modo & C. de prin. agen. in reb. l. j. in fi.*

n ¶ SVnt.] Executionem. aliàs persecutionem.

o ¶ *Prodita esse dicat.* id est manifestata esse, ex quo est læsus: *argu. j. de pœnis. l. si quis aliquid. ij. §. instrumenta.*

p ¶ *Executio.* aliàs persecutio.

q ¶ SVnt.] *Arabia.* sequitur Græcum. *& facit j. de pœnis. l. aut facta. §. fina.*

r ¶ *Plerique.* vt est in illo Græco.

s ¶ *Indicio.* id est vt indicaretur quòd si quis &c.

t ¶ *Scopulos.* i. lapides.

u ¶ *Quæ res.* idest delicta facta.

x ¶ *Hanc rem.* s. delictum. *& facit C. vt nemi. li. sine iudi. aucto. l. j. & ij.*

y ¶ IN Ægypto.] Chomata. i. aggeres: vt statim ponit. choma enim proprie dicitur diuisio. nā diuidūtur scilicet aggeres seu chomata loca ab inuicē. dicitur etiā fieri comma vocis: cum in fine vox exalta. ut: sima vero, cum in eodē statu retinetur: periodus verò, cum deprimitur.

z ¶ *Hi sunt.* melius dixisset, hęc sunt: & ponit chomata.

a ¶ *Aggere.* idest chomata. Accursius.

b ¶ *Niloticam.* in Ægypto non pluit: & ideo certis temporibus anni egreditur aqua Nili per prædia: & quilibet in suo prædio facit aggeres vt aquam cōtineat: & de hisdicit hic. Sunt & alij aggeres qui sunt iuxta flumē Nili: & si quis eos rumpit, flāmis ibi cōburitur: *vt C. de Nili aggerib. l. j.* Accursius.

c ¶ *Quidam.* s. prædictorum rumpentium dictam aquam.

d ¶ *Et metallo.* id est in opus metalli: & est differentia inter hāc pœnam, & metallum, de quo subiicit: *vt j. de pœ. l. aut damnum. §. inter eos.* Accur.

e ¶ *Sycaminonem.* ficus est Ægyptia prædulcis, sine granis.

f ¶ *Colligunt.* id est retinent, ne ruant.

g ¶ *Coercentur.* ne fluant. Accur.

h ¶ *Chomata etiam & diacopi.* hæc duo idem significant. & dicitur diacopi, à dia, quod est duo: & copos, quod est diuisio: quia in duas partes aquę diuidebantur. sunt ergo hic chomata, instrumenta aqua quibus diuidebatur & deriuabatur.

i ¶ *In aggeribus.* id est iuxta aggeres. Accursius.

k ¶ *Efficiunt.* id est faciunt eos puniri.

IN circulares.] CASVS. Quidam portant secum serpentes, siue bascas: & faciunt timorem aliquibus: qui ducti timore fugiunt, & sua dimittunt quæ ibi habebāt: & alij veniunt qui ea furantur. dicitur quòd isti portantes serpentes grauiter puniuntur. Franciscus Accursius.

¶ Vide in hāc l. Petrum Critinum lib. de hon. disc. 17. c. 8. & Celiū Rho. lectionum antiquar. lib. 18. c. 15 & Bud. in annot. posterio. his.

† Flo. directarij.

¶ In aliis libris hæc lex cum duab. seq. §. est superioris.

† executionem aliàs excussionem.

c Saccularij qui.

o executio, siue excussio.

¶ Vnde in hunc l. ... lo prætermissa ... constitu ... l. 8 c. ...

† Puniendi sunt delicta more prouinciarū vbi delicta committuntur: et secundum mores loci vbi de delicto inquiritur, ... Dynum ... cons. ... C. de summ. Trinitate: adde Bald. in l. ... C. de episc. & cleric. ... & quibus ea consuetudo ... pœnis grauior ... infamia ... vbi d. criminis agi oportet.

a ¶ *In circulatores.* à circunfero: & est in præpositio. Accursius.
b ¶ *Et proponunt.* scilicet subitò alicui vt metu serpentino fugiat, suáque dimittat, vt interim alius occupet.
c ¶ *Actio dabitur.* i. accusatio, de qua pœna est extraordinaria.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

¶ De sepulchro quoque violato nunc extraordinariè agi nõ est dubiũ, quia de re fuit & est etiam nunc si quis hanc malit, actio priuata his quorum interest in id quod æquum iudici videbitur dũ tamẽ nõ minoris condẽnet iudex quã in aureos. C. Sepulchro violato vel CC. sepulchro inhabitato aut inædificato. In id, inquã, quod æquũ iudici videbitur. est enim concepta in bonũ & æquũ, sicut actio iniuriarum prætoria, & actio de deiectis & effusis ex illa parte qua libero homini nocitũ esse dicitur, & actio de moribus, quæ etiam omnes vindictã persequuntur, atque dãnũ persequi ... non dantur. Est etiam de sepulchro violato actio popularis in C. vel CC. aureos, cessantibus his quorum interest. Est & publicum iudiciũ. l. 8. hoc tit. De furto est priuatũ & extraordinarium, & ex quibusdam causis publicum. De bonis raptis, priuatũ, publicũ, extraordinariũ. Itẽ de iniuriis, Itẽ de sepulchro violato, ac præterea populare, vt data opera videatur hic titulus positus in cõfinio, vel potius intermedio priuatorum, extraordinariorũ, popularium & publicorum iudiciorum, quæ oriuntur ex delictis. hæc enim participat omnia sepulchri violati crimen. Cu.

¶ De sepulchris, & eorũ violatione nõ nihil Caluin. lib. 17. c. ...

IN circulatores [a] qui serpentes circunferunt & proponunt [b] si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur [c].

DE SEPVLCHRO violato. †

TITVLVS XII.

Condemnatus act. in factum de sepulchro violatis, est infamis. Fr. Ac.

I. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum Prætoris.*

SEpulchri violati actio infamiam irr...

II. IDEM *lib... octauodecimo ad ... Prætoris.*

SI sepulchrum quis diruit [f], cessat Aquilia [g]: quod vi tamen aut clam [h] agendum erit. Et ita de statua de monumento [i] euulsa Celsus scribit [k]. Idem quærit, si neque adplumbata fuit [l], neque adfixa, an pars monumenti effecta sit: an vero maneat in bonis nostris. Et Celsus scribit sic esse [m] monumenti, vt ossuariam [n] & ideo quod vi aut clam interdicto [o] locum fore.

III. VLPIANVS *libro vicensimo quinto ad Edictum Prætoris.*

PRætor ait: *Cuius dolo malo sepulchrũ violatũ esse dicetur, in eum factum iudicium dabo: vt ei ad quẽ pertineat, quanti ob eã rem æquũ videbitur [p], cõdemnetur. Si nemo erit ad quẽ pertineat, siue agere nolet [q]: quicũque agere volet, ei centũ aureorũ [r] actionẽ dabo. Si plures agere volẽt, cuius [s] iustissima [t] causa esse videbitur, ei agẽdi potestatẽ faciã. Si quis in sepulchro dolo malo, habitauerit, ædificiũue aliud quam sepulchri causa factũ sit, habuerit: in eum si quis eo nomine agere volet [u], ducẽtorũ aureorũ iudiciũ dabo.*

1. ¶ Prima verba ostẽdunt eum demum ex hoc [x] plecti, qui dolo malo violauit. Si igitur dolus absit cessabit eiusdem [y] personæ [z]. Igitur doli nõ capaces, vt admodum impuberes [a], item omnes qui non animo violandi accedunt [b]: excusati sunt. 2. Sepulchri autem appellatione omnem sepulturæ locum cõtineri existimandum est [c]. 3. ¶ Si quis in hereditariũ [d] sepulchrum inferat quamuis heres, tamen potest sepulchi violati teneri, si fortè contra voluntatem testatoris intulit. Licet enim cauere testatori, quis eò inferatur: vt rescripto imperatoris Antonini cauetur. seruari enim voluntatem eius oportere. Ergo & si cauit vt vnus tantùm heredum inferret, seruabi-

a Actio in factum sepulchri violati infamat.

d SEpulchri.] *Actio.* scilicet [a] in factum: *vt j. l. ij. in prin.* non solum accusatio.
e *Irrogat.* condemnatione facta.

SI sepulchrum.] CASVS. Destruxisti sepulchrum tuũ diruendo ipsum, teneor qđ vi aut clã. idẽ statuã supra sepulchrũ tuũ positã destruxi: siue sit affixa, siue sit applũbata sepulchro, siue nõ nam teneor interdicto quod vi aut clam, non Aquil. Fran. Acc.
f ¶ *Diruit.* sine iudicis auctoritate: *vt supra de aqua plu. arcen. l. quamquam. §. j.* Accur.
g ¶ *Cessat Aquilia.* quia non possum me dicere dominum sepulchri. Aquil. actio competit hero: *vt supra ad leg. Aquil. l. item Mela. §. legis.* Accur.
h ¶ *Aut clam.* scilicet opus restituendum.
i ¶ *De monumento.* quæ affixa fuerat monumento: vt differat à sequenti. Accur.
k ¶ *Scribit.* scilicet vt nõ agatur Aquilia: sed interdicto quod vi aut clam, & de sepulchro violato.
l ¶ *Fuit.* scilicet statua. Accur.
m ¶ *Esse.* scilicet statuam. Accursius.
n ¶ *Ossuarium.* in lib. Ioan. ossaria. Et dic ossuariam [b], vt vrnã in qua ossa reconduntur: vel id est monumenta.
o ¶ *Interdicto.* & cessat Aquilia. *& ad hoc. s. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. si quis de monumento. & l. denique. §. quæsitum. in fine.* Sed contra, *supra de iniur. l. si statua.* Sol. vt ibi.

b Ossuaria quid.

PRætor.] CASVS. Dolo cuius sepulchrũ violatũ est, tenetur ac. in factũ ad interesse ei ad quẽ pertinet sepulchrum. Si nemo sit ad quem pertineat, vel si est, non tamẽ vult agere: prætor permittit cuicũq; volẽti agere act. vsq; ad c. aureos. sed si plures sũt qui volunt agere. præfertur qui iustiorẽ causam habet. Itẽ si quis in sepulchro alieno habitauerit, vel ædificiũ aliquod nõ sepulchri causa ibi fecit: quicũq. vult agere cõtra eũ, prætor permittit vsq; ad quantitatẽ ducentorũ aureorum. Postea Vlpia. exponit verba prædicta, & dicit: apparet ex primis verbis edicti, eũ qui violat sepulchrũ, ita demũ teneri, si dolo malo hoc facit. impuberes ergo non tenentur hoc edicto, cùm dolo careant, & appellatione sepulchri, omnis locus sepulturæ continetur. [SI QVIS.] Heres si inferat mortuum in hereditarium sepulchrum tenetur quãdoq. sepulchri violati: vt si prohibuerat testator ne heredes aliquem ibi inferrent. seruari enim debet voluntas testatoris. Idem si vni heredum concessit inferre, aliis vetuit. nam seruabitur volũtas defuncti. Secundo dicit: corpus positum in vno loco, animo alibi portandi, bene potest transferri: & nõ patitur pœnam qui transfert: licet si bene vellet facere, debet licẽtiam impetrare ab episcopo vel principe. Tertio prohibet sepeliri aliquem intra ciuitatẽ, & pœna imponitur in eos qui sepeliũt intra ciuitatem, & in magistratum qui hoc patitur: & locũ sepulchri publicari iubet: & inde mortuum transferri. & si consuetudo erat ante hanc l. posse in ciuitate sepeliri: eã consuetudinem tollit [SI QVIS IN SEPVLCHRO.] Qui habitat in sepulchro, vel ædificium ibi facit: quicunque vult agere contra eum, potest. Secundo dicit: qui cadauera spoliant: si quidẽ cum armis, capite puniũtur, si sine armis, in metallum damnãtur. Tertio dicit: iudex qui cognoscit super act. sepulchri violati: debet æstimare interesse agẽtis, inspecta iniuria: item lucro violãtis sepulchrum: item damno ex hoc contingente. non tamen minoris condemnet iudex quàm si extraneus ageret: quod est c. aureorum cõtra violãtem & contra inhabitantem, ducentorum. [SI AD PLVRES.] Sepulchrum plurium violaui, dicitur quòd hæc act. omnibus datur cõtra me in eo quod cuiusq; interest. Secundo dicit: sepulchro violato, ille cuius interest, non vult agere, imò renuit. dicitur quòd potest pœnitere ante lit. cõtest. ab alio. Tertio dicit seruus tuus in sepulchro meo habitat, vel ibi ædificauit, dicitur quòd potest accusari, noxalis autem nõ datur. sed si domum habeat seruus in sepulchro, non tamẽ habitat ibi, noxalis datur. Vltimò dicit hæc actio quæ ex hoc edicto datur, est popularis. Fran. Accur.

* quia quod ...

Hoc veteri Solon. Cice. 2. de legib.

p ¶ *Aequum esse videbitur.* ad interesse: nũquã tamẽ minoris quã extraneo: *vt j. ea. l. §. qui de sepulchri. vers. item & vers. nunquam.* & in hoc potest esse procurator: *vt s. de procu. licet in pr. n.*
q ¶ *Nolet.* ad hoc *C. de adulte. quamuis ij. & infra e. l. sepulchri violat. & de suc. edi. l. j. §. quibus & ad Tertul. l. j. §. si nemo.* Accur.
r ¶ *Centum aureorum.* [a] Imò videtur x. pondo auri: *vt C. eod. l. qui sepulchra.* Sed ibi criminaliter. & [b] infertur fisco: Hic ciuiliter, & datur priuato. in iudice autem negligente punire, est pœna xx. lib. auri: *vt C. eo. si quis sepulchrum. 3.*
s ¶ *Cuius.* nunc respondet.
t ¶ *Iustissima.* ad hoc. *s. de lib. ho. exhi. l. iij. §. si tamen plures. & j. de accu. si plures. & s. de fideic. lib. l. iiij. §. creditoribus tamen caueri. & de admi. tut. l. iij. §. pe. & de pac. l. iurisgentium. §. si. & l. maiorem. & j. de popu. act. l. ij. & iij.* Itẽ hoc accipe quãdo nõ interesset horum qui agere volebãt: aliàs oẽs agerent: *vt j. ea. l. §. si ad plures.*
u ¶ *Volet.* Not. curiose in primo edicto haberi delectum personarum: in hoc non.
x ¶ *Ex hoc.* scilicet edicto. Accursius.
y ¶ *Eiusdem.* aliàs, in eãdẽ personã. aliàs, in eiusdẽ psona pœna.
z ¶ *Persona.* id est non erit ea persona quæ teneatur.
a ¶ *Impuberes.* quidam, sed non omnes: *vt s. de except. doli. apud. §. quæ in tutore.*
b ¶ *Accedunt.* quos ignorantia consilij.
c ¶ *Existimandum est.* vt *& s. quod vi aut clam. l. fin. §. si quis.*
d ¶ *Si quis in hereditarium.* quod hereditarium, & quod familiare sit,

a Sepulchri violati pœna ciuilis & criminalis: quæ iure ciuili. De iure Canonico gesta irritantur. c. fraternitatem. de sepultura.
b Criminalis

sit, habes *supra de religio. l. familiaria. & l. seq.*

a ¶ *Contineretur.* ad hoc. *C. de religio. l. si nec dum. & ar. ḟ. de leg. iij. l. si ita legatum. & supra de religio. si quis eo animo.* Sed argu. contra. *ḟ. de transact. l. cum hi. §. sine igitur. versi. sed si non fuerint.*

b ¶ *Prohiberentur.* facit *supra de religio. l. ne corpora.*

c ¶ *Per territoria.* Quid sit[a], dic vt *j. de verbor. sign. l. pupillus. §. territorium.*

d ¶ *Diuus tamen.* quanquam diui Seueri sufficiat decretum. Ro. Vel de his quæ non perpetuæ sepul. tradita sunt, dixit: Vel de his quæ tradita sunt perpetuę, vt hic: vt hic nulli sepulturæ traditum.

e ¶ *Sine permissu.* vt omnis euitetur suspicio. *ad quod. C. de relig. l. fi. & supra de relig. l. ossa. in prin.* ¶ Et not. hic delictum[b] sine pœna: *vt sup. de relig. at si quis. §. idem Labeo. & C. de sign. l. ij. & supra quod me. cau. l. fi. §. fi. & j. quando appel. sit l. j. §. biduum & de inter. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & sup. de iur. l. j.*

f ¶ *Eorum.* s. pontificum[c] vel principum: *vt ḟ. de religio. l. ossa. in prin.* Accur.

g ¶ *Quam.* s. pœnam quadraginta aureorũ.

h ¶ *Passi.* vt *Cod. de commer. l. ij. in fine. & C. de religio. l. mortuorum.*

i ¶ *Sepeliri.* Quidam hic colligũt q̃ cõsuetudo non vincit legẽ: quasi primo fuerit lex Hadriani, & postea superuenerit consuetudo pro quibus est. *C. de resci. l. eos. in fin. & supra ad leg. Rho. de iac. leg. domine imperator Antonine.*[d] secundum quod vno modo legitur. 2 Tu dic[e] quod consuetudo superueniens vincit legẽ: siue

tur vt solus inferat. 4 ¶ Nõ perpetuæ sepulturę tradita corpora posse trãsferri, edicto diui Seueri cõtinetur[a]: quo mãdatur, ne corpora detinerẽtur, aut vexarẽtur, aut ꝓhiberẽtur[b] per territoria[c] oppidorũ trãsferri. Diuus tamẽ[d] Marcus rescripsit nullã pœnam meruisse eos qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidũ transuexerũt: quamuis talia fieri sine permissu[e] eorum[f] quibus permittẽdi ius est, nõ debeant.

5 ¶ Diuus Hadrianus rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepeliunt, quam[g] fisco inferri iussit: & in magistratus eadem qui passi[h] sunt: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamẽ si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri[i]? post rescripta principalia[k] an ab hoc[l] discessum sit, videbimus: quia generalia sunt rescripta. Et oportet imperialia statuta suam vim obtinere, & in omni loco[m] valere. 6 ¶ Si quis in sepulchro habitasset, ædificiũmve habuisset: ei qui velit, agendi potestas fit. 7 ¶ Aduersus eos* qui cadauera spoliant, præsides seuerius interuenire: maximè si manu armata adgrediant[n]: vt si armati more latronũ id egerint, etiã capite plectãtur: vt D. Seuer' rescripsit. Si sine armis: vsq. ad pœnã metalli procedũt. 8 ¶ Qui de sepulchri violati actione iudicant: æstimabũt quatenus intersit[o] scilicet ex iniuria quæ facta est. Itẽ ex lucro eius qui violauit: vel ex dãno quod cõtigit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nũquã tamẽ minoris debẽt cõdẽnare, quã solẽt extraneo agẽte[p]. 9 ¶ Si ad plures ius sepulchri pertineat, vtrũ omnibus damus actionẽ: an ei qui occupauit[q]? Labeo omnibus dandã dicit, rectè: quia in id quod vniuscuiusq. interest, agitur[r]. 10 ¶ Si is cuius interest, sepulchri violati agere noller[s]: pœnitentia acta, antequam lis ab alio cõtestetur, dicere velle se agere: & audietur. 11 ¶ Si seruus in sepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio cessat[t]: & in eum[u] prætor hãc actionem[x] pollicetur. Si tamẽ nõ habitet, sed domũculam ibi[y] habeat seruus, noxale iudicium[z] erit dandũ: si modo habere posse[a] videtur. 12 ¶ Hęc actio popularis[b] est.

IV. PAVLVS *libro vicensimoseptimo ad Edictum Praetoris.*

Sepulchra hostiũ religiosa nobis non sunt[c]: ideóque lapides inde sublatos in quẽlibet vsum conuertere possumus: non sepulchri violati actio cõpetit.

V. POMPONIVS *libro 6. ex Plautio.*

Vtimur eo iure, vt dominis fundorũ in quib' sepulchra fecerint, etiam post vẽditos fundos adeundorũ[d] sepulchrorũ sit ius. Legibus[e] nãq. prędiorũ vendũdorũ cauetur[f], vt ad sepulchra

sit generalis, & tunc generaliter: *vt supra de leg. & senatuscon. de quibus. §. i. veterat.* siue specialis & tũc specialiter: *vt hic, & supra communi prad. a. venditor. §. si constat. & supra quod cuiusque vniuer. l. item. in princ. in Glo. vel perpetua.* & secundum hoc fiat hic punctũ interrogatiuè post dictionem sepeliri. & de his dixi in d. l. de quibus. Accur.

k ¶ *Principalia rescripta.* facta post legem municipalem.

l ¶ *Ab hoc.* rescripto Hadriani. R. sed cautè in plurali de rescrip. loquitur. vnde dic, ab hoc, & quod statuitur in rescrip. Hadria.

m ¶ *In omni loco.* ad hoc. *C. de tempo. in in. eg. rest. l. superuacuam.*

n ¶ *Adgrediantur.* hic criminaliter agitur.

o ¶ *Quatenus intersit.* Quod qualiter probetur, dic vt *C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest. l. j.*

p ¶ *Extraneo agente.* quod est c. aureorum contra violãtem. Itẽ cc. aureorum contra habitantem: *vt supra ea. l. §. si nemo. & §. si quis in sepul. & sic j. ff. de excu. tu. §. qui autem & C. de temporib. in integ. resti. ea quæ ij. respon.* Accur.

q ¶ *Occupauit.* s. dabitur actio. Accur.

r ¶ *Agitur.* Quid ergo si vnius interest in x. alterius in xx? Resp. fiat condẽnatio in c. vt bis tantum cõsequatur is cuius interest in xx. quàm alius, non enim ideo plus deliquit violans. ¶ Itẽ not. quòd dicit omnibus dari: quia omnium interest. alias eligitur vnus: *vt ḟ. e. l. si ad plures.* Itẽ facit *j. de adul. l. si maritus. in prin. & §. j. & §. ij. Item. Inst. de capi. demi. §. fi.*

s ¶ *Nollet.* siue dicas, nollet dissimulando: siue expressè remittẽdo: est contra. *ḟ. de mino. auxilium.* sed facilius iniuria. actio tollitur. *vt ḟ. tit. j. eo. in ipsum. §. ij.* Item cõtra. *j. de adul. si maritus. §. si negauerit.* Sol. vt ibi. Item contra. *C. qui accus. non pos. l. accusationem. & l. si ea.* Solu. vt in *d. l. accusationem.* Item contra. *C. de pact. l. postquam.* Sed ibi erat lis contestata: hic non. vel ibi ciuilis. Vel dic, secundum alios, noluit agere tũc nec tamẽ remittere: ibi sic: *vt arg. ḟ. de iudi. l. destitisse.* ¶ Sed quid si ille expressè & prorsus remisit? Respon. Ir. & R. adhuc eundem audiendum. & idẽ in omni crimine publico dicũt: *vt not. ḟ. de pac. l. transigere. §. si pacifcar.* excepto adulterio: *vt in d. §. si negauerit. l. si maritus. j. de adul.* licet alij contradixerint quãdo expressè renũtiauit. & facit ad hoc quod hic de pœnitẽtia dicitur. *j. de fal. l. qui falsam. & ḟ. de iur. sic. omn. indi. si conuenerit & quod quisque iur. l. j. in fin. & de repu. si pœnituit. & C. ad leg. Iuliam ma. l. quisquis. in fin. & ḟ. ad leg. Iulia. de ambi. l. j. & Cod. de pœna iudi. Authen. noua inte. arg. contra supra de fur. l. qui ea mente. & vi bono. rapt. l. non prodest.* *Item argu. contra. *supra de lega. j. huiusmodi. §. Stichum.* ADDITIO. Dic quòd ibi fuit statim ius quęsitum ex sola electione: hic non nisi secuta renuntiatione, secundùm Bar.

t ¶ *Cessat.* quia quasi publica est accusatio, & pro priuato crimine tãtum solet noxalis actio dari: *vt supra de adil. edic. quis sit fugitiuus. §. quod aiũt. ver. noxas.*

u ¶ *Et in eum.* scilicet seruum.

x ¶ *Actionem.* id[b] est accusationẽ. *sic in Authen. de sanct. episcopis. §. si quis autem pro pecuniaria. col. ix. nam & supra e. l. §. aduersus. de accu.* locutus est. & absit vt credam actionẽ ciuilem dari in seruũ, secundum Ioan. & Ir. Alij dicunt hic specialiter *ḟ. vi bo. rap. l. antepe. §. pe.* vel dic etiam ciuilem: & dices in seruum, scilicet factum liberum. vel in seruum, id est in dominum nomine serui, *sic supra de iurisd. omn. iudi. l. si familia.* & sic intelligitur vi bono. rapt.

y ¶ *Ibi.* i. in sepulchro.

z ¶ *Noxale iudicium.* quia non est tam graue delictum, vt criminaliter sit puniendus. H.

a ¶ *Posse.* sunt enim quædã sepulchra adeò parua, vt in eis domunculam habere non posset.

b ¶ *Popularis.* veruntamen[c] ei cuius interest, primo competit: *vt ḟ. l. ij. in prin. sic & supra ne quid in lo. pub. l. ij. §. si quis. versi. aduersus eum. & §. hoc interdum. & supra de libe. ho. exhib. l. iij. §. hoc interdictum. & C. de adulte. l. quamuis adultery. & j. de popu. act. l. iij. item facit ad hunc. §. supra ad Sil. l. j. in fin.*

SEpulchra.] CASVS. Sepulchra hostiũ quæ cepim', nõ sũt apud nos religiosa. vnde q̃ destruit ea, non tenetur hac act. Fr. Ac.

c ¶ *Non sunt.* nec nostra eis: *vt supra de reli. l. cum loca. in fin.*

VTimur.] CAS. In fundo meo habebam sepulchrum vendidi fundum excepto sepulchro. dicitur quòd non possũ agere contra emptorem, vt det mihi iter ad sepulchrum. Fran. Accur.

d ¶ *Adeundorum.* quod est verum si in venditione excipit sepulchrum: vel si est publicum iter: alioquin transit cum prædio: *vt ḟ. de relig. l. si vẽditor. & de act. emp. si mercedem. §. si eum fundum, & facit de contrahen. emp. l. qui fundum. j. §. in lege.* Quidam tamen dicũt tacite semper exceptum quod nihil est.

e ¶ *Legibus.* i. pactis *sic supra. depos. l. j. §. si conueniat.*

f ¶ *Cauetur.* i. caueri solet. quod si non fuerit cautum, dic idem si modo sepulchrum fuerit exceptum: vt modo dixi.

a Territorium quid.

b Delictum aliquando sine pœna.

c Pontificum permissu cadauera transferri ex vno loco in alium poterant.

* i. vispelliones secundũ Fulgentium. vide l. Si quis ita sup. de e. tit.

d alias depre. catio.

e Cõsuetudo generalis generaliter: specialis specialiter legẽ vincit.

f Probari quẽadmodũ possit id quod interest, de quo vide plura apud Mascardum. n. de Probationib. Conclu. 919. ad 914.

¶ Interesse nostrum aliquãdo consideratur ratione lucri quod fecit aduersarius.

a Ibi in delicto, ne maleficia remaneant impunita, nõ est locus pœnitẽtiæ ex parte delinquentis hic ex parte cuiusque potest pœnitere, secundum Bar.

b Actio pro accusatione.

c Sepulchri violati actio licet popularis sit, ei tamẽ cui interest, primo competit.

a ¶ *Ambitus*.id est circuitus.vel abitus,scilicet ad redeundum[a]: & editus.scilicet ad veniendum: & iter comprehendit vtrumque:quasi duo sequentia exponant primum.

a Securitas veniendi data, intelligitur etiam data pedditu Baibus...

SEpulchri.] CASVS. Actio sepulcri violati datur in primis ei ad quē id spectat.sed si ille abest, & alius egit,& obtinuit:imo do ille cuius interest, reuersus si velit agere, non auditur.Fr.Accu.

b ¶ *Dominus*. i. is ad quem ea res,pertinet.

c ¶ *Sustulerit*. i. soluerit, vel etiam acceperit:vel etiam tantū lis contest. fuerit:vt s. l.iij. §.si it.nec enim in petitione pœnarum auxilium proditū est: vt s.de mino. leg. auxilium.Sed contra. s. ex qui.cau.ma.l. si qua militi.& ibi not.glos.j. in fi.Sol. ibi tempore lædebatur: hic pro hoc quòd alius egit,& exegit:*facit infra de popu. act.l.ij.*

¶ Sed magis.

b In bonis nostris nō sunt, quæ ad vltionem datur.

d ¶ *Ad vltionem*.& ideò in bonis nostris non est antè lit. contest.*vt hic & j. de verb. signi.l.si cui. & s. tit. ij. l.iniuriarum. & de acquir.here.l.pro herede.in fin.* sic in actione iniuriarum:*vt s.titu.ij. l. iniuriarum.* Sed videtur huic contra.s.l.iij. §.qui de sepulchri. vbi dicit dari ad interesse. Sed certè licet veniat ad interesse,non tamē ad interesse datur tantum,vt ibi. Vel dic,venit secundario.

quę in fundis sunt:iter ei *, aditus ambitus[a] funeris faciendi sit.

VI. IVLIANVS *libro decimo Digestorum*.

2 SEpulchri violati actio in primis datur ei ad quem res pertinet: quo cessāte si alius egerit,quamuis reipublicæ causa abfuerit dominus [b],nō debebit ex integro aduersus eū qui litis æstimationem sustulerit[c],dari. Nec potest videri deterior fieri conditio eius qui rei publicæ causa abfuit: cū hæc actio nō ad rē familiarē eiusdē, magis†ad vltionem[d] pertineat.

VII. MARCIANVS *libro tertio Institutionum*.

SEpulchri deteriorem conditionem fieri prohibitū est[e]: sed corruptū & lapsum monumentum corporibus non contractis[f] licet reficere.

VIII. MACER *libro primo Publicorum*.

3 SEpulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere[g] ex illa parte quia de eo cauetur qui fecerit quid quominus aliquis funeret,sepeliaturve: quia & qui sepulchrum violat, facit quo quis minus sepultus sit[h].

IX. IDEM *libro secundo Publicorum Iudiciorum*.

DE sepulchro violato actio quoque pecuniaria[i] datur.

X. PAPINIANVS *libro octauo Quæstionu*.

QVæsitū est, an ad heredē necessariū,cū se bonis nō miscuisset[k], actio sepulchri violati pertineret. Dixi, rectè cum ea actione experiri, quæ in bonum & æquum [l] concepta est. Nec tamen si egerit[m], hereditarios creditores timebit:cū etsi[n] per hereditatem obtigit [o] hæc actio,nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate neq. id capiatur,qd in rei persecutione [p], sed in sola vindicta sit cōstitutū.

XI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum*.

REi sepulchrorū[q] violatorū si corpora ipsa extraxerit, vel ossa eruerint:humilioris qui dē fortunę summo supplicio adficiūtur:honestiores in insulā [r] deportantur: alias autē relegātur,aut in metallum damnātur.

SEpulchri.] CASVS. Sepulchrum deteriorari prohibitū est: corruptum autem siue destructū potest quis reparare siue reficere, corporibus quæ ibi sunt,non contrectatis. Accursius.

¶ s.a. §.vlt. l. de acqu.hered.

e ¶ *Prohibitum est*. vt C.e.l.qui sepulchra,& s.e. l.ij.in prin.Accur.

f ¶ *Non contractis*.aliàs cōtractis:& aliàs cōtractatis: *& facit s. de mor. inferen.l.j. §.prætor. vsque in fi. & facit C.de relig.l.j.in fin.* Acc.

SEpulchri.] CASVS. Crimen sepulchri violati pertinet ad l. Iuliam de vi,in ea parte eius qua cauetur, qui fecit quo minus aliquis funeretur,sepeliatúrve:cū & violādo sepulchum,fit quo minus quis sepultus sit:& sic ea lege potest accusari.Frā.Accur.

c Sepulchri violati crimē ad legem Iuliam de vi publica etiam referri potest. d Sepulchri violati nomine,etiam pecuniaria actio datur.

g ¶ *Pertinere*. vt[c] s.de iniur.l. prætr. §.j.& j.ad legem Iul.de vi publ.qui cœtu.& s.eo.l.ij.§.aduersus.Accursius.

h ¶ *Sepultus sit*.vt supra.de mor.inferen.l.j.in fi.

i DE sepulchro.Pecuniaria.vt[d] s.eo.l.iij.§.aduersus in prin. & §.j. non solum criminalis.

QVæsitum est.] CASVS. Dicitur quòd hæc actio pro sepulchro violato competens,vadit ad filium defuncti,licet non succedat pater:nec per hoc videtur succedere.Fran.Accur.

k ¶ *Immiscuisset*.quod ei licet per prætorem: *vt s. de acquir.here. l.necessariis.*

l ¶ *Aequum*. non seruato iuris rigore:*vt s.eo.l.iij.in prin. & facit s.de iniu.l.non solum.§.j.& de cap.demi.l.eas.* Accur.

m ¶ *Si egerit*.scilicet quilibet ageret.

n ¶ *Etsi*.id est quamuis.

o ¶ *Obtigit*.scilicet filium.

p ¶ *Persecutione*.vel quod in hereditate æstimetur,cum ad liberos transeunt hæc iura,& non ad heredes: *vt s. de relig.l.vel qua facit s.de acqui.here.l. pro herede.§.fi.& s.eo.l.sepulchri violati. in fi. & j.de popu.act.l.pen.& j.de verb.signifi.l.si cui.*

REi.] CASVS. Qui corpora extraxit de sepulchro,vel ossa:si est humilis,decapitatur.si est honestus, in insulam deportatur.Franc.Accursius.

q ¶ *Rei sepulchrorum*.id est accusati.

r ¶ *In insulam*.¶Hic not.quòd ciuiliter agit actione in factū ad c.vel cc.aure.*vt s.l.iij.in prin.& §.j.* itē criminaliter, & tūc secūdū qualitatē personarū & factorū:*vt hic.& s.l.iij. §.aduersus.& l.sepulchri violati crimē.* Sed & alibi dicitur quòd decē pondo auri dat fisco:*vt C.eo.l.qui sepulchra.* vnde potest dici, quòd quādo ipsa corpora extraxit, vel contrectauit, habeat locum quod hic dicitur:aliàs quod in illa l. qui sepulchra. vt ibi plenè diximus.

DE CONCVSsione.

DE concussione autem id est de terrore iniecto pecunia vel rei alicuius extorquenda causa, est priuata actio ex edicto de calumniatoribus, & ex hoc titulo extraordinarium crimen. Et quibusdam casibus publicum, vt declarat l.2. Cuiacius.

DE CONCVSSIONE. TITVLVS XIII.

I. VLPIANVS *libro quinto Opinionum*.

SI simulato[s] prę sidis iussu cōcussio interuenit, ablatū eiusmodi[t] terrore restitui præses prouinciæ iubet[u], & delictum coercet[x].

II. MACER *libro primo Publicorum iudiciorum*.

COncussiōis iudiciū publicū non est[y]:sed si ideò pecuniā quis accepit,quòd crimē minatus sit:potest iudiciū [z] publicum esse ex senatuscōsultis[a] quibus pœna legis Cornelię teneri iubentur qui in accusationē incio:*vt j.l.proxi.ij.respon.*

s ¶ I *simulato*. Quod nō est, simulo: dissimulóque quod est. Dixit ergo officialis,quod præsidis iussu debebat quendā capere: & non dixit verū: & propter hūc timorem aliquid fuit ei datum:vt faciūt nuncij cōmunis. Accursius.

t ¶ *Ablatum eiusmodi*.aliàs ablatum huiusmodi terrore: & tunc plana. aliàs ablatū est in omni tempore: & tunc speciale, vt præscriptione non tollatur:*vt Cod. ad leg. Corne. de fal.querela.* aliàs ablatum eiusmodi tēpore. id est hoc quod auferat. ¶ Et no.quòd hoc[a] crimine tenetur qui occasione alicuius dignitatis quam habet, vel officij[b], aliquos premit:*vt argum. C. de condict. ob turp. cau.l. quod exactandi.* & quandoque, sine offi-

a Concussionis admissæ qui tenetur.

b Vt si notarios plus salis eo ait iusto exigat pro instrumento...

u ¶ *Iubet*.actione in factum.Accursius.

x ¶ *Coercet*.extra ordinem:& hoc accusatione instituta ad quod s. ... prius.deli.l.fi.& de fur.l.fi. Accur.

COncussionis.] CASVS. Accusatio de concussione non est publica.si autem quis accepit pecuniam à me, ne me accusaret de quodam delicto: potest accusari lege Corne. de fal.qua cauetur ne quis accipiat pecuniam,ob accusandum, vel non accusandum,& hæc accusatio est publica.Fran.Accur.

y ¶ *Publicum non est*.i.sēper:sed aliquādo sic.& hoc est, sed si,&c. Est ergo priuatū,vt tantum ille qui passus est cōcussionē, possit etiā criminaliter accusare,nisi in casu qui sequitur,secūdū Az.& H.& oēs,vel potes dicere quòd semper est priuatū.etiā si detur ex causis seq.nec eni ibi dicit ꝙ hoc sit publicū: sed si accusatio. *l.cor.de fal.* instituatur:quæ potest institui,vt ibi dicit: publicum est:quia illa accusatio publica est:*vt j.de pub.iud.l.j.* Accur.

z ¶ *Iudicium*.s.concussionis.& hoc ex senatusconsul.id est argu. horum senatuscon. quę inducunt aliam accusationem publicā: vt per hoc etiam[c] sit hæc publica.vel dic judicium.scilicet legis Cornel.de fal.vt non dicat de crimine cōcussionis quòd sit publicum,licet habet locum,sed erit priuatum:vt modo dixi.

c Publicum crimen tunc dicitur, quādo lex dicit, agi ex lege publicorum iudiciorum.

a ¶ *Ex senatusconsultis*.Libonlano & Volusiano:*vt j.ad l. Corn.de fal. l.j.in prin.*secundum quosdam.Sed certè ibi nō est mētio horū senatuscon.sed habetur.*j.ad l.Iul.de vi pri.l.ex senatuscon.* ¶Et not.hunc teneri crimine:*vt hic.* Item crimine fal.*vt hic.& j.de fal. l.j.§.j.& l.Iul.repe.vt infra ad l. Iul. repe.leg.eadem.* Item l.Remmia.si accepit vt non accusaret:*vt infra ad Turpil.l.j.in princip.* Item edicto de calum.*vt s.de calum.l.j.§.j.*¶ An autē vna per aliā tollatur,dic vt ibi.Itē ad hanc legem in eo tit.*de calum.l.si ob eo.*

Denuntiandum.

a ¶ *Denuntiandum.* id est dicendum.

DE ABIGEIS.

¶ *Dicit hic Bartolus quod quidam habent de ambigeis: sed secundum eum melius stat de abigeis: quia venit de abigo, gis. quod idem est quod subtraho subtrahis.*

a Ambigei & abigei.

¶ *Abigeatus quoque crimen extraordinarium est. sed est etiam in ambigeos quasi in fures ordinaria furti actio si quis hac uti malit. l.1. C. e. quanquam abiges latrones potius sint quam fures. l.9. §. Imp. locat. maximè si cum gladio pecora aliena depraedéter, ut plerunque faciunt. l.2. h. tit. & placet quid de his puniendis. l.1. refert Hadrianum rescripsisse consilio Baeticae: erant enim Hispani b olim maximi abigei, adeo ut Iustus poeta dicent intelligat abigeos. & rectè consilio, ut in Graeco, non ... Placet etiam quod l.3. lenius coerceri, ut aliàs emendauimus quam ex illa huius abigat quam qui ex sylua vel grege duxit d, enim statuitur in eos qui bus patet maior facultas copia. Iustinus de Scythis: Nullum c scelus apud eos furto grauius, quippe sine tecto muniméto que pecora & armenta habentibus quid salauum esset si furari liceret.*

b Hispani olim maximè abigeatoin fames.

* Proconsuli Baeticae Inf. ad le. Corn. de sicar. l. lege Corn. Tauriniproconsulis Veticae mentio fit.

c ... pro consilio.

d Puniendi sunt grauius quibus patet maior furádi copia.

e Furto nullū grauius delictū apud Scythas.

noccētiū coierint, quive ob accusandū vel nō accusandū, denuntiandum[a] vel non denuntiandum testimoniū, pecuniā acceperit.

DE ABIGEIS.

TITVLVS XIIII.

1. VLPIANVS *libro octauo de officio Proconsulis.*

De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus consilio[*] Veticae rescripsit: Abigei cum durissime puniuntur[b], ad gladium damnari solent. Puniuntur autem durissimè nō vbique, sed vbi frequētius est id genus maleficij[c]: alioquin[d] & in opus & nonnunquā temporarium dantur.

1 ¶ Abigei autem propriè hi habentur, qui pecora[e] ex pascuis vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo depraedantur, & abigendi studium quasi artem exercēt, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes. Caeterum si quis bouem † aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit: non est abigeus[f], sed fur potius.

2 ¶ Sed & qui porcam vel capram vel verrecem[g] abduxit[h]: nō tam grauiter quam qui maiora animalia abigunt, plecti[i] debet.

3 ¶ Quamquā autē Hadrianus metalli pœnā, item operis, vel etiam gladij praestituerit[k]: attamē qui honestiore loco nati sunt, nō debēt ad hāc pœnā pertinere: sed aut relegādi erunt, aut mouēdi[l] ordine. Sanè qui cū gladio abigunt: nō iniquè bestiis obiiciūtur[m].

4 ¶ Qui pecora de quorū proprietate faciebat cōtrouersiā, abegit: vt Saturninus quidē scribit, ad examinationē ciuilē remittēdus est[n]: sed hoc ita demū probādū est, si nō colore[o] abigeatus quaesitus est, sed verè putauit[p] sua, iustis[q] rationibus ductus.

Crimen abigeatus non est publicum: si tamen cum gladio quis abigit oues vel pecora, bestiis damnatur. Accur.

2. MARCIANVS *libro primo Publicorum iudiciorum.*

Abigeatus[r] crimē publici iudicij non est: quia furtum magis est. Sed quia plerumque abigei & ferro vtuntur, si deprehendentur, ideo grauiter[s] & puniri eorum admissum solet.

3. CALLISTRATVS *libro sexto de cognitionibus.*

Oues pluris[*] numero abactorū[f] aut furem[*] aut abigeum faciunt. Quidam decē oues gregem esse putauerunt. porcos etiam quinque vel[u] quatuor abactos, equum, bouem vel vnū abigeatus crimen facere.

1 ¶ Eū quoque plenius coercendū, qui à stabulo abegit domitū pecus: non à silua, nec grege.

2 ¶ Qui saepius abegerūt, licet semper vnum vel alterū pecus subripuerint, tamen abigei sūt.

3 ¶ Receptatores abigeorum qua pœna plecti debeat, epistula D. Traiani ita cauetur, vt extra terram Italiā[x] decē annis relegarētur.

¶ *De abigeis.*] CASVS. Hadrianus rescripsit de pœna abigeis imponēda, & dixit: cū abigei puniūtur grauissimè: dānātur ad gladiū. & non semper haec pœna imponitur, sed quotiés hoc crimē frequēter cōtingit. cū autē nō cōtingit frequēter: in opus metalli ad tēpus damnātur. & illi dicūtur abigei, qui pecora ex pascuis vel ex armētis subripiunt, quasi hācartē habētes. si enim oues errātes abducā: fur sum, non abigeus. Item qui abducit caprā vel ouem, hāc artē habens: minus punitur quàm si maiora animalia abduxisset. Item licet Hadrianus pœnā gladij vel operis metalli imposuit: hoc verū est in humilibus. si enim de honestioribus sunt: debēt relegari, aut ab ordine moueri, nisi cum gladio abigerent. nā tunc bestiis subiiciūtur. Vltimò dicit: si cū esset quaestio inter me & te de proprietate ouium, interim pecora abegi, cessat hoc crimē: nisi callidè siue dolosè litem hāc fecissem ad hoc vt postea ea abigerem. Fr. Accur.

¶ Obseruantē ouem non esse abducēdā, sed domino reseruandam iubet Deus. Deu. c. 22.

b ¶ *Puniuntur.* i. puniri solent.

c ¶ *Id genus maleficij.* vt ita alij terreantur: *vt C. ad l. Iul. repe. l. j. & infra de pœ. l. capitalium. §. pen. & l. aut facta. §. j. & argu. C. ad l. Corn. de sic. l. sed si ego. in fin. & ff. de fer. coll. l. moueor. & C. de re. eo. qui sub tu. l. quamuis. in fi.*

ff de fer. expertic.

d ¶ *Alioquin.* id est si non sit frequentius.

e ¶ *Qui pecora.* decem oues, vel quatuor porcos vel equos: non minorem numerum: nisi & artem faciant: vt statim dicam. *& facit in Auth. de nup. si igitur. coll. iiij.*

f ¶ *Non est abigeus.* nisi hoc quasi artem exerceat, secundū Ioā. alioquin contra infra eo. l. fi. §. subsequum. *& facit supra de incen. Pedius. §. j. & j. de pœ. l. aut facta. §. quantitas.*

g ¶ *Verrecem.* alias verbicem. & aliàs herbicem.

h ¶ *Abduxit.* quasi artem exercendo: nec obstat superioribus, & ei quod dicitur. j. eo. l. oues.

h ¶ *Abduxerint.* animo doloso: non vt domino reddant.

i ¶ *Plecti.* j. de accu. l. lenia.

k ¶ *Praestiterit.* vt s. ead. l. i. a prin.

l ¶ *Mouendi.* alias amouendi. & aliàs mouendi. Accur.

m ¶ *Obiiciuntur.* ad hoc quod secundum conditionem personae. *s. de incen. l. Pedius. §. j. & de extraord. cri. l. annon. m. & ff. pra de se ... viola. l. iiij. §. qui de sepulchri.*

n ¶ *Remittendus est.* cessante criminali: quia dolo caret. *& facit C. ad l. Fla. de plag. l. praeses.*

a Criminali actione fit, vbi nullus dolus est admissus.

o ¶ *Colore.* nisi velit delictum occultare occasione talis quaestionis, sicut quęuis res oc culta tui colore.

p ¶ *Putauit.* tunc enim quia dolo caret, nō tenetur hoc crimine.

q ¶ *Iustis rationibus.* idem & non iustis: sed quoquo modo suā crederet, etiam errore [c] iuris, cum cesset dolus: *vt supra de lib. causa. l. ij. & tur. §. si.* & sic etiam expone quod est. *Cod. de plagi. l. plagij criminis. & fac. s. loca. de. vt supra. & de sepora. d l. j. §. pen.* Sed argu. contra. *Inst. vi bon. rap. §. quia tamen.* ADDITIO. Dic quòd hoc ideo, quia ita accusatio requirit dolum. ibi secus. & dic vt per Bar. hic & supra si quis testa. li. esse iui. tue.

b A dolo excusat error seu ignorantia quęcunque etiam iuris, de quo dixi in Gio. l. plagij. 11. C. ad l. Fab. am de plagiarijs. v Cepola in l. ... C. ... cap. pro emptore.

c Error iuris excusat à dolo & mala fide. Cepola. d. loco.

r ¶ *Abigeatus.*] *Grauiter.* quia bestiis subiiciuntur: *vt supra. l. j. §. abigei. versi. quamquam.* ¶ Item not. quòd sine[e] inscriptione agitur hoc iudicio: *vt j. eo. l. j.*

e Inscriptio non est necessaria in criminis accusatione.

¶ *Oues.*] CASVS. Secūdum numerū ouium subtractarum est quis fur, vel abigeus. qui enim decem oues, vel porcos quinque vel quatuor, vel vnum bouem vel equū subripit, abigeus dicitur. & grauius punitur qui de stabulo accepit, quàm qui de silua. Itē qui saepe subripit, licet vnaquaque vice vnam ouē, abigeus dicitur. Itē receptatores abigeorum extra Italiam x. annis sunt relegandi. Fran. Accur.

f ¶ *Abactorum.* i. eorum quae abducuntur, & subtrahūtur. Neutraliter enim ponitur. vel dic animalium, hoc est ouium. nā impropriè videtur loqui, cum de ouibus inceperit in fœminino, & transit ad neutrum. Accur.

t ¶ *Faciat.* & hoc cum non exercet quasi studium: quo casu crimine abigeatus non tenetur, nisi x. subripuerit.

u ¶ *Vel.* pro saltem. vel pro etiam pone: & hoc cū is qui subripuit, velut artem exercet: alioquin *contra. s. eo. l. j. §. abigei.* 2 Alij dicūt quòd hic de equitio vel armēto: ibi nō. ¶ Et caue quia nō dicitur quòd vnus equus sit grex: sed idē erit fortè quod in porcis, scilicet quòd quinque vel quatuor faciunt gregē. Accursius.

x ¶ *Extra terram Italiam.* si ergo non sit de Italia, extra prouinciam suam. *& facit j. de recepta. l. j.*

DE PRAEVARICATORIBVS[f].

¶ *Praeuaricatio est collusio accusatoris vel nuntiatoris cum reo, vt absoluatur, sub idem crimen in accusatorem qui iudicio publico non ex animo egit, extraordinarium in aduocatum qui prodidit causam aduersario, qua proditio veluti praeuaricatio est. sed & in accusatorem sicque & tiam hodie extraordinarium. Cuiacius.*

f v. Bossiū in prax. titulo de Praeuaricatoribus calūniatoribus & tergiuersatoribus. 56.

¶ *Praeuaricator.*] CASVS. Primo dicit quis est praeuaricator. & propriè praeuaricator est qui accusat aliquē, & fictitias probationes inducit, & veras omittit. aduocatus autē alicuius qui prodit causā suā, siue criminalem, siue ciuilē. & qui talis est animo nō propriè dicitur praeuaricator. punitur tamen extra ordinem. & hoc dicit haec l. & seq. Fr. Acc.

a ¶ *Ex altera.* scilicet potius: quia præualet animus: vt hic, & ɔ̃. *de his qui not. inf. l. athletas. §. pe. & a g. j̃. de capti. l. nihil.*

b ¶ *Accusauerit.* fictitie[a] admittẽdo falsas defẽsiones, & bonas probationes dissimulando: *vt j̃. ad Turpillianum. l. j. §. præuaricatorem.*

c ¶ *Præuaricator.* propriè: sed impropriè[b] seu abusiuè. *sic C. de adno. diuer. iud. l. j.* & [c]punitur extraordinariè: sicut & ille qui accusans de publico crimine præuaricatur: vt hic subiicit, *& dicta leg. C. & j̃. l. proxi.*

a Præuaricator in publico iudicio quatenusque quæ dicatur. b Præuaricatori aduocatus improprié dicitur. c Pœna aduocati præuaricatoris. * In indiceti. De præuaricatoribus. sic & in manusc. L. 4. 3. de his qui no. infa. ¶ Vide in hunc locum Vallam l. 6. elega. c. 50.

DE PRÆVARICAtione*.

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro sexto ad Edictum Prætoris.*

PRæuaricator est † quasi varicator: qui diuersã partem adiuuat prodita causa sua. quid nomẽ Labeo à varia certatione tractũ ait. nã qui præuaricatur, ex vtraq. parte cõstitit*: quimò ex altera[a]. 1 ¶ Is aũt præuaricator propriè dicitur, q publico iudicio accusauerit[b]. Cæterũ aduocatus non propriè præuaricator[c] dicitur. Quid ergo de eo fiet? Siue priuato iudicio, siue publico præuaricatus sit, hoc est prodiderit causam[d], hic extra ordinem solet puniri.

II. VLPIANVS *libro nono de officio Proconsulis.*

SCiendum, quòd hodie his qui præuaricati sunt[e], pœna iniungitur extraordinaria[f].

III. MACER *libro primo publicorum iudiciorum.*

PRæuaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus[g] inductum est. 1 ¶ Nam si reus accusatori publico iudicio ideo præscribat, quòd dicat se eodem crimine ab alio accusatum: cauetur lege Iulia publicorum, vt non prius accusetur, quàm de prioris accusatoris præuaricatione constiterit[h], & pronuntiatum fuerit. huius ergo præuaricationis pronuntiatio[i] publici iudicij[k] intelligitur. 2 ¶ Quòd si aduocato præuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium nõ est. nec interest, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur[l]. 3 ¶ Si ideo quis accusetur, quòd dicatur crimẽ iudicij publici destituisse[m], iudicium publicum non est: quia neque lege aliqua[n] de hac re cautum est: neque per senatusconsultum[o] quo pœna quinque auri librarũ in desistentẽ statuitur[p], publica accusatio inducta est.

IV. IDEM *libro secundo publicorum iudiciorum.*

SI is de cuius[q] calumnia agi prohibetur præuaricatur in causa iudicij publici pronũtiatus sit, infamis[r] erit.

V. VENVLEIVS *Saturninus libro secundo publicorum iudiciorum.*

ACcusator in præuaricatione conuictus, postea ex lege non accusat[s].

VI. PAVLVS *libro singulari de iudiciis publicis.*

AB imperatore nostro & patre eius rescriptũ est, vt in criminibus quę extraordinẽ obiiciuntur, præuaricationes* eadem pœna[t] adficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem cõmisissent, qua reus[u] per præuaricationem absolutus est.

VII. VLPIANVS *libro quarto de Censibus.*

IN omnibus causis, prętorquã in sanguine[x], qui delatorem[y] corrupit, ex senatuscõsulto pro victo habetur[z].

d ¶ *Prodiderit causa.* in qua patrocinatur, etiã si causa erat publica: *vt j̃. l. præuaricationis. §. quod si aduocato.*

d Præuaricatio alia propria, alia impropria. * consilio.

e SCiendum.] *Præuaricati sunt.* propria[d] vel abusiua præuaricatione: *vt no. ɔ̃. l. proxi. in fi.*

f ¶ *Extraordinaria.* & infamia: *vt inf. eo. l. si is.*

PRæuaricationis.] CASVS. Iudiciũ præuaricationis est publicum quandoque: vt si absolutum de aliquo delicto volo eum adhuc accusare, & ille dicat se absolutum: & ego replicem, & dicam primum accusantem præuaricatum fuisse. hoc enim iudiciũ publicum est. Item quãdoque est moribus introductum, id est priuatum, si aduocatus de præuaricatione accusetur, siue in causa priuata, siue criminali fuerit præuaricatus. Vltimo dicit: quidam accusauit quendam de aliquo delicto: & destitit, non est publica accusatio cõtra eum inducta, sed v. lib. auri punitur per Turpillianum. Fran. Accur.

e Præuaricationis iudiciũ moribus inductum priuatum est & à publico differt.

g ¶ *Moribus.* quod[e] est priuatum.

h ¶ *Constiterit.* vel nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: *vt j̃. de accu. si cui. §. iisdem.* ¶ Item quid si iuramento se purgauit? Respon. vt ibidem not. *& facit supra de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. & C. de accu. si quis homicidij: & supra de libe. ho. exhib. l. quod & lex. §. si autem plures. versi. si tamen postea.*

i ¶ *Pronuntiatio.* Hoc est speciale, vt de incidẽti quæstione pronuntietur: ea ratione, quia per eam sentẽtiam præiudicatur omnibus omnino, cũ nullus postea possit admitti si pronuntietur non præuaricatum: quod non fieret in aliis except. 1 Vel dic non speciale: quia hic principaliter secũdus accusator abiecta except. est repellendus propter absolutionem: & quia dicebatur, non est ille præuaricatus, qui primo accusauit. Secundus verò ait: & ego accuso eum de præuaricatione & sic fecit. vnde differtur accusatio donec pronuntietur. vt & aliàs. *j̃. de adulte. l. denunciasse. §. quæritur.* Azo. & adde hic *quæ not. ɔ̃. de iudi. l. de qua re.*

f Præuaricationis iudiciũ an & quatenus publicũ.

k ¶ *Publici iudicij.* Imò[f] non publici: *vt ɔ̃. de ritu nupt. l. palam. §. senatus. versi. si qua calumniæ. quæ est contra.* Sol. vt ibi.

l ¶ *Dicatur.* scilicet aduocatus. *facit sup. l. j. in fin.* & quod ibi not.

h ¶ *Chomata etiam & diacopi.* hӕc duo idem significant. & dicitur diacopi, à dia, quod est duo: & copos, quod est diuisio: quia in duas partes aquę diuidebantur. sunt ergo hic chomata, instrumenta aqua quibus diuidebatur & deriuabatur.

i ¶ *In aggeribus.* id est iuxta aggeres. Accursius.

k ¶ *Efficiunt.* id est faciunt eos puniri.

IN circulares.] C A S V S. Quidam portant secum serpentes, & ... ue bascas: & faciunt timorem aliquibus: qui ducti timore fugiunt, & sua dimittunt quӕ ibi habebāt: & alij veniunt qui ea furantur, dicitur quòd isti portantes serpentes grauiter puniūtur. Franciscus Accursius.

† executio, forte, excusatio.

† Vide in hanc l. Alcia. li. prӕterm. 2. hoc ipso ... Criniti lib. 8. c. 16.

Puniendi sunt delicta morte prouinciarum ... ad coertionem pertinent, ... loci vbi de de... quiritur, ... C. de summ. Trinitate ... non ducam capere C. de episc. & clericis ... infamia ... & pœna ... vbi ... ne agi oportebat.

a ¶ *In circulatores.* à circunfero: & est in præpositio. Accursius.
b ¶ *Et proponunt.* scilicet subitò alicui vt metu serpentino fugiat, suáque dimittat, vt interim alius occupet.
c ¶ *Actio dabitur.* i. accusatio, de qua pœna est extraordinaria.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

¶ *De sepulchro quoq; violato nunc extraordinariè agi nō est dubiū, qua de re fuit & est etiam nunc si quis hanc malit, actio priuata his quorū interest in id quod æquum iudici videbitur du tamē nō minoris condēnet iudex quā in aureos. C. Sepulchro violato vel CC. sepulchro inhabitato aut inædificato. In id, inquā, quod aquū iudici videbitur, est enim concepta in bonū & aquū, sicut actio iniuriarum prætoria, & actio de deiectis & effusis ex illa parte qua libero homini nocitū esse dicitur, & actio de moribus, quæ etsi iis omnes vindictā persequuntur, atque dānū pecuniæ non dantur. Etiam de sepulchro violato actio popularis C. vel CC. aureos, cessātibus his quorū interest. Est & publicum iudiciū. l. 8. hoc tit. De furto est priuata & extraordinarium, & ex quibusdam causis publicum, De bonis raptis, priuatū, publicū, extraordinariū. Sic de iniuriis, Itē de sepulchro violato, ac præterea populare, vt data opera videatur hic titulus positus in cōfinio, vel potius inter medio priuatorum, extraordinariorū, popularium & publicorum iudiciorum, quæ oriuntur ex delictis. hæc enim participat omnia sepulchri violati crimen. Cu.*

¶ De sepulchris, & eorū violatione nō nihil Celsus lib. 17. c.

IN circulatores[a] qui serpentes circunferunt & proponunt[b] si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur[c].

DE SEPVLCHRO violato. †
TITVLVS XII.

Condemnatus act. in factum de sepulchro violatis, est infamis. Fr. Ac.

I. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum Prætoru.*

SEpulchri violati actio[d] infamiam irrogat[e].

II. IDEM *libro* [illegible]*decimo ad Edictum Prætoru.*

SI sepulchrum quis diruit[f], cessat Aquilia[g]: quod vi tamen aut clam[h] agendum erit. Et ita de statua de monumento[i] euulsa Celsus scribit[k]. Idem quærit, si neque adplumbata fuit[l], neque adfixa, an pars monumenti effecta sit: an vero maneat in bonis nostris. Et Celsus scribit sic esse[m] monumenti, vt ossuariam[n] & ideo quod vi aut clam interdicto[o] locum fore.

III. VLPIANVS *libro vicensimo quinto ad Edictum Prætoris.*

PRætor ait: *Cuius dolo malo sepulchrū violatū esse dicetur, in eum factum iudicium dabo: vt ei ad quē pertineat, quanti ob eā rem æquū videbitur[p], cōdemnetur. Si nemo erit ad quē pertineat, siue agere nolet[q]: quicūque agere volet, ei centū aureorū[r] actionē dabo. Si plures agere volent[s], cuius[t] iustissima causa esse videbitur, ei agēdi potestatē faciā. Si quis in sepulchro dolo malo, habitauerit, ædificiūue aliudquàm[?] sepulchri causa factū sit, habuerit: in eum si quis eo nomine agere volet[u], ducētorū aureorū iudiciū dabo.*

1. ¶ Prima verba ostēdunt eum demum ex hoc[x] plecti, qui dolo malo violauit. Si igitur dolus absit cessabit eiusdem[y] personæ[z]. Igitur doli nō capaces, vt admodum impuberes[a], item omnes qui non animo violandi accedunt[b]: excusati sunt. 2. Sepulchri autem appellatione omnem sepulturæ locum cōtineri existimandum est[c]. 3. ¶ Si quis in hereditariū[d] sepulchrum inferat quamuis heres, tamen potest sepulchi violati teneri, si fortè contra voluntatem testatoris intulit. Licet enim cauere testatori, quis eò inferatur: vt rescripto imperatoris Antonini cauetur. seruari enim voluntatem eius oportere. Ergo & si cauit vt vnus tantùm heredum inferret, seruabi-

a *Actio in factum sepulchri violati infamat.*

d S *Epulchri.*] *Actio.* scilicet[a] in factum: *vt j. l. iij. in prin.* non solum accusatio.
e *Irrogat.* condemnatione facta.

SI *sepulchrum.*] CASVS. Destruxisti sepulchrum tuū diruendo ipsum. teneor qđ vi aut clā, idē si statuā supra sepulchrū tuū positā destruxi: siue sit affixa, siue sit applūbata sepulchro, siue nō nam teneor interdicto quod vi aut clam, non Aquil. Fran. Acc.
f ¶ *Diruit.* sine iudicis auctoritate: *vt supra de aqua plu. arcen. l. quamquam. §. j.* Accur.
g ¶ *Cessat Aquilia.* quia non possum me dicere dominum sepulchri, Aquil. actio competit hero: *vt supra ad leg. Aquil. l. item Mela. §. legis.* Accur.
h ¶ *Aut clam.* scilicet opus restituendum.
i ¶ *De monumento.* quæ affixa fuerat monumento: vt differat à sequenti. Accur.
k ¶ *Scribit.* scilicet vt nō agatur Aquilia: sed interdicto quod vi aut clam: & de sepulchro violato.
l ¶ *Fuit.* scilicet statua. Accur.
m ¶ *Esse.* scilicet statuam. Accursius.
n ¶ *Ossuariam.* in lib. Ioan. ossaria. Et dic ossuariam[b], vt vrnā in qua ossa reconduntur: vel id est monumenta.

b *Ossuaria quid.*

o ¶ *Interdicto.* & cessat Aquilia. *& ad hoc. s. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. si quis de monumento. & l. denique. §. quæsitum. in fine.* Sed contra, *supra de iniur. l. si statua.* Sol. vt ibi.

PRætor.] CASVS. Dolo cuius sepulchrū violatū est, tenetur ac. in factū ad interesse ei ad quē pertinet sepulchrum. Si nemo sit ad quem pertineat, vel si est, non tamē vult agere: prætor permittit cuicūq; volēti agere act. vsq; ad c. aureos. sed si plures sūt qui volunt agere. præfertur qui iustiorē causam habet. Itē si quis in sepulchro alieno habitauerit, vel ędificiū aliquod nō sepulchri causa ibi fecit: quicūq. vult agere cōtra eū, prętor permittit vsq; ad quantitatē ducentorū aureorum. Postea Vlpia. exponit verba prędicta, & dicit: apparet ex primis verbis edicti, eū qui violāt sepulchrū, ita demū teneri, si dolo malo hoc facit. impuberes ergo non tenentur hoc edicto, cùm dolo careant, & appellatione sepulchri, omnis locus sepulturæ continetur. [SI QVIS.] Heres si inferat mortuum in hereditarium sepulchrum tenetur quādoq. sepulchri violati: vt si prohibuerat testator ne heredes aliquem ibi inferrent, seruari enim debet voluntas testatoris. Idem si vni heredum concessit inferre, aliis vetuit. nam seruabitur volūtas defuncti. Secundo dicit: corpus positum in vno loco, animo alibi portandi, bene potest transferri: & nō patitur pœnam qui transfert: licet si bene vellet facere, debet licētiam impetrare ab episcopo vel principe. Tertio prohibet sepeliri aliquem intra ciuitatē, & pœna imponitur in eos qui sepeliūt intra ciuitatem, & in magistratum qui hoc patitur: & locū sepulchri publicari iubet: & inde mortuum transferri. & si consuetudo erat ante hanc l. posse in ciuitate sepeliri: eā consuetudinem tollit [SI QVIS IN SEPVLCHRO.] Qui habitat in sepulchro, vel ædificium ibi facit: quicunque vult agere contra eum, potest. Secundo dicit: qui cadauera spoliant: si quidē cum armis, capite puniūtur. si sine armis, in metallum damnātur. Tertio dicit: iudex qui cognoscit super act. sepulchri violati: debet æstimare interesse agētis, inspecta iniuria: item lucro violātis sepulchrum: item damno ex hoc contingente. non tamen minoris condemnet iudex quàm si extraneus ageret: quod est c. aureorum cōtra violātem & contra inhabitantem, ducentorum. [SI AD PLVRES.] Sepulchrum plurium violaui, dicitur quòd hæc act. omnibus datur cōtra me in eo quod cuiusq; interest. Secundo dicit: sepulchro violato, ille cuius interest, non vult agere, imò renuit. dicitur quòd potest pœnitere ante lit. cōtest. ab alio. Tertio dicit seruus tuus in sepulchro meo habitat, vel ibi ædificauit, dicitur quòd potest accusari, noxalis autem nō datur. sed si domum habeat seruus in sepulchro, non tamē habitat ibi, noxalis datur. Vltimò dicit hęc actio quæ ex hoc edicto datur, est popularis. Fran. Accur.

quàm quo de

Hoc vetuit Solon. Cice. 2. de legib.

p ¶ *Aequum esse videbitur.* ad interesse: nūquā tamē minoris quā extraneo: *vt j. ea. l. §. qui de sepulchri. versi item & vers. nunquam.* & in hoc potest esse procurator: *vt s. de procu. l. licet in prin.*
q ¶ *Nolet.* ad ho. *C. de adul. te. quamuis ij. & infra e. l. sepulchri violat. & de suc. edi. l. j. §. quibus & ad Tertul. l. j. §. si nemo.* Accur.
r ¶ *Centum aureorum.*[a] Imò videtur x. pondo auri: *vt C. eod. l. qui sepulchra.* Sed ibi criminaliter. & [b] infertur fisco: Hic ciuiliter, & datur priuato. in iudice autem negligente punire, est pœna xx. lib. auri: *vt C. eo. l. si quis sepulchrum. 3.*

a *Sepulchri violati pœna ciuilis & criminalis quæ iure ciuili. De iure Canonico gesta irritantur. c fraternitatem. de sepultura.*
b *Criminaliter*

s ¶ *Cuius.* nunc respondet.
t ¶ *Iustissima.* ad hoc. *s. de lib. ho. exhi. l. iij. §. si tamen plures. & j. de accu. si plures. & s. de fideic. lib. l. iiij. §. creditoribus tamen caueri. & de admi. tut. l. iij. §. pe. & de pac. l. iurisgentium. §. si. & l. maiorem. & j. de popu. act. l. ij. & iij.* Itē hoc accipe quādo nō intererat horum qui agere volebāt: aliàs oēs agerent: *vt j. ea. l. §. si ad plures.*
u ¶ *Volet.* Not. curiose in primo edicto haberi delectum personarum: in hoc non.
x ¶ *Ex hoc.* scilicet edicto. Accursius.
y ¶ *Eiusdem.* aliàs, in eādē personā. aliàs, in eiusdē psona pœna.
z ¶ *Persona.* id est non erit ea persona quæ teneatur.
a ¶ *Impuberes.* quidam, sed non omnes: *vt s. de except. doli. apud. §. quæ in tutore.*
b ¶ *Accedunt.* quos ignorantia consilij.
c ¶ *Existimandum est.* vt *& s. quod vi aut clam. l. fin. §. si quis.*
d ¶ *Si quis in hereditariū.* quod hereditarium, & quod familiare sit,

tur vt solus inferat. 4 ¶ Nõ perpetuæ sepulturę tradita corpora posse trãsferri, edicto diui Seueri cõtinetur[a]: quo mãdatur, ne corpora detinerẽtur, aut vexarẽtur, aut phiberẽtur[b] per territoria[c] oppidorũ trãsferri. Diuus tamẽ[d] Marcus rescripsit nullã pœnam meruisse eos qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidũ transuexerũt: quamuis talia fieri sine permissu[e] eorum[f] quibus permittẽdi ius est, nõ debeant.

5 ¶ Diuus Hadrianus rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepeliunt, quam[g] fisco inferri iussit: & in magistratus eadem qui passi[h] sunt: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamẽ si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri[i]? post rescripta principalia[k] an ab hoc[l] discessum sit, videbimus: quia generalia sunt rescripta, Et oportet imperialia statuta suam vim obtinere, & in omni loco[m] valere. 6 ¶ Si quis in sepulchro habitasset, ædificiúm ve habuisset: ei qui velit, agendi potestas sit. 7 ¶ Aduersus eos[a] qui cadauera spoliant, præsides seuerius interuenire: maximè si manu armata adgrediant[n]: vt si armati more latronũ id egerint, etiã capite plectãtur: vt D. Seuer[s] rescripsit. Si sine armis: vsq. ad pœnã metalli procedũt. 8 ¶ Qui de sepulchri violati actione iudicant[o] æstimabũt quatenus interſit[o] scilicet ex iniuria quæ facta est. Itẽ ex lucro † eius qui violauit: vel ex dãno quod cõtigit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nũquã tamẽ minoris debẽt cõdẽnare, quã solẽt extraneo agẽte[p]. 9 ¶ Si ad plures ius sepulchri pertineat, vtrũ omnibus damus actionẽ: an ei qui occupauit[q]? Labeo omnibus dandã dicit, rectè: quia in id quod vniuscuiusq. interest, agitur[r]. 10 ¶ Si is cuius interest, sepulchri violati agere nollet[s]: pœnitentia acta, antequam lis ab alio cõtestetur, dicere velle se agere: & audietur. 11 ¶ Si seruus in sepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio cessat[t]: & in eum[u] prætor hãc actionem[x] pollicetur. Si tamẽ nõ habitet, sed domúculam ibi[y] habeat seruus, noxale iudicium[z] erit dandũ, si modò habere posse[a] videtur. 12 ¶ Hęc actio popularis[b] est.

IV. PAVLVS *libro vicensimoseptimo ad Edictum Pretoris.*

Sepulchra hostiũ religiosa nobis non sunt[c]: ideóque lapides inde sublatos in quẽlibet vsum conuertere possumus: non sepulchri violati actio cõpetit.

V. POMPONIVS *libro 6. ex Plautio.*

Vtimur eo iure, vt dominis fundorũ in quib[us] sepulchra fecerint, etiam post vẽditos fundos adeundorũ[d] sepulchrorũ sit ius. Legibus[e] nãq. prędiorũ vendũdorũ cauetur[f], vt ad sepulchra

---

fit, habes *supra de religi. l. familiaria. & l. seq.*

a ¶ *Continetur.* ad hoc. *C. de religio. l. si uetitum. & ar. 3. de leg. lib. l. si ita legatum. & supra de religio. si quis eo animo.* Sed argu. contra. *3. de transact. l. cum hi. §. sed igitur. vers. sed si non fuerint.*

b ¶ *Prohiberentur.* facit *supra de religio. l. ne corpora.*

c ¶ *Per territoria.* Quid sit[a], dic *vt j. de verbor. signi. l. pupillus. §. territorium.*

d ¶ *Diuus tamen.* quãquam diui Seueri sufficiat decretum. Ro. Vel de his quæ non perpetuæ sepul. tradita sunt, dixit: Vel de his quæ tradita sunt perpetuę, vt hic: vt hic nulli sepulturæ traditum.

e ¶ *Sine permissu.* vt omnis euitetur suspicio. *ad quod. C. de relig. l. fi. & supra de relig. l. ossa. in prin.* ¶ Et not. hic delictum[b] sine pœna: *vt sup. de relig. at si quis. §. idem Labeo. & C. de pign. l. iij. & supra quod me. caus. l. fi. §. fi. & j. quãdo appel. sit l. j. §. bidaum & de inter. & releg. leg. relegatorum. §. ad tempus. & sup. de fur. l. j.*

f ¶ *Eorum.* s. pontificum[c] vel principum: *vt 3. de religio. l. ossa. in prin.* Accur.

g ¶ *Quam.* s. pœnam quadraginta aureorũ.

h ¶ *Passi.* vt *Cod. de commer. l. v. item facit C. de religio. l. mortuorum.*

i ¶ *Sepeliri.* Quidam hic colligũt q cõsuetudo non vincit legẽ: quasi primo fuerit lex Hadriani, & postea superuenerit consuetudo pro quibus est. *C. de usu. l. eos. in fin. & supra ad leg. Rho. de iac. leg. deprecatio. imperator Antonine.*[d] secundum quod vno modo legitur. 2 Tu dic[e] quod consuetudo superueniens vincit legẽ: siue sit generalis, & tunc generaliter: *vt supra de leg. & senatuscon. de quibus. §. i. aeterat.* siue specialis & tũc specialiter: *vt hic. & supra commonus: prad. o. vt additor. §. si cons. & supra quod cuiusque vniuer. l. item. in princ. in Glo. vel perpetua.* & secundum hoc fuit hic punctũ interrogatiuè post dictionem sepeliri. & de his dixi in d. l. de quibus. Accur.

k ¶ *Principalia rescripta.* facta post legem municipalem.

l ¶ *Ab hoc.* rescripto Hadriani. R. sed cautè in plurali de rescrip. loquitur. vnde dic, ab hoc, & quod statuitur in rescrip. Hadria.

m ¶ *In omni loco.* ad hoc. *C. de tempo. in in. eg. rest. l. supernacuam.*

n ¶ *Adgrediantur.* hic criminaliter agitur.

o ¶ *Quatenus interest.* Quod qualiter probetur, dic *vt C. de sent. quæ pro eo quod interest. l. j.*

p ¶ *Extraneo agente.* quod est c. aureorum contra violãtem. Itẽ cc. aureorum contra habitantem: *vt supra ea. l. §. si nemo. & §. si quis in sepul. & sic J. si. de excu. tu. §. qui autem & C. de temporib. in integ. resti. ea quæ y. respon.* Accur.

q ¶ *Occupauit.* s. dabitur actio. Accur.

r ¶ *Agitur.* Quid ergo si vnius interest in x. alterius in xx: Resp. fiat condẽnatio in c. vt bis tantum cõsequatur is cuius interest in xx. quàm alius. non enim ideo plus deliquit violans. ¶ Itẽ not. quòd dicit omnibus dari: quia omnium interest. aliàs eligitur vnus: *vt 3. e. l. 6 ad plures.* Itẽ facit *j. de adul. l. si maritus. in prin. & §. j. & §. y. Item. Inst. de capi. demi. §. fi.*

s ¶ *Nollet.* siue dicas nollet dissimulando: siue expressè remittẽdo: est contra. *3. de mino. auxilium.* sed facilius iniuria. actio tollitur: *vt 3. tit. x. o folium. §. y.* Item cõtra. *j. de adul. si maritus. §. si negauerit.* Sol. vt ibi. Item contra. *C. qui accusa. non pos. l. accusationem. & l. si ea.* Solu. vt in *d. l. accusationem.* Item contra *C. de pact. l. postquam.* Sed ibi erat lis contestata: hic non. vel ibi ciuilis. Vel dic, secundum alios, noluit agere tũc nec tamẽ remittere: ibi sic: *vt arg. 3. de iudi. l. destitisse.* ¶ Sed quid si ille expressè & prorsus remisit? Respon. Ir. & R. adhuc eundem audiendum. & idẽ in omni crimine publico dicũt: *vt not. 3. de pac. l. ... §. si pacistur.* excepto adulterio: *vt in d. §. si negauerit. l. si maritus. j. de adul.* licet alij contradixerint quãdo expressè renũtiauit, & facit ad hoc quod hic de pœnitẽtia dicitur. *j. de fal. l. qui falsam. & 3. de rei vendic. omn. indi. si conuenerit & quod quisque iur. l. j. in fin. & de repu. si pœnituit. & C. ad leg. Iuliam ma. l. quisquis. in fin. & §. ad leg. Iulia. de ambi. l. j. & Cod. de pœna iudi. Authen. noua iure. arg. contra supra de fur. l. qui ea mente. & vi bono. rapt. l. non prodest.* ¶ Item argu. contra. *supra de lega. j. huiusmodi. §. Stichum.* ADDITIO. Dic quòd ibi fuit statim ius quęsitum ex sola electione: hic non nisi secuta renuntiatione, secundùm Bar.

t ¶ *Cessat.* quia quasi publica est accusatio, & pro priuato crimine tãtum solet noxalis actio dari: *vt supra de adil. edic. quis sit fugitiuus. §. quod aiũt. ver. noxas.*

u ¶ *Et in eum.* scilicet seruum.

x ¶ *Actionem.* id[b] est accusationẽ. *sic in Authen. de sanc. episcopis. §. si quis autem pro pecuniaria. col. x. nam & supra e. l. §. aduersus. de accu.* locutus est. & absit vt credam actionẽ ciuilem dari in seruũ, secundum Ioan. & Ir. Alij dicunt hic specialem: *3. vi bo. rap. l. ante pe. §. pe.* vel dic etiam ciuilem: & dices in seruum, scilicet factum liberum. vel in seruum, id est in dominum nomine serui. *sic supra de iurisi. omn. iudi. l. si familia.* & sic intelligitur vi bono. rapt.

y ¶ *Ibi.* i. in sepulchro.

z ¶ *Noxale iudicium.* quia non est tam graue delictum, vt criminaliter sit puniendus. H.

a ¶ *Posse.* sunt enim quędã sepulchra adeò parua, vt in eis domunculam habere non posset.

b ¶ *Popularis.* veruntamen[c] ei cuius interest, primo competit: *vt 3. l. iij. in prin. sic & supra ne quid in lo. pub. l. j. §. si quis. vers. aduersus eum. & §. hos interdum. & supra de libe. ho. exhib. l. iij. §. hoc interdictum. & C. de adulte. l. quamuis adulterij. & j. de popu. act. l. iij. item facit ad hanc. §. supra ad Sil. l. j. in fin.*

Sepulchra.] CASVS. Sepulchra hostiũ quæ cepim[us], nõ sũt apud nos religiosa. vnde q. destruit ea, non tenetur hac act. Fr. Ac.

c ¶ *Non sunt.* nec nostra eis: *vt supra de reli. l. cum loca. in fin.*

Vtimur.] CAS. In fundo meo habebam sepulchrum vendidi fundum excepto sepulchro. dicitur quòd non possũ agere contra emptorem, vt det mihi iter ad sepulchrum. Fran. Accur.

d ¶ *Adeundorum.* quod est verum si in venditione excipit sepulchrum: vel si est publicum iter: alioquin transit cum prædio: *vt 3. de relig. l. si vẽditor. & de act. emp. si mercedem. §. si eum fundum. & facit de contrahen. emp. l. qui fundum. j. §. in lege.* Quidam tamen dicũt tacitè semper exceptum quod nihil est.

e ¶ *Legibus.* i. pactis *sic supra depo. l. j. §. si conuenerit.*

f ¶ *Cauetur.* i. caueri solet. quod si non fuerit cautum, dic idem si modò sepulchrum fuerit exceptum: vt modò dixi.

Marginalia:

a Territorium quid.

b Delictum aliquando sine pœna.

c Pontificum permissu cadauera transferri ex vno loco in alium potest.

* i. vispelliones secundũ Fulgentium. vide. l. Si quis ita sup. de e. uict.

d a lidis deprecatio.

e Cõsuetudo generalis generaliter, specialis specialiter legẽ vincit.

f Probari quo admodũ possit id quod interest, de quo vide plura apud Mascardum. 2. de Probationib. Conclu. 929. ad 934.

* Nam ex esse non sitam aliquãdo considerat ratione lucri quod facit aduersarius.

a Ibi in delicto, ne tale scelus remaneat impunita, nõ sit locus pœnitẽtia ex parte delinquentis: hic ex parte eius qui pœnitet punire, secundùm Bar.

b Actio pro accusatione.

c Sepulchri violati actio licet popularis sit, ei tamẽ cui interest, primo competit.

a Securitas veniendi data, intelligitur etiam data pro reditu Baldus 492. Bruno tractatu Missionum 4. q. 11. no. 14. *iter m. al. eis

a ¶ *Ambitus*.i. id est circuitus. vel abitus, scilicet ad redeundum[a]: & editus. scilicet ad veniendum: & iter comprehendit vtrumque: quasi duo sequentia exponant primum.

Sepulchri.] CASVS. Actio sepulcri violati datur in primis ei ad quē id spectat. sed si ille abest, & alius egit, & obtinuit: tamen do ille cuius interest, reuersus si velit agere, non auditur. Fr. Accur.

b ¶ *Dominus*. i. is ad quem ea res pertinet.

c ¶ *Sustulerit*. i. soluerit, vel etiam acceperit: vel etiam tantū lis contest. fuerit: vt s. l. iij. §. si ii. nec enim in petitione pœnarum auxilium proditū est: vt s. de mino. leg. auxilium. Sed contra. s. ex qui. cau. ma. l. si qua militi. & ibi not. glos. j. in fi. Sol. ibi tempore lædebatur: hic pro hoc quòd alius egit, & exegit: facit infra de popu. act. l. ij.

d ¶ *Ad vltionem*. & ideò in bonis nostris non est antè lit. contest. vt hic & j. de ver. signi. l. si cui. & s. tit. ij. l. iniuriarum. & de acquir. here. l. pro herede. in fin. sic in actione iniuriarum: vt s. tit. ij. l. iniuriarum. Sed videtur huic contra. s. l. iij. §. qui de sepulchri. vbi dicit dari ad interesse. Sed certè licet veniat ad interesse, non tamē ad interesse datur tantum, vt ibi. Vel dic, venit secundario.

Sepulchri.] CASVS. Sepulchrum deteriorari prohibitū est: corruptum autem siue destructū potest quis reparare siue reficere, corporibus quæ ibi sunt, non contrectatis. Accursius.

quę in fundis sunt: iter ei*, aditus ambitus[a] funeris faciendi sit.

VI. IVLIANVS *libro decimo Digestorum.*

2 Sepulchri violati actio in primis datur ei ad quem res pertinet: quo cessãte si alius egerit, quamuis reipublicæ causa abfuerit dominus[b], nō debebit ex integro aduersus eū qui litis æstimationem sustulerit[c], dari. Nec potest videri deterior fieri conditio eius qui rei publicæ causa abfuit: cū hæc actio nō ad rē familiarē eiusdē, magis †ad vltionem[d] pertineat.

† *sed magis.*

b In bonis nostris nō sunt, quæ ad vltionem datur.

VII. MARCIANVS *libro tertio Institutionum.*

Sepulchri deteriorem conditionem fieri prohibitū est[e]: sed corruptū & lapsum monumentum corporibus non contractis[f] licet reficere.

VIII. MACER *libro primo Publicorum.*

3 Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere[g] ex illa parte quia de eo cauetur qui fecerit quid, quominus aliquis funeret, sepeliaturve: quia & qui sepulchrum violat, facit quo quis minus sepultus sit[h].

IX. IDEM *libro secundo Publicorum Iudiciorum.*

De sepulchro violato actio quoque pecuniaria[i] datur.

X. PAPINIANVS *libro octauo Quæstionū.*

Quæsitū est, an ad heredē necessariū, cū se bonis nō

* l. 22. §. vlt. h. de acqu. hered. Aug. li. 2. c. 72.

e ¶ *Prohibitum est*. vt C. e. l. qui sepulchra. & s. e. l. ij. in prin. Accur.

f ¶ *Non contactis*. aliàs cōtractis: & aliàs cōtractatis: & facit s. de mor. inferen. l. j. §. prætor. vsque in fi. & facit C. de relig. l. j. in fin. Acc.

Sepulchri.] CASVS. Crimen sepulchri violati pertinet ad l. Iuliam de vi in ea parte eius qua cauetur, qui fecit quo minus aliquis funeretur, sepeliaturve: cū & violādo sepulchrum, fit quo minus quis sepultus sit: & sic ea lege potest accusari. Frā. Accur.

c Sepulchri violati crimē ad legem Iuliam de vi publica etiam referri potest.

d Sepulchri violati nomine, etiam pecuniaria actio datur.

g ¶ *Pertinere*. vt s. de iniur. l. prætor. §. j. & j. ad legem Iul. de vi pu. l. qui cœtu. & §. eo. l. ij. §. aduersus. Accursius.

h ¶ *Sepultus sit*. vt supra de mor. inferen. l. j. in fi.

i *De sepulchro. Pecuniaria*. vt s. eo. l. iij. §. aduersus in prin. & §. j. non solum criminaliter.

Quæsitum est.] CASVS. Dicitur quòd hæc actio pro sepulchro violato competens, vadit ad filium defuncti, licet non succedat pater: nec per hoc videtur succedere. Fran. Accur.

k ¶ *Immiscuisset*. quod ei licet per prætorem: vt s. de acquir. here. l. necessarijs.

l ¶ *Æquum*. non seruato iuris rigore: vt s. eo. l. iij. in prin. & facit s. de iniu. l. non solum. §. j. & de cap. demi. l. eas. Accur.

m ¶ *Si egerit*. scilicet quilibet ageret.

n ¶ *Etsi*. id est quamuis.

o ¶ *Obtigit*. scilicet filium.

p ¶ *Persecutione*, vel quod in hereditate æstimetur, cum ad liberos transeunt hæc iura, & non ad heredes: vt s. de relig. l. vel quæ facit s. de acqui. here. l. pro herede. §. fi. & s. eo. l. sepulchri violati. in fi. & j. de popu. act. l. pen. & j. de verb. signifi. l. si cui.

Rei.] CASVS. Qui corpora extraxit de sepulchro, vel ossa: si est humilis, decapitatur. si est honestus, in insulam deportatur. Franc. Accursius.

q ¶ *Rei sepulchrorum*. id est accusati.

r ¶ *In insulam*. Hic not. quòd ciuiliter agit actione in factū ad c. vel cc. aure. vt s. l. iij. in prin. & §. j. itē criminaliter, & tūc secūdū qualitatē personarū & factorū: vt hic & s. l. iij. §. aduersus. & l. sepulchri violati crimē. Sed & alibi dicitur quòd decē pondo auri dat fisco: vt C. eo. l. qui sepulchra. vnde potest dici, quòd quādo ipsa corpora extraxit, vel contrectauit, habeat locum quod hic dicitur: aliàs quod in illa l. qui sepulchra. vt ibi plenè diximus.

miscuisset[k], actio sepulchri violati pertineret. Dixi, rectè eum ea actione experiri, quæ in bonum & æquum[l] concepta est. Nec tamen si egerit[m], hereditarios creditores timebit: cū etsi[n] per hereditatem obtigit[o] hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate neq. id capiatur, q[d] in rei persecutione[p], sed in sola vindicta sit cōstitutū.

XI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

Rei sepulchrorū[q] violatorū si corpora ipsa extraxerit, vel ossa eruerint: humilioris qui dē fortunę summo supplicio adficiūtur: honestiores in insulā[r] deportantur: alias autē relegātur, aut in metallum damnātur.

DE CONCVSSIONE. *DE concussione autem est de terrore iniecto pecuniæ vel rei alicuius extorquendæ causa, est priuata actio ex edicto de calumniatoribus, & ex hoc titulo extraordinarium crimen. Et quibusdam casibus publicum, vt declarat. l. 2. Cuiacius.*

DE CONCVSSIONE.

TITVLVS XIII.

I. VLPIANVS *libro quinto Opinionum.*

Si simulato[s] præsidis iussu cōcussio interuenit, ablatū eiusmodi[t] terrore restitui præses prouinciæ iubet[u], & delictum coercet[x].

II. MACER *libro primo Publicorum iudiciorum.*

Concussiōis iudiciū publicū non est[y]: sed si ideò pecuniā quis accepit, quòd crimē minatus sit: potest iudiciū[z] publicum esse ex senatuscōsultis[a] quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur qui in accusationē in-

s *Simulato.* Quod nō est, simulo: dissimulóque quod est. Dixit ergo officialis, quod præsidis iussu debebat quendā capere: & non dixit verū: & propter hūc timorem aliquid fuit ei datum: vt faciūt nuncij cōmunis. Accursius.

t ¶ *Ablatum eiusmodi*. aliàs ablatum huius modi terrore: & tunc plana. aliàs ablatū est in omni tempore: & tunc speciale, vt præscriptione non tollatur: vt Cod. ad leg. Corne. de fal. querela. aliàs ablatum eiusmodi tēpore. id est hoc quod auferat. ¶ Et no. quòd hoc[a] crimine tenetur qui occasione alicuius dignitatis quam habet, vel officij[b], aliquos premit: vt argum. C. de condict. ob turp. caus. l. quod euitandi. & quandoque sine offi-

a Concussioni admissæ qui teneātur.

b Vt si notarius plus solito ex iusto exigat pro instrumento. v. Gudem. Pa. pag. 487. ad d. l. i. C. de solutionibus.

cio: vt j. l. proxi. j. respon.

u ¶ *Iubet*. actione in factum. Accursius.

x ¶ *Coercet*. extra ordinem: & hoc accusatione instituta ad quod s. de priua. deli. l. f. & de fur. l. f. Accur.

Concussionis.] CASVS. Accusatio de concussione non est publica. si autem quis accepit pecuniam à me, ne me accusaret de quodam delicto: potest accusari lege Corne. de fal. qua cauetur ne quis accipiat pecuniam, ob accusandum, vel non accusandum. & hæc accusatio est publica. Fran. Accur.

y ¶ *Publicum non est*. f. sēper: sed aliquādo sic. & hoc est, sed si, &c. Est ergo priuatū, vt tantū ille qui passus est cōcussionē, possit etiā criminaliter accusare, nisi in casu qui sequitur, secūdū Az. & H. & oēs. vel potes dicere quòd semper est priuatū. etiā si detur ex causis seq. nec enī ibi dicit q hoc sit publicū: sed si accusatio. l. Cor. de fal. instituatur: quæ potest institui, vt ibi dicit: publicum est: quia illa accusatio publica est: vt j. de pub. iud. l. j. Accur.

z ¶ *Iudicium*. f. concussionis, & hoc ex senatusc. onsul. id est argu. horum senatuscon. quę inducunt aliam accusationem publicā: vt per hoc etiam[c] fit hæc publica. vel dic iudicium. scilicet legis Cornel. de fal. vt non dicat de crimine cōcussionis quòd sit publicum, licet habet locum, sed erit priuatum: vt modo dixi.

a ¶ *Ex senatusconsultis*. Liboniano & Volusiano: vt j. ad l. Corn. de fal. l. j. in prin. secundum quosdam. Sed certè ibi nō est mētio horū senatuscon. sed habetur. j. ad l. Iul. de vi pri. l. ex senatuscon. ¶ Et not. hunc teneri crimine: vt hic. Item crimine fal. vt hic. & j. de fal. l. j. §. j. & l. Iul. sæpe. vt infra ad l. Iul. repe. leg. eadem. Item l. Remmia, si accepit vt non accusaret: vt infra ad Turpil. l. j. in princip. Item edicto de calum. vt s. de calum. l. j. §. j. ¶ An autē vna per aliā tollatur, dic vt ibi. Itē ad hanc legem in eo tit. de calum. l. si ob eo. Denunciandam.

c Publicum crimen tunc dicitur, quādo lex dicit, agi ex lege publicorum iudiciorum. Bal. in l. fi. quando exc. §. fi. quæ ex ... Ioan. ... vel l. ... ... & de ...

a ¶ *Denuntiandum*.id est dicendum.

DE ABIGEIS.

¶ *Dicit hic Bartolus,quod quidam habent de ambigeis: sed secundum eum melius stat de abigeis:quia venit de abigo,gis. quod idem est quod subtraho subtrahis.*

a Ambigei & abigei.

¶ *Abigeatus quoque crimen extraordinarium est. sed est etiam in ambigeos quasi in fures ordinaria furti actio si quis hac vti malit.l.1.C.e.quanquam abigei latrones potius sint quam fures.l.9.§.* Imp. locat. *maximè si cum gladiis pecora aliena deprædentur,vt pleraque faciunt.* l.1.h.tit. *& placet quid de his puniendis.l.1.refert Hadrianum rescripsisse concilio Baeticæ:erant enim Hispani* [b] *olim maximi abigei, adeo vt Iberas pocas dicens intelligat abigeos.& recitè consilio, vt in Græco, non vt morispon. Placet etiam quod l.3. leniter coercere, vt aliàs emendauimus qui ex Italiæ abigit quam qui ex Sylua abigit: de quo etiam statuitur in eos qui bus patet maior furandi copia. Iustinum de Scythi.: Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto munimento pecora & armenta habentibus quid saluum esset si furari liceret.*

b Hispani olim maximè abigeato infames.

* Proconsuli Baticæ ind. ad Ie. Corn. de sicar. l. lege Corn. Taurini proconsulis Veticæ mentio fit.

c exercitus pro consilio.

d Puniendi sunt grauius quibus patet maior furandi copia.

e Furto nullū grauius delictū apud Scythas.

noceētiū coierint,quive ob accusandū vel nō accusandū,denuntiandū[a] vel non denuntiandum testimoniū, pecuniā acceperit.

DE ABIGEIS.

TITVLVS XIIII.

1. VLPIANVS *libro octauo de officio Proconsulis.*

De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus consilio* Veticæ rescripsit: Abigei cum durissime puniuntur[b], ad gladium damnari solent. Puniuntur autem durissimè nō vbique,sed vbi frequentius est id genus maleficij[c]: alioquin[d] & in opus & nonnunquā temporarium dantur.

1 ¶ Abigei autem propriè hi habentur,qui pecora[e] ex pascuis vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur,& abigendi studium quasi artem exercent,equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes. Cæterum si quis bouem †aberrantem,vel equos in solitudine relictos abduxerit: non est abigeus[f], sed fur potius.

2 ¶ Sed & qui porcam vel caprā vel veruecem[g] abduxit[h]: nō tam grauiter quam qui maiora animalia abigunt,plecti[i] debet.

3 ¶ Quamquā autē Hadrian' metalli pœnā,itē operis,vel etia gladij præstituerit[k]:attamē qui honestiore loco nati sunt,nō debēt ad hāc pœnā pertinere: sed aut relegādi erunt,aut mouēdi[l] ordine. Sanè qui cū gladio abigunt:nō iniquè bestiis obiiciūtur[m]. 4 ¶ Qui pecora de quorū pprietate faciebat cōtrouersiā, abegit:vt Saturnin' quidē scribit, ad examinationē ciuilē remittēdus est[n]: sed hoc ita definiū probādū est,si nō color[o] abigeatus quæsitus est,sed verè putauit[p] sua,iustis[q] rationibus ductus.

Crimen abigeatus non est publicū: si tamen cum gladio quis abigit oues vel pecora,bestiis damnatur. Accur.

II. MACER *libro primo Publicorum iudiciorum.*

Abigeatus crimē publici iudicij non est:quia furtum magis est. Sed quia plerumque abigei & ferro vtuntur,si deprehendentur,ideo grauiter[r] & puniri eorum admissum solet.

III. CALLISTRATVS *libro sexto de cognitionibus.*

Oves pauciora[s] abactorū[t] aut furem aut abigeum faciunt[u]. Quidam decē oues gregem esse putauerunt: porcos etiam quinque vel[u] quatuor abactos:equum,bouem vel vnū abigeatus crimen facere. 1 ¶ Eū quoque plenius coercendū,qui à stabulo abegit domitū pecus: non à silua,nec grege. 2 ¶ Qui sæpius abegerūt,licet semper vnum vel alterū pecus subripuerint, tamen abigei sūt. 3 ¶ Receptatores abigeorum qua pœna plecti debeat, epistula D. Traiani ita cauetur,vt extra terram Italiā[x] decē annis relegarētur.

¶ *Oberrantē ouem non esse abducēdā, sed domino referuandam iubet Deut. Deu. c. 22.*

De abigeis.] CASVS. Hadrian' rescripsit de pœna abigeis imponēda, & dixit:cū abigei puniūtur grauissime:dānātur ad gladiū.& non semper hæc pœna imponitur:sed quotiēs hoc crimē frequēter cōtingit. cū autē nō cōtingit frequēter:in opus metalli ad tēpus damnātur.& illi dicūtur abigei,qui pecora ex pascuis vel ex armētis subripiunt, quasi hāc artē habētes. si enim oues errātes abducā:fur sum,non abigeus. Item qui abducit caprā vel ouem,hāc artē habens: minus punitur quàm si maiora animalia abduxisset. Item licet Hadrianus pœnā gladij vel operis metalli imposuit:hoc verū est in humilibus.si enim de honestioribus sunt:debēt relegari,aut ab ordine moueri,nisi cum gladio abigerent.nā tunc bestiis subiiciūtur. Vltimò dicit:si cū esset quæstio inter me & te de proprietate ouium,interim pecora abegi,cesso hoc crimē:nisi callidè siue dolosè litem hāc fecissem ad hoc vt postea ea abigerem. Fr. Accu.

b ¶ *Puniuntur*.i.puniri solent.

c ¶ *Id genus maleficij*.vt ita alij terreantur:vt C.ad l.Iul.repet.l.j.& *infra de pœ.l.capitalium.§.pen.& l.aut facta.§.fi.& argu.j. ad Vel. le.sed si ego.in fin.& C.de ser.expor.l.mouetur.& s.de re.cu.qui sub tu. l.quamuis.in fin.*

III ser.expor. ue.

d ¶ *Alioquin*.id est si non fit frequentius.

e ¶ *Qui pecora*.decem oues,vel quatuor porcos vel equos:non minorem numerum:nisi & artem faciant:vt statim dicam.& *facit in Authen.de nup.si igitur.coll.iiij.*

f ¶ *Non est abigeus*.nisi hoc quasi artem exerceat,secundū Ioā. alioquin contra infra eo.l.fi.ibi,equum.& *facit supra de incen. Pedius.§.1.& j.de pœnis.l.aut facta.§.quantitas.*

g ¶ *Veruecem*.aliàs verbicem,& aliàs herbicem.

h ¶ *Abduxit*.quasi artem exercendo:ne obsit superioribus, & ei quod dicitur j.eo.l.oues.

h ¶ *Abduxerint*.animo doloso:non vt domino reddant.

i ¶ *Plecti*.j.de accu.l.denia.

k ¶ *Præstituerit*.vt s.eo.l.in prin.

l ¶ *Mouendi*.aliàs amouendi.& aliàs mouendi. Accur.

m ¶ *Obiiciuntur*.ad hoc quod secundum conditionem personæ. *s.de incen.l.Pedius.§.j.& de extraord.cri.l.aunon. m. & s.pre de sep. viola.l.iij.§.qui de sepulchri.*

n ¶ *Remittendus est*.cessante criminali:quia dolo caret. & *facit C.ad l.Fla.de plag.l.prases.*

a Criminalis actio cessat,vbi nullus dolus est admissus.

o ¶ *Color*.nisi velit delictum occultare occasione talis quæstionis,sicut quæuis res occultatur colore.

p ¶ *Putauit*.tūc enim quia dolo caret.nō tenetur hoc crimine.

q ¶ *Iustis rationibus*.idem si non iustis sed quoquo modo suā crediti,etiam errore[a] iuris,cum cesset dolus: *vt supra de iub.cau.l.ij.* §.u.& sic etiam expone quod est.*cod. de plagi.l. plagy crimen. & fac.s.loca.de. vt puta.& de separa.* d.l.j.§. *pen.* Sed argu contra. *supra eo.cap.* §.*quamen*.ADDITIO. Dic quòd hoc ideo, quia ita accusatio requirit dolum.ibi secus:& dic vt per Bar. hic & supra si quis testa. li. esse iussus.

a A dolo excusat causa seu ignorantia quæcunque etiam iuris,de quo dixi in Gl. l.plagij.14.C. de plagiarii, v Cepola in l.i.C.re-fug. cap. pro emptore.

c Error iuris excusat à dolo & mala fide. Cepola. d. loco.

d est sanctè. dum l.lū vno.

r *Abigeatus*.] Grauiter. quia bestiis subiiciūtur:vt *supra.l.j.§.abigei.vers.quanquam.* ¶ Item not. quòd sine[e] inscriptione agitur hoc iudicio: *vt.ibi.*

e Inscriptio non est necessaria in criminis accusatione.

Oues.] CASVS. Secūdum numerū ouium subtractarum est quis fur, vel abigeus.qui enim decem oues,vel porcos quinque vel quatuor,vel vnum bouem vel equū subripit,abigeus dicitur:& grauius punitur qui de stabulo accepit, quàm qui de silua. Itē qui sæpe subripit,licet vnaquaque vice vnam ouē, abigeus dicitur. Itē receptatores abigeorum extra Italiam x.annis sunt relegandi. Fran. Accur.

f ¶ *Abactorum*.i.eorum quæ abducuntur,seu subtrahūtur. Neutraliter enim ponitur.vel dic animalium,hoc est ouium. nā impropriè videtur loqui,cum de ouibus inceperit in fœminino,& transit ad neutrum. Accur.

t ¶ *Faciunt*.& hoc cum non exerceat quasi studium: quo casu crimine abigeatus non tenetur,nisi x.subripuerit.

u ¶ *Vel*.pro saltem. vel pro etiam pone:& hoc cū is qui subripuit,velut artem exercet:alioquin *contra.s.eo.l.j.§.abigei*. 2 Alij dicūt quòd hic de equitio vel armēto:ibi nō. ¶ Et caue quia nō dicitur quòd vnus equus sit grex:sed idē erit fortè quod in porcis,scilicet quòd quinque vel quatuor faciunt gregē. Accursius.

x ¶ *Extra terram Italiam*. si ergo non sit de Italia, extra prouinciam suam. & *facit j.de recepta.l.j.*

DE PRÆVARICATORIBVS[f].

¶ *Præuaricatio est collusio accusatoris vel nuntiatoris cum reo, vt absoluatur, publicum crimen in accusatorem qui iudicio publico non ex animo egit,extraordinarium in aduocatum qui prodidit causam aduersario,qua proditio velut præuaricatio est. sed & in accusatorem sic qua etiam hodie extraordinarium.Cuiacius.*

f v.Bossiū in prax. titulo de Præuaricatoribus calūniatoribus & tergiuersatoribus,&c.

Præuaricator.] CAS. Primo dicit quis est præuaricator. & propriè præuaricator est qui accusat aliquē,& fictitias probationes inducit,& veras omittit, aduocat[e] autē alicuius qui prodit causā suā, siue criminalem, siue ciuilē.& qui talis est animo,nō propriè dicitur præuaricator, punitur tamen extra ordinem.& hoc dicit hæc l.& seq. Fr. Acc.

a ¶ *Ex altera.* scilicet potius: quia præualet animus: vt hic, & s. *de his qui not. inf. l. athletas. §. pe. & arg. j. de capti. l. nihil.*

b ¶ *Accusauerit.* fictitie admittendo falsas defensiones, & bonas probationes dissimulando: *vt j. ad Turpillianum. l. j. §. præuaricatorem.*

c ¶ *Præuaricator.* propriè: sed impropriè seu abusiuè. *sic C. de adno. diuer. iud. l. j.* & punitur extraordinariè: sicut & ille qui accusans de publico crimine præuaricatur: vt hic subijcit, & *dicta leg. C. & j. l. proxi.*

d ¶ *Prodiderit causam.* in qua patrocinatur, etiã si causa erat publica: *vt j. l. præuaricationis. §. quod si aduocato.*

e Sciendum.] Præuaricati sunt. propriè vel abusiuè præuaricatione: *vt no. s. l. proxi. in fi.*

f ¶ *Extraordinaria.* & infamia: *vt inf. eo. l. si is.*

Præuaricationis.] CASVS. Iudiciũ præuaricationis est publicum quandoque: vt si absolutum de aliquo delicto volo eum adhuc accusare, & ille dicat se absolutum: & ego replicem, & dicam primum accusantem præuaricatum fuisse. hoc enim iudiciũ publicum est. Item quandoque est moribus introductum, id est priuatum, si aduocatus de præuaricatione accusetur, siue in causa priuata, siue criminali fuerit præuaricatus. Vltimo dicit: quidam accusauit quendam de aliquo delicto: & destitit, non est publica accusatio cõtra eum inducta, sed v. lib. auri punitur per Turpillianum. Fran. Accur.

g ¶ *Moribus.* quod est priuatum.

h ¶ *Constiterit.* vel nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: *vt j. de accu. si cui. §. iisdem.* ¶ Item quid si iuramento se purgauit? Respon. vt ibidem not. *& facit supra de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. & C. de accu. si quis homicidij. & supra de libe. ho. exhib. l. quod & lex. §. si autem plures. versi. si tamen postea.*

i ¶ *Pronuntiatio.* Hoc est speciale, vt de incidenti quæstione pronuntietur: ea ratione, quia per eam sententiam præiudicatur omnibus omnino, cũ nullus postea possit admitti si pronuntietur non præuaricatum: quod non fieret in aliis except. 2 Vel dic non speciale: quia hic principaliter secundus accusator abiecta except. est repellendus propter absolutionem: & quia dicebatur, non est ille præuaricatus, qui primo accusauit. Secundus verò ait: & ego accuso eum de præuaricatione: & sic fecit. vnde differtur accusatio donec pronuntietur. vt & aliàs. *j. de adulte. l. denunciasse. §. quæritur.* Azo. & adde hic *quæ not. s. de iudi. l. de quare.*

k ¶ *Publici iudicij.* Imò non publici: *vt s. de ritu nupt. l. palam. §. senatus. versi. si qua calumniæ quæ est contra.* Sol. vt ibi.

l ¶ *Dicatur.* scilicet aduocatus. *facit sup. l. j. in fin.* & quod ibi not.

m ¶ *Destituisse.* i. nõ instituisse. nã si institutũ deseruisset, nõ video quomodo Turpil. euitaret: *vt j. de decu. l. spurij. §. qui iudicij.* 2 Vel dic quod alius omnino est sensus huius §. scilicet quod accusatio Turpil. non est publica accusatio: sed bene habet locũ Turpil. sed secũdũ hoc dicas eũ incepisse, & post destitisse: *vt C. ad Turpil. l. j.* 4 Itẽ nota hic pœnã Turpil. scilicet v. librarũ auri. Item infamia. Itẽ pœna promissa pro exhibitione, & extra ordinaria pœna: *vt C. e. leg. ij. & j. de custo. reo. l. iiij. & C. qui accu. non pos. qui crimen.* sed videtur in quarta parte bonorũ puniri: *vt C. intra certum temp. l. j. contra.* Sed ibi destitit tacẽdo, & permittẽdo labi bienniũ: hic expressè.

n ¶ *Neque lege aliqua.* s. publicorum iudi. & est bona ratio: *vt j. de publi. iudi. l. j.*

o ¶ *Senatusconsultum.* s. Turpillianum.

p ¶ *Statuitur.* s. regulariter. nam fallit in muliere ac minore: *vt j. ad Turpil. l. ... §. accusationem.*

DE PRÆVARICATIONE.

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro sexto ad Edictum Prætoris.*

Præuaricator est † quasi varicator: qui diuersã partem adiuuat prodita causa sua. quid nomẽ Labeo à varia certatione tractũ ait. nã qui præuaricatur, ex vtraq. parte cõstitit: quinimò ex altera[a]. 1 ¶ Is aũt præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit[b]. Cæterũ aduocatus non propriè præuaricator[c] dicitur. Quid ergo de eo fiet? Siue priuato iudicio, siue publico præuaricatus sit, hoc est prodiderit causam[d], hic extra ordinem solet puniri.

II. VLPIANVS *libro nono de officio Proconsulis.*

Sciendum, quòd hodie his qui præuaricati sunt[e], pœna iniungitur extraordinaria[f].

III. MACER *libro primo publicorum iudiciorum.*

Præuaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus[g] inductum est. 1 ¶ Nam si reus accusatori publico iudicio ideo præscribat, quòd dicat se eodem crimine ab alio accusatum: cauetur lege Iulia publicorum, vt non prius accusetur, quàm de prioris accusatoris præuaricatione constiterit[h], & pronuntiatum fuerit. huius ergo præuaricationis pronuntiatio[i] publici iudicij[k] intelligitur. 2 ¶ Quòd si aduocato præuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium nõ est. nec interest, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur[l]. 3 ¶ Si ideo quis accusetur, quòd dicatur crimẽ iudicij publici destituisse[m], iudicium publicum non est: quia neque lege aliqua[n] de hac re cautum est: neque per senatusconsultum[o] quo pœna quinque auri librarũ in desistentẽ statuitur[p], publica accusatio inducta est.

IV. IDEM *libro secundo publicorum iudiciorum.*

Si is de cuius[q] calumnia agi prohibetur præuaricatur in causa iudicij publici pronũtiatus sit, infamis[r] erit.

V. VENVLEIVS *Saturninus libro secundo publicorum iudiciorum.*

Accusator in præuaricatione conuictus, postea ex lege non accusat[s].

VI. PAVLVS *libro singulari de iudiciis publicis.*

Ab imperatore nostro & patre eius rescriptũ est, vt in criminibus quæ extraordinẽ obiiciuntur, præuaricationes* eadem pœna[t] adficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem cõmisissent, qua reus[u] per præuaricationem absolutus est.

VII. VLPIANVS *libro quarto de Censibus.*

In omnibus causis, præterquã in sanguine[x], qui delatorem[y] corrupit, ex senatuscõsulto pro victo habetur[z].

Si is.] CASVS. Mater si accusat aliquos, quos dicit culpabiles de morte sui filij: licet non probet, nõ potest de calũnia accusari. si tamen damnata est de præuaricatione, infamis est. idem in similibus qui sine metu calumniæ accusare possunt. quod dic vt in Gl. Franc.

q ¶ *Si is de cuius.* s. id est quãuis. ¶ Sunt autẽ quædam personæ quæ licet videantur accusationes calumniosas instituere, nõ tamẽ possunt de calumnia accusari: vt mater mortẽ filij, item vir adulteriũ vxoris: *vt C. de calum. l. mater. & de adulte. leg. quamuis.* sunt & aliæ: *vt no. s. de his qui no. infa. l. athletas. §. fi.*

r ¶ *Infamis.* multo magis ergo alius de cuius calum. quæri potest: *vt d. l. athletas. in fin.* Accursius.

s Accusator.] *Non accusat. vt & j. de accu. l. qui iud. no. & infra ad Turpil. l. ij.* & est ratio[b], quia infamis est: *vt infra l. proxi.* & infames non accusant: *vt infra de accu. l. qui accusare.*

Ab imperatore.] CASVS. Si accuso aliquem, & probationes bonas omitto, & fictitias dico, & sic absoluitur accusatus: teneor eadẽ pœna qua tenerer si illud crimen commisissem de quo illum accusaueram. Francisc. Accur.

t ¶ *Eadem pœna.* id est simili, s. extraordi. nõ autẽ dicas quod in extraordi. sit certa pœna.

u ¶ *Reus.* hoc est apertum si crimen erat ordinarium. sed etiam si extraordinarium erat, idem est, vt similis pœna quæ solet imponi accusato & conuicto in tali crimine, imponatur isti secundũ Azo. *ad quod infra ad Turpi. l. & in priuatis. & l. si quis repetere. & facit C. de calum. l. fi. & de accu. l. fin.*

In omnibus causis.] CASVS. Accusatus corrupit accusantem, ita quòd non fuit probatum crimen. dicitur quod hic corrũpens pro victo habetur. & hoc est verũ in omni crimine ex quo imponitur pœna minor sanguine. Franc. Accur.

x ¶ *In sanguine.* i. in quorum vindicta est pœna sanguinis.

y ¶ *Delatorem.* i. criminis accusatorem.

z ¶ *Habetur.* nisi appareat ab innocente extortam pecuniam: *vt C. de adulte. l. seruus. & s. de calum. l. si ab eo.* Idem in causa fiscali: *vt j. de iure fisc. l. eius qui. in prin. & l. in fisci. & facit j. de bon. eo. l. j. & ij. in prin. & C. de transact. l. transigere.*

DE RECEPTATORIBVS.

Latronum occultator & receptator extra ordinem coercetur. Sed & priuata actione ex tit. De incendio ruina & naufragio, & receptator seruorum fugitiuorum ex tit. De seruo corrupto & De fugitiuis. & ex Cõstitutionibus porrigitur etiam pœna extraordinaria ad eos qui alienos ... reos recipiunt dolo malo. Cuias.

Pessimum.] CASVS. Crimẽ receptorũ pessimũ est. & reddit rationẽ, & iubet eos puniri vt latrones. idẽ in eis qui poterãt capere latronẽ, & pecunia accepta vel parte rerũ subtractarũ, eum non ceperunt. Fran. Accur.

Le rones

Marginalia:

a Præuaricator in publico iudicio quatenus quisque dicatur.
b Præuaricari aduocatus impropriè dicitur.
c Pœna aduocati præuaricatoris.
* In indiceti. De præuaricatoribus. sic & in manusc. l. 4. I. de his qui no. infa. ¶ Vide in hunc locum Vallam l. 6. elega. c. 50.
d Præuaricatio alia propria, alia impropria.
e Præuaricationis iudiciũ moribus inductum priuatum est & à publico differt.
f Præuaricationis iudiciũ an & quatenus publicum.
g Pœna Turpilliani quæ sint.
a Calumniis non semper de calumnia accusatur.
b Præuaricationis conuictus accusator, postea non accusare nõ potest: vt qui sit infamis.
c Accusatoris infames nõ possunt.
* præuaricatores.

a ¶ *Latrones*. Imò x. annis à sua terra debêt exulare, licet recept alitet erat puniendus: *vt* ℥. *de abig. l. fi. §. fi.* Solu. ibi speciale in recipiente abig. eû: hic aliû furê. 2 Vel dic perinde punitur, nõ tamê simili pœna, *vt* ℥. *de peri. & cõmo. rei vẽd. l. custodi.* ℥. *& ∫a.* ℥. *quod met. cau. l. timorem. & de offi. præsi. l. cõgruit. & de incen. rui. nau. l. iij. §. non tantum. & ad Sil. leg. iij. §. si quisquam. &* ℭ. *de bus qui latro. l. ij. &* ℭ. *de fabri. l. iij. &* ℑ. *de pœ. leg. Metrodorum. &* ℥. *de fur. l. qui vas. §. qui furem. &* ℭ. *de here. auth. credentes.* & omnes intelligẽ quãdo fuit sciẽs. ¶ Et ignorãtia[a] præsumitur: *vt* ℥. *de proba. l. verius.* nisi sit notoriũ[b]: *vt* ℭ. *qui & aduer. quos. l. j.*

b ¶ *Accepta*. aliud si gratis.

c ¶ *Parte*. accepta.

† Phocilides. ...

a Præsumitur ignorantia, nisi in notoriis.

b Notorium tollit ignorãtiæ præsumptionem, quæ aliàs præsumeretur...

DE † RECEPTATORIBUS.
TITULUS XVI.

I. MARCIANUS *libro secundo Publicorum iudiciorum.*

Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latêre diu potest, & præcipitur vt perinde puniãtur, atque latrones[a]. In pari causa habendi sunt, qui cum adprehẽdere latrones possent, pecunia accepta[b] vel subreptorum parte[c], dimiserunt.

II. PAULUS *libro singulari de pœnis paganorum.*

Eos apud quos adfinis vel cognatus latro cõseruatus est, neq. absoluẽdos neq. seuere admodũ puniẽdos. Nõ enĩ par est eorũ delictũ, & eorũ qui nihil ad se pertinẽtes latrones recipiũt[d].

EOS.] CASUS. Qui cognatũ suũ vel adfinẽ furẽ cõseruauit: minus puniẽ quã si extraneum conseruasset. Fr.

d ¶ *Recipiunt*. No. aliqd[c] fieri rõne sanguinis, qđ aliàs non fieret: & hic ℭ. *de codici. l. fi. §. pe. & de adul. l. quãuis. &* ℑ. *ad l. Iul. re. l. j. & de re mil. l. 4. §. fi. & l. milites prohibẽtur. in princ. & l. milites agrum. §. pe. &* ℥. *de iniur. l. lex Corne. in prin. & de iurisd. om. iud. qui iurisdictioni.* Accur.

c Sanguinis ratione aliqd conceditur.

† Vide Aristotelem in problemat. part. 18. de his quæ ad mores & iustitiã pertinent. & Victorium lectionũ li. 7. c. 17.

DE FURIBUS balneariis †.
TITULUS XVII.

I. ULPIANUS *libro octauo de officio Proconsulis.*

b Præsumitur regulariter nemo esse in culpa, nisi probetur. Hic autem præsumitur commentariensis esse culpa, nisi probet cõtrarium.

m ¶ *Custodia.* i. custodita persona.

n ¶ *Applicito.* i. dato ei alio milite, vt secum vadat.

o ¶ *Fugitiuum.* seruũ, qui à magistratu debet detineri: quod hic faciebat per custodẽ: *vt s. de ser. fugi. l. j. §. vnusquisque.* Sed hic perdidit. i. recedere permisit, quare emendat, si habet vnde.

PRoximum * sacrilegio crimen est quod maiestatis dicitur. 1. ¶ Maiestatis autẽ crimen illud est, quòd aduersus populum Romanum, vel aduersus securitatẽ[p] eius cõmittitur quo tenetur is cuius opera dolo malo cõsilium initũ erit. quo obsides iniussu[q] principis interciderent[r]: quo armati homines cum telis lapidibúsve in vrbe[s] sint, conueniántve aduersus rẽpublicã: locáve occupẽtur vel templa[t]; quóve cœtus[u] cõuentúsve fiat: hominésve ad seditionẽ conuocentur: cuiúsve opera cõsilio dolo malo cõsilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani, quiue imperium potestatémve habet, occidatur: quóve quis contra rempublicã arma ferat: quive hostibus populi Romani nuntium literásve miserit, signúmve dederit, fecerítve dolo malo quo hostes pop. Romani cõsilio iuuẽtur aduers[us] rempublicã, quive milites[x] sollicitauerit cõcitauerítve quo seditio tumultúsve aduersus remp. fiat.

* Ambasiatores offendens debet, etiam misit ob hostilitatem. adde Gl. in l. §. conspirat. in verbo. ambasiatores de cau. ex pro. fone.

AD LEGEM IVLIAM maiestatis.

Dictum est suprà in genere de publicis iudicijs. nunc sequitur in specie: & primo incipit dicere de criminibus grauioribus.

Exposito ordine instituendorũ iudiciorũ publicorũ, nunc incipit per singulas species de quæstione & pœna eorũ legitima causisque tractare, ac primũ de læsa maiestate, & de crimine perduellionis læsæ maiestatis pars est & quidẽ grauior. perduellio. i. rebellio sumptis armis aduersus patriã aut principẽ. quod & tyrannidis & impietatis crimẽ dicitur. net punitur morte. Cætera crimina violatæ publicæ maiestatis finiuntur morte. Cuiac.

PRoximum.] CASVS. Primo dicit ꝙ crimen læsæ maiestatis est proximũ siue simile sacrilegio. Secũdo dat exẽpla multa de crimine læsæ maiestatis. dicit etiã quosdam casus in quibus nõ habet locũ hoc crimẽ. & hoc dicit hæc lex cũ seq. vsque *ad l. famosi.* Fran.

p ¶ *Securitatem.* [a] i. eos qui acceperint securitatẽ, ne vexarẽtur à populo Romano: vel id est eos qui coierũt securitatem cum eo.

a i tranquillitatem. Pub.
a legis ad æ lias læsæ.

q ¶ *Iniussu* sine permissu.

r ¶ *Interciderent.* i. fugerent.

s ¶ *In vrbe sint.* Roma na, per excellẽtiam: *vt Insti. de iure natura. §. sed ius.* nõ[b] ergo in aliis ciuitatibus. *arg. j. ad l. Iul. pec. l. iiij. in fin. & s. de fur. l. ob pecuniam.*

II. IDEM *libro octauo Disputationum.*

QVive de prouincia, cum ei successum esset, non discessit[y], aut qui exercitum deseruit vel priuatus ad hostes perfugit: quive sciẽs falsum cõscripsit, vel recitauerit in tabulis[z] publicis. nam & hoc[a] capite primo lege † maiestatis enumeratur.

III. MARCIANVS *lib. 14. Institutionum.*

LEx duodecim tabularũ iubet eum qui hostem[b] concitauerit[c], quive ciuẽ hosti tradiderit, capite puniri. Lex autem Iulia maiestatis præcipit eũ qui maiestatem publicam, læserit, teneri: qualis est ille qui in bellis † cesserit[d], aut arcem tenuerit[e], * aut castra concesserit[f]. Eadẽ lege

* imbellis cesserit hostẽve arcete renuerit, aut castra &c.
† non tenuerit.
b Maiestatis crimen admitti etiam potest in alias ciuitates, quæ scilicet nullũ superiorem habent, vt repudiata hac Glo. post Bartol. scribit Angelus cons. de maleficiis super his, Che hai tradito la tua patria facit Gl. in l. fallacem in verbo prodita. C. de abolitionibus.

t ¶ *Vel templa.* facit. *s. de col. illic. l. ij. & C. de bap. et. l. iij. & de his qui ad eccle. confu. l. denuntiamus.* Accur.

u ¶ *Cœtus. j. ad l. Iul. de vi publ. l. qui cœtu.* Accur.

x ¶ *Milites.* populi Romani. Accur.

y QVive de prouincia.] *Non discessit.* post quinquaginta dies: vt C. vt omnes tam ciui. quàm militares. l. j.

z ¶ *In tabulis.* in læsionem publicam.

a ¶ *Et hoc.* scilicet genus falsi.

b LEx duodecim tabularum.] *Hostem.* populi Romani.

c ¶ *Concitauerit.* s. contra rempublicam.

d ¶ *Cesserit.* i. retrocesserit. aut victoriam hostibus dederit.

e ¶ *Tenuerit.* aliquis priuatus cõtra publicã quietẽ in cõfinibus: quod non licet: *vt C. de fundis limi. l. ij. lib. xj.* vel dic tenuerit, non reddendo principi petenti, cum ab eo habuerit in custodiam.

f ¶ *Aut castra concesserit.* scilicet hostibus, quæ pro imperatore custodiebat: vel id est milites de castris suis aliquis magister mi

litum ad alterius magistri militum castra miserit & concesserit sine iussu imperatoris: *vt C. de re. mili. lib. duodecimo. l. contra rem publicam.*

a ¶ *Delectumve.* id est electum de aliis habuit, magister putà militum nam neminem sine iussu principis potest eligere militem: *vt C. de re mili. l. c. neminem. lib. xij. & C. de offic. magistri offic. l. iubemus.*

quàm priuati. Franciscus.

t ¶ *Famosi.* id est infames.

f ¶ *Non habent.* vt S. ti. y. l. *qui accusare. & facit in eod. titu. leg. mulierem.*

t ¶ *Non possunt.* vt d. l. *qui accusare & facit in eod. tit. leg. mulierem.* Accur.

tenetur & qui iniussu principis bellum gesserit †, delectúmve[a] habuerit, exercitum comparauerit[b]: quíve, cum ei in prouincia successum esset, exercitum successori non tradidit[c]: quíve imperium exercitúmve populi Romani deseruerit: quíve priuatus pro potestate magistratúve quid sciens dolo malo gesserit[d]: quíve quid eorum quæ supra scripta sunt, facere curauerit †:

IV. SCAEVOLA *libro quarto Regularum.*

Cuiúsque dolo malo iureiurando quis adactus est quo aduersus rempublicam faciat, cuiúsve dolo malo exercitus populi Romani in insidias deductus, hostibúsve proditus erit: factúmve dolo malo cuius dicitur, quo minus hostes in potestatē populi Romani veniāt[e]: cuiúsve opera dolo malo hostes populi Romani cōmeatu, armis, telis equis, pecunia †, aliáve qua re adiuti erunt[f]: vtve ex amicis hostes populi Romani fiant: cuiúsve dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis[g] populo Romano minus[h] obtemperet: cuiúsve opera dolo malo factum erit, quo magis obsides, pecunia, iumēta hostibus populi Romani dentur aduersus rempublicam: itē qui confessum in iudicio reum[i], & propter hoc in vincula coniectum, emiserit.

1 ¶ Hoc crimine liberatus est[k] à senatu, qui statuas imperatoris reprobatas[l] conflauerit.

V. MARCIANVS *libro quinto Regularum.*

Non contrahit crimen maiestatis, qui statuas Cæsaris vetustate corruptas reficit[m].

1 ¶ Nec qui lapide iactato[n] incerto[o], fortuitò statuam attigerit, crimen maiestatis commisit. & ita Seuerus & Antoninus Iulio Cassiano rescripserunt.

2 ¶ Iidem Pontio rescripserunt, non videri contra maiestatem fieri ob imagines Cæsaris nondum consecratas[p] venditas.

VI. VENVLEIVS SATVRNINVS *libro secundo de iudiciis publicis.*

Qui statuas aut imagines imperatoris iam consecratas[q]

cōflauerint, aliúdve quid simile admiserint †, lege Iulia maiestatis tenentur.

Certa persona hac & seq. l. enumeratæ, licet non admittantur ad accusationem in reliquis criminibus, tamen admittūtur in crimine læsæ maiestatis. h. d.

VII. MODESTINVS *libro duodecimo Pandectarum.*

Famosi[r] qui ius accusandi nō habent[f], sine vlla dubitatione admittuntur ad hanc accusationem. 1 ¶ Sed & milites, qui causas alias defendere non possunt[t], nam qui pro pace[u] excubant[x], magis magísque ad hanc accusationem admittendi sunt.

2 ¶ Serui quoque deferentes[y] audiuntur: & quidem dominos[z] suos, & liberti patronos[a].

3 ¶ Hoc tamen crimen à iudicibus non in occasionem ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate. Nam & personam spectādam esse, an potuerit facere[b]: & an antè quid[c] fecerit, & an cogitauerit[d], & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ[e] ad pœnam facilè trahendum est. Quanquam enim temerarij digni pœna sint: tamen vt insanis illis parcendum est[f], si non tale sit delictum quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est.

4 ¶ Crimen maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur[g] in milites †.

VIII. PAPINIANVS *libro tertiodecimo Responsorum.*

In quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres[h] audiūtur. Coniurationem denique Sergij Catilinæ Iulia * mulier detexit & Marcum Tullium consulem indicium eius instruxit.

Bona damnatorum ex hoc crimine, vadunt ad filios eorum, aliàs ad fiscum. Fran. Accur.

IX. HERMOGENIANVS *libro quinto Iuris Epitomarum.*

Eorū qui maiestatis crimine damnati sunt, libertorū bona, liberis damnatorū cōseruari diuus Seuerus decreuit: & tunc demum fisco vindicari, si nemo

b ¶ *Comparauerit.* id est præparauerit sine iussu principis.

c ¶ *Non tradiderit.* id est dimiserit. Accursius.

d ¶ *Gesserit.* hoc dic *vt infra de fal. qui nomine.*

e Cuiusque.] *Veniant.* sic *infra de pœnis. leg. Metrodorum.*

f ¶ *Adiuti erunt.* id est auxilium habuerunt.

g ¶ *Exteræ nationis.* rex Bocchus. Ioan. vel Iugurtha.

h ¶ *Minus.* id est, non.

i ¶ *Reum.* de alio crimine. Vel dic de hoc læsæ maiestatis. *& facit supra titu. j. le. si confessus.*

k ¶ *Hoc crimine liberatus est.* vt nec dicatur incidisse. sed tamē extra ordinem potest puniri qui facit: *vt arg. supra de acquiren. poss. l. fundi.*

l ¶ *Reprobatas.* id est sine permissu factas: *vt C. de sta. & ima. l. pe. & l. fin.*

m Non contrahit.] *Reficit. argu. supra de sepul. vio. leg. sepulchri deteriorem.* Accursius.

n ¶ *Iactato.* in certū locum proiecit, sed fortuitò attigit statuam. *argu. supra de iniur. l. si cum seruo.* Accursius.

o ¶ *Incerto.* scilicet loco.

p ¶ *Consecratas.* aliàs secus: *vt infra le. proxi. & facit C. de fur. leg. si nondum. & infra de publi. le. ij. §. fina.* Accursius.

q Qui. *Consecratas.* alioquin aliud erit: vt supra l. proxi.

Famosi.] CASVS. Enumerat quasdā personas quæ possunt de hoc crimine accusare, quæ aliàs nō possunt accusare. Secundo dicit quòd iudices de hoc crimine cognoscentes eum deliberēt in hac causa: iudicēt & inspiciāt personam accusati, an potuerit hoc crimen commisisse: & an simile quid fecerit aut cogitauerit & an sanæ mentis fuerit. Vltimò dicit, quòd si milites destruant statuas vel imagines principis: grauiter sunt puniendi, & plus

u ¶ *Pro pace.* id est vt populus habeat pacem.

x ¶ *Excubant.* i. vigilant.

y ¶ *Deferentes.* i. accusantes.

z ¶ *Dominos suos.* vt S. de iudi. l. vlt.

a ¶ *Patronos.* vt *C. qui accu. non pos. le. penul. & C. eod. l. penult. in fin.*

b ¶ *Facere.* ad hoc. S. *de dolo. l. heredibus in f. & l. seq.*

c ¶ *Quid.* scilicet simile. *ad quod S. de accu. si cui. §. bisdem.*

d ¶ *Cogitauerit.* ad hoc *C. eo. l. quisquis.*

e ¶ *Linguæ.* sic *C. qui bo. ce. de. possunt. l. y.* Sed argu. contra *C. de episcop. & cler. l. omnes qui. §. fin.*

f ¶ *Parcendum est.* Aut ergo verbis tantū cōtra principem delinquitur: & tunc si ex leuitate vel furore, parcitur. si ex iniuria: tūc ad principem remittatur: *vt hic, & C. si quis imperatori maled. xerit. leg. j. si autem facto:* si ex scriptura legis, vt quia fit de capitulis dictis *supra eod. l. j. & y. & iu. tenetur.* Si autem ex sententia, tunc idē: *vt hic & supra e. le. qui statuas. & arg. infra de parrici. le. iij. in fin.* Alij hic exponunt scripturam, vt quia famosum libellum de principe scripsit ex sentētia vel quia sine scriptura famosum carmen de eo fecit: pro quibus *supra de iniur. l. lex Cornel. §. fin.*

g ¶ *Exacerbatur.* aliàs exercebāt milites: quia audaciores. aliàs exercebat in milites, id est per milites: & sic idem sensus: vel idest maximè puniebatur, scilicet acrius in milites. 3 Alij dicunt hic loqui de statuis militū qui sunt iuxta lat' principis: *vt C. eo. l. quisquis in prin.* & tunc in milites, id est contra milites quibus frequenter inuident populares: *vt C. de statu. leg. fi.* Sed nō placet: quia non nisi pro statua principis iam consecrata agitur hoc crimine: *vt supra eo. l. cui statuas.* ¶ Item dic differentiam[h] inter statuam, & imagi-

h In quæstionibus.] *Mulieres.* vt S. *de accu. l. mulierem.* Accur.

nem: *vt no. C. de statu. & imagin rubri.*

† Et si is vicerit, punitur. Græci ad hūc locum Vide Theo. Balsam ad can. 15.

a Maiestatis tenetur qui in iussu principis exercitum comparauit.

† Facere vide tur, qui curauit fieri.

† Auxilium & fauorem præstare hosti dicitur, qui ei mutuam dat pecuniam.

b Reprobatæ statuæ, sine permissu factæ.

* Veluti lapidibus impetierint quod fecerunt Constantini cōsignes Chrysosto. concionibus ad pop. Antioch. refert.

a Lubricum linguæ non trahendum ad pœnam.

† Quidam delent hoc Verbum.

* Fuluia Salust. & alij historiographi. nec dubitandum est, quin ita emendanda sit Flo. lectura.

b Statuæ & imaginis differentia.

Eam nem.

a E*Orum.*] *Existat.* Imò prima fronte fisco: *vt C. de bo. lib. l. j. & j. de intrd. & releg. l. iiij. qua sunt contra.* Sol. hic in aliis capitulis ª ibi cõtra principẽ vel rempu. *arg. j. l. fi.* Vel hic de æquitate. *arg. j. de bo. dam. l. fi.* Alij, vt Hug. dicunt q̃ hic decapitatur: in contrariis deportatur, vel relegatur. *arg. in authen. de man. prin. §. oportet. col. iij.* hoc non ᵇ placet: quia & iste perdit libertatem: *vt j. de pœn. leg. qui vltimo.* Et plenius dic vt in cõtrariis no. Prima placet. & secundũ hoc intelligitur Instit. debere. *ab intesta. §. per contrarium* & facit supra *de iure patro. cum & ad Treb. l. si patroni. in prin.*

a *Idem d. l. 1. C. de bonis libert.*

b *Hic enim perduellis libertatem l. qui vlti mo aff. de pœna.*

M *Aiestatis.*] CASVS. Qui cõmisit dolũ, vel opẽ dedit vt prouincia vel ciuitas proderetur hostibus, potest accusari hoc crimine. Franc.

b ¶ *Accusari.* aliàs est appellari. & tũc expone appellari. i. accusari.

I *S qui.*] CASVS. Accusatus de aliquo delicto, si interim decedat extinguit delictũ, nisi de crimine læsæ maie. esset accusatus. nã accusato de crimine hoc, nisi heredes eius probẽt de purgatione bona defuncti ad fiscũ ibunt. & hoc est tantũ in duobus capitulis læsæ maiestatis. Franc.

c ¶ *Is qui in reatu.* quocunque: *vt s. d. do na. l. post contractum.*

d ¶ *Nam hoc crimine* ᶜ. præmitte nisi. *& fa. j. de iure fis. l. res quæ. in fi. & C. eo. l. fi. & pẽ. & Instit. de her. quæ ab intest. §. per contrarium & C. de hær. l. iiij. §. præterea. vers. in morte & s. de accu. l. ex iudiciorum. & j. ad Turpil. l. In senatus. §. si propter. & s. de donatio. l. donatione. §. fin. & C. de bo. eorum qui mor. sibi consci. l. fin. & de bo. dam. l. fi. in fin. & Instit. de publi. iudi. §. publica.*

e ¶ *Perduellionis.* i. ᵈ criminis maiestatis: ideo ᵉ sic dicti, quia per duellũ probatio recipiĩ: q̃ nõ est aliàs secundũ quosdã. Vel verius ideo, q̃a perduelles dicunẽ hostes: *vt j. de verb. sig. l. quos nos.*

f ¶ *Rempublicam.* hæc ᶠ continet multa: *vt patet. s. eo. l. j. & iij. & iiij.* in quibus aliqua sunt ad hæc pertinentia alia non, sed simpliciter maiestatis: non vero perduellionis.

* *In hunc locum vide Cic. in orat. pro C. Rabirio perduellionis reo.*

† *Vulgò additur, & stupro.*

c *Crimen maiestatis morte non extinguitur. Potest enim vel mortuus maiestatis accusari: vt hic, intra quinquennium l. vlt. C. ad l. Iul. maiest.*

d *Perduellionis crimen à maiestatis crimine.*

e *Perduelles cur dicti.*

f *Reipublicæ appellatione quæ contineãtur.*

damnati liberorum existat ª.

X. IDEM libro sexto Iuris Epitomarum.

MAiestatis crimine accusari ᵇ potest, cuius ope consilio dolo malo prouincia vel ciuitas hostibus prodita est.

Morte rei extinguitur crimen. excipitur crimen læsæ maiestatis, scilicet perduellionis: non in aliis capitulis. hoc dicit.

XI. VLPIANVS lib. octauo Disputationum.

IS qui in reatu ᶜ decidit, integri stat ᵉ decedit. Extinguit enim crimẽ mortalitate. nisi fortè quis maiestatis reus fuit. Nam hoc crimine ᵈ, nisi à successorib. purgetur hereditas fisco vindicatur. Planè non quisque legis Iuliæ maiestatis reus est, in eadẽ conditione est: sed qui perduellionis ᵉ reus est, hostili animo * aduersus rem publicã ᶠ vel principẽ animatus. Cæterum si quis ex alia causa legis Iuliæ maiestatis reus sit, morte crimine liberatur.

AD LEGEM IVLIAM de adulteriis coercendis†.

TITVLVS V.

Continua rubricã: quia crimẽ adulterij est crimen grauius: quia omne crimẽ cõmittitur extra corpus, fornicatio verò cõmittitur in corpus: vt j. ad legẽ Cor. l. 6. circa. fi. ideo ponitur hic rubr. ad leg. Iuliã de adulteriis. B.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTEriis coercendis, & stupro.

Cuius præcepta traduntur. s. de mino. l. auxiliũ. §. fin. *& est enormius aliis: cum omne peccatum est extra corpus, nisi fornicatio, secundum Apostolũ. hinc est quod nõ licet transigere: vt C. de trãsact. l. transigere. & ideo de hoc præmittit: & dic ad legem Iuliam, scilicet supplendam interpretandam, & emẽdandã, sunt leges huius tituli. Azo.*

¶ *De adulteriis coercendis sæpe, & nõnunquã de pudicitia dicitur. Et cætera perlata videntur à Iulio Cæsare, hæc ab Augusto, quæ eadem fuit simul de maritandis ordinibus, de diuortiis, de fundo dotali, déque aliis plerisque rebus adeo vt xxxv. caput legis Iuliæ numeretur in* l. Capite. De rit. nupt. *Adulterij autem nomine Augustus intellexit. etiam stuprum, & his adiunxit lenocinij coercionem. nec fuit tã seuerus horum vitiorum vindex quàm poetis videtur, imò indulgentior plus æquo. nam & relegationis tantum pœnam præscripsit quasi criminis excusabilis vt ille ipse qui hæc legẽ expertus est quique seueram tamẽ legem hac esse nuncupat non inficiatur. Nisi inquit, delicti pars excusabilis esset, Parua relegati pœna futura fuit. Et minorib. xxv. annis non permisit accusa. quę tamẽ eis permittitur ex aliis caus. & cũ soleãt cętera crimina durare spatio xx. annorum, huius legis crimina finiuit quinquennio Sed & eiudẽ dorum eorum causa multas prescrip. admisit. Cu.*

H *Æc lex.*] CASVS. Primo dicit à quo hæc lex Iulia lata sit. Secundo dicit: Si mulier ante denuntiationẽ sibi factam nupsit secundo, debet adulter priùs quàm ipsa accusari & dãnari. 3. Tertio dicit: si maritus de adulterio accusauit: amodo amplius accusare non potest. 4. Quarto dicit: certum capitulum est factum circa lenocinium. punitur enim vir qui pretium accepit ab adultero vxoris suæ, puta à scholari. Item punitur qui vxorem suam inuenit in adulterio, & eam retinuit: Item punitur qui scit vxorem suam cum alio iacere, & hoc patitur. 5. Quinto dicit: maritus Bertæ accusabat scholarem de adulterio cum Berta commisso, scholaris obiicit quòd vir fuit leno eius: nõ excusatur per hoc scholaris. sed si scholaris vult virum de hoc accusare, non potest nunc: cum sit ipse accusatus. Itẽ si vir accusat vxorem suam de adulterio, & vxor obiicit quòd vir fuit leno, & de hoc eum accusat: non excusatur per hoc vxor: punietur tamẽ vir ob hoc: imò etiã sine accusatore poterit iudex punire de lenocinio. Extraneus autem à viro Bertæ accusatus de adulterio, interim nõ potest lenocinij crimẽ obiicere accusãti: nec ex hoc punietur vir. & hoc dicit hæc lex & pars sequentis. [SI SIMVL.] In accusatione adulterij præfertur vir patri mulieris: adeo quòd si pater libellum accusationis dederit, & vir nũc veniat accusare volẽs: præferatur vir si prius non fuerat negligens, sed se præparabat. de aliis autem excepto viro & patre mulieris accusare volentibus præfertur idoneior iudicis arbitrio eligendus. Item bene dixi virũ præferendũ patri mulieris: nisi pater probet virum mulieris infamem: aut probet quòd colludere vult, nam his casibus præfertur pater. *& hoc dicit hic §. cum l. seq.* Franciscus. Accur.

ff. Nouum.

I. VLPIANVS libro primo de Adulteriis.

HÆc lex lata est à diuo Augusto ᵍ.*

II. IDEM libro secundo Disputationum.

EX lege Iulia † seruatur, vt cui necesse est ab adultero incipere, quia mulier ante denũtiationem nupsit non aliàs ad mulierem possit peruenire, nisi reum ʰ peregerit, Peregisse autẽ non aliàs quis videtur, nisi & condemnauerit ⁱ.

1. ¶ Marito ᵏ iure mariti accusãti, illa præscriptio obiicitur, *si legem* * *prodidisse dicatur ob hoc quòd adgressus accusationem adulterij, destitit.* 2 ¶ Lenocinij quidem crimen lege Iulia de adulteriis præscriptum est ˡ: cum sit in eum maritum pœna statuta qui de adulterio vxoris suæ quid ceperit: item † in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. 3 ¶ Cæterum qui patitur vxorem suam delinquere ᵐ, matrimoniúmque suum contemnit, quique contaminatione ⁿ non indignatur pœna adulterûm † non infligitur ᵒ. 4 ¶ Qui hoc dicit ᵖ, lenocinio mariti se fecisse: releuare quidem vult crimen suum: sed non est huiusmodi compensatio admissa ᑫ. Ideo si mari-

* *huius nominis rationem vide apud Aton. Aug. lib. 1. emend. c. 8.*

† *Hanc legem diffuse explicat Alexan. ab Al. li. 4. Genia. die cap. 1.*

* *si non legẽ vide Budæũ hic.*

† *Lenocinium in marito duplex esse potest: vnum cũ palam & aperte quæstũ ex vxoris turpitudine facit. Alterum, quãdo vxorem adulteram retinet.*

† *pœna adulterij in eum nõ infli. vt conuenit cum l. mariti. §. qui quæstum. vers. quod si patiatur infra.*

g ¶ *Augusto.* aliàs ª à diuo Augusto: aliàs ab Octauiano ᵇ Augusto: vel à Caio Augusto. Sed si lata est ab Octauiano Augusto, vel ab aliquo istorum duorum: cur ergo dicitur Iulia? Respond. quia primo Iulius Cæsar eã induxit, sed non perfecit: Caius perfecit, & maluit eam nominare nomine auunculi sui Iulij: *vt s. de origine iur. l. ij. §. deinde Caius.* Vel dic eam originaliter à Caio traditam: sed eam nominari Iuliam à suo auunculo, qui fuit prius imperator: *vt in authen. de prepo. nom. impe. ibi, sine etiam tertio, &c. col. ij. vt in authen. vt liberti de cætero. §. facimus. col. iiij.*

h E*X lege.*] *Nisi reum.* aliàs reim, id est causam. & aliàs reum.

i *Condemnauerit.* id est cõdemnari fecerit: *vt supra de iust. l. furti. §. mandati. & hoc ideo*, quia si absoluitur adulter, prodest adulteræ: sed nõ nocet condemnatio: *vt j. eo. l. denuntiasse. §. pe.*

k ¶ *Marito. vt C. eo. l. abolitionem. & j. eo. l. denuntiasse. §. pe.*

l ¶ *Præscriptum est.* id ᶜ est, de eo certum capitulum est: *vt s. de mino. l. auxilium. §. fin.* 2. Vel dic, id est ᵈ exceptio inducitur.

m ¶ *Delinquere.* cum non deprehenderit.

n ¶ *Contaminationi.* aliàs contaminatione: Accur.

o ¶ *Infligitur.* In libro. B. est non. & tunc dic quòd potest excusare ignorantiã, *vt j. eo. l. mariti.* & sic dic cæterum pro sed: Alij non habent hic non: vt quia scit committi adulterium: & dices cæterum pro certe. Vel dic pro sed: sed subaudi &, vt nõ aduersetur. & facit *s. solu. ma. l. cum mulier. & C. eo. l. crimen. & l. ita nobis. & j. eo. mariti. §. j. ij. & iij.*

p ¶ *Qui hoc dicit.* i. extraneus de adulterio accusatus à marito.

q ¶ *Admissa. vt s. de publi. iudi. l. is qui reus. & s. de in rem verso. l. filius. sed arg. contra. j. eo. l. si vxor. §. iudex. & §. fi.*

a *Lex Iulia de adulteriis vnde & à quo Iulia dicatur.*

b *Et hæc vera.*

c *Præscriptum crimen lenocinij, lege Iulia quo sensu dicatur.*

d *Id est per exceptionem præscriptionis inducitur.*

a ¶ *Velit reum*. id est accusatus extraneus.

b ¶ *Delatus*. id est accusatus, vel lis sit contestata: *vt infra prox. §. fin.* sed ante sic: & vterque punitur.

c ¶ *Non repellere*. si[a] nomen vxoris receptum esset inter reos. alioquin est contra: *vt supra solut. matrim. l. cum mulier. & infra eod. l. si maritus. ij. §. praescriptiones. & C. eodem ita nobis.*

d ¶ *Statuere*. scilicet poenam.

e. ¶ *Sine accusatore*. speciale.[b] *sic C. de episc. & cler. l. si quis in hoc.* 2. Itē in[a] crimine suspecti tutoris: *vt supra de suspect. tuto. l. tutor. quoque. §. praeterea.* 3. Item in chartafalia: *vt C. de proba. l. penul.* 4. Idem in testibus *vt C. de testib. l. nullum.* 5. Idem in calumniatore: *vt C. de calumn. l. j. & ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. si libertus.* 6. Idem in falso: *vt C. de fal. l. vbi.* (Sed nos dicim[a] quòd ibi fuit principaliter accusatio de falso instituta.) 7. Idem in notorio: *vt C. de accusat. l. quidem.* Sed regulariter[c] contra: *vt infra de muner. & honor. l. rescripto. §. si quis accusatorem.* ¶ Item quaero, an quòd hic dicitur, vt puniatur ille cōtraque mexcipitur, sit in crimine falsi, & similib[a], vt exceptione repulsus puniatur? Respon. non. & potest esse ratio, secūdū Hug. quia per exceptionē[d] lenocinij tollitur accusatio lenocinij: sed[e] per exceptionē[f] falsi, non tollitur accusatio falsi.

f ¶ *Nec maritum*. Imò obiicitur: *vt C. eod. l. quoniam. quae est contra.* Sol. hic extraneus obiiciebat lenocinij quaestionem postquā nomen suum redactū est inter reos: quod non licet: *vt infra eodem l. si maritus. ij. §. praescriptiones.* Ibi vero ante. 2. Vel aliter: lenocinij illius exceptio repellit maritum quolibet accusato, quia dicatur vxori adulterae consensisse: vel post adulterium ipsius factum approbasse: vt ibi: & obiicietur haec except. cū sit peremptoria[g] quandocunque, ante sentētiam forsan: & hic maritus repulsus subiicietur poenae. Exceptio autem lenocinij, quòd dicatur duxisse vxorem damnatam de adulterio, non prodest extraneo accusato, nec nocet marito: aut vxori accusatae non prodest: nocet tamen marito: vt hic distinguitur.

b Lenocinij exceptio dilatoria est non peremptoria.

b Sine accusatore quibus casibus quis damnari possit. adde Angelum *tract. de maleficiis in verba famapublica.* vbi notat his casib. iudicem inquirere posse.

c Sine accusatore regulariter nemo dānandus.

d Exceptione lenocinij tollitur accusatio lenocinij.

e Exceptionis lenocinij & falsi differentia.

f Exceptione falsi non tollitur falsi accusatio.

g Exceptio peremptoria quādocūque obiici potest ante sententiam.

† Probari directò adulterium non potest, sed ex praesumptione. *l. praeterea de testibus. o. l. tutoris c. tertio loco de praesumptionib.*

h Idoneior semper praeferendus in accusando. *vt hic.* & hoc quidem ante nomen rei receptum inter reos: iterum nisi postea vel colludat, vel fiat infamis *l. j. inf. eod.*

cum velit reus[a] adulterij, lenocinij reum facere: semel delatus[b] non audietur.

Exceptio lenocinij opposita à muliere inter eos recepta, maritum non repellit, sed eū puniri facit. sed si obijcitur ab extraneo, nihil importat. h. d. Dividitur in quatuor partes. Primò ponit vnum dictum. Secundo illationem ex dicto. Tertiò determinat vnam quaestionem dependentem ex praedictis. Quartò ponit aliud dictum. Secunda ibi, lenociniū. Tertia ibi, vnde quaeri potest. Quarta ibi, extraneus autem. Bart.

5. ¶ Si publico iudicio maritus vxorē reā faciat: an lenocinij allegatio repellat maritū ab accusatione? Et putē nō repellere[c]. Lenociniū igitur mariti ipsum onerat: non mulierem excusat.

6. ¶ Vnde quaeri potest, an is qui de adulterio cognoscit, statuere[d] in maritum ob lenociniū possit. Et puto posse. Nam Claudius Gorgonius vir clarissimus vxorem accusans, cum detectus est vxorem in adulterio deprehensam retinuisse: & sine accusatorē[e] lenocinio damnatus est à diuo Seuero.

7. ¶ Extraneus autē nequaquā lenocinium obiiciēs, posteaquā reus factus est, se releuabit, nec maritum[f] poenae subiiciet.

Maritus praefertur patri vxoris suae ad accusandum de adulterio vxoris, si non fuerit negligens ad causam instituendam & prosequendam. h. d.

8. ¶ Si simul ad accusationem veniant maritus & pater mulieris: quem praeferri oporteat, quaeritur. Et magis est[g] vt maritus praeferatur. Nam & propensiore ira, & maiore dolore executurum eum accusationem credendum est: in tantum, vt & si pater praeuenerit, & libellos inscriptionum deposuerit, marito non neglegente nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus † instituente atque muniente, vt facilius iudicantibus de adulterio probetur: idem erit dicēdum. 9. Sed & quotiens alij qui post maritum & patrem accusare possunt[h], ad accusandum prosiliunt: lege expressum est, vt is cuius de ea re notio est, de iusto accusatore constituat[i].

g ¶ *Magis est*. ad[h] hoc. *C. eo. l. quamuis & infra eod. l. si maritus. praeuenerit. j. in princ. & §. fin. & arg. C. qui admit. ad bo. poss. l. fin. in fin. Item facit infra de iure fisci. l. edicto. §. extat & supra de damno infecto. l. si finita. §. eleganter.* Accursius.

h ¶ *Possunt*. de quibus dicitur. *C. eo. l. quamuis*, scilicet enim ordinatè ponatur: non tamen hic seruatur ille ordo. Accursius.

i ¶ *Constituat*. supra *de accusa. l. si plures.*

k N *Isi.*] *Infamem*. qui iure mariti non accusabit: *vt infra eod. l. mariti in fine.* sed iure extranei, cum suam iniuriam persequatur: *vt supra de accusa. leg. ij. & facit supra titu. j. l. famosi. in principio.*

III. IDEM libro secundo de Adulteriis.

NIsi igitur pater maritum infamem[k] aut arguat, aut[n] doceat colludere magis cum vxore, quam ex animo accusare: postponetur marito.

Viro accusante non currunt tempora patri. vtroque differente, vtrique currunt tempora. Item accusanti adulterum non currunt tempora contra adulteram. Item extranei admittuntur post accusationem patris & mariti: & habent quatuor menses.

IIII. IDEM libro octauo Disputationum.

SI † maritus praeuenerit, accusareq. instituerit, tēpora non cedunt patri, quo[*] accusationū instituere non potest: sic tamen, vt quoad vnus occupet[l], vtrique tempora cedant: vbi verò maritus occupauit, residua tempora ei qui occupare non potest, non cedāt: quod & in eo dici potest qui ab adultero vel adultera coepit. Nam aduersus eū aduersus quē non coepit, desinunt ei tempora cedere[m]. Hęc in maritis & patribus dicta sunt. 1. ¶ Extraneis autem qui accusare[n] possunt, accusandi facultas post maritum & patrem conceditur. Nam post sexaginta dies[o] †, quatuor menses extraneis dátur, & ipsi vtiles.

Licet extraneus praeuenerit accusare, tamen maritus praefertur: licet mulier sit absoluta ab accusatione extranei. h. d.

2. ¶ Si antè extraneus instituerit accusationē, an superueniēte marito permittatur accusatio, quaeritur. Et magis arbitror hoc quoque casu maritum audiēdum, si non negligentia[p] praeuentus est.

S *I maritus.*] CASVS. Si vir accusat: non currunt tempora patri mulieris. si vterque differt, currit tempus vtrique. Item qui accusat adulterum, non currit tempus contra adulteram. idem è contra. Item post patrem & maritum mulieris qui habent lx. dies vtiles: si extranei volūt accusare, habent quatuor menses vtiles. Item si extraneus accusat de adulterio, & nunc veniat vir accusare volens: praefertur vir si non fuit negligens. Vltimo: extraneus accusauit mulierē de adulterio: & absoluta est. nunc vir accusare vult, auditur si probet se iusta de causa fuisse huc vsque impeditum. Frāc. Accursius.

l ¶ *Occupet*. & sic ambo sunt in mora. Accursius.

m ¶ *Cedere*. cum nō possit eodem tempore alium accusare: *vt C. eodem l. reos. & infra eodem l. nihil. §. fina.* ¶ Item nota negligēti[a] non currere tempus. ad quod *infra eodem. l. si maritus. & l. quinquennium. & C. de inofficio. testa. l. contra[b] maiores. & supra de mino. l. intra. & supra ad Tertul. l. ij. §. si mater. & Cod. de his qui vt indi. fororem. & C. de an. exceptio. l. j. in fin. & supra quando act. de pecu. est an. l. j. §. j.* Accursius.

n ¶ *Qui accusare*. nam quidam repelluntur: *vt supra de accu. l. qui accusare.* Vel admittuntur, *vt hic*: nisi sit pater vel vir qui accusare velit. tunc enim extranei non admittuntur: *vt C. eodem l. quamuis.* Accursius Florentinus.

o ¶ *Post sexaginta dies*. vtiles: praestituuntur[c] autem ad accusandū adulterium patrono, patri, & marito sexaginta dies vtiles: post quis extranei habent quatuor menses vtiles: & hoc à tempore diuortij: *vt infra eodem l. si cuius. §. penultimo.* sed quinquennium continuum vniuersis statuitur qui volunt accusare: & hoc ex die commissi criminis: *vt infra eodem. l. miles. §. adulterij. & Cod. eodem l. adulter post quinquennium.* & haec est vna praescriptio seu exceptio, scilicet temporis alia est lenocinij quod dic vt supra eodē, *l. prima §. lenocinij.* Item alia, vt supra eodem, *l. prima. §. primo.* Accur.

p ¶ *Non negligentia*. ad[d] *hoc supra eod. l. j. §. fina. & l. ij.* & argu. supra

† Si duo ad aliquid admitti possunt, vtri vt cedāt tempora donec vnus praeoccupet. *adde l. cum qui l. contra maiores. C. de inoffi.*

a quod. al. quia.

a Negligenti tempus non currit.

b Antequam quis vnam accusationē ex pluribus instituat, in vtraque currunt tempora.

† dies vtiles.

c Adulterij accusatio intra quod tempus instituta posset.

d Adulterij accusata muliere ab extraneo, maritus superueniens ad accusandū extraneo praeferendus: modo in accusando negligens fuisse non deprehēdatur. Quinimo post absolutionē, vxoris etiam maritus admittitur, vt qui iniuriam suam prosequatur.

supra de procura. l. procurator. & de acquiren. here. l. cum solut. in fine. & supra de sepulchro violato. l. sepulchri violati. ᶻ & supra de accusa. l. si cui. §. penult. Accurs.

NVptam.] CASVS. Quandam viduam accepi in vxorem. quidam vult eam accusare de adulterio commisso cum erat cum primo viro. bene auditur, cum in l. Iulia sit cautum, quòd in electione accusantis sit velit prius accusare adulterum quàm adulterá. si sit vidua. ▮ autem iam sit nupta secundo, prius adulter sit accusandus : & postea ipsa. Franciscus.

a ¶ *Nuptam.* aliàs nupturam.

b ¶ *Arbitrium.* facit supra eo. l. j. in prin. & l. si maritus. ij. §. penult. ibi, si in viduitate. & C. eo. l. si dum in mo. Accurs.

INter liberas.] CASVS. In liberis fœminis adulteratis vel stupratis lex Iulia locum habet: in ancillis non, sed act. Aquil. & iniur. & serui corrupti. Secúdo dicit. l. Iulia stuprum & adulterium promiscuè appellat: propriè autem adulterium in nuptam committitur : stuprum in virginem, vel viduá. Tertio dicit : & filiusfam. potest accusare de adulterio vxoris suæ, & etiam inuito patre suo. Quarto dicit : duos accusaui de diuersis criminibus. possum tertium accusare de adulterio cum vxore mea commisso. Franciscus.

Et ideo etsi accusatione instituta, absoluta sit mulier extraneo accusante : tamen marito debet permitti restaurare accusationem, si idoneas causas allegare possit quibus impeditus nō instituit accusationem.

Maritus potest accusare vxorem suam de adulterio quod commisit in primo matrimonio.

V. IVLIANVS *libro octagensimosexto Digestorum.*

NVptam ᵃ mihi adulterij ream postulari posse in priore matrimonio commissi, dubium non est : cum apertè lege Iulia de adulteriis coercendis caueatur, si quidem vidua sit de cuius adulterio agetur, vt accusator liberum arbitrium ᵇ habeat adulterum, an adulteram prius accusare malit. si verò nupta sit: † vt prius adulterum peragat, tunc † mulierem.

VI. PAPINIANVS *libro primo de Adulteriis.*

INter liberas tantum personas ᶜ adulterium stuprúmve passas lex Iulia locum habet ᵈ. Quod autem ad seruas pertinet, & legis Aquiliæ actio facilè tenebit : & iniuriarum quoque competit ᵉ: nec erit deneganda prætoria quoque actio de seruo corrupto ᶠ : nec propter plures actiones parcendum erit ᵍ in huiusmodi crimine reo. 1 ¶ Lex † stuprum & adulterium promiscuè ʰ & καταχρηστικώτερον appellat. Sed propriè adulterium in nuptá ⁱ committitur, propter partum

c ¶ *Inter liberas tantum personas.* inter ᵇ seruos enim non tenet matrimonium: vt Cod. de incest. nup. l. cum ancillis.

d ¶ *Locum habet.* vt C. eo. l. serui ob violatum.

e ¶ *Competit.* vt ꝫ. de iniuriis. l. si stuprum.

f ¶ *De seruo corrupto.* vt ꝫ. de ser. corru. l. si quis seruum. in fi. Accurs.

g ¶ *Erit.* ne etiam extra ordinem puniatur : vt supra de offi. præsi. l. fi. 2 Vel dic quòd licet vna conueniatur, poterit & aliis conueniri in id quod est plus: cum ex vno facto competant : aliàs si ex diuersis, tunc in solidum : vt ꝫ. vi bo. ra. l. j. & de act. & oblig. l. qui seruum. & de tut. & ra. dist. l. j. §. in tutela.

h ¶ *Promiscuè.* vt infra de verb. sign. l. inter stuprum.

i ¶ *In nuptam.* vel sponsam alienam: vt C. eo. l. propter. & infra eo. l. si vxor. §. diuus. Accurs.

▮ ¶ *Nomine.* i. dictione, scilicet adulterium. nam dicitur ᶜ quasi ad alterius torū accessus: vel quasi ad alterū accessus. & dicunt quod magis significatione quàm voce sit cōpositio : sed certè & voce, scilicet ex corruptione. ¶ Et est pœna ᵈ in fœmina & mare. C. e. l. quamuis. ij. in fi. ᵉ In stupro ᶠ est qualis dicitur Instituti. de publi. indi. §. ij. Item in incestu ᵍ dices infra eo. si adulterium cum. §. nonnunquam. & de lenocinio ʰ punitur vt adulter: vt ꝫ. e. l. qui domum.

l ¶ *Viduámve.* non meretricē. vel illicitam concubinam: vt ˡ C. eo. si ea. & supra de concubi. l. antepenult. & supple, vel puerum: vt C. eo. l. cum vir. & infra eo. l. stuprum. §. j.

m ¶ *Phthoran appellant.* id est, corruptionem, quasi societas turpis, vel consortium turpe dicatur stuprum.

n ¶ *Non separatur.* quia sic ᵏ accusat ac si esset sui iuris vt subiicit.

o ¶ *Posse.* fortè hoc est correctum: vt C. de bonis quæ libe. l. fin. §. sancimus. versic. necessitate. 2 Vel illud in ciuili. & pro hoc Cod. qui accu. non poss. l. ij. vbi tutor qui est legitimus administrator,

ff. Nouum.

a Ibi, reus primo iudicio cōdemnatus fuit: ideóq. secūdus non admittitur accusator : ne bis in eodem delicto quis puniatur.

† sub. non præmissa denunciatione ne nubat.

† Hoc est, vel conuicto vel condemnato adultero.

b Matrimoniū olim non erat inter seruos.

† vide in hūc §. Lauren. Val. elegant. 6. c. 45. & Alcia. li. de sing. l. ca. 16. & Budæū in ann. posterio. hac.

c Adulterium vnde dictum.

d Adulterij pœna quæ.

e Pœna verò antiqua est in l. si quæ vidua ꝫ. de quæst.

f Stupri pœna quæ.

g Incestus pœna quæ.

h Lenocinij pœna quæ.

i Stuprum in quib. mulieribus committatur.

k In accusationibus publicis filiusfamilias admittitur sine cōsensu patris, quod Bartol. hodie verum esse probat, & negat cōtractum, vt Glossa prox. j. cod. facit c. vl. extra de iudi. l. post legatum. §. his, ꝫ. de his quib. vt indig. licet Glo. contrariā sentiat. in l. vlt. §. necessitate C. de bon. quæ lib.

non ᵃ accusat nomine pupilli: nec ᵇ ergo pater. & facit infra eo. l. filium.

p ¶ *Crimine.* & alio subaudi: nam eiusdem criminis duos reos eodem tempore facere non potest, secundùm Py. Nec obstat. Cod. si reus vel accusator. l. j. quia ibi prosequebatur suam iniuriam. quod non placet. Imò etiam decem ᶜ potest quis eodem tempore accusare, dum tamen diuersis libellis: quod plenè dic vt Cod. qui accus. non poss. l. cum rationibus.

ex altero conceptum composito nomine ᵏ: stuprum verò in virginem viduámve ˡ committit: qđ Græci φθορὰν appellāt ᵐ.

Filiusfamil. potest inuito patre accusare de adulterio vxoris suæ. Item maritus potest accusare vxorem de adulterio, licèt alios duos de aliis criminibus accuset. hoc dicit. vsque ad l. qui pupillam.

2 ¶ Filiusfamiliæ maritus ab eo qui sui iuris est, in ea lege non separatur ⁿ. Diuus quoque Hadrianus Rosiano Gemino rescripsit, & inuito patre filiū hac lege reum facere posse ᵒ.

3 ¶ Maritus etsi duos reos ex alio crimine ᵖ habeat, poterit iure viri tertium accusare ᵠ: quoniam ea causa non cedit in numerum cæterarum ʳ.

Illicitum matrimonium non excusat quem à pœna stupri. Angelus.

VII. MARCIANVS *libro decimo Institutionum.*

QVi pupillam suam duxit vxorem contra senatusconsultum, nec matrimonium est ˢ hoc, & potest adulterij ᵗ accusari, qui tutor & curator fuit, & ᵘ infra vicensimumsextum annum ᵘ duxit vxorem non à patre desponsam, vel destinatam, vel testamento denominatam.

Duo possunt simul ab vno accusari crimine incestus. hoc dicit. sequens plana est.

1 ¶ In libro secundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: Incesti ˣ † cōmune crimē aduersus duos simul intētari ʸ pōt.

q ¶ *Accusare.* iure speciali : quia suam iniuriā prosequitur : vt d. l. cum rationibus.

r ¶ *Cæterarum.* scilicet causarum: & aliàs cæterorum, scilicet cōmuniū sine accusatorum. Accursius.

QVi pupillam.] CASVS. Tutor pupillam suam duxit in vxorem. dicitur quòd non tenet matrimonium: & potest tutor de adulterio accusari. idem in curatore, si intra vigesimumquintum annum duxit adultam in vxorem non à patre despōsatam vel destinatam, vel in testamento eius nominatam. Vltimo dicit : de incestu potest tam masculus quàm fœmina eodem tempore accusari. Franciscus.

s ¶ *Nec matrimonium est.* vt ᵈ supra de ritu nupt. l. non est. & C. de excusatione tutor. l. amplissimi. & supra rerum amot. l. si concubina.

t ¶ *Adulterij.* id ᵉ est stupri : cum non sit matrimonium: & est pœna. ᶠ C. si quis eam cuius tutor & c. l. prima. ad quæ est supra de dona. inter vir. & vxor. l. iij. §. primo. & in authentic. de restitu. & ea quæ parit. §. vnum. col. iiij.

u ¶ *Annum.* & insuper quadriennium: vt Cod. de interdicto matrimonio. l. si patru.

x ¶ *Incesti.* ▮ non adulterij : vt Cod. eo. l. nos. & infra e. l. vim passam. §. duos. & §. incesti.

y ¶ *Intentari potest.* à diuersis. Pla. 2 Vel dic etiam ab eodem, diuersis tamen libellis secundùm Ale. vt supra de accusa. l. hos accusare. § lege.

QVi domum.] CASVS. Qui præbet domum vt stuprum vel adulterium cum aliena matrefamil. aliquis faciat, vel cum puero : item qui accipit pretium à scholari vel alio quem inuenit cum vxore sua, quasi adulter punitur : cuiuscunque sit conditionis. & appellatione domus, omnis habitatio continetur: nec est vis etiam si amico suo præbuit domum ob hoc. idem si agrum suum vel alienum ob hoc alicui præbuit. Idem ▮ præbuit domum ad colloquium ibi faciendum cum aliqua matrefam. ob hoc factum. nam tenetur. Item materfamil. intelligitur non tantùm nupta, sed etiam vidua. Item non solùm masculus tenetur qui domum præbuit, vel qui pretium accepit pro stupro : sed etiam fœmina quæ aliquid de prædictis facit. Vltimo dicit: quædam materfam. non nupta timebat quòd si haberet rem cum aliquo, quòd accusaretur de stupro: vnde facta est lena, aut operas suas in scenam locauit, vt sic euitaret pœnam stupri: & sic postea habuit rem cum aliquo. dicitur quòd hæc fraus sibi non prodest: vnde de stupro potest accusari. & hoc dicit hæc lex cum duabus sequen. Franciscus.

a Accusare nō potest tutor nomine pupilli, li. de sis eius administrator.

b Argumentū à tutore extraneo pupilli bonorū administratore, ad patrem filiorum administratorem.

c Accusare qs ex eadem eiū causa decem potest eodem tempore, dū tamē id faciat diuersis libellis: vt hic & l. prox. in fi. & l. vim passam in fi. Imo vno etiam libello id fieri pōt. Gl. l. j. Co. si reus vel accusator mortuus. Idem tenet Dyn. argumento ducto à contractib. (vbi ita fit) ad delicta. Non de dub. reb. § fin autem. Idem cum Dyno tenet Bart. hic.

d Tutor pupillā suam vxorem ducere prohibetur non à patre desponsa, destinata vel denominata, & si duxerit, nullū erit matrimonium. ᵉ intra.

e Adulterium pro stupro.

f Pœna tutoris pupillam suam in vxorē ducentis contra legem.

† al. est hic §. qui incipit, Incesti.

a ¶ *Matremfamilias.* hoc expone vt infra eo.l.mater.

b ¶ *Punitur.* supra[a] *de mino.l.auxilium.§.j.& de extraord. cri.l.j.in fi. & l.proxi.& l.mariti.in prin.& §.j.ij.& iij.*

c ¶ *Appellatione domus.* sic[b] *ī.de iniur.l.lex Cornelia.§.domum.& infra eo.l.nec in ea.§.ij.*

d ¶ E*t si amicis.*] *Tenetur.* contra videbatur: *vt ī.de except. l.ij.*

e ¶ *Præbuisset.* id est, permisisset: *vt C.de male. & math.l.iij.*

f ¶ *Sine.* facit *ī.de auro & argen. leg.l.cum autem. §.insecti.ibi,quid ergo.*[c]

g ¶ *Non committeretur.* facile. *ad quod ī.de verb. signif.l.Nepos.Proculo.*

h ¶ M*Ater autem significatur.* supra[d] *eod. qui domum. & facit ī.de verbor.sign.l.pronunciatum.§.matrem.* Accurs.

i ¶ *Adulterij.* si[e] propriè ponas adulterij: dic quòd hæc fraus sibi non proficiebat: *vt infra eodē. si vxor.in princip.* Si dicas (quod est verius) quod impropriè pro stupro, vt quia non erat nupta: benè dicit: quia pœna stupri non tenet eas inhonestas. *C.eo.l.quæ adulterium. & plenè dic vt ibi. & facit C.eod.l.si mulier.*

k ¶ *In scenam.* per hæc duo fit infamis[f] ipso iure: *vt ī.de infa.l.j.*

l ¶ *Adulterij.* i. propriè vel id est stupri: *vt modo notaui.*

VIII. PAPINIANVS *libro 2. de Adulteriis.*

QVi domum suam vt stuprum adulteriúmve cum aliena matrefamilias[a] vel cum masculo fieret, sciens præbuerit, vel quæstum ex adulterio vxoris suæ fecerit: cuiuscumque sit conditionis, quasi adulter punitur[b]. 1 ¶ Appellatione domus[c] habitationem quoque significari palàm est.

Qui est causa causæ, est causa causati. hoc dicit.

IX. VLPIANVS *libro quarto de Adulteriis.*

ET si amici † quis domum præbuisset, tenetur[d]. 1 ¶ Sed & si quis in agro balneóve stuprum fieri præbuisset[e], comprehendi debet. 2 ¶ Sed & si in domum aliquam soliti fuerint conueniri ad tractandum de adulterio: etsi eo loci nihil fuerit admissum, veruntamen videtur ii domum suam vt stuprum adulteriúmve committeretur, præbuisse: † quia sine[f] colloquio illo adulterium non committeretur[g].

X. PAPINIANVS *libro 2. de Adulteriis.*

MAter autē familias significatur[h] non tantùm nupta, sed etiam vidua. 1 ¶ Mulieres quoque hoc capite legis, quòd domum præbuerunt, vel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur.

Quæ se vilem personā facit, vt effugiat legum laqueos: non euitabit pœnam legis. hoc dicit.

2 ¶ Mulier quæ euitandæ pœnæ adulterij[i] gratia lenociniū fecerit, aut operas suas in scenam[k] locauit: adulterij[l] accusari damnaríque ex senatuscōsulto[*] potest.

XI. IDEM *libro singulari de Adulteriis.*

MIles qui cum adultero vxoris suæ pact⁹ est[m], solui sacramēto[n], deportaríq; debet.

M*iles.*] CASVS. Miles pactus est cū adultero vxoris suæ. remouetur à militia, & deportatur. Item miles qui iacuit cum filia sororis: de incestu accusari potest. Item accusata de adulterio, & recepta inter reos, non potest defendi per alium, etiam si sit absens. Vltimo dicit: socer volens accusare nurum de adulterio, est protestatus coram præside se velle date de hoc libellum. postea destitit, volens lucrari dotem, quasi eius nur⁹ culpa solutum sit matrimonium. dicitur quòd volens iterum accusare non auditur. [ADVLTERII.] De adulterio potest accusari adulter intra quinquennium à tempore commissi criminis, etiam muliere defuncta. Secundo dicit quòd dies lx. qui dant̄ marito ad accusandū, itē quatuor menses qui dantur extraneo, sunt vtiles: & ideo non currunt accusare volēti, donec est captus, & sic in custodia sit: in prædicto tamen tempore computantur etiam feriati dies si præsidis fuit copia. Sed pone ꝙ desponsaui quandam: & pater eius alij eam nupsit & tradidit. dicit quòd non possum eum qui eam duxit, de adulterio accusare. postea dicit: defuncto viro eius vxor de adulterio accusabatur. ipsa dicebat debere differri causam istam donec filius suus impubes erit magnus, quasi hæc causa tangat eum. dicitur quòd non audit̄ hæc fœmina: cum hæc causa non præiudicet filio eius. [VOLENTI.] Non potest vxor donec perseuerat in matrimonio, accusari de adulterio: sed nec adulter potest interim accusari. Secūdò dicit: mulier nupta est secundo, de quo erat suspicio quòd viuo primo viro habebat rem cum ista. non potest ista accusari de adulterio ante adulterum. & adducitur pulchra ratio. Tertio dicit: cum Berta audisset quòd vir suus qui iuerat vltra mare vel alibi, decessisset: nupsit se Titio. deinde vir reuersus est. quæritur an ista puniatur? & dicitur quòd si longo tempore expectauit primum virum, & audito quòd decesserat, nupsit secūdo: non punitur. si autem finxit se audisse virum decessisse, & nupsit hoc casu punit. [BRAM.] Accusatam de adulterio sciens duxi eam in vxorem: & cū sit damnata, eam repudio. dicitur quòd culpa mulieris dicitur factum diuortium: vt sic patiatur pœnas quæ mulieribus ob hanc causam imponuntur à lege. C. de repudiis. l.consensu. Franciscus.

1 ¶ Militē qui sororis filiam in contubernio habuit, licèt non in matrimoniū: adulterij[o] pœna teneri, rectius dicetur. 2 ¶ Ea quę inter reas adulterij recepta esset[p], absens defendi non potest[q].

Lucrum pecuniarum non est præferendum honestæ vindictæ.

3 ¶ Socer † cū nurū adulterij accusaturum se libellis præsidi datis testatus fuisset[r] maluit accusatione desistere, & lucrum ex dote magis petere. Quærit̄, an huiusmodi cōmentum[s] eius admitti existimes. Respondit. Turpissimo exēplo is qui nurū suam accusare instituisset, postea desistere maluit, contentus lucrū ex dote retinere, tanquā culpa[t] mulieris dirempto matrimonio. quare non iniquè repelletur[u], qui commodum[x] dotis, vindictæ domus suæ præponere non erubuit. 4 ¶ Adulterij reum intra quinque annos continuos à die criminis admissi[y], defuncta[z] quoq; muliere postulari posse[a] palàm est.

Dies constituti ad accusandum de adulterio, sunt vtiles. hoc dicit.

5 ¶ Quidam accusare volebat adulterij mulierem: & postulabat ne sibi computarētur dies quos in custodiam[b] fecisset[c *] me hoc admittente, extitit qui mihi contradiceret: cuius opinionem an tu probes, rogo maturius mihi scribas. Respondit: Opinionem tuam & verba legis & sententia adiuuant, cui placuit vtiles dies[d] accusatori computandos esse, id est quibus potuit accusationis solemnia implere. Quare sine dubio dies quibus quis in custodia fuit, extra computationem vtilium dierum existimāti tibi cōstitutos, contradici

m ¶ *Pactus est.* gratis,[a] vel non gratis. nam vtrunque prohibitū est: *vt Cod. eod.l.de crimine. & de transact. l.transigere.* & dic vt ibi. Accursius.

n ¶ *Sacramento.* militiæ. quod dic vt supra *de infa.l.ij.§.miles. & facit infra de re milita. l. qui cum vno. §.adulterij.*

o ¶ *Adulterij.* id est, stupri. ad quod supra de iis quibus *vt in d. l. mulierem.*

p ¶ *Recepta est.* hoc[b] autem posset fieri de absente, scilicet recipi inter reos: *vt C.eodem.l. adulteram.* Accursius.

q ¶ *Non potest.* hic *dic vt supra de publi.iud. l.pen.§.j.* sed fallit in casu: *vt C.eod. l. quamuis indubitati.* Accursius.

r ¶ *Fuisset.* quod propriè fit apud præsidem, vel magistratum: *vt C.de cano.fru.vr.Ro. l. j.* ¶ Et not. quòd hic libellum non dedit. nam tunc nulla esset dubitatio: *vt ī.l.j.§.j.*

s ¶ *Commentum.* aliàs commercium.

t ¶ *Culpa.* quo[c] casu vir dotem lucratur: *vt Cod. de repu. consens.*

u ¶ *Repelletur.* ab accusando iterum: non autem incidit in Turpil. *vt Cod. ad Turpil. l.j. contra.* sed non[d] incidit in TurpiLante lit. vt ibi: sed denuo accusatam non repetit: *vt hic, & supra e.l.ij. §. marito.* Accursius.

x ¶ *Commodum.* sic[e] *supra de iure do.l.cum post.§. & patrona. Item C.de dona.inter virum & vxo.l. si maritus. & Cod. de institu. & substitu. l.reprehendenda.*

y ¶ *Admissi.* facit *infra eodem. l. mariti. §. præterea. & §. quinquennium. & l. quinquennium. & supra ad Sila. l. in cognitione.* Accursius.

z ¶ *Defuncta.* *ī.eo.l.vim passam.§.in matrimonio.& l.fin.*

a ¶ *Posse.* scilicet maritum, vel alium, ex parte subiecti.

b ¶ *In custodiam.* scilicet publicam: *vt ī.de verbor.signi. l.vinculorum. & ī.ex qui.cau.ma.l.succurritur.* Accurs.

c ¶ *Fuisset.* scilicet ipse accusator.

d ¶ *Vtiles dies.* lx. *vt C. eo.l.iure mariti.* & quatuor menses *vt ī.eo.si maritus.j.§.hoc in maritis.*

a Quasi adulter punitur qui domum suam sciens præbet adulterij faciendi causa vel qui quæstū ex vxore fecit.

b Domus appellatione cōtinetur habitatio, hoc est, propria vel conducta. ad de § suadā lo si de iniur.

c Vnd dicitur in Glos. facti, quod ccœptum habetur pro facto.

d Matresfamilias quæ dicantur.

† al. amicis.

e Adulterij pœnam vxor non euitat, etiā si publicè, post verò meretricium vel lenociniū artem profitea tur: stupri tamen pœnam gultat. stuprū enim iure ci uili non committitur in inhonestas mulieres.

† qua.

f Infamis fit ipso iure, lena & scœnica: vnde colligitur etiā infamem mulierem adulterij posse accusari.

* Iunio tempore Tyberii, Syllano & Norbano coss. Tacit. lib. 2.

† Comminatus de accusando, si desistat ab illa comminatione, ita repellitur ab accusatione, ac si accusasset, & postea destitisset.

a Pacisci etiā gratis de adulterio suę vxoris miles non potest.

b Absens inter reos recipi potest, igitur & citra litis contestationē. v. Bartol. in l. qui reum. ff. de publ. iudic.

* fuisse.

c Dotem vir lucratur vxore adultera.

d Qui destitit ab accusatione ante litis contestationē non incidit in Turpillianū.

e Dotem maritus non lucratur vxore adultera, si vxorem neque accuset, neque aduersus eam se inscribat, sed simpliciter excipiat de adulterio, vt hic Glossa & Bart. arg. Authent. vt liceat matri & auiæ. § quia verò prima. versi. de adu t. & notatur in l. consensu. Co. de repud. Contrà Bal. & Imola in l. cum mulier. ff. soluto matr. Roman. in l. Lucius. ff. i. tem v. Alex. in d.l. cū mulier.

Non

a ¶ *Non debuit. vt Cod. eodem l. commissa. & l. si quodam. & supra de diuer. praescrip. l. j. & supra quib. ex cau. ma. l. si qua. & infra proxi. §. diui.*

b ¶ *Vtiles computantur. vt supra proxi. §.*

c ¶ *De plano.* id est non sedente iudice pro tribunali. Sic in aliquibus bo. pos. in aliis non: *vt supra quis or. in bo. pos. ser. l. ij. §. j. contra.* ¶ Item quod dicit de die feriato est speciale. sic *C. de fer. l. j. & de dila l. fin.* §. j. aliàs contra supra si quis in ius vo. non ierit. l. ij. §. fin. & facit supra de condit. & demon. l. quibus diebus. in princ. & de offic. procon. l. nec quicquam. §. de plano. Accursius.

d ¶ *Deferre. fa. C. eo. l. iure mariti.*

e ¶ *Nouam rem.* & ideo non auditur. aliud si à non viro sit cognita: vt in contrario *infra eo. si vxor. §. diuus.*

f ¶ *Postulatur.* facit infra eo. l. fin. in fin.

g ¶ *Impetrare.* hoc autem petebat ad instar Carbo. edict. *vt supra de Carbon. edict. l. j. in princip.* & ad instar ventris: *vt de ven. in pos. mit. l. j. §. si ea.* Accurs.

h ¶ *Non videtur mihi.* Imò videtur differri: *vt supra de ventre in possess. mit. l. antepenu. contra solu.* hic de iam nato: ibi de nascituro. 2 Vel ibi malè respondit & scripsit Madrianus. 3 Vel personaliter. Ioan. 4 Vel ibi dum nascitur: *vt infra de pan. l. iij. vel vt not. C. de fal. l. j. & facit supra de Carbo. edicto. l. Titia. & infra eo. l. in criminis.*

i ¶ *Cum possit.* Ergo à contrario cum mater accusatur de partu supposito, debet differri quaestio propter puerũ. sed l. dicit contra supra *de Carbo. edict. l. j. §. fin. & l. ij. & C. de fal. l. j.* si enim constat in causa matris partum subiectum, fit praeiudicium filio. Ad quod dic quòd ideo nõ differtur, quia maiori constantia se defenderet: nec dicas praeiudicium fieri filio. & quod dicitur in d. §. fina. quòd filio denegatur actio de hereditate: verum est si sententia contra se fuerit lata, non contra matrem: *vt supra de inoffi. test. l. iij. §. penult.* Nec ob. praedictis de Carbo. *edict. l. iij. §. ibidem.* vbi etiam in pubere fratre differtur quaestio propter impuberem: quia ibi in illo pubere cessat ratio quam in matre dixi. nam non est constans, cum sit minor vigintiquinque ann. Item nescit veritatem rei vt mater.

k ¶ *Non posse mulierem.* Iure isto prius debet vir vxorem dimittere, & tunc accusare: *vt hic: & infra eod. l. constante. & Cod. e. l. crimen.* Nec est contra *infra eod. l. vim passam. §. nupta. vt ibi not.* Sed hoc videtur corrigi etiam iure codicis: *vt Cod. eo. quamuis. §.* sic enim dic, connubia. 2 Vel ibi in personis tertiis: hic in extraneis. 3 Vel dic ibi connubia secundò contracta, cum iam alij nupserat. 4 Vel dic futura, vel etiam praeterita. at iure authen. est expeditum vt constante matrimonio accuses, & conuictam deferat: *vt in authen. vt liceat ma. & auia. §. quia verò plurimas. colla. viij. & in authen. sed hodie. C. eo.*

a De plano libellus dari dicitur, qui datur iudice nõ sedente pro tribunali.

b Libellus adulterij causa etiam die feriato, dari potest, vt hic. 1. mò & in qualibet causa ciuili, vt notat Speculator. tit. de feriis § sequitur. vers. ... qualibet ... pore libellus ... que ita iudicatum refert Bar. hic. Quod multo magis in exceptione proponenda obtinet. Aliud in termino qui dari solet ad exceptionẽ proponendã: hic enim dari debet causa cognita. l. ... de iudic.

c Dilatio datur matri propter pubertatẽ filij bonorum possessione Carboniana: vt & aliis ppter vtero: at nõ vt se excuset ab adulterij accusatione.

† Adultera si pateat, partus natus ex ea praesumitur ex matrimonio natus, cuius sententia cõfirmationẽ v. apud Cremẽs. sing. 26. Alcia. ... praesumpt. 37. Menoch. 2. de arbit. C. cons. 3. ... & Argumentũ ... ratio ...

† ...

k Accusare adulterij vxorẽ constante matrimonio, an & quo iure possit vel non possit maritus.

non debuit [a]. 6 ¶ Sexaginta dies qui marito accusante vtiles computantur[b], feriatis quoque diebus, si modò facultatem praesidis adeundi accusator habuit, numerari certum est: quoniam de plano [c] quoque libellus dari potest. Quod priuilegium si amisit, non prohibetur intra alios quatuor menses querelam suam apud iudicem deferre [d]. 7 ¶ Quaerebatur, an iure mariti possit accusare vir eam foeminam quae cum ei desponsa fuisset, alij in matrimonium à patre fuisset tradita. Respondit: Nouam rẽ [e] instituere huiusmodi accusatorem existimo, qui adulterij crimẽ obiicere desiderat propter hoc tantùm, quòd priori sibi desponsa puella, à patre in matrimonium alij fuerit tradita. 8 ¶ Defuncto marito, adulterij rea mulier postulatur [f]. 9 ¶ Quae propter impuberem filium vult dilationem ab accusatore impetrare [g], an debeat audiri? Respondi: Non videtur mihi [h] confugere ea mulier ad iustam defensionem, quae aetatem filij praetendit ad eludendam legitimam accusationem. Nam non vtique crimen adulterij quod mulieri obiicitur, infanti † praeiudicat: cũ possit [i] & illa adultera esse, & impubes defunctum patrẽ habuisse.

Vxor non repudiata non potest de adulterio accusari. Bart.

10 ¶ Volenti mihi ream adulterij postulare eam quae post commissum adulterium in eodem matrimonio perseuerauerit, contradictum est, quaero, an iustè responsum sit. Respondit: Ignorare non debuisti, durante eo matrimonio in quo adulterium dicitur esse cõmissum, non posse mulierem [k] reã adulterij fieri, sed nec adulterum interim accusare [a] posse.

Adultera secundo nubens non potest accusari: nisi prius cõuicto viro de adulterio. Bart.

11 ¶ Licèt [l] ei mulier qui in suspicione adulterij incidit, nupsisse dicatur: nõ antè accusari poterit [m], quàm adulter fuerit cõuictus [n]. Alioquin ad hoc vel maximè viri confugiẽt, volẽtes benè concordatum [o] sequens matrimonium dirimere, vt dicant cum adulterio mulierem nuptias contraxisse.

Fama excusat à dolo, nisi habeat originem ab eo qui propter famam se vult excusare. Bart.

12 ¶ Mulier cũ absentẽ virũ audisset vita functũ esse, alij se iunxit: mox marit[us] reuersus est quęro quid aduersus eã mulierẽ statuendũ sit. Respõdit, tam iuris quàm facti quęstionẽ moueri. Nã si longo [p] tẽpore transacto sine vllius stupri probatione, falsis †rumoribus† inducta, quasi soluta priore vinculo, legitimis nuptiis secundis [q] iuncta est: quòd verisimile [r] est deceptam eam fuisse, nihil vindicta dignum videri põt. Quòd si ficta mariti mors, argumẽtũ faciendis nuptiis probabil[is] praestitisse: cũ hoc facto pudicitia laboret [a], vindicari debet pro admissi criminis qualitate.

Nõ videtur in culpa qui dimittit eam quam retinere non potest. Bartolus.

13 ¶ Ream adulterij vxorem duxi [s], eam damnatam mox repudiaui. Quęro, an causam dissidij praestitisse videor. Respõdit: Cum per legem Iuliam huiusmodi vxorem retinere prohibearis [t]: non videri causam te dissidij praestitisse, palàm est. Quare ita ius tractabitur, quasi culpa mulieris facto diuortio [u].

XII. VLPIANVS libro 1. de Adulteriis.

HAec verba legis, *Ne quis post hac* [x] *stuprum adulterium facito sciens dolo malo* [y]: & ad eum qui suasit †, & ad eum qui stuprum vel adulterium intulit, pertinent.

a Accusare adulterij licet constante nouo vxorem marito potest, constante tamen matrimonio.

l ¶ *Licèt.* id est, quamuis: & est aliàs ei: & ita, qui. & est plana. aliàs est ea: & ita, quae: & tunc supple ibi. nupsisse dicatur, scilicet suspecto. *& facit infra eo. l. quaesitum.* Item argum. contra. *in authen. de rapt. mulie. coll. ix.* Accursius.

m ¶ *Poterit.* postea ergo sic: *vt Cod. eod. l. commissum.*

n ¶ *Conuictus.* hoc si nupserit ante denuntiationem: *vt supra eo. l. j. in prin.*

o ¶ *Concordatum. ad hoc infra eo. l. constante. & supra de libe. homi. exhiben. l. j. in fin.*

p ¶ *Si longo.* id est decennio, vel vicennio: *vt Instit. de vsucap. in princ.*

q ¶ *Nuptiis secundis.* quantum ad vtriusque propositum. vnde dico filios interim natos, legitimos esse: sed vir reuersus recuperat vxorem suam: *vt in authentica vt liceat matri. & auia. §. quod autem. col. viij. & in decre. xxx. q. j. c. j. & facit supra de repud. vxores. & C. de repud. l. vxor.*

r ¶ *Quòd verisimile.* quòd, id est, quia: & est ratio sequentis. Accursius.

s ¶ *Vxorem duxi.* sciens vel ignorans eam accusatam: sed non credens eam commisisse crimen: aliàs essem leno: *vt C. eodem l. fine meo. & l. castitati.*

t ¶ *Prohibearis.* sciens, *vt modo dixi.*

u ¶ *Diuortio.* vt habeat locum lex. *Cod. de repu. l. consensu.*

b Longo tempus pro decennio vel vicennio.

† Rumor est falsum excusat.

† Fama publica excusat à dolo. facit l. ... in fin. l. de abig. l. plagij. l. ad l. Fab. quod vt obtineat, duo concurrere debent, vnum vt fama diu obtinuerit, quod Accursius hic interpretatur decennio vel vicennio: de quo v. Bart. in l. ... de ... Alterum vt fama non sit pronunciata vel immissa ab eo, qui eo vel defendatur sed ab aliis.

a Fl. laboret vindicare.

HAEc verba.] CASVS. Exponit quaedam verba, quae fortè erant talia: nemo iudex dimittat impunitum adulterium vel stuprum factũ post hanc legem. haec enim verba spectant ad eum puniendum qui fecit stuprum vel adulterium. Item ad eum qui suasit haec fieri. Franciscus.

x ¶ *Posthac.* vel post hoc, id est, in posterum.

y ¶ *Dolo malo.* defecta sunt. fortè enim erant talia: nemo iudex dimittat impunitum adulterium vel stuprum factum post hanc l. & hoc si habeas, factum. Aliàs est facito: & tunc est sic *supra eo. l. miles. §. penult. & infra eo. l. pen.* Aliàs est stupro vel adulterio facto: sed non est bona.

† Suasor & mandator delicti, tenetur delicti etiã ex propria verborum significatione, non per interpretationem extensiuam ... legis in rẽ sen. factam ipsum ... in persona. ... Suasio ei qui aliàs erat facturus, punitur l. non potest. § ... mandato. l. ...

SI uxor.] CASVS. Patronus habebat libertam suam in concubinam. Titius iacuit cum ea. dicitur quòd patronus potest eam accusare de stupro tanquam extraneus, non vt vir, cũ nõ sit vir. Secũdo dicit: habebas vxorem bonam, vel malam. ipsa iacuit cũ

ſcholari. competit tibi acuſatio adulterij. non enim ſoli Atridæ vxores ſuas amant. & hoc eſt verum, etiam ſi ipſa vxor ſit meretrix. nam adulterium committit qui cum ea iacet. ſec° ſi eſſet vidua & meretrix. nam qui cum ea iacet, non committit ſtuprum: ſed ſi quis iacet cum ſponſa mea, ſtuprum committit: & de hoc poteſt accuſari. ſi iacet cũ concubina mea, poſſum eum de ſtupro accuſare: non de adulterio, cũ vir non ſim. Vltimo dicit: in cauſa adulterij cũ vir accuſat vxorem ſuam de adulterio, debet iudex inſpicere an iſte vir ſit pudicus, an verò fuerit leno: & puniat eum. [SI QVIS PLANE VXOREM.] Accuſo vxorem meam de adulterio, ob id quòd antequam mihi eſſet nupta, iacuit cum ſcholari. dicitur quòd non audior. Idem & ſi tunc temporis fuerit concubina. Idem ſi filia mea nupſit alicui ſine mea voluntate: & poſtea cõſenſi illis nuptiis. nam ceſſat accuſatio adulterij ob præcedens factũ. Vltimo dicit: aliquis iacuit cum vxore mea capta ab hoſtibus. poſſum eam reuerſam ab hoſtibus de adulterio accuſare, niſi per vim hoſtiũ illud paſſa fuit. [SI MINOR.] Minorem xij. annis deſponſaui, & eam in domum meam duxi. iſta iacuit cum ſcholari. poſtea facta maior xij. annis eſt: & ſic vxor mea eſſe cœpit. volo eã de adulterio accuſare commiſſo ab ea intra minorem ætatem. dicitur quòd non audior: ſed de ſtupro poſſum eam accuſare. Secundo dicit: cum vxore mea iacuit ſcholaris. eandẽ repudio: & aliquo tempore elapſo eandem reduco in vxorem. dicitur quòd amodo non poſſum eam de adulterio prius commiſſo accuſare. & redditur ratio in litera. Vltimo dicit: quãdam puellam accepi in vxorem: nunc volo eam de ſtupro accuſare quod commiſit antequam eſſet mihi nupta. dicitur quòd non audior: & redditur ratio in litera. Franc.

b Iliad. 1. Hoc dicebat Achilles iratus amore ſibi raptæ ab Agamenone Briſeidos. vide Eraſ. chil. 4. cent. 9. prouer. 54.

† Vulgaris vxor quæ ſit, docet his Bud. & ad Pand. lib. 2. Nam. tur. cap. 40.

XIII. IDEM libro ſecundo de Adulteriis.

SI vxor non fuerit in adulterio,[a] concubina[b] tamen fuit: iure quidẽ mariti accuſare eã non poterit, quę vxor non fuit: iure tamen extranei accuſationem[c] inſtituere non prohibebitur, ſi modò[d] ea ſit quę in cõcubinatu ſe dãdo, matronę nomẽ non amiſit, vt puta quæ patroni concubina[e] fuit. 1 ¶ Planè ſiue iuſta[f] vxor fuit, ſiue iniuſta: accuſationem inſtituere vir poterit. Nam & Sextus Cæcilius ait, hæc lex ad omnia matrimonia pertinet. & illud Homericum adfert. Nec enim ſoli (inquit) Atridæ[g] vxores ſuas amant. οὐ* μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι.

2 ¶ Sed & in ea vxore poteſt maritus adulterium vindicare[h], quæ vulgaris[i] † fuerit: quamuis ſi vidua eſſet, impunè in ea ſtuprum committeretur. 3 ¶ Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc idem vindicãdum[k]: quia neq; matrimonium qualecunque nec ſpem matrimonij violare permittitur. 4 ¶ Sed & ſi ea ſit mulier, cum qua inceſtum commiſſum eſt: vel ea quæ quamuis vxoris animo haberetur, vxor tamen[l] eſſe non poteſt: dicendum eſt iure mariti accuſare[m] eam nõ poſſe: iure extranei[n] poſſe.

Nemo iure ab alio virtutem exigere conatur quàm ipſe non habet: iuxta illud Iuuena. Nil Iudæus Iudæo: nil Catilina Cethego. Et Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. hoc dicit.

5 ¶ Iudex † adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur[o] eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat[p]. Quæ res poteſt & virum damnare: non rem ob compenſationem mutui criminis inter vtroſque[q] communicare. 6 ¶ Si quis vxorem ſuam velit accuſare, dicátque eam adulterium commiſiſſe antequam ſibi nuberet: iure viri accuſationem inſtituere non poterit[r]: quia non cum[ſ] ei nupta eſt, adulterium commiſit. Quod & in concubina[t] dici põt, quã vxorem quis poſtea habuit: vel in filiafamilias[u], cuius cõiunctioni pater poſtea conſenſit.*

Non coinquinatur corpus niſi de conſenſu mentis. hoc dicit.

7 ¶ Si quis planè vxorem ſuam, cùm apud hoſtes eſſet, adulterium commiſiſſe arguat, benignius dicetur poſſe eum accuſare iure viri[x]: ſed ita demum adulterium maritus vindicabit, ſi vim hoſtium paſſa non eſſet. Cæterùm quæ vim patitur: non eſt in ea cauſa vt adulterij vel ſtupri damnetur[y].

8 ¶ Si minor duodecim annis in domum deducta, adulterium commiſerit, mox apud eum ætatem exceſſerit, cœperítque eſſe vxor: non poterit iure viri accuſari ex eo adulterio quod ante

a ¶ *In adulterio.* id eſt[a] ſtupro. adulterium enim propriè eſſe non poteſt: *vt s. eo. l. inter liber. ss. §. j. alij contra.*

a Adulterij vox interdum accipitur pro ſtupro.

b ¶ *Concubina.* Non fecit ſtuprum cum erat vxor, ſed cum erat concubina.

b Accuſare concubinam ſuam eãdémque libertam patronus nõ poteſt adulterij: ſed ſtupri: quia adulteriũ propriè non committitur, niſi in nuptã. Cõcubina autem non eſt nupta.

c ¶ *Accuſationem.* ſcilicet ſtupri:[b] ſed alij, id eſt adulterij. & adde quod dicitur. *C. eo. l. ſi ea. & l. quæ adulterium.* item & quod eſt *ſupra de concu. l. j. in prin. & §. cum Atilicino. & l. in concubinatu. & infra eo. l. diuus. & §. ſi quis vxorem.*

d ¶ *Si modò.* aliàs ſi modò. *& infra eſt, non:* aliàs ſi non. & deeſt. infra non.

e ¶ *Concubina.* hæc[c] non amiſit honorem matronæ: *vt arg. ſupra de ritu nup. l. l. ſtuprum.*

c Liberta concubina patroni facta, non amittit honorem matronę.

f[b] ¶ *Iuſta.* id eſt[d] bona. & iniuſta, id eſt mala: vxor tamen. 2 Vel dic iniuſta: quia erat talis quæ impunè poterat dimitti: ad quod eſt *C. de repu. l. conſenſu. & de ſponſa. l. mulier. §. hoc illud quoque.* 3 Vel dic iuſta, id eſt legitima: iniuſta, id eſt non legitima: vt quia de facto erat vxor, iure tamen prohibita: *vt infra §. diuus. in fine. & argu. ſupra ad Sillã. l. ſi quis in fraud. §. ſi quis codicillos.* Accurſ.

d Iuſta & iniuſta vxor quid.

e Atridæ vnde dicti.

g ¶ *Soli Atridæ.* i. nobiliſſimi: ſic[e] dicti à genere: imò etiam parui: vel id eſt legitimi viri, ſecundùm H. vnde Virgilius: Cõiuge prę- repta, nec ſol os tangit Atridas Iſte dolor, ſoliſque, &c. Accur.

h ¶ *Vindicare.* iure extranei: non iure mariti: *vt j. eo. l. marito. in fi. & arg. j. proxi. §.*

i ¶ *Vulgaris* hoc eſt contra.[a] *Cod. eod. l. quæ adulterium. & l. ſi ea.* Solu. neutra[b] erat ibi vxor: hic ſic: & ideo ibi adulterium pro ſtupro dicitur. 2 Sed alij dicunt, hìc verè meretrix. in l. quæ adulterium, præſumptiuè,[c] vt quia vinum propinabat. 3 Vel dic hìc de ea quæ deſiit eſſe vulgaris, & accepit virum. ſecus ſi vidua remanſiſſet, vel vulgaris. nam impunè ſtuprum, &c. ¶ Item nota hìc delictum remanere impunitum.[d] & ſic eſt argu. contra *ſupra ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* ADDITIO. Dic ſecundùm Barto. quòd propter vilitatem vitæ delictum hìc habetur pro non delicto.

a Adulterij accuſare vxorẽ quæ fuit vulgaris, an & quando maritus poſſit.

b Hæc ſolutio communiter probatur.

† Hæc verba vſurpat Vlp. ex conſt. D. Seueri poſita in Gregoriano, vt ait D. Aug. ad Pollentium.

c Præſumitur adultera, quæ vinum propinat.

d Delictum aliquando remanet impunitum.

k ¶ *Vindicandum.* ſcilicet iure viri: ſi modò vxor eſſe poterit: aliàs non de adulterio, ſed de ſtupro, quaſi ſponſam: *vt j. eod. l. §. ſi minor. & C. eo. l. propter.* Vel dic vt[e] ibi. ¶ Item contra. *ſ. eod. l. miles. §. quærebatur.* Sol. vt ibi. Item *facit s. de inior. l. item apud. §. ſponſum.*

e Fl. nobiliſſ.

l ¶ *Tamen.* alia cauſa quàm conſanguinitatis.

m ¶ *Accuſare.* de adulterio.

n ¶ *Iure extranei.* non[e] iure mariti: *vt infra eod. §. fin. & ſupra eod. in principio.*

e Accuſaturus adulterij aliquam iure extranei, probare debet eam habitam pro vxore: iure mariti accuſaturus, probare debet eam fuiſſe verè vxorem: tametſi priore caſu præſumatur matrimonium. l. in liberæ. l. de ritu nupt. l. in concubinato, ſ. de concubinis.

o ¶ *Videtur. vt ſupra de pa. iudi. l. is qui. & de eden. ſi quis. §. prætor ait. verſi. prohibet.*

p ¶ *Non exhibeat.* committendo lenocinium. & dic quòd poſtquam eſt recepta inter reos: & ſic non extinguitur accuſatio adulterij, ſed vterque punitur: ſecus ſi ante: *vt ſupra eod. l. j. §. qui hoc dicit. & §. ſi publico. contra.* Alij dicunt quòd hìc etiam ante lit. conteſt. obiicitur: & quod dicit virum damnare, exponunt alio accuſante, non viro: vel etiam viro non vt viro, vt ibi: ſed ex extranei iure, vt hìc.

q ¶ *Inter vtroſque.* hoc aliquando fit, ſcilicet ſi ante litis conteſtationem obiicit. *arg. ſupra ſolu. matri. l. viro. & de compenſa. l. ſi ambo. in princip. & de dolo. l. ſi duo. & de eo per quem factum erit. l. fina. §. j.*

r ¶ *Non poterit.* nec iure extranei: *vt j. eod. fin.*

ſ ¶ *Non cum.* aliàs non cum: & aliàs, antequam[f] ei nupta eſſet.

t ¶ *In concubina.* vt ſi aliquis habeat concubinam, & alius eam violet, licèt celebretur poſtea matrimonium inter concubinam & amaſium: non tamen accuſari poterit de adulterio: ſed iure extranei: *vt ſupra in principio. l. uiſ.* quia eam approbat: *vt in fin. huius l.*

f Adulterij vxorem accuſaturus, probare debet eã fuiſſe vxorem, tempore commiſſi adulterij.

u ¶ *In filiafamilias.* Sic pone quòd filiafamilias nupſerat ſine conſenſu patris: vnde cum matrimonium non valeret, *vt Inſtitut. de nup. in prin.* nec adulterij accuſatio locum habet. Accurſ.

x ¶ *Viri.* contra videbatur: quia non eſt vxor: *vt in Authent. de nupt. §. ſed & captiuitatis. col. iiij. & ſupra ſoluto matrimonio. l. ſi quis ſic.*

y ¶ *Damnetur. vt C. eod.*[g] *l. fœdiſſimam. & j. l. vim paſſam. & s. de pœna. l. j. §. remouet.* Accurſ.

g Adultera non eſt, quæ vim paſſa eſt.

Sponſa.

a Vxor ex postfacto esse potest, qui initio immatura ducta sp[on]sa est nisi sper sponsalorum aut ipsa sponsalia interrupta. l. vules. §. quærebatur. ff. eod.
b Accusare iure nemo eam potest, quam postea duxit adulteram.

a ¶ *Sponsa.* nam [a] potest esse sponsa, licet non vxor, à vij. ann. *vt supra de spon. l. in sponsalibus.*
b ¶ *Quod supra in §. diuus.*
c ¶ *Eam.* vt [b] *infra eod. l. quæsitum. in fine. & supra rerum amo. l. fin. & Cod. de testa. l. si quis. & supra nau. cau. l. penult. §. fina. & supra de ædil. edill. l. quòd si nolit. §. in saltum.* Sed arg. cōtra *supra man. l. qui mutuam. §. non ideo. & de nego. gest. l. Pomponius. & supra l. ij. §. qui hoc.* Accurs.

† Semel approbatum, nō potest reprobari. *cum vxor. ex cane. ip. & in c. & tex in cano. dilectissimi. & q. x. an camen. horrendum. 32. q. 5.*

[I]S cuius.] CASVS. Qui opem præstitit, item qui dolum commisit vt scholaris, vel fœmina in adulterio sit inuenta, & se pecunia redimat: tanquam leno punitur. Secundo dicit: subieci quendam scholarem in camera mea, vt sic eum inueniam cum vxore mea: & hoc feci causa eam infamandi. dicitur quòd ego punior, & etiam ipsa. & dic de hoc vt in glos. domini mei Accursij. Tertiò dicit: vir vel pater mulieris potest primo accusare adulteram, & hoc intra sexaginta dies: nec aliquis alius interim admittitur: sed post sic. Quarto dicit: qui iure mariti accusat: si committat calumniam, punitur: & hoc declara vt in glos. domini mei Accursij quæ incipit, maritus, &c. Franciscus Accursius.

ætatem nupta cōmisit: sed vel quasi sponsa [a] poterit accusari ex rescripto diui Seueri, quod supra [b] relatum est.

Quod approbo, non reprobo. hoc dicit vsque in finem legis.

9 ¶ Sed & si qua † repudiata mox reducta sit, non quasi eodē matrimonio durante, sed quasi alio interposito: videndū est an ex delicto quod in priore matrimonio admisit, accusari possit. Et puto non posse. Aboleuit enim prioris matrimonij delicta, reducēdo eam. 10. ¶ Idē dicendum est si stupri velit accusare eam [c] quam postea duxit vxorē, serò enim accusat mores quos vxorem ducendo probauit.

XIIII. SCÆVOLA *libro quarto Regularum.*

[I]S cuius [d] ope cōsilio dolo malo factum est vt vir, fœmináve in adulterio deprehensa, pecunia, aliáve qua pactione se redimerent: eadem pœna [e] damnatur, quæ constituta est in eos qui lenocinij crimine damnantur.

1 ¶ Si vir infamandæ vxoris suæ causa adulterum subiecerit, vt ipse deprehenderet: & vir [f] & mulier adulterij crimine tenentur [g] ex senatusconsulto [h] de ea re facto. 2 ¶ Marito primùm, vel patri [i] eam filiam quam in potestate habet, intra dies sexaginta diuortij accusare permittitur: nec vlli alij * intra id tempus agendi potestas datur. vltra eos dies neutrius [k] voluntas expectatur.

3 ¶ Iure mariti qui accusant, calumniæ periculum non euitant [l].

Quando duo habent æquale ius, & est locus præoccupationi: si vnus est impeditus, impeditur socius. h. d. principium huius legis. Bart.

XV. VLPIANVS *libro secundo de Adulteriis.*

e Mandator adulterij tenetur pœna adulterij.
d Pœna adulterij, gladij.

d ¶ *Is cuius.* hoc expone vt [c] *supra de fur. l. in furti. §. ope. & §. recte. & facit supra eo. l. hæc verba.*
e ¶ *Ea pœna.* ergo adulterij. *vt supra, qui domum.* ergo gladij: [d] *vt C. eo. l. quamuis. ij. in fin.* & facit quòd æqualiter teneantur. *C. de accu. l. nō ideo. & supra de dolo. l. & eleganter. §. si quadrupes. & supra de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. & infra de iure fisc. l. j. §. diuus Pius.*
f ¶ *Et vir.* quia suasit: *vt i. eo. l. hæc verba.*
g ¶ *Tenentur.* hæc videtur ex sola deprehensione damnata: *vt supra de ritu nup. l. palam. §. qui in adulterio.* 2 Vel illud quo ad prohibitionem nuptiarum cum præditis dignitate.
h ¶ *Ex senatusconsulto.* cuius nomen non habemus.
i ¶ *Vel patri.* Imò pater non: *vt infra eod. l. nec in ea. §. j.* Solu. *vt ibi.* Accursius.
k ¶ *Neutrius.* nec patris, nec viri: sed de iusto accusatore cōstituetur: & poterit esse quòd etiam vir vel pater præferatur: *vt i. eo. l. ij. §. fin. & facit i. eo. l. iiij. & C. eo. l. iure. & l. quamuis ij.*

e Maritus in accusando adulterij vxorē quædam priuilegia habet.
f Adulterij accusatio patri permissa, quibus casib. priuilegiata.

l ¶ *Non euitant.* Maritus habet quædam præcipua iura in accusando. Primum, [e] quia habet sexaginta dies quibus præfertur aliis: *vt i. proxi. §. 2.* Item sine metu calumniæ. 3 Item ex sola suspicione. 4 Item secundùm P. sine inscriptione, seu libello: *vt C. eo. l. quāuis ij. sed in hoc vlti. dic vt ibi not.* Hæc [f] eadem habet pater, præterquam quia vir ei præfertur, nisi colludat, vel sit infamis: *vt supra proxi. §. & supra eo. l. ij. §. fina.* & præterquam quia non accusat ex sola suspicione sine libello: quod viro licet, secundùm quosdam. Sunt & alij qui habent aliqua de prædictis. scilicet quòd anteponantur aliis: sed cætera non habent. *vt colligitur supra proxi. §. & Cod. eod. l. quamuis. ij.* ¶ Item in eo quòd hic dicitur sine [g] metu talionis hos accusare non posse, est contra. *Cod. eod. l. quamuis. ij. & l. iure mariti. in fin. & infra l. proxi. §. lex Iulia. in fin. §. & supra de mino. l. auxilium. in princ.* Solu. si [h] euidens calumnia est, obtinet quod hic: aliàs quod in contrariis: *argum. supra de petitione heredit. l. postquam. in fin. & Cod. qui accu. non poss. l. ij. in fin. & Cod. de admi. tutorum. l. non est. & supra de his qui. vt indign. l. tutorem.* 2 Vel ille in viro: hic in patre, & aliis iure mariti accusantibus: *vt argum. infra eo. l. pater.* & secundùm hoc dic, non euitant scilicet quandoque. 3 Vel dic, non euitant, si probentur calumniari: non autem præsumuntur eo ipso quòd non probant: vt in contrariis, secundùm Ioan. 4 Vel refert accuset vir vel pater intra sexaginta dies, & sic euitant an post: & tunc non. Et secundùm hoc dices: accusant, id est, accusare solent. Accurs.

g Adulterij accusans vxorem iure mariti, verum teneri possit de calumnia.
h Hanc solutionē probat Bartolus iuncta vltima.

§. Nouum.

[S]I maritus.] CASVS. Vxor Titij qui erat magistratus alicuius ciuitatis, iacuit cum scholari, dicitur quòd pater huius fœminæ non potest interim accusare donec Titius sit in magistratu: & interim non currunt sexaginta dies patri. [LEGIS IVLIA.] Non potest accusari de adulterio qui causa rei publicæ abest sine detractatione, id est, qui non dedit operam vt abesset causa euitandæ accusationis. Item præsens non accusatur quandoque de adulterio: vt si oportet eum vigilare circa custodiam turris vel castri. Vltimo dicit: Bononiensis quidam erat absens causa reipublicæ, putà in ciuitate Neapolitana: vbi nunc est papa Alexander. iiij. ibi commisit adulterium. dicitur quòd ibi potest accusari: nisi sit talis persona quæ non possit sub præside conueniri. quod declara vt in glos. domini mei Accursij. [SI NEGAVERINT.] Si pater fœminæ quæ iacuit cum scholari, & vir eiusdem dicit se nolle accusare de adulterio: statim currunt tempora extraneis accusare volentibus: & pater & vir amodo accusare nō possunt. [LEX IVLIA.] Minor vigintiquinque annis non potest de adulterio accusare, nisi suum matrimoniū vindicare velit: vt vxorem suam, item eum qui iacuit cū ea accusare poterit, licèt sit minor vigintiquinque ann. & hoc casu cū admittitur ad accusandū minor, non facilè de calūnia damnatur. & quod dixi regulariter minorē non accusare: intelligo minorem, etiam si xxv. annorum sit, nondum tamen eos compleuerat. [PRÆSCRIPTIONES.] Præscriptiones siue exceptiones quæ obiiciuntur accusantibus de adulterio, vt non admittantur ad accusationem, vt est ista, quia minor est accusans, vel similis, *vt supra* proximè habuisti notatum: debent opponi antequam nomen accusati sit receptum inter reos, non post. Secundo dicit: volo accusare quandā viduā de adulterio quod cōmisit cū erat nupta. dicitur quòd est in mea electione velim ab ea incipere, an ab adultero: sed simul vtrumque accusare non possum: & accusatio facta de vtroque irritatur, & interim incipere possum à quo volo. Tertio dicit: inueni vxorem meam cum scholari. repudiaui vxorem, & ei denunciaui ne nubat alij. possum & ab ea incipere, si volo. & dicit qualiter sit denunciandum. Quarto dicit: pone quòd non denunciaui, libellum tamen accusationis de ea dederam antequam ipsa alij nuberet, & hoc scito, ipsa nupsit. dicitur quòd nunquam ab ipsa incipiam hoc casu. Quinto dicit: denunciaui ei ne nuberet, cū velim eam de adulterio accusare: nec dixi pro quo adulterio: nec quando facto. dicitur quòd satis est. vnde si ipsa amodo nupsit, possum ab ea incipere. sed si specifico in denuntiatione de quo adulterio velim eam accusare, vt de eo quod commisit cum Titio, nunc volo eam accusare de adulterio cum Gaio commisso, cum iam alij nupta sit: dicitur quòd non prodest mihi denuntiatio. Sexto dicit quòd per procuratorem potest fieri denuntiatio, & per seruum. & hoc dicit hic §. cum l. sequen. & parte tertij vsq; ad §. quærit. vbi dicit quòd vn[us] pōt adulterū accusare, ali[us] adulterā. mulier tñ si est pri[us] nupta ante denūtiationē sibi factā, nō pōt accusari priusquā adulter. sed pri[us] accusatio facta de adultero expediri debet: & si absoluit adulter, ipsa amodo nō accusat. si autē condēnat, nō præiudicat mulieri, sed accusatio eius fiet. Sed pone quod adulter decessit ante accusationē de eo factā, vel post accusationē ante condēnationē. dicit quòd statim adultera pōt accusari. idē si adulter sit relegatus. Sed pone quòd tēpore quo accusaui adulterū, adultera nō erat nupta. dicit quòd benè pōt ipsa accusari nō obstāte absolutione adulteri hoc casu. Vltimo dicit: absoluto adultero, adultera nupta non pōt accusari ab eodē qui accusauerat adulterū: nec ab alio: etiā si adulter per collusionem sit absolutus. sed si adultera desiit esse nupta, pōt &

ipsa accusari, etiam absoluto adultero. & hoc dicit hic. §. cum duabus ll. seq. Fran. Accursius.

SI maritus sit in magistratu: potest præueniri à patre [a]? atquin [b] non oportet. Et putat Pomponius debere dici, quo ad maritus magistratum gerit, patris quoque accusationem impediendum: * ne præripiatur marito ius quod cum eo æquale habet [c]. Igitur non cedent sexaginta dies patri, cum accusare non potest [d].

Qui reipublicæ causa absunt sine fraude, non vt accusationem criminis euitent: non possunt interim accusari adulterij: secus est in militibus qui sunt in eadem prouincia. Item quis debet puniri in ea prouincia in qua adulterium commisit: nisi esset talis persona in quam præses prouinciæ non habet iurisdictionem. hoc dicit vsque ad §. si negauerint. Bart.

1 ¶ Legis Iuliæ de adulteriis capite septimo ita cauetur, *Ne quis inter reos referat eum qui tunc sine detrectatione [e] reipublicæ causa aberit.* Neque enim æquum visum est, absentem reipublicæ causa, inter reos referri, dum reipublicæ [f] operatur. 2 ¶ Necessario adiicitur *sine detrectatione*. Cæterum si quis euitandi criminis † id egit, vt reipublicæ causa abesset, nihil illi commentũ hoc proficiat. 3 ¶ Quòd si quis præsens sit, vice † tamen absentis habetur, vtputà qui in vigilibus vel vrbanis castris militat [g]. dicẽdum est deferri [h] hunc posse. neque enim laborare habet [i] vt se repræsentet. 4 ¶ Et generaliter dicendum est, eorum demum absentiam excusatam esse, qui in alia prouincia reipublicæ causa absunt, quàm in ea in qua deferuntur. Proinde si quis in prouincia in qua agit, adulterium commiserit, accusari poterit: nisi sit ea persona quæ ad præsidis cognitionem [k] non pertinet.

Renunciante aliquo iuri suo, non immeritò sequens admittitur: nec erit renuncianti regressus ad id cui renunciandum putauit.

5 ¶ Si negauerint se pater & maritus accusaturos intra diẽ sexagensimum: an statim incipiant tempora extraneo cedere? Et primus Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum posse statim atque isti negauerint. cui adsentiendum [l] puto. Fortius enim dicitur, eum qui se negauerit acturum, postea non audiendum [m].

Minor non potest accusare de adulterio nisi de commisso cum vxore sua: & in eo de facili calumnia non præsumitur. B.

6 ¶ Lex Iulia de adulteriis specialiter [n] quosdam adulterij accusare prohibet: vt minorem annis viginti quinque [o]. Nec enim visus est idoneus accusator qui nondum robustæ ætatis est. Quod ita verum est, si non matrimonij sui iniuriam exequatur. Cæterum si suum matrimonium vindicare velit: quanuis iure extranei [p] ad accusationem veniat, tamen audietur [q]. Nec enim vlla præscriptio [r] obiicitur suam iniuriam vindicanti. Sanè si iuuenali * facilitate ductus, vel etiã feruore ætatis accensus, ad accusationẽ prosilit: accusanti ei non facilè [f] calumniæ pœna

a ¶ *A patre.* mero iure. vel lege interrogatiuè. ¶ Et no. quòd maritus repellitur dum est in magistratu. cui est contra. ĩ. e. §. *lex Iulia. ibi, nec enim.* Solu. vt ibi. Item eidem contra. ĩ. *de accusat. hi tamen. in princip.* Solu. excipe illos qui sunt in magistratu: cum etiam in ciuili parcissimè ius dicatur: *vt supra de of. præsid. l. senatusconsul.* Item si dicas eũ esse in tali magistratu, vt non possit vocari in ius sine pœna: *vt supra de in ius vocan. l. ij.*

b ¶ *Atquin.* pro sed certè. & corrigit.

c ¶ *Æquale habet.* sed quo ad aliqua inæquale: *vt supra proxi. §. fina.*

d ¶ *Non potest.* vt [b] *supra l. si maritus. in princ. & l. ij. § fina. & l. seq.*

e ¶ *Detrectatione.* & facit *supra quibus ex cau. ma. l. iij. & v. & infra de re mi. l. fin. & supra de accusa. l. hos accusare. circa princip. & arg. supra de testib. l. inuiti.* secus [c] autem si aliàs abest: quia potest recipi inter reos: *vt C. eo. l. adulteram.* quæ receptio fit post litem contesta. ¶ Sed an [d] accusari possit absens? Respon. sic: *vt C. de exhiben. reu. l. penult. §. ex longinqua.* sed non vt procedatur: *vt C. de accu. l. absentem. & C. eo. l. si quondam.*

f ¶ *Reipublicæ.* non data opera.

g ¶ *Castris militat.* vt [e] *supra quib. ex cau. maio. l. vt sunt. & l. milites. & l. qui mittuntur. §. præfectus. versic. sed & in vrbanis. & l. hi qui.*

h ¶ *Deferri.* id est, accusari.

i ¶ *Habet.* scilicet accusatus.

k ¶ *Cognitionem.* vt *C. si quacunque pro. po. l. j.* 2 Vel pone quòd habet priuilegium indultũ à principe, vt sub illo præside non teneatur respondere: *vt C. de veteranis. l. si in fin. lib. xij.* Sed hoc hodie non valeret, nisi esset dictum, non obstante authenti. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet. 3 Vel tertio pone exemplum in milite armato. *ad quod C. vbi quis decu. vel eo. l. ij. & C. in quib. causis milit. fo. præ. l. j.* Sed tunc obstat. ĩ. *de custo. reo. l. non dubium.* vbi saltem est cognitio præsidis. Sed dices ibi in milite inermi, secundùm quosdam, si velis hanc expositionem tueri: sed non placet: cum graue delictum sit adulterium: [f] *vt ĩ. de re milit. l. iij. in princip. & ĩ. de accu. l. fina.*

l ¶ *Adsentiendum puto.* vt *Cod. qui admit. ad bono. possess. l. fin. cum suis concor.*

m ¶ *Non audiendum.* cum ista concordant. *C. [g] ad Turpillia. l. quamuis. & ĩ. ad Turpillia. qui destitit. & l. in senatus. §. si propter. in fin. §. & supra de inofficio. testa. l. Papinianus. §. ij. & infra ad legem Iuliam de vi publi. l. qui cetu. §. ij. & ĩ. de repud. heredita. l. sicut. & de ædil. edi. l. quæritur. § si venditor. & de iudi. l. sed & si susceperit. in prin. & Cod. qui accus. non poss. l. accusationem. & de pact. l. postquam. & de condi. infer. l. fina. & supra quis ord. in bono possess. serua. l. si coheredi. & de rebus credit. l. si quis.* Sed contra. *Cod. de transact. l. transigere.* Solu. hic nec transactio nec pactum est, sed [h] repudiatio quædam illicita. Nam facit eum incidere in Turpil. si accusatio erat instituta: aliàs non incidit: *vt C. ad Turpil. l. j. & est ratio:* quia per negationem [a] videtur confiteri se non habere ius: *vt C. de fide instrument. l. si aduersarius.* quod non fit per transactionem ex parte transigentis. 2 Vel dic quòd non tenet transactio, vel pactio: vt ibi: ipse tamen qui fecit, non potest contrauenire: *vt argu. supra de serui. rusti. prædio. l. per fundum.* quæ non placet. ¶ Item contra [b] *supra de sepulchro violato. l. tertia. §. si is.* Solu. ibi distulit, hîc destitit. 2 Vel verius, hæc secundùm illam, quia hîc iam ab alio erat accusatio cœpta, quando pater vult accusare de nouo: aliàs auditur pater: vt ibi. 3 Vel secundùm Ioan. dic etiam patrem interim non audiri antequam lis ab alio contestetur: & sic speciale in adulterio. In aliis enim criminibus & idem ipse qui remisit, auditur: vt in contrario: *vt supra de pactis. l. si vnus. §. pacta quæ turpem. versicul. item ne experiar. & l. iurisgentium. §. si paciscar.* secundũ eum. Sed contra se facit infra *ad Turpillianum. l. qui destitit.* Sed ipse respondet quòd ibi iam cœpta accusatio deseritur, hîc incipienda. 2 Vel potest dici quòd ibi in crimine in quo licet transigi vel pacisci: hîc non. Vel ibi ab alio iam erat lis contestata. Et eisdem modis potest responderi ad has duas quibus dicitur eundem non audiri, scilicet *Cod. ad Turpillianum. l. quamuis. & infra ad Turpillianum. l. in senatus. §. si propter. & etiam. Cod. qui accusare non possunt. l. accusationem.* Item contra hoc responsum. *Cod. de appellationibus. l. si quis libellos.* Sed ibi iusta, hîc iniusta est pœnitentia. & eo modo respondetur *supra de colla. bono. l. nonnunquam. in princip.*

n ¶ *Specialiter.* nam [c] in aliis accusationibus admittitur minor, etsi non prosequatur suam iniuriam: non pupillus: *vt supra de accu. l. qui accusare.* Accurs.

o ¶ *Minores annis viginti quinque.* secus in testificatione: [d] *vt supra de testi. l. in testibus.*

p ¶ *Extranei.* putà post sexaginta dies.

q ¶ *Tamen audietur.* cum auctoritate curatoris: *vt Cod. de autho. præstan. l. clarum. & supra de accu. l. ij. & l. qui accusare. & l. hi tamen. in princ.*

r ¶ *Præscriptio.* minoris ætatis, de qua dixerat. Item nec illa quæ non obiicitur maiori, vt lenocinij, postquam esset inter reos recepta: *vt supra l. ij. §. si publica.* sed aliæ quæ aliis opponuntur, etiam huic opponuntur, vt quòd sit magistratus: *vt supra in princip. l.* Item xx. ann. *vt C. de fal. l. querela.* Item quinquennij & sex mensium, & lx. dierum: *vt infra eod. l. mariti. & l. quinquennium.* Item secundùm Al. qui habet duos reos delatos eodem tempore: *vt C. qui accusa. non possunt. l. cum ratio[n]ibus.* quod non placet: cum suam iniuriam prosequatur: *vt in d. l. supra de accusat. l. hos accusare. § lege. in fine.* Item & aliæ sunt quæ possunt opponi: *vt not. C. eo. l. ita nobis.*

f ¶ *Non facilè.* Contra ĩ. l. *grac[c]hi. in fin.* Solu. vt ibi. & illa quæ fue-

Impediendũ.

a Atquin particula conse[c]tiua.

b Dies vtiles ei non cedunt qui accusare non potest.

c Absens causa Reipu. sine fraude aut sine absentia affectata, recipi inter reos nõ potest.

d Accusari absens potest, sic tamen vt aduersus eũ non procedatur.

† criminis causa.

e Absentis vice habentur qui in vigilib. vel vrbanis castris militant.

† Absentẽ esse & vicem absentis habere differunt: vt & aliàs merx & vice mercis. l. merx. ĩ. de ver. sign. vt & aliud remissio, aliud vice remissionis. l. Prætor. §. i. ĩ. de oper. noui nunt. aliud cignẽ esse & pro cigne haberi. Et hec similiter in his quæ facti sunt, aliud esse tale & habere pro tali: in his quæ iuris idem.

f Adulterium graue est delictum. ca. si episcop. ho. & [illegible] in ca. apostolus. dist. & in c. [illegible] deferentes cum [illegible] not. per Pa[nor]. & quæ ad [illegible] vers. [illegible] magno crimine. [illegible] extra de poen.

g Negans se accusaturũ nõ auditur postea: atq; ita videtur dicẽdũ, Pactum de nõ accusando adulterij, valere.

h Malè hic distinguit inter pactum de nõ accusando, & renũciationẽ accusationis: nec enim differt renunciatio à tali pacto licet differat à transactione.

a Negans se acturum, cõfiteri se ius nõ habere: quod passim non est verum. Id. n. negare potest donandi animo, licèt ius habeat.

b An is qui accusationem remisit, póstea ad accusandũ admittatur.

c Accusare de adulterio minor non potest: licèt in aliis accusationibus admittatur.

* Iuuenili.

d Testis esse nõ xxv. annis esse potest in causis ciuilib. at non accusare adulteriũ.

runt ibi contraria, hic concordant.

a ¶ *Ætatis.* i. compleuit. 2 Vel dic, id est inchoauit. & sic non sunt argumenta contraria Glo.

b ¶ *Agit.* sic ž. *de mino. l. ij. §. minorem. & supra de conditio. & demon. l. non putabam.* Sed ar. contra. ĵ. *de man. & bo. l. ad rempublicam. & ž. ad Trebel. l. qui filium. §. j.*

c ¶ *Obiici solent.* quæ istæ sint. dixi. ž. proxi. §. & ex illis apparet quæ dilatoriæ[a], quæ peremptoriæ sint.

a Exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ quæ sint.

d ¶ *Tractari.* hoc de dilatoriis fortè verum est: vt si dicat nupta, ab adultero incipiendum est. *vt supra eo. l. ij. in princ.* secus[b] in peremptoriis: vt in ciuili causa: *vt Cod. sentent. rescin. non posse. l. peremptorias. & facit Cod. de procura. l. ita demum.* Sed contra *supra ead. l. ij. §. si publico. in fin.* Sed ibi speciale in lenocinio, vt tãtùm in princi. opponatur, licèt sit perẽptoria. Alij dicunt in criminalibus etiam peremptorias opponi in princ. quod dic *vt not. ž. eod. l. ij. §. si publico.* Franciscus Accursius.

¶ Contra. *nota in l. si vxor. §. f. 1.* ... *tradatis de iure cau.*

b Exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ que possunt opponi vsque ad sententiã.

e ¶ *Recipiatur.* quod fit post lit. contest. *vt C. eo. l. adulteram.*

f ¶ *Perseuerat.* facit *supra eodem. l. nuptam. & l. ij. in prin. & l. miles. §. volenti.*

g ¶ *Nihil agit.* sed quantum ad abolitionem aliquid agit: *vt infra. l. vim passam. §. penult. & infra ad Turpil. l. j. §. accusationem. & argu. supra de serui. rusti. prædio. l. per fundum. & facit Cod. eodem. l. reos.*

h ¶ *Detulerit.* fa.[a] *infra de decu. l. imperatores. §. fin. & ž. de adi. edi. l. bonum. §. fin. & de ope. liber. l. ij.* Accur.

i ¶ *Delatione.* id est accusatione.

a Libellus inceptus nihilo peramt ... sed nec interrumpit præscriptionẽ. *l. accusatorum. ij.*

Denuntiatio si requiritur ad aliam fiat quam sciendi, semper fieri debet etiam scienti: non autem solum ignoranti. Bal.

† Denunciari interdum debet ei qui scit.

irrogabitur. Minorem viginti-quinque annis etiam eum accipimus, qui vicẽsimumquintum annum ætatis[a] agit.[b] 7 ¶ Præscriptiones quæ obiici solent[c] accusantibus adulterij, antè solent tractari[d], quàm quis inter reos recipiatur[e]. Cæterum † postea quã semel receptus est, non potest præscriptioné obiicere.

8 ¶ Si in viduitate mulier perseuerat[f]: in accusatoris est arbitrio, à quo velit incipere, vtrum ab adultero, an ab adultera.

9 ¶ Si quis & adulterum & adulterã simul detulit, nihil agit[g]: poteritque, quasi neutrum detulerit[h], rursus à quo velit initium facere: quia nihil agit prima delatione[i].

Diuiditur cum l. sequenti. Primò ponit vnum dictum. Secundo circa illud format quinque quæstiones per ordinem, vsque ad §. quæritur. in l. denuntiasse. Bart.

XVI. IDEM *libro primo de Adulteriis.*

QVi vxori repudium miserit, potest ei denuntiare[k] ne Seio nuberet: & si denuntiarit, & ab ea incipere potest.

XVII. IDEM *libro secundo ad legem Iuliam de Adulteriis.*

DEnuntiasse[a] qualiter accipiamus? vtrũ ad iudicem, an verò simpliciter: Ego, etsi nõ denuntiauit[l] ad iudicem: sufficere credo si adulterij se acturum[m] denuntiauerit.

1 ¶ Quid ergo si non quidem denuntiauit, verùm libellos accusatorios dedit antequã nuberet, eáque cum id cognouisset, † nupsit vel ignorans? Puto non videri[n] ei denuntiatum: idcirco non posse accusatorem ab ea incipere.

2 ¶ Quid ergo si tantùm denũtiauit ne nuberet: sed nõ addidit[o] quare: num rectè nupsisse videatur. Sed melius est illud sequi, vt eius denũtiatio videatur electioné accusatori reseruare, qui crimen denuntiauit[p]. Omnino igitur si fecit adulterij criminis cõmemorationem in denuntiatione: etsi iudicem nõ monstrauit[q], magis putamus mulierem, quasi denuntiationem † præcesserit, posse accusari. 3 ¶ Quid tamen si specialiter, cum quo adulterium

k ¶ *QVi vxori.*] *Denuntiare.* sic *supra de eden. l. quædam. §. sed si ei ante. & Cod. eod. l. si dum. & l. ita. & ĵ. l. proxi.*

l ¶ *DEnuntiasse.*] *Et si non denuntiauit.* vel præcedentibus vel sequentibus iunge. & facit supra.[a] *l. proxi. cum fuit concor. & ž. ad leg. Aquil. l. qui foueas. & C. de an. excep. l. vt perfectius. & infra eod. l. vim passam. §. nupta. & infra §. quid ergo. & ž. mand. l. si hominem. & de sol. l. si quis obligat. in fin. & de curato. furi. l. consilio. in fi.* Sed arg. contra in Auth. *de hered. & fal. §. his igitur. ibi, ex decreto iudi. & c.* ... *col. j.* ¶ Et hoc valent

a Denuntiatio seu protestatio extra iudiciũ interdum sufficit. adde Glo. in l. qui Romæ. ... *de verbo. oblig.* ...

ad protestationem.

m ¶ *Acturum.* id est accusaturum.

n ¶ *Non videri.* Arg. contra. ž. *de admi. tut. l. quidam. §. ex quo. & de petit. heredi. item veniunt. §. petitam. versi quid ergo.*

o ¶ *Non addidit quare.* quia non dixit pro quo delicto, nec pro quo adulterio. ¶ Et sic not.[b] admitti[c] denuntiationem sine causa: *sicut. ž. ad Tre. l. quia. & l. sed & si alio. & supra de suspec. tut. l. hæc enim. & de iudic. solemus.* Sed ar. contra. *supra de ad. emp. l. j. in fin.* ADDITIO. Dic quòd hæc denuntiatio est de substantia, secundùm Bar. hic.

p ¶ *Qui crimen denuntiauit.* i. criminis memoriam habuit. Accur.

q ¶ *Non monstrauit. vt de oper. no. nun. l. j. §. ij.*

r ¶ *Non debeat.* quia expressa[d] nocent. *sic ž. de iudi. l. non à iudice. §. fi. & Cod. de eden. l. edita. & de procur. l. maritus. in fi.* Arg. contra. ĵ. *de appell. sio.*

s ¶ *Denuntiationem.* ad hoc ꝙ per alium[e]: *vt ž. pro socio. l. actione. §. renuntiare. & ž. si mensor fal. mo. dixe. l. j. §. fin. & de pe. hered. l. item veniunt. §. petitam. versi. à quo. & de vsur. l. si quis solutioni. in fi. & l. mora. in prin. & C. de preci. imp. offe. l. vniuersis.* Accur.

t ¶ *Postulare.* i. accusare. Accur.

u ¶ *Postulari non possint. C. eo. l. reos.* Accur.

x ¶ *Sed non ab re est.* i. absurdum.

y ¶ *Nec vltra.* l. nisi desinat esse nupta: *vt infra eod. l. adulter. in fin.* ¶ Et no.[f] ꝙ res inter alios acta alij prodest, nõ nocet. qđ no. plenè: *vt Cod. quibus res iudi. non nocet. l. ij. & facit ž. man. cau. l. licet. §. fi. & C. de procu. l. ad eo. & ž. de lib. cau. l. si vsufructum. §. fi.*

z ¶ *Condemnata.* i. ideo:[g] *vt C. eo. l. & si crimine.*

a ¶ *Auxilio.* vt præscriptione temporis à lege indulta: qua etiã adulter vti potuit, sed non fuit vsus: vel ꝗa crimen ei mulier supplicãti remissum: *vt C. de preci. impe. offe. rescripta.* vel ꝗa accusator ex persona sua poterat repelli.

b ¶ *Defendat.* Quod cũ contingit, quæro an proficiat adultero iam dãnato? Respon. non, *vt ž. de lib. cau. l. si pariter. in fin. & l. duobus. & ĵ. de app. si qui separatim. §. fi. & ž. de ino. te. testa. l. filio. qui quidem.*

c ¶ *VEl.*] *Agi cœperit.* aliàs poterit.

d ¶ *ADulter.*] *Sine præscriptione.* f. illa vt ab adultero sit incipiendũ: *vt C. e. l. crimen.*

a Libellus non habet vim denuntiationis.

b Lege ... Nota non admitti, vt notat Bart.

c Denuntiatio an & quando fine causa valeat ... sufficiat esse generaliter proponi. ... in nuntiatione noui operis, vbi causa inferenda. *l. 1. de operis no. nunc.*

d Expressa quandoque nocent.

e Protestatio, seu denuntiatio potest per procuratorem fieri. adde ...

fecerit, denuntiatione complexus est: mox velit eam ex alterius persona accusare? Magis est vt non debeat[r] audiri: neque enim crimen quod denuntiauit, obiicit. 4 ¶ Sed & si per procuratorem denuntiauerit, puto posse eum accusationé, si velit, instituere, sufficeréque procuratoris denuntiationem[s].

5 ¶ Ergo & si per actores denuntiauerit, id est per seruum dominus denuntiauerit: rata erit denuntiatio.

Licet vnus non possit adulterum & adulteram simul accusare: vt supra eod. l. si maritus. §. vlt. tamẽ duo possunt accusare, vnus adulterum, alter adulteram. item absoluto reo, mulier vltra non poterit accusari. sed si condemnetur reus, mulier propter hoc non erit condemnata. & reddit huius dicti elegantes rationes vsque ad §. vltim. cætera dua ll. seq. plana sunt.

6 ¶ Quæritur † an alius adulterã, alius adulterum postulare[t] possit: vt quamuis ab eodé ambo simul postulari nõ possint[u], à diuersis tamen singuli possint. Sed non ab re est[x] hoc probare, diuersos accusatores admitti posse, dum si ante denuntiationem nupserit, prior mulier accusari non possit. Expectabit igitur mulier sententiã de adultero latam. Si absolutus fuerit, mulier per eum vincet: † nec vltra[y] accusari potest. Si cõdemnatus fuerit: mulier non est cõdemnata[z], sed aget causam suã: fortassis & obtinere vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio[a] possit. Quid enim si adulter inimicitiis oppressus est, vel falsis argumentis, testibúsque subornatis apud præsidem grauatus, qui aut noluit aut non potuit prouocare: mulier verò iudicem religiosum sortita, pudicitiam suam defendet[b][a]?

7 ¶ Sed si antequã cõdẽnetur,

XVIII. MACER *libro primo de publicis iudiciis.*

VEl antequam cum eo agi cœperit[c].

XIX. VLPIANVS *libro secundo ad legem Iuliam de adulteriis.*

ADulter dié suum obierit: cõstitutũ est, etiã mortuo adultero, sine pſcriptione[d] mu-

† Connexitas vbi est respectu ciuilis delicti, sententia cõtra vnũ nõ præiudicat alteri. ...

f Actio inter alios, alijs nec noce... que prosunt.

† Sententia absolutoria pro vno sociorum lata alteri nõ prodest: fallit tamen hic in muliere.

g Condemnato adultero, non protinus condemnata intelligitur adultera: ... maleficium inter adulterũ & adulteram ... commune. ... vnde colligitur, Testes nõ continuo falsi intelligi ... damnatos ... probationis ... falsi condemnatis extenditur, vt eo falsi damnato, non continuo falsi dãnatus intelligatur is cuius est instrumentum. Idem in duobus reis stipulandi ... defendat.

a ¶ *Pœna alia*, vt relegationis, vel similis.[a]

b ¶ *Adultera nupta*. aliàs secus: vt ĩ. l. denunciasse. § quæritur.

c ¶ *Nupta inuenitur*. post diuortium, & ante denuntiationem. & fa. ĩ. de aqua plu. arcen. l. quamquam. § j. & de iurisdict. om. iudi. l. pen. & ad Maced. l. j. § certe.

d ¶ *Nupta*. post diuortium, & ante denuntiationem.

e ¶ *Omnes*. nisi prius de præuaricatione doceatur primi accusatoris: vt arg. j. eod. l. constante. & ĩ. de diuor. & tempo. præscript. l. inter quatuor. & Cod. de accusa. l. si quis. vel secundùm Al. etiam conuicto isto de præuaricatione, non poterit tamen statim istam accusare, nisi incipiat ab adultero, & eum accuset prius de adulterio.

f ¶ *Quamdiu*. Cessante[b] causa, &c. vt Cod. de episc. & cleri. l. generaliter. & ĩ. de ope. liber. l. plane. & de iniur. l. nec magistratibus. & in Authent. de mona. § si vero. & j. de iur. immu. l. semper. § negotiatores. & in Authen. de nup. § non tamen permittimus. coll. iiij. & de san. episc. in princ. § sed & neque curialem. & § si ferrum. coll. ix. & ĩ. de excu. tu. l. geometra. Item contra. ĩ. eo. l. denuntiasse. § quæritur. Sol. vt ibi. Accursius.

a Denuntiatum vt & relegatũ non posse eo loco conuenire: vnde denuntiatus sit hinc colligũt, sed falsò tandem Bartolus.

† Superueniẽs causa priuilegij lite pendẽte nõ prodest, licèt si ab initio extaret, prodesset.

† Absoluto principali an absolutus censeatur mãdator. vide Dyn. c. ratihabitionem. extra de reg. iur.

b Causa cessãte, regulariter cessat effect[9]. de quo vide Tiraquel. l. tractatu Causa cessante.

lierem posse accusari: 1 ¶ Sed & si non mors, sed pœna alia[a] reum subtraxerit: adhuc ducimus posse ad mulierem veniri.

2 ¶ Si † eo tempore quo eligebatur reus, adultera nupta[b] non fuit: quo autem absoluatur, nupta inuenitur[c]: dicendum est hanc absoluto † quoque adultero posse accusari: quia eo tempore quo adulter eligebatur, nupta[d] non fuit. 3 ¶ Nupta nõ potest accusari non tantum ab eo qui adulterũ accusauit, nec obtinuit: sed nec ab alio quidẽ, si adulter absolutus est. Proinde si per collusionem cum adultero constituerit, fueritque absolutus: dedit mulieri nuptæ aduersus omnes[e] securitatem. Planè si nupta esse desierit, accusari poterit. neque enim aliã lex tuetur, quàm eã quæ nupta est, quandiu[f] nupta erit.

XX. PAPINIANVS *libro primo de Adulteriis.*

PAtri datur ius occidendi adulterum cum filia[g] quam in potestate habet. Itaque nemo alius ex parentibus idẽ iure faciet, sed nec filiusfamilias pater.

XXI. VLPIANVS *libro primo de Adulteriis.*

SIc eueniet, vt nec pater nec auus[h] possint occidere. nec immeritò. in sua enim potestate non videtur habere, qui non est[i] suæ potestatis.

XXII. PAPINIANVS *libro primo de Adulteriis.*

NEc in ea lege naturalis[k] ab adoptiuo pater separatur. 1 ¶ In accusationẽ viduæ filię[l] non habet pater ius pręcipuũ[m]. 2 ¶ Ius occidẽdi patri cõceditur domi suæ[n], licèt ibi filia non habitat: vel in domo generi. Sed domus & pro domicilio[o] accipienda est: vt in lege Cornelia de iniuriis[p]. 3 ¶ Sed qui occidere potest adulterũ: multo magis[q] contumelia poterit iure adficere.

4 ¶ Ideo autẽ patri, non marito, mulierem, & omnẽ[r] adulterum remissum[*] est occidere, quòd plerũque pietas[s] paterni nominis consilium pro liberis capit[t]: cæterum mariti calor & impetus facilè[u] decernẽtis fuit refrænandus.

Licitum est patri filiam & adulterum occidere, si eos in flagranti crimine deprehendat, & in domo sua vel generi sui, non in aliena. & redditur ratio in tex. ibi, quia maiorem &c.

XXIII. VLPIANVS *libro primo de adulteriis.*

QVod ait lex[x], *in filia adulterum † deprehẽderit*: nõ otiosum videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere[y], si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat: & Pomponius scripsit, in ipsis rebus[z] Veneris deprehensum occidi. Et hoc est quod Solo[a] & Draco dicunt ἐν ἔργῳ.[*]

1 ¶ Sufficit[b] patri, si eo tempore habeat in potestate quo occidit: non quo in matrimonium collocauit. finge enim postea redactã in potestatem.

2 ¶ Quare non vbicumque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suæ, generive sui tantùm. Illa ratio redditur, quòd

PAtri.] CASVS. Pater adulterum inuentum cum filia sua quam habet in potestate, potest occidere. si ergo hic pater non habet eam in potestate, non potest eam occidere: & per consequens nullus alius, vt quia hic pater filiæ sit in potestate sui patris. Item non est vis si verus pater filiæ, siue adoptiuus. nam quilibet horum potest occidere adulterum inuentũ cum filia quam habet in potestate. Secũdo dicit: scholaris iacuit cum filia mea vidua. dicitur quòd quilibet extraneus admittitur ad accusationem stupri: nec ego præferor eis. Tertio dicit: ille adulter potest occidi à patre puellæ q. est inuentus cum ea in domo patris puellæ, vel in habita. patris puellæ, vel in domo generi. Itẽ hic pater puellæ potest adulterũ cõtumeliis afficere. & bene dico quòd pater puellæ potest occidere adulterum & filiam adulteratam: non autem vir fœminæ adulteratæ potest hoc facere: cum paternus furor refrænetur quãdoque vt non occidat: non sic viri furor. & ille demũ adulter occidi potest à patre puellæ, qui est inuentus cũ ipsa puella in ipsis rebus venereis: vt in lecto cum ea, vel osculando eã. & ille demũ pater puellæ potest occidere adulterũ, qui eam nũc habet in potestate, licèt prius aliquo tempore non habuerat: & illum demũ adulterum occidit. quẽ inuenit cum filia in domo sua pater: siue in ea habitet pater, siue non, vel in domo generi: nõ si alibi inueniat. & redditur ratio in litera: & debet incontinenti occidere vtrunque, scilicet filiam & adulterum: non ex internallo: nisi cum occideret adulterum. filia fugit, & pater persecutus filiã, occidit eam postea. nam hoc poterit, quasi incõtinenti videatur occidere. & hoc dicit hæc lex cum tribus sequentibus. Fran.

g ¶ *Adulterum simul cum filia*. scilicet inuentum: vt infra eo d. l. nihil. & l. quod ait. in prin. vel eum & filiam, non adulterum tantum: vt d. l. nihil.

h ¶ SIc eueniet.] *Nec alius*. aliàs nec auus[a]: & est bona. aliàs alius: & tunc scilicet qui non habet in potestate: nec etiam pater habet in potestate.

i ¶ *Qui non est*. Sed[b] nonne filiusfam. potest esse tutor: & ita habet alium in potestate: vt Insti. qui dari tuto. possunt. in prin. & Insti. de legit. tut. § j. sed ibi aliter dicitur potestas. Item contra. j. de muneri. & hono. l. ij. Sed illud quo ad honores, argu. ĩ. ad Trebell. l. ille à quo. § fi. & l. seq. Item facit. ĩ. de adquir. re. do. l. homo liber. in fin. & C. de leg. tu. l. fin.

k ¶ NEc in ea lege naturalis. & legitimus subaudi: vt Institu. de adop. in prin. hodie autem in adoptiuo habet locum, quando datur non extraneo: vt dicto titu. § j. qui poterit adulterum quemlibet occidere, vt hic dicitur.

l ¶ *In accusatione viduæ filiæ*. cum qua stuprum commissum est. Et sic non ob. ĩ. eod. l. si cuius. § ex senatuscon. vers. si marito.

m ¶ *Præcipuum*. nam extraneus sicut ipse pater statim poterit accusare.

n ¶ *Domi suæ*. in[c] qua habitat: vt j. l. proxi. § sed si pater.

o ¶ *Et pro domicilio*. id est, habitatione.

p ¶ *De iniuriis*. sic supra de iniur. l. lex Cornel. § domum. & supra de aleato. l. prima. § domum.

q ¶ *Multo magis*. vt[d] infra de regu. iur. l. non debet cui. & de in lit. iurand. l. videamus. in fin. Accur.

r ¶ *Omnem*. sed marito turpem tantum: vt infra s. l. marito. Sed[e] certè imò videtur quòd mulierem occidere liceat viro: vt supra ad Sil. l. si quis in graui. § si maritus. contra. Solu. subuenitur vt puniatur minus: vt ibi, & C. eo. l. Gracchus. & j. eo. l. si adulterium. § imperatores. & j. de sica. l. j. § fin. non vt prorsus ei parcatur: vt hic.

s ¶ *Pietas*. sic[f] infra ad l. Pompeiam de parri. l. diuus. & C. de patria potesta. l. iij.

t ¶ *Capit*. vt non occidat eum.

u ¶ *Facilè*. ad quod. ĩ. ad Velle. l. iiij. & C. eo. l. quamuis. ij.

x ¶ QVod ait lex. ĩ. eo. l. patri.

y ¶ *Competere*. Sed[g] an filio adulterum matris, vel fratri sororis. l. adulterum liceat occidere, vt marito vel patri? quidam q. sicut extra in decre.[h] de adul. c. sicut. § fi. a Alij contra. ¶ Item pater & vir si nolunt occidere, possunt eum seruare: vt j. eo. l. capite.

z ¶ *In ipsis rebus*. Sunt enim res[i] veneris, antecedentia[k] ipsum scelus: scilicet apparatus, colloquia: vt ĩ. e. l. & si amicæ. in fi. locus constitutus, conuiuia, basia, tactus. Nam ab ipsis argumẽtum sceleris inducitur: vt in Topicis Marci Tullij. vnde versus: Visus & alloquium, tactus, post oscula, factum.

a ¶ *Solo*. propria nomina: de quorum legibus dicitur insti. de iure natura. § sed ius. & fit de his mentio. ĩ. fi. regun. l. fin.

b ¶ *Sufficit*. postea ex ingratitudine: vt C. de ingratis libe. l. j.

a Patris appellatione in materia odiosa auus non continetur.

b Qui ipse nõ est potestatis, alium in sua potestate habere non potest, eadẽ potestatis specie: secus inæqualibus. sic filiusfamilias tutor, alium habere potest in sua potestate non eodem genere potestatũ (puta patris) sed diuerso.

* permissum.

† Vide hic.

c Domus censetur in qua habitat.

d Argumentũ à minori ad maius vt hic. Qui potest occidere, idẽ potest iniuria afficere.

* Vide Alcia. lib. 2. Parerg. ca. 10 addu. in opere, in re ipsa Venerea.

e Adulterã vxorem an & quatenus viro interficere liceat, vt vel pœnam omnino euitet, vel vt minùs puniatur.

f Patres cõsiliũ pro liberis capere præsumuntur.

g Adulterum matris, filius, sororis, frater occidere non potest, vt hic in secunda opinione Glossæ: quia est hæc causa odiosa.

h Est extrauagans: vel legendũ est hic c. si vero. in fin. ext. de sen. excommunic.

i Res Veneris quæ dicantur.

k Probari adulteriũ potest ex antecedentibus.

Habitet.

a ¶ *Habitet*. alibi in lib. R. est: sed in lib. B. deest alibi. & facit. *ȝ. de rit. nup. l. palam. §. penul. & §. fin.*

b ¶ *Quod ait lex*. in loco quem non habemus.

c ¶ *Æquali*. ad hoc. ȝ. *de vi & vi ar. l. ij. §. cum igitur. & l. qui possessionem. & si cer pet. l. lecta. & de verbo. oblig. l. cotiimus in prin. & de duob. reis. l. duos in fi. & de test. l. heredes. §. fi.* aliàs aliter accipitur: *vt ȝ. ad l. Fal. l. j. §. item si ita. & C. de erro. aduoca. l. fin.*

d ¶ *Non affectauit*. scilicet fugam filiæ. & habeas hic. non: & in fine sine non: & sic plana. alij hic sine non: quasi pater affectauit fugam filiæ, sed eam postea occidit mutato proposito: & habent in fin. non videtur. vel si habent hic non, dicunt non affectare, scilicet occidere. cætera dicunt vt dixi. prima verior.

e ¶ *Persequebatur*. subaudi, & tunc pater occidit. Accur.

f ¶ *Occidisse*. scilicet & sic non tenebitur pater. Accur.

MArito.] CASVS. Maritus potest occidere adulterum vxoris suæ inuentum cum ea in domo sui viri: non inuentum in domo soceri. nec quemlibet adulterum occidit: sed vilem personam. de quibus vilibus dat exempla multa. & cum occidit vir aliquem istorum, statim debet vxorem dimittere: nec refert sit sui iuris hic vir, an non. Vltimo dicit: quid si inuenio magistratum cum filia mea: nunquid eum possum occidere? item quid si filia mea est ignominiosa, aut contra leges nupta: vel quid si vir est leno, vel turpis persona: an possum adulterum occidere? & ad omnia respondet, dicens quòd ille pater & ille vir potest occidere, qui & posset accusare. non ergo turpis persona patris & mariti potest occidere magistratum: & sic hoc expone vt in Gloss. domini mei Accur. hic posita quæ incipit, ergo &c.

† Incontinenti in maleficiis dicitur fieri, quod fit vno impetu, licèt duret per horam illa tamen.

† In idem loci & téporis in occidentem adulterum inspicitur.

† Incótinenti dicitur fieri in maleficiis, quod fit vno impetu licèt duret per horá illa tamen.

* Ex lege Romuli apud Dionys. Halycarnas. & lege Solonis. Vid. Gel. li. 10. c. 23. & eleganter constit. Theodoric. Regis apud Cassiodorum *li. 1. c. 37.* qua remittitur pœna existenti, qui ambos occiderit.

maiorem iniuriam putauit legislator, quòd in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. 3 ¶ Sed si pater alibi habitet [a], habeat autẽ & aliam domum, in qua nõ habitet: deprehensam illò filiam vbi non habitat, occidere non poterit.

Interposito die non dicitur aliquid fieri incontinenti. Item quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. h. d. vsque ad fin. l.

4 ¶ Quod † ait lex [b], *Incontinenti filiam occidat*: sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reseruet, & post dies filiã occidat: vel contra. debet enim propè vno ictu & vno impetu vtrumque occidere, æquali [c] ira aduersus vtrunque sumpta. Quod † si non affectauit [d], sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis † horis adprehensa est à patre qui persequebatur [e], incontinenti videbitur occidisse. [f]

Hac l. enumerantur personæ quæ possunt à marito occidi si deprehendantur in adulterio cum vxore sua.

XXIIII. MACER *libro primo Publicorum.*

MArito * quoque adulterũ vxoris suæ occidere permittitur [g]: sed non quemlibet, vt patri [h]. Nã hac lege cauetur, vt liceat viro deprehẽsum domi suæ [i], non etiã soceri, in adulterio vxoris occidere [k] eum qui leno fuerit: quíve artẽ ludicram ante fecerit: in scenam saltandi cantádive causa prodierit: iudicióve publico damnatus, neque in integrum restitutus erit: quíve libertus eius mariti, vxorísve patris, matris, filij, filiæ vtrius [l] eorum fuerit: nec interest, proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit, quíue seruus erit.

g ¶ *Permittitur*. Imò non: *vt infra de sica. l. j. in fi. secundum quosdam.* Sed certè imò sic: *vt infra statim determinat.* Sed an adulteram? quidam sic: *vt ȝ. ad Sila. l. si quis in graui. §. si maritus in fin.* Sed tu de ea dic vt ȝ. *eo l. nec in ea. §. fin.* Accur.

h ¶ *Vt patri. vt supra quod metus causa. l. nec timorem. §. fin. & l. sequenti.*

i ¶ *Domi suæ*. & etiam alibi quandoque hodie: *vt in Auth. vt liceat ma. & auia. §. his quoque. col. viij.*

k ¶ *Occidere*. i. eum qui &c. & non sit hic. §. alij habent hic. §. & malè. Item & hodie quandoque quemlibet occidere licet. vt dicta Authen. Accur. Flor.

l ¶ *Vtrius*. aliàs vtrisque: aliàs vtriusque. Accur.

m ¶ *Dimittat*. diuertendo ab ea.

n ¶ *Dictum est*. quod secus est in patre & filiofa. *vt supra eod. l. patri.*

o ¶ *Illud in vtroque*. s. marito & patre.

p ¶ *Magistratum*. s. si inueniat eum cum filia sua.

q ¶ *Liceat*. s. marito & patri.

r ¶ *Vxor contra. vt ȝ. eo. l. si vxor. §. j.*

f ¶ *Accusare possunt.* ergo si filia ignobilis est, vel matrimonium cõtra legem [a]: vel pater vel maritus turpis persona sit: non [b] poterit magistratum occidere: cum eum iure viri vel patris accusare nõ possit: cũ talis persona est: *vt ȝ. d. si maritus. ij. in princ.* Accur.

1 ¶ Et præcipitur vt is maritus qui horum quem occiderit, vxorem sine mora dimittat [m].

2 ¶ Cæterùm sui iuris, an filiusfamilias sit maritus, nihil interesse, à plerísque dictum est [n].

3 ¶ Illud in vtroque [o] ex sententia legis quæritur, an patri magistratum [p] occidere liceat [q]: item si filia ignominiosa sit, aut vxor contra [r] leges nupta: an id ius nihilo minus pater maritúsve habeat: & quid si pater, maritus leno, vel aliqua ignominia notatus est. Et rectius dicetur eos ius occidendi habere, qui iure patris maritíve accusare possunt [f].

XXV. VLPIANVS *libro secundo ad legem Iuliam de adulteriis.*

CApite quinto legis Iuliæ ita cauetur, vt viro adulterũ in vxore [t] sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere [u] horas diurnas nocturnásque continuas nõ plus quàm viginti, testandæ [x] eius rei causa, sine fraude [y] sua iure [z] liceat. 1 ¶ Ego arbitror etiam in patre id seruandũ, quod in marito expressum est.

2 ¶ Sed & si non in domo sua deprehenderit maritus, poterit retinere [a]. 3 ¶ Sed semel remissus adulter, reduci non potest [b].

4 ¶ Quid ergo si euaserit [c]? an reductus custodiri viginti horis possit? Et putem hic magis dicendum, reductum retineri posse, testandæ rei gratia.

5 ¶ Quod adiicitur, *testandæ eius rei gratia*: ad hoc pertinet, vt testes inducat testimonio futuros accusatori [d] deprehensum reum in adulterio.

Constante matrimonio non debet mulier accusari de adulterio, nisi prius accusetur maritus de lenocinio.

a Contrarium sentit Glossa in l. pen. in fi. ȝ. ad municipa lem, & malè.

b Adulterũ cũ filia magistratum inuentũ, licet patri vel marito occidere, nisi ipsa vxor sit ignominiosa vel ducta contra legem: vel nisi pater & maritus sint viles personæ, [illegible]

CApite.] CASVS. Adulterum inuẽtum cum vxore mea, si nolo eum occidere, vel nõ possum eum de iure occidere, & volo eum retinere per aliquas horas, vt ostendam eum aliis qui postea testificentur contra eũ: bene possum eũ retinere per horas saltem.xx. nec est vis vbi eũ inuenerim; siue in domo mea, siue alibi. & quod dicitur in viro, idem in patre. sed si dimisi eũ ire: non possum petere vt reducatur. sed si fugit, bene reducetur si hoc volo, ad hoc vt aliqui videãt eum ibi: vt sic ferant postea testimonium, Franc. Accur.

t ¶ *In vxore*. i. cum vxore. & aliàs cum vxore.

u ¶ *Retinere*. liceat.

x ¶ *Testande*. scilicet ostendendo eum testibus.

y ¶ *Sine fraude*. i. [c] sine pœna. Accur.

c Fraus pro pœna.

z ¶ *Iure*. scilicet viri. Accur.

a ¶ *Poterit retinere*. ad hoc vt ostenderet aliquibus qui possint postea testificari qualiter viderint eum. Accur.

b ¶ *Reduci non potest. vt C. de remis. pig. l. fin.*

c ¶ *Si euaserit*. ita q; tũc non potuit capi.

d ¶ *Accusatori*. Sed hoc dicere, scilicet q inuenerint captum, nõ prodest accusanti: sed [d] si in rebus veneris; *vt supra quod ait.* Sic & aliàs in pecuniariis: *vt supra de testib. l. testium.* vnde dicit P. hoc genus testimonij non multum approbo: *vt Cod. quod met. cau. l. metum.* Alij, quòd est speciale vt valeat testimonium de auditu. [e] *ad quod. ȝ. de proba. l. si arbiter. & in Authen. de instrumen. caute. & fide. §. si quis igitur. coll. vj.* Tu dic quòd duo audient, & probabunt, scilicet hunc confessum de crimine: item & quòd pro hoc est captus quod prodest [f] ad indicium vt torqueatur, & stetur confessioni factæ in tormentis: cui aliàs non statur: *vt ȝ. de quæst. l. j. §. diuus. & §. pe.* Sed si in iudicio non confitetur, hoc factum extra ius non valet: *vt ȝ. de inter. act. l. j. in fi.* nisi ad liberandum. *vt C. de test. Auth. rogati.* Et est sic *C. de agrico. & censi. l. cum scimus in princ.* & in Authen. *vt lite ma. & aui a. §. his quoque. coll. viij.* vbi similiter adhibentur, *vt* possit de adulterio probari. Item sic *C. de nau. except. l. vt perfectius. §. his autem. & supra quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. quis particeps.* Item not. sic de hac acclamatione. ȝ. *ad legem Aquil. l. itaque. §. j. sic supra de libero homi. exhi. l. ij. §. iiij.*

d Probaretur [illegible] adulteriũ testibus, si dixerint se confitentes aduocatos testes ab eo, quid dicebat se reperisse adulterũ vel adulteram in reb. venereis.

e Testimoniũ de auditu an valeat ad probandum adulteros deprehensos in rebus veneris.

f Confessio extraiudicialis sufficiens est indicio ad torturam. v Clar. § fin. q. 21. vers. confessio extraiudicialis. ad quendam quem apud Socinum regula Testes [illegible]

Constante.] CASVS. Vxorem tuam non possum accusare de adulterio constante matrimonio inter te & eam, nisi te virũ de lenocinio accusauerim, & conuicerim. Fran. Accur.

a ¶ *Extra maritum.* Sed nec maritus: *infra eod. l. miles. §. volenti. & C. eod. l. crimen. not. ob. ⁊. eod. l. cum post. §. j. vt ibi dicet:* Sed hodie contra in viro [a]: *vt in Authen. vt liceat ma. & auia. §. quia vero plurimas. coll. viij.*

a In extraneo vero idem quod olim: cũ de extraneo non inueniatur expressũ. *argu. l. praecipimus. C. de appellat.*

b ¶ *Inquietare. Cod. eod. l. quamuis. ij. & supra de lib. homi. exhi. l. j. §. j. in fine.*

XXVI. IDEM *libro tertio Disputationum.*

CONSTANTE matrimonio, ab eo qui extra maritum [a] ad accusationem admittitur, accusari mulier adulterij nõ potest. Probatam enim à marito vxorem, & quiescens matrimoniũ non debet alius turbare atque inquietare [b], nisi prius lenocinij maritum accusauerit. 1 ¶ Derelictam † verò à marito accusationem etiam ab alio excitari vtile est.

† Accusatio ab vno cepta & omissa, potest per aliũ exerceri & perfici. *l. sed si vnus. §. pater. ⁊. de iniurijs.*

Haec lex concatenata de quaestionibus seruorum loquitur: nec succinctius potest summari quàm textus loquatur. vide eam per te: quia est valde philosophalis, id est, rationibus aequis fulta: & praecipuè ibi, ratio autem publicandorum seruorum.

XXVII. IDEM *libro tertio de Adulterijs.*

SI postulauerit accusator [c] vt quaestio habeatur de seruo adulterij accusato [d]: siue voluit [e] ipse interesse, siue noluit, iubẽt iudices eum seruũ aestimari: & vbi [f] aestimauerint, tãtam pecuniam, & alterum [g] tantum eum [h] qui nomen eius serui detulerit [i], ei ad quẽ ea res pertinet, dare iubebũt. 1 ¶ Sed despiciamus [*] cui ista poena praestanda sit: quia lex eum nominauit, ad quẽ ea res pertinebit. Igitur bonae fidei emptorem quãuis ab eo emerit qui dominus nõ est, rectè dicemus eum esse ad quẽ ea res pertinet. 2 ¶ Eum quoque qui pignori [k] accepit, magis admittimus in eadem causa esse: scilicet quia intererat eius quaestionem non haberi. 3 ¶ Sed & si vsusfructus in seruo alienus sit: inter dominũ & fructuarium diuidi debet [l] aestimatio. 4 ¶ Et si communis plurium seruus erit: vtique inter eos quoque erit aestimatio diuidenda. 5 ¶ Si liber homo dum seruus existimatur, tortus sit, quia & ipse cõditionem suam ignorat: magis admittit Caecilius actionem vtilem [m] ipsi dandam aduersus eum qui per calumniam appetit: ne impunita sit calũnia eius ob hoc, quòd liberũ hominem quasi seruum deduxit in quaestionem. 6 ¶ Haberi quaestionem lex iubet de seruis ancillisve eius de quo vel de qua quaereretur, parentisve [n], vtriusque eorum, si ea mãcipia [o] ad vsum ei à parẽtibus data sint. Diuus autẽ Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit & de exteris seruis quaestionem haberi [p]. 7 ¶ Quaestioni interesse iubẽtur [q] reus [r] reáve, & patroni [s] eorũ, & q. crimẽ detulerit [t]: interrogandiq; [u] † facultas datur patronis [x]. 8 ¶ De eo quoque seruo in quo vsumfructum reus habuit, magis est vt quaestio haberi possit. Licèt enim seruus eius non fuerit, in seruitute tamen fuisse videtur. Nec tã proprietatis causa ad quaestionem,

* despiciamus.

SI postulauerit.] CASVS. Accusaui quẽdam de adulterio: peto quendam seruum torqueri. siue velim quaestioni esse praesens, siue non, iudex aestimabit seruum, & condemnabit me & accusatum in quantitatem pecuniae in quantum deteriorabitur seruus: & haec aestimatio deteriorationis dabitur ei ad quem seruus pertinet. Postea dicit ad quem seruus dicitur pertinere. postea dicit de quibus seruis habeatur quaestio in crimine adulterij. Item dicit: seruos accusari qui torquentur, iubet lex Iulia publicari, vt sic serui securè dicant veritatem, ex quo sciunt se non debere reuerti in dominium dominorum antiquorum. Item serui accusatoris qui torquẽntur, debẽt publicari. Item accusatus vel accusata de adulterio, si absoluatur, debet emẽdari damnum seruorum eius qui erant deteriorati propter torturam, & debet emendari simplum damni dati. si autem seruus tuus accusetur de adulterio, & torqueatur, & sit laesus ex hac tortura: in duplum hoc damnum emendatur domino eius à me accusante. Vltimo dicit quòd condictio [b] ex lege datur ad petendam deteriorationem seruorum aduenientem propter tormenta. & hoc dicit haec l. & sequens.

b Condictio ex lege datur ad petendam seruorum deterioratione, ex tormentis accidentem.

c ¶ *Accusator.* adulterij alicuius.

d ¶ *Accusato.* aliquo non seruo: *vt infra eo. §. fin.* & sic sunt ablatiui absoluti.

e ¶ *Voluit.* s. accusator. Accur.

f ¶ *Vbi.* i. postquam.

g ¶ *Alterum.* id est, illum qui dicebatur adulter. ¶ Et not. [e] quòd aliàs alterum: aliàs adulterum: aliàs deest adulterum: *& facit ⁊. de quaesti. l. certo.* Accur.

e Varie ad hũc locum lectiones.

h ¶ *Quantum eum.* quia ambo conferunt ad simplum deteriorationis praestandum quando seruus extranei erat. *ad quod. Cod. de rebus credi. l. generaliter. §. his de praestationibus.* & secundum hoc non est contra. *⁊. ea. l. §. fi. vt ibi no. & ⁊. de calum. l. fi.* ¶ Sed secundum hoc quare adulter aliquid praestat? Respond. quia pro vtroque dicit. *arg. Cod. de episcopis & cleri. Auth. sed iudex.* Sed Ioan. deposuit praedicta. & habet secũdum hoc, adulterij accusato. & hic habet, adulterum. 2 Alij habent, adulteram: quasi dicat, non adulterum accusatum: quia fortè absolutus est: sed eum qui nomen serui detulit. hoc non placet. 3 Alij dicunt, adulterum: scilicet quando condemnatur quantum &c. scilicet quãdo absoluitur adulter: & ita totam praestabit alter tantum. 4 Alij dicunt duplum aestimari: & sic dicit, iubet iudex aestimari: id est quantum lex iubet: id est duplum: *vt ⁊. §. fina.* & quod ibi dicit, hoc capite non cauetur: dic de quo lex ibi dicit: sed alio bene cauetur: vt hîc. 5 Vel potest legi lex ista quòd seruus adulterij accusabatur: & quod dicit, detulit, id est, accusauit. ¶ Sed tũc opponitur [a] quomodo potest duos reos simul de adulterio accusare: *vt Cod. eod. l. reos.* scilicet adulteram, siue alium adulterum: vt hic videtur dicere: Respõdeo, erat iste seruus adulter: non quod adulterasset, sed quia opem [b] & consilium dedit adulterio committendo: tunc ipse simul cum adultera potest accusari: *vt ⁊. eo. l. nihil. §. fina.* Accursius.

a Adulterij an & quomodo duo possint accusari.

b Adulterij accusari possunt qui ope & consilium adulterio cõmittẽdo praestant.

i ¶ *Detulerit.* i. petierit vt habeatur quaestio.

k ¶ *Qui pignori.* Contra. [c] *arg. ⁊. ad Sila. l. j.* [d] *§. j. & de adul. edi. frienda. §. dictum. & arg. ⁊. de procura. l. non solum. §. quaeritur.* ADDITIO. Dic secundùm Barto. hic q. ibi actio quaeritur per hominem: hic verò datur per legem.

c Adulterij accusatio an & quãdo datur bonae fidei possessori & creditori.

d Ibi lex loquitur de domino: hic de eo ad quẽ res ea pertinet.

l ¶ *Diuidi debet.* Idem dicas inter [e] bonae fidei possess. & verum dominum. *argum. ⁊. de furt. l. furtiuam ancillam.* Et idem inter creditorem & debitorem. 2 Vel illud in duobus casibus tantum: scilicet cũ debitor est non soluendo: vel cum tempore accusatio expirauit: *vt supra ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. j.* 3 Vel dicas creditori dandum creditotenus: superfluũ debitori. 4 Vel melius totũ creditori: sed reddi debitori quod superfluum est, pigno. ac. *vt ⁊. de furt. l. creditoris.* Item facit *⁊. eo. tit. de furt. l. inter omnes.*

e Poena de qua hic agitur verà debent diuidi inter dominũ & inter bonae fidei possessorem.

† vide hic [illegible] dictum.

m ¶ *Vtilem.* condict. ex lege: *vt infra l. proxim.* ¶ Sed videtur in factũ, quasi [f] ex re iudicata, quia iudex aestimauerit: *vt supra de fideicom. lib. l. etiam quasi. §. si plures.* ad quod dicunt quidam eas concurrere: *vt arg. ⁊. de actio. & obli. l. quoties.* 2 Vel dic quòd diuersi sunt casus: & sic sola condictio habet locum. Item habet etiam locũ act. iniur. cum calumniosè petit: vt hic dicit: ad quod. *⁊. de iniur. l. si liber. & facit ⁊. ad leg. Aquil. l. liber homo in prin.* ¶ Et no. quòd pro sola calumnia hoc casu agitur: quam qui obiicit, debet probare [g]: *vt ⁊. de proba. l. quotiens. §. qui dolo.*

f Actio in factũ ex sententia interlocutoria oritur.

g Probare calumniam admissam is debet, qui admissam ait.

n ¶ *Parentis.* iusti duntaxat: *vt C. eo. l. iij.*

o ¶ *Si ea mancipia.* hoc non ad seruos adulterae vel adulteri refertur: ne sit contra. *⁊. qui & à quib. l. prospexit.* 2 Alij quòd haec illam corrigit. Accur.

p ¶ *Quaestionem haberi.* & si ipsi sint in vsu mulieris: vel aliàs verisimile est eos scire veritatem: *vt ⁊. qui & à quib. l. prospexit.* Alij dicunt, etiam si non sunt in vsu. pro quibus est quod de extraneis dicitur. *⁊. de quaestio. l. extraneos. & l. diuus. & quod not. C. eodem l. verba* [h]. Sed lex illa, prospexit, videtur contra quo ad quid, in eo quòd extranei hic torquentur. Quare dic quòd hic supplet: licet alij quòd hic corrigat. Item facit *C. eo. l. in adulterij. & C. de repu. l. consensu. §. penult.*

h Non solum verba.

q ¶ *Quaestioni interesse iubentur.* sic [i] *in Auth. de testib. §. & hic vero.* Accursius.

i Nodie hic paragraphus non seruatur. Quaestio enim haberi potest absente accusatore, & aduocatis partium.

r ¶ *Reus.* qui accusatur.

s ¶ *Patroni.* i. aduocati. Accur.

t ¶ *Detulerit.* scilicet accusator. Accur.

u ¶ *Interrogandique. ⁊. de inter. act. l. si sine. §. j.*

x ¶ *Patronis.* sic. *⁊. de exhi. reg. l. [illegible] fin.*

Seruiat,

a ¶ *Seruiat.* ad hoc & superius responsum est arg. contra.[a] *ff. ad Sila.l.j.§.qui seruum.* Sed concordat *ff. de noxa.l.quotiens.§.j.*

b ¶ *Vel statuta.* vt in statuliberis: *vt ff. de quaestio.l.edictum.§.fin.*

c ¶ *Magis est.* Arguitur contra[b] supra ad Silanianum. *l.j.§.serui appellatione.* & *§.sed in eo.* Item facit infra *de quaestioni.l.is cui.* & *l.patre.* & *l.extraneo.in prin.* & *ff. qui & à quib.l.prospexit.*

quàm ministerij pertinet.

9 ¶ Ergo & si bona fide seruiat[a] reo seruus alienus: admittit quis, interrogari eũ per quaestioné posse. 10 ¶ Sed & si seruus sit cui fideicõmissa libertas debetur, vel statuta[b] speratur: torqueri eum posse magis est[c].

11 ¶ Iubet lex eos homines de quibus quaestio ita habita est, publicos esse[d]. Proinde in communi[e] partem publicamus: in proprio, cui * vsusfructus alienus est, nudam proprietate: † in quo tantum vsumfructum habuit reus, magis est vt pceptio vsusfructus ad publicum incipiat pertinere. Alienũ seruum[f] vtique non publicabimus. Ratio autem publicandorum seruorum ea est, vt sine vllo metu verũ dicant: ne dum timeant se in reorum potestaté regressuros[g], obdurent in quaestione.

12 ¶ Nõ tamé pri° publicãt, q̃ quaestio de illis habita fuerit[h].

13 ¶ Sed & si negauerint, nihilo minus publicantur. Ratio enim adhuc eadem est, ne dum hi sperant se in potestaté dominorum reuersuros[i]: si negauerint †, spe meriti collocandi in médacio perseueréť. 14 ¶ Sed & serui accusatoris, si de his q̃stio habita sit, publicentur. Eius enim serui, ne métiãtur, merito à dominio eius recedũt[k]: extranei verò nõ habét cui gratificétur. 15 ¶ Si reus vel rea absoluti[l] fuerint, aestimari per iudices lex dãnũ † voluit: siue mortui fuerint, quantae pecuniae ante quaestioné fuerint: siue viuent, quãtae pecuniae in his damnum datum fuerit, factũmve[m] esset.

16 ¶ Notandum est, quod capite quidem nono cauetur[n]. Si seru° adulterij accusetũr, & accusator quaestioné in eo haberi velit: duplũ pretiũ domino praestari lex iubet: at hic simplum[o].

d ¶ *Publicos esse.* Sed[e] an fiscus dabit pretiũ? Respon. sic, *argu. C. pro quibus causis serui pro praemi.li.ac.l.ij.* Sed cur aestimatur & cauetur: *vt hic.* & *ff.§.si reus.* & *Cod.eo.l.non solum?* Respon. demũ torti & deteriorati publicantur: vnde in deterioratioñé committitur stipulatio, secundùm Ioan.

e ¶ *In communi.* accusati & accusantis extranei.

f ¶ *Alienum seruum.* bona fide possessum: *vt supra proxi.§.* Vel verius extranei omnino: *vt supra. §.item.* ratio est vt infra proxi.§. Accursius.

g ¶ *Regressuros.* i. remansuros.

h ¶ *Habita fuerit.* & finita: quia postea cum essent publici, non torquentur. Alij dicunt inchoata tantum.

i ¶ *Reuersuros.* id est remansuros. *sic ff. vsufru. quemadm.cau.l.iij.§.j.*

k ¶ *Recedunt.* sed an redeant, hic non aperit: sed satis innuit q non: *ar. ff. de poenis.l.aut damnum.§.si.sed Ro.* & *B.contra.* Accur.

l ¶ *Absoluti.* serui erant accusatae vel accusati: vel patris scilicet: & sic emendatur demum secuta absolutione: *vt C.eo.l.non solum. in fi.* Sed si extranei, tũc indistinctè: *vt ff. in principio. huius l.* & plenè dic vt no. *Cod.e.l.non solum. in fine illius Gloss. non aliter &c.quae est fin. Gloss.* Sed an econtra si seruus accusatoris petatur torqueri? Respon. B.idem vt caueatur, & demum condemnato reo emendetur.

m ¶ *Factumve.* non ergo publicationis dãnũ: quia [illegible] à fisco: vt ff. dixi secundũ B. Sed R. contr. & facit. *ff. de quaestioni. patre.* Accur.

n ¶ *Nono cauetur.* quod lex aliàs iubet scilicet duplum domino praestari &c. *quod est infra eo.l.§.si seruum.* & *facit supra de calum.l.fi.* & *C.de calum.l.dominum.* & *C. eo.l.non solum.*

o ¶ *At hic simplum.* quando non seruus, sed alius accusatur: & dimidium huius simpli accusator, & dimidium accusatus praestat: *vt ff.ea.l.in prin.* sic est extranei seruus. a Alij dicunt accusati.

p ¶ Q*Vod ex his.*] *Petitur.* de hoc dic *vt ff. de condictione ex lege l.j.* Accur.

M*Ariti.*] C A S V S. Vir vxorem inuentam cum scholari in lecto, finxit se non videre: & scholarem recedere dimisit: & vxorem retinuit. dicitur quòd hic punitur de lenocinio. Itẽ punitur qui duxit in vxorem foeminam de adulterio condemnatã, vel de stupro: secus si ob aliam causam damnata erat. Item punitur qui pretium accepit pro comperto stupro. [S E X M E N S I V M.] Adultera potest accusari de adulterio intra sex menses vtiles: & aut remanet vidua: & tunc incipiunt sex mẽses currere ex die commissi criminis: aut haec nupsit secundo: & tunc incipiunt ex die diuortij facti. Secundo dicit: vir separauit se ab vxore. habet xl. dies: intra quos potest iure mariti accusare. cucurrerũt praedicti dies. itẽ quinquennium cucurrit à die commissi criminis computandum. dicitur quòd amodo non potest vir eam accusare: & sex menses vtiles qui dantur ad eam accusandam, non possunt extẽdi vltra quinquennium. Item cum quinquennium detur ad accusationem adulterij faciendam: intelligas illud quinquennium competere quocunque capitulo legis Iuliae accusetur quis, quae sunt vltra, dic vt in Gloss. & hoc quinquẽnium incipit à die commissi criminis: & connumeratur vsque ad diem incertae accusationis. Item si plures eundem accusauerint de adulterio, & vnus eorum tantum perseuerauerit: inspici debet dies qua data fuit accusatio istius: vt sciatur an illa die retro cucurrit quinquennium. Vltimo dicit: qui per vim aliquam vel aliquẽ stuprauerit, perpetuo potest de hoc accusari, cum lege Iul. de vi teneatur. Franciscus.

† Cõdictio ex lege etiam locum habet, in his, quae ab antiquis legibus descẽdunt, nõ tãtũm nouis.

† Hae leges corrigitur nouo iure, vt infra in Glossa veteri, deprehensam.

XXVIII. M A R C I A N V S *libro pro de iudiciis publicis.*

Q Vod ex his causis debet: per condictionem † quae ex lege descendit, petitur[p].

Cõtinuat expositionem suam verborum legis Iuliae de adulteriis.

XXIX. V L P I A N V S *libro quarto de Adulteriis.*

M Ariti † lenocinium[q] lex coercuit, qui deprehensam[r] vxorem in adulterio, retinuit, adulterũq; dimisit. debuit enim vxori quoq; irasci, q̃ matrimoniũ eius violauit. Tũc autẽ puniendus est maritus, cum excusare ignorantiam suam nõ potest, vel adumbrare patientiã praetextu incredibilitatis. Idcirco enim lex ita locuta est, *Adulterum in domo deprehensum dimiserit*: q. voluerit in ipsa turpitudine deprehẽdentẽ maritũ coercere. 1 ¶ Quod ait lex, adulterij damnatam si quis duxerit vxorem, ea lege teneri: an & ad stuprum referatur, videamus. quod magis est[s]. Certè si ob aliam causam[t] ea lege sit condemnata: impunè vxor ducetur. 2 ¶ Plectitur[u] & qui pretiũ pro comperto stupro[x] acceperit. nec interest vtrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet. Quicumque enim ob conscientiã stupri accepit aliquid: poena erit plectẽdus. Caeterum si gratis quis[y] remisit: ad legem non pertinet. 3 ¶ Qui quaestũ ex adulterio vxoris suae fecerit, plectitur. Nec enim mediocriter[z] delinquit, qui lenocinium in vxore exercuit. 4 ¶ Quaestũ autẽ ex adulterio vxoris facere videtur, qui quid accepit vt adulteretur vxor. Siue enim[a] saepius, siue semel accepit: nõ est eximendus. Quaestum enim de adulterio vxoris facere propriè ille existimãdus est, qui aliquid accepit vt vxoré pateretur ad-

q ¶ *Lenocinium.* aliter ponitur supra[a] de his *qui not.infa. athletas. §.j.* & *adde quod dicitur. ff. e. l.si quis. in prin.* & *§.si quis adulterum.* & *Cod.eo. l.ij.* & *l.fine metu.* & *xxxij.q.j.sicut.* Accursius.

a Leno verdè magis, quàm admodũ patiatur.

r ¶ *Deprehensam.* aliàs vxorem: aliàs fine. Sed hodie videtur corrigi quod hic dicitur, & infra proxi. respon. per Authẽ. vt li.ma. *§.adulterum.col.viij.* Vel dic vt not. *ff. de mino.l.auxilium §.fina.*

s ¶ *Quod magis est.* vt non possit ducere dãnatam de stupro.

t ¶ *Ob aliam causam.* quae explanatur *ff. de mino. auxilium. §.fi.* & *fa.Cod.a.l.castitati.* & *l.serui ob.* & *supra quod met.cau.l.isti quidem.* & *ff. eo.l.ij.§.j.*

u ¶ *Plectitur.* i. punitur *lege Iul.*

x ¶ *Stupro.* i. adulterio: *vt ff. eo.l.inter liberas.§.lex Iulia.*

y ¶ *Gratis quis.* vir, vel alius. & facit supra *si quis omis.cau.testa. l.si quis pecuniam.* & *de his qui no.infa. furti. §.pactus.* & *supra, de postu.l.j.§.bestias.* & *Cod.ad Velle.l.antiqua.* & *infra ad leg.Iul. de vi pub.l.qui coetu.* Sed quia vxorem retinet, puniri potest: *vt supra in prin.* Accursius.

z ¶ *Nec mediocriter.* i. non parum, sed multum.

a ¶ *Siue enim.* ad hoc. *Cod. de seruis fugi.l.quicumque.* & *infra de po-*

[Left margin notes:] aperiendo esse usufructuarij vel bonae fidei possessoris sufficit, vt veritatis inuestigandae causa torqueatur: secus, vt puniatur. ...

† Ideo publicatio, eius proprietatem publicari hinc colligunt. ...

† Confessiones seruos quae ... mutare posse hinc colligunt. ...

l. capitalium. §. grassatores. & C. ad l. Iuliam de vi. l. seruos. §. j. & fa. C. eo. l. ij. & l. castitatis. & l. serui. & l. de crimine.

a ¶ *Vel nimiam.* Argu. contra. ī. *de eo per quem fa. erit. l. j. §. j.*

b ¶ *Sex mensium.* quorum duo iure mariti, quatuor iure extranei dantur: *vt ī. l. iiij.* Accur.

c ¶ *In nupta.* secundo viro, renunciato primo.

d ¶ *Diuortij.* à primo viro. Accur.

e ¶ *Commissi criminis.* De adulterio constat quòd vltra[a] quinquennium continuum non accusatur: *vt C. eo. adulter.* nisi tribus casibus *supra ead. l. iiij. & infra eodem. l. quinquennium. & infra ea. l. §. fin.* Sed[b] in adultera videtur hic distinguere inter nuptam secundo, & viduam, ad hoc vt quælibet vsque ad sex mẽses vtiles, & non vltra: sed in nupta incipiunt à die diuortij: in vidua à die commissi criminis. & est ratio, quia facilius[c] accusatur vidua: ideóque facilius[d] præscribit. *& ad hoc infra ad Turpillianum. l. j. §. accusationem.* hi tamen sex menses vtiles non excedũt quinquennium cõtinuum: *vt infra proxi. §.* Alij exponunt criminis, scilicet cõputetur quinquennium. vel dic, sex menses. ¶ Sed ad quid? Respond. vt qui repudiauit ex delicto commisso, postea iure mariti accuset. Vel fortè loquitur de stupro q̃d in viduam committitur. Vel verius loquitur de muliere quæ cõmisso adulterio diuerterat. si enim interim nupta est, tuetur se sex mensibus à die diuortij. si vidua, quinquennio à die commissi criminis. prima placet: *vt not. C. eod. l. adulter.* ¶ Sed[e] quid si tribus annis continuis in adulterio perseuerauerit? Resp. à die primo commissi secundùm quosdam: *arg. ī. de fur. l. ei qui.* Sed absurdum est: *vt not. j. de pœ. l. si diutino.*

a Adulterij quæstio quinquennio præscribitur, nisi in tribus casibus.

* Flo. mẽsium.

b Adulterij accusationis sex menses à quo tempore incipiãt currere nuptæ vel viduæ.

c Vidua de adulterio facilius accusatur, quàm nupta, ideoque facilius præscri bit.

d Præscribuntur facilius, quæ facilius conceduntur. sic in *Gloss. l. vt alienam. 41. in verb. pignoratiua. ī. de pignorat.* difficilius reuocantur, quæ facilius confirmantur.

† Tempus statutum in fine legati, porrigitur ad omnia legis capita.

¶ Præscriptio accusationis criminalis libelli oblatione interrumpitur: atque ita his accusandi libelli oblationibus perpetuatur.

e Adulter si per triennium adulteriũ cõmiserit, tẽpus eius accusandi currere incipit, non à die primo cõmissi adulterij, sed ab vltimo: vt in hoc proposito, possit adulter de quolibet adulterio accusari.

...ulterari meretricio quodã genere. Quòd si patiatur vxorem delinquere non ob quæstũ, sed negligentiam vel culpam, vel quandã patientiam, vel nimiã[a] credulitatẽ: extra legẽ positus videtur. 5 ¶ Sex mensium[b] * hæc sit separatio, vt in nupta[c] quidem ex die diuortij[d] sex mẽses computentur: in vidua verò ex die cõmissi criminis[e]. quod significari videtur rescripto ad Tertyllũ & Maximum consules. Prçterea si ex die diuortij sexaginta dies[f] sint, ex eis verò cõmissi criminis quinquennium p̃teriit: debuit dici nec mulierẽ posse accusari: vt quòd dantur sex menses[g] vtiles, sic sit accipiendũ, ne crimen quinquẽnio continuo sopitum excitetur.

6 ¶ Hoc quinquẽniũ obseruari legislator voluit, si reo vel reæ stuprũ, adulterium, vel lenociniũ obiiciat. Quid ergo si aliud crimẽ sit quod obiiciatur, quod ex lege Iulia descendit: vt sunt qui domum suã stupri causa præbuerũt, & alij similes[h]? Et melius est dicere omnib. † admissis ex lege Iulia venientibus quinquennium esse præstitutũ.

7 ¶ Quinquẽnium autem ex eo die accipiendum est, ex quo quid admissum est: & ad eum[i] diẽ quo quis postulatus postulatáve † est: & non ad eum[k] diẽ, quo iudiciũ de adulteriis exercetur. 8 ¶ Hoc amplius senatusconsulto adiectum est, vt si plures eundẽ postulauerint eius qui perseuerauerit reũ reámve facere, postulationis[l] dies prima exigatur[m]: scilicet vt q. accusat, suos libellos accusatorios expectet[n], non alienos[o]. 9 ¶ Eum autem qui per vim stuprum intulit vel mari, vel fœminæ: sine præfinitione huius temporis[p] accusari posse dubium non est: cùm eum publicam vim committere, nulla dubitatio est.

f ¶ *Sexaginta dies.* qui dantur marito: *vt ī. eo. l. si maritus. ij. §. si negauerit.* Azo.

g ¶ *Sex menses.* duo iure mariti, quatuor iure extranei.

h ¶ *Similes.* vt ī. *de mino. l. auxilium. §. fi. & ī. e. l. qui domum.* Accur.

i ¶ *Et ad eum.* id est, vsque ad eum.

k ¶ *Et non ad eum.* sufficit ergo accusationẽ incipere ante quinquennium: non autem est necesse perficere. ad quod est. *Cod. de rei vind. l. mora. & ī. de collu. dete. l. ij. §. quinquennium.*

l ¶ *Postulationis.* in scriptis factæ. Ioan.

m ¶ *Exigatur.* vt fiat intra quinquennium.

n ¶ *Spectet.* aliàs expectet. s. intra quinquennium fieri.

o ¶ *Non alienos.* nec enim ei prodest vt accusare possit. Sed contra. *j. eod. l. quinquennium.* Solu. hic vnus in accusatione præcesserat: non tamen in litem processerat secundùm Io. ¶ Item no. hic q.[f] interruptio ciuilis non prodest alij. *ad quod. ī. de diuer. & tempora. præscri. l. intra. & ne de sta. defun. l. ij. §. præscriptio.*

f Interruptio præscriptionis ciuilis, quæ fit libelli oblatione, nõ prodest nisi interrumpenti.

p ¶ *Huius temporis.* quinquennij. ¶ Et caue quia loquitur: si accusetur *l. Iul. de vi*, & nõ *Iul. de adul.* Duplex est enim delictum. *& facit. j. tit. j. l. qui cœtu. §. fi. secundum H.* vel fortè. l. Iul. de adul. vt bene conueniat prædictis, & aduersetur[a] coniunctio, autem: ibi, eum autem &c. *& fa. C. de apost. l. apostatarum.*

a Autẽ particula est aduersatiua. *facit l. empium §. hic autem. ī. de damno.*

Pater.] CASVS. Pater adulteratæ accusans de adulterio, si committat calumniam euidentem: punitur. Item in lx. diebus, qui dantur viro vt iure mariti accuset: computatur & lx. dies. Item quinquennium quod datur ad accusationem adulterij, continuum est: non tamen computatur tempus accusare volenti intra quod adulter erat accusatus, vel intra quod alius egerat. & præuaricatus fuerat. & hoc dicit hęc. l. & seq. Francis. Accursius.

XXX. PAVLVS *libro primo de adulteriis.*

Pater sine periculo calũniç[q] non potest agere. 1 ¶ Sexaginta dies à † diuortio[r] numerãtur. In diebus autem sexaginta & ipse sexagesimus est.[f]

XXXI. IDEM *libro secundo de adulteriis.*

Quinquennium non vtile, sed continuò[t] † numerandum est. Quid ergo fiet si prior mulier rea facta sit, & ideo adulter eodem tempore reus fieri non potuit[u], & diu tracta lite quinquennium transierit[x]?

Quid si is qui intra quinquẽnium quem postulauerat[y], non peregerit, aut præuaricatus est, & alius eundem repetere[z] velit, & quinquennium transactum sit? Æquum est computationi quinquennij eximi id tempus quod per postulationẽ præcedentem consumptum sit.

XXXII. MACER *libro primo de publicis iudiciis.*

Nihil interest, adulterã filiã prius[a] pater occiderit, an non: dũ vtrumque occidat[b]. Nam si alterum occidit: lege Cornelia re⁹ erit. Quòd si altero occiso, alter[c] vulneratus fuerit: verbis quidẽ legis non liberatur[d]: sed diuus Marc⁹ & Cõmodus rescripserũt impunitatẽ ei cõcedi: q̃a licet interẽpto adultero mulier supuixerit post tam grauia[e] vulnera quæ ei pater inflixerat, magis fato quàm

q ¶ *Calumniæ.* euidentis: *vt supra eodem. l. si cuius. in fin.* ne sit contra *supra de publi. iudi. l. fi.*

r ¶ *Sexaginta dies à diuortio.* hoc dic *vt ī. l. proxi. §. sex mensium.*

† A diuortio & ex die diuortij idem esse, hic notatur.

f ¶ *Dies est. infra de reg. iur. l. vbi lex.* Accur.

t ¶ *Quinquennium.] Continuum.* ex hoc colligit Ioan. quòd vtile[b] est quo ad sui initium: sed continuum quo ad processum: *vt & aliàs infra quando appel. sit. l. j. §. biduum. & supra de adil. edic. l. cum sex.* Item est contra. *huic. l. supra. l. mariti. §. hoc amplius.* Solu. vt ibi. ¶ Item ad hoc quòd negligenti[c] non currit præscriptio, *supra de statulib. l. cum heres. §. Stichus. & de coll. dete. l. ij. §. j. fac. C. qui admit. ad bo. pos. l. fin. & ī. eod. l. iiij. & de mino. l. intra vtile.*

† Continuũ.

b Quinquennium adulterij, accusationis continuũ est quod ad processum: vtile quod ad initium.

c Præscriptio non currit interdum negligenti.

u ¶ *Non potuit.* vt ī. *l. denuntiasse. §. quæritur. & infra. l. proxi. §. cum alterum.*

x ¶ *Transierit.* certè bene poterit accusari adulter non obstante quòd lapsum sit quinquennium.

y ¶ *Postulauerat.* i. accusauerat.

z ¶ *Repetere.* i. accusare. Accur.

Nihil.] CASVS. Pater si occidat adulterum filiæ suæ, & filiam debet occidere: nec est vis quem prius occidat, dum tamen vtrumque occidat. Item satis est si occidat adulterum, & vulneret filiam: licet filia non decedat ex his vulneribus. Item si vir accusat vnum de adulteris, interim alium accusare nõ potest: eum tamen qui præbuit domum vt adulterium ibi fiat, vel qui consilium in hoc dedit, potest accusare simul cum vno de adulteris. Franc. Accur.

a ¶ *Prius.* quàm adulterum.

b ¶ *Alterum occidat.* non deprehensum in opere veneris: *vt ī. eo. l. quod ait.* Vel, id est adulterum tantum, quasi sit in dolo, cum sine filia occidat. *ideo l. Cor. de sica. tenetur. vt hic, & ī. eo. l. patri. & facit ī. eo. l. nec in ea. §. fin.*

c ¶ *Alter.* scilicet adultera.

d ¶ *Non liberatur.* scilicet pater.

e ¶ *Tam grauia.* hic collige maiora vulnera sustinere fœminã, q̃ marem.

matrem. sic supr. ad l. Aquiliam. qua actione. §. si quis.
a ¶ Vo unt ite eius. scil. cet patris.
b ¶ Seruata est, id est viuit.
c ¶ Maritus. litem contestando.
d ¶ Accusari non licet. vt & supra de accusationib. l. hoc. §. lege. & facit Cod. eodem. leg. reos. & infra vim passam. §. duos. Accursius.
e ¶ Domum. vt ℥. eod. l. qui domum.
f ¶ Vel consilio. ad hoc ℥. eod. l. si cuius in princip.

[Si quis.] CASVS. Seruus meus iacuit cum vxore mea. volo eum torqueri, vt dicat de hoc veritatē. dicitur quòd non audior: quia iam cōfessio eius præiudicaret qualiqualimodo vxori meæ: sed ipsam accusare possum de adulterio. Secūdo dicit: filius meus iacuit cum vxore mea quæ erat ei nouerca: vel seruus vel libertus meus iacuit cū vxore mea. eundem mecum retinui. dicitur quòd teneor quasi leno: & hoc ex sententia legis positæ supra eodem l. mariti. nō ex verbis eius. Item ipsa vxor retenta poterit accusari intelligas tamen secūdum formam legis positæ. supra eodem l. constante. in fin. sed si ipsam vxorem dimisi, & postea eam reduxi, teneor quasi leno ex sententia legis positæ. supra eodem l. mariti. Vltimo dicit: vxor mea inuenit me cum vxore Titij in lecto. ipsa accepit à me pretium. vel ab ea, vt non dicat alicui hoc. tenetur ista vxor mea vt lena pœna adulterij. Franc. Accursius.
g ¶ In præiudicium eius. scilicet mulieris. seruo aliquid in se cōfitente quod esset mulieri præiudiciū [b] qualequale: ad quod infr. de appel. à sententia. H. 1 Vel dic eius scilicet domini: quia fortè in tormentis periret. & sic incipit ab adultera etiam secūdo nupta, contra generalem [c] regulam: vt C. eo. l. si dum. & ff. ℥. de ritu. nup. leg. stuprum.
h ¶ Forsitam filium ℥. eo. si adulterium. in princip.
i ¶ Vel. pro saltem.
k ¶ Lege. quæ est. ℥ l. mariti. Accur.
l ¶ Verbis. quæ sunt ℥. l. mariti in prin.
m ¶ Punitur. hoc accipe vt ℥. l. constante. in fin.
n ¶ Ne fraus fiat. l. Iuliæ & ad hoc. C. eo. l. castitati. Accur.
o ¶ Acceperit. à viro vel ab adultera.
p ¶ Tenetur. sic ergo pœna [d] lenocinij est eadem quæ adulterij.
q [Stuprum.] Mulierem. viduam: vt ℥ proxi. §. & facit ℥. de verb. sig. l. interfi. prum. & Co. eo. l. quæ adulte ium. & ℥. eo. l. inter. §. 1.
r ¶ Concubina. in qua protestatio est necessaria: vt ℥. de concubi. l. 1. §. cum Atilicino. & l. in concubinatu.
s ¶ In vidua. honestè viuente. vt Inst. de pub. iud. §. item lex.

[Accusaturus.] CASVS. In libello accusationis adulterij errraui. possum emendare, si sum intra tempus. s. xxx. dierum. & hoc habuisti. & ℥. de accus. l. libellorum. in fi. potes & aliter hanc leg. exponere vt in Glo. Fran. Accur.
t ¶ Si tempora. statuta [e] à iudice: ar. ℥. de accusa. l. Titia. & Cod. qui accusa. non poss. l. si ea. 1 Vel à lege. s. xxx. dierum: vt supra de accu. l. libellorum. §. fi. 2 Vel quinquennij: vt supra ead. l. quinquennium. & facit ℥. ad munici. l. libertus. §. cr. or. Sed argu. contra. ℥. de arbit. l. quis arbiter. & de leg. 1. si u cui. Accursius. ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi totum ius suum consumpserat ille qui volebat mutare & variare: hic verò secus.

[a Consilium adulterij punitur.]
[‡ Libello eodem accusari possunt mandans & mandatarius de delicto.]
[§ Id est prius vnde colligunt probationes in criminalibus nō recipi ante accusationem vel inquisitionem. vel alij. Testes non recipi, aut torqueri ante litis contestationem.]
[† præmium.]
[b Cōfessio ferui in se, facit qualequale præiudicium domino.]
[c Adulterij accusatio regulariter non incipit à nupta.]
[d Pœna lenocinij eadem quæ adulterij.]
[e De quo tempore hic agatur.]

voluntate eius [a] seruata est [b]: quia lex parem in eos qui deprehensi sunt indignationem exigit, & seueritatem requirit.

Vno electo adultero ad accusandum, expectatur de alio donec iudicium primum finitum sit: potest tamen simul cum adultero accusari qui domum concessit: vt adulterium committeretur.

1 ¶ Cū alterū ex adulteris elegerit maritus [c], alterum nō antè accusare potest, quā prius iudiciū finietur: quia duos simul ab eodem accusari non licet [d]. non tamen prohibetur accusator simul † cum adultero vel adultera eū quoque accusare, qui domum [e] suam præbuit, vel consilio [f] fuit vt crimen redimeretur.

XXXIII. MARCIANVS *libro primo de publicis iudiciis.*

Si quis adulteriū à seruo suo commissum dicat in eā quā vxorem habuit: diuus Pius rescripsit, accusare potius † mulierem eum debere: quam in præiudicium eius [g] seruum torquere. 1 ¶ Si quis adulterum non dimiserit, sed retinuerit, forsan filium [h] in nouercam, vel etiā [i] libertum vel seruum in vxorem: ex sententia legis [k] tenetur [l] quāuis verbis [l] non continetur. quæ autem retinetur, punitur [m]. Sed si dimissam reduxerit, verbis nō tenetur: sed tamen dicendum est vt teneatur, ne fraus [n] fiat.

2 ¶ Si vxor ex adulterio viri precium † acceperit [o], lege Iulia quasi adultera tenetur [p].

Qui filium vel seruum qui commiserunt adulterium in vxorē suā, retinet: punitur quasi leno, & mulier etiam retentā punitur. & si eam dimissam posteà maritus reduxerit, tenetur etiam ipse.

XXXIV. MODESTINVS *libro primo Regularum.*

Stuprum cōmittit, qui liberā mulierē [q] consuetudinis causa, nō matrimonij, continet [*]: excepta † videlicet concubina [r].

1 ¶ Adulterium in nupta admittitur: stuprum in vidua [s] vel virgine vel puero committitur.

Per porrectionem libelli male cōcepti non interrumpitur præscriptio adulterij. Bar.

XXXV. IDEM *libro octauo Regularum.*

Accusaturus adulterij, si quid circa † inscriptionem errauerit: si tempora [t] largiantur, emendare non prohibetur: ne causa aboleatur.

XXXVI. PAPINIANVS *libro tertio Quæstionum.*

Si minor annis adulterium commiserit, lege Iulia tenetur. quoniam tale crimen [u] post pubertatem incipit.

XXXVII. IDEM *libro quinto Quæstionum.*

Filiumfamilias publico iudicio adulterium in vxorē sine voluntate patris arguere posse constitutum est vindictam enim proprij doloris consequitur [x].

Si committatur adulterium cum incestu: mulier punitur vt vir. Idem si committatur stuprum & incestus: sed ab incestu excusatur propter ignorantiam, quæ præsumitur in muliere minore, & statim pœnitente. h. d.

[Si minor.] CASVS. Minor XXV. ann. si adulterium commisit, potest accusari. intelligas tamen si maior erat xiiij. an. Franc. Accursius.
u ¶ Crimen. s. adulterij: sed stuprum etiam prius: vt [a] ℥. eod. leg. stuprum. in fi. & facit supra de minor. l. auxilium. §. in delictis. versicu. sed vt ad. & l. si ex causa. §. nunc videamus. & §. si mulier. & Cod. de pœn. l. impunitas. Accursius.

[Filiusfamilias.] CASVS. Filiusfa. scholarem qui iacuit cum vxore sua, potest de adulterio accusare etiā sine voluntate patris sui. Franc.
x ¶ Consequitur. ad hoc ℥. de inio. l. sed si vnius. §. filiusfa. & ℥. eod. l. inter. §. pen. & quod ibi not. Accur.

[Si adulterium.] CASVS. Titius iacuit cum priuigna sua alij nupta, vel cum nuru sua, vel cum nouerca: & sic commisit adulterium & incestum. dicitur quòd ipsa mulier potest accusari de adulterio: & punietur sicut Titius. hoc idem esset si de stupro accusaretur. nam punietur sicut vir. Secundo dicit; Titius iacuit cum filia sororis suæ nupta cuidam. quæritur an sufficit si puniatur pœna stupri? & certè duo sūt delicta: vnde augenda est pœna: quia hic & in sequenti casu vbi duo sunt delicta, maior imponitur pœnā. si enim filiam sororis meæ accipio in vxorem, refert an errore hoc fecisan non: vt magis vno casu puniar, scilicet quando sciens ius & factum hoc feci, quàm si nescirem. & quia plus delinquitur vbi est contumacia iuris: apparet quòd mulier incestum cōmittens minus dicitur delinquere: quia in eā non dicitur esse cōtumacia iuris: vt si adoptiua filia cum fratre contraxit matrimonium. nam hoc casu ei non parcitur: cum ius gentium. id est naturale non debeat ignorare. Item qui per matrimonium cōmittit incestum: humanius tractatur quàm adulter. & dat exēplum. iubet tamē dirimi tale matri. mulier tamen in iure errās, à crimine incestus liberatur: ab adulterio nō liberaretur. Itē si accepi nouercam meam in vxorem bona fide: & cū sciui hoc esse illicitū, separaui me ab ea: amodo non possum accusari de crimine incestus. & hoc idem subiicit in sequēti §. generalius tamē. Vltimo dicit: incestu per adulterium cōmisso, parcitur mulieri ignoranti ius. Item parcitur minori ætati masculi vel fœminæ: vel etiam quādoque modice puniuntur, si error allegatur. & hoc cum accusatore: & facilius puniuntur sine accusatore. [IMPERATOR.] Vxorem meā in adulterio deprehensā occidi. nō punior l. Cor. de sica. mitius enim. nam si humilis sum, in opus perpetuū trador. si honestus sum, in insulam relegor. [LIBERTO.] Libertus non admittitur de facili ad accusandum patronū suum: sed de adulterio quod cōmisit patronus cū vxore liberti, potest libertus accusare patronum suum: sicut & de atroci iniuria sibi

[a Adulterium committitur etiam impubes.]
[* retinet.]
[† Adulterium non committitur cum concubina patris vt in Auth. vt cum de appel. co. §. causas ex. §. quoq. c. quonamodo. extra de iureiur.]
[b Filiusfamilias in publicis iudiciis esse potest, non patris consensu & authoritate.]
[‡ Libello male concepto non interrumpit præscriptionem accusationis de adulterio.]

facta à patrono posset eum accusare. Libertus si inueniat patronum suum cum vxore sua in lecto, an possit eum occidere, cùm sit persona patroni vilis? & dicitur quòd non. Vltimo dicit: Titius commisit adulterium: postea in aliquo officio publico est collocatus: debet interim differri accusatio: sed promittit stare iuri cùm erit officium finitum. Fran.

vsque ad §. imperatores. Diuiditur principaliter in quinque partes. Primò loquitur quando committitur adulterium cum incestu. Secundo loquitur quando cõmittitur stuprum & incestus à masculo. Tertiò, quando committitur stuprũ & incestus à muliere sub colore matrimonij. Quartò, quãdo masculus aliqualiter excusatur. Quintò, quãdo in totum liberatur. secunda ibi, stuprum tertia ibi. quare mulier. quarta ibi: nonnunquã quinta ibi, fratres denique. B.

XXXVIII. IDEM libro trigensimosexto Quæstionum.

SI adulterium[a] cum incesto committatur, vt puta cum priuigna[b], nuru, nouerca: mulier[c] similiter quoq. punietur[d]. id enim[e] remoto etiam adulterio eueniret[f].

Hæc secunda pars legitur duobus modis. Primò, quòd hic loquitur finaliter de adulterio & incestu. Secundò, quòd loquitur de stupro & incestu. & quòd hæc lex loquitur de incestu & adulterio, primò facit textus qui dicit an adulterij pœna sufficiat. item quòd loquitur de stupro & incestu, facit tex. qui dicit stuprum. prima lectura applaudit glossa super verbo, adulterij. & super verbo, duplex. & super verbo errore. Bar.

1 ¶ Stuprum[g] in sororis filiam[h] si cõmittatur an adulterij[i] pœna sufficiat mari, cõsiderandũ est. Occurrit[k], quòd hic duplex[l] admissum est: quia multũ interest, errore[m] matrimoniũ illicitè cõtrahatur[n]: an cõtumacia iuris & sanguinis contumelia concurrant[o]. 2 ¶ Quare[p] mulier tũc demum eam pœnam quã mares sustinebit[q], † cum incestum iure gentium[r] prohibitũ admiserit[s]. Nam si sola iuris nostri[t] obseruatio interueniet: mulier ab incesti crimine erit excusata.

3 ¶ Nõnunquã tamẽ & in maribus incesti crimina, quanquã natura grauiora[u] sunt, humanius quã adulterij tractari solẽt: si modo incestũ per matrimonium illicitum contractum sit[x].

4 ¶ Fratres denique[y] Imperatores Claudiæ crimẽ incesti[z] propter ætatem[a] remiserũt: sed distrahi coniunctionem illicitã iusserunt: cum aliàs adulterij crimẽ, quod pubertate delinquitur, nõ excusetur ætate[b]. nam & mulieres in iure errantes, incesti crimine non teneri suprà dictũ est[c]: cum in adulterio commisso nullam habere possint excusationem. 5 ¶ Iidem imperatores rescripserunt, post diuortiũ quod cum nouerca[d] bona fide priuignus fecerit, non esse crimen admittendum incesti.

6 ¶ Iidẽ Pollioni † in hæc verba rescripserunt: Incestæ nuptiæ cõfirmari nõ solẽt: & ideo abstinenti tali matrimonio, pœnam præteriti delicti, si nõdum reus postulatus est[e], remittimus.

7 ¶ Incestũ autẽ quod per illicitã matrimonij coniunctionẽ admittitur[f], excusari solet sexu[g] vel ætate[h], vel etiam puniendi[i] correctiõe[k] quæ bona fide interuenit, vtiq. si error[l] allegetur: & facilius, si nemo reũ postulauit.

Qui vxorẽ deprehensam in adulterio occiderit, non tenetur l. Corne. de sica. tamen aliter & aliter secundum conditionem personæ punitur.

a ¶ *Si adulterium.* potest ergo adulterium[a] & incestus esse simul, & quodlibet separatim: vt hic. & est incestus cum his fœminis de quibus hic dicit, & ff. *de ritu. nup. l. fi.* & est eadem[b] pœna quæ est adulterij: vt hic colligitur.

a Adulterium & incestum potest esse simul.

b Pœna incestus eadẽ quæ adulterii.

b ¶ *Cum priuigna.* alij nupta. & sic de sequẽtibus.

c ¶ *Mulier similiter.* scilicet vt vir.

d ¶ *Punietur.* scilicet de adulterio.

e ¶ *Id enim.* id est vt mulier sicut vir puniatur, remoto &c.

f ¶ *Eueniret.* scilicet si de stupro argueretur.

g ¶ *Stuprum.* id est incestus. Accur.

h ¶ *Filiam.* scilicet nuptam alij

i ¶ *An adulterij.* id est stupri, seu incestus. plerumque[c] enim vnum pro altero ponitur: *vt supra eo. l. inter. §. j.* Accursius.

c Adulterium pro stupro & è contra quandoque sumitur.

k ¶ *Occurrit.* vt non sufficiat pœna.

l ¶ *Duplex.* scilicet stuprum, & incestus.

m ¶ *Errore.* facti[d] iustissimi, & continui: *vt C. de incest. nupt. l. qui contra.* 2 Vel dic, iuris ciuilis: qui tunc de incestu tantum, non de stupro punitur, cum stuprum non proponat in contumeliã iuris &c. sicut in nostro casu vnde de vtroque. s. stupro & incestu accusatur: *vt C. de accusa. l. qui de crimine.* licet sit arg. contra. ff. *de accu. l. senatus.* ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi dicit ob id crimẽ: hic vero sunt diuersa delicta, licet ex eodem facto descendant.

d De quo errore hic agatur.

n ¶ *Contrahatur.* vt cum filio sororis.

o ¶ *Concurrant.* quia sciuit ius & factum quando erat alij nupta: vt in nostro casu.

p ¶ *Quare.* quia plus delinquitur[e] vbi est contumacia iuris: ergo & in muliere mitius: quia ibi non est contumacia quandoque, vt subiicit. & dic mulier incestum committens.

e Contumacia iuris grauiter punienda.

q ¶ *Sustinebit.* scilicet de incestu.

r ¶ *Iure gentium.* id[f] est naturali: quod ignorante[g] non licet: *vt C. de in ius vo. l. venia.*

s ¶ *Admiserit.* sciens delinquere, & nolens matrimonium contrahere. Accursius.

t ¶ *Nostri.* vt in adoptiua: quod ignorare[h] licet. & *fa. ff. de verb. obli. l. si stipuler.* 2 Vel dic, quia tutores: *vt C. de interdic. ma. per totum.* Sed est contra in *eo. tit. l. j.* Sed ibi clam: vnde scientia præsumitur[i]: *vt ff. de rit. nup. l. fi.* & ad hoc vt error ciuilis iuris prosit, vel non noceat. *fa. ff. vt in pos. le. l. j. in prin.* & *ad Sil. l. iiii. §. quod ad causam. versic. si qua ignorans. & de leg. ij. qui fideicom. & de peti. here. l. sed & si lege. §. scire. item facit C. de iur. & fact. ignor. l. fi. & ff. de iur. fi. l. ij. in fi. & C. si aduer. delic. l. j. & fi.*

f Ius gentium pro naturali.
g Ignorantia iuris gentium seu naturalis non admissa.
h Mulier cõtrahens matrimonium contra ius gentiũ punitur: contra ius ciuile, non punitur.
i Præsumitur interdum scientia.

u ¶ *Grauiora.* i. grauia. 2 Vel id est grauiora quàm adulterij. Acc.

x ¶ *Illicitum contractum sit.* errore fortè iuris: quia hic contumelia fortè sanguinis non cõtinetur: vt ff. ¶ Et sic no. quòd parcitur[a] in delictis si bonam habuit originem, id est causam fauorabilem: *ar. ff. de fur. l. qui vas. §. si ego. & de re iud. l. inter pares. & de dona. inter vi. & vxo. l. si donate in prin. §. fi.* Accur.

a Delinquenti ignoscitur, si iustam causam habuit.

y ¶ *Fratres denique.* exemplum superioris.

z ¶ *Incesti.* per matrimonium contractum, vt subiicit.

† Hæc pœna secundum leg. ... supplicium erat, vt refert Cic. ... de leg. ...

a ¶ *Per ætatem.* maximè subaudi: cũ[b] aliàs mitius se habet lex cũ incestuosis quàcũ adulteris. H. & potes dicere quòd vbi coniuges sciunt factum. i. cõsanguinitatẽ, & ius. i. non licere: habẽt locũ pœnæ. *C. de incest. nup. l. qui contra.* si verò errant in facto, iuste excusantur: *vt ea. l. si in iure.* in adulterij pœna nec mares nec fœminæ excusantur, vt hic ibi, cũ in adulterio &c. sed in incestu (si quidem ignorantia iuris naturalis vel gentium) neuter excusatur in totũ, sed releuantur: vt hic, vel etiam puniendi &c. si ciuilis: si masculus, releuaĩ in aliquo: mulier in totum. Item minor excusatur in totum: *vt ff. ead. l. §. j. & hic. & j. eod. §. imperatores. & §. incestum.* ¶ Item not. in hoc speciale, quòd si quis distrahat illicitam coniunctionem antequã accusetur, non punitur: *vt j. e. §. iidem Pollioni.* ¶ Sed quid si vnus sciat: aliter nõ? Respõ. in sciẽte quod dixi: & in ignorante quod de ignorãte dixi: vt dictæ pœnæ habeãt locum, vel non habeant.

b Incestus amitius punitur, quàm adulterium.

* Secus in maribus.

† Confessio sciẽter erronea in contractu siue promissione non valet. l. si vt ... de pac. tamen confessio erronea euidẽter in delictis valet nisi errorem alleget. Bal.

b ¶ *Ætate.* etiam iuris ignorantia. *& fa. C. de pœ. leg. impunitas. & supra de mino. l. auxilium. in fi.* Accur.

c ¶ *Supra dictum est.* vt supra eo. §. stuprum. in fi. & ad §. supra de ritu nu. l. qui in prouincia. in fi. & de condictione sine causa. l. fi. & infra e. l. fi. & j. de iure fisci. l. ij. in fin. Accur.

d ¶ *Cum nouerca.* si accepit nouercam in vxorem, licet eam cognouerit: si tamen cum scit esse illicitum, eam dimittit: non tenetur incesti. & idem dicit §. sequens, generalius tamen. ¶ Et ita[c] remittitur alicui delictum si præueniat in satisfactione. *sic ff. ne tut. vel. cu. l. j. & de crimine stellio. l. j. & de fal. l. falsos codicillos. & de his qui adscri. l. ij. & de plus pet. l. j. & ff. de publica. l. hoc edicto. & C. de incestis & inut. l. qui contra. & C. ad l. Iul. maiesta. l. quisquis. in fi. & j. de fal. qui falsam.* Accur.

c Delictum remittitur ei qui sponte an vltrò satisfacit.

e ¶ *Postulatus est.* quia in iure errauit. nam si in facto nec antè, nec post potest accusari.

f ¶ *Admittitur.* per errorem iuris.

g ¶ *Sexu.* quia mulieribus[d] est permissum ius ignorare: *vt j. de iure fis. l. ij. in fi. vt & C. de iur. & fac. igno. l. fi.*

d Ius ignorare mulieri permittitur.

h ¶ *Vel ætate.* vt *C. de incest. nup. qui contra. & ff. proxi. §.*

i ¶ *Puniendi.* genitiui casus.

k ¶ *Correctione.* s. corporis. & sic habes, coercione, aliàs correctione: quia corrigerent se delinquentes, abstinendo à delicto: *vt d. l. qui contra.*

l ¶ *Si error.* quo præsumitur si palàm matrimonium contrahatur: *vt ff. de rit. n. pe. fin.*

Commodus

a ¶ *Commodus filius. vt & s. de admi. tut. l. à tutoribus. §. j. alibi fratres dicuntur: vt s. de ma. l. iiij. & C. si man. ita fue. alie. vt ma. l. ij.* sed forte fratrem & filium habuit qui sic fuerunt nominati.

b ¶ *Pœnam excipiet.* aliàs autem mediocriter punitur: *vt j. proxi. & infra. de sica. l. j. §. fi. & s. ad Sil. l. si quis in graui. §. ij.* Sed contra *C. e. l. Gracchus.* Item facit *C. de sic. l. j. & supra solut. ma. l. si ab hostibus. §. j.*

c ¶ *Magis.* id est melius est vt puniatur: quia plus deliquit.

d ¶ *Relegari.* cum aliàs pœna parricidij teneatur.

e ¶ *Non facile.* i. temerè. ¶ Et dicunt quidã non esse necesse in accusationibus veniã edicti petere. Alij contra: cum non permittatur accusare, nisi in certis casibus, vt suam vel suorũ iniuriã prosequatur: *vt C. qui accu. nõ pos. l. fi.* Sed certè hoc non est verum: *vt supra de accusa. l. hi tamen. §. j. vt ibi dixi.*

f ¶ *Quomodo.* i. sicut. Accursius.

g ¶ *Passus. s. de iniur. l. prætor. §. præterea. & de in ius vocan. sed & si. § fi.* & est speciale, *vt in cri. maiest. vt s. ad l. Iul. maiest. l. famosi.* aliàs contra. *s. de accusa. l. hi tamen. §. j. vel dic vt ibi.*

h ¶ *Si patronum.* scilicet adulterum.

i ¶ *Interfici potest.* qui sint, habes. *s. e. l. marito*

k ¶ *Reus quidẽ.* de adulterio ante cõmisso ¶ Sed quid si durãte officio? Respõ. secus secundũ P. ad instar legati: *vt s. de iudic. l. ij. § legatis.* aut si in officio deliquit, tũc distingue sit de maioribus, vel minoribus. Sed tu dic ꝙ omnes indistinctè: *vt s. de iniu. l. nec magistratibus. & de iudi. l. pars litterarum. item sa. s. de accu. l. hos.*

l ¶ *Cautione.* non satisdatione: *vt C. de ver. sig. l. sancimus. & de iudi. l. ij. §. sed si dubitetur. & s. de offi. præsi. senatuscon. item facit supra. e. l. si maritus. §. j. & de libe. causa. l. ordinarii. in fin.*

Adulteram vxorem interficiens, etsi lege Cornelia de sicariis nõ puniatur, punitur tamen, licet mitius.

† vide hic Budæ.

* tractus.

blo accusatio ... veniam edicti in ius vocando, aut accusando petere.

† deest Flo.

... patronum accusare.

Adulterii ... & quatenus constante magistratu accusari quis possit de adulterio in ipso magistratu & ad ...

* Testis probaturus vim fuisse illatam dicere nõ debet Titium violenter cognouisse Caiam: quia eius depositio esset nulla per verbum violenter. quod ... & passiue ...

7 ¶ Imperator Marcus † Antoninus & Commodus filius[a] rescripserunt: Si maritus vxorẽ in adulterio deprehensam, impetu tractus* doloris interfecerit: nõ vtique legis Corneliæ de sicariis pœnam excipiet[b]. nam & diuus Pius in hæc verba rescripsit Apollonio: Ei qui vxorẽ suam in adulterio deprehẽsam occidisse se non negat, vltimum suppliciũ remitti potest, cum sit difficillimum iustum dolorem temperare: & [magis[c] †] quia plus fecerit, quàm quia vindicare se non debuerit, puniendus sit. Sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi: si qui honestior, in insulam relegari[d].

9 ¶ Liberto patroni famã lacessere nõ facilè[e] cõceditur. Sed si iure mariti velit adulterij accusare, permittẽdũ est: quomodo[f] si atrocẽ iniuriã passus[g] esset. Certè si patronũ[h] qui si ex eo numero q deprehẽsus ab alio interfici potest[i], in adulterio vxoris deprehẽderit: deliberãdũ est, an impune possit occidere. ꝙ durũ nobis esse videtur. nã cui' famæ, multo magis vitæ parcendũ est. 10 ¶ Si quis in honore ministerióve publico sit, reus quidẽ[k] postulatur: sed differtur eius accusatio: & cautione[l] iudicio sistendi causa promittitur in finem honoris. & hoc ita Tiberius Cæsar rescripsit.

Violentia excusat ab adulterij pœna, licet celetur marito hoc factũ §§. seq. breues sunt, ideo non summãtur.

XXXIX. IDEM *libro 15. Responsorum.*

VIm passam* mulierem sentẽtia præsidis prouinciæ cõtinebatur. In lege Iulia de adulteriis non commisisse respondi[m], licet iniuriam suam protegendæ pudicitiæ causa confestim marito renuntiari prohibuit[n].

1 ¶ Nupta[o] quoque muliere, tametsi lenocinij vir prior nõ postuletur, adulterij crimen cõtra adulterum ab extraneo poterit inferri.

2 ¶ In matrimonio quoq. defuncta vxore, vir iure adulterum inter reos recipi postulat[p].

3 ¶ Nupta[q], priusquã adulter dãnetur[r], adulterii non postulatur, si nuptias denuntiatio vel ad domum[f] mulieris missa nõ præcessit. 4 ¶ Mulierem ob latronum societatem exulare iussam, citra pœnæ metum in matrimonio retineri posse respondi, quia non fuerat adulterij[t] dãnata. 5 ¶ Præscriptione quinque annorum crimẽ incesti cõiunctum adulterio[u] non excluditur. 6 ¶ Duos quidẽ adulterij, marẽ & fœminã propter commune[x] crimẽ simul nõ iure, nec à viro postulari[y] conuenit: cum tamen duobus[z] denuntiatũ fuisset ab eo qui postea desistere volebat, abolitionem esse necessariam in vtriusque personam respondi. 7 ¶ Incesti commune crimen aduersus duos simul intentari potest[a]. 8 ¶ De seruis quæstionem in dominos incesti postulatos ita demum habendam respondi, si per adulterium[b] incestum esse contractum dicatur[c].

Mulier repudiata à viro potest nubere illi quem maritus suspectum habet de adulterio: dum tamen non accusauit. h. d.

XL. PAVLVS *libro 19. Responsorum.*

QVæsitum est, an ea quã maritus adulterii crimine se accusaturum minatus est, nec quicquã egit: vel iure mariti, vel iure publico[d] nubere possit ei quem in ea reum adulterii destinauit[e], Paulus respon. nihil impedire[f] quo minus ei quem suspectum maritus habuit, ea de qua quæritur, nubere possit.

Qui desistit ab accusatione vxoris eam reducendo, non potest iterum eam accusare h. d.

1 ¶ Item quæritur, an idem ma-

VIm passam.] CASVS. Vxor Titij per vim stuprata est, nõ tenetur lege Iul. de adulterio: licet hoc prohibuit nũtiari viro causa protegendę suæ pudicitiæ. Secundo dicit: mulier cõmisit adulteriũ cum Titio, tandẽ hæc mulier diuertit à viro, & nupsit secundo. potest Titius accusari de adulterio, licèt primus vir nõ sit de lenocinio accusatus. Tertio dicit: potest vir etiã mortua vxore in matrimonio, adulterum accusare. Quarto dicit: Berta cõmisit adulteriũ. tandẽ separauit se à primo viro, & nupsit secundo. nõ potest de ipsõ adul. accu. priusquã adulter, nisi antequã nuberet secundo, denuntiatũ sibi fuerit. Quinto dicit: vxor Titij damnata est in exilium: quia socia latronum erat. dicitur quod adhuc remanet vxor. Sexto dicit: accusatio incestus, licèt cum nupta sit commissus, tollitur quinquennio. Septimo dicit: vir non semel potest & eodem tempore masculum & fœminam de adulterio accusare: in crimine autem incestus secus est. Vltimo dicit: si aliquis de crimine incestus accusatur commisso cum nupta: possunt serui eius accusati torqueri. Franciscus.

m ¶ *Respondi.* & bene: *vt supra eodem l. si vxor. §. si quis plane. & supra de postlim. l. j. § remouet. & C. eodem l. fœdissimã. & arg. s. de lib. cau. l. imo.* Accursius.

n ¶ *Prohibuit* expressè, vel tacendo.

o ¶ *Nupta.* secundo viro, facto diuortio à primo cui' matrimonium adulterauerat. & secũdum hoc nihil est cõtra. vel dic de eodẽ viro loqui. Et ꝙ dicit prior, id est primo. Sed tũc est contra. *s. e. l. cõstante.* Sed ibi vxorem hic adulterũ. Item est contra. *s. e. l. miles. §. volẽti.* Sed ibi virũ prohibet accusare: hic extraneum permisit. *& fa. s. eo. l. adulter. §. fin. & C. eo. l. si dum.*

p ¶ *Postulat. fic. j. eod. l. fi. & s. e. l. miles. §. adulterij.* Accur.

q ¶ *Nupta.* scilicet secundo viro.

r ¶ *Damnetur. fa. s. eod. l. adulter. §. fin. & l. denuntiasse. §. fi. in prin. & l. si maritus. §. fin. & l. qui vxori. & C. eodem l. si dum.*

f ¶ *Ad domum. s. de dam. infec. l. iij. §. totiẽs.*

t ¶ *Adulterij.* vel stupri. *vt supra eod. l. mariti. §. j.*

u ¶ *Coniunctum adulterio.* nec fortè adulterij iuncti incesto: *vt supra l. proxi. §. j. & facit supra eod. l. mariti. §. finali.* sed separatim tollitur. *vt supra eo. l. mariti. §. hoc quinquennium.*

x ¶ *Propter commune.* alioquin secus esset. *& facit supra de accu. hos accusare. §. lege. & C. eod. tit. l. reos. & sup. eod. l. si maritus. §. fin. & l. nihil. §. fi. & j. ad Turpillianum. l. j. §. accusationem.*

y ¶ *Postulari.* id est accusari. Accur.

z ¶ *Tamen duobus.* adultero & adulteræ.

a ¶ *Intentari potest.* de hoc dic vt supra eo. *l. qui pupillam. §. finali. & Cod. si reus vel accu. l. j.*

b ¶ *Per adulterium.* secus in adulterio: *vt C. eod. l. in adulterij quæstione. & l. iij. & Co. de quæstio. l. j.*

c ¶ *Dicatur.* aliàs non: cum de domo accusatæ vel accusantis nõ debeant produci serui ad torquendum: *vt infra de quæstio. l. j. §. j. & l. de incestu.*

QVæsitum est.] CASVS. Dixi vxori meæ quòd eam volebam de adulterio accusare quod commiserat cum Titio: & eam non accusaui. postea separauit se à me, & nupsit Titio. dicitur ꝙ bene tenet matrimonium. Sed pone quòd postquam à me separauit se, eam accusaui de adulterio, & interim eam reduxi in vxorem. dicitur quòd videor destitisse ab accusa. & amplius eã accusare non possum ex eadem lege. Fran. Accur.

d ¶ *Publico.* id est extranei.

e ¶ *Destinauit.* maritus.

f ¶ *Nihil impedire.* aliàs lex. *& facit supra eadem. l. miles. § liber.*

Adulteranõ dicitur quæ vim passa est. Nec enim ea corrupta sit, si mẽs incorrupta ...

b Adulterum constante matrimonio accusare potest extraneus ... non potest hoc iure.

c D ... ad domũ etiã ... sufficit.

d Separatim ... inseparatim ... non habẽtia ... de colligunt ... legitimandi adulterum ... tem habeat adulterum & incestuosum simul legitimare nõ posse.

e Abolitio desistendi necessaria est ... non tenetur accusatio.

Nota. AAA

& C. eo. l. commissum. Sed argumento contra. a in auth. de rapt. mu. collatio nona.

a ¶ Videri. nec ideo crimen lenocinij contrahere videtur: vt C. eo. l. sine metu. & l. seru. §. j.

b ¶ Non superesse. vt C. eo. l. ablatonem in fi. & ff. eodem l. si uxor. § sed & si quis. & ff. ad Turpil. l. qui destitit. & ff. eo. l. ij. §. j. ¶ Et no. de tacita remissione simi lia, ff. de mino. si filius fa. & C. de iurisdat. l. ij. & sup. de leg. commis. l. post diem. & sup. sol. ma. l. ij. & ff. rerum amo. l. fin.

ritus destitisse videatur, vel lenocinium commisisse, qui eandem reduxit vxorem. Paulus respondit, eum qui post crimen adulterii intentatum eandem vxorem reduxit, destitisse videri a: & ideo ex eadem lege postea accusandi ei ius non superesse b.

XLI. IDEM lib. 1. Sententiarum.

IN crimine adulterii nulla dăda dilatio est, nisi † vt personæ exhibeantur, aut iudex ex qualitate negotii motus hoc c causa cognita permiserit.

IN crimine.] CASVS. In accu. adulterij nulla datur dilatio, nisi vt personæ exhibeantur: item nisi hoc videatur iudici. Fran.

c ¶ Hoc. aliàs hoc, aliàs hanc dilationẽ, aliter ergo vel nulla dãda vel vna saltẽ tantũ. & est speciale c. aliàs tres: vt ff. de fer. l. fin. & facit quod no. sup. de pub. in l. inter. item ss. sup. eo. l. miles. §. quæ propter.

XLII. TRYPHONINVS libro secundo Disputationum.

SI is qui ius annulorum impetrauit, adulterium commisit in patroni vxorem, aut in patronam suã, aut in eius d, eive e † cuius libertus patris f, aut matris, filij filiæve fuit: an vt libertus puniri debeat? & si deprehensus sit in adulterio, an impunè occidatur g? Et magis probo subiiciendum pœnæ libertinorum: quoniam lege Iulia de adulteriis coercendis, ad tuendam matrimonia pro libertinis eos haberi placuit h: & deteriorem causam per istud beneficium patronorum haberi non oportere.

SI is.] CASVS. Libertus filius anulorũ aureorum impetrauit: si iaceat cum vxore patroni, vel cũ patrona, vel cũ simili persona, & inueniatur in lecto cũ ea: potest occidi vt libertus, & sic vt vilis persona. Fran.

d ¶ Aut in eius. si habeas eius, bene stat: sc. vxorem. si ei, vel eam bene stat. nam semper dic eorũ vel eius vxorem. & quod subiicit eũ: vel eam: non estvis.

e ¶ Eiusve. scilicet vxorem.

f ¶ Patris. præmitte patris cuius &c. & ad omnes genitiuos sequentes suppone cuius. & facit supra de testibus. l. iij. & supra eod. l. marito. §. j.

g ¶ Occidatur. à viro: vt d. l. mariti. §. j.

h ¶ Placuit. quo ad hoc pro liberto habetur. fic. C. qui accusa. poss. l. pe. & fi. & supra de iure aure. annu. l. j. & de condit. & demon. l. si ita. §. j. Sed ar. contra. d ff. de excusa. tuto. l. ex cum oratione.

Qui vxorem nõ legitimè repudiatam ducit, vxorem credẽs eam repudiatam adulterium non committit.

XLIII. GAIVS lib. 3. ad legem 12. tab.

SI ex lege † repudium missum non sit i, & idcirco mulier adhuc nupta esse videatur k: tamen si quis eam vxorem duxerit l, adulter non erit. idque Saluius Iulianus respondit, quia adulterium, inquit, sine dolo malo non committitur m. quanquam dicẽdum, ne is qui sciret eam ex lege repudiatam non esse, dolo malo committat n.

SI ex lege.] CASVS. Repudiaui vxorem non legitimè: & sic adhuc vxor manet. qui eã ducit in vxorẽ: si quidem sine dolo e, credens eam iuste repudiatam, non committit adulterium: aliàs sic. Accur.

i ¶ Non sit. ex lege mittitur, prout habes. ff. de diuor. l. ij. quod hic non fuit legitime, sed missum fuit de facto.

k ¶ Videatur. nam si ipso iure fieret diuortiũ per adulteriũ, frustra diceretur quòd vir debet eam repudiare: vt ff. eo. l. constante.

l ¶ Duxerit. credens eam repudiatam legitimè.

m ¶ Nõ committitur. i. f conscientia maritalis tori: vt C. de repu. l. uxor. in fi. Itẽ nec stuprũ sine dolo cõmittit: vt C. e. l. si qui & ff. e. l. hac verb. & l. is cuius is prin. & l. miles. §. mulier. & C. de sicu. l. j.

n ¶ Committat. adulterium, vt g cõmuniter pœna statuta debeat imponi. nam non debet imponi: quia per qualequale h matrimonium commissum est adulterium: vt ff. eo. l. si adulterium. §. finprum. versic. nõ nunquam. 2. Vel dic quòd non cõmittitur adulterium, hoc ipso quòd duxit vxorem, nisi eam cognouerit, & secundum hoc habeas, ne. & facit sup. de condi. sine causa. l. nunculo. & ff. vnde vir & vxor. l. j. in fin. Alij habent sine ne: & tunc est sensus, quòd committit adulterium, quia sciens: in primo casu non, quia ignorans.

XLIIII. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

DEfuncta quoq. socru o, gener incesti postulabitur, vt p adulter q post mortẽ mulieris.

DEfuncta.] CASVS. Gener iacuit cum socru, etiam mortuam mulierem potest gener accusari de incestu: sicut adulter post mortem mulieris. Fran.

o ¶ Socru. cum qua gener concubuit.

p ¶ Vt. id est sicut.

q ¶ Adulter. vt ff. eod. l. vim passam. §. j.

a Soluto vt l. mulier. §. licet supra eodem vel ibi iam nupta hic in nõ nupta muliere.

b Tacitè remittere videtur adulterij accusationẽ, qui accusatã à se adulterã vxorem reduxit. Vide tamẽ l. si quis adulte rio. sup. eod.

* Sanè idẽ hodie reperitur lib. 2. ti. 26.

† v. l. 2. Cod. de exhib. reis.

c Dilationes plures ad probandum dantur in criminalibus, excepto adulterij crimine: vnde colligunt, probationes factas non data dilatione, ad probandũ valere.

† eiusve.

pœnæ.

d Qui ob fa. vt [illegible] ...

e Sciens, quod ad patronũ attinet, non habetur pro ingenuo: quod ad alios habetur.

e Dolo tam à lienã contrahẽtiũ, qui sciẽs contrahit.

f Sine dolo non committitur adulteriũ & stuprũ.

b Qui in vxorẽ repudiatã vxorem sciens vxorẽ ducit, nõ cõmittit adulteriũ, vtea pœna puniatur, quæ ceteri adulteri mittas enim puniuntur.

h Adulterij est usurpatio, qua lequale matrimonium cum alterius vxore contraxit: vel qui duxit tantum, nõ tamẽ cognouit.

AD LEGEM IVLIAM de vi publica.

TITVLVS VI.

Hic tit. planus est, nec indiget summaria: quia succinctè ponit in quibus casibus tenetur quis lege Iulia de vi pub. & pœnam describit in l. qui dolo. §. vlt. & pauca verba legis exponit: vt in l. armatos. & in l. hi qui ædes. §. telorum.

I. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

LEge Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi e sue, agróve f in villa t præter vsum venationis, vel itineris, vel nauigationis coëgerit x.

II. SCÆVOLA lib. 4. Regularum.

EXcipiuntur y autẽ arma quæ quis promercii causa habuerit: hereditatéve ei obuenerint.

III. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

IN eadem z causa sunt, qui turbæ seditionísve † faciendæ consilium inierint, seruósve aut liberos homines in armis habuerint a.

1 ¶ Eadem lege tenetur, qui pubes b cum telo in publico fuerit.

2 ¶ In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo, cõuocatu, seditione villas expugnauerint, & cum telis & armis bona rapuerint.

3 ¶ Itẽ tenetur qui ex incendio rapuerit c aliquid prẹter materiam d.

4 ¶ Præterea punitur huius legis pœna qui puerum vel fœminam vel quemquam vim e stuprauerit.

5 ¶ Sed & qui incendio cum gladio aut telo rapiendi causa fuit, vel prohibẽdi f dominum res suas seruare, eadem pœna tenetur.

6 ¶ Eadem g lege tenetur, qui hominibus armatis h possessorem domo agróve suo i aut naui sua k deiecerit, expugnauerit concursu l.

IIII. VLPIANVS libro quinquagesimonono ad Edictum.

AD LEGEM IVLIAM de vi publica.

¶ Vis publica proprietà est quam contra ius fásque infert publica persona, id est qui imperium vel potestatem habet. Priuata quam priuati homines inferunt. Vtraque lege Iulia iudicio publico coercetur. nam ei etiam ad quem ea res non pertinet accusatio permittitur, quasi in communi crimine, vt eleganter [illegible] Demosthenes ait his verbis [illegible]. eadem ratio est violatæ maiestatis aut pudicitiæ. nam & hæc crimina lex putauit esse communia perinde ac sacrilegia quæ de causa sacrilegos etiã nuptiarum violatores leges appellãt & sacrilegos læsæ maiestatis reos Cuia.

LEge Iulia. Domi. not. mirabile quòd reputatur a vis, solum habere arma domi, vel portare.

f ¶ Agróve. forte b vbi erat vna domus.

t ¶ In villa. vbi plures.

u ¶ Præter vsum. sic. ff. e. l. qui dolo. §. j.

x ¶ Coëgerit. i. habuerit.

y EXcipiuntur. quædã enim &c. vt sup. de adquiren. re do. quandam. & inf. de decu rio. l. decurio. Accur.

z IN eadem. vt hac l. tenetur.

a ¶ Habuerint. C. eo. l. fi.

b ¶ Qui pubes. maxime nam impubes c tenetur si sit doli capax: vt arg. C. de auct. præst. l. datum. & ff. de reg. iur. l. pupillum. Sed arg. contra. d C. de fal. mo. l. j. in fi.

c ¶ Rapuerit. vt C. eo. l. fin. Accur.

d ¶ Præter materiam. quæ vetitur ad ædificandum: vt sup. de leg. iij. ligna. in princ. & sup. de vsufruc. l. arboribus. in prin. & hoc ideo, quia aliàs comburerentur.

e ¶ Per vim. vt sup. tit. l. mariti. §. fin.

f ¶ Vel prohibendi. repete, fuit causa prohibendi.

g ¶ Eadem. i. pœna eiusdẽ. l. quæ est Insti. de pub. iudi. §. item lex.

h ¶ Armatis. sed sine armis locum habet sequens titu. vt ff. [illegible]. l. si quis & l. j. §. j.

i ¶ Suo. scilicet domini facientis vim. Accur.

k ¶ Naui sua. pro aliis datur interdictum vnde vi: sed pro naui non: vt sup. de vi & vi ar. l. j. §. si quis de naui. & facit. C. eo. l. si quis.

l ¶ Concursu. aliàs concusserit. & aliàs excusserit.

Latum à Cla. Iulio, dictatore.

† De coercenda seditione Aristoteles li bro. 5. politic. c. 4.

a Arma vel domi tantum habere, vis intelligitur & crimen.

b Ager dicitur vbi vna domus: villa, vbi plures.

c Impubes doli capax tenetur: d Dec. ibi non fuisse doli capacem.

Tenetur

a Vtive id. P. vtiue distraheretur.
b Fieret. scilicet aliquid de supradictis. Accursius.

Qvi cœtu.] CASVS huius princ. est planus [SI MEVI.] Dico me deiectum per vim de domo quam dico esse meã: vnde peto te puniri. Item peto domum mihi restitui: cum sim dominus. tu te dicis dominũ. dicitur quòd prius cognoscitur de vi. Secundo dicit: viduam vel nuptam rapui. vltimo supplicio damnor. sed si pater mulieris hanc iniuriam remisit mihi: quilibet extraneus potest me accusare etiam vltra quinquennium: cũ maius sit hoc delictum quàm adulterium. Franciscus.

* fieret.
* concursu in aliis libris.

VTive id[a] staret[b], * homines commodauerit.

V. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

QVi cœtu, conuersu[c], † turba, seditione incendiũ fecerit, quiq. hominẽ dolo malo incluserit[d], obsederit: quísve fecerit quo minus[e] sepeliatur: quò magis funus diripiatur, distrahatur[f]: quive per vim sibi aliquẽ obligauerit. nam eam obligationẽ lex rescindit[g]. 1 ¶ Si de vi & possessione[h] vel dominio quæratur: ante cognoscendum de vi[i], quàm de proprietate rei, diuus Pius * τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν, † græcè rescripsit. Sed & decreuit[k], vt prius de vi quæratur, quàm de iure dominij siue possessionis[l]. 2 ¶ Qui vacantem[m] mulierem rapuit, vel nuptam: vltimo supplicio[n] punitur. Etsi pater iniuriam suam precibus exoratus[o] remiserit[p], tamẽ extraneus[q] sine quinquennij præscriptione reũ postulare poterit: cum raptus crimen, legis Iuliæ de adulteris potestatem excedit[r].

VI. VLPIANVS libro septimo de officio Proconsulis.

ET eum qui puerum ingenuum rapuit, puniendum diuus Pius rescripsit, in hæc verba: Exẽplũ libelli dati mihi à Domitio Siluano nomine Domitij Siluani patrui, subiici iussi, motus querela eius, qua significauit filium suum ingenuum iuuene admodum raptum atque conclusum, mox verberibus ac tormentis vsque ad summum periculum adflictum. Gemine charissime, velim audias eum: & si compereris hęc ita admissa, rem seuerè exequaris[f].

c ¶ Concursu. aliàs cõuerso. & tunc dic, cœtu conuerso, id est, conuocato. vel de proprie.

d ¶ Incluserit. sic[a] supra quod me. causa. l. qui in carcerem. & C. eod. l. iij. & infra eo. l. & eum. Accursius.

a Includere iniuitum hominem liberũ vis est.
* Qui & Adrianus dicitur in d. l. 37. L. de iudi.
† Anto. Aug. lib. 4. emẽ. c. 16. & ad Modest.

e ¶ Quo minus. sicut B. sed R. quo magis.

f ¶ Distrahatur. aliquid quod sit necessarium funeri sepeliendo. Azo. 2 Vel dic distrahatur, id est auferatur funus vt portetur ad sepeliendum. sic supra depositi. leg. bona fides. & facit supra de sepul. vio. leg. sepulchri.

g ¶ Rescindit. vt supra quod me. cau. l. metum. §. sed quod & §. ex hoc.

h ¶ Si de vi & possessione. i. de re possessa. & sic vel pro i. & adde quod not.[l] supra de iudi. l. si de vi.

i ¶ De vi. id est de crimine: quod potes intelligere cum accusatio prius fuerit instituta, secundùm quosdam. 2 Vel dic, scilicet si hoc voluerit accusator, & sic non est contra[b] C. quando ci. act. præ. cri. l. j. & facit C. eo. l. si quis. Item contra[c] C. de ap. l. Solu. pro eodẽ hic accipitur dominium & possessio secundum Hu. ibi secus. Vel solu. vt ibi. & eodem modo solu. C. de rei vind. l. ordinarij.

b Accusatoris verum sit eligere criminalem vel ciuilẽ actionem.
c Proprietatis & possessionis causa vi iã possit semel agitari.
d Sive particula interdũ explicandis antecedẽtis causa ponitur nõ disiungẽdi sequentisab antecedente.
e Sanè illo loco agitur de adulterio, nõ de rapto.
f Transigere licet de rapto: quia in l. transigere. C. de trãsact. excipitur solum adulterium.
g Raptus accusatio nõ finitur quinquennio vt adulterium.

k ¶ Sed & decreuit. non solum rescripsit consultus puta: sed & decretum proprio motu fecit.

l ¶ Siue possessionis. hoc ponit pro[d] expositione dominij, id est de iure rei possessæ. sic ergo hæc duo ad idẽ referũtur: vt & ibi Alexander siue Paris. 2 Vel dic dominij propriæ possessionis, id est iuris quod habet in re possessa, puta vsumfruct. vel emphyteuticum ius: vel simile. Accursius.

m ¶ Qui vacantem. id est viduam.

n ¶ Vltimo supplicio. vt. C. de rap. vir. leg. j. & Instit. de pu. iud. §. si autem.

o ¶ Exoratus. id est rogatus.

p ¶ Remiserit. non aperit valeat remissio vel non sed hoc dic[e] vt supra de adult. l. si maritus. §. si negauerit. Item[f] facit. C. de transact. l. transigere. & infra de iure fis. l. in fisci. Accursius.

q ¶ Extraneus. cui per patrẽ nõ fit præiudiciũ. ad q. s. de pact. l. si vnus. §. pacta quæ turpẽ. ver. & in sũma. & C. de inge. manu. l. ingenui.

r ¶ Excedit. id est non[g] finitur quinquennio, vt crimen adulterij: vt supra titu. j. l. mariti. §. fin.

ET eum.] CASVS. Qui puerum ingenuum rapuit: grauiter punitur. & hoc diuus Pius rescripsit: verba cuius rescripti ponuntur in litera. cætera sunt plana.

f ¶ Exequaris. vt supra. l. qui cœtu. ij. respon.

LEge Iulia.] CASVS. Si potestas Bo. aliquem condemnat morti, vel vulneribus, vel simili pœnæ: & eũ appellaret, iussit potestas has pœnas imponi spreta appellatiõe: tenetur potestas hac l. Iul. Idẽ in legato proconsulis, & in oratore, id est doctore artium. Et idẽ in comite: vt si aliquem isti pulsauerunt, siue iniuriam fecerunt, tenentur hac. l. Franciscus.

VII. IDEM libro octauo de Officio Proconsulis.

LEge Iulia de vi publica tenetur, qui cum imperiũ potestatemve haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit[t], verberauerit, iusseritve quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur[u]. Item quod ad † legatos[x], oratores[y], comitésve[z] attinebit, si quis[a] eorum[b] quem pulsasse, & siue * iniuriam fecisse arguetur.

t ¶ Prouocationem necauerit. quia[a] appellabat ab eius iniuria: vt C. de ap. l. si quis. & infra de app. recti. l. ij.

a Appellantẽ non admittẽs iudex tenetur hac lege infra de vi. & cõdemnatus fiet infamis.

u ¶ Vt torqueatur. fecit infra titu. j. l. leg. Sed contra in eodem tit. l. hac lege. Sed hic armis, ibi non: vt supra l. iij. in fi.

x ¶ Ad legatos. proconsules. 2 Vel dic hostium: vt infra de legationibus. l. fin. in prin. prout habes, quem Accursius.

† Verberatio crimen est publicum in iis qui legati, qui turbis coadunatis vel occidendi animo verberãt.
* Quidam emendãt, ciui b. Immo verò oratores hoc loco intelligũ di sunt legati vt apud Verg. in xi. Iamque oratores aderant ex vrbe Latina, velati ramis oleç, ve niamq. rogantes. Sed hic.
* Græcismus. subaudi tanqã Ant. Au. lib. 2. ca. 1.

y ¶ Oratores. id est doctores[ll] artium. dicuntur enim & ipsi aliquam habere dignitatem: quod patet: quia à muneribus quandoque excusantur: vt C. de profes. l. j. & ij. & l. medicos. lib. x.

z ¶ Comitésve. de his fit mentio supra lo. sed addes in fin. 2. Vel comites, id est assessores.

VIII. MARCIANVS libro quinto Publicorum.

LEge Iulia de vi publica cauetur, ne quis reũ[c] vinciat, impediátve quo minus Romæ[d] intra certum tempus adsit.

IX. PAVLVS libro septimo ad Edictum.

ARmatos non vtique[e] † eos intelligere debemus, qui tela habuerunt: sed etiã quid aliud quod nocere potest.

X. VLPIANVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

QVi dolo malo fecerit quomin* iudicia tutò exerceãtur, aut iudices vt oportet iudicent, vel is qui potestatem imperiúmve habebit, quàm[f] ei ius[g] erit decernat, imperet, faciat[h]. Qui ludos[i], pecuniámve ab aliquo inuito polliceri publicè priuatímve per iniuriam exegerit, item qui cum telo dolo malo

a ¶ Si quis. id est si quis supra dictorum legatorum, vel oratorũ, vel comitum.

b ¶ Eorum. id est aliquem alium pulsasse, &c. 2 Vel aliter, si quis in dignitate aliqua positus quem prædictorum. scilicet legatorum comitum oratorum pulsasse. &c. & hoc[ll] habeas, si quis quem. Aliàs est, si quisquam: & tunc sequa primam expositionem.

LEge Iulia.] CASVS. Lex Iul. prohibet impediri aliquem accusatum quo minus Romam vadat ad excusandum se, & ad se defendendum. Fran.

c ¶ Reum. id est accusatum aliquem, vel conuentum.

d ¶ Romæ. vel alibi vbi necesse habeant se excusare. & hoc si cũ armis. si autem sine armis, tunc obtinet ĩ. titu. j. l. legis. & Instit. de publi. iudi. §. item lex.

e ¶ Armatos.] Nõ vtique. s. tantum. &[c] fa. Inst. de interdi. §. qui aut. & de pu. iud. §. itẽ lex. & ĩ. de ver. sig. l. si calumnietur. §. telũ. & l. armorum. & s. de vi & vi ar. l. iij. §. armis. & ĩ. eo. l. hi qui.

c Armatos eos tantũ dici, & lege de armis teneri, qui arma gestãt offensiua nõ defensiua hinc colligit Albericus.

QVi dolo.] CASVS. Qui dolum commisit vt iudicia non procedãt tutè, vel vt iudex malè iudicet, vel vt potestas aliter quàm sit ius decernat, tenetur hac. l. Iul. Itẽ hac lege tenetur qui per iniuriam exegit ab alio pollicitationẽ de ludendo, vel de pecunia danda. Item hac lege tenetur litigator qui corã iudice vel ibi iuxta stabat cum lancea ad terrẽdum iudicẽ. sed ille qui habet secum homines & ministros causa pugnandi cum bestiis, nõ tenetur hac lege. Itẽ hac. l. tenetur qui conuocatis hominibus vim fecit vt aliquis verberetur & pulsetur, licet non sit occisus. Item damnato hac. l. interdicitur ei aqua & igni. Fran.

f ¶ Quàm. subaudi aliter.

g ¶ Ius. aliàs ius erit: & aliàs iusserit.

h ¶ Faciat. scilicet tenetur. l. Iul. de vi. & semper repete quo minus. Accursius.

i ¶ Qui ludos. supple idem tenetur. l. Iul. qui exegerit polliceri ludos facie ndos, vel pecuniam.

in concione[a] fuerit, aut vbi iudicium publicè exercebitur[b]. Exceptus est qui propter venationem habeat homines, qui cum bestiis pugnent: ministrósque ad ea[c] habere cōceditur. 1 ¶ Hac lege tenetur & qui conuocatis hominibus vim fecerit[d] quo quis verberetur & pulsetur, neque homo occisus sit. 2 ¶ Damnato de vi publica, aqua & igni[e] interdicitur.

XI. PAVLVS libro 5. Sententiarum.

HI qui ædes alienas aut villas expilauerint, effregerint expugnauerint: si quidē in turba cū telo fecerint, capite puniūtur. 1 ¶ Telorum[f] autē appellatione omnia ex quib. singuli homines nocere possunt, accipiuntur. 2 ¶ Qui telū tutādæ[g] salutis suæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare.

XII. IDEM libro singulari ad senatusconsultum Turpillianum.

QVi noua vectigalia exercent[h], lege Iulia de vi publica tenentur.

AD LEGEM IVLIAM de vi priuata.*

TITVLVS VII.

Primo ponit pœnam. l. Iul. de vi priuata: deinde casus quibus quis tenetur. l. Iul. de vi pri. vsque in fin. tit. & planus est tex.

I. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

DE vi priuata[i] damnati[k] pars tertia bonorū ex lege Iulia publicatur[l]: & cautum est ne senator sit, ne decurio, aut vllum honorem capiat, néve in eum ordinem sedeat, néve iudex sit: & videlicet omni honore quasi infamis[m] ex senatusconsulto carebit[n]. 1 ¶ Eadem pœna[o] adficiuntur qui ad pœnam legis Iuliæ de vi priuata rediguntur: & si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit.

2 ¶ Sed & ex cōstitutionib. principū extra ordinē qui de naufragiis aliqd diripuerint[p], puniūtur. nā & diuus Pius rescripsit[q] nullā vim nautis fieri debere: & si quis fecerit, vt seuerissimè puniatur.

II. SCAVOLA libro quarto Regularum.

HAc lege[r] tenetur, qui conuocatis hominibus vim fecerit quò quis verberaretur, pulsaretur: neque homo occisus erit.

III. MACER libro primo Publicorum.

NEc interest, liberos an seruos, & suos an alienos quis ad vim faciendam cōuocauerit. Nec minus hi qui cōuocati sunt, eadē lege[s] tenentur. 1 ¶ Sed si nulli conuocati, nullíque pulsati sint, per iniuriam tamē ex bonis alienis quid ablatum † sit: hac lege teneri eum quid fecerit.

IIII. PAVLVS lib. 55. ad Edictum.

LEgis Iuliæ de vi priuata crimen committitur, cum cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur quò minus quis in ius produceretur[t]. 1 ¶ Et si quis quæstionē de alterius seruo habuisset: & ideo moderatius[u] edicto prætoris de iniuriis vtēdū esse Labeo ait.

V. VLPIANVS libro sexagesimonono ad Edictum.

SI qs aliquē deiecit ex agro suo hominib. cōgregatis sine armis: vis priuatæ[x] postulari[y] possit.

VI. MODESTINVS libro octauo Regularum.

EX senatuscōsulto Volusiano, qui improbè coeūt in alienā litē, vt quidquid ex cōdemnatione[z] in rem ipsius[a] redactū fuerit inter eos cōmunicaretur: lege Iulia de vi priuata[b] tenētur.

VII. CALLISTRATVS libro quinto de Cognitionibus.

CReditores si aduersus debitores suos agant: per iudicem id quod deberi sibi putant reposcere debent: alioquin si in rem debitoris sui intrauerint, id

---

a ¶ *In concione.* in li. B. est in continenti. id est in loco prope iudicium: quod dic *vt supra de procu. l. præsent. & l. qui in foro. & de verb. signif. l. ij. & l. vt Alfenus. & l. ædificia. & l. qui in continentibus.* 2 Sed in li. R. est conuentu. aliàs concione.

b ¶ *Exercebitur.* sub. tenebitur hac lege.

c ¶ *Ea. al. eas.* s. bestias: *vt ʒ. eo. l. ij.* Acc.

d ¶ *Vim fecerit.* cum armis, aliàs locum habet infra titu. j.

e ¶ *Aqua & igni.* cuius loco[a] est hodie deportatio: *vt ʒ. ad l. Iul. pecu. l. iij.* & sic non ob. *Instit. de pu. iudi. §. item lex.* vbi dicitur q̄ omnia bona perdit. & hoc in libero. At si seruus inscio dño vim fecerit, vltimo supplicio: si iubēte, in metallū damnatur: *vt C. eo. l. seruos.*

HI qui ædes.] CAS. Qui intrātdomū alienā per vim, & eam frangunt & destruunt: item qui damnum dāt turba: puniuntur capite. Secundo dicit quid cōtineatur appellatione telorum. vltimo dicit: qui telum portat causa se defendendi, non tenetur: & ita rustici nostri Comitatus portāt pro maiori parte eorum. Fran.

f ¶ *Telorum.* Contra ʒ. *de fur. l. si pignori. §. ij. & ʒ. eod. l. armatos.* Accur.

g ¶ *Tutandæ.* sic. b ʒ. *de in. & iu. l. iij.* & dic hoc vel[c] ab homine, vel ab alio animali.

h QVi noua.] Exercent. per vim exigendo plus nomine tributorum. Itē[d] l. Iul. de ambi. *vt ʒ. ad l. Iul. de ambi.* Item constitutionibus: *vt C. noua vectig. l. fin.* Accur.

AD LEGEM IVliam de vi priuata.

Quando sine armis est: continet tamen publi. iudi. vt supra de pub. iud. l. 1.

¶ *Postea placuit quicunque vim armatam intulisset, eum subiicere pœnæ legis Iuliæ de vi publica. Legis autem de vi priuata eum qui sine armis vim fecisset. Sed in electione tamen accusatoris est eum qui vim cū illis hominibus armatis siue fecit minore, id est hoc iudicio an superiore persequi malis in vtroque. l. 32. De pœnis. Cuiacius.*

I*Mperatores.*] CASVS. Decuriones nō coguntur vilius vendere annonam ciuib. suis quàm annona exigat. Item non debet statui vt certus ordo hominum, putà mercatorum vendat frumentum certo pretio. Item & fœmina potest accusare de crimine fraudatæ annon. Fran.

c Pretium iustū rebus statuere ciuitas potest iniquum nō potest.

k ¶ *Vendere, vt & j. ad muni. l. non debere & j. de admini. rerum ad ci. perti. l. decuriones.*

l ¶ *Ordini.* sicut nec alicui priuato: *vt C. de Iudæis l. nemo. ij. & ff. re. amo. non enim.* Sed contra *ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. cura carnis. & C. de epis. au. l. j.* vbi de hoc dicit. ADDITIO. Dic secūdum Bartol. quòd non potest statuere pretium non iustum, vt hic: pretium autem iustum potest statuere vt in contrariis.

m ¶ *Inuehitur* secundùm morem loci: *ar. ff. de fal. l. hodie. §. j.*

n ¶ *Nuntiationis.* i. accusationis publicæ: *vt C. qui accu. non poss. l. de crimine.* sed hoc speciale: *vt ff. de accu. l. mulierem.* Accur.

o ¶ *Polliceris.* ò mulier.

AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS & de sacrilegiis, & de residuis.

¶ *Peculatus est furtum pecuniæ publicæ vel fiscalis. Augustinus in Ioannem. Crimina discernuntur in foro qualicumque furti & peculatus peculatus enim dicitur furtum de re publica, & non sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ. Sacrilegiū est furtum rei aut pecuniæ sacræ ex loco sacro vel religiosa ex religioso. Residuorum crimen est pecunia publicæ retēta quæ apud aliquē ex administratione resedit in publicum nō relata. Et residuorum nomine etiam solida summa significatur. Cuiacius.*

AD LEGEM IVLIAM peculatus, & de sacrilegis, & de residuis.

TITVLVS XIII.

Ponit quod spectet ad legem Iuliam peculatus.

I. VLPIANVS *lib. 44. ad Sabinum.*

LEge Iulia peculatus cauetur ne quis ex pecunia sacra [p], religiosa [q], publicáve [r] auferat, néve intercipiat, néve in rē suā vertat, néve faciat quo [s] quis auferat, intercipiat, vel in rē suā vertat: nisi cui vtiq. lege licebit [t]: néve quis in aurū, argentū, æs publicū quid indat, néve immisceat, néve quo quid indatur [u], imisceatur faciat sciēs dolo malo quo id peius fiat.

II. PAVLVS *lib. vndecimo ad Sabinum.*

2 LEge Iulia de residuis tenetur, qui publicā pecuniam delegatam [x] in vsū aliquē, retinuit, neq. in eū [y] consumpsit.

III. VLPIANVS *libro de adulteriis.*

PEculatus pœna ✝, aquæ & ignis interdictionem, in quā hodie successit [z] deportatio, cōtinet, porrò qui in eum statum [a] deducitur: sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit [b].

IIII. MARCIANVS *lib. 14. Institutionum.*

3 LEge Iulia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram [c], religiosam abstulerit, interceperit. 1 ¶ Sed & si donatū [d] Deo immortali abstulerit peculatus pœna tenetur.

2 ¶ Mādatis [e] autē cauetur de sacrilegiis, vt præsides, sacrilegos, latrones, plagiarios cōquirāt [f]: & vt prout [g] quisq. deliquerit, in

L*Ege Iulia peculatus.*] CAS. Lege Iul. peculatus cauetur ne qs auferat ex pecunia sacra, religiosa, vel publica, néve intercipiat: néve in rē suā cōuertat: néve faciat siue procuret q̄ hæc fiāt ab aliquo. Item eadē l. præcipitur ne quis adiiciat quid ferri vel immisceat in aurū vel argētū publicū: néve procuret vt hæc ab alio fiāt. Frāc. Accurs.

p ¶ *Sacra.* largissimè pone nomē, vt pro sacris vasis. ad quod est *Insti. de pub. iud. §. item lex Iulia:* sic & aliàs *vt not. C. de cōstit. pec. leg. ij. §. pe.* Item quod dicit, sacra, expone *vt j. l. iiij. in prin.* Accur.

a Peculatum admittit, qui intercipit res fisci vel ciuitatis.

q ¶ *Religiosa.* vt in ornamētis sepulchrorum

r ¶ *Publicave.* fisci, vel. ciuitatis * Romanę: *vt j. l. iiij. in fine.*

s ¶ *Quo.* pro vt.

t ¶ *Lege licebit.* vt sacerdoti de re sacra, & officiali de re publica, cuius periculo est: *vt j. l. sacrilegi. in prin.*

✝ Aurelianus imperator peculatus reos vltra mulctarem modum est persecutus, vt eos ingentibus suppliciis torqueri iubet, que punitur. Fl. Vopiscus in eodem.

u ¶ *Indatur.* i. adiiciatur ferrū, vel aliquid simile. *& facit ff. ad leg. Corn. de fal. l. lege Cornelia.*

L*Ege.*] CASVS. Qui pecuniā publicā destinatā ad aliquod factū, putà ad clusam, retinet eam, nec eā expēdit in vsum, in quē debebat punitur. l. Iul. de residuis. Fr. Accur.

x ¶ *Delegatam* i. destinatam. *ad quod j. l. iiij. §. sed & qui.* Acc.

y ¶ *In eum vsum.* s. in quem erat delegata.

z P*Eculatus.*] *Successit.* vt *in Aut. de nuptiis. §. deportatio. & not. j. de pu. leg. ij. §. constat.*

a ¶ *Statum.* i. in pœnā supradictam. Accur.

b ¶ *Admittit.* hoc hodie cōtra: vt in Aut. vt nulli iudi. §. fi. col. ix.

L*Ege Iulia.*] CASVS. Hic declarat mētē l. proxi. præcedent quę pœna imponatur ex crimine peculatus secundo dicit q̄ prędicta pœna punitur qui pecuniam sacrā vel religiosam aufert. idem si rem donatam deo quis auferat. Tertio dicit mandatis principum cauetur, vt prędides conquirant sacrilegos, latrones & plagiarios: & eos inuentos puniant secundū modum delicti. Quarto dicit: Qui pecuniam habitam ex loca. fūdi reipublicę, vel ex simili causa in littera declarat, penes se retinet: lege Iulia de residuis punitur. Item qui pecuniam publicam habebat vt eā expenderet in aliquo facto publico, & non expendit eam, imò retinet: pœna legis Iuliæ de residuis tenetur. [NOTA.] Locus in quo thesaurus inuenitur, nō fit religiosus, etiā si in monumento inueniatur. prohibitum est enim sepeliri thesaurum. & quod prohibitū est sepeliri, si sepeliatur, nō facit locum religiosum. Vltimo dicit: qui rē ciuitatis Romanæ subripuit: crimine peculatus tenetur. Item si res priuatorum in ædem sacram depositæ subreptæ fuerint, actio furti cōpetit. & hoc dicit hic. §. cum. l. seq. Fran. Accursius.

b Inquisitio generalis delictorum primò: deinde specialis fieri potest.

c ¶ *Sacram.* priuatim: secus si publicè: *vt j. l. vt. & l. sacrilegi capite.*

d ¶ *Donatū.* fortè ad eius donātis honorē in loco publico: & sic quando ad decorē publicū pertinet habet locū hæc lex. *& fa. ff. ad l. Falc. l. j. §. ad municipum. & quod not. C. de fur. l. si nondum.*

e Mandatis. principum.

f Conquirant. i. conquiri faciant *sic supra de infamibus l. furti. §. mandati & facit supra de offi. præsi. l. congruit.*

g ¶ *Prout sic. supra de offic. præsi. l. diuus Marcum in princ.*

a ¶ *Extra ordinem.* vt j. eo. l. *sacrilegij pœnam.* sed certè imò ordinaria pœna. *vt j. eo. l. sacrile.* j. Solu. vt ibi.

b ¶ *Ex locatione.* à publico facta. & hic exigebat nomine publico. 2. Vel erat ei data à publico vt emeret fundum fisco, vel vt aleret aliquem à repub. alendum. 3. Vel dic quòd ipse locabat nomine publico, & vendebat: & sic emptione ab aliquo perfecta. *pro quo infra eod. le. hac lege.*

c ¶ *In vsu aliquo.* subaudi alio quàm superioribus casibus.

d ¶ *Lege.* scilicet de residuis.

e ¶ *Tertia parte.* id est in triplo eius quod accepit, & plus: & sic in quadruplum: secundum P. *pro quo est infra sacrilegij. §. finali. & le. pen. & Iussita. de ac. §. tripli.* Alij dicunt extraordi. & ampliuster tia parte, scilicet suorum bonorum. 3 Tu dic in eo quod accepit, & tertia eius plus. *ad quod C. de inoffic. testa. lege. si quis in suo. & C. de litig. l. fin.* Accursius.

f ¶ *Thesaurus. supra de acquiren. rer. do. l. nunquam. §. j.*

g ¶ *Non potest. vt & ʒ. de relig. l. at si quis. §. funeris.* nisi[a] causa custodiæ: *vt supra de acquiren. possessione. le peregrè.*

h ¶ *Ciuitatis.* Romanæ, non[b] alterius: *vt ʒ. de fur. leg. ob pecuniam.* contra.

i ¶ *Cōmitti.* aliàs cōmitti: & aliàs committat.

Pro usu aliquo

a Pœnam sepelire nō licet, nisi causa custodiæ. Flo. subripiat. Vide hic Alciat lib. di. spun. 1. c. 5.

b Peculatus tenetur etiam qui de re ciuitatis alterius quàm Romanæ subripuit.

eum animaduertant: & sic constitutionibus cauetur, vt sacrilegi extra ordinem[a] digna pœna puniantur. 3 ¶ Lege Iulia de residuis tenetur is apud quẽ ex locatione[b], emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliáue qua causa pecunia publica recedit. 4 ¶ Sed & qui publicam pecuniam in vsu aliquo[c] * acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur 5 ¶ Qua lege[d] damnatus, amplius tertia parte[e] quàm debet, punitur. 6 ¶ Non fit locus religiosus, vbi thesaurus[f] inuenitur. Nam etsi in monumento inuentus fuerit, non quasi religiosus tollitur. Quod enim sepelire quis prohibetur, id religiosum facere non potest. at pecunia sepeliri non potest[g]: vt & mandatis principalibus cauetur.

7 ¶ Sed & si de re ciuitatis[h] aliquid subripiatur †, constitutionibus principum diuorum Traiani & Hadriani cauetur peculatus crimen committi[i]. & hoc iure vtimur.

v. IDEM *libro quinto Regularum.*

DIui Seuerus & Antonius Cassio Festo rescripserũt, res priuatorum si in ædem sacrã depositæ subreptæ fuerint: furti[k] actionẽ, nõ sacrilegij esse.

vi. VLPIANVS *libro septimo de Officio Proconsulis.*

SAcrilegij pœnã debebit proconsul † pro qualitate personæ, próque rei conditione, & temporis, & ætatis[l] & sexus vel seuerius vel clementius statuere: & scio multos & ad bestias damnasse sacrilegos: nonnullos etiam viuos exussisse[m]: alios verò in furca suspendisse. Sed moderanda, pœna est vsque ad bestiarum damnationem eorum qui manu facta templum effregerunt *, & dona dei noctu tulerunt. Ceterùm si qui interdiu[n] modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli[o] coërcendus est: aut si honestiore[p] loco natus sit, deportandus in insulam est.

1 ¶ Qui cùm in moneta publica operarentur, extrinsecus[q] sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur: hi non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse quod ad peculatus[r] crimen accedit.

2 ¶ Si quis ex metallis Cæsarianis aurum argentúmve furatus fuerit: ex edicto diui Pij exilio vel metallo, prout dignitas † personæ, punitur[f]. Is autem qui furanti sinum[s] præbuit, perinde habetur atque si manifesti furti condemnatus esset[u]: & famosus[x] efficitur. Qui autem aurum ex metallo[y] habuerit illicitè, & conflauerit: in quadruplũ[z] cõdemnatur.

vii. VENVLEIVS SATVRN. *libro secundo iudiciorum publicorum.*

k ¶ *Furti.* imò sacrilegij: nam facit locus[c] vt sacrilegium sit: *vt infra de pœn. leg. aut facta. §. locum. quæ est contra.* Sol. secũdum R. & Al. hic, subaudi furti actionẽ scilicet etiam: non sacrilegij, scilicet tantũ: & sic vtraque via locum habet. simili subauditum est ʒ. *de adquiren. possess. l. possideri. §. si rem. & de fur. l. si n. & de verb. obli. cum stipulatus. & l. in illa. & C. de abol. l. ij. & supra quo. leg. l. j. & de indi. fatemur & ... l. si mancipium. §. fi. & C. de testi. l. j. in glo. fi. in princ. & ʒ. de opt. no. nun. de pupillo. §. ij. & ʒ. de rer. per. l. j. in fi. 2.* Vel secundũ Azo. & H. hic dic nihil subaudiri. & sic non erit hic sacrilegium Idem & si sacrum auferatur de non sacro: nam locus &c, vt ibi oportet ergo & quòd sacrum de sacro loco auferatur secundum hoc *ad quod supra de incen. rui. naufra. leg. & loco.* ¶ Sed quando[d] quid incipit esse sacrum: dic vt *C. de fur. leg. si nondum.* sed secundum cano. est secus: *xvij. q. iij. quisquis.* Item facit *supra de vi & vi arma. leg. j. §. illud. & §. si quis. & §. j.* Sed arg. contra. *C. de epis. & cle. leg. si quis in hac.* Vel dic tertio, hic res priuata de sacro: ibi res sacra de sacro. & sic locus facit sacrilegiũ. vel furtũ: in idem recidit.

c Loco sacrilegij æstimatur.

† de sacrilegio cognoscit ... non tantum proconsul. i. iudex laicus, sed & ecclesiasticus.

d Sacrum quando quid esse incipiat.

SAcrilegij.] CASVS. Hic dicit quòd procõsul imponit pœnam sacrilegij pro qualitate personæ, quandoque acriter, quandoque leuiter. [QVI CVM.] Qui nomine ciuitatis faciunt pecuniã publicam, & partem pecuniæ sibi retinent, partẽ assignant ciuitati: nõ sunt falsarij, sed fures: & ideo peculatus crimine tenẽtur. Secundo dicit: qui ex metallis Cæsarianis aurum vel argentum subripit: in exilium vel in metallũ damnatur secundum qualitatẽ personæ. Tertio dicit: qui auxilium præstitit furanti pecuniam publicam: punitur in quadruplum vt manifestus fur, & infamis fit. Item qui ex metallo. Cæsaris aurũ accepit illicitè, & conflauit: in quadruplum punitur. Fran. Accursius.

l ¶ *Et ætatis.* videtur ergo extraor. & sic est cõtra. *j. eo. l. sacrilegij capite.* sed & istæ sunt capitales. 2 Vel dic vt ibi. ¶ Item quod dicit moderandã[a] pœnam pro ætate & sexu: *facit ʒ. de adult. l. si adulterium §. fratres & de ter. mo. l. ij. & de mino. auxilium.* Item ad hoc *ʒ. de incen. rui. nau. l. Pedius. §. j. & l. ne quid. §. j.* Accursius.

m ¶ *Exussisse.* id est combussisse.

n ¶ *Interdiu.* id est ex die.

o ¶ *Pœna metalli,* quæ minor est, quàm bestijs subijci, vt hic colligitur. nã grauis[b] pro nocturno puniendus est: *vt supra de effra. l. fin.* ¶ Item no[c]. modicum vt pro modica re magna pœna. *arg. cõtra. ʒ. de dolo. le. si oleum. in fin.*

p ¶ *Honestiore ad hoc. ʒ. de ter. mo. l. ij. & de arb. l. ij. §. y. in fin. & C. de sac. san. eccl. l. placet in fine. & ʒ. ad leg. Cornel. de sica. leg. iij. §. pen. & j. de pœnis ie. ca. pitalium in fine. & j. de re mi. it. le. iij. §. is qui ad hostes & j. proxi. §. si quis ex metallis.*

q ¶ *Extrinsecus.* id est extra eam quã de publico faciũt in alia manu, vt sibi habeant & faciant, publica forma tamẽ, vt subijcitur: aliàs tenẽtur crimine falsi: *vt C. de fal. moneta. le. ij. & supra de fal. leg. lege Cornelia. & l. qui falsam.* Accursius.

r ¶ *Quod ad peculatus.* R. hic habet §. alij non. sed infra, si quis &c.

f ¶ *Punitur per hanc. l. vt ʒ. l. ij. in fine. & ʒ. ea. l. in fi. primi, casus. & facit j. de pœnis. l. si quis ... prin.*

t ¶ *Sinũ.* aliàs signum *ad quod C. ad legẽ. Fab. de plag. l. si quis.*

u ¶ *Condemnatus esset.* id est punitur in quadruplũ eius quod ablatũ est. & datur fisco proposita actione huius l. vel actione in factum. & pro *hoc j. le. pe. & infra proxi. respon.* nam & aliàs qui opem[c] præstat furi, furti tenetur: *t inst. de ob. quæ ex delic. §. interdum furti.* Sed opp[f]. manifestus fur tenetur condictione fur. sed iste qui opem tulit: nõ: *vt supra de condic. fur. l. proinde.* ergo nõ est idem. item qui præbet opem furto manifesto: nõ tenetur furti manifesti, sed non manifesti: *vt supra de fur. l. si qui opem.* ad quod dic quòd perinde habetur: non tamen per omnia idem. sic supra *qua. rerum actio non datur l. j. in summa.* sic & aliàs nihil interest: non tamen per omnia nihil: *vt supra de inter. ac. l. de ætate. §. nihil. & Insti. de vsufr. §. nam cedendo extraneo. & supra de compen. leg. postquam. & C. de procur. leg. nihil. & de errore aduo. leg. j. & supra de pig. act. leg. solutum. §. si quasi & supra de statuli. leg. statuliberi à cæteris in princ. & Institu. qui. mo. ius pa. po. sol. §. nostræ. & C. de iure do. leg. vbi in me §. & supra de accu. leg. hos accusare. §. si seruus & j. de pœ. l. capitalium. & de acqui. poss. leg. natu. aliter §. j. & de vsucap. nunquam §. si seruus & pro empt. leg. qui fundum §. fin. & de solu. l. si ita stipulatus. & ar. ʒ. de iureiur. le sed & si. §. fin.*

x ¶ *Famosus.* condemnatione facta: ad quod supra ad leg. Iuliam *de vi pri. l. 2.* Alij quod de facto tantùm, nõ facta condemnatione. 3 Alij ipso iure condemnatione etiam non facta: sed hoc non est in furto, sed demum post sententiam[b] *vt ʒ. de his qui no. infa. l. furti. & l. j. §. qui furti.*

y ¶ *Ex metallo.* Cæsaris. *vt ʒ. proxi. §.*

z ¶ *In quadruplum.* proposita actione huius *l. vel actione in factum argu. supra de fal. l. qui nomina.* Verum hic datur fisco. *quod dic vt j. leg. penult.*

a Pœna moderanda seu minuenda pro ætate & sexu.

b Nocturnus fur ... est & ... punitur, quàm diurnus.

c Pœna magna, pro re modica non ponitur.

* effugerunt.

d Pœna delicti minuitur pro honestate personæ seu ter. & vetat quisque nobilior & honoratior.

† pro dignitate personæ.

c Opem præstãs furi furti tenetur.

f Furtum facere, & opem furanti præstare, an & quatenus pari-ma.

gebi adhuc.

b Et ita est veritas. vt no. c. super eo ibi notatur in apost. ad Panor. in ver. impedit. extra de loc. & in l. vbi etiam notatur ... Rebuf. in ver. ab honor. ... [illegible]

a PEculatus.] *Admissum*. id est commissum.
b *Non oportet.* sic [a] in adulterio: *vt ff. de adul. quinquennium.* regulariter contra: *vt C. de fal. querelam.*
c QVi tabulam *æream.* aliàs æneam: aliàs æream. & dic publicam: *vt ff. l. hac lege.* Accursius.

a Præscribitur quinquennio peculatus & adulterij crimen at non falsi.

PEculatus crimē ante quinquennium admissum [a] obijci non oportet [b].

VIII. IDEM *ex libro tertio iudiciorum publicorum.*

QVi tabulam æream [c] legis [*] formámve agrorū [d] aut quid aliud cōtinentem [e] refixerit, vel quid inde immutauerit: lege Iul peculatus tenetur. 1. ¶ Eadē lege tenetur qui quid in tabulis publicis deleuerit, vel induxerit [f].

IX. PAVLVS *libro singulari de iudiciis publicis.*

SAcrilegi capite puniuntur. 1. ¶ Sunt autem sacrilegi †, qui publica sacra cōpilauerunt [h]. At qui priuata sacra, vel ædiculas [*] incustoditas tentauerunt: amplius quā fures, minus quàm sacrilegi merentur. quare quod sacrum [i], quódve admissum, in sacrilegij [k] crimen cadat: diligenter considerandum est [l].

2. ¶ Labeo libro trigensimooctauo posteriorū peculatū definit, pecuniæ publicæ aut sacræ furtū nō ab eo factū cui is periculo fuit: & ideo æditū [m] in his quæ ei tradita sunt, peculatū nō admittere [n]. 3 ¶ Eodem capite inferius scribit [o], nō solùm pecuniam publicam, sed etiā priuatam crimē peculatus facere [p] si quis quod fisco debetur, simulās se fisci creditorē, accepit, quàuis priuatam pecuniam abstulerit.

4 ¶ Is autē qui pecuniā [q] traiiciendā [r] suscepit [s], vel quilibet [t] alius ad cuius periculū pecunia ptinet, peculatū nō cōmittit. [u]

5. ¶ Senatus iussit lege peculatus teneri eos qui iniussu [x] eius qui ei rei præerit, tabularum publicarum inspiciēdarum describendarúmque potestatem fecerint. [y]

6. ¶ Eum quoque qui pecuniā publicam in vsus aliquos [z] retinuerit, nec erogauerit: † hac lege teneri Labeo [a] libro trigensimooctauo posteriorū scripsit. Cum [*] eo [b] autem qui cū prouincia abiret [c], pecuniam [d] quæ penes se esset, ad ærariū professus [e] retinuerit, nō esse residuę pecuniæ actionē: quia eam priuatus [f] fisco debeat: & ideo inter debitores [g] eū ferri: † cámq. ab eo is qui hoc imperio vtitur, exigere: id est pignus capiendo, corpus retinendo [h], multā [i] dicendo. Sed eā [k] quoq. lex Iulia residuorū post annū residuā [l] esse iussit.

X. MARCIANVS *libro primo iudiciorum publicorum.*

HAc lege tenetur, qui in tabulis publicis minorē pecuniam quàm quid venierit [n] [m] aut locauerit [*], scripserit, aliúdve quid simile cōmiserit. 1. ¶ Diuus Seuerus & Antoninus quēdam clarissimum iuuenem, [*] cum inuentus esset arculam [n] in templū ponere, ibiq. hominē includere, qui post clusum tēplum de arca exiret, & de tēplo multū subtraheret & se in arculā re

d ¶ *Agrorum.* pro eodē ponit: vt cāpus fori sunt torneaturę tot.
e ¶ *Continētē.* v t mēsurę viarū: vt circa curiam.
f ¶ *Induxerit.* i. ducendo pēnam subtus.

SAcrilegi.] CASVS Primò dicit qualiter puniantur sacrilegi. Secundo dicit qui sint sacrilegi. Tertiò punit eos qui intrauerūt res sacerdotum vel ædes eorum per vim aliquid accipiendo: & puniuntur minus quàm sacrilegi: & plusquàm fures. index ergo inquirere debet quod sit sacrum verū, vel quasi, & quod etiam cadat in crimen sacrilegij.] LABEO.] Labeo definit peculatum. Secundo dicit quòd in casu qui suscipit pecuniam priuatam, committit peculatum: & ponitur exemplum in littera. Tertio dicit, qui pecuniam publicam traiiciendam suscepit, vel similis persona ad quā spectat periculum, nō cōmittit peculatum. Quarto dicit, qui fecit potestatem tabularum publicarum inspiciendarum & describendarum sine parabola eius qui præerat his factis, committit peculatum. Quintò dicit qui pecuniam publicam habebat ad expendendum in certos vsus, & eam retinuit, nec expendit vbi debebat, crimine peculatus tenetur. Vltimo dicit, debitor fisci dedit mihi pecuniam vt eam soluerē ærario siue fisco: & ego coram procuratore confessus sum eam habere. recessi aliqua de causa in prouinciam, & nō solui. Dicitur quòd non teneor de residuis, sed fisci debitor sum, & coget me procurator Cæsaris ad soluendum, pignora exigendo, & me detinendo, & mulctam indicendo. & si per annum item quod non soluam: de residuis teneor. Et h. d. hic. §. & lex seq. Fr. Accur.

* æneam leges. Vide hic Bud.

† De hac definitione tradit Rhetores in cōstitutione peremptoria. Cicer. lib. 1. de inuēt. Quintil. lib. 7. instit. Orator.

* AEdicula est sacellum. i. ædis sacræ appendix quandoque etiā loculamētum simulacrum E. P.

g ¶ *Capite.* Imò extra ordi. *vt ff. eo. l. lege. §. mandatis & l sacrilegij.* Sol. & illę sunt capitales secundum Azo. 2. Vel dic triplex [b] sacrilegium. Primum verum: de quo subiicit, sunt autem &c. & sic sacrum de sacro. Secundum quasi sacrilegium: de quo subiicit: at qui &c. & tunc extra or. vt ibi [c].
h ¶ *Compilauerunt.* aliàs compilauerunt. *sic ff. loca. le. dominus.* sed in libro B. constauerunt: sic *C. de sacrosan. ec. auth. præterea.* ¶ Et quod dicit publica [d] sacra, vt consecrata per pontifices: *vt Insti. de re di. §. nullius.* ¶ Priuata [e] sacra in quibus cōmittitur quasi sacri legium, appellat consecrata per principē. *vt ff. de re di. l. sacra.* Vel appellat sepulchra quæ quis facit priuatim inferendo mortuū: *vt Instit. de re. di. §. religiosum,* vbi quasi sacrilegiū cōmittitur si contingantur: *vt C. de sepulc. vio. l. j.* Vel priuata sacra appellat res sacerdotum, quas pro se vel ecclesia habent. *ar. C. de epis. & cle. l. ij.* ¶ Item quod subiicit ædiculas [f], deminutium est: vt & aliàs feculi & hœduli: *vt Insti. de re. di. §. in pecudum.* & dic esse domunculas non sacras, sed sacerdotibus relictas, & propter vtilitatem incustoditas. 2. Vel dic domunculā quæ est iuxta ecclesiā in qua sacerdos moratur: quas vocamus canonicas. 3. Vel illa in qua sacra vasa reponūtur. & dic tūc incustoditas: quia tūc ibi nō erat custos. & sic ponitur, in, pro nō. Vel etiā in, [g] pro valde. *vt ff. de li. & post. l. Gallus. §. ille casus indifficilis.* Est & tertium [a] quasi sacrilegium, de quo tractatur. *C. eo. l. j. ij. & iij.*
i ¶ *Sacrum.* aliàs factum, & tunc verum vel quasi.
k ¶ *Sacrilegij.* scilicet veri, vel quasi.
l ¶ *Considerandum est.* vt sic capitis vel extraor. pœna imponatur. 2 Vel dic vt sic maior vel mediocris pœna imponatur.
m ¶ *AEdituū.* id est qui ædes tuetur. *sic Insti. de tute. §. j.*
n ¶ *Non admittere.* vt ff §. proxi. in fi.
o ¶ *Inferius scribit.* idem Labeo, *de quo supra proxi. §. dixi.*
p ¶ *Facere.* s. quandoque: vt si quis &c. & ideo malè staret hic. §. quia sic cōtradiceret. *ff l. lege. §. fin.* & quod ibi dixi. Item cōtra. *ff. eod. l. peculatus* Solu. vt ibi.
q ¶ *Qui pecuniam.* publicam
r ¶ *Traiiciendam.* i. quæ traiici debebat.
s ¶ *Suscepit.* scilicet in suos vsus.
t ¶ *Quilibet.* custos pecuniæ publicæ,
u ¶ *Non committit.* vt *ff. §. Labeo.* sed lege de residuis tenetur: *vt sup. eod. l. ij & iij. §. lege & §. sed & qui*
x ¶ *Qui iniussu.* id est sine iussu.
y ¶ *Fecerint.* s. alicui
z ¶ *Aliquos.* subaudi destinatam & sic ad præcedentia, respicit & quod subiicit, hac lege, scilicet de residuis: *vt diximus sup. ead l. §. Labeo. vers. is autem.*
a ¶ *Labeo.* construe, n Labeo ait, nō esse actionem residuæ pecuniæ cum eo &c. Fr. Accursius.
b ¶ *Cum eo* aliàs. § cū eo & aliàs lex Labeo.
c ¶ *Abiret.* propter aliquod suum negotium. si autem nuncius publicus esset, adquisita esset fisco tradente hoc gerente: *vt ff. de dona. l. qui mihi donatum. nec ob. ff. de acquir. re. do. l. res.* quia ibi neuter gessit vt mihi quæreretur. Accur.
d ¶ *Pecuniam.* scilicet datam ab alio vt ærarium deferret.
e ¶ *Professus.* se habere apud ærarium confessus fuit priuatus & ideo non adhuc publica erat.
f ¶ *Priuatus.* qui soluit isti.
g ¶ *Debitores.* fisci.
h ¶ *Retinendo.* ad hoc. *C. qui bonis ce. pos. l. j. & ff. quæ in frau. cred. l. fin. in fine.*
i ¶ *Multam.* hæc enim sunt remedia cogendi: *vt ff. de ven. insp. l. j. §. quid ergo.*
k ¶ *Sed eam.* scilicet pecuniam,
l ¶ *Residuam.* i. vt residuam, si tanto tempore differat haberi.

HAc lege.] CASVS. Quidam gubernator rerum publicarum cùm venderet fundum reipublicæ, locaret certo precio: scripsit in libro rationum suarum, vbi scribebat omnia quæ faciebat in his factis, minori precio vendidisse vel locasse quàm esset verum. Dicitur quòd tenetur hac. l. scilicet peculatus, vel dic de residuis. Secundò ponit quandam fabulam, & est leuis. Franciscus.
m ¶ *Venierit.* id est cum venditur aliquid à fisco vel locatur. & dic l. hac. s. peculatus: *vt supra l. qui tabulā.* alij de residuis: *vt supra. l. iiij. §. lege Iul.* & erat venditor & locator nomine publico: & redigebat in scriptis. si autem alius notarius, tenetur crimine falsi: *vt supra de fal. l. j. §. qui in rationibus.* sed certè & iste per eandem legem.
n ¶ *Arculam.* id est paruam arcam.

b Sacrilegiū triplex. c Adde, Tertiū de quo. l. 1. 2. 4. Co. eod. & in finibus Glossæ proxime. infr. eod. d Publica sacra quæ per Pontifices consecrata. e Priuata sacra quæ dicātur.

f AEdiculæ quid. g In particula interdum auget significationem verbi seu diminuitionem que ponitur sem negatiuè.

a De duobus generibus sacrilegij dixit initio Glossæ superioris.

b AEditus quis

† Vade & publicæ pecuniæ fœneratione M. Cic. e. Actio. 1. in Verrē retinē summo peculatum appellat.
* In vulg. est Lab. Cum eo.

† cum furis

Locauerit & in vulg.

consilium

a ¶ *Conuictum.* iuuenem prædictum.

Qui perforauerit.] Casus. Qui frangit muros ecclesiæ, vel de ecclesia aliquã rem sacram aufert, peculatũ cõmittit. Fran.

b ¶ *Qui perforauerit muros.* publicos, puta massariæ ciuitatis Romanæ: vel dic muros ecclesiæ alicuius.

c ¶ *Abstulerit.* pecuniam publicam, vel sacram, vel religiosam vel lapides.

d ¶ *Actione sic econtra in auth. de sanc. epis. §. si quis autem pro pecuniaria. coll. ix.*

Peculatus.] Casus. Debebas mihi. x. itẽ fisco debebas aliquam pecuniã exegi à te. x. quę mihi debebas nõ cõmitto peculatũ quasi pecuniã fisci acciperem, cum adhuc fis debitor fisci. Fr.

e ¶ *Et fisco debet.* ali ã quãtitatẽ, fisco, & aliã mihi debet. & dic exigo meo nomine tãtũ, *al. contra. ℥. e. l. sacrilegi. §. Labeo. versi. eo. & C. de exac. tri. l. eg. quotiens lib. x. quæ sibi contra.* 2 Vel hic ignorabat fisci debitorem: ibi sciebat. Itẽ hic erat cõmmuni debitor: sed supra fisci tãtũ, hoc tamẽ casu fiscus auocat à me: *vt j. de iure fis. l. desertre. §. fi.*

Is q. prædã.] Casus. Prædã captã ab hostib⁹ virtute militũ fisci, & sic erat publica effecta, subripui. Dicis q̃ crimine peculatus teneor, & in quadruplũ punior. Frã. Accur.

f ¶ *Captã.* virtute militum nostrorum, & sic fisci factam: *vt j. de cap. l. si captiuus. §. j.*

g ¶ *Tenetur.* & sic accusatus deportatur: *vt ℥. l. i.* Item ciuiliter actione in factum, vel cõdic. ex hac l. in quadruplũ fisco ad quod *℥. e. l. sacrilegij. pœnã §. fi.* Vel dic q. solam quadrupli pœnã patitur, quocumque modo contra eum agatur, *ad quod ℥. de sal. l. pe. §. j.* & erit totum quadruplum pœna, & extra id rei persecutio. Vel dic quòd solum ᵃ triplum erit pœna. *arg. j. de pœ. l. interpretatione.*

Publica.] Casus. Accusatio criminis peculatus, item de residuis, item repetundarum, licet sint publica crimina, competunt tamen aduersus hæredes delinquentium, cùm in qualibet earum quęstio ablatæ pecunię moueatur. Fran.

h ¶ *Hæredem.* est hic speciale vt ᵇ inchoetur contra heredes. *ad quod ℥. de accus. l. ex iudiciorum. & j. ad Turpil. in senatuscon. §. si propter. & supra ad l. Iul. repetundarum. l. ii.*

i ¶ *Principalis.* est & alia ratio: quia turpia ᶜ lucra &c. *vt ℥. de calum. l. in heredem. vt & j. de iure fisci l. Lucius.*

*In indice ti. & vulga. edi ad leg. Iul. de ambitu. Ceterũ ante tu. lerat, vt ait pro Murẽ Lu. ta. Accio. & Pisõ. Cos. Dio. ducti. in Aug. Paul. lib. 5. sẽt. c. 3i.

a Vbicũmque lex contrariũ nõ declarat, se nper simplũ est in pœna. v. Laudẽ. J. Fena. s. j. fiscũ. rustics. fi.

b Accusatio quãdoq; contra heredes inchoari debet.

c Turpia lucra hæredib. etiã auferẽda.

d v. Bossiũ in Praxi Titulo de Ambitio. n. 64.

rum referret: conuictum ᵃ in insulam deportauerunt.

VLPIANVS lib. sexagesimo octauo ad Edictum.

Qui perforauerit ᵇ muros, vel inde aliquid abstulerit ᶜ: peculatus actione ᵈ tenetur.

XII. MARCELLVS libro vicesimo quinto Digestorum.

Peculatus nequaquam committitur si exigam ab eo pecuniam qui & mihi & fisco debet ᵉ. non enim pecunia fisci intercipitur, quæ debitori eius aufertur, scilicet qui manet debitor fisci nihilo minus.

XIII. MODESTINVS libro. 2. de pœnis.

Is qui prædam ab hostibus captam ᶠ subripuit, lege peculatus tenetur ᵍ: & in quadruplum damnatur.

XIIII. MARCIANVS lib. 36. Quæstionum.

Publica iudicia peculatus de residuis & repetundarum similiter aduersus heredem ʰ exercetur: nec immeritò: cùm in his quæstio principalis ⁱ ablatæ pecuniæ moueatur.

DE * LEGE IVLIA ambitus.

AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV ᵈ.

¶ *Eleganter Varro, Qui populum, inquit, candidatus circumit, ambit. qui aliter facit, ex ambitu causam dicit. nam in toga candida palam magistratum ambire licebat, non clam pecunia corruptis suffragiis populi per se vel per alium. & valebat hæc lex in vrbe potissimum hodie in municipiis tantum vbi est, quia in vrbe honores deferuntur principis arbitrio non populi. Cuiac.*

Hæc lex] Casus. Hæc lex in vrbe nõ habet locũ cùm ibi princeps det magistratus. Si autem in alia ciuitate per pecuniã quis petierit magistratũ aut sacerdotiũ: (hoc expone vt in glos.) punitur. c. aureis, & infamis fit. Et si dãnatus hac lege accuset alium de simili delicto, & eũ conuincat, restituitur in pristinum statum pecuniam tamen non recuperat. Item qui instituit nouũ vectigal: hac pœna tenetur. Item si accusator vel accusatus intrat domum iudicis, rogãdo eum vt iudex faueat ei postea: in centum aureis punitur. Fran. Accursius.

k ¶ *In vrbe.* Romana. per ᵉ excellentiam: *vt. Insti. de iu. nat. §. sed ius quidem ciuile.* Accursius.

l *Fauorem.* est enim quidam fauor vel honor habere electionem magistratus.

m ¶ *In municipio.* largè etiam pro ciuitate vbi princeps non eligebat, sed populus: *vt in auth. de defen. ciui. §. interim. coll. iij.*

Vrbs. pro Roma.

Municipiũ

m ¶ *Cõtra hãc leg.* s. qui pecuniã. *vt C. eo. l. j. & si hoc fit dã.* secus si palàm ᵇ. *vt j. de pol. l. j. §. j. & l. si quis ob & j. de decu. l. eos. & ℥. e. dona. l. hoc iure. in prin. & de offi. præto. l. Barbarius qua sunt contra. arg. ad hoc. ℥. de admi. tu. l. non exist. mo.* Itẽ qui episcopatũ ᶜ desiderat &c. nõ vt præsit, sed vt prosit. ¶ Sed quid si preces tantũ videtur idẽ, si clã ᵈ: *vt C. ad leg. Iul. repetun. l. si. in prin. ibi, ambitu vel pretio.* ¶ Itẽ quid si alius eo ignorante pecuniã dedit forte non ᵉ incidit iste in legem: licet decretistæ dicant secus.

o ¶ *Sacerdotiũ.* dic ᶠ esse dignitatẽ secularẽ: *vt & C. de nat. lib. l. j. multo magis esset idẽ in ecclesiastica vt C. de epis. & cler. l. si quisquam.*

p ¶ *Per senatusconsultũ.* s. factum ad interpretandum hanc legem.

q ¶ *Cu infamia.* & sic nõ admittitur ad postulãdum: *vt ℥. de po. stulan. l. e. j. §. ait prætor.*

r ¶ *Conuicerit.* aliàs cõuicerit: aliàs cõuenerit. & dic alio crimine, secundum quosdã: imò dic simili crimine. & est mirum. sic ʰ *j. de re milit. l. ad omnes. §. fi. & C. ad l. Iul. maiest. quisquis in fi. & ℥. de cust. reor. l. in eos. & C. de pa. indi. qui male indi. auth. nouo iu. & C. de fal. mo. l. j. §. accusatoribus.* Sed cõtra. *℥. de mino. l. auxilium in prin.* Sed ibi vt aliũ accuset: hic vt se excuset restituitur.

s ¶ *Recipit.* imò adhuc in quadruplũ dãs & accipiens fisco dãnatur: *vt C. ad leg. Iul. repe. l. §. fi. & sa. sup. de tute. l. in eos.* Item facit *℥. ad leg. Iul. de vi priua. l. j. in princ.* sed in quo restituitur si pecuniã non accepit. Respon in fama *sic. C. ad Tertul. l. si quis.*

t ¶ *Instituerit.* etiam si id non exerceat. nam si exercet, lege Iulia de vi fieret reus: *vt ℥. ad le. Iul. de vi publi. l. si item facit C. no. vec. insti. non pos.* per totum.

u ¶ *Et si quis reus.* i. accusatus & sic de criminali causa tantum.

x ¶ *Ingrediatur.* scilicet studio ⁱ vt iudex faueat ei postea. *sic C. de offi. ciui. iudicum. l. j.*

y ¶ *Iudiciariam.* Item quarto casu, cùm quis suscipit iterum dignitatem vel officiũ in quo semel fuit: & ei imponitur pœna deportationis: *vt C. eod. l. j. & dic vt ibi.* ¶ Et dic quòd hæc lex iudiciaria fuit facta super leg. Iul. de ambitu. Accursius.

TITVLVS XIIII.

MODESTINVS libro secundo de pœnis.

Hæc lex in vrbe ᵏ hodie cessat †: quia ad curã principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem ˡ. 1 ¶ Quòd si in municipio ᵐ contra hanc legem ⁿ magistratum aut sacerdotiũ ᵒ quis petierit, per senatuscõsultum ᵖ centum aureis cum infamia ᵠ punitur.

2 ¶ Qui a lege damnatus si alium conuicerit ʳ, in integrum restituitur: non tamẽ pecuniam recipit ˢ. 3 ¶ Itẽ is qui nouũ vectigal instituerit ᵗ, ex senatuscõsulto hac pœna plectitur. 4 ¶ Et si quis reus ᵘ vel accusator domũ iudicis ingrediatur ˣ: per legẽ Iuliam iudiciariam ʸ in legẽ ambitus committit, id est aureorũ * centum fisco inferre iubetur.

DE LEGE FABIA † de plagiariis.

TITVLVS XV.

1. VLPIAN. lib. 1. Regularum.

Si liberũ hominẽ emptor sciens ᶻ emerit, capitale ᵃ

AD LEGEM FABIAM DE PLAGIARIIS.

¶ *Posuit initio crimina capitalia ex quibus sequitur mortis aut exilij pœna, veluti maiestatis, adulterij, vis publicæ, parricidij, homicidij, falsi. Deinde non capitalia ex quib. pecuniaria pœna est nam ex repetundarũ & peculatus & fraudata annona & ambitus, sed iure ordinario nũmaria pœna est, atq. etiã ex plagio de quo agitur hoc tit. qua de causa videtur hic legib. cum fieri seruum non posse. sed l. Fab. etiã seruos tenet, vt constat in l. lege De manomis. & l. x. §. sed si in captiuis, De cap. & post. Est autem plagium suppressio liberi hominis vel serui alieni diuersum à furto. l. x. C. de fur. l. pe. hoc tit. nam liberi hominis furtũ non fit, & serui alieni suppressio non est furtum, si non fiat serui lucri faciendi causa, quo fraus nequesito titulo emptionis quasi velamento quodam obtegatur etiã fugitiuorum seruorum venditio quamuis à domino facta, ex S. C. ad legem Fabiam redigitur, S. C. factum est Alexandri tempore Modesto & Probo. Coss. Cu.*

Si liberum.] Casus. Qui sciens liberum hominẽ vendit itẽ q sciens emit: punitur pœna legis Fabiæ & est pœna capitis: sed qui seruum suũ absentẽ vendit, nõ punitur. itẽ si tibi mando vt seruum meum fugitiuum persequaris & vendas: non punior hac le. Idẽ si tibi mandaui vt seruum meũ fugitiuum deprehendas, & eum deprehensum habeas emptum pro x. nam non punior. si autẽ seruum meum in fuga constitutum vendo: punior hac lege. & h. d. hæc lex & seq.

z ¶ *Sciens.* secus si seruum credens: *vt j. l. legis.*

a ¶ *Capitale hoc dic vt C. eo. l. si. & j. eo. l. si.*

a Ambitus crimẽ admittit, qui pecunia datamagistratum comparat.

b Palàm dans aliquid nõ honoris Reipub. nõ incidit in l. Iul. ambitus *a deinde if in l. hoc iure. 19 fin. donat.*

c Episcopatũ qui desiderat vt potest. profit non vt præsit.

d Ambitũ cõmittit, qui honorem etiam precibus clam petat.

e Imò incidere ait Gl. in l. vlt. in verbis eo fraudem ff. ad l. Iul. de ambitu.

† Nõ dicit legem ambitus Romæ esse abrogatã, sed ambitus iudicia cessasse, quòd sub principibus tyrãnis omnia arbitratu suo administrantib. sublatiuidelicet antiquus reip. vestigia. E. g.

f Sacerdotiũ quid hac lege.

g Infamis nõ admittitur ad postulandum.

h Quibus casibus delinquẽtibus ignoscitur sociis pro dentibus.

† Ad leg. Fabiam al. Adlegem Plauiã, qualiterque appellat Põpeius Latus in libello de Roma. leg. Sypõtius aut, quo loco quid sit plagium explicat. Plotii vocat, Cic. *orat. pro C. Rabirio.* appellat legẽ Fabiã. Alij fabiã. Vide Alciat. li. 1. Pater. c. 47. Lacitatus an. vrb. 571. Quinto Fabio & Marco Claudio Marcello Coss.

i v. Romanorum leg. d. 319. vers. puto si de industria.

s. Nouum.

crimen † aduersus eum ex lege Fauia de plagio [a] nascitur: quo [b] venditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vendiderit [c].

II. IDEM *libr. 9. de officio proconsulis.*

SCiendum est legẽ Fauiam ad eos nõ pertinere, qui cùm absentes seruos haberent, eos vendiderunt. aliud est enim abesse, aliud in fuga esse. 1. ¶ Item non pertinere ad eum qui mandauit seruum fugitiuum persequendum, & distrahẽdum. nec enim fugam vendidit.

2 ¶ Amplius dicendum est, & si quis Titio mandauerit seruũ fugitiuum adprehendẽdum, vt si adprehendisset, eum emptum haberet: cessare senatusconsultum [d].

3 ¶ Hoc autẽ senatuscõsulto domini quoq; continẽtur, qui fugã seruorum suorum vendiderunt.

III. MARCIANVS *libro primo iudiciorum publicorum.*

LEgis Fauiæ [f] crimine suppressi mãcipij bona fide possessor nõ tenetur, id est qui ignorabat seruũ alienũ, & qui volũtate domini putabat id eũ agere. & ita de bona fide possessore ipsa lex [g] scripta est. nã adiicitur [h]. *Si sciens dolo malo hoc fecerit.* & sæpissimè à principibus Seuero & Antonino constitutum est, ne bonæ fidei possessores hac lege teneantur.

1 ¶ Illud nõ est omittẽdũ, quod exemplo legis Aquiliæ [i], si is propter quã qs in Fauia cõmisit, decesserit: adhuc accusatio & pœna legis Fauiæ superest. vt & diu. Seuer. & Antonin. rescripserũt.

IIII. GAIVS *libro vicensimosecundo ad Edictum Prouinciale.*

LEge Fauia tenetur, qui sciẽs liberum hominẽ donauerit, vel in dotẽ dederit. Itẽ q ex earũ qua [k] causa sciẽs liberũ esse acceperit, i eadẽ causa haberi debeat, qua vẽditor & ẽptor habetur. Idẽ & si pro eo [l] res permutata fuerit.

V. MODESTINVS *libro septimo decimo Responsorum respondit.*

EVm qui fugitiuũ alienum suscepisse & celasse doceatur, ex eo quod proprietatis quæstionẽ referret: crimẽ [m], si probetur, euitare minimè [n] posse.

VI. CALLISTRA. *lib. 6. de Cognitionibus.*

NOn statim plagiarium esse qui furti crimine ob seruos alienos interceptos tenetur, diuus Hadrianus in hæc verba rescripsit: Seruos alienos qui solicitauerit, aut interceperit: crimine plagij, quod illi intenditur, teneatur, nec ne, facit quæstio [*]: & ideo [o] non me consuli de ea re oportet: sed quod verissimum in re præsenti cognoscitur, sequi iudicem oportet. Plane autem scire debet, posse aliquem furti [p] crimine ob seruos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari. 1 ¶ Idem princeps de eadem re in hæc verba rescripsit: Apud quem vnus aut alter fuerit fugitiuus inuentus, qui operas suas locauerint vt pascerentur [q], & vtique si iidem antea apud alios opus fecerint, hũc suppressorẽ nõ iure quis dixerit.

2 ¶ Lege Fauia cauetur, vt liber [r] qui hominẽ ingenuũ vel libertinũ inuitũ celauerit, inuinctũ [*] habuerit, emerit sciẽs dolo malo: qui ve in earũ qua re [s] socius erit: quiq; seruo alieno seruæve persuaserit vt à domino dominãve fugiat, vel eũ eámve inuito vel insciẽte domino dominãve celauerit, inuinctũ habuerit, emerit sciens dolo malo: qui ve in ea re socius erit: eius pœna [t] teneatur.

VII. HERMOGENIANVS *libro sexto [*] iuris Epitomarum.*

POena pecuniaria statuta [u] lege Fauia in vsu esse desijt. nã in hoc crimine detecti [x] pro delicti modo coercentur: & plerũque in metallum [y] damnantur.

AD SENATVSconsultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

[*] quinto.

¶ *Huius quoque S. C. pœna pecuniaris est. l. iij. De præuarica. in eos qui ab accusatione desistunt contra fidem Inscriptionis & citra abolitionem. Sed non est ex eo S. C. iudicium publicum, licèt damnati ex eo notentur veluti lege Remmia calumniæ causa iudicio publico damnati l. vj. §. qui iudicij. De decur. & ideo tamen post publica iudicia subiicitur quod ex eo teneantur, hi tantum qui iudicij publici quæstionem deseruerunt, non qui priuati vel extraordinarij iudicij siue criminis. qua de causa nec qui ex hoc S. C. accusationem instituit, & deseruit, in S. C. pœnam incidit. Hæc desertio, etiam tergiuersatio, dicitur, quod quasi versa fuga victus tergum dat. qui crimen quod obiecerat iudicij publici destitutu, Græce [illegible]. Cæterũ quia impetrata aut vltro concessa venia abolitionis ab accusatione impunè receditur, ideo de abolitionibus criminum etiam hoc titulo tractatur. Abolitio est exemptio reorum à crimine. Vel, accusationis omittendæ licẽtia. Alia publica siue generalis indulgentia, alia priuata quæ ab accusatore postulatur redditis causis non agendi. Cu.*

a ¶ *De plagio.* à [a] plaga dicitur, id est dolore. infligit enim &c. *vt C. e. l. fi.* aliàs plaga, id est vulnus: *vt & 3. ad l. Aquil. l. si ex plagis. & fa. C. eo. l. liberum & C. vbi de cri. agi opor. l. sciens.* Accursius.

[a] Plagium vnde dictum.

b ¶ *Quo.* id hoc est crimine legis Fauiæ de plagiariis.

[b] Plagij pœnam euenire scienter alienum seruum. locum habet, si animum celandi habuit. ¶ Hæc lex Deuter. cap. 24. cõfirmatur. si enim deprehẽsus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit pretiũ, interficietur, & auferet malum de medio tui.

c ¶ *Vendiderit.* Sed an idem [b] si quis sciens vẽdat vel emat seruũ alienũ, vel aliàs cõtrectet, Rñ. sic, si animum celãdi domin. habuit: *vt j. e. l. pe. § lege.* & nihilo min. furti & ser. cor. *vt C. eo. l. j.* aliàs si nõ habuit animũ celãdi, nõ nisi ser. cor. *vt j. l. pen. § planè.* Vbi autẽ exportatur liber vel seruus indubitãter habet locum hæc l. *vt C. eo. l. quoniam.*

d *SCiẽdum Senatusc*[õ] *altum.* facit *C. in fuga.* & dic vt ibi *& fa. 3. de cõtrah. emp. quod sæpe. § ij.* Accur.

e ¶ *Seruorum.* i. seruos in fuga constitutos.

LEgis Fauiæ.] CASVS. Si sumpsi siue celaui seruũ alienũ, credẽs meum, vel credẽs domini sui voluntate facere: nõ teneor. l. F. cũ lex Fauia puniat tãtum dolũ. Secundò dicit: cũ vẽderes liberũ hominẽ hoc sciẽs, vel aliter: in l. Fauiã incidisti: licèt decedat is homo cui. occasione incidisti in l. Fauiã: adhuc tamẽ teneris pœna l. Fauiæ. Fr. Accur.

f ¶ *Legis Fauiæ.* expositio superior. *ad quod j. de verb. sig. l. e. bona fidei. & sup. de contrahen. empt.* qui à quolibet & *ad. l. e. quod not. C. eo. leg. plagij criminis. Item facit C. e. tit. l. comparantem.*

g ¶ *Lex.* Fauia. Accur.

h ¶ *Adiicitur.* in l. Fau.

i ¶ *Legis Aquiliæ.* si seruũ meũ vulnerasti, & sic nata est mihi Aquilia: nõ liberaris: licèt postea decesserit: *vt sup. de ac. & obl. quæ cunq.* sic si in eo plagiũ commisisti, vt hic: vel corrupisti: *vt 3. de ser. cor. l. dol. § fi.* Accur.

LEge.] CASVS. Qui sciẽs liberũ [l] hominẽ donat alicui, vel in dotẽ dat: itẽ qui accepit ex aliqua de prædictis causis sciẽs liberũ punitur vt vẽditor, vel emptor. idẽ in eo qui ex causa mutatiõis dat

k ¶ *Qua.* id est aliqua. *& fa. 3. l. proxi. in prin.* & quod ibi no.

l ¶ *Pro eo.* scilicet libero homine.

EVm qui.] CASVS. Seruum alienum fugitiuum celaui: & cũm à me petitur, dico est esse seruũ meũ. teneor pœna l. Fauiæ. F.

m ¶ *Crimen.* legis Fauiæ.

n ¶ *Minime* quia negat agentis non [c] tamen suũ asserit, aliàs secus: *vt C. eo. l. præses.* 2 Vel dic quòd etiam suum asserit: sed calumniosè commissi velandi causa: *vt ea. l. probatur & facit. C. eo. l. ij. & l. eum qui & 3. de fur. l. fullo. 3. § qui ancillam.* Accursius.

[c] Non continuo meũ est, quod tuum esse nego.

NOn statim. CASVS. Non eo ipso quòd seruum alienum surripio, teneor pœna plagij: sed quandoq. furti act. tantũ: quandoque etiã crimine plagij: & hoc videat iudex corã quo agitur. [LEGE FAVIA] Qui hominẽ ingenuũ vel libertũ inuitũ celat, vel vinctũ habet vel emerit sciẽs liberũ l. Fauia tenetur. Itẽ qui socius fuit huius facti. Itẽ qui seruo alieno vel seruæ alienæ persuasit vt à domino discedat, vel domina: vel qui eũ celauit inuito domino, vel nesciẽte: vel vinctũ habuerit: vel emerit sciens dolo malo: vel qui fuit socius in hoc facto. pœna legis Fauiæ tenetur. & erat olim pœna pecuniaria: hodie pro modo delicti: coercẽtur & plerunq; in metallũ dãnãtur: subaudi si est nobilis. si alteri. cõditionis est homo: dic vt in glo. domini mei Ac. hic posita, & h. d. hic §. cũ l. seq. Fr. Acc.

o ¶ *Et ideo.* bona ratio: *vt & sup. de iudi. l. cum. § j.*

p ¶ *Furti* vt si opem ad furtũ præstitit: vel quia etiã corrupit vt fugeret: nec surripuit vt exportatione dominũ celaret: *vt dixi 3. l. j. & fa. 3. de fur. fullo. j. § qui ancillam.* Accur.

q ¶ *Pascerentur.* al. pascerentur: al. paciscerentur: *ad quod est. C. de ser. fugi. leg. quicunque § quod si.*

r ¶ *Vt liber.* aliàs liberi: & tunc transit de singulari ad pluralem, ad quod *C. de in ius vo. l. fin.*

[*] facti quæstio est.

s ¶ *Earum qua re.* id est aliqua. Accursius.

t ¶ *Eius pœna.* s. legis Fauiæ, & etiam l. Iul. de vi *vt C. e. l. j. & interdictum de libe. ho. ex. vt 3. de lib. ho. ex. l. iij. & fa C. eo. l. ij.*

u POena. *Statuta vt C. e. l. in fuga.* & dic vt ibi. Accur.

x ¶ *Detecti.* i. conuicti. Accursius.

y ¶ *In metallum.* quando nobilis [a] est si autẽ ignobilis, gladio: seruus vel libert. bestiis subiicitur: *vt C. e. l. fin.* ¶ Et sic no. ex hac l. & *C. e. l. quoniam.* q ordinaria [b] pœna imponitur in quolibet plagio. Sed quidã dixerũt esse ordin. tantũ quando cõmittitur in filio: *vt C. e. leg. fi.* ¶ Item no. q publica [c] est accusatio: *vt C. eo. l. fin.* Sed P. contra: vt ibi not.

[a] Pœna plagij quæ & qualis sit pro varietate personarum.

[*] & vinctum al. in vincula.

[b] Pœna plagij & quæstio ordinaria vel extraordinaria.

[c] Plagij publica est accusatio.

Accusatorum.

A Ccusatorum.] CASVS. Accusatorum temeritas detegitur vno de tribus modis: & tribus pœnis subiicitur. nã aut quis calũniatur: aut præuaricatur: aut tergiuersatur. & quid sit vnũ quodq;, declarat in litera. Postea dicit quòd non eo ipso quòd quis non probat quod intendit calumniari videtur: sed de hoc iudex inquiret. nam reo absoluto iudex incipiet cognoscere de consciẽtia accu. qualis fuit cum venit ad accusationem: vt si bonam conscientiam habuit, non puniatur. si vero iudex in euidẽti videat accusatoris calumniam: legitimã pœnam imponet. & qualis sit dic vt in Gl. Sed si iudex pronuntiat calumniatus es, satis est, nam condemnatus de calũnia dicitur, vt pœna legalis, id est à lege ei imponatur cũ quæstio facti sit in arbitrio iudicis, impositio autem pœnæ est in legis voluntate. Sed quid si iudex dicat interloquendo, temerè Titius accusauit: non videtur Titi° de calum. damnatus: imò veniam videtur concedere. [PRAEVARICATOREM.] Quis sit præuaricator supra diximus. nam præuaricator est qui colludit cum reo &c. & dic vt in litera subiicitur. Secundo dicit: qui destitit ab accusa. nõ petita aboli. id est licentia punitur scilicet pœna Turpilliani. Tertio dicit quòd abolitio priuati potest à præside peti. Item pro tribunali & nõ de plano debet ei concedi. Item non potest præses delegare hãc cognitionem. Quarto dicit pluribus delictis ▪ accuso. si ab omnibus volo desistere, de omnibus abol. petere debeo: aliàs punior. Quinto dicit: accusaui adulterum post quinquennium, vel adulteram post sex menses: & sic nõ tenet mea accusatio: nũc desisto absque abolitione. dicitur quòd punior. Sed secus in casu dixit Papin. mulier cum non possit accusare falso, nisi suã suorũmque iniuriam prosequeretur, si tamen accuset, & desistat sine aboli. non punitur. & hoc dixit Papin. Sed quid refert impediatur quis accusare propter tẽporis præscrip. vel propter vitium sui status, an propter sexum: immo mulier magis debet puniri quàm alij: cum mulier possit accusare si prosequeretur suam vel suorum iniuriam. sed alij non, cum sit præscriptũ: vel propter suæ personæ vitium. Papin autem in aliis personis quę impediuntur accusare aliqua causa, excepta fœmina, si accusent & desistant: dicit idem quod dictum est in eo cuius accusatio non valet: vt quia est præscriptum: vel propter vitium personæ, scilicet vt puniatur desistens. & dat exempla. Primum in eo qui accusauit eodem tempore marem & fœminam: quia licet non teneat accusatio, cum marem & fœminã eodem tempore accusare non possit, tamen si desistat sine aboli. punitur. Secundũ: si non tenet accusatio propter coniunctionem personarũ, vt quia libertus patronum accuset: desistat sine abolitione: non punitur. Dicamus ergo ad omnes quæstiones, qui accusant & desistũt sine abol. puniũtur, excepta fœmina, & minore. xxv. ann. [SVSPECTI.] Accusatio suspecti tutoris, pro tribunali & non de plano est cognoscenda: & solus præses prouinciæ de ea cognoscit: & qui destitit ab ea incidit in Turpil. [ITEM ▪ DICAT.] Pone casum vt in Gloss domini mei Accur. quæ incipit: dic quòd &c. [INCIDIT.] Qui destitit ab accusatione, alium summittendo, vel instigãdo: vel qui instruit alium ad accusationem: vel mandat alicui & instruit eũ ad accusa. capitalem, dando proba. & simili modo: incidit in hoc senatusconsultum, nisi suppositus probet crimen. Item non est vis pèr se quis mandet accusa alij an per alium. Item qui fuit nũtius ad istam accusa. ex sententia senatuscon. punitur. Itẽ qui suscepit hoc officium accusandi: punitur hoc eodem senatusconsulto. [REVS CONDEMNATVS] Accusaui Titium de quodam delicto, & succubuit: tandẽ appellauit. ego destiti in causa appellationis. dicitur quòd punior pœna Turpilliani, cum pronuntiatum sit extinctum per appel. Franc. Accur.

In indic. titu. Turpilliani & de abolitione crimi.

AD SENATVSCONSULTUM Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

TITVLVS XVI.

Primò dicit accusatores tripliciter delinquere. Secundo illa tria delicta enumerat. tertio illa prosequitur per ordinem. secunda ibi, calumniari, tertia ibi, calumniatoribus. & ibi vsque ad ver. præuaricatorem. ponit de calumniatore & præuaricatore. abinde vsque ad §. si quis autem. ponit de tergiuersatore, vsque ad finem legis. & ista pars quæ incipit, calumniatoribus, diuiditur in tres partes. Primò dicit calumniatorem puniri. Secundo ponit modum procedendi. Tertiò modum & effectum pronuntiandi. secunda ibi, sed non vtique. tertia ibi, nam si quidem. in. § quæri possit. Bartolus.

1. MARCIANVS *libro singulari ad senatusconsultum Turpillianum.*

A Ccusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subiicitur. Aut enim calumniãtur, aut pręuaricantur, aut tergiuersantur.

¶ Dion memi nithorũ consulum lib. 46 annorb. 71. [a] Torqueri hereditarij serui possunt, quoties de falso teste agitur.

[b] Quæstionis modus arbitrio iudicis finitur.

† In subsidiũ peruenitur ad tormenta seruorum in causa pecuniaria: in criminalibus & grauioribus tantum, liberi torquẽtur, idque difficilius fit, quam si serui si torquendus.

[c] Confessioni tormentis eli citæ non statur, nisi qui confessus est perseuerer in sua confessione.

[a] Torqueri vtrum seruus possit contra dominum in causa pecuniaria.

† Idem & Tacitus, imporatione apud senatum habita cauit, ne serui in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa maiestatis quidẽ Pla. Vospiscus in eodem.

[b] Confessio quæ sine tormentis aliunt non [illegible] tormentis [illegible] & multò minus eundem onerare debet, atque ita Testis qui nõ debebat examinari, tortus nonfacit indicium.

[c] Deportatum in insulam nõ torqueri, vt seruũ sed vt liberũ, [illegible]

[d] Statuliberis pecuniariis causis an & quatenus torqueri possit.

[e] Minor tõ[illegible] non potest, vt hic. Imò potest l. [illegible] *§ [illegible] Silanian.* Dic torqueri posse habena vel ferulæ, & non eorum modo, quo maiores, vt hoc casu torqueri possit ad iudiciũ minor qui aliàs à testimonio repellitur *l. [illegible] de [illegible].*

[f] Temperamentum tormentorum adhibendum.

[g] Probationes nemo aduersario ministrare cogitur.

libertos eius quem accusat, aut seruos in testimonium vocat.

5 ¶ Plurimum quoq. in excutienda veritate etiam vox ipsa, & cognitionis* subtilis diligentia affert. Nã & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret†, vel cuius existimationis[a] quisque in ciuitate sua est, quędam ad inluminandam* veritatem in lucem emergũt. 6. ¶ In causis quoque liberalibus non oportet per eorum tormenta, de quorum statu quæretur veritatem requiri[b].

XI. PAVLVS *libro secundo de Officio Proconsulis.*

ETiam si redhibitus fuerit seruus, in caput emptoris[d] non torquebitur.

XII. VLPIANVS *libro quinquagesimo quarto ad Edictum.*

SI quis, ne quæstio de eo agatur, liberum se dicat: diuus Hadrianus rescripsit non esse eum antè torquendum, quàm liberale iudicium experiatur[e].

XIII. MODESTINVS *libro quinto Regularum.*

CErto pretio seruũ æstimatũ in quæstionẽ dari interposita stipulatione[f], receptum est[g].

XIIII. IDEM *libro octauo Regularum.*

STatuliber in delicto repertus, sperandæ libertatis prærogatiua, non vt seruus ob ambiguum conditionis, sed vt liber puniendus est[h].

XV. CALLISTRATVS *libro quinto de Cognitionibus.*

EX libero homine pro testimonio nõ vacillãte[i] quęstionẽ haberi nõ oportet. 1 ¶ De minore quoq. quatuordecim annis in caput alterius quæstionem habendam nõ esse, diuus Pius Mæcilio rescripsit: maximè cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impleatur: nec tamen consequens esse, vt etiam sine tormentis eisdem[k] credatur, nam ætas, inquit, quæ aduersus asperitatem quæstionis eos interim tueri videtur, suspectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem*.

Lite pendente super dominio serui, non potest torqueri interim in eum à quo seruus petitur. Bart.

2 ¶ Eum qui vindicanti seruum cauit[l], domini loco habendum, & ideo in caput eius seruos[m] torqueri non posse, diuus Pius in hæc verba rescripsit: Causam tuam aliis probationibus instituere† debes: nam de seruis quęstio haberi non debet, cum possessor hereditatis qui petitori satisdedit, interim domini loco habeatur[n].

XVI. MODESTINVS *libro tertio de Pœnis.*

REpeti[o]* posse quæstionem diui fratres rescripserunt. 1 ¶ Is qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur: vt diuus Pius rescripsit[p].

XVII. PAPINIANVS *libro sexto decimo Responsorum.*

EXtraneo† quoque accusante, seruos in adulterij quæstione cõtra dominum interrogari placuit[q]: quod diuus Marcus ac postea Maximus princeps iudicantes secuti sunt. 1 ¶ Sed & in quæstione stupri[r] serui aduersus dominum non torquentur. 2 ¶ De quæstione[s] suppositi partus, vel si petat hereditatem, quem cæteri filij non esse fratrem suum contendunt quæstio de seruis hereditariis habebitur: quia non cõtra dominos[u] ceteros filios, sed pro successione domini defuncti quęritur[x].

a ¶ *Existimationis.* i.[a] famæ[b] *ad quod* 3. *de fun. instru. & instru. le. l. ei in de his* [?] *§. alienam. & de testi. l. iij. in prin. & j. de re mili. l. nõ omnes. §. à barbaris. & 3. de transac. l. cum his. §. sed & personarum. & 3. sol. matri. l. si cu dotẽ. §. eo autem tempore. & in Auth. de testi. §. j. col. vij.*

b *Veritatem requiri.* Quatuor[a] modis fit mihi controuersia de seruo. Vno per rei vindica. quia ego ab alio, vel alius à me vindicat: & tunc torquetur *vt C. eo. l. quotiens. & de rei vin. leg. cum super & de ser. fu. l. quicunque §. fin. & l. cum seruum. quæ sunt contra.* 2 Secundo de possessione eius vel inter me & eũ quod fit vel officio iudicis, vel vtrubi: *vt C. vbi cau. sta. l. j.* & tunc similiter torquetur: *vt C. de lib. cau. leg. ea que. que est contra.* 3 Tertio de libertate: quæ quæstio fit præiudicialibus act. & tunc non, vt hic, forte propter spem proximę appariturę libertatis: *ar. j. eo. l. statuliber.* 4 Quarto per petitionem hereditatis: vel quia ipse solus, vel vnà cũ aliis hereditariis rebus petitur per petitionem hereditatis. & tũc torquetur super omni re hereditaria: *vt 3. e. l. hereditarij. & C. eo. l. fin.* quia vnus dicit se in solidum heredem: alius econtra. aliàs si seruum cõfiterentur communem & se coheredes. sed si de vna alia re fit quęstio, nõ torquetur: *vt C. e. l. hoc quod placet.* Item si de aliis non de hereditariis rebus quæstio sit: licet dubium sit cuius sit seruus hereditarius, non torquetur: *vt j. eod. l. ex libero.* Vel verius illa ex libero, & illa, hoc quod placet, corrigũtur per. l. C. eo. fi. Acc.

ETiam.] CASVS. Redhibito seruo non potest seruus torqueri cõtra dominum quondam. s. contra emptorem. Fran. Accur.

c ¶ *Etiam si redhibitus. j. eod. l. vnius. §. servus.*

d ¶ *Emptoris.* accusati de aliquo crimine.

SI quis.] CASVS. In causa quam habeo contra Titium, peto seruum cuiusdã torqueri, qui dicit se liberum. prius debet inquiri si sit liber, vel non. & si iudicatur seruus: poterit torqueri. Fran.

e ¶ *Experiatur.* seruus: [g] Vel dic, id est agatur à domino: *vt C. de adulteriis. l. quoniam Alexandrum. & facit 3. l. j. §. si quis dicetur.*

CErto.] CASVS. Cum peto seruum cuiusdam torqueri: ita demum audior: si fiat æstimatio serui, & hanc æstimationẽ dare promittam domino serui. & quando committatur hęc stipulatio: dic vt in glo.

f ¶ *Stipulatione.* id est petitionẽ ne torqueatur.

g ¶ *Receptum est.* de hoc dic *vt 3. de adult. si postulauerit. in pri. a. & §. pen. & C. de adul. l. iij.*

STatuliber.] CASVS. Statuliber deliquit. puniendus est vt homo liber: Fran. Accur.

h ¶ *Puniendus est.* vt & *j. tit. j. l. mortis. §. fi.* Sed contra.[d] *sup. de statulibe. l. statuliberi à cætero.* Solu. vt ibi in gloss. iij. Item arg. contra. *3. si quis test. lib. esse ius. l. j. §. quid tamen.* Sol. vt ibi. *& facit ad hoc j. si ex noxa. cau. aga. l. fin.*

EX libero.] CASVS. Liber homo testificans & nõ vacillans non debet torqueri. Itẽ mi tor. xiiij. annis non potest torqueri in causa aliquorũ. & si sine tormentis dicat testimoniũ, nõ creditur ei. Vltimo dicit: petebam à te seruũ, promisisti iudicatũ solui. interim hac causa pendẽte pro domino haberis. vnde talis seruus nõ potest torqueri cõtra te in aliqua alia causa & hoc etiã diuus Pius rescripsit in hęc verba, Causam &c. Fran.

i ¶ *Non vacillante.* tũc ergo posset torqueri: *vt j. eo. l. vnius. §. testes. & C. de test. nullum & in Auth. de testi. §. j. & so. de abo. l. similiter.* Sed an etiam hoc in ciuili, nõ solũ in crimi. dicam sic[a] *vt 3. e. diuus. j. respon.* Acc.

k ¶ *Eisdem.* aliàs eiusdem. *& fa. 3. eo. l. de minore. in princ. & 3. ad Sil. l. j. §. impuberes.*[b] *& §. impuberi. & l. excipiuntur. & 3. de transf. l. cum hi. §. in persona.*

l ¶ *Cauit.* s. iudicio sisti, vel iudicatũ solui: *vt Insti. de satisd. in pr.*

m ¶ *Seruos.* in alia causa quàm sub ipsius: *vt no. 3. eo. de minore. §. fi.*

n ¶ *Habeatur.* vt *3. qui satis. cog. l. pe. §. pe.* Sed cõtra. *C. e. l. fi.* Sol. hic corrigit. 2 Vel hic loquitur cũ de aliis reb[a] nõ de hereditariis erat controuersia: tunc enĩ seruus torqueretur.

REpeti.] CASVS. Semel in tormẽtis positus potest iterum torqueri. Secundo dicit: confessus de se, nõ debet torqueri vt de aliis dicat. Frã. Accur.

o ¶ *Repeti.* argu. ad reuersionẽ[c] testium. *sic C. de testib. l. fi. & sup. de optio leg. ij. & inf. eod. l. vnius. §. j.* Sed arg. contra. *3. de test. l. produci.*

p ¶ *Rescripsit.* Sed argu. contra. *3. ad Silla. l. prius.* [d] Solu. ibi speciale: *vt & alia quæ no. C. de accusation. b. l. fin in fine.*

EXtraneo.] CASVS. Etiam extraneo accusante quendam de adulterio possunt serui accusati torqueri, & sic contra dominum. secus si accusaretur de stupro: Secundo dicit: mortuo patre plurium, quidam dicit se filium defuncti, & se debere & velle succedere cum fratribus qui sunt filij defuncti. at illi negant illum filium esse defuncti, & sic non debere succedere, sed se tantum debere succedere. dicitur quòd serui hereditarij poterunt torqueri super hoc. Idẽ si socius dicatur socium occidisse. nam seruus communis eorum poterit super hoc torqueri. Vltimo dicit: seruus damnatus in metallum, & sic desiit prioris domini esse, non poterit torqueri contra dominum quondam. Fran.

q ¶ *Placuit.* vt *C. e. l. j.* Imò & de statulibe. *vt 3. eod. l. edictum. §. fin.*

r ¶ *Sed in quæstione stupri.* non de incestu simplici: *vt sup. eo. de incestu. & l. seq.*

s ¶ *De quæstione.* quæ per accusa. fal. exercetur: *vt supra de fal. l. qui falsam. §. accusatio. & C. de fal. l. j. & fa. sup. de Carbo. edic. l. iij. §. duo.*

t ¶ *Hereditatem.* scilicet ei quem &c. Accur.

u ¶ *Contra dominos.* scilicet cæteros &c.

x ¶ *Quæritur.* aliàs quæritur: aliàs quæri. *& fa. C. eo. l. hoc quod placet.*

a Existimatio pro fama.
b De fam. hic vide Bartolũ.
c Seru controuersia modis fit variis modis. aut enim de dominio. aut de eius possessione, aut de libertate agitur, aut hereditarius esse dicitur.
* cognitionis.
* Vide in hũc locũ quæ præclarè differit Cice. in Orat. pro P. Sylla. paulò ante finem orationis.
* Ita locuti sunt imperatores. l. 10 de quęstio. C.
d Torqueri an & quomodo soleat statuliber. An vt seruus, an vt liber? Dic vt liber.
* facilitatem
a Torqueri habet homo potest in causa ciuili quoties vacillat in testimonio: quod passim non admittendum.
b Torqueri impubes non potest vt aliquis ex eius testimonio dicatur, sed vt aduersus eum sumatur testimonium.
† instruere.
* Limitabis hanc per l. vnius §. tem. in prin. inf. eo. vt procedat si noua indicia superueniant. quã limitationẽ iterũ limitabis per l. [illegible] vt possit quæstio repeti nisi superuenientib. indiciis: vt indicet mandatorem & socios criminis.
† Extraneo.
c Testis repeti à iudice potest: sed & in cõtinẽti. hoc est statim à testimonio præstito ipse reuerti potest & testimonij sui interpretationes interuallo. nõ potest. vt notat hic Bartolus.
d Quod dicitur de aliis non esse interrogãdum, qui de se cõfitetur, fallit certis casibus vide plenius apud Bartolum hic.
e Torqueri potest seruus cõmunis pro vno. domino aduersus aliũ dominũ. Eadem ratione putant. Coniunctam personã, coniunctę personę rẽ item esse posse aduersus aliam coniunctam. hac. l. hoc quod placet C. eod.

platet. & *l.super.* & *supra communi di.l. communi.*

a ¶ *Postularetur.* id est accusaretur.

b ¶ *Pro domino. ad hoc.* ff. *ad Sil.l.* & *si certus sit percussor.* §. *vnus.*

c ¶ *Damnato.* secus si contra dominus fuisset damnatus: *vt supra l.j. idem Nummio.* & *fa. ad hoc C. eodem. l. seruos.* y. & *de sen.pas. l.frustra.* & ff. *eo.l. vnum. §.seruum.* & ff. *eod.diuus. §.fin.*

d ¶ *Confiteatur.* scilicet seruus iste.

V*Nius.*] CASVS. Plures accusati de vno & eodē delicto, si sint torquendi, incipiendum est à timidiore, & qui magis teneræ ætatis sit. Secundo dicit: reus tortus semel, iterum potest torqueri, si argumenta apertiora sint contra eum nūc. Tertio dicit: cum nulla indicia sunt contra reum siue accusatum, non possum incipere à tormentis. Quarto dicit: testis tūc torquetur, cū falsum dixerit, & cum dixerit se interfuisse facto super quo tulit testimoniū. hęc enim duo sunt necessaria. Quinto dicit: cum quæritur an quis sit fili[9] defuncti, vel non, poterūt serui hereditarij super hoc torqueri. Sexto dicit: seruus si spōte dixit aliquid contra dominū suū: nō creditur ei. Septimo dicit: seruus vēditus non potest torqueri cōtra dominum suum quondam. Octauo dicit: seruus etiā ad postula. domini nō torquetur in causa domini. Nono dicit: cum peto quendam torqueri cōtra te, & ille dicit se tuum seruū esse, & sic nō torquendū: de hoc prius inquiritur. Decimo dicit: præses cum vult cognoscere de quibusdam delinquentibus qui erant in turri detrusi: debet eis nunciare per aliquot dies ante, vt ipsi præparēt se ad defensionē: & redditur ratio ī litera. Vltimo dicit: si custos captos afflixit: de hoc delicto potest cognosci de plano, id est sine libello, & etiam cum eo. Fran. Accur.

quod cōgnuit ei quod diuus Hadrianus rescripsit. cū enim in socium cędis socius postularetur[a], de cōmuni seruo habendā quæstionē rescripsit: quòd pro domino[b] fore videretur. 3 ¶ De seruo in metallū dānato[c] quęstionē cōtra eum qui dominus fuit, nō esse habendam respondi: nec ad rem pertinere, si ministrum se facinoris fuisse confiteatur[d].

XVIII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum*[*].

VNius facinoris plurimi rei ita[e] audiendi sunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior est, vel teneræ ætatis videtur[f].

1 ¶ Reus euidentioribus argumentis oppressus, repeti[g] in quæstionem potest: maximè si in tormenta animum † corpusqué durauerit. 2 ¶ In ea causa in qua nullis reus argumentis arguebatur, tormenta non facilè adhibenda[h] sunt: sed instādum accusatori, vt id quod intendat comprobet atque conuincat. 3 ¶ Testes[i] torquendi non sunt conuincendi mendacij aut veritatis gratia, nisi cum facto[k] interuenisse dicuntur. 4 ¶ Iudex cū de fide generis instrui non potest: poterit de seruis hereditariis habere quæstionem[l]. 5 ¶ Seruo qui vltro[m] aliquid de domino cōfitetur, fides non accommodatur. neque enim oportet salutem dominorum seruorum arbitrio committi[n]. 6 ¶ Seruus in caput eius domini à quo distractus est, cuique aliquādo seruiuit: in memoriā[o] prioris domini interrogari nō potest. 7 ¶ Seruus nec si à domino ad tormēta offeratur, interrogandus[p] est.

8 ¶ Sanè quotiens quæritur an serui in caput domini interrogādi sint, prius de eorum dominio oportet inquiri[q].

Iudex debet dare terminum parti ad faciendum suam defensionem, licet possit fieri defensio sine termino. Bartolus.

9 ¶ Cogniturum de criminibus pręsidem oportet ante diē[r] palam facere, custodias[s] se auditurum: ne hi qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamuis defensionem quocunque[t] tempore postulante reo negari non oportet: adeò vt propterea & differantur & proferantur[u] custodiæ.

10 ¶ Custodiæ non solùm pro tribunali[x], sed & de plano audiri possunt, atque damnari.

XIX. TRYPHONINVS *libro quarto Disputationum.*

IS cui fideicōmissa libertas debetur: non aliter vt seruus quęstioni applicetur, nisi aliorum[y] quæstionibus oneretur.

Testis qui non debet examinari propter patris reuerentiam: examinatus non facit indicium nec probationem. Bart.

XX. PAVLVS *libro tertio Decretorum.*

MAritus quidam heres vxoris suæ petebat à Suro pecuniam quam apud eum deposuisse defunctam se absente[z] dicebat: & in eam rem vnum testem liberti sui filium produxerat apud procuratorem[a] desiderauerat & quæstionem habere de ancilla[b]. Surus negabat se accepisse, & testimonium non oportere vnius hominis admitti[c], nec solere à quæstionibus[d]

e ¶ *Ita.* id est isto ordine sunt torquendi ad veritatem eruēdā.

f ¶ *Videtur. supra eo.l.j.* §.j.

g ¶ *Repeti.* id est iterum torqueri: *vt supra eo.l.repeti.*

h ¶ *Adhibenda sunt. vt supra eo.l.j. in prin.*

i ¶ *Testes.* liberi.

k ¶ *Cum facto.* id est negotio super quo testificantur, & tamen non rectè dicunt. ¶ Et sic duo exiguntur, scilicet q se[a] interfuisse dicant, & quòd vacillent: *vt* ff. *eo.l. ex libero. facit C. de episcopis & cleri.l.presbyteri.* & *in auth. de testi.* §. *sancimus. col.vij.*

l ¶ *Habere quæstionem. vt C.eo.l. super statu.*

m ¶ *Seruo qui vltro.* i. [b] sine tormentis. *ad quod facit.* ff. *de in ius vocan.l. ex quibus.* 2 Vel.i. voluntate etiam domini. ad quod est. ff. *de postulan.l. quos prohibet.* & *C. de iureiur. propter calum. dan.leg.* y. §. *sed quia.* & *C. de testi.l. seruos.* & *C. eo.l. seruos.j.* & *supra de procur. filim.* §. *veterani.*

n ¶ *Committi.* licet dominorum salutē suę anteponere debeāt: *vt* ff. *ad Sila.l.j.* §. *iuxta hec.*

o ¶ *In memoriam. vt* & *C.eo.seruos non solum.* & *facit infra de dēff.* Nouum.

eo.l. fi. & *C. eod.l.penul.* & *supra eod.l.extraneo.* §. *fi.* Sed contra. ff. *eod.l.j.* §. *idem Nummio.* Sol. vt ibi.

p ¶ *Interrogandus est.* vel pro se. *vt C.eod.seruos qui.l.* & *l pridem.*

q ¶ *Inquiri. vt* & ff. *e.l.j.* §. *si quis dicatur.* & *l.si quis.* Accursius.

r ¶ *Ante diem.* fortè vnū. 2 Vel ante diem illum quo allegationes debet audire: ita tamen q suos possit habere aduocatos. *ad q facit C. de exhi. reis. l. y.* §. *fi.* & ff. *de publi.iud. l. custodiae.*

s ¶ *Custodias.* i.[a] custoditas psonas. *fa.* ff. *de offic. procons.l. solēt.* secūdum vnum sensum.

t ¶ *Quocunque.* ante sententiam.

u ¶ *Proferantur.* l. custodiæ. aliàs est in textu.

x ¶ *Pro tribunali.* dic. libello[b] & īscriptione deposita. sed etiā sine his. *ad quod fa.* ff. *de accu.l.leuia.* & *C. de custo.re.l.fina.* & dic ashic de custodibus qui captos afflixerāt: *vt C. de custo.re.l.j.* §. *fi.* Accur.

I*S cui.*] CASVS. Seruus cui per fideicōmissū relicta est libertas: non potest interī torqueri, nisi quæstionibus aliorū oneretur. Fran. Accur.

y ¶ *Aliorū.* demū[c] ergo si oneret ab aliis, torquet vt seruus: *vt* & *C. eod.l. nec si mors.* & *fa.* ff. *de adul. l. si postulauerit.* §. *de eo. vers. sed* & *si seruus u fit.* & *sup. eod.l.edictum.* §. *fin.* & ff. *eo.l.statuliber.*

M*Aritus.*] CASVS. Successi vxori meæ, & peto à Surro pecuniam, puta decē, quæ dico vxorē meā apud eum deposuisse me viro tunc absente. & ad hoc vnum testē produxi, qui plenè dixit & petiit ancillam Surri torqueri super hoc: & iudex habuit quæstionem de ancilla, & ipsa torta cōcordauit cū teste primo; & sic iudex condēnauit Surrum. postea Surrus appellat ad principem. imperator dixit q ancilla non debuit torqueri contra dominum suum, & sic dictū eius pro nihilo esse. non ergo potuit iudex condemnare Surrum ex dicto vnius testis tantum: & sic rectè appellatum. Fran. Acc.

z ¶ *Absente.* l. marito. hoc non sine mysterio positum fuit. hic enim maritus veritatē ignorabat, & ideo sic fuisse iurare nō poterat: vnde dictū solius vni[9] testis nō erat sufficiēs. si vero & ipse & testes iurarēt. i. iurare vellēt, defertur eis iuramentū, nisi reus sic nō esse iuret. tūc enim quia iusiurandū actoris eludit reus, nō defertur ei actori secundū cōsuetudinē. Azo. sed hoc dic vt not. *C. de rebus credi.* & *de iureiur. l. in bonæ fidei.* Vel illud in ciuilibus. at in[d] criminalibus etiam inopia probationum non defertur.

a ¶ *Procuratorē.* Cęsaris, vel fisci, vicē pręsidis agētē, vel ex cōsensu partiū audiētem: *vt C. de iurisdi. om. iudi.l.j.* & *de peda. iudi. l. j.*

b ¶ *Ancilla.* scilicet defuncti.

b ¶ *Admitti. vt C. de testi.l. iurisiurandi. Sed arg. contra.* ff. *de re milit.l. non omnes.* §. *à barbaris.*

d ¶ *A quæstionibus.* nisi præcedāt indicia: *vt* ff. *e.l.j. in prin.* sed[e] postea, vt hic subiicit, re pbat quęstiō. ergo nō pręcedit idiciū: ergo vn[9] testis nō inducit præsumptionē secūdū Io. Sed cōtra. ff. *de do. præleg.l. Theopompus.* nō enim hic fuit re pbata sentētia quasi quę

Margin notes:

[*] tit. 4.

† animum.

a Igitur. Testis de auditu non erit torquendus, sed is tantum qui se facto au de licto interfuisse dicit: & tamen vacillet.

b Vltro cōfiteri de domino quid.

a Custodia pro custodita persona.

b Pro tribunali interrogatur qui libello & inscriptione deposita.

c Torqueri vt ti posse is cui fideicommissa libertas. [...]

d In criminalibus inopia probationum iusiurādū nō defertur.

e Non valet cōfessio sine indiciis. sed quidā indicia supueniant post quæstionem habitā Confessio nō cōfirmatur vt post Baldum notat Romanus. sing. Ideoque vt valeat cōfessio in tormētis, indicia quæstionem antecedere non subsequi debent.

stio esset habita nō præcedēte indicio:licet hoc Surus allegaret: sed malè sed quia ancilla in causa pecuniaria cōtra dominū torta est. *vt C. de quæstioni. l. j.* Vel melius, quæstio fuit habita antequā libertus diceret testimoniū, & ideo allegabatur bene, secūdū Ioā. Vel ideo non fuit facienda quæstio, quia talis testis[a] sic familiaris non inducit indiciū: cum in seruitutē à producente possit reuocari: *vt C. de liber. & eo. lib. e. l. fin.*

a Testis familiaris nō facit indicium.

incipi, etsi aliena esset ancilla, procurator quæstionem de ancilla habuerat[a]. cum ex appellatione cognouisset imperator: pronuntiauit quæstione illicitè[b] habita, vnius testimonio non esse credendum[c]: ideoque rectè prouocatum.

a ¶ *Habuerat.* sed malè: vt statim dicitur.

b ¶ *Illicitè.* non illa ratione, quia vnus[b] testis tantū præcedebat, qui non facit indiciū, vel præsumptionem: sed illa quia in caput domini torta fuit secūdum primam expositionem. 2 Vel quia ipsa pri⁹ fuit torta quā testis testimoniū reddidisset, secūdum aliā. 3 Vel quia familiaris. secūdum tertiam.

b Vnus testis facit indiciū & præsumptionem.

c ¶ *Credendum.* plene: vel dic talis hominis: vel dic etiam ad indicium præmissorū tormentorum. Accur.

XXI. IDEM *libro singulari de pœnis paganorum.*

QVæstionis habendæ[d] causa neminem esse damnandū, diuus Hadrianus rescripsit.

d ¶ *Quæstionis habendæ.* dic, id est habitæ quasi dicat confessus in tormētis nō damnatur: *vt supra l. j. §. diuus.* 2 Vel, id est habitæ non[c] præcedente proxi. 3 Vel dic, habendæ indicio: *vt supra l. propriè.* q. d. nemo damnatur quia tormenta recuset: sed remediis prætoris arctatur: *vt supra de ventre inspi. l. j. §. quid ergo.* 4 Vel dic, non debet quis damnari vel quotiens opus est, torqueatur in pœna alicuius delicti de quo non sit cōuictus. sunt enim certæ pœnæ inter quas hæc non est: *vt j. tit. j. l. vj. & l. sequen. in prin.*

† Tres pœnis dis precatis debere esse causas eleganter declarat Gell. li. 9. Noct. Attic. 14.

c Initium est spectandum. *sunt in ea. dudum de ele. extra coll. super verbo electionis.*

c Confessio facta in tormētis, legitimis indiciis non præcedētibus est nulla. *Angel. vol. 1. C. de Con. fess. Mathesil. ā. notab. 11. Hippolytus de Marsil. Consilio 15.* etiamsi ratificetur. *Myn. singularum 5 Observat. 25.*

XXII. IDEM *libro primo Sententiarum.*

QVi sine accusatoribus[e] in custodiā recepti sunt: quæstio de his habēda nō est, nisi si aliquib. suspicionib.[f] vrgeātur.

QVi sine.]CASVS. Cum de quibusdā delictis cognoscatur etiam sine accusatore (quę dic vt in Gl. hic posita) quęritur an eisdē casib. possit peti seruos alicuius torqueri nō præcedētib. indiciis? Et dicitur q̄ nō: nisi enī præcedāt aliqua indicia, nō possūt serui torqueri. Fr. Ac.

e ¶ *Qui sine accusatoribus.* quod[d] euenit in casibus: vt no. *supra de adulte. l. y. §. vnde quæri potest.*

d Sine accusatore quis interdum damnatur.

f ¶ *Suspitionibus.* sed præcedente suspicione[e] torquentur: non dico damnantur: *vt j. tit. proxi. l. absentem.* quæ est arg. contra.

e Suspicione quis interdū torquetur non dānatur.

DE POENIS.†

TITVLVS XIX.

In imponēdis pœnis, tēpus delicti, non sententiæ, inspicitur. hoc dicit. Superius dixit in genere: hic in specie.

I. VLPIANVS *libro octauo Disputationum.*

QVotiens[*] de delicto[g] quæritur, placuit non eam pœnam subire quem debere, quā cōditio eius admittit eo tempore quo sententia de eo fertur, sed eam[h] quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus, cū deliquisset[i]. 1 ¶ Proinde[k] si seruus crimen commiserit, deinde libertatē cōsecutus dicetur: eam pœnā sustinere debet, quā sustineret si tūc sententiā passus fuisset, cū deliquisset. 2 ¶ Per cōtrariū quoq. si in deteriorē cōditionē fuerit redactus[l], eā pœnā subire eū oportebit, quā sustineret si in conditione priore durasset.

DE POENIS.

Pœnæ definitio.

¶ *Pœna est delicti vel delictorum f. vindictio quæ à lege vel ministro legis imponitur.*

¶ *Sequitur generalis titulus de pœnis, in quo idem etiam criminis discrimen fieri nemo ambigit, & de pœnis ergo non solu infligēdis sed etiā remittendis vel augendis pro qualitate reorum & criminum, & de variis gradibus generibusque pœnarum quæ ex ordine vel extraordinem reis infliguntur. Pœna est delictorum siuè criminum coërcitio inducta ad disciplinæ publicæ emendationem: & vt exemplo cæteri deterreantur, & non quia peccatum est sed ne peccetur: nec enim tam ad præterita quā ad futura pœna refertur, quia reuocari præterita non possunt, sed cauentur futura, & ita rectè libro de ira Seneca, ex Platonis loco illo, [Greek illegible].*

QVotiens]CASVS. Cum quæritur quæ pœna imponatur delinquenti, inspicitur conditio delinquētis, cuius conditionis erat tempore quo deliquit: non autem inspicitur cuius cōditionis sit tempore quo sententia datur, si ergo tempore delicti erat seruus, nunc. s. tempore sententiæ inueniatur liber, punietur vt seruus. idem econtra seruandum est. Vltimo dicit: vbicunque imposita est pœna pecuniaria delinquenti, & eam non potest soluere extra ordinem corporaliter punietur. Fran. Accursius.

Qui non habet in ære, debet luere in corpore. hoc dicit.

3 ¶ Generaliter placet, in legibus publicorum[m] iudiciorū vel priuatorum[n] criminum, qui extra ordinem cognoscunt[o] præfecti vel præsides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt[p], coërcitionem[q] extraordinariā[r] inducant[f].

g ¶ *Quotiens de delicto.* i. pœna delicti. Ac.

h ¶ *Eam.* s. pœnam.

i ¶ *Cum deliquisset.* nisi[a] sit statuliber: *vt ī. titu. j. l. statuliber.* Sed huic l. est cōtra. *ī. si ex noxa. cau. l. pe.* Sol. hæc illā corrigit. 2 Vel solue vt ibi[b]. *& fa. C. ad l. Cor. de fal. l. si quis. & ī. de test. l. ad testium. §. j. & ī. de iniu. l. iniuriarū æstimatio. & de iurisdic. om. iud. l. cum quædam. §. quotiens. & in prin. l.*

a Pœna imponenda statulibero, inspicitur tēpus sententiæ nō delicti. regulariter cōtra. b id est hic in priuatis: hic in publicis iudiciis. vide plura apud Bartolom hic.

k ¶ *Proinde.* exemplificat prædicta.

l ¶ *Redactus.* ex libero seruus: vt p ingratitudinem, vel vēditionē ad pretium participandū.

m ¶ *Publicorū.* qualia sunt. *ī. de publi. iud. l. j.*

n ¶ *Vel priuatorum.* vbi criminaliter agitur: *vt ī. de priua. delic. l. fi.* Accursius.

o ¶ *Cognoscunt.* vt fit hodie in quolibet publico crimine: *vt ī. de publi. iudi. l. ordo.*

p ¶ *Eludunt.* quia nō possunt soluere, &[c] *facit ī. de in ius voc. l. fin. & de offi. præsi. l. illicitas. §. fin. & facit C. de seru. fugi. l. quicunque. §. quod si. & ī. de iurisd. om. iudi. l. si quis id quod. §. in seruos. & C. de sepul. vio. l. fi. in fi.*

c Qui nō habet in ære, luat in corpore.

q ¶ Coercitionem. scilicet in corpore.

r ¶ *Extraordinariam.* i.[d] extra antiquam solennitatem.

d Extraordinariæ pœnæ pro non solennibus.

f ¶ *Inducant.* i. imponant.

Quicunque damnatur ad mortem naturalem, vel ad amissionem ciuitatis, vel ad seruitutem: dicitur damnatus rei capitalis. Fran. Accur.

II. IDEM *libro 48 ad Edictum.*

REi capitalis[t] dānatū sic accipere debem[9], ex qua causa dānato vel mors[u], vel etiā ciuitatis amissio[x], vel seruitus[y] cōtigit.

t REi capitalis. Quia plerūq; in hoc tit. habetur mētio pœnæ capitalis: ideo hic exponit.

u ¶ *Mors.* naturalis.

Loco pœnæ aquæ & ignis successit pœna deportationis: & cum princeps statuit aliquem deportandum, ille statim amittit ciuitatem. præses autem hoc nō potest facere: sed præfectus vrbis sic. & damnatus statim amittit ciuitatem. Item prouocatione extinguitur pronūtiatum. h. d. cū §. seq. F. A.

1 ¶ Constat, postquā deportatio in locū aquæ & ignis interdictionis successit[z], nō prius amittere quē ciuitatē, quā princeps deportatū[*] in insulam statuerit. Præsidem enim deportare non posse, nulla dubitatio est: sed præfectus vrbi ius habet deportandi[a]: statimque post sententiam præfecti amisisse ciuitatem videtur. 2 ¶ Eum accipiemus damnatū, qui nō prouocabit. † cæterum si prouocet, nondum damnatus[b] videtur. Sed & si ab eo qui ius damnandi nō habuit, rei capitalis quis damnatus sit: eadem causa[c] erit. damnatus enim ille est, vbi dānatio tenuit.

* deportandum eum.

† prouocauit

x ¶ *Amissio.* quæ est mors ciuilis: *vt ī. de contra tabu. l. j. §. fin.* sic & seruitus[e] dicitur mors ciuilis: vt subiicit: *& de regu. iur. seruitutem. & facit ī. de iure patro. l. cum. §. j. & si quis cau. l. iiij. §. rei. & de bo. possess. l. edicto. §. rei. & infra de verb. signific. l. licet. y. & supra de pub. iud. l. ij.*

e Seruitus est mors ciuilis.

y ¶ *Vel seruitus.* vt quia damnatur in metallum.

z ¶ *Successit.* vt ī. *ad l. Iul. pe. l. iij. in prin.*

a ¶ *Deportandi.* sed[f] & præfectus prætorio, & qui vice præfecti ex principis mandato cognoscit: *vt ī. de leg. iij. l. j §. hi.* Item magistratus municip. nec etiam seruum ad mortem dānare potest: *vt ī. de iurisdi. om. iudi. l. magistratibus &* adde quod no. *supra de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & de offic. præfec. vrb. l. j. §. relegandi. & ī. de inofficio testa. l. si quis filio exheredato. §. eius. & fac. infra de interdic. & releg. l. inter.*

f Deportandi ius qui habeant, vel quinō habeant.

b ¶ *Damnatus.* vt ī. *ad Turpil. l. j. in fi.* & quod ibi no.

c ¶ Causa. vt[g] non videatur damnatus: *vt arg. ī. quod cuiusque vniuer. l. j. in fi. & ī. quod quisque iur. l. j. in fi. & de iudi. l. iiij. §. condemnatum. & ī. de contra tab. l. non putauit. §. non quæuis. Item facit infra e. l. in metallum.*

g Damnatus non videtur, cuius damnatio non tenet vel qui damnatus est ab eo qui ius damnandi nō habuit.

PRægnantis.]CASVS. Si mulier prægnans commisit delictum propter quod est comburenda: differtur pœna post partum. Item non potest fœmina prægnans torqueri. Fran. Accur.

Prægnantis.

a ¶ *Prægnantis mulieris consumenda.* puta quia debuit comburi.
b ¶ *Prægnans est.ad hoc.ʒ.de sta. ho. l.imperator. & ʒ. de mor. infer.l.negat.*¶Et sic prodest[a] part' alij antequã nascatur.& ita est cõtra infra *de verbo.signifi.quod dicimus. & supra de sta. hom.leg. qui in vtero.* Solu.hic speciale.2 Vel hic non principaliter.¶ Item nũquid xl. dies post partum?ad quod ʒ. *si quis cau.l.ij.§. si non propter.* ADDITIO.Dic secundum Dy.quòd in hac. l.ponuntur duo casus. Primus quod differtur executio: & [b] in hoc nõ debet differri executio intra illos xl. dies: quia cessat ratio quæ hic ponitur propter partum. Secundus est de tortura: & tunc debet differri: quia tunc cum sit debilis, moreretur: & ideo iudex excedens modum punitetur:debet ergo differre donec sit fortis ad torturam secundũ Bar.hic.

a Partus interdum prodest matri antequam nascatur:nõ principaliter: sed secundariò: vt hic.
Diodor. li.1. ait eandem legem esse apud Aegyptios.& ab his Siloorem simi lem transtulisse Athenas.
bPrægnãs vbi peperit statim puniri potest:ita nõ torqueri, nisi intra 40.dies:id que, propter probabilẽ infirmitatẽ ex partu recenti contractã.

III. IDEM libro quartodecimo ad Sabinum.

PRægnãtis mulieris consumẽdæ [a] damnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidẽ, & ne quæstio de ea habeatur, scio obseruari quandiu prægnãs est[b].

Qui iussus est relegari, & non obtemperat, aut citius reuertitur: mittitur in exilium, & qui iussus exulare non obedit pœna capitis plectitur, & non potest exulem reuocare, nisi princeps.h.d.tota lex.

IIII. MARCIANVS libro tertiodecimo Institutionum.

REgati, siue in insulam deportati, debẽt locis interdictis abstinere. & hoc iure vtimur vt relegatus interdictis locis non excedat[c]: alioquin in tẽpus quidem relegato, perpetuũ exilium, in perpetuum relegato, insulæ relegationis[d], in insulã relegato[e], deportationis, in insulam deportato, pœna capitis[f] irrogatur*. & hæc ita, siue quis non excesserit[g] in exilium intra tempus intra quod debuit: siue etiam aliàs exilio non obtemperauerit. nam contumacia eius cumulat pœnã; & nemo potest commeatum [h] remeatúmve dare exuli, nisi imperator, ex aliqua causa[i].

Primò ponit vnum dictum. Secundo ponit aliud dictum, quod videtur primò contrarium. Tertiò soluit contrarietatem. Secunda ibi, sed nec de suspicionibus. Tertia ibi, potest quis Bartolus.

REgati.] CASVS. Relegati, id est deportati in insulam debent abstinere locis interdictis. si autem non abstineant, tunc augetur pœna: nam si erat relegatus ad tempus, tunc in perpetuum exilium relegatur. Item si erat relegatus in perpetuum: nũc deportabitur. Item si erat in insulã deportatus: pœna capitis nũc imponitur. Vltimo dicit: nemo potest cõcedere cõmeatum vel remeatum exuli, nisi prĩceps. & est cõmeatus, licentia de loco ad locũ eũdi. sed remeatus, est licentia domum reuertendi. Fran.Accur.

*Plo.adrogatur.

c ¶ *Non excedat.* præceptum iudicis.
d ¶ *Relegationis.* irrogatur, quod est infra.
e ¶ *Relegato.* in[c] perpetuum. Accursius.
f ¶ Capitis. Sed nonne deportatio [d] est pœna capitis: *vt supra de publi.iudi.l.ij.& infra eod.l.capitalium. in prin.j.respon?* Sed hic dicit ad literam, capitis amputatio.¶ Item ad hoc quòd augeatur[e] pœna si non pareatur minori, *facit infra eod.l.capitalium. §. in exulibus. & C.de pa. po.l.ij. & de episco.& cleri. l. quicunque.& inf. eod.l.aut damnum. §. inter.& in authen. de san. epis. §. si monachus. col.ix.& authen. vt li.ma.& auie. §. his quoque.col.viij. & in decre. xj.q.iij.si quis episcopus.*
g ¶ *Excesserit.* aliàs non, & tunc dic, id est accesserit. aliàs sine non: & tunc dic excesserit, id est recesserit de exilio. & secundũ hoc debuit scilicet stare.
h ¶ *Commeatum.* eundi: sed [f] remeatum, domi.
i ¶ *Ex aliqua causa.* magna & iusta causa est eius voluntas. *& fa. ʒ.tit.j.l.j.in fi.& quod ibi not.*

c HancGloss. nõ probat Bertius in præsenti parte.s. rubrica de violatoribus exilij. In perpetuum enim relegatus hic nihil aliud quàm exul & extra prouinciã relegatus. hic, si redierit in prouinciam, relegatur in insulam.
d Deportatio an sit pœna capitalis.
e Pœna augetur vbi crescit delictum.
f Commeatus & remeatus quid.

ABsentem.] CASVS. Absens de crimine non damnatur. Item ex suspicionibus aliquis nõ debet dãnari. & redditur mirabilis ratio, satius enim est &c. Itẽ aduersus absentes cõtumaces qui citati nõ obediunt iudici, potest sententia ferri sicut in priuatis iudiciis, & sic in publicis. sed hæc videntur contraria. nã primo dixit absentem non damnari: nunc dicit posse dãnari. sed certè non sunt contraria, nam in absentem potest pecuniaria pœna imponi, vel quæ infamiam contineat. Itẽ vsque ad relegationem pœna potest imponi in absentem: maior puta metalli vel capitis non potest in absentẽ ferri. [IN ACCVSATOREM.] Qui accusat, & destitit, punitur quandoque vltra pœnam Turpilliani. Itẽ magis punitur qui scienter delinquit, quàm qui casu. Franciscus Accursius.

g Absentem & quando damnari possit.

k ¶ *Absentem.* Not. absentem[g] non damnari: *vt hic, & C. de accusa.l.absentem, & de adulte. l.si quondam. & supra de requi. re. l.j.* etiã lite[a] contestata cõtra eum ante absentiam: *vt C. de requi.re. l.j.* quod secus est in ciuilibus: *vt C. de iud.properandum.§.j.* Sed contra *supra de proc. l. seruum. § publicè ibi vbicunque &c. & infra ea.l.§.j.* Sed ibi solues. Item contra *C.eadẽ. ne diu.* Solu. ibi speciale. Item contra *C.de adulter. leg. quamuis indubitati.* Solu. vt ibi. Item cõtra *ʒ. tit.j.l.fin.* Sol. vt ibi.¶ Item an libellus potest dari, vel accusatio recipi? Videtur ꝙ non: *vt C.de accusa.l.absentẽ.* quod quidã dicũt. Tu dic ꝙ sic: *vt C.de exhi.reis.l.ij.§. ex longinquo.* Sed non procedatur: *vt d.l.absente.* Item nec procurator pro eo adueniat, vt posset damnari ei' nomine: *vt ʒ. de publi. iud.l.pen.§.j.*

Notum.

a Si contesta fecit potest in causa criminali etiam lite non contestata.vbi.quod Azo nõ admisit in summa de requi.reis idque verius Socinus regulariter nõ cõtestata, ad sententiam definitiuam peruenire nõ potest.

V. VLPIANVS libro septimo de officio proconsulis.

ABsentem [k] in criminibus damnari nõ debere, diuus Traianus Iulio Frontoni rescripsit.

Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari[l], diuus Traianus Adsiduo Seuero rescripsit. Satius[m] enim esse impunitũ relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Aduersus cõtumaces[n] verò, qui neque denuntiationibus [o], neque edictis[p] præsidum obtemperassent, etiam absentes pronuntiari[q] oportet secundum morem priuatorum iudiciorum[r]. Potest quis defendere hæc non esse contraria[s]. Quid igitur est? Melius statuetur, in absentes pecuniarias quidem pœnas, vel eas quæ existimationem[t] contingunt, si sępius admoniti per contumaciã desint, statui[u] posse, & vsque[x] † ad relegationem [y] procedi: verum si quid grauius irrogandum fuisset, puta in metallo *, vel capitis pœnam, non esse absentibus irrogandum. 1 ¶ In accusatorem autem absentem nonnunquam grauius statuendum, quàm Turpilliani senatusconsulti pœna [z] irrogatur, dicendum est. 2 ¶ Refert & in maioribus[a] delictis, consulto aliquid admittitur, an casu. Et sanè in omnibus criminibus distinctio

l ¶ *Damnari.* Not. ex sola [b] præsumptione quem non grauari: *sic ʒ.de mino.l.iij. §. si quis cum minore. vers. idem tamen confitetur. & ʒ. de vent.in pos.mit.l.j.§. Sed & si incertum.& ar. C.de proba.l.sciant.* Sed contra *C. de adul.l. si qui adulterij. & in authen.vt lit.ma.& auie. §.his illud.col.vij.* Sed in illis est præsumptio legis: hic hominis.

b Præsumptione sola, an & quando quis grauetur.

m ¶ *Satius.* id est melius.

† Inclusiuè. vt infra l.1.,en ꝑ eo a fnon causa. appel.

n ¶ *Aduersus contumaces.* absẽtes, vt subiicit, sit lis constata[c] vel non: *vt dices. j. l.proxi.*
o ¶ *Denunciationib.* præconum.
p ¶ *Neque edictis.* in albo: *vt in Auth. de litig.§.omnem.col.viij.& fa.ʒ.de re iudi.l.cõtumacia. §.j.& C. quomodo & quando iudex.l.ij.*

* metallum. c Sententia lata nõ possit secus regulariter nisi lite contestata. si vero non sit extra. de iuo. apel. secus tamẽ est in causis criminalibus.

q ¶ *Pronuntiari.* id est proferri.
r ¶ *Iudiciorum.* i.[d] in priuatis pronũtiatur in absentem: & sic in his publicis.¶ Et sic not.pro nobis, vt eodem[e] modo sint faciendæ citationes: *vt no. ʒ.de pu.iud.l.inter.* licet ibi plures: *vt ʒ.de fer.l.fin.* nec fortè in confessum pronuntiatur in crimine: *vt supra tit.j.l.j. §.diuus,* & quod subiicit, potest quis, supple tamen: & soluitur cõtra. quod est in princi l. & superiori respon. Alij habent. ʒ. sed secundum &c. & legitur hic: sed potest &c.

d Absentes contumaces in priuatis & publicis iudiciis cõdemnari possunt.
e Citationes & dilationes eodem modo dantur in priuatis & publicis iudiciis.

s ¶ *Contraria.* id est quem absentem damnari, & non damnari.
t ¶ *Existimationem.* id est famam: *vt j.de var.cog.l.penul.*
u ¶ *Statui.* id est sententiari. Accur.
x ¶ *Vsque.* inclusiue[f] ponitur: *vt no. j.an per alium cau.ap.l.j.§.j.*

Vsque particula inclusiua.

y ¶ *Ad relegationem.* si tamen sit tale crimen cuius nomine accusatus est is qui est absens, quod nõ irrogaret in pręsentẽ capitalẽ pœnam, sed relegationem, vel minorem pœnã. si autẽ irrogaret capitalem, nullo modo damnabitur absens: sed annotabuntur bona & accusabitur.[f] *vt sup. de requi. re.l.j. circa prin.* & habet hoc locum etiã lite[g] non cõte. *per hũc.§.& §.superiorẽ.& per l.supra de requi.re.l.j.circa prin.* quod secus est in ciuili. vt detur sententia lit. non cõtest. *vt C.de iud l.properandum. §.j.& de tempo. app. leg.ij.§. illud.* Sed quid si lis est cõtestata? H.& Azo dicunt idẽ per omnia scilicet vt capitalis pœna non imponatur absenti: *vt arg. C.de requi.reis.l.j.* de his dic vt no. in summa per Azo. *de requi.re.l.j.* Sed alij dicunt contra. nã dicunt posse sententiari in principali: *vt ar. C.de adult.l.adulteram.* Sed ibi non dicitur quòd damnetur, sed recipitur inter reos, quod fiebat lite cõtest.¶ Item adde hic quod not. supra *de procu.l.seruum.§.publicè.* Accursius.

g Absens in criminalibus capitalibus non condemnatur. Quid, an id verum sine stabsens lite contesta ta, siue ante litem contestatam? Dic vt hac Gloss.

z ¶ *Pœna.* quæ autem hæc sit, dic *vt supra de pœna.l.iij.§.fi. item fa.C.qui accu.non poss.l.iij. §.fi.*
a ¶ *Et in maioribus.* non solum in minoribus. *& fa.ad hoc.j.ea.l.*

respicie ad l. in. §. fin. & *C. de fisc. l. 4. & l. eum. & ff. de fis. l. 1. §. diuus Hadrianus. & de incend. l. qui ædes. & de cust. re. l. milites. & ff. de termi. mo. l. 4. §. fin.*

a ¶ *Hac.* scilicet dolo vel casu.

SI quo.] CASVS. Quidam dãnatus ad mortem, dicit se principi velle nũtiare quoddam secretũ quod spectat ad salutẽ pricipis: puta manifestare quosdam qui sumpserũt cõsiliũ prodẽdi pricipẽ: nũquid ob hoc remittitur ad pricipẽ, & sic differẽ pœna? & certè plures iudices sũt qui differũt pœnã imponere, & remittũt eum ad principẽ, quidã alij sũt iudices qui nõ differũt pœnã imponere. Item sunt alij iudices, qui quandoq; mittũt eũ ad principẽ, quãdoq; nõ. sed mihi videtur q nõ remittatur ad principẽ ob hoc, cùm causa differendæ pœnę hoc videatur dicere dãnatus. Itẽ ob hoc quod nunc dicit, magis deberet dãnari, cum tãtum distulerit manifestare consilium proditionis cõtra principem factum. [SI QVOS.] Proconsul potest punire comites suos, itẽ legati sui cõmites, si inueniat eos delinquere. Itẽ & seruos suos punire potest, si viderit eos relinquere. & de hoc extant multa exẽpla, & redditur ratio in fine. [NVNC GENERA.] Nũc enumerat genera pœnarũ quas præsides imponere posũt. quãdoq; enim imponitur pœna mortis, quandoq; seruitus imponit. sunt & aliæ pœnę quę subiiciũtur in litera: & dat exẽpla de omnibus, vt ex litera. j. posita patebit, quæ satis est plana cũ. l. moris, vsq; ad §. sed enim sciẽdũ. Fr. Ac.

b ¶ *Sustineant.* i. differant.

c ¶ *Allegantes.* & isti bene.

d ¶ *Habeat.* & de sententia postea dicere.

e ¶ *Post quæ.* in lib. R. est per quæ.

f ¶ *Mediam rationem.* aliàs metam. & *fa. ad l. j. de re mili non amare §. fi. & ff. de spon. l. furor. & C. eo. l. si vindicari. & l. ne diu.*

g ¶ *Si quos comitum.* i. eorũ qui eos comitantur: vt seruitores. idem in iudice.

h ¶ *Sui.* scilicet comites.

i ¶ *Suorum.* scilicet seruitores. *C. e. l. ne diu. & quorum ap. l. nulli.*

k ¶ *Agentium.* scilicet tantum.

l ¶ *Minus.* sic. *C. de sar. si quis seruo. in p. & j. eo. l. aut facta. §. fi. & C. ad legem Iul. repe. l. 3.*

m ¶ *Exilium.* hoc est triplex: *vt j. de interdi. & releg. l. exilium.*

n ¶ *Veluti.*] *Flagellorum.* grauior pœna quam fustium.

o ¶ *Vinculorum.* quia vinculari verberantur fustibus.

p ¶ *Aut damnum.* pecuniarium. Et dic vt si furti vel iniuriarũ damnetur ciuiliter, quod ciuiliter hic agatur: sed dic pe cuniariter fisco. Accursius.

q ¶ *Prohibitionem.* semper repete, contineant,

r ¶ *Gladio.* animo subtili facit differentiã inter gladium & telũ.

s ¶ *Telo.* id est sagitta.

t ¶ *Laqueo.* nisi quis damnatus esset ad furcam: *vt j. eo. l. capitalium. §. famosos.*

---

hæc[a] pœnã aut iustã eligere debet, aut tẽperamẽtũ admittere.

Qui damnatus est ad mortem, non debet vltra audiri, quidquid dicere velit, licet etiam de salute principis se dicturum dicat.

VI. IDEM *libro 9. de officio proconsulis.*

SI quis fortè ne supplicio adficiatur, dicat se habere quod principi referat salutis ipsius causa: an remittendus sit ad eum videndum est: Et sunt plerique præsidum tam timidi, vt etiam post sententiam de eo dictam pœnã sustineant[b], nec quidquam audeant. alij omnino non patiuntur quidquam tale allegantes[c]. nonnulli neque semper, neque nonnunquam remittunt: sed inquirũt quid sit quod allegare principi velit, quidq. quod pro salute ipsius habeat[d] dicere: post quæ[e] aut sustinent pœnam, aut non sustinẽt: quod videtur habere mediam rationem[f]. Ceterũ, vt mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, postea quàm † semel damnati sunt, audiri, quidquid allegent. Quis enim dubitat, eludendę pœnę causa ad hæc eos decurrere? magisq. esse puniẽdos, qui tandiu cõticuerunt quod pro salute principis habere se dicere iactant? nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere.

1 ¶ Si quos comitum[g] vel legati sui[h] reos proconsul inuenerit: vtrum punire eos debeat, an successori seruare, quæri potest. sed multa extant exempla quæ non tantùm officialium suorum[i] nec sub se agentiũ[k], verum suos quoque seruos pœnæ adfecerunt. quod quidem faciendum est, vt exemplo deterriti minus[l] delinquant.

2 ¶ Nunc genera pœnarum † nobis enumeranda sunt, quibus præsides adficere quenque possint. Et sunt pœnæ quæ aut vitam adimant, aut seruitutem iniungant, aut ciuitatem auferunt, aut exilium[m] aut coercitionem corporis contineant,

VII. CALLISTRATVS *libro sexto de Cognitionibus.*

VEluti fustium admonitio, flagellorum[n] castigatio, vinculorum[o] verberatio:

VIII. VLPIANVS *li. 9. de officio proconsulis.*

AVt damnum[p] cũ infamia, aut dignitatis aliquam depositionẽ: aut alicuius actus prohibitionem[q].

1 ¶ Vita adimitur, vt puta si damnatur aliquis, vt gladio[r] in eum animaduertatur. sed animaduerti gladio oportet, non securi vel telo[s], vel fusti, vel laqueo[t], vel quo alio modo[u]. Proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius præsides habent[x]: multo magis[y] vel veneno necandi. diui tamen fratres rescripserunt permittentes[z] liberam mortis facultatem.

2 ¶ Hostes † autem, item transfugæ ea pœna[a] adficiuntur, vt viui exurantur[b]:

3 ¶ Nec ea quidẽ pœna damnari quem oportet, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, nec tormentis: quamuis plerique dum torquentur, deficere solent.

4 ¶ Est pœna quę adimat libertatem, huiusmodi, vt puta si quis in metallum, vel in opus metalli[c] damnetur. Metalla autem multa numero sunt: & quædam quidem prouinciæ habẽt, quædam non habent. sed quæ nõ habẽt, in eas prouincias mittunt, quæ metalla habent.

5 ¶ Præfecto planè vrbi specialiter cõpetere ius in metallũ[d] damnandi, ex epistula diui Seueri ad Fabium Cilonem exprimitur.

6 ¶ Inter eos autẽ qui in metallũ & eos qui in opus metalli dãnãtur, differentia in vinculis tãtùm est: quòd qui in metallũ damnantur grauioribus[e] vinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus: quódq. refugæ ex opere metalli, in metallũ dantur: ex metallo[f], grauius[g] coercẽtur.

7 ¶ Quisquis autẽ in opus[h] publicum[i] damnatus refugit, duplicato tempore damnare[k] solet[l]: sed duplicare[m] cum id temporis

---

u ¶ *Alio modo.* vt igne: quãdoque: *vt j. l. proxi.*

x ¶ *Præsides habent.* vt dicant damnato, elige qua morte vis mori, sed princeps habet: vt subiicit.

y ¶ *Multo magis.* id est minus.

z ¶ *Permittẽtes.* personaliter & specialiter alicui vel aliquibus damnatis eligere mortẽ.

a ¶ *Ea pœna.* alij quoque multi: *vt C. de Iudæ. l. ij. & C. de mulieribus. quæ seruis propriis. l. j. & C. de fal. mo. §. quis. j.*

b ¶ *Exurantur.* vt j. e. *l. si quis aliquid. §. j.* Vel si velim seruare, erit serui nostri: *vt ff. de acquir. rerum dominio. l. transfugam.* hoc nisi sit seruus transfuga: *vt j. de cap. l. postliminium. §. transfugæ.*

c ¶ *In opus metalli.* differentia inter hęc dic: *vt j. proxi. §. & facit. ff. de contra tabul. l. j. in fi. Insti. quibus mo. ius pa. po. sol. §. pœnæ. & j. de iur. fisc. in metallu.* Sed hodie nemõ liber fit seruus ex supplicio: *vt in Auth. de nupt. §. quod autem. col. iiij.* Item arg. contra. *ff. de verb. oblig. l. ex ea. §. insulam.*

d ¶ *In metallum.* Cur ergo nõ relegat præses in insulam: *vt j. de interdict. & releg. l. relegatorũ. §. sicut?* Respon. vt *de offic. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & facit. ff. de offi. præfe. vr. l. j. §. relegandi. & ff. eod. l. ij. §. j.* Accursius.

e ¶ *Grauioribus.* stabat ergo vterq; in vinculis. Item seruiebat, quia portabat de loco ad locum metalla pu. *vt inf. eo. l. in metallum. & l. in seruorum. §. qui ex causa. & j. §. in calcariã.* quoque malè ergo dicit Azo, quod opus metalli erat serui ne damnatis in metallum: sed illa erat quędã specialis pœna: *vt j. §. in ministerium.*

f ¶ *Ex metallo.* scilicet refugæ. *& facit ad hoc inferius respon. supra eod. l. relegati.* Accur.

g ¶ *Grauius.* puta capite: *vt inf. eo. l. capitalium. §. in exulibus. & facit j. de extraordi. cog. l. pen. §. fin.*

h ¶ *In opus.* hoc differt à superioribus: *vt inf. eo. l. quidam & l. capitalium. in princ.*

i ¶ *Publicum.* quod faciebat cum erat in carcere.

k ¶ *Damnare.* ad tempus.

l ¶ *Solet.* ad hoc supra proximo.

m ¶ *Duplicare.* cum iudicem. Vel verius damnatum, qui duplicat patiendo.

---

† Pœna non differtur propter accusatio nẽ ante sententiam inchoatam, nõ autẽ propter id quod allegatur post sententiam. *l. a qua. de publi. iu. Sed & differtur pœna ad postulationẽ eius domini, vt à Iul. ratio.* ...

† Vide varia pœnarum genera apud Clarum & hodi. lib. & anti. qua. 10. c. j. & Alexan. ab Alex. lib. j. Gen. die. ca. 5.

a Mera ratio.

b Exilium triplex.

c Flagellorũ pœna grauior quàm fustiũ.

a Electionem pœnæ reo iudex dare non potest. *vide Clarum. §. fin. q. 99.*

† Sunt qui putent hic legendum. Ad hostes autem transfugæ &c.

b Seruus nemo hodie fit pœna, supplicio, siue damnatione.

c Præses in relegare potest.

d Opus metalli quid.

) *Adprehensu.*

a ¶ *Adprehensus.* scilicet modo.
b ¶ *In carcere.* scilicet pati.
c ¶ *Fuit.* i. dicere, non totum quod fuit in carcere etiam ante sententiam, sed residuum duplicatur [a]. sed si pergerit, statim rela xatur postea: vt C. eo. l. antepen. & pe.
d ¶ *Transferatur.* in opus metalli.
e ¶ *Perpetuetur.* à pœna operis publici.
f ¶ *Artandam.* sed perpetuandum, vel in metallum dandam: vt §. l. proxi.
g ¶ *In ministerium.* vt seruiant existentibus in metallo.
h ¶ *Feminæ.* nisi nobiles: vt. C. eod. l. si magistrem.
i ¶ *Retinent.* si habes amittunt ciuitatem: subaudi tantum, & est bona. si habes retinêt: vt est Py. dic scilicet libertatem: at ciuitatem perdunt: vt infra eodem. l. capitalium. §. dum.
k ¶ *Vinculis.* perpetuis, subaudi, si non est in textu.
l ¶ *Ad continendos.* donec [b] de delicto cognoscatur. & facit. C. de exact. tri. l. ij. & infra de verbor. sign. l. verum est.
m ¶ *In calcariam.* i. [c] in opus calcandi terram ad faciendum murum: Vel dic de calcaria.
n ¶ *Iuniores.* qui bene possunt currere per montes. nam senes non ita currût vt iuniores: alias viliores: & alias iuuenes.
o ¶ *Pyrrhicharij.* genus est venationis [d].
p ¶ *Aut.* subaudi astuti aliam voluntate vel voluptatem. sunt enim multa officia quæ geruntur & in quibus mouentur venatores. nã aliàs cum canibus, aliàs cũ auibus, vel in aliis ministeriis sunt.
q ¶ *Dubitatio est.* vt [e] in metalli. Ergo seruus fit plus [e] seruus: sed imò alterius duriori seruitio astrictus. sic [f] excommunicatus potest plus excommunicari: sed infamis [g] nõ infamari: vt C. vt intra cer. temp. l. ij. Item hoc in seruo non corrigitur per Auth. de nupt. §. quod autem. col. iiij.
r ¶ *Pœna.* non per alium: vt §. tit. j. l. j. §. fin.
f ¶ *Reddendum.* vt C. de sen. pas. l. frustra. & §. de fid. ic. lib. generaliter. §. si seruus. & ar. §. de adi. leg. l. si seruum. §. fi. & §. de rei. vind. l. in re. §. j. ver. item quæcunque. Sed argu. contra [h]. j. de sen. p. sit. fin. licet ibi restituitur, in integrum. Item arg. in Authen. de sanc. episco. §. contra si seruus silente. coll. ix. & facit. C. eo. l. seruo.
t ¶ *In perpetua.* quæ pœna vix in seruo recipitur: non autem in libro: vt C. eo l. incredibile. & l. seruos.

M Oris.] CASVS. In hac litera est satis plana, vti diximus in casu præceden. vsq; ad §. sed enim sciẽdum. vbi sic accipe: prædictæ pœnæ sunt illæ quæ imponi solent delinquentibus sed quædã prædictarũ pœnarum nõ cadunt in omnem personã. nam decuriones non possunt in metallũ dãnari: nec in opus metalli: nec furce subijci: nec viui exuri. & si de facto fuerit talis sentẽtia lata in eos, annihilatur principis auctoritate. idem priuilegium datur parentibus decurionũ susceptis patre existente decurione, vel prius, siue pater durer decurio, siue desinat esse decurio. filiis autem natis post finitũ decurionatũ patris, non prodest hoc priuilegium. [SVMMARIVM] Si statuliber delinquit: punitur vt liber. Itẽ si seruus delinquat, exemplo humilis punitur: & subaudi ad minus. plus autem punitur quàm humilis: vt in exẽplis subiicit. Item seruus damnatus vt domino suo reddat sub pœna vinculorum, & dominus non vult eum recipere: seruus vendendus est. & si non inueniatur emptor, tradetur in opus publicum. Itẽ damnatus in metallũ, si delinquat antequam ad pœnam vadat, puniẽdus est perinde ac si iam ad pœnã fuisset: sic grauissimè punit. Vltimo dicit: cum iudex imposuit maiorẽ pœnam loco minoris: remissa est infamia dãnato quasi compẽsata cum maiori pœna. & dic circa hoc vt ĩ Glo. domini mei. Acc. ibi posita, quæ incipit, si pro pecuniaria, &c. & hoc dicit hic §. cum l. sequ. Fran. Accur.

a Cõsenia (sic enim appellãt interpretes custodias vel carcerum aut exilii locum adhibitum) suspens capa & iterum in carcerem coniici debet: vt duplicetur ei tẽpus quod ei supererat mora in custodia trahẽda, at non id tempus, quod in custodia exegit.

b Carcer non ad puniendos homines habetur, vt hic. Contrarium seruatur iure canonico.
c Calcaria quid.

d Imò verò pyrrhicharij dicebantur, qui saltabant armati Bud. in annota. posteri. hic.
† In ludũ venatorium dãnare reos, est eos in exercitation, m con ficiendi feras in theatro dãnatos addicere vt hac per Bud.
e enim tãtùm distant.
e Seruitus recipit plus & minus.
f Excommunicatio recipit plus & minus. adde Gl in l. a. C. vt intra certum tempus sic bãnitus per statum bannit. Specul. §. sequitur. vers. quid si bannitus.
g Infamia nõ recipit plus & minus.
h Dic ibi fauore religionis hic ex delicto.

oportet: quod ei cum superesset fugit, sc. ne illud duplicetur quo adprehensus [a] ĩ carcere [b] fuit [c], etsi in decem annos damnatus sit: aut perpetuari ei debet pœna, aut ĩ opus metalli trãsmitti. Planè si decẽnio damnatus fuit, & initio statim fugit: vidẽdum est vtrum duplicari ei tempora debeant, an verò perpetuari: vel transferri ĩ opus metalli. Et magis est vt transferatur [d], aut perpetuetur [e]. Generaliter. n. dicitur, quotiens decennium excessura est duplicatio, nõ esse tempore pœnam artandam [f]. 8 ¶ In ministerium [g] metallicorũ feminæ [h] in perpetuum vel ad tẽpus damnari solẽt: simili modo & ĩ salinas. Et si quidẽ in perpetuum fuerint damnatæ, quasi seruæ pœnæ cõstituũtur. si verò ad tempus damnantur, retinẽt [i] ciuitatem. 9 ¶ Solent præsides in carcere continendos damnare, aut vt ĩ vinculis [k] cõtineãtur: sed id eos facere non oportet: nam huiusmodi pœnæ iterdictæ sũt. Carcer. n. ad cõtinendos [l] homines, nõ ad puniẽdos haberi debet. 10 ¶ In calcariam [m] quoque vel sulphurariam damnari solẽt: sed hæ pœnæ metalli magis sũt.

11 ¶ Quicunq. ĩ ludum † venatorium fuerit dãnati, videndum est an serui pœnæ efficiantur. solent. n. iuniores [n] hac pœna adfici. Vtrum ergo serui pœnæ isti efficiantur, an retineant libertatem, videndum est. Et magis est vt hi quoq. serui efficiãtor. hoc. n. distat [*] à cæteris, quod istituũtur venatores, aut pyrrhicharij [o] aut in aliam quam voluptatem, gesticulãdi, vel aliter se mouẽdi gratia. 12 ¶ Seruos ĩ metallũ, vel ĩ opus metalli, item ĩ ludum venatorium dari solere, nulla dubitatio est [q]. & si fuerit dati, serui pœnæ efficiuntur: nec ad eũ pertinebunt, cuius fuerint antequã damnarẽtur. Deniq. cum quidã seruus in metallum dãnatus, beneficio prĩcipis esset iam pœna [r] liberatus: imperator Antoninus rectissimè rescripsit, qua † semel domini esse desierat seruus pœnæ factus, nõ esse eum ĩ potestatem domini postea reddẽdum [s].

13 ¶ Sed siue ĩ perpetua [t] vincula fuerit damnatus seruus, siue ĩ temporalia: eius remanet, cuius fuit antequam damnaretur.

IX. IDEM *lib. 10 de officio proconsulis.*

Moris est, aduocationibus quoque præsides interdicere: & nõnunquã ĩ perpetuum [u] iterdicunt, nõnunquam ad tempus, vel annis [x] metiuntur [y], vel etiam tẽpore quo prouinciam regunt. 1 ¶ Necnõ ita quoq. interdici põt alicui, ne certis personis adsit. 2 ¶ Potest & ita iterdici cui [z], ne apud tribunal præsidis postulet: & tamen apud legatum vel procuratorẽ [a] nõ prohibetur agere. 3 ¶ Si tamen apud legatum prohibitus fuerit postulare, credo per cõsequẽtias [b], ne quidem apud præsidem relictam illi postulandi facultatem.

4 ¶ Nõnunquã [c] nõ aduocationib cui interdicitur, sed foro. Plus est autem foro quàm aduocationib. interdicere, si quidem hui. [d] oĩno forensib. negotiis accõmodare se non permittatur [e]. Solet autem ita vel iuris studiosis interdici, vel aduocatis, vel tabellionibus siue pragmaticis [f].

5 ¶ Solet & ita iterdici, ne instrumenta oĩno forment: néve libellos concipiant: vel testationes cõsignent [g]. 6 ¶ Solent & sic, ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio [h] fortè, vel grammatophylacio [i]. 7 ¶ Solent & sic, vt testamenta ne ordinent, vel scribant, vel signent. 8 ¶ Erit & illa

u ¶ *In perpetuum.* vt [a] &. C. de postul. l. j & §. de offic. præfect. vrb. l. j. §. fi. Sed contra. j. l. fin. Solu. vt ibi. & dixi de hoc in d. l. C. & §. de postul. l. puto. §. j. & facit ad hoc sup. de ini. rt. l. fin.
x ¶ *Annis.* aliàs ad annũ: aliàs annis: & tunc intellige: duobus: vt §. de man. vin. test. manumisso. l. libertas. §. fi. & de testi. l. vbi numerus.
y ¶ *Metiuntur.* i. statuunt præsides. Azo.
z ¶ *Cui.* i. alicui.
a ¶ *Vel procuratorẽ.* fisci, vel Cæsaris. Accur.
b ¶ *Per consequentias.* nã [b] cui [c] maius interdicitur, multo magis minus. ad quod facit. §. de ser. expor. l. cui pacto. [d] & j. de interdi. & relegat. l. relegatorum. §. constit. tum. & §. fi. & §. de sena. l. iiij. & in decre. v. q. vij. c. episcoporum. & C. de agen. in rebus. l. ex eo lib. xij. & in Authen. de defen. ciui. in prin. col. iiij. Accursius.

c ¶ *Nõnunquam.* sed multotiens.
d ¶ *Huic.* cui est interdictum foro.
e ¶ *Nõ permittatur.* neq; procuratorio noie vel sua sponte vel alio modo.
f ¶ *Pragmaticis.* scilicet [f], qui consueuerunt scribere pragmaticas sanctio. vt C. de appel. l. præcipimus. Imò verò sunt iuris interpretes. Bud. hic.
g *Consignent.* i. scribant dicta testium.
h ¶ *Archio.* aliàs dicitur archiuum [f], vbi sacra vasa reponuntur: vt in Auth. qualiter mona. res. leg. §. illud in fine. §. col. vi. Sed hic pro loco vbi scripturæ publicæ reponuntur: vt in Auth. de his qui ingredi. ad appel. §. illud. col. x.
i ¶ *Grammatophylacio.* à phylatton, quod est custodire: & gramma, quod est litera. Idem etiam gazophylacium à gaza, quod est diuitiæ, quasi dicat custodia diuitiarum, vel repositorium. Acc.

† quid.

a Aduocatione etiã in perpetuũ potest quis interdici.

b Argumentum à maiore ad minus.
c Maiori interdicto, & id, quod minus interdictũ intelligitur, vt sic atque id falsum est. l. relegatorum §. sunt. inf. a. de interdictis & relegatis.
d Imò illi lege probatur maius interdici, cui minus interdictum sit.
e Pragmatici erant homines forenses, qui causarum actores interdũ iuris ignaros non orbanis, iuris responsa formulásque actionum ministrantes quos ad verbum negotiales vocat Quintil. Bud. hic vnde &c. in tit. de constitut. etiã Gal. in pragmaticum sanctionem, super verb. pragmaticam ex quo dicitur pragmaticæ sanctiones.
f Archiuum quid.
g Grammatophylacium quid.

a ¶*Præcipitur.* græc. id est publicis abstinere. & hodie dicuntur Bon. publicati de officiis.
b ¶*Tractare.* id est intelligere.
c ¶*Tractauerit.* puta in eo q. scit id facere in quod dãnatur. aliàs si nescit, sunt inciuiles, *vt sup. & facit. sup. de pub. l. cotem. §. fin.* Acc.
d ¶*Cuius* id est alicuius. Accur.
e ¶*Istæ.* de quibus dixit *s. si quis fortè §. fin. huc usque.*
f ¶*Non possunt*, ad *hoc facit. j. quando ap. sit l. j. §. simili. & s. ad l. Corn. de sica. l. pen. & C. eo. l. decurionu. & l. decurionē. C. de quæstio. l. antepe. & ff. j. de priuile. vetera. l. ij.* Accur.
g ¶*Erunt.* Qua poena sint damnandi? Rñ. deportatione vel relegatione propter capitalia crimina: *vt j. de interdi. l. inter pœnas.* §. fi.
h ¶*Aut permutetur.* aliàs permutetur. aliàs permiscetur, id est imponetur si placuerit principi. Accur.
i ¶*Liberetur.* tenuit ergo sententia: aliàs ipse idē iudex cognosceret *vt C. de accus. l. iiij.* Sed hic ad principem itur. Sed arg. cōtra. *s. de Iniusto. testa. l. si quis filio exhere. §. quòd si quis fuerit.* aliàs expone vt ibi. *& facit. C. eo. l. pœnam & sup. tit. j. l. j. §. fin.*
k ¶*Omnes liberos.* vsque ad pronepotes, nisi præcedētē personã aliqua macula pudoris aspergat: *vt C. de quæstio. l. diuo.* & dic vt ibi. Sed arg. cōtra. *j. de verb. sign. l. liberorum. & facit. C. e. l. si matrē.* A D D I T. Dic secundū Bar. quòd in l. cōtraria agitur de iure communi: hic agit de priuilegio.
l ¶*Debere.* vt *& j. de decur. l. ij. §. in filiis.*
m ¶*Decurione.* existente.
n ¶*Plebeio.* & fa. *sup. de sena. l. emancipatum.*
o ¶*Puniendum.* si deliquit in statu libertatis: *vt & s. ti. j. l. statuliber.* sed si prius, tunc vt seruus: *vt s. de statuli be. l. statuliber à cæteris & sup. l. j. quæ est contra & facit sup. si ex noxa. cau. l. fin.* Accur.
p I N *seruorum.*] *Humiliorum.* humilem &c. *vt C. de ince. nupt. l. humilem.* & subaudi hic, ad minus: quia statim ponit quòd plus seruus quàm alius humilis. Accur.
q ¶*Flagellis.* Flagella plus dolent: quasi parata ad plus dolendum. Accursius.
r ¶*Flagellis.* maior poena est stare in vinculis, quàm laborare in agro seu opere publico. *& facit. C. eo. l. seruos.* Accur.
s ¶*In opus publicū.* datur ergo seruus in opus publicū. Sed cōtra. *j. eo. l. seruus.* Sol. hic nō inuenitur emptor q emat sub poena vinculorum: Vel fortè sine poena: & sic in subsidiū hic datur in opus publicum. *& facit. s. de incend. l. Pedius. §. j. & de accusa. l. leuia.*
t ¶*In metallum.* non tamen in locum illum peruenerunt adhuc.
u ¶*Tanquam.* i. quasi venissent iā ad metallū, durius puniuntur
x ¶*Constitui.* vt grauius puniantur: *vt s. eo. l. aut damnum. §. inter.*
y ¶*Permutant.* vt *j. e. quod ad statum. & l. qui vltimo. & sup. e. l. ij. §. j.* Sed contra. *sup. de iniust. test. l. si quis filio exheredato. §. eius.* Sol. ibi non à competenti iudice, puta præside fuit deportatus: hic à competenti, puta præfecto, vel similibus: *vt dixi. sup. eo. tit. l. ij. §. j.*
z ¶*Infamis.* si pro pecuniaria imponitur corporalis, remittitur infamia: *vt sup. de infa. l. quid ergo. §. pœnā grauior.* Si pro corporali minori imponitur maior: tunc idem. & his duobus casibus potest hic loqui. si vero minor corporalis pro maiori: aut causa cognita, & tunc idem: *vt C. ex qui. cau. infa. irro. l. et si seuerior. & infra ad munic. l. ordine.* sed si sine causæ cognitione, tunc non idem: *vt d. l. quid ergo. §. quantum.* Interim tamen dum durat poena aucta vel minuta cum causæ cognitione, durat infamia: *vt dicta l. et si seuerior. quæ est contra: & fa. infra de re milit. l. qui cum vno. §. ad tempus. & adde quod not. in. d. §. pœna. grauior. & facit hoc sup. de fur. interdum. §. j. & C. de sac. sanct. eccle. l. sancimus. in fin. & infra de regulis iuris. l. si in duabus.*
a ¶*Multatus.* qui in nullo debuit multari: quod non nisi ex causa facere deberet: *vt j. eo. l. aut facta. §. fina. & C. ad leg. Iul. de vi. l. seruos. in fin.* & sic accipe. *j. eo. l. hodie.*

---

a Decuriones in metallum damnari non possunt, vt nec in opus metalli, furcæ subiici, viui exuri.
b Decuriones propter capitalia crimina deportantur vel relegantur.
c Iudex cognoscere potest in eo de quo iā sententiam tulit, si modo sententia non tenuit.
d Liberorum appellatione omnes intelliguntur vsq. ad pronepotes.
e Vinculorum poena grauior est, quàm in agris vel opere publico operari.

poena, ne quis negotiis publicis interueniat. hic. n. priuatis quidē interesse poterit, publicis prohibebitur: vt solēt quibus sententia præcipitur[a], ἀγορᾶς ἀπέχεσθαι.

9 ¶ Sunt autem & aliæ poenæ, si negotiatione quis abstinere iubeatur: vel ad conductionem eorum quæ publicè locantur, accedere: vt ad vectigalia publica.

10 ¶ Interdici autem negotiatione plerunq. vel negotiationib. solet. Sed damnare vt quis negotietur, an possit, videamus. Et sunt quidē hæ poenæ, si quis generaliter tractare[b] velit, īciuiles, inuitum hominem iubere facere quod facere nō potest. sed si quis specialiter tractauerit[c], potest esse iusta causa compellendi cuius[d] ad negotiationem. quod si fuerit: sequēda erit sententia. 11 ¶ Istæ[e] ferè sunt poenæ quæ iniungi solent.

Superius à §. nūc genera pœnarū. qui est s. l. si quis fortè. vsq. huc tractauit quæ sūt genera pœnarū: nūc īcipit tractare quæ pœna diuersis personis secūdum suū statū sint infligēda. h. d.

Sed. n. sciendum est, discrimina esse poenarum: neq. omnes eadem poena adfici posse. nam in primis decuriones in metallum damnari non possunt[f], nec in opus metalli: nec furcæ subiici: vel viui exuri. & si fortè huiusmodi sentētia fuerint affecti, liberādi erunt[g]. sed hoc nō potest efficere qui sententiam dixit: verum referre ad principē debet: vt ex auctoritate eius poena aut permutetur[h], aut liberetur[i]. 12 ¶ Parētes quoq. & liberi decurionū ī eadē causa sunt. 13 ¶ Liberos nō tantū filios accipere debemus, verū omnes liberos[k]. 14 ¶ Sed vtrū hi soli qui post decurionatū suscepti sūt, his poenis nō adficiātur verò omnes omnino liberi etiā in plebeia familia suscepti, videndum est. Et magis puto omnibus prodesse debere[l].

15 ¶ Planè si parēs decurio esse desierit: si quidē iā decurione[m] fuerit editus, proderit ei ne adficiatur, enimuero si postea quàm plebeius factus est, tūc susceipiat filium: quasi plebeio[n] editus ita erit plectendus. 16 ¶ Statuliberum quasi liberum eum iam puniendum[o] diuus Pius Saluio Marciano rescripsit.

X. M A C E R *lib. 2. de publicis iudiciis.*

IN seruorum persona ita obseruatur, vt exemplo humiliorum[p] puniantur. & ex quib. causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis[q] cædi, & domino reddi iubetur: & ex quib. liber fustib. cæsus, in opus publicum dãnatur, ex his seruus sub poena vinculorum ad eius temporis spatium flagellis[r] cæsus domino reddi iubetur. Si sub poena vinculorum domino reddi iussus non recipiatur, venundari: & si emptorem non inuenerit, in opus publicum[s] & quidem perpetuum tradi iubetur. 1 ¶ Qui ex causa in metallū[t] dati sūt, & post hoc deliquerūt, in eos tanquā[u] metallicos constitui[x] debet: quāuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari habent. nam statim vt de his sententia dicta est, conditionem suā permutant[y]. 2 ¶ In personis tā plebeiorū, quā decurionum illud constitutum est, vt qui maiori poena adficitur quā legib. statuta est, īfamis[z] nō fiat. ergo & si opere tēporario quis multatus[a] sit, vel tantùm fustib. cæsus, licet in actione famosa, veluti furti, dicēdum erit infamem nō esse: quia & † solus fustium ictus grauior est, quàm pecuniaris[*] damnatio.

Hæc lex est philosophica, & dat doctrinam iudicibus, quomodo in causis criminalibus procedere debent. & vide elegantem tex.

XI. M A R C I A N V S *lib. 2. de publicis iudi.*

PErspiciendum † est[*] iudicāti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quàm causa deposcit, nec enim aut seueritatis aut clementiæ[b] gloria affectanda est: sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat[c], statuendum est. Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus poenis seueritatem[d] legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.

R *Espiciendum.*] C A S V S. Docet hæc l. qualiter iudex se debeat habere in cognoscendo & iudicando circa crimina. Secundo dicit quòd furta domestica si de vilibus rebus sunt, non sunt vindicanda siue punieda per iudicem: sed ipse pater vel dominus intra domū castigabit: & dat exempla de furto domestico. Tertio dicit: qui delinquit: aut delinquit casu, aut proposito, aut impetu. & de omnibus dat exempla. Vltimo dat exēpla de poena capitis. Frāc.
b ¶*Clementiæ.* i. pietatis.
c ¶*Res expostulat.* vt *s. de incend. l. Pedius. §. j.*
d ¶*Seueritatē.* etiā in extraor. cri. habito respectu ad id quod fieri solet: *vt & s. de dam. infe. l. si finita. in prin. & C. de epis. aud. l. iij. & sup. de pig. act. l. vel vniuersorum & ad senatuscon. Sila. sed Iul. §. quod dicitur & infra e. l. hodie.* Item facit. *supra de act. & obl. l. Arrianus.*

Leuiora sunt.

a Statum an & quemadmodum quis mutet per sententiam.
b Deportandi ius qui habet.
Sed ante D. Pium vt serui puniebantur. l. 29 sup. de statu. liber.
† Poena corporalis grauior est quàm pecuniaria.
† Respiciendum.
* Hæc spectat qua de imagine iustitiæ ex Chrysippo refert Gell. li. 14. noct. Attic. c. 4. In eandem sententiam preclarè Cic. 2. ad Brutum epist. & 1. Offic. & Fab. li. j.
c Solita & consueta inspicere debemus, etiam in poenis infirendis.

a *Leuiora sunt*.aliàs leuiora:aliàs viliora. Accur.

b ¶ *Publicè*. id est [a] per iudicem,sed domi: *vt hic*,& C. *an ser.ex suo.l. fi.* & *3.de fur.l. serui & filij*.& C.*de pa.po.l. congruentius*. sed si grauia [b] sint,potest agi ciuiliter & criminaliter: *vt sup.de iniur.l. prætor.§.præterea.* & *de adqui.re.do. l.homo liber. in princi.* & C.*de fug.apud.in fin*.nisi contra seruum, contra quem ciuiliter [a] agi non potest.*vt* C.*de adquis.pos.l.fin*.

c ¶ *Vel mercenarius*. ¶ Not. personas familiares [d], vt à testimonio [e] repellantur,*vt* C. *de his qui ad eccle. confu.l.fi.§.sane. vt ibi dixi*. Item facit *sup. de relig. l.familiaria.* & *supra de testi.l.pe*.

d ¶ *Offeratur*.i.fiat de eo querimonia vel quæstio.

e ¶ *Apud*.subaudi his apud, &c.

f ¶ *Delinquitur*. s. ab hominibus.

g ¶ *Aut casu*. Aut [f] quis delinquit sine animo, vt casu [g]: & non punitur: *vt hic*,& *3. de pæna. l. pe*. Aliquando culpa leui, vel leuissima: & tunc punitur propter culpam, vel propter malum exemplū,sed leuius: *vt hic*, & *3.l.absentē. in fin.* & *l. si quis aliquid. §. qui abortionis.* & *supra de fica.l.ij.§. adiectio.versic. sed ex senatuscon.* & *l. iij. §. cum quidam.* & *l. in lege*. Sed & si prætendat ignorantiā iuris ciuilis,excusatur in incestu: *vt 3.ad leg. Iul.de adul.l.si postulauerit*.Item in senatuscon. Liboniano: *vt* C.*de his qui sibi in testa. ascri. l. senatuscon.* aut naturali,vel quasi [h]:& non parcitur: *vt* C. *de in ius vo.l. venia*. Aut dolo: & tunc secundum legem punitur: *vt hic*. Sed ibi distingue procedat ad actum, vel non:*vt not.j.eo.tit l.cogitationis*.

h ¶ *Factionem*.i.societatem cum aliis.in malam.s.partem ponitur.

i ¶ *Cum per*. aliàs cum:aliàs cum,& infra venit.sed certè tunc subintelligitur qui.

k ¶ *Casu*.i.[i] non dolo vel culpa [k]: lata vel leuissima tamen interuenit:vnde tenetur Aquil.*vt 3.ad leg. Aquil.l.scientiam. §. pe.* & *l. in lege.* & *facit 3.absentem.§.fin*.

l ¶ *Obijci*.hoc expone: *vt j.eo.l. qui vltimo*.

m ¶ *Animaduerti*.ad hoc *supra eo.l.v.in prin*.

Q*Vod ad statum*.]CASVS. Siue ex accusa.priuata, siue publica,siue etiam extra ordinem quis damnatur ad bestias, vel ad similem pœnam: statim fit seruus pœnæ.Franc.

n ¶ *Nécne*. vt quia priuatum vel extraordinarium: *vt supra de priua.delic.l.fin*.

o ¶ *Confestim*.vt *j.eo l.qui vltimo*.

p ¶ *Fiunt*. non inspecto an ex eo crimine talis pœna debuerit imponi:cum ex [l] causa possit augeri: *vt j.l.proxi*.

H*Odie*.]CASVS. Qui extra ordinē de crimine aliquo cognoscit,potest pœnam imponere quam vult,leuem vel grauē, dum tamen non excedat rationem: id est cōsuetam pœnarū impositionem.& dic de hoc vt in Gl domini mei Accursij.Fran.

q ¶ *Extra ordinem*. vel ordinariè: *vt supra ad l.Cor. de fal. l. antepenult.* & *de fic.l.iv.§. legis.* & *de mino.l.auxilium. §.j.* & *de bo.lib.qui cum maior.§. is demum.* & *§.si tamen.* & *infra. l. aut facta*.

a Publicè vindicare,proprie iudicem vindicari.

b Domestica personaꝰ familiaris potest conueniri ex graui delicto criminaliter.

c Contra seruum ciuiliter dominus agere nō potest.

d Familiarem personę quę.

e Testes familiari familiares esse nō possunt.

f Et qualiter dominus debet corrigere suam familiā & bonus moribus instruere contor.Gl.in cap.1. [illegible]

g Delinquitur casu culpa leui,leuissima ignorātia iuris ciuilis naturalis vel quasi, dolo.& quę in his pœna sit aut nō sit

g Casu admissa nō punitur.

h A pœna delicti nō excusat ignorātia iuris naturalis vel quasi, vt [illegible]

i Casu occidere ex a dicitur quę nō dolo vel lata culpa euenit.

k Leg. tamen tenetur culpa lata, leuissima tamen.

l Pœna augeri potest vel minui arbitrio iudicis.

Furta domestica de vilibus rebus non sunt vindicanda per iudicem, sed paterfa. intra domum suam vindicabit. hoc dicit. Catera plana sunt.

1 ¶ Furta domestica si leuiora sunt [a], publicè [b] vindicanda non sunt:nec admittenda est huiusmodi accusatio, cum seruus à domino, vel libertus à patrono, in cuius domo moratur,vel mercenarius [c] ab eo cui operas suas locauerat, offeratur [d] quæstioni †. nam domestica furta vocantur, quæ serui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij [iis] apud [e] quos degunt,subripiunt. 2 ¶ Delinquitur [f] autem aut proposito, aut impetu, aut casu [g]. proposito delinquunt latrones,qui factionem [h] habent. Impetu autem,cum per [i] ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur. Casu [k] verò,cum in venando telum in feram missum, hominem interfecit. 3 ¶ Capitis pœna est bestiis obijci [l], vel alias similes pœnas pati, vel animaduerti [m].

Quacunque accusatione siue publici siue priuati criminis,siue extraordinem quis damnatur ad bestias,siue similem pœnam: statim fit seruus pœnæ. Bart.

XII. MACER *libro secundo de officio præsidis*.

QVod ad statum damnatorum pertinet: nihil interest, iudicium publicum fuerit, nécne [n]. nam sola sententia,non genus criminis spectatur.Itaque hi in quos animaduerti iubetur, quíve ad bestias dantur, confestim [o] pœnæ serui fiunt [p].

XIII. VLP. *lib.1. de Appellationibus*.

HOdie licet ei qui extra ordinem [q] de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem: ita tamen, vt in vtroque modo rationem [r] non excedat.

Quod delictum plerumque vnus impune fert,alteri idem mortis infligit pœnam, secundum diuersitatem personarum. hoc dicit. l.seq.vide per te,& est pulchra & clara; seipsam distinguens per membra.

XIIII. MACER *libro secundo de Re militari*.

QVædam delicta pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant, militi verò grauiorem [s]. Nam si miles artem ludicram [t] fecerit, vel in seruitutem se venire passus est, capite puniendum Menander scribit.

XV. VENVLEIVS SATVRNINVS *lib. 2.de officio proconsulis*.

DIuus Hadrianus eos qui in numero decurionum essent [u],capite [x] puniri prohibuit: nisi si qui [y] parentem occidissent. Verùm pœna legis Corneliæ puniendos,mandatis [z] plenissimè cautum est.

XVI. CLAVDIVS SATVRNINVS *libro singulari de Pœnis paganorum*.

AVt facta puniuntur,vt furta,cædésque: aut dicta, vt conuicia, & insidiæ aduocationes:aut scripta,vt falsa,& famosi libelli: aut consilia [a],vt coniurationes,& latronum conscientia: quósque [b] alios [c] suadendo iuuisse [d], sceleris est instar.

1 ¶ Sed hæc quatuor genera consideranda sunt [e] septem

in fin. & l. pen.& supra eod.l.respiciendum. Sed contra [a] supra ad Turpil.l.j.§.finautem. sed non licet post sententiam, vt ibi, sed in ipsa sententia sic ex causa: *vt no.in d.§. pœna grauior.§.quid ergo. supra de insti*. ¶ Sed vt bonis [b] in extraordi. cri.sen.priua. quando dicitur augeri vel minui? Respon.quidam,de pœna scripta dici nemo ambigit, imò de non scripta: *vt dixi supra eo. l. respiciendum. circa princip.* Potest & hæc l. loqui in ordinario crimine.&quod dicit extraordinem [c] est extra antiquam solennitatem: *vt supra de pub. iudi. l. ordo*. Item contra supra *ad Turpil. l.j.§. fin.autem*. Sed dic vt in ipsa sentētia possit augere & minuere ex causa:vt modo dixi. non autem postea, vt modo no.

r ¶ *Modo rationem*. aliàs modo rationem, id est consuetam [d] pœnarum impositionem: nisi ex causa,aliàs moderationem.

Q*Vædam*.]CASVS. Si miles artē ludicram facit, vel patitur in seruitutem se venire: capite punitur, secus si alius homo hoc faceret.Franc.

s ¶ *Grauiorem*.vt.[e] C. *de epis. & cle. l.presbyteri.in fi.* & *j. de re mil. l.ij.& l. omne. §.j.argu. contra supra de iuter. l. Pedius.§. j.* & *de fica.l. iiij.§.penultim.* & C. *de testa.milit.l.frater*.

t ¶ *Ludicram*. de qua habes [f] *3.de infa.l.ij*.

D*Iuus Hadrianus*.]CASVS. Decurio non potest puniri capite, nisi parētē occidisset. potest etiam puniri.*l. Cor.de sic*. Fran.

u ¶ *Essent*. vel eorum filij [g] vel parentes: *vt 3.l.morit.§.ista*.

x ¶ *Capite*.non capite parricidij, sed de sica.

y ¶ *Qui*. scilicet decuriones.

z ¶ *Mandatis*. scilicet principum: *vt supra de sic.l.iij. in prin.* & *l.pen*.

A*Vt facta*.]CASVS. Quandoque punitur factum, vt furta & cædes: quandoque dictum,vt conuicia,& insidiæ aduocationes: quandoque scriptum, vt falsa, & famosi libelli:quandoque consilia, vt coniurationes,& latronum conscientia.& circa ista quatuor genera criminum leuiter vel acriter punienda septem sunt consideranda,scilicet causa, persona, locus, tempus, qualitas,quantitas,euentus. & aliter punitur vno casu quàm alio:& de omnibus dat exempla: quæ per te videas in litera.Item scias quòd aliter vnum delictum in vna prouincia factum punitur: & si fieret in alia, aliter puniretur. & nominat prouincias. Vltimo dicit: cum frequens vsus delinquendum fit in vna terra; potest iudex vnum delinquentem punire vltra modum vsitatum,ad hoc vt terreantur alij.Franc.

a ¶ *Consilia*.fraudulenta:vt vbi quis fecit quod aliàs facturus nō erat:quanquam consilia [h] & pro opere accipiuntur:*vt j. de ver.sig. l.sepe.in fi.* & *de reg.iur.l.consilij.* & *de hoc dixi sup. manda. l.ij*.

b ¶ *Quosque*,i. aliquos. *ad quod sup.de se.cor.l.j.§.persuadere*.

c ¶ *Alios*. & est instar sceleris,scilicet huius de consiliis.

d ¶ *Iuuisse*. aliàs mouisse, id est compulisse ad aliquod maleficium faciendum: *vt supra ad leg. Aquil. l. sed & si quemcunque.* & aliàs innuisse.

e ¶ *Considerada sunt*.scilicet aggrauanda,vel leuianda.

a Pœnā an & q ādo iudex mutare possit extraordinariè cur augeri vel minui tenuere, quod fieri nō debet.

b Extraordiná dicitur,quod augetur extra antiquam solennitatem.

d Cōsuetudo pœnarum imponēda considerāda & seruanda.

e Pœna interdum augetur ratione dignitatis.

f Infames,qui ludicram artē exercent.

g Pœna capitalis puniendi possunt decuriones eorum filij & parentes, idque nō constitutione D.Hadriani, sed cōstitutionibus principum.

h Consilia pro opere accipiuntur hoc est qui dat cōsilium, fecisse videtur:vt eo dē modo punitur, qui dedit consilium occidendi, & qui occidit.

modis: cauſa perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euẽtu. 2 ¶ Cauſa, vt in verberibus, quæ impunita ſunt à magiſtro allata[a] * vel parente, quoniá emendationis, nó iniuriæ gratia videntur adhiberi. puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt. 3 ¶ Perſona dupliciter ſpectatur: eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt. Aliter enim puniuntur ex iiſdem facinoribus ſerui[b], quàm liberi: & aliter qui quid in dominú parentémve auſus eſt, quàm qui in extraneum: in magiſtrum[c], † vel in priuatum. In eius rei conſideratione ætatis quoq. ratio habeatur[d]. 4 ¶ Locus facit vt idem vel furtum[e], vel ſacrilegium ſit, & capite[f] luendum, vel minore ſupplicio. 5 ¶ Tempus diſcernit emanſorem à fugitiuo[g], & effractorem vel furem diurnum à nocturno[h]. 6 ¶ Qualitate*, cum factum vel atrocius vel leuius eſt: vt furta manifeſta à nec manifeſtis diſcerni ſolent: rixæ à graſſaturis[i]: expilationes[k] à furtis: petulantia[l] à violentia. qua de re maximus apud Græcos orator Demoſthenes ſic ait †: οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία· οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις δεινόν (καίπερ ὂν δεινόν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι * † [οὐδ' εἰς ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ταῦτα ἀπαγγέλλων δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσιν οὕτως ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγματος τῷ πάσχοντι καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται.] [id eſt, Non enim[m] plaga repręſentat contumeliam[n] fieri: neq. verberari, liberis eſt malum: quamuis[o] eſt malum[p], ſi in cótumeliam. Multa enim vtique facit qui verberat, ô viri Athenienſes, quorum, qui patitur, quædam neque annuntiare poterit alij, ſchemate, aſpectu, voce: cum[q] verberat vt contumeliam inferens, cum vt[r] inimicus exiſtens, cum verberat[s] fuſtibus[t], cum in pupilla[u]. hæc mouent, hæc[x] extra ſe conſtituunt homines eorum[y] non aſſuetos exiſtentes[z] vt conuiciarentur. Nemo enim, ô viri Athenienſes, denuntians hoc quod aggrauat, audientibus repræſentare poteſt ita vti rei veritas ſe habet: cum tamen ipſi perpeſſo & videntibus manifeſta iniuria apparuerit.] 7 ¶ Quantitas diſcernit furem ab abigeo. nam qui vnum ſuem ſubripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem[a], vt abigeus. 8 ¶ Euentus[b] * ſpectetur, vt à clementiſſimo[c] † quoquo facta: quanquam lex non minus eum qui occidendi hominis cauſa cum telo fuerit, quàm eum qui occiderit, puniat. & ideo apud Grecos exilio voluntario[d] fortuiti caſus luebantur[e], vt apud præcipuum poetarum ſcriptum eſt †:

Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερόνδ' ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

9 ¶ Euenit vt eadem ſcelera in quibuſdam prouinciis grauius plectátur: vt in Africa meſſium incenſores[f]: in Myſia vitium[g]: vbi metalla ſunt, adulteratores monetæ.

Multis delinquentibus, pœna vnius debet eſſe metus multorum.

10 ¶ Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia[h] exacerbentur: quotiens nimirum[i] multis[k] perſonis graſſantibus[l] exemplo opus ſit.

In metallum damnatis nihil poteſt relinqui in teſtamento: apolidibus vero, id eſt qui ciuitatem perdunt, auferuntur ea quæ ſunt iuris ciuilis: vt teſtari: ſed non ea quæ ſunt iuriſgent. ſicut emere, vendere. Bart.

XVII. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

SVnt quidam * ſerui pœnæ, vt ſunt in metallum dati, & in opus metalli[m]. & ſi quid eis teſtamento datum fuerit, pro non ſcriptis[n] eſt: quaſi non Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ.

1 ¶ Itẽ quidã ἀπόλιδες[o] ſũt, hoc eſt ſine ciuitate, vt ſunt in opus publicum perpetuò[p] dati, & in quod eſt ciuitas.

---

a ¶ *Illata.* moderata ad * quod. *C. de emend. propinquorum. l. vnica. & ſup. ad leg. Aquil.* ſed & *ſi quemcunque. §. ſi. & ſupra loca. l. item quæritur. §. item Iul. & de iniur. pretor. §. præterea. & §. ſeq. & de li. ho. exhib. l. iij. §. ſi cum. & ſupra de fur. l. qui iniuriarum. in princ. & l. verum eſt. & de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. & ſupra ſi ex nox. cauſa aga. l. pe. & de iniur. l. ſed ſi vnius. §. iij. & Inſtit. de iniur. §. atrox.*

b ¶ *Serui.* vt[b] *ſ. eo. l. in ſeruorum. in prin. & j. eo. l. capitalium. §. ſi. & infra de reg. iur. l. fere in omnibus.*

c ¶ *In magiſtratum.* ad[c] *hoc ſupra de iniur. pretor. §. præterea. & §. ſeq. & §. pen.*

d ¶ *Ratio habeatur.* vt *& ſup. de ſic. l. infans. & de min. l. auxilium. §. j. & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & ſupra de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu.*

e ¶ *Furtum.* ſolum[d]: vel ſacrilegium ſcilicet & furtum: *& eſt contra. ſ. ad l. Iul. pecul. l. diuus. Solu. vt ibi.*

f ¶ *Capite.* cum eſt ſacrilegium[e]: *vt ſupra ad leg. Iul. pecul. l. ſacrilegij. & ad hoc ſup. de ædil. edict. l. quis ſit fugitiuus. §. antepen.*

g ¶ *A fugitiuo.* i. deſertore. & dic quid ſit emanſor[f] & deſertor, *vt j. de re milit. l. iij. §. emanſor. & l. qui cum. §. j. abàs furtiuo.*

h ¶ *A nocturno.* *ſ.[g] de furt. bal. l. j. & ij. & de effra. l. fina. & de cond. fur. l. qui furtum.*

i ¶ *A graſſaturis.* graſſatores[h] ſunt nitentes ad malum: qui aliena ſubtrahunt: *vt & j. ea. l. in fine.* Accur.

k ¶ *Expilationes.* vt[i] *ſ. de cri. expi. heredi. per totum. & de effra. l. j.*

l ¶ *Petulantia.* i.[k] contumacia quædam. *& ſacri. ſ. de ſica. l. j. §. diuus.* Accurſius.

m ¶ *Non enim.* quam interpretationẽ quidã non habent. Accur.

n ¶ *Contumeliam.* ſub. ſed iniuriam.

o ¶ *Quamuis.* ſcilicet aliquod ſpeciale: vel dic lege non punitur, vtputa ſi per iocum. Accur.

p ¶ *Malum.* generaliter: 2 Vel dic malum, quia affligit. Vel etiam ſpecialiter. & dic ſed, &c. aliàs ſed: & aliàs ſi.

q ¶ *Cum.* aliàs vt cũ: & aliàs cum verberat vt contumeliam, &c.

r ¶ *Cum vt.* ſubaudi, & vel punctus ſit loco copulæ.

ſ ¶ *Verberat.* ſ. fuſtibus.

t ¶ *Cum fuſtibus.* ſub. vel & cum, &c.

u ¶ *Pupilla.* ſcilicet oculi: vel in ictu oculi.

x ¶ *Hæc.* ſc. facta. extra ſe.[l] i. extra mentem. *q. d. facit eos iraſci.*

y ¶ *Eorum.* ſcilicet conuiciorum.

z ¶ *Exiſtentes.* homines dico repente, &c.

a ¶ *Qui gregem.* de hoc dic vt *ſ. de abige. l. ſi. in prin.*

b ¶ *Euentus.* i. effectus.

c ¶ *A clementiſſimo.* non ſolùm à ſapiente. nam intereſt habuerit euentum crimen, vel non: quanquam interdum[a] hoc non cõſideretur. *vt ſubiicit: & ſupra ad l. Corn. de ſic. l. diuus. & C. ad l. Corn. de ſica. l. is qui. & Inſti. de pub. iu. §. item lex Cor.* Accur.

d ¶ *Voluntario.* i. arbitrium iudicis.

e ¶ *Luebantur.* ad hoc. *ſup. de ſic. l. iij. §. j.*

f ¶ *Incenſores.* quia multum naſcitur. ibi de frumento, vt apparet in metallis.

g ¶ *Vitium.* incenſores. Accur.

h ¶ *Supplicia.* i.[b] pœnæ creſcit ex perſonis quorundam maleficorum, ſiue malefactorũ, vt alij terreantur. ad quod *ſ. ad l. Iul. ma. l. famoſi. in fine. & C. de epi. au. l. iij. in fin. & ſ. de abi. l. j. §. puniuntur. & ſ. e. l. hodie. & inf. eod. l. capitalium. §. famoſos.* argu. contra. *j. tit. j. l. cum ratio. §. ſi plures. & ſ. ad leg. Corn. de fal. l. Antepen. in fin.*

i ¶ *Nimirum.* aliàs nimium. Py.

k ¶ *Multis.* plures tamen remanent alij nõ delinquẽtes: aliàs ſi iſti ſũt plures, detrahẽdum[c] eſt ſeueritati, vbi multorum ſtrages iacet: *argu. ſ. de ſica. l. qui cædem. & fa. ſ. eo. l. capitalium. §. famoſos. & §. graſſatores.*

l ¶ *Graſſantibus.* i. ad malum tendentibus: *vt d. §. graſſatores. & §. ſolent. & facit. C. de heret. l. quicunque. §. quod ſi fecerint. & C. ad leg. Iul. repe. l. j.*

m QVidem.] *Metalli.* hi[d] ſunt ſerui: *vt & ſ. eod. l. aut damnum. §. eſt pœna. & C. de bon. proſcrip. l. in metallum. & Inſtit. qui. mo. iu. pa. po. ſol. §. pœna. & de capit. demi. §. j. & infra de var. cogn. l. penultim. §. conſumitur.*

n ¶ *Pro non ſcriptis.* vt[e] *& C. de her. inſtit. l. j. & ſupra de adquir. here. l. ſi quis mihi. §. ſi quis plane.* niſi in cauſa alimentorum[f]: *vt ſ. de his quæ pro non ſcrip. l. ſi in metallum. & de cap. demi. l. legatum. & facit infra de iure fiſc. l. in metallum.*

o ¶ *Apolides.* Græcum, hoc[g] eſt extorres ſeu exules: ab à, quod eſt ſine: & polis:

p ¶ *Perpetuo.* ſecus ſi ad tempus: *vt j. l. capitalium. in ſi. j. reſpon.* Non habeant.

---

a Corrigendi & puniendi ſeruos. ia enti bus & magiſtratibus permiſſum.

b Pœna alia eſt ex eodẽ facinore in ſeruo, alia in libero.

* illata.

c Pœnę variãtur ratione eius in quem delinquitur.

d Loco diſtinguitur furtũ & ſacrilegiũ. † magiſtratũ eſt in manuſ. Tauri ad no.

e Pœna ſacrilegij Capitalis.

f Emanſores & deſertores qui.

* Alcia. li. 2. diſpũ. ca. 16.

g Nocturni furis à diurno differẽtia eſt ex tempore.

† Vide Alcia. li. diſpun. c. 16. & Bud. in annot. poſterio. hic.

h Graſſatores qui.

i Expilationis crimen quod.

k Petulantia pro cõtumacia.

* Non enim plaga contumeliam cõcitauit, ſed ipſa facti indignitas: neque tã ingenuis grave eſt cædi (quanquã grave ſit) quam per contumeliam cædi. Siquidem multa is qui alium cædit, admittere poteſt, quorum magnam partem is qui verberatus eſt, ad ſeſe haud referre poſſet, habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc vt contumeliam inferens, nunc vt inimicus ſe gerens, nũc pugnum ducẽs, nunc in malam cædens: alteri renunciare ac repræſentare nequit. hæc ipſa mouent, hæc de ſtatu mẽtis deturbãt homines propudij ac ſuggillationis non aſſuetos. nemo enim &c. vt in tex.

† Quæ ſequũtur Græca, in Pãdect. Flor. non ſunt.

l Extra ſe pro extra mẽtem.

a Euentus factũ nõ ſemper inſpicitur.

b Pœnæ aucta quãdo creſcãt ex perſonis reorum. * Alci. l. diſpũ. c. 17. Alcia. l. præterea. ſic.

† dementiſſimo.

† Enſili. Vide Alcia. lib. diſpun. c. 17. & Præter. hoc ipſo ti. & Bud. in anno. poſterioribus.

c Pœna minuẽda eſt ob numerum reorũ, & vt hic dicitur, detrahẽdũ eſt ſeueritati, vbi multorũ ſtrages iacet.

d Opere metalli ſit quiſerui.

e Legatum ſeruo & ſimilibus non debetur niſi alimentorum cauſa.

f Quidã ſunt. Alimentorũ ratione aliquid debetur quod aliàs nõ deberetur.

g Ἄπολις qui.

a ¶ *Non habeant.* vt testari: *vt sup. de leg. iij. l. j. §. bl.* 2 Item nec eis legari: *vt in eo. tit. l. si deportati serui. §. j.* 3 Item nec filios retinent in potestate: *vt Inst. qui. mo. ius pa. pō. sol. §. cu aute.* quæ potestas est iuris ciuilis: *vt Inst. de pa. pot.* at emere, & alia quæ iurisgentium sunt, bene possunt: *vt sup. de cura. fur. l. consilio. §. pe. & de capi. demi. l. legatum.*

b ¶ *Iurisgentium.* vt & sibi adquirant: *vt d. l. si deportati. in prin. & §. j.*

c ¶ *Cogitationis.* hoc verum est, si est statum in finibus cogitationis: *vt & j. de ver. sig. l. fugitiuus. & de insa. l. qui autem. & j. de verb. sig. l. sæpe. in fi. & de furt. l. inficiando. in prin.* & sic omnia contraria tolluntur. *sic sup. de extraord. cri. l. j. & C. de epis. & cle. l. si quis nō dic. im. & de fur. l. si quis. & si quacunque præ. po. l. j. & de his qui ad eccl. confu. l. fin. §. j. & de fi- ca. l. diuus. & dixi sup. de fur. l. qui ea mente.*

insulam deportati: vt ea quidem quæ iuris ciuilis sunt, non habeant[a]: quæ verò iurisgentium[b] sunt, habeant.

XVIII. VLPIANVS *lib. 3. ad Edictum.*

COgitationis[c] pœnam nemo patitur.

XIX. IDEM *lib. 57. ad Edictum.*

SI non defendantur serui à dominis: non vtique statim ad supplicium deducuntur, sed permittetur eis[*] defendi vel ab alio[d]: & qui[e] cognoscit, debebit de innocentia eorum quærere.

Pœna imposita dilinquenti, non transit in eius heredem. ratio est in textu. Fran. Accur.

XX. PAVLVS *lib. 18. ad Plautium.*

SI pœna alicui irrogatur, receptum est commenticio[f] iure, ne ad heredes transeat. cuius rei illa ratio videtur, quòd pœna constituitur in emendationem hominum[g]: quæ mortuo eo in quem constitui videtur, desinit.

XXI. CELSVS *lib. 37. Digestorum.*

VLtimum supplicium esse mortem solam interpretamur[h].

XXII. MODESTINVS *lib. 1. Differentiarum.*

IN metallum damnati, si valetudine, aut ætatis infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur, ex rescripto diui Pij à præside dimitti poterunt: qui[i] æstimabit de his dimittendis, si modò vel cognatos vel adfines habeant[k], & non minus decem annis pœnæ suæ[*] functi fuerint.

S[i] non defendantur.] CASVS. Seruū tuū accuso. licet nō vis eū defendere: nō propter hoc statim damnatur. potest enim alius eum defendere, vel seipsum defendet: & iudex[e] qui de hoc cognoscit, non puniet eum, nisi viderit esse eum culpabilem. Franc.

d ¶ *Ab alio.* vt & *supra de custo. reo. l. v. in prin. & facit j. de app. l. serui. & sup. de sta. ho. l. seruus.*

e ¶ *Qui.* scilicet iudex.

f *S[i] pœna.*] *Commenticio iure.* contra[d] ex commentis. *ad quod Inst. in proœ. §. cumque.* 2 Alij. i. opinione sapientum. *& fa. j. eo. l. crimen. & sup. de priu. delic. l. j. in princ. & C. eo. l. si nemus. & Co. l. x de i. defen. l. vaic.*

g ¶ *Hominum.* vt & *C. ad l. Iul. repe. l. j.*

h *V[Ltimum.]* *Interpretamur.* sic[e] vltima voluntas[f], quæ nō recditur: *vt C. de sacros. eccl. l. j. & facit. j. eo. l. capitalium. in prin.*

IN metallum.] CASVS. Titius damnatus est in metallum: nunc est effectus inutilis ad illud opus infirmitate ductus, vel senectute. dicitur quòd potest dimitti si aliquis pro eo hoc postulet, vt cognatus vel affinis. & si in hac pœna stetit per x. annos. Fran.

i ¶ *Qui.* princeps. & habeas, æstimauit. vel verius qui. s. præses: & habeas, æstimabit. Sed tūc est cōtra *j. e. l. diui.* Sol. in metallū dati, cum in opus aliquod destinātur, inutiles facti operi, absoluūtur: vt hic. Exules vero, qui nulli certæ rei præscribuntur, hoc tamen modo coercentur merito: nec absque principis conscientia liberantur. P. 2 Vel hæc secundum illam. nam nec hic dicit quòd præses dimittat, sed quòd æstimet, & sic ad principem remittat.

k ¶ *H. beant.* q. pro eis impetrēt: *vt & j. de proc. l. sed & hæ.* Accu.

l *S[ine præfinito.]* Pone ita dixit: in metallum te ad tempus esse iudico. indefinitum[g] enim tempus, decennio determinatur. Si[h] vero temporis mentionem non habuisset, vel in perpetuum dānasset, contra esset: quia perpetuo esset in pœna: *vt C. eo. l. seruus & j. de lega. l. si. §. si.* Item facit. *j. de inte. rd. & rele. l. relegatorum. §. hæc est differentia. contra.* Sol. vt ibi. Item contra. *j. eo. l. capitalium. §. diuus.* Sed ibi ad tempus certum.

m ¶ *Dato.* aliās dato. aliās damnato.

E[Orum.] CASVS. Relegati vel deportati ex causa maiestatis, statua eius si qua erat posita in ciuitate, remouenda est: & da exemplum vt in Glo. Fran.

n ¶ *Eorum qui relegati.* vt si hostem occultari passus est, vel eum scilicet hostem occultauit: *vt j. e. l. Metrodorum.* in quibus casibus accusatur lege Iul. maiest. *vt j. ad l. Iul. maiest. l. cui n.* Accur.

o ¶ *Scire debemus.* quæ[a] honoris sui causa positæ sunt in ciuitate: *vt j. de acqui. re. do. l. statuas. & de priui. cre. l. Aufidius.* 2 Vel dic, vt ad eas non confugiant, *vt j. l. e qui. t. lium. §. ad statuas.*

XXIII. IDEM *lib. 8. Regularum.*

SIne præfinito[l] tempore in metallum dato[m] imperitia dantis, decennij tempora præfinita videntur.

XXIV. IDEM *lib. 11. Pandectarum.*

EOrum qui relegati[n] vel deportati sunt ex causa maiestatis, statuas detrahendas scire debemus[o].

Qui heri aut nudiustertius commisit adulterium, magis punitur quàm qui commisit quinque annis elapsis. vide Gloss.

XXV. IDEM *lib. 11. Pandectarum.*

SI diutino tempore aliquis in reatu[p] fuerit, aliquatenus pœna[q] eius subleuanda erit.[*] Sic etiam constitutum est, non eo modo puniendos eos qui lōgo tempore in reatu agunt, quàm † eos qui in recenti sententiam excipiunt.

1 ¶Non potest quis sic damnari, vt de saxo[r *] præcipitetur.

Pœna imposita patri, non transit ad filium: quia ex delicto patris filius non punitur. Bar.

XXVI. CALLIST. *lib. 1. de Cognitionib.*

CRimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere[s] potest. nanque vnusquisque ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur. idque diui fratres † Hierapolitanis rescripserunt.

Præsides non possunt mutare sententias suas, sed princeps ex causa dat in integ. restitutionem. Bar.

S[I diutino.] CASVS. Qui heri fecit homicidium, magis est puniendus, quam qui fecit iam est decēnium. & hāc positionem habes in fine magnæ glo. hic positæ. Vel aliter vt eadem Glo. Item non potest quis dānari vt de saxo se[b] deiiciat, & sic moriatur. Fran.

p ¶ *In reatu*[c]. id est in expeditione pœnæ reatus qui[d] non recipit iterationem: vt homicidiū. est enim tunc pœna subleuāda, i. differenda, & cum ordine iudiciario imponēda. crimine autem cōmisso adhuc flagrante latius quibusdam crimen puniendi datur potestas: *vt C. de rep. vir. l. j.* Vbi autem quis lōgo tempore fuit in reatu, qui recipit iteratio nem: maiorem patitur pœnam, quàm si semel tātum commisit: vt in fugitiuo, errone, emāsore, & desertore, & multis aliis: *vt sup. eod. l. aut facta. §. tempus. & infra de re mil. l. non omnes. §. à barbaris. in fin. & l. qui commeatus. & l. iij. §. si plures. & C. de commea. l. ij. & iij. in fi. l. xij. & sup. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. & C. de epis. aud. l. iij. in fin. & ad legem Iul. de vi. seruos. & j. e. l. capitalium. §. solent. & §. grassatores. & C. de superexac. l. j. in fi. & j. de abig. l. fin. §. qui sæpius.* 2 Alij ponunt hūc casum per l. C. e. l. omnes. quod non placet: quia ibi imposita, nō imponēda erat pœna. 3 Tertij dicūt quòd hic diu iteratum delictum. vnde pœna est subleuanda, id est augenda: vt in pasta quæ leuatur, id est augetur & maioratūr cum debet fieri panis. 4 Quarti dicunt in reatu, id est in carcere propter reatum minus puniendū, quàm si ex recenti ibi fuerit: quasi ex quadam misericordia. *ad quod sup. e. l. respiciendum. in prin. & C. de custo. re. l. j. & sup. de latrun. l. cum qui.* Vel dic quinto, vt primo dixi, quòd plus[e] est puniendus qui heri fecit homicidium, quàm qui fecit iam est decennium, & sic facit, *sup. de rit. nup. l. qui in prouincia. §. fi. & de fur. l. ei qui. & l. inficiando. §. infans.* Accur.

q ¶ *Pœna.* aliās pœnæ eius.

r ¶ *De saxo:* facit. *j. eo. l. aut damnum. §. j.* Accur.

s *C[Rimen.]* *Infligere.* nisi[f] in crimine maiest. *vt C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis.* & nisi in causa primipili: *vt C. de primipil. l. si. lib. xij.* vel nisi circa vsuras. *vt j. de diuer. præscrip. l. cum hæres.* & nisi *C. de quæstionibus, l. diuo Marco. & nisi. Cod. de lib. & eo. libe. l. ij. cum hæc autem concor. Cod. de incest. nupt. l. si quis in suo. §. fi. & supra de in ius voc. l. adoptiuum. in fi. & in decre. xlvij. dist. per totum. & j. de decur. l. ij. §. nullum & supra e. l. si pœna. & supra de ope. no. nun. l. si en. & supra de sena. filium.*

D[iui fratres.] CASVS. Non solent præsides mutare sententias suas: imò quod plus est, nō possunt mutare. si tamē q. s dicat se succubuisse eo quòd instrumenta pro se facientia nō potuit habere, & nunc ea inuenit: potest restitui in integrum cōtra primam sententiam: vel potest ob hoc minui pœna, & hoc solus princeps potest facere. Secundo dicit: si decuriones & principales ciuitatum committunt capitale crimen, vel aliud crimē propter quod relegādi sint: hoc imperatori scribatur, sententia à præ-

a Aliās dic & similes ea amittunt quæ iuris sunt ciuilis at non quæ iuris gentium.

b Cogitatio mera non punitur, v. Gl. ad l. 6. C. de his qui ad eccles. & ad l. 67. sup. de fur. tu. vt ait Cato apud Gel. lib. 7. c. 3.

* eo.

e Iudex potest ex officio defensores rei admittere nemine etiam inquirente, vt hic & l. 1. in fi. sup. tit. proxim.

d Commentitium ius quid sit Accursius ignorat. Commentitium ius dicitur & est non nouum. Gell. 14.

* pœna sua pœnam passi fuerint. Duar. t. disputa. ca. 14.

e Vltimum supplicium pro morte.

f Vltima voluntas quæ nunquam redit.

g Indefinitum tempus, decennio æstimatur.

h Damnatus in metallum indefinitè nulla temporis etiam in genere facta mentione, in perpetuum intelligitur damnatus: ad tempus vero in definitè decennio: vt paulò antè. Aliquando ad arbitrium redictu.

a Maiestatis rei arma & insignia depicta vel deponenda.

b Hoc alienum à nostra lege quæ id non vetat, sed simpliciter vetat damnari vt quis deiiciatur de saxo. Alc. 3. parer. c. 8.

c In reatu esse quid. Accursius hic non vidit. Dic reatum statū esse & conditionem reorum: vt est habitus demissus, pannosus, squallidus, hic reorum sordes, & sordidi rei dicuntur.

d Delictorum seu criminum alia iterari non possunt vt homicidia: & in his diutinus reatus pœna minui potest: alia iterari possunt quod accidit fugitiuis, erronibus, emāsoribus & desertoribus & similibus, puta adulteriis: in his diutino reato pœna non minuenda sed augenda.

e q. d. mitius animaduertendum in eum qui diu sordidatus fuerit, &c. vide hæc per Bud.

† quo.

* Tarpeio scilicet. vel alio. abrogata igitur est hac parte lex. 12. ta. vt in multis aliis Alpenis Gel. lib. 20. cap. 1.

† Hierapolis metropolis prouinciæ Eufratensis. v. Tranquillum tract. de pœnis temperandis aut remittendis. cano. fa. 19.

f Patris crimē regulariter non infligit infamiam liberis nisi certis casibus de quibus hic.

side ibi scripta. Itē alio rescripto cauetur, vt si quis ex principalibus ciuitatis latrociniū cōmisit. vel simile delictū propter quod sit capitaliter dānandus: quòd pses eos litigatos custodiat, & hoc scribat ad principem, narrando principi delictum cuiusq. Franc.

ter. Itē serui qui insidiantur vitę domini igne cōcremandi sunt. Item liberi homines plebeij si sunt incendiarij, sępe puniuntur capite. nā quandoq; viui exuruntur. & cum extra ciuitatem imponunt ignem in domib. aliquorum causa inimicitiæ, vel causa prædæ. si vero in villis imponant ignem, leuius puniuntur. Item

XXVI. IDEM *libro. 5. de Cognitionibus.*

Diui fratres Harruntio Siloni rescripserunt, nō solere præsides prouinciarum ea quæ pnuntiauerunt, ipsos rescidere. Vetinæ[a] quoq. Italicēsi rescripserunt, suá mutare sentētiá nemineꝫ[b] posse idq. īsolitum esse fieri. Si tamen de se quis mētitus fuerit, vel † cum nō haberet probationum instrumēta, quæ postea repererit, pœna adflictus sit[c]: nōnulla extant pricipalia rescripta, quib. vel pœna eorum minuta[d] est, vel ī integrum restitutio cōcessa. sed id dūtaxat à pricipib. fieri pōt[e]. 1 ¶ De decurionibus & pricipalib. ciuitatium, qui capitale[f] † admiserunt: mandatis cauetur, vt si quis id admisisse videatur, propter qđ relegandus extra prouīciam ī īsulam sit imperatori scribatur, adiecta sentētia à pręside. 2 ¶ Alio quoq. capite mandatorum ī hæc verba cauetur: Si qui ex pricipalib. alicuius ciuitatis latrocinium fecerīt, aliúdve quod facinus, vt capitalē pœnam meruisse videantur, commiserint[g]: vinctos eos custodies, & mihi scribes, & adiicies quid quisq. cōmiserit.

XXVII. IDEM *lib. 6. de Cognitionibus.*

Capitalium pœnarum ferè[h] isti gradus sunt. Summum supplium esse videtur ad furcā damnatio: item viui crematio[i]: quod quamquam summi supplicij appellatiōe meritò cōtineretur, tñ eo quòd postea id gen' pœnæ adīuentum est, posterius primo visum est. Itē capitis amputatio. Deinde proxima morti pœna metalli coercitio[k]: pòst deinde in insulam deportatio[l]. 1 ¶ Cęteræ pœnæ ad existimationem, nō ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus[m], vel in perpetuum, vel in insulam, vel cum in opus quis publicum datur[n], vel cum fustium ictu subiicitur[o]. 2 ¶ Non omnes fustib. cædi solent: sed hi duntaxat qui liberi[p] sunt, & quidem tenuiores homines: honestiores verò fustibus non subiiciuntur. idque principalib. rescriptis specialiter exprimitur.

Magis punitur admonitus, vel cui se nel parcitum est, si in delicto perseuerat, vel ad idem delictum reuertitur. Barto.

3 ¶ Solent quidam qui volgo se iuuenes appellant. ī quibusdā ciuitatib. turbulentib.[*] se adclamationib. popularium accōmodare[q]: qui si amplius nihil admiserit, nec ante sint à præside admoniti[r], fustib. cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. quòd si ita correcti †, ī eisdem deprehendātur: exilio puniendi sint, nōnunquam capite plectendi, sc. cū sæpius[s] sediṫiosè & turbulentè se gesserunt, & aliquotiens apphensi, tractati clementius, ī eadem temeritate propositi perseuerauerit. 4 ¶ Serui cæsi[t] solent dominis reddi.

Cui minor pœna non debet infligi: nec maior potest imponi. Bar.

5 ¶ Et vt generaliter dixerim oēs q fustib. cædi phibetur, eandem habere honoris reuerentiā dñt, quam decuriones hñt. Est. n. īcōstans dicere, eū quem pricipales cōstitutiones fustib. subiici prohibuerūt[u], in metallū dari posse. 6 ¶ D. Hadrian' ī hæc verba rescripsit: In opus metalli ad temp' nemo dānari debet: sed q ad tēpus damnatus est, etiāsi fa-

Capitalium] CASVS. Numerat quasdam pœnas capitales. Itē quasdā alias quas videas per literā. Secūdo dicit q honesti homines non sunt fustib. damnādi: sed tenuiores homines. Tertio dicit: qui se accumulant clamationib. popularium, vt cū populares essent in magna rixa, acceperūt Titium qui esset dux & dominus hui' rixæ ducēdę: dicitur qđ hic Titius, si hoc suscipit, punit. & p prima vice minus punit: pro secunda vel tertia acrius punitur. Quarto dicit: seruus cæsus ob aliquod delictū, dño suo redditur. Quinto dicit: qui prohibētur fustib. cædi, vt sunt homines honestiores, eādē reuerētiā dñt habere quá & decuriones: & sic nec in metallū damnari possunt. [DIVVS HADRIANVS.] In opus metalli ad tempus non dèbet quis dānari. si tñ dānetur ad tēpus in opus metalli, & sustinet pœnā metalli, adhuc libertatem retinet: sicut & qui dānatur in perpetuū opus. & si est fœmina, liberos interim parit. Secūdo dicit: phibitū est aliquē fugere ad statuas vel ad imagines principū in iniuriā alterius. cum. n. leges securitatem omnib. promittant: meritò iussum est eos qui ad statuas confugiunt dicentes se timere de Titio, hoc facere videri eos in iniuriā Titij: nisi detēti essent à potentiorib. & tūc fugissēt ad statuas. nā nō puniūtur hoc casu. In fi. imponit pœnā fugienti ad statuam in iniuriā alterius [OMNIA.] Qui deliquit in patronum suum, vel eius patrem, vel in filium vel in similes personas numeratas in litera: grauius punitur quàm si deliquisset in extraneum. Item venenarij, id est, qui venena conficiunt, capite puniuntur: vel si erant in aliqua dignitate, deportantur. & secundum hoc habes in litera venenarij. alij libri aliter habent: expone vt in gloss. [GRASSATORES.] Grassatores, id est qui nituntur ad malum, & causa prædæ id faciunt: proximi sunt latrocinibus. & si cum ferro aggrediuntur & spoliant homines: puniuntur capite. & hoc est verum si sunt consueti talia facere: maximè in itineribus: aliàs in metallum damnantur, vel in insulam relegantur. Item qui ortum incendium in domo sua leuiter poterat extinguere, & negligentia ductus non extinguit, & sic illatū est damnū vicinis: tenetū eis Aqui. vel modicè castigatur. [IN XXVIIIVS.] Relegatus ad tempus, si non obseruet pœnā, grauius punitur. & de his dat plura exempla. & primo loquitur de omnibus accusatis & dānatis, exceptis custodibus. Secundo loquitur de custodiis. i. custoditis personis damnatis, vel propriè de ipsis custodibus. [FAMOSOS.] Famosi latrones furca suspēduntur in eo loco vbi grassati sunt, id est, vbi frequentius deliquerunt. & redditur ratio in litera. Item latrones qui aliquē occiderunt: puniuntur eodem loco quo deliquerunt. Vltimo dicit. ex simili delicto grauius punitur seruus quàm liber. Item grauius punitur infamis, quàm homo bonæ famæ. Fran.

a ¶ *Vetinæ.* nomen præsidis.

b ¶ *Neminem.* ǯ.[a] *pro-xi. & C. e. l. pœnam, & ǯ. de re iudi. index & C. de senten. ex breui. recit. l. ij. & sup. de quæst. l. j. in fin. vbi de hoc dixi.*

c ¶ *Afflictus sit.* i. condēnatus. *ad quod ǯ. de iurein. l. admonendi.*

d ¶ *Imminuta.* aliàs imminuta: aliàs immutata. Accur.

e ¶ *Fieri potest.* Multa[b] per principē fiūt, quæ non aliàs fierent: *vt & sup. tit. j. l. j. no. in fi.* Itē si sentētia tenuit ipso iure: aliàs ipse idē: *vt C. de accus. l. si accusatoribus. & sup. eo. l. y. in fi.*

f ¶ *Capitale.* s. crimen, si non habes in literā.

g ¶ *Commiserint.* ad *hoc sup. de iniust. testa. l. si quis. §. eius. & de leg. iij. l. j. §. hi. & ǯ. quando ap. sit. l. j.*

h ¶ *Ferè.* ferè[a] dicit, quia aliæ sunt capitales, vt bestiis subiici, *vt ǯ. l. respiciendum. §. fi.* Itē aquæ & ignis interdictio: *vt sup. de pu. iud. l. ij.* Item & alia pœna: de qua dicitur. *Cod. de mathematicis. l. & si excepta.* item & alia: *vt ǯ. ad legem Pompe. de parri. l. pen.*

i ¶ *Viui crematio.* non in vultu. Item nec in cruce passio. *arg. C. eo. l. si quid in metallum.* Accursius.

k ¶ *Crematio.* vt *& C. de Nili ag. non rump. l. j. & sup. ad. l. Iul. pecu. l. sacrilegij. §. pœnam.*

l ¶ *Coercitio.* hæc[b] inducit seruitutem: *vt ǯ. eo. l. aut damnum. §. ij.*

l ¶ *Deportatio.* hæc amissionem ciuitatis: *vt sup. l. quidam.* Acc.

m *Ad tempus.* hæc infamat: vt hic, *& C. ex qui. cau. infa. irro. l. ad tempus.*

n ¶ *Datur.* ad tempus, ne sit contra *sup. eo. l. quidam.* & hic infamatur, sicut & plures similes: *vt ǯ. de var. & extraord. cog. l. pe. §. minuitur. & fiat. ǯ. de interdi. & rele. l. relegatorum. in fi.*

o ¶ *Subiicitur.* hæc infamat: *vt sup. de infam. l. ictus.*

p ¶ *Qui liberi.* serui vero flagellis: *vt sup. eod. l. in seruorum. & facit ǯ. § & vt generaliter. & sup. l. moris. §. ista.* Accur.

q ¶ *Accōmodare.* vt Bergollus Pisanus: non Ioseph Bon. decurio.

r ¶ *Admoniti.* nam tunc grauius. *& facit ad hoc. C. de pa. po. l. iij. & C. de ex sep. l. pen.*

s ¶ *Cum sæpius.* ad hoc est quod diximus. *sup. e. l. si diutino. item fa. C. de his qui ad eccle. confu. l. denuntiamus. & sup. de sic. l. iij. §. alio. & ǯ. de re mili. l. iv. §. qui seditionem. & ǯ. l. si quis aliquid. §. ij.* Sed contra *C. de sedit. osis. l. j.* Solu. illa secundum istam. Accur.

t ¶ *Serui cæsi* ex causa superioris. §. & not. quòd quidam non habent hic. §. sed ibi, & vt generaliter.

u ¶ *Prohibuerunt.* quales sunt honestiores[c]: *vt sup. e. l. § non omnes.*

a Sententiam suam iudex regulariter mutare non potest.

b Sentētia interdū rescinditur præter ex instrumētorum de nouo repertorū: idque non iure commune, sed principis beneficio. vnde colligunt post conclusionem causa & testium publicationem admitti probationem per instrumēta in causa criminal bus *adde. Dolores in l. admonendi supra de iureiurando.*

b Principe cōsentiente ac permittente, multa fieri possunt, quæ aliàs fieri non possunt.

† capitale crimen. al. capitale quid.

* turbulentib.

† correpti.

a Capitales pœnæ quæ & quot.

b Metalli & deportationis in insulā differentia.

c Pœna minuitur in personis honest.

Vel

Vel dic quales sunt qui se accommodant, &c. etiam vt sit continuetur cum superiori. §.

a ¶ *Intelligi debet*, quo ad omnia huiusmodi.

b ¶ *Quamdiu*. i. sicut & subaudi retinent, &c. *vt* j. *l. quidá*. Accur.

c ¶ *Pariunt*. secus si in metallum: *vt* s. *de fideicommiss. libert. l. generaliter. §. ex damnata. & facit* s. *eod. l. aut damnum. §. in ministerium*.

d ¶ *Alterius*. nam dicebat quòd Titius volebat eum occidere, cum non esset verum.

e ¶ *Prohibitum est*. *vt* C. *de his qui ad stat. con. l. j.*

f ¶ *Confugere*. Præsumitur ergo contra confugas: *vt* C. *de iudaeis, l. nullus. & l. cum verisimile. & C. de his qui per metum iudi. l. j. & in Auth. de manda. prin. §. patrocinia. col. iij.* at si quis ad imaginem summi regis, id est dei confugiat: tunc dic vt C. *de his qui ad eccle. confug. l. fin. §. sane.* Accur.

g ¶ *Pius*. ad hoc s. *de iniur. l. senatus. & de extraordi. cri. l. in eum.*

h ¶ *Grauius*. ad hoc s. *de iniur. l. prator. §. penul.*

i ¶ *Venenarii*. aliàs venerarij. i. qui colunt planetas: de quibus dicitur, C. *de pag. per totum*. aliàs venenarij, qui venenã conficiũt: *ad quod* s. *ad l. Corn. de sic. l. j. §. j. & l. eiusdem.*

k ¶ *Oportuerit*. ad hoc *facit* s. *de ter. mo. l. ij. & de cri. stel. l. ij. §. pe.* Acc.

l ¶ *Grassatores*. i. ad malum nitentes. vnde grassor, id est nitor ad malum. Accur.

m ¶ *Si sæpius*. ad hoc qđ not. s. *eod. l. diuino.*

n ¶ *Incendiarij*. aliàs est hic §. & non supra nonnunquam, &c.

o ¶ *Exuruntur*. ad hoc s. *l. cap. talium. in prin.*

p ¶ *Aut villam*. s. extra oppidum. *ad quod* C. *de incest. nup. l. ij. in fine.*

q ¶ *Disceptet*. agendo Aquil. *vt sup. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. & §. si quis alteri. & §. si quis insulam.* & dic vel pro, &c. *vt* C. *quando ciui. actio l. j. & facit supra de sic. l. si quis dolo. & supra de incend. l. qui ædes. & l. si fortuito. & l. fina. & supra ad leg. Aquil. l. si quis.* Item fac. supra de abigeis, l. j. in §. Accur.

r ¶ *Relegetur*. s. in perpetuum: *vt & sup. eo. l. relegati. & sup. eo. l. aut damnum. §. inter. & j. de re milit. l. qui cum vno. §. j. & §. ij.* Accur.

s ¶ *In custodiis*. Idem videtur repetere: nisi dicas sup. de alis accusatis: hic de custodibus: *ad quod sup. de pu. iud. l. custodias.*

t ¶ *Grassati sunt*. i. consueuerunt aggredi cum armis, vel sine armis, & violenter: *vt in Auth. vt nulli iu. §. pro furto.* vel grassati, id est vbi frequenter obsederint itinera publica, nã si semel, veniã merentur à furca: *vt sup. §. gr. ssatores. & C. de episc. aud. l. ij. in fin.*

u ¶ *Furca*. aut clã aliquis surripuit, & nõ est famosus: & fustigatur: *vt in Auth. vt nulli iu. §. pe. col. ix.* aut palã & est famosus: & tunc furca: vt hic. aut palã, sed non est famosus: & tunc lege Iulia de vi publ. vel priuata: *vt Instit. de pub. iudi. §. item lex.* sed hodie hoc casu pœnis legalibus: quod exponunt pœna huius legis: *vt d. Authen. vel posset dici. d. l. Iul. de vi.* si modò tantum semel fecit: aliàs pœna huius. §. *vt* s. §. *grassatores.* aut est famosus: sed non nisi clam surripuit: & tũc fortè quod hic dicitur obtinet: sed secũdũ Lõgobardã, pro prima culpa oculum, pro secũda nasum perdat: pro tertia moriatur: *vt in Lõgobardia de furtis. l. de latronibus.* Itẽ facit *sup. de incendio. l. in e quid. §. j. & sup. ad l. Iul. pe. l. sacrilegi. & sup. eo. l. in princ.*

x ¶ *Latrocinatorum*. i. eorum quos interemerunt latrones.

y ¶ *Liberos*. quando que æqualiter seruus vt liber in priuatis criminib. vel delictis. Vel dic vt *sup. eo. l. j. in prin. & facit.* C. *de ædi. cog. l. iij. & sup. eo. l. in seruorum. & si ex nox. causa agatur. l. pe. & sup. de dolo. l. non debet. & sup. ad l. Iul. pec. l. sacrilegij. in prin.* Sed arg. contra. C. *de epis. & cle. l. presbyteri. & sup. eod. l. aut facta. §. persona.*

ciat metallicum opus, non in metallum damnatus esse intelligi debet [a], huius enim libertas manet, quãdiu [b] * etiam hi qui [non †] in perpetuum opus dãnantur. Proinde & mulieres hoc modo dãnatæ, liberos pariunt [c].

7 ¶ Ad statuas cõfugere vel imagines principum, in iniuriã alterius [d], prohibitum est [e]. Cum enim leges omnib. hominib. æqualiter securitatem † tribuant: meritò visum est in iniuriã potius alterius, quam sui defensionis gratia ad statuas vel imagines principum cõfugere [f]: nisi si quis ex vinculis vel custodia, detentus à potentiorib. ad huiusmodi præsidium confugerit. his enim venia tribuẽda est. Ne autem ad statuas vel imagines quis cõfugiat, senatus censuit: eũmq. qui imaginem Cæsaris in inuidiã alterius prętulisset, in vincula publica coerceri D. Pius [g] rescripsit. 8 ¶ Omnia admissa in patronũ, patronive filiũ, patrẽ, propinquum, maritum, vxorẽ, cæterásque necessitudines, grauius [h] vindicanda sunt, quàm in extraneos. 9 ¶ Venerarij [i] * capite puniendi sunt: aut si dignitatis respectum agi oportuerit [k], deportãdi. 10 ¶ Grassatores [l] qui prædæ causa id faciũt, proximi latronib. habentur: & si cũ ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur: vtrique si sæpius [m] atq. in itineribus hoc admiserunt: cæteri in metallum dantur, vel in insulas relegantur. 11 ¶ Igni cremantur plerunq. serui qui saluti dominorum suorum insidiauerint †, nonnunquam etiam liberi plebei, & humiles personæ.

Qui ex proposito incendũt domos: puniuntur pœnis hic enumeratis. cuius autem negligentia & non dolo ignis damnum vicinis dedit, punitur ciuiliter, vel modicè castigatur. Bar.

12 ¶ Incẽdiarij [n] capite puniuntur, qui ob inimicitias vel prædę causa incenderint intra oppidũ, & plerumq. viui exuruntur [o]: qui verò casã, aut villã [p], aliquo * lenius. Nã fortuita incẽdia si cùm vitari possent, per negligentiam eorum apud quos orta sunt, dãno vicini fuerunt, ciuiliter exercẽtur: vt qui iactura adfectus est, dãni disceptet [q], vel modicè vindicaretur. 13 ¶ In exulib. gradus pœnarum cõstituti † edicto D. Hadriani: vt qui ad tempus relegatus est, si redeat, in insulam relegetur [r]. qui relegatus in insulam, excesserit, in insulã deportetur. qui deportatus euaserit, capite puniatur. 14 ¶ Ita & in custodiis [s] gradum seruandum esse idem princeps rescripsit, id est vt qui in tempus damnati erant, in perpetuum dãnarentur: qui ĩ perpetuum damnati erant in metallum damnarentur: qui ĩ metallum dãnati id admiserit, summo supplicio adficerentur.

Iste. § intelligitur duobus modis. Vno modo intelligitur vt latro dicatur fur qui clam furatur. Alio modo intelligitur de latronibus, hoc est derobatoribus stratarum, qui hoc faciunt publicè. Bart.

15 ¶ Famosos latrones in his locis vbi grassati sunt [t], furca [u] figendos cõpluribus placuit: vt & conspectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus: & solatio sit cognatis & adfinib. interẽptorum [x] eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent. Nonnulli etiam ad bestias hos damnauerunt.

16 ¶ Maiores nostri in omni supplicio, seuerius seruos quam liberos [y], famosos quàm integræ famæ homines punierunt.

XXIX. GAIVS *lib. 1. ad l. Iul. & Papia.*

Qvi vltimo supplicio dãnãtur, statim & ciuitatem & libertatem perdunt [z]. itaq. præoccupat hic casus [a] mortẽ: & nõnunquam longum tempus occupat: quod accidit in personis eorum qui ad bestias [b] damnantur.

Q[VI] *vltimo*.] C A S V S. Vltimo supplicio damnatus statim perdit ciuitatẽ & libertatem: licèt dudũ post differatur pœnæ impositio: quod plerumq; euenit: vt in litera dicit. Franc. Acc.

z ¶ *Perdunt*. antequã interficiãtur, & intra x. dies. sed appellatione facta extinguitur hic effectus: *vt sup. de inius to testa. l. si quis filio. §. hi autem.*

a ¶ *Casus*. id est à libertate & ciuitate. Accursius.

b ¶ *Ad bestias*. qui ergo damnatur ad bestias, debet mori: *vt hic. & supra de iniusto. testa. l. si quis filio. §. sed & si quis.* vnde [d] trahebatur forte ad caudam eq. donec moreretur. Vel verius, ponebatur inter feras bestias. nam cũ dico bestiam, intellige feram: *vt sup. de postul. l. j. §. bestias.*

¶ Et not. damnatum [e] ad mortem, statim fieri seruum: *vt hic. & d. §. sed & si quis. & supra eodem. l. quod ad statum.* Item si in metallum: *vt supra eod. l. in seruorum. §. qui ex causa.* quia illa est proxima [f] morti: *vt supra. l. proxim. in prin.* sed hoc hodie corrigitur in bene nato. non sic in spurio puto: *vt in Auth. de nupt. §. quod autem. col. iiij.* ¶ In deportatis [g] vero dic quòd ipsi statim post sententiam perdant ciuitatem: *vt & supra de lega. iij. l. j. §. de quibus. versi. deportatos. in si.* ¶ Sic ergo dictæ [h] sententiæ trahunt secum executionem: vt sententia excommunicationis. vnde sicut ab hac appellatur, sic ab illa. Nec ob. quòd ibi canon infligit: quia & hic lex. Vel ibi deus: quia & hic princeps. Vel quia ibi terror: quia sic & hic. Sed tamen decretistæ contradicunt: & de hoc dixi. C. *si à non compe. iudi. l. fin.*

*quemadmodũ etiam in. † Rectè hæc negatio fl. includitur nostris expositionis, quia abesse debet, & abest à libris Græcis & plerisque manuscrip. perpetuámq. in Vaticano retenta est.

a Præsumitur aduersus confugas.

†Securitas nemini speciàliter concedenda nisi subsit iusta causa, leges enim cuique securitatem præstant.

b Venerarij.

c Venerarii.

* Vide in hunc. § Ioan. Bap. Pium in anno post c. ... & sane in scriptis nostris exempla ... omnino venerarij legatur.

d Grassatores qui.

† insidiati erunt.

• Vel pro &.

f Imò de custoditis & damnatis carceri ad tẽpus per l. seruus Cod. de pœnis. v. Berbertum in pra. ... part. ... de visa...

g Primorum delictorum, pœnæ ... nocentur.

a Pœna grassatoris iure Longobardico.

* aliquanto.

† constituti dictum vide Bud. hic.

b Pœna eadẽ quandoque imponitur seruis & liberis personis famosis. Idẽ l. q. sup. co.

c Damnati vltimo supplicio statim à sententia libertatem & ciuitatem amittunt, idẽ intra decendium appellationis: Post appellationẽ tamen extinguitur hic effectus. Plac. lib. ... leg.

d Damnati ad bestias quæ dicebantur.

e Damnatus ad mortem statim fit seruus.

f Metalli pœna morti proxima.

g Deportati statim à sententia ciuitatem amittit.

h Executionem quæ secum trahant sententiæ.

Excommunicationis sententia an secum trahat executionem.

a ¶ *Solent.* scilicet damnati in metallum.

b ¶ *Habeatur.* & propter alia quandoque: *vt* §. *eo. l. praegnantis.* & hoc quod *hic* dicitur, dic in casibus permissis: *vt C. de acca. l. fin.* Vel ibi in confesso, hic in conuicto. Vel ibi in non damnato: hic in iam damnato.

a Hinc colligunt locum criminis esse in casibus non fit exceptio. si tamen in articulo mortis perseuerat in casu excepto, videri posse interrogari quod ait versum fit. vide Bytium tit. de modestis 85.

Si quis.] CASVS. Qui aliquid facit per quod leuis animi homines terrentur, vt mortem vel similē timorem habeant in insulam relegatur. Fran.

tur, saepe etiam ideo seruari solent [a] post damnationem, vt ex his in alios quaestio habeatur [b].

Qui alicui incussit timorem mortis, vel alium magnum timorem: debet in insulam relegari. Bart.

XXX. MODESTINVS *libro primo de Poenis.*

1 SI quis aliquid fecerit quo leues hominum animi superstitione numinis terrerentur, diuus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari rescripsit [c].

c ¶ *Rescripsit.* sed & poenam capitis patietur, si ipsa territio mortem minabatur: *vt supra de extraordi. crimi. l. penul. §. sunt quaedam.*

Ad bestias.] CASVS. Damnatos ad bestias praeses non debet dimittere ad clamorem populi, nisi hoc videat expedire populo: nam tunc dimittere potest, cum principis tamen consilio. Item non licet damnatum transduci de prouincia in prouinciam sine licentia principis. Fran.

XXXI. IDEM *libro tertio de Poenis.*

AD bestias [d] damnatos, fauore populi praeses dimittere non debet: sed si eius roboris vel artificij sint, vt dignè populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet.

1 ¶ Ex prouincia autem in prouinciam transduci damnatos sine permissu principis [e] non licere diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Sententia debet confirmari petitioni vel accusationi factae in libello: & secundum hoc poena statui. Bart.

XXXII. VLPIANVS *libro sexto ad Edictum.*

SI praeses vel iudex [f] ita interlocutus sit, *Vim fecisti*: si quidem ex interdicto [g], nō erit notatus [h], nec poena legis Iuliae sequetur. si verò ex crimine [i], aliud est [k]. Quid si nō distinxerit praeses [l], vtrum Iulia publicorum, an Iulia priuatorum? tunc ex crimine [m] erit aestimandum. sed si vtriusque legis crimina obiecta sunt: mitior [n] lex. id est priuatorum, erit sequenda.

b Damnati ad fauorem vel acclamationem populi nemo debet.

d ¶ *Ad bestias.*] non dicas damnatos ad fauorem vel ad acclamationem populi. hoc enim fieri non debet: *vt Cod. de decurio. l. decurio. & argu. supra qui & à quibus. l. si priuatus.* sed volebat populus hos dimitti cum essent iam damnati.

e ¶ *Sine permissu principis.* ad hoc & superius respon. *est sup. eod. l. diui. & l. iiij. in fin. & quod not. supra titu. j. in fin. sed arg. contra C. de relig. l. j.*

Si praeses.] CASVS. Praeses vel alius iudex tulit sententiam definitiuam, in qua dixit Titiū vim commisisse. quaeritur an sit infamis? & inspicitur forma petitionis. nam aut super interdicto vnde vi esset conuentus: & tunc non erit infamis. si autem de crimine legis Iul. esset accusatus, tunc erit infamis. sed qua poena punietur? an poena legis Iuliae de vi priuata, an de vi publica? & certè inspicitur de qua fuerit accusatus, & illius poenam patietur. si autem de vtraque esset accusatus, & sic simpliciter iudex tulit sententiam, vt dictum est: tunc significatur damnatus de vi priuata. Franc.

e Sententiae interlocutoriae & definitiuae differentia.

f ¶ *Vel iudex.* scilicet talis qui habeat merum imperium: quod hic exigitur: *vt* §. *de offic. praesi. l. illicitas. §. qui vniuersas.*

g ¶ *Ex interdicto.* proposito.

h ¶ *Non erit notatus.* *vt* §. *de vi & vi ar. l. neque.* Accur.

i ¶ *Ex crimine.* scilicet proposito fuerit interlocutus.

k ¶ *Aliud est.* scilicet quia erit infamis. Sed oppo. quia interlocutio [c] non infamat: *vt* §. *de infa. l. quid ergo. §. cum autem. & Cod. ex quibus causis infamia irrogatur. l. verbum. & l. interlocutio.* quae sunt contra. Solu. hic ponitur pro definitiua sententia, qua sola talia crimina definiuntur: *vt C. de fal. l. vbi.* Vel hic causa cognita: in contrariis non.

d Infamia in interlocutoria sententia definitiua, at non interlocutoria.

e Lex Iulia de vi priuata, descendit ab interdicto vnde vi.

f Infamis non efficitur in interdicto vnde vi, vt hic, vel lege Iulia de vi priuata. Imò contrahi tur infamia. g Infamem esse & opinionem grauare differunt.

l ¶ *Praeses.* in sententiando.

m ¶ *Ex crimine.* proposito. ¶ Et not. quòd H. dicit quòd si ex lege publica, erit infamis. si verò l. Iulia de vi pri. nō: qd' pbatur: quia descēdit [e] ab interdicto vnde vi accusatio legis Iuliae vis priuatae: quod interdictū non [f] infamat. nec hoc ergo infamet: *vt* §. *de pub. iudi. l. infamem.* Sed [g] opinio eius grauatur. & sic intelligitur §. *ad l. Iuliam de vi pri. l. j. in prin. & l. fin.* quod non [a] placet: quia illa distinctio descendit à ciuili famosa: vel non habet locum in priuato delicto, non publico: *vt d. l. infam. m.* at haec accusatio vis priuatae est publica [b]: *vt supra de publi. iudi. l. j.* praetereà expressè dicitur. §. *ad l. Iuliam de vi priua. l. j. in princ. & l. fin.* quòd infamet quod de infamia iuris est intelligendum. & quod hic dicit, est intelligendum quo ad poenam imponēdam: quae statim lata sententia intelligitur: *vt* §. *ad Turpil. l. j. §. fin. autem.* nam alia est poena vnius legis, alia alterius: *vt Iustit. de pu. iudi. §. item lex.*

a Infamia cōtrahitur ex le. Iulia de vi priuata.
b Accusatio ex lege Iul. de vi priuata, publica est.

n ¶ *Mitior.* ad hoc [c] *infra de regu. iur. l. semper in dubiis. & l. si in dubiis. & supra de verborum obliga. l. si ita stipulatus fuero. & de donat. cau. mor. l. mortis causa capitur. §. fin. & supra ad l. Rhod. de iac. l. ij. §. portio. & de suspec. tuto. l. haec enim. in prin. & infra eo. l. penul. & supra de leg. j. idem Iulianus. §. fin.*

c Mitior lex in dubio intelligenda & sequenda, vt poena mitior imponatur.

XXXIII. PAPINIANVS *libro secundo Quaestionum.*

FRatres imperatores rescripserunt, seruos in temporaria vincula damnatos, libertatem & hereditatem siue legatum, postquam tempus expleuerint [o], consequi: quia temporaria coercitio quę descendit ex sententia, poenae est abolitio. si autem beneficium libertatis in vinculis veniat, ratio iuris, & verba † constitutionis [p] libertati refragantur. Planè si testamento libertas data [q] sit, & eo tempore quo aditur hereditas, tēpus vinculorum solutum sit, rectè manumissus intelligetur: non secus ac si pignori datum seruum debitor manumisisset, eiusq. post liberatum pignus adita fuisset hereditas.

† Verbis edicti stari oportet, addit. i.

Fratres.] CASVS. Stichus seru' me' commisit delictū propter quod est damnatus vt in metallis stet vsq; ad tempus. interim reliqui ei libertatem & hereditatem vel legatum quoddā, dicitur quòd finito tempore poenae & libertatem habebit, & hereditatem, vel legatum. si autem eum interim manumittam: inter viuos non valet, sed si in testamēto manumitto eum: & tempore quo aditur mea hereditas, inuenitur liberatus à vinculis, tenet datio libertatis: sicut si debitor serui specialiter pignori datum manumittit in testamento, deinde inuenitur seruus liberatus à pignore ante aditam hereditatem domini. nam & hoc casu tenet datio libertatis. Fran. Accur.

XXXIIII. IDEM *libro sextodecimo Responsorum.*

SEruus in opus publicum perpetuū, ac multo magis temporarium non datur [r]. Cū igitur per errorem in opus tēporariū fuisset datus, expleto tempore domino seruum esse reddendū respondi [s]. 1 ¶ Eos quoq. [t] poena delatoris ex sententia senatusconsulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt.

XXXV. CALLISTRATVS *libro primo Quaestionum.*

MAndatis principalib. quae praesidibus dantur, cauetur ne quis perpetuis [u] vinculis damnetur: idque etiam diuus Hadrianus rescripsit.

XXXVI. HERMOGENIANVS *libro primo Epitomarum.*

o ¶ *Expleuerint.* quia [d] post completam poenam cedit dies legati. *ad quod supra de manumis. test. l. Aristo. Item fac. C. ex quib. cau. infam. irro. l. etsi seuerior.*

d Tēporariis, tempore finito, expirat quod & in poenis obuiatur.

p ¶ *Constitutionis. C. qui non liber. perue. non pos. l. j.*

q ¶ *Data.* specialiter & expressim: quod manumittere nō possit, secus si generaliter vel tacitè: *vt* §. *qui & à quib. l. iiij. & C. de seruo pig. da. ma. l. ij. & iij.* ¶ Sed videtur [e] quòd debitor possit manumittere seruum pignori datum: *vt* §. *de fideic. lib. l. generaliter. §. si quis seruo. quae est contra.* Sol. verum est per fideicom. non directam, nisi cedat dies iam eo liberato: vt hic erat. a Vel dic vt ibi. cedit ergo dies ab adita hereditate: *vt hic. & C. de cad. tol. §. in nouissimo.*

e Pignori seruum datum & quatenus debitor possit manumittere.

Seruus.] CASVS. Seruus non debet damnari in opus publicum perpetuum, nec temporarium. si tamen de facto damnatus sit in opus temporarium: finito tempore redditur domino. Item poena delatoris tenetur & qui delatorem per suppositam personam subiecit. Franciscus.

r ¶ *Non datur.* §. *eo. l. in seruorum. iij. respon.* contra. sol. vt ibi.

s ¶ *Respondi. vt C. eo. l. seruo.*

t ¶ *Eos quoque.* non [f] solum ipse qui incidit per se: *vt supra ad Turpil. l. j. §. incidit.*

f Delator nō perficiens delationem punitur.

Mandatis.] CASVS. Nemo liber homo damnari debet in perpetuis vinculis. Franciscus.

u ¶ *Perpetuis.* nisi seruus: *vt C. eo. l. incredibile. & l. seruus.*

In metallum.]

IN metallum.] CASVS. Damnati in metallum, & in ministerium metallicorum, serui fiunt pœnæ. Franc.

a ¶ *Efficiuntur, vt & supra eod. l. aut facta. §. fin. & l. capitalium. in prin.* Sed hodie contra[a] *vt dixi. ℥. eo. l. qu. vltimo.*

IN dardanarios.] CASVS. Dardanarij qui habent falsas mensuras ad mensurandum annonã, extra ordinẽ puniuntur pro modo delicti: & qui sint hi, dic, *vt sup. de extraordi. cri. l. annonam.* Franc. Accur.

b ¶ *Extraordinem*[b] *fa. ad hoc. ℥. de extraordi. cri. l. annonam* Accur.

SI quis aliquid.] CASVS. Qui aliquid ex metallo principis vel ex moneta sacra surripuit, in metallum dari debet, vel in insulam secundum qualitatem personæ. Item transfugæ, id est qui ad hostes vadunt, item qui renũtiant hostibus nostra consilia, viui comburi debent, aut furca suspẽdi. Itẽ factores siue auctores seditionis & tumultus populo cõcitato, furca damnãtur, aut bestiis, aut in insulam secundum qualitatem personæ. Item qui corrũpunt virgines nondum viri potẽtes, grauiter puniuntur. quod dic vt in litera. Itẽ seruus qui vocat dominũ suum in ius, dicens se ab eo emptum suis nũmis, & sic petit se manumitti: si hoc non probet domino suo redditur sub pœna vinculorum aut in metallum damnatur, si hoc domino suo placebit. Item qui dat poculum abortionis aut amatorium poculum, grauissime punitur: licet non in fraudem dederit: & magis punitur si ex hoc poculo homo vel fœmina perierit: quod dic vt in litera. Item qui supprimit testamẽtum quod ipso iure nõ valet: non dicitur delinquere. Item qui testamentum viuentis aperuerit, recitauerit, & resignauerit, pœna legis Cornel. tenetur. Item procurator meus si instrumẽtum litis meæ prodidit aduersario, grauiter punitur. quod dic vt in litera. Item ¶ duo deposuerunt instrumẽta penes Titiũ, & Titius restituit vni eorũ altero absente, vel ea ostendit aduersario litis eorũ: grauiter punitur. Itẽ iudices pedanei, id est qui negotia humiliora disceptant: si corrupti dicantur. & hoc inueniatur: grauiter puniũtur, quod dic vt in litera. Itẽ miles qui de carcere fugit cultello sibi dato. & ense extracto: capite punitur. Itẽ custos qui dimisit captũ: eadem pœna tenetur. Itẽ miles qui sibi manus infert, volens se occidere, nõ tamen se occidit: capite punitur: nisi ob impatientiã doloris, vel morbi, vel simili de causa hoc fecisset. tunc enim cum ignominia remittitur. Franc.

c ¶ *Punitur, vt*[c] *supra ad leg. Iul. pec. l. v. §. si quis ex.*

d ¶ *Furcæ, vt*[d] *℥. de re mili. l. omne. §. exploratores. & l. proditores. & ℥. eod. l. aut damnum. §. j. & arg. ℥. de fisco leg. iij. §. fi.* Sed contra *C. de seruis fugi. l. iij.* Sed ibi delictum non[e] erat consummatum: quia in itinere fuit deprehensus: hic peregerat. Item contra. *℥. de ca. & postlimi. l. postliminium. §. transfugæ.* Solu. ibi non petebatur per aliquem puniri: & ideo domino redditur.

e ¶ *Auctores.* aliàs fautores: aliàs actores, & [a] *facit supra d. capitalium. §. solent. & quod ibi dixi.*

f ¶ *Mittuntur facit*[b] *supra de iniu. l. si stuprum. & de incen. l. fi. §. peruit. & de iure patro. l. adigere. §. quamuis.*

g ¶ *Redemptum.* & super hoc dominum vocat in ius *vt ℥. de ingenuis. l. xix.*

In metallum, sed & in ministerium metallicorum damnati serui efficiuntur[a], sed pœnæ.

XXXVII. PAVLVS *libro primo Sententiarum.* †

IN Dardanarios propter falsũ mensurarum modum, ob vtilitatem popularis annonæ, pro modo admissi extra ordinem[b] vindicari placuit.

XXXVIII. IDEM *libro quinto Sententiarum.*

SI quis aliquid ex metallo principis, vel ex moneta sacra furatus sit: pœna metalli & exilij punitur[c]. 1 ¶ Transfugæ ad hostes, vel consiliorum nostrorum renuntiatores, aut viui exuruntur, aut furcę[d] suspenduntur. 2 ¶ Actores[e] † seditionis & tumultus populo concitato, pro qualitate dignitatis aut in furcã tolluntur, aut bestiis obiiciũtur. aut in insulam deportantur. 3 ¶ Qui nondum viri potentes virgines corrumpunt: humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulã relegãtur, aut in exilium mittũtur[f]. 4 ¶ Qui se suis nummis redẽptum[g] nõ probauerit, libertatem petere nõ potest: amplius eidem domino sub pœna vinculorum redditur: vel si ipse domin' malit, in metallum[h] damnatur. 5 ¶ Qui † abortionis aut amatorium[i] poculum dant: etsi dolo non faciant, tamẽ quia mali exempli[k] res est, humiliores* in metallum, honestiores in insulã amissa parte[l] bonorũ relegantur. [m] quòd si eo[n] mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur. 6 ¶ Testamentum quòd nullo iure[o] valet, impune supprimitur. nihil est enĩ quod ex eo aut petatur, aut consistere possit. 7 ¶ Qui viui testamẽtum aperuerit, recitauerit[p], resignauerit, pœna Corneliæ[q] tenetur: & plerumq. humiliores aut in metallum damnantur: aut honestiores in insulam deportãtur. 8 ¶ Si quis instrumentum litis suæ à procuratore aduersario proditum esse conuicerit[k]: procurator si humilior sit, in metallum damnatur: si honestior, adempta parte bonorum dimidia in perpetuum[r] relegatur. 9 ¶ Instrumenta penes se deposita[s] qui conque alteri altero absente reddiderit, vel aduersario prodiderit: prout personæ conditio est, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. 10 ¶ Iudices pedanei[t] † si pecunia corrupti dicantur: plerumq. à præside aut curia* summouentur: aut in exilium mittuntur, aut [ad] tempus relegantur. 11 ¶ Miles qui ex carcere dato gladio erupit pœna capitis punitur. Eadẽ pœna tenetur & quicum eo quem custodiebat, deseruit[u]. 12 ¶ Miles qui sibi manus intulit, nec factũ peregit: nisi impatientia doloris, aut morbi, luctúsve alicuius, vel alia causa fecerit, capite puniẽdus est: aliàs cũ ignominia mittend' est[x].

XXXIX. TRYPHONINVS *libro decimo Disputationum.*

CIcero in oratione pro Cluẽtio Auito † scripsit, Milesiã quandam mulierem, cum esset[y] in Asia[z], quòd ab heredibus secundis[a] accepta † pecunia partum sibi[b] medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam[c]. 1 ¶ Sed & quæ visceribus suis post diuortium, quòd prægnas fuit, vim intulerit, ne iã inimico marito[d] filium procrearet: vt temporali exilio coerceatur, ab optimis imperatoribus nostris rescriptum est.

h ¶ *In metallum. vt & ℥. de man. l. si quis.*

i ¶ *Amatorium. pœculum. vt ℥. ad l. Corn. de sic. l. iij. §. sed id.* Accur.

k ¶ *Exempli. ad hoc.*[d] *℥. de sica. l. iij. §. sed ex sen. Iul. con. & l. si malicem. & supra de incidi. l. obseruandum. & ad Maced. l. j. & C. de prob. exemplo. & supra de re iudi. leg. diuus. in fine.*

l ¶ *Amissa parte.* dimidia[e]: *vt ℥. de verbo. signifi. d. nomen filiar. in §. portionis.*

m ¶ *Relegantur.* & in perpetuum, ex quo de bonis aufertur: *vt ℥. tit. ij. l. iij. & l. relegatorum. §. ad tempus.*

n ¶ *Si eo.* scilicet poculo. Accur.

o ¶ *Nullo iure.* hoc accipe vt diximus *℥. de falsis. l. si quis legatum.* & sic non obst. quod ibi dicitur: ad quod est *℥. de tab. exh. l. j. §. fi. ne. & ad Silan. l. iij. §. si quis codicillos.* quæ sũt cõtra. Item cõtra. *sup. de fal. l. iiij.* Sol. vt ibi.

p ¶ *Corneliæ.* de falsis: *vt supra de fal. l. j. §. qui. & fa. supra quemadmodum testa. ape. l. ij. §. si dubitetur.*

q ¶ *Conuicerit.* id est probauerit.

r ¶ *In perpetuum.* ad hoc *supra de extraordi. cri. l. falsarij. §. j. & de fal. l. j. §. is quidem & ℥. proxi. §. item fac. ℥. titu. l. j. & tit. iij. l. iij.*

s ¶ *Deposita.* à duobus. *ad quod facit supra deposi. l. j. §. si pecunia & facit. ℥. proxi. §. &* quod ibi not. Accur.

t ¶ *Iudices pedanei.* id est delegati, vel etiã ordinarij, qui humiliora negotia disceptant: *vt C. de peda. iudi. l. fi. & facit. C. de pœ. iudi. qui male iudi. l. j. & ij. & in auth. ibi posita.* Accur.

u ¶ *Deseruit.* ad primum *facit infra de re mili. l. milites. §. eius. in fi.* Ad secundum. *supra de custo. reo. l. fi.*

x ¶ *Mittendus est. ad hoc supra de re mili. l. omne. §. qui se. Item facit infra tit. ij. l. fin. Item arg. contra supra de fal. l. qui falsam.*

CIcero.] CASVS. Vir Milesiæ fecit testamentum, & instituit sibi heredem ventrem Milesiæ suæ vxoris. erat enĩ grauida ex eo, vt dicebatur. & si non nasceretur aliquis vel aliqua ex Milesia sua vxore, substituit quosdã. postea hæc Milesia accepta pecunia à substitutis, fecit abortum aliquibus medicamentis factis. dicit Cicero hanc Milesiam capite damnandam. Item mulier quæ post quam diuertit se à viro & erat pregnans, vim intulit ventri vt sic abortum faceret: in exilium temporarium damnatur. Fran.

y ¶ *Cum esset.* s. mulier: vel dic, Cicero.

z ¶ *In Asia.* prouincia.

a ¶ *Ab heredibus secundis.* s. substitutis.

b ¶ *Sibi.* aliàs filij: & aliàs sibi. Accursius.

c ¶ *Damnatam. vt & ℥. de sica. l. si mulierem.* & quod ibi not.

d ¶ *Marito. C. de diuo. l. fin. §. inter.*

a Serui pœnæ hodie nulli.

b Extra ordinem quemadmodum puniantur Dardanarij.

c tit. xi. & xj. extat hodie præter hoc nihil.

* Furca.
† Auctores.

† Paul. li. v. tit. de sicar. & veneric.

* Contrarium Areopagitarũ sententiam refert Aristo. li. 1. magnorũ moral. c. 16.

c Pœna eius qui quid ex moneta principis furatur.
d Pœna transfugæ.
e Delicta cõsumata facilius puniũtur, quã non perfecta.

a Pœna auctoris seditionis.
b Pœna corrumpentis virginem.
c Pœna amatorium poculum præbentis.
d Exẽpli causa pœna sumitur. Quod pertinet quod ad Gellium.
e c. 19 legitur puniẽda peccatis esse debere causas. Est enim ratio quæ & aliorum vel punitione, cum pœna adhibetur emendandi causa, vt ei qui deliquit corrigatur. Altera vero cũ autoritas eius in quem peccatum est, tuenda est, ne prætermissa animaduersio cõtemptum pariat. Tertia est punitio propter exemplũ necessaria.
e Patui appellatione intelligitur dimidia.
† Pauli interpres interpretatur legatos.
* Flo. curia.

† Habito. Re. & sic Flor. scriptum vide in vet. manuscript. l. Cic. & Valc. &c.

† Punit gravius delicta quę pecunia accepta admittũtur, quã quæ gratis.

f Pedanei iudices pro delegatis vel ordinariis.

ff. Nouum.

Qui hostem fugientem sciens susceperit, in insulam relegatur. Franc. Accursius.

XL. PAVLVS *libro tertio Decretorum.*

METrodorum, cum hostem fugientē sciēs susceperit, in insulam deportari[a]: Philocteten, quòd occultari eū nō ignorans diu dissimulauerit, in insulam relegari placet.

Glossa prima ponit casum.

XLI. PAPINIANVS *libro secundo Definitionum.*

SAnctio legum[b] quæ nouissimè[c] certam pœnam[d] irrogat iis qui præceptis legis[e] non obtemperauerint, ad eas species pertinere non videtur[f], quibus ipsa lege pęna specialiter addita est: nec ambigitur in cætero omni iure[g] speciem generi derogare. nec sanè verisimile est delictum vnum eadem lege[h] variis æstimationibus coerceri.

XLII. HERMOGENIANVS *libro primo Epitomarum.*

INterpretatione[i] legum pœnæ molliendæ † sunt potius, quàm asperandæ.

XLIII. PAVLVS *libro primo Responsorum.*

IMperator Antoninus Aurelio Atiliano rescripsit: Præses vltra administrationis[k] suæ tempus interdicere alicui arte sua vti non potest.

Qui pro suo delicto amittit honorem, amittit etiam commodum honoris. Bartolus.

1 ¶ Idem respondit, eum qui suo admisso decurionum honorem amisit, non posse in pœnis euitandis decurionis filij honorem vindicare[l].

a *Metrodorum, cum hostem.*]*Deportari. supra eodem.l.aerum.* Accursius.

b *Sanctio legum.* id est legalis sic *C. de in. & con. l. non dubium.* Et dic, si alicui delicto imponitur certa pœna per legē: nō debet cumulari vt imponatur extraordi. arbitrio iudi. sed ibi tantum vbi non est certa pœna legis. Accur.

c ¶ *Nouissime.* s. per generalē doctrinā, vel per regulam, quod nouissime fieri solet: vt *ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit.* vnde regulæ in fine digestorum ponuntur.

d ¶ *Pœnā.* s. iudicis arbitrio inductā. ante [illegible] mē si est incerta, id est extraordi. vt pote i crimine stellionat. accusatione deficiente, specialis accusatio locum habet cōtra eū qui legi non pareat: vt *s. de cri. stel. l. ij.* si autē vtraque esset certa, neutra alteri derogaret, & [illegible] eo malè sequeret: nec ambigit, &c. potest[d] tamen dici extraordin. fieri certam per arbitrium iudicis, & [e] illam pœna quā iudex imponit, lex imponere videtur: *vt supra de here. Instit. l. asse.*

e ¶ *Preceptis legis.* i. legale præceptum.

f ¶ *Non videtur.* i. locum sibi in his specialibus nō vindicat, pertinet tamen ad generalitatem verborū, qua[f] etiam species continetur: vt diximus. *j. de re iur. l.* alioquin non potest dici derogatio. Sunt autem hęc generalia verba: quicunque legi nō paret, extraordinem coerceatur.

g ¶ *Omni iure.* sicut in supradicto respon. *ad quod. s. de lega. iij. l. seruis urbanis. §. fin. & de pecu. leg. l. serno manumis. & de tritico legato. l. ij. & de verb. oblig. l. doli exceptio. & infra de regu. iur. l. in tota & de leg. ij. l. Titio. c. aur. & supra de fun. instru. & instr. leg. l. quæsitum. §. pe. & l. cum de lanionis. §. cum fundum & supra de manu. testa. l. si peculium.*

h ¶ *Eadem lege.* in gęnere hoc accipe. Accur.

i *INterpretatione.* facit[h] *supra eo. hodie & respiciendum. & infra de decu. l. generaliter & infra de regu. iur. l. factum cuique. §. fin. & supra de pign. l. in quorum.*

IMperator.]CASVS. Dic casum huius princ. vt in glo. hic posita quæ incipit, hoc intelligit Ioan. &c. In secunda parte dic: filius decurionis ex delicto suo amisit honorem debitum filiis decurionum amodo sustinebit pœnas plebeiorum. Franc.

k ¶ *Administrationis.* hoc intelligit Io. si[i] nō lite cōtesta. in iudicio solēniter dānaret aliquē de crimine capital sed extra iudiciū prò aliquo excessu, quātūcunq; dicat: prohibeo te vti arte tua. hęc enim interlocutio vltra suū tempus non extenditur. & secundū hoc non est contra. *C. de postulan. l. j. quæ signata contra.* Alij aliter soluūt, vt ibi, Itē facit[k] ad hanc legē. *s. de arbi. l. si cum dies. §. contra & de offic. præfect. vr. l. j. §. pe. & de postu. l. puto. §. fin. & sup. eod. l. moris. & s. de iurisd. omni. iudi. cum qui §. j. & de pign. l. in quorum.*

l ¶ *Vindicare.* *vt C. de quæstionibus. l. diuo. & supra de sena. l. emancipatum. & infra de decur. l. ij.*

a Boni... [illegible] pœna.

b Sanctio legum quid sit hic ignorat Accursius. petere igitur ex §. sanctę Inst. de rerum diuisione l. sacra. s. de rerū diuis. Cicerone pro Balbo Cornelio: Festo in Sactur.

c Noga. nouissime dantur qđ in vltima parte legis huiusmodi sanctiones locatæ.

d Pœna extra ordinaria fit certo arbitrio iudicis.

e Pœna iudicis, legis pœna dici potest: vnde qđ iudex facit, lex facere videtur.

f Species generē suo continetur.

† Quo nomine laudatur M. Antoninus Philosophus, cui mos erat vt omnia crimina minore supplicio quā legibus piedi solēt, puniret. Iulius Capitolinus. in eo. græci ad hūc locū citant Iulai rhetoris hanc sententiam. Seueras leges esse ponēdas, sed eas latius, id est mitius, coercere debere quàm præcipiant.

g Species iuri derogat.

h Interpretatione pœnæ legum mollienda.

i Interdictio facta à iudice lite contestata solemniter, excedit etiam tempus officij interdicentis: [illegible] tempora [illegible] interdictio.

[illegible] Tempora [illegible]

DE BONIS DAMNATORVM.

Idem criminum discrimen quod fecimus semper à titulo. xvij. & in hoc titulo perdurat. nec enim bona omnia adimuntur reis, nisi damnati sunt ex crimine capitali. sed & iniūs liberis damnatorum ex crimine capitali & patronis portiones quadam conceduntur, & dos marito exceptis quinque criminibus, & pannicularia optioni vel speculatori, vel officiali vel cui iudex ea concedi arbitrabitur. Cæterum huius tituli legem septimam mancam esse & imperfectam & titulum etiam ipsum lege octaua, nona, decima, vndecima alias ostendimus, sicut & titulum. xxv. multo pluribus. Caia.

DE BONIS DAMNATORVM.

TITVLVS XX.

I. CALLISTRATVS *libro primo de iure fisci & populi.*

DAmnatione[m] bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas[n], aut seruilis conditio irrogatur. 1 ¶ Etiam hi qui antè concepti, & post damnationem nati sunt portiones[o] ex bonis patrum dānatorum accipiunt. liberis autē ita demum portio tribuitur, si iustis nuptiis[p] nati sint. 2 ¶ Liberis eius cui pars dimidia dumtaxat bonorum ablata est, partes non dantur. Idque & diui fratres rescripserunt.

II. IDEM *libro. 6. de Cognitionibus.*

NOn vt quis in carcerē ductus est, spoliari[q] eum oportet: sed post[r] condemnationem: idq. diuus Hadrianus rescripsit.

Supplicij.]CASVS. Cum quis damnatur ad mortem naturalem, vel cum ciuitatem perdit, vel cum seruitus imponitur: his tribus casibus perdit bona. Secūdo dicit quod etiam filij damnati patris ante damnationē patris concepti, nati tamen post accipiunt partem dimidiam bonorum patris: & eam retinent: & hoc est verum si sūt ex iustis nuptiis nati: secus autem si pater tantum partem bonorum amisit. quia hoc casu filij nihil accipient. Fran.

m ¶ *Dānatione.* vulg. Supplicij damna. ¶ Et dicitur suppliciū[a], vbi mors naturalis, vel ciuitatis vel libertatis amissio accidit: *vt hic & s. tit. j. l. capitalium. in princ.* & perduntur bona his[b] tribus casibus: *vt hic, & C. eo. de bon. prosc. rip. leg. in metallum. & l. deportati.* nisi in duobus casib[c]: *vt hic, & C. de mulieribus quæ seruis propriis. l. j. & C. de rap. virgi. l. j.* & perduntur etiam tacitè: *vt C. si pendente appel. mors l. ij.* Sed hodie contra: *vt in Authen. vt nulli iud. §. fin. col. ix.* & hoc si damnatus erat liberi tis. Si vero seruus, non publicatur peculium: *vt C. eod. l. j.* Item si filius fa. non publicatur peculium etiā castrense: *vt C. eod. si filius. & fac. sup. de testa. l. eius. §. si eu.* Item vilia[c] non publicantur: *vt j. eod. l. diuus.*

n ¶ *Aut ciuitas.* quia deportatur in insulam.

o ¶ *Portiones.* aut [d] erat curialis damnatus: & tunc filio mari omnia, filiæ dimidia: mixtis, mari dimidia, & alia dimidia inter mares & fœminas diuiditur. si vero non est curialis, tunc omnia publicantur: sed princeps ex benignitate dimidiam liberis cōcedit: *vt hic, & C. eo. l. fi. in fi.* nisi sunt plures: tunc omnia: *vt inf. l. fi. §. si plures.* Item hoc nisi dimidia ex sententia est ei seruata: *vt hic dicitur.* ¶ Et hoc etiam in adoptiuis: *vt j. eo. l. fin. §. ex bonis.* ¶ De matre[e] damnata dic *vt C. eo. l. de bonis mater.* ¶ Item liberto damnato nō minuitur portio patroni: *vt j. eo. l. fin. §. si in libertinum.* ¶ De vxore[f] dic vt *j. eod. l. quinque. & fa. s. tit. j. si quis aliquid. §. si quis. & de sic. si qui seruum. & Instit. de pub. iudi. §. item lex Iul. de vi.* ¶ Sed quid[g] de quæsitis post publicationem?

p ¶ *Nuptiis.* Contra. *j. eo. l. fi. §. pe.* Solu. vt ibi.

NOn vt quis.]CASVS. Cum delinquens capitur, & in carcerem ponitur: non statim bona eius auferuntur, sed demum post condemnationem. Fran. Accursius.

q ¶ *Spoliari.* scilicet bonis. vel dic, vestibus. & sic est contra nuncios Bono.

r ¶ *Sed post.* id est statim.

Quinque legibus]CASVS. Vno de quinque delictis muliere dānata, dos eius quæ erat penes virū, publicatur: & [illegible] delicta numerat in litera. Si autem maritus habet aliquod ius in rebus dotalibus, agat contra fiscum: & ius quod habet, saluum erit ei de hoc dic vt [illegible] glo. si autē ex alio delicto punitur, ex quo dos non publicatur, seu autem pœnæ fit: dos lucro viri cedit, quasi sit mortua. Sed si est deportata hæc vxor filia Titij, tūc matrimonium durat, si retinent adfectionem inter se viri & vxoris. si autē mulier deportata desinat habere animum ad maritum, discedere ab eo volens, tunc pater eius mulieris repetet dotem. si autē esset sui iuris hęc mulier, & constante matrimonio fuit deportata, dos penes virum stabit: & soluto postea matrimonio ipsa petet dotem. & hoc dicit lex cum duabus seq. Fran.

a Supplicium quid & quando dicatur.

b Bona quibus casibus, aut quo supplicio quis amittat.

c Supplicij damnatione. Vide Aut. Aug. lib. 1. emen. cap. 4. Taur. in adnot. putat hęc verba redius potuisse collocari initio l. j. huius tit. & de inscriptione tolli. An. verò An contra putat li. c. c. 4. recte vt mihi videtur.

c Bonis publicatis vilia non publicantur.

d Dānati bona quādmodum liberis damnati auferantur vel seruantur.

e Damnata matre, quę bona seruentur eius liberis.

f Damnata vxore an & quæ bona decedant marito.

g Bonis publicatis, an ea publicata censentur quæ post publicationem quæsita.

Quinque.

o ¶ *Potest.* post triennium, vel[a] etiam antea: *vt s. de ritu nupt. si nepos. in fin. & l. si filius.* Accursius.

p ¶ *Non posset.* vt[b] pote seruus hostium constitutus. R.

q ¶ *Vt redierit erit.* vt, id est postquam redierit, &c.

r ¶ *Inuito.* sic[c] Institu. *de adop. §. licet. & supra de contra tab. l. iij. §. si emancipatus.*

s ¶ *Maximè.* Not. quale maximè[d] sic. C. *quod met. cau. l. iij.* Azo.

t ¶ *Velit.* remanere vxor: sed secus eo deportato: *vt supra de bon. dam. l. si d. s.*

u ¶ *In matrimonio.* finitur enim cap. *vt hic, & in authen. de nupt. §. sed etiam captiuitatis. col. iiij. & s. ea. l. non vt à patre. & s. solut. mat. si quis sic stipuletur.* nisi ad hoc, vt alii non nubat: *vt s. de diuor. l. vxores. contra.* hoc tamen fallit in patrona: *vt s. de rit. nu. l. in eo. §. si ab hostibus.* Sed hodie nõ[e] soluitur matrimonium capti. *vt in authen. de nup. §. sed etiam captiuitatis. in fi. col. iiij.* Accur.

x ¶ *Iure subtili.* id est rigore.

y ¶ *Fecerat.* ante captiuitatem: in quo comprobauerat si quis codicillos postea fecerat.

z ¶ *Quia.* bona ratio: *vt s. de codicil. l. diuus. §. codicillos.*

a ¶ *Principium.* id est testamentum, quo dictum est, codicillos, quos faciam, confirmo. & no. de principio sic *supra de leg. ij. cum filius. §. heres.*

b ¶ *Eorum.* s. codicillorum.

c ¶ *Intercessisset.* secus in testamento ibi facto. licèt redierit: *vt Institut. quibus non est permissum face. testa. §. si.* Ac.

d ¶ *In iure sunt.* id est quorum petitio vel retentio iure sibi competebat ante captiuitatem. & sic puncta in iure sunt. vel sunt in rerum natura: vt sic iure possint peti, vel retineri. *ad quod C. eo. l. ab hostibus.*

e ¶ *Potitus.* simile supra, quod si filius. Accursius. ADDITIO. nam prius legebatur, hostium potestati subditus.

f ¶ *Si quis.* nunc de redemptis dicit.

g ¶ *Seruum.* alienum.

h ¶ *Redemerit.* non tamen quærit ei, nisi ex duabus causis fortè: *vt j. ea. l. §. statuliberis.* Accur.

i ¶ *Oblato.* quandocũque, si fuit sciens. aliàs intra triennium tantùm: *vt j. proxi.* ¶ Sed cum sit redimenti s.: quomodo potest dici eidem obligatus: *vt s. de leg. j. l. senatus. §. fin.* Respon. toleratur[f] quia liber[g] redemptus, est liber, & tamen est obligatus iure pignoris: *vt C. eo. l. si.* Accur.

k ¶ *Receptus esse.* receptos[h] esse dicimus, qui virtute militari sunt liberati: *vt C. eo. l. ab hostibus.* Accursius.

a Vide Bart. in l. si is qui pro emptore. supra de vsucap.
b Interruptio per possessionis non possunt fieri infectæ vlla cõstitutione.
c Interruptio causa est desinendi vsucapionis.
* infectæ.
† captus.
* sententiis sequenda est.
d Vsucapio suo tempore impleri quo sensu dicatur.
e Matrimonium hodie non soluitur captiuitate.

Nouum.

QQQ

a ¶*Post legitimum tempus*. scilicet triennium: vt subiicit.
b ¶*Videamus*. & videtur quòd sit ius offerendi: nam, &c.
c ¶*Intelligi non potest*. ¶Hic tria not. quia dominus [a] non vsucapit: sic supra de vsuca. sequitur. §. lana. Secundò, quia non [b] debet deterioris conditionis esse dominus: quam non dominus: *vt supra quib. mod. vsusfructus amit. leg. si vsusfructus. & de iniuriis. sed si vnius. §. si seruus in quo.* Sed argum. *contra supra de donationibus. l. qui debitori. & de exceptio. rei iudic. leg. fin. §. j.* Tertiò quod præscribitur[c] iuri luendi. *ad quod Cod. quod met. cau. l. iij.*

se, redemit: an quasi vsucepisse videatur, scilicet ne post legitimum [a] tempus offerendi pretij priori domino facultas sit, videamus[b]. Nam occurrit, quòd constitutio quæ de redéptis lata est, cum redimentis seruum facit: & quod meum iam, vsucapere me intelligi non potest [c]. Rursum cum constitutio non deteriorem causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit: perimi ius bonæ fidei emptoris vetustissimum, & iniquū, & contra mentem constitutionis est: ideoque transacto tempore [d], quanto, nisi constitutio eum proprium fecisset, vsucapi potuisset, nihil ex constitutione domino † superesse rectè [e] dicetur.

9 ¶ Manumittendo [f] autem vtrum desinit tantùm dominus esse, & relictus ab eo [g] seruus in ius [h] prioris [i] domini redit: an & liberum eum [k] fecit, ne præstatio libertatis, dominij fiat trāslatio [l]? Certè [m] apud hostes manumiss[us] [n] liberatur: & tamen si eum nanctus dominus ipsius [o] vetus intra præsidia [p] nostra fuisset, quamuis non secutū res nostras, sed dum eo consilio venisset, vt ad illos [q] reuerteretur: seruum retineret [r] iure postliminij. quod in liberis [s] aliter erat. Non enim postliminio reuertebatur, [t] nisi qui hoc animo ad suos venisset, vt eorum res sequeretur, illósque [u] relinqueret à quibus abisset: quia [x] vt Sabinus scribit, de sua qua* ciuitate cuique [y] constituendi facultas libera est [z], non de dominij [a] iure. Verùm [b] hoc non multū onerat præsentem inspectationē [c]: quia in hostiū iure manumissio obesse ciui nostro [d]; domino [e] ser-

d ¶*Tempore*. scilicet triennio. *ad quod est supra de col. bono. leg. nonnunquam. in fin. & ad Vellcianum, l. debitrix. §. fin.*
e ¶*Rectè*. sic vsucapio dicitur in casu proposito.
f ¶*Manumittendo*. ille qui ignorans redemit: nam sciens nō potest: *vt in fin. huius. §. dices.*
g ¶*Ab eo*. scilicet redemptore.
h ¶*In ius*. domini in lib. R. est cancel. in ius prioris domini.
‡ Vel dic domini, s. redimentis, qui est prior, habito respectu ad mentem: sed & posterior quantū ad eum dem: vt subiicit.
i ¶*Prioris*. s. veteris.
k ¶*Eum*. scilicet iste redimens, cum manumittendo.
l ¶*Translatio*. sc. de redimēte in verū dominiū: vt olim erāt in iure [d] accrescēdi in seruo cōmuni ab vnō ex dominis manumiss. *vt Instit. de dona. & §. fin.*
m ¶*Certè*. omissa solutione primæ quæstionis, transit ad aliam similem.
n ¶*Manumissus*. ab eis hostibus.
o ¶*Ipsius*. serui.
p ¶*Intra præsidia*. id est territoria.
q ¶*Ad illos*. s. hostes.
r ¶*Retineret*. s. dominus verus. *infra eo. l. fin. contra.* Solu. illa hanc determinat.
s ¶*In liberis*. scilicet hominibus captis.
t ¶*Reuertebatur*. scilicet liber homo captus.
u ¶*Illósque*. scilicet hostes.
x ¶*Quia*. ratio quare aliud in liberis.
y ¶*Cuique*. libero.
z ¶*Facultas libera est*. *facit* [e] *ff. ad munici. l. nihil. & l. non vtique. & l. j. & l. domicilium. & l. cius. §. pen. & ff. de condi. & demon. Titio. j. §. j. ibi libertatem auferri. & C. de testa. l. testandi. & infra eo. nihil. & ff. de adquiren. here. l. filium. in fin.*
a ¶*Dominij*. quod est alterius non domini.
b ¶*Verùm*. scilicet postquam manumissus ab hostibus recipitur à nobis iure postliminij: quia hostium iure, &c.
c ¶*Inspectationem*. i. primam quæstionem: quòd si manumittatur à redimente, quòd redeat in potestatem veteris domini.
d ¶*Ciui nostro*. scilicet domino serui: vt subiicit.
e ¶*Domino*. vero.
f ¶*At is*. scilicet redimens.
g ¶*Lege nostra*. in primo.

a Vsucapere rē suā dominus non potest.
b Dominus deterioris esse conditionis non debet quàm non dominus.
c Præscribi potest iuri luendi.
† domini.
d Ius adcrescendi olim erat in communi seruo ab vno dominorum manumisso.
‡ quique.
e Ciuitatem & patriā sibi quisque eligere potest. vnde colligitur Neminē, nisi ius aliquod speciale impediat, cogi in originaria patria manere cum commorare cuique permittatur.

h ¶*Quam*. aliàs quem, scilicet redemptorem.
i ¶*Constitutio*. de redemptis: *vt ff. ibi. nam occurrit, &c.*
k ¶*Ab eo*. scilicet redimente.
l ¶*Tractamus*. & si dicamus quòd non, sequitur absurdum. quid enim, &c. Dy.

ui, non potuit: at is [f] de quo quæritur, lege nostra [g] † quam [h] constitutio [i] fecit, ciuem Romanum dominum habuit: & an ab eo [k] possit libertatē adsequi, tractamus [l]. Quid enim si nunquá ille [m] pretium eius offerat? si nec conueniendi [n] eius [o] sit facultas [p]? liber erit [q] seruus, qui nullo merito suo poterit à domino [r] libertatē consequi? quod est iniquū [s], & cōtra institutum à maioribus libertatis fauorem [t]. Certè & veteri iure, si ab hoc [u] qui sciens alienum esse redemisset, alius bona fide emisset, vsucapere, ad libertatémque [x] perducere potuit [y]. & isto quoque modo prior dominus qui ante captiuitatem fuerat, ius suum amittebat. quare igitur iste [z] non habet ius manumittendi?

10 ¶ Si statuliber fuerit antequam ab hostibus caperetur: redemptus pendente conditione, [a] suam causam causam retinebit [b]. 11 ¶ Quid ergo si ita libertatē acceperat, si decē milia dederit? quæsitum est vnde dare debebit: quoniam & si cōcessum est statulibero de peculio dare, hoc tamen quod apud hunc qui redimit habet, nunquid vice illius sit, quod apud hostes quæsisset [c]? Vtique, si ex re illius, aut ex operis suis quæsitum est. Ex alia autem causa parto peculio, potest dare, ita vt conditioni benignè [d] eum paruisse credamus.

12 ¶ Si pignori seruus datus fuerat ante captiuitatē [e]: post dimissum redemptorem, in veterem [f] obligationem reuertitur: & si creditor obtulerit ei qui redemit, quanto redemptus est, habet obligationem & in propriorem *

m ¶*Ille*. scilicet verus dominus.
n ¶*Conueniendi*. extra iudicium pro pretio redemptionis.
o ¶*Eius*. scilicet veri domini. Ac.
p ¶*Facultas*. redemptori. Accur.
q ¶*Liber erit*. Respon. certè liber, &c. & lege planè [a]. & quod sequitur, qui, &c. à domino scilicet veteri. nā non potest ei seruire, vt merito suo libertatē adsequatur: quod est iniquum: & ideo perueniat ad libertatem per manum redimentis: *vt hic, & ff. de adquir. here. l. si seruum.*
2 Alij legunt interrogatiuè: & eodem proxi. respon. vsque ad fi. vbi exponunt, iste, scilicet redimens & respon. certè manumittere potest per d. l. si seruum. pretiū autem domino debet restitui. *vt d. l. si seruum.*
r ¶*A domino*. redimente.
s ¶*Quod est iniquum*. scilicet eum non posse cōsequi libertatem per suum seruitium. Acc.
t ¶*Fauorem*. vt [b] *supra de condi. & demon. l. Titio. j. §. ij. ibi, ius libertatis auferri. facit & leg. Titio. iij. in fin. eod. titu.*
u ¶*Ab hoc*. scilicet redimente.
x ¶*Ad libertatémque*. post vsucapionem tamen.
y ¶*Potuit*. scilicet secundus emptor.
z ¶*Iste*. scilicet qui emit à redimēte sciente alienū, scilicet ante vsucap. fortè: nec redimens propter scientiam manumittere potest: aliàs posset: *vt ff. de adquir. here. l. si seruum.* Alij interrogatiuè legunt: vt dixi.

a ¶*Pendente conditione*. statutæ libertatis.
b ¶*Retinebit*. remanet statuliber etiam reddito pretio serui. *ad quod. ff. eo. l. post initium. §. si statuliber.* Accur.
c ¶*Quæsisset*. quod esset hostium, & non posset dare pro implenda conditione libertatis. vel si vnà cum seruo haberet id redimens, similiter non posset dare: *vt supra de statulibe. non videbitur.*
d ¶*Benignè*. cum hoc respiciat primum dominum, in quo est benignitas respon. vt quanquam pleno dominio sit redimentis iste seruus, *vt supra §. si quis seruum.* non tamen quærat nisi ex re vel ex opera. 2 Vel dic adquiri vndecumque redimenti, & fit in hoc benignitas quòd permittitur dare ex alterius peculio, quàm eius qui libertatem reliquit: contra regulam *supra de statulibe. l. non videbitur* [c]. Acc.
e ¶*Captiuitatem*. sub. & postea fuit captus.
f ¶*In veterē*. sicut proprietas ad dominiū, sic pignus ad creditorem: *ad* [d] *quod. ff. prixi. §. & ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. voluntate & de vi & vi arma. leg. si de fundo. & quemadmo. ser. amit. leg. si locus*

† aliàs ita interpungitur, lege nostra quem constitutio fecit ciuem Romanū dominum habuit &c.
a Hoc est sine interrogatione.
b Libertati magnus fauor.
* propiorem
c argumentum l. si quis ita libertatem. ff. de statulibero.
d Seruus pigneratus captus ab hostibus & post liberatus, proprietatis ratione reuertitur ad dominum, pignoris ad creditorem.

per quem. & supra qui. mo. vsusfruct. amit. l. si ager cuius. & supra de fide instru. l. iy. Sed arg. contra[a]. *Ʒ. de act. & oblig. l. seruus.*

a ¶*Causa.* s. habet in primam & secundam causam: *vt arg. C. qui po. in pig. l. y. & Ʒ. de distra. pig. l. cum secundus. & Ʒ. qui po. in pig. ha. si prior. §. sciendum. & C. de pig. l. secundus.*

debiti causam, & in eam summamqua eum liberauit: quasi ea obligatione quadam constitutione inducta, vt cum posterior creditor priori satisfacit confirmandi sui pignoris causa:[a] nisi quod in hoc[b] conuersa[c] res est: & posterior, qui apud nos esset prior, quia[d] eum seruũ, vt apud nos esset, efficit: ab eo qui tempore prior fuit, vt infirmiore[*] dimittendus est[e]. 13 ¶ Si pluriũ seruus fuerat[f], & omniũ nomine ei qui redemit, restitutũ pretium erit: in communionem redibit, si vnius tantùm, vel quorũdã[g], nec omnium: ad eum côlve qui soluerunt, pertinebit: ita vt in portione sua pristinũ ius obtineant:[h] & in parte cæterorum ei qui redemit, succedant.

14 ¶ Si fideicommissa libertas debita captiuo fuerit, redẽptus nondum eam petere[i] poterit, nisi redemptori satisfecerit.

15 ¶ Si deportatum[k] ab insula hostes ceperũt: redemptus quibus casibus redit, in eam causam veniet, in qua futurus esset si captus non fuisset. deportabitur[l] igitur.

16 ¶ Sed si in captiuo seruo talis præcesserat causa, quæ eius vel ad tempus vel in perpetuum libertatem impediret, nec redẽptione ab hostibus mutabitur: veluti si in legem Fauiam commisisse[m] eum constiterat: vel ita venierat, ne manumitteretur. habebit autem interim sine pœna[n] sua qui redemit.

17 ¶ Ergo de metallo captus, redemptus in pœnam suam reuertetur: nec tamẽ vt transfuga[o] metalli puniẽdus erit: sed redẽptor à fisco pretium recipiet[p]. quod etiam constitutum est ab imperatore nostro & diuo Seuero.

18 ¶ Si natum[q] ex Pamphila

albi in seruo pœnæ in quo non habet locum. vel, hic omnino reuersus fuit in pristinam causã ibi nõ nisi in cuperatis bonis.

b ¶*In hoc.* scilicet casu, cum posterior offert priori, est diuersa res ad præcedẽtem alium casum. Accur.

c ¶ *Conuersa.* aliàs côuersa: & aliàs diuersa. & dic quòd differt i facto: q̃a altero casu posterior offert prioris & altero prior tẽpore, offert posteriori: prior creditor, redẽptori qui postea redemit, vtrobique tamen est idem iuris: quia semper offerens confirmat pignus. & est ratio: quia ille qui redemit, quanquam posterior tẽpore, potior tamen est iure. & hoc dicit: posterior, scilicet tẽpore redimẽs, q apud nos est prior, id est potior in iure: nisi fuisset ei oblatũ à primo: & q. scilicet redimens efficit sua redẽptione eum seruũ vt esset apud nos: ab eo qui tẽpore prior fuit, infirmior tamen iure. Accursius.

* infirmior.

d ¶*Quia.* aliàs qui.

e ¶*Dimittendus est.* scilicet qui redemit, id est necesse est vt sibi redimenti satisfiat à primo, vt ille primus confirmet sibi pignus.

f ¶*Fuerat.* sub. & est captus ab hostibus: & quidã redemit eum.

g ¶ *Vel quorundam.* scilicet nomine pretium fuerit solutum.

h ¶*Obtineant.* id est retineant. Accur.

i ¶ *Petere.* cum nec ante[b] redemptionem fuerit primi domini: *vt supra. §. si seruus. & facit supra. §. si statuliber.*

b li. e. stan ...ante qu... pre... redem... ptionis redẽptori soluatur.

k ¶ Si *deportatum.* liberum. Accur.

l ¶ *Deportabitur.* sed redemptor pretium à fisco habet: *vt in fi. huius §.*

m ¶ *Commisisse eum.* seruum, per quod intra decem annos prohibetur manumitti: *vt supra de manumiss. l. lege.* Franciscus, Accursius.

n ¶*Sine pœna.* nam non est pœna seruo, non posse à domino manumitti: cum & si non esset hæc pœna, tamen non posset manumitti à primo domino, nisi offerat pretium redimenti. ¶Sed an ipse redimens, credens vendentis fuisse, poterit manumittere? Videtur quòd sic: *vt supra eod. §. manumittendo.* Sed dico contra: quia in causam pristinam redditur, *vt. in princ. huius §. & supra. §. si statuliber.* Accur.

o ¶*Transfuga.* qui grauius coercetur: *vt Ʒ. de pœn. aut damn. §. inter.* Accursius.

p ¶*Recipiet. vt & supra eo. l. mulier. & C. pro quibus cau. ser. pro pra. l. ij.*

q ¶*Si natum.* id est nasciturum. Accur.

ff. Nouum.

r ¶*Lucratiua.* & ideo eum vel eius æstimationem petes, *vt insti. de leg. §. si res. & de leg. ij. si quod ex Pamphila. & facit. Ʒ. de leg. j. non quocunque. in prin. & §. fundus.*

s ¶*Officio.* aliàs arbitrio: aliàs officio. Accursius.

t ¶*Perinde atque.* nam intuitu partus pluris matrem emit.

legatũ tibi fuerit, túque matrẽ redemeris, & ea apud te peperit, non videri te partum ex causa lucratiua[r] habere: sed officio[s] arbitrióque iudicis æstimandũ, constituto pretio partus perinde[t] atque si quanto mater est empta, simul & partus venisset[u]. Quòd si iam[x] natum apud hostes, quod eo tẽpore quo capiebatur, vtero gerebat, cum matre redimatur[y] ab eodem vno pretio: oblato tanto, quantum ex pretio, quod pro vtroque vnum datum est, æstimationem contingere† partus: & videtur is[z] postliminio reuersus, multo magis si diuersi emptores vtriusque extiterint, vel vnius. Sed si suo quemque pretio redemerit, id offerri pro singulis oportebit redẽptori, quod hosti pro quoquo[a] datũ est: vt separatim quoque postliminio reuerti possint.

XIII. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

SI me tibi adrogadum[a] dedissem[b] emancipato[c] me, reuersum[d] ab hostibus filium meum loco nepotis tibi[e] futurum constat.

Si reuersus ab hostibus erat filiusfamilias ipse recuperat bona sua, & pater recuperat eum, sed vxorem non recuperat maritus, nisi matrimoniũ redintegretur. hoc dicit.

XIIII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

CVm duæ species postliminij sint, vt aut nos reuertamur, aut aliquid recipiamus: cum filius reuertitur, duplicem † in eò causam esse oportet postliminij & quòd pater eum recuperet, & ipse ius suum.

1 ¶ Non vt pater filium, ita vxorem maritus iure postliminij recipit: sed consensu redintegratur[f] matrimonium.

u ¶*Venisset.* per se.

x ¶ *Quod si iam.* construe sic quod si iã natum apud hostes, redimatur ab eodem cum matre vno pretio: natũ dico, q̃d gerebatur in vtero eo tempore quo capiebatur: videtur is sc. partus postliminio reuersus: & hoc dico, oblato tanto ex pretio quod pro vtroque vnum datum est, id est datum nomine venditionis, quãtum contingerat æstimationem partus.

y ¶*Redimatur.* statuliber, scilicet.

z ¶*Is.* s. partus.

† contingeret.

a ¶*Quoquo.* aliàs quoque: aliàs pro quo eorum.

SI me tibi.] CASVS. Permisi me à te arrogari: tandem me emancipasti. Dicitur quòd si filius meus captus ab hostibus reuersus est, nepos tibi erit. Franciscus, Accursius.

b ¶*Dedissem.* qui habebam filium in potestate. Accur.

c ¶ *Emancipato.* filio adoptiuo. Acc.

d ¶*Me reuersum.* ante captiuitatẽ filij mei: vel post, dum tamen ante ingressum. nam si post: non iure postliminij, sed iure communi.

e ¶*Tibi.* idem ergo fieret si nepos semper in ciuitate fuisset: *vt infra e. l. retro.* quia postlimin. fingit eum semper in ciuitate fuisse. *& sic facit pro eo quod not. supra de adop. l. sed etiam.* Item contra *supra de coniung. cum eman. lib. l. penult.* Sol. licet nõ coniungatur ibi patri, non est quia non sit nepos adoptiuus in potestate aui: sed quia non remanet ipsi suo patri ex liberis: nec habet vim naturalis nepotis in illa coniunctione. *& facit infra l. proxi. §. fin.* Accursius.

† Fictiones duæ circa idẽ interdum cõcurrunt. vide Gl. in l. si seruus communis ... sup. de ... pol. ... Bart. in l. fin qui pro empto. re. sup. de vsu...

CVm duæ.] CASVS. Duæ species sunt postliminij. nam reuersus ab hostibus recuperat sua bona. Item si erat filiusfa. recuperat eum pater suus. Secundò dicit: filiusfa. captus ab hostibus reuersus reuertitur sub potestatem patriam. Secus in vxore capta ab hostibus. nã reuersa non redintegratur matrimonium, nisi de nouo consentiat. Franc. Accur.

f ¶*Redintegratur.* fuit ergo finitum. *Ʒ. eo. l. non vt à patre. & dic vt not. in l. in bello. §. medio.*

SI pater.] CASVS. Patrefami. capto & redempto, & ante luitionem sui defuncto: filius eius offerendo quantitatem redimenti, qua fuit redemptus pater suus, poterit succedere patri suo. sed verius dicas vt etiam non offerendo aliquid, succedere possit. Fr. Accursius.

a ¶*Si patre redempto*, à quodam alio redemptore, non filio. Ac.
b ¶*Luitionem*. à filio faciendam.
c ¶*Defuncto*. scilicet patre.
d ¶*Offerat*. redemptori.
e ¶*Suum*. scilicet heredem.
f ¶*Hunc*. f. patrem.
g ¶*Debitis*. dandis redemptori. Accur.
h ¶*Poterit*. aliàs potuerit, alias possit.
i ¶*Suum*. scilicet heredem.
k ¶*Habere*. & non tenetur offerre quantitatem: vt prædixi. *& ad hoc*. ʒ. *de suis & leg. l. j. §. si filius. &* ʒ. *de proba. l. Procula*.

Patre capto ab hostibus, & à quodam redempto, si moritur pater, potest filius offerre pretium redemptori patris, & esse heres patris, vel etiam nihil offerendo. hoc dicit. Seq. Plana sunt.

XV. VLPIANVS *libro duodecimo ad Sabinum*.

SI patre redempto[a], ante luitionem[b] defuncto[c], filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat[d]: dicendum est suum[e] ei posse existere: nisi fortè quis subtilius dicat, hunc[f] dum moritur, quasi iure pignoris finito nanctum postliminium, & sine obligatione debitis[g] obisse, vt poterit[h] suum[i] habere[k]. quod non sine ratione dicetur.

RETRO creditur.] CASVS. Qui ab hostibus reuertitur, præsumitur semper in ciuitate fuisse, & hoc ex fictione postliminij. fallit in illis qui armis victi hostibus se dediderunt. Item captus ab hostibus, si ibi decedat: præsumitur mortuus prima hora captiuitatis. & hoc dicit hæc l. cum duabus seq. Fran.

XVI. IDEM *libro tertiodecimo ad Sabinum*.

RETRO creditur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit[l].

l ¶*Aduenit*. vt[a] *Insti. qui. mo. ius pa. po. solu. §. si ab hostibus*. Accursius.

a Captiuus reuersus, retro creditur in ciuitate fuisse: vt non reuersus, retro mortuus.

XVII. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum*.

POstliminio carent, qui armis[m] victi, hostibus[n] se dederunt[o].

m ¶*Postliminio. Armis*, hostium. Accursius.
n ¶*Hostibus*. licet nó sponte: quia coacta[b] voluntas, volútas est.
o ¶*Dederunt*. vt ʒ. *eo. l. y*. Accur.

b Voluntas coacta, voluntas est.

XVIII. VLPIANVS *libro trigesimoquinto ad Sabinum*.

IN omnibus partibus iuris is qui reuersus non est ab hostibus[p]: quasi tunc decessisse[q] videtur, cum captus est.

p ¶*In omnibus*.] *Ab hostibus*. scil. ibi mortuus.
q ¶*Decessisse*. quia per momentum[c] prius: & sic liber. *ad quod facit Instit. quibus non est permissa. testa. §. fin. al. & supra de vulga. & pupil. l. lex Corne. & ʒ. eod. l. bona. in princip*. Accur.

c Captiuus si non reuertitur mortuus fingitur eo momento, quo captus est.
† De hac definitione dissentit Cic. in Topicis in loco ab etymologia.

XIX. PAVLVS *libro sextodecimo ad Sabinum*.

POstliminium †est ius amissæ rei recipiédæ ab extraneo[r], & in statum pristinum restituédæ, inter nos ac liberos populos, regésque, moribus, legibus constitutū[s]. Nam quod bello[t] amisimus, aut etiam citra bellum: hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali æquitate[u] introductum est: vt qui per iniuriam ab extraneis[x] detinebatur, is vbi[y] in fines suos redisset, pristinum ius suū reciperet. 1 ¶ Induciæ sūt, cum in breue & in præsens tempus conuenit, ne inuicem se lacessant[z]: quo tempore non est postliminium[a]. 2 ¶ A piratis aut latronibus capti, liberi permanent[b]. 3 ¶ Postliminio redisse videtur, cum in fines nostros intrauerit: sicuti amittitur, vbi[c] fines nostros excessit. Sed & si in ciuitatem sociam amicámve, aut ad regem socium vel amicum venerit, statim postliminio redisse videtur: quia ibi primùm nomine publico tutus esse incipiat. 4 ¶ Transfugæ nullum postliminium[d] est. Nam qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habédus est. Sed hoc in libero transfuga iuris est, siue fœmina, siue masculus sit. 5 ¶ Si vero seruus transfugerit ad hostes: quoniam & cum casu[e] captus est, dominus in eo postliminiū habet, rectissimè[f] dicitur etiam ei[g] postliminium esse, scilicet vt dominus in eo pristinum ius recipiat: ne contrarium[h] ius non tam ipsi iniuriosum sit, qui seruus semper permanet: quàm domino damnosum constituatur. 6 ¶ Si statuliber transfuga reuersus sit[i]: existente conditione postquam rediit, liber efficitur. Diuersum est si conditio extitisset dum apud hostes est. In eo enim casu neq. sibi reuerti potest, vt liber sit[k]: neque heredi[l] in eo ius postliminij est: quia non potest queri[m], cum nullum damnum patiatur libertate iam obtingente[n], si non impediret

POstliminium est.] CASVS. Primò dicit quid sit postliminium. Secundò dicit quid sint induciæ. Tertiò dicit quòd capti à piratis aut à latronibus, liberi permanét. Quartò dicit quando quis dicatur reuersus postliminio. Quintò dicit: transfuga reuersus non habet postliminium. & dicit quid sit transfuga. & hæc sunt vera in libero transfuga. si vero seruus meus ad hostes trásfugit, & núc reuersus est: mihi reddédus est. si statuliber trásfuga reuersus sit: hic heredi domini redditur. si amodo existat conditio sub qua relicta erat ei libertas: liber efficitur. secus si extitit conditio eo existente in captiuitate. nam reuersus nó fit liber, neq; heredi domini quódam redditur, cū extiterit códitio sub qua relicta erat ei libertas, sed fisci seruus fiet. Item filiusfa. transfuga nó potest reuerti postliminio viuo patre. Vltimo dicit quis dicatur transfuga. [SI IS QVI.] Emi captum ab hostibus pro. x. pro. xx. cedo ex causa emptionis. Dicitur quòd dando. x. redemptus liberatur. emptor tamen agit contra venditoré actione ex empto. Vltimo dicit quòd postliminium locum habet in omni persona capta ab hostibus, libera vel serua, si reuertatur ab hostibus. & redditur ratio in litera. Fran.

r ¶*Ab extraneo*. id est hoste.
s ¶*Constitutum*. ipso facto ex vsu nostro & nostrorum subiectorum, & ex vsu populorū qui non sunt nobis subditi: & reges similiter non subditos, scilicet pro se, & suis populis: & sic à toto mundo. nam aut sunt de imperio nostro, aut nó: & tunc aut subiecti alicui regi, aut non, sed sunt populus liber: *vt supra eo. l. non dubito*. & sic[a] prædictus vsus est ius gentium, vt est bellum: *vt hic subijcit, moribus &c. & Institut. de iure natu. §. ius autem*. 2 Vel dic quòd etiam pacto hoc fuit ab initio statutū inter nos & prędictos. *& iure facit*. ʒ. *de pac. l. conuentionum*. & secundùm hoc dic, liberos populos & reges, scilicet hostes.
t ¶*Bello*. id est in ipso conflictu.
u ¶*Aequitate*. quæ[b] ius gentium induxit: *vt & supra de iusti. & iu. l. omnes. §. quod vero*.
x ¶*Extraneis*. scilicet hostibus.
y ¶*Vbi*. id est postquam.
z ¶*Lacessant*. id est ad bellum prouocét. sed treugæ[c] in lōgum, & dicūtur fœdera: *vt supra eo l. non dubito. & infra eod. l. hostes*. Accursius.
a ¶*Postliminium*, quia nec seruus fit; *vt* ʒ. *l. non dubito. & infra eo. l. hostes*.
b ¶*Liberi permanent*. & ideo &c. *vt infra. l. hostes*. Sed cōtra. ʒ. *eod. l. postliminij ius. §. in pace*. Sed dic vt ibi. *& infra eod. l. hostes. & facit infra eod. l. si quis. §. fin*. Accur.
c ¶*Vbi*. id est postquam. *& facit*. ʒ. *eod. l. postliminij ius. in princ. & Institut. quib. mod. ius patria sol. §. si ab hostibus*.
d ¶*Nullum postliminium*. nec[d] restituitur in integrum, licet læsus: *vt supra quib. ex cau. ma. l. item ei*. remanet tamen tutor[e], quia liber: *vt supra de tute. l. si quis tut. & facit infra titu. j. l. non omnes. §. antepe. & pen. & fin. & supra de adquir. rer. do. l. transfugam. & ʒ. eod. l. si quis. in fi. & supra de stipu. ser. quod seruum. & C. eod. l. si quos. in fi*.

a Postliminij ius an ex iure gentium, an vero ex pacto.
b Aequitatem ius gentium induxit.
c Treugæ in longum tempus fiunt: & differunt ab inducijs quæ fiunt in breue tempus.
d Restitutio in integrum denegatur transfugæ.
e Tutor remanet etiam qui transfuga.

e ¶*Casu*. al. causa, scilicet seruitutis.
f ¶*Rectissimè*. aliàs iustissimè.
g ¶*Ei*. f. seruo ad suum proficuum: & hoc probat, necessarium &c. Sed contra. ʒ. *de pœnis. l. si quis aliquid. §. j*. Solu. vt ibi plenè no. & facit. ʒ. *de inter. act. l. si seruus ab hostibus*. Item hoc si sine voluntate domini transfugit: *vt ar*. ʒ. *de pub. l. si. §. seruo qui in fuga*.
h ¶*Contrarium*. id est si contrarium statueretur.
i ¶*Reuersus sit*. & sic heredes habent eum iure postlimin. *vt supra proxim. & l. in bello. §. si statuliber. & facit* ʒ. *de condit. & demon. l. cum qui*.
k ¶*Vt liber fit*. quia nó est capax tempore existentis cōditionis.
l ¶*Heredi*. qui rogatus fuit manumittere.
m ¶*Queri*. id est conqueri: scilicet heres.
n ¶*Obtingente*. id est competente, nisi &c. ergo erit fisci seruus: *vt arg*. ʒ. *de iure fisci. l. Lucius*. quasi non capax tempore existentis condi. quod est opus: *vt hic & d. l. Lucius vt dixi. Inde iure fisc. l. iij. §. queri*. Accur.

Amissæ.

a ¶ Amisit. quo ad patriam potestatem: vt per deportationem: vt Instit. quibus mo ius pa. po. §. cum autem. iure ergo belli eum recipimus. vt §. de adquir. re. do. l. transfugam.

b ¶ Patria. desiit ergo esse ciuis: vt supra de capiti. de. l. amissione. §. qui deficiunt. & sic est media cap. de. vt eod. tit. leg. fin. ergo debet desinere esse tutor. vt Instit. qui. mo. tut. fi. §. simili. Sed contra supra de tut. l. si quis tuto. Solu. ibi remanet tutor in sui preiudicium, nō vere. Vel verius ibi non animo proditorio, hic sic: ideo ibi non desinit esse ciuis, hic sic. vel dic vt ibi.

c ¶ Disciplina. quæ est vt nullus transfugiat.

d ¶ Charitas. id est patria potestas, quæ fuit inducta propter affectionem liberorū iure ciuili Romanorum: vt Instit. de pat. po. §. j. prius enim data fuit opera bello: postea iuri: vt Instit. in proœmio. in princ. & facit supra de vent. in poss. mit. l. j. §. & generaliter.

e ¶ Induciarum. hoc expone vt supra ea. l. §. induciæ.

f ¶ Amicitia. hoc dic vt supra eod. l. postliminij ius. §. in pace.

g ¶ Fide. id est fiducia, vel securitate.

h ¶ Emerat. id est redemerat pro decem.

i ¶ Cesserit. id est pro xx. vendiderit.

k ¶ Quantitatem. id est, xx.

l ¶ Priorem. qua fuit redemptus. ad quod. C. quæ res pign. ob. poss. l. nomen.

m ¶ Debet. sic ergo emptori vt venditori potest offerri. ad quod. Cod. quod metus causa l. si vi. sic in vero seruo: vt supra de statulib. l. statuliberа. §. j. & §. finali. & l. statuliberum medio. §. fina. & §. j. & Cod. si quis igno. rem mi. l. penultima.

n ¶ Emptor. qui emit pro vinginti.

o ¶ Serui sint. vt & supra ea l. §. transfuga.

p ¶ Pugnare. vt sunt homines qui vadunt ad bellum.

q ¶ Possint. nam omnia sunt occasione belli. ad quod §. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. Accur.

a Ciuis esse desinit qui transfuga.

b Patria potestas cedit ei quam quis debet suæ patriæ.

* emerat.

* Vide Ant. Aug. lib. emē. cap.

quòd transfuga nō est. 7 ¶ Filius quoque familias transfuga non potest postliminio reuerti, neque viuo patre: quia pater sic illum amisit, quemadmodū patria[b]: & quia disciplina[c] castrorū antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas[d] liberorum.

8 ¶ Transfuga autem non is solus accipiēdus est, qui aut ad hostes, aut in bello trāsfugit, sed & qui per induciarū[e] tēpus, aut ad eos cū quibus nulla amicitia[f] est, fide[g] suscepta transfugit.

9 ¶ Si is qui emat[h] * ab hostibus, pluris alij ius pignoris quod in redempto habet, cesserit[i]: nō eam quantitatem[k], sed priorem[l] redemptus reddere debet[m]: & emptor[n] habet actionem aduersus eum qui vendidit, ex empto.

10 ¶ Postliminium hominibus est cuiuscumque sexus conditionisve sint: nec interest, liberi an serui sint[o]. Nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare[p] possunt: sed omnes homines: quia eius naturæ sunt, vt vsui esse vel consilio vel aliis modis possint[q].

XX. POMPONIVS libro trigesimosexto ad Sabinum.

SI captiuus[r], de quo in pace[f] cautum[t] fuerat vt rediret, sua voluntate apud hostes mansit[u]: non est ei † postea postliminium.

1 ¶ Verum est, expulsis hostibus ex agris quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire: [x] nec aut publicari, aut prædæ loco cedere. Publicatur enim ille ager[y] qui ex hostibus captus sit.

2 ¶ Redemptio facultatem redeundi præbet, non ius postliminij mutat[z].

SI captiuum.]CASVS. Tempore pacis factæ inter nos & Mutinenses, conuenit quod omnes captiui redirent. tandem quidam captus noluit reuerti. non competit amodo ei postliminium. Secundò dicit: hostes occupauerunt nostros agros: nos eos recuperauimus. Dicitur quòd ad priores dominos reuertuntur. si autem occupauimus agrum hostium, publicatur. Vltimò dicit: captus si redimatur: habet facultatem redeundi, nec mutatur ius postliminij. & dic vt in glo. Franc.

r ¶ Si captiuus. captus eo tempore quo erat guerra.

f ¶ Pace. facta postea.

t ¶ Cautum. id quod sequitur.

u ¶ Mansit. ergo seruus mansit sua voluntate: vt & qui manumittit sua voluntate: secundum P. Sed argu. contra. C. de test. mil. l. fin. §. j. Et facit supra de here. vend. l. ij. §. sed & si versi fecisse. & infra tit. j. l. non omnes. §. qui captus.

x ¶ Redire. Et receptos, non captos dicimus: vt C. eo. l. ab hostibus. & facit. §. de rerum diui. l. in tantum.

y ¶ Ager. Imò occupant: vt supra de adquir. re. do. l. transfugam. contra. Sol. vt dixi. §. de iure fisci l. diuus. Item non ob. §. l. si quis. §. Nouum.

a Dicebatur de facto vel culpa ibi fraternitate contingit: vel hic verius est hostium. ibi. Romanorum.

in princ. quia ibi de mobili, hic de immobili dicit. & facit supra de adquir. re. do. l. agru.

z ¶ Mutat. habetur ergo perinde ac si esset reuersus sine redemptione. nam & redempta parit ingenuum, & alteri succedit. & alter eius Cod. eod. l. præses. prouinciæ. & l. commercio. & l. si qui. acc ob. in eod. titu. l. libere captus statim enim habet postlimin. præterquam in vinculo pignoris quo tenetur: & ita vt per omnia pristinū statum recipiat, debet soluere pretium: vt ibi dicitur. Acc.

a Mobilia & immobilia capta ab hostibus, quemadmodum publicentur.

b Ingenuus nascitur qui ex ea ab hostibus matre redempta... Pignoris vinculo tenetur redempta qui ab hostibus redemptus est.

XXI. VLPIANVS libro quinto Opinionum.

SI quis ingenuam ab hostibus redemptā, eo animo secum habuerit[a], vt ex ea susciperet liberos: & postea ex se natum sub titulo naturalis[b] filij[c] cum matre manumiserit:[d] ignorantia mariti[e], eiusdémque patris, neque statui eorum quos manumisisse visus est, officere debet[f]: & exinde intelligi oportet remissum matri pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos optauerat:[g] ideóque eam quæ postliminio reuersa, erat libera & ingenua, ingenuum peperisse constat. Quòd si publicè præda virtute militum recuperata[h], nulli pretium matris pater numerauerit: protinus postliminio reuersa, non cum domino, sed cum marito[i] fuisse declaratur.

In ciuilibus discordiis si aliqui capiuntur ab aliqua partium, non fiunt serui: & ideo frustra fit manumissio, & frustra petunt ingenuitatem à principe. h. d.

1 ¶ In ciuilibus[k] dissentionibus, quáuis sæpe per eas respublica lædatur non tamen in exitiū[l] reipublicæ contenditur[m]. qui in alterutras partes discedent[n], * vice hostium non sunt eorum, inter quos iura captiuitatis aut

SI quis ingenuam.]CASVS. Quandam ingenuam ab hostibus captā redemi, & eam mecum tenui: & ex ea habui filios: & eam & filios manumisi. Dicitur quòd et hoc ius pignoris remissum videtur: & ipso iure postliminij reuersa dicitur: & sic ingenua ingenuos peperit filios. & hæc manumissio nihil eis nocuit. si aūt captam ab hostibus recuperauimus virtute militum, & eam tenui mecum, & habui ex ea filios: vxor mihi dicitur. Vltimo dicit: inter ciues nata discordia, vt hi qui sunt citra Aposam, habent discordiam cū his qui sunt vltra Aposam in exitium, id est in damnum reipublicæ non contenditur. hoc est dicere, licet capiantur aliqui, non fiunt serui. & capti si manumittantur, frustra fit manumissio: & frustra petent ingenuitatem, cum eam nunquam perdiderint. Franciscus.

a ¶ Habuerit. non tamen præsumitur matrimonium. erat enim quasi serua: vt supra de testam. neu. l. ex testamento §. j. non ergo contraxit matrimonium, nec econtra fuit protestatus quòd esset concubina: & ideo infra dicit mariti: quia sic credebatur, non tamen erat.

b ¶ Naturalis. scilicet tantum. putabat enim eos esse seruos: non tamen erant, etiam si vinculum pignoris non intelligeretur remissum, vt dixi. §. l. Procu. in fin.

c ¶ Filij. aliàs sobolis: aliàs filij.

d ¶ Manumiserit. scilicet de facto.

e ¶ Mariti. opinione hominum.

f ¶ Debet. vt Instit. de inge. §. fin. & C. de manu. vin. l. ij.

g ¶ Optauerat. non tamen contrahendo cum ea matrimonium: vt dixi. remittitur ergo vinculum pignoris si cum ea contrahat: vt C. eodem. l. si is. & argu. C. de ope liber. l. liberta. Item si teneat eam in forma vxoris: vt hic. Item si vt concubinam: argu. suprà de ope liber. l. liberta. nam sufficit qualecumque indicium: vt Cod. eo. l. liber captus.

h ¶ Recuperata. ad hoc. C. eodem. l. ab hostibus.

i ¶ Cum marito. quia illico ingenua est: nec quasi serua tenetur, & ideo matrimonium cum illa ex sola consuetudine præsumitur: vt supra de ritu nupt. l. in libera.

k ¶ In ciuilibus dissentionibus. id est cum ciues inter se committunt, id est præliantur, & alij de aliis capiunt: vt J. proxi. §.

l ¶ In exitium. id est damnum.

m ¶ Contenditur. principaliter.

n ¶ Discedent. vel ciues contra ciues, vel vna ciuitas contra aliam. & facit. §. l. postliminium. §. à piratis. & infra hostes. Acc.

* Ea lege Solonis contra... Plut. in Solone & Gell.

d Præsumitur non solet affectione maritali eam ducere quasi redemptam ab hostibus.

e Præsumitur quæ ... pignoris ... captiuam ab hostibus redemptā & vxorē duxit vel tenet forma vxoris, vel ut concubinā.

f Præsumitur matrimonium ex sola consuetudine.

a ¶ *Manumissos.* de facto: vt *Institu. de inge. §. fin.* & *Cod. de manu. vi. l. j.*

b ¶ *Superuacuo.* C. *de thesau. l. j.* & C. *arb. tu. l. cum interdicta.* Ac.

Quid? CASVS. Captus ab hostibus ibidem decessit, siue habebat testamenti factionem, vt quia pubes: siue non, vt quia impubes bona ea habebunt illi qui haberent eo mortuo ante captiuitatem: & ea bona habebunt quæ haberet captus si esset reuersus: & sic etiã quæsita per seruum capti, siue per stipulationẽ, siue ex causa legati, siue institut. habebunt heredes capti: & si nullus velit succedere, fiscus habebit bona. Sed qd filius capti interim stipulatur capto in captiuitate mortuo, post ea sibi filio quæsitum dicitur. & si interim decessit filius patre capto, & postea decessit pater post reuersionẽ: ad heredem patris omnia vadũt, etiã quæsita per filium. Item quæ seruus capti adquisierit, & possidet nomine peculiari: interim in suspenso sunt. nam si dominus captus reuertatur, ei sũt adquisita. si aũt dominus captus in captiuitate decedat: ad heredes eius pertinent. Vltimò dicit: quidã fecit testamẽtum, in quo prætériuit ventrem vxoris suæ: deinde est captus. & interim eo capto existẽte est venter natus, & intra paucos dies decessit, postea captus in captiuitate decessit. Dicitur quòd testamentum eius ruptum est, perinde ac si in ciuitate decessisset priusquam posthumus. Franc.

c ¶ *Siue non.* quia pupillus: *vt supra e. l. postli. §. fi.* Accur.

d ¶ *Ius.* habendi scilicet bona.

e ¶ *Constituebatur.* id est quærebatur vel de constituit. scilicet aliquod. id est tractabatur. & *facit supra de tute. l. muto. §. fin.* & *supra de leg. j. l. j. §. j. ab hostib.*

f ¶ *Adierint.* facit *ff. in bello. §. j.* & de acceptila. *species. §. fi.* & *ad. de quod usu. supra. l. in bello. §. facta.*

g ¶ *Legata.* relicta. Accursius.

h ¶ *Die.* scilicet certe.

i ¶ *Decesserit.* scilicet filius.

k ¶ *Pertinebit.* imò filij: vt infra de acq. hæred. pec. l. proponebatur. in fi. quæ est contrã. Solut. hic deest non. vel lege interrogatiue. & respon. non pertinebit: vt bi. pro quo est quod sequitur, nam, &c. vel dic etsi id est quamuis. & sic iunge præcedentibus quod autem sequitur ad heredem patris, &c. mutat casum, scilicet quod si pater redeat post mortem filij, & decedit in ciuitate. vel lege plane. vel dic ad heredem patris, scilicet reuertentis in ciuitatem & decedentis post mortem filij. Item & eodem modo solue. *supra de suis* & *legi. heredib. l. si pater. quæ est contra.*

l ¶ *In pendenti.* hoc dic *vt Institut. quibus modis ius pa. potesta. solu. §. si ab hostibus.*

m ¶ *Fuisse.* scilicet æstimatur: & *facit. ff. de verb. obli. l. si filium.*

n ¶ *Intelliguntur.* facit. ff. *de vsucap. l. si is qui in prin. §. j.*

o ¶ *Pertinebunt.* aliàs rediguntur.

postliminiorum fuerint: & ideo captos & venundatos, posteaque manumissos[a], placuit superuacuò[b] repetere à principe ingenuitatem, quam nulla captiuitate amiserant.

Mortuo capto apud hostes, omnia restituuntur in eum statum ac si captus non fuisset: & hoc per legem Corneliam. exempla vide in text.

XXII. IVLIANVS *libro sexagesimo secundo Digestorum.*

Bona eorum qui in hostium potestatẽ peruenerint, atque ibi decesserint, siue testamenti factionem habuerint, siue non[c] habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinerent si in potestatem hostium nõ peruenissent, idémque ius[d] in eadem causa dominium rerum iubetur esse lege Cornelia, quæ futura esset, si hi de quorum hereditatibus & tutelis constituebatur,[e] in hostium potestatẽ non peruenissent.

1 ¶ Apparet ergo eadem omnia pertinere ad heredẽ eius, quæ ipse qui hostiũ potitus est, † habiturus esset, si postliminio reuertisset. Porrò quæcũque serui captiuorum stipulantur, vel accipiunt: adquiri dominis intelliguntur cum postliminio redierint: quare necesse est etiam ad eos pertinere qui ex lege Cornelia hereditatẽ adierint[f]. Quòd si nemo ex lege Cornelia heres extiterit, bona publica fient: legata[g] quoque seruis eorũ præsenti die,[h] vel sub conditione, ad heres pertinebunt. Item si seruus ab extero heres institutus fuerit, iussu heredis captiui adire poterit.

2 ¶ Quod si filius eius qui in hostiũ potestate est, accipit aut stipulatur: id, patre priusquã postliminio rediret mortuo, ipsi adquisitum intelligitur: & si[*] viuo patre decesserit[i], ad heredẽ patris pertinebit[k]. nã status hominum quorũ patres in hostiũ potestate sunt, in pendẽti[l] esse: reuerso quidem patre, existimatur nunquam suæ potestatis fuisse.[m] mortuo, tũc paterfamilias fuisse, cum pater eius in hostium potestate perueniret. 3 ¶ Quæ peculiari nomine serui captiuorũ possident, in suspenso sunt, nã si domini postliminio redierint: eorum facta intelliguntur.[n] si ibi decesserint, per legem Corneliã ad heredes eorum pertinebũt[o].

Mortuo herede ante testatorem, testamentum rumpitur. hoc dicit.

4 ¶ Si quis cum prægnantem vxorem haberet, in hostium potestatem peruenerit, nato deinde filio & mortuo,[p] ibi decesserit:[q] eius testamentum[r] nullum est: quia & eorũ qui in ciuitate manserunt, hoc casu[f] testamenta rumpuntur.

XXIII. IDEM *libro sexagesimo-nono Digestorum.*

Si quis prægnate vxore relicta[t] in hostium potestatem peruenerit: mox natus filius eius, vxore ducta[u] filium vel filiã procreauerit, ac tunc postliminio auus reuersus fuerit: omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac si[*] filius natus in ciuitate[x] fuisset.

Hæc lex diuiditur in quatuor partes: quia primo dicit qui sunt hostes. Secundo, qui sunt latrunculi. Tertio, quid iuris sit de captis a latrunculis. Quartò quid iuris sit de captis ab hostibus. secunda ibi, cæteri. tertia ibi, & ideo. quarta ibi, ab hostibus. Bart.

XXIIII. VLPIANVS *libro primo Institutionum.*

Hostes[y] sunt, † quibus bellum publicè populus Romanus decreuit[z], vel ipsi populo Romano: cæteri[a] latrunculi vel prædones[b] appellantur. Et ideo qui à latronibus captus est, seruus latronum non est: nec

p ¶ *Et mortuo.* filio eodem.

q ¶ *Decesserit.* pater.

r ¶ *Testamentum.* quod antea in ciuitate fecerat, & in quo posthumum præterierat, & hoc quo ad institutionem cætera namque, &c. vt C. *de liber. præter. Authen. ex causa.*

f ¶ *Hoc casu.* scilicet nato filio post mortẽ patris: licet etiam moriatur. Sed quid si viuo patre in ciuitate decedit pater? Respõ. vt dixi supra *de iniusto test. l. posthumus.* & sic differt filius captiui, cum pater videatur mortuus prima hora captiuitatis: *vt supra e. l. in bello. §. facta. & supra de iniusto testa. l. qui vxorem.* vel dic vt ibi.

S*I quis.*] CASVS. Titius relicta vxore sua prægnante, captus est ab hostibus: & eo existẽte in captiuitate, natus est ei filius ex vxore eius: qui filius eius creuit, & duxit vxorẽ, & habuit inde filiũ. Titius postea reuersus habet hũc in nepotẽ, ac si in ciuitate semp fuisset Titius. Franc. Accur.

t ¶ *Relicta.* in ciuitate.

u ¶ *Ducta.* scilicet aliqua aliàs directa, scilicet vxore capti.

x ¶ *In ciuitate.* scilicet existente auo.

y ¶ H*ostes.* scilicet in quibus habet locum postlimin. alij enim etsi sint hostes, hoc ius tamen locum non habet: vt ff. *eo. l. si quis ingenuam. §. pen.* & *l. fin.*

z ¶ *Decreuit.* etiam subditi: *vt supra de capi. demi. l. amissione. §. qui deficiunt.*

a ¶ *Cæteri.* sed non omnes, vt statim dices.

b ¶ *Vel prædones.* Quinque[b] sunt genera gentiũ. 1 Primum hostes, de quibus hic dicit: in quib. scilicet postlim. locum habet. 2 Item alij, cum quibus non habemus vsum: & in his idem: *vt ff. eod. l. postliminij ius. §. in pace.* 3 Tertium, populi liberi, qui nec nobis nec alicui sunt subditi: siue sint nobis fœderati, cum prius erãt fortè hostes, siue non. & in his non est opus postli. *vt supra eo. l. non dubito.* & idem d. eo de his qui non sunt liberi, sed subsunt regibus non subditis Romano imperio: si modo cum eis amicitiam habuimus: *vt in d. l. non dubito.* & *l. postliminium in princ.* 4 Quartum, populus Romanus: vt hic, quod[c] accipe pro toto imperio Romano: *vt infra ad munici. l. Roma.* 5 Quintum sunt latrunculi: de quibus hic dicit, & *supra de leg. iij. l. j.* & *de verb. signifi. l. hostes.* & *supra de test. l. qui à latronibus.* sub quibus possunt comprehendi si ciuitas de nostris contra ciuitatem aliam de nostris; vel si eiusdẽ ciuitatis ciues inter

Marginalia:

a Superuacuè à principe petitur quod de iure communi competit.

† Quis sit hostium potitus vide Ant. Aug. lib. 4. c. 10.

* Quidam putant legendũ nec si viuo, &c. & sic ipsi non tenentur fic. c. ff. ad Trebellian.

a Authentica ex causa. C. de liberis præteritis, habet locum in præteritione posthumi sui. Sed Gregorius l. generaliter. §. ex testa sup de fideicom lib. leg. si pater in prin. sup. de testamentis l. ii. & quis supra. sup. de leg 3 ad de Bartolum in l. sic prætermissa. sup. ut non fit.

* vel, ac si filius natus fuisset, in ciuitate fuisset.

† Qui iudicis facultate careat, post memor armata & auctoritatem patria possit recuperare. Bartolus in ad de hostes. in ca. etiam. i. dere Pinter. Spol. ante Pinter. in c. i. cyp. quinter. de iudi. extra.

b Genera quinque genera & quæ illa sunt.

c Populus Romanus pro toto Imperio Romano.

cives inter se: vt Fauentia, vel Aretium: vel si castrum cum castro de nostris, vel aliquis tyrannus caperet: vt s. eo. l. postliminium. §. à piratis. & idem si non de nostris similia inter se faciant: vt s. si quis ingenuum. §. pe. & fin. idem si ciuitas de nostris cum alia ciuitate de nõ nostris: cum non sit de licẽtia publica, vt hic dicitur.

¶ Quid aũt si latro hostiũ capiat de nostris, & ad hostes deducat? Respon. seruus fit hostium: & habet locum postli. vt s. e. j. respon. & de dolo. l. j. §. nõ fuit. & infra. l. proxi. & l. latrones.

postliminium illi necessarium [a] est. Ab hostibus autem captus, vt puta à Germanis [b] & Parthis, & seruus est hostium, & postliminio statum pristinum recuperat.

XXV. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

Diui † Seuerus & Antoninus rescripserunt, si vxor cum marito ab hostibus capta fuerit, & ibidem ex marito enixa sit: si reuersi fuerint, iustos esse & parentes & liberos: & filium in potestate patris: quemadmodum iure postliminij reuersus sit [c]. Quòd si cum matre sola reuertatur: quasi sine marito natus, spurius [d] habebitur.

† Duo haec capita 25. & 26. erãt in archet. transposita, vt litera Graeca margini addita notabant Ant. Aug. lib. 3. ea. 1.

a ¶ Necessarium. restituitur tamen laesus: vt supra qui. ex cau. ma. l. succurritur.

b ¶ A Germanis. nomen est quarundam gentium.

Diui.] CASVS. Vir & vxor capti sunt ab hostibus. ibidẽ vxor à viro facta grauida, peperit. & tãdẽ omnes reuersi sunt ab hostib. Dicitur quòd hic filius in potestate patris sit, & iustus filius dicitur. sed si cũ matre sola reuertatur filius: velut spurius habẽt, quasi sine iusto patre natus. Franc.

c ¶ Reuersus sit. s. filius, qui quamuis is verè non fuerit captus.

d ¶ Spurius. Quid si cum patre tãtum? dic vt C. eod. l. j. & s. quibus ex cau. ma. l. ab hostibus. §. non minus.

¶ Item not. casum vbi [b] ex matrimonio natus est spurius. nã inter hos remanet matrimonium, secundũ ius nouum: vt s. ed. in bello. §. 2. e lib. item facit. s. ad Tertul. l. j. §. sed & vulgo. vers. sed & s. qui. ed. & Cod. qui. ex cau. ma. l. fi. Accur.

a Spurius quid & vnde natũ vocabulũ, pulchrè Cinnius lib. de honesta disciplina. 10. cap. 5.

b Potest quis nasci ex matrimonio & tamẽ spurius esse.

XXVI. FLORENTINVS libro sexto Institutionum.

Nihil interest quomodo captiuus reuersus est: vtrum dimissus, an vi [e] vel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen, si ea mente venerit, vt non illò reuerteretur [f]. Nec enim satis est corpore domum quem redisse [g], si mẽte alienus est. Sed & qui victis hostibus recuperantur, postliminio redisse existimãt [h].

Non purgatur vitium rei subreptae, eo quòd in potestatem hostium peruenit, & post ab aliquo empta est: & ideo vsucapere eam emptor non potest.

XXVII. IAVOLENVS libro nono ex Posterioribus Labeonis.

Latrones tibi seruum eripuerant [i]: postea is seruus ad Germanos [k] peruenerat: inde in bello victis Germanis, seruus venierat [l]. Negant posse vsucapi eum ab emptore, Labeo, Ofilius, Trebatius: quia verum esset eũ subreptum esse: nec quòd hostium fuisset, aut postliminio redisset [m], ei rei impedimento esse.

Nihil.] CASVS. Qualitercũque reuertatur captiuus, habet locũ postliminium. & dat exempla in litera, dum tamen non habeat animũ reuertẽdi ad hostes. Fr.

e ¶ An vi. C. eo. l. ab hostibus capti. Item fallacia [e], quae est licita: vt s. de dolo. l. j. §. non fuit.

f ¶ Reuerteretur. aliud in seruo: vt s. l. in bello. §. manumittendo.

g ¶ Redisse. etiam si iurasset [d] redire: ad quae fac. s. l. v. §. fin. & de praeua. l. j. & quibus ex cau. in possess. ea. l. Fulcinius. §. quid sit. & de acquir. poss. l. de. §. in amittenda. & de adil. edic. l. quid sit. §. Idem Calius. & in decret. xciij. dist. c. j. & 23. q. iij. c. antecessor.

h ¶ Existimantur vt Iustit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. sed & qui.

e Fallacia in terdũ licita.

d Iuramentũ captiui qui iurauit se non quarum reditu rum ad suos, nõ seruatur.

Latrones.] CASVS. Latrones mihi seruum Stichum abstulerunt: & sic est factus furtiuus. deinde hostes ceperunt eum per vim, postea amiserunt. qui eum recuperauit ab hostibus, & vendidit eum. Dicitur quòd non potest vsucapi ab emptore, cum furtiuus sit. Franc.

i ¶ Eripuerant. per hoc non erat eorum seruus: vt supra. l. postliminium. §. à piratis.

k ¶ Ad Germanos. s. ad hostes.

l ¶ Venierat. ab eo qui eum cepit: vel ab alio non domino.

m ¶ Redisset. per hoc quòd erat factus seruus hostium, erat dubium: sed tamen redit in pristinam causam: vt supra. l. in bello. §. si deportatum. antea autem non poterat vsucapi: quia furtiuus: ergo nec nunc.

Si Quid.] CASVS. Seruum meum vel equum hostes ceperunt, tandem cum Bononienses essent in exercitu, recuperauit eũ aliquis. Dicitur quòd non reddetur mihi Francisco iure postliminij, sed efficitur illius qui eum recuperauit ab hostibus. sed hoc fallit in casu, si seruũ hostiũ cepi, deinde facta pace reuersus est ad domum: tandem renouata guerra ille idem seruus captus est ab aliquo Bonon. mihi reddendus est, nisi tempore pacis conuenisset vt redderentur captiui. Franciscus.

Primo ponit vnum dictum. secundo ponit limitationem iurisconsulti circa illud. Bart.

XXVIII. LABEO libro quarto Pithanon à Paulo epitomatorum.

Si quid bello [n] captum est, in praeda est, non postliminio redit. Paulus: Imò si in bello captus pace facta demum refugit, deinde renouato bello capitur: postliminio redit [o] ad eum à quo priore bello captus erat [p]: si modò non conuenerit in pace [q], vt captiui redderentur [r].

n ¶ Si quid bello. mobile [a]: vt supra de acquir. re. do. transfugam. & C. eod. l. ab hostibus. & dixi supra. l. si captiuus. §. j.

o ¶ Redit. nisi prius alicuius nostrum fuerit.

p ¶ Erat. ne sit praeda duorum. ¶ Et sic not. quòd firmius [b] occupata prius quã sua propria seruantur ei: & ita magis [c] est meũ quod per meam probitatem quaero, quàm id quod per antecessores. ad quod supra de inter. & releg. l. iij. Accur.

q ¶ Pace. facta de primo bello ante secundum.

r ¶ Redderentur. facit supra eodem. l. in bello. §. facta. & de pactis. l. conuentionum. Accursius.

a Mobilia quaesita bello fiunt capientis, immobilia Reipub. vel principis belli indicentis.

b Retinentur facilius à nobis quàm ab aliis quaesita.

c Quod virtute nostra quaesiuimus magis nostrum est, quàm quod à maioribus acceptum. vnde Poeta de virtute loquẽs. Et quae non fecimus ipsi, vix ea nostra voco.

Captus ab hostibus, per se nihil potest vsucapere: sed per seruum suum sic, si seruus aliquid possidet peculiari nomine. & ponit simile in fin. l.

XXIX. IDEM libro sexto Pithanon à Paulo epitomatorum.

Si postliminio redisti: nihil dum in hostium potestate fuisti, vsucapere potuisti [s]. Paulus: Imò si quid seruus tuus peculij nomine, dum in eo statu [t] esses, possederit: ideo [u] quoque tempore vsucapere [x] poteris: quoniam eas res etiam inscientes [y] vsucapere solemus: & eo modo etiam hereditas [z] nondum nato posthumo, aut nondum adita, augeri per seruum hereditarium [a] solet.

Si postliminio.] CASVS. Captus ab hostibus, & reuersus, nihil potuit interim vsucapere, nisi per seruum qui nomine peculiari aliquid possedisset: cum & eo modo, scilicet per seruũ etiam ignorans dominus vsucapit. & hereditas capti capto defuncto, & nondum nato posthumo, per talem seruum potest augeri. Franc.

s ¶ Potuisti. ad hoc [d] infra de regu. iur. qui in seruitute. & supra. l. in bello. §. facta.

t ¶ Statu. id est in captiuitate.

d Vsucapere potest qui in hostiũ potestate est, vt in Gloss. praeponit dicitur.

u ¶ Ideo. aliàs medio.

x ¶ Vsucapere [e]. vt s. de vsucap. l. iusto. §. fin. & s. l. in bello. §. facta. & quibus ex cau. ma. l. ait praetor. §. hi plane.

y ¶ Inscientes. id est ignorantes [f]: vt & s. de vsucap. l. Labeo. & pro emptore. l. ij. §. Celsus. & pro solu. l. ij.

z ¶ Hereditas. s. capti. & [g] fac. s. de vsucap. l. iusto. §. nondum. & supra eo. l. bona. §. pen. & l. in bello. §. j.

a ¶ Hereditarium. secundùm quosdam loquitur de inchoata ante captiuitatem domini Nec ob. supra de vsucap. l. fi. §. fin. contra. quibus ob. in eo. titu. l. iusto. §. fi. vbi dicit inchoari. vnde dic vt not. s. l. in bello. §. facta. 2 Vel ibi de hereditate non capti, hic capti. Accursius.

e Vsucapere captiui per seruum suum potest.

f Vsucapere inscij & ignorantes possumus.

g Hereditas captiui augeri per seruum hereditarium potest.

Seruus captus ab hostibus, licet intra fines populi Romani venerit, non tamen intelligitur postliminio reuersus: nisi venerit in potestatem domini, vel alicui seruiat. hoc dicit.

XXX. IDEM libro octauo Pithanon à Paulo epitomatorum.

Si id quod nostrum hostes ceperunt, eius generis est, vt postliminio redire [b] possit: simul

Si id quod.] CASVS. Seruus meus captus ab hostibus, inde aufugit, statim cum exiuit manum hostium, & intra fines nostros venit, dicitur postliminio reuersus. sed Paulus contra. si enim seruus meus captus ab hostibus fugit ab eis, & fuit Romam, neque sub potestate mea domini fit, neque vlli seruiat: non dicitur reuersus postliminio. Franc.

b ¶ Redire. nam aliqua sunt quae non possunt: vt supra. l. ij. & l. postliminium. §. transfuga. & aliàs in multis ll. huius tit. Accur.

a ¶ *Potestate sit.* tunc enim esset postliminio reuersus: *vt s. eod. l. in bello. §. manumittendo. contra.* habet ergo postlimi. vt liber: *vt C. eo. l. sicut. quæ est contra.* sed non tam cito vt liber. Accursius.

DE RE MILITARI.

¶ *Iuribus captiuitatum & postliminiorum nemo nō videt proximā esse tractationem de re militari. l. de disciplina militari, & de delictis pœnisque militum. Cuia.*

atque ad nos redeūdi causa profugit ab hostibus, & intra fines imperij nostri esse cœpit, postliminio redisse existimādum est. Paulus. Imò cum seruus ciuis nostri ab hostibus captus, inde aufugit, & vel in vrbe Roma ita est, vt neque in domini sui potestate sit[a], neque vlli seruiat: nondum postliminio redisse existimandum * est.

*existimādum.

Iles.] CAS. Qui steterat cū principe: habita licentia recedendi, si non reuertitur, non dicitur amodo abesse causa reipublicæ. Fr. b ¶ *Agit.* vagando: vt non obst. *s. qui ex cau. ma. l. qui mittitur. §. j. & fad. cui. §. tamdiu. eo. tit.*

DE RE MILITARI. †

TITVLVS XVI.

I. VLPIANVS *libro sexto ad Edictum.*

MIles qui in commeatu agit[b], non videtur reipublicæ causa abesse.

Enumerat militum delicta, vsque ad l. qui cum vno. & plana est litera.

II. ARRIVS MENANDER *libro primo de re militari.*

MIlitum delicta siue admissa, aut propria sunt, aut cum cæteris communia: vnde & persecutio[c] aut propria, aut communis est. Propriū militare est delictum, quod quis vti[d] miles admittit. 1 ¶ Dare[e] se militem cui non licet, graue crimē habetur: & augetur[f], vt in cæteris delictis, dignitate, gradu[g], specie militiæ.

† In hoc tractatum Alex. ab Alex. lib. 1. Gen. dier. cap. 20.

Ilitum.] CASVS. Delicta militū aut sunt ppria, aut cōmunia: & sic pœna aut propria est, aut cōmunis. & pprium delictū militare est quod qs vti miles facit. 2 Secūdò dicit: miles si dat se cui nō licet. i deputat se, vt cōducēdo agros, vel similia inhibita militibus faciat, grauiter punit. 3 Tertiò dicit: Delictū proprium, id est militare, augetur qualitate psonæ: vt magnus miles grauius puniatur, quàm paruus. Accur.

c ¶ *Et persecutio.* i. pœna. & est ppria: *vt j. hac l. & j. l. proxi. per totum.*

d ¶ *Vti.* pro vt. Accur.

e ¶ *Dare.* a pone *vt s. tit. j. l. postliminio caret. & l. postliminium. §. transfuga.* 2 Vel vt *j. e. qui cum. §. j. ij. & iij.* 3 Vel large, id est deputare, *ad quod. C. loca. l. milites. & l. fin. & de condict. ob cau. l. si militem.* & per totum hunc titulum. C.

a Dare se ei cui non licet miles quando dicatur.

f ¶ *Augetur.* scilicet hoc crimen, vt det se cui non licet, & quod subijcit, vt in cæteris, scilicet militaribus delictis. 2 Vel dic delictum[b] militare, siue proprium, augetur qualitate personæ: sicut & communia variantur qualitate personæ.[c] illa tamen minuuntur: *vt s. de pœn. l. aut facta. §. persona.* hæc augentur, *vt hic, & arg. C. de episc. & cleri. l. presbyteri. & sa. j. eo. l. non omnes. in prin.*

b Delictum militare augetur qualitate personæ. c Personæ qualitate delicta & pœnæ variantur.

g ¶ *Gradu.* nam tironi parcitur: *vt j. eo. l. iij. §. si plures.*

DEsertorem.] CASVS. Miles desertor accusatur coram præside, remittendus est ad iudicem suum: nisi graue sit delictū: tunc enim ipse præses puniet eum. Secūdò dicit quæ pœnæ possunt imponi. Tertiò dicit quis sit emansor, & quis sit desertor. Quartò dicit: qui iuit videre hostes contra prohibitionem, sine dolo tamen, aut qui à fossato recedit: capite punitur. Quintò dicit: qui munus siue officium stationis reliquit: pro modo delicti punitur. & stationis officium habet miles deputatus ad tuēdam popularium quietem: qui per ciuitatem discurrit ad sciendum in qua parte ciuitatis sit rixa. Sextò dicit: qui non obedit præcepto præsidis vel potestatis: pœna desertoris tenetur. [SI AD DIEM.] Dic casum vt in glo. quæ incipit, id est die posito &c. Secundò dicit, miles qui certo tempore stetit, emerito. id est stipendio priuatur. Tertiò dicit: si plures milites simul primipilum deseruerint, & postea intra certum tempus reuersi fuerint: digni tate priuati, in diuersa loca mandantur. parcitur autē tironibus, nisi bis hoc admiserint. [SI QVI.] Qui ad hostes confugit, & redit: ad bestias damnatur, vel ad furcam. & hoc in paganis. Item qui cœpit fugere ad hostes, si apprehensus fuit in via, capite punitur. si autē aliquis cum iret ad villam suam, captus est ab hostibus: inspicitur si antea erat bonus homo: vt sic non sit verisimile q studiose fecerit se capi, & parcitur ei. & si redeat ab hostibus expleto tempore intra quod erat assumptus ad militiam: vt veteranus dicetur. & priuilegia veteranorū habebit, & emerita accipiet. [MILES.] Miles qui in bello arma amisit illicite, vel ea alienauit, capite punitur: & hoc de rigore: sed de æquitate militiā perdit. Item miles surripiens aliena arma, perdit militiam. Item miles qui duci belli non obedit, aut eius mādata non seruat, capite punitur: licet bene ei acciderit. Item miles qui agmen excesserit: vel fustib. cæditur, vel mutat militiam. Item qui vallū transcendit: aut per murum castra ingreditur: capite punitur. Item qui fossam transilit: perdit militiam. [QVI SEDITIONEM.] Dic casum vt in glo. domini mei Accur. quæ incipit, id est milites &c. [SI INTRA.] Dic casum vt in gl. quæ incipit, per aliquem militem &c. [QVI PRÆPOSITVM.] Qui nō defendit ducē belli, aut qui deseruit eum: eo ocso capite punitur. Fr.

III. MODESTINVS *libro quarto de pœnis.*

DEsertorem[h] auditum[i] ad suum ducem[k] cum elogio[l] præses mittet: præterquā si quid grauius ille desertor in ea prouincia in qua repertus est, admiserit[m]. Ibi enim eum plecti pœna debere, vbi facinus admissum est[n], diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

1 ¶ Pœnæ militum[o] huiuscemodi sunt: castigatio[p], pecuniaria multa, munerū indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio. Nam in metallum aut in opus metalli non dabuntur: nec torquentur[q].

2 ¶ Emansor est, qui diu vagatus ad castra regreditur.

3 ¶ Desertor est, qui per prolixum[r] tempus vagatus reducitur. 4 ¶ Is qui [in] exploratione[s] emanet: hostibus insistentibus: aut qui à fossato recedit, capite puniēdus est. 5 ¶ Qui stationis munus[t] relinquit, plus quàm emansor est. itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiæ deijcitur. 6 ¶ Si præsidis vel cuiusuis præpositi ab excubatione[u] * quis desistat, peccatum desertionis subibit. 7 ¶ Si ad diē commeatus[x]

h ¶ *Desertorem.* militem.

i ¶ *Auditum.* id est accusatum. *sic & s. de fide. l. inauditum.*

k ¶ *Ducem.* aliàs iudicem.

l ¶ *Elogio.* id est literis designātibus qualiter deliquit: *vt s. de custo. & exhibi. reo. l. diuus.* ¶ Et hoc est crimen[b] militare. & est *ad hoc in Authent. vt nulli iudic. §. si vero quis. coll. ix. & s. de accu. l. si cui. §. fin.* Idem si commune, sed leue: vt innuit statim. *& C. eo. l. fi. in prin.* sed si graue, tunc præses: *vt subijcit, & Cod. vbi crimi. agi oport. l. j. & in Authent. quæ in prouinciis. & s. de accu. l. fi. & nor. C. de iurisd. om. iud. l. vnu.*

a Elogium quid.

b Miles quomodo puniatur et desertor vel emansor.

m ¶ *Admiserit.* commune crimen tamen cōmittendo. Alij dicūt si alter tumultus sedari non potest: *vt s. de fide. l. qui cadem.* quod in leui communi posset dici, non graui: vt patet ex prædictis.

n ¶ *Admissum est.* vt *C. vbi de cri. agi opo. tit. l. j. & in Authen. quæ in prouin.*

o ¶ *Pœnæ militum.* etiam pro communi crimine.

p ¶ *Castigatio.* fustium quandoque: *vt j. §. in bello.* item verberum quandoque: *vt j. l. qui commeatum. §. 6.*

q ¶ *Torquentur.* nec aliàs similes pœnas quæ plebeiis conueniunt: *vt s. de pœ. l. moris. §. ista. & C. de quæstio. l. milites.* & ideo hodie de consuetudine non[c] suspenduntur etiam ex delicto ex quo plebeius suspenditur.

c De militum priuilegiis adde Bart. in l. 2. C. de gratiar.

r ¶ *Per prolixum.* breuius est diu[d], quàm tempus prolixum, secundùm Ioan. vtrunque[e] tamen iudicis arbitrio: *vt s. de iure delib. l. j.* & ita est maius crimen desertoris: *vt j. l. qui cum vno. §. legitim itaque.* ¶ Sed nonne & hæc posset esse differentia inter reduci, & redire: *vt hic, & in d. §. edictum. versi. leuius?* Respon. non: *vt in ea. l. §. edictū.*

d Diu & tempus prolixum differunt.

e Quid diu & prolixum iudicis arbitrio definitur.

s ¶ *Is qui in exploratione.* dic quòd, insistentibus hostibus, id est eorum precibus ille quem misimus pro exploratione, stetit, & non cito rediit. Vel dic quòd sine fraude ibat videre hostes, contra prohibitionem tamen: *vt j. §. in bello.*

t ¶ *Munus.* de hoc munere habes. *s. de offic. præfec. vrb. l. j. §. fi.*

u ¶ *Ab excubatione.* id est præcepto. ¶ Et est argu. contra subditos qui non obediunt prælatis[f], vt pœna desertionis teneantur, *quæ est. j. eo. l. non omnes. §. qui in pace.*

f Contra subditos.

x ¶ *Si ad diem commeatus.* id est die posito in commeatu, vt vadat fortè ad custodiam alicuius castri vel loci. Del dic, vt redeat domum intra diem statutum à licentiante, vel à lege, scilicet, xx. milium diurnorum: *vt supra si quis cau. l. j. & ad hoc infra eod. l. qui commeatum. & supra ex quibus cau. ma. l. si cui. §. fina.* Sed ad quid

* excubatione.

citatur

quis non veniat: perinde in eum statuendum est, ac si emansisset, vel deseruisset, pro numero temporis: facta prius copia docendi [a]. num fortè casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus videatur.

8 ¶ Qui militiæ tempus in desertione impleuit, emerito [b] priuatur.

9 ¶ Si plures simul † primò [c] deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint: gradu pulsi, in diuersa loca distribuendi sunt, sed tironibus parcendum [d] est: qui si iterato [e] hoc admiserint, pœna competenti adficiuntur.

10 ¶ Is qui apud hostem confugit, & rediit, torquebitur: ad bestiásque vel in furcam damnabitur: quamuis [f] milites nihil eorum patiantur.

11 ¶ Et is qui volens [g] transfugere, adprehensus est, capite punitur.

12 ¶ Sed si ex improuiso, dum iter quis [h] facit, capitur ab hostibus: inspecto vitæ eius præcedentis actu [i], venia [k] ei dabitur. & & si expleto tempore militiæ [l] redeat: vt veteranus restituetur [m], & emerita accipiet.

13 ¶ Miles qui in bello arma amisit [n], vel alienauit, capite punitur: humanè [o] militiam mutat.

14 ¶ Qui aliena arma † subripuit, gradu militiæ pellendus est. 15 ¶ In bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit: capite punitur, etiam si res bene gesserit [p].

16 ¶ Sed qui agmen excessit: ex causa vel fustibus cæditur, vel mutare militiam solet.

17 ¶ Necnon & si vallū quis transcendat, aut per murum castra [q] ingrediatur: capite punitur.

18 ¶ Si verò quis fossam trāsiliuit, militia reiicitur. 19 ¶ Qui seditionem atrocem militum [r] concitauit, capite punitur.

20 ¶ Si intra vociferationē, aut leuem querelam seditio mota est [s]: tunc gradu militiæ deiicitur.

21 ¶ Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent [t], vel si legio [u] deficiat: auocari [x] militia [a] solet. 22 ¶ Qui præpositum [y] suum protegere [z] noluerunt, vel deseruerunt occiso eo, capite [a] puniuntur.

Incipit enumerare eos qui militare possunt, vel non.

IIII. ARRIUS MENANDER *libro primo de Re militari.*

Qui cū vno testiculo natus est, quive amisit: iure militia...

curatur vadat cito, vel non? Respon. quia [a] interim percipit salaria, quæ perdet si negligat redire. vt j. proxi. §.

a ¶ *Docendi.* aliàs docendi: & aliàs ducendi, id est retinendi se domi. aliàs dicendi. Accursius.

b ¶ *Emerito.* i. stipendio: vt j. l. *sed & si.* Emerita [b] enim dicuntur commoda veteranorum.

c ¶ *Primò. al. primum.* puta primipilarium, vel aduerbium temporis si habes primò. Accursius.

d ¶ *Tironibus parcendum est* [c]. *Ad hoc infra. l. proxim. in fin. & l. qui commeatum. in fine.*

e ¶ *Iterato.* ad [d] hoc. C. *de epis. aud. l. ij. in fi. & j. eo. l. non omnes. §. desertor. & in Auth. de san. epis. §. antepen. col. ix. & supra de pœn. l. capitalium. §. solent. & §. grassatores.*

f ¶ *Quamuis.* q. d. hoc in paganis, secus in militibus: *vt supra eodem. l. j. §. j.* Vel aliàs subaudi. f. in aliis criminibus.

g ¶ *Volens.* i [e]. voluntariè transfu. *sic. ff. de re. di. l. fin. & sic non ob. ff. de pœ. l. cogitationis.* a Vel dic quòd non profugit, sed tamē ad aliquem actū processit: *vt & aliàs. ff. de fica. & dimi. & de parrici. l. j. in fin. & de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. fin. §. si quis autem. versi. sic autem.*

h ¶ *Quis.* pro aliquo facto, forte vt naturæ seruiat.

i ¶ *Actu.* ad [f] quod. C. *de prin. agen. in re. l. penul. li. xij. & ff. de libe. exhi. l. iij. §. Iulianus. & infra eo. l. non omnes. §. à barbaris.*

k ¶ *Venia.* deliquit enim, quia stultè ibat. *& fa. ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem ait.*

l ¶ *Militia.* erat enim assumptus in. x. annis, intra quos fuit captus: & rediit post eos elapsos, aliàs si intra eos, militiæ restituitur: *vt. j. eo. l. non omnes. §. à barbaris.*

m ¶ *Restituetur.* s. vt habeat priuilegium veteranorum & emerita: sed non stipendia medij temporis: *vt. j. l. pe. & l. nō omnes. §. pe. contra. C. eo. l. j.* 2 Vel dic vt ibi. Item secus in desertore: *vt. ff. §. qui militia.*

n ¶ *Amisit.* illicitè: *vt. ff. tit. j. l. ij. & l. postliminio carent.* si autem ad ludum, tunc [g] comprehenditur sub verbo alienauit, de quo verbo dic. *vt. j. eo. l. qui commeatus. §. fi.*

o ¶ *Humanè.* i. humanius est vt sic puniatur: & sic propriè dicitur mutare. 2 Vel hic de æquitate, sed. *ff. de rigore. sic punitur. ff. de app. l. non tantum.* & est aduerbium. aliàs humerale: quod est genus armorum: *vt. j. l. qui commeatus. §. fi.*

p ¶ *Gesserit.* aliàs cesserit. ¶ Magna est virtus obedientiæ: [h] & sic est cōtra subditos pro prælatis. ad quod in decret. v. q. ij. c. ij. & ff. *man. si remunerandi. §. si passus. & l. sed Proculus. & ad Maced. l. sed & si. §. ij. & ad. l. Aquil. l. si seruus seruum. §. & si puerum. & C. de neg. gest. l. fi. & ff. de condic. ob tur. cau. l. ij. §. pe. & in Authen. vt de fun. seu func. §. j. col. v. C. de infan. ex. l. ij. & C. si contra ius vel vti. publi. l. & ij legibus. & ff. de iure da. l. j. & instit. de autor. tut. §. neque. & C. de sacrosan. eccle. Authen. qui rem. & ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. interdictū hoc.* Sed ar. contra. C. *de app. l. quoniam iudices. & ff. quod vi aut cla. l. si alius. §. antepen.*

q ¶ *Castra.* sic. *ff. de rerum diuisio. l. fin.* Accur.

r ¶ *Atrocem militum.* i. milites qui sunt atroces in hostes, seditiose concitauit in aliquem, non in hostē. 2 Vel dic, sæuientes in hostes. concitauit. i. remouit ab illo proposito. 3 Vel dic cōcitauit etiā in hostes, sed nō ex præcepto ducis belli: *vt. ff. §. in bello.*

s ¶ *Mota est.* per aliquem militem facta est seditio, dum quidam alij quoque modo rixarentur: his quidem deiiciens militia. *ad quod. ff. de iniur. l. item apud. §. fecisse.*

t ¶ *Conspirent.* accipe auocari &c. & dic vel pro etiam.

u ¶ *Si legio.* i [a]. qui præest legioni, deficiat ad maleficium puniendum, & sic per præsidem. *ad quod C. de his qui latro. vel ali. cri. l. ij.*

x ¶ *Auocari.* aliàs auocare, scilicet præsides.

y ¶ *Qui præpositum.* puta ducem belli.

z ¶ *Protegere.* id est defendere.

a ¶ *Capite.* vt *infra eodem. l. omne delictum. in fin. & supra ad Sila. l. ij. §. cum domini.*

Qui cum vno.] CASUS. Qui tātum vnum testiculum habet, potest esse miles, & extant exempla de Cotta & Sylla: quorum quilibet habens vnū testiculum fuit dux. [AD BESTIAS.] Ad bestias datus, deinde profugit, & militiæ se dedit, vel passus est se eligi in militem: quandocunque inueniatur, capite punitur. Item in insulam deportatus si inde fugit, & militiæ se dedit, vel passus est se eligi in militē, dissimulādo deportationem: capite punitur. [TEMPORARIUM.] Dic casum vt in Glo. quæ incipit, id est dicere si ad tempus erat &c. AD TEMPUS.] Ad tempus relegatus, finito tempore relegationis dedit se militiæ. Dicitur quòd est inspicienda causa dānationis: vt si contineat perpetuam infamiam, repellatur à militia. aliàs non repellatur. [REUS.] Accusatus de crimine capitali, pendente accusat. factus est miles. si probabitur illud crimen, punietur capite: nec remittēdus est ad iudicem coram quo cœpta fuit accusatio: sed vbi est causa militiæ, auditur. si dicta causa fit, id est verum fit eum primò accusatum, & si à militia reiicitur ignominiosè, ad iudicē suum coram quo fuit cœpta accusatio, remittitur. nec ad militiā aliquo modo admittitur. [ADULTERII.] Accusatus de adulterio, vel de aliquo iudicio publico, non potest interim effici miles. Item non omnis homo habens litem prohibetur effici miles, sed ille tantum qui animo se dedit militiæ, vt præcisiorem se aduersario faceceret in lite. nam talis remouetur à militia, parcitur autem ei si trāsigat in illa lite. & prædicta de causa remotus nō fit infamis: & lite finita poterit se militiæ dare. [QUI POST DESERTIONEM.] Miles deserta vna militia, in aliam militiam se cōtulit. Dicitur quòd militari pœna puniendus est: & grauius delictum est detrectare militiam, quàm nouam illicite appetere. Itē miles qui non respondebat præceptis factis à duce belli, in seruitutem olim reducebatur, sicut proditor libertatis: & sic fit hodie: & militiam perdit, & pœna capitis cessat hoc casu: nec ad militiam reuertitur, cum alius loco eius in numero militum fit positus. [QUI FILIUM.] Pater subtrahit filium suum militē à militia tempore belli. dandus est iste pater in exilium, & in patre bonorum mulctatur, sed si tempore pacis subtrahit filium à militia, fustibus cæditur: filius autem requisitus, vel à patre postea exhibitus, dandus est in deteriorem militiam. non enim debebat pati se corrumpi à patre. sed si pater debilitauit filium suum militem, vt sic fit inhabilis militiæ: deportandus est talis pater. [EDICTA.] Desertor dicitur miles, qui diu aufugit à militia, vt sic inter emansores habeatur. si autem se offerat postea duci belli, vel si deprehensus offeratur, pœnam desertoris in casibus euitat, quos infra proximè dices. Item crimen emansoris leuius est, vt vitium erronis in seruis: desertoris crimen maius est, vt vitium fugitiui in seruis. Vltimo ponit causas propter quas subuenitur emansori. Franc.

a Stipendiarii publici qui aut à republica tempore peregrinationis salarium ordinarium habent, si voluntate dominorum peregrinentur. de his lege. Cod. de prox. sac. scrin. adde Roman. singul. 450.

b Emerita.

c Tironi & in nouo negotio nō satis perito parcitur. v. & adde Tiraquellum tract. de pœnis tempe. rand. aut remittenda causa 10.

d Geminata & iterata delicta grauius & facilius puniuntur.

e Puniuntur milites qui cum pluribus deliquit.

e Volens transfugere pro voluntarie transfugiente.

f Pœna minuitur ob rectè ānteactā vitā.

g Alienandi verbo cōprehenditur id quod quis in ludo amittit.

h Obedientiæ magna vis est.

a Legio hic non sumitur pro duce legionis, vt putat Accursius, sed propriè: nā interdum integræ legiones exauctorari solitæ sunt. Vide Bud. in annota. posterior.

b De furto militū Gell. lib. 16. cap. 4. Tacit. lib. 13. Xenoph. 4. Cyrop.

a i. exauctorari militia: vnde & quod vulgò dicitur cassari. Si autem totus exercitus peccauerat, olim fiebat decimatio idque in vna etiam legione quandoque fiebat. Quod Maximianum imperatorem in ea Thebanorum legione, cuius diuus Mauritius erat primicerius, fecisse testatur autor bioh.

litabit, secundum diui Traiani rescriptum. Nam & duces Sylla & Cotta memorantur[a] eo habitu fuisse naturæ.

1 ¶Ad bestias datus si profugit, & militiæ se dedit: quandoque[b] inuentus, capite puniendus est[c]. Idémque obseruandum est in eo qui legi se [d] passus est.

2 ¶In insulam deportatus, si effugiens militiæ se dedit, lectus [e] vel dissimulauit, capite puniendus est.

3 ¶Temporarium[f] exilium voluntario militi insulæ relegationem adsignat: dissimulatio perpetuum exilium.

4 ¶Ad tempus relegatus, si expleto spatio fugæ[g] militem se dedit, causa damnationis quærenda est: vt si contineat infamiam perpetuam[h], idem obseruetur [i]. si transactum de futuro sit[k]: & in ordinem redire potest, & honores [l] petere militiæ non prohibetur.

5 ¶Reus [m] capitalis criminis voluntarius [n] miles, secundum diui Traiani rescriptum capite[o] puniendus est: nec remittendus est eò, vbi reus postulatus est [p], sed vt accedente causa militiæ audiendus, si[q] dicta causa sit [r], vel requirendus [s] adnotatus[t]. 6 ¶Ignominia missus, ad iudicem suum [u] remittendus est: nec recipiendus postea volens militare, licet fuerit absolutus[x]. 7 ¶Adulterij† vel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non sunt recipiendi[y].

8 ¶Non omnis qui litem habuit, & ideo militauerit, exauctorari iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, vt sub obtentu militiæ pretiosiorem * se aduersario faceret[z]. Nec tamen facile indulgendum est[a] extra ordinem[d] judicationis[c], qui [d] negotium [e] ante habuerunt. sed si in transactione recidit [f], indulgendum est[g].

Exauctoratus [h] eo nomine[i], non vtique infamis erit. nec prohibēdus lite finita militiæ eiusdem ordinis se dare: alioquin & si relinquat litem[k], vel transigat, retinendus est[l]. 9 ¶Qui post desertionem[m] in aliam militiam nomen dederunt, legive [n] passi sunt, imperator noster rescripsit & hos militariter [o] puniendos.

10 ¶Grauius autem delictum est detrectare [p] munus militiæ, quàm adpetere [q]. Nam & qui [r] ad dilectum [s] † olim non respondebant, * vt [t] proditores libertatis in seruitutem redigebant [u]. sed mutato statu mi-

a ¶*Memorantur.* passiuè. & sic Cotta & Sylla fuerunt duces cum vno teste[a]. 2 Vel deponens: & dices quòd fuerunt iurisconsulti qui referunt quosdam duces fuisse carētes altero teste, & quòd subiicit natu, vel naturæ, dic, id est natiuitate.

b ¶*Quandoque.* aliàs quandocunque.

c ¶*Puniendus est.* facit. *s. de pœn. l. capitalium. §. in exulibus. & l. aut damnum. §. inter.*

d ¶*Legi se.* hoc expone *vt infra proximis duobus §§.* vbi ponitur lego pro eligo, vel lectus pro electus.

e ¶*Lectus.* id est electus, & dissimulauit deportationem: Vel nō electus dissimulauit dādo se militiç, vt subiicit. vel dic, vtroque casu sponte fuit miles electus, vel nō electus. sed primo dixit qualiter erat deportatus, spōte tamē recepit militiā: altero dissimulauit: *vt & infra prox. §.* & sic expone supra proxi. §.

f ¶*Temporarium.* id est dicere, si ad tēpus erat relegatus, & excessit ante præfinitū tempus, & factus est voluntarius miles: dicendo tamē qualiter fuerat relegatus, debebit relegari perpetuo in insulā. si dissimulādo passus est se eligi in militē, tūc in perpetuū exilium, id est deportationē. *ad quod supra de pœn. l. capitalium. §. in exulibus. & l. rei capitalis. & l. aut damnum. §. inter.* sed si deportatus fiat miles, tunc capite: *vt s. proxim. §.* & est sic [b] de episcopo, qui est indignus, nisi fuerit ordinatus inuitus: *vt C. de episc. & cle. l. si quenquam. & facit infra §. reus.*

g ¶*Fugæ.* id est relegationis, quæ [c] lata fuga quandoque dicitur: *vt s. de inter. & releg. l. exilium.*

h ¶*Perpetuam.* ergo [d] aliqua est temporalis. quod dic vt *s. de pœnis. l. in seruorum. §. fi. & facit. j. de decurio. l. ad tempus.*

i ¶*Idem obseruetur,* quod plene dicitur. *s. proxi. §.*

k ¶*Sit.* id est esse intelligitur. & dic de futuro, id est de infamia futuri temporis: quod est, si corporalis pro pecuniaria: *vt supra de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna.* & ibi no. aliàs de furto: vt quia relegatus fuerat propter furtum. Sed certe non videtur inquiri debere hanc causam: *vt supra de postu. l. imperator. contra.* Sol. vt ibi.

l ¶*Et honores.* veteres statim: alios non statim: *vt j. de decu. l. ij. & j. ad muni. l. ordine.* Accur.

m ¶*Reus.* id est accusatus.

n ¶*Voluntarius.* secus si coactus: & hoc fuit pendente accusatione. Accursius.

o ¶*Capite.* ob hoc ipsum accusatus, quòd passus est fieri vel eligi miles: *argu. s. ead. l. §. ad bestias.* Vel dic ex crimine probato quo accusatur, quod capitale erat.

p ¶*Postulatus est.* id est accusatus de primo crimine, sed vbi est causa militiæ.

q ¶*Si.* Id est quamuis. Accur.

r ¶*Dicta causa sit.* i. verum sit eum primò accusatū, vel si dicta ex causa, scilicet militiæ, sit ibi: aliàs si abest à loco militię, requiritur: *vt s. de requi. re. l. j.* Sed contra. *s. de iudi. l. si quis post.* Solu. speciale hic in milite armato, ne auocetur propter communem causam militiæ: quod publicè prodest. 2 Vel hic vocatus, licet sponte acceperit: ibi non vocatus. 3 Vel ibi in eadem re vocatus: hic in alia. sed aut succumbit in ista, & nō remittitur in prima. aut absoluitur: & tunc remittitur in prima, secundum quosdam. sed prima placet. in casu tamē remittitur etiā in noua: *vt j. proxi. §.* Accursius.

s ¶*Requirendus.* s. de secundo crimine, secundum quosdam. Accursius.

t ¶*Adnotatus.* id est bona sequestrata.

u ¶*Ad iudicem suum.* corā quo ante militiam fuerat accusatus. & coniungitur superiori. §. & in simili casu loquitur. Sed quomodo, cū ibi capite, hic ignominia? Resp. hic ex leuiori crimine antea accusat' fuerat: ibi de capitali. *ad quod. s. eo. l. ij. §. pe. & l. ij. in fi. & fa. j. eo. l. fi.*

x ¶*Absolutus.* à suo iudice. & sic no. arg. quod periurus pœnitentiam accipiens, vel infamis, nō testificatur: *vt no. C. de nupt. l. imperialis. & facit. C. eod. l. iij.* Acc.

y ¶*Recipiendi.* *s. de his qui no. infam. l. ij. §. miles. & supra de adulte. l. miles.* Sed quid mirum, cum capite[a] puniantur? Sed dico quod tempore huius l. non erat pœna gladij pro adulterio, licet hodie sit: *vt C. de adul. l. quāuis. v.* Vel ex alio capitulo, l. fuit damnatus, cum multa sint: *vt s. de mi. o. l. auxilium.* vt stupro, vbi [b] tantum publicatio bonorum fit: *vt Institu. de publi. iudi. §. v.* nisi in casu ibi excepto, *vt C. si quis eam cuius tu. fu. cor. l. j. & de mul. quæ seruis propriis. l. j.*

z ¶*Faceret.* sic C. *qui mili. non pos. l. j.*

a ¶*Indulgendum est.* s. illis qui dicunt se malo animo militasse. Accur.

b ¶*Extra ordinem.* duæ partes, id est extra iudicium. 2 Vel aliter vt supra de deiecto. *l. j. §. cum seruus.* q. d. puniēdi sunt: nec eis parcitur nisi per iudicium. sed quia non animo malo militauerunt, tunc parcitur iure communi: quia absoluitur. idem si transigat. & sic est argumen. quod qui transigit, vincere videtur. de quo dic *vt s. man. l. fin.*

c ¶*Iudicationis.* id est sine cognitione iudicis.

d ¶*Qui.* illi scilicet qui &c.

e ¶*Negocium.* id est litem.

f ¶*Recidit.* scilicet negotium illud.

g ¶*Indulgendum est.* de iure communi.

h ¶*Exauctoratus.* id est à militia depositus.

i ¶*Eo nomine.* id est eadem causa quæ fuit dicta in superiori §. secus si ex alia: *vt supra de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ. versic. sed & si.*

k ¶*Relinquat litem.* paciscendo, vel transigendo, vt subiicit, aduersario desistente. Accur.

l ¶*Retinendus est.* in prohibitione, quod est iniquum: *vt s. ead. l. §. non omnis.*

m ¶*Qui post desertionem.* qui fit[c] desertor, dic *vt j. eo. l. edicto.*

n ¶*Legiue.* id est eligi.

o ¶*Militariter.* id est pœna militiæ.

p *Detrectare.* sic [d]. *s. de admi. tut. l. tutores qui primo. §. tutor datus. & j. ad muni. l. fi. j. respon. & Cod. de condic. ob tur. cau. l. quod exigendi. & C. quod met. cau. l. cum te.*

q ¶*Appetere.* etiam illicitè. nam licitè petere non est delictum: *vt s. §. ad tempus. in fi.* vel vbi veterem: nouam autem petere, delictum est. *vt s. ex qui. cau. ma. l. qui data. & ad l. Iul. ambi. l. j.*

r ¶*Et qui.* scilicet milites. Accur.

s ¶*Ad delictum.* scilicet factum à duce belli.

t ¶*Vt.* id est sicut.

u ¶*Redigebantur.* hodie etiā hoc contingit in causa liberali: *vt C. de assert. tol. l. j. §. scientes.* sed in aliis vt contumax punitur: *vt s. de re iud. l. contumacia. in prin. & §. j. & de iudi. l. & post. §. sciendum.*

Recessum.

a Vide in hūc locū Cælium Rhodig. lib. lec. antiqua. 4. ca. 7.

† Memorabilis cōmissi à muliere adulterij vindictam refert Flauius Vopiscus in Aureliano Impera.

* Bud. legit præcisiorē. i. duriorem & intractabiliorem.

a Adulterij pœna veteribus non fuit capitalis, vt hic & Gl. l. * quod aut. §. mulier. & de his qui notantur infamia verbo Adulterium.

b Pœna stupri publicatio bonorum, nisi in casibus quibusdam excepti.

b Inuitus ordinari episcopus debet, nec aliàs iure episcopus eligitur, nisi inuitus.

c Relegatio interdum pro lata fuga accipitur.

d Infamia an quædam sit temporalis.

† Recti sic. perperā alij emendant delectum.

* Quanta seueritate vsi fuerint veteres in delectu militum habendo, Dunst. j. disput. c. 4.

c Desertor quis.

d Pœna militiā detrectantis.

a ¶*Recessum*. quia hodie redigitur in seruitutem: & sic recessum est à pœna capitali, secundum quosdam, scilicet quando mutauit militiam, vt hic fuit. Vel dic recessum à pœna capitali, scilicet seruitutis: & mutat militiam, id est reiicitur de vtraque: vel ponitur in deteriorem.

litiæ recessum[a] à capitis pœna est: quia plerumque[b] voluntario milite numeri supplentur.

11 ¶Qui filium suum subtrahit militiæ belli tempore: exilio, & bonorum parte multandus est. si in pace, fustibus cedi iubetur: & requisitus iuuenis, vel à patre postea exhibitus, in deteriorem militiam dandus est. Qui * enim se solicitauit ab alio[c], veniam non meretur.

12 ¶Eum qui filium debilitauit delectu[d] per bellum[e] indicto, vt inhabilis militiæ sit: præceptũ diui Traiani deportauit.

13 ¶Edicta Germanici Cæsaris militem desertorem[f] faciebant, qui diu abfuisset[g]: vt is inter remansores[h] † haberetur. Sed siue redeat quis, & offerat, se, siue deprehensus offeratur, pœnam desertionis euitat[i]: nec interest cui se offerat, vel à quo[k] deprehendatur.

14 ¶Leuius itaque delictum emansionis * habetur, vt erronis in seruis: desertionis[l] grauius, vt in fugitiuis[m].

15 ¶Examinantur autem causæ semper emansionis, & cur, & vbi fuerit, & quid egerit: & datur venia valetudini, adfectioni parentium[n], & adfinium, & si seruum fugientem persecutus est, vel si qua eiusmodi causa sit. Sed & ignoranti adhuc disciplinam tironi ignoscitur[o].

V. IDEM *libro secundo de Re militari.*

NOn omnes desertores similiter[p] puniendi sunt: sed habetur & ordinis, stipendiorum ratio, gradus militię, vel loci, muneris deserti, & antè actæ vitæ[q]. Sed & numerus, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, aliúdve quid * crimen desertioni[r] adiunxerit. Item temporis quo in desertione fuerit, & eorum quæ postea gesta fuerint. Sed & si fuerit vltro reuersus, non cum necessitudine: non erit eiusdem sortis[s].

1 ¶Qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est: pedes militiam mutat. In bello idem admissum[t] capite puniendum est.

2 ¶Qui desertioni aliud crimen adiungit, grauius puniendus est: & si furtum factum sit, veluti[u] alia desertio habebitur: vt † si plagium factum, vel adgressura, abigeatus, vel quid simile accesserit.

3 Desertor si in vrbe inueniatur, capite[x] puniri solet: alibi adprehensus, ex prima desertione restitui potest: iterum deserendo[y], capite puniendus[z] est.

4 ¶Qui in desertione fuit: si se obtulerit[a], ex indulgentia imperatoris nostri in insulam deportatus est. 5. ¶Qui captus, cũ poterat redire, nõ rediit, pro transfuga habetur[b]. Item eum qui in præsidio[c] * captus est in eadem conditione[d] esse certum est. Si tamen ex improuiso, dum iter facit, aut epistulam fert, capiatur quis, veniam meretur[e].

6 ¶A barbaris[f] remissos milites ita restitui[g] oportere Hadrianus rescripsit, si probabunt se captos euasisse, nõ transfugisse. sed hoc licet liquido cõstare nõ possit, argumẽtis tamẽ cognoscẽdũ est. & si bonus miles[h] antea æsti-

---

b ¶*Quia plerumque*. vnde bene deiicitur, & non admittitur, quia alius iam impleuit numerũ, qui eius loco suppositus est: & secundum hoc voluntas, quia voluntariè recessit.

c ¶*Solicitauit ab alio*. & se subtrahi à patre passus est. *ad quod. j. eo. l. miles. §. pen.*

d ¶*Delectu*. aliàs delectum. Delectum, id est electum: *sic. s. eo. l. j. §. j.* vel dic propriè.

e ¶*Per bellum*. id est propter timorem belli indicti hostib[us], vel ab hostibus. *& sic infra ad muni. l. si. §. antepen.*

f ¶*Desertorem*. impropriè.

g ¶*Abfuisset*. aliàs abfuisset: alias aufugisset.

h ¶*Remansores*. qui[a] non diu stabant: *vt infra dicit & supra. l. iij. §. emansor.* qui ergo diu emanebat, desertor erat: vt hic dicitur.

i ¶*Euitat*. ex causis, vt statim subiicit. *j. examinantur &c. & j. l. proxi.* Accur.

k ¶*A quo*. non refert à quo: *vt supra de verborum obligatio. l. cum seruus.*

l ¶*Desertionis*. s. delictum.

m ¶*Fugitiuis*. sic *s. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus. in principio. & §. erronem.*

n ¶*Parentum*. ¶No. propter consanguinitatem[b] aliquem excusari: *sic. s. de excep. l. ii. & de lib. ho. exhi. l. iij. §. si enim.*

o ¶*Ignoscitur*[c]. ad hoc *j. l. proxi. in princ. & l. qui commeatus. in fin. & s. l. j. in fine.* Accursius.

* forte non male ita legas. qui enim se subtrahit solicitator ab alio, veniam &c. vel sic, solicitari ab alio passus est veniam &c.

† emansores.

a Remansores [illegible]

* emansionis.

b Consanguinitatis ratio excusat.

c Pœna minuitur [illegible]

d. v. Regiam. singulari [illegible] collegit Nouum [illegible] & [illegible] si quid in statutum ciuitatis admiserint.

NOn omnes.] CAS. In desertorẽ nõ semper eadem pœna imponitur, sed habetur ratio ordinis, & stipendiorum, & gradus militiæ, & vitæ eius præcedentis. Item inspicitur si solus recessit, vel cum aliis. Item quanto tẽpore fuit in desertione. Item si vltro, id est sponte reuertatur, mitius punitur, nam tantum in insulam deportatur. Item qui in pace deseruit militiã eques, gradu repellitur, pedes militiam mutat. sed si tempore belli deserat militiã: capite punitur. & si deserẽdo militiam, aliud delictum faciat, veluti furtũ, aut plagium, vel simile: grauius punitur. Item desertor militiæ si in vrbe, scilicet Romana inueniatur: capite punitur. si autem alibi apprehẽdatur: ex prima desertione potest restitui. ex secunda non: imò penitus capite punitur. Item desertor militiæ si se offerat: ex indulgentia principis in insulam deportari solet. Item captus ab hostibus, si cum posset redire nõ rediit, pro transfuga habetur. Item si cum quis iuisset ad hostes vt spia, ibidem captus est, & cum posset redire, non rediit, pro transfuga habetur. si tamen cum iter Seius faceret, vel epistolam ferret, captus est, non committẽdo in hoc dolum: deinde reuertatur: veniam meretur, & emerita accipiet. [A BARBARIS.] Cum aliquis miles esset captus ab hostibus, reuertitur. ita demum restituitur suæ militiæ, si probabit se captum ab hostibus euasisse, non transfugisse. & si hoc non potest liquido probari, inspicitur si antea bonus miles fuit: vt sic eius dicto in hoc stetur. si autem fuit malus, vt quia emansor, aut negligens suorum, aut segnis: non credetur ei si post multum temporis rediit. Item captus si reuertatur finito tempore militiæ: vt veteranus habetur, & præmium emeritum habet. Vltimo ponit casum in quo parcitur transfugæ: vt si trãsfuga multos latrones apprehẽdit, & transfugas plures demõstrauit: pũt enim ei parci. si autẽ promittat se prædicta facturum, non ei credetur & sic ei non parcetur. Franc.

p ¶*Similiter*. i. æqualiter.

q ¶*Vitæ*. *vt j. ea. l. §. A barbaris.*

r ¶*Desertioni*. scilicet furtum vel plagium.

s ¶*Sortis*. id est conditionis. nam tantum in insulam deportatur: *vt j. §. qui in desertione.* ¶Et sic not. quod in aliquo parcitur[a] sponte se offerẽti[b]: *vt C. de pœna indic. Auth. nouo. & facit supra quæ in fraud. credi. l. pupillus. & ad senatusconsultum Tertullianum. l. ij. §. si mater.* Accursius.

t ¶*Admissum*. scilicet delictum desertionis.

u ¶*Veluti*. i. quasi alia à simplici, cũ qua non est admixtũ aliud delictum. 2 Vel id est secunda, quasi bis[c] deserat qui delinquendo deserit.

x ¶*Capite*. inspecta sua vita[d] priori: *vt supra in princ. huius l.*

y ¶*Iterum deserendo*. secundo: & sic ex consuetudine[e]: *s. eo. l. desertorem. §. si plures. & facit. s. de pœn. l. capitalium. §. solent. & in Authen. de litig. §. antepe. coll. viij.* aliàs dicit litera differendo.

z ¶*Puniendus*. aliàs est in litera, quandoque: quod expone: *vt in princip. huius l.* aliàs deest. Accursius.

* quod.

† vel si.

a Pœna minuitur ei qui sponte se obtulit. *v. Glos. vbi scripsi in l. reum in si sup. de custodia reorum.*

b Offerẽti se sponte ignoscitur.

c Bis deserere videtur qui delinquendo deserit.

* Quidam putant legendũ in profugio i. in hostico, in barbarico solo vt legunt Græci.

d Pœna minuitur ob antea actam bene vitam *adde. §. à barbaris infra. Tiraquel. tract. de pœnis caus. 52. num. j.*

e Consuetudine delinquẽdi augetur pœna.

a ¶*Si se obtulerit*. sic *supra de iure fisci. l. edicto. & supra in princip. huius l.*

b ¶*Pro transfuga habetur*. *s. tit. j. l. postliminium. §. captiuus & l. si captiuus. in prin.* Item facit. *s. qui. ex causa. l. item hi. §. j. & l. si cui. §. quamdiu. & de ædil. ed. c. l. quis sit fugitiuus. §. idem ait & in decre. xj. q. iij. § præmissis. & v. q. j. c. in primis. & §. desertoris.* ¶Et ita qui[f] nõ facit quod debet cum possit, punitur: *vt j. eo. l. omne. §. fin. & arg. j. de verb. sign. l. alienationis. §. j.* Accur.

c ¶*Qui in præsidio*. i. exploratione[g], vel spia: & poterat redire, & debebat, & non rediit. per tales enim habemus præsidium: id est insidias hostium præscimus. sic ponitur *supra de lega. iij. l. si chorus. §. j. & de capti. l. in bello. §. manumittendo.*

d ¶*Conditione*. vt sit pro transfuga: *vt s. proxi. respon.*

e ¶*Meretur*. & emerita accipiet: *vt s. e. l. desertorem. §. in quibus ibi sed si ex improuiso. & j. §. qui ab hostibus.*

f ¶*A barbaris*. i. hostibus.

g ¶*Restitui*. suæ militiæ. Accur.

h ¶*Bonus miles*. si bonus fuit, & bonus præsumitur. sic etiam si malus. *ad quod facit supra de proba. l. cum tacitum. & l. cum. & de*

f Facere quod quis tenetur. si id nõ faciat punitur.

g præsidium pro exploratiõe vel spia, vt hic. Item præsidiũ est numerus & statio militũ ad vrbis vel arcis custodiam destinatorũ: Gallicè garnison. E. P.

h Bonus vel malus esse præsumitur qui antea bonus vel malus fuerit.

transact. l. cum hi. §. in persona eius. & de testi. l. testium in prin. & C. de in integ. resti. mi. l. si minorem. & ff. de libe. exhiben. l. iij. §. Iulianus ait. & de acc. l. si cui. & in Authen. de mona. §. si verò intra. col. j. & qui satisd. cogan. l. de dic. §. fi. & de act. emp. l. pen.

matus † fuit, prope est vt adfirmationi eius credatur[a]. si remansor[b], * aut neglegés suorum[c], aut segnis[d], aut extra contubernium agens non credetur ei. 7 ¶ Si post multum temporis redit[e] qui ab hostibus captus est, & captum eum, non transfugisse constiterit: vt veteranus erit restituendus[f]: & præmia[g] & emeritum capit. 8 ¶ Qui transfugit, & postea multos latrones adprehendit, & transfugas demõstrauit, posse ei parci diuus Hadrianus rescripsit[h]: ei tamen polliceti ea[i], nihil permitti oportere.

VI. IDEM libro tertio de re militari.

OMne delictum † est militis quod aliter quàm disciplina communis exigit,[k] committitur: veluti segnitiæ[l] crimen, vel contumaciæ, vel desidiæ.

1 ¶ Qui manus intulit præposito[m], capite puniendus est. augetur * autem petulantiæ crimen dignitate præpositi[n].

2 ¶ Contumacia[o] omnis aduersus ducem vel præsidem, militis capite punienda est.

3 ¶ Qui in acie prior fugá fecit spectantibus militibus propter exemplũ[p] capite puniendus est,

4 ¶ Exploratores[q] qui secreta nuntiauerunt hostibus proditores[r] sunt, & capitis pœnas luunt. 5 ¶ Sed & caligatus[s] qui metu[t] hostium languorem simulauit: in pari causa is est.

6 ¶ Si quis cõmilitonem vulnerauit: si quidem lapide, militia reiicitur: si gladio, capital[u] admittit[u].

7 ¶ Qui se vulnerauit, vel aliàs mortem sibi consciuit: Imperator Hadrianus rescripsit, vt modus eius rei statutus[x] sit, vt si impatientia doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit: non animaduertatur in eum, sed ignominia mittatur[y]. si nihil tale prætendat[z], capite puniatur[a]. Per vinum aut lasciuiam lapsis[b], capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda.

8 ¶ Qui præpositum suum non protexit[c] cum posset: in pari causa factori habendus est[d] si resistere non potuit, parcendũ ei. 9 ¶ Sed & in eos qui præfectum centuriæ[e] à latronibus[f] circunuentum deseruerunt, animaduerti placuit[g].

VII. TARRVNTENVS PATERNVS libro secundo de Re militari.

PRoditores[h], transfugæ plerunque capite puniuntur: & exauctorati torquentur. nam pro hoste, non pro milite habentur.

VIII. VLPIANVS libro octauo Disputationum.

QVi status controuersiam patiuntur: licet re vera liberi sunt, non debẽt per id tempus nomen militiæ dare: maximè[i] lite ordinata: siue ex libertate in seruitutem, siue contrà petantur: nec hi quidem qui ingenui bona fide seruiunt: sed nec qui ab hostibus redempti sunt, prius quàm se luant[k].

a ¶ *Credatur.* quantum[a] ad præsumptionem. probabitur[b] ergo in contrarium: vt C. de incest. nup. l. qui contra legem.

b ¶ *Si emansor.* ff. eo. l. iiij. §. emansor.

c ¶ *Suorum.* commilitonum: a Vel, id est suæ partis.

d ¶ *Segnis.* in suis propriis negotiis: quo casu ex fatuitate captus videtur: ad quod ff. de pæ. l. j. in fi.

e ¶ *Redit.* secus videtur ergo si post paruum, argument. ff. de arb. l. item. impr. ne. ibi. §. si multo. & hic est multum,[c] quinquennium: vt j. eo. l. milites. §. fin.

f ¶ *Restituendus.* Si expleto tempore militiæ rediit: vt ff. l. iij. §. si qui aduersus. sed si ex improuiso. & dic vt ibi. Accursius.

g ¶ *Et præmia & emeritum.* aliàs præmiũ & meritum. aliàs præmium emeritum.

h ¶ *Rescripsit.* parcitur[d] sponte confitenti, sic. C. ad l. Iuliam maiesta. l. quisquis. in fi. & Cod. de his qui se defl. l. j.

i ¶ *Ea.* scilicet adprehendere latrones, & demonstrare transfugas. & sic not. argu. contra docto. promittentes maria & montes, vt non sit eis credendum.

OMne delictum.] CAS. Delictum militare appellatur, quod cõmittitur contra disciplinam militarem: vt delictum pigritiæ. Item contumaciæ, vel desidiæ. Item si manum intulit in præpositum, id est in ducem belli, capite punitur: & dingnitate præpositi augetur crimen. Itẽ contumacia aduersus ducem vel præsidem commissa, capite punienda est. Item miles qui de prælio primus aufugit, capite punitur. & hoc ideo, quia malum exemplum, scilicet fugiendi, dedit alijs militibus. Item exploratores qui secreta nunciant hostibus, tanquam proditores capite puniuntur. Item miles caligatus, id est infirmus & obscurus, qui fingit se infirmum vt sic in exercitum non vadat: capite punitur. Item miles qui commilitonem vulnerat: si cum lapide, militia reiicitur. si cum gladio, caput perdit. [QVI SE VVLNERAVIT. &c.] Miles qui se vulnerauit vel aliàs voluit se occidere, si hoc fecit ob impatientiam doloris, aut tædio vitæ, vel simili de causa: cum ignominia remittitur à militia. si autem metu pœnæ criminis commissi prædicta fecit, puniatur capite. si autem per vinum motus, vt quia ebrius, vel per lasciuiam prædicta fecit: perdit militiam, nec aliam pœnam patitur. Item miles qui præpositum suum, id est ducem belli non protexit. i. non adiuuit cum posset: punitur eadem pœna qua occisor ducis. si autem resistere non potuit: parcitur ei. Item milites qui deseruerunt præfectum eorum captum à latronibus, capite puniuntur. Item proditor transfuga capite punitur. & h. d. hic §. cum. l. seq. Franc.

k ¶ *Exigit.* de his respondet sub duce belli, vel sub præside: vt C. eo. l. fin. in prin.

l ¶ *Segnitiæ.* id est pigritia.

m ¶ *Præposito.* puta duci belli.

n ¶ *Dignitate præpositi.* sic. ff. de pæ. l. aut facta. §. persona. & Inst. de iniur. §. atrox. & ff. l. ij. & iij. & j. l. milites. §. missionum. in fin.

o ¶ *Contumacia.* scilicet ex animo. & facit. ff. l. iij. §. in bello. ¶ Et no. argu. contra clericos contumaces[a]. secur.

p ¶ *Propter exemplum.* malum scilicet, vt fugiant: sic[b] supra de pœn. l. aut facta. §. fin. & C. si ser. expor. l. moneor. & in Authen. vt iu. sine quoque suffra. §. cus. in fi. coll. ij. & C. ad leg. Iul. repe. l. j. & de bo. eo. qui sub tu. l. quamuis. & C. de heret. l. quicunque.

q ¶ *Exploratores.* ff[c]. de pœ. l. si quis aliquid. §. j. & §. si quis. & §. instrumenta. & ad legem Iul. maiest. l. j. Accursius.

r ¶ *Proditores.* & ideo puniuntur: vt infra. l. proxim.

s ¶ *Caligatus.* expone[d] vt in Authen. qui. mo. na. effici. legit. §. quisquis. col. i. vj.

t ¶ *Metu.* quia nolebat pugnare: vt Grimaldus.

d ¶ Redire. vt supra de fal.l.falsi.§. ordine. & dic quòd causa cognita fuit minuta: & sic redijt ipso iure ad vacantem: quod est in relegato secus,quia per nouam electionê: vt supra proximo respon.eodem modo intellige quod sequitur, imperator & cæt.Nec ob. supra de postul. l. imperator. vbi b non fit differentia inter relegatum,& ab ordine motum: quia illa secûdum hoc intelliguntur:vt ibi not. & facit supra titulo primo. l. ordine. & infra. eo. l. ad tempus. & quod not.supra.l.primo. Alij dicunt eum damnatum ex crimine quod non irrogat infamiâ, & quod dicit falsi.scilicet non c publici:& grauioribus, id d est grauibus. sic supra locati.l.si merces. §. qui columnam. & quod dicit,nô relegatus, sub.taliter & fuit.ȝ. scilicet ex crimine quod importat infamiam.& sic intelligunt inferiorem.§.imperator.

a Clemêti dictum: qui minorem pœnam imponit quàm meretur.
* humanitatê.
† l.j. et quicum.infa.irrog. vbi tamê aliter Antonini sententia refertur.
b Relegati & ab ordine moti an sit differentia.
c Falsi crimê interdum nô est publicum. d Côparatiuus pro positiuo interdum sumitur.

Generaliter id erit defendêdum, vt qui clemêtiorem a sententiam passus est, ob hoc quòd ad tempus relegatur, boni b consulere debeat humanitatis * sententiæ nec decurionatum c recipiat.

1 ¶ Sed si quis ob falsam causam, vel aliam de grauioribus, non ad tempus sit relegatus,sed ad tempus ordine motus: in ea causa, vt possit in ordinem redire d. Imperator enim † Antoninus edicto proposito statuit, vt quicunque, aut quacumque causa ad tempus ordine, vel aduocationibus,vel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore nihilo minus fungi honore vel officio possit:& hoc rectè: neque enim exaggeranda fuit sententia quæ modum interdictioni fecerat.

Spurij tunc demum eligi possunt in ordinem decurionum, cum alij legitimi desunt. hoc dicit.

2 ¶ Spurios posse in ordinê allegi e, nulla dubitatio est. Sed si habeant competitorem legitimè f quæsitum præferri eum oportere g diui fratres Lolliano Auito Bithyniæ præsidi rescripserunt. Cessantibus vero his h, etiam spurij ad decurionatum & re & vita honesta recipientur i: quod vtique non sordi erit ordini:cum ex vtilitate eius sit, sêper ordinem plenum k habere.

3 ¶ Eis qui Iudaicam * superstitionem sequuntur, diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt l: sed & necessitates eis m imposuerunt, qui superstitionem n eorum non læderent.

IIII. MARCIANVS *libro primo de iudiciis publicis.*

Decurio qui prohibetur o côducere quædam: si iure successerit p in conductione, remanet q in ea: quod & in omnibus similibus seruandum est.

V. PAPINIANVS *libro secundo Quæstionum.*

Ad tempus ordine motos r ex crimine quod ignominiam importat: in perpetuum moueri placuit. ad tempus autê exulare iussos ex crimine leuiore, velut transacto negotio non esse inter infames habendos.

VI. IDEM *libro primo Responsorum.*

Spurij decuriones s fiût:& ideo fieri poterit t ex incesto quoque natus. Nô enim impediêda

e ¶ Allegi.id est legi.
g ¶ Legitimè.id est hunc filium legitimum qui petat decurionatum.
g ¶ Oporteret.No.inter aliquos, alios eorû præferri. fic.C.de heredi.aut.ib.idem est. & C. de locat.q.si.l.j.§.j.& ȝ.quæ in fran.cre.l.j.& de here.insti.l.qui soluendo.& de pec.l. maiorem.& deposi.l.bona fides. & de adult.l.... fine.& sequen.& de leg.ij.l.re coniuncti.
h ¶ His,scilicet filiis legitimis.
i ¶ Recipientur. necessitas f non habet legem : vt supra de offic. procon.l.j. & supra de fun.dot. l. j. & infra eo.l.spurij.& ȝ.de acqui.re. do.l.quædam.& C.eo.t.tu.eos. & in auth.quomodo opor.epi.§.quantum lib.x.co.j.
k ¶ Plenum.supra so'u.matri.l.j.
l ¶ Permiserunt.Contra. C. de Iu.de. l.fina.Solu.hîc & ibi prohibentur.sed hîc ea d mum permittuntur, quæ ad eorum spectant superstitionem R.Vel dic vt ibi.& facit.C.eod.omnes.lib.x.
m ¶ Eis.Iudæis ad quod est infra titu.ij.l.si qui magistratum.
n ¶ Eorum superstitionem. sub modo.nam si læderentur,non coguntur id agere.

Decurio.] CASVS. Licet prohibeatur à lege,ne decurio conducat agros & similia:si tamê successit conductori agrorû remanet in conductione.Fran.Accur.
o ¶ Prohibetur.vt g l.fina. curialis.& C.e.l.si quis procurationem.lib. x.& ȝ.eo.l.spur. §.decurio.
p ¶ Successerit.tit.vniuersali.
q ¶ Remanet.in ea ratio est:quia melius est remanere h, quàm ad interesse iure hereditario teneri.& facit. ȝ. de iure fis. l.ij.§.si post. & de fal.l.j.§.penul.& de re mil.l.milites.in fine.& de vsu.l.cum quidâ §.sistum.& de re.e...magis.§.si pupillus.& ȝ.de acquir.rerum do.l.quædam.& C.de p ca.vsur.l.ij.lib.x.

Ad tempus.] CASVS. Cùm minor pœna quàm debeat de iure imponitur decurioni, vt quia ad tempus ordine remouetur ex crimine quod infamiam importat:etiâ finito tempore remouetur à decurionatu. si autem quis relegetur ad têpus ex crimine leuiori,& sic aucta est pœna, nô habetur inter infames:& ad honores admittitur.Fran.
r ¶ Motos. Dic motum lata sententia vt debuit:Vel fuit minuta sine causa,& perpetuò durat infamia.& sic a in perpetuum remouetur:vt Cod. de dig. l. secunda. & supra de re milita.l. l. qui cum vno.§.ad tempus.& supra titulo primo. l. ergo.dine.ij.respon. & quod dicit crimen quod ignominiâ importat, vt dic quòd b est omne publicum. Itê & priuatû, si modo ciuilis competens pro eodê priuato infamet: vt supra de publicis iudiciis. l.infamem. Item quod subiicit,ad tempus &c. dic relegatû ex crim.leui, sed non famoso:vt dam.iniur. vel concussionis : vel termini moti secundum quosdam. quod non placet : quia non bene diceret supra de infamibus transacto. 2 Dic ergo quòd fuit aucta pœna, & sic remittitur infamia post causam finitam:vt his. & §. pœna grauior. l. quid ergo. & Cod. ex quibus causis infamia irrogetur. l. Posidonium. nô ergo intendit hîc facere differentiâ inter relegatû,& ab ordine motum,sed c inter eum in quo minuta,& eû in quo aucta est pœna : & sic non obst. supra de postu. l. imperator. ¶ Et adde hîc quod not.in §.pœna grauior. Item nec ob. ad primum respon. huius.l. supra de fal.l.falsi.§.ordine. quia ibi causa cognita fuit minuta. & eodem modo respon.supra.l.proxi. ij. & iij. respon. 3 Alij distingunt. aut in publico crimine ordinario augetur vel aliàs deminuitur pœna,& non remittitur infamia aut extraord.& tûc aut per sententiam,aut ex genere pœnæ.si ex genere pœnæ aucta remittit. idem si deminuta, sed certis rationibus: vt Cod. de infa. l. etsi seuerior.si autem per sententiam aucta, minuit : vt §. pœna grauior. minuta autem non minuit : vt supra de iniuriis.l.diuus. quæ distinctio in prima parte est contra. §. pœna grauior. in eo quod dicit, vltro le.&c. vt supra de pœnis. l. in seruorum.in fin. 4 Item dicunt quidam vbi ex genere pœnæ vna est infamia,& sic finita pœna, finitur.vbi duratura est pœna per sententiam latam, duæ sunt infamiæ.Prima,ex sententia:secunda, ex pœna:vnde finitur tempus,& sic finitur vna, alia tamen remanere potest, secundum prædictas distinctiones.

a Infamia perpetua non remouet ab honore.
* His verbis Christiani intelliguntur, vt apparet ex Tacito lib. 15 annalium, Tranquillo in Nerone & ...
b Infamia irrogatur quouis crimine publico.
c Differentia ... minuta est pœna vel aucta.

Spurij.] CASVS. Spurij, item incestuosi possunt fieri decuriones:& redditur ratio in litera.Item si minor vigintiquinque annis,si factus decurio ex causa,debet habere salarium quod decurioni datur:interim tamen non subeunt ea quæ alij de ordine. Item decurio prohibetur vectigalia etiam suæ ciuitatis conducere. Item qui accusauit aliquem de crimine publico,& destitit sine abolitione, non potest in decurionem eligi : sicut nec damnati calumniæ causa iudicio publico. [PATER.] Filio in decurionem electo, pater eius appellauit nomine filij. licet sit exclusus ea quia tarde appellauit, & si filius subiuit decurionatum inuito patre:non tenebitur pater pro filio. Item cum decuriones debent aliquam sententiam ferre, primam vocem habent qui decorati sunt pluribus honoribus iure decurionis. Itê & illi qui plures habêt liberos in ordine decurionum. Frâciscus Accursius.
s ¶ Spurij decuriones. in defectum : vt supra. l. generaliter. §. spurios.
t ¶ Poterit.decurio.

f Necessitas non habet legem. de quo vide Medicê tractatu ...
g Prohibitio titulo singulari, permissa intelliguntur tituli. vniuersali.
h Remanêdum in iure alio quo, vel cum ... commoditas.

Admisit.

est dignitas eius qui nihil admi sit[a]: 1 ¶ Minores vigintiquinque annorum decuriones facti[b] sportulas decurionum accipiũt: sed interim suffragiũ inter cæteros ferre non possunt[c]. 2 ¶ Decurio etiã suæ[d] ciuitatis vectigalia exercere[e] prohibetur. 3 ¶ Qui iudicij publici quæstionem citra veniam abolitionis deseruerũt, decurionum[f] honore decorari non possunt: cum ex Turpilliano senatuscõsulto notẽtur ignominia[g], veluti[h] calumniæ causa iudicio publico[i] damnati.

4 ¶ Pater qui filio decurione creato[k] prouocauit: etsi præscriptione[l] temporis exclusus fuerit, si quod gestum est, non habuit ratum[m]: muneribus ciuilibus pro filio[n] non tenebitur.

5 ¶ Priuilegiis cessantibus cæteris[o], eorum causa potior habetur in sententiis ferendis[p], qui pluribus eodem tempore suffragiis iure decurionis[q] decorati sunt[r]. Sed & qui plures liberos habet: in suo collegio[s] primus sententiam rogatur[t], cæterósque honoris ordine præcellit.

VII. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

HOnores[u] & munera non ordinationi[x], † sed potioribus quibusque iniungenda sunt. 1 ¶ Surdus, & mutus, si in totum[y] non audiant, aut non loquantur: ab honoribus ciuilibus, non etiam à muneribus[z] excusantur.

2 ¶ Is qui non sit decurio, duumuiratu† vel aliis honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeij[a] fungi prohibentur.

3 ¶ Ad decurionatum filij ita demum pater nõ consentit, si contrariam[b] voluntatem vel apud acta præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit.

VIII HERMOGENIANVS *libro primo Epitomatum.*

DEcurionibus facultatibus lapsis alimẽta decerni[c] permissum est: maxime si ob munificentiam[d] in patriam, patrimonium exhauserint.

IX. PAVLVS *libro primo Decretorum.*

SEuerus Augustus dixit: Etsi probaretur Titius in seruitute patris sui natus: tamen cum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur[e] decurio fieri in sua ciuitate.

1 ¶ Non esse dubitandum, quin nauicularij[f] non debeant decuriones[g] creari.

.X. MODESTINVS *libro primo Responsorum.*

HErennius Modestinus respondit, sola albi[h] proscriptione* minimè decurionum factum, qui secundum legem decurio creatus non sit[i].

a ¶ *Admisit*.i.deliquit sic enim vitium est &c. vt *C. de leg. here. l. leg. xij. tab.* Sed arg. contra *C. de natu. lib. l. legem. & l. fin. & extra de fil. presb. c. j. & in Lombar. de fil. presby.*

b ¶ *Facti*. ex causa, vt *j. eo. l. non tantum. §. j.*

c ¶ *Non possunt*. Contra. *s. de re iu. di. l. quidam.* Sed ibi à principe, & inter certas personas: hic generaliter. Item ibi ex consilio assessoris: *vt in Auth. de iudi. in prin. coll. vj.* hic ipsemet debet cõsulere: *vt j. de verbo. signi. l. pupillus. §. decuriones. & facit infra titu. ij l. ad rem.*

d ¶ *Etiam suæ. s. eod. l. decurio. cum suis concor.*

e ¶ *Exercere*. id est cõducere. Accur.

f ¶ *Decurionum. vt j. eo. l. Herennius. Mode.*

g ¶ *Ignominia. vt C. ad Turpil. l. ij.*

h ¶ *Veluti*. i. est sicuti.

i ¶ *Iudicio publico*. quos[b] cõstat esse infames: *vt s. de infa. l. j. §. qui in iudicio*. nõ[c] autẽ dicit quod accusatio Turpil. sit publica. Sed de hoc dic. *vt s. de pu. iudi. l. j. no. & facit. s. tit. j. l. libertus. §. in quæstionibus. & l. Lucius. §. antepenul.*

k ¶ *Creato*. patre absente.

l ¶ *Præscriptione*. bidui vel tridui: *vt & s. quando ap. l. j. §. quod in sententiis.*

m ¶ *Ratum*. Sed[d] nõne appellando ratificat: *vt C. de filiisfa. & quemadmo. l. cum appellasse. li. x.* Respon. hic etiam cõtradicit, secundum R. 2 Vel ibi nomine suo: hic filij nomine appellatur secundum H. & facit ad hoc. *C. eo. filios. lib. x. & s. tit. j. q. & j. l. proxi. §. fin.*

n ¶ *Pro filio*. id enim tantũ pro parte sufficit, si contrariam protestatus sit voluntatem.

o ¶ *Cæteris*. ex priuilegio ergo potest dari prima vox: *vt & s. titu. j. l. j.* 2 Vel da exemplum de tacito[e] priuilegio. *j. titu. j. l. ij.*

p ¶ *Ferendis*. i. vel magis creditur. 2 Vel illi habent primã vocẽ.

q ¶ *Decurionis*. aliàs decuriones: & tunc sub. constituti. Accur.

r ¶ *Decorati sunt*. hoc expone *vt j. titu. j. l. j.* Accur.

s ¶ *In suo collegio*. id est familia. Accur.

t ¶ *Rogatur*. aliàs rogatur & sub. dicere. aliàs rogatus. & tunc sub. dicit, cæterósque &c. Sed si non habeas quæ, nõ sub. dicit. & fa. *C. de decu. l. in albo. lib. x.*

HOnores.] CASVS. Non inspicitur qui primo fuerit decurio, vt per hoc prius ad honores admittatur. Item surdus qui nũquam audit: item mutus qui in totũ non loquitur, ab honoribus ciuilibus non etiam à muneribus patrimonialibus excusantur: Item qui non est decurio, non potest eligi duumuir, cum hic honor ad decuriones spectet, non ad plebeios. Item pater non dicitur consentire decurionatui filij, quando ostendit contrariam voluntatem vel apud acta præsidis, vel apud ordinem, vel alio modo, & sic pro filio non tenetur hoc casu. Franc.

u ¶ *Honores*. adiuncti oneri.

x ¶ *Non ordinationi sed po*[f]. aliàs ordinationi: aliàs ordinatis omnibus. & est sensus, id est nõ secundũ ordinem: vt qui primo fuit decurio, primo ad honorem aliquem admittatur. *sic in authen. de mona. §. ordinationem. coll. j. & C. eo. l. ad subeunda. lib. x. & de potio. ad mu. vo. l. j.* Sed argu. contra. *C. de offi. præ. vrb. l. primicerium.* 2 Item non ob. *infra de mu. & bona. l. vt gradatim. in princ.* Solu. ibi de ordine honoris: hic oneris. ADDITIO. Ista solu. glo. non est bona, secundum Barto. ideo dic aliter, secundum eũdem ff. Nouum.

quòd ibi loquitur de ordine honorum in eadem persona: hic ĩ diuersis.

y ¶ *Si in totum*. aliàs secus: *vt C. qui morbo l. j. contra li. x. & de excu. tu. l. frater. & Insti. qui. non est permis. face. test. §. item surdus.*

z ¶ *Non etiam à muneribus*. sc. patrimonialibus: sed à personalibus bene excusantur: *vt C. qui mor. l. j. lib. x.*

a ¶ *Plebeij*. hoc quære *vt j. de va. mu. l. à decurionatu.*

b ¶ *Si contrariam. s. titu. j. l. quotiens. & s. solu. mat. l. ij. §. voluntate. C. de filiisfam. & quemadmo. l. ij. lib. x. & quando proue. non est ne. si pater. & sup. ad Mace. l. si filius. §. j.* Item facit *infra titu. ij l. sponte.*

DEcurionibus.] CASVS. Si decurio perdat bona sua, maxime quia multa dona contulerat in alios: dãda sunt ei alimenta de publico. Francisc. Accursius.

c ¶ *Decerni*. de publico. ¶ Sic ergo not. quod[b] qui de suo non potest aliquandoque de alieno est alendus: *vt & supra vt in poss. leg. l. pen. & de tute. & rat. distra. l. j. §. si pupillus, & de lib. agn. l. v. § solent. & C. de or. cog. l. fin. supra de inoffic. testa. l. si instituta. §. penulti.*

d ¶ *Ob munificentiã*. sc. conferendo munera & dona in alios. 2 Vel, id est occasione muneris sui. *quod. j. titu. ij l. honor. in prin. & §. j.*

SEuerus.] CASVS. Nat' ex seruo & ex matre libera, potest fieri decurio. Item nauicularij non possunt fieri decuriones. Frãcis. Accur.

e ¶ *Non prohibetur*. plane si eius pater tũc sit effectus decurio: vt decurionis filius, priuilegium sibi nõ vindicabit. diuersum est in legitimo *vt supra eo. l. ij. & C. de suis & legi. l. ex libera.* Rog.

f ¶ *Nauicularij*. His[c] enim ea immunitas est danda, quæ decurionibus effectis non esset largienda, secundum M. Sed quamuis decuriones non debeant fieri: tamen creati[d] muneribus compellentur fungi: *vt j. de iur. immu. l. v. §. fin.* Accursius.

g ¶ *Decuriones*. quia vtrumque officium gerere nõn possunt: *vt j. de iur. immu. l. semper. §. fin.*

HErennius.] CASVS. Licet quis habuit salatium vt decurio: non propter hoc est effectus decurio, cum secundum l. nõ erat factus decurio Franciscus.

h ¶ *Albi*. aliàs salarij: vt quia diu percepit salarium, vel diu stetit scriptus in albo ¶ Et est arg contra[e] eos qui non rectè in ecclesiis sunt constituti. *ad quod supra de admi. tut. l. antepen. & C. de rei vindi. l. solemnibus. & supra l. spurij. §. minores & C. de præscrip xxx. ann. competit. & de reli. locum* Sed arg. contra *supra de ritu. nup. l. qui in prouincia. § diuus & de offi præto l. Barbarius.*

i ¶ *Non fit*. vt quia minor, vel aliàs inhabilis: *vt infra l. proxim. § j.*

NOn tantum.] CASVS. Qui sunt teneræ ætatis, vt minores xxv. ann. item qui sunt grandis ætatis, nõ debent eligi decuriones: & grandem ætatem intelligas ætatem quinquaginta & quinque ann. nam abinde infra debent suscipere decurionatum, vt sic iuniores non ita grauentur. Item minor. xxv. ann. potest eligi decurio [illegible] causa, puta in defectum aliorum. Item consuetudo est spectanda in talibus: & hoc etiam principes dixerunt. Franciscus.

a Spurius eo ipso quo spurius est, deliquisse nõ censetur.

b Infames sunt iudicio publico damnati.

c Turpilliani accusatio non est publica.

d Appellans vtrum sententiæ primi iudicij ratã habere intelligatur.

† Ordinare, est ad honores & magistratus promouere, quasi ad ordines adoptare. E.D.

† Vide Bu. in annot. poster. hic.

† Die quòd ibi loquitur de electis & nominatis qualiter ordi etur: hic de eligendis, & nominandis secũdũ Barto. hic.

e Tacita priuilegia quæ.

a Differentia quis dicatur.

† Flo. duumuiratu.

b Ali de alieno quandoque quis potest, cum ex suo ali nõ potest.

* perscriptione aliàs sola salarij perceptione. vide Bud. hic in anno. poster.

c Nauicularij à quibus remoti.

d Electus facilius tolleratur, quàm eligendus admittitur.

e Potatiui honores ius nõ cõferunt: vnde colligunt tabellionem, ideo nõ debet dici quod diu aut multo tẽporis spatio instrumenta cõfecerit, neque huiusmodi instrumentis probari eius tabellionatum. quod mihi nõ placet vide hic notata ad Bartolum.

a ¶ *Aetatis.* vt minores.xxv.ann.*vt* ꝭ.*l.proxi.*
b ¶ *Grandes.* aliàs graues.
c ¶ *Natu.* maiores.lv.*vt* ꝭ.*proxi.*§.*&* ꝭ.*l.ij.*§.*fi.*
d ¶ *Seniores.* scilicet excusantur, nisi.lv.habeant an.ne &c. & dic,non aliàs.id est non sine causa.Accur.
e ¶ *Munera publica.* personalia.nam patrimonialia subeunt minores: *vt C. de mu.pa.l.etiam.lib.xj.*
f ¶ *Ex causa.* propter inopiam aliorum:*vt C. qui & aduer.quos.l. j. &* ꝭ.*e.l.ij.*§.*fi.& C.qui ætate se excu.l.ij.li.xj. & C.quando prouo.non est ne.l.si pater.& j. de mu.& ho.l.ad rem.*
g ¶ *Consuetudo.* ¶No. cōsuetudinem in electione seruari:*vt C.de ædific.pri.l.iij.& sup. de adm.tu.l.si fine herede. §.Lucius.& j. de pollic.l.imperatores.§.fi.& ꝭ. de testi.l.testium.insi.& ꝭ.commu.prædi.l.vendi tor.§.si constat.& de aqua plu.arc.l. j. in fin.* Accur.

a Minores munera patrimonialia at non personalia subeūt.

b Consuetudo in electionibus seruanda & inspiciēda vt nimirum honores alicui decernantur.

XI. CALLISTRATVS *libro primo Cognitionum.*

NOn tātum qui teneræ ætatis[a],sed etiā qui grandes[b] natu[c] sunt,decuriones fieri prohibentur. illi quasi inhabiles rēpublicam tueri,ad tempus excusantur: hi verò in perpetuum amouentur: non aliàs seniores[d]: ne seniorū excusatione iuniores onerētur, ad omnia munera publica[e] suscipiēda soli relicti. Neque enim minores vigintiquinque annis decuriones allegi nisi ex causa[f] possunt: neque hi qui annum quinquagensimum & quintum excesserunt. Nonnunquam etiam longa consuetudo[g] in ea re obseruata respicienda erit: quod etiam custodiendum principes nostri consulti de allegendis in ordine Nicomedensium huius ætatis hominibus rescripserunt.

Qui castigati sunt flagellis ab ædilibus curulibus, eo quod mala victualia,vendebant: admittuntur ad decurionatum, si alij honestiores non reperiuntur.h.d.

EOs qui.] CASVS. Qui esculēta & poculēta vēdunt,vt Petricolus Baillardi, & Guidoctus de Vignolis,licet sub ædilib. cæsi sint, id est sub ascariis:tamē possūt eligi in decuriones,si tamē cæsi sint ab ascariis,id est fustigati, vt quia malum forum faciebāt de vino, ita demū possunt eligi in decuriones,quādo aliàs honesti homines non inueniuntur ad decurionatum:Franc. Accursius.
h ¶ *Vtensilia.* esculēta,& poculenta, & forenses epulas.P.
i ¶ *Petere.* i. habere. nec enim honores peti debēt,sed offerri:*vt* ꝭ.*de vac.mu.l.j.*§.*j.& de tri.&acris.l.fin.* Vel forte in casu loquitur, vt patriæ necessitas hoc exigeret: sec.Io. 2 Vel dic,licet iā electo: *vt & ꝭ.de off.præsi.l.fin. in princ.* nondum electo nō licet:*vt* ꝭ.*ad l.iul. amb.l.j.* 3 Vel dic vt dixi in l.Barbarius.
k ¶ *Infames.* vt & C. *de infa.l.ædil.tm.& sup. de infam.* ... si ... ergo essent infames: ab honoribus,non oneribus repelluntur:*vt C.de inf.l.j.*Accur.
l ¶ *Arcentur.* id est non habebunt honores.
m ¶ *Iure.* i. iurisdictione sua.& sic non videtur illis esse dedecus.
n ¶ *Paucitas.* ꝭ.*tit.j.l.vt gradatim.*§.*& si lege.& ꝭ.eod.l.ij.in fi.*
o ¶ *Facultates.* C.e.l.ad subeunda.lib.x.

*Notatur hæc potestas ædilium à Suetonio in Claudio,cū ait quendam fuisse relegatum à Claudio, quòd in ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitū cocta venderes mulctasset,villicumque interuenientem flagellasset. Diuerst. dissput.c.20.

c Victūs pro esculētis, poculētis & forensibus epulis.

d Honores haud petēdi, sed offerēdi.

e Infamis ab honorib. repellitur, non ab oneribus.

f Ius pro iurisdictione.

XII. IDEM *libro sexto Cognitionum.*

EOs qui vtensilia[h] negotiantur* & vendunt:licet ab ædilibus cæduntur, nō oportet quasi viles personas neglegi.denique non sunt prohibiti huiusmodi homines decurionatum vel aliquem honorem in sua patria petere[i]. nec enim infames[k] sunt. Sed ne quidem arcentur[l] honoribus,qui ab ędilibus flagellis cęsi sunt. Quanquam iure[m] suo ita ædiles officio isto fungantur,inhonestum tamen puto esse,huiusmodi personas flagellorum ictibus subiectas in ordinem recipi: & maximè in eis ciuitatib. quæ copiam virorum honestorū habeant. nam paucitas[n] eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessaria* etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates[o] habeant,inuitet.

XIII. PAPIRIVS IVSTVS *libro secundo de Constitutionibus.*

IMperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, in tempus relegatos[p] & reuersos, in ordinem[q] allegi sine permissu principis non posse. 1 ¶ Item rescripserunt,relegatos[r] non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi: nisi eius ætatis[s] fuerint, vt nondum decuriones creari[t] possent, & dignitas[u] certa † spem eius honoris,id faceret*, vt princeps indulgere possit.† 2 ¶ Item rescripserunt, eum qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. 3 ¶ Item rescripserunt,non admitti contradicere volentem, quòd non rectè quis sit creatus decurio: cum initio contradicere debuerit[x].

IMperatores.] CASVS. Plebeius relegatus ad tempus,finito tempore reuersus nō potest eligi in ordinē decurionatus sine permissu principis.Itē relegatus ad tempus, qui prius fuerat decurio: finito tempore potest eligi in decurionē,si erat minor.xxv. an.tēpore damnationis,si autē erat maior,nō admittitur ad decurionatum,nisi tantū tēpus labatur nūc quantū fuit tēpus relegationis. Itē natus ex patre relegato, potest eligi decurio. Itē ex quo quis est factus decurio:si aliquis nūc veniat,& velit dicere q nō rectè fit factus,non auditur:à principio enim debebat venire.Fran.

p ¶ *Relegatos.* plebeios. s.aliàs sine permissu principis redirent secundum distinctionem quæ est. ꝭ.*eod.l.ij.* 2 Vel dic quòd hic non fuerat prius decurio:ibi sic.
q ¶ *In ordinem.* decurionum.
r ¶ *Relegatos.* s.nō plebeios. 2 Vel dic,id est eosq. prius fuerāt decurionēs:& quod dicit,eligi, scilicet statim.Est ergo sensus:vt si erat minor, statim possit eligi in nouum. cū & infamia finita sit. si maior,nō nisi tanto tempore steterit,quanto fuerit primo in relegatione:*vt* ꝭ.*tit.j.l.ordine.in prin.*Accur.
s ¶ *Aetatis.* tempore damnationis.
t ¶ *Creari.* i.minores, *vt* ꝭ.*e.l.spurij.*§.*j.* nam tūc statim,per nouam electionem tamen.
u ¶ *Dignitas.* aliàs dignitas certā spē.i.dignitas cōferēda post reditū,facit principi certā spem si ille bene ageret:vt ita princeps probabiliter indulgeat.
x ¶ *Debuerit.* vt ꝭ.*de adul.l.si vxor.*§.*fi.& l.si maritus.*§.*præscriptiones.& C.de procur.itaque.& ꝭ.de aqua plu.arc.l.Labeo.& de mor.inse.l.si propinq. in prin.& §.j.& ꝭ.de decr.ab or.fa.l.pen.& ꝭ. de ma.vin. l.iusta.*§.*j.& de iure fis.l.de eo.*Accur.

* necessario.

† certam spē.

* Is fecerit. q.d.relegatum ita demū post exactam relegationis tempus in ordinem eligi posse,si donationis tempore nōdum ætatis decurionalis,& idoneis moribus polliceri ei videatur princeps indulgētiam. Bud.hic.

a Initio quidam requiritur, quæ post interposita non excusat aut confesse.

XIIII. PAVLVS *libro primo Quæstionum.*

DE decurione damnato nō debere quæstionem haberi,diuus Pius rescripsit[y], vnde etiam si desierit decurio[z] esse, deinde damnetur.non esse torquendum in memoriam prioris dignitatis[a] placet.

DE decurione.] CASVS. Si decurio sit dānat. nō propter hoc potest subiici tormētis:etiā si antequā dānaretur,desierit esse de curia.& redditur ratio in litera.Fran. Accur.
y ¶ *Rescripsit.* C.de inf.l.decuriones. Accur.
z ¶ *Decurio esse.* honestè,aliàs secus:*vt C.de tabul.l.v.*
a ¶ *Prioris dignitatis.* ꝭ.*de quæstio.l.vnius.*§.*seruum.cum concor.*

b In memoriam prioris dignitatis quædam conceduntur.

DE ALBO SCRIBENDO.

TITVLVS III.

1. VLPIANVS *libro tertio de Officio Proconsulis.*

DEcuriones in albo ita scriptos esse oportet, vt lege[b] municipali præcipitur. Sed si lex cessat,tūc dignitates erunt spectandæ: vt scribātur eo ordine, quo quisque eorū maximè honore i municipio functus est:puta qui duumuiratū gesserunt, si

DE ALBO scribendo.

Cuius corruptor vindicatur egregiè: vt ꝭ.*de iur.omni.iudi. l. si quis id quod iurisdictionis causa.*

¶ *Album est numerus siue matricula, vel, vt ex veteribus quidam loquuntur, patricul.decurionum. Quo ordine in eo sint proscribendi decuriones hic titulus declarat.Sequuntur autem albi ordinem etiam in sententiis ferendis & in honoribus vel muneribus suscipiendis.Solis tamen albi proscriptio decurionem non facit.l.10.*ꝭ.*tit.proxi.sicut sola relatio in censum ciuem Romanum non facit.Cuiacius.*

DEcuriones.] CASVS. Nomina decurionum scribenda sunt in albo ordine quē consuetudo requirit. si non est consuetudo,inspicientur dignitates eorum:vt qui in maiori dignitate est,eius nomē primo scribatur:& sic de singulis:& specificat in litera.& similis ordo inspicietur cū sententiam aliquam debent dare decuriones. Item nomina eorū qui dignitatem aliquam habuerunt à principe:in albo scribendo præferūtur illis qui municipalibus honoribus functi sunt.& hoc dicit hæc l.& seq.Fran.

b ¶ *Lege.* i.consuetudine:*vt* ꝭ.*tit.j.l.non tantum.cum concor.*

c Lex pro consuetudine.

a ¶ *Hi qui eoru.* aliàs deest, eorum.
b ¶ *Neuit.* id est electus est.
c ¶ *Sententiis.* id est vt primo sententiam de electione vel decreto aliquo, seu consilium suum dent: *vt supra tit. j. l. g. §. j. ver. restitutus tamen. & l. sput j. §. fin.*
d ¶ *Diximus.* sed sup. *de offi. præ. vrbi. l. fin. & de consul. l. j. & inf. tit. j. l. eescripto. in prin. & l. vt gradatim. in prin. & C. de mu. pad. j. & de ma. test. l. fi. & j. de le. ga. l. sciend. §. ordine. & 5. tit. j. l. spur. §. fi. & de va. mu. l. pe. §. fi. cum concor.* Sed cōtra. 5. tit. j. l. honores. in princ. cum concor. & C. qui bo. ced. poss. l. fi. & 5. de le. & se natuscon. l. nō est nouum.
e *In albo.*] consecuti sunt maius *e* enim est bonū & efficacius, à maiori datū. *ad quod C. de aduo. di iudicum. l. restituenda. in p. & in authen. vt iud. sine quoque suf. §. eos autem. col. g. & 5. de re iudi. l. quidam & 5. tit. j. l. spur. §. fi. in princ.*

DE MVNERIBVS & honoribus.

Dixit de municipibus & eorum primatibus: nunc de honoribus & oneribus eis imponendis.

¶ *Diuisio & enumeratio honorum & munerum publicorum hoc titulo continetur, ad quæ vocari diximus municipes solos & incolas, & ex municipibus plerumque decuriones, enumeratio etiam eorum munerum quæ possessoribus indicuntur. Honor est administratio reip. cum dignitate. Munus est administratio reipubl. sine dignitate & vel patrimoniale, si sumptum maxime requirat, vel personale si non sumptum, sed corporis & animi laborem principaliter requirat. Latin primon ali ait maximè. In personali. solenniter, secunda editione Flore. sed vt & quod pariter respondeat articulo maxime probatur magis quòd vulgo legitur principaliter quoque Basilica exprimant. Et hos articulos qui addit, nullam facit mistū munus, qui detrahit iter um ... constituat necesse est quod & corporis obsequio & patrimonio damno conflet. Præter hanc diuisionem, communia pleraque alia cum superioribus & inferioribus titulis, de muneribus & honoribus in hoc titulo continentur. Cuia.*

hic honor præcellat: & inter duūuirales antiquissimus quisq. prior is: deinde hi, qui secundo post duūuiratū honore in republica functi sunt: post eos qui tertio: & deinceps: mox hi qui nullo honore functi sunt: prout quisq. eorū in ordinē venit [b]. 1 ¶ In sententiis [c] quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus [d].

II. IDEM *libro secundo Opinionum.*

In albo decurionum in [*] municipio nominaantè scribi oportet eorum qui dignitates principis iudicio consecuti sunt [e]: postea eorū qui tantū municipalibus honoribus functi sunt.

DE MVNERIBVS ET honoribus.

TITVLVS IIII.

Primò loquitur de muneribus personalibus publicis auctoritate & vtilitate. Secundo de muneribus publicis auctoritate, & vtilitate priuatis. secunda ibi æque personale. Bar.

I. HERMOGENIANVS *libro primo Epitomarum.*

Munerū ciuilium quędā sunt patrimonij, alia personarum [f]. † ¶ Patrimonij sunt munera rei vehicularis [g], item nauicularis [h], decemprimatus [i]. Ab istis [k] enim periculo ipsorum [l] exactiones solennium [m] celebrantur. 2 ¶ Personalia ciuilia sunt munera defensio ciuitatis, id est † vt syndicus fiat: legatio ad census accipiēdum [n *], vel † patrimonium [scribitus [o]: αγμηλασια * annonæ [p] ac similiū cura, prędiorumq. publicorū [q] frumēti cōparādi [r] aquęductus: [s] equorū circēsiū spectacula, publicæ viæ munitiones, arcæ frumētariæ [t], calefactiones thermarū [u], annonæ diuisio, & quęcūq. aliæ curæ istis sunt similes. Ex his enim quæ retulimus, cætera etiam per leges cuiusque ciuitatis [x] ex cōsuetudine longa intellegi potuerunt. 3 ¶ Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi, ac vigilantia solenniter exstit [y]. Patrimonij verò, in quo sumpt[z] maximè postulatur.

4 ¶ Æquè personale munus [z] est tutela, cura adulti furiosive, item prodigi, muti, etiā ventri, † etiam ad exhibendum [a], cibum, potum, tectum, & similia: sed & in bonis [b] cuius officio vsucapiones [c] interpellantur, ac ne debitores liberentur [d], prouidetur [e]. Item ex Carboniano edicto bonorum possessione petita, si satis non detur [f]: custodiendis bonis curator datus, personali fūgitur munere. His similes [g] sunt bonis dati curatores, quæ fuerunt eius qui ab hostibus captus est, & reuerti speratur [h]. Item custodiendis ab eo relictis cui necdū quisquam ciuili vel honorario iure successit, curatores constituti [i].

II. VLPIANVS *libro vicensimo primo ad Sabinum.*

Quod ad honores ptinet, credisin potestate filiū habere etiā is q. in patris potestate est [k].

Muneru.] CASVS. Primo ponit diuisionem, qua dicitur munerum quędam sunt personalia: quędam patrimonialia. & dat exempla de patrimonialibus primo, & postea de personalibus. & vt breuiter dicā, patrimoniale munus respicit onus personæ: & dat alia exēpla de personalibus per totam hanc legem. & ea expone vt in glo. Franc. Accur.

f ¶ *Personarum.* sub. alia mixta: *vt infra l. fi. in princ.*
g ¶ *Vehicularis.* sc. præbens vehiculum ad onus portandum. *ad quod supra loca. l. cum in plures. §. vehiculum.* Sed contra *infra l. fin. §. personalia munus.* Sed plana est solu.
h ¶ *Nauicularis.* hic idem de naui, quod supra de vehiculo.
i ¶ *Decēprimatus.* i. cuiusdam qui præerat decem. Idē dicitur de caprotos. *vt infra. l. in. §. decaprotos.* & est patrimoniale, propter periculum quod subit si non bene exigit. Est tamen personæ labor: vnde & mixtum: *vt infra. l. fi. §. mixta.*
k ¶ *Ab istis.* s. decemprimatibus.
l ¶ *Ipsorum.* decemprimatuum.
m ¶ *Solennium.* s. functionum.

n ¶ *Accipiendos.* omnia accipe cum eorum sumptu.
o ¶ *Scribatur.* quod dic vt, C. *de bo. proscrip. l. si quis post. cum concor.*
p ¶ *Annonæ.* deferendæ forte exercitui.
q ¶ *Publicorum.* locandorum. *vt C. de lo. prædi. l. j. lib. duodecimo.*
r ¶ *Comparandi.* exercitui pub. & *facit infra l. fin. §. j. contra solu.* hic omnia de quota ciebat, ibi de publico.
s ¶ *Aquæductus.* scilicet cura.
t ¶ *Frumentaria.* scilicet custodiendæ.
u ¶ *Thermarum.* id est balneorum.
x ¶ *Ciuitatis.* No. legem [a] ciuitatis, eius cōsuetudinem. ad quod supra *quod cuiu que v. ni. l. nulli. & l. item. §. sed si ita. vers. sed hodie. & C. de edi. pri. l. an in totum. & 5. de aqua plu. arcen. l. sprius. §. j. & ff. de legibus. & senatuscons. tis. l. si de interpretatione.*
y ¶ *Exstitit.* aliàs extitit, id est, est: *vt infra l. fi. in princ.*
z ¶ *Munus.* hęc [b] sunt auctoritate publica tātum: sed superiora etiam vtilitate: omnia tamen personalia: *ad quod Institu. de excusatio. in principio.*
a ¶ *Ad exhibendum.* ventris dico ad exhibendum &c. *vt supra de vent. in possessionem mitt. l. j. §. quotien. & l. curator.*
b ¶ *Bonis.* scilicet absentis.
c ¶ *Vsucapiones.* corporalium.
d ¶ *Liberentur.* à personalibus.
e ¶ *Prouidetur.* scilicet per procu. officiū &c. *vt & supra de neg. gest. l. j.* Sed quidam dicunt hic loqui de curatore datō bonis mortui, vel capti ab hostibus, quod non placet: quia de eo statim dicet. habent tamen & illi idem officium circa act. *& ad hoc supra de prin. cre. l. idem. §. j.* ¶ Et not. in hac l. multa [c] genera curatorum. Est & alius quando constituitur vt soluat creditoribus: *vt supra de cura. bo. dan. l. finali.* Item alius quando bonis etiam præsentis: *vt C. de bo. quæ libe. l. fin. §. j. & in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. j. col. viij.*
f ¶ *Satis non detur. vt 5. de Car. l. sed si is. §. quotiens.*
g ¶ *His similes.* vt personali fungantur munere.
h ¶ *Speratur. de quo habes. sup. qui. ex cau. in pos. ea. l. in poss. supra qui. ex cau. maio. l. ab hostibus. & interrumpit iste præscrip. vt supra de cura. bo. dan. l. fi.*
i ¶ *Constituti.* sc. similes sunt prædictis, vt personali munere funguntur. *& sa. supra quib. ex cau. in pos. ea. l. si diu. & de col. bo. l. j. §. si cum dao.*

Quod ad honores.] CASVS. Qui in potestate alterius est: si habet filium, dicitur eum habere in sua potestate quo ad honores, scilicet vt quasi fideiussor teneatur pro filio in magistratu assumpto. Franciscus.
k ¶ *In patris potestate est.* vt [d] videatur fideiubere pro eo. *vt 5. ad mu. l. 2.* Vel dic, vt prosit ei ad excusationem: *vt infra tit. a. j. l. j. §. 3.* Vel vt prosit ei ad honores: *vt supra de minorib. xxv. an. l. g. & sa. de his qui sunt sui vel alie. iu. l. filius.*

Et qui.] CASVS. Natus Romæ, licet in prouincia habeat domicilium: tamē munera subire debet Ro. Itē donec miles moratur in castris, id est in exercitu nō debet subire onera in ciuitate

a In sententiis dicēdis ordo seruari videtur quoties ex ordine quisq. cōsilium dat, quod in albo scriptus est. b Ordinis ratio in omnib. maxime consentanea videtur, de Marcellotam initio præceps.

c Bonum eò efficacius est quò à maiori concessum & datum est. * & municipum.

* vid est syndicus. * accipiēdos. † vel vt patrimoniū scribatur. Florē. est scribitur. sed cōsulsi cionis nota. * αγμηλασια id est comeatus agentio exhibitioque. Vide Alc. li. praetermis. hoc ipso titulo & in. li. C. 10. vt nemini liceat in & Budæū in annotationes posteriores ad l. vlt. huius tit.

d Decemprimatus honor.

e De cemprimatus munus mixtum.

a Statuta non recipere interpretationē à iure; hoc est non extēdi ad alios fines sed passiuam hoc est leges ad statuta extendi hinc colligitur.

† & ventris. b Muneraalia auctoritate publica, alia vtilitate tantum.

c Curatorum varia sūt genera.

d Hæc Glossa videtur colloc āda supra verbo honores, vt horum verborū, quoad ad honores, interpretatio triplex hic additur. Prima ad honores, hoc est ad honorum periculū. Secunda, id est ad excusationē honoris. Tertia, ad honores consequendos.

ſua. Alij autem homines licet cognati militum ſint, onera ſubire debent in ſua ciuitate. Item damnatus in metallum ſi in integrũ reſtitutus eſt: munera ſubire debet in ſua patria, & honores ſuſcipere, perinde ac ſi nunquam extitiſſet damnatus. Item munera corporalia, vt honores, & munera perſonalia fœminis ſunt interdicta. Item non poteſt pater contradicere quo minus filius eligatur ad honores, cum nullam excuſationem iuſtam filius haberet: & pro honore quem habet filius patre non conſentiente, licet filius male gerat, pater non tenetur: filius autem officium ſibi iniunctum gerere debet, & tenetur ſi male gerat. Item maior. lxx. annis habens quinque filios, cum excuſetur à muneribus ciuilibus: filij tamen eius munera eis iniuncta ſubire debent. Item vitricus non tenetur pro oneribus priuigni. Item liberti debent ſubire munera in ea ciuitate vnde ſunt patroni, ſi habent patrimonium ad hoc ſufficiens, non enim bona patronorum ad hoc tenentur. Item licet pater commiſerit aliquod delictum: non nocet filiis eius quo minus ad honores vocentur. Item minor xxv. annis poteſt eligi in decaprotum: & ideo ſic dicitur, quia præeſt. x & dic vt in glo. domini mei Accur. Item exactio tributorum, id eſt ſi ab aliquo exigitur tributum: onus eſt patrimonij. Item cura frumenti comparandi eſt munus perſonale: & ab hoc excuſatur maior lxx. an. Item ſi habet v. filios. Itẽ homines qui debẽt præſtare hoſpitia in ciuitate militibus ſuperueniẽtibus: debent præſtare ea per vices, id eſt quidam vna die: quidam alia die: & onus tale eſt patrimonij. Item præſes prouinciæ prouideat munera & honores in ciuitatibus æqualiter diſtribui inter homines. Item ſi pater habet duos filios: non compellitur ſubire munera pro eis. Item ſi ſpõte ſubiuit munera pro vno: deinde cùm alter filius eligeretur ad honores, pater deceſſit: & hic filius geſſit officium, & male, nunquam de communibus bonis hoc male geſtum reſarcitur, niſi pater hoc dixiſſet. Fran.

Enumerat perſonas quæ debent & poſſunt vocari ad honores & munera hoc dicit.

III. IDEM *libro ſecundo Opinionum.*

ET qui originem ab vrbe Roma habent, ſi alio loco domicilium conſtituerunt, munera eius ſuſtinere debent[a].

1 ¶ His qui caſtris[b] operam per militiam dant, nullum municipale[c] munus[d] iniungi poteſt. Cæteri autem priuati, quamuis militum cognati ſunt, legibus patriæ ſuę & prouincię[e] obedire debent. 2 ¶ Si in metallum datus, in integrum reſtitutus ſit: perinde ac ſi nec damnatus fuiſſet, ad munera vel honores vocatur: nec opponet fortunam & caſus triſtiores ſuos ad hoc ſolum, ne patriæ idoneus ciuis eſſe videatur.

3 ¶ Corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat: quo minus honores aut munera iniunguntur[f]. 4 ¶ Filio, ſi nullam habet excuſationem, intercedere[g] pater in cuius poteſtate eſt, ius non habet[h].

Ille non eſt laudandus, qui ſe vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ.

5 ¶ Quòd pater[i] non conſenſit honoribus ſiue muneribus filij: ne illius[k] patrimonium oneri ſubijciatur, præſtat defenſionẽ[l]: non ciuem[m] patriæ vtilitatibus, quatenus poteſt[n], aufert[o].

Excuſatio patris non tribuit immunitatem filio à muneribus.

6 ¶ Quamuis maior annis ſeptuaginta[p], & quinque liberorum[q] incolumiũ pater ſit, ideóque à muneribus[r] ciuilibus excuſetur: filij tamen eius ſuo nomine cõpetentia munera adgnoſcere debẽt. ideo enim propriũ præmium immunitatis propter filios patribus datum eſt[s], quod illi ſubibunt. 7 ¶ Vitricus onera munerum[t] ciuilium nomine priuigni ſui ſuſcipere nulla iuris ratione cogitur. 8 ¶ Liberti muneribus fungi[u] debent apud originem patronorum, ſed ſi ſua[x] patrimonia habent ſuffectura oneribus. Res[y] enim patronorum[z], muneribus libertinorum ſubiecta non eſt. 9 ¶ Quòd pater in reatu criminis alicuius eſt: filiis impedimento[a] ad honores eſſe non debet. 10 ¶ Decaprotos[b] etiam minores annis viginti quinque fieri, non militantes tamen, pridem placuit: quia patrimonij magis[c] onus videtur eſſe. 11 ¶ Exactionem tributorum onus patrimonij eſſe cõſtat[d]. 12 ¶ Cura frumenti comparandi, munus eſt[e]: & ab eo ætas ſeptuaginta annorum, vel numerus quinque incolumiũ liberorũ excuſat[f]. 13 ¶ Eos milites quibus ſuperuenientibus hoſpitia præberi in ciuitate oportet: per vices ab omnibus quos[g]

a ¶ *Debent.* ſcilicet Romæ: quaſi nil profit tranſlatio domicilij: ſicut aliàs: *vt ſupra ad mu. l. incolæ. autem. & de in ius voc. l. cum quedam.* Sed certe ibi erat præuentus. Item pro eis. *ſ. tit. ij. l. j.* ſed ibi erat inoffi. dic ergo hic eius ſcilicet loci. vnde verſus[b]. Terræ ad quam pergis, cape mores quos ibi cernis. nihilo minus tamen & Romæ: *vt C. de mu. & orig. l. fin. prout not. ſ. ad mu. l. aſſumptio. §. filius.* Accur.

a Domicilij tranſlatio ad quid proſit.

b Verſus.

b ¶ *His qui caſtris.* id eſt exercitui.

c ¶ *Municipale.* id eſt de illo municipio vnde eſt.

d ¶ *Munus.* ſcilicet perſonale.

e ¶ *Et prouinciæ.* facit[c] *ſupra ad mu. l. ij. §. fi. & j. ea. l. §. decaprotos. & infra l. proxi. §. fina.*

e Domicilium duplex quis habere poteſt ciuitatis & prouinciæ.

f ¶ *Aut munera iniunguntur.* perſonalia: ſed patrimonialia[d] ſubit vbi habet poſſeſſionem: *vt C. de mu. pa. l. patrimon. omnium lib. x. & de mu. & in quo loco mu. l. j.* ſed & perſonalia quandoque ſubeunt *vt not. infra de regu. iur. l. ij.*

d Patrimonialia onera quiſque ſubit vbi poſſeſſionẽ habet.

g ¶ *Intercedere* id eſt rogare.

h ¶ *Non habet.* quo minus filius eligatur: *vt j. e. l. honor. §. de honoribus.* & ſi o intercedere, id eſt ſupplicare. & ſic repellitur: *vt C. de preci. impe. offe. l. nec damnoſa.* 2 Alij habent vllam: & tũc dic, nõ habet ius, id eſt nõ eſt opus. 3 Vel dic intercedere. i. fideiubere. & dic, ius non habet. i. ius[a] non imponit ei neceſſitatem.

a Ius intercedendi habet qui imponere alteri neceſſitatẽ poteſt.

i ¶ *Quod pater.* in lib. *ſ. §. ſi li. & non & fac. l. ſ. ad mu. l. ij.*

k ¶ *Illius.* ſcilicet patris.

l ¶ *Defenſionem.* patri.

m ¶ *Ciuem.* id eſt filium.

n ¶ *Poteſt.* ſcilicet filius.

o ¶ *Aufert.* ſcilicet pater. *ad quod. ſ. de ven. in poſ. mit. l. j. §. ſi pater. verſi. & generaliter.*

p ¶ *An. lxx.* ſic de facto erant, nam ſoli lxx ſufficiunt: *vt ſ. tit. j. l. ij. in fin. niſi in tut. & cura. vbi lxx. vt j. tit. ij. l. maiores.*

q ¶ *Quinque liberorum.* vt *C. de his qui nu. li. l. eos li. x. & j. ea. l. §. cura.* & ſic geminam[b] habet excuſationem.

b Gemina excuſatio magis prodeſt, quã ſimplex.

r ¶ *À muneribus.* perſonalibus. aliud in honoribus: *vt C. de his qui nu. lib. l. j. lib. x. & ſ. tit. ij. l. ij. in fi. & j. tit. j. l. in honoribus.* Item aliud in patrimonialibus: *vt C. de mu. pa. l. neque lib. x.*

s ¶ *Datum eſt.* Quid ergo ſi ſunt minus idonei? Reſpon. adhuc pa tremper eos iuuari: *vt C. de his qui mil. l. ſi.*

t ¶ *Munerum.* perſonalium, vel patrimonialium.

u ¶ *Fungi.* aliàs iũgi: & aliàs fungi. & dic, etiam ſi aliàs domiciliũ tranſtulerunt. nam vtrobique muneribus aſtringuntur: *vt ſ. ad mu. l. filij. §. municipes. & l. de iure. §. libertos.*

x ¶ *Sed ſi ſua.* ſi ita demum eſt hoc verum. *ad quod ſupra titu. ij. l. eos. in fin.* & dic, habeant. ſ. ibi. nã ſi alibi tantum, forte ſecus: *vt no. ſ. ad munic. l. aſſum. §. filius.*

y ¶ *Res.* id eſt ſubſtantia.

z ¶ *Patronorum.* quamuis ex cauſa fideicommiſſi manumittentium: *vt C. de mu. & orig. l. ij. & ſ. ad mu. libertus. §. ex cauſa.*

a ¶ *Impedimento.* vt *ſ. eit. ij. l. ij. §. nullum.*

b ¶ *Decaprotos.* Decaprotos[c] Græcè, Latinè dicitur decem primus: vt protocollum & protomartyr Stephanus: id eſt primus martyr: inde dicitur decemprimatus: *vt ſupra. l. j. in principio.* & quia eſt patrimonij: *vt hic & ibi dicit, & C. e. de mu. patrimo. l. nec protoſtaſiæ. lib. x.* ideo non excuſatur minor à perſonali: *vt hic, & C. de mu. pa. l. etiam.* qui excuſatur à perſonali: *vt C. qui ætate ſe ex. l. cum filios.* 2 Vel dicitur decaprotos munus colligendi decimas: à protos, primum: & deca, decem: quia prima menſura de x. colligitur.

c Decaproti qui dicantur, pulchrè Alciatus de muneribus patrimoniorũ. lib. C. 10.

c ¶ *Magis.* comparatiuè[d]: nam eſt mixtum: *vt j. l. fin. §. mixta.* & ſic intellige: *C. de mu. patrimo. l. nec protoſtaſiæ.* ſ. quod eſt tantum patrimoniale, in hoc ſcilicet vt eius naturam habeat vt omnibus imponatur: mixtum tamen eſt.

d Magis particula notat cõparationem.

d ¶ *Conſtat.* ſi ab aliquo exigatur, aliàs contra: *vt ſ. l. j. & C. de priuile. vetera. l. ſi. contra.*

e ¶ *Munus eſt.* perſonale: *vt ſup. l. j. §. j. & ij.*

f ¶ *Excuſat.* Imò non excuſat: *vt C. de qui. mu. vel præ. ne lic. ſe excu. l. ſi. lib. x. contra.* Sol. vt ibi. Item ad idem contra. *C. vt ne lic. in emp. ſpe. l. j. lib. x.* Solu. vt ibi.

g ¶ *Quos,* nam non omnes contingit: *vt j. l. ſi. §. pen. & §. ſi.* & dic, quòd illuſtri militi medietas domus: non illuſtri tertia. *vt Cod. de meta. l. ij. lib. xij.* & nil plus etiam à volentibus petitur: *vt C. de ſalga. ho. non præ. l. ij. l. xij. & facit j. tit. j. l. ſunt munera. & C. de epiſ. & cler. l. j. & de mu. pa. l. ſi. & j proxi. §.*

Hoſpitia.

a ¶ *Hospitis. fac. ʒ. proxi. §.*
b ¶ *Statuti. supra de albo scribendo. l. j.*
c ¶ *Discrimine. i. indistinctè. & fac. l ȷ. eod. l. honor. §. gerendorum. & ff. j. titu. l. j. §. pœnale. & C. quemadmo. ci. mu. indic. lib. x. l. fin. & l. cum te. & supra tit. ȷ. l. honores. §. is qui.*
d ¶ *Destituantur.* aliàs destruantur.
e ¶ *Non compellitur.* sed pro vno cogitur, secundum quosdam, ar. huius literæ: quod nō placet: *vt supra ea. l. §. quod pater. & ʒ. tit. ȷ. l. spary. §. pater. & l. honores. §. fin.* & quod dicit hic, eodem tempore, subaudi, maxime: nam nec diuerso.
f ¶ *Iniungentur.* Dic de nouo post mortem patris: licet electi inuitatur *ȷ. eo. l. & si filium.* 2 Vel etiā eo viuente, sed non consentiente: *vt ʒ famil. ercis. l. ex patre. §. filium. & l. si filia.* b *maritus. & ʒ. ad munic. l. Lucius. §. idem respondit, heredes.* ¶ Et sic est arg. ad sumptus c quos vnus fratrum fecit pro vxore ducenda, vel pro sua militia exercenda.

a Aequaliter munera & honores distribui oportet.

b si vni.

c Sumptus vtcunque pater fecerit pro filio marito, doctore, milite: patre tamen mortuo, reliqui filij ad huiusmodi causas sumptus è communi hereditate petere non possunt. adde l. 4 quæ pater. 1. familia ercis.

CVra.] CASVS. Cura extruēdi vel reficiendi operis publici, munus publicū personale est, à quo munere excusatur qui habet quinque filios. & licet compulsus hoc officiū gessit, non præiudicat sibi ad alia munera subeunda. Item excusatio paupertatis, propter quamquis excusatur à muneribus vel ab honoribus, nō est perpetua, durat enim donec pauper est: sed factus diues cogitur ea subire. & onera patrimonialia subire quis non cogitur propter paupertatē: personalia autem cogitur subire. Itē qui tenebatur munera subire: si causa eorum euitandorum dedit se militiæ, non præiudicauit ciuitati quin adhuc munera subire cogatur. Francisc.

† Vide in hūc locum Aug. li. 4. Pon. c. 13.
† Exceptio ne quis exigatur, nisi in quantū facere potest, temporalis est. vide Bart. in l. 1. de except.

g ¶ *Operis.* publici.
h ¶ *Munus.* personale: *vt ʒ. l. j. §. j.*
i ¶ *A quo.* munere.
k ¶ *Excusetur.* C. *de his qui num. lib. l. fina. lib. x. & ʒ. l. proxim. §. quamuis. & C. de sump. re. l. j. lib. x.*
l ¶ *Auferet.* quinimò & si sponte, nisi sit decurionatus: *vt C. de his qui spon. mu. sub. l. j. & ȷ. libro decimo. & no. supra de mini. vete. l. f. & l. ȷ.*
m ¶ *Si ex voto.* quilibet anhelat ad lucrum: *vt hic, & C. arbi. tut. l. si defunctus.*
n ¶ *Aestimabitur. ȷ. de vaca. mu. l. ab his oneribus. §. pen. & ȷ. eitu. ȷ. l. semper. §. negociatores.*
o ¶ *Corpori.* aliàs corpora indicta. & idem est sensus. *& facit C. de his qui nu. lib. l. fi. lib. o decimo. item fac. ʒ. de pa. l. j. §. j.*

d In his quæ cursu temporis mutationē recipiūt, probationes factæ in vno iudicio fidem non faciunt in alio. adde l. qui sæpe. damnū. §. absolutus. supra de re iudi.

id munus cōtingit, suscipi oportet. 14 ¶ Munus hospitis a in domo recipiendi, non personę, sed patrimonij onus est. 15 ¶ Præses prouinciæ ꝓuideat munera & honores in ciuitatibus æqualiter per vices secundum ętates, & dignitates, vt gradus munerum, honorumq. qui antiquitus statuti b sunt iniungāne sine discrimine c, & frequenter iisdē oppressis, simul viris & viribus respublicæ destituantur d. 16 ¶ Si duo filij in patris potestate sint, eodem tempore munera eorū pater sustinere non compellitur. e 17 ¶ Si is qui duos filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio supremis suis cauit: propriis sumptibus is & munera & honores qui ei iniungētur f, sucipere debet: quamuis pro altero viuus pater eiusmodi onera expedierit.

IIII. IDEM libro tertio Opinionum.

CVra extruendi vel reficiēdi operis g in ciuitate, munus h publicum est: à quo i quinque liberorum incolumium pater excusetur k: nec si per vim extortū munus fuerit, excusationē quā habet ab aliis muneribus, auferet l. 1 ¶ Deficientium facultatibus, † ad munera vel honores qui indicuntur, excusatio non perpetua, sed † temporalis est. nam si ex voto m honestis rationibus patrimonium incrementum acceperit: suo tempore an idoneus sit aliquis ad ea quæ creatus fuerit, æstimabitur n.

2 ¶ Inopes onera patrimonij, ipsa non habendi necessitate non sustinent: corpori o autem indicta obsequia soluunt.

3 ¶ Qui obnoxius muneribus suæ ciuitatis fuit, nomen militiæ defugiendi oneris municipalis gratia dedit, deteriorem causam reipublicæ facere non potuit p.

V. SCAEVOLA libro primo Regularum.

NAuicularij, & mercatores olearij, qui magnam par-

b ¶ *Non proficiunt*. patri [c] adoptiuo: est tamen arg. contra *supra de adop. l. pe. sciu. dic vt Inst. de excu. tu. in prin.* Item numerus est liberorum: *vt supra ti. j. l. cura.* ¶ Item not. hic quòd fauor [d] non producitur, sed [e] odium sicut *ff. de bo. damna. l. j. §. ex bonis.* Et sic est arg. contra *supra de lib. & posthu. l. cum quidam. & facit supra de condi. & demonst. l. fideicommissum.*
c ¶ *Non liberat*. vt *infra ti. j. l. semper. §. hoc circa. & supra de iudi. l. si quis postea. & de excu. tu. l. excusantur. §. remittit. versic. apar. et.*
d ¶ *Quæ patrimoniorum*. vt *& C. de mu. pa. l. neque. lib. x. & supra ead. §. numerus.*
e ¶ *Ciuilibus*. sicut & tutela. *vt Inst. de excu. tu. in prin.*
f ¶ *Minus audiens*. vt surdaster. *& ff. de le. j. l. si.* si autem nullo modo: tunc dic *vt ff. tit. j. l. honores. §. j. & C. qui mor. l. j. & ij. lib. x.*

Perferenda

† Exceptio omnis vt & omnis excusatio nititur sua æquitate. Aequitas enim moderati at que tempera te potest ius suum, quo vocentur pariter omnes ad honores & munera.

† Acta in vna causa, etiam inter easdem personas in alia non probant vt hic. Dic hoc verũ esse in his quæ cursu temporis mutantur.

† Inquietauit.

* munerabantur.

a Multa interdum non iuuãt, vbi singula nõ prosunt.

* f. s. s. tit. l.

† creandis. l. xxv.

a Nugæ Sitoniæ dicuntur frumentores, i. frumẽto publico emendo præpositi. hic Sitoniæ munus, id est frumentatio, eorum munus.
b Consuetudo cuiusque patriæ seruãda.

c Adoptiui liberi an & quãdo patri prosint.
d Fauor interdum non producitur neque extenditur.
e Odia quandoque extenduntur.

perferendæ pecuniæ [a] non sufficiat, dimittat, & alium constituat. Corporis debilitas eorum munerum excusationem præstat, quæ tantùm corpore implenda sunt. cæterùm quæ consilio prudentis viri, vel patrimonio sufficientis [b] in homines [c] obiri possunt, nisi certis & receptis probabilibus causis non remittuntur. 8 ¶ Qui pueros primas literas docent, immunitatem [d] à ciuilibus muneribus nõ habent. Sed ne cui eorum [e] id quod supra vires sit indicatur, ad præsidis religionem pertinet: siue in ciuitatibus, siue in vicis primas literas magistri doceant.

III. SCÆVOLA *lib. 3. Regularum.*

HIs qui naues marinas fabricauerunt, & ad annonam [f] populi Romani præfuerint *, non minores [g] quinquaginta milium modiorum, aut plures singulas non minores decem milium modiorum: donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locum, muneris publici vacatio præstatur ob nauem [h]. Senatores autem hanc vacationem habere non possunt, quòd nec habere illis nauem ex lege Iulia repetundarum licet [i] †.

IV. NERATIVS *lib. 1. Membranarum.*

TEmpus vacationis [k] quod datur eis qui reipublicæ causa absuerunt, non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desiit, sed cum quodam laxamento itineris. Neque enim minus [l] abesse reipublicæ causa intelligendus est qui ad id * negotium, vel ab eo reuertitur. Si quis tamen plus iusto temporis † aut * itinere, aut in alio loco commoratus consumpserit: ita ea interpretanda erit *, vt ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo † [m] peragere potuisset.

V. MACER *libro secundo de Officio præsidis.*

A Decurionatu, quamuis hic quoque honor est [n], ad alium honorem nullam vacationem tribuendam Vlpianus respondit.

VI. PAPINIANVS *libro secundo Quæstionum.*

HI qui [o] muneris publici vacationem habent: ad ea quæ extra ordinem imperantur, compelli non solent.

VII. IDEM *libro trigesimosexto Quæstionum.*

A Muneribus quæ non patrimoniis indicuntur, veterani post optimi nostri Seueri Augusti literas perpetuo excusantur [p].

VIII. IDEM *lib. 1. Responsorum.*

IN honoribus delatis neque maior annûm * septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusatur [q]: sed in Asia sacerdotium † prouinciæ suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi. quod optimus maximúsque princeps noster Seuerus Augustus decreuit, ac postea in cæteris prouinciis seruandum esse constituit [r]. 1 ¶ Non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus ciuilibus ac tutelis excusari placuit [s], quàm eos qui præsentes * negotium exercerent. 2 ¶ Vacationum priuilegia non spectant [t] † ad liberos veteranorum. 3 ¶ Qui muneris publici vacationem habet, per magistratus ex improuiso collationes indictas rectè recusat [u], eas

a ¶ *Perferendæ pecuniæ.* quod est personale munus: *vt s. ti. j. l. si r. in princ. & facit Insti. de excus. tu. §. item propter aduersam. & s. de iud. l. si longius. & j. e. l. pe. in prin. & C. qui mor. per totum. lib. x.*

b ¶ *Sufficientis.* viri, repete.

c ¶ *In homines*, aliàs in honores. & aliàs homines. Et dic obiri. i. oriri. 2 Vel, id est obuenire, vel accidere H. 3 Vel id est subiri. *& fa. s. de cap. l. postli. §. fi.*

d ¶ *Immunitatem.* vt *supra titu. j. l. vt gradatim. §. fi.*

e ¶ *Cui eorum.* scilicet magistrorum. *& facit supra ti. ij. l. iij. §. profes. & l. rescripto. in principio. & Cod. qui mor. l. fin. lib. x.*

HIs qui naues.] CASVS. Qui naues marinas fecerunt non minores. l. milium modiorum: aut plures fecerunt singulas nõ minores. x. milium modiorum, & ad annonã Roma. popu. præfuerunt: donec illæ naues, aut aliæ loco earũ nauigant: vacationem munerum publico. habent. senatores hãc vacationem habere non possunt, cum nec naues eis liceat habere. Franciscus.

f ¶ *Annonam.* Hæc duo sunt necessaria. & alia: *vt infra ti. j. l. semper. §. immunitati. & §. diuus. & §. licet. & no. in §. negotiatores.*

g ¶ *Non minores.* naues [a] dico non minores, &c. *& fa. C. de naui. l. j. li. xj. & j. ti. j. l. semper. § negotiatores.*

h ¶ *Ob nauem.* Contra *infra ti. j. l. j.* Solu. vt ibi.

i ¶ *Licet. sup. de i. r. fis. l. eufertur. §. quod à præside.*

TEmpus vacationis.] CASVS. Qui reipu. causa abfuerũt: habẽt excusat. anni ad nouas tutelas. Sed quando incipiet annus currere? Et certè extunc cũ abesse desiit, cum aliquo laxamento tẽporis. si autẽ morat' in itinere, aut alio loco, fecit vt plus temporis consumeret quàm esset iustum: extunc computabitur annus, cum potuisset esse reuersus domum commode. Fran.

k ¶ *Tempus vacationis.* quod est anni ad nouas tutelas: *vt Insti. de excu. tu. § item qui reipublicæ.*

l ¶ *Neque enim minus.* non minus vnus quàm alter qui gerit id negotium: quia est in absentia, vel ab eo &c. *& facit. sup. qui. ex cau. ma. l. si cui. §. j. & s. de re mi. l. j.*

m ¶ *Ex commodo.* aliàs quoquo modo.

A Decurionatu.] CASVS. Quamuis quis sit decurio: potest ad alium honorem vocari, nec habet vacationem ob hoc quòd sit decurio. Item qui habet vacationem muneris publici: non compellitur ad aliud extraordinarium. Item veterani habẽt vacat. à muneribus ciuilibus quæ non patrimoniis imponuntur. & hoc dicit hæc. l. cum duabus sequen. Fran.

n ¶ *Honor est.* ¶ No. honor est: sed [b] nõ talis quòd impediat alium superuenientem. quod secus est in aliis: *vt C. de mun. & ho. non conti. l. fina.* Item non dicas quòd honor præcesserit decurionatum: *vt s. de decu. l. honores. §. ij.* sed quomodo? ab honore aliquo casu excusatur antequàm sit decurio? non: quia nec eligi ad aliquem potest, nisi prius sit decurio: *vt supra de decur. l. honores. §. in qui.* ergo non excusatur: *vt Insti. de excu. tu. §. ite.* rursus postea quàm erit decurio, non: *vt hic, & supra de decu. l. ij. in fi.* Respon. quòd potest se excusare ab honore, & à decurionatu, qui & ipse honor est: *vt hic, & supra.* & sic satis se excusat: *vt & supra de spon. oratio.* Item & potest esse quòd fuit factus decurio quando non competebat ei excusatio, sed postea incipit competere, licet enim ipse decurionatus non tribuat excusationem, non tamen facit perdere quod de nouo cepit: *vt. d. l. de decuri. l. ij. in fin. & infra eod. l. pen. §. fi. & ad hoc facit quod no. supra de priui. vete. l. ij.*

o HI qui. *Cod. de vacatione publ. mu. lib. x. l. j. & infra eodem. in honoribus. §. qui muneris.* Accursius.

p A *Muneribus.*] *Excusantur.* supra *de priui. veteranorum. l. j. & iv. & supra ti. j. l. fi. §. patrimoniorum.* Accur.

IN honoribus.] CASVS. Ab honoribus quis non excusatur propter tẽpus. lxx. an. nec propter liberos. v. fallit in honore sacerdotij, à quo quis excusatur numero liberorũ v. & hoc in Asia primo fuit: & idem est seruandum in omni alia prouincia. Item redẽptores vectigaliũ, qui exercent illud negotium, à muneribus ciuilibus & à tutelis excusantur. Item priuilegia veteranorum nõ vadunt ad filios eorũ. Item qui habet vaca. muneris publici: non cogitur subire collationes sibi ex improuiso impositas per magistratus, impositas autem à lege subire cogitur. Item tutela & munera sordida corporalia remittũtur philosophis, nõ patrimonialia: & redditur ratio in litera. Item qui appellauit in causa sua ad principem Romæ, vel ad alium magnum magistratum Romę, & ibi vadit pro hac causa non cogitur interim honores vel munera subire in sua ciuitate. Fran.

q ¶ *Excusatur.* hoc dic vt *s. e. l. ij. §. numerus.* & pro primo intellectu facit. j. proxi. respon. vbi est patrimoniale munus: vt benę aduersetur, sed &c.

r ¶ *Constituit.* scilicet de sacerdotio prouinciæ, quod quidem est eius munus patrimoniale: *vt Cod. de mu. pa. l. nec protostasia. lib. x.*

s ¶ *Placuit.* vt *s. de mun. & ho. l. rescripto. §. debitores. & j. tit. j. l. semper. §. conductores.*

t ¶ *Non spectant.* sed in honorem veteranorum, filij eorum primi gradus pœna metalli & operis publici non debent affici: *vt Cod. de pœnis. l. v. j. respon. & supra de priui. vetera. l. iij. & facit inf. ti. j. l. semper. §. conductores. & §. immunitatei. & de reg. iu. l. priuilegia. & j. de leg. l. filio.*

u ¶ *Recusat.* vt *supra l. proxi. & dic vt infra l. pe. § duo.*

* præbuerint.

a Naues quæ excusẽt à muneribus.

† Cic. Verr. 7. Noli metuere Hortensi, ne quæras, qui licuerit ædificare nauẽ Senatori: antiquæ sunt istæ leges & mortuæ. Vide Liuium sub finẽ secundi libri belli Punici secundi.

* a die.

† tempore. * aut in it.

b Decurionatus honor nõ impedit aliũ honorem superuenientẽ.

* erunt.

† Flo. arch. cõmodato. sed ita emendatũ ex vet. Taurel.

* annûm, pro annorum. al. annis.

† Asiarchiam vocat Modest. l. 6. duas. de exc. tut. VI de Ant. Aug.

* Pro præsentes. Græci videtur legisse per se.

† Flo. nõ vacant.

a ¶ *Expediuntur.* hoc de communi iure: vt C. *de mu. pa. l. professio. lib. x.* Sed speciali beneficio principis hæc eis remittuntur: *vt inf. l. sunt munera. in fi. & sup. tit. j. l. fi. in fi. & C. de profes. & med. l. fi. lib. x. & facit infra de var. co. l. j. §. an & philosophi. & supra de excusa. tut. l. si duas. §. philosophi.*

verò † quæ è lege fiunt, recusare non debet. 4 ¶ Philosophis qui se frequentes atque vtiles per eandem studiorum sectam contendentibus præbent: tutelas, item munera sordida corporalia remitti placuit: non ea quæ sumptibus expediuntur [a]. Etenim vere philosophantes pecuniam contemnunt: cuius retinendæ cupidine fictam adseuerationem detegunt.

5 ¶ Qui maximos principes appellauit [b], & causam propriá acturus Romam profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus & ciuilibus muneribus [c] apud suos excusatur.

IX. PAVLVS *libro primo Responsorum.*

Eos qui Romæ profitentur [d]: proinde in patria sua excusari muneribus oportere, ac si in patria sua [e] profiterentur.

1 ¶ Paulus respondit, priuilegium frumentariis negotiatoribus concessum [f], etiam ad honores excusandos pertinere.

X. IDEM *libro primo Sententiarum.*

Ab * his oneribus [g] quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem.

1 ¶ Corpus [h] mensurarum † frumenti iuxta annonam vrbis habent vacationem [i]: in prouinciis non idé. 2 ¶ Angarioruḿ [k] * præstatio, & recipiendi hospitis necessitas, & militi & liberalium artium [l] professoribus inter cætera remissa sunt. 3 ¶ Actis post † appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur [m]. 4 ¶ Defensores reipublicæ ab honoribus & muneribus eodem tempore [n] vacant.

b ¶ *Appellauit.* scilicet ad eos. Accur.

c ¶ *Muneribus.* secus in aliis litibus: *vt supra eum qui app. l. j. & ij. & facit ff. de iudi. l. ij. §. legatis.*

d ¶ *Profitentur.* id est sunt professores literarum: *vt C. de professo. & med. l. medicos. & inf. eo. l. proxi. §. pen.*

e ¶ *In patria sua.* qui ergo est in patria sua docens, excusatur: vt hic: nisi [a] doceat leges qui non est immunis, nisi Romæ doceat: *vt ff. de excu. tut. l. sed & reprobari. §. fi. & facit in præcedentibus §§.*

f ¶ *Concessum.* supra *tit. j. l. nauicular.*

His oneribus.] CASVS. Nullum priuilegium excusat quẽ à muneribus patrimonij. Item illi qui præsunt mensurationi frumenti, siue annonæ vrbis, habent vacationem: secus in prouinciis seruatur. Item milites & professores liberaliũ artium habent immunitatem ab angariis, & à necessitate recipiendi hospites. Item electus ad honorem appellauit, dicens se pauperem, interim est effectus diues, amodo illa excusatio cessat. Item defensor reipublicæ interim habet vacationem ab honoribus & muneribus. Franciscus.

g ¶ *His oneribus.* aliàs honoribus qui: & tũc onere mixtis: *vt ff. tit. ij. §. numerus.*

h ¶ *Corpus.* *Cod. de mu. pa. l. neque. lib. x. & j. eo. l. sunt. & j. tit. j. l. v. & ff. tit. j. l. fi. §. fi.*

i ¶ *Vacationem.* s. illi de corpore: sicut dicitur, populus currunt: quia est collectiuum [b]. aliàs est, habet, & tũc plana: & præsunt mensurationi: *vt & supra de excusatio. tuto. l. mensores.*

k ¶ *Angariorum.* cum inter personalia munera numerentur: *vt ff. tit. j. l. fin. §. j.* non rei propriè cohærent: *vt in princ. huius l. & j. l. proxi. in prin.* 2 Vel dic distinguendum in militibus. sed professores indistinctè sunt immunes ab his & ab aliis muneribus, siue personalia, siue patrimonialia sint: quia specialia habent in omnibus priuilegia: *vt C. de profes. & me. l. fin. & l. medicos. lib. x.* Hug. & no. modo. *l. in honoribus. §. philosophis.*

l ¶ *Et liberalium artium.* Instit. *de excu. tut. §. item Romæ.* Accur.

m ¶ *Non excusantur.* aliqui: *vt ff. titu. ij. cura. §. j. sed ar. contra. ff. eo. l. ij. §. qui ad munera.*

n ¶ *Tempore.* scilicet biennij: *vt j. l. legato. in prin.*

Sunt munera.] CASVS. Quædam munera nominat, à quibus non excusatur quis propter liberos vel militiá, vel propter ætatem: nisi priuilegium principis de nouo indultum hoc concederet. Item legatus qui defendit semel negotium publicum: intra biennium ad idem officium non cõpellitur. Vltimo nominat quosdam qui habent excusationem à muneribus vel honoribus & tutelis. & h. d. hæc. l. & seq. Fran.

† A collectis immunis, verũ sit immunis ab eis, quæ inducuntur ob necessitatem belli. vide Dynum & Imolã in l. si ex voto sup. de leg. & Bald. in l. 3. C. omnium iurium ab exceptione [illegible]

a Leges Romæ docens, nõ alibi, immunis est.

* his onerib.

† mensorum.

* Angariæ sũt equorũ præstationes ad cursum publicum. Aut. Aug. ad Modest.

† Exceptio superueniẽs pẽdẽte iudicio, elidit actionẽ. adde Bartolum in l. 3. ff. de excep.

b Collectiua nomina seu vocabula.

o ¶ *Neque liberi.* similia sunt, *supra eo. ab his oneribus. in prin. & supra tit. j. rescripto. §. fi. & C. de mu. pa. l. neque. lib. x. & supra titu. j. l. honor. §. viarum. & l. iij. §. munus. argu. supra de priui. vet. cre. l. vna. & supra l. proxi. §. ij. & Co. de muo. & trit. l. obsisere. lib. x. & supra l. ij. §. numerus.* Sed contra. *ff. tit. l. fi. & §. pe. & fi.* Sol. vt statim dices.

XI. HERMOGENIANVS *libro primo Iuris Epitomarum.*

Sunt munera quæ rei propriè cohærent, de quibus neque liberi [o], neque ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: vt sit prædiorum collatio, viæ sternendæ, angariarúmve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Nam nec huius quisquam excusationem, præter eos quibus principali [p] beneficio concessum est, habet: & si qua sunt præterea alia huiusmodi.

XII. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

Legato qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis præstituta [q] rursum eiusdem negotij defensio mandari non potest. 1 ¶ Comites præsidum & proconsulum, procuratorúmve Cæsaris, à muneribus & honoribus & tutelis vacant [r].

XIII. VLPIANVS *libro vicesimotertio ad Edictum.*

Prætor [s] eos quoscunque intellegit † operam dare non posse ad iudicandum, pollicetur se excusaturum [t]: fortè quòd [u] in perpetuum quis operam dare non potest [x], quòd [y] in eam valetudinem incidit, vt certum sit eum ciuilia officia subire non posse: aut si alio morbo laboret, vt suis rebus superesse non possit: vel si qui sacerdotium nancti sint, vt discedere ab eo fine * religione [z] non possint. nam & hi in perpetuum excusantur.

1 ¶ Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: vnum plenius, cum & militiæ datur [a]: aliud exiguius, cum

p ¶ *Principali.* de nouo indulto [a]: *vt Cod. de his qui à princ. va. acceperunt. l. j. li. x. vel verius. l. scripta: vt Cod. de process. & me. l. medicos. lib. x. & l. fi. & ff. titu. j. l. fi. §. pe. & fi. & Cod. de episcop. & cle. l. j. & no. in §. patrimoniorum. ff. titu. j. l. fina. & supra eodem. l. in honoribus. §. philosophis. & supra. l. proxi. §. angariorum.* ¶ Et not. quòd hæc omnia subit ecclesia præter hospitem, si [b] modo sit prouincialis: *vt Cod. de sac. sanc. eccle. nemi nem. & l. ad instructiones. & de episcop. & cleric. l. j. & l. de his. & in Authentic. de eccle. titu. §. ad hæc. col. ix. & infra de cens. l. fina. & Cod. de vec. l. vniuers. & nomi. vec. l. fi.*

q Legato.] *Præstituta.* biennij: *vt Co. de mu. & ho. non contin. l. fi. li. x. & infra de le. l. Paulus. §. j. & supra tit. j. l. æstimationem. §. primo.*

r ¶ *Vacant.* *Co. de excu. tu. l. eos. lib. x. & supra qui. ex cau. ma. l. abesse.*

Prætor.] CASVS. Prætor cõcedit excusationem illi qui nõ potest operam dare ad iudicãdum: vt quia ea valetudine sit, vt certũ sit eum non posse perpetuò ciuilia munera subire: aut si ad sacerdotium aliquis sit adsumptus. nã isti in perpetuum excusantur. Secundo dicit quòd sunt duo genera tribuendi vacationẽ muneris publici: & declarat in litera. Item qui non habet excusationem, inuitus cogitur iudicare. Item si sponte quis susceperit officium iudicandi, & cœpit de causa cognoscere, nunc vult se excusare: an audiatur, quæritur. & si quidem ex priuilegio quod prius habebat, vult se excusare nunc, auditur. si autẽ nunc cœpit habere excusationem, vt quia effectus infirmus sit, non debet in alium transferri iudicium, si cum damno alicuius partium esset: sed expectabitur donec liberetur. Fran.

s ¶ *Prætor.* aliàs præter. & continuatur cum l. præce. sed male. aliàs prætor. & bene. Accur.

t ¶ *Excusaturum.* aliàs [c] enim cogerentur: *vt ff. ti. j. l. fi. §. iudicandi.*

u ¶ *Quòd.* id est quia.

x ¶ *Non potest.* *supra* [d] *de iudi. si longius. & de procu. filiusfa. §. finali. cum legibus seq. & l. post litem. cum sequ. item facit. Cod. qui morbo. l. iij. lib. x.*

y ¶ *Quòd.* id est quia.

z ¶ *Religione.* s. violata [e]. *ad quod C. de epis. & cler. l. omnes qui.* item facit. *sup. de serui. l. non distinguemus. §. sacerdotio.*

a ¶ *Datur.* ille impetrat immunitatem, qui excusatur etiam ab honoribus. Accur.

a Hoc intelligitur de beneficio principis speciali.

b Onera viæ sternendæ & angariarũ ecclesia quoque præstat.

† al. intelligit

* Quidam putant emendãdũ, salua religione.

c Excusatio indicandi ex iusta & necessaria causa admittitur.

d Excusatio necessaria iudicis, ne iudicare cogatur.

e Religionis inuiolatæ excusatio admittenda.

Acceperint.

nudam muneris vacationē acceperint[a]. 2 ¶ Qui autem non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur[b]. 3 ¶ Si post causam actam[c] cœperit se excusare iudex: si quidem priuilegio quod habuit antequam susciperet iudicium, velit se excusare: nec audiendus est. semel enim adgnoscendo[d] iudicium, renuntiat excusationi. quòd si postea iusta causa incidit, vt iudex vel ad tempus[e] excusetur: non debet in alium iudiciū trāsferri, si cum captione id futurū est alterutrius. Tolerabilius deniq. est interdū iudicem qui semel cognouerat, tantisper expectare: quàm iudici nouo[f] rē rursum iudicandam committere.

XIV. MODEST. lib. 1. Regularum.

AD excusationem munerum defunctus filius non prosit, præterquam in bello[g] amissus. 1 ¶ Eodem tempore idem duas curas operis non administrabit[h].

DE IVRE IMMVNITATIS.
TITVLVS VI.

I. VLPIANVS lib. 3. Opinionum.

QVi ob hoc tantum in nauibus sunt, vt in his agendi[i] causa operarentur, nulla constitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habent. 1 ¶ Personis datæ immunitates, heredibus non relinquuntur[k]. 2 ¶ Sed & generi posterisque datæ[l], custoditæque[m], ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertinent[n].

II. IDEM lib. 4. de Officio proconsulis.

SI qui certa conditione muneribus vel honoribus se adstrinxerunt, cum aliàs compelli non possent inuiti suscipere istum honorem: fides eis seruanda est, conditióque[o] qua se ad munera siue honores applicare se passi sunt[p]. Impuberes, quamuis necessitas penuriæ hominum cogat[q], ad honores non esse admittendos[r], rescripto ad Benidium Rufum legatum Ciliciæ declaratur[s].

III. IDEM lib. 5.

MAiores septuaginta annis à tutelis & muneribus personalibus vacant[t]. sed qui ingressus est septuagensimum annum, nōdum egressus, hac vacatione non vtetur: quia non videtur maior esse[u] septuaginta annis, qui annum agit septuagensimum.

IIII. MODESTINVS libro sexto Regularum.

IMmunitates generaliter tributæ eo iure, vt ad posteros transmitterentur, in perpetuum succedentibus[x] durant.

a ¶ Acceperint. scilicet aliqui: vel acceperit, scilicet aliquis. ¶ Et not. diligenter hanc distinctionem, quia per hoc intelligitur. sup. tit. j. l. cui. & l. fi. §. pe. & 3. in honoribus. §. qui muneris. & l. bi qui. & C. de vac. mu. publi. l. j. lib. x. Accur.

b ¶ Cogitur. hoc dic vt 3. ti. pl. fi. §. iudicandi. excusationem autem habet quandoque perpetuam, quandoque temporalem: vt supra in princip. huius l. & infra proxim. §. Accursius.

c ¶ Si post causam actam. i. cœptam. aliàs acceptam. Accur.

d ¶ Adgnoscendo. Nō quòd ipso facto renuntiauit. ¶ Et quòd possunt aliqua fieri re integra, quæ postea non possunt: ad quæ fa. C. de testi. nullam. & 3. de priuil. vetera. l. fine. & de adil. edi. & de redhibi. quod si nolit. §. in fa. ctum. & supra de arbi. quid tamen. & l. licet autem. & l. & si qua. & l. non. distinguemus. §. compromisso. & §. sacerdotio. & §. item si quis Romæ. & §. sed si nunc. & C. si ex fal. alle. l. y. & 3. de dam. infect. si finita. §. si quis metu. & 3. eo. l. y. §. qui ad munera. & C. si sæpius in integ. restitu. l. quonquam. & supra de iniur. admonendi. & C. de inoffic. testa. l. parentibus. & 3. ad Mace. sed & si. §. pen. & fi. & j. ti. y. victrius. & sup. rem ra. ha. quo enim. & sul. & j. de ope. pub. l. j. in fi. & 3. de excu. tut. non solum. §. fin. & l. sequenti. & supra de procu. l. qui procuratorem. §. si quis. & supra de adul. l. vxor. §. fi. & de decu. l. imperatores. in fi. & 3. de le. commil. si fundus. §. fin. & C. de iur. domi. impe. l. si creditor. & supra deposi. l. si hominem. §. fi. & C. de op. ex illo. & 3. de decu. l. ij. in fi. sed arg. contra 3. de priui. vetera. l. ij.

e ¶ Vel ad tempus. secus si in perpetuum: vt in prin. huius l.

f ¶ Nouo. facit. 3. de iudi. l. de qua re. & l. vbi.

AD excusationem.] CASVS. Liberi defuncti non prosunt patri ad excusationem munerum, nisi in bello sint mortui. Item nō debet quis eodē tēpore duas curas operis habere. Fran.

g ¶ Amissus. 3. de excu. tu. l. bello. & l. extinsantur. §. remittit. vt sic oportet.

h ¶ Non administrabit. aliàs administrabit, nisi in casu: vt j. de ope. pu. l. j. in fi. Accur.

DE IVRE IMMVNITATIS,

Sed quæ est differentia inter hunc titulum & superiorem? Respon. ibi. ad munera, hic ad euitandos honores datur: licet quædam leges diuersis modis in vtroque titulo ponantur. vel ibi de subeundis: hic de euitandis. similis diuersitas ad primam est. C. inter. titu. de adno. diuis. iuditiorum, & de adno. diuer. iudicum.

¶ Superior titulus est de causis immunitatis. Hic vero de iure, forma, conditione, &c. e immunitatis, quatenus duret, an heredes extendatur vel liberos vel libertos, & qui immunitatis beneficio continenantur, verbi gratia, immunitate concessa nauiculariis an contineatur qui nauis agendæ causa in naui sunt, an omnes qui sunt è corpore nauiculariorum, & quo fine detur immunitas præmij & honoris causa, vt vulgo, an vt idoneior quis sit rei quam gerit, veluti colonus prædiis fiscalibus vel publicanus exercendis fisci vectigalibus. Cuiac.

QVi ob hoc.] CASVS. Qui in nauibus stant causa nauigandi, nullam habent immunitatem. item immunitas data alicui, non transit ad eius heredes. item immunitas data cuidā generi & posteris, non vadit ad eos qui ex fœminis illius prolis nati sunt. Item illi qui cum non essent adscripti ad aliqua munera subeunda, vel honores, se adstrinxerunt vt susciperent quędam cogantur, quędam non: seruanda est eis conuentio. Item impuberes non debent admitti ad honores, licet penuria esset ibidem hominum. Item maior. lxx. annis habet vacationem à tutela, & à cura, & à muneribus, & maior dicitur, qui compleuit. lxx. ann. non autem sufficit si tetigit eum. Itē concessa immunitas alicui vt & ad posteros eius vadat: in perpetuum ibit ad eius posteros, & hoc dicit hec l. cum tribus sequen. Franc.

i ¶ Agendi. id est nauigandi. ad quod supra nau. cau. stab. l. y. §. d arg. supra eo. vero. p. §. ex testamento, &c. l. ij. §. item nauarchi. Item contra supra eo. l. j. §. is qui. Sed in prima iurisdicit: vnde habet priuilegium testatur: in secunda de domino dicit, hic de remige. Vel hic causa agēdi proprij commodi principaliter: in illa secundario, sed principaliter reip. vt supra quibus ex cau. m. l. & qui data.

k ¶ Non relinquuntur. vt & j. eod. l. semper. §. immunitati. & 3. ti. j. in honorib. §. vacationum. & j. de regu. iur. l. priuilegia. & Co. de excus. mu. j. forasdorum. lib. x. & infra de censi. l. ij. & supra de verb. oblig. l. si Stichum. §. stipulatio. & Cod. de his qui numero lib. l. fi. lib. x. & 3. de mune. & hono. l. vacatio. Accur.

l ¶ Datæ. immunitates.

m ¶ Custoditæque. scilicet datæ.

n ¶ Non pertinent. facit. j. de verb. sign. quisquis. & l. non est. & 3. de post. l. ult. §. si & Inst. qui da. t. ut pos. §. si. Sed arg. contra 3. de leg. l. si ita scriptum. & j. de verb. sign. l. cognoscere. §. liberorum. Sed illud quoad alia, item facit infra eo. l. iij. item facit. C. de lega. l. in annalibus. & de condi. inser. l. j.

o ¶ Hi qui.] Conditioque. s. seruanda. & facit. 3. ti. y. l. sponte. & sup. de vac. mu. l. pe. §. fi. & 3. de veteranis. l. y. & fi. & C. de his qui sponte mu. sub. l. j. lib. x. Accur.

p ¶ Passi sunt. sed ille qui non cogitur munera suscipere, sponte suscipere potest: vt 3. ti. j. l. sponte. & hic. sed nō præiudicat in aliis: siue hoc pacto assumpsit, siue etiam non: nisi promisit se omnia subiturum: vt hic. & C. de his qui sponte mu. sub. l. qui conditioni. & arg. 3. de op. liber. l. operis non impositis. & C. de usur. si creditor. nisi errore lapsus promisit omnia se subiturum: vt supra ad muni. l. libertus. §. error. & loca. & condu. l. si ignorant. & de episco. & de. Authen. presbyteros.

q ¶ Cogat. i. videtur propter peritiam eos esse cogendos.

r Admittendos. nisi vir ad tribunatum numeri: vt C. de testa. mi. l. fi. & facit supra ad mu. l. Lucius. §. pen.

s ¶ Declaratur. aliter in adultis: vt supra de decu. l. non tantum. §. j. & C. qui ætate. l. cum filio. lib. x.

t MAiores.] Vacant. vt Inst. de excu. tu. §. item maior. & C. qui ætate. l. j. &c.

u ¶ Maior esse. in honoribus vitandis: secus in honoribus adipiscendis: vt supra de mu. & hono. l. ad rem. quæ est contra. nam sicut ibi fauor, ita hic odium. & facit supra de postu. l. j. §. initium. & infra de verb. oblig. §. amplius. in fi. & de ritu nu. l. minorem. & supra de adul. si maritus. §. lex. & de excu. tu. l. iij. in prin. Sed arg. contra supra ad Trebel. qui filium. §. Sabinus. Sed omnia dic vt not supra de mino. l. ij. §. minorem.

x IMmunitates.] Succedētib. masculis: vt sup. l. j. in fi. & c. 3. de mu. & ho. l. vacatio. & fa. supra de pœ. l. moris. §. ista. & j. de cen. l. ætatem.

a Arbiter & consultor si causam audire cœpit, eam postea audire cogi potest.

b Renuntiare quis ei potest non tantū expresse, sed etiā ipso facto. c Re integra quædam permittuntur, quæ post eam non integrā non fiunt.

* l. in acie.

d Absentia temporali causa delegans, delegati ita absentis causa, alius non substituit: secus si delegati sit lōga absentia.

* bi qui

a Hāc secundam interpretatione probat Bartolus.

b Personales immunitates non transeūt ad heredes.

c Generi & posteris datæ immunitates an & quādo extendantur ad eos qui nati sunt ex fœminis.

d Sponte suscipere nemo cogitur, quod inuitus suscipere cogi non potest.

e Fauor versatur in honoribus vitandis: odiū in suscipiendis. Itaque priore ad sic facile cōputus annus habetur pro cōpleto: posteriore nō, vnde colligitur annum cœptum non haberi pro completo vbi agitur de odio eius qui excusare se nititur.

f Posteris datæ immunitates ad masculos tantū extenduntur. Itaque posteritatis verbo fœminæ non continentur, & posteritas finitur in fœminis.

tem. in fine. & supra de an. leg. l. annuam. & C. de lega. l. in annalibus. Sed argu. contra. *C. de vsufruct. l. antiquitas.* Item facit contra. *C. de pan. l. iiij.*

SEmper.] CASVS. Honor debetur senectuti similis qui & magistratib. & circa munera municipalia subeúda, & circa alia quę hic satis clare ponuntur in tex. ideo vide per teipsum. Franc.

v. CALLISTRATVS *libro primo de Cognitionibus.*

SEmper in ciuitate[a] nostra senectus venerabilis fuit †. náq. maiores nostri penè eundem honorem senib. quē magistratibus[b] tribuebant. circa munera quoq. municipalia subeúda idē honor senectuti tributus est. sed eū qui in senectute locuples factus est, & antè nullo publico munere functus est, dici potest non eximi ab hoc onere priuilegio ætatis: maximè si non tam corporis habeat vexationem, quàm pecuniæ erogationē[c] indicti muneris administratio: & ex ea sit ciuitate, in qua nō facilè sufficientes viri publicis muneribus inueniátur. 1 ¶ Legē quoque[d] respici cuiusq. loci oportet, an cū aliquas immunitates nominatim cōplecteretur[e], etiā de numero annorū in ea commemoretur. idq. etiā colligi potest ex literis diui Pij quas emisit ad Ennium Proculū procōsulē prouinciæ Africæ. 2 ¶ Demonstratur variè nec abscisè[f] numerum liberorū ad excusationem municipalium munerū prodesse, ex rescriptis diui Ælij * Pertinacis. namque Siluio Candido in hæc verba rescripsit: Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίησι τινὰ πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμός: † ἀλλ' ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνεῖσθαί σε τῆς λειτουργίας *. [id est: Etsi non ab omnib. munerib. dimittit patrē natorū numerus: tamen quia sedecim[g] pueros habere te per libellum notificasti: nō est irrationabile, vt concedamus filiorum educatione remitti tibi munera.]

3 ¶ Negotiatores qui annonam vrbis adiuuant, item nauicularij[h] qui annonæ vrbis seruiunt: immunitatem à muneribus publicis consequuntur[i], quādiu in eiusmodi[k] actu sunt. nā remunerāda pericula eorum, quinetiam & hortáda[l] præmiis meritò placuit: vt qui peregre muneribus & quidem publicis cum periculo & labore fungentur, à domesticis vexationib. & sumptib. liberentur[m]: cum non sit alienum dicere, etiā hos reipublicæ causa, dum annonæ vrbis[n] seruiunt, abesse. 4 ¶ Immunitati quæ nauiculariis præstatur, certa forma data est: quam immunitatem ipsi dumtaxat habent: non etiam[o] liberis[p] aut libertis eorum præstatur. idque principalib. constitutionib. declaratur. 5 ¶ Diuus Hadrianus rescripsit, immunitatem nauium maritimarum dumtaxat habere, qui annonæ vrbis seruiunt[q]. 6 ¶ Licet in corpore nauiculariorum quis sit, nauem tamen vel naues non habeat, nec omnia ei congruant quæ principalibus constitutionibus cauta sunt, non poterit priuilegio nauiculariis indulto vti: idque & diui fratres rescripserunt in hæc verba †: Ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σῖτον καὶ [τὸ] ἔλαιον ἐμπορευόμενοι εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τοῦ ῥωμαίων ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας διαδιδράσκειν, μήτε πλέοντες, μήτε τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορείαις ἔχοντες, ἀφαιρεθήτω τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. [id est: Fuere & alij[r] quidam sub nauiculariorum prætextu frumentum & oleum mercantium in foro populi Romani, eóque immunitate fruentium, æquum ducentes publicas functiones subterfugere, cum neque nauigent. neque plurimam[s] substantiæ partem in nauicularia & in mercatura habeant. Huiusmodi igitur hominibus immunitas auferatur.] 7 ¶ Hoc circa[t] vocationes dicendum est, vt si antè qui ad munera municipalia vocatus sit, quàm negotiari inciperet, vel antequam in collegium adsumeretur, quod immunitatem pariat, vel antequam septuagenarius fieret, vel antequam publicè profiteretur, vel antequam liberos susciperet: compellatur ad honorem gerendum[u]. 8 ¶ Negotiatio † pro incremento faculta-

a ¶ *In ciuitate.* Contra *in Authen. de appel. §. illo.* Accur.

b ¶ *Magistratibus.* Sed magistratus non potest vocari in ius: *vt* ȷ̄. *de in ius voc. l. j.* ergo[a] nec senex: *vt eo. tit. l. generaliter.* Sed respon. *vt in illa. l. generaliter.* ¶ Et no. senem[b] qui habet. lx. ann. *vt &* ȷ̄. *de decurio. l. non tantum. §. j.*

c ¶ *Pecuniæ erogationem.* quod quandoque fit, *vt* ȷ̄. *tit. j. l. his honoribus.* ¶ Et sic not. quòd hi ex causa[c] admittuntur: *vt. l. honor. in fin. supra de mu. & hono. & de decu. l. non tantum. §. pen. & fina. & l. vt gradatim. §. quotiens. supra de mu. & hono. & l. eos. de vac. mun.* Accursius.

d ¶ *Legem quoque.* id est consuetudinem. ¶ Not. legem[d] loci inspici oportere: sit rescripta, vel nō: *vt supra de leg. & senatuscon. l. cum de consuetudine. & l. si de interpretatione. & supra de decu. non tantum. §. fina. & quod cuiusque vniuersi. l. item. & Cod. de excu. mu. l. negotiantes. lib. x.* & continua cum præcedentibus.

e ¶ *Complecteretur.* lex municipalis.

f ¶ *Nec abcisè.* id est, distinctè, vel præcisè. interpretatio Græci: & dic, non ab omnibus, quia non patrimonialibus: *vt supra titu. j. l. sunt. & titu. ij. l. fina. §. patrimoniorum. versic. ab huiusmodi.* Accursius.

g ¶ *Sedecim.* Sed hic, xvj. aliàs. xij. *vt C. de dec. l. si quis decurio. ij. lib. x. aliàs. v. vt. Co. qui mu. li. l. fin. lib. x.* Quomodo hoc tam variè? Respon. primis duobus de facto sic erat. v. tamen sufficiebāt, sed non indistinctè: quia penuria[e] aliorum & loci consuetudo[f] facit fallere: *vt supra proxi. §. item & in patrimonialibus*: potes dicere primis duobus modis excusandum.

h ¶ *Nauicularij.* supra *titu. j. his qui naues. & C. de excu. tut. l. pe. & C. de naui. l. j. lib. xj.*

i ¶ *Consequuntur.* nisi in tutelis connauiculariorum: *vt Cod. de excu. tut. l. pen.*

k ¶ *In huiusmodi.* aliud est in immunitate causa dignitatis cōcessa: *vt Cod. de excu. mun. l. eam. lib. x.* Item facit supra *ad mu. l. sed ij. & de oper. lib. l. placet. & de procur. l. mutus. §. fin. ibi, quòd si affinitate. & C. de inoffic. testa. l. fin. §. In his itaque. versic. sed hoc obtinere. & C. de profes. & me. l. j. lib. x. & supra de re. di. l. in tantum. &* ȷ̄. *proxi. §.*

l ¶ *Hortanda.* aliàs coronanda: & aliàs cohortanda.

m ¶ *Liberentur.* à patrimonialib. ergo muneribus liberantur: *vt C. de naui. l. cum nauarchorum. lib. xj.*

n ¶ *Annonæ vrbis.* ¶ Hic not. quòd[a] nauicularij vnum corpus habent, & licitū: *vt infra. §. licet. & §. fi. & supra quod cuiusc. vniuersi. l. j. quorum aliqui deferunt annonæ portandæ Romam. & de his loquitur. C. de naui. per totum. & duo titu. seq.* Et hi sunt immunes, dum[b] durant in communi seruitio: *vt hic. &* ȷ̄. *§. diuus.* est ergo opus quòd duret gestio, & quòd nauis sit sua, aliàs non: *vt sup. titu. j. his qui. & supra l. j. in prin.* Item quòd nauis sit magna: vt ibidem. & ȷ̄. *§. licet.* Item quòd non causa effugiendi muneris fecerit se nauicularium: *vt infra. §. diuus quoque.* & isti etiam succedūt sibi adinuicem: *vt Cod. de naui. l. j.* sunt & alij qui non deseruiunt annonæ vrbis, sed tamen habent maiorem partem substantiæ in negotiatione: *vt supra titu. ij. l. nauicularij.* vt in Greco. quod est infra. *§. licet.* & in isto sunt eadem necessaria quæ supra: excepto quòd nō seruiunt annonæ vrbis. & isti habent vsque ad quinquennium: *vt d. l. nauicularij. & facit ad hæc intelligenda.* ȷ̄. *l. pen.*

o ¶ *Non etiam.* idem est in priuilegiis concessis veteranis: *vt supra tit. j. l. in hominibus. §. vacationum.*

p ¶ *Liberis.* Personis[e] enim data immunitas, cum personis finitur: *vt* ȷ̄. *de censi. l. iij. R. &* ȷ̄. *eo. l. j. §. j. & facit C. de primi. do. l. j.*

q ¶ *Seruiunt.* vt & ȷ̄. *titul. j. his qui. & Cod. de sacrosanct. eccles. l. qui sub prætextu. & supra ea. l. §. negotiatores.* ¶ Et not. argu. quòd potest vocari[d] in ius etiam tempore feriato, qui eis non impeditur, secundum Ioan. vt not. ȷ̄. *de feriis. l. j.*

r ¶ *Fuere & alij.* interpretatio græci per Alc. lib. dispun. iij. cap. xix.

s ¶ *Neque plurimam.* ȷ̄. *tit. ij. l. nauicularij.*

t ¶ *Hoc circa.* id est circa ea quæ sequuntur.

u ¶ *Gerendum.* supra *titu. j. l. ij. §. qui ad munera. & de excusatio. tut. l. ij. §. j. & supra titu. j. his oneribus. §. audiis. & supra qui. ad liberta. proclama. non licet. l. j. in fin.* & alia similia quæ notantur supra

† Hoc spectat quod eleganter differit Gellius lib. noct. Attic. ca. 15.

a Senex verum in ius vocari possit.

b Senex dicitur qui habet 60. anno. Quādo aut qua ætate quis dicatur senex vide plenissime apud Menochium. de arbitr. iud. cas. 59. Plato. 9. leg. senex dicitur 60. annos.

c Ex causa aliquid permittitur, quod aliàs nō permitteretur.

d Lex loci inspicienda est, siue sit scripta, siue non scripta.

* Al. Elij.

† ἀφίησι ἀδείας.

* id est, Et si non ab omnibus munerib. liberorū numerus patri vacationem præstat: tamē cum sedecim te liberos habere libello significaueris non contrarium rationi fuerit, si te liberorum educationi incumbere potius sinamus, soluimúsque munerū functione.

e Penuriæ aliquid indulgetur.

f Consuetudo excusat à lege.

a Corpus & collegiū nauiculariorum licitum.

b Nauicularij quandiu fruūtur priuilegio.

† Vide Alcia. li. disp. j. cap. 19.

* Cum et fuere & alij præterea, nauiculariorum quę qui in forū populi Ro. frumentum & oleum côuehunt. qui immunitate perfruuntur, publicis se muneribus subtrahere. tamen si neque nauigent neque maximā substantiæ partē in nauicularia aut mercaturam exercendā contulerint, adimatur itaque talibus immunitatis ius.

c Personis data immunitas cum personis finitur.

d Feriato tempore an & quādo quis vocari possit.

† Excrescentibus facultatibus eccl. ess. numerus canonicorū augeri debet. concor. ... cū ... de consti. ... Ande ... eum M. Ferra ... quia est materia peculiaris ... cap ... de ... in auth.

e ab his.

tur *supra titu.ij.l.penul.§.fin.& supra ad municip.l.incola.*

a ¶*Muneribus. supra titu.ij.l.nauicularij.*

b ¶*Non obstringuntur.* à tutelis tamen non excusantur: *vt C. de excusatio tuto.l.coloni. Jr.* 2 Vel forte speciale est in conductore vectigalium. quod vltimum reprobatur secundum Hug. *supra de falsis.l.j.§.penult. & C. ne tutor vel cura. vectigalia con.l.j.* 3 Vel dic vt not. in l. illa coloni. *& facit.C.de his qui nu.li.se excusa. lib.x.l.j. & supra tit.j.l. in honoribus.§. non alios. & C. de condu. & procu. l. ij. lib.xi.*

c ¶*Subsignatæ.* id est obligatæ. & sic ponitur. *C. de admini. tut.l. si.§.defensionem.*

d ¶*Subsisti.* id est dubitari: *sic supra de procur. l. seruum. in princ.* Accur.

e ¶*Offerant.* & sic suspecti: *vt supra de procu. l. quæ omnia.& C. qui mil. non poss. l.cura. lib.xij.*

f ¶*Patria.* aliàs principalia: & aliàs patria. nam principalia, siue paria, Hispani & Cathelani dicunt. P. *sic supra de manu. l. fin. §. j.* forte fideiussore dando qui debitis eorum satisfaciat, sicut[b] dicitur in debitore fisci, qui vectigalia conducere non potest: *vt §. de publi. l. licitatio[c]. §. debitores.* 2 Vel dic, id est soluendo. *vt not. supra de condict. inde. l. fin. §. Titius.* aliàs est *hic patria.*

g ¶*Coloni quoque Cæsaris.* non patrimoniales: vt hic colligitur postea. Idem est si patrimonialis est, id[d] est priuata domus imperatoris: *& C. qui da. tu. poss.§.licet sit contra: & D. de excu.tuto.l.coloni. si n.vt ibi.*

h ¶*Idoneiores.* apud Boethiũ idoneius[e] est prædicatũ quàm subiectum in constituenda propositione. Acc.

i ¶*Coeundi.* i. collegium faciendi. Accur.

k ¶*Allegi.* id est eligi. Accursius.

l ¶*Imbecillæ ætatis.* hoc[f] accipe. *vt §. de decu.l. non tantum. §. j.* Accur.

m ¶*Tenuioribus.* id est vilibus & pauperibus: *ad quod supra de col.illi. l. j. in princi. l. iiij. in princ.*

n ¶*Eos qui.* scilicet diuus Pius.

o ¶*Allecti sunt.* id est electi.

p ¶*Quæ.* scilicet corpora. qui est ergo nauicularius, potest se excusare à decurionatu, *vt hic, & supra de decu.l.Seuerus.* Sed si[g] spõte suscipit. renuntiat excusationi eo ipso: *vt hic, & C.de his qui spon. l.j.lib.x. sic supra de priul. vete.l.fin.& de inoffic. test.l.Papinia.§. si conditioni.& de decu.l.v.in fin.* Item facit *supra tit.ij.l. nauicularij. & supra tit.j.hi qui.& supra ea. l.§.negotiatores.*

q ¶*Quibusdam.*] *Mensores.* de quibus dicitur *supra de excus. tut. l. mensores.* aliàs est hic, messores.

r ¶*Optiones.* id est qui sunt in aliqua optione, id est societate peditum: *vt C.loca.l.fin.* Accursius.

[a] Subsignatæ pro obligatæ.

[b] Vectigalia cõducere nõ potest, qui ꝗ debitor est fisci.

[c] Locatio.

[d] Patrimonialis res, priuata domo priuata imperatoris.

[e] Prædicatum idoneius quàm subiectum in constituenda propositione.

[f] Imbecillæ ætatis qui dicantur.

[g] Renunciat excusationi muneris qui idspõte suscipit.

[illegible] reprobatur per Bart. in [illegible]

* rescriptum est.

tium exercenda est: alioquin si quis maiore pecuniæ parte negotiationem exercebit, rursus locuples factus in eadem quantitate negotiationis perseuerauerit, tenebitur muneribus[a]: sicuti locupletes qui modica pecunia comparatis nauibus, muneribus se publicis subtrahere tentant. idq. ita obseruandũ epistula diui Hadriani scripta* est. 9 ¶ Diuus quoque Pius rescripsit, vt quotiens de aliquo nauiculario quæratur: illud excutiatur, an effugiendorũ munerum causa imaginem nauicularij induat. 10 ¶ Conductores etiam vectigaliũ fisci, necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringuntur[b]. idq. ita obseruandum diui fratres rescripserũt. ex quo principali rescripto intelligi potest, non honori cõductorũ datum ne compellantur ad munera municipalia: sed ne extenuentur facultates eorum, quæ subsignatæ[c] sint fisco. vnde subsisti[d] potest, an prohibendi sint à præside, vel procuratore Cæsaris, etiam si vltro se offerant[e] municipalibus muneribus. quod propius est defendere, nisi si patria[f] [cum] fisco fecisse dicãtur. 11 ¶ Coloni quoq. Cæsaris[g] à muneribus municipalibus liberãtur, vt idoneiores[h] prædiis fiscalibus habeantur.

12 ¶ Quibusdam † collegiis vel corporibus quibus ius coeundi[i] lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegiis vel corporibus, in quibus artificij sui causa vnusquisq. adsumitur: vt fabrorum corpus est, & si qua eandem rationẽ originis habẽt: id est idcirco instituta sunt, vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhiberent. Nec omnibus promiscuè qui adsumpti sunt in his collegiis, immunitas datur: sed artificibus duntax. nec ab omni ætate allegi[k] possunt: vt diuo Pio placuit, qui reprobauit prolixæ vel imbecillæ[l] admodũ ætatis homines. Sed ne quidem eos qui augeãt facultates, & munera ciuitatũ sustinere possunt: priuilegiis quę tenuioribus[m] per collegia distributis cõcessa sũt, vti posse, plurifariã constitutum est. 13 ¶ Eos qui[n] in corporibus allecti[o] sunt quæ[p] immunitatem præbent, nauiculariorũ, si honorem decurionatus adgnouerint, compellendos subire accepi publica munera, idque etiam confirmatum videtur rescripto diui Pertinacis.

VI. TARRVNTENVS PATERNVS *libro primo Militarium.*

Quibusdã † aliquã vacationẽ munerũ grauiorũ* cõditio tribuit: vt sunt mẽsores[q], optio[r], † valetudinarij, medici, capsarij[s] & artifices, & qui fossã faciũt, veterinarij[t] archirecti[u], * gubernatores[x], naupegi, ballistrarij[y] † specularij, fabri, sagitarij, ærarij[z], bucularũ structores, * carpẽtarij, scãdularij, gladiatores, aquilices, † tubarij, cornuarij, arcuarij[a], * plumbarij[b], ferrarij, lapidarij, & hi qui calcem cocũt, & qui siluã infindunt, † qui carbonẽ[c] * cędunt, ac torrent. In eodem numero haberi solẽt lanij, venatores, victimarij, & optio fabricæ, & qui ægris pręsto sunt: librarij quoque, qui docere possint, & horreorum librarij, & librarij depositorũ, & librarij caducorũ, & adiutores cornicalariorum, stratores, & polliones, † & custodes armorũ, & præco,[d] & bucinator. hi igitur omnes interim immunes habentur[e].

DE LEGATIONIBVS.

TITVLVS VII.

1. VLPIANVS *libro octauo ad Massurium Sabinum.*

Legatus municipalis si deseruerit legationẽ: pœna adficiatur extraordinaria, motus ordine[f], vt plerumque solet[g].

II. IDEM *libro secundo Opinionum.*

Legatus, contra rempublicã cuius legatus est, per alium a principe quid postulare potest[h]. ¶ Vtrum quis deseruerit legationem, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini[i] patriæ suæ probare debet[k].

2. ¶ Cessatio vnius legati,[l] ei qui munus vt oportet obiit[m]: non nocet[n].

s ¶*Capsarij.* hoc expone *vt supra de offic. præfecti. vi.l.pe.§.fin.*

t ¶*Veterinarij.* id est illi qui fodiunt aurum vel argentum. aliàs vitriarij, qui vasa vitrea faciunt.

u ¶*Archirecti.* principes tectonum: *vt in Authen. de non alienan. §. qui autem. col. ij.* Accursius.

x ¶*Gubernatores.* forte nauium. Accur.

y ¶*Ballistarij.* qui faciunt ballistas. Accur.

z ¶*Ærarij.* qui faciũt vasa ænea, vel de ære.

a ¶*Arcuarij.* qui faciunt arcus, vel arcas. Accur.

b ¶*Plumbarij.* qui fodiunt hæc.

c ¶*Arborem.* id est carbonem.

d ¶*Præco. vt §. de in ius vo.l.ij.in fi.* Accur.

e ¶*Habentur. vt & C. de excu.art.lib.x.l.ij.*

DE LEGATIONIBUS.

¶*Specialem titulum dat de munere legationis, quo funguntur qui à reipu. sua ad principem mittuntur negotij publici causa. quoniam in eo quædam præcipua sunt, vt ab eo munere excusent tres liberi. l. 1. C. eo. vt legati si Romæ conueniantur vel in comitatu principis etiam si ibi contraxerint ante legationem vel extra prouinciam suam, priuilegio vtantur reuocandi domum. l. 2. §. excepta De iudic. vt quandiu legationis officio Romæ funguntur, nulla propria actione experiri possint nisi ex delicto, vt legatione perfuncti biennij tantum vacatio concedatur.* Cu.

f ¶*Legatus.*] *Ordine.* si quo erat.

g ¶*Solet.* sc. fieri. *fac. C. de infa. l. neminem. & C. eo. l. ij. & j. eo. l. proxi. §. j.* Acc.

h ¶*Legatus.*] *Potest.* nõ per se: *vt j. e. l. legatus. & l. Paulus. §. fin. & l. v. qui. & fac. C. de aduo. di. iudicio. l. quã necessario.* Accur.

i ¶*Ordini.* sc. decurionum.

k ¶*Probare debet. supra de re milita. non omnes. §. à barbaris.*

l ¶*Legati.* cum duo erant legati.

m ¶*Obiit.* id est peregit, vel facit vel subiit. *& fac. C. eo. l. v. in fin.*

n ¶*Nõ nocet.* ꝙ æqualiter cessatio cõtutoris cõtutori, exactorisq; suo consorti nocere debeat: optimè per exẽpla poterit edoceri.

† Alcia. in l. 10. C. de iure fisci.

* grauior.

† optiones.

* architecti.

† perperã bal[illegible] vulgò: nam & vetus glossa [illegible] Germanicus habet ballistra [illegible]

* bucularij [illegible]

† à qui leger.

† incidunt.

* arborem.

† polliones.

3 ¶ His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum [a] ex forma [b] reſtituatur.

III. AFRICANVS *libro tertio Quæſtionum.*

CVm quæritur, an in eum qui in legatione ſit, actio dari debeat [c]: non tam intereſt vbi quis [d] aut crediderit, aut dari ſtipulatus ſit: quàm illud, an id actum ſit, vt legationis tempore ſolueretur [e].

IIII. MARCIANVS *libro duodecimo Inſtitutionum.*

SCiendum eſt, debitorem reipublicæ [f] legatione fungi non poſſe & ita diuus Pius Claudio Saturnino & Fauſtino reſcripſit [g].

1 ¶ Sed & eos quibus ius poſtulandi non eſt, legatione fungi non poſſe: & ideo [*] harena miſſum [h] non iure legatum eſſe miſſum [i] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

2 ¶ Debitores [k] autem fiſci non prohibentur legatione [l] fungi. 3 ¶ Si accuſatio alicuius publicè inſtituta ſit, non eſt compellendus accuſator ad eum legationem ſuſcipere, qui ſe amicum vel domeſticum dicit [m] eius qui accuſatur & ita diui fratres Æmilio Rufo reſcripſerunt.

4 ¶ Legati vicarios dare non alios [n] poſſunt, niſi filios [o] ſuos.

5 ¶ Ordine [p] vnuſquiſque munere legationis fungi cogitur: & non aliàs compellendus eſt munere legationis fungi, quàm ſi priores qui in curiam lecti ſunt [q], functi ſint. Sed ſi legatio de primorib [r]. viris deſideret perſonas, & qui ordine vocantur, inferiores ſint: non eſſe obſeruandum ordinem diuus Hadrianus ad Clazomenios reſcripſit. 6 ¶ Præcipitur autem edicto diui Veſpaſiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm ternos [ſ] legatos mittant.

V. SCÆVOLA *lib. 1. Regularum.*

LEgato tempus prodeſt [t] ex quo legatus creatus eſt, non ex quo Romam venit. 1 ¶ Sed ſi nõ † cõſtat, legat' ſit, an nõ: Romæ prætor de hoc cognoſcit [u].

VI. VLPIANVS *libro quarto de Officio proconſulis.*

FIlio propter patrem legationis vacatio [x] ne concedatur, imperator noſter cũ patre Claudio Calliſto reſcripſit, in hęc verba: Quod deſideras, vt propter legationem patris tui à legatione tu vaces: in interuallis honorum qui ſumptum habẽt, rectè obſeruatur: in impendiis [y] legationum, quę ſolo miniſterio obeuntur, diuerſa cauſa eſt.

VII. PAPINIANVS *libro primo Reſponſorum.*

FIlius decurio pro patre legationis officium ſuſcepit. ea res filium quo minus ordine ſuo legatus profiſcatur, non excuſat: pater tamen biennij [z] vacationem vindicare poterit: quia per filium legatione functus videtur.

VIII. PAVLVS *libro primo Reſponſorum.*

FOrma.] CASVS. In scriptura censuali qua quis confitetur se talem agrum habere &c. debet plura alia dicere quę numerantur in litera. Item censitor, id est ille qui cẽsui colligendo pręest, debet quandoque releuare eum qui tributa præstat vt si pars fundi periit chasmate. item si vites aliquę mortuæ sint. secus si eas excidit. nam etiã pro incisis tenebitur præstare tributum: nisi causã incisionis probauerit possessor censitori. Item in ea ciuitate debet possessor profiteri pro agro, vbi ager est. Item priuilegia cõcessa personis de non exigendis tributis, cum persona finiuntur. secus si populo, vt ciuitati vel villæ: quia illa semper durant. Item si possideo fundum alienũ, & professus sũ pro eo: licet verus dominus non sit professus: non perdit propter hoc actio. in rem. Item cum defero seruos, debeo dicere nationes eorum, & alia quę declarãtur in litera. Itẽ & lacus quo quis habet, itẽ salinas, item inquilinos vel colonos quos quis in prędiis habet, debet deferre. Item postquã quis lcepit profiteri: antequã finiatur professio, si aliqua interim sunt ei nata, aut in prędiis quæsita: profiteri quis debet. Itẽ si quis post professionem perfectam petiit veniam à principe, vt possit eam emendare postea videtur quod non indiget emenda. & sic non vult emendare: non nocet ei petitio quam facit. Franc.

† habere.

† Personale priuilegiũ extinguitur cũ persona: secus reale. Hoc enim trãsit cũ re.

† Forma censualis hic sumitur pro lege loquente de forma & modo deferẽdi in censum.

† sollicetum.

* iniquũ fuerit.

III. IDEM *libro secundo de Censibus.*

AEtatẽ in censendo significare[a] necesse est, quia quibusdam ætas tribuit ne tributo onerentur: veluti in Syriis[b] à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ vsque ad sexagensimumquintum annum tributo capitis obligantur. Ætas autem spectatur censendi tempore. 1 ¶ Rebus concessam immunitatem non debere* intercidere, rescripto imperatoris nostri ad Pelignianum rectè expressum est: quippẽ personis quidẽ data immunitas, cum persona † extinguitur[c]: rebus nunquam extinguitur.

IIII. IDEM *libro tertio, de Censibus.*

FOrma † censuali cauetur vt agri sic in censum[d] referãtur: nomen fundi cuiusq., & in qua ciuitate & quo pago[e] sit & quos duos vicinos[f] proximos habeat: & id aruum quod in decem annos proximos satum erit, quot iugerum sit: vinea quot vites habeat: oliuæ † quot iugerum, & quot arbores habeat: pratum quod intra decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascua, quot iugerum esse videãtur: item siluæ cæduæ[g]. omnia ipse qui defert, æstimet[h].

1 ¶ Illam æquitatẽ debet admittere censitor[i], vt officio eius congruat, releuari eum qui in publicis tabulis delato[k] modo frui certis ex causis non possit. Quare & si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem[l] releuari. Si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint: iniquum*, eum numerum inseri censui[m]. Quòd si exciderit[n] arbores[o], vel vites: nihilo minus eum numerum[p] profiteri iubetur, qui fuit census tempore: nisi causam excidendi censitori probabit[q]. 2 ¶ Is vero qui agrum in alia ciuitate habet: in ea ciuitate profiteri debet[r], in qua ager est. Agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuare[s], in cuius territorio possidetur.

3 ¶ Quanquam in quibusdam beneficia personis data immunitatis, cum personis extinguantur[t]: tamen cum generaliter locis, aut cum ciuitatibus, immunitas sic data videtur, vt ad posteros trãsmittatur[u]. 4 ¶ Si cum ego fundum possiderem, professus sim, petitor[x] autem eius non fuerit professus: actionem illi manere placet[y]. 5 ¶ In seruis deferendis obseruãdum est, vt & nationes[z] eorum, & ætates, & officia & artificia specialiter deferantur. 6 ¶ Lacus[a] quoque piscatorios, & portus, in censum dominus debet deferre. 7 ¶ Salinæ † si quæ sunt in prædiis*, & ipsæ in censum deferendæ sunt.

8 ¶ Si quis inquilinum vel colonum[b] non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur[c].

9 ¶ Quæ post † censum editũ nata, aut postea quæsita[d] sint: intra finem operis[e] consummati professionibus edi possunt.

10 ¶ Si quis veniam petierit, vt censum sibi emẽdare permittatur, deinde post hoc impetratum cognouerit se non debuisse hoc petere, quia res emendationem nõ desiderabat: nullum eius præiudicium ex eo quod petiit vt censum emendaret,

† Salinæ sunt eorũ in quorum prædiis nascuntur.

* Inarch. erat prædiis. sed rectè ita fuit emendatum.

† Vide ad. huius intelligentiam. Piũ Antoninum in annotationibus ad li. in nouis legum interpretationibus.

a Conueniri quisque potest vbi fundum habet.

d ¶ *In censum.* i.[a] in scripturã quandã qua continetur, confiteor me talẽ agrũ habere & dicat signa quę hic sequũtur, & pro eo debeo tantũ nomine tributi. & hãc debet facere possessor statimcũ incipit possidere vel emptione vel alio modo: *vt & C. si cen. vel re. l. fi.* hoc autem ideo, vt sciatur quid ei auferendum est tributo non soluto: *vt in auth. vt nulli iu. di. §. si vero aliquando.* Accur.

e ¶ *Pago.* id est villa.

f ¶ *Vicinos.* ¶ Not.[b] ad hoc, *sup. de rei vin. l. si in rẽ. § fi. & de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. fi. & C. de bo. proscri. l. si quis in fi. & de ædil. edic. l. j. §. j. & l. quod si nolit. §. qui m. mancipia.* & faciunt hæc ad formationem libelli, vt sic sufficiat dici duos confines. Item si erretur in cõfinibus[c], si tamen constat de re, valet iudicium: *vt sup. de leg. iij. l. patronus. §. j. & ij.*

g ¶ *Cæduæ.* quæ sint, habes *j. tit. l. silua in prin.*

h ¶ *Aestimet.* id est consideret, vt rectè hæc dicat.

i ¶ *Censitor.* id est ille qui præest censui colligendo.

a Sensus professio est scriptura & quę sit forma huiusmodi scripturæ.

b Certus fundus vt vendicatur ponendus est locus & duo confines ut gl. in l. finibus § fi. regundorum. & in l. census sup. de proba. quib. adde gl. in l. si res pro probata extra de proba. c. ex in c. de testi.

k ¶ *Delato modo.* id est tanta quantitate vt detulit.

l ¶ *Per cẽsitorẽ.* nõ autẽ sua auctoritate minuet: *vt C. de coll. do. li. x. l. j. & fa. C. de pollic. iit. l. ij. & de an. o. l. fin. & ī. loc. l. si vno.* Sed contra. *C. de iure emphy. l. j.* Sol. speciale in tributis: vt & ibi not.

m ¶ *Censui.* pro illis vitibus. Accur.

n ¶ *Exciderit.* scilicet possessor.

o ¶ *Arbores.* fructũ ferentes.

p ¶ *Eum numerũ.* s. pecuniç quã debet nomine cẽsus. H. 2. Vel dic: numerũ arborum, cũ forte pro qualibet certum tributũ dabatur: *vt & ī. ea. l. & fa. ī. de iniu. l. iniuriarum. & de le. ij. l. quod ergo. §. si heres. & C. eo. li. xj.*

q ¶ *Probabit.* s. possessor: quia pro copia & recuperandis agrorũ fructibus, non vt steri litate vel inopia cẽsũ euitaret: *vt C. eo. l. ij. R.*

r ¶ *Profiteri debet.* vt potius res ipsa quàm possessor cõueniatur.

s ¶ *Leuari.* i. alleuiari: *vt C. quibus loc. mu. & c. l. j. lib. x.* simile leuare habes. *ī. de pœn. l. si diuino.* à simili ergo secundum H. qui[a] fundũ in aliquo loco habet, & ibi cõueniri debet. *ad quod. ī. de bonis autho. iudi. pos. l. cum vnum in fi. & de cur. bo. dan. l. ij. in prin. & C. qui pro sua iurisd. l. j. & ī. de excu. tut. l. propter litis. §. fi. & de inter. & relegat. l. relegatorum in prin.* quod in reali pro eo fundo expeditum est: *vt C. vbi in rem ac. l. fi.* In personali falsum est: *vt ī. ad munici. l. libertus. §. sola.* Sed intelligebat forte personali pro hoc tributo: quod dici potest per l. istam saltem ratione contractus: q. a ibi profitetur: *vt ī. de iudi. l. omnem.* Itẽ hoc intellige secundum R. si ex permissione principis hoc fiat, non pro sua auctoritate hoc sibi faciat ciuitas, vt hoc habeat per prærogatiuam: *vt sup. de mune. & hono. l. munerum. §. præterea.*

t ¶ *Cum personis extinguantur.* si[b] hoc agitur[c] à concedente: *vt sup. l. proxi. in fin. cum concor. ibi positis.* & habeas hic. §. quanquam &c. & est plana.

u ¶ *Transmittatur.* nam semper videtur idem populus: *vt sup. de iu di. l. proponebatur.* Sed forte extinguitur, si[d] ciuitas destruatur: *vt sup. quib. mo. vsusfru. amit. l. si vsu.*

x ¶ *Petitor.* qui à me vindicabat.

y ¶ *Placet.* vt *C. de rei vin. l. solẽnib⁹ & de acqu. re. do. qua q̃sque.* Acc.

z ¶ *Nationes. sup. de ædil. edi. l. quod si nolit. §. si mancipium.*

a ¶ *Lacus.* quid sit, habes. *sup. vt in flu. pub. l. j. § lacus.*

a ¶ *Colonum.* qui erat in fundo censuali.

c ¶ *Tenetur.* quia res committetur in fiscum: *vt C. de vectig. l. iij. & sup. de publica. l. commissa.* 2 Vel aliud tantum quantum fuerit subtractum, ex propriis facultatibus fisco dabit: *vt C. de bo. proscri. l. si quis poßidebat. in fi.*

d ¶ *Quæsita.* in prædiis.

e ¶ *Operis.* aliàs tẽporis, aliàs operis: & est sensus: quia antequã compleatur scriptura professionis, hæc quæruntur: inde in charta possunt & debent poni. & hoc dicit profes. id est charta professionis

b Priuilegiũ alicui loco cõcessum, extẽditur ad eos qui in illo loco dictum sub rogãtur in locum demortuorum.

c Priuilegiũ in dubio censetur reale nõ personale, nisi aliud agatur.

d Priuileg. ciuitati tributum extinguitur ciuitate destructa.

fessionis. ¶ Sed quid si post consummatam prof. ssionem? videtur idem ad instat inuentarij: *vt C. de cura fu. l. pe. §. tali.*

a ¶ *Refert tam est. ff. de bo. li. l. si vero. in prin. & de don. l. si patronum. in prin.* Sed arg. contra. *ff. de interro. act. l. de ætate. §. ex causa. & ff. ad mun. deb. l. error. & de iure fisc. l. edicto. §. fi. & de minor. l. si index.*

a Hæ leges nō sunt contrariæ. Nam & hic & illic error excusat veisalem nō nocet, & cognitio seu scientia superueniēs nō vitiat, neque corrūpit præcedentem errorem

fore, sæpissime rescriptum est[a].

V. PAPINIANVS *libro nono decimo Responsorum.*

CVm possessor vnus expediendi negotij causa tributorum iure conueniretur[b], aduersus cæteros, quorū æquè prædia tenentur, ei qui cōuentus est, actiones à fisco præstantur: scilicet vt omnes pro modo prediorum pecuniā tributi conferāt. nec inutiliter actiones præstantur. tamet si[c] fiscus pecuniam suam recuperauerit: quia nominum venditorum pretium acceptum videtur. 1 ¶ Qui non habita[d] ratione tributorum, ex causa fideicommissi prædia restituent, actionem ex diui Pij Antonini literis habent: quā legato quoq. soluto locum habere voluit[e].

2 ¶ Pro pecunia[f] tributi quod sua die non est redditum, quo minus prędium iure pignoris distrahatur, oblata[g] moratoria cautio non admittitur: nec audietur legatarius[h] contradicens ob tributa præteriti temporis, quòd heres[i] soluendo sit, & is qui tributis recipiendis præpositus fuerat.

Hæc lex cum sequenti numerat quasdam prouincias immunes à tributis. Franc.

VI. CELSVS *libro vicesimo-quinto[*] Digestorum.*

COlonia Philippensis, †iuris Italici est.

VII. GAIVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

IVris Italici sunt τρωὰς, βήρυτος, δυρράχιον

VIII. PAVLVS *libro secundo de Censibus.*

CIrca possessor.] CASVS. Prædia quędam habebam cōmunia cū pluribus, solui tributa pro me, & pro consortibus. debet fisc[u]s mihi cedere actio. cōtra socios meos pro quibus solui [QVI NON HABITA.] Dic casum vt in glos. domini mei Acc. quę incipit, pone casum, &c. [PRO PECVNIA.] Itē pro prædio legato si tributum non sit solutum fisco suo tempore: fiscus potest illud vendere nō obstante quòd legatarius vult cauere de soluendo. item non obstāte quòd heres pro pręteritis tributis sit soluendo. Franciscus.

b ¶ *Conueniretur.* Sed quomodo[b] vnus cēsualis pro alio potuit cōueniri: cū statim hic dicat, pro modo tributorū: Respō. cōuentus fuit extra ius, & sponte soluit. vel in iure, & exceptione facti vti noluit. 2 Vel dic q̃ ipse possidebat omnia prędia, vnde meritò debuit cōueniri: *vt ff. de publicanis. l. imperatores.* & facit pro vtroq; intellectu. *supra de iure fisci. in fraudem. §. qui pro alio.* 3 Vel dic q̃d hæc prædia sibi cū aliis erāt communia: & ipse soluit pro se & consortibus, cum possideret cū eis pro indiuiso. Ac.

b Censualis quomodo pro alio conueniri possit.

c ¶ *Tamet si.* si habes, tā planum est. Si vero habes nam: tunc supple sic: nam etsi fiscus pecuniam suam recuperauerit: tamē actiones cedere potest & debet, quia &c. *& facit. ff. in tu. Papi. & de fide iuss. l. si qui. & de tu. & ra. distrahen. l. cum pupillus. & de solu. l. Modestinus.* ¶ Et no. quòd dicit, pro modo prædiorum: quia est argumentum quod pro parte tantum fiat cessio vni reorum soluenti: vt no. dicta. l. Modestinus.

d ¶ *Qui non habita,* pone casum quòd legatarius qui rogatus erat alij restituere, soluit pro præterito tēpore: vnde repetit ab herede: non à fideicommissario: *vt supra de leg. j. l. apud Iulianum. §. heres.* secundum Azo. 2 Vel dic virum legatarium tãtum, qui soluit tributa præterita. & secundum hoc dic quòd ille nominatiu' qui scilicet heredes, non habet verbum, quia verbū habet, quod est infra, habet suū nominatiuū, scilicet fideicommissarij & est sic: In conuertendo dominus captiuitatem Sion. & secundum hos duos casus habet locum actio ex testamento: quā hoc casu dicit dandam diuus Pius: non quòd ipse inuenerit eam, sed coaptauit huic casui. 3 Vel dic tertio, quòd heres cum traderet rem legatario, fideiussit pro eo, vt pote non idoneo: *vt in Authen. de manda. princ. §. & non per. ...* & postea fuit heres exactus tributa futura pro quibus fideiusserat. hoc enim casu si cauit sibi à legatario de indemnitate, aget ex ea cautione: *vt ff. de pact. l. epistola. §. pactum. & l. inter.* aut non cauit: & tunc condictione ex lege diui Pij, vt hic. & secundū hanc positionē non obstat dictus. §. *heres.* quia licet heres hic soluat futura, soluit vt fideiussor. & licet repetat, repetit futura: non præterita: *& facit ff. de pub. l. imperatores.*

*quintodecimo.

† in Tracia.

ff. Nouum.

Accursius.

e ¶ *Voluit,* scilicet diuus Pius.

f ¶ *Pro pecunia.* quidam habet hic. §. & alij infra quò minus, &c.

g ¶ *Oblata.* scilicet fisco à legatario, de soluendo tributo. Accur.

h ¶ *Legatarius.* cui prædium tributarium est legatum.

IN Lusitania† Pacenses, sed & Emeritenses iuris Italici sunt. Idem ius Valentini & Licitani[*] habent. Batenocenses quoque ibidem immunes sunt. 1 ¶ Lugdunenses Galli, item Vienenses in Narbonēsi iuris Italici sunt. 2 ¶ In Germania inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt. 3 ¶ Laodicia in Syria, & Berytos in Phœnice, iuris Italici sunt, & solum earum[k]. 4 ¶ Eiusdem iuris & Tyriorum ciuitas à diuis Seuero & Antonino facta est. 5 ¶ Diuus Antoninus Antiochenses colonos[l] fecit saluis tributis. 6 ¶ Imperator noster Antonin' ciuitatē Emisenorū coloniā & iuris Italici[m] fecit. 7 ¶ Diu' Vespasianus Cęsarienses colonos fecit[n], non adiecto vt & iuris Italici essēt: sed tributum his remisit capitis. sed diuus Titius etiam solū immune factum[o] interpretatus est. Similes eis Capitulēses esse videntur. 8 ¶ In prouincia Macedonia Dyrracheni, Cassandrēses[*], Philippēses, Diēses, Stobēses, iuris Italici sūt. 9 ¶ In prouincia Asia duæ sūt iuris Italici, Troas & Pariū. 10 ¶ In Pisidia eiusdē iuris est colonia Antiochēsiū. 11 ¶ In Africa Carthago, Vtica, Leptis magna, à diuis Seuero & Antonino iuris Italici factę sunt.

DE VERBORVM† significatione.

TITVLVS XVI.

I. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

VErbum[p*] hoc si quis, † tam masculos quā fœminas complectitur.

i ¶ *Heres.* qui debet ea soluere pro præterito tēpore: *vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. heres.* Sed videtur primo principalem quam pignoris possessorē conueniri: *vt sup. de iure fis. l. Mosilbis. ...* & C. *de conue. fis. debi. l. j.* Sed certe hic heres nō est principalis fisco, sed possessor vel saltē æquè possessori: t heres ea ... *supra de iud. l. ...*

k ¶ *Et solum earum.* ... *Et solum earum, & ...*

l ¶ *Colonos* ... *Pro ...*

m ¶ *Italici* scilicet nomine & re.

n ¶ *Fecit.* sc. nomine solum, & non re.

o ¶ *Immune factum.* sic *ff. ea. l. §. in Germania.*

DE VERBORVM & rerum significat.

Omne ius quo vtimur, pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones: vt Institut. de iure natu. §. fi. de quib. est dictum in hoc volumine Pandectarum. sed quia in his versantur multæ dubitationes circa verborum & rerum expositiones & interpretationes, idea de hoc ponit. & dic quod verbum, aliàs stricte est pars orationis: sed hic large sumitur pro qualibet parte orationis: sic & rei verbum, quod sequitur in rubrica, est generale: vt ff. si cer. pet. l. j. in fi. & caue tibi: quia verba significant actiue, sed res passiue. nam verba significant, & res significatur. Et est significare, demonstrare rem de qua quæritur, proprio nomine ei attributo, sed hic largius sumitur, vt etiam si nō proprium nomen interueniat, sed quocunque modo designetur res: vt ff. si cer. peta. l. certum. Accur.

e ¶ *De verborum significatione & de reg. diuersis iuris, hi duo tituli communes sunt omnium partium & titulorum superiorum. nullam enim ferè partem vel quæstionem iuris paulo latiorem habuimus ante, ex qua oratio aut verbum hoc titulo non exponatur aliquod. Sed & ex partibus iuris antiqui in hæc Digesta minime relatis, velati ... subsignatum & alia pleraque. Scripsi autem de verborum significatio ... in Florentinis quam semper obseruauimus quantum potuimus debuimusque religiosissime: vt in Constitutione Iustiniani de confirmatione Digestorum, vt in Basilicis ... Commendationem tituli ad... qui adiecit. Et rerum, nimirum quod verba sint rerum nota. nec caret exemplo. Citantur enim à Gellio lib. xiij. libri rerum verborumque veterum. & ita quoque inscriptus est Codicis lib. vj. Cuiac.*

VErbum. ¶ Pone exemplū. *ff. de nego. gestis. l. iij. in princ. & l. j.* ¶ Item not. hic quòd masculinum, vt dignius, cōcipit fœmininum. quod accipe quantum ad mentem legislatoris, non quantum ad verba: *vt infra eadem. l. pronunciatio. in princip. & l. hominis. & l. seruus duos. & l. liberti. & supra de lega. iij. l. qui duos. & l. seruis lega. & de iure fisci. l. ait diuus. & de contitu. pecu. l. j. & de pactis. l. tres fratres.* & hoc nisi alia fuerit mens loquentis: *vt supra de leg. iij. l. Lucius. §. quæsitum.* vel nisi

†Ant. Aug. ... Licitani Ant. Aug. ...

* Apud Plin. ... Cassandrea sit mentio quod oppidum est in Macedonia.

†Vulg. de verborum & rerum sign.

* Adde ... generalis ... de materia ... apud ... adde ... extra de ...

† Quæ dubitationes sequentib. habentur, ex ferè omnia ... propriis locis scripta fuere ...

fit odium: vt ff. de vent. in pos. mit. l. j. §. quaeritur. si ita exheredatio. Sed econtra[a] foemininum non concipit masculinum: vt ff. de leg. iij. l. si ita scriptum. Sed & pro[b] foeminino quãdoque ponitur prorsus masculinum: vt ff. de vsufr. l. equit.

a Foeminae an & quãdo maris appellatione nõ contineantur.
b Masculus pro foemina interdum accipitur.

II. PAVLVS libro I. ad Edictum.

VRbis[a] appellatio, muris[b]: Romae[c] autem, continentibus[d] † aedificiis finitur: quod[e] latius patet[f]. Cuiusque[*] dici[g] maior pars est horarum[h] septem † primarum[i] dici, non supremarum[k].

III. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

ITinere[l] faciendo viginti milia[m] passuum[n] in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda[o], vt si post hanc dinumerationem[p] minus quàm viginti milia supersint, integrum diem occupẽt[q]: veluti[*] viginti vnum milia sunt passus, † biduum eis attribuetur. quae dinumeratio ita demum facienda erit, si de die[r] nõ conueniat. 1 ¶ Eius qui apud hostes decessit, dici hereditas nõ potest[s], qui seruus decessit[t].

* Vide hic Crinitum li. 4. c. 6.
* De diuisione diei Macrobius. li. 1. Saturnal. cap. 3. Gel. li. 3. noc. Attic. cap. 2.
† Aug. lib. 4. cap. 13.
* veluti si.
† passuum.

a ¶ Vrbs. ¶ Pone exemplum: si lego tibi omnia quę habeo in vrbe, vel Roma, quae videantur legari: vt sup. de leg. iij. l. cuique. de pen. leg. l. nam quod. §. si ita. ¶ Sed quid si dicam vtrunque in vrbe Romana? Respõ. ac si dixisset, Romę: vt ff. §. si ita. vel refert, secũdum Azo. quod pręponatur: vt si dicat in vrbe Romana finiatur muris. secus econtra. argu. sup. de stip. ser. l. si communis seruus. prima placet. 2 Item pone exẽplum: j. e. qui in continentibus. & l. ae. sdificia. & l. vt Alphenus. & est ratio de vrbe: quia dicitur ab vruo, quod est curuatura aratri, quod in condẽda ciuitate solet adhiberi: vt j. eo. l. pupillus. §. vrbs. Accur.
b ¶ Muris. s. finitur.
c ¶ Roma. s. appellatio.
d ¶ Continentibus. vt suburbia contineantur. & facit supra de procur. l. praestat. & l sequen. & infra eod. l. collegatum. §. j.
e ¶ Quod. scilicet nomen Roma.
f ¶ Patet. scilicet quàm vrbs. Azo.
g ¶ Cuiusque diei. artificialis, de quo dicitur, Qui mane iunctum vesperi. in hymno beati Ambrosij. Est & naturalis, qui. xxiiij. horas habet & continet diem & noctem: de quo dicitur supra ad legem Aquil. ita vulneratus. Accur.
h ¶ Maior est pars horarum. est ergo maior diei pars prima: licet sit minor. est ergo maior pars diei dico, non spatio, sed vsu & vtilitate, & laboribus hominum competentior: vt supra de annuis leg. l. iij. in fin.[*] Et argu. in Authen. de fide instru. §. j. & est ratio, secundum M. quia difficilius ascendit sol in mane, quàm descendit post meridiem, iuxta illud: Ardua prima via est. sed ignis facilius ascendit: cuius natura est ascẽdere in altum. Azo. ¶ Sed nunquid habet dies artificialis. xiiij. horas? Respondetur, non: imò xij. tantùm in hyeme & in aestate: vt patet supra de manu. l. j. & quod hic dicit, sic intellige: si accipias septem horas primas alicuius diei, maior est pars diei: nõ sic si accipias. vij. vltimas, nam vij. vltimae non sunt maior pars ad. v. praecedentes, sed. vij. primae bene sunt maior pars ad. v. sequẽtes, & sic crescunt & decrescunt horae quãtitate, non numero. Si diceres quòd accrescerẽt numero, vt quidam philosophi dixerũt: dici potest & hoc in artificiali hora. naturales autem horas plures habet dies, etiam numero, in aestate, quàm nox, econtra nox habet plures in hyeme. Accur.
i ¶ Primarum. scilicet ad. v. sequentes.
k ¶ Non supremarum. scilicet pars horarum. vij. est maior pars ad v praecedentes.
l ITinere. ¶ Pone exemplum in tutore qui est vltra centesimum lapidem, & se excusat: vt Institu. de excu. tuto. §. qui autem. 2 Item pone. ff. si quis cau. l. j. & supra quis or. in bo. poss. sit. l. si praesens. & haec in iudiciis. In contractibus autem inspicitur arbitrium boni[c] viri, secundum possibilitatem itinerantis, id est iter agentis: vt supra de verbo. oblig. l. continu. s. §. cum ita. quae est contra.
m ¶ Milia. mille passus[d] à continentibus aedificiis vrbis Romae miliarium[e] faciunt: vt j. eo. l. mille passus.
n ¶ Passus. & est passus[f], quinque pedum[g].
o ¶ Accipienda. id est computanda.
p ¶ Dinumerationem. scilicet. xx. milium passuum.
q ¶ Occupent. id est habeant ad veniendum.
r ¶ De die. vt si conueniat vt vna tantum die perficiat. xx. milia passuum & vnum: tunc enim non habebit nisi diem. 2 Vel dic, si non conuenit de certo numero miliariorum per singulos dies: vt & ff. qui sati. da. cog. l. de die.
s ¶ Non potest. ¶ Iure stricto: vt & C. communia de suc. l. seruus. Sed de aequitate, quia lex Corne. fingit eum decessisse prima hora captiuitatis, dicitur hereditas: & habet heredem: vt ff. de testa. l. lege Corne. & de vulg. sub. l. lege Cornelia. & C. de suis & legi. here. l. apud hostes. & ff. solu. ma. l. si quidem. quae sunt contra. Item in quibusdam casibus specialibus fallit hoc: ¶ vt not. d. l. seruus.

c Tempus iudicio sistendi & veniendi expediendi definitur arbitrio boni viri. vt hic. vel iudicis ut. l. 1. ff. supra contrahitur.
d Milliaria à continentibus aedificiis vrbis Romae incipiunt seu numerantur.
e Milliarium pro mille passibus.
f Passus quinque pedes continet.
g Pes autem continet digitos sedecim. c. fin. & c. 7. [illegible]

t ¶ Decessit. in captiuitate hostium.
u PEcunia.] Rem significari. scilicet omnem quae sit vel esse possit in patrimonio: vt infra. l. proxi. & infra eod. pecuniae. & est exemplum supra de calum. l. j. §. fin. & l. seq. & plene dixi supra de consti. pecu. l. ij. circa finem.

IIII. PAVLVS libro primo ad Edictum.

PEcuniae[*] appellatione rem significari[u] Proculus ait.

V. IDEM libro 2. ad Edictum.

REi[x] appellatio latior[y] est quàm pecuniae[z]: quia † etiam ea quae extra computationem patrimonij nostri sunt, continet[a]: cum pecuniae significatio ad ea[b] referatur quae in patrimonio[c] sunt. 1 ¶ Opere[d] locato, conducto, his verbis Labeo significari ait id opus quod Graeci ἀποτέλεσμα[*] vocant, non ἔργον † id est ex opere facto corpus aliquod perfectum.

VI. VLPIANVS libro tertio ad Edictum.

NOminis[e] & rei appellatio ad omnẽ cõtractũ & obligationẽ pertinet. 1 ¶ Verbum[f]

* Nominatio.
† Hic quae etiam.
* i. est absolutionẽ rem perfectã, & aedificatã.
† i. ipsum opus seu ipsã aedificationem.

x REi. continua cũ lege pręceden.
y ¶ Latior. id est largior, vel generalior.
z ¶ Pecuniae. subaudi appellatio.
a ¶ Continet. ¶ scilicet appellatio rei: & est exemplum in re sacrã religiosa facta, & libero homine: quae nec sunt nec esse possunt in ipso patrimonio: vt Instit. de re. di. in prin. & §. nullius. & de inuti. stipula. in princ. & de leg. j. l. apud Iulia. §. fi. 2 Alij ponunt in his quae licet non sunt, tamen possunt esse in nostro patrimonio: vt in hereditate iacente: vt supra de re. di. l. j. §. j. ibi, potest autẽ, &c. & in his quae conceduntur occupanti: vt supra de rerum diui. l. item lapilli. 3 Tertij ponũt in seruitutibus personalibus & realibus, quae nec in patrimonio sunt, nec extra: vt supra de vsufructu. leg. l. j. 4 Quarti ponunt in actionibus & obli. quasi hae non contineãtur appellatione pecuniae, sed rei: vt argu. j. eod. l. rei app. & l. pecuniae. prima placet, aliae non, cum possint conuerti in pecuniam. C. de consti. pe. l. ij. §. pen.
b ¶ Ad ea. scilicet tantum. Accur.
c ¶ Patrimonio sunt. ¶ vel esse possunt, vt modò dixi: & sunt in[*] patrimonio, de quibus habemus actionem & exceptionem. vt ff. de acquir. re. do. l. rem in bonis. & dic vt ibi. & facit. ff. de re. cre. l. j. in fi. ¶ Sed arg. contra. ff. de rei vin. l. si in rem. sed illa quo ad illum tractatum intelligitur.
d ¶ Opere. ¶ Si testator grauauit heredem vt faciat opus, puta domũ municipibus: vel locauit aliquis mihi operas vt opus faciat: & sic locaui ei opus: sic demum liberatur, si perficiat: vt hic, & infra eod. l. aedificia. §. perfecisse. & supra ad legem Falc. l. si is. §. quadam. & supra de verbo. obligat. stipulationes non diuiduntur. ¶ Sed arg. contra supra de au. & argen. lega. l. & si non sint. §. quid ergo. Sed ibi est fauor vltimae voluntatis, vt legando argentum factum, comprehendatur etiam inchoatum. & hic similiter est fauor, vt legando opus fieri, debeat perfici. sed quidam habent hic, locato. Accur.
e NOminis. ¶ Plerunque dicitur in legibus, vendo nomẽ: vt patet. ff. de heredi. ven. l. si nomen. & C. de hered. ven. l. postquam. in fi. item obligo nomen: vt C. quae res pig. obli. pos. l. nomen. & ff. de pig. act. l. si conuenerit. & de pig. l. grege. §. 4. ¶ Item do in solutum nomen: vt C. de act. & oblig. l. si in solutum. & in pluribus aliis. & certe quicquid debetur, continet. Item cum dicitur, res mihi debetur, intelligitur similiter ex quocunque contractu vel obligatione: vt hic. & ff. si cer. pet. l. j. & etiam persecutionem continet. ¶ Alij coniungunt, & dicunt, vt si testator dicat, nomina & res lego. & facit. j. eo l. Labeo. Accur.
f ¶ Verbum. ¶ Id est appellatione legis, continẽtur verba legis: & ipsa legis sententia tenetur cessantibus verbis. ¶ Item exemplum. ff. si quadru. pau. feci. di. l. j. in prin. & l. pen. ¶ Et pone exemplum ex l. Aelia sentia quae prohibet relinqui seruo libertatẽ in frau. credi. sed instituere eum permittit heredem, & liberũ etiã in fraudem credit: vt Institu. qui. ali. lic. in princ. & §. licet. ¶ Sed quid si alium instituat, & seruo restitui iubeat? Respon. idẽ ex sententia legis ac si eum instituisset: vt supra ad Trebel. facta. §. fin. 2. Item pone exemplum sup. de iurisd. omn. iud. si quis id. §. quod si dum proponitur. ¶ Item Institu. de leg. patrono. tu. & econtra aequaliter punitur faciens contra sententiam, & contra verba & sentẽtiam: vt C. de leg. & consti. l. non dubium. si autem verba tantum offendat: dic vt supra de leg. & senatuscon. l. contra legem. & l. fraus. dic ergo verbũ ex lege, siue dicas, haec actio est ex lege: siue hoc facit secundum legem, siue contra legem: vel simili colore loquatur, semper intelligitur vt hic dicitur.

* a Patrimonij app. cõtinentur ea quae continentur bonorũ appel. l. & ista sunt contractibilia patrimonio. Bald. in sum. mar. in verbo, patrimonium.

legibus

a ¶ *Leg bus.* subaudi quid fieri.
b ¶ *Quàm ex verbis.* vna cum sententia. Accur.
c **S** *Ponsio.*] *Sponsio.* ¶ Aliàs sponsi, id est illius hominis cui aliqua desponsatur: *vt* ʒ. *de spon. per tot. in tit.* vel sponsum intellige neutraliter. ¶ Et sic ponitur *supra de aedili. edict. sciendum.* §. j. q. d. non solum sponsio est quae fit per interrogationem, sed etiam si fiat sine vlla interrogatione. *& facit Institut. de verborum oblig.* §. *in hac re.* & ʒ. *de pollicita. l. pactum.* Accursius.

d **V** *Erbum.* ¶ Verbi gratia: promittis mihi quidquid te dare facere oportebit. & sic futurum significat. siue continet praesens, vt hic: & praeteritum, vt infra eo [illegible]. verbum erit. & praesens praeteritum: vt ibidem. §. quemadmodum. & praeteritum futurum: *vt supra de leg.* j. *l. quod in rerum. in princi. & l. talis. in princi. & in fi.* & omnia sunt ex mente legislatoris, non verbis. sed secus in stipulatione dolum malum abfuturum: quia tempus post stipulationem tantum continet, & non praesens, vel praeteritum: *vt supra iudicat. sol. l. nouissima.* vel ibi quia erat praesens, scilicet abesse: non oportebat claudi per futurum. hic econtra praesens non continet futurum, vt si dicam: promittis quicquid te dare facere oportet: *vt* ʒ. *de ver. obli. si stipulatus fuerim.* §. *cum stipulamur. & l. si à colono.* Accursius.

* Varr. lib. 5 linguae Latinae.

* inperisse.

¶ vel extraordinario. alias vel ordinario.

ex legibus[a], sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex verbis[b].

VII. PAVLVS *libro secundo ad Edictum.*

SPonsio[c] † appellatur non solùm quae per sponsus[c] interrogationem fit: sed omnis stipulatio promissióque.

VIII. IDEM *libro tertio ad Edictum.*

VErbum[d] *oportebit*, tam praesens quàm futurum tempus significat. 1 ¶ Actionis[e] verbo non continetur[f] exceptio.

IX. VLPIANVS *libro quinto ad Edictum.*

MArcellus apud Iulianum notat[g], verbo *perisse*, * & scissum[h] & fractum contineri, & vi raptum.

X. IDEM *libro sexto ad Edictum.*

CReditores accipiendos esse constat eos quibus debetur ex quacunque actione[i], vel persecutione, vel iure ciuili[k], sine vlla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario[l], † siue pure, siue in diem, vel sub cōditione[m]. quòd si natura[n] debeatur[o], non sunt loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus[p], creditores accipiuntur.

XI. GAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

CReditorū appellatione nō hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam[q] crediderunt[r]: sed omnes quibus ex qualibet causa[s] debetur.

XII. VLPIANVS *libro sexto ad Edictum.*

VT si * cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo[t] debetur[t], sed & si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. quòd si ex populari causa, ante litis contestationem rectè dicetur creditoris loco non esse[u], postea esse.

Minus soluit, qui tardius[x] soluit: nam & tempore minus soluitur[y].

XIII. IDEM *libro septimo ad Edictum.*

MVlieris[z] appellatione etiam virgo viripotens cōtinetur. 1 ¶ Res abesse[a] videntur, ...

vt ʒ. *de act. & obl. l. is cui. & de dol. l. & eleganter.* §. *seruus pactionis.* ibi, ego moueor &c. & ʒ. *eo. l. debitor.* Accur.

l ¶ *Vel ordinario.* ¶ Vt cum iure actionis agitur. Extraordinario cum offic. iudi. imploratur. vt in restitutione minorum: *vt* ʒ. *de minor. l. quod si minor.* §. *fi. & supra tit.* iij. *l.* j. Accur.

m ¶ *Sub conditione.* ¶ sc. certa. nā si sub incerta, nequaquā, *vt* ʒ. *de verbo. obl. l. dece.* & *de condic. inde.* quod si Ot. & H. imò idem si sub incerta: *vt supra de actio. & obli. is cui. in princi. & qui & à qui. l. qui in fraudem.* & qd dicitur in illa l. dece. intellige quando postea deficit conditio. nā fingimus quòd nec fuerit obligatus pendente ea. tamē & ille debet. & hic creditor est. Accur.

n ¶ *Natura.* ¶ In eo qui ad antidora praestāda tenetur: *vt supra de peti. her. l. sed & si lege.* §. *consuluit.* & est ratio hoc casu: quia nec ratio vlla datur. idē potest dici i quolibet naturali debito. *vt* ʒ. *eo. l. debitor.* licet solutum nō repetatur: *vt supra de dona. l. hoc iure.* §. *si quis seruo.* abusiue tamē dicitur debitor: *vt supra de sol. si is cui.* §. *Flauius.* & per consequēs alius creditor: & quod debetur, dicit debitum: *vt supra de fideius. l. fideiussor.* §. *fideiussor.* Accursius.

† Sicut. ¶ Ex alio cōtractu.

o ¶ *Debeatur.* sc. tantum: quia est inefficax: *vt supra de act. & obl. l. naturales.* Accur.

p ¶ *Sed contractus.* quilibet alius. sic large ponitur *in Authent. de fideiusso.* §. *absolute.* alias stricte: *vt C. si aduersus credi. l. j. & ij.* & continua duas sequentes leges cum ista.

q **C** *Reditorum.*] *Pecuniam.* large: *vt supra eo. l. pecunia.* vel etiam stricte, si vis.

r ¶ *Crediderint.* & sic contrahendo: *vt supra si cer. pet. l. j.*

s ¶ *Ex qualibet causa.* ¶ Etiam ex delicto quod non comprehenderat praecedens. l. sed tantum extra delictum: & in hoc addi haec l. illi legi. per l. autem seq. causae plenius enumerantur.

t **S** *I cui.*] *Debetur.* adde quod ʒ. sequitur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. sed & si ex de. &c. mihi, &c. *vt* & ʒ. *l. pet.*

u ¶ *Loco nō esse.* ¶ Et ideo nec fideiussor accedit: *vt* & ʒ. *de fideius. l. si quis sic.* nec est locupletior qui eā habet: argu. ʒ. *de popula. act. pe.* nā qua ratione esset aliquis creditor, eadē & quilibet de populo. quod esset absurdū: *vt* & de manumisso ab vniuersitate dicitur, qui omniū in vniuerso est libertus, sed nō singulorū. & ideo singulos in ius vocat. *vt* ʒ. *de re. dint. l. in tantum.* §. j. & ʒ. *de in ius vo. sed si hac.* §. *qui manumittitur.* & hoc nisi competat actio popularis pro priuato dāno. quia tūc est creditor, & procuratorē cōstituit etiā ante lit. cōt. *vt* ʒ. *de procur. licet. in prin. & sa. sup. de iniur. l. iniuriarum.*

x ¶ *Tardius.* item & ille qui nihil soluit. *vt* ʒ. *eod. l. minus.* Acc.

y ¶ *Soluitur.* ¶ Et etiam plus. *vt Instit. de fideius.* §. *item si ille pute.* & *de act.* §. *plus autem.* quid ergo erit debitori, quia tardius soluit? Respon. tenebitur etiam in accessoriis, secundum quot noc. *supra de vsur. l. mora. in dist. de mora.*

e ¶ *Actionis.* vt si legas mihi actionē nō videris legare exceptionē.

f ¶ *Non continetur.* ¶ Id est non significatur. nam aliud est actio. aliud exceptio, aliud replicatio, aliud duplicatio: *vt Instit. de replica.* actione enim prosequimur, sed non exceptione. Sed in onere probandi sunt pares, qui agit, & qui excipit: *vt* ʒ. *de excep. l.* j. quae est contra. ¶ Item actio[a] quandoque pro replicatione ponitur: *vt* ʒ. *de in rem verso. l. si pro patre.* §. *vers. m.*

a Actio quandoque pro replicatione ponitur.

g **M** *Arcellus.*] *Notat.* id est notabiliter dicit.

h *Et scissum.* ¶ Duplex est hic litera. Prima, & scissum & fractum contineri, & vi raptum qua colligitur quòd per verbū rapio intelligitur scissio: scilicet per medium: & fractū, id est cōquassatum, & per vim eripere: vt sic cōpetat vi bo. rapt. pro his tribus. quod intellige in primis duob[us], si hominibus coactis vel turba scissum & fractum fuerit: *vt supra vi. bo. rap. l. ij. in princi. & l. praetor. in principio.* & sic verbum corrupisse, continet scissum & fractum: *vt supra ad leg. Aquil. l. si seruus seruum.* §. *inquit lex.* alia litera dicit: & seipsum fractum. q. d. verbum rapere vel rapina tria necessario continet, rapientem, & rapinam, & rem raptā: nec est rapina nisi haec tria ibi sint. & secundum hoc expone seipsum, id est ipsam rem quae rapitur: & hoc non mutatam, & fractum, id est eum cui rapitur. & vi raptum, id est eum qui rapit. Alij exponūt haec duo vltima contra. Accursius.

i **C** *Reditores.*] *Actione.* ¶ In personam, vel in rem. sed persecutio est extraordinaria. vt subiicit. & ʒ. *eo. l. pecunia.* §. *actionis.* sic ergo qui habet rei vin. est creditor, & qui possidet, debitor: & sic est contra *Institu. de act.* §. j. vbi dicit nullo iure teneri qui in rem conuenitur. sed ibi stricte pro personali ponitur: *sicut* & ʒ. *de act. & oblig. l. actio in personam.* hic largius ponitur creditor: *vt d. l. pecuniae.* §. *actionis.* & *insti. de act.* §. *actionis.*

k ¶ *Ciuili.* ¶ Vt stipulatione: *vt insti. de act.* §. *de constituta.* vel gentiū. vt venditione, locatione, & similibus: *vt* ʒ. *de iusti. & iur. l. ex hoc.* sed istae cōprehenduntur sub ciuilibus, cū omnes quae nō sunt praetoriae, sint ciuiles: *vt sup. de iusti. & iur. l. ius autem ciuile.* de honorario vero da exemplum de actio. de peculio, & similibus quae oriuntur ex contractibus, vel quasi. & quod dicit sine except. not. ff. Notum.

z **M** *Vlieris.* ¶ Tribus[a] modis dicitur. 1 Primo, pro omni persona foeminini sexus, etiā infantili. *vt sup. de aur. & arg. le. l. arg.* §. *mulieri.* 2 Secundo, pro viripotente quae habet. xij. ann. *vt Instit. quibus mo. tu. fi. in princ. & Insti. de nup. in prin.* siue corrupta, siue virgine. vt hic. 3 Tertio, pro corrupta tantum: *vt* ʒ. *de contrahen. emp. l. alioquin.* §. *quod si ego & de act. empt. ex empto.* §. *si quis virginem. & de manu. testi. si collectaneus. in fi. & de adil. edi. l. quaeritur.* §. *mulierem.* Accur.

a Mulier tribus modis dicitur. adde Bart. in l. foeminae legaris. ff. si te. ʒ. adde etiā Gl. in auten. mulier. [illegible]

a ¶ *Res abesse.* ¶ Pone exemplū in act. ad exhiben. quia non videtur exhiberi res per actio. ad exhi. si rei forma est mutata. *vt* ʒ. *ad exhib. l. Iulianus.* §. *sed si quis.* & sic abest petitori exhibitio. 2 Itē

pone in act. commodati, vel depositi. vt ff. commod. l. iij. §. sed reddita. & depositi. l. j. §. si res. & infra. l. proxi. 3 Item pone exemplum. supra de solu. qui sibi. §. fina. 4 Item pone supra de auro & argen. leg. l. Seia. §. finali & facit supra de pignorat. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & de alien. iud. l. ex hoc. in principio.

a ¶ *Mutata est.* de materia in speciem: vel econtra: vel de specie in speciem: vel prima species deteriorata vel destructa est.

b ¶ *Transfigurata.* in aliam speciem.

c ¶ *Abesse.* petitori, etiam si eas tales habeat, & sic petat adhuc, & habet: vt no. supra de dolo. l. & eleganter. §. non solum.

d ¶ *Plus est.* ¶ Id est plus constat specificatio, quàm valet materia: vt in tabula picta: vt Institut. de rerum diui. §. si quis in aliena. vnde Ouidius: Materiam superabat opus &c. Quandoque minus: vt in literis. & ideo dicit hic, plerunque: vt Institut. de rerum diuisio. §. literæ. patet ex prædictis, quòd si mutata redditur: nec videtur reddi, vel dari quod est planum, si deterior sit. sed si melior: quare non videtur reddi, vel dari? Respond. forte hoc non expedit petitori: vt Instit. de actionibus. §. hactenus quiarestituo &c. 2 Vel vult expensas, quas habere non debet si sciens alienam rem fecit: vt d. §. si quis in aliena.

* Perperam quid im emendat, quanquam contra fidem omnium librorum. † Vide Eras. chil. 4. cent. 9. prouerb. 53.

a Mutata quæ redditur, reddi non videtur, etiamsi meliora reddantur: cùm id forte nō expediat actori.

tur, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata est[a]. & ideo si corruptæ redditæ sint, vel transfiguratæ[b], videri abesse: [c]quoniam* plerunque plus est[d] in manus pretio†, quàm in re.

2 ¶ Desinere autem abesse[e] res tunc videtur, cum sic redit in potestatem[f], ne amittere eius possessionem possimus[g].

3 ¶ Ob hoc quòd furto pridem subtracta est. Abest & ea[h] res, quæ in rebus humanis non est.

XIIII. PAVLVS *libro septimo ad Edictum.*

LAbeo & Sabinus existimát, si vestiméntum[i] scissum reddatur, vel res[k] corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi[l], aut tabula rasa pictura, videri rem abesse: quoniam earum rerum pretium non in substantia[m], sed in arte sit positum. Item si dominus rem quæ furto sibi aberat, ignorans[n] emerit: rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse sciet: quia videtur res ei abesse cui pretium abest[o].

1 ¶ Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem[p] habet[q].

e ¶ *De sinere abesse* ¶ i. in potestatem nostram dicitur redisse res furtiua: vt vitium eius purgatum sit &c. & sic si iterum subripiatur ab eodem. vel ab alio nascitur actio furti: vt supra de fur. l. inter omnes. §. si per quē pone casum.

f ¶ *Potestatem.* scilicet nostram.

g ¶ *Possimus.* vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. tunc in potestatem. & argumen. de acquir. poss. l. non videtur. ¶ Sed quomodo[c] posset à domino auelli? Respon. in vi possessa planum est. scilicet si eam abstulit per vim alij: vt d. l. sequitur. §. si dominus. in furtiua dic eodem modo quòd dominus abstulit alij cui fur dederat: vnde tenetur triticaria ad poss. vt ff. de condi. triti. l. ij. in fine. & l. seq. Dic ergo, hoc est necesse quod hic dicit, vt desinat esse vitiosa. 1 ¶ Itē quòd quando rediit in potestatem meam, sciuerim subtractam: vt supra pro empt. l. qui fundum. §. penulti. ¶ Item quòd vt mea sit reuersa: vt d. §. tunc in potestatem. & ff. l. prox. ¶ Item quarto quòd sciuerint reuersam: vt ff. de fur. l. [illegible]

b Abesse desinere res videtur quæ ita redit in potestatem, vt ne possessionem eius amittere possimus.

c Domino vti res fur. auel. possit.

h ¶ *Abest & ea.* q. d. non solum prædictis duobus modis abest res: sed hoc tertio, vt & ff. de peti. hered. l. depraedatum. & ff. pro soc. l. verum. §. societas.

i LAbeo ¶ *Vestimentum.* commodatum, vel depositum: vt not. ff. l. proxi. §. j.

k ¶ *Vel res.* alia. Accur.

l ¶ *Collisi.* id est rasi.

m ¶ *Non in substantia.* s. tantū, sed in arte: quod aliàs dicitur manus pretium: vt no. ff. l. prox. §. j.

n ¶ *Ignorans.* ¶ & sic non vt sua, sed vt aliena venit in potestatē suam: vt no. sup. l. proxi. §. desinere. nec tamen tenet emptio. sed pretium repetitur: vt sup. de contrahen. emp. l. suæ rei.

o ¶ *Pretium abest.* Not. ergo quod pretium[d] loco rei succedit. sic & in actio. quòd metus causa, vt sup. quod met. cau. l. si ipsa. & in peti. here. vt sup. de peti. here. l. si & rem. in pri. sic & in hereditatis restitutione, vt sup. ad Treb. l. imperator. §. fin. & l. seq. sic & in re data in dotem, vt supra de iure do. l. res in dotem data. H. sic in re legata. empta, vt l. [illegible] de leg. §. si res. & supra de leg. j. plane. §. quod si

d Pretium loco rei an & in quibus actionibus succedat.

rem generaliter tamen obtinet contra: vt ff. d. fur. si quis vxori. §. si Titium. & ff. de here. vel act. vend. l. venditor. in prin. & de furt. l. qui vas. §. fin.

p ¶ *Actionem.* si enim actionem habet, & rem habere videtur: vt j. tit. j. l. qui actionem. & dic vt ibi.

XV. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

BOna ciuitatis[r] abusiuè[s] publica dicta sunt. Sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.

XVI. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

EVm qui vectigal[t] populi Romani conductum habet, publicanum[u] appellamus. nam publica appellatio in compluribus[x] causis ad populum Romanum[y] respicit. Ciuitates[z] enim priuatorum loco habentur[a].

XVII. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

INter publica[b] habemus non sacra, nec religiosa[c], nec quæ publicis vsibus destinata[d] sunt: sed si qua sunt ciuitatium velut bona: sed peculia seruorum ciuitatium proculdubio publica habentur[e]. 1 ¶ Publica vectigalia intellegere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel venalium[f] rerum, item salinarum, & metallorum[g], & piscariarum.*

XVIII. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

q ¶ *Habet.* quia annulus credit sibi i materia.

r BOna ciuitat. alterius quàm Romæ.

s ¶ *Abusi.* Quare ergo prohibentur vsucapi: vt ff. de vsuca. l. vsucapionem? Respon. non est quæstio: quia multa[a] quæ non sunt publica sunt inusucapibilia. & adiūge huic l. eq. & quæ ibi dicentur.

a Vsucapi nō possunt multa quæ non sunt publica.

t EVm qui vectigal. Id est pedagium[b] quod soluitur: ex eo quod vehitur. quod est octaua eius rei ex qua præstatur: vt C. de vectig. l. ex præstatione. & l. allegata.

b Pedagium quid.

u ¶ *Publicanum.* vt Matthæum: vt supra de publ. l. j. §. hoc titulo.

x ¶ *In compluribus.* Quādoque[c] enim contrarium: vt C. de sersa. l. v. & ff. de offic. procon. si in aliquam. & C. de sacrosanc. eccle. l. inter di inum. & ff. de publ. l. sed & hi. in §. præterea. & ff. l. prox. sed impropriè dicitur respublica in dictis legibus.

c Respub pro pre dicitur ipsius ciuitatis Romanæ.

y ¶ *Romanum.* i. tantum, non alium.

z ¶ *Ciuitates.* scilicet aliæ.

a ¶ *Habentur.* vt & ff. ad Muni. l. nihil interest. & ff. de fur. l. ob pecuniam. & ff. de adil. edi. l. j. §. illud. licet publica soleant & hic vocari. ¶ Quandoque[d] tamen priuatorum loco non habentur: vt de iur. fisci. l. i. fi. & C. de for. fu. l. municipia. & supra quibus ex cau. in poss. ea. l. & si ei. prætorum. §. fin. & ff. si cer. pet. l. ciuitas. & C. de sacrosanc. eccle. l. illud. & supra rem rat. hab. actor. & C. qui ex cau. maio. respu. & de iure reip. l. ii. tempus. sed illæ duæ vltimæ in repub. Ro. possunt intelligi. & fa. ff. l. proxi. & j. l. proxi. & ff. d. iusti. & iur. l. j. §. publicum.

* Rectè sic. Plo. perperā in vul. piscatiarū, ex quo aimè vitiosa le Stoph. maiores nostri ... & quādo priuatorum loco non habentur.

b INter publica. Hæc lex strictè accipit publicas res vniuersitatis, quæ non sunt in publico vsu: quod est impropriè dictū, cùm nec ipsæ ciuitates dicantur respu. nisi impropriè similiter: vt no. ff. l. proxi.

c ¶ *Nec religiosa.* ista duo genera in bonis nullius sunt: vt Instit. de rerum diui. §. nullius.

d ¶ *Destinata.* vt theatra, stadia, & similia: vt ff. de re. di. l. in tantum. §. vniuersitatis. ibi, & si qua &c. & sic[e] strictissimè hic publica dicuntur, quæ in patrimonio ciuitatis alicuius sunt: vt molendina communis Bono. quæ nō sunt in publico vsu, sed sunt sicut molendina priuatorū. Sed in alia significatione magis talia quæ in publico habentur, sunt publica, quàm quæ sunt in patrimonio ciuitatis: vnde nō possunt alienari: vt sup. de contrahen. emp. l. sed Celsus. nec vsucapi: vt ff. de vsu. l. vsucapionem. nec legari: vt sup. de leg. j. apud Iul. Sed R. hic dixit, publicis vsibus destinata. s. vt sunt in reip. vel fisci patrimonio, quasi ea dicantur hic publica. & secundum hoc theatra & similia appellabantur hic publica. quod non placet.

e Publica quæ dicantur strictissimè.

e ¶ *Publica habentur.* id est communia ciuitatum, non publica omnium hominum, vel publicis vsibus destinata: vt Instit. de rerum di. § vniuersitatis. ¶ Sed quid habent iuris publici istæ res vniuersitatis? Respon. quia ciuitas in quibusdam casibus habet ius reipu. Ro. in talibus rebus: vt no. sup. l. proxi.

f ¶ *Venalium.* de quibus præstatur octaua: vt C. de vectig. l. ex præstatione. & ll. allegatis.

g ¶ *Et metallorum.* de quibus decima fisco datur: vt C. de metal. l. cunctis. lib. xj.

a Muneris & doni differentia.

a MVnus.] Donum est tamen differentia inter munus & donum: vt j. eo. l. inter donum.

b ¶ Onus. sine honore: vt tutela & cura: vt s. de mun. & ho. l. honor. §. i. sic accipitur. j. eo. l. munus.

c ¶ Remittitur. quod fit ex variis causis, quas habes. s. de vaca. mu. per totum.

d ¶ Militiæ. id est talis muneris sine honore.

e ¶ Officium. cum honore: & sic magis dicitur honor siue habeat onus annexū, siue nō: vt d. l. honor in prin.

f ¶ Militaria. scilicet in armata militia. vocantur enim rustici ad munera vel collectas, vt soluantur militibus stipendia.

i munificos.

h Munifices sunt, qui non vacāt, sed munus principi faciunt. Contra, beneficiarij sunt, qui muneris officio vacāt. Bud. hic.

g ¶ Munifices. i. quibus aliquod officiū est impositum.

h ¶ Munera. i. officia.

i ¶ Capiant. id est habeant. aliter accipitur s. ad mu. l. i. §. i. & j. eo. l. municipes.

MVnus tribus modis dicitur: vno donum[a]: & inde munera dici dari, mittive. Altero, onus[b]: quod cū remittatur[c], vacationem militiæ[d] munerísque præstat: inde immunitatem appellari. Tertio officium[e]: vnde munera militaria[f]: & quosdam milites munificos[*] vocari. Igitur municipes[g] dici, quòd munera[h] ciuilia capiant[i].

Assignat differentiam inter tria vocabula agere, gerere, & contrahere.

XIX. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

LAbeo[k] libro primo prætoris vrbani definit, quòd quędam agantur[l], quædam gerantur, quędam contrahantur. Et actum[m] quidem generale verbū esse, siue verbis siue re quid agatur, vt in stipulatione vel numeratione. Contractum autem vltro citróque[n] obligationē, quod Græci † συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum, rem significare sine verbis factam[o].

XX. IDEM *libro duodecimo ad Edictum.*

k LAbeo. inter tria verba differētiā facit Labeo.

l ¶ Agantur. id est agi dicantur: & sic de sequentibus.

m ¶ Actum. aliàs stricte accipitur: vt supra de neg. gest. l. cum actum.

n ¶ Vltro citróque. i. hinc inde sui natura. nam quandoque etiā in his non cōtrahitur obligatio, nisi ex vna parte: vt s. de actio. emp. l. Iul. §. si quis a pupillo. & mandati. l. potest. ¶ Et not. quòd cōtractus[c] aliàs largi[e] accipitur: vt Instit. de oblig. §. fin. aliàs largissime, etiam pro delictis: vt s. de iudi. l. amnem, quæ sunt contra. Sed in illis impropriè, hic propriè & regulariter.

¶ Vide Gl. in l. i. præter. s. hoc ipso.

c Contractus appellatio interdum largius, interdū largissimè intelligitur.

d Contractus verbo interdum delictū cōtinetur. Cōtrahere enim videtur hoc est obligari qui delinquit.

o ¶ Factam. vt scribere & fodere, & licet inter gesta & facta videatur quædam subtilis differentia, tamen nulla est: vt hic. & j. eo. l. heres. no. quod gestum aliàs largius sumitur: vt s. de min. l. ait prætor. quæ est contra. sed ibi ex interpretatione. & idoo sequentem cum ista.

p VErba.] Non pertinent. s. propriè. impropriè enim sic: vt Insti. de testa. §. sed neque. quæ est contra. imò ibi est agi. ¶ Item non ob. C. de testa. l. testamentum. non ideo quia ibi dictio cōtractus, non refertur ad testamentum. ¶ Item no. quod hæc lapertè facit contra Ir. in eo quod notauimus. C. de sen. p. s. l. fin. Sed ipse hic subaudiuit, simul accepta, sed si solum gessisse, esset positum: pertineret ad testandum, secundum eum. Accur.

q PRinceps bona concedendo. Deportatum restituebat princeps concedendo ei bona, dicit quòd etiā obligationes intelligitur cōcedere, scilicet vt teneatur creditoribus, & debitores sui quondam teneantur ei: vt hic & C. de sen. pas. l. si deportationis. & l. fi. in fi. & s. de sent. pas. l. iij. & est ratio: quia & actiones continentur bonorum appellatione: vt j. eo. bonorum. in fin. & sup. de iure fisc. l. cum qui. & ad Silla. cum fisco. & quia obligationes passiuæ restituuntur in eum appellatione bonorum: patet quod aliter accipitur nomen bona quàm. j. eo. l. subsignatum. §. bona & sup. de iure do. l. mulier. ¶ Item vt hic[e] in priuilegio vel beneficio sumitur nomen bona, sic etiam accipitur in testamētis: vt sup. ad Treb. l. namque. §. si. & l. legi. in p. in. & est ratio: quia in contractibus plene: vt C. vt act. ab hered. & j. In vltimis voluntatibus plenius: vt sup. tit. l. in testamentis. In beneficiis plenissime interpretamur, vt hic & sup. de consti. prin. l. beneficium. & C. de bon. vac. l. si quando. lib. x. Accur.

e Bonorū appellatio vt sumatur in priuilegiis, beneficiis, testamentis, cōtractibus.

r PLus. ¶ Differentiam facit inter restituere, & exhibere. ¶ Et quòd dicit præsentia corporis præbere: dic scilicet vidēdi & tangendi: vt sup. de ta. exhi. l. i. loca. §. hoc interdictum. & de lib. exhib. l. quod & lex. §. ait prætor. & sup. ad exhi. l. ij.

s ¶ In restitutione. s. rei.

VErba, *contraxerunt, gesserunt:* non pertinent[p] ad testandi ius.

XXI. PAVLVS *libro vndecimo ad Edictum.*

PRinceps bona concedēdo[q], videtur etiam obligationes concedere.

XXII. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale.*

PLus[r] est in restitutione[s], quàm in exhibitione. Nam exhibere † est præsentiam corporis præbere: restituere est etiam possessorem[t] facere, fructúsque reddere. pleraque præterea[u] restitutionis verbo continentur.

XXIII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

REi appellatione & causæ[x] & iura[y] continentur[z].

XXIIII. GAIVS *libro sexto ad Edictum prouinciale.*

NIhil[a] est aliud hereditas, quàm successio[b] in vniuersum ius quod defunctus habuit.

XXV. PAVLVS *libro vicesimo primo ad Edictum.*

REctè dicimus[c] cum fundū totum nostrum esse, etiam cū vsusfructus alienus est. cum vsusfructus nō dominij pars, sed seruitutis[d] sit, vt[e] via, & iter. Nec falso dici totū meum esse, cuius

t ¶ Possessorem facere. s. petitorem, & reddere fructus: vt & s. de vsur. l. videamus. §. in Fauiana.

u ¶ Præterea. id est præter rem & fructus. ¶ Sed quid aliud? Respon. causa vsucapionis, & omnis vtilitas: vt j. e. l. restituere. & l. fi. §. fin. Vel aliter præter hanc significationem quam habet verbum restituere, habet & aliam. s. cum imperator restituit aliquem: nam tunc significat vt ordini & dignitati restituatur: vt & C. de sen. pas. l. j. & l. cursus, & famæ: vt s. de postu. l. j. §. de qua. in fin. ¶ Item libertatis restitutionē quandoque significat: vt supra de nata. resti. quæris. in fin. l. ¶ Aliud est in verbo indulgere: vt C. de degenera. abolit. l. indulgentia. ¶ Alij distinguunt, vt dicat imperator: restituo te in integ. aut, restituo te ad omnia: vt arg. Instit. quibus mo. ius pat. po. sol. §. cum autem. quod non placet: vt d. l. C. de sent. pas. l. ij.

† Exhibere quid sit, vide text. in cap. accepimus. in ca. contingit extra de fide instru.

x REi.] Et causæ. ¶ Scilicet rei: vt fructus.

y ¶ Et iura. i. seruitutes debitæ ipsi rei.

z ¶ Continentur. [a]puta sic generaliter[b] concepto libello, de omnibus rebus ad me pertinentibus, verbum[c] enim res, & ad corporalia, & ad eorum causas. i. omnes vtilitates, & incorporalia (quæ sunt iura) protēditur: vt Insti. de rebus cor. & inco. Et argu. s. de except. rei iudica. l. si mater. §. eandem. ¶ Si vero dico, peto rem talē, puta Stichum, vel fūdum, non ideo credo venire seruitutem ei debitam: vt sup. de except. l. fundum. nisi quo ad interruptionem: vt C. de anna. excep. l. fi. Azo. & facit. sup. eo. l. rei & quod ibi dixi. Accur.

a Fundum petens videtur etiam petere seruitutē eidē fundo debitam.

b Generalis libellus refertur ad omnia.

c Rei verbo corporalia & incorporalia continentur.

a NIhil. ¶ q. d. hereditariæ non sunt hæreditas, sed successio &c. quod passiue accipe: quia in ea succeditur. ¶ Sed op. de tribus. 1. Primo omnis definitio conuertitur cū suo definito: ergo omnis successio in vniuersum est hereditas, ergo omnis successor in vniuersum est heres, ergo bon. pos. quod falsum est: vt Insti. de bon. pos. §. quos autem. sed supple hic s. de iure ciuili: at bonorum possessio est de prætorio iure. 2 Secundo de fideicom. qui non est heres: cum institutus sit heres in solidum: vnde alius esse non potest: vt j. tit. j. l. quod contra. §. vni. sed respon. hic directo. Similiter posset dici, nō sequit, habet hereditatē, ergo est heres. 3 Tertio op. de duobus institutis. nam quilibet est heres in vniuersum ius. Econtra si vnus est in totū, alius esse non potest. Respō. aliud est in vniuersum, & aliud in totum ius. nam in vniuersum. i. aliquod qđ est vniuersū. & eadē quę habes hic. habes. j. tit. j. hereditas.

e ¶ Successio scilicet iuris ciuilis. Accur.

c REctè dicimus. vt & sup. ad Sil. l. j. §. j. & Insti. de here. institu. in princip.

d ¶ Seruitutis sit s. pars, i. species. nā seruitus alia est vsusfructus, alia via, alia iter. & omnis species vt pars quantum ad suum totū habere se videt. est pars dico, vt. i. sicut via &c. ¶ Habes ergo hic quod vsusfr. nō est pars dominij, & idem Insti. de le. §. si cui. Sed alibi habes quod sic, vt sup. de vsufr. l. iij. quæ est contra. Sol. Ro. dixit quod hic, de vsuf. seruitutis, ibi de causa vtendi fruendi dicit, secundū H. 1 Vel hic de causali[d], ibi de formali. 2 Placē vero sic, quod vsusfr. est pars dominij. Et non est pars dominij, vt in quo verū secundū dialecticos, est pars dominij legalis, nō est pars dominij prædicatiua siue subiectiua, vt posita specie, ponaē genus, vt homo, ergo animal nā non sequitur, est fructus, ergo dominium. s. plenū. sed est legalis. i. integralis quia simul iuncta proprietas & fructus faciūt dominium. s. plenum. 3 Vel dic tertio, vt no. in d. l. de vsufr. l. iiij.

d Causalis vsusfructus qui est cōiunctus cum sua causa, id est proprietate. e Capolam tract. de seruit. pr. ber. c. 4.

e ¶ Vt. id est sicut.

nõ potest vlla[a] pars dici alterius esse. hoc & Iulianus: & est verius.

Quod pro indiuiso cum alio possideo: eius partem possidere dicor. hoc dicit.

1 ¶ Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso[b] significari. nam quod pro diuiso[*] nostrum sit, id non partem sed totum esse[c]. Seruius[d] non ineleganter partis appellatione vtrumque[e] significari.

XXVI. VLPIANVS *libro sextodecimo ad Edictum.*

PArtum[f] non esse partem rei furtiuę, Sceuola libro vndecimo quæstionum scribit.

XXVII. IDEM *libro septimodecimo ad Edictum.*

AGer est locus[g] qui sine villa[h] est. 1 ¶ Stipendium[i] à stipe appellatum est, quòd per stipes, id est modica æra colligatur. Idem[k] hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. & sanè appellatur ab intributione[l] † tributum, vel ex eo quòd militibus[m] tribuatur.

XXVIII. PAVLVS *libro vicesimo primo ad Edictum.*

ALienationis verbum etiã vsucapionem[n] continet. vix[o] est enim vt non videatur alienare[p], qui patitur vsucapi. Eũ quoque alienare dicitur, qui nõ vtendo[q] amisit[r] seruitutes. Qui occasione adquirendi[s] non vtitur, nõ intellegitur[t] alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur[u].

Quandoque oratio in qua est coniunctio, ponitur pro disiuncta: vt si promittis dare decem mihi heredique meo. nam intelligitur, vel hereditita vt mihi dando, non tenearis heredi. Hoc dicit cum l. seq.

1 ¶ Oratio quæ neque coniunctionem[x] neque disiunctionem habet, ex mente pronuntiantis vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

XXIX. IDEM *libro sexagesimo sexto ad Edictum.*

COniunctionem[y] enim non nunquam pro disiunctione accipi Labeo[z] ait: vt in illa stipulatione, *Mihi heredique meo*[a], *te heredémque tuum.*

XXX. GAIVS *libro septimo ad Edictum prouinciale.*

SIlua cædua est (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur[b]. Seruius eam esse[c], quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. 1 ¶ Stipula illecta[d] est spicæ[e] in messe[f] deiectæ, necdum lectæ, quas[g] rustici cum vacauerint[h],* colligunt. 2 ¶ Noualis[i] † est terra præcisa[k] quæ anno cessauit[l], quã Græci νεωσιν[*] vocant. 3 ¶ Integra[m] autem est, in quam nõdum dominus pascendi[n] gratia pecus immisit. 4 † Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit[o].

---

a ¶ *Vlla pars.* ¶ Sed & si pars pro indiuiso alterius, meum dicere possum. *vt infra eo. l. pupillus. §. fin.*

b ¶ *Rem pro indiuiso.* i. dimidiam: *vt infra eo. l. nomen. §. portionis.*

c ¶ *Sed totum esse.* sic ℑ. *eod. l. locus. in fin. arg. contra. ℑ. eo. l. litem. §. prædia.*

d ¶ *Seruius.* corrigendo quod Quintus Mucius dixit.

e ¶ *Vtrumque.* Hoc sic intelligo, cũ ex vtraque parte vnum tãtum voluerint constituere agrum, retinendo quilibet dominiũ suæ partis, alioquin duo essent: *vt supra de lega. j. l. quod in rerum. §. si quis. & l. plane. §. fin. & de leg. iij. l. Gaius. §. fin. & supra commu. prad. l. si quis duas. §. si quis. & ℑ. de rebus eo. l. magis. § fi.*

e ¶ *Vtrumque.* portionem diuisam, & indiuisam.

f PArtum. ancillæ furtiuę: si cõceperit & pepererit ancilla apud bo. fid. possessorem, vel etiam heredem furis ignorantem, non est pars: & sic potest vsucapi. aliter si ancilla prægnans surrepta fuerit, vel si apud furem conceperit: *vt hic. & ℑ. de vsucap. l. si aliena. ij. respon. & supra de fur. qui vas. §. si ancilla.* ¶ Sed contra. ℑ. *de ven. inspi. l. j. §. ex hoc rescripto.* vbi dicitur esse partẽ. Sed ibi antequam nasceretur: hic post. Vel est portio: vt sicut pro iure mulieris non datur interdictum de lib. ho. exhi. sic nec pro partu. sed portio nõ est quo ad vsucapionem impediendam. Accur.

g AGer est locus. vacuus. Acc.

h ¶ *Villa.* i. domo: & hoc in rure. & plene de eis dic *vt ℑ. eod. l. fundi. & l. quæstio est.*

i ¶ *Stipendium à stipe.* quod[d] est modicum æs: vt subiicit: vt soluunt, xxvj. denarios rustici nuntio principis.

k ¶ *Idem.* quod sic minutatim colligitur.

l ¶ *Ab intributione.* sic & tributoria[e] à contributione dicitur: *vt ℑ. de tribu. l. procurationis. §. per hanc.*

m ¶ *Militibus.* vt & C. *de procu. l. qui stipendia.*

n ALienationis. *Etiam vsucapionem.* ¶ Pone exemplum prohibita[f] est alienatio fundi dotalis: ergo[g] vsucapio: *vt sup. de fun. do. l. si fundum. & C. de fun. do. l. j. in fi.* idem in re pupilli: *vt ℑ. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. §. veluti. si pupill.* Sed fallit quod hic dicit: quia res litigiosa[h] non potest alienari: *vt C. de litig. l. fin.* potest tamen vsucapi: *vt ℑ. de rei vin. l. si post acceptum. & Co. de præscrip. long. tem. l. j.* & est ratio, quia vitium litigiosi non afficit rem: *vt no. C. de adquir. poss. l. vitiis.*

o ¶ *Vix.* ¶ Vix[i] fit, quod nunquam fit. sic ponitur *supra ad Velleia. l. tutor. in prin.* sed aliter supra *de iudi. l. vix.*

p ¶ *Non videatur alienare.* quia bene alienat.

q ¶ *Non vtendo.* ¶ Omittit enim facere quod facere debet, scilicet vti: *& supra quæ in fraudem credi. l. in fraudem.* sic & imponatur *C. de rei alie. non alie. l. fi.*

r ¶ *Amisit.* Aliàs abutendo. nam & tunc perditur: *vt ℑ. quemadmo. ser. amit. l. si sic.*

s ¶ *Adquirendi.* id est qui potest adquirere, & non adquirit.

t ¶ *Non intellegitur.* Pone exemplum. *ℑ. quæ in fraudem cred. l. quæ autem.* ¶ Item supra *de do. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. si maritus. & facit supra de col. bo. l. j. §. conferetur. & si in frau. pa. l. j. §. verum & supra de iure de l. prosti. titia. §. si pater. & de ali. iudi. mu. cau. fa. l. item si potest. & infra tita j. l. non a ituras.* ¶ Sed fallit hæc regula. *ℑ. de peti. here. l. sed & si leg. §. proinde. & ℑ. de here. ven. l. ij. §. non tantum. & ℑ. solu. m tri. l. si vero. §. dabit.*

u ¶ *Non amplectitur.* id est non eligit.

x ¶ *Neque coniunctionem.* Coniunctio[a], per & que, & similia: disiunctio, per vel: vt Lucius Gaius heres esto. Item peto codicem, decémque: oratio[b] dicitur soluta: *vt infra eod. l. sæpe.* vbi plene habes de illis orationibus. & hoc quidem iudicatur ex mente loquentis: *vt hic.* quod intellige in iudiciis: *vt supra de iudi. l. si quis intentione.* Item in vltimis voluntatibus: *vt ℑ. e. l. triplici.* secus[c] in contractibus, vbi contra proferentem fit interpretatio: *vt supra de contrahen. empt. Labeo. & de pac. l. veteribus.* vbi plené dixi. ¶ Sed quid si mẽs hic non apparet? Respon. præsumitur coniunctiua: *ℑ. eo. l. triplici. §. videamus. & adiunge. l. sequentem.*

y COniunctionem. benedic: hoc in illa quę neutrum istorũ habet: quia hoc etiã in ea est quæ coniunctionem habet.

z ¶ *Labeo.* vt *infra eod. l. sæpe.* & econtra disiuncta pro coniunctiua: *vt d. l. sæpe. & Cod. eod. l. cum quidam. & de epis. & c. l. si quis in hoc. & in Authen. sed nouo.*

a ¶ *Heredique meo.* dare vel facere spondes: nam sufficit vni dari vel fieri, nisi factũ vtriusque intelligant contrahentes: vt in illa stipulatione, habere licere: *vt supra de verb. obliga. stipulatio ista. in princip. & §. j.* & in illa, per te & heredem tuum non fieri vim. *vt supra de verborum obligat. §. si sic stipulatus sim.*

b SIlua cædua est. ℑ. *vt cæderetur.* ¶ Id est, est habilis[e] ad cædendum. in hac significatione accipitur, *supra de vsufr. l. ex silua & sol. matri. diuortio. §. quod in anno. & ℑ. de contrahen. emp. cum manu §. si na.* & arbores cæduæ[f] dicuntur in hoc sensu: *vt d. l. diuortio. & si fundum.*

c ¶ *Eam esse.* sub. etiam & in hac significatione dicitur glans[g] caduca, quæ cecidit: *vt ℑ. eo. §. glans.* Accursius.

d ¶ *Stipula illecta.* id est[h] non lecta. ¶ Et pone casum *vt ℑ. de contrahen. empt. l. qui fundum. §. fundi.*

e ¶ *Spicæ.* sub. cum spicæ & c. & subaudi sunt, aliàs nil subaudi.

f ¶ *In messe.* id est ex messe deiectæ.

g ¶ *Quas.* spicas.

h ¶ *Vacauerint.* hic sub. cum, si non habes in textu.

i ¶ *Noualis.* id est[i] nouiter aptata ad colẽdum, vt pratum quod colitur ad seminandum de frumento.

k ¶ *Præcisa.* ad colendum.

l ¶ *Cessauit.* aliàs cessat. scilicet antequam aretur, vt proinde melius fructificet. & aliàs cæsa sit, id est aptata. & hoc etiã dicit præcisa, vt scilicet in eo anno impinguetur sterquilinio, vt probat sequens clausula, integra autem & c. aliàs accipitur nouale, terra ex silua extracta: *vt ℑ. de ver. mo. l. si in f. & de peti. here. l. vtilis.* & hic etiam posset sic accipi.

m ¶ *Integra.* id est non arata: quia hæ impinguationes fiunt demum cum ea est arata.

n ¶ *Pascendi.* & impinguandi.

o ¶ *Ex arbore cecidit.* vt pro tali detur interdictum de glande legenda: *vt supra de glan. leg. l. j.* cuius appellatione omnes fructus cõtinentur: *vt ibi, & ℑ. eo. l. quæ venenum §. glandis.*

---

a Meũ id possum dicere cuius alterius pars est pro indiuiso.

* indiuiso.

† l. contributione.

b Partus an & quomodo sit pars seu portio matris & ventris. *Aug. li. j. e. 16.*

c Villa pro domo rustica.

d Stipes quid.

e Tributoria actio vnde dicta.

f Alienatione prohibita prohibetur etiã vsucapio. Id tamen fallit in re litigiosa vt hic.

g Vsucapio & præscriptio alienationis species. *adde quæ scripsi in gl. 1. a. ad s. de dolo.*

h Litigiosum alienari non potest, licet possit vsucapi.

i Vix sic quod nunquam fit.

a Coniunctionis & disiunctionis differentia.

b Oratio soluta quæ *ad d. l. sæpe 53. ℑ. eod.*

c Interpretatio fit contra proferentẽ in contractibus.

* legit Alc. νεωσιν. d Propter alternatiuã ad cuius venificationẽ alterã partem esse verã satis est. Vide Vatil lib. 1. *de leg. 4. 6. 41. & 42. de present. l. 10. cap. 5. 15.*

* *Mauss legit* fluid. νεασιν autem vocat Theophrastus hanc operã agricolarum. & is Græci vocãt hoc in agro molitiã. illud νεων Græci legũt, quomodo & inarchet prius legebatur. Vide Turneb. in *lib. 4. Aduers.* vbi multa erudite hac de re disserit. significat autem νεασιν, nouale agrum.

e Cæduum dicitur habile ad cædendũ.

f Cæduæ arbores.

g Caduca glãs quæ cecidit.

h Illecta pro non lecta.

i Noualis terra.

5 ¶ Pascua [a] silua est, quæ pastui pecudum destinata est.

XXXI. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

PRatum [b] est, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quòd paratum sit ad fructum capiendum [c].

XXXII. PAVLVS libro vicensimoquarto ad Edictum.

MInus [d] solutum intellegitur, etiam si nihil esset solutum.

XXXIII. VLP. libro vicensimoprimo ad Edictum.

PAlam [e] est coram pluribus [f].

XXXIV. PAVLVS lib. vicensimoquarto ad Edictum.

ACtionis [g] verbo etiam persecutio [h] continetur.

XXXV. IDEM libro septimodecimo ad Edictum.

REstituere [i] autem is intellegitur [k], qui simul & causam [l] actori reddit, quam is habiturus esset si statim iudicij accepti [m] tempore res ei reddita fuisset, id est & vsucapionis [n] causam, & fructuum [o].

XXXVI. VLP. libro vicensimotertio ad Edictum.

LItis [p] nomen omnem actionem [q] significat, siue in rem, siue in personam [r] sit.

XXXVII. PAVLVS libro vicensimotertio ad Edictum.

VErbum *oportere* [s], non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare: sed ad veritatem [t] refertur.

XXXVIII. VLP. libro vicensimoquinto ad Edictum.

OStentum [u] Labeo definit, omne contra naturam cuiusque [x] rei genitum factúmque [y]. Duo genera autem sunt ostentorum. vnum, quotiens quid contra naturam nascitur [z], tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte [a] corporis [b] quæ naturæ contraria [c] est. Alterum, cum quid prodigiosum videtur [d], quæ Græci [e] φαντάσματα † vocant.

XXXIX. PAVLVS lib. quinquagensimotertio ad Edictum.

SVbsignatum [f] dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione [g] vti solebant.

1 ¶ Bona intelleguntur [h] cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt.

2 ¶ Detestari [i] est absenti denuntiare. 3 ¶ Incertus [k] possessor est, quem ignoramus.

XL. VLP. libro quinquagensimosexto.

DEtestatio est [l] denuntiatio facta cum testatione [m].

1 ¶ Serui [n] appellatio etiam ad ancillam refertur.

2 ¶ Familiæ [o] appellatione liberi quoq. continẽtur. 3 ¶ Vni-

a ¶ *Pascua silua.* aliàs cædua: *vt supra in princ.* & aliàs pascua: *vt hic, & C. de pascuis pu. vel pri. l. j. & l. fi. in fi. & longe seq. l.*

b PRatum. de hoc fit mentio *s. de act. emp. l. si in qualitate.* & in hoc non licet pascere: vt *C. de pas. pu. l. fi.* Accur.

c ¶ *Capiendum.* scilicet sine semine.

d MInus. Pone exemplum *sup. de tribu. l. illud. §. minus. facit. s. eod. l. verbum amplius. in fi.* 2 Item pone exemplum. *supra de fideius. l. amissi. in prin.* 3 Item pone exemplum. *j. eod. l. si ita à te stipulatus. & facit quod dixi s. eod. l. si cui. §. minus.*

e PAlam. subau. fieri.

f ¶ *Coram pluribus.* repete fieri. hoc in contractibus, & propriè: & pone exemplum. *s. de instit. sed & si. §. proscribere.* Item & *s. de iure fi. l. non intelligitur. & supra de testa. l. hered. s.* aliàs aliter, & impropriè: vt *supra de ri. nu. l. palam.* ¶ Item nõ pluribus. nam etiã coram vno: vt *infra eo. l. testam.*

g ACtionis. Si lex alicui actionẽ indulget, & persecutionem: vt *s. eo. l. creditores.*

h ¶ *Etiam persecutio.* scilicet extra ordinẽ: vt per offi. iudi. vt *s. de minor. l. quod si minor. §. fin. & infra eadem. l. pecuniæ. §. actionis verbo.* 2 Vel dic persecutio, s. in rem. *vt plene habes. infra e. pecuniæ. §. actionis.*

i REstituere. ¶ Pone in rei vin. vt *s. de rei. vin. l. præterea.* item in actione personali: vt *s. si cer. pet. l. cum fundus. in princ. & de vsur. l. ij. & l. videamus. §. in F. uiana. & in pe. here.* si est prædo possessor: vt *sup. de pe. here. l. illud. & facit supra eo. l. plus est. & infra eo. l. fi. & l. cum prætor.* Accur.

k ¶ *Intelligitur.* s. possessor condemnatus restituere.

l ¶ *Causam.* causa rei est omne quod actor habuisset si tempore litis contestatæ restituta res fuisset: *vt hic. & d. l. præterea. & l. cum fundus. & sup. ad exhi. l. Iul. §. fi.*

m ¶ *Accepti.* i. tempore lit. contestatæ. Accur.

n ¶ *Vsucapionis.* Veluti si possessor lit. cõtestata compleuit vsucap. nam restituet nihilo minus, & cauebit de dolo: vt *sup. de rei vin. l. si post acceptum. & pro empt. l. ij. §. j.*

o ¶ *Fructuum.* vt *& j. tit. j. l. in condemnatione. §. j.*

p LItis. Pone exemplum *sup. de testi. l. j.* Azo.

q ¶ *Actionem.* intentatam, vel intentandam, hoc est ante litem, & post: vt *dicimus. C. de transac. l. causas.* & per illam pone hic exemplum. Accur.

r ¶ *In personam.* siue mixta sit, siue officium iudicis locum habeat. Azo.

s VErbum oportere. Pone exemplum quòd stipulor à te quicquid te dare oportet. non enim videor stipulatus quod iudex in sententia expressit: sed quod pure & in rei veritate nunc debetur: vt *supra de verbo. obli. l. si à colono. & l. si stipulatus. §. cum stipulamur.* licet arbitraria actione mihi tenebaris, vnde condemnatio poterat crescere: vt *supra de in lit. iu. l. ij.* ¶ Alij sic: verbum, oportere, necessitatem imponit [c]: vt *supra de transact. l. cum hi. §. arbitratu. & de rebus eo. l. magis. §. ne tamen.* secus in verbo potest: vt *supra de offic. præsi. l. sæpe.* & quod subiicit, non ad facultatem, qui potest &c. mutat casum, q. d. non sicut potest pluris vel minoris condempnare, ita potest in prædictis ipse cognoscere, vel alij delegare. potest autẽ pluris vel minoris condemnare: vt in prædictis arbitrariis. ¶ Item potest facere & omittere: vt *C. quomodo & quando iu. l. ij. & supra de iudi. l. non quicquid.* ¶ Item potest & in plus quàm sit petitum damnare, si plus inueniat deberi: secundùm quosdam: vt *arg. supra de iudi. l. solemus. & C. de ap. l. si. in fin. & Insti. de act. §. si minus.* quod non placet: vt *C. si à non compe. iudi. l. j. & s. de iudi. l. non potest. & no. in d. §. si minus.*

t ¶ *Ad veritatem.* id est quod vere tunc debetur, siue ad verũ rei pretium.

u OStentum. id est partum.

x ¶ *Cuiusque rei.* ergo etiam in brutis locum habet.

y ¶ *Factúmque.* i. editum, cum generale sit nomen: vt *infra eod. l. licet.*

z ¶ *Nascitur.* pro parte alia.

a ¶ *Parte.* & hi sunt liberi, id est filij: vt *sup. de sta. hom. l. non sunt in fi.* Accur.

b ¶ *Corporis.* vt cùm duobus capitibus.

c ¶ *Contraria est.* & sic tenet formam [a] hominis.

d ¶ *Videtur.* quod omnino discrepat ab homine: vt vitulus.

e ¶ *Quæ Græci phantasmata.* ¶ Et hi nõ sũt liberi. i. filij, vt. *d. l. non sunt. in princ.* nec tenetur pater instituere: vt *C. de posthu. here. insti. vel exhe. l. quod certatum. in fi.* quandoque contra: vt *j. eod. l. quæret.*

f SVbsignatum. Tribus [b] modis dicitur subsignare. 1 Primo vt *hic, & C. de admi. tut. l. si non subscripsit.* 2 Secundo in testamento, id est sigillare: vt *sup. de testa. l. ad testium. §. si quis.* 3 Tertio, id est obligare: vt *sup. de iure immu. l. semper. §. conductores.*

g ¶ *Pro adscriptione.* aliàs subscriptione.

h ¶ *Bona intelliguntur.* in naturali significatione, non ciuili: vt *j. eo. l. bonorum appellatione.* & pone exemplum in filio emancipato qui omnia bona confert: quòd [c] intellige deducto ære alieno: *vt supra de colla. bo. l. cum emancipati. §. illud.* 2 Item pone *sup. de iur. do. mulier. & supra de leg. j. non amplius. in prin. & infra e. l. venisse.* 3 Sed hoc fallit in bono. poss. quæ [d] cum commodo & incommodo transit: vt *s. de bo. poss. l. iij.* & in hereditate: vt *infra eo. l. hereditatis.* & fideicommiss restitutione: vt *s. ad Treb. l. cogi. in prin. & l. præcedenti. in fi. & l. in beneficiis. vt s. eo. l. princeps. & facit. infra eo. l. bonorum appellatione.*

i ¶ *Detestari.* aliàs attestari: aliàs protestari. & pone exemplum. *C. de non nume. pecu. l. in contractibus, §. fi.* vbi except. non nu. pec. op. absente eo cui opponitur. 2 Item pone. *C. de anna. excep. l. vt perfecti. in fi.* 3 Item pone *s. ad Macedo. l. si filiusfa. absente. & facit infra. eo. l. proxima. in prin. & j. e. l. plebs. §. j.* Accur.

k ¶ *Incertus.* nobis subau. & da exemplum supra *de rei vin. l. is qui.* nam sibi nemo incertus esse potest quam partẽ possideat: quia incertam partem nemo possidere potest, licet ad incertam partem detur rei vin. vel pet. here. vt *s. de rei vind. l. quæ de tota. §. j. & s. si pars. here. pet. l. j. in fi.*

l DEtestatio est. facit *s. l. proxi. §. pe. & quod ibi dixi.*

m ¶ *Testatione.* id [e] est coram testibus.

n ¶ *Serui.* pone: lego seruos: & ancillas videor legasse: vt *j. e. l. inter stuprum. §. fi. & s. de leg. in seruos. & facit. l. qui duos. in eo. tit. tu. & infra eo. tit. l. patroni. & sup. eo. l. j.*

o ¶ *Familiæ.* Pone exemplum *sup. de publica. l. j. in prin. & §. familia.* Item *sup. vi bonorum rap. l. ij. §. familiæ.* Item *sup. de vi & vi. arma. l. j. §. familiæ. & facit. j. eo. l. pronuntiatio. §. familiæ.* Accur.

a Palam dicitur fieri etiã quod coram vno fit.

h Restituere quis dicatur.

† φαντάσματα. aliàs ... Alcia. 2 prætermiss. Cic. vertit visa. hæc autem est vera lectio.

a Formã hominis retinẽs homo est, vide Bald. in l. nõ sunt. & liberi. sup. de stat. hominum.

b Subsignare tribus modis dicitur.

c Collatio bonorum fit deducto ære alieno.

d Bonorũ possessio cum commodo & incõmodo trãsit.

e Testatio dicitur quod fit coram testibus.

cus seruus, familiæ appellatione non continetur [a]. ne duo quidem familiam faciunt [b].

XLI. GAIVS *libro vicensimoprimo ad Edictum Prouinciale.*

ARmorum appellatio non vtique [c] * scuta & gladios & galeas significat, sed & fustes, & lapides.

XLII. VLPIANVS *libro quinquagensimoseptimo ad Edictum.*

PRobrum [d] † & opprobrium idem * est. Probra quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis: vtputa furtum, adulterium, natura turpe est [e]. Enimuero tutelæ damnari, hoc non natura probrũ est, sed more ciuitatis [f]. Nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

XLIII. IDEM *libro quinquagensimooctauo ad Edictum.*

VErbo victus [g] † continentur quæ esui [h] potuíque cultuíque corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

XLIIII. GAIVS *libro vicensimosecundo ad Edictum Prouinciale.*

ET cætera *, quibus tuendi curandíve corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione [i] significantur.

XLV. VLPIANVS *libro quinquagensimooctauo ad Edictum.*

IN stratum [k] † * omne vestimentum contineri quod iniiciatur [l], Labeo ait. neque enim dubium est, quin stragula [m] vestis sit omne pallium [n] *&c.* In victum [o] ergo vestem accipiemus [p], non stragula [q] †: in stratu [r], omnem stragulam vestem [s].

XLVI. IDEM *libro quinquagensimonono ad Edictum.*

PRonuntiatum & statutum [t] idem potest [u]. promiscuè enim & pronuntiasse & statuisse solemus dicere eos [x] qui ius habent cognoscendi.

1 ¶ Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernunt atque separant. proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina [y]. nam neque nuptiæ neq. natales faciunt matrem familias, sed boni mores [z].

XLVII. PAVLVS *libro quinquagensimosexto ad Edictum.*

LIberationis verbum eandem vim [a] habet quàm solutionis.

XLVIII. GAIVS *libro ad edictum prætoris Vrbani titulo Qui neque [b] sequantur, neque ducantur *.*

SOlutum non intellegimus eum, qui licet vinculis leuatus [c] sit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem intellegimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur [d].

XLIX. VLPIANVS *libro quadragensimonono ad Edictum.*

BOnorũ appellatio aut naturalis, aut ciuilis [e] est. Naturalis ...

---

a ¶ *Non continetur.* ¶Sicut [a] nec turbam facit vel rixam vnus: *vt supra vi bo. rap. l. prætor. §. turbam*, nec vniuersitatem: *vt j. eo. l. Neratius.* & da exemplum in familia publicani: *vt superiori. §.* ¶Sed contra *supra de vi & vi ar. l. j. §. familia.* Sed illud quo ad illud interdictum in odium violentiæ.

b ¶*Faciunt.* ¶Sed forte retinentur: *vt arg. sup. quod cuiusc. vni. l. sicut. §. fi.* item tres forte faciunt: *vt infra eo. l. Neratius.*

c ARmorum.] Non vtique. scilicet tantum. & pone exemplum i. l. Iul. de vi publ. quę habet locum quando [b] armis est illata vis: *vt Institut. de interdi. §. qui autem. & de pu. iudi. item lex Iulia. & ʒ. de vi & vi arm. l. iij. in prin.* item facit *Institu. de publi. iudi. §. item. & ʒ. de furtis. si pigneri. §. qui furem.*

d PRobrum. Pone exemplum. *Co. de postu. l. quisquis.*

e ¶*Turpe est.* quia contra ius naturale, siue legem Dei: vt, Non furtum facies, non mœchaberis. *& ʒ. de fur. l. j. in fin.*

f ¶*Ciuitatis.* iure positiuo. *vt Instit. de pæna te. li. § pen.*

g VErbo victus. ¶Puta lego tibi victum, vel educationem: [c] vt habes exemplum. *ʒ. de ali. & ci. le. l. fin. & j. l. quos nos. §. verbum viuere.* 2 Item pone exemplum. *ʒ. de re. iu. l. si victum. & fa. in co. titu. de ali. leg. l. legatis.* ¶ Sed arg. contra. *ʒ. de transac. l. cum hi. §. qui transigit.* Sed ibi in amittendo [d], hic autem in acquirendo.

2 Vel ibi in verbo alimenti [e]: hic in verbo victus. & iunge legem sequentem.

h ¶*Esui.* i. ad escam, siue cibum. Accur.

i ET cætera.] *Ea appellatione.* scilicet victus: & iunge l. seq.

k IN stratum. id est in appellatione stratus, vel strata [f] omne, &c. stratum ergo, siue stragula, dicitur vestimentum quod sternitur ad cubandum, vt supra id quis iaceat: vt culcitra, tapeta & similia: quæ apud quosdã dicuntur lodices: nõ autem aliud quo induantur: & da exemplum ex *l. supra de re iu. l. si victum vel stratum.*

l ¶*Iniicitur.* in terra vel plano: vt culcitra, & similia.

m ¶*Stragula.* idem est stragula, quod stratum: forte à sternendo. dicta: & de ea habes *supra de auro & arg. leg. l. vestis.*

n ¶*Omne pallium.* id est omnis generis, vel de lana, vel de serico, vel de lino, vel de simili materia.

o ¶*In victum ergo.* i. appellatione victus: *vt & ʒ. e. l. verbo victus.*

p ¶*Accipiemus.* qua quis induitur: quia sine ea esse non potest.

q ¶*Non stragulam.* quia sine ea aliquis esse potest: *ar. ʒ. de re iudi. l. si stratum.* ¶Sed contra *j. eo. l. quos nos. §. verbum.* Solu. vt ibi.

r ¶*In stratu.* id est appellatione stratus.

s ¶*Stragulam vestem.* non aliàs. vestis ergo genus est: *vt hic. & j. e. l. vestis. & supra de auro & argen. lega. l. vestis.*

t PRonuntiatum & statutum.] *Idem potest.* ¶Id est significat, si non habes in textu, idem dici potest, & habes primum verbum. *C. de sen. l. ex stipulatione secundũ. j. e. tit. l. post sententiam. & de excu. tu. l. si vt proponis.* Sed proprius [g] statui dicitur quod in communi generaliter decernitur: *vt C. de epi. & cle. l. cum clericis. §. statu mus.* pronuntiari, in sententiis quę inter partes feruntur: *vt d. l. ex stipulatione. & supra de re iudi. l. j.* quandoque ille solus dicitur habere ius statuendi, qui merum habet imperium: *vt Cod. de senten. l. nulli.*

u ¶*Potest.* id est eundem habet effectum.

x ¶*Eos.* scilicet iudices.

y ¶*Libertina.* dummodo honestè viuat.

z ¶*Boni mores.* *vt & supra de tut. & cura. da. ab his. l. filiæ. §. cum reliquis.* ¶Et not. quòd tribus [a] modis dicitur materfamilias. 1 Primo large, pro magnis & paruis: vt his: & da exemplum. *C. de adul. l. quæ adulterium.* 2 Secundo strictè, pro fœmina notæ auctoritatis. *vt sup. de libe. exhi. l. deinde. in fin.* 3 Tertio largissime, pro omni fœmina quę sit sui iuris: *vt supra de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. nam ciuium. & j. eod. l. pronuntiatio. §. 1.*

a LIberationis.] Eandem vim. Hoc verum, si referas te ad personam. nam qui [b] est liberatus, est absolutus: & econtra: *vt & infra eodem. l. solutionis verbo.* Item hoc verum quo ad substantiam obligationis tollendam. nam sic [c] tollitur solutione, sicut alia liberatione: *vt supra de solu. l. solutionis verbum.* secus si referas te ad qualitatem liberandi. nam alio [d] modo potest quis liberari quàm solutione: *vt sup. de re iudicata. l. quarta. §. penulti. & Institu. quibus modis tol. oblig. per totum.*

b ¶ *Qui neque.* Hoc totum, qui neque sequantur, neque ducantur, dicunt quidã fuisse ru. [e] quandam in l. Caij. quod vero sequitur, dicunt fuisse de textu, scilicet solutum &c. 2 Vel qui neque &c. id est: qui non debent de iure vocari ad præcepta alicuius potestatis: vt quia certum est eos esse alterius iurisdictionis, non deducantur ad eum per vim. *vt C. de iurisdict. om. iu. l. in criminali.* 3 Vel tertio, qui est in domo cum citatur, neque sequitur apparitorem extra domum, non ducatur inuitus, id est non extrahatur inuitus de domo: *vt sup. de in ius vo. l. plerique.*

c ¶*Vinculis leuatus.* aliàs leuatus sit: aliàs legatus non sit. Accur.

d ¶*Seruatur.* id est custoditur, à nuntiis forte. ille [f] ergo demum est solutus, cui libera datur recedẽdi facultas: *vt ʒ. de libe. homi. exhi. l. ij. & de acqui. re. do. l. iij. in fi. & l. v. in prin. & fa. j. e. l. verũ est eũ qui in car. & l. vinculorũ. & sup. ex qui. cau. ma. l. succurritur. & l. in eadem.* Quod [g] ergo interim promittit, quasi in carcere sit, non tenet: *vt ʒ. quod met. cau. l. qui in carcere.* per quam potes hic ponere exemplum. Item de hac so. habes *sup. de depos. l. si hominem.*

e BOnorum.] *Ciuilis est.* iuris [h] fictione: vt [i] cum significantur ea quę bo. fi. possidemus ex empto vel simili causa, etiam si aliena sint, secundũ Azo. Naturalis [k], cũ ea possidemus quę nostri dominij sunt: *vt j. § in bonis.* 2 Vel dic ciuilis, cum significat hereditatem, bonorúm ve possessionẽ, *vt ʒ. vt in poss. ss. leg. l. is cui. §. bonorum.* vel ipsa bona in vniuerso: *vt j. eo. l. bonorum.* quæ omnia commodum & incommodum habẽt: *vt & ʒ. de bo. pos. l. j. & in in princ. & j. e. l. hereditatis appellatione.* Sed naturalis, quando afferunt commodum: vel si afferunt incõmodum, eo deducto quod superest, continetur ap. bonorum: *vt sup. eo l. subsignatum §. bona. & de iure do. l. mulier. & infra eo l. proprie.*

---

a Vnus turbã, rixã, vniuersitatẽ non facit.

* Graf. Ant. Aug. lib. 1. c. 1. b Lex Iulia de vi publica locum habet, quando vis est illata armis.

† Vide Valla in elegan. 6. c. 44.
* Flo. i. Aug. li. 4. c. 4.

† Vide Vall. ibidem. c. 5. 6. c Educationis verbo quid contineatur.

* Vulg. Cæteta quoque. d Amittendi & acquirendi differentia. e Alimenti & victus differẽtia.

† In strato. Valla ibidem cap. 46.

f Strata in plurali hic accipe, nõ in singulari vt h. ... hic autem obseruantes ... strata à via publica differre. l. 1. §. fin. ...

g Statuendi & pronũtiãdi differẽtia.

a Materfamilias tribus modis dicitur. † stragulam.

Cic. Top.

b Liberari & absolui idem.

c Obligatio tollitur solutione, vt quauis liberatione.

d Liberandi verbũ latius patet quàm soluendi. * id est, qui tametsi vocati non sequantur, inuiti tamen in ius duci non possunt. Duar. Lib. 1. disput. c. 4. e Legendum rubricam.

f Solutus quis dicatur.

g In carcere qui promittit, non obligatur.

h Fictione iuris bona ciuilia dicuntur. i Ciuilia bona appellamus quæ bona fide possidemus ex iusto titulo etsi aliena sint. k Naturalia bona quæ dicantur.

Trade ...

a ¶ *Prodesse.* & quod prodest, beat: sed ciuiliter etiam si non beant, tamen bona dicuntur, vt modò dixi.
b ¶ *Domini.* Hæc naturalis est appellatio: 2 Vel dic etiam ciuilis, si cum incommodo sunt, vel non afferunt commodum. *& ff. 3. de acquiren. do. & rem in bonis.*
c ¶ *Bona fide.* hæc ciuilis. vel dic etiam naturalis, quatenus pro sunt.
d ¶ *Aequè bonis.* id est ciuili appellatione bonorum. Azo. Vel etiam naturaliter in eo quòd beant. *& facit supra de action. & obligatio. l. actio in perso nam.*
e ¶ *Videntur.* subaudi ciuiliter.
f Nurus. Pone exẽplũ: legata non debentur nurui rupto testamento per contra tabu. nec a ergo pronurui: *vt ff. de lega. praestan. l. 1. ... §. nurus.* 2 Item pone. *ff. de posthu. l. ... & ... ff. ... & ff. ... l. generi. & l. so ... §.* Rẽ pone exemplum. *ff. de do. inter virum & vxo. l. ... §. ab vxoris & ... socerus.*
g Appellatione. ¶ Non vocatur parens in ius sine venia: quod nomẽ patris comprehendit superiores vtriusque sexus in infinitum: *vt hic, & supra de in ius vo. l. quique. §. parentes. ... §. parentes.* Et b hoc ex interpretatione: secus ex vacabuli significatione: *vt supra de grad. l. iurisconsultus. §. parentes.* quæ et ... at appellatione patris non continetur auus. *supra de ritu nup. l. ... in princip. & 9. non autem obest* ¶ Sed est arg. contra *infra cod. l. iusta interpretatio.*

liter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est, beatos faciunt. beare, est prodesse a.

1 ¶ In bonis autem nostris computari sciendum est non solùm quæ dominij b nostri sũt: sed & si bona fide c à nobis possideantur, vel superficiaria sint. Æquè bonis d adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. nam hæc omnia in bonis esse videntur e.

I. Idem *libro sexagensimoprimo ad Edictum.*

Nurus f appellatio etiam ad pronurum & vltra porrigenda est.

II. Gaius *libro vicensimotertio ad Edictum Prouinciale.*

Appellatione g parentis non tantùm pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

III. Vlpianus *libro sexagensimoprimo ad Edictum.*

Patroni appellatione & patrona continetur h.

Oratio coniuncta ponitur pro disiuncta: nisi iuris dispositio aliàs repugnet. disiuncta verò posita inter genus & speciem, ponitur pro coniuncta. soluta verò ad illam resoluitur ad quam facit qualitas & iuris dispositio adaptatur. Bartolus.

IIII. Paulus *libro quinquagensimonono ad Edictum.*

Sæpe ita comparatum i est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdum soluta k pro separatis. nam cum dicitur l apud veteres m, *Agnatorum n gentiliúmque*: pro separatione accipitur. at cum dicitur: *Super pecunia o tutelaue p sua q*: tutor r separatim sine pecunia dari non potest. & cum dicimus s: *Quod dedit aut donauit*: vtraque continemus t. cum verò dicimus u, *Quod eum dare facere oportet*: quoduis eorum sufficit x praebare. cum verò dicit prætor: *Si donum, munus y, operas z, redemerit a*: si omnia b imposita sunt, certum est omnia redimenda esse c. Ex re d ergo pro coniunctis habentur. si quædam e imposita sunt, cætera non desiderabuntur f.

1 ¶ Item dubitatum, illa verba, *Ope, consilio g*, quemadmodum accipienda sint sententiæ h coniungentium i, aut separantium k. Sed verius est (quod & Labeo ait) separatim accipienda: quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum l facit. sic enim alij condici potest m.

h Patrona. ¶ Continetur. ¶ Hoc ex eo, quod masculinum d concipit fœmininum: *vt sup. e. l. ... & sup. e. l. liberti. & sup. ... in prin.* Sed contra *sup. ... l. si cum patronus*, vbi dicitur quod patronus condicat eandem liber: & vt nubat, amittit petit. operarum. non sic in patrona. sed ibi speciale. & redditur ibi ratio illi quia non indecore præstantur patronæ.
i Sæpe ita comparatum. Aliàs computatum: & aliàs compertum: id est recitatum, & dictum. & no. quòd tria dicit: & exemplificat per ordinem.
k ¶ *Soluta.* Solutæ e rationes sunt, in quibus coniunctio non est copulatiua, vel disiunctiua, vel alia: & quidem quandoque pro separatis id est disiunctis accipiuntur: *vt infra ibi cum vero dicimus* quandoque pro coniunctis, licet hoc non dicatur hic: *vt ff. §. ... licet.* l) quòd si non appareat, ex mente proferentis accipitur: *ff. ... §. oratio.*
l ¶ *Nam cum dicitur.* ¶ Exemplum primi. & dic, gentilium, id est cognatorum. Sic ponitur *sup. ... §.* & supple hic sic. hereditas defuncti agnatorum gentiliúmque, ponitur hic, que, pro separatione id est disiuncta. nõ enim agnati cum cognatis admittũtur: sed post suos admittuntur agnati. & tertiò cognati: *vt sup. ... §. ... & quis ordo in b. o. pos. ser. l. j.* fuat & alia exempla vbi cõiuncta pro disiunctis accipiuntur: *vt sup. ... coniunctionem.* bene dico coniunctam pro disiuncta poni non tamen semper, sed propriè ponitur pluries: & hoc subicit, at cum dicitur, &c.
m ¶ *Apud veteres.* scilicet leges veteres. de f iure enim nouo sublata est differentia agnationis & cognationis: *vt in Authen. de here. ab inte. §. ... hoc.*
n ¶ *Agnatorum.* ista verba materialiter g ponuntur.
o ¶ *Super pecunia.* & hoc materialiter h.
p ¶ *Tutelaue.* supple liceat alicui cõdere testamentũ: tunc talis oratio accipienda est propriè scilicet pro coniuncta: quia tutor non datur nisi a in testamento, vel codic. test. cõfirmatis: *vt sup. de tu. l. ...* oportet igitur heredem institui. & ita de pecunia, id est de bonis (cum appellatione pecuniæ b & res continentur: *vt ff. de cond. ... pe. l. ...*) testari oportet vt teneat dato tutoris: sed contra testamentum bene teneret sine tutela: *vt Insti. de leg. ag. tu. §. j.* Vel ideo dicit pecuniæ tutelæue, quia non potest dari tutor, quin detur personæ & rebus: personæ tamen principaliter: *vt Insti. qui dari tu. po. §. certæ. & de excusa. §. datus. & supra de testa. tu. l. certarum. & l. seq.*
q ¶ *Suæ.* pupilli. passiuè: vel dic suæ, scilicet testandi, actiuè: qui eam dat.
r ¶ *Quia tutor.* nunc respondet.
s ¶ *Et cum dicimus.* hoc est exemplum secundi.
t ¶ *Continemus.* id est ex causa donationis dedi & ita disiuncta c pro coniuncta ponitur. *ff. de ... l. Quintus. ... & C. de ... l. generaliter. in prin. ... & ... authen. sed nouo ... supra. l. si quis ... hoc.*
u ¶ *Cum vero dicimus.* Exemplum tertij, vbi soluta ponitur pro disiuncta. Et dic, quod eum dare facere oportet: quòd iudex sic in sententia dixerit: condemno Titium in id quod eum dare facere oportet. cũ tamen certa sit quantitas vel factum. & in aliqua parte gestorum comprehensa: aliàs non teneret hæc sententia: *vt Cod. de sen. quæ sine cer. quanti. l. hæc sententia.* Vel pone in contractu: *vt sup. de verb. oblig. l. ... & l. stipulatur ... §. cum stipulamur.*
x ¶ *Quoduis eorum sufficit.* siue aliquid debuit dari, aut fieri. ac si diceret, promittis quicquid aut dari aut fieri, &c. & ita soluta d pro disiuncta ponitur: *sic supra de le. ... l. legatum.* & econtra quandoque pro coniuncta: *vt hic ...* cum vero dicit. *ff. supra de aur. & ar. leg. l. si quis ita.*
y ¶ *Donum, munus.* in quo hæc differentia habes. *ff. de ... l. inter donum.*
z ¶ *Operas.* scilicet diurnas.
a ¶ *Redemerit.* scilicet libertus à patrono, remoueatur patronus à contra tabu. *vt infra de bo. ... l. ... sunt.*
b ¶ *Si omnia.* & sic pro coniuncta.
c ¶ *Esse.* vt à contra tabu. remoueatur.
d ¶ *Ex re.* Vel dic, aliàs ex re, id est impositione rei vel facti, aliàs ex re, id est à patrono. 2 Vel dic ex re. id est veritate.
e ¶ *Si quædam.* vt munus tantum.
f ¶ *Non desiderabuntur.* scilicet quæ non sunt imposita. vt scilicet redimantur. sed sufficit redimi quæ sunt imposita: vt à contra tabu. remoueantur.
g ¶ *Illa verba ope, consilio.* forte talia erant verba in libris antiquis: ope & consilio alicuius furtum factum puniatur in duplum vel quadruplum. & hoc materialiter. Azo.
h ¶ *Ex sententia.* aliàs sententiæ. & supple an sint accipiendæ sententiæ coniungentium, id est eorum qui coniunctim dicebant orationem poni, aut contra, &c.
i ¶ *Coniungentium.* & sic coniungenda.
k ¶ *Separantium.* & sic separanda.
l ¶ *Furtum facit.* scilicet per alium.
m ¶ *Condici potest.* Puta ei qui tulit opẽ, potest cõdici: ei qui cõsiliũ præbuit, nõ: *vt Insti. de ob. ... ex deli. §. ope. & sup. de furt. ... l. ...* Sed videtur etiam qui tulit opẽ, nõ teneri cõdictione furtiua: *vt sup. de condi. furt. l. proinde. quæ est contra.* Sol. appellatur hic condictio, sc. certi generalis. Ibi cõdictionem furtiuã negat competere. vel

a Argumentũ à nuru ad pronurum.
b Parentis vocabulũ interpretatione ad omnes ascendentes: at nõ ex vocabuli proprio significatione extenditur.
c Patris appellatione non continetur auus.
d Masculinũ aliquando non cõcipit fœmininum.
e Oratio soluta quæ dicatur.
f Agnationis & cognationis differentia sublata.
g Materialiter verba interpretati.
a Tutor non datur nisi testamento vel codicillis confirmato.
b Pecuniæ appellatione res continentur.
c Disiuncta pro coniunctis interdum accipimus.
d Soluta oratio interdum accipitur pro iuncta, & è contra.

dic dari condic.id est personalem actionem. s.furti:sicut ponitur *Instit.de act.§.sicut ique.* vbi denegat condic. furti. Vel tertio,hic quoquo modo deuenit res ad eum qui tulit opem,ibi non. ¶Et potes hic breuiter dicere. generale [a] est vt quis de consilio non teneatur:*vt ʒ.manda.l.ij.§.fi.* nisi aliàs non erat ille facturus: *vt in eo. tit. l. si remunerandi. §.si tibi man. in fin.* §.& hoc si non est fraudulentum [b]: tunc enim est obligatorium: *vt j. ti.ij.l.consilij. & ʒ. de dol. quod si cū sciret.* Sed ac. fur.licet sit fraudulentum, locum nō habet: *vt in princ.huius glo.* nisi aliàs non erat ille facturus furtum. *arg.sup. de iniu.l.non solum. §.si mandato.& supra de fur. l.si quis vxori. §. neque.* a Quandoque tamen ex solo consilio tenetur quis [c]: licet ille aliàs erat facturus, vt in consilio dato seruo: *vt C.de fur.si quis. & ʒ. de ser.cor. l. j. §. persuadere.* 3 Si autem [d] opem & consilium simul adhibuit furto, tunc tenetur,licet ille aliàs erat facturus: & licet consilium nō habuerit principaliter, dum tamen secundario:*vt & ʒ.de fur.l.si pignore. §.pe. & Instit.de oblig.ex deli.§.ope.& ʒ. de fur. l. in furti actione. §.ope. & §.recte.* Accursius.

a Consilium dans non tenetur de consilio, nisi is cui datum est consiliū non erat facturus, sine consilio. Quinimo etiam eo casu quo consilium dedit tenetur, etiā is cui consilium dedit, id antea erat facturus.
b Consilium fraudulentum obligat.
c Quod est neque secundo furto: aliàs nō erat ... qui seruo. ... Gl. ... admittit. ...
d Consilio & opem ferens coniunctim tenetur, licet alter aliàs erat facturus.

alij non potest. Et sanè [a] post veterum auctoritatem eò peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, nec consilium [b] habuisse noceat, nisi & factum [c] secutum [d] fuerit.

LIV. VLPIANVS *libro sexagesimosecundo ad Edictum.*

Conditionales creditores [e] dicuntur & hi quibus nondum competit actio, est autem competitura [f]: vel qui spem habent vt competat.

LV. PAVLVS *libro sextodecimo breuis Edicti.*

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua [g] summoueri non potest [h]. Qui autem temporalem exceptionem timet [i], similis [k] est conditionali creditori.

LVI. VLPIANVS *libro sexagesimosecundo ad Edictum.*

Cognoscere [l] instrumenta, est relegere, & recognoscere. Dispungere est conferre [m] accepta & data.

1 ¶ Liberorum [n] appellatione continentur non tantùm qui sunt in potestate [o], sed omnes [p] qui sui iuris sunt: siue virilis, siue fœminini sexus sunt, éxve fœminini sexus * descendentes [q].

* fœminino sexu.

LVII. PAVLVS *libro quinquagesimonono ad Edictum.*

Cui † præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri [r] diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt debent, hi magistri [s] appellantur [t]: quinetiam ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur [u], vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari ** [x], à monendo vel monstrando.

† Vel, quibus præcip.

** appellamus.

1 ¶ Persequi [y] videtur & qui satis accepit [z].

LVIII. GAIVS *libro vicesimoquarto ad Edictum Prouinciale.*

Licet inter † gesta & facta videtur [a] quædam esse subtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς nihil inter factum & gestum interest.

1 ¶ Paternos [b] libertos rectè videmur dicere nostros libertos: liberorum [c] libertos, non rectè nostros libertos dicimus.

LIX. VLPIANVS *libro sexagesimooctauo ad Edictum.*

Portus appellatus est conclusus [d] locus quo importantur merces, & inde exportantur: eáque nihilo minus statio est conclusa, atque munita [e], inde angiportum [f] dictum est.

LX. IDEM *libro sexagesimonono ad Edictum.*

a ¶*Et sanè.* nunc contradicit prædictis.
b ¶*Nec consilium.* ad hoc vt teneatur.
c ¶*Et factum.* s.furtū.
d ¶*Secutum.* Vel ab eo,vel alio: *vt supra de fur.si is qui.§. si tu Titiū. & l. qui ferrum.* cum ergo hic finis cōtradicat Labeoni: aut dicā Labeonem male dixisse: aut quod melius est, vtrunque admittā: cum vnum alij non sit contrarium. vtrunque enim interuenire oportet vt sit furtum,& agatur furti:& secundum hoc coniunctim ponuntur vt hic in fi. sed cum diuersa sint dare consilium, & ferre opem: separatim secundum Labeonem sunt accipienda: vtpote cum alterum sine altero esse possit:imò nunquam simul sunt cum semper præcedat cōsilium,& sequatur opera.& secundum hoc Labeo soluit significationem verborum, dicens eam separatam & diuisam. veteres vero effectum agendi co siderauerunt:& sic vtrunq; est opus:& sic coniunctim intellexerunt. patet ergo ex prædictis, quòd coniuncta ponitur pro disiuncta.Item proprie.Item disiuncta pro coniuncta.Item soluta pro disiuncta. Item etiam pro coniuncta. Item soluta quo ad quid pro coniuncta:quos casus:vij. hic lege per ordinem.

e Conditionales creditores. de his dixi.supra eo.l.creditores.
f ¶*Competitura est.*quantum ad spem [e]: *vt Inst. de verb.obl. §.ex conditionali* & est competitura in euentum conditionis.

e Spes habetur ratio.

g Creditor.] Perpetua.facti pacti de nō agendo in perpetuum.
h ¶*Non potest.vt j.eo.l.debitor.& ʒ. tit. j.l.si quis obligatione. §.non potest.& sup.de act.& obli.is cui.§.si.*
i ¶*Exceptionem timet.* vt.ʒ. pacti facti de non petendo vsque ad annum.

f Perpetua exceptio cōpetit ex pacto de non agendo in perpetuum.

k ¶*Similis est.*quia sicut vnus expectat diem. sic alter condit.sed differunt in aliquo: *vt j.eo.l.cedere.* Item quantum ad condictionem indeb. *vt sup. de condi. indeb.l.si fuit.* 2 Vel dic,similis est conditionali creditori, cum conditio est omnimodo extitura.
k Arbitri sententia hodie quandoq. parit actionem.

l Arbitri sententia hodie sententiæ effectum habet.

n ¶ *Continentes.* ¶ Pone exemplum *ex l.C.de dila. l.j.§.si vero ex.* vbi dicit dandam dilationem sex mensium pro testibus qui sunt in continenti prouincia,ad locum iudicij.Ibi tamen de vna continente se:alij hic de continentibus se Italiæ. Accursius.

o ¶ *Modico freto.* i.brachio maris.

a ¶ *Instrumentorum.* Pone exemplum *ex. l. c. de dil. l. j. in prin.* vbi dicit gratia instrumentorum dandā dilationem. Item ex rub. *supra de fid. instrum.*

b ¶ *Separare.* q. d. quædam[a] propriè & verè sunt instrumenta: vt chartæ in quibus redigitur aliquid in scriptis, *& sic accipitur in auth. de fi. inst. in rub.*

2 ¶ Instrumentorum[a] appellatione quæ comprehendantur, perquam difficile erit separare[b]. Quæ enim[c] propriè sint instrumenta propter quæ dilatio danda sit inde dinoscemus, si in præsentiam[d] personæ quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui actū gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit cōstitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

C. Idem *libro secundo de Officio consulis.*

Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas vtrius sexus: item eorum[e] quæ ornamentis senatoriis vtuntur.

CI. Modestinus *libro nono Differentiarum.*

Inter stuprum[f] & adulterium hoc interesse quidam putant[g] quòd adulterium in nuptam, stuprum in viduam[h] committitur. Sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo[i] indifferenter vtitur.

1 ¶ Diuortium[k] inter virum & vxorem fieri dicitur[l]: repudium verò sponsæ remitti videtur: quod[m] & in vxoris personam non absurdè cadit[n].

2 ¶ Verum est morbum esse temporalem[o] corporis imbecillitatem: vitium verò, perpetuū corporis impedimentum: veluti si talum excussit[p] * nam & luscus vtique † vitiosus est.

3 ¶ Seruis[q] legatis etiam ancillas deberi quidam putant[r]: quasi commune nomen[s] vtrunque sexum contineat.

2 Quædam non verè, sed[b] ex interpretatione appellatione instrumentorū cōtinētur: vt puta[c] testes. Isti ergo ex interpretatione instrumēta appellantur, difficilè, i. nullo modo separari possunt ab instrumētis: *vt hic, & j. de fi. inst. l. j* quia sicut instrumēti[d] gratiā debet dari dilatio, ita & causa testiū: *vt hic subijcit, & d. l. C. de dila. l. j.* 3 Tertio dicitur[e] instrumētū apparatus fundi: *vt j. de fun. instru. & inst. leg. l. quæsitum in princ.* Accur.

c ¶ *Quæ enim.* Planius diceret, quæ tamē &c. ¶ & est sensus, si[f] vis scire, pro quibus instrumentis, id est testibus danda est dilatio: inde cognoscas quia si petitur præsentia talis personæ quæ possit instruere, detur, aliàs nō cū[g] causa cognita debeat dari: *vt C. de dila. l. j. § fi.* Et ponit de hoc exemplum: puta si petiē dilatio ad præsētiā eius personæ quæ &c. putem videri &c. supple, & ideo dandā. ¶ & dic pactum[h] gerere, & esse actorem, pro eodem ponit. 2 Vel actū i. alienis rebus actor. i. castaldus in dominicis. 3 Vel primo administrauit, secūdo non. ¶ Vltimo no. hic argu. expresū. q. [i] seruus de eo quod in seruitute vidit, potest ferre testimoniū liber factus. Itē pro hoc quod[k] nō prohibetur, *vt j. de testi. l. j § j.* sic[l] & de pupillo no. *j. de testi. l. iij. § lege.* & hoc nisi[m] vbi lex ad substantiam negocij exegerit certum numerum testiū: vt in testamentis, vbi tempore testamēti exigit' idoneus. Alij dicunt hic cum tormentis vt seruum meum audiri, & nō aliter. ¶ Sed ar. contra *supra de Carbo. edi. l. i. §. duæ. ibi, propter temporis. &c.* vbi dicit quòd propter[n] temporis interuallum mutatur fides testis: sed hic de malo in statum bonum: ibi contra, i. de homine bonæ famæ in infamem. Accur.

d ¶ *In præsentia.* id est propter dilationem non dandam.

e Speciosas.] *Eorum.* ¶ scilicet personæ. & quia dicit sexus, collige quod filia[o] senatoris est clarissima: sed eius filij[p] sequuntur virum: *vt j. de sena. l. liberos.* Accur.

f Inter stuprum. ¶ Pone exemplū: *vt supra ad leg. Iul. de adul. l. inter liberas. §. lex.* vbi habes idem.

g ¶ *Putant.* & bene.

h ¶ *Viduam.* ¶ vel virginem, vel puerum: *vt supra de adul. l. stupru. §. j.* nam & pœnæ eorum differunt[q]. pœna enim adulterij est *vt C. de adul. l. quamuis. in fi. & auth. ibi posita.* Stupri pœna est *Insti. de pub. iudi. §. sed eadem lege.* nisi in casu: *vt ibi in prin. §. item lex Iulia. et supra de adul. l. si adulterium. §. nec vnquam. & § incestum.* in eo quod dicit coercitionem. nam multimodè ibi distinc. de vidua intellige, nisi sit meretrix: *vt C. de adul. l. si ea.* vel licita concubina: *vt supra de concubi. l. pe.* Accur.

i ¶ *Hoc verbo.* id est his verbis indifferenter vtitur. Accur.

k ¶ *Diuortium.* exemplum accipe ex toto tit. *j. de diuor. & repud.* quæ exponit hic, & habes idem infra eo. *l. inter diuortium.*

l ¶ *Dicitur.* propriè.

m ¶ *Quod.* repudium.

n ¶ *Cadit.* ¶ In larga significatione. & sic vxor[a] dicitur repudiari quandoque impropriè: *vt & j. de ritu nupt. l. si quæ. in prin.* & econtra[b] diuortium [illegible] non est matrimonium. *vt j. de con. dic. ob cau. l. quod Seruius.*

a Instrumentorū alia propriè instrumēta, alia impropriè.
b Ex interpretatione quæ sunt, verè non sunt.
c Instrumentorum appellatione testes continētur.
d Dilatio datur instrumēti gratiā.
e Instrumentum pro apparatu fundi.
f Dilatio datur instrumētorū, & testiū causa, si tales sint testes, vt instruere possint.
g Dilationes non datur nisi cā causa cognita.
h Actum gerere, & actorē esse differūt.
* Luscus sit † itaque.
i Testimoniū ferre de eo quod in seruitute vidit seruus, potest.
k Remittitur quod nō prohibetur.
l Testimoniū ferre potest pupillus de eo quod vidit cū esset pupillus: nisi idoneus testis exquiratur actus tempore.
m Testes in testamentis idonei esse debent, ipso testamenti tēpore.
n Testis fides mutatur, propter temporis interuallum, quoties nimirum status testis, ex bono in malum mutatus est.
o Senatoris filia clarissima: senatoris filia liberi, sequuntur patrē non matrem.
q Stupri & adulterij pœna differentia.

CII. Idem *libro septimo Regularum.*

Derogatur[t] legi, aut abrogatur. derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

CIII. Idem *libro octauo Regularum.*

Licet capitalis[u] latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur[x]: tamen * appellatio capitalis[y], mortis[z] vel amissionis ciuitatis intellegenda est.

CIIII. Idem *libro secundo Excusationum.*

Τῶν τέκνων προσηγορία καὶ εἰς τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. [id est natorum[a] appellatio & ad nepotes extenditur.]

CV. Idem *libro vndecimo Responsorum.*

Modestinus respondit[b], his verbis, *Libertis libertabúsque meis:* libertum libertæ testatoris non contineri.

CVI. Idem *libro singulari de Præscriptionibus.*

Dimissoriæ[c] literæ dicuntur, quæ volgo apostoli[d] dicuntur. Dimissoriæ autem dictæ, quòd causa ad eum qui appellatus est, dimittitur.

CVII. Idem *libro tertio Pandectarum.*

Adsignare[e] libertum, hoc est, testificari cuius[f] ex liberis libertum eum esse voluit.

CVIII. Idem *libro quarto Pandectarum.*

Debitor intellegitur is, à quo inuito exigi[g] pecunia potest.

o ¶ *Temporalem.* vt febrem. sed Sabi. etiā perpetuo ponebat: *vt j. de ædil. edi. l. j. §. sciendum.* Accur.

p ¶ *Luscum.* ¶ Aliàs luciosus, tunc dic qui[c] lumine adhibito nihil videt: *vt j. de ædil. edi. l. item Offilius. §. iustitionem.* & aliàs, si talū excusit: vt qui talum habeat ruptum.

q ¶ *Seruis.* ¶ Idē habes *j. de leg. iij. l. seruis. & facit. j. e. l. detestatio. §. j. & quod d. xi. j. eo. l. j.*

r ¶ *Putant.* & bene.

s ¶ *Commune nomen.* ¶ Significatione, non voce, vel figura verborum: *vt j. eod. l. quisquis mihi.* Accur.

t Derogatur. ¶ Da exēplum *j. de pac. dot. l. Bebius. in fi.* & de abrogare dic *vt j. de legi. & senatusc. l. de quibus. in fi.* Accur.

u Licet capitalis. Scilicet pœna. Accursius.

x ¶ *Videatur.* Et sic accipitu: large & impropriè. *j. de accu. l. hos accusare. §. omnibus. & ar. j. de uer. cog. l. cognitionum. §. existimatio.*

y ¶ *Capitalis.* scilicet pœnæ. Accur.

z ¶ *Mortis.* ¶ s. pœna. & sic propriè[e] accipitur *supra de publ. iud. l. j. & de pu. l. ij. l. capitalium. in princ. & j. si quis cau. l. sed & si quis. §. rei. & j. de bono. pos. l. edicto. §. rei. & de iur. pa. l. cum patrono. §. Labeo.* Accur.

a Natorum. Expositio Græci.

b Modestinus respondit. ¶ Pone exemplum supra *de ali. leg. l. alimenta.* vbi legatis alimentis libertis, non cōtinētur isti. Item pone exemplum supra *de leg. iij. l. pater. §. duobus.* vbi rogauit testator ne fundus libertis relictus, exeat de nomine suorum: vbi dicitur quòd isti tales non admittuntur ad vindicationem vt liberti. ¶ Item no. hic argu. quòd vasallus[f] vasalli non est primi vasallus: *sic j. pro socio. l. nam socij. & facit. j. eo. l. licet. §. pe.* Accursius.

c Dimissoria. ¶ Appellatione interposita scribit primus iudex ad iudicem appellationis in hunc modum: Notum[g] sit vobis, quòd talis à sententia mea qua condemnatus erat, ad vos appellauit: vnde ad vos eum remitto. istæ literæ sic appellantur *vt hic dicit, & j. de libel. dimiss. l. j.* Accur.

d ¶ *Apostoli.* quasi missi &c. Accur.

e Adsignare. ¶ Exemplum accipe ex ipsis rubricis *supra de assignand. lib. & Instit. eo.* ¶ Et dic quòd hæc assignatio fit[h] vel testamento, vel nutu, vel codicillis, vt inter viuos: *vt j. de assi. lib. l. j. § assignare.*

f ¶ *Cuius.* ¶ Et eius erit, ac si ab eo solo esset manumissus: *vt j. de assi. lib. l. j. § j.*

g Debitor.] Exigi. ¶ Hoc[i] propriè est exigere. s. ab inuito extorquere: *vt hic, & sup. de lega. iij. l. fideicom. §. si rem suam.* nam verba &c *vt s. p. ne quis eum qui in ius voca. l. pen. §. edocere.* & strictè[k] dicitur hic debitor, aliàs largius: *vt supra de cond. ind.*

a Repudiari vxor impropriè dicitur.
b Diuortium interdum dicitur, vbi nō est matrimonium.
c Lusciosus quis.
* Sic Flo. alij libri habent. nō tamen alij pœnæ tamē. &c. sed rectè Flo. & ita Haloan. l. vi. vel prohibiti.
† Vide hic Alc. in lib. diff.
d Capitalis causa impropriè sumitur pro causa existimationis.
e Capitalis causa propriè dicitur, quæ mortem infert, vel amissionē ciuitatis.
f Vasallus vasalli, non est primi vasallus.
g Dimissoriarum litterarū formula.
h Adsignatio liberti vt fieret.
i Exigere propriè est, ab inuito extorquere.
k Debitor interdū largius interdū strictiùs accipitur.

l. in diem. aliàs largissimè pro cõditionali: ut ff. de a l. & obli. l. in cu. in princ. & etiã pro natur. li. b: ut ff. in fid iusso. l. fid. iussor. §. fi. dei. sse. sed quo ad quædam non quo ad omnia tales sunt credito res: & sic ff. ea. l. creditores, & ff. de fun. de. l. in fin. Accur.

a ¶ Bonæ fi lei. ¶ A ienam esse. sed vendentis eam credidit esse, & habes exemplum fecit. de rerum di. §. si quis à non domino. & ff. pro emptor. l. si quis cum sciret. & supra de cõtrahen. empt. l. qui à quolibet. & hoc semper præsumitur: ut supra de proba. l. verius. & C. qui mili. non poss. l. super servis.

b ¶ Procuratorem. Pone exemplũ ff. pro emp. l. si. in fi. De tutore pone exemplũ de publ. l. quæcunque. insi. & dicuntur ibi. ¶ At cõtra mala fidei est, qui contra legis interdictũ emit: ut C. de agric. & cẽ l. quemadmodum. in fin. Item & qui domino contradicente: ut & de rei vi. l. si fundũ. Itẽ & qui dolo inducens venditorẽ: ut C. de resci. vend. l. si dolo. & l. dolus. Item qui emit ab eo quẽ scit vendere nõ posse, ut à pupillo: ut d. l. qui à quolibet. in fi. & fatis C. de his qui. ut in dic. l. j.

c ¶ Sequester. ¶ Hoc idem exemplũ habes. sup. depos. l. licet in princi. & l. propriè. Accursius.

d ¶ Occurrenti. i. subvenienti eis. R. ¶ Sed quæ actio in eũ datur? ¶ Dic depositi sequestraria: ut ff. deposi. l. ei apud quẽ §. j. licet quidam dẽt præscrip. ver. arg. ff. de præscript. ver. l. si rem. §. fi. ¶ Item an possessio in eũ transeat: dic ut sup. de acq. poss. l. inter. Accur.

e ¶ Cẽsere. ¶ Da exẽplũ ff. depo. l. r. l. item veniunt. §. cum autem in fine. Item da exemplum ff. de acquir. hæredi. l. ergo. §. illum. Accursius.

f ¶ Censoris. quis colligit censum: ut ff. de censi. l. 4. §. post deinde. nam ipse iudicat & disponit super tributis ad æquandis: ut ff. de cens. l. forma. §. illam. Accur.

g ¶ Item de hoc ff. eo. l. litus.

h ¶ In lacu. ut eatenus porrigatur ut publicum dicatur, & in eo liceat navigare: ut ff. ut in flu. pub. na. l. j. in prin.

i ¶ Privatus est. s. lacus quod esse potest: ut lacus Sabatan. Angularius. ut ff. de contrahen. emp. l. Rutilia. nec in eo licet extraneo navigare: ut ff. ut in flu. pub. l. j. §. si privata. nec piscari: ut supra de iniur. l. iniuriarum. §. fin.

k ¶ Morbus fonticus. Da exemplum ut ff. l. si quis cau. l. ij. §. si quis in iudicio. & de re iudi. l. quæsitum. ubi dicitur morbum fonticum differre iudicium. & quod dicit, cuique rei agendæ, ut quia sit continuus: & sic nocet cuique rei agẽdæ: ut ff. de ædil. ed. l. si. §. si. & l. ob quæ. §. illud. eliàs incipit. §. illico.

l ¶ Solvẽdo. Da exemplũ Insti. de ob. ex. delic. §. fullori. & ff. de furt. l. itaque. quib. dicitur quòd datur actio fur. fullui, si est solvẽdo. ¶ Itẽ nõ quò videtur aliquid esse, nisi perfectũ fit: ut ff. de ædil. l. j. §. edere non videtur. & C. de his qui. ut indig. l. cum Silanianum. in g. ¶ Sed arg. contra. ff. de rit. nup. l. id. Item contra. j. titu. j. l. nemo dabit. Sed hæc secundum illam. sc. per se, vel per alium. Accur.

m ¶ Quæstio est. Proprietates quatuor vocabulorum denotat hæc lex: plerunque tamen unum pro alio ponitur. Accur.

ff. Novum.

CIX. IDEM libro quinto Pandectarum.

Bonæ† fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam rẽ alienam esse[a]: aut putavit eum qui vendidit, ius vendendi habere: puta procuratorem[b] aut tutorem esse.

CX. IDEM libro sexto Pandectarum.

Sequester[c] dicitur, apud quẽ plures eandẽ rem, de qua cõtroversia est, deposuerũt: dictus ab eo, quòd occurrẽti[d], aut quasi sequenti eos qui contendunt, cõmittitur.

CXI. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio.

Censere[e] est constituere & præcipere: unde etiam dicere solemus, censeo hoc facias & senatum* aliquid censuisse. inde censoris[f] nomẽ videtur esse tractum.

CXII. IDEM libro undecimo ex Cassio.

Litus[g] publicum est eatenus, quà maximè fluctus exæstuat. idemque iuris est in lacu[h], nisi is totus privatus[i] est.

CXIII. IDEM libro quartodecimo ex Cassio.

Morbus fonticus[k] † est, qui cuique rei nocet.

CXIIII. IDEM libro quintodecimo ex Cassio.

Solvendo[l] esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.

CXV. IDEM libro quarto Epistolarum.

Quæstio[m]* est, fundus à possessione vel agro vel prædio quid distet. Fũdus est omne quidquid[n] solo tenetur. Ager est, si species fundi ad usum hominis comparatur[o]. Possessio ab agro[p] iuris proprietate[q] distat. quidquid enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos nõ pertinet, aut nec potest pertinere[r]: hoc possessionem appellamus. Possessio ergo, usus[s]: ager, proprietas[t] loci est: prædium, utriusque suprascriptæ[u] generale nomen est. nam & ager, & possessio, huius appellationis[x] species sunt[y].

CXVI. IDEM libro septimo Epistolarum.

Quisquis[z] mihi alius filiusve heres[a] sit, Labeo non videri filium contineri: Proculus contra. Mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus[b] mentem testantis. Respondit, Non dubito quin[c] Labeonis sententia vera non sit.

Quia glossa non declarat, dic casum. Promiseras mihi solvere. 9. Carthagini. in solvendo fuisti in mora: & sic teneris mihi ad interesse. si solvis sortem, & ego accipio sponte, liberaris ab interesse: & minus non dicerũ solvisse, cùm contra te in plus actio non competat. h. d.

CXVII. IDEM libro nono Epistolarum.

Non potest[d] videri minus solvisse, in quem amplioris summæ actio non competit[e].

CXVIII. POMPONIVS libro secundo ad Q. Mucium.

Hostes[f] hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decrevimus: cæteri latrones[g] aut prædones sunt.

n ¶ Omne quidquid. nimis largè ponitur: sed intellige, id est tam prædium rusticum, quàm urbanum, ut j. ed. fu. ici.

o ¶ Comparatur. ut coluatur & seminetur: & sic prædiũ rusticũ tãtũ: ut j. e. l. fund. §. ult. re. sic ergo fundus genus est, ager species est.

p ¶ Ab agro. à fundo debuit dicere, ut ex principio colligit: sed in notanda differentia à possessione, non refert inter agrũ & fundum. Accursius.

q ¶ Iuris proprietate. clarius diceret ecõtra, iure proprietatis[b]. nã in altero est proprietas, in altero non. & hoc probat, quicquid enim &c.

r ¶ Nec potest pertinere. ut homo liber, quẽ quãdoq; possidemus.

s ¶ Usus. ¶ Aliàs ius. Sed certè imò nulla possessio, quæ sit usus: & nullus usus, qui sit possessio, utpote cũ nõ sequitur: utitur, ergo possidet: & si possidet, ergo utitur: Sed sic expone[c]: possessio est usus, i. dicitur in his rebus quæ possideri possunt gratia usus, nõ gratia proprietatis. & sic strictè accipitur hic possessio. s. sine proprietate: plerũque tamẽ & cũ ea est. & sic est magis subtilis quã utilis hæc differentia. 2 Vel dic pos. est usus, id est similis usui. nã sicut nõ est dominus qui usum solum habet: sic nec qui solam pos. habet.

t ¶ Proprietas. ¶ Cũm enim dico me habere agrum: proprietatẽ me habere significo. Sed si[e] dico me habere possessionẽ, cũ habeo proprietatẽ: improprie loquor: ut ff. e. l. interdũ. Sed si dicerẽ, habeo proprietatẽ & pos. cũ utrunq; habeã, propriè loquor. Accur.

u ¶ Suprascriptæ. scilicet significationis. Accursius.

x ¶ Appellationis. sc. prædij. Accur.

y ¶ Species sunt. sed omnia ista in alia significatione sæpe accipiuntur: ut ff. e. l. interdum. & j. eo. l. fundi.

z ¶ Quisquis. Instituit filios & extraneos: & uni filiorum substituit pupillariter his verbis: quisquis &c. ad hoc facit. ff. de vulg. sub. l. qui libera. §. fin. 2 Vel etiam dic quòd de directa institutione loquatur.

a ¶ Heres sit. vel sint.

b ¶ Proculus. pro Labeone, j. e. Servius, pro Proculo. ff. e. l. insuper. §. §.

c ¶ Quin. i. ¶ Quòd: ut non sint duæ[f] negationes: quia iam affirmarent: ut j. eo. l. duobus. quod non vult facere, imò negare: ut & ff. de testa. tut. l. si quis ita.

d ¶ Non potest. Pone exemplum per. l. ff. de eo quod cer. lo. l. fin. in fin. item per l. C. depo. l. ij. Accur.

e ¶ Actio non competit. Vel retentio: alioquin contra: ut C. etiam ob chirographi. l. j. secundum Azo. melius inducitur, C. de usur. l. per retentionem.

f ¶ Hostes. ¶ Ea quæ ex hostibus capimus, nostra sunt: ut Insti. de re. di. §. item ea, nunc qui sint hostes dicit. ¶ Et not. decrevimus: alioquin licet[g] non sint amici, non tamen sunt hostes: ut ff. de cap. & po. & fa. l. hostes. in eo tit. & j. eo. l. quos nos. Accursius.

g ¶ Latrones. à latendo in sylvis, vel alibi publicè tamen postmodum rapiunt: & sic latrones & prædones ponit pro eodem.

Marginal notes (left):
a Debitor interdum sumitur pro creditore. h. debitore.
b Debitorum alij natura, alij iure civili debitores.
c Bona fides est ignorantia rei alienæ, seu iuris alieni ad de l. si constitit. sup pro soluto. & quem fundum. sup. de adquir. poss.
† C. cap. 109. & 110 præpostere scribebantur in Noricis & vulg. nã ea esse invertenda, monebant literæ margini adscriptæ. Ant. Aug.
d Mala fidei quis dicatur venditor aut emptor.
* Fia semet.
e Sequester re netur depositi actione sequestraria, vel præscriptis verbis.
† Vide Crinit. lib. 15. c. 10. & de Baudio 20. ca. 1.
f In sequestrẽ utrum transeat possessio.
* Vide Laur. Valla lib. 4. elegan. c. 53. & lib. 6. cap. 41.
g Censor pro censitore, & quis fuerit.
h Censitoris munus fuit iudicare de tributis.
i Lacus aliquos privatos esse posse.
k In lacu privato, non licet navigare, nec piscari non licet. Idõ ubi morbus qui dicatur.
m Perfecta aliter esse, alio non videtur.

Marginal notes (right):
a Fundus agro collatus generis vim tenet.
b Possessio ab agro differt iuris proprietate.
c Possessio quo sensu dicatur esse usus.
d Agri appellatione intelligitur agri proprietas.
e Possessionis vox proprie non refertur ad dominiũ.
f Negationes duæ affirmãt. De usu negationis pulchrè Budæ. sup. de ru. emp. l. ea lege.
g Hostis non continuò habetur, quia amicus nõ est. Potest enim amicus non esse, & tamen hostis non esse.

a ¶ Hereditatis.] etiam damnosam: vt & supra. de hered. insti. l. ex facto. §. cum hoc ita. sic & peculium: vt & supra de pecu. l. peculium. §. penult.

b ¶ Iuris est. vt j. eo. l. pe. unia. §. hereditas. Accur.

c ¶ Sicuti bonorum. sic etiam est damnosa: & iuris est nomen: vt j. de bono. possess. l. ij. in prin. & §. bonorum. sic videtur in appellatione bonorum: vt j. eo. l. bonorum. Sed in hoc est arg. cōtra. j. eo. l. sub signatum. §. bona. & l. propriè bona. sed hoc no. j. e. l. bonorum. Acc.

d Verbis. xij. tabula, quæ referuntur Institu. ad leg. Falcidia in prin.

e ¶ Videtur. etiam vltra dodrantem. & nō in legatis tantum, sed & in aliis.

f ¶ Coangustatum. dictum ius. Accur.

g ¶ Legum. veluti le. Fal. & sup. ad l. Fal. l. j. & Instit. ad l. Falci. circa prin. Vel Æliæ Sentiæ circa libertates: vt Instit. qui ma. non poss. in princ. & §. eadem. ¶ Item inspicit an habeat factionem testamenti qui relinquit, vel cui relinquitur, ex legibus iurisconsultorum: vt Instit. de here. qua. & diffe. §. in extraneis. Accursius.

h Vsura.] Non est. i. nō semper vbi venit vnum, ibi venit reliquū: vt in mala fid. pos. hereditatis, qui de percipiendis fructibus tenetur: vt supra de pet. he. l. sed & si lege. §. quod autem ait. Sed de vsura pecuniæ non, si eam non attingat: vt sup. de pe. here. l. si possessor. in princ. Sed tamen plerunque vbi venit vnū & reliquum: vt arg. sup. de vsur. l. vsurae.

i ¶ Alia causa. extrinseca, nam est accessio ciuilis, sed fructus naturalis: vt j. de rei vin. l. si nauis.

k Seruius. alias Seruius: & alias Hennius.

l ¶ Hosce. syllabica adiectio est: vt & alias sup. de aqua pluuia arcenda l. vicinum.

m ¶ Quem. sexum.

n ¶ Positus. numerus. ¶ Et sic not. quod si posuisset singularem tantum, licet in masculino, comprehenderet omnes. Item si in plurali, similiter comprehenderet omnes: vt supra de testa. tu. l. si quis ita. sed vbi vtrumque simul, quia bis ponit masculinum, nō comprehenduntur foeminæ: vt hic.

o ¶ Non iuris. quia ius est expeditum: vt dixi sup. scilicet quòd foeminæ non continentur.

p ¶ De filio. scilicet tantum non de filiabus. Accur.

q ¶ Videtur. vt sup. eo. l. quisquis. & arg. sup. de le. iij. l. si plures gradus. Accursius.

r Verbum.] Confirmari. ante testamentum facti non aliter olim valebant, nisi per subsequens testamentum confirmarentur: vt sup. de iur. co. l. ante testamentum. vt & C. de codic. l. l. fine. Sed hodie contra: vt Inst. de codi. §. non tantum.

s ¶ Scriptum erit. sup. confirmo, vel do, vel lego.

t ¶ Interpretandum est. ¶ s. quòd præteritos confirmet. & habēs hunc casum: sup. de iur. co. l. Plotiana. sic aliàs erat in domo tempore mortis, id est solitus erat esse: vt sup. de aur. & argen. leg. l. si vxoris. §. cum ita. & de his sup. e. l. verbum oportebit.

u ¶ Solutus. i. liberatus.

x ¶ Alligatus. aliàs obligatus.

y ¶ Sed ad præteritum. ¶ Sic dicimus, amatus sum vel fui. sum enim verbum præteriti temporis non est: sed vice præteriti temporis fungitur.

z Hæc verba. ¶ Licet dicat hæc verba, non tamen est quæstio nisi de coniunctione aut: & quod subiicit, ille aut ille, &c. sup. decessit testatus vel intestatus.

a ¶ Sunt. & primo de disiunctiua vsque illuc, ita simili &c. postea de subdisiunctiua vsque in fi. quandoque etiam ponitur pro coniunctiua: vt j. e. l. sæpe.

b ¶ Ita. ¶ q. d. sicut verbum aut, potest esse disiunctiuum, sic & subdisiunctiuum. hic tamen subdiuidit. Dic ergo verbum. s. aut.

c ¶ Subdisiunctiui. ¶ Subdisiunctiuorum duo sunt genera. in primo non potest vtraq; pars in eodē tempore eidem inesse. Item potest vtraq; pars eidem abesse. in alio genere econuerso. s. est necessarium q vna debeat abesse, vel vtraque debeat inesse. Accur.

d ¶ Finibus. fines appellat extremitates, scilicet sedet & ambulat: sed stare, est medium.

e ¶ Vt possit. q. d. non est ita verum vt possit esse vtrunque, sicuti verum est quòd possit esse neutrum.

f ¶ Ambulat. hæc quidem vera est: quia non profertur ob hoc vt denotet alterum illorum ex necessitate esse oportere: sed vt significet vnum cum altero nō posse simul. Az.

g ¶ Accumbit. i. iacet. similem casum notauit hic Ir. vbi est neutrum: dicens, qui ambiguè loquitur, nō vtrunque significat: sed id quod vult. sed si aliud dicit quàm quòd vult, non id dicit quod vox significat: quia nō vult: neque id quod vult, quia id non loquitur: veluti aliquis volebat alium scribere heredē, & alium scripsit quem noluit. veluti frater meus patronus meus heres esto. nam ille qui scriptus est, non est heres: quia de eo noluit. Item ille quem voluit, non erit: quia eum non scripsit: & sic aliud loquitur, & aliud vult: vt sup. de here. instit. l. quotiens. Irn. & supra de re. du. l. in ambigua. H. Sed hæc gl. non ponit de disiuncta vel subdisiuncta. Item & alium casum ponit H. quando neutrum est: veluti cum haberet quis duos filios, & vnum exheredare volens ita dixit: filius meus exheres esto. Vel cum voluit Titium esse tutorem filij sui, dixit, Titius tutor esto. cum duo essent. nullus

CXIX. Idem libro tertio ad Quintum Mucium.

Hereditatis appellatio sine dubio continet etiam dānosam [a] hereditatem. iuris [b] enim nomen est, sicuti bonorū [c] possessio.

CXX. Idem libro quinto ad Quintum Mucium.

Verbis [d] legis duodecim tabularum his *Vti legassit suæ rei, ita ius esto*: latissima potestas tributa videtur [e] & heredis instituendi, & legata & libertates dādi, tutelas quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum [f] est vel legum [g], vel auctoritate iura constituentium.

CXXI. Idem libro sexto ad Quintum Mucium.

Vsura pecuniæ quam percipimus, in fructu non est [h]: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa [i] est: id est noua obligatione.

Si quis dixit, filio filiisque meis tutorem do: etiam filiabus dedisse videtur. h. d.

CXXII. Idem libro octauo ad Quintum Mucium.

Seruius † [k] ait, si ita scriptū sit, *Filio filiisque meis hosce [l] tutores do*, masculis dūtaxat tutores datos: quoniā † singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse, cōtinentem eundem sexum, quem [m] singularis prior positus [n] habuisset. Sed hoc facti, non iuris [o] habet quæstionem. potest enim fieri, vt singulari casu de filio [p] senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. quod magis rationabile esse videtur [q].

Hoc verbum erit, significat quandoque præteritum tempus: vt si in testamento dico: quod in codicillis scriptum erit, confirmo: & prius eos feceram, confirmari dicuntur codicilli illi. Item hoc verbum est, non semper præsens tempus significat. & vide exempla in tex.

CXXIII. Idem libro vicesimosexto ad Q. Mucium.

Verbum [r] erit, interdū etiam præteritum, nec solum futurum tempus demōstrat: quod est nobis necessarium scire, & cū codicilli ita confirmati [s] testamento fuerint, *Quod in codicillis scriptū erit* [t]: vtrumne futuri temporis demōstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat. Quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est [t]. Quemadmodum autem hoc verbum *est*, nō solum præsens, sed & præteritū tempus significat: ita & hoc verbum *erit*, nō solum futurum, sed interdum etiā præteritum tempus demonstrat. nam cum dicimus, *Lucius Titius solutus* [u] *est ab obligatione*: & præteritum & præsens significamus: sicut hoc, *Lucius Titius alligatus* [x] *est*. Et idem fit cum ita loquimur, *Troia capta est*. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur iste sermo, sed ad præteritum [y].

Vide bene glos. huius legis, & habebis casum eius.

CXXIIII. Proculus libro secundo Epistolarum.

Hæc verba [z], *Ille aut ille*, non solùm disiunctiua †, sed etiam subdisiunctiuæ orationis sunt [a]. Disiunctiuū est veluti cū dicimus, *Aut dies, aut nox est*: quorū posito altero necesse est tolli alterum: itē sublato altero poni alterum. Ita [b] simili figuratione verbum potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiui [c] * autem genera sunt duo: vnum, cum ex propositis finibus [d] ita nō potest vtrumq; esse, vt possit [e] neutrum esse: veluti cum dicimus, *Aut sedet, aut ambulat* [f]. nam vt nemo potest vtrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum: veluti is qui accumbit [g]. Alterius generis est, cū

a Damnosa etiam continetur hereditate & peculio.

b Bonorum possessione vt & bona nominata, sunt damnum etiā continentia.

* citat cōsilt vt alias solēt nostri auctores. & fortè legendum legassit. &c. suæ rei &c.

c Testandi libertas variis legibus restricta.

† In Vulg. Hennius.

d Malæ fidei possessor tenetur de fructibus percipiendis hereditatis: at nō de vsura pecuniæ, si eam nō attingat.

† quoniam à sing.

e Vsuræ & fructuum percipiendorū differentia.

f Vsuræ & fructuum similitudo.

g Vsura est accessio ciuilis, fructus naturalis.

h Syllabica adiectio.

i Ius expeditum at nō factum.

k Codicilli ante testamentum facti hodie valent etiam si per subsequens testamentum non confirmentur.

a Esse videntur quæ solita sunt esse.

† Tempus prō alio ponitur. concor. tex. in c. ... Paulus ... tex. ... Christo. de ... ex ... Pastor ... de ... contra.

b Aut particula potest esse disiunctiua vel subdisiunctiua. * hic.

c Subdisiunctiuorū duo genera.

† disiunctiuum.

* subdisiunctiuorum.

d Ambiguè loquens, quid intelligatur dicere.

ex propositis finibus ita non potest[a] neuter[*] esse, vt possit vtrúque esse: veluti cùm dicimus, *Omne animal aut facit*[b], *aut patitur*. nullum est enim[c] quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul[d] & facere[e] & pati.

Vide. l. auus supra de iure dotium. §. 1. hic per glos. allegatam: & bene habebis casum huius legis.

CXXV. IDEM *libro quinto Epistularum.*

NEpos Proculo[f] suo salutem[g]. Ab eo[h] qui ita dotem promisit: *Cùm commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*, putásne protinus nuptiis factis dotem peti posse? Quid si ita promisisset: *Cum potuero, doti erunt*[i]? Quòd si aliquam vim habeat[k] posterior[l] obligatio[m], *possit* verbum[n] quomodo interpretaris? vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus. Cum dotem quis ita promisit: *Cum potuero, doti tibi erunt centum*: existimo ad id quod actum est, interpretationé redigendá esse. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur quod ex his quæ significantur, sensit[o]. propius est tamen, vt hoc eum sensisse existimem, deducto ære alieno potero[p]. Potest etiam illa accipi significatio, cum salua dignitate[q] mea potero. quæ interpretatio eo magis[r] accipiéda est, si ita promissum est, *Cum commodum erit*. hoc est, cum sine incommodo † meo[s] potero.

CXXVI. IDEM *libro sexto Epistularum.*

SI cum fundum tibi darem[t], legem[u] ita dixi, *Vti optimus maximúsque esset*, & adieci, ius fundi deterius factum non esse per dominum[x], præstabitur[y]: amplius eo[z] præstabitur nihil. etiam[a] si prior pars qua scriptum est, *Vti optimus maximúsque sit*, liberum esse significat[b]: eóque[c] si posterior pars adiecta nó esset liberum præstare deberem: tamé inferiore[d] parte satis me liberatum puto, quod ad iura[e] attinet ne quid aliud præstare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non esse.

CXXVII. CALLISTRATUS *libro quarto de Cognitionibus.*

VEstis appellatione[f], tam virilis[g] quá muliebris, & scenica[h]. etiam si tragica[i] aut citharœdica[k] sit: continetur.

CXXVIII. VLPIANUS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

SPadonum[l] generalis appellatio est: quo nomine tam hi qui natura[m] spadones sunt, item thlibiæ[n] thlasiæ[o], * sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

CXXIX. PAULUS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi mortui[p] nascuntur: neque nati, neque procreati videntur[q]: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

CXXX. VLPIANUS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

LEge[r] obuenire hereditatem non impropriè quis dixerit

---

nullius erit tutor. *vt s. de lib. & posthu. l. ij. & de testa. tut. l. duo.* sed nec hoc placet, cum in eo non sit disiuncta vel coniuncta.

a ¶ *Ita non potest.* q. d. non est ita verum, vt possit esse neutrum: sicut hoc quòd potest esse vtrunque. Accursius.

b ¶ *Aut facit.* ¶ Hoc potest intellegi de actione quæ in iudicio proponitur: vel excep. & secundú hoc restringeretur ad hominem. Vel etiam de coitu dicas: & secundum hoc dic, omne animal, id est omnis generis animal, nec enim omne coit: cùm quædá ex terra nascantur: *vt no. s. de iust. & iur. l. j. §. pe.*

c ¶ *Nullum est enim.* Hæc fuit vera propositio: quia non profertur vt denotet sicut. s. alterum cú altero esse non posse: sed quia nullú est animal quod aliquod eorú saltē non faciat. Accur.

d ¶ *Simul.* sc. secundú sui naturam: non tamē eodē tempore.

e ¶ *Et facere.* vt in duplicibus iudiciis secundum primú casum: veluti lepus, qui agit & patitur, secúdum aliú.

f NEpos Proculo. ¶ Duo dicit. & quod est primum vsque illuc, quid si ita &c. soluit in fi. quæ interpretatio &c. & pone exemplum *per l. de iur. do. l. auus. §. j.* Accur.

g ¶ *Salutem.* ¶ Et sequentem quæstionem.

h ¶ *Ab eo.* titulo.

i ¶ *Doti erunt.* ¶ Scilicet an statim contractis nuptiis debentur. & hæc est secúda pars: vsque illuc, interpret. &c.

k ¶ *Vim habeat.* i. efficax sit ei. Azo.

l ¶ *Posterior.* cùm dixit: cùm potuero.

m ¶ *Obligatio.* i. posterior verború prolatio.

n ¶ *Possit verbum.* vel potero: nam vnum est verbum.

o ¶ *Sensit.* ¶ Duo ergo necessaria sunt. sc. quod hoc senserit. & quòd ex[a] sensu verborum ille sensus colligatur: *vt hic, & s. de sup. le. l. Labeo. §. fin.* Sensus autem verborum quandoque[b] expresse colligitur quádoque per præcedentia & sequétia: *vt s. de lega. ij. l. vnum ex. §. si omissa.* Apparet ergo quod etiá si duplex[c] est sensus verború, ille assumetur de quo sentit promissor qui est ambiguè locutus. & sic est cótra. *s. de pac. l. veteribus. & j. e. t. j. l. in ambiguis orationibus.* Sol. hic restringitur statim. s. ad certum sensum verborum, cuius contrarius esset turpis, & sic impossibilis: *vt supra de condi. Insti. l. filius.* Accur.

p ¶ *Alieno potero.* ¶ Sed hoc non sufficit. vnde statim supple potest &c. i. debet: *vt supra qui po. in pig. ha. l. creditor. qui prior. in fin. j.* Rñ. Nam potest esse quod etiam soluto ære alieno nó potest commode soluere sua salua[d] dignitate, quod idem est: quia non est protinus cogendus ad distractionem suarum rerum: *vt sup. de neg. gest. l. diuortio. & de noxa. l. si seruus depositus. §. j.* Accur.

q ¶ *Dignitate.* i. commodo. nam si miles est, relinquenda[e] sunt ei arma[f] & scholaribus libri[g]. Accur.

r ¶ *Magis.* id est promptius: est tamen idem vtrobique: siue dicat, cum potero: siue, cum commodum erit. simile verbum habes *supra de mino. l. quod si minor. §. restitutio* vbi dicit, parcius. est tamen idem vtrobique. Accur.

s ¶ *Meo.* sic *supra de sol. l. Paulus.* hoc verum, si adiiciantur hæc verba: cum commode potero. secus si simpliciter: *vt sup. a de ver. obli. l. quicquid.*

t SI cum fundum] *Darem.* ex quacunque causa.

u ¶ *Legem.* id est pactum.

x ¶ *Per dominum.* i. per me, qui sum dominus. Accur.

y ¶ *Præstabitur.* hoc quod promissú est. quod autē sit, statim dicit, Ac.

z ¶ *Eo.* i. propter eá adiectionem: q. d. nó præstabitur aliud, quàm præstaretur etiam hoc non adiecto: imò minus: vt in fine dicam.

a ¶ *Etiam si.* i. quamuis.

b ¶ *Significat.* non autem vt seruitus debeatur: *vt s. de euic. l. pen. & supra eo. l. qui vti.* & hoc nullo alio adiecto.

c ¶ *Eoque.* i. proptereà, propter prima verba. Accur.

d ¶ *Inferiore.* i. propter inferiorem partē. ¶ Sic ergo sequentia[a] restringunt præcedentia. *sic & supra de acqui. po. l. si is qui animo. & de penu leg. l. Nam quod. §. fina. & de aur. & arg. leg. l. Plautius. & de leg. j. l. si seruus plurium. §. fin.* & econtrà præcedentia restringunt sequentia: *vt d. l. si seruus plurium. §. fin. & C. fa. ercisc. quotiens.* quandoque ampliant: *vt s. de leg. j. l. quando. & de vsur. l. si stipulatus. quæ est ar. contra.* Item ar. contra. *supra de rescin. ven. l. si. §. si.*

e ¶ *Ad iura.* id est seruitutes, etiá si ibi sint: liberatú dico, ne quid &c. si ergo seruitus ab alio, sc. à vetere domino à quo dominiú in me transit, fuerit interposita, non teneor. Accur.

f VEstis appellatione. Indistinctè prolatæ.

g ¶ *Virilis.* quia talē vestem legauit. & habes exempla de his *supra de aur. & arg. lega. l. vestis. in prin. & §. vestis. in prin. & §. vestimenta. & l. argumento. §. muliebri.*

h ¶ *Scenica.* quæ vtuntur in scena.

i ¶ *Etiam si tragica.* quæ vtuntur Tragœdi.

k ¶ *Citharœdica.* quæ vtuntur citharizantes. Azo. & facit *supra e. l. verbo victus. & l. in stratum.* Accur.

l SPadonum. redhibetur spadatus: *vt supra de ædil. edi. l. si autem quæ.* hic exponit qui sint: sed aliud in alio animali: *vt supra de ædil. edic. l. ædiles. §. Cælius.* ¶ Item an[b] possit accipere vxorem: distinguitur *supra de iur. do. l. si serua. §. si spadoni.* vel adoptare: *vt Inst. de adop. §. illud* vel instituere posthumum: *vt supra de lib. & posthu. l. sed est quæsitum. §. j.* Accur.

m ¶ *Natura.* qui dicuntur castrati, id est castè nati.

n ¶ *Thlibiæ.* qui sint isti, nescio[c]. 2 Vel thlibiæ dicuntur quibus inciduntur virilia cum tali genere ferramenti: *vt s. ad leg. Corne. de sic. l. hi.* 3 Vel tertiò thlibiæ dicuntur, quibus supponuntur fistulæ vt possit mingere, dempta virga cum testibus.

o ¶ *Thlasiæ.*[d] i. qui secata virga stillant & mingunt. Accur.

p QVi mortui. natiuitate posthumi rúpitur testamentú. Sed hi nó dicuntur nati: *vt hic, & C. de posthu. here. l. j. ij. & iij.*

q ¶ *Videntur.* ex postfacto, nisi in libertate, secundum Ioan. *vt. j. eo. l. quæret aliquis* sed illa non loquitur in mortuo, sed in monstroso partu. & sic *infra eo. l. anniculus. §. falsum* Accur.

r LEge. Da exemplum. *C. de inoffi. test. l. in arenam.* vbi non damnato in arenam, sed sua propria sponte ibi existenti, seruat legitimas hereditates. sed in casu solæ quæ ab intestato veniunt, continentur: *vt supra pro socio. l. ij. §. pe.*

* Neutrum

† Posse dicimus quod cómode & conuenienter possumus. ...

a Sequentia restringút præcedentia: interdum ab iis etiam restringuntur & amplhiantur.

* Vide Theoph. Instit. de adopt. Spadonum, &c.

b Spadoni an liceat ducere vxorē, adoptare, instituere posthumum.

c Thlibiæ dicuntur, quibus ablati testes.

d Thlasiæ quid.

a ¶ *Defertur*, quandoq; etiā lex defert, vt agnatis. quādoq; delatam per testamentum confirmat: *vt ſ. e. l. verbum legis. & de testibus. l. iij. §. eiuſdem.* sic^a ergo qui confirmat, dat. *ſic in auth. de defenſini. §. Interim. & ſupra de here. inſtit. l. eſſe.* & facit pro confirmationibus ^b priuilegiorū. ¶ Sed ar. contra *ſup. de teſta. l. heredes palam §. quod vero. & facit. ſ. de peti. her. l. j. & iij. §. ab inteſtato.*

a Confirmator actus aut donationis ipse egisse, & donasse videtur.

b Legendū videtur. Confirmatoribus.

& eam quæ ex testamento defertur^a: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

b *Aliud.* Pone exemplum. *ſ. de edil. edi. l. j. §. item ſi quod mancipium.* vbi dicitur quòd venditor ^c seruū debet dicere fraudem capitalē admisit: quod hic exponit. *& in eo tit. l. cum autem. §. excipitur.* Accur.

c Vēditor seruū qui quæ ex prima more debeat.

c ¶ *Pœna.* sc. delicti.

d ¶ *Fraus.* i. delictum.

e ¶ *Eſſe poteſt.* ¶ quia impunitū fit delictum, quod plerūque fit: vel ^d quia ignoratur, vel quia non probatur: *vt ſupra de pœ. l. abſentem.* Accursius.

d Delicta quādoque impunita, vel quia ignorātur, vel quia non probantur.

f ¶ *Non poteſt.* ¶. i. non debet esse, vel nō potest de iure: *vt C. de pœ. l. ſancimus.*

g ¶ *Noxa.* ¶ i. delictum: *vt Inſti. de noxa. §. j.* sed quandoq; veteres fraudem ^e pro pœna ponunt: *vt d. l. cum autem. §. excipitur. in fi.* Accur.

^a Cum ex lege xij. tabu. pecuniaria eſſet: vt ex Feſto in verbo multa, & peculatus, intelligere eſt.

e Fraus pro pœna.

† quo.

h ¶ *Inter multam.* ¶ quia plerunque de illis vocabulis fit mentio: exponit assignando differentias.

i ¶ *Coercitio.* pecuniaria & corporalis.

k ¶ *Peccati.* ¶ f. coercitio est: sed nō omnis delicti, sed eius tantum specialiter, cuius est pœna hodie pecuniaria: licet olim esset secus: vt subiicit. Sed hoc fallit in casu vbi etiam corporalis imponitur: *vt C. de ſportulis l. ij. in fi.* & hęc est prima differentia.

CXXXI. IDEM *libro. 3. ad legem Iuliam & Papiam.*

Aliud ^b fraus est, aliud pœna ^c. Fraus ^d enim sine pœna esse potest ^e. Pœna sine fraude esse non potest ^f. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa ^g dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

1 ¶ Inter multam ^h autem & pœnam multum interest: cum pœna generale sit nomen, omnium delictorum coercitio ^i: multa specialis peccati ^k, cuius animaduersio hodie ^* pecuniaria est. Pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis ^l irrogari solet ^m. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam ^n dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ quaque † lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimò multa ibi dicitur, vbi specialis pœna non est imposita ^o. Item multam is dicere potest, cui iudicatio ^p data est. Magistratus solos & præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: pœnam autē, vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit ^q.

l ¶ *Exiſtimationis.* id est famæ.

m ¶ *Solet.* aliquando.

n ¶ *Qui multam dicit.* hæc secunda differentia est: *vt j. ea. l. ſi quis. in fin.*

o ¶ *Impoſita.* ¶ Sed oppo. ex C. *de epiſc. audi. l. ij. & ne liceat poten. l. ij.* vbi multa etiam certa dicitur. sed improprie illis legibus dicitur multa.

p ¶ *Iudicatio.* ordinaria: vt statim subiicit ^f: *vt ſ. de iud. l. ij. in fi. & ſ. ſi quis ius di. l. j. & C. de modo mul. l. fi. in prin.* nisi in casu: *vt C. de ſpor. l. ij.* vbi etiam delegati imponunt.

q ¶ *Competit.* ¶ etiā per delegationē Tres ^g ergo sunt differentię. est & quarta: quia à pœna non appellatur: à multa sic: *vt infra e. l. ſi qua in prin.* 5 Item quinta, quia si multa imponitur vltra modū lege cōcessum, non tenet: *vt C. quando prouo. nō eſt ne. l. certa ratione.* sed pœna sic, vt pro furto non manifesto in quadruplum. *ſ. de iis qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna.* 6 Item & multa datur fisco: *vt C. de modō mul. l. multarum.* sed pœna actori plerunque. 7 Item multa non infamat: *vt C. de modo mul. l. j.* sed pœna plerunque sic: *vt colligitur ſupra de his qui no infa. l. j. §. qui furti.* Accur.

f C. ... [illegible]

g Quę sunt qui multare possunt. ... Raph. Paulus de Cas. & A... [illegible]

r *Anniculus amittitur.* id est moritur, vt subiicit. *facit infra e. l. anniculus.* & dic vt ibi. Accur.

f ¶ *Conſuetudo.* ¶ no. *ſic ſupra de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. cum de lanionis. §. aſinum.* Accur.

t ¶ *Ante diem.* Vt istam malā literā intelligas: dic quòd quilibet dies mensis dicitur dies kalendarum: vt prima dies kalendarum, secunda dies kalendarū: & sic de cæteris. si igitur promisi tibi ante x. diē kalendarum, vel post diem. x. kalendarum. s. inchoatum: paria sunt. vel quia xj. dies nō cōtinetur. s. vt sit arbitrio soluētis: sed bene cōuenietur. xj. die. vel quia idē tēpus, & tantū nā semper intelligitur de primis x. diebus mensis, de quo supersunt. xx. dies.

u ¶ *Poſt diem.* ¶ x quidam libri habent. xij. & j. habent. vtroque enim &c. & tūc plana est: quia siue promittam ante diem. xij. scilicet inchoatā: siue post. x. diem: teneor in xj. die. Sed in hoc interest secundum hunc casum: quia primo casu demum postea finita. xj. potero agere, in secundo statim post. x. & sic in ipso die. xj. Alij habent. x. & tūc die, s. finitum. & j. habes vtroque. & pro hac est. *ſ. de verbo. oblig. l. qui ante.* sed si habes. j. neutro enim &c. tunc est mirum, quòd si promittam post. x. dies, quòd non videar promittere die. xj. sed dicas. s. inchoatum. *& facit. C. de poſthum. here. inſti. l. fina.*

^a Angl. lib. a. ... [illegible]

^a neque vero Alcia. legit. vtroque sermone vndecim dies significatur.

CXXXII. PAVLVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Anniculus † amittitur ^r, qui extremo anni die moritur: & consuetudo ^f loquendi id ita esse declarat, *Ante diem* ^t *decimum kalendarum: poſt diem* ^u *decimum kalendarum* ^x. neutro ^* enim sermone vndecim dies significantur.

1 ¶ Falsum est ^y eam peperisse, cui mortuæ filius exsectus est ^z.

CXXXIII. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

Si quis sic dixerit, vt intra diē mortis eius ^a aliquid fiat: ipse quoque dies quo quis mortuus est, numeratur ^b.

CXXXIIII. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam*

Anniculus non statim vt natus est ^c, sed trecentesimo sexagesimoquinto ^d † die dicitur, incipiente ^e planè non, exacto ^f die: quia annum ciuiliter ^g non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

Si legatum ſit mulieri aliquid ſi pariat, habebit legatum, licet aliquid monſtroſum pariat. & ratio redditur in litera ibi, nec enim hoc dicit.

CXXXV. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

Quæret aliquis, si portentosum ^h, vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit, vel qualem ^i visu vel vagitu nouum, non

x ¶ *Kalendarum.* ¶ Id est mensis: & sup. hæc duo paria sunt.

y ¶ *Falſum eſt.* lego. *ſ. ſi pariat ei.* s. vel alij: vt *j. eo. l. quæret.* filium tamen habuisse dicitur tempore mortis: *vt j. eod. l. etiam. & fa. ſ. de inoffic. teſta. l. poſthumus.* Sed ar. contra. *C. de inoffi. teſta. l. iij.* vbi habetur pro instituto, si alij fuerunt instituti, non si extranei.

z ¶ *Exſectus eſt.* Aliàs extractus est. Accur.

^a Sic emendādum ſuiſſe ne taturinter erratæ dixit. Florent.

a ¶ *Si quis.*] *Eius.* ¶ Scilicet testatoris, vel heredis.

b ¶ *Numeratur.* Si ergo moritur hora tertia, potest fieri quod promissum est ^a, etiam hora nona: vt non committatur pœna si promissa est. & hoc si tale est factum quod per alium possit fieri: *vt ſ. de ſtat. hom. l. Arethuſa. in fin. & l. ſeq.* aliàs secus: *vt C. de cadu. tol. §. ne autem.* Accur.

c *Anniculus*] *Natus eſt.* scilicet dicitur anniculus. Accur.

d ¶ *Trecenteſimo ſexageſimoquinto.* nam tot dies habet annus: *vt ſ. de ſta. lib. l. cum heres. §. Stichus.* & intellige hoc de die naturali ^a: qui s. annus etiam. vj. horas habet plus: *vt ſ. eo. l. cum biſſextus.* quæ tamen non curantur hic in vno: & si curtar bissextus. quilibet numeratur pro die: vt hic dicit. Accursius.

^a Tēpus quot diebus naturalibus constet.

e ¶ *Incipiente.* ¶ No. sufficit ^b tangi de vltimo die. sic in vsucapione: *vt ſupra de vſuca. l. ideoque. & de diuer. & temp. præ. l. in vſucapione. in princ. Item ſic. ſ. de aur. & arg. l. & ſi non ſint. §. quid ergo. in princ. Item ſic. ſ. e. l. anniculus.* 2 Quandoque etiam annus inchoatus habetur pro perfecto: *vt in Auth. de tempore non ſol. pec. ſuper do. §. generaliter. col. iij. ibi, nominus enim &c. quæ eſt huic l. contra.* in eo quòd non dicitur hic anniculus, qui annum inchoauit: sed dicitur ibi habere. xv. an. qui solummodo inchoauit eum, & perfec it. xiiij. quantum ad matrimonium contrahendum: cum extunc possit contrahere matrimonium: *vt Inſti. de nup. in princ.* quæ est contra. 3 Quādoque quærimus de mométo ad momentū vt in præscrip. xxx. ann. *vt ſ. de acti. & ob. l. in omnibus. & de reſti. in integ. vt ſ. de mino. l. denique. §. minorem. quæ ſunt contra.* sed ibi plene dixi in glo. quæ incipit, quædam iura dicunt &c. Accursius.

b Tempus computum nō habetur multis casibus pro cōpleto: aliis habetur: aliis casibus tempus cōputatur de momento ad momentum

f ¶ *Non exacto.* id est completo.

g ¶ *Ciuiliter.* id est ^c secundum ^d consuetudinem ciuium & loquelam: *vt ſ. eo l. anniculus.*

c Ciuiliter an nō interpretatur quid.

d Ciuiliter interpretatur qui interpretationem adfere consuetudini & testimoni ciuium consentaneo

h *Quæret. Portentoſum.* scilicet partum, quod est. j. & sunt hæc nomina conuenientia iis qui contra formam humani generis sunt nati. Accursius.

i ¶ *Qualem.* accipe nouum. nouum dico visu, qui habet oculos retro: vel vagitu, quia mugit vt bos vel succulus.

Animalis.

a ¶ *Animalis*. qui melius assimilatur filio alterius animalis.
b ¶ *Obtemperaverunt*. sic *supra de condi. insti. l. qua sub conditione. §. mortuo.*
c ¶ *Fataliter*. *vt §. pro socio. l. cum duobus. §. damna.* secus ergo si ex delicto mulieris esset: vt quia habuisset rem cum aliquo animali irrationali. Sed accidit forte ei in hac l. quia quando cum homine ageret, cogitauit de aliquo animali, propter talia enim hęc acciderunt. Accur.

humanæ figuræ, sed alterius magis animalis[a] quàm hominis partũ: an quia enixa est, prodesse ei debeat. Et magis est vt hæc quoque parẽtibus prosint. Nec enim est quod eis imputetur, quæ, qualiter potuerunt statutis obtemperauerunt[b]: neque id quod fataliter[c] accessit matri dãnum iniungere debet.

CXXXVI. IDEM libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

GEneri appellatione & neptis & proneptis[d] tam ex filio quàm ex filia editarum, cęterarumque maritos cõtineri manifestum est.

CXXXVII. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

TEr enixa[e] videtur etiã quę trigeminos† pepererit.

CXXXVIII. IDEM libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

HEreditatis appellatione, bonorum quoque possessio continetur[f].

CXXXIX. VLPIANVS libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.

AEdificia[g] Romæ fieri etiã ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiant. 1 ¶ Perfecisse ædificium is videtur, quia ita consummauit, vt iam in vsu [i] esse possit[h].

CXL. PAVLVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

CEpisse[i] quis intelligitur, quamuis alij adquisierit.

CXLI. VLPIANVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

ETiam ea mulier cum more retur creditur filium habere, quę exciso vtero edere possit[k]: nec non etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: vt puta eum qui ab hostibus[l] remeauit.

CXLII. PAVLVS libro 6. ad legem Iuliam & Papiam.

h ¶ *Aut natura.* id est naturali [b] coniunctione interueniente, non enim sunt in potestate nostra filij nostri iure naturali, imò iure ciuili: *vt Institu. de pa. po.* quod subiicit, aut [c] iure, scilicet ciuili: vt in adopt. 2 Alij dicunt natura, id est iure gen. vt cum quis capitur ab hostibus, vel iure ciuili: vt cum quis patitur se venundari ad pretium participandum: *vt Insti. de iure personarum.* Sed ad hanc non bene conueniũt exempla sequentia: vtputa, &c. sed ad primam bene. hoc ergo modo vulgariter dicitur familia: &, iste est dominus familiæ: &, hic est, ne familia talis episcopi vel prælati alicuius. Accur.

b In potestate filios natura habemus: nimirum, quòd naturali coniunctione nobis sint filij.

c In potestate iure ciuili filios habemus adoptiuos.

i ¶ *Vtputa.* Hæc exempla sunt & eorum qui sunt in potestate, & eorum qui exierunt. & denominatur ab hac adiectione, familia.

k ¶ *Solam personam.* s. quod est sui iuris: sed etiam ius. i. dominium quod habet in domo: vel potestate quam habet in filios si quos habet, & hoc tertio modo sumitur. *s. de his qui sui vel ali. iu. sunt. l. nã ciuium.* & vbicunq. dicimus paterfamil. & filiusfamilias.

l ¶ *Propriam familiam.* i. existentiam sui iuris, & dominiũ domus.

m ¶ *Communi iure.* Ecce quarta significatio pro adgnatitia cognatione.

tione. sic accipitur *sup. de adop. l. qui in adoptionem. & Instit. de leg. ag. tu. in princip.*

a ¶ *Nam etsi.* bene dico vnam familiam censeri omnium agnatorum iure communi. nam iure proprio quisque de cognatione habet propriam. & hic dic, nam etsi, id est quamuis.

familiam dicimus omnium adgnatorum. Nam etsi [a] patrefamilias mortuo singuli singulas familias habent [b]: tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente [c] proditi sunt. 3 ¶ Seruitutium [d] * quoq. solemus appellare familias: vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis [e], vbi prætor loquitur de familia publicanorum. sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum [f] demonstratur huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa. Alia autem parte edicti [g] omnes serui continentur: vt de hominibus coactis [h]: & vi bonorum raptorum. Item redhibitoria [i], si deterior res reddatur emptoris opera aut familiæ eius & † interdicto [k] vnde vi, familiæ appellatio omnes seruos comprehendit. sed & filij continentur [l]. 4 ¶ Item appellatur [m] familia plurium personarum, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Iuliam: quasi à fonte quodam memoriæ [n]. 5 ¶ Mulier [o] autem familiæ suæ & caput & finis est [p].

CXCVI. GAIVS *libro sextodecimo ad Edictum Prouinciale.*

FAmiliæ [q] appellatione & ipse princeps familiæ continetur.

1 ¶ Fœminarum liberos in familia [r] earum non esse palàm est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequûtur.

CXCVII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

INdicasse [s], est detulisse, arguisse [t] *, accusasse, & cõuicisse.

b ¶ *Familias habent.* scilicet in eam significationem quam *sup. pro xi. §. dixi.*

c ¶ *Et gente.* id est cõsanguinitate, siue adgnatione.

d ¶ *Seruitutium.* aliàs seruitutium: & aliàs seruientium, id est seruorum. & est quinta significatio.

† Seruitium.

e ¶ *De furtis* id est de publicanis, vbi de furtis loquitur: *vt sup. de pub. l. j. in princip. & §. familia.* Azo.

f ¶ *Seruorum.* Vel liberorum, qui tamen seruiunt publicano in eo ministerio. s. vectigalis: *vt hic subiicit. & sup. de pub. l. j. §. familiæ.*

g ¶ *Edicti.* i. alio edicto de quo habemus. *sup. vi bo. rap. l. j. in princ.* licet ibi expressè mentionem familiæ non faciat. sed fit in ea. l. §. hæc actio. &c. §. familiæ. & accipitur sic eodem modo vt & superiori proxi. §.

† & in interd.

h ¶ *Coactis.* id est cõgregatis: & sic comprehenduntur tantum illi qui ministrant in ea violentia, siue liberi siue serui sint: *vt. d. §. familia.*

i ¶ *Item redhibitoria.* & hic accipitur eodẽ modo: *vt sup. & habes hoc exemplum. sup. de ædil. edic. l. j. §. si quod mancipium. & l. ædiles etiam. § familia.*

k ¶ *Interdicto.* & hic dic eodem modo: *vt ĩ. & est exemplum. sup. de vi & vi arma. l. j. §. familiæ.* Accur.

l ¶ *Continentur.* Appellatione scilicet familiæ.

m ¶ *Item appellatur.* ecce vj. modus.

n ¶ *Memoriæ.* quia fit in memoriam.

o ¶ *Mulier.* hic accipi tur: *vt ĩ. §. cõmuni iu. e.*

* Rectius ita ex Ant. Augu. dispunctionibus lib. 4. c. 9.

p ¶ *Caput & finis est.* caput: quia à filiis eius incipit patria potestas, secundum R. & finis: quia in ea finitur patria potestas, & adgnatio: & incipit cognatio: *vt Insti. de leg. adg. tu. §. j. & ĩ. l. proxi. §. fœminarum.*

q ¶ *Familiæ.* apta ad tertium & ad quartum & ad sextum modum superioris l. & est sic in principe & commilitonibus suis: *vt ĩ. de test. mili. l. j. §. j.*

r ¶ *In familia.* i. potestate vel adgnatione: *vt Instit. de leg. adgn. tu. §. j. & ĩ. l. proxi. in fin.* Sed videtur quòd filij * sequantur matrem: *vt supra de sta. ho. l. cum legitimæ. & ad munic. l. j. in fin. qui sunt contra.* Sed illud quo ad originem. Item op. C. *de lib. cau. l. fi.* sed ibi quo ad statum.

* Filij matrem origine interdũ sequuntur.

s ¶ *INdicasse.* Da [b] exemplum. *ĩ. ad Sill. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. & §. vtrum.* vbi dicitur quòd seruus qui indicauit occisores domini, efficitur liber. Item pone exemplum. *ĩ. de iniur. l. lex. Cor. in fi.* vbi remuneratur qui indicauit eum qui famosum libellum composuit. Dic ergo detulisse. s. in publicam notionem.

b Iudicũ seu delatorũ pœnia.

t ¶ *Arguisse.* id est arguitè & plene probasse, & per testes accusasse: hoc solum sufficit: & conuicisse, puta per confessionẽ. si hæc vel horum aliquid facit, habet prædicta præmia: *& facit sup. de iure fisc. l. senatus. §. si quis. & l. deferre. & l. j.*

u ¶ *VRbana.*] *Accipimus.* in ciuitate vel in villa sint: *vt ĩ. com. præ. l. j. & ĩ. e. l. fundi. & respon. & Inst. de serui. §. prædiorum.*

x ¶ *Stabula.* Hic est contra *supra qui. cau. pig. taci. contra. l. eo iure. §. stabula.* Solu. ibi non sunt coniuncta ædificiis: hic sic. 2. Vel hîc gratia habitandi fuerunt facta: ibi non. 3 Vel solue vt ibi.

CXCVIII. IDEM *libro secundo de omnibus Tribunalibus.*

VRbana prædia omnia ædificia accipimus [u]: non solum ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula [x] sunt, vel alia meritoria [y] in villis, & in vicis, vel si prætoria [z] voluptati tantum deseruientia [a]: quia vrbanum prædium non locus [b] facit, sed materia. Proinde hortos quoque si qui sunt in ædificiis constituti: dicendum sit vrbanorum appellatione contineri. Planè si plurimum horti in reditu sunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij [c], magis hæc non sunt vrbana.

CXCIX. IDEM *libro octauo de omnibus tribunalibus.*

ABsentem [d] accipere debemus eum, qui non est eo loci in quo loco petitur. non enim transmare absentem desideramus: & si fortè extra continentia vrbis sit, abest: cæterum vsque ad continentia, non abesse videbitur, si non latitet [e].

1 ¶ Abesse non videtur qui ab hostibus captus est [f], sed qui à latronibus detinetur [g].

Non potest noxa solutus esse, qui crimen capitale commisit. Bar.

CC. IVLIANVS *lib. 2. Digestorum.*

HÆc stipulatio, *Noxis solutum* [h] *præstari*: non existimatur ad eas noxas pertinere quæ publicam exercitionem [i] & coercitionem capitalem habent [k].

CCI. IDEM *lib. 81. Digestorum.*

IVsta interpretatione recipiẽdum est, vt appellatione filij sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondebimus [l], ita & nepos [m] videatur comprehendi: & patris nomine auus [n] quoque demonstrari intellegatur.

y ¶ *Meritoria.* id [a] est habitationes ex quib. meretur mercedem.

a Meritoria stabula quid.

z ¶ *Prætoria.* Prętoria [b] dicuntur loca in quibus paterfam. residere solet. sic ponitur. *sup. de vsu & ha. l. plenum.*

b Prætoria quid.

a ¶ *Deseruientia.* sub. idem erit.

b ¶ *Non locus.* sic. C. *de præ. mi. l. si prædium. & supra eodem. l. vrbana.*

c ¶ *Olitorij.* ab olere vel oliuis.

d ¶ *ABsentem.* Pone exemplum in procu. instituendo: *vt supra de procura. l. præsens. & l. seq. & seq.* Sic ergo vno modo dicitur absens [c] qui est extra continentia vrbis: *vt hic. & supra eo. l. collegarum. §. qui extra.*

c Absẽs multis modis qui dicitur. *vide Gl. ini. si vero. § fi. in ver. ab. sit. & de eui. l. ... & l. ... absẽs ... ĩ. de iudi.*

2 Secundo cum tractatur de præscript. long. temp. *vt C. de præscript. long. tempo. l. fin.*

3 Tertio cum tractatur de stipu. quæ inter absentes contrahi non potest, id est inter eos qui mutuo exaudire non possunt: *vt supra de verborum oblig. l. j.*

4 Quarto dicitur absens, qui non est in iudicio: *vt in Authent. de testi. §. pen. & supra de damno infect. l. iiij. §. abesse.*

e ¶ *Si non latitet.* Tũc enim etiam si est in foro, & latitet inter columnas, dicitur abesse quo ad hoc vt fiat missio & venditio: *vt ĩ. qui. ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. illud.*

f ¶ *Captus est.* qui [d] pro mortuo habetur, cum sit seruus hostiũ: *vt Insti. de iure perso. §. seruitus*, vnde procu. [e] habere non potest: *vt sup. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. in princ.*

d Captus pro mortuo habetur.

e Procuratorẽ captiuus habere non potest.

g ¶ *Detinetur.* s. est absens, & restituitur: *vt ĩ. ex qui. cau. ma. l. sed & si per carcerem. & l. in eadem.* Accur.

h ¶ *HÆc stipulatio.*] *Solutum.* s. seruum, quam stipulationem facit emptor: *vt sup. de act. emp. l. ex empto. §. etiam.*

i ¶ *Exercitionem.* aliàs executionem. & aliàs excusationem.

k ¶ *Habent.* sed quæ ad pecuniarias noxias pertinent, ex quibus agitur noxali actione: *vt sup. de ædil. edict. l. quis sit fugitiuus. §. quod autem. & sup. de euic. l. Lucius. §. fi.* 2 Vel dic tantũ: *vt ĩ. e. l. plebs. §. fi.* quod non placet.

l ¶ *IVsta.*] *Respondimus.* vt & *sup. de sta. ho. l. si quis ita.*

m ¶ *Et nepos.* hoc est contra *Inst. qui dari tu. pos. §. fi.* vbi appellatione filij nõ cõtinetur nepos. Solu. speciale est in datione tutoris. 2 Vel dic vt plene dixi. *sup. l. filij.* vbi idem habes quod hîc.

n ¶ *Auus.* Vbicunque [f] ergo in corpore iuris sit mentio patris, idem iuris in auo dicas, nisi in casu: vt arg. contra. *sup. de ri. nup. l. lege. in prin. & §. non autem obest.*

f Patris appellatione regulariter auus continetur.

a *Cum in testamento.*] *Aut in monumento.* scilicet faciendo, &c. b ¶*Non licet.* id est licitum est. Sed contra*, ℥. *manda. l. dilig. ncer. in princ. & de pet. here. l. hereditas.* §. *si defuncto. & de nego. gest. l. qui aliena.* §. *libertos.* quibus dicitur non licere plus expendere. Solu. hic fuit eius voluntatis testator, vt etiam plus impendi voluerit, quàm dixerit: sed in fauorem heredis taxauit. q. d. nolo eos amplius grauare, &c. *sic* ℥. *de donat. inter virum & vxorem. si sponsus.* §. *si quis rogatus.* 2 Vel solue vt ibi *in d. l. qui aliena.* §. *libertos.*

*Al. prohibitum maiores facere heres vtrum potuit, quibus fuit eis imperatum.

c *In lege Censoria.* id est quæ super censu erat lata.

d ¶*Portorium.* quod vectigal dicitur.

e ¶*Fecisset.* ¶Vt & C. *de loca. l. l. ciues. & sup. de lib. agn. l. j.* §. *domum.* Accur.

f ¶*Quid autem.* scilicet aliàs: non dico modo in seruis.

g ¶*Contineri.* Vt & ℥. *de auro & argen. leg. l. cum in testamento.* hoc est id sine quo viuere quis non potest: *vt* ℥. *e. l. verbo victus.*

h ¶*Atrienses.* i. atriũ custodientes.

i ¶*Tolerares.* id est sustentaret.

k ¶*Et sibi.* nunc soluit.

l ¶*Destinatique.* Non ergo qui gratia culturæ sunt, *vt supra quæsitat*: sed qui circa se sunt: *vt hic &* ℥. *de leg. iij. l. quæritur.* §. *seruus.* sed videtur quòd nec isti existimãtur quin portoriũ pro his soluatur: *vt* ℥. *de publica. & vect. interdi.* §. *quotiẽs.* Solu. ibi appellat vsualia, q ad agrorum vsum sunt deputata: non ad vsum personæ domini.

m ¶*Iunctores.* aliàs victores, id est victum parantes. in lib. R. vectores: id est aurigæ. & *su.* ℥. *de publi. l. si publicanus.* §. *j. item su. imp. de au. & argen. leg. l. Quintus.*

¶ Cẽsoria lex à Censoribus sic dicta, quorum erat munus portoria & vectigalia locare. *Bal. hic.*

* domum.

† hominibus. al. omnibus.

¶Domicilium habẽs in prouincia, non cõmunè pro uincialis.

* Tabulæ sũt quas olim quisque de domestica ratione faciebat *Bal. hic.*

† sui.

n *Pueri.*] *Omnes seruos.* ¶Etiam b sexagenarios. & de hoc da exemplum. ℥. *de leg. iij. vxorem.* §. *testamento.* & sic vocant Bononienses.

o ¶*Puellæ.* Ex interpretatione tñ appellatione puerorũ etiã puellæ continentur: *vt sup. de lege. iu. l. sororis legatis.* §. *sed vtrũ.*

p ¶*Demonstraremus.* Quæ est ad. xiiij. an. in maribus: & ad. xij. an. in fœminis: nisi in casu: vt cum legatur eis alimenta: nam fœminæ ad. xiiij. annum, mari ad xviij. videtur legatum: *vt* ℥. *de alimen. leg. l. Mela.*

b Puerorum appellatione seruos etiam sexagenarios intelligimus *quia* hoc casu vos pueri non refertur ad ætatẽ, sed ad seruitutem *Bald.* *Tolerare, est modice & sum ma parsimonia viuendo. † serui.

Qui plus expendit quàm testator iussit, non videtur contra testamentum fecisse: sed bene qui minus. Bartolus.

CCII. ALFENVS VARVS *libro secundo Digestorum.*

Cum in testamento scriptum esset, vt heres in funere aut in monumento[a] dumtaxat aureos centum consumeret: non licet[b] minus consumere. si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

CCIII. IDEM *libro septimo Digestorum.*

In lege censoria[c] † portus Siciliæ ita scriptum erat: *Seruos quos domo* * *quis ducet suo vsu, pro his portorium*[d] *ne dato.* quærebatur si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa: vtrum pro his hominis † portorium[d] dare deberet, néc ne. Respondit duas esse in hac scriptura quæstiones. primam, quid esset *domum ducere.* alteram, quid esset *suo vsu* ducere. Igitur quæri soleret, vtrum vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an † dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè dicetur. Sed de ea re constitutum esse, eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas * haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset[e]. Quid autem[f] esset, *vsu suo*, magnam habuisse dubitationem. Et magis placet quod victus † sui causa paratum est, tantùm contineri[g]. Itémq. de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent, vtrum dispensatores, insularij, villici, atrienses[h], textores, operarij quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se tolerarer[i] * omnes denique seruos † quos quisque emisset vt ipse haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emisset vt venderet. Et sibi[k] videri eos demum vsus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatique essent: quo in genere iunctores[m] *, cubicularij, coci, ministratores, atque alij qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

CCIIII. PAVLVS *libro secundo Epitomarum Alfeni.*

Pueri appellatio tres significationes habet: vnam, cum omnes seruos[n] pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ[o] diceremus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstraremus[p].

CCV. IDEM *libro quarto Epitomarum Alfeni.*

Qui † fundum vendidit, pomum recepit[q]. Nuces & ficos, & vuas dumtaxat duracinas[r], & purpureas[f], & quæ eius generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους * appellarent, recepta[t] videri[u].

CCVI. IVLIANVS *libro sexto ex Minicio.*

Vinaria[x] vasa propriè vasa torcularia[y] esse placet: dolia autem & serias[z] tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent, cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad alium vsum transferri possent[a]. velut si frumentum in his addatur[b]. eandem causam amphorarum esse, vt cum vinum habeant, tum in vasis vinariis cum inanes[c] sint, tum extra numerum vinariorum sint, quia aliud in his addi[d] possit.

CCVII. AFRICANVS *libro tertio Quæstionum.*

Mercis[e] appellatione homines[f] non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones[g], non mercatores, sed venaliciarios † appellari ait: & rectè.

CCVIII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

Bonorum appellatio[h], sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.

CCIX. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

Coram[i] Titio * aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat.

q ¶*Fundum.*] ¶*Recepit.* id est excepit.

r ¶*Duracinas.* ¶Aliàs duratinas: quas dicunt Bononienses pergulas. aliàs duratinas: quia durant & seruantur ad comedendum. Accur.

ſ ¶*Purpureas.* i. purpurei coloris.

t ¶*Recepta.* id est excepta.

u ¶*Videri.* Est [1] ergo pomum generale nomen vnde Adam vnam dicitur comedisse fecũdũ quosdam. & pro his est quod dicitur: Patres comederũt vuam acerbam: & dẽtes, &c. 2 Alij theologi dicunt de pomo. 3 Alij de ficu, propter folia quibus se cooperuerunt. *& facit.* ℥. *eo. l. fugam.* Accur.

x ¶*Vinaria.* Dic sensum, quòd torcularia habentur inter vinaria vasa: & est exẽplũ vt vino legato cũ vasis, de vinariis intelligatur: nõ de aliis: *vt* ℥. *de vi. tri. & oleo leg. l. pe.* propter hoc fuit opus scire quæ essẽt vinaria, & quæ nõ. Iterũ & aliàs de his habet mẽtio. ℥. *de leg. iij. l. vxorem.* §. *testamento.*

y ¶*Torcularia.* ex parte suppositi.

z ¶*Serias.* gen' vasis.

a ¶*Possent.* & solent. ¶Et sic b tutor est, quãdiu bene administrat: aliàs non: *vt* ℥. *pro emp. qui fundum.* §. *si tutor.* Sed argu. contra. ℥. *quod vi aut clam. l. prohibere.* §. *illud. & sup. de usu. emp. fundi.* §. *si. & l. granaria.* Accur.

b ¶*Addatur.* id est ponatur.

c ¶*Cum inanes.* id est sine vino. Accur.

d ¶*Addi.* aliàs claudi: & aliàs abdi. ¶Et dic possit & solet. & *facit.* ℥. *de fun. instru. & instrumento lega. l. quæsitum.* §. *si quis eodem.*

e *Mercis.* Pone exẽplum. ℥. *de tribu. l. j.* §. *licet.* Accur.

f ¶*Homines.* s. seruos. nam in liberis non est dubium. Accur.

g ¶*Mangones.* i. [e] seruorum comparatores, non dicuntur mercatores: quia sic à mercibus dicerẽtur: sed proprio nomine venaliciarij appellãtur: *vt hic & ℥. manda. l. si mandatũ.* Sed videtur seruos esse loco mercis: *vt* ℥. *de lega. iij. l. seruus.* §. *eã quæ est contra.* Solu. aliud[d] esse loco mercis, vt ibi: quàm esse mercem: quod hic vetat. *& fa. sup. eo. l. mercis.*

h *Bonorum appellatio.* Da exemplũ: testator iussit bona sua Titio restitui ab herede instituto: *vt sup. ad Treb. l. nam quod.* §. *fi.* & hoc in ciuili appellatione bonorum. secus in naturali: *vt sup. eod. l. bonorum. & l. proprie.* quæ sunt arg. contra.

i *Coram.* Pone exemplũ quòd testator iussit aliquid fieri coram...

a Ad omnes quoniam ex fructu comedere dicitur, pomo vel ficu. * Hal. aliter res fortè vnde...

* Al. *in lib. 6. pareg...*

b Tutor non est nisi qui bene administrat, id est edilis, escarias, cibarias, comestibiles. *Vide Angelum Polit. li. 7. epistola ad Rufinum... epistola 58. & Alcia. lib. 2 prætermis.*

e Mangones qui. † Hos elegãter separat Cicero à mercatoribus in orat. Corn. Nepos quæ non diuitiæmouẽt qui bus omnes Africanos & lẽgos multi venalicij nec mercatores... *Vide l. 57. sup. mand & Aug. lib. 4. c. 1.* d mercem esse & loco ... haberi differunt...

* Coram aliquo ... fieri quod fit eo sciente & intelligente ... non con...

ram Titio. 2 Item pone secundo exemplum *infra eod. l. f. j. respon.* 3 Item & *supra de arbit. l. diem §. coram. & l. sed interpellatur. in prin.* 4 Item pone *supra de auctor. tut. l. j. in fi.* ¶ Et in his omnib. fallit regula quam habes. *j. tit. j. l. qui potest. ubi plene dices.*

a [S qui.] *Vrbanis.* id est numero vrbanorum. & habes [a] hunc casum *supra de le. iij. l. servis urbanis leg. §. cum. & facit supra eo. l. urbana familia. & de leg. iii. l. si fundus.*

b [Fundi.] *Continetur.* Est ergo genus, *ut sup. eod. l. quaestio est. & facit supra eod. l. locus.* Accur.

c ¶ *Aedes.* scilicet dicuntur.

d ¶ *Rustica.* s. aedificia. Azo.

e ¶ *Villa dicuntur.* & sic accipitur *supra de fun. instru. l. ita. §. fi. & de leg. ij. l. si fundum sub conditione. §. qui fundum.*

f ¶ *Area.* scilicet dicitur. Accur.

g ¶ *Cum. i. iuxta.*

h [Praevaricatores.] ¶ Accipe exemplum *supra de praevaricato. l. j. & supra de his qui not. infa. l. athletas. §. praevaricatores.*

i [Cedere.] *Incipere deberi.* ¶ Quandoque aliter, scil. et quantum ad transmissionem: *ut C. de cadu. toll. §. cum igitur.* Accursius.

k ¶ *Et cessit.* *ut & infra titu. j. in omnibus.* Nisi res [b] ipsa capiat dilationem: *ut supra de verb. obli. interdum.* vel nisi venerit cum sacco paratus: *ut supra de solutionibus. l. quod dicimus.*

l ¶ *Nondum venit.* nisi in casu: *ut sup. de verb. oblig. l. liber homo. §. decem.* Sed videtur semper venisse: *ut supra de verb. obliga. l. cum qui Kalendis. quae est contra.* Solu. debetur: *ut ibi.* non tamen cum effectu pôt exigi: vt hic. Accur.

m ¶ *Sub conditione* scilicet stipulatus fuit.

n ¶ *Pendente.* quae conditio est de futuro: *ut supra si cer. pe. l. itaque.* & quoniam nô est certum extituram: tunc enim habetur ac si esset pura *ut supra de nova. l. si pupillus. §. qui sub conditione.* Accursius.

sente eo fecisse, nisi is intellegat. Itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat: non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet. nam & inuito eo recte fit quod iussum est.

CCX. MARCIANUS *libro septimo Institutionum.*

IS qui natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus: in vrbanis [a] seruis constituetur.

CCXI. FLORENTINUS *libro octauo Institutionum.*

FVndi † appellatione omne aedificium, & omnis ager continetur [b]. sed in vsu, vrbana aedificia [*], aedes [c]: rustica [d], villae [e] dicuntur. Locus vero sine aedificio, in vrbe area [f]: rure autem ager appellatur: idémque ager cum [g] aedificio, fundus dicitur.

CCXII. VLPIANUS *libro primo de Adulteriis.*

PRaeuaricatores [h] eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicando enim praeuaricatores dicti sunt.

CCXIII. IDEM *libro primo Regularum.*

CEdere diem significat incipere deberi [i] pecuniam. venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit: & cessit [k] & venit dies. Vbi in diem: cessit dies, sed nondum venit [l]. Vbi sub conditione [m]: neque cessit, neque venit dies pendente [n] adhuc conditione. Aes alienum [o] est, quod nos aliis debemus. aes suum est, quod alij nobis debent.

Lata [p] culpa, est nimia neglegentia, id est non intelligere quod omnes [q] intellegunt.

CCXIV. MARCIANUS *libro primo Publicorum iudiciorum.*

MVnus † propriè est, quod necessariè obimus [r] lege [s],

In personali similiter vt in tutela. nam lex. xij. tabularum defert adgnatis tutelam, & mores: nam & ipsa lex xij. tabularum ex moribus est: & imperium maioris interponitur, si opus est aliis modis: *ut supra eodem l. munus. & l. f. & eod. titu. l. pupillus §. munus.* Accursius.

more, imperióve eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quae nulla necessitate iuris officij, sed sponte [t] praestantur, quae si non praestentur, nulla reprehensio est: & si praestentur, plerunque laus inest. Sed in summa in hoc ventum est, vt non quodcumque [u] munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

CCXV. PAULUS *libro singulari ad legem Fusiam Caniniam.*

POtestatis verbo plura [x] significantur: in persona magistratuum, imperium [y]: in persona liberorum, patria potestas [z]: in persona serui, dominium [a]. At cum agimus de noxae deditione cum eo qui seruum non defendit: praesentis corporis copiam faculatémque significamus [b]. In lege Atilia [*] in potestate item domini rem furtiuam venisse videri & si eius vindicandae potestatem habuerit [c], Sabinus & Cassius aiunt.

CCXVI. VLPIANUS *lib. primo ad legem Aeliam Sentiam.*

VErum est †, eum qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis [d] esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

CCXVII. IAVOLENUS *libro primo ex posterioribus Labeonis.*

INter illam conditionem, *cum † fari potuerit, & postquam fari potuerit*: multum interest. nam posteriorem scripturam vberiorem [e] esse constat: at *cum fari potuerit*, artiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit [f].

1 ¶ Item ita data [g] conditione, *illud facito in diebus*: si nihil praeterea fuisset adiectum, in biduo [h] † conditionem impleri oportet.

CCXVIII. PAPINIANUS *libro vicesimoseptimo Quaestionum.*

t ¶ *Sponte.* *ut j. tit. j. l. donari.*

u ¶ *Non quodcunque.* largè accepto isto nomine munus, & aliter quàm in princi. l. quia hoc [a] munus est cum causa & sine causa: donum semper sine causa. sed ecôtra donum [b] est genus: munus species. *supra eod. l. inter donum* & sic ibi strictè ponitur.

x [Potestatis.] *Plura.* quia quinque.

y ¶ *Imperium.* *ut supra de iurisd. om. iud. l. imperium.*

z ¶ *Patria potestas.* *ut Instit. de pa. po. in prin.* Accur.

a ¶ *Dominium.* *ut sup. de pe. ul. j.*

b ¶ *Significamus.* *ut supra de noxa. l. quoties.*

c ¶ *Habuerit.* & dimittere voluerit, accipiendo litis estimationem: *ut supra de vi. ca. sequitur. §. sed si vi. dicamus.* Vel sub. & apprehendendi. & de hac. l. habes *supra de usucap. l. sequitur. §. quod autem.*

d [Verum est.] *In vinculis esse.* ¶ Pone exemplum *j. de poe. l. aut damnum. §. solent.* vbi dicitur quod praeses non debet in vinculis ponere eum qui in carcere detinetur. ¶ Itê not. hic nô esse in vinculis incarceratum. hoc est verû propriè: sed in larga significatione sic: *ut supra ex quibus cau. ma. l. succurritur. & l. in eadem. & supra eod. l. qui neque. §. solutum. & facit infra eod. l. vinculorum.*

e [Inter illam.] *Vberiorem.* Ad opus debitoris, id est longiorem facit petitionem. & pone exemplum in promissione inter viuos, vel in vltima voluntate. Accursius.

f ¶ *Fari posse.* difficulter potest colligi haec differêtia: sed alio exemplo euidentius: vt si dicat testator: Anno duodecimo liber esto: vel post annum duodecimum. nam primo casu statim inchoato duodecimo anno, erit liber: sed in secundo, demum eo perfecto: *ut j. de ma. test. l. si ita fuerit libertas relicta. & facit j. de contrahen. emp. l. qui fundum.*

g ¶ *Ita data.* id est apposita. Accur.

h ¶ *Biduo.* sicut [d] in diebus, vt hic, sic in annis: vt post annos liber esto. de biennio enim intelligitur: *ut j. de ma. testa. l. libertas. §. fin.* & sic in personis, vbi duo testes sufficiunt: *ut j. de testi. l. ubi.* Sed huic est argu. contra *supra de verb. oblig. l. ita stipulatus. in principio.* Sed hic non fuit omissus dies, imò appositus: ibi omissus per errorem.

o ¶ *Aes alienum.* quod detrahitur de bonis: *ut sup. eodem. l. subsignatum. §. bona.*

p ¶ *Lata.* Pone exemplum *ut j. de institu. l. sed & si pupillus. §. praescribere.*

q ¶ *Omnes.* vel maior pars, quod plene dic *ut infra eodem l. lata.* Accursius.

r [Munus.] *Obimus.* siue de personali, siue de patrimoniali dicas, bene est: *ut j. de mun. & hono. l. j. §. illud.*

s ¶ *Lege.* coniunctim [c] accipitur haec oratio: *ut j. eod. l. triplici. §. vidcamus.* est ergo lex necessaria: *ut C. de episc. & cle. l. de his.* Item consuetudo: *ut C. nova vecti. per totum.* Item imperium: quia non nisi à principe peti potest, vel nunciis eius. Sic in patrimoniali.

---

a Vrbanorum mancipiorum appellatione quae côtineantur.

[*] Vide Lauren. Val. eleg. lib. 6. c. 42.

[*] Adde quomodo in l. inter stipulantem in ap. ver. ... & solum ... parietem ... Gl. in ver. ... dotare.

& ibi quid sit discrimen inter aedes & domum. l. de dâ. infecto.

b Dilatio interdum rebus ipsis inhaeret.

† Vide Lauren. Val. li. elegan. 6. c. 19. & Alci. li. dispu. c. 13.

a Munus dicitur, quod datur etiam cû causa, donum nunquam sine causa.

b Donum genus: munus species locum obtinet.

[*] Cicero lib. 14. ad Atticum epis. ...

† Ang. li. ...

c Incarceratus propriè nô est in vinculis.

† De Cum & postquam differentia, vide hic Bartol.

† Verus in loco duo numero comprehendit ...

d Binarius numerus cur in dubio intelligatur, vbi numerus sit incertus.

c Ad vectigalia non continuatim ... vide Bartol. in l. si ... de publicanis.

a Verbum facere. ¶ Plene dic vt ꝫ. eo. l. licet. & facit sup. eo. l. faciendi verbo. & l. facere oportet. Accur.
b In conuentionibus. maxime bonæ fi. Azo.
c ¶ Placuit. Nota magis[a] sensum, &c. & sic est. sup. de edimen. leg. l. ij. §. conditio. & c. quæ res pig. obli. poss. l. si. & de lib. prætt. l. iij.

a Sensum magis spectamus quàm verba.

d ¶ Ad heredē. ¶ quod fieri potest: vt & sup. si ager vectig. l. j. in prin.
e ¶ Potuit. ¶ Vt si conductor suum ius legauerit. obtinet ergo[b] vicem heredis hoc casu legatari[?]: vt hic. sic in accessione temporis: vt ꝫ. de vsuc. l. id tempus. §. fin.

b Heredis vicē, ac & quibus casib. legatarius obtinet.

f Liberorum] Comprehendit. ¶ dicens primam causam in suc. liberorum: vt Inst. de here. ab intesta. in prin. Sic[c] & prætor large vtitur: vt ꝫ. si ta. test. l. j. in prin. sic & iurisconsulti: vt sup. de in ius vo. sed si hac. §. liberos. & ꝫ. de senat. l. liberos. & sup. eo. l. cognoscere. §. liberorum. & sup. solu. ma. l. si dotali. Accursius.

c Liberorum appellatione latissimè omnes descēdētes intelligūtur seu designantur à lege, prætore, iurisconsultis.

g ¶ Necessarium. ¶ Aliàs necessarium: & aliàs necessariò. & semper dic, id est necessario. & dic in cognatione, id[d] est in cognatis: & da exemplum. C. de quæstio. l. diuo. vbi liberi decurionum non possunt subiici bestiis, vsque ad pronepotes. Item est exemplum C. de secun. nup. l. j. §. hac etiam. vbi ea quæ auferuntur secundo nubenti, dātur decē personis. Item est exemplum. C. de incest. nup. si quis incesti. vbi qui contrahunt incestas nu. non testātur in lineam inferiorem nisi vsque ad pronepotes.

d Cognatio pro cognato.

h ¶ Contineri. ¶ Hoc ideo, quia commode separari non possunt: vt C. communia vtriusque iu. l. possessionum. aliàs autem contra: vt Insti. qui da. tut. pos. §. si. & ꝫ. de test. tutel. l. quid si nepotes.

* liberorum.

† in cognatione al. cognationē singularum.

i ¶ Placere. ¶ Vt supra eod. l. filij appellatione.
k ¶ Reliquit. ¶ Supra eo. l. non est.
l ¶ Nos quoque. ¶ Loquitur in persona cuiuscunque descendentis: quia dicit nos, scilicet: filios vel nepotes.
m ¶ Parētes pios. ¶ Repete docet, vt hęc soluta sit pro coniuncta: & lege suspensiue vsque illuc: filiorum. & ibi reassume, nos dico docet.

Verbum facere[a], omnē omnino faciēdi causam complectitur, dandi, soluēdi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

CCXIX. Idem *libro secundo Responsorum.*

In conuentionibus[b], contrahentium voluntatem potius quàm verba spectari placuit[c]. cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad heredem[d] eius qui suscepit, pertineret: ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit[e].

Appellatio liberorum omnes comprehendit: nisi per proferentem aliter limitetur. appellatio vero filiorum ad vlteriores non extenditur. nisi de dura separatione tractetur. Item qui vnicum nepotem relinquit, nō videtur sine liberis decessisse. h. d. & primò ponit qui cōprehendantur appellatione liberorum. secundò dicit ad quid fuit inuenta denominatio filiorum & nepotum. tertio ostendit per auctoritatem Papirij, nepotes quandoque contineri appellatione filiorum. quarto ostendit idem ex allusione vel deriuatione vocabuli. Prima durat vsque ad ver. totiens. secunda vsque ad ver. sed Papirius. tertia vsque ad ver. præter hæc. quarta vsque in fi. Bart.

CCXX. Callistratvs *libro secundo Quæstionum.*

Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, cōtinentur. hos enim omnes suorum[*] appellatione lex duodecim tabularum comprehendit[f]. Totiens enim leges necessariū[g] ducunt† cognitionem singulorum nominibus vti, veluti filij, nepotes, pronepotes, cæterorūve qui ex his descendunt, quotiens nō omnibus qui post eos sunt, præstitū voluerint, sed solis his succurrēt quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt: liberorum appellatione comprehenduntur. 1. ¶ Sed & Papirius Fronto libro tertio respōsorum ait, prędio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri[h]: nisi voluntas testatoris aliter habeat. filij enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere[i]. 2 ¶ Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit[k]. 3 ¶ Præter hæc omnia, natura nos quoque[l] docet, parentes pios[m], qui liberorum procreandorum animo & uoto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, continere. Nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quā filij[n], appellare. etenim idcirco filios filiásve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

CCXXI. Pavlvs *libro decimo Responsorum.*

Paulus respōdit[o], falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est[p]: siue habenti tutor datus est[q], siue non[r]: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est[f]: & modius iniquus[r], qui modius non est[u].

CCXXII. Hermogenianvs *libro secundo Iuris Epitomarum.*

Pecuniæ[x] nomine non solùm numerata pecunia, sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur[y].

CCXXIII. Pavlvs *libro secundo Sententiarum.*

Latæ culpæ[z] finis est, non intellegere id quod omnes intellegunt[a]. 1 ¶ Amicos[b] appellare debemus, non leui notitia[c] coniunctos: sed quibus fuerint iura[d] cum patrefamilias honestis familiaritatis quæsita rationibus[e].

CCXXIIII. Venvleivs *libro septimo Stipulationum.*

Vinculorum[f] appellatione vel priuata vel publica vincula significant: custodiæ[g] verò tantum publicam[h] custodiam.

CCXXV. Tryp. *lib. 1. Disputationum.*

o Paulus respondit. exponit rubricam, quod fal. tu. auct.
p ¶ Non est. vt & sup. quod fal. tut. auct. l. j. §. j.
q ¶ Datus est. sic non tenet datio: vt Inst. de curato. §. interdum.
r ¶ Siue non. scilicet est datus: sed dic quòd datio non tenet.
s ¶ Non est. scil. verè: abusiue[a] tamen dicitur testamentum: vt ꝫ. quemadm. test. ape. l. j. §. j. Accur.

a Falsum testamentum abusiue dicitur testamentum.

t ¶ Iniquus. i. falsus.
u ¶ Qui modius non est. sic falsus[b] emptor nō est emptor: vt ꝫ. de in diem ad. vbi autem.

b Falsus emptor non est emptor.

§ cum dicitur. sed malæ fidei sic: vt supra pro emo. l. ij. §. separat.
x Pecunia. facit. supra eod. l. cum filij pulamur. & ad Trebel. l. ballista. & l. scribus. & dixi plene. supra eod. l. pecunia. & l. res.
y ¶ Continentur. quia omnes res possunt in pecuniam conuerti. Accur.
z Late culpa. quæ dolo comparatur: vt ꝫ. depositi. l. quod Nerua.
a ¶ Intelligunt. da exemplum: vt supra de instit. l. sed & si pupillus. §. praescribere. Et[c] subaudi hic, vel maior pars: vt ꝫ. ad mu. l. quod maior. & inf. tit. j. aliud. §. j. & facit supra de iuris & fac. igno. l. regula. §. sed facti. & supra eod. l. cedere. §. fi. Accur.

c Pars maior quod facit, & quādo omnes facisse putat.

b ¶ Amicos. ¶ Sume exemplum in teste: vt supra de test. l. ij. §. j. 2 Item pone in legato 1 vt supra de lega. l. sciendum. §. si alicuius accessatio.
c ¶ Notitia. scilicet vna salutatione, vel colloquio.
d ¶ Iura. scilicet familiaritatis quæsita honestis rationib. 2 Vel dic honestis ratione familaritatis: vt quia socius in hospitio, vel in scholis: nō inhonestis: vt ꝫ. eo. l. libro me. aliàs incipit, Masurius. in eo quod ibi dicit, honestiore & propiore nomine dicitur cōcubina, quàm amica: sed certè melius ibi innuitur quòd ex[d] inhonesta etiam causa fit amicitia.

d Amicitia interdum ex inhonesta causa fit.

e ¶ Rationibus. vnde Tullius: Amicitia[e] est idem velle in licitis & honestis. vnde non est amicitia inter latrones & fraudatores: sed īter istos est fra[?] & dol[?]: & ideo rei epis. &c. vt ꝫ. pro socio. l. cū duob. in fi. & dicitur amicus, quasi amici custos.

e Amicitia quid sit.

n ¶ Quàm filij. ¶ Scilicet nomine. ¶ Et not. quod plus[e] diligit filiū pater, quàm filius patrem. Sed quare hoc est? Respon. est ratio in filio, nam cum quælibet res cōseruationē sui desideret, & videat pater suam naturam in filio cōseruari, vt hic, & non ecōtra, ideo plus eum diligit: vt hic. & ꝫ. de inoffic. testa. l. nam & si. & sup. vnde lib. ti. l. scripto. in fi. & sup. quod me. cau. l. isti quidem. in fi.

e Pater plus diligit filiū, quàm filius patrem.

f ¶ Vinculorum. ¶ Accipe exemplum. sup. ex qui. cau. l. j. §. j. nam ibi dicit eum restitui qui fuit in vinculis: quod exponit hic. & supra in dicto tit. l. succurritur. & l. in eadem. & supra eod. l. qui ne. §. solutum. & l. verum est.
g ¶ Custodiæ. scilicet appellatione.
h ¶ Tantum publicam. vt d. l. succurritur. in fin. & sic Inst. de iure natu. §. sed quotiens. & C. de carceri. inhi. l. j.

a **F**ugitiuus. Da exemplum: vt ff. de aedil. edic. l. j. §. j. vbi venditor debet dicere, quis fugitiuus, &c. quod exponit hic, & in eo. titu. l. quis sit fugitiuus. in princ. & §. apud Caelium.

b Dicere quis posset. scilicet aliquis: videlicet quantum ad poenam infernalem. vt ibi: Qui viderit mulierem ad concupiscendam, iam moechatus est in corde suo.

c ¶Oportere. quantum ad poenam iuris ciuilis: vt ff. de poenis. l. cogitationis. nisi[a] in casu vbi sola cogitatio forte punitur: vt cod. ad legem Iuliam maie. l. quisquis. Accursius.

a Cogitatio sola quandoque punitur.

d ¶Crimina. s. adulterium & furtum.

e ¶Cum aliquo actu. ¶Aliis facto. ¶Et habes[b] idem quod factum exigatur in delictis. ff. ad legem Aquil. l. si quis testamentum deleuerit. in fin. & supra eo. l. saepe. in fin. & supra de fur. l. j. §. sola cogitatione. & ff. de aedil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. apud Caelium. & in eo. titu. l. bouem. §. j. nec attenditur, perueniat aliquid ad effectum, an non: vt C. si quacunque praedi. po. l. j. & supra de extraordina. cri. l. j. & Cod. de fur. l. j. §. qui. Quod intellige si[c] per eum non remansit: vt supra de parri. l. j. in fin. secus si poenituit: vt supra ad l. Cor. de fals. l. qui falsam. & de hoc dixi supra de fur. l. qui ea mente.

b Delicta non perfecta non puniuntur.

c Aug. li. 4. q. vera hanc lectionem affe- rit.

c Delinquens si delictum non perfecerit, quia deprehensus, vel quia poenituit multum interest.

FVgitiuus[a] est, non is qui solum consilium fugiendi a domino susceperit, licet id se facturum iactauerit: sed[b] qui ipso facto fugae initium mente deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset[b]: vt etiam is qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modo eius mentis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamen oportere[c] eadem haec crimina[d] adsumpto actu intelligi: & ideo fugitiuum quoque & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu[e] intelligi constat.

CCXXVI. PAVLVS *libro 1. Manualium.*

MAgna[f] negligentia culpa est: magna culpa dol[g] est.

CCXXVII. IDEM *libro 2. Manualium.*

EX illa[h] parte edicti, *Eum quem ei heredem esse oportet*, heredis heredibus bonorum possessio non defertur. 1 ¶ Item in substitutione[i] his verbis, *Quisquis mihi heres erit*, proximus heres tantum significatur: imo non tantum[k] proximus heres, sed etiam scriptus.

CCXXVIII. IDEM *libro singulari de Cognitionibus.*

MVnicipes intelligendi sunt & qui in eodem municipio nati sunt[l].

CCXXIX. IDEM *libro singulari de Tacitis fideicommissis.*

TRansacta[m] finitave intellegere debemus non solum[*] quibus controuersia fuit, sed etiam quae sine controuersia sint possessa.

CCXXX. IDEM *libro singulari ad senatusconsultum Orficianum.*

VT sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris[n] temporis silentio finita.

CCXXXI. IDEM *libro singulari ad senatusconsultum Tertyllianum.*

f **M**Agna. ¶Pone exemplum: vt dixi supra eo. l. cedere. §. si. & supra eo. l. lata.

g ¶Doli est. id[d] est comparatur: vt ff. depo. si. l. quod Nerua. & supra manda. l. si fideiussor. circa prin. & supra si mensor fal. mod. l. j. §. hac actio. & supra si quis testa. liber esse iussus. l. j. §. non autem. & sup. de actio. & obliga. l. j. §. in quoque. Sed quandoque contra: vt supra ad leg. Corne. de sicar. l. in lege. §. in quoque. & Institu. de suspec. tuto. §. suspectus. Idem in qualibet fere criminali actione, & ciuili etiam actione quae dolum tantum punit: vt furti. & etiam iniuriae.

d Culpa magna dolo quibus casibus comparetur.

* Non solum de.

h **E**X illa. puta si non sint filij vel inferiores qui succedant: & tunc succedant adgnati: non eorum heredes. vt hic, & supra vnde legi. l. j. in princ. & supra vt ex leg. & sena. bono. pos. de. l. j.

i ¶Item in substitutione. hoc dic vt ff. eo. l. sciendum. in prin.

k ¶Non tantum. id est non omnis proximus: sed demum scriptus, si quis sit scriptus.

l **M**Vnicipes.]Nati sunt. sic ergo natiuitas[e] facit municipem: vt hic & supra ad munici. l. j. in prin. & alia plura: vt ibi plene notatur. & facit supra eo. l. munus. in fin.

e Municipem facit natiuitas.

m **T**Ransacta. ¶Pone exemplum, ff. ad Tertul. l. j. §. fin. vbi mater succedit filio, nisi sit exclusa scilicet mater sententia vel transact. 2 Vel nisi sit finita scilicet praescriptione: quia sic contra eam praescriptum. x. vel xx. vel xxx. annis. sed in transact. videtur contra quas non possit esse nisi sit lis: vt C. de transactio. l. causas. & supra de transactionibus. l. j. Sed tunc lege coniunctim, transactione finita. & iunge legem sequentem cum ista. Accursius.

n **V**T sunt.]Longioris. i. longi.

o **Q**Vod dicimus.]Prosuperstite. ¶Non[a] tamen est pupillus: vt in ar. contra. ff. eo. l. non est pupillus. & da exemplum. ff. de sta. homi. l. qui in vtero. ¶Sed opponitur, quod si ita sit heres institutus, si natus erit intra decem dies? sed hoc facit voluntas testatoris.

a Nascendus habetur pro nato, & non pro pupillo.

p ¶Non prodest. ¶Vt adquirant: sed aliis quandoque prodest: vt supra de poen. l. praegnantis. & supra quando dies leg. ce. l. si autem. & quo ad alimenta matris: vt supra de ventre in possess. mitten. l. j. in princ. & not. in d. l. qui in vtero. & facit supra eod. l. intelligendum.

b Forte legatum quidam, qui non attentior.

QVod dicimus eum qui nasci speratur, pro superstite[o] esse: tunc verum est, cum de ipsius iure quaeritur. aliis autem non prodest[p] nisi natus.†

CCXXXII. GAIVS *libro primo de verborum obligationibus.*

HAec enunciatio[q], *Quae sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & aestimationis significatiua est.

CCXXXIII. IDEM *libro primo ad legem duodecim tabularum.*

SI caluitur[r], *et moretur, & frustretur.* inde & calumniatores appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus[s]. inde & cauillatio[t] dicta est. 1 ¶Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota[u] suscipiuntur.

2 ¶Telum[x] volgo quidem appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Graeca voce figuratum[*] & hanc significationem inuenire possumus & in Graeco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoque nomine volgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur quod mittitur manu, [Greek]. Admonet nos Xenophon. † nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δ' ἐκ χειρὸς λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Graecos quidem proprio nomine τόξευμα † vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

CCXXXIIII. IDEM *libro secundo ad legem duodecim tabularum.*

QVos † nos[y] hostes[z] appellamus, eos veteres perduelles[a] appellabant, per eam

q **H**Aec enunciatio. ¶Sic quandoque loquimur: substantia Titij valet plus aureorum xxx. & comprehendit simul quantitates & aestimationes specierum quae sunt in bonis Titij: vt hic, & sup. a eodem. l. propemodum.

a In vulg. Si calumnietur, verba l. 12. tab. interpretatur quae ita erant scripta: Si calvitur pedemve struit, manum endo iacito. Festus li. 18 in ver. struere. Inst. de public. iudic. §. Telum. Aug. lib. 4. ca. 5. & 6.

r **S**I caluitur. ¶Quidam dicunt fuisse hanc quandam rubricam, quae ita dicebat. 2 Vel pone calumnietur pro calumniatur: vt sit sensus: si moretur & frustretur, quia non venit ad iudicium, calumniatur, id est calumniator praesumitur: vt C. qui accusa. non poss. l. si ea. & C. vt intra cer. tempus cri. quaestio ter. l. j. Azo. & ff. de appel. recipien. l. cius. qui.

* Alciat. lib. praetermiss. [illegible]

s ¶Litibus. ¶Nam[b] calumniari, est falsa crimina scienter intendere: vt ad Turpil. l. j. in princ. Azo.

b Calumniatur, qui falsa crimina scienter intendit. † lib. 5. dial. & tela simul frombantur, hastae, sagittae, fundae, ut plurimi lapides.

t ¶Cauillatio. a caluo, caluis. i. decipio, decipis.

* sagitta sagittatio.

u ¶Vota. ieiuniorum. ¶Sed quare hic? Resp. quia hic tractat etiam de rerum significatione. Ieiunium[c] enim tale significat votum & deuotionem hominum ad Deum pro principis salute: & facit secundum hoc. C. de feriis l. omnes dies. ibi, diem nostri votis. &c. vel si promisisti die votorum: hac die dabis. Sed quandoque etiam propter alias causas indicitur ieiunium: puta ob aegritudinem, vel quia in hostes proficiscitur. 2 Vel dic secundo, secundum R. vota[d], id est sacramenta a consulibus qui die Kalendarum Ianuarij intrant magistratum: vt ff. de condit. & demonstra. l. Publius. & sic iurant: & in eo iuramento habetur mentio principis vt in auth. iusiuran. quod praest.

c Ieiunium quid.

† Cicero. 1. de offic.

d Vota.

x ¶Telum. Pone exemplum. ex. l. 3. ff. de furtis. l. si pignore. §. furtum. item Institu. de pub. iud. §. item lex Corne. caetera sunt plana.

y **Q**Vos nos. moderni.

z ¶Hostes. Qui sint isti, habes. ff. eo. l. hostes.

a ¶Perduelles. ¶Not. crimen[e] perduellionis, id est laesae maiestatis contra principem, vel rempublicam, quasi hostile & abominabile: vt ff. ad l. Iul. maie. l. fi. & de leg. ij. l. cum filium. in fin. & Instit. de hered. quae ab intestato. §. per contrarium. Accur.

e Perduellionis crimen quod sit, & contra quos possit committi.

tum verbis. sed in C. *de cadu. tol. per totum. l.* soli primi dicuntur coniuncti, non secundi vel tertij. ¶ Item not. quòd quidam[a] dixerunt, verbis tantum coniunctos nō habere ius accrescendi: quia in illo titu. de vsufruct. ac. non dicitur nisi de re coniunctis: sed male: *vt supra de leg. j. l. si duobus. §. fin. & de lega. ij. l. Manio. in princ.* secundum Azo.

a Verbis tantum coniuncti habent etiam ius accrescendi.

¶ Et plenius no. hanc materiam supra de vsufru. ac. l. j. in fin.

a *ID apud.*] *Habetur enim.* id est haberi videtur: *vt & infra tit. j. leg. qui autem.* & hoc secundum vnam significationem verbi habere, id[b] est dominium habere: *vt infra eod. titu. l. habere. & supra de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. habere. & supra de acquir. re. do. l. rem in bonis.* sed verbum penes[c], strictius ponitur: *vt* ʒ. *eo. l. penes.* Accur.

† Vide Laur. Val. li. elegan. 6. c. 48. & Festum in ver. Pellex.

b Habere rem videtur qui dominium rei habet.

† Concubina quæ dicatur.

c Penes aliquē aliquid esse.

b *MAsurius.* ¶ aliàs Masurius, & aliàs, Libro memorialium Mas. incipit lex ista.

c ¶ *Honestiore.* s. nomine quàm pellicem, & propriore quàm amicam: cum amica[d] non fit ex inhonesta causa: *vt hic & infra l. lata. §. amicos.*

d Amica non esse ex inhonesta causa.

d ¶ *Appellari.* scilicet scribit Masurius.

e ¶ *Vxor.* scilicet alia mulier non pellex.

f ¶ *Quosdam.* scilicet vocare ait, sc. Granius inter quos erat Masurius in prin. huius legis Accur.

g ¶ *In domo sit.* scilicet alicuius, qui nullam habet vxorem.

h ¶ *Pallacen.* i. concubinam. & sic concordat cum Masurio.

i *VIrilis.* scilicet partis, da exemplum: Si duo sunt instituti in viriles partes, quorum vnus decesserat, vel post decessit ante aditam hereditatem: totum habebit superstes. *sic & Cod. de hered. institu. l. ij.* Sed[e] proprie virilis, id est æqualis: *vt supra de lega. poster. l. virilis. in princ.* Accur.

e Virilis portio propriè dicitur quæ æqualis.

ID apud se quis habere videtur, de quo habet actionē. Habetur enim[a], quod peti potest.

CXLIIII. PAVLVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

MAsurius[b] scribit libro memorialiū, pellicem † apud antiquos eā habitam, quæ cùm vxor non esset, cū aliquo tamen viuebat: quam nunc verò nomine amicam, paulo honestiore[c] concubinam † appellari[d]. Granius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicē nunc volgo vocari, quæ cum eo cui vxor[e] sit, corpus misceat: quosdam[f] eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo[g] sit: quā παλλακὴν[h] Græci vocant.

CXLV. VLPIANVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

VIrilis[i] appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

CXLVI. TERENTIVS CLEMENS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

SOceri[k], socrus appellatione, auum quoque & auiam vxoris vel mariti contineri respondetur.

CXLVII. IDEM *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi in continentibus[l] vrbis nati sunt, Romæ nati intellegantur.

CXLVIII. GAIVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOn est sine[m] liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est. hæc enim enuntiatio[n], *habet liberos, non habet liberos*: semper pluratiuo numero profertur[o], sicut & pugillares[p], & codicilli[q].

CXLIX. IDEM *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NAm quē sine liberis esse dicere nō possum[r], hunc necesse est dicamus liberos habere.

Minus recipit etiam qui nihil recipit. Bartolus.

CL. IDEM *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita à te stipulatus fuero, *quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?* non solet dubitari[s], quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

CLI. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

DElata[t] hereditas intellegitur, quam quis possit adeūdo consequi[u].

b ¶*Non licet.* ¶Id est licitum est. Sed contra *, ꝟ. *manda. l. dilig. uter. in princ. & de pet. here. l. hereditas. §. si defuncto. & de nego. gest. l. qui aliena. §. libertos.* quibus dicitur non licere plus expendere. Solu. hic fuit eius voluntatis testator, vt etiam plus impendi voluerit, quàm dixerit: sed in fauorem heredis taxauit. q. d. nolo eos amplius grauare, &c. *sic. ꝟ. de donat. inter virum & uxorem. l. si sponsus. §. si quis rogatus.* 2 Vel solue vt ibi *in d. l. qui aliena. §. libertos.*

*al. expēsas maiores facere heres verum possit, quàm fuerit impe rata.

c I*N lege Censoria.* id est quæ super censu erat lata.
d ¶*Portorium.* quod vectigal dicitur.
e ¶*Fecisset.* ¶Vt & *C. de inco lis. l. ciues. & sup. de lib. agn. l. j. §. domum.* Accur.
f ¶*Quid autem.* scilicet aliàs: non dico modo in seruis.
g ¶*Contineri.* Vt & *ꝟ. de auro & argen. leg. l. cum in testamento.* hoc est id sine quo viuere quis non potest: *vt ꝟ. e. l. verbo victus.*
h ¶*Atrienses.* i. atriū custodientes.
i ¶*Toleraret.* id est sustentaret.
k ¶*Et sibi.* nunc soluit.
l ¶*Destinatique.* Non ergo qui gratia culturæ sunt, *vt supra quæsierat*: sed qui circa se sunt: *vt hic: & ꝟ. de leg. iij. l. quæritur. §. seruus.* sed videtur quòd nec isti eximātur quin portoriū pro his soluatur: *vt ꝟ. de publica. & vect. interdū. §. quotiēs.* Solu. ibi appellat vsualia, q ad agrorum vsum sunt deputata: non ad vsum personæ domini.
m ¶*Iunctores.* aliàs victores, id est victum parantes. in lib. R. vectores: id est aurigæ. *& fa. ꝟ. de publi. l. si publicanus. §. j. item fa. sup. de au. & argen. leg. l. Quintus.*
n P*Veri.*] *Omnes seruos.* ¶Etiam ᵇ sexagenarios. & de hoc da exemplum. *ꝟ. de leg. iij. uxorem. §. testamento.* & sic vocant Bononienses.
o ¶*Puellæ.* Ex interpretatione tñ appellatione puerorū etiā puellæ continentur: *vt sup. de lega. iij. l. seruis legatis. §. sed pueris.*
p ¶*Demonstraremus.* Quæ est ad. xiiij. an. in maribus: & ad. xij. an. in fœminis: nisi in casu: vt cum legātur eis alimenta: nam fœminæ ad. xiiij. annum, mari ad xviij. videtur legatum: *vt ꝟ. de alimen. leg. l. Mela.*
q Q*Vi fundum.*] *Recepit.* id est excepit.
r ¶*Duracinas.* ¶Aliàs duracinas: quas dicunt Bononienses pergulas. aliàs duratinas: quia durant & seruantur ad comedendum. Accur.
s ¶*Purpureas.* i. purpurei coloris.
t ¶*Recepta.* id est excepta.
u ¶*Videri.* Est * ergo pomum generale nomen vnde Adam vuam dicitur comedisse secūdū quosdam. & pro his est quod dicitur: Patres comederūt vuam acerbam: & dētes, &c. 2 Alij theologi dicunt de pomo. 3 Alij de ficu, propter folia quibus se cooperuerunt. *& facit. ꝟ. eo. l. frugem.* Accur.

† Cēsoria lex à Censoribus sic dicta, quorum erat munus portoria & vectigalia locare. Bud.
* domum.
† hominibus. al. omnibus.
† Domicillium habēs in prouincia, non cōtinuò prouincialis.
* Tabulæ sūt quas olim quisque de domestica ratione faciebat. Bud.
† vel.
b Puerorum appellatione seruos etiam sexagenarios intelligūt, quia hoc casu vox pueri non refertur ad ætatē, sed ad conditionem.
* Tolerare, est modicè & summa parsimonia victitare.

Qui plus expendit quàm testator iussit, non videtur contra testamentum fecisse: sed bene qui minus. Bartolus.

CCII. ALFENVS VARVS *libro secundo Digestorum.*

CVm in testamento scriptum esset, vt heres in funere aut in monumento ᵃ dumtaxat aureos centum consumeret: non licet ᵇ minus consumere. si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

CCIII. IDEM *libro septimo Digestorum.*

IN lege censori ᶜ † portus Siciliæ ita scriptum erat: *Seruos quos domo * quis ducet suo vsu, pro his portorium ᵈ ne dato.* quærebatur si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa: vtrum pro his hominis † portorium ᵈ dare deberet, néc ne. Respondit duas esse in hac scriptura quæstiones. primam, quid esset *domum ducere.* alteram, quid esset *suo vsu* ducere. Igitur quæri soleret, vtrum vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an † dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè dicetur. Sed de ea re constitutum esse, eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas * haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset ᵉ. Quid autem ᶠ esset, *vsu suo*, magnam habuisse dubitationem. Et magis placet quod victus † sui causa paratum est, tantùm contineri ᵍ. Itémq. de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent, vtrum dispensatores, insularij, villici, atrienses ʰ, textores, operarij quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret ⁱ * omnes denique seruos † quos quisque emisset vt ipse haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emisset vt venderet. Et sibi ᵏ videri eos demum vsus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatique ˡ essent: quo in genere iunctores ᵐ *, cubicularij, coci, ministratores, atque alij qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

CCIIII. PAVLVS *libro secundo Epitomarum Alfeni.*

PVeri appellatio tres significationes habet: vnam, cum omnes seruos ⁿ pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ ᵒ diceremus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstraremus ᵖ.

CCV. IDEM *libro quarto Epitomarum Alfeni.*

QVi † fundum vendidit, pomum recepit ᵠ. Nuces & ficos, & vuas dumtaxat duracinas ʳ, & purpureas ˢ, & quæ eius generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους * appellarent, recepta ᵗ videri ᵘ.

CCVI. IVLIANVS *libro sexto ex Minicio.*

VInaria ˣ vasa propriè vasa torcularia ʸ esse placet: dolia autem & serias ᶻ tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent, cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad alium vsum transferri possent ᵃ. velut si frumentum in his addatur ᵇ. eandem causam amphorarum esse, vt cum vinum habeant, tum in vasis vinarijs cum inanes ᶜ sint, tum extra numerum vinariorum sint, quia aliud in his addi ᵈ possit.

CCVII. AFRICANVS *libro tertio Quæstionum.*

MErcis ᵉ appellatione homines ᶠ non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones ᵍ, non mercatores, sed venaliciarios † appellari ait: & rectè.

CCVIII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

BOnorum appellatio ʰ, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.

CCIX. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

COram ⁱ Titio * aliquid facere iussus, non videtur præ-

x V*Inaria.* Dic sensum, quòd torcularia habentur inter vinaria vasa: & est exēplū vt vino legato cū vasis, de vinarijs intelligatur: nō de alijs: *vt ꝟ. de vi. tri. & oleo leg. l. pe.* propter hoc fuit opus scire quæ essēt vinaria, & quæ nō. Iterū & aliàs de his habes mētio. *ꝟ. de leg. iij. l. uxorem. §. testamento.*
y ¶*Torcularia.* ex parte suppositi.
z ¶*Serias.* gen° vasis.
a ¶*Possent.* & solent. ¶Et sic ᵇ tutor est, quādiu bene administrat: aliàs non: *vt ꝟ. pro empto. qui fundum. §. si tutor.* Sed argu. contra. *ꝟ. quod vi aut clam. l. prohibere. §. illud. & sup. de adi. emp. fundi. §. fi. & l. granaria.* Accur.
b ¶*Addatur.* id est ponatur.
c ¶*Cum inanes.* id est sine vino. Accur.
d ¶*Addi.* aliàs claudi: & aliàs abdi. ¶Et dic possit & solet. *& facit. ꝟ. de fun. instru. & instrumento lega. l. quæsitum. §. si quis eodem.*
e M*Ercis.* Pone exēplum. *ꝟ. de tribu. l. j. §. licet.* Accur.
f ¶*Homines.* s. seruos. nam in liberis non est dubium. Accur.
g ¶*Mangones.* i. ᵉ seruorum comparatores, non dicuntur mercatores: quia sic à mercibus dicerētur: sed proprio nomine venaliciarij appellātur: *vt hic, & ꝟ. manda. l. si mandatū.* Sed videtur seruos esse loco mercis: *vt ꝟ. de lega. iij. l. seruus. §. eū quæ est contra.* Solu. aliud ᵈ esse loco mercis, vt ibi: quàm esse mercem: quod hic vetat. *& fa. sup. eo. l. mercis.*
h B*Onorum appellatio.* Da exemplū: testator iussit bona sua Titio restitui ab herede instituto: *vt sup. ad Treb. l. nam quod. §. si.* & hoc in ciuili appellatione bonorum. secus in naturali: *vt sup. eod. l. bonorum. & l. proprié.* quæ sunt arg. contra.
i C*Oram.* Pone exemplū quòd testator iussit aliquid fieri coram

ram Titio. 2 Item pone secundo exemplum *infra eod. l. §. j. respon.* 3 Item & *supra de arbit. l. diem §. coram. & l. sed interpellatur. in prin.* 4 Item pone *supra de auctor. tut. l. j. in §.* ¶ Et in his omnib. fallit regula quam habes *j. tit. j. l. qui potest. vbi plene dicet.*

In personali similiter vt in tutela. nam lex. xij. tabularum defert adgnatis tutelam, & mores: nam & ipsa lex. xij. tabularum ex moribus est: & imperium maioris interponitur, si opus est aliis modis: *vt supra eodem l. munus. & i. f a eod. tit. l. pupillus. §. munus.* Accursius.

sente eo fecisse, nisi is intellegat. Itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat: non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet. nam & inuito eo rectè fit quod iussum est.

CCX. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

IS qui natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus: in vrbanis [a] seruis constituetur.

CCXI. FLORENTINVS *libro octauo Institutionum.*

FVndi † appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur [b]. sed in vsu, vrbana ædificia [a], ædes [c]: rustica [d], villæ [e] dicuntur. Locus vero sine ædificio, in vrbe area [f]: rure autem ager appellatur: idemque ager cum [g] ædificio, fundus dicitur.

CCXII. VLPIANVS *libro primo de Adulteriis.*

PRæuaricatores [h] eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicando enim præuaricatores dicti sunt.

CCXIII. IDEM *libro primo Regularum.*

CEdere diem significat incipere deberi [i] pecuniam. venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit: & cessit [k] & venit dies. Vbi in diem: cessit dies, sed nondum venit [l]. Vbi sub conditione [m]: neque cessit, neque venit dies pendente [n] adhuc conditione. Æs alienum [o] est, quod nos aliis debemus. æs suum est, quod alij nobis debent.

Lata [p] culpa, est nimia neglegentia, id est non intelligere quod omnes [q] intellegunt.

CCXIV. MARCIANVS *libro primo Publicorum iudiciorum.*

MVnus † propriè est, quod necessariè obimus [r] lege [s], more, imperióve eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris officij, sed sponte [t] præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest. Sed in summa in hoc ventum est, vt non quodcumque [u] munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

CCXV. PAVLVS *libro singulari ad legem Fusiam Caniniam.*

POtestatis verbo plura [x] significantur: in persona magistratuum, imperium [y]: in persona liberorum, patria potestas [z]: in persona serui, dominium [a]. At cum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit: præsentis corporis copiam facultatémque significamus [b]. In lege Atinia [*] in potestatem domini rem furtiuam venisse videri & si eius vindicandæ potestatem habuerit [c], Sabinus & Cassius aiunt.

CCXVI. VLPIANVS *lib. primo ad legem Aeliam Sentiam.*

VErum est †, eum qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis [d] esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

CCXVII. IAVOLENVS *libro primo ex posterioribus Labeonis.*

INter illam conditionem, *cum † fari potuerit*, & *postquam fari potuerit*: multum interest. nam posteriorem scripturam vberiorem [e] esse constat: at *cum fari potuerit*, artiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit [f].

1 ¶ Item ita data [g] conditione, *illud facito in diebus*: si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo [h] † conditionem impleri oportet.

CCXVIII. PAPINIANVS *libro vicensimoseptimo Quæstionum.*

a ¶ IS qui.] *Vrbanis.* Id est numero vrbanorum. & habes [a] hunc casum *supra de le. ij. l. seruis vrbanis leg. §. eum. & facit supra eo. l. vrbana familia. & de leg. iij. l. si fundus.*

b ¶ FVndi.] *Continetur.* Est ergo genus, *vt sup. eod. l. quæstio est. & facit supra eod. l. locus.* Accur.

c ¶ *Aedes.* scilicet dicuntur.

d ¶ *Rustica.* s. ædificia. Azo.

e ¶ *Villa dicuntur.* & sic accipitur *supra de seru. instru. l. si ita. §. si. & de leg. iij. l. fundum sub conditione. §. qui fundum.*

f ¶ *Area.* scilicet dicitur. Accur.

g ¶ *cum.* i. iuxta.

h ¶ PRæuaricatores. ¶ Accipe exemplum *supra de præuaricato. l. j. & supra de his qui not. infa. l. athletas. §. præuaricatores.*

i ¶ CEdere.] *Incipere deberi.* ¶ Quandoque aliter: scilicet quantum ad transmissionem: *vt C. de cadu. toll. §. cum igitur.* Accursius.

k ¶ *Et cessit.* vt & *infra tit. j. in omnibus.* Nisi res [b] ipsa capiat dilationem: *vt supra de verb. obli. interdum.* vel nisi venerit cum sacco paratus: *vt supra de solutionibus. l. quod dicimus.*

l ¶ *Nondum venit.* nisi in casu: *vt sup. de verb. oblig. l. liber homo. §. decem.* Sed videtur semper venisse: *vt supra de verb. oblig. l. cum qui Kalendis.* quæ est contra. Solu. debetur: vt ibi. non tamen cum effectu pôt exigi: vt hic. Accur.

m ¶ *Sub conditione* scilicet stipulatus fuit.

n ¶ *Pendente.* quæ cõditio est de futuro: *vt supra si cer. pe. l. itaque.* & quoniam nõ est certum exituram: tunc enim habetur ac si esset pura *vt supra de nonat. l. si pupillus. §. qui sub conditione.* Accursius.

o ¶ *Aes alienum.* quod detrahitur de bonis: *vt sup. eodem. l. subsignatum. §. bona.*

p ¶ *Lata.* Pone exemplum *vt ī. de institu. l. sed & si pupillus. §. prescribere.*

q ¶ *Omnes.* vel maior pars, quod plene dic *vt infra eodem l. lata.* Accursius.

r ¶ MVnus.] *Obimus.* siue de personali, siue de patrimoniali dicas, bene est: *vt ī. de mune. & hono. l. j. §. illud.*

s ¶ *Lege.* coniunctim [c] accipitur hæc oratio: *vt ī. eo. l. triplici. §. videamus.* est ergo lex necessaria: *vt C. e. de episc. & cle. l. de his.* Item consuetudo: *vt C. nona vecti. per totum.* Item imperium: quia non nisi à principe peti potest, vel nunciis eius. Sic in patrimoniali.

t ¶ *Sponte.* vt *j. tit. j. l. donari.*

u ¶ *Non quodcunque.* largè accepto isto nomine munus, & aliter quàm in prin. ei. l. quia hoc [a] munus est cum causa & sine causa: donum semper sine causa. sed ecõtra donum [b] est genus: munus species. *supra eod. l. inter donum* & sic ibi strictè ponitur.

x ¶ POtestatis.] Plura. quia quinque.

y ¶ *Imperium.* vt *supra de iurisd. om. iud. l. imperium.*

z ¶ *Patria potestas.* vt *Instit. de pa. po. in prin.* Accur.

a ¶ *Dominium.* vt *supra de pe. l. j.*

b ¶ *Significamus.* vt *supra de noxa. l. quotiens.*

c ¶ *Habuerit.* & dimittere voluerit, accipiendo litis æstimationem: *vt supra de vsuca. l. sequitur. §. sed hoc dicemus.* Vel sub. & apprehendendi. & de hac l. habes *supra de vsucap. l. sequitur. §. quod autem.*

d ¶ VErum est.] *In vinculis esse.* ¶ Pone exemplum *ī. de pæ. l. aut damnum. §. solent.* vbi dicitur quod præses non debet in vinculis ponere eum qui in carcere detinetur. ¶ Itẽ not. hic nõ [c] esse in vinculis incarceratum. hoc est verũ propriè: sed in larga significatione sic: *vt supra ex quibus cau. ma. l. succurritur. & l. in eodem. & supra eod. l. qui neque. §. solutum. & facit infra eod. l. vinculorum.*

e ¶ INter illam.] *Vberiorem.* Ad opus debitoris, id est longiorem facit petitionem. & pone exemplum in promissione inter viuos, vel in vltima voluntate. Accursius.

f ¶ *Fari possit.* difficulter potest colligi hæc differẽtia: sed alio exemplo euidentius: vt si dicat testator: Anno duodecimo liber esto: vel post annum duodecimum. nam primo casu statim inchoato duodecimo anno erit liber: sed in secundo, demum eo perfecto: *vt ī. de ma. test. l. si ita fuerit libertas relicta. & facit ī. de contrahen. emp. l. qui fundum.*

g ¶ *Ita data.* id est apposita. Accur.

h ¶ *Biduo.* sicut [d] in diebus, vt hic, sic in annis: vt post annos liber esto. de biennio enim intelligitur: *vt ī. de ma. test. l. libertas. §. fin.* & sic in personis, vbi duo testes sufficiunt: *vt ī. de testi. l. obl.* Sed huic est argu. contra supra *de verb. oblig. l. ita stipulatus. in princip.* Sed hic non fuit omissus dies, imò appositus: ibi omissus per errorem.

a Vrbanorum mancipiorum appellatione quæ cõtineantur.

¶ Vide Lauren. Val. eleg. lib. 6. c. 41.

* Adde quæ no. in l. inter fructuarium in apost. ver. ergo quæ solum & parietem contrariae. supra Gl. in ver. cessisti dicere.

* ubi quid sit discrimination ter ædes & domum. l. de dã. infecto.

b Dilatio interdum rebus ipsis inhæret.

¶ Vide Lauren. Val. li. elegan. 6. c. 39. & Aci. lib. 11. disq. c. 13.

c Ad vestigia quæ coniunctim sint accipienda, vide Bart. in l. si pub. reum sup. de publicanis.

a Munus dicitur, quod datur etiam cũ causa, donum nunquam sine causa.

b Donum generis, munus speciei locum obtinet.

* Cõmiss. l. i. 14. c. ... & 17. c. 7.

† Angelia. 8.

c Incarceratus propriè nõ est in vinculis

† De hac & potestate differẽtia, vide hic Bartol.

† Vtrale locutio duo numero comprehendit . . . quoque . . . Gl. . . . super . . . in 6. . . quod notatur in l. . . apostolo in ver. inuentum pro plurali. supra Gl. e. § . .

d Binarium numerus cur in dubio intelligatur, vbi numerus est non . . . no.

a ¶ *Verbum facere.* ¶ Plene dic vt ī. eo. l. licet. & facit sup. eo. l. faciendi verba. & l. facere oportet. Accur.

b *In conuentionibus.* maxime bonæ fi. Azo.

c ¶ *Placuit.* Nota magis[a] sensum, &c. & sic est sup. de adimen. leg. l. ij. §. conditio. & c. quæ res pig. obli. pos. l. fi. & de lib. præte. l. iij.

a Sensum magis spectamus quàm verba.

Verbum *facere*[a], omnē omnino faciēdi causam complectitur, dandi, soluēdi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

CCXIX. Idem *libro secundo Responsorum.*

In conuentionibus[b], contrahentium voluntatem potius quàm verba spectari placuit[c]. cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad heredem[d] eius qui suscepit, pertineret: ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit[e].

Appellatio liberorum omnes comprehendit: nisi per proferentem aliter limitetur. appellatio vero filiorum ad vlteriores non extenditur. nisi de dura separatione tractetur. Item qui vnicum nepotem relinquit, nō videtur sine liberis decessisse. h. d. & primò ponit qui cōprehendantur appellatione liberorum. secundò dicit ad quid fuit inuenta denominatio filiorum & nepotum. tertiò ostendit per auctoritatem Papirij, nepotes quandoque contineri appellatione filiorum. quarto ostendit idem ex allusione vel deriuatione vocabuli. Prima durat vsque ad ver. totiens. secunda vsque ad ver. sed Papirius. tertia vsque ad ver. præter hæc. quarta vsque in fi. Bart.

CCXX. Callistratvs *libro secundo Quæstionum.*

Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, cōtinentur. hos enim omnes suorum[*] appellatione lex duodecim tabularum comprehendit[f]. Totiens enim leges necessariū[g] ducunt† cognitionem singulorum nominibus vti, veluti *filij, nepotes, pronepotes*, cæterorúve qui ex his descendunt, quotiens nō omnibus qui post eos sunt, præstitū voluerint, sed solis his succurrerēt quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt: liberorum appellatione comprehenduntur. 1. ¶ Sed & Papirius Fronto libro tertio respōsorum ait, prędio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri[h]: nisi voluntas testatoris aliter habeat. filij enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere[i]. 2 ¶ Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit[k]. 3. ¶ Præter hæc omnia, natura nos quoque[l] docet, parentes pios[m], qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, continere. Nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quā filij[n], appellare. etenim idcirco filios filiásve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

CCXXI. Pavlvs *libro decimo Responsorum.*

Paulus respōdit[o], falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est[p]: siue habenti tutor datus est[q], siue non[r]: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est[s]: & modius iniquus[t], qui modius non est[u].

CCXXII. Hermogenianvs *libro secundo Iuris Epitomarum.*

Pecuniæ[x] nomine non solùm numerata pecunia, sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur[y].

CCXXIII. Pavlvs *libro secundo Sententiarum.*

Latæ culpæ[z] finis est, non intellegere id quod omnes intellegunt[a]. 1 ¶ Amicos[b] appellare debemus, non leui notitia[c] coniunctos: sed quibus fuerint iura[d] cum patrefamilias honestis familiaritatis quæsita rationibus[e].

CCXXIIII. Venvleivs *libro septimo Stipulationum.*

Vinculorum[f] appellatione vel priuata vel publica vincula significant: custodiæ[g] verò tantum publicam[h] custodiam.

CCXXV. Tryph. *lib. 1. Disputationum.*

d ¶ *Ad heredē.* ¶ quod fieri potest: vt & sup. si ager vectig. l. j. in prin.

e ¶ *Potuit.* ¶ Vt si conductor suum ius legauerit. obtinet ergo[b] vicem heredis hoc casu legatari[c]: vt hic. sic in accessione temporis: vt ī. de vsuc. l. id tempus. §. fin.

b Heredis vicē, an & quibus casib. legatarius obtineat.

f *Liberorum*] *Comprehendit.* ¶ dicens primam causam in suc. liberorum: vt *Inst. de here. ab intesta. in prin.* Sic[c] & prætor large vtitur: vt ī. *si ta. test. l. j. in prin.* sic & iurisconsulti: vt *sup. de in ius vo. sed si hac. §. liberos. & ī. de senat. l. liberos. & sup. eo. l. cognoscere. §. liberorum. & sup. solu. ma. l. si dotali.* Accursius.

c Liberorum appellatione latissima, omnes descēdētes intelligūtur seu descēduntur à lege, prætore, iurisconsultis.

g ¶ *Necessarium.* ¶ Aliàs necessarium: & aliàs necessariū. & semper dic, id est necessario. & dic in cognatione, id[d] est in cognatis: & da exemplum. *C. de quæstio. l. diuo.* vbi liberi decurionum non possunt subiici bestiis, vsque ad pronepotes. Item est exemplum *C. de secun. nup. l. j. §. hic etiam.* vbi ea quæ auferuntur secundo nubenti, dātur decē personis. Item est exemplum. *C. de incest. nup. si quis incesti.* vbi qui contrahunt incestas nu. non testātur in lineam inferiorem nisi vsque ad pronepotes.

d Cognatio pro cognato.

h ¶ *Contineri.* ¶ Hoc ideo, quia commode separari non possunt: *vt C. communia vtriusque in l. possessionum.* aliàs autem contra: *vt Instit. qui da. tut. pos. §. fi. & ī. de test. tutel. l. quid si nepotes.*

* liberorum.

† in cognatione al. cognationē singulorum.

i ¶ *Placere.* ¶ Vt *supra eod. l. filij appellatione.*

k ¶ *Reliquit.* ¶ Supra eo. l. non est.

l ¶ *Nos quoque.* ¶ Loquitur in persona cuiuscunque descendentis: quia dicit nos, scilicet: filios vel nepotes.

m ¶ *Parētes pios.* ¶ Repete docet, vt hęc soluta sit pro coniunctiua: & lege suspensiue vsque illuc: filiorum. & ibi reassume, nos dico docet.

n ¶ *Quàm filij.* ¶ Scilicet nomine. ¶ Et not. quod plus[e] diligit filiū pater, quàm filius patrem. Sed quare hoc est? Respon. est ratio in filio, nam cum quælibet res cōseruationē sui desideret, & videat pater suam naturam in filio cōseruari, vt hic, & non ecōtra, ideo plus eum diligit: *vt hic, & ī. de inoffic. testa. l. nam & si. & sup. vnde tut. l. scripto. in fi. & sup. quod me. cau. l. isti quidem. in fi.*

e Pater plus diligit filiū, quàm filius patrem.

o *Paulus respondit.* exponit rubricam, quod fal. tu. auct.

p ¶ *Non est.* vt & sup. quod fal. tut. auct. l. j. §. j.

q ¶ *Datus est.* sic non tenet datio: vt *Inst. de curato. §. interdum.*

r ¶ *Siue non.* scilicet est datus: sed dic quòd datio non tenet.

s ¶ *Non est.* scil. vere: abusiue[a] tamen dicitur testamentum: *vt ī. quemadm. test. ape. l. j. §.* Accur.

a Falsum instrumentum abusiue dicitur testamentum.

t ¶ *Iniquus.* i. falsus.

u ¶ *Qui modius non est.* sic falsus[b] emptor nō est emptor: *vt ī. de in diem ad. vbi autem.*

b Falsus emptor non est emptor.

x *cum dicitur.* sed malæ fidei sic: *vt supra pro emo. l. ij. §. separat.*

x ¶ *Pecuniæ.* facit. *supra eod. l. cum ibi, putamur. & ad Trebel. l. ballista. & l. scribit. & dixi plene supra eod. l. pecunia. & l. res.*

y ¶ *Continentur.* quia omnes res possunt in pecuniam conuerti. Accur.

z ¶ *Latæ culpæ.* quæ dolo comparatur: *vt ī. depositi. l. quod Nerua.*

a ¶ *Intelligunt.* da exēplum: *vt supra de insti. l. sed & si pupillus. §. præscribere.* Et[c] subaudi hic, vel maior pars: *vt ī. ad mu. l. quod maior. & sup. tu. l. aliud. §. j. & facit supra de iuris & fac. igno. l. regula. §. sed facti. & supra eod. l. cedere. §. fi.* Accur.

c Pars maior quod facit, & quasi omnes faciunt paria.

b ¶ *Amicos.* ¶ Sume exemplum in teste: *vt supra de test. l. iij. §. j.* 2 Item pone in legato: *vt supra de lega. l. sciendum. §. si alienas accusatio.*

c ¶ *Notitia.* scilicet ex vna salutatione, vel colloquio.

d ¶ *Iura.* scilicet familiaritatis quæsita honestis rationib. 2 Vel dic honestis ratione familiaritatis: vt quia socius in hospitio, vel in scholis: nō inhonestis: *vt ī. eo. l. libro me.* aliàs incipit, Masurius. in eo quod ibi dicit, honestiore & propiore nomine dicitur cōcubina, quàm amica: sed certè melius ibi inuenitur quòd ex[d] inhonesta etiam causa sit amicitia.

d Amicitia interdum ex inhonesta causa fit.

e ¶ *Rationibus.* vnde Tullius: Amicitia[e] est idem velle in licitis & honestis. vnde non est amicitia inter latrones & fraudatores: sed īter istos est fra. & dol.: & ideo rei spis, &c. *vt ī. pro socio. l. cū duob. in fi.* & dicitur amicus, quasi amici custos.

e Amicitia quid sit.

f *Vinculorum.* ¶ Accipe exemplum. *sup. ex qui. cau. l. j. §. j.* nam ibi dicit eum vestitui qui fuit in vinculis: quod exponit hic, *& supra in dicto tit. l. succurritur. & l. in eadem. & supra eod. l. qui. n. que. §. solutum. & l. verum est.*

g ¶ *Custodiæ.* scilicet appellatione.

h ¶ *Tantum publicam.* vt d. l. succurritur. in fin. & sic *Inst. de iure natu. §. sed quot. em. & C. de carceri. inhib. l. j.*

Fugitiuus.

FVgitiuus[a] est, non is qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso facto fugę initium mente deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset[b]: vt etiam is qui nunquam alienā rē inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modò eius mentis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamen oportere[c] eadem hæc crimina[d] adsumpto actu intelligi: & ideo fugitiuum quoque & erronem non secundum propositionem solā, sed cū aliquo actu[e] intelligi constat.

CCXXVI. PAVLVS *libro 1. Manualium.*

MAgna†[f] negligentia culpa est: magna culpa dol'[g] est.

CCXXVII. IDEM *libro 2. Manualium.*

EX illa[h] parte edicti, *Eum quē ei heredē esse oportet*, heredis heredibus bonorū possessio non defertur. 1 ¶ Itē in substitutione[i] his verbis, *Quisquis mihi heres erit*, proximus heres tātū significatur: imò non tantùm[k] proximus heres, sed etiam scriptus.

CCXXVIII. IDEM *libro singulari de Cognitionibus.*

MVnicipes intelligēdi sunt & qui in eodem municipio nati sunt[l].

CCXXIX. IDEM *libro singulari de Tacitis fideicommissis.*

TRāsacta[m] finitáve intellegere debemus nō solū * quib' controuersia fuit, sed etiam quæ sine controuersia sint possessa.

CCXXX. IDEM *libro singulari ad senatusconsultum Orficianum.*

VT sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris[n] tēporis silentio finita.

CCXXXI. IDEM *libro singulari ad senatusconsultum Tertyllianum.*

QVod dicimus eum qui nasci speratur, pro superstite[o] esse: tunc verum est, cum de ipsius iure quæritur. aliis autem non prodest[p] nisi natus.†

CCXXXII. GAIVS *libro primo de verborum obligationibus.*

HÆc enunciatio[q], *Quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

CCXXXIII. IDEM *libro primo ad legem duodecim tabularum.*

SI caluitur[r], * *& moretur, & frustretur.* inde & calumniatores appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus[s]. inde & cauillatio[t] dicta est. 1 ¶ Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota[u] suscipiuntur.

2 ¶ Telum[x] volgo quidem appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. dictúmq. ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ.* & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine volgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur quòd mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonet nos Xenophō. † nam ita scribit: καὶ τὰ * βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα † vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

CCXXXIIII. IDEM *libro secundo ad legem duodecim tabularum.*

QVos † nos[y] hostes[z] appellamus, eos veteres perduelles[a] appellabant, per eam

---

a FVgitiuus. Da exemplum: vt ff. *de ædil. edic. l. j. §. j.* vbi venditor debet dicere, quis fugitiuus, &c. quod exponit hic, & *in eo. titu. l. quis sit fugitiuus. in princ. & §. apud Cælium.*

b *Dicere quis posse.* scilicet aliquis: videlicet quantū ad pœnā infernalem. vt ibi: Qui viderit mulierē ad concupiscendam, iā mœchatus est in corde suo.

c ¶ *Oportere.* quantum ad pœnā iuris ciuilis: vt ff. *de pœnis. l. cogitationis.* nisi[a] in casu vbi sola cogitatio forte punitur: vt *Cod. ad legem Iuliam maie. l. quisquis.* Accursius.

d ¶ *Crimina.* s. adulterium & furtum.

e ¶ *Cum aliquo actu.* ¶ Aliis facto. ¶ Et habes[b] idem quod factū exigatur in delictis. ff. *ad legem Aquil. l. si quis testamentum deleuerit. in fin. & supra eo. l. sæpe. in fin. & supra de fur. l. j. §. sola cogitatione. & ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium. & in eo. titu. l. bouem. §. j.* nec attenditur, perueniat aliquid ad effectum, an nō: vt *C. si quacunque prædi. po. l. j. & supra de extraordina. cri. l. j. & Cod. de fur. l. si quis.* Quod intellige si[c] per eum non remansit: vt *supra de parri. l. j. in fin.* secus si pœnituit: vt *supra ad l. Cor. de fals. l. qui falsam. & de hoc dixi supra de fur. l. qui ea mente.*

f MAgna. ¶ Pone exemplum: vt *dixi supra eo. l. cedere. §. si. & supra eo. l. lata.*

g ¶ *Dolus est.* id[d] est comparatur: vt ff. *deposi. l. quod Nerua. & supra manda. l. si fideiussor. circa prin. & supra si mensor fal. mo. l. j. §. hæc actio. & supra si quis testa. liber esse iussus. l. j. §. non autem. & supra de actio. & obliga. l. j. §. is quoque.* Sed quandoque contra: vt *supra ad leg. Corne. de sica. l. in lege. §. is quoque. & Institu. de suspec. tuto. §. suspectus.* Idem in qualibet fere criminali actione, & ciuili etiam actione quæ dolum tantùm punit: vt furti, & etiā iniuriæ.

h EX illa. puta si nō sint filij vel inferiores qui succedāt: & tunc succedunt adgnati: non eorū heredes. vt *hic, & supra unde legi. l. j. in princ. & supra vt ex leg. & sena. bono. pos. de. l. j.*

i ¶ *Item in substitutione.* hoc dic vt ff. *eo. l. sciendum. in prin.*

k ¶ *Non tantum.* id est non omnis proximus: sed demum scriptus, si quis sit scriptus.

l MVnicipes.] *Nati sunt.* sic ergo natiuitas[e] facit municipem: vt *hic, & supra ad municip. l. j. in prin.* & alia plura: vt ibi plene notaui. & *facit supra eo. l. munus. in fin.*

m TRansacta. ¶ Pone exemplum, ff. *ad Tertul. l. j. §. fin.* vbi mater succedit filio, nisi sit exclusa scilicet mater sententia vel transact. 2 Vel nisi sit finita scilicet præscriptione: quia sic cōtra eam præscriptum. x. vel xx. vel xxx. annis. sed in transact. videtur contra: quasi non possit esse nisi sit lis: vt *C. de transactio. l. causas. & supra de transactionibus. l. j.* Sed tunc lege coniunctim, transactione finita. & iunge legem sequentem cum ista. Accursius.

n VT sunt.] *Longioris.* i. longi.

o QVod dicimus.] *Pro superstite.* ¶ Non[a] tamen est pupillus: vt in ar. contra. ff. *eo. l. non est pupillus. & da exemplum. ff. de sta. homi. l. qui in vtero.* ¶ Sed opponitur, quod si ita sit heres institutus, si natus erit intra decē dies: sed hoc facit volūtas testatoris.

p ¶ *Non prodest.* ¶ Vt adquirant: sed aliàs quandoque prodest: vt *supra de pœn. l. prægnantis. & supra quando dies lega. ce. l. in tantum.* & quo ad alimenta matris: vt *supra de ventre in possess. mitten. l. j. in princ. & not. in d. l. qui in vtero. & facit supra eod. l. intelligendum.*

q HAc enunciatio. ¶ Sic quandoque loquimur: substātia Titij valet plus aureorum xxx. & comprehendit simul quantitates & æstimationes specierum quæ sunt in bonis Titij: vt *hic, & supra eodem. l. propemodum.*

r SI calumetur. ¶ Quidam dicunt fuisse hanc quandā rubricam, quæ ita dicebat. 2 Vel pone calūnietur pro calumniatur: vt sit sensus: si moretur & frustretur, quia non venit ad iudicium, calumniatur, id est calumniator præsumitur: vt *C. qui accusa. non poss. l. si ea. & C. vt intra cer. tēpus. cri. quæstio ter. l. j.* Azo. & ff. *de appel. recipien. l. eius. qui.*

s ¶ *Litibus.* ¶ Nā[b] calumniari, est falsa crimina scienter intendere: vt *ad Turpil. l. j. in princ.* Azo.

t ¶ *Cauillatio.* à caluo, caluis. i. decipio, de cipis.

u ¶ *Vota.* ieiuniorum. ¶ Sed quare hic? Resp. quia hic tractat etiā de rerū significatione. Ieiuniū[c] enim tale significat votū & deuotionē hominum ad Deū pro principis salute: & facit secundum hoc. *C. de feriis. l. omnes dies. ibi, diem nostri ortus, &c.* vel si promisisti die votorum: hac die dabis. Sed quandoque etiam propter alias causas indicitur ieiuniū: puta ob ægritudinem, vel quia in hostes proficiscitur. 2 Vel dic secundo, secundum R. vota[d], id est sacramenta à consulibus qui die Kalendarum Ianuarij intrant magistratū: vt ff. *de condit. & demonstra. l. Publius. & sic iurant:* & in eo iuramento habetur mentio principis *vt in auth. iusiuran. quod præst.*

x ¶ *Telum.* Pone exemplum. *ex. l. ff. de furtis. l. si pignore. §. furtum. item Institu. de pub. iud. §. item lex Corne.* cætera sunt plana.

y QVos nos. moderni.

z *Hostes.* Qui sint isti, habes. ff. *eo. l. hostes.*

a ¶ *Perduelles.* ¶ Not. crimen[e] perduellionis, id est læsæ maiestatis cōtra principem, vel rempublicam, quasi hostile & abominabile: vt ff. *ad l. Iul. maie. l. fi. & de leg. ij. l. cum filius. in fin. & Instit. de hered. quæ ab intestato. §. per contrarium.* Accur.

---

a Cogitatio sola quandoque punitur.

b Delicta non perfecta non puniuntur.

c Aug. li. 4. c. 9. verā hanc lectionem asseruit.

c Delinquens si delictū non perfecerit, quia deprehensus, vel quia pœnituit multùm interest.

d Culpa magna dolo quibus casibus cōparetur.

* Non solum de.

e Municipem facit natiuitas.

a Nascendus habetur pro nato, & non pro pupillo.

† Ferè leg. nam quidam pu ant, quibus non assentior.

* In vulg. Si calumnietur. verba l. 12. tab. interpretatur quæ ita erant scripta Sicaluitur pedēve struit, manum endo iacito. Festus li. 3. in ver. struere. Inst. de public. iudic. §. Telum. Ant. Aug. lib. 4. ca. 5. & 6.

* Alciat. lib. præsumpt. 1.

b Calumniatur, qui falsa crimina scienter intendit.

† lib. 5. dia. Cyropæd.

* 1. & tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, tū plurimi lapides.

† sagitta seu sagittatio.

c Ieiunium quid.

† Cicero. 1. de offic.

d Vota.

e Perduellionis crimen quod sit, & cōtra quos possit committi.

adiectionem [a] indicantes cum quibus bellum esset. 1 ¶ Locuples [b] est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei quam actor restituendam esse petit.

2 ¶ Verbum *viuere* quidam putant [c] ad cibum [d] pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait his verbis & vestimenta & stramenta [e] contineri. sine his enim viuere neminem posse [f].

CCXXXV. IDEM *libro tertio ad legem duodecim tabularum.*

Ferri [g] propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat: * portari ea, quæ quis iumēto secum ducit: agi [h] ea, quæ animalia sunt. 1 ¶ Fabros [i] tignarios † dicimus non eos dumtaxat qui tigna * dolarent, sed omnes qui ædificarent.

CCXXXVI. IDEM *libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

Qui venenum [k] dicit: adiicere debet vtrum malum, an bonum. nam & medicamenta [l] venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius cui adhibitū esset, mutat [m]: cū id quod nos venenum appellamus Græci φάρμακον † dicunt. apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. vnde adiectione * alterius nominis [n] distinctio fit. admonet nos summus apud eos [o] poëtarū Homerus. † nam sic ait.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. *

[id est, Pharmaca mixta quidem bona plurima, plurima amara.]

1 ¶ Glandis [p] appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait: exemplo Græci sermonis apud quos omnes arborū species ἀκρόδρυα † appellantur.

Duæ negationes faciunt vnam affirmationem. Bartolus.

CCXXXVII. IDEM *libro quinto ad legem duodecim tabularum.*

Duobus negatiuis [q] verbis quasi permittit lex magis quàm prohibuit. idque etiam Seruius animaduertit.

CCXXXVIII. IDEM *libro sexto ad legem duodecim tabularum.*

Plebs [r] est cæteri ciues sine senatoribus. 1 ¶ Detestatū [f] est testatione denuntiatum.

2 ¶ Pignus, appellatur à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. vnde etiam videri potest verū esse [quod] quidam putāt, pignus ꝓpriè [t] rei mobilis cōstitui. 3 ¶ Noxiæ appellatione omne delictum [u] continetur.

CCXXXIX. POMPONIVS *libro singulari Enchiridij.*

Pupillus [x] est, qui cū impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte [y], aut emācipatione. 1 ¶ Seruorum [z] appellatio ex eo fluxit, quòd imperatores nostri captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent.

2 ¶ Incola † est, * aliqua [a] regione domicilium suum contulit [b]: quem Græci πάροικον † appellant. Nec tantum hi qui in oppido morantur, incolę sunt: sed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent [c], vt in eū [d] se quasi in aliquam sedem recipiant.

3 ¶ Munus publicum [e] est officium priuati hominis [f], ex quo commodum ad singulos vniuersósque ciues, remq. [g] eorum, imperio [h] magistratus extraordinarium [i] peruenit. 4 ¶ Aduena est quem Græci ἐπήλυν * appellant [k].

5 ¶ Decuriones [l] quidam dictos aiunt [m] ex eo, quòd initio cum coloniæ deducerentur, decima [n] pars eorum qui ducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit. 6 ¶ Vrbs [o] ab vrbo appellata est. Vrbare est aratro definire. & Varus ait vrbum appellari curuaturam ara-

---

a ¶ *Adiectionem.* i. præpositionem, scilicet per. *sic & ꝟ. l. vrbana. §. pernoctare.* sic ergo per, ponitur [a] pro contra: vt & perfidus.

b ¶ *Locuples.* Da exemplum *supra qui satisd. cogan. l. ij. in princ. & sup. de in ius vocati vt eant. l. j.* Accur.

c ¶ *Putant.* & male.

d ¶ *Cibum.* s. tantum.

e ¶ *Stramēta.* i. lectū.

f ¶ *Neminem posse.* Ergo verbo [b] viuere, vel verbo victus, continentur hæc quæ hic dicuntur: *vt ꝟ. eo. l. verbo victus.* ¶ Sed contra *ꝟ. eo. l. in stratum.* vbi dicit, appellatione victus non cōtineri stragula: quod est idem quod stratum vel stramētū, *vt in eo. l. dicitur.* Solu. diuersa [c] sunt genera stragularū: quædam sine quibus viuere non possumus: vt lectū: vt hic. alia sine quibus stare possumus: vt tapeta: vt colligitur *supra de auro & argent. leg. l. vestis. §. virilis. & §. familiaria: & l. argumento. §. stragulas.*

g ¶ *Ferri*, accipe exemplum ex composito. s. infero, vt illata: *vt ꝟ. quibus cau. pig. taci. con. l. eo iure.* Accur.

h ¶ *Agi.* i. duci. ¶ *Vt ꝟ. de ser. vrb. præd. l. j.*

i. ¶ *Fabros.* ¶ Nam & tigni appellatio est generalis: *vt ꝟ. eo. l. tigni.*

k ¶ *Qui venenum.* ¶ Pone exemplum, *ꝟ. de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. veneni.* Item, *ꝟ. ad. l. Corne. de sica. l. eiusdem. in princ. & §. j. & ꝟ. item. ꝟ. fami. ercisc. l. cedere. §. mala.*

l ¶ *Medicamenta.* salubria. Acc.

m ¶ *Mutat.* dicitur ergo à vi vehemēti immutādi naturam eius cui adhibetur. Acc.

n ¶ *Nominis.* boni & mali.

o ¶ *Eos.* scilicet Græcos.

p ¶ *Glandis.* ¶ Da exemplum & dic *vt sup. de glan. legen. l. j.*

q ¶ *Duobus negatiuis.* q. d. duæ [e] negationes faciunt vnam affirmationem, & da exemplum *supra de adopt. l. nonnunquam. & supra de bon. liber. l. si filius qui. & supra de fun. instru. legat. l. quæsitum. in principio. & supra de quæstio. l. prima. §. si quis vltro.* Sed hoc quandoque fallit: *vt Cod. de seruis fugitiuis. l. prima & supra de damno infecto. l. fluminum. circa princip.* ibi, nemine nihil, &c. & sic hæc [f] dictio magis, comparatiue ponitur. nam plerumque affirmatiue. Accursius.

r ¶ *Plebs.* Plebiscitum fit à plebe. ideoque dicis quid sit. *Instit. de iure natu. §. plebiscitum.*

f ¶ *Detestatum.* da exemplum & dic *vt dixi supra eo. l. subsignati. §. detestari.*

t ¶ *Pignus propriè.* ¶ Impropriè [g] vel abusiuè etiam immobilis: dummodo detur creditori. quod vero non trāsit, dicitur hypotheca: *vt Institu. de act. §. item Seruiana. in fin. §. & sup. de pign. actio. l. sicut. §. propriè.* Sed quantum [h] ad hypothecariam actionem non est dare differentiam: *vt d. §. instit. in princ. & supra de pign. l. res hypotheca. §. inter pignus.*

u ¶ *Omne delictum.* priuatum: *vt ꝟ. de noxa. l. j. in princ. & Instit. de noxa. §. noxa.* non publicum: *vt dixi ꝟ. eo. l. hæc stipulatio noxalis. que est argumentum contra.*

x ¶ *Pupillus.* Datur tutor pupillo. dic ergo quis sit. sed [a] quādoque etiam filius in potestate dicitur pupillus: sed impropriè: *vt ꝟ. de verb. oblig. l. si. §. pupillus. & C. de iure delib. l. si infanti. §. pen.* quandoque etiam pro seruo impubere: *vt ꝟ. de pe. l. quam Tuberonis. §. pupillus.* Sed impropriè dicitur, & facit *Instit. quibus modis tu. fi. in prin.*

y ¶ *Morte.* ciuili [b] vel naturali, *vt Inst. quibus modis ius patria po. solu. in prin.*

z ¶ *Seruorum.* Da exemplum *Instit. de iure perso. §. serui. & sup. de sta. homi. l. iiij. §. seruitus.* sed tabellio [c] dicitur seruus publicus, à seruiendo, & nō à seruando: *vt ꝟ. de adop. l. non aliter.*

a ¶ *Aliqua.* alia ab ea ex qua duxit originē.

b ¶ *Contulit.* vt & *C. de lati. libe. tol. l. j. in princ.* & est idem quod aduena secundū quosdam: *vt ꝟ. §. aduena.* & idē quod accola, vnde Iacob accola fuit in terra Chan. Sed tu [d] dic differētiam inter municipem, & ciuem, & incolam, & aduenam, & accolam, *vt plene not. ꝟ. ad munici. l. j.*

c ¶ *Habent.* i. colunt.

d ¶ *Eum.* scilicet agrū id est villam.

e ¶ *Munus publicum.* Pro [e] officio ponitur hic munus: *vt & ꝟ. eo. l. munus tribus. in fin.* 2 Vel ponitur pro personali munere: vt tutela: *vt Instit. de excusa. tu. & sup. eo. l. munus tribus. §. respon.*

f ¶ *Hominis.* vt quia fit index.

g ¶ *Rémque.* i. ad vtilitatem eorum, Azo.

h ¶ *Imperio.* s. iniunctum: *vt sup. eo. l. munus propriè. in prin.*

i ¶ *Extraordinarium.* aliàs extraordinem: & aliàs extraordinario. nam non iure actionis cōpellitur: sed ex officio: & sic extraordinē.

k ¶ *Appellant.* s. idem quod incola, secundum quosdam: *vt & sub. eo. §. incola.* 2 Vel fortè is dicitur qui ad tēpus moraturus venit, vnde de Loth, Ingressus es tanquam aduena: an vt iudices. ¶ Et dic vt not. *sup. ad muni. l. j. in prin.* 2 Vel dic aduena, quasi aliunde veniens.

l ¶ *Decuriones.* Exponit rubr. *supra de decur.* & vbicunque in legibus inuenitur hoc nomen. & dic deducerentur, scilicet sub ditione Romanorum: vt prouincia Hispania, quia capta. quod dic vt *C. de lati. liber. tol. in prin.*

m ¶ *Aiunt.* & bene.

n ¶ *Decima.* id est decem ex illis probiores. plures enim decimæ erant. nam decies decem eligebantur: vt ex his decem meliores optarentur vel eligerentur à prudentibus. 2 Vel dic vt plene dicit litera.

o ¶ *Vrbs.* multis locis habetur mētio vrbis: *vt sup. eo l. ij. & Instit. de iure natu. §. sed quotiens.* nunc vnde dicitur. & dic ab vrbo: aliàs ab vruo. Accur.

---

a Per pro contra.

b Viuendi & victus verbo, quæ contineantur.

c Stragularū diuersa genera.

* Flo. violat.

† tignarios pro lignarios.

* ligna.

d Veneni dubia significatio.

† Alcia. lib. pro. ter. 2. hoc opsitero. & Budæus in anno. poste. rio. hic.

* Flo. adiectione alterius nomine di stin.

† Odyssea lib. 4.

* Alcia. sic vertit: plura venena quidē bona sunt, sed plurima amara. Aut. Aug. lib. 4. 4. Hoc de Aegyptiis dictum ab Homero, verius etiam dici posse de poetica. ait Plutarchus libr. quomodo oporteat iuuenes audire poeticam.

† id est fructus arborei quę è summis arboribus demontur. Vide Budæū hic.

e Negationes duę faciūt vnam affirmationē: interdū tamen nō faciunt, vt hic.

f Magis particula interdū comparatiuè interdum affirmatiuè ponitur.

g Pignus impropriè est etiā immobilis.

h Pignoris & hypothecę in actione hypothecaria non est differentia.

a Pupillus dicitur interdū filius qui est in potestate.

b Mors alia naturalis, alia ciuilis.

c Tabellio seruus est publicus.

d Municipis, ciuis, incolæ, & accolæ differentia.

† Alcia. lib. 2. parer. c. 7. qui in aliquā regionem.

† Vide Alc. lib. præter. 2. bis. & Bu. in annota. posteri. hic.

e Munus pro officio, vel munere personali.

* ille est colonus, qui prius sedes deferentem.

Quod

tri, quod [a] in vrbe condenda † adhiberi solet. 7 ¶ Oppidum [b] ab ope dicitur, quòd eius rei [c] causa mœnia sint constituta [d].

8 ¶ Territorium [e] est vniuersitas agrorum intra fines cuiusq. ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi,* id est summouendi [f] ius habet.

9 ¶ Verbum, *suum* [g], ambiguum [h] est, vtrum de toto, an de parte significat: ideo qui iuret suum non esse, adiicere debet, neque sibi communem esse [i].

CCXL. PAVLVS *ex libro sex libro primo imperialium sententiarum cognitionibus prolatarum.*

CVm quærebatur [k] an verbũ, *soluto matrimonio dotem reddi*, non tantùm diuortium, sed & mortem contineret: hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant: & multi putabant [l] hoc sensisse, & quibusdam aliis contra videbatur [m]: secundum hoc [n] motus imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo casu [o] remaneret dos apud maritum.

CCXLI. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA *libro singulari* ὅρων.†

IN rutis [p] cæsis [q] ea sunt quæ terra non tenentur, quæque opere structili [r] tectoriòve non continentur.

CCXLII. IAVOLENVS *libro secundo ex posterioribus Labeonis.*

MAlum [s] nauis esse partem, artemonem autè non esse Labeo ait: quia pleræque naues sine malo inutiles [t] essent, ideóque pars nauis [u] habetur: artemo autem magis adiectamento *, quàm pars nauis est. 1 ¶ Inter proiectum [x] & immissum hoc interesse ait Labeo, quòd [y] proiectũ esset id quod ita proheueretur, vt nusquam requiesceret: qualia mæniana [z] & suggrũda [a] † essent. Immissum autem, quòd ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, trabes quæ immittentur [b].

2 ¶ Plumbum quod [pro] tegulis [c] poneretur ædificij esse ait Labeo: sed id quod hypethri * tegendi causa poneretur, contra esse. 3 ¶ Viduam [d] † non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset [e]: sed eam quoque mulierem quæ virum non habuisset [f], appellari [g] ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde [h] aut sanitate esset. similiter viduã dictam esse, sine duitate [i]. 4 ¶ Straturã [k] * loci alicuius ex tabulis factis, † quæ æstate tollerentur. & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniã perpetui vsus * paratæ essent: neq. ad rẽ pertinere quòd interim [l] tollerentur [m].

CCXLIII. SCÆVOLA *libro octauodecimo Digestorum.*

SCæuola [n] respondit: Semper acceptum est [o], vt libertorũ appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel [p] posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè, is à quo [q] peteretur [r], † contra defuncti voluntatem doceret peti.

---

a ¶ *Quod*. s. aratrum. sed in destruendo dicitur pati aratrum: *vt supra qui. mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus.*

b ¶ *Oppidum ab ope*. i. auxilio. & habetur mentio in multis locis, maximè *supra proxi. §. incola.*

c ¶ *Eius rei*. id est auxilij.

d ¶ *Sint constituta*: vt sint in auxilium habitantibus.

e ¶ *Territorium*. ¶ Da exemplum. *s. de in ius voc. l. omnia iudi. l. fina. & C. de episco. & clericis. l. nulli. §. quod si in vico vel territorio.*

f ¶ *Summouendi*. quod fit ex causis vel toto loco, vel parte loci: *vt supra de pœnis. l. moram. & in Lombarda de simo sis, alias de seditiosis. l. j.*

g ¶ *Verbum*. [s.] *Suum.* ¶ Licet dicat in verbo, suo: idẽ in verbo, meo, & verbo, tuo. & da exemplum vt dicit in delatione iuramenti: cum iuro rem à me petitã non esse suã, scilicet aduersarij: vel nõ esse suã sarat aliquis: vt seruũ quæ non vult defendere in causa noxali: *vt supra de noxa. l. quotiens. §. prætor.*

h ¶ *Ambiguum est*. id est dubium: quia [a] habet duplicẽ significationem.

i ¶ *Commune esse*. Causa tollendæ dubitationis. idem est tamen & si non adiiciat. *vt s. de exce. rei iudi. si quis cum tot. in. j. Respon.* Azo. ¶ Vltimo nota hic: quod [b] commune est, non est meum. *fa. supra de auro & argent. lega. l. Quintus. & de ritu. nupt. l. illud. j. respon.* Arg. contra *supra de leg. j. l. serui electione. §. j. & ij. & l. Stichus & supra si ex noxa. cau. l. pe. & supra de ri. nup. l. illud in fi. & de leg. ij. l. si quis suos. & de condi. Indeb. l. ij. & de in ius voc. l. si communis libertus. & supra de neg. gest. l. pupilli. §. si quis ita.* ibi, nam & si. &c. & hoc prout exposui. Accur.

k ¶ *Cum quæreretur*. ¶ Da exemplum *supra solu. ma. l. si quis*. sic & tota die concipitur huiusmodi stipulatio.

l ¶ *Putabant*. & bene.

m ¶ *Contra videbatur*. & male.

n ¶ *Et secundum hoc*. in li. R. secundum hoc. in li. Al. ob hoc.

o ¶ *Nullo casu* siue morte siue diuortio [c] soluatur matrimonium: plus etiam si non contrahatur: *vt supra de condic. ob cau. l. si extraneus.* & sic est cõtra *supra sol. ma. l. si tam dotem. in prin.* Sol. *vt dixi in d. l. si extraneus.*

p ¶ *IN rutis*. Pone exemplum *vt s. supra de ac. emp. l. fundi. §. si ruta. & de contrahen. emptio. l. in vendendo. §. fin.* quibus dicitur φ venditor hæc non dat emptori, nunc quæ sint. *& facit supra ad exhibendum. l. Celsus. §. idem Iulianus.*

q ¶ *Rutis cæsis*. in venditione exceptis [d].

b CVm tempus. In testamento. ¶ Pone [f] per.l.*ꝫ.de act.& oblig.l. cum quis.* vbi testator damnauit heredẽ soluere hoc anno. nam quolibet anni die potest soluere si vult:sed non cõpellitur: & hoc si non fuit alia mens testatoris , scilicet vt ante soluendo non liberetur. tunc enim si ante soluit,donare videtur: ideoque necesse habet iterum soluere. 2 In [g] promissore pone per.l.*ꝫ. de verb.obligat.l.eum qui.§.fin.* vbi dicit idem: & sic potest soluere promissor quandocunque vult intra tempus:sed non cogitur: *vt ꝫ.de solu.quod in diem de verb.obligat.l.qui hoc anno.* 3 Vel aliter in vtroque casu, cùm promiseris vel legaueris mihi fundum ab herede tuo post certum tempus præstandum:credendum est tẽpus adiectum gratia debẽtis: vt si interim fructus capiat,sui sint, nec teneatur dare : nisi alia mens testantis fuerit vel contrahentium , vt etiam fructus medio tempore perceptos mihi præstetet: *vt ꝫ.de leg.ij.l.si ita.§.Pegasus.& de vsur.l.in fideicommissis.§.cum Pollidius.*

f Tempus pro herede aut gratia heredis adiectum in testamento intelligitur.

g Tempus in dubio censetur adiectum pro promissore.

c ¶*Pro herede.* id est ad vtilitatem heredis.

d ¶*Adiicitur.* à testatore.

e QVæ legata. ¶Pone casum ex eo quod est supra *quando dies leg.ced.l.post diem,in princip.& §.fin.& ꝫ.de verbo obligat.l.si filius.* nam in. l. si post diem in prin.dicit,si purum est legatum, vel in certum diem relictum, cedit à morte testatoris, vt legatarius transmittat ex tunc ad suum heredem. Si est conditionale, vel in diem incertum:tunc ex diei lapsu,vel euentu conditionis. Et idem dicitur. *C.de cadu. tollen. l.vnica.§.cum igitur.& §.fin autem.* At in §.illius l.si post diem.dicit quòd hæc legata quæ transmitti possunt,quòd ex quo casu cessit dies, acquiruntur his quorum sunt in potestate legatarij: etiam si efficiantur sui iuris ante quam traditio fiat rei legatæ. Si autem non possunt transmitti, quia pendet conditio legati : tunc si existente conditione sui iuris legatarius inuenitur , sibi quæritur : non ei in cuius fuerat potestate : *vt C.de condi. inser.l. si uxor.& supra quando dies le.ce.l.si vsufructus.§.fina.& supra de pign.l.si legati.* & sic inspicitur dies quo cessit. ¶ Et in hoc casu differt à stipulatione. nam si sub cõditione stipulatur filius vel seruus patri vel domino: quæritur etiam si sui iuris inuenitur tempore conditionis existentis: *vt supra de verborum obligationibus.l. si filius.& de stipula.seruo.l.fina.* & hoc dicit hæc lex cum lege sequenti, si filius. quam quidam non habent. ¶Sed huic quod de stipul. dicit, oppo. primo supra *mandat. l. si vero non remunerandi. §.si filio.* vbi mandaui filiofam. vt solueret pro me : & emancipatus soluit,& agit inspecto tempore quo soluit , non quo recepit mandatum, sed ibi tale quid fecit , scilicet soluendo,quòd ei daret act. scilicet negot. gest. si non recepisset mandatũ , & soluisset pro eo. 2 Secũdo op. ex eo quod est *supra de heredi.institut.l. quidam cum filium.in fin.* ibi, sicut dari placuisset &c. vbi mandaui filiofam. vt fideiubeat pro me:& factus sui iuris soluit:& nihilominus agit contra me mandati. Sed respon.eodem modo vt superiori. 3 Tertio oppo. *supra de verborum obligationibus.l.quidam cum filium.§.finali.& de fideiussoribus.l. si debitori.§.finali.* in quibus dicitur quod si filius mutuaturus stipulatur à debitore futuro, vel fideiussore,& emancipatus inuentus numeret: ipse agit non pater inspecto tempore quo numerat. Sed respond. vt supra. 4 Quarto oppo, supra *de heredibus instituendis. l. quidam cum filium.* in primo casu, vbi filius fecit amicum suum institui restituturum sibi hereditatem: & factus sui iuris agit mandati vtili. Sed hoc ideo , quia testator instituere volebat filiumfamilias, quæ voluntas non debet omnino perire,arg.*C.communia de lega. l.finali.*

* al. hæc lex tota deest, nec Accur. habuisse videtur: nec est in Pãdect. Flor. Sunt autẽ verba Paulijurisconsulti, desumpta ex capite. 78. titu. de verborum oblig.

f ¶*Nobis.* legatariis.

g ¶*Transeunt.* puta in diem certam.

h ¶*Per nos.* filios vel seruos.& ita facit transitum de persona domini vel patris ad filios vel seruos.

i ¶*Stipulantes.* & idem in filio emancipato, per. l. *si filius.* quam habes *supra de verborum obligatio.l.si filius.* quam quidam habent hic.

k QVi cum alio. ¶ Pone casum secundum Bulg. Si à pupillo mutuam pecuniã accepero , & ei sine auctoritate tutoris soluero:ideo nõ liberabor,quia aut sciui eum esse pupillum, aut ignoraui. Si sciui : aut putaui mihi licere soluere sine tutoris auctoritate:& tunc potest mihi imputari iuris ignorantia : in qua mihi non subuenitur: sicut si emo ab eo credens licere sibi vendere: *vt ꝫ. pro emptore.l. secunda.§.si à pupillo.* licet enim de damno meo contendere videar, tamen cum damno pupilli desidero mihi subueniri. Vnde cum vterque contendat de damno: potentior est pupillus,quem ætas excusat: *vt argum. supra de rei vindicatione.l quod infans.* cum ergo in culpa fuerim,qui taliter solui: *vt Institutionibus quibus alienare licet.§.at ex contrario.* Si autem ignoraui eum esse pupillum:non debui soluere,nisi certus essem de eius cõditione, id est an esset pupillus, vel non.& hoc quando amisit pecuniam sibi solutam. aliàs si esset locupletior, liberor per exceptionem. *vt supra de exception.doli.l.apud.§.si quis pupillo.*

l ¶*Eius.* scilicet contrahentis, id est legantis, & sic præbentis causam:quasi cõtractus qui fit inter heredem & legatarios, non imputetur si soluerit, dummodo sine dolo soluerit , scilicet nesciens esse pupillum. qui non sponte soluit supple : nec inuitus contrahit cum legatariis : licet quasi contrahat: vt in contrariis *supra ex quibus cau.in possess.eatur.l. apud Iul.in fin.& l. sequen. & Institutionibus de obligation.ex quasi contractu.§.heres.* ¶Quæ autem dicta sunt in persona pupilli, dicẽda sunt in furiosis,& prodigis. non enim liberatur debitor nisi pecunia in eorum pu. fu. prodi. vtilitatem conuertatur: *vt ꝫ.de solut.l.Stichum.§.vsumfructum.* nam pupillo comparatur prodigus: *vt supra si certum petatur.l.certi condiction.§.item quæri.* ¶ Sed si ita ponatur casus. Oppo. *supra de exercit.l. j.in princi.* vbi parcitur contrahentibus cum magistris nauium,licet de eorum cõditione non inquiratur. Respon.hîc sponte : Ibi ex necessitate festinatur ad contrahendum : sed

ibi

ibi debent aliquid inquirere, scilicet an in eam causam sint propositi, in quam contrahant: aliàs non habet locum exercitoria: *vt ead.l. §. non autem.* 2 Item oppo. *supra ad Macedon. l. si quis patrem.* sed ibi error [a] communis fuit: quia sic agebat, sic contrahebat: qui error communis excusat: argum. ff. *de offic. præto. l. Barbarius.* Item quod scripsit Bulga. de legato, vt heres soluendo pupillo sine dolo, liberetur. 3 Oppo. ff. *de sol. l. si seruum. x.* Sed ibi non heres, sed seruus vel alius causa implendæ conditionis soluit pupillo. 4 Item oppo. ff. *de lega. j. l. si seruus le. §. j.* vbi heres soluendo seruo legatarij non liberatur. Sed quid miri? quia non soluit cui debuit seruus enim non potest facere conditionem domini deteriorem: *vt C. de pact. l. seruus.* ¶ Potest [b] poni etiam primum legis respon. in eo qui accepit fideiussorem minus idoneum facultatibus, qui sibi debet imputare si non inquirat de facultatibus eius: *vt ff. de fideiusso. l. iij. in fine.* In casu tamen inquirere non potest: vt si testator præcepit vni ex heredibus pro legatario vsusfructus satisdare coheredibus: *vt ff. de vsufructu ea. re. quæ vsufr. ton. l. tribus.* 2 Item potest poni in eo qui cum pupillo contraxit. nam si non defendatur pupillus: fit missio in eius bona, non venditio: *vt ff. qui. ex cau. in poss. eat. l. apud Iulianum.* Item non obligatur pupillus: *vt Instit. de auct. tuto.* 3 Potest enim elegantissimè poni ita: tibi debeo decem, pactum fecisti de non petendo. sed postea sciens me non teneri, promisi. teneor quidem, quia sciens indebitè promisi: *vt C. ad legem Falcid. l. fina.* sed heredi qui satisdat ex necessitate pro legato sol. adueniente conditione, hoc non potest imputari. nam non tenetur si conditio non extat: *vt ff. vt leg. nom. ca. l. j. §. si quis sub conditione.* 4 Item potest poni in eo qui rem sibi seruientẽ redemit, & creditam accepit. confusa est enim seruitus: & si postea vendiderit, liberè traduntur. & debent tradi: *vt supra de seruitutibus vrban. præd. l. si quis ædes.* Secus in here de à quo fundus testatoris qui sibi seruiebat, legatus est sub conditione: *vt ff. de seruit. l. Papinianus.* 5 Item potest poni primum respon. *supra qui sat. s. dat. cog. l. si fideiussor. in princ.* vbi inquiritur an fideiussor iudicio sisti habeat priuilegium. ¶ Item no. parem [c] esse culpam, scire, & debere scire. Sic ff. *si certum petatur. l. quod te.* Accursius.

test, cum non sponte cum legatariis contrahit.

1. ¶ Non solet [a] exceptio doli nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur.

XX. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

QVotiens [b] dubia interpretatio libertatis est: secundum libertatem respondẽdum erit.

XXI. VLPIANVS *libro vicesimoseptimo ad Sabinum.*

NOn debet [c] cui plus licet, quod minus est, non licere. 1

XXII. IDEM *libro vicesimooctauo ad Sabinum.*

IN personam [d] seruilem nulla cadit obligatio. 1 ¶ Generaliter [e] probandum est, vbicunque in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

[a] Error communis ius facit: seu excusat contrahentem.

[b] Contrahens quibus casibus curiosus esse debeat ac etiã nosse statum & conditionem eius qui cum contrahit.

[c] Scire, & debere scire, par culpa est.

a ¶ *Non solet.* ¶ Testator legauit liberationem sub cõditione purè debenti. heres interim vult petere. dic quòd potest: *vt supra de don. execut. l. purè. in principio.* nam dum pẽdet conditio, non obstat ei voluntas. 2 Vel pone. *C. de iure do. l. ij.* vbi mater permisit animo donandi filiam Pollam stipulari mediam dotem quæ dabatur pro matre vitrico, id est ei cui nubebat mater: & post instituit Pollam in minorem quàm dimidiam. non per hoc petet minus de dote: nisi expressè voluit mater contra. 3 Item pone. *C. de here. act. l. si adulta.* nam non extinguitur actio quam habet vnus de heredibus contra testatorem: nisi pro parte pro qua heres est: nisi hoc voluerit testator: *vt C. de hered. institu. l. si compensandi.* 4 Item pone *supra de except. doli. l. apud. §. præterea. & Cod. de his quibus vt indign. l. hereditas.* quibus dicitur, si testator noluit habere heredem quod ei reliquerat, quòd except. doli repellitur. aliàs petit & habet. Sed primæ positioni casus oppo. supra si certum petatur. l. *pecuniam.* vbi purè mihi debẽtem iussi alij sub conditione promittere: & tamen interim non possum petere. Sed hoc ideo, quia non esset cautum debitori in euentum conditionis. Sed legatario cauetur de legato soluendo adueniente conditione: *argum. supra de rei vindic. l. sin autem. § fin.* Accur.

b QVotiens. ¶ Casus ponitur. *C. de fideicommiss. liberta. l. cum inter veteres.* vbi reliquit testator libertatem seruo qui erat in ventre: & plures nascuntur. nam omnibus videtur libertas relicta. 2 Item pone *per. l. si quis in testamento. in eodem titu. & ff. de fideicommiss. liber. l. si seruum. & supra de manumiss. testam. l. si ita scriptum fuerat. & l. si ita fuerat libertas relicta. & supra de stat. ute. l. si heredibus. § fin.* & infinita dari possunt exempla. *& s. j. e. l. libertas.*

c NOn debet. Cum alicui permissum sit testari à lege, vt in peculio castrẽsi filiofam. multo magis potest donare causa mortis: *vt ff. de donatio. cau. mort. l. Marcellus. & de dona. l. filiusfamil. in fin.* Sed non econtra: *vt de dona. cau. mort. l. tam is.* 2 Item pone *per l. j. eo. in eo quod plus.* ¶ Fallit regula in præside, qui habet ius gladij: *vt supra de offic. præsid. l. illicitas. §. qui vniuersas.* Sed non deportat, quod est minus: *vt ff. de lega. iij. l. j. §. j. & de inofficio testamen. l. si quis filio exheredato. §. eius qui deportatur.* Sed illud propter insulam, in quam non deportat, licet releget: *vt ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. in princi.* 2 Item fallit regula. *C. de prædiis curia. l. fin.* vbi curialis potest donare immobilia, sed non vendere: cum magis vendere deberet esse permissum: *vt argum. C. de contra. iudic. l. prima.* Sed forte ideo, quia non sic est verisimile quòd donet, cum nemo iactet sua: *vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. j.* 3 Item fallit ff. *de peri. & commo. rei vendi. l. j. § licet.* vbi [a] venditori vini effundere totum permittitur: sed non partem permittitur effundere, vel male custodire. sed ideo fit, vt vasa vacua habeat: quod non haberet per effusionem partis, vel per malam custodiam. 4 Item fallit *supra de re. eo. l. si pupillorum. §. si prætor.* vbi si decretum est vt vendat, non potest obligare. sed hoc ideo, quia super hæc non fuerat habita causæ cognitio. 5 Item fallit *supra de procurato. l. in causa.* vbi totam procurationem reuocat dominus, sed non partem: & hoc ideo, quia non debet eundem approbare & improbare. & eodem modo respon. *supra de admin. tut. l. cum quæritur. & supra de vsur. l. Caius.* vbi pupillus vel ciuitas debet vel omnia probare nomina, vel omnia improbare. 6 Item fallit. *C. de iure deliberand. l. cum quidam.* vbi quis institutiones à se factas debet probare, vel omnes improbare. sed hoc vt non decedat testatus, vel intestatus: *vt ff. eodem. l. ius nostrum.* 7 Item fallit *Cod. de agricol. & censi. l. quemadmodum.* vbi cum solo potest adscriptitios vendere, sed non separatim: sed hoc quia pars eius est insperabilis: *vt supra de diuer. præscript. l. longe.* Accursius.

[a] Vinum totũ, & nõ partem effundere permittitur.

d IN personam. ¶ Pone in ciuili obligatione, quæ oritur ex contractu, vel quasi, non naturali: vt not. *supra de act. & obligat. l. serui. & supra de peculio. l. nec seruus.* Sed fallit [b] in casibus: *vt C. an seruus ex facto suo. l. promissa.* vbi promisit pecuniam pro libertate. 2 Item *C. de peti. heredita. l. fin. in fin.* sed ibi aliud pro eo, vt sit liber etiam ex falso testamento, Ideo hoc contra eum, vt teneatur reddere rationem de gestis in seruitute. Ex maleficiis autem tenetur ciuiliter: [c] *vt dicta l. serui.* & idem in quasi delictis: licet per omnia quasi [d] delicta æquiparentur delictis: *vt supra de his qui deie. vel effu. l. j. §. cum seruus.* ¶ Sed nonne seruus quandoque actionem [e] habet: *vt C. si per vim vel alio modo. l. j. & C. vbi causa fisc. l. fina. § actionem.* ergo obligationem? Respond. illa obligatio non est sibi quæsita: sed actionem non suo, sed alterius nomine exercet.

e ¶ *Generaliter.* Si opus nouum tibi faciẽdum locaui certa mercede constituta si meo arbitrio feceris, vel mei procuratoris: si iniquè arbitratus sum ego vel procurator meus, nihilominus merces debebitur: quia mihi vel procuratori meo tanquam bono viro est commissa approbatio: *vt supra loca. l. si in lege.* 2 Idẽ in venditione, si vendam seruum si mihi reddiderit rationes arbitrio meo: *vt ff. de contrahend. empt. l. hac venditio.* ¶ Et distingue plenius: quia aut commercium apponitur voluntati alterius cõtrahentium, & non tenet: *vt Cod. de contrahend. empt. l. in euentu.* Aut pretium vel merces, & tunc idem: *vt supra de contrahend. emptio. l. quod sæpe. §. j.* ¶ Si autem conferatur approbatio rei quæ venditur, valet: *vt Institut. de contrahend. empt. § emptio.* 2 Vel ea ratione valet, quia velata est voluntas: vt Placen. dicit. quod non placet. 3 Vel quia in arbitrium boni viri collata videtur, secundum alios. 4 Vel quia pure est contracta: sed sub conditione soluitur, secundum Io. *vt supra de contrahend. empt. l. iij.* Si autem in arbitrium extranei conferatur pretium: aut innominatim, & non valet: *vt supra loc. l. si merces.* nisi in casu: *vt ff. de pign. l. si fundus. in fin.* aut nominatim, & valet si fuerit arbitratur bene. aliàs recurritur ad arbitrium boni viri: *vt C. de contrahend. empt. l. fin. & ff. pro soc. l. si coita. & l. si societatem.* sed si non arbitretur, non valet: nec recurritur ad arbitrium boni viri: *vt ff. de contrahen. empt. l. fin.* Accidentale autem siue arbitrio alterius contrahend. siue extranei conferatur: sicut in societate, ita in venditione ad boni viri arbitrium recurritur, siue arbitretur, siue non: *vt ff. de cõtrah. emp. l. hac venditio. & pro socio. l. si coita. & l.*

[b] Serui quibus casibus obligentur ex contractibus, delictis vel quasi.

[c] Et naturaliter ex delictis eum obligamur naturaliter. v. quæ sententia ... *ff. de his qui notan.*

[d] Quasi delicta per omnia cõparantur delictis.

[e] Serui actiones non suo sed alieno nomine exercent.

ſi ſocietatem. Quæ dixi in venditione, & in locatione ſerua: *vt Inſtitut. de contrahen. emp. §. ij.* & hoc in bonæ fidei. In ſtricti verò iuris aut in arbitrio promittentis confertur tacitè, & valet: vt ſi aſcenderis capitolium: *vt ṡ. de condi. & demonſt. l. nonnunquam.* Si expreſsè, vt ſi vis, vel voles, vel volueris non valet: ſed ſi cum voles, vel volueris, valet: *vt ṡ. de verb. oblig. l. centeſimis. §. ſi ita. & l. à Titio. §. fin. & l. ſi quis ſtipulatum. & de act. & oblig. l. ſub hac.* Si vero in alterius arbitrium apponitur, non recurritur ad arbitrium alterius: *vt ṡ. de verb. obli. l. ſi quis arbitratu. & l. j.* Quod poteſt dici, ſi nõ arbitretur. aliàs ſic: *vt ſupra de oper. lib. l. ſi libertus.* Accur.

XXIII. IDEM *libro vigeſimo ad Sabinum.*

CONtractus [a] quidam dolum malum dumtaxat recipiunt quidam & dolum & culpam. Dolum tantùm, depoſitum, & precarium. dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his quidem † & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit. ſed hæc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus vel minus in ſingulis contractibus. nam hoc ſeruabitur, quod initio conuenit. legem enim contractus * dedit. excepto eo quod Celſus putat, non valere ſi conuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt. & ita vtimur. Animalium vero caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonũ, à nullo præſtantur.

XXIIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

QVatenus [b] cuius [c] interſit: in facto, non in iure conſiſtit.

XXV. POMPONIVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

PLus cautionis [d] in re eſt, quàm in perſona.

XXVI. VLPIANVS *libro trigeſimo ad Sabinum.*

QVi poteſt [e] inuitis * alienare: multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

XXVII. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

a CONtractus. ¶ Dolum [a] tãtum recipiunt depoſitum, & precarium: *vt ſupra depoſi. l. quod Nerua. & de precario. l. quæſitum. §. illud.* tamen hoc [b] non excludit latam culpã: *vt dictis legibus.* (quæ dolo comparatur: *vt ſupra ſi menſor fal. mo. di. l. j. §. ideo autem.*) ſed excludit leuem, & leuiſſimam. Plane & in his exactiſſima [c] diligentia præſtatur interdum. ſ. ſi depoſitarius, vel qui accepit precario, in ſuis eſt diligentiſſimus. Item ſi in ſuis eſt negligentiſſimus, non erit impunita eius negligẽtia, diligens enim debet eſſe ad eum modum quem hominum natura deſiderat: *vt ṡ. depoſi. l. quod Nerua.* In precario quidem poſt lit. conteſt. etiam [d] leuis culpa præſtatur propter moram: *vt ṡ. de preca. l. quæſitum. §. ex hoc. & §. ſi ſeruitutem.* ¶ Sed quæritur, qualiter [e] precarium à commodato dinoſcatur? Dicunt quidam per verba. nam ſi dicas, commodo: eſt commodatum. ſi precario do, eſt precarium. Sed abſurdum videtur, vt verborum ſolennitas quæ hodie receſſit ab aula, in iſtis contractibus ſpectetur, & propter ſola verba in contractibus tam diuerſa iura ſtatuantur. Quare Io. dicit tunc eſſe commodatum, quando ad certum [f] vſum res conceditur: & hoc per multas leges poteſt notari: *vt ṡ. commo. l. in commodato. §. ſicut. & C. commo. l. ij.* Precarium autem datur ſine certi vſus præfinitione: & ideo paſſim reuocatur: *vt ſupra de preca. l. cum precario.* & inde hoc euenire credo. quòd in precario dolus tantum prẹſtatur, in commodato autem (quia nõ licet quandocunque reuocare) & culpa præſtatur. ¶ Quod autem ſubiicit de mandato, eſt exemplum: *ſupra man. l. antepenult. §. fina. de commo. ſupra commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum.* 2 De vendito *ſupra de fur. l. eum qui. in princip.* 3 Et de pignore *Inſtitu. qui. mo. re contrahi. oblig. §. fin.* 4 De locato. *C. loca. l. in initio.* 5 Et de dote *ſupra ſolu. matri. l. etiam. §. licet.* 6 De tutela. *C. arbitrium tut. l. quicquid. & de geſtore. C. de negot. geſt. l. tutori.* 7 Et de ſocietate. *Inſtitut. pro ſociet. §. fin.* 8 De re communi ſiue ſocietate. *C. communi diui. l. ſi maior.* ¶ Et quod ſubiicit in his, de his octo intellige quæ ſupra proxi. poſita ſunt, & de duobus quæ ſequuntur. Et ſic in his decem [g] præſtatur diligentia: ſed in quibuſdam exacta, [h] & in quibuſdam exactiſſima: vt in commodato & in mãdato. Sed in commodato [i] diſtinguitur: quia aut gratia accipientis tantum commodatur: & tunc exactiſſima. aut dantis tãtum: & ſic dolus tantum. aut vtriuſque, & tunc leuis præſtatur culpa: *vt ṡ. commo. l. in rebus. in prin. & §. hoc ita. & l. ſi vt certo. §. interdum.* Hanc eandem diſtinctionem M. in procur. [k] adhibebat. Sed R. ſine diſtinctione omnem culpam præſtandam dicit: *vt C. man. l. à procuratore.* ¶ Quod autem dicit, ſed hoc ita &c. non refertur ad id quod de dote dictum eſt: nam ibi pactum vt tantum dolus præſtaretur, non valet: *vt ṡ. de pac. do. l. Pomponius.* ¶ Item quod dicit, in initio: dic ſecus ſi poſtea. tunc [l] enim non proſunt ad agendum, ſed ad excipiẽdum: *vt ṡ. de cõtrahen. emp. l. pacta. & ṡ. de pac. l. iuris gẽtium. §. quinimmo.* ¶ Itẽ quod ſubiicit, cõtractus. i. pactio in cõtractu appoſita dedit. ¶ Itẽ quod dicit, nõ poſſe cõueniri ne dolus præſtet: verũ eſt expreſſim. nam [m] tacitè poteſt: *vt ṡ. de pact. l. ſi vnus. §. illi.* Sed licet dixerim in depoſito ſolũ dolũ præſtari: ſecus eſt quandoq;: quia venit [n] etiã leuiſſima culpa: vt ſi ſe obtulit depoſito: *vt ṡ. depoſi. l. j. §. ſæpe.* & ſi accepit mercedẽ: *vt ṡ. cõmo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum.* ¶ Porro caſus fortuitus non præſtatur: *vt ṡ. ſubiicit: & C. de pign. act. l. quæ fortuitis. & ṡ. de admi. re. ad ciuit. perti. l. ij. §. ſi eo.* 1 Niſi [a] culpa præceſſit: *vt ṡ. comm. l. ſi vt certo. §. quod vero. & §. interdum. & Inſtitut. qui. mo. re contra. obl. §. item is.* 2 Item niſi mora interceſſit: *vt ṡ. depoſi. l. ſi in Aſia. §. fina.* (Quæ non ſine diſtinctione vbique diximus, alij diſtinguunt: aut erat eodem modo peritura penes actorem, vel non, *argum. ṡ. depoſi. l. ſi plures. §. fine.*) 3 Item niſi pactum interuenit: *vt ṡ. de pac. l. iuris gentium. §. itẽ ſi quis paciſc.* Hoc [b] tamen ita, ſi ſinguli caſus ſunt expreſſi, ſecundum Io. *vt ṡ. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum.* Alij vt Azo, excipiunt etiam generalem conuentionem: *vt argu. ṡ. de pact. l. iuris gentium. §. ſed & ſi quis paciſcatur.* B. dixit quoſdam exprimi ſufficere: *vt not. d. §. ſed & ſi. §. quæſitum.* ¶ Item quod ſubiicit, qui cuſtodiri non ſolẽt: quia erant integræ [c] opinionis: *vt ṡ. de rei vindi. l. ſi à bonæ fidei.* Accur.

b QVatenus. ¶ Intereſſe [d] cuiuſque ſecundum terminorum varietatem vel maius vel minus inuenitur. 1 Ecce enim ſi rem mihi venditam tradere volueris, teneris ad intereſſe. quod eſt quandoque ſecundum rei communem æſtimationẽ: quandoque in plus. 2 Vel ratione vicinitatis: quia confinia prædia habeo illi prædio quod mihi vẽdidiſti. 3 Vel ratione [e] pœnæ quã promiſi, vt ſi rem quam mihi vẽdidiſti. alij ſub pœna promiſi. nõ [f] autem in iure conſiſtit intereſſe. vt vſque ad certam quantitatẽ ius intereſſe cuiuſq; definiat. & pro his. *ſupra de act. emp. l. j. in princip.* ¶ Fallit tamen hæc regula interdum. Lex enim intereſſe alicui* maius æſtimat quàm ſit: vt euenit in interdicto de tab. exh. nam ſi experiatur heres, ſit condemnatio ad æſtimationẽ hereditatis. 2 Item ſi is cui ſub conditione legatũ eſt, experiatur, ad æſtimationem legati refertur æſtimatio: *vt ṡ. de tabu. exhi. l. locum. §. condemnatio. & ex quibus cauſis in poſſ. ea. l. pen.* & quandoq; intereſſe alicuius licet maiorem æſtimationẽ contineat, ad minorem tamen æſtimationẽ quandoq; reſtringitur. ſingulare enim intereſſe non debet excedere duplum intereſſe communis: *vt C. de ſen. quæ pro eo. l. j.* ¶ Item poteſt poni. *ṡ. de iudi. l. non à iudice.* dic ergo quatenus, id eſt, quãtum. 2 Alibi ponitur pro quia: *vt ſupra de ver. obli. l. cum filius.*

c ¶ *Cuius.* id eſt alicuius.

d PLus cautionis. ¶ Si mihi perſonaliter cauetur, hæc obligatio perſonæ cohæret: vt alius eius nomine conueniri non poſſit. ſed ſi res pignori obligatur: quicunque poſſideat, hypothecaria conueniri poteſt: *vt ṡ. de act. & obli. l. actionum genera. & Inſt. de act. §. j.* & huic regulæ æquipollet quod dicitur *Inſt. de obl. ex del. §. furti.* ¶ Dic ergo cautionis. i. ſatisdationis: cum interueniat hypotheca. ¶ Sic ponitur cautio. *C. de procu. l. j. per. l. ṡ. de procu. l. Pomponius. §. rati.* aliàs propriè pro nuda cautione: *vt C. de verb. ſign. l. ſancimus.* 2 Vel dic cautionis, i. cautelæ: quod in idem recidit. Et quod ſubiicit, in re. i. actione hypothecaria, quæ eſt in rem. quàm in perſona, id eſt quàm in actione perſonali pro debito cõpetenti. Accur.

e QVi poteſt. ¶ Cum creditor debitore inuito poſſit alienare, multo magis eo ignorante: *vt C. debitorem ven. pign. impe. non poſſ. l. j. & ij.* 2 Item tutor poteſt vendere ea quæ non poſſunt ſeruari, inuito pupillo: ergo multo magis eo ignorante: *vt C. de admi. tut. l. ſi. §. fin.* 3 Item facit ſi poſſum delegare iudicem inuitum: *vt C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. ſancimus.* ergo ignorantem: *vt ſupra de iudic. l. cum furioſus.* 4 Item poteſt ſeruus petere bonæ cauſa ſeruandarum libertatum aliis ſeruis inuitis: ergo magis ignorantibus: *vt ſupra de fideicomm. liber. l. iiij. § illud.* ¶ Hæc autem regula fallit *ſupra de re iudica. l. duo ex tribus.* vbi dicitur quòd duo inuito tertio poſſunt iudicare, ſed non eo ignorante. Sed ibi eſt ratio: quia tertius traxiſſet eos forte in ſuam ſententiam: *vt ſupra de arbi. l. ſicut. & l. præcedenti. in fi.* 2 Item fallit *ſupra de verb. ſign. l. coram.* vbi dicitur, ſi teſtator iuſſit fieri aliquid coram me: ſufficit ſi ſum præſens etiam inuitus: ſed me ignorante factum non

† vulg. quidã, quam lectionẽ quidam magis probant, quã Floren.

a Dolus & lata culpa præſtatur in depoſito & precario.

b Dolus non excludit latã culpã, ſed leuem & leuiſſimam.

* contractuis

c Diligentia exactiſſima interdum præſtatur in depoſito & precario.

d Culpa leuis poſt litẽ conteſtatam, præſtatur in precario.

e Precarium à commodato diſcernitur, non ſola forma verborũ, ſed vſus conceſſi præfinitione ſeu qualitate.

f Commodatum ad certũ precarium ad incertũ vſum datur.

g Diligentia quibus caſibus ſit præſtanda.

h Diligentia alia exacta, alia exactiſſima.

i In cõmodato quando exactiſſima diligentia, dolus & leuis culpa præſtetur.

k Procurator omnem culpã præſtat.

l Pacta nõ incõtinenti, ſed ex interuallo adpoſita proſunt ad excipiendũ tantum, non ad agendum.

m Dolus ne præſtetur tacite conueniri poteſt, at non expreſſè.

n Depoſitarius leuiſſimã culpam præſtat. ſi ſe depoſito obtulit, aut mercedem acceptit.

a Caſus fortuitus quis præſtat ob culpã caſum antecedentẽ, ob moram, & conuentionem, & quomodo.

b Caſum fortuitum vt quis ex conuentione præſtet, vtrum neceſſe ſit ſinguloſ ea ſeſe exprimi, vt Ioannes, an vt ſufficiat generaliter caſus promiſſiſſe, vt Azo. an potius neceſſe ſit quoſdam ſaltem exprimi, vt Bulgarus voluit.

c Cuſtodiri nõ ſolẽt ſerui integræ opinionis.

* Inuitis aliquibus.

d Id quod intereſt, maius vel minus æſtimatur, ſecũdum terminorũ varietatẽ.

e In eo quod intereſt. pœna numeratur tãquã acceſſio.

f Id quod intereſt in iure non conſiſtit.

non valet: sed illud est ex testatoris voluntate. 3 Item fallit in emphyteuta, qui potest vẽdere inuito domino, dummodo ei denunciet: sed non eo ignorante: vt C. *de iure emph.* l. *fin.* 4 Item si filia emancipata nõ debet nubere patre ignorante[a]: potest tamen eo inuito: & sic alium eligere, quàm pater ei elegerat: vt C. *de nupt.* l. *viduae.* sed econtra quaedam facio te ignorante, quae non te inuito: vt filius matrimonium, vel filia patre capto vel absente per triennium: *vt* ℨ. *de ri. nup.* l. *si filius.* & l. *si ita.* Accur.

a Filia patre inuito, nõ eo ignorante nubere potest. *vt Ide no. per Gloss. & dom. Authen. sed si post. C. de inoff. test. est l. int. ... qui ... Tractus sup. de Rom. ... co ... ...* b Ius praetorium priuatorum remittere nõ potest.

XXVII.

NEc ex praetorio[b] nec ex solemni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est: quamuis obligationum causae pactione possint immutari & ipso iure, & per pacti cõuenti exceptionem: quia actionum modus vel lege vel per praetorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit.

a NEc ex praetorio. Iure[b] praetorio datur actio furti manifesti: *vt Institut. de perpet. & temp. act.* §. *furti. & inner. & vt bonorum rapt. vt Institu. de noxa.* §. *sunt autem.* ¶ Item solenni[c] iure, id est ciuili, quod cum solennitate proponitur: *vt supra de orig. iur.* l. ij. §. *deinde his.* Oritur actio furti non manifesti ex l. xij. tab. & actio damni dati: quae est ex l. Aquil. *vt Institut. de noxa.* §. *sunt autem.* Si ego paciscar ne agam pro furto quod mihi facies, vel iniuria, vel rapina, vel dolo, vel lege Aquil. non valet pactum: nam inuitarentur homines ad delinquendum: *vt hic. & supra de pact. do.* l. *conuenire. & supra de pact.* l. *si vnus.* §. *illud.* Et poenas ob maleficia imponi magna ratio suadet &c. *vt supra de fideiussori.* l. *si à reo.* §. *id quod.* nec enim publicum ius priuatorum pactis immutatur: *vt supra de pact.* l. *ius publicum. & infra eo.* l. *nemo pignus.* §. *priuatorum.* (Priuatorum dico duorum, vel trium, secus[d] si vniuersitas aliqua statuat aliquid contra ius publicum: quia quantum ad eam villam vel ciuitatem valet: vt de[e] consuetudine not. ℨ. *de le. & sent. ... l. de quibus. per.* l. *supra communia praedio.* l. *venditor.* §. *si constat.*) Caeterum admisso[f] delicto, sic: quia obligatione naturae, id est ipso maleficio: *vt supra de act. & obliga.* l. *ex maleficiis.* possumus paciscí ne agamus. ¶ Et pacto tolluntur quaedam obligationes ipso iure: vt iniuriarum, furti, & similes ex delictis: *vt supra de pact.* l. *si tibi.* §. *quaedam. &* l. *si vnus.* §. *sed si pactum. & supra de iniur.* l. *non solum.* §. j. 2 Aliae vt ex contractibus re tolluntur per exceptionem: *vt Institut. de except.* §. *praeterea si debitor.* ¶ Et hoc hic dicit, quamuis obligationum, scilicet contractarum, non contrahendarum, prout ■ refers ad obligatione ■ delicto. Sed prout ad eas quae ex cõtractibus oriuntur, & in ■ contrahenda & in contractu potest pacto aliquid statui, vt in plus vel minus agatur: *vt supra eod.* l. *contractus.* §. *sed hoc ita.* ¶ Et quod subiicit, possunt immutari &c. aliàs possint. & tunc est plana: & aliàs posse. & tunc supple, scilicet certum sit. & quod subiicit ipso iure, referas te ad delicta. sed etiam ex contractu tollitur ipso iure quandoque, vt per acceptilationem: *vt Inst. quibus mo. tol. obl.* §. j. ¶ Et quod subiicit, & per pacti &c. ad contractus te referas, & quod dicit, vel. l. l. xij. tabul. vel Aquil. nam da exemplum vt ℨ. ¶ Et priuatorum, dic duorum vel trium: vt subiicit. ¶ Item quod subiicit inchoatur, scilicet delictum, vel obligatio ex delicto, id est cum inchoata est: pacto conuenit, id est, pacto conuenerunt: & hoc prout ad maleficium te refers. *sic C. de episc. & cle.* l. *nulli.* §. *sin autem persona.* sed prout ad contractus: tunc ante sicut & postea potest pacto minui vel augeri: *vt* ℨ. *dixit.* & secundum hoc, inchoatur, propriè & impropriè ponitur, *sic* ℨ. *de offic. proc.* l. ij. & verbum, pacto, cum praecedentibus legetur. ¶ Potest & aliter poni casus. 1 Ecce enim si quis cauerit in testamento suo, ne leges siue iura in eo testamento locum habeant: nihilominus peti poterit secundum tab. 2 Item intẽtari interdictum de tab. exhi. quae viae sunt praetoriae. 3 Item petuntur legata, & detrahitur Falc. quae sunt ciuiles viae: *vt* ℨ. *de leg.* j. l. *nemo potest.* Si autem debitor meus sis ex aliquo contractu, & paciscar ne mihi tenearis: valebit. Accursius.

c Solenne ius pro ciuili.

d Vniuersitas iuri derogare potest. e Consuetudo iuri contraria esse potest. f Delicta priuati possumus remittere.

XXVIII. VLPIANVS *libro trigensimosexto ad Sabinum.*

DIuus[b] Pius rescripsit[c], eos[d] qui ex liberalitate conueniuntur: in id quod facere possunt, condemnandos[e].

b DIuus. Donator in quantum facere potest, conuenitur. & sic da exemplum. ℨ. *de iure do.* l. *si extraneus.* & quidem is solus deducto[g] aere alieno: *vt* ℨ. *de re iu.* l. *inter eos.* §. *si quoque* & est ratio, ne ex liberalitate sua inops fieri. i. factus periclitetur &c. *vt* ℨ. *de re iu.* l. *ne ex liberal.* & inter eos quibus ex simili causa debetur, occupãtis melior est conditio. Nec enim aliis donatariis debitum detrahere potest donator: *vt supra de dona.* l. *qui ex donationibus.* ¶ Haec vera ■, si is qui donauit, certa conditione conueniatur ex stipulatu. Sed & si cõueniatur alia actione, idem est: vt de constituta: *vt supra de dona.* l. *qui id.* in pri stip. quia hodie & si non intercessit stipulatio, conuenietur donator condictione ex l. vt C. *de don.* l. *si quis argentum.* §. *sin autem hoc minime.* Si autem alius conueniatur, non donator, sed[a] heres eius: non habebit hoc priuilegium, cum sit personale: *vt* ℨ. *de re iudic.* l. *& si fideiussor.* §. *si maritus. &* l. *sciendum.* 2 Item hoc verum est, si ego qui donaui, conuenior ab eo cui donaui. secus si ab alio: *vt supra de re iudica.* l. *Nesennium. in princ.*

g Donator est deducto aere alieno ...

a Heres donatoris in solidũ potest conueniri, licet ipse donator non possit.

c ¶ *Rescripsit.* & bene.

d ¶ *Eos.* donatores.

e ¶ *Condemnandos.* & non in solidum.

XXIX. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

QVod initio[f] vitiosum est[g], non potest tractu temporis[h] conualescere.

XXX. VLPIANVS *libro trigensimosexto ad Sabinum.*

NVptias[i] non concubitus, sed consensus facit.

XXXI. IDEM *libro quadragensimosecundo ad Sabinum.*

VErum est[k], neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est: neque pacto, neque stipulatione potest cõprehendi, vt vtilem actionẽ aut factum[*] efficere possit.

f QVod ab initio. Pone[b] exemplum *supra de verborum obligation.* l. *inter stipulantem.* §. *sacram.* vbi stipulatio liberi hominis non valet, etiam si postea efficiatur seruus: & idem in similibus in quibus ab initio stipulatio non valet: vt ibidem dicitur. 2 Item pone. C. *de fal.* l. *sicut.* vbi testamentum falsum vel codicillus non confirmatur tractu temporis. 3 Item ℨ. *qui & à quibus.* l. *si seruus.* vbi libertas data seruo alieno, non valet. etiam si postea efficiatur manumissoris. 4 Item *supra de lega.* j. l. *caetera.* vbi non valet legatum marmoris domui innexi, licet post testamentum separetur. 5 Item pone *Instit. quibus non est permiss. face. test.* §. *praeterea.* vbi testamentum impuberis vel furiosi non confirmatur, licet efficiatur pubes, vel sanae mentis. 6 Item pone *Instit. de le.* §. *ad serue. & supra de regula Catoni.* l. j. *in princip.* vbi non valet legatum seruo heredis relictum, licet alienetur vel manumittatur. *ad hoc facit.* ℨ. *e.* l. *pen.* & exempla ibi posita. ¶ Fallit[c] autem haec regula. *C. de contractibus iudi.* l. j. vbi donatio in officialem inutiliter facta confirmatur. Sed dic quòd non cõfirmatur tractu temporis solo, sed voluntate expressa vel tacita. & eo modo signatur contra. & respondetur. *C. si maior fac. ra. ha.* l. j. & ij. *C. de nupt.* l. *si contra mandata.* 2 Item eodem modo solue quod est. ℨ. *de ritu nupt.* l. *si quis in senatorio. &* l. *si quis tutor.* §. *quid ergo si adoptiuus.* 2 Item fallit *supra de lega.* iij. l. j. §. *sed & si filius fa.* 3 Item *supra de hered. instit.* l. *qui soluendo.* 4 Item fallit *supra de regula Cato.* l. j. §. & §. ij. & l. *fin.* 5 Item fallit *supra de condic. instit.* l. *mulier.* §. j. 6 Item fallit *supra de fideicom. hered.* l. *generaliter.* §. *si libert.* 7 Item *supra de lega.* j. l. *quod in rerum.* §. j. quae omnia sunt argum. contra. Sed specialia sunt.

b Vitiosa ab initio tractu temporis non conualescunt.

* pactum.

c Vitiosa ab initio quibus casibus possunt subsistere.

g ¶ *Vitiosum est.* & non tenet de iure.

h ¶ *Tractu temporis.* i. ex post facto.

i NVptias. ¶ Pone exemplum *supra de condic. & demon.* l. *cum fuerit.* vbi relictum est sub conditione si nupserit. nam impletur etiam sine concubitu. 2 Item pone ℨ. *de do. inter vi. & vxo.* l. *cum hic status.* §. *si mulier.* vbi ■ durat matrimonium licet non simul cohabitent. non ergo exigitur concubitus vt fiat matrimonium. est enim matrimonium & sine eo: vt dictum est. Et econtra[d] saepè est concubitus, licet non sit matrimonium. Consensus autem exigitur in matrimonio: non vt perficiat matrimonium consensus: sed quia sine eo esse non possit. ¶ An autem inter[e] absentes possit contrahi: dic quòd sic,[f] ex quo cõsentiunt. vt hic: & expressum est, ℨ. *de rit. nup.* l. *mulierem. &* l. *denique.* Item an in diem, vel sub condit. quod videtur: quia consensu: *vt Inst. de contrahend. emp.* §. *emptor. & de ob. ex consensu.* Econtra quòd non: nam est actus legitimus iure cano. introductus: *vt* ℨ. *e.* l. *actus.* Item pro hoc. ℨ. *de adop.* l. *neque absentes.* Sponsalia constat fieri inter absentes: *vt* ℨ. *de spon.* l. *sufficit.*

d Concubitus esse potest sine matrimonio.

e Matrimonium potest cõtrahi inter absentes.

f *Contra reg. in 6. de procu. li. 6. & in c. accedens. per ar. à simili de prob. ... de ... te duo. 167. ... sunt ... tempore.*

k VErum est. Vẽdebas mihi seruum: & pacto vel stipulatione conuenisti furem non esse. nõ per hoc est minus fur: quia est impossibile vt quod est, non sit. & sic pacto non potest hoc fieri: nec vtilis actio per hoc datur. teneris tamen mihi ad interesse: *vt* ℨ. *de e.* l. *si ita quis stipulatus.* Sed ■ promisisti Stichum qui decessit: aut eras in mora: & ad interesse teneris: *vt supra de verbor. oblig.* l. *inter stipulantem.* §. *pen.* aut non: & non teneris etiam ■ interesse: *vt Instit. de inuti. stip. in princip.* Nec enim promisisti hominem viuere: sed hominem dare. vt non obstet praedictis. Dic ergo, verum est neque pacta, vel stipul. supple, nec etiam legem

vt supra de aequal. poss. l. j. §. si vir. licet quandoque reputet lex pro non facto: vt ī. de cap. l. in libello. §. facta. An autem vltima voluntas? Respon. nec ipsa potest hoc facere: licet impossibilitas quandoque pro non apposita habeatur: vt institu. de hered. instit. §. impossibilis. & quod subiicit, quod enim impossibile est &c. scilicet factum pro inf. cto haberi: vel quod est, non esse: vt praed. §. si vir. & pra. §. fratrem. & in authentic. de aequali. do. circa princi. ¶ & quod subiicit, comprehēdit, scilicet vt tollat quod est, vel sit quod non est: nec per hoc actio vtilis datur: & hoc subiicit.

† Idem Aristot. lib. 1. Po. lit. c. 8.

a Seruus iure ciuili in testamentis, obligationibus, & ciuilibus, arbitrio, appellationibus Hinc incipit haec primaeua ... vltimi quaternionis Florēt. Aut. Aug.

a Q*Vod attinet.* ¶ Pone exemplum *supra de testam. l. qui test mento. §. seruus.* vbi non potest testis esse seruus in testamēto. Item & suprā *l. in personam. & de condic. inde. l. si id quod.* vbi ciuiliter non obligatur. Item supra *de verbo. significat. l. illa verba.* vbi arbiter vel arbitrator esse non potest. & secundum hoc loquitur infra *eodem lege ser uitutem.* Item supra *de appell. l. serui. & l. creditoris in principio.* vbi nō potest appellare, & facit supra *de capit. de l. liberos. in fine.* ¶ Sed fallit b haec regula in casibus quibus agit vt liber: *vt supra de indic. l. vix. & vt supra ad legem Corneliam de falsis. l. nullo.* 2 Item supra *de accusat. l. hos accusare. §. si seruus.* vbi potest accusari si corporalis sequitur poena. 3 Item si stipulor mihi, aut Sticho seruo Titij: potest ei solui vt libero: *vt supra de solut. l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfructum.* 4 Item cum factum est in stipulatione: *vt Institut. de stipulatione seruorum. §. sed cum factum.* 5 Item legatū ad alimēta potest ei relinqui: *vt ī. de aliment. leg. l. seruos. & de his quae pro non script. l. iij.* 6 Item fallit *C. de here. institu. l. cum proponas. in fin. & supra ad Trebel. l. seruo inuito.* vbi in hereditate & bo. pos. per seruum quaerenda consensus eius est necessarius. ¶ De iure vero naturali c pro aliquibus habentur. ecce enim quae naturae sunt, faciunt sicut & caeteri qui de iure ciuili caput habent, scilicet bibunt & comedunt, audiunt, loquuntur, intelligunt, moriuntur, crescunt, & decrescunt, *vt supra de pecul. peculium.* d

* Con ar. in ... de ver. sign. ... Gl. ... de ... prog. ... per verbo, ...

b Seruus quibus casibus agit vt liber, iure ciuili.

XXXII. IDEM *libro quadragensimotertio ad Sabinum.*

QVod attinet a ad ius ciuile, † serui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines aequales sunt.

XXXIII. POMPONIVS *libro vicensimo secundo ad Sabinum.*

IN eo b quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris.

XXXIIII. VLPIANVS *libro quadragensimo quinto ad Sabinum.*

SEmper c * in stipulationibus & in caeteris contractibus id sequimur, quod actum est: aut si non pareat quid actum est, erit cōsequēs, vt id sequamur quod in regione in qua actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varietione personae: vt puta amicissimo a promisit quis decem solidos, vel scholaris Bonon. doctori. 3 Item ratione consuetudinis b loquentis: quia semper de imperialibus loquendo sentiebat: *vt ī. de leg. j. l. si seruum plurium.* c *§. fina.* ideo inspicitur consuetudo. Ad quod facit *supra de aqua plu. arcen. l. j. prim. §. j. & C. locat. leg. circa locationes. & supra de euict. l. si fundum. & de legi. & senatusconsf. l. de quibus. in fin.* Item contra. *j. eo l. non debet. §. in re.* Sol. vt ibi. Accursius.

rius fuit? ad id quod minimum est, redigenda summa est.

a Consecutiue ... quae ... ipsarum personarū quibus... b Consuetudo loquentis inspicienda. c Hanc legem ... locum etiam habere in ... Romanos ... 677. ... loquitur ... delegatis.

XXXV. IDEM *libro quadragensimooctauo ad Sabinum.*

NIhil tam naturale est, quàm eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. ideo verborum obligatio verbis d tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

XXXVI. POMPONIVS *libro vicensimoseptimo ad Sabinum.*

CVlpa c est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

XXXVII. VLPIANVS *libro quinquagensimoprimo ad Sabinum.*

NEmo f qui condemnare potest: absoluere non potest.

XXXVIII. POMPONIVS *libro vicensimonono ad Sabinum.*

SIcuti g poena ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.

d N*Ihil tam.*] *Verborum obligatio verbis.* ¶ Verbis, id est acceptilatione tollitur: *vt Institu. qui. modis tollitur obligatio. §. j.* itē nudi consensus oblig. id est traditione non subnixa, consensu tollitur: *vt Institut. quibus modis tollitur obligat. §. finali.* aliàs si res est tradita ex altera parte, per exceptionem tollitur: *vt ī. de pact. l. ab empti.* ¶ Sed d nonne etiam obligatio ex cō sensu contracta tollitur verbis, id est acceptilatione: licet non natura sui, sed pacti: *vt supra de rescind. vendi. l. cum emptor?* Item & nonne omnis obligatio tollitur solutione? sed non omnis sic contrahitur: *vt Institut. quibus mo. toll. obliga. in princi.* Item & confusione tolluntur: *vt supra de fideiussori. l. heres.* nec omnes sic contrahuntur? Ad hoc respondeo: hic non negat hoc fieri posse: sed ille modus est magis naturalis, quando eo modo tollitur, quo inducitur. ... secundum hoc ponit ferè. *j. eodem. l. ferè.* ¶ Item quaeritur de obligatione literarum e: an contrariis literis tollatur si scribit creditor me nō scripsisse? Respon. sic secundum Ioan. & quod hic dicit, nihil &c. hyperbolicè loquitur: quia Deo seruire, à quo cūcta habemus, est magis naturale. Vel sic, nihil &c. i. nulla obligatio conueniētius tollitur, quàm eodem genere. item fa. *C. de don. l. ea quae.* Sed arg. contra. *ī. de peculio. l. non statim.* vbi facilius adimitur peculium, quàm conceditur.

d Obligatio ex consensu, acceptilatione tolli potest, nō natura acceptilationis, sed vi pacti, & acceptilatio ... inest.

e Literarum obligatio literis cōtrariis tolli potest.

c Seruus iure naturali pro aliquo habetur.
d Vel pro &.
e Mos regionis in qua fit cōtractus, debet attendi.
... *de eo qui ... in poss. ... quod at ... in verbo ... de vol. in pr. g. ...*
f Stipulatio est contractus.
g Actū expressè dicitur, quod per verba conueniētia & apta actum est.
h Actum tacitè intelligitur ratione aestimationis rei quae vēditur, personae eius promittentis, & consuetudinis loquentis.
i Libram qui dicit, in dubio intelligitur eam, quae est in communi opinione, non anomala aut extranea. quod ad aureorum promissionem cōmode trāsferri potest.

b I*N eo.* ¶ Casum huius l. ponit Bul. in duobus quibus est res donata, vt potior sit causa possidentis. & ponit vel, pro &. quem casum Io. reprobat: quia potior debet esse causa prioris: siue ab eodem domino, siue ab eodem non domino donata est: sicut in venditione: *vt C. de rei vin. l. quotiens. & ī. de pub. l. vt si quidem. & ī. de act. emp. l. si ea res. §. fi.* Vnde potest poni in eo qui rem alienam possidet: à quo alius volens eam rem lucrari, petit: *vt C. de rei vin. l. res.* 3 Nec ponam vel d pro &: sed propriè, si enim duo vel, ponerentur pro &: impossibile esset quod dicit, scilicet quòd vterque lucrifacturus esset. Sed hoc semper verum est, quia vel hic vel ille lucrifacturus est.

c S*Emper.* ¶ Si stipulatus sum .x. vel vendo pro .x. cum dicas te sensisse de Veronēsibus, ego de imperialibus: primo quid actum sit spectabimus. Si nō appareat, tūc mos regionis spectabitur. nam si mos e regionis erat talis, vt quis intelligeretur ab omnibus loqui de imperialibus, cum de nummis indistinctè loquebatur: de imperialibus conuenisse videatur. & sic de caeteris monetis. Si vero in regione frequētatur ita vna moneta vt alia, minor moneta spectabitur: *vt hic, & j. e. l. in obscuris.* Dic ergo quod semper in stip. &c. ¶ Et quod dicit, in caeteris cōtractibus, innuit stipulationem f esse contractum. Sic *C. quod me. cau. l. si donationis.* sed impropriè: *vt ī. tit. j. l. Labeo.* ¶ Itē quod dicit inspici quod est actum, scilicet expressè, & g per verba conueniētia & apta: aliàs secus: *vt ī. de suppell. leg. l. Labeo. & de lega. j. l. iiij. §. si quis.* Item actū, intellige etiam tacitè, ratione h rei quae vēditur: quia secundum opinionē omnium valet .x. libras i imperiales. nam nō est audiēdus qui de Veronensibus (licet supinè) dicit se sensisse, cum non est verisimile: *vt j. eodem. l. in obscuris.* 2 Item tacitè agitur ratione

C*Vlpa.* ¶ Pone casum *vt C. vnde vi. l. cum quaerebatur.* vbi punitur vt inuasor, qui ingreditur possessionem licet vacantem: cum proprietas sit aliena. Item pone. *ī. ad l. Aquil. l. si putator.* vbi imputatur culpae illius qui transit per iter insolitum, si ramus cadat super caput eius. Item pone *ī. de condic. inde. l. si in area.* Item *ī. de condic. fur. l. ex argento.* ¶ Sed op. ergo nemo debet accedere ad gerēda negotia aliena: quod falsum est: imò inuitatur quis vt gerat: *vt ī. de neg. gest. l. j.* Sed respon. cum officium homo homini debeat: *vt ī. de seru. expor. l. seruum.* eo magis suum officium dicitur implere, quàm culpabiliter rei alienae se immiscere. nam & appellans f pro damnato inuito, dicitur facere rem suam: quia sua interfuit: & sic habet biduum, vt in sua causa: non triduum, vt in aliena: *vt supra de appell. l. non tantum. & supra quando appell. sit. l. ij. §. j.*

f Appellās pro damnato inuito, rem suam facere dicitur.

f N*Emo.* ¶ Haec regula nūquam fallit, si intelligatur in generalitate scilicet quicunque nunquam & nullum potest in aliqua re condemnare, quia non habet iurisdictionem ordi. vel delegatam, nullum potest absoluere. Caeterum si aliquos condēnare & absoluere possum: contingit casus vbi absoluere possum, & non condemnare: *vt C. vbi se. vel cla. l. ij. §. adeo.* Idem in clerico de crimine coram ciuili iudice accusato: quia potest absoluere: sed non condemnare, nisi prius ab episcopo degradetur, si visis actis ab episcopo videatur condemnandus. aliàs si dubitat episcopus, remittet ad principem: *vt in Auth. vt cle. apud pro. episc. §. si tamen. & de san. epi. §. si vero crimen. & fa. j. eo. l. qui vetante. §. eius. & ī. de re iu. l. iij. & quod ibi notaui.*

g S*Icuti.* ¶ Si mihi feceris iniuriam, vel rapinam, poenaliter mihi agenti ciuiliter teneris: heredes autem tui non tenentur: nisi contra te fuerit lis cōtestata: *vt Instit. de perpe. actio. §. non autem. & §. poenalis. & C. ex deli. de. l. j.* Si tamen quid turpiter quaesitum peruenit ad heredem, ei aufertur: *vt ī. de calumnia. l. in heredem.* ¶ Et not. quòd sufficit g semel ad heredem peruenisse: *vt ī.* quod

g Semel sufficit ad heredem peruenisse.

quod met. cau. l. quod dixit. §. fin. & l. videamus. Huic regulæ videtur derogari [a] *supra ad l. Iul. repet. l. ij.* nam ibi datur in heredem pœnalis intra annum: quod quidam intelligunt, cum non peruenit ad heredem aliquid: & sic est exceptio huius regulæ. nam si peruenisset, perpetuo daretur actio: *vt supra de calum. l. in heredem. & de dolo. l. in heredem. & l. itaque.* Sed Ioannes dixit *in d. l. supra ad legem Iul. repe.* quòd etiam si peruenerit, nō teneatur vltra annum: sicut nec ipse qui decessit. est enim eo casu actio annalis: sicut & [b] aliæ multæ annales sunt, & de materia huius l. dic plenius vt C. *ex delict. defun.* ¶ Item no. bonam huius l. similitudinem. sic supra *eod. in l. cum dum natatam.* ¶ Item facit *infra eodem. l. totiens. & supra de vi & vi armata. l. tertia. in princip. & supra de eo per quem fa. erit. l. prima. §. fina.*

a *IN omnibus.* ¶ Si fui cōdemnatus: & per metum iudicis vel aduersarij non appellaui: & hoc fui protestatus: perinde [c] est ac si appellassem: vt *C. de his qui per me. iudi. l. fin. & supra de appell. l. cum quidam.* 2 Item timui te prohibere facientem opus in meo: perinde est ac prohibuissem: vt tenearis quod vi aut clam: *vt supra quod vi aut clam. l. j. §. si d. Aristo.* 3 Item promisi stare iuri sub pœna: & prohibitus fui à iudice: perinde est ac si stetissem: *vt supra si quis cau. l. ij. §. simili modo.* Item si ab aduersario. Secus si ab extraneo: *vt supra de eo per quem fac. et. l. j. §. si rem.* Item fac. *supra de sol. l. qui decem. in princ.* ¶ Hæc [d] autem regula fallit *supra de condit. & demon. l. quibus diebus. in princip.* nam si tibi relictus fundus à testatore fuerit, si intra decem dies ascenderis Capitolium: cum te prohibeat heres, vel extraneus: non videris impleuisse conditionem: licet hi dies quibus fuisti prohibitus, non computentur. 3 Item fallit. *C. de condit. inser. l. fin.* licet enim. x. dare per alium iussus, fuerit prohibitus: non tamen impleuit condi. id est non videtur dedisse: sed adhuc dare tenetur, vt statim fit liber: vt ibi dicit.

b *FVriosi.* De furioso constat, quia est loco [e] absentis: *vt supra de in co. l. ij. §. fin.* 1. De interdicto dic scilicet cui est interdictum bonis [f] à lege: vt in crimine læsæ maiestatis. nam postquam id crimen committit: nec alienare, nec alienāti consentire, nec debitores ei soluere possunt: vt *C. ad leg. Iul. ma est. l. j. fina.* huius ergo voluntas nulla est in prædictis: sicut nec furiosi. Idem si interdicatur à iudice, quia sit prodigus: *vt supra de curato. furio. l. j. in princ.* licet ibi videatur dicere quòd lex interdicit. Sed dic id est præbet auctoritatem iudici interdicenti. Item per iudicem videtur interdici, quando aliquem condemnat de publico crimine. ante sententiam enim aliqua est eius voluntas: postea non: *vt supra de don. l. post contractum.* & hoc si tractatur de alienando. At [g] acquirere posset: & sic videtur aliqua esse voluntas: *vt supra de verborum oblig. l. cel.* nam [h] pupillo comparatur: *vt supra si certum petatur. l. certi condictio. §. sed si ei numeraueru.* Item comparatur furioso: quia furiosus alienare non potest: nec etiam acquirere potest. cui Azo non consentit. ¶ Porro [i] in quo casu sufficeret alicui non contradictio, in eodem casu voluntas furiosi tacitè interuenire creditur: *vt supra solute matrim. l. ij. §. voluntatem.* nam & ei quæritur vt alij ignoranti: *vt Institut. de here. ab intesta. §. fui.* Vbi voluntas expressa est necessaria, furiosus inuitus dicitur. ¶ Sed quod dixi, secundum Azo, furiosum videri tacite consentire, vbi tacita sufficit voluntas, dici potest contra regulariter: *vt s. loca. l. qui ad certum.* Nec obstat §. *voluntatem.* quia speciale propter patrem cui videtur consentire. & facit. *C. de in integ. resti. mi. l. si curatorem.* Accursius.

c *NOn debet.* ¶ Si actori petenti datur dilatio propter testes, ergo & reo: *vt hic.* Sed hæc regula fallit [k], nam cum reus plures habeat iudices ordinarios, non potest actor vnum eligere, & sic alium recusare per consequens: *vt C. de epis. & cle. l. cum clericis. in prin.* quòd reo non licet recusare ordinarium: *vt no. C. de iurisd. om. iu. l. nemo.* 2 Item fallit quando actor potest auferre reo suum iudicem per rescriptum ad extraordinarium iudicem, *vt C. de dila. l. si quando.* quod reo non licet, *vt in Auth. qua in prouincia.* Sed specialia sunt. ¶ Sed econtra non omne quod licet reo, licet actori: vt in numero dilationum: *vt supra de fer. l. fin.* Item in dilatione non danda actori, sed reo: *vt C. de dila. l. si quando. & in Authen. quod fieri. & C. de tem. in integ. resti. l. petendo.* ¶ Item huius l. arg. dixit Io. posse reum in se onus probationis transferre: vt & ipse possit probare. Alij negant, nisi in casu: *vt supra de proba. l. circa.*

d ¶ *In re.* ¶ Pone casum vt *C. de condic. inde. l. fin.* 2 Item vt *C. de iur. delibe. l. fina. §. fi vero cr. d. tores.* 3 Itē pone supra *de eo quod certo loco. l. secund. §. proinde inquit.* Sed arg. contra [a] *supra de dona. inter virum & vxorem. l. cum hic status §. pra'ter tiam. in fine. & §. sed si ambo.* vbi in dubio fauet donationi. Solu. speciale ibi: quia non amarè sunt tractandæ, nec tanquam inter infestos, sed inter solam inopiam timentes: *vt infra eodem. l. si id. §. si quis.* Item contra *supra eodem. l. in re.* Sed hic non lucratur cui fauetur, sed damnum euitat. Item contra infra *eodem. l. quod à quoquam.* sed ibi non erat obscuritas. Item facit *supra de rei vind. l. Iulianus si in area ibi, nisi quis &c.* Accursius.

XXXIX. IDEM *libro trigensimo secundo ad Sabinum.*

IN omnibus [a] causis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ [b] fit quo minus fiat.

XL. IDEM *libro trigensimo quarto ad Sabinum.*

FVriosi, [b] vel eius cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est.

XLI. VLPIANVS *libro vicensimo sexto ad Edictum.*

NOn debet [c] actori licere, quod reo nō permittitur. 1 ¶ In re [d] obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

XLII. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

QVi in alterius [e] locum succedunt, [f] iustam habent causam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoque non minus quàm heredes iustā ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur: non etiam si agat. nam planè qui agit, certus esse debet: cum sit in potestate eius, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

XLIII. VLPIANVS *libro vicensimo octauo ad Edictum.*

NEmo [g] ex his qui negant se debere, [h] prohibetur etiā alia defensione vti, nisi lex impedit. 1 ¶ Quotiens [i] concur-

e *QVi in alterius.* ¶ Stichum tibi promisi, vel decem tibi debui ex contractu bonæ fidei, licet interpellatur heres meus & cessat, cum ignorat me fuisse obligatum: non tenetur de interitu primo casu: *vt supra si cer. pet. l. quod te.* nec ad vsuras ex mora in secundo: *vt infra eo. l. non potest videri improbus.* 2 Hoc idem est in fideiussore. nā si promisisti mihi te soluturū quicquid Titius debet, & conueniam te pro decem quæ mihi Titius ex vēditione debet: cum id ignoras, non præstabis vsuras. nō enim est improbus &c. *vt infra eo. l. non potest.* ¶ Hęc autem vera sunt in his qui conueniuntur. Agentes [b] enim omnino certi esse debent. vnde si pœnam promiseris si me euntem impedieris, vel à me petere quoddam debitum: heres tuus impediēs, vel etiam debitum petens etiam ignorans committit in stipu. nisi pupillus sit: *vt supra de verborum oblig. l. cum filius. §. in hac stipulatione.* Porro licet cōmittatur stipulatio pœnalis: puto eum restitui ex clausula generali. nam in alieni facti ignorantia tolerabilis est error: *vt supra pro suo. l. fin. in fin.* ¶ Item potest poni casus in primo *supra de pos. l. j. in fin. & l. ij.* In secundo scilicet de fideiussore *supra manda. l. si fideiussor. in princip.* Ad tertiam partem facit. *C. de temp. in integ. resti. l. petendo. & de excep. tio. l. pare. in fine. & C. de dila. l. si quando. in fin.* Item ad princip. & fi. facit *supra re. amo. l. Marcellus. §. j. in fine.* Accur.

f ¶ *Succedunt.* vt heres & bonorum possessores. Accur.

g *NEmo.* ¶ Si te in iudicio conuenero, & vnam minus vtilem exceptionem proposueris, vt pacti quæ tibi non competebat, aliam vtilem proponere poteris: *vt s. de except. l. in qui. & l. nemo est.* ¶ Sed quid si non except. iuris opposuisti, sed facti, negans te ipso iure teneri, vel quia nunquam debuisti, vel quia soluisti? Respon. dicam idem esse. & hoc dicitur hic. Præterea exceptio facti, exceptio est: *vt s. de except. l. ij.* & sic de facto obtinui. Hæc autem vera sunt, nisi lex impediat. impedit [c] enim quandoque: ecce enim si is qui cōuenitur noxaliter, negauerit seruum se habere in potestate: conuictus de mendacio, in solidum tenetur. nec enim potest pœnitere: *vt s. de noxa. l. quotiens. §. prætor. & l. si seruus deportatus. § si negauerit.* Idem si negauerit de pauperie conuentus, *vt s. si quadru. pauper. fecisse di. l. j. §. interdum.* Item fallit *s. de rei vind. l. fina.* Item fallit *in Authen. de trient. & semiss. §. illud. & §. illud. q. a fiunt contra. & C. de non numer. pec. Authen. contra qui propriam. & C. qui po. in pign. ha. l. item si possessor.* Item fallit. *C. de compen. l. fina.* vbi primo negasti te debere: & post conuictus per testes, non [d] dico per confessionem, vis opponere excep. compensa. Item fallit *Inst. de fideicommiss. heredi. §. fin.* Secundum quod Io. ponit ibi casum. Item fallit in eo qui se negat socium: nam amittit priuilegium vt damnetur in quantum facere potest: *vt s. de re iu. l. sed hoc ita. §. j.* Item fallit *s. de proba. l. cum de indebito. in princ.* Accur.

h ¶ *Debere.* ab initio.

i ¶ *Quotiens.* Heredi instituto datur interdictum quorum legatorum contra legatarios sua auctoritate legata occupātes. Item

a Pœnalis actio an & quando detur aduersus heredē.

a moræ fit, alter quo quis. . . per hoc. . . fiat quo minus fiat.

b Actiones multæ sūt annales.

c Protestatio appellationi æquipollet. . .

d Prohibitus ab aduersario, an & quibus casibus fecisse nō intelligatur.

e Absens loco est furiosus.

f Interdicitur bonis alienare à lege, vel à iudice, reo, maiestatis, vel à iudice.

g Interdictis bonis adquirere potest, licet non possit alienare.

h Interdicti bonis, cū pupillo & furioso similitudo.

i Furiosus videtur iussisse vel noluisse quando intelligatur.

k Actori quibus casibus aliquid liceat, quod reo non sit permissum.

a Lucro sed donationi, quibus fauetur.

b Ignorantia heredis an agens nō excuset.

c Exceptio quibus casibus denegetur aliqua lege.

d . . . in verbo . . . compensa.

potest habere petitio. heredi, contra eum qui pro herede vel pro possessore possidet. item rei vindi. contra eum qui tit. possidet. ¶ Qui autem [a] incertus est, possideat quis pro legato, vel pro herede, vel cum tit. poterit plures proponere: vt tamē protestetur se velle vna experiri. id est vnius actionis commodum quodcunque illud sit consequi: vt ff. quorum le. l. j. §. quod autem. & secundū hoc loquitur hæc lex in processu causæ, seu fine. ¶ Sed dicas ꝙ etiam in conte. lit. loquitur vt tunc eligat: vt ecce vtrum intendat directam ex testamento, vel vtilem ex eadem scriptura: vt C. de cod. l. fi. item vtrum neg. gest. vel certi cōdi. generalem: vt ff. de iureiur. l. Auob. &. §. exceptio. Hodie etiam tempore dati libelli: vt C. quomodo & quando iudex. Auth. qui semel. licet olim vsque ad lit. conte. posset mutare: vt C. de eden. l. edita. que est huic cōtra. Sed ad prima dicta duo tēpora non est contra. ¶ Ad tertium, scilicet dati libelli, dic ꝙ corrigitur per dictam Authen. quod autem dictum est vna debere experiri. q.d. alia non poterit postea agere ad idē: ad aliud bene poterit si qd plus est in altera: vt ff. de ac. & oblig. l. qui seruum. §. fin. nisi tales sint quæ electione tollātur etiam in id quod plus est, vt contrariæ: vt C. de fur. l. j. §. & alia. & ff. de tribu. l. quod in heredem. §. eligere. ¶ Item quod dixi, ad idem non posse agi alia acti. verum est persona sua: sed ex alterius potest: vt supra de ac. emp. l. non est nouum. & ff. de ac. & obl. l. si u. Inst. de le. §. si in aliena. & ff. de verbo obli. l. inter stipulantem. §. si rem quam. Sed hic videtur non idem. ¶ Item quod dicit vnam eligi, fallit in personali & hypothecaria: vt in Authen. de fideiuss. §. sed neque. & ibi contra principales, &c. Sed illæ non ad idem. ¶ Item dic quod actor eligit: vt in d. §. eligere. nisi in casu vbi lex pro eo eligit: vt supra de in offi. test. l. Papinianus. §. si quis impubes.

> a Eodem libello actiones cumulari ... protestatione tamen ex parte agentis ... qui semel. C. quomodo & quando iudex elegerit ... actionem. [margin note partly illegible]

> ¶ l. so. sup. pro soc. vnde videtur emendanda inscriptio huius leg. Vlp. li. 31. ad edi. l. 3. sup. de donat. [margin note partly illegible]

[XLIII. ...] runt plures actiones [a] eiusdem rei nomine: vna quis experiri debet.

XLIIII. IDEM libro vicensimonono ad Edictum.

TOtiēs [b] in heredem damus* de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex suo.

XLV. IDEM libro trigensimo ad Edictum.

NEque pignus [c], neque depositum, neq. precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. 1 ¶ Priuatorum [d] cōuentio iuri publico non derogat.

XLVI. GAIVS libro decimo ad Edictum prouinciale.

QVod à quoquam [e] pœnæ nomine exactum est, id eidem [f] restituere nemo cogitur.

XLVII. VLPIANVS libro trigensimo ad Edictum.

COnsilij † [g] non fraudulenti nulla obligatio est. Cæterum si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit.

a ¶ Plures actiones. persecutoriæ rei.

b TOties. ¶ Pone casum vt supra de tribu. l. quod in heredem. §. si seruo. Azo. Habet autem locum hæc regula in prima parte extra contractum dolo commisso à defuncto. aliàs semper tenetur: vt supra de ac. & obli. l. ex contractibus. & facit supra depositi. l. si hominem. §. datur.

c NEque pignus. ¶ De pignore habes supra de pign. act. l. si rem. Sed fallit [b] supra ad Trebell. l. debitor. in prin. & supra de excep. rei iudi. l. pe. in fi. 2 De secundo habes supra deposi. l. bonæ fides in fin. 3 De tertio, s. precario habes supra de preca. l. certe. §. fin. hoc autem valet ratione poss. vt eo. §. & supra de pign. act. l. cum & fortu. §. fin. 4 De quarto, scilicet emptione, habes. C. de contrahen. emp. l. cum res. hoc tamen fallit in casibus ibi notatis. 5 Quintum habes. C. loca. l. qui rem propriam. ¶ Et adde * quia nec clam suam rem quis potest habere: vt supra de acqui. possess. l. si de eo. §. fi. nec stipulari sibi dari nisi sub conditione: sed restitui vel tradi sic: vt ff. de verb. oblig. l. nemo rem suam. & supra de leg. j. l. cætera. §. sed si sub conditione.

> b Pignus rei suæ quādo cōsistat.

> c Sed rem nemo clam habere potest. d Suam rē sibi dari sub cōditione quis potest.

d ¶ Priuatorum. ¶ Ponē exemplum, ff. de pac. l. iurisgen. §. si paciscar. vbi pepegi de nō psequenda nuntiatione noui operis quod fiebat in publico & alia quæ not. ff. de pac. l. ius publicum. ¶ Et dic ꝙ cōtra id ius publicū quod est publicū auctoritate & vtilitate: vt dictis exemplis. ¶ Sed quid [e] si cōtra id quod est publicū auctoritate, sed vtilitate priuata? Respō. valet: vt C. de temp. & re appel. l. vlt. in fi. & Inst. de ex cu. tu. §. item si propter. & propter generalē regulam. C. de pac. l. pe. quæ tamen fallit in casibus ibi no. ¶ Item quid si nō priuati duo vel tres, sed vniuersitas [f] statuit aliquid cōtra ius publicū? Rñ. Azo. ꝙ valet: quod est verū inter se, sed non in publicū præiudi. nam & priuati possent hoc modo: vt ff. de pac. l. epistola. §. pactū. ¶ Itē quod dicit cōuentione, scilicet expressa, tacita [a] enim quandoque valet: vt ff. de procu. l. filius familias. §. milites. & ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. & argu. ff. de condi. & demon. l. nunquam. & facit. ff. eo. l. nec ex prætorio.

> e Pacto remitti potest id quod publicū est auctoritate, vtilitate priuatum. f Vniuersitas potest aliquid statuere contra ius publicum.

> a Tacita conuentio quandoque valet.

e QVod à quoquam. ¶ Pone exemplum. ff. de pign. ac. l. si pignore. ibi, sed quod ipse debitor, &c. ¶ Item. ff. de sol. l. id quod. ¶ Item. ff. de tab. exhib. l. iij. §. condemnatio. his exemplis non reddit qui accepit. ¶ Itē nec alius reddit: vt ff. de proc. l. qui proprio. §. penā. & propter hoc dicit hic, nemo cogitur. ¶ Sed prima pars fallit vt supra de adil. edic. l. cum autem. §. fina. vbi venditor morbosi animalis, si præstitit pœnam emptori propter moram suam, eam recuperat si postea emptor agat redhibitoria. 2 Itē secunda pars fallit. sup. pro soc. l. cum duobus. §. fin. & l. si igitur. & de noxa. l. si ex duobus.

f ¶ Eidem. à quo est exactum.

g COnsilij. ¶ Si tibi cōsului [b] vt pecuniam tuā potius in emptiones prædiorum colloces quàm fœneres, non teneor: vt Insti. manda. §. tua gratia. nisi aliàs facturus non eras: vt sup. manda. l. si remunerandi. §. si tibi. at P. hic distinguebat. aut mādaui vt fœneres, non adiecta persona cui, & tunc non teneor, etiā si aliàs facturus non eras. aut mandaui persona adiecta cui: & tunc teneor etiam si aliàs facturus non eras. quæ distinctio reprobatur supra de nego. gest. l. iij. §. fi. & l. iiij. & hæc vera, cum dolo carui: aliàs teneor: siue aliàs eras facturus, siue non: nisi dolus cadat in nomē maleficij: vt furti, vel serui corrupti. tunc enim furti & serui corrupti experietur: vt ff. de seruo corru. l. j. §. persuadere. & de fur. l. qui seruo. §. sed & si alius. & de dolo. l. quod si cum scires. Accur.

> † Hæc lex facit ad id quod notat Gl. in c. t. & l. cum autem ... libero ... ad finem ... Gl. in calore [margin note partly illegible]

> b Consilium nō fraudulentū non obligat.

1 ¶ Socij [h] mei socius, meus socius non est.

XLVIII. PAVLVS libro trigensimoquinto ad Edictum.

QVidquid † [i] * in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur: non prius ratum [k] est, quàm si perseuerantia apparuit indicium animi fuisse. ideóque breui reuersa vxor, nec diuortisse videtur [l].

XLIX. VLPIANVS libro trigensimo quinto ad Edictum.

ALterius [m] circumuentio [n], alij non præbet actionem.

L. PAVLVS libro trigensimonono ad Edictum.

CVlpa caret [o] qui scit [p], sed prohibere [q] non potest.

LI. GAIVS libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.

NOn videtur [r] quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

LII. VLPIANVS libro quadragensimoquarto ad Edictum.

h ¶ Socij. hic casus ponitur. ff. pro so. l. qui admittitur. & l. seq. Acc.

i QVidquid. Hoc idem est supra de diuor. l. diuortium. ¶ Et no. quòd hic iracundia [c] minuit culpam. iram culpa est diuersa: vt supra de mi. l. si ex causa. §. si mulier. quandoque rescindit cōtractum: vt supra de publ. l. j. citatio. quandoque minuit delictū: vt C. de aed. l. Gracchus. & de aboli. l. j. Sed contra. C. de iniur. l. si non conuicij. Sed ibi fuit perseuerantia.

k ¶ Ratum. id est firmum.

l ¶ Videtur. sed calore iracundiæ potius factum.

m ALterius. ¶ Si procurator tuus vel tutor vel curator tuus gerendo tuum negotium alium circumuenit vēdendo, vel aliàs cōtrahendo: non quæris tibi actionem cum effectu: quia exceptione doli repelleris: vt ff. de excep. do. l. apud Celsum. §. quæsitum. & §. illa. & §. quæ in tutore. ¶ Item & contra nec liberationem acquirit alterius circumuentione. vt ff. de eo per quem fac. e. l. fi. in vlti. respon. ¶ Et arg. C. de pac. l. debitorum. ¶ Et no. quòd ex hac l. videtur quòd dolus mediatoris dans causam contractui, ipso iure facit nullum contractum: vt & ff. de dolo. l. eleganter. in princ. Sed Io. aliter illam intelligit: vt ibi no.

> c Iracundia effectus in iure varij. in contractibus, culpa & delictis. [margin note partly illegible]

n ¶ Circumuentio. id est dolus. Accur.

o CVlpa caret. ¶ Casus ponitur: vt supra de nox. a. l. in omnibus. & l. in delictis. in prin. Aliàs si prohibere potest, nō tantū non caret culpa, sed & ipse fecisse videtur: vt supra de his qui no. infa. l. quid ergo. §. j. ¶ Sed quid si possum prohibere Titium iniuriari Sempronio, an debeam iuuare? Respon. secūdum [e] cano. sic, verbis interponēdo me honesto modo: vt in c. negligere. Sed secundum ll. non, nisi [f] in his quos habeo corrigere: vt in permissis, s. seruis & filiis, & in similibus: quia serui dominum debent iuuare, si sunt sub eodem tecto: vt C. de his qui. vt indig. l. fi.

> e Iuuandus est proximus qui tum fieri potest. f Culpa nō caret seruus, qui sciuit iniuriari domino inferri, & eam prohibere non possit: quo quo enim modo iuuare dominum debet. [margin note partly illegible]

p ¶ Scit, subaudi ille dominus. Accursius.

q ¶ Prohibere, scilicet seruum suum delinquentem.

r NOn videtur. ¶ Hic casus positus est vt supra eo. l. non videtur cepisse. secundum Azo. ¶ Tu dic poni per l. supra de inoff. test.

l. si

l. si pars. §. fi. ¶ Item *supra de lega. ij. l. cum ea. & sic concordat. ỹ. tit. j. l. aliud.* Accur.

a Non defendere videtur. hoc locum habet in his qui satisdederunt vt alios defenderent: secundum Azo. Sed secundũ hoc debet dicere defendere, & non defendi. quare pone in principali vt sic fiat missio, *vt j. pra qui. ex. cau. in poss. e. l. l. ij. in princip. & facit. j. eo. titu. l. hoc autem. §. fin. & de indi. l. recte.*

Non defendere videtur[a] non tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

LIII. Pavlvs *libro quadragesimo secundo ad Edictum.*

Cuius per errorem[b] dati repetitio est, eius consulto dati donatio est.

LIIII. Vlpianvs *libro quadragesimo sexto ad Edictum.*

Nemo † plus[c] iuris ad aliũ transferre potest, quàm ipse haberet.

LV. Gaivs *libro secundo de testamentis ad Edictum vrbicum.*

Nullus[d] videtur dolo facere, qui suo iure vtitur.

b Cuius per errorẽ. ¶ Pone casum: *vt supra de condi. inde. l. j.* 2 Item *vt. ỹ. pro empt. l. qui fundum. §. seruus meus. in fi.* 3. ¶ Et distingue: quia[a] cum quis soluit indebitum ignorans: aut est indebitũ vtroque iure, scilicet ciuili & naturali: aut naturali tantum: aut ciuili tantum: aut debitum est vtroque iure. ¶ Sed obst. excep. si indebitum est vtroque iure, vel naturali tantum: per quancunque ignorãtiam solutum repetitur: *vt. C. de condic. indeb. l. cum & soluta. & de non num. pec. l. si quasi. & de pac. l. creditori. & ỹ. de sol. l. Stichum. §. naturalis.* non enim iuris ignorantia nocet in damno vitando: *vt supra de iur. & fac. igno. l. error.* multo ergo minus facti ignorantia. si indebitum iure ciuili, sed debitum iure naturali, vt ex testamento non solenni, solutum per ignorantiam iuris non repetitur. si vero per facti igno. probabilem, & tunc repetitur: aut non probabilem, & tunc non repetitur, *vt ỹ. de iur. & fac. ig. l. regula. §. sed facti ignorantia. & §. si quis ignorans. & C. ad l. Falc. l. error.* ¶ Si vero debitum est vtroque modo, sed ob. excep. aut perpetua, aut temporalis. si temporalis, solutum ante non repetitur: *vt ỹ. de condi. inde. l. in diem.* nisi forte per ignorantiam probabilem facti, secundum Io. Si perpetua aut fauorabilis, & tunc repetitur: aut odiosa, vel ad iuris rigorem cõseruandum introducta: & tunc non repetitur: nisi facti ignorantia probabilis fuerit. sed si detur exceptio: si tamen incertum sit perpetua sit an temporalis, repetitur: *vt ỹ. de condic. inde. qui ex & i. insucat. & l. Iul. & C. de condic. inde. l. j. & ỹ. ad Mace. l. fi.* ¶ Ciuilis tamen est obligatio vbi ipse futuræ numerationis me obligaui: *vt Inst. de lit. ob.* ¶ Item vbicunque ciuilis & naturalis simul est obligatio, si fiat pactum de non petendo, sola ciuilis remanet, naturali sublata. *vt. ỹ. de sol. l. Stichum. §. naturalis.* naturalis tantum per pactũ nudum. ¶ Item si heres fuit grauatus in legatis vltra dodrantem. quod est vltra dodrantem relictum iure naturali debitum est, ciuili est indebitũ. ¶ Sed qui[b] sciens soluit debitum iure naturali, qualiter donare dicitur: cũ ad id esset obligatus: *vt. ỹ. de don. l. hoc iure. §. pe. in fi?* Respond. hęc datio videtur donatio, id est, irreuocabilis datio. *fic. ỹ. ad. l. Aqu. l. si seruum seruum. §. Iulianus scribit.* Accur.

c Nemo plus. ¶ Si mihi fundum vendideris, & tradideris: quod iuris habes, in me transfers. vnde si tu dominus eras: & ego dominus ero: & si nõ dominus eras, nec ego, sed possess. adipiscor. ¶ Item si à te poterit aduocari per hypothecariã: & à me poterit. si nomine fundi tenebaris soluere tributa: & ego. si hic fundus seruitutem debebat: & ego seruitutem debebo, *vt. ỹ. de acqui. rerum do. l. traditio. in princ. & C. de distract. pign. l. si debitor. & C. sine cen. vel reli. l. j. & fina. & d. l. traditio. ibi. & si seruum &c.* ¶ Hæc[c] autẽ regula in tu. & cu. fallit: *vt. C. de admi. tu. l. fi. & l. lex. in fi.* 2 Item in procuratore: *vt. Inst. de re. diui. §. nihil.* 3 Item in iudice: *vt Inst. de offi. iudi. §. fi.* 4 Item in executore: *vt. ỹ. de euict. l. si pignora.* qui transferunt plus quàm habent. Quod quare accidat: dic vt not. *ỹ. eo. l. id quod nostrum.* 5 Item in creditore fallit, *vt Inst. qui. alie. licet vel non. §. j.* 6 Item in vsufruc. formali: *vt ỹ. de vsufr. l. quod nostrum.* 7 Item qui propter malam fidem vsucapere impeditur: si vendat alij bona fide accipienti, plus iuris transfert quàm habeat: *vt Inst. de vsuca. §. quod autem.* Sed responderi potest, quòd emptor non à venditore, sed à se ius vsucapiendi habet. 8 Item fallit in censitoribus & fluminibus: *vt ỹ. de acqui. re. domi. l. ergo. §. alluuio.* 9 Item fallit in datione libertatis: quod dic *vt Inst. de leg. §. fin.* Acc.

d Nullus. ¶ Consanguineus reatum sui consanguinei corrigere potest, *vt. C. de emen. propin. l. j.* quod cum facit, non videtur dolo facere: sed ratione pietatis. 2 Vel pone *vt. ỹ. pro socio. l. merito.* 3 Vel pone *vt. ỹ. de aqua plu. ar. l. ij. §. fi.* 4 Vel *vt supra de pecu. l. eo tempore. j. respon.* & dic, iure suo: vel quod vere est suum, vel quod putet esse suũ: *vt j. eodem. l. qui in ius. §. nemo.* ¶ Sed op.[a] de eo qui alienat in fraudem creditorum, iure suo vtitur? Respon. vtique. nam transfert dominium: *vt supra de contrahend. emp. l. sciens.* & tamen dolo malo videtur alienare, cum sciat se habere creditores: *vt supra que in frau. credi. l. omnes. §. Lucius.* 2 Item opp. si primo rem meã tibi vendidero, deinde alij, & tradidi: iure id facio. nam transfero dominium: *vt C. de rei vind. l. quoties.* prætereа cum possum rẽ alienam vendere: *vt. ỹ. de contrahend. empt. l. rem alienam.* ergo multo magis meam. & licet id iure meo faciã, incido in Corneliam: *vt supra de fal. l. qui duobus.* & sic punior. ergo dolum commisi. nam aliter Cornelia non puniret: *vt C. de fal. l. nec exemplum. & supra de fal. l. impuberem. in princip.* Respondeat qui potest. Azo. Sed potest respõderi: nisi noceat alij cui tenetur iure cõtractus. 2 Vel dic quòd eo ipso quòd[b] pœna imponitur, videtur prohiberi: sumpto arg.[c] ab effectu: *vt. C. de sum. tri. l. iij. §. igitur si clericus &c.* & sic non iure suo, cum sit prohibitum: *vt. C. de relig. l. statuas.* ¶ Item contra huic regulæ. *ỹ. de leg. præstan. l. virilis. §. si aduerit.* vbi pater institutus adit: & sic vtitur iure suo, & tamẽ tenetur filio prętérito actione de dolo, propter damnum quod habet filius in dimidia in libertatibus quæ valẽt. Sed dic, magis videtur hic adire vt filio noceat, quàm suo iure velit vti: cum filius offerebat patri virilem, quã et at habiturus ea adita. Ar. *ỹ. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique.* hic autem principaliter vt sibi prosit. Accursius.

LVI. Idem *libro tertio de legatis ad Edictum vrbicum.*

Semper[e] in dubiis benigniora præferenda sunt.

LVII. Idem *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

Bona fides[f] non patitur, vt bis idem exigatur.

LVIII. Vlpianvs *libro secundo Disputationum.*

Ex pœnalibus[g] causis non solet in patrem de peculio actio dari.

LIX. Idem *libro tertio Disputationum.*

Heredem[h] eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

e Semper. ¶ Pone casum *vt. ỹ. pro soc. l. merito.* vt etiam in superiori: nam caute iusta causa ponitur. 2 Item pone *vt. C. qui bo. ce. poss. l. fi.* ¶ Item huic regulæ ob. illud generale, dolum præsumi. quod colligitur. *ỹ. man. si procur. §. dolo.* 3 Vel pone casum vt alij per l. *ỹ. de dona. inter vi. & vxo. l. Quintus.* 4 Item *ỹ. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. ibi, non tamen ferendum &c. & facit j. eo. l. ea que. §. in re. & ỹ. de re. dub. l. cum in testamento.* Accur.

f Bona fides. ¶ Si testator legauit mihi aliquid sub cõditione, & egi interdicto de tab. exhi. contra heredem, & æstimationem consecutus sum legati, quia per cõtumaciam tab. noluit exhibere: licet non debeam cauere de reddẽdo in defectum cõdit. tamen adueniente cõditione non petam denuo legatum ab eodem à quo habui æstimationẽ: quia bona fides &c. ¶ Sed si cõtra aliũ egi eo interdicto, & habui æstimationes: adueniẽte cõditione petam legatũ ab herede, & ita à diuersis, *vt. ỹ. de tab. exhi. l. iij. §. condemnatio.* sic à diuersis cõsequar idem, *vt Inst. de lega. § si res aliena.* ¶ Item non solum ab eodem nõ possum, sed nec ab alio qui causam ab eo habet, *vt C. de euic. l. emptor.* ¶ Vel qui haberet cõtra primum regressum, *vt. C. de vsur. et iudi. l. fi. §. fi.* ¶ Item facit *C. de pœnul. omnes.* Accur.

g Ex pœnalibus. i. d. delictis. Si filius fecit furtũ, pater nõ tenetur de peculio, nisi in quãtũ locupletatus esset, quod est generale in filio & seruo in quolibet delicto: *vt. ỹ. de pecul. l. iij. §. ide scribit. & §. ex causa furtiua & ỹ. de his qui deiec. vel effud. l. j. §. cum seruus. & de vi & vi ar. l. j. § si filius. & §. fi.* ¶ Item nec noxaliter tenetur pater, *vt Inst. de noxa. §. fi.* Sed ipse filius conuenitur: & eo dãnato tenetur pater de pecu. vel actione in factum, *vt ỹ. de noxa. l. noxalis. & l. si q. & l. fin. & ỹ. de iudi. l. tam ex contractibus.* idem ergo in monachis si possessionem inuadant. Accur.

h Heredem. est enim vna persona fictione[e] iuris, *vt in Auth. de iureiur. à mo. §. j.* quandoq; [f] tamen plus iuris habet heres: vt si promisisti mihi post mortem meã: quia actio incipit ab herede, *vt. C. vt ac. ab hered. l. j.* sæpe enim plenior cõpetit obligatio heredi quàm defuncto, *vt ỹ. de exic. l. si per imprudentiam. §. non mirum. & ad. l. Fal. l. repetitur. & ỹ. rerum amo. l. iij. §. fi.* Econtra quandoque minus, vt in priui. personalibus, *vt j. eod. l. in omnibus.* Item in vsufruct. qui non transmittitur ad heredem, *vt Instit. de vsufruct. §. finitur.* Item in omnibus personalibus pact. *vt supra de pact. l. idem. §. personale.* Idemque in omnibus personalibus actionibus, quæ heredibus non dantur, *vt ỹ. de iniur. l. iniuriarum actio. & de in ius vocan. l. in eum. & de calum. l. hoc actio.*

a Solutum per errorẽ, an & quãdo repetatur.

† Concor. [illegible]

b Soluẽs sciẽter debitũ iure naturali, donare videtur.

c Plus iuris in alium transferre quibus casibus quis possit, plus in quàm, quàm ipse habeat.

a Alienans in fraudem iure transfert dominium rei alienatæ, & tamẽ dolo facit.

b Pœna pręcepti prohibitio est futuri. vnde. Albert. in l. non lex. C. de legibus.

c Argumentũ ab effectu in iure validũ.

d Pœnales causæ pro delictis.

e Fictione iuris heres & defunctus vna est persona.

f Heres quibus casibus plus & minus iuris habeat quàm defunctus.

¶Item in alio casu: vt C. de metal. l. fi. Sed in omnibus actionibus quæ non dantur in heredes, plus habent heredes: vt in pœnalibus: vt Inst. de perpe. act. §. non omnes. Accur.

a Mādator videtur intercedere, qui alii intercede nō suo nomine vidět, neq. prohibet.

a **S**Emper. ¶Si pro te præsente fideiubeo, & non contradicente, mandare videris: & ideo mandati experior: vt ſ. manda. l. qui fidem. & l. qui patitur. & Cod. manda. l. si fideiussor. & hic est primus casus huius l. Si vero pro absente, tunc neg. gest. experior: vt supra manda. l. ex mandato. §. j. nec enim mādati ago, cum mandatum non fuerit: vt supra de neg. gest. l. Pomponius. in fin. ¶Qualiter ergo hic datur actio mandati in secundo casu huius l. cum mandatum non fuerit, imò nego. gest. deberet dari: vt supra de nego. gest. l. si pupilli. §. idem ait. quæ est contra? Sol. ibi ratum fuit habitum ab absente factum: hic à præsente. 2 Vel secundum Bul. hic fuit mādatum, sed tunc non susceptum: quia dominus cum indignatione recessit: mandatarius mandatum sponte adimpleuit: & dominus postea ratum habuit. 3 Vel dic speciale in fideiussore, vt ratihabitio mādati actionē inducat. 4 Vel fortè hoc verum est cum pro aliquo iudicio sisti fideiussit: & ita erat speciale in iudiciis, vt alia multa, secundum Ioan. quæ patent supra si quis cau. per totum titulum. & maxime in l. ij. Accursius.

LX. IDEM libro decimo Disputationum.

SEmper [a] qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione.

LXI. IDEM libro tertio Opinionum.

DOmum [b] suam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo [c] ius non habet [d].

LXII. IVLIANVS libro sexto Digestorum.

HEreditas [e] nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuerit.

LXIII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

QVi sine [f] dolo malo ad iudicium prouocat [g], non videtur moram facere.

LXIIII. IDEM libro vicesimosexto Digestorum.

EA quæ † rarò [h] accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

LXV. IDEM libro quinquagesimo quarto Digestorum.

EA est natura [i] cauillationis [k], quam Græci σωρίτην appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.

LXVI. IDEM libro sexagesimo Digestorum.

MArcellus [l]: definit debitorem esse is qui nanctus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem [m].

LXVII. IDEM octauo decimo septimo Digestorum.

QVotiens [n] idē sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, * quæ rei gerendæ † aptior est.

b Reficere domum suam an & quādo quis possit, vt vicino noceat.

b **D**Omum. ¶Domus mea debet seruitutem Titio altius non tollendi vltra certam mensuram, vel altius non tollendi nisi cum lapidibus, non cum lignis. possum [b] eam quidem reficere, dummodo non noceam ei inuito: quod esset si facerem cōtra debitam seruitutem: in quo ius nō habeo, sed eo volente possum. & ad hoc. ſ. de excep. rei iudi. l. egi. 2 Vel dic secundo: domus mea seruitutē non debet vicino. licet ergo mihi altius tollere: vt C. de serui. l. altius. dummodo non noceam vicino inuito, in quo ius non habeo nocendi: quia immitto fragmenta in suo. hoc enim non licet: vt ſ. si ser. vin. l. sicuti. §. Aristo. & §. idemque. Si tamen nihil in alienum immitto, alteri tamen officiam: si quidem dolo, teneor: aliàs non: vt ſ. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. Planè interdum quis reficit coactus: vt ſ. de offi. præfe. vrb. l. præses. & C. de edi. pri. l. si vt proponis.

Inuitus quis interdū reficere cogitur.

c ¶In quo. id est in quantum. Accur.

d ¶Non habet. scilicet officiendi. H.

e **H**Ereditas. hic dic vt supra tit. j. l. nihil. Accur.

f **Q**Vi sine. Ex venditione. x. mihi debes. si solutionem differas, dum ignoras me vendisse ei cui successisti, non teneris ad vsuras: aliàs si scires, secus: vt hic. & ſ. si cert. pet. l. quod te. & de vsur. l. si quis soluerit. & de condic. furt. l. fi. P.

g ¶Prouocat. se defendendo.

h **E**A quæ raro. Si quis herede instituto decessit, & adita hereditate mortuus resuscitetur [d] (vt de Lazaro [e] accidit) non sunt iura prodita an iure postliminij possit bona recuperare ab heredibus. ¶Hæc enim rarò accidunt: & ea quæ rarò accidunt, non temerè in negotiis, id est legibus quæ de agēdis negotiis loquuntur, computantur. & dic temere, id est temerarium esset si tales causæ in legibus connumerarentur. & ad idem supra de le. senatuscon. l. ea. & l. nam ad ea. aliquando tamen ad ea quæ rarò accidunt, iura aptantur: vt supra si pars here. pet. l. antiqui. & Cod. de legi. here. l. si mulier. & supra de sta. ho. l. non sunt. 2 Vel aliter pone casum, si rem tibi pignori dedi, eaque casu fortuito fuit amissa: non teneris: vt ſ. de pign. act. l. quæ fortuitis. nam ea quæ rarò, id est fortuito accidunt casu (ideo enim casus dicuntur fortuiti) non computantur temerè, id est facile in negotiis gerendis, id est in contractibus qui iure inter aliquos celebrantur. ideò autem dixi facile: quia computantur quandoque sic vt præstentur, scilicet vbi pactum, culpa, & mora interuenerit: vt dixi supra. cod. l. contractus. Accursius.

d Resurrectio infrequens. e Lazarus verū suscitatus potuit recuperare sua bona.

Cauillatio quid sit.

i **E**A est natura. ¶Cauillatio dicit quasi deceptoria argumentatio, scilicet cum ab eo quod verum est, venitur ad id quod est euidenter falsum: vt ſ. tit. j. l. natura cauillationis. ¶Hoc autem fit per breuissimas mutationes terminorū dissimiliter acceptorū: vt in hoc exemplo, Res diuinæ in bonis nullius sunt. at quod in bonis nullius est, occupanti conceditur: ergo res diuinæ occupanti cōceduntur. quod falsum est: imò interdicta proponuntur contra occupantes res sacras & religiosas: vt ſ. de interdic. l. v. §. interdicta. ne quid in loco sa. fi. l. j. & de sepul. vio. l. prætor. In hoc autem interdicto medius terminus, scilicet dictio nullius, dissimiliter accipitur: cum in propositione verbum nullius, ad hominem referatur: in assumptione, ad hominem pariter & ad deum. Res autem diuinæ in bonis nullius scilicet hominis sunt: in bonis tamen dei sunt: hominum scilicet cōstitutione, & ad eius honorē specialiter designatæ. At feræ bestiæ neque in bonis hominis sunt, neq; in bonis dei designatæ hominū constitutione. & hoc secundum Bul. 2 Vel aliter pone: fructus rei est, pignori dare licere: ſ. j. eo l. fructus. & ſ. de vsuf. l. fin. sed omnis fructus rei pertinet ad fructuarium: vt ſ. de vsufr. l. vij. ergo licere dare pignori, pertinet ad eum. quod est falsum: vt C. de vsufr. l. interest. Item & hic est deceptio: quia verbum fructus, in propositione pro vtilitate quadam ponitur: in assumptione verò ponitur pro commodo ex ipsa re prouenienter: vt ſ. de vsufr. leg. l. item si fundi. 3 Vel alteri: id demum potest seruo alieno legari, quod posset si ipse liber esset. sed si liber esset, non posset ei legari quandiu seruiat: ergo nec cum seruus est, sic ei legari potest. sed hæc argumentatio fit secūdum quid & qualiter: ideo calumniosè. vt supra de lega. ij. l. debitor. §. seruo alieno. sic enim fit cauillatio: vt supra de regu. Cato. l. prima. Azo.

† Determinatum de ij his quādoque iurisconsultum vt de Lazaro resurgēte, an recuperet bona sua perdita. ... in ... de ... fructus ... extra de frig. & malefi.

k ¶Cauillationis. apud nos cauillatio, apud dialecticos fallacia.

l **M**Arcellus. In exceptione [a] pacti promptum est exēplum, quæ vinculo naturalis æquitatis sustētatur: vt ſ. de pac. l. j. in prin. & de sol. l. Stichum. §. naturalis. sed si in ea ponitur, non video ad quid dicitur debitor: cum nec petitio nec retētio detur: nisi dicas quòd in nudo pacto facto de petendo, potest prima actio adiuuari: quod nō posset si in nullo debitor esset: vt ſ. de pac. l. si vnus. §. pactus. 2 Vel nisi dicas pactum de non petendo factum per metū vel dolum: sed dices, tunc abhorret à naturali æquitate. sed dicam illud propter accidens, non propter ipsius naturam pacti. 2 Vel dic secundo, quòd mutuaui filiofa. exceptionem Mace. habenti. 3 Item si quis impetrauit ne vsque ad certum tempus teneatur soluere, tenet rescriptum, vt C. de preci. imper. offe. l. quotiens. vel etiam in perpetuum, secūdum Azo. si dicat, non obstante aliqua lege, & maxime si propter aliquam publicam vtilitatem fiat. 4 Item per hoc quia non abhorret, id est nō discrepat vel discordat à naturali æquitate, cum lege diuina & humana statutum principis est tenendum: vt ibi, Omnis anima subsit principi tanquā præcellenti, & ducibus ab eo missis. ¶Itē dicit propheta, quòd hoc ius regis est & c. vt in prin. constitutionum. ff. not. ¶Item cum contineatur in lege diuina, vt dictum est: ergo est ius naturale: quia [b] ius naturale est quod in lege & in euangelio continetur: vt in decre. c. ius naturale. & possunt dici debitores, eo quòd si soluunt, non repetunt: vt ſ. de condic. inde. l. qui exceptionem. & ſ. quod quisque in. l. iij. §. fi. ¶Item quod dicit, debitorem: sub. etiam propter prædictos effectus, tamen impropriè, vt ſ. tit. j. l. debitorem.

a Exceptionem iustam qui habet nō est debitor.

b Ius naturale pro eo, quod in lege & Euāgelio continetur.

m ¶Abhorrentem. i. discrepantem. Accursius.

n **Q**Votiens. Filij naturales [c] quandoque dicuntur ad differentiam adoptiuorum: quandoque ad differentiam legitimi: vt bastardi. cum ergo dicitur, filij naturales sunt in potestate patris, vel parentum. vt Inst. de ado. in prin. intelligendum est de naturalibus & legitimis. si enim intelligeretur de naturalib. tantū falsum esset, & contrariū iuri: vt Inst. de nup. §. si. ¶Itē cum reperitur

c Naturales interdum opponuntur adoptiuis: interdū legitimis.

peritur quod naturalib. filiis pater non potest relinquere nisi vsque ad certum modum: intelligendum est de naturalibus tantum: vt C. de natu. lib. l. ij. nam legitimi & naturales in vniuersum possunt institui. ¶ Dic ergo sententias [a], id est duarum rerum significationem, & hoc sine sit in legibus, vt casum posuit: ff. de leg. & senatusc. l. in ambiguis. siue in stipulationibus: & sic etiam potest poni casus per l. supra de verborum obligationibus. l. quotiens. siue in testamentis: & sic etiam potest poni. supra de re. du. l. quotiens. ¶ Et hæc dicitur aptior [b] expositio, vt res valeat potius, quàm pereat: & non fit contraria iuri.

a Duæ sententiæ pro significatione duarum rerum

b Aptior expositio dicitur qua rei conseruatio continetur.

c Priuilegia personalia non descendunt ad hæredes.

a IN omnibus. ¶ Et [c] patronus, & parens, & similes personæ, in quantum facere possunt condemnantur: heredes tamen eorum hoc beneficium non habent: vt supra de re iudi. l. patronus. & l. inter. & l. si fideiussor. §. si maritus. & l. sciendum. [nisi [d] in casu: vt supra sol. ma. l. etiam, in prin.] Item priuilegium quod habet mulier vt præferatur aliis creditoribus, non datur heredi: vt C. de priui. credi. l. scire. nisi filiis: vt C. qui po. in pig. l. fin. ¶ Item beneficium vt pupillus præferatur aliis creditoribus vt ff. de pri. i. cre. l. dabimus. §. si quis. non habet heres pupilli illud beneficium: vt supra de admini. tu. l. ex pluribus. ¶ Item ad hoc. sup. de dolo. l. heredum. Vbi [e] autem genus actionis priuilegium in se continet: vt si agat quis pro expensis in funere factis: vt ff. de relig. l. pe. Vel quia in refectione tradita est pecunia vt ff. qui re. in pig. l. interdum. priui. heredi dabitur: vt hic. & infra eod. priuilegium. & ff. de relig. l. filius. §. hæc actio. & ad hoc. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. permittitur. & de cen. l. forma. §. quanquam. & de consti. pe. l. j. §. fin. ¶ Priuilegium actionis etiam dici potest, quia ex mora generat vsuras: sicut euenit in omnibus bonæ fidei iudiciis. vt ff. de vsu. l. mora. §. in bonæ fi. Fallit autem hæc regula in prima parte, in restitutione in integrum: vt ff. de in integ. resti. l. non so. &. & beneficio Vell. vt Co. ad Vell. l. in heredes. ¶ Apparet ex præmissis quòd vbi dicitur genus actionis. subaudi, vel causa propter quam datur actio: vt in d. l. interdum. Et quod dicit, desiderat, illud scilicet beneficium: vel quia præfertur aliis, vel quia vsuras generat ex sola mora.

d Hæredes pactis & patroni, quibus cautibus non conueniamur in solidum.

e Priuilegia actionū descendit ad hæredes.

LXVIII. PAVLVS libro singulari de dotis repetitione.

IN omnibus [a] causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat: vbi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quemuis persecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

LXIX. IDEM libro singulari de adsignatione libertorum.

INuito [b] beneficium non datur.

LXX. VLPIANVS libro primo de officio proconsulis.

NEmo potest [c] gladij potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercitionis [d] ad alium transferre.

LXXI. IDEM libro secundo de officio proconsulis.

OMnia [e] quæcunque causæ cognitionem [f] desiderant, per libellum expediri non possunt.

LXXII. IAVOLENVS libro tertio ex posterioribus Labeonis.

FRuctus [g] rei est vel pignori dare licere.

LXXIII. QVINTVS MVCIVS SCAEVOLA libro singulari ὅρων.

QVò tutela [h] redit: eò hereditas peruenit, nisi cum fœminæ heredes intercedunt.

b INuito. ¶ Hæc regula vera est in omni priuilegio fauore alicuius indulto: vt C. de pact. l. si quis in conscribendo. 2 Item pone vt supra de mino. l. si iud. x. vbi minor inuitus non vtitur beneficio restitutionis. 3 Item dices in beneficio quod non sit priuilegium: vt ff. de dona. l. hoc iure. §. non potest. beneficium enim affert gaudium capienti: & inuitus nemo gaudebit: vt in constitutione feudorum tit. qui ex cau. feudum. ¶ Hæc autem regula fallit [f]. vt supra de lib. cau. l. ... & iij. & iiij. C. ff. de app. l. non tantum. ¶ Item per medium confertur beneficium, non dico priuilegium: vt supra de neg. gest. l. soluendo. & de solu. à debitor tuus. Accur.

f Inuito quandoque dari potest beneficium

c NEmo potest. ¶ Potestas [g] gladij, est animaduertendi in facinorosos homines. id est in animata corpora: & sic infertur pœna corporalis. ¶ Et quod subiicit, alterius coercitionis [h], scilicet quæ adimat libertatem vel ciuitatem: quæ omnia dicuntur capitalia: vt ff. de pu. iudi. l. ij. & dicunt consistere in mero imperio: vt ff. de iuris. om. iu. l. ij. & sunt exempla dictarum pœnarum, vt ff. de pœ. l. si quis forte. §. j. Est quoddam tertium, vt scilicet coercitio [i] modica, quæ inest iurisdictioni. Prima duo non demandantur: vt hic. & ff. de offi eius cui man. est iurisd. l. in princ. Tertium sic cum iurisdictione: vt ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. ¶ Et quod [k] dixi supra duo prima non delegari, fallit quando contingit abesse eum qui habet cognitionem: quia tunc demandat quo ad cognitionem: vt supra de offi. eius cui man. l. j. §. huius. 2 Item fallit in legato pro consulis, qui cognoscit etiã præsente procõsule: sed non pronuntiat: vt sup. de offi. proconsul. l. solen. in prin. & est in eo speciale, vt ibi dicat, qui etiam cognoscit & pronuntiat de crimine suspecti: vt sup. de offi. eius cui man. l. cognitio. & insti. de suspe. tuto. §. datum.

g Potestas gladij quid

h Coercitio libertatem vel ciuitatē adimens: consistit in mero imperio.

i Coercitio modica quæ inest iurisdictioni, etiam platoni libere demandari potest

k Meri imperij casus quo demandari possunt delegari

d ¶ coercitionis magnæ. Accur.

e OMnia. ¶ Si vis omnia habere plana: dic [l] per libellum, per sententiam latam partib. absentib. & ad eos velut epistula missam. hoc nam fieri non potest: vt supra de re iudi. l. de vnaquaque. Sed interlocutoria, potest ferri quãdoq; absente parte: vt supra de arbi. l. diem proferre. §. pe. ¶ Et secundo hoc expone, causæ cognitionem planam: quod est vbicunque danda est sententia definitiua: vt C. de iud. l. iudices. 2 Alij dicunt, per libellum datum iudici: vbi, scilicet non debet dari libellus: & erit exemplum in transactione alimentorum, & in alienationibus omnium rerum minorum, & similibus. arg. C. de præ. mi. l. minorum. ¶ Hanc reproba. nam excusatio à tutela non datur nisi causa cognita: & tamen libellus dari debet: vt supra de excu. tut. l. scire oportet. §. oportet. ¶ Et quod dicitur in eo tit. l. excusare, est verum de absente: vt absens per epistolam & libellum non possit se excusare, præsens vero sic. 3 Tertij dicunt, per libellum ab ordinatio alicui delegato, in quo continetur causæ delegatio. hæc est communis positio. ¶ Op. ergo [b] de in integ. resti. quæ datur causa cognita: vt ff. de in integ. resti. l. omnes. & tamen demandatur: vt C. vbi & apud quem in integ. resti. l. fi. in fin. sed in ea specialis. 2 Item op. de his quæ cognoscũtur cũ causæ cognitione summaria: vt ff. de offi. eius cui man. l. cognitio. §. vt pos. & de ven. in pos. mit. l. j. §. si eo. & de finibus. quæ dices. ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem. Respon. locum habere regulam in his quæ plenã non semiplenam causæ cognitionẽ desiderant. 3 Op. de cognitione singularum causarum ciuilium quæ sunt plenissimæ: vt C. de iudi. l. iudices. & tamen demandantur: vt C. qui pro sua iur. l. j. Respõ. hic loquitur in his quæ magis offi. iud. quàm actionis iure expediuntur: vt est in transactione alimentorum, & bonorum pos. dandis: vt ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. & §. ... 4 Item in dilationib. indulgendis: vt C. de dila. l. à procedente. 5 Itẽ op. C. de offi. eius qui vi. alte. l. suggerentem. Respon. hic quia in locum decedentium substituuntur, non habetur pro delegatis, cum ord. iur. à lege cõsequantur: vt ff. de tut. & cura. da. l. j. 4 Quarto ponunt quidã casum, quòd non possit delegare, vt vnus, s. scribat sententiam: & alij iudici committat legendam: vt C. de sen. ex breui. rec. l. ij. vel reseruata sententia sibi, cætera committat: quod non potest. nisi audiat: vt C. de iud. ... ad hæ. Accursius.

l Per libellum quid

a Excusatio a tutela nō datur nisi causa cognita: & in illa libellus offerri debet.

b Delegari an possunt, quæ nõ causæ cognita.

f ¶ Cognitionem. i. plenam decreti interpositionem.

† vt. ff. de acq. vel am. poss. l. Tum de fide instrumentorum ... cationis legum ... tituli.

CXLIX. IDEM libro tertiodecimo Digestorum. 189

PVpillus [e] nec velle nec nolle in ea ætate, nisi adposita

a NIhil peti. ¶ Si promiseris mihi partum Arethusæ, vel fructus fundi: inest tempus ante quod nõ potest agi: vt ff. de verb. oblig. l. interdum. nisi feceris quo minus postea dare possis: vt quia poculum abortionis dedisti, vt argu. ff. de statulib. l. iij. §. fin. Secundo dicit quod si promisisti decem in pascha, ante non possum agere: vt Institut. de verborum obligatio. §. in diem. secus si promiseris mihi hodie: vt supra de verborum oblig. l. liber homo. §. decem.

b SI quis prægnantem. Institui te heredem: & si decedas sine liberis, rogaui vt hereditatem restituas, si prægnantem vxorẽ relinquas, non videtur conditio defecisse: sed certè nec extitisse: quia si mortui nascantur, pro non conceptis & non natis habentur: vt ff. de verborum signific. l. qui mortui, nisi in casu: vt in eo. titu. l. quæret aliquis. ¶ Itẽ quid si tu institutus nõ vxorem, sed concubinam prægnantem reliquisti? Respon. idem: vt sup. ad Treb. l. ex facto. §. si quis rogatus. & de lega. ij. l. cum pater. §. vxo. & l. Lucius. §. vltim.

c VBi pugnantia. Fecit quis duo testamenta: & vtrumque fuit originale, forte quia vnum volebat secum ferre, & aliud domi relinquere: & in vno inuenitur Titio relicta domus: in alio inuenitur eadem domus relicta Mæuio. neutrum valet: vt hîc secundum Bu. & Azo. vt C. de fide instru. l. scriptura. Hæc positio non placet: quia hic de vna scriptura dicit. Item eadem ratione non valet si dicas quòd inueniuntur duo testamenta, in vno quorum Titius heres, in alio Mæuius inuenitur: nec appareat quod prius & quod posterius sit factum. Item nec hoc valet si dicas quod dixit, do lego: & postea: non do, non lego: quia tunc primum non potest impugnare, cum corrigatur à secundo dicto, vt ff. de vulga. substi. l. si quis cum quem. Item nec valet si ponas quòd legauit mihi fundum, & in eodem testamento vsumfruct. eiusdem fundi. valet quidem, quia legatarius vult: vt ff. de vsufruct. lega. l. si fundus Titio. Tu ergo pone vt ff. de condit. instit. l. si Titius. repugnantia enim impossibilia sunt. Item potest poni vt ff. de vulg. subst. l. vlt. §. j. Item potest poni in quibuslibet perplexis [b]: vt ff. de vsu & habi. l. per seruum. §. denique si tibi. & de serui. l. via. & de rebus dubiis. l. si fuerit.

b Perplexa.

d. ¶ Quæ rerum. [■] promiseris vt doceas me volare, vel cælum tacturum, vel seruum non moriturum: nulla lege confirmata est obligatio, imò infirmata: vt ff. eo. l. impossibilium. & C. de contrah. stip. l. moriturum.

e PVpillus. Non dicitur velle [c] in sui præiudicium contrahendo: vt supra de actio. emp. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. Vel hereditatem adeundo: vt Institut. de aucto. tuto. §. neque. sed ad sui commodum sic: vt §. si quis à pupillo. Item econtra [d] nec nolle, vt actionem remittere: vt Co. de aucto. præstan. l. fin. & l. neque actiones: vel hereditatem repudiare: vt Co. de repu. here. l. pupillorum. nam qui non potest solus adire, nec solus potest repudiare, vt supra de acquirend. hered. l. iij. Sed quantum ad sui commodum potest nolle: vt supra de ser. urban. prædio. l. inuitum. ¶ Prædicta [e] autem vera de eo qui non est proximus pubertati, & doli capax non est: aliàs etiam in sui præiudicium potest velle, si sit in dolo: vt supra depositi. l. j. §. an in pupillum. & Institu. de oblig. ex delicto. §. fin. & supra de do. e. l. heredibus. §. item in eo ... ¶ Item quod dicit in ea ætate. scilicet pupillari: & tunc sic fit relatio [f] ad intellectũ. ¶ Et quia sæpe quæritur quando naturaliter tenetur, & nõ ciuiliter, & quando [a] vtroque modo, & quando neutro obligetur: Dic si contrahat cum auctoritate tutorum, ciuiliter & naturaliter obligatur: vt ff. de aucto. tuto. l. impuberes. si vero sine auctoritate tutorum: tunc aut est infans. & tunc neutro: vt ff. de actio. & obligationib. l. pupillus. & de condi. institut. l. quod pupillus. idem [b] dicas de proximo infantiæ: vt Institu. de inuti. stipu. §. furiosus. Si autem est proximus [c] pubertati, aut est locupletior: & tenetur vtroque modo: vt supra de aucto. tuto. l. pupillus. & de condic. indebi. l. naturaliter. §. item. & de nego. gest. l. iij. §. pupillus. & commo. l. ij. in principio. Aut non est locupletior: & tunc aut cum tutore contraxit: & tunc neutro modo nisi alterius tutoris auctoritas interueniat: vel nisi factus sit locupletior: vt supra de aucto. tuto. l. pupillus. Aut cum extraneo, & tunc naturaliter tantum, habeat vel non habeat tuto. ex quo contrahit sine eo: vt supra quando di. leg. ce. l. cum illud. §. heres. & ad Trebell. l. si eius pupilli. j. respon. & de noua. l. j. §. illud. licet quidam distingunt, vt si habet tutorem, [■] contrahat sine eo, nec naturaliter teneatur: sed vbi non habet, tunc naturaliter tenetur, argu. C. de in integrum restitutio. mi. l. si curatorem. prædicta omnia quæ dixi in pupillo, seruentur & in adulto, si habeat curatorem. aliàs si non habet, tenetur vtroque modo: sed potest restitui: vt ff. de act. & oblig. l. obligari. & Co. de in integ. resti. mi. l. si curatorem. in iudiciis dic quod sine tuto. vel cu. litigantes non præiudicant. sibi ipso iure: sed pro se sententiæ latæ tenent: vt Co. de aucto. præstan. l. ... & supra de re iudi. l. acta. §. contra. & Co. de procu. l. non eo minus. ¶ Et facit ad id quod dicit animi iudicio sup. de act. & oblig. l. furiosus.

e Pupillus nõ dicitur velle in sui præiudicium.
d Pupillus nolle non videtur in sui præiudicium: nolle tamen potest quantũ ad sui commodum.
e Pupillus proximus pubertati potest velle in sui præiudicium.
f Relatio plerunque fieri debet non ad verba sed ad intellectum.

a Pupillus an & quãdo obligetur: tu dic quod pupillus doli capax sine tutore naturaliter & ciuiliter obligatur. l. j. § ... in pupillum. ... Inst. de inuti. stip. ... supra de nouat.
b Infantiæ & proximi infãtiæ, similitudo.
c Pupillus proximus pubertati an & quomodo obligetur.

tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

CL. IDEM libro vicensimoquarto Digestorum. 190

QVod euincitur [f], in bonis non est.

CLI. IDEM libro trigensimotertio Digestorum. 191

NEratius [g] consultus, an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur: respondit, non videri sibi principem quod ei quem viuere existimabat concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationẽ esse.

CLII. MARCELLVS libro vicensimonono Digestorum. 192

EA quæ [h] in partes diuidi nõ possũt solida à singulis he-

f QVod euincitur. Si res quam emi, euincatur mihi per rei vind. non est in bonis meis. secus [d] [■] per hypo. quod fieri potest: vt supra de euict. l. si mancipium. §. si communi. & §. duplæ. & l. euictus. ¶ Sed contra supra titulo proxim. l. bonorum. §. in bonis. dum enim causa euictionis agitur, bo. fi. possideo: ergo est in bonis meis. Sed dic strictius [e] hic accipi in bonis, quam ibi. 2 Vel dic, euincitur, id est euictum est. sic inchoatur, id est inchoata est: vt supra eodem. l. nec ex precario. demum enim re euicta desinit esse in bonis meis, vt nec dominus, nec bonæ fidei possessor sim. Accur.

d Euictionis per rei vendicationẽ & per hypothecariã differẽtia prior e cala euicta in bonis non sunt. posterior ... esse possũt. e In bonis esse strictius interdũ interpretamur, interdum latius.

g NEratius. ¶ Procurator ignarus mortis domini impetrauit priuilegium pro domino. certè non valet procuratori: quia non hoc agebatur. item nec defuncto. quia à solo Deo potest habere priuilegium. nec heredi: nisi hoc princeps voluerit: de quo si dubitetur, ad eum recurritur. ad quod Co. de le. & con. l. cum de nouo. & l. vlti. & sup. de vulga. substi. l. ex facto. in princip. & C. de sac. san. eccl. l. omni. & sup. eo. l. in ambiguis. & sicut non [f] valet priuilegium pro defuncto impetratum: sic nec iudicium pro eo susceptum: vt sup. de iudi. l. de qua re. §. si. secus in sententiis iudicum: vt ecce, pronuntiauit iudex heredem abesse ex iusta causa, & libertatem deberi, proderit heredi, quasi de herede sit pronuntiatum: vt [■] habeat ius patronatus: sicut econtra amitteretur ius patronatus, si aliquis iuuenis à quo debetur fideicom. libertas, pronuntietur ex iniusta causa abesse: vt ff. de fideicomm. lib. l. cum quasi. in prin. & l. cum vero. §. subiectum. vsque in fi. & l. si eum. §. eorum. & hoc cum sententia fertur pro defuncto. secus si contra eum, vt sup. quæ senten. sine appel. l. pen. ¶ Item quod dicit, defuncto: ablatiuus est absolutus.

f Priuilegium pro defuncto, interpret ... non valet.

h EA quæ. Cum omnes seruitutes [g] sint indiuiduæ præter vsumfru. vt sup. ad l. Fal. l. j. §. si vsusfructus. si aliquis mihi promiserit aliqua, heredes promissoris tenentur in solidum. & econtra meis heredibus debetur in solidum: vt sup. fam. ercis. l. heredes. §. an autem. & §. contra. ¶ Idem si promisit aliquid quod consistat in faciendo, vel non faciendo: vt sup. de verb. obli. l. stipulationes non diuiduntur. §. item puto. & l. j. §. item si in facto. licet in

g Seruitutes omnes indiuiduæ sunt præter vsumfructum.

opere videatur contrà, vt *supra de ope. li. l. si quando.* vbi libertus qui duobus promisit operas, tenetur pro partibus. Sed ibi ad æstimationem fiebat condemnatio. *sic & supra si cer. vind. l. loci. §. si fundum. & §. sed si duorum.* & hoc quando omnino diuidi non potest. Si [a] autem potest, licet non commodè, vt bos & homo. *vt Instit. de offi. iudi. §. quod si commodum.* & tunc aut est in genere promissio, vt homo: vel alternatiuè, & tunc pro parte petitur: sed solui nisi totum non potest: *vt supra de verb. oblig. l. ij. circa princ. & l. in executionibus. §. pro parte.* Aut est simplex, [b] vt Stichus: & tunc & petitio & solutio facienda pro partibus: *vt supra de solu. l. si stipulatus. §. vltim. & Co. de here. act. l. ij.* nisi in casibus: *vt ff. commo. l. iij. §. heres. & l. in commodato. §. si ex facto.*

a Generis & alternatiua promissio nō planè indiuidua est, sed diuisione difficilis. hoc casu pro parte petitio esse potest, licet solui nisi totum nō possit.

b Diuidua potest esse petitio & solutio promissionis simplicis nisi in certis casibus.

redibus debentur.

1 ¶ In re [a] dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius.

CLIII. CELSVS *libro trigesimoseptimo Digestorum.* 193

OMnia ferè [b] iura heredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.

CLIIII. MODESTINVS *libro sexto Differentiarum.* 194

QVi per successionem [c] quamuis longissimam defuncto heredes constiterunt †, non minus heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes existunt [*].

CLV. IDEM *libro septimo Differentiarum.* 195

EXpressa [d] nocent: non expressa non nocent.

CLVI. IDEM *libro octauo Regularum.* 196

PRiuilegia [e] quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad heredem non transeunt.

CLVII. IDEM *libro singulari de ritu nuptiarum.* 197

SEmper [f] in † coniunctionibus non solum quid liceat, considerandum est: sed & quid honestum sit.

CLVIII. IAVOLENVS *libro tertiodecimo ex Cassio.* 198

NEque [g] in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

CLIX. IDEM *libro sexto Epistolarum.* 199

NOn potest [h] dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

CLX. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.* 200

QVi in seruitute [i] est, vsucapere non potest. nam cum possideatur, possidere non videtur.

a ¶ *In re.* ¶ Pone [c] casum vt *supra de his quæ in testa. delen. l. proximè.* ¶ Item *supra de re. du. l. si fuerit. §. fin. & facit infra eodem l. fallum. §. fina. & l. quotiens. & supra. eo. l. in obscura. & l. capienda. & l. in ambiguis. & l. quotiens idem. & l. semper in duobus.* Accursius.

† extiterunt
c Benignior in dubiis præferenda.
* extiterint.

b *OMnia fere.* Cum heres adit hereditatem post [d] aliquod tēpus post mortem testatoris, perinde est ac si statim post mortem adiisset: vt ecce quo ad vsucapionem perficiendam: *vt supra de vsucap. l. nunquam. §. vacuum. & l. iusto. §. nondum.* 2 Item quo ad stipulationes per seruos hereditarios factas: *vt Instit. de stipu. ser. in princip. & supra de stipu. ser. l. si ex re. §. fina.* 3 Item quia possunt institui tales serui: *vt supra de here. insti. l. non minus. & l. seruus hereditarius.* Ferè autem dicit, propter vsumfr. quem non potest stipulari talis seruus: *vt supra de stipu. ser. l. vsusfructus.* 4 Item propter aditionem quam seruus hereditarius facere non potest, licet possit institui: *vt supra de acquiren. rerum domi. l. hereditas in multis.* 5 Item & ideo, quia rei hereditariæ non fit furtum: *vt supra de fur. l. hereditariæ.* & ideo in subsidium datur crimen expilatæ hereditatis. *vt supra de crimi. expi. heredi. l. secunda. §. apparet.* sed hoc exemplum reprobat Ioan. quia nec post aditam ante apprehensam possessionem furti ageretur: *vt in dict. §. apparet.* quæ non videtur apprehendi, nisi corporaliter apprehendatur: *vt supra de acquiren. poss. l. cum heres.* Commodius autem dicas propter libertatem relictam ancillæ per fideicommiss. quæ parit ante aditam hereditatem: vnde trahitur partus patri ad manumittendum: licet si esset adita, nasceretur ingenuus: *vt supra de fideicommiss. liber. l. si quis rogatus.* 6 Item propter actionem iniuriarum: *vt supra de iniur. l. prima. §. Labeo.* 7 Item propter actionem de peculio, quæ etiam contra seruum substitutum datur: *vt supra de pecul. l. licet. in princ.* 8 Item propter vsucap. inchoandam: *vt supra de vsuca. l. fina.* 9 Item propter crimen expi. here. quod non haberet locum si statim adisset: vt patet ex præmissis. In præmissis ergo exemplis non est idem cum tardè adiretur. quod esset si statim testatore mortuo adiretur.

d Adire hereditatem post aliquod tempus mortis testatoris, & statim post mortem eius paria: & in quibus paria.

c *QVi per successionem.* ¶ Pone. *Co. de lega. l. in annalibus.* ¶ Item vbicunque fit mentio heredis: *vt supra tit. j. l. heredis. & Co. de here. insti. l. si.* idem in bono. pos. *vt supra de verbo. signi. l. ex illa parte.* Sed hæc fallunt [e] in substitutione impuberis: *vt supra de vulga. substi. l. q. l. liberis. §. fin.* & in operis: *vt supra de ope. liber. l. cum patronus. §. j.* quos duos & alium tertium habes *supra tit. j. l. sciendum.* Item quartò fallit in vsufructu: *vt Co. de vsufruct. l. cum antiquitas.* Item in alio: *vt supra de suis & legi. here. l. si plures.* Accur.

e Heredis appellatione vlteriores heredes quibusdam casibus non continentur.

d *EXpressa.* ¶ Pone vt [f] *supra de condi. & demon. l. nunquam. & supra de pec. l. si venus. §. illud. & supra de verbo. obli. l. cum qui cum. §. cum pure. & l. scire debemus. & Co. de vsu. l. aduersus.* ¶ Econtra quandoque [g] prodest exprimere: *vt Co. de nouat. l. fi. & Co. de duobus reis. Authen. hoc ita. & ff. pro socio. l. coire. & supra de iniur. l. item apud. §. hoc edicto.* & quandoque æquipollent [a] exprimere, & non exprimere: *vt Co. quæ res pig. l. item. & ff. si certum pet. l. cum quid. & ff. de pact. l. imperatores.* Accur.

f Expressa in terdū nocent.
g Expressa quandoque prosunt.
a Expressa & non expressa interdū paria.

e *PRiuilegia.* ¶ Pone *vt supra eo. l. in omnibus causis.* Item quod dicit, quæ personæ sunt, non transire ad heredem, dic: nisi [b] in casu: *vt supra soluto matrimo. l. marito. & l. etiam. in princip.* ¶ Item dic nec ad alios: *vt Co. de legi. & consti. l. ij. & facit infra legem. supra de re iudi. l. tempus. & supra eod. l. Neratius.* Accursius.

b Personæ quibus non transeant ad alios.

f *SEmper.* ¶ Sponsa filij mei non est mihi nurus: & sic licet mihi cum ea contrahere matrimonium: sed non est honestum: quod præualet. Idem econtra in sponsa patris. idem in filia [d] vxoris meæ, quam habuit post diuortium à me factum: *vt ff. de ritu nup. l. si qua. §. j. & ij.* Sed dominus B. ponebat in senatore [e], cui licet de iure naturæ contrahere matrimonium cum qualibet: non tamen est honestum tanto viro cum liberta contrahere, quod præualet: *vt ff. de ritu nup. l. lege.* Sic & aliàs dicitur licere [f] contrahentibus se decipere: *vt ff. loca. l. item. §. quemadmodum.* non tamen conuenit bono viro. *& facit supra de ritu nup. l. semper.*

† in coniunctionibus.
c Sponsam filij, ut patris ducere inhonestum est.
d Filiam vxoris natam post diuortiū ducere nō licet.
e Senatori matrimonium cū liberta sua cōtrahit inhonestè.
f Vir bonus contrahendo decipere alium nō potest nisi inhonestè, vnde de colligunt honesta necessario obseruanda. v. Titraque. primolo. gic. ut pia causa.

g *NEque.* ¶ Si tutor aliquem de fundo deiecit, vel aliàs delinquat, vel contrahat non gerendo negotium pupilli, non tenetur pupillus vt hic. si autem gerendo negotium pupilli, aut bona fide, & tenetur pupillus etiam si non est locupletior, nec tutor est soluendo: *vt ff. de euic. l. illud.* si autem mala fide: aut est locupletior, & tenetur: *vt ff. de dolo. l. sed si ex dolo.* si vero non est locupletior, adhuc non tenetur si tutor est soluendo, à quo recuperet: *vt ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto. & de pecu. l. summa. §. si dolo.* quod est intelligendum vt cedat act. vt arg. *ff. de admin. tuto. l. fin. & de tribu. l. iij. §. idem Iulianus.* & secundum hoc potest intelligi quod hic dicit. *& ff. de tabu. exhi. l. pen. & ff. de act. empt. l. Iulianus. §. idem Iulianus.* vbi dicit non teneri pupillum: subaudi. cum effectu: quia liberatur cedendo.

h *NOn potest.* ¶ Pone in officiali, vel in priuato litigante, qui tamen obedire tenentur: quia de sua iurisdictione sunt: *vt ff. de re iudi. l. contumacia. in fi. & de iurisdi. om. iud. l. fin.* ¶ Prædicta autem contumacia [g] punitur aliquando damno litis: *vt ff. de re iudi. l. contumacia. in prin.* 2 Quandoque remotionis ab officio: *vt ff. de offic. l. ij.* 3 Quandoque denegatur iurisdictio: *vt supra ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætor. §. sed & si cum decreto prætoris.* 4 Quandoque alio pœnali iudicio: *vt ff. si quis ius dicen. non ob. l. j.* 5 Quandoque non tenetur obedire: quod dic *vt ff. e. l. non videtur. §. j.* ¶ Sed si est in dolo, contumax ergo, licet sit minor, non restituitur: *vt ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum.* Sed contra in *eo. tit. l. minor.* Sed hic est quasi, vnde non fuit vere contumax: quia causam habuit non veniendi: licet non iustam. secus autem si nullam: quia aduersus dolum expressum non restituitur: *vt in præallegata. l. si ex causa. §. nunc videndum.* aduersus dolum præsumptū bene restituitur: *vt ea. l. §. in commissum. & ff. de pub. l. imperatores.* ¶ Item quid si citetur syndicus [h], vel actor vniuersitatis: an vniuersitas videtur esse in dolo: videtur quòd non: *vt ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. j.* Econtra quòd sic per syndicum: *vt ff. de acqui. pos. l. j. in fi. & seq.* Sed potest dici, quòd ea quæ expediunt, possunt fieri per eum: non quæ nocent. nam nec confessio eius in iure præiudicat: *vt ff. de confes. l. certum. §. sed an ipsos.* Vt [i] ergo vniuersitas vel ecclesia sit contumax [k], citetur in capitulo vel arengo: *vt arg. Co. de sacrosan. eccl. l. iubemus.* Aliàs nec in expensis, vel aliis grauaminibus quibus grauantur contumaces. possunt grauari vel ipso iure, vel saltem per restitutionem in integrum.

g Contumacia iudici nō parētis quot modis puniatur.
h Syndici dolus an & quādo noceat vniuersitati.
i Ex cōtumacia syndicorū actorum nō potest vniuersitas mulctari, nisi data opera recusaret consilium congregare. In quo posse citari v. Balbū dec. 136.
k Citari vniuersitas debet non per syndicum tamē, sed in cōsilio & capitulo: & vt Accursius hic. Attēt loquitur in arg. Alibi Alberic in l. ergo. §. si domum de fi. instr.

i *QVi in seruitute.* ¶ Pone in vera ser. vt ecce captus ab hostibus desinit possidere, cum ab hostibus possideatur. ergo & vsu

& vsucapere desinit, nisi per filios & seruos in causa peculiari: vt *supra de cap. l. in bello. §. facta. & de vsuca. l. neque per seruum & l. si ei qui. & supra ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. hi plane.* Vel dic in seruitute. f. de facto. nam nec tunc possidet: & sic non vsucapit: *vt sup. de acquiren. re. do. l. homo liber. §. quicquid.* Accur.

CCLXI. IDEM *libro tertio decimo ad Edictum.* 119

NOn alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

CCLXII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.* 120

NEmo plus[a] commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

CCLXIII. IDEM *libro tertio decimo ad Edictum.* 121

QVi non facit[b] quod facere debet, videtur facere aduersus ea[*], quia non facit: & qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iussus est.

CCLXIIII. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.* 122

LIbertas[c] omnibus rebus fauorabilior est.

CCLXV. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.* 123

NEmo alieno[d] nomine lege agere potest. 1 ¶ Temporaria[e] permutatio ius prouinciæ non innouat.

CCLXVI. PAVLVS *lib. sextodecimo ad Edictum.* 124

VBi non voce[f], sed præsentia opus est: mutus si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo. hic quidem & respondere potest.

1 ¶ Furiosus[g] absentis loco est: & ita Pomponius libro primo epistularum scribit.

CCLXVII. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.* 125

FAuorabiliores[h] rei potius quàm auctores habentur †.

CCLXVIII. VLPIANVS *libro quinquagesimo ad Edictum.* 126

NEmo prædo[i] est, qui pretium numerauit.

1 ¶ Locupletior non est factus, qui libertum[k] adquisierit.

2 ¶ Cum de lucro[l] duorum quæratur, melior est causa possidentis.

CCLXIX. PAVLVS *libro vicesimo ad Edictum.* 127

CVm prætor[m] in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

a *NEmo plus.* ¶ Dic vt *supra eo. l. heredem.* Accur.

b *QVi non facit.* Debitor[a] qui in fraud. credi. non vtitur seruitutibus, videtur facere quod non debet: *vt supra quæ in fraudem credi. l. in fraudem.* 2 Item qui iussus est à testatore viã concedere: si ea quę ad refectionem necessaria sunt, asportari non patitur: non videtur adimplere iussum testatoris: vt *supra de itine. actuque priua. l. veteres. & no. ex hac. l. qui non facit. sic supra titu. j. l. alienationis. in princip. & l. facere oportere. & Institu. de nup. §. si vxor.* ¶ Item operæ[b] dicuntur aliæ in faciendo, aliæ in non faciendo: vt *supra quibus ex causis ma. l. ait prætor. §. deinde in princip. & de verborum obligatio. l. ij. §. item in facto. & l. vbi autem non apparet. §. qui id quod.* ¶ Item facit *ad l. supra de indi. l. non quicquid. §. Iudex. & ad Silla. l. j. §. penul. & l. cum domi-num.*

a Debitor seruitutibus non vtens, in fraudem creditorum facit.

* ea, quæ.

b Operarũ aliæ in faciẽdo, aliæ in non faciendo.

c *LIbertas.* ¶ Pone vt *sup. de manu. test. l. si ita scriptum fuerit.* ¶ Item vt *eo. ti. l. si ita fuerit libertas.* 2 Item vt *sup. de re iudi. l. inter pares.* 3 Item in seruo dotali, qui potest manumitti: vt *C. de ser. pig. da. ma. l. j.* licet aliæ res dotales non possint alienari. ¶ Sed fallit[c] hæc regula. quia licet per vniuersalem fideicommissarium potest heres cogi adire, non tamen propter libertatem: vt *sup. ad Trebel. l. si patroni. §. sed & si sine.* 2 Item fallit *supra de lega. j. l. si seruo legato. §. si seruus legatus.* 3 Item fallit *supra de manumis. testa. l. cum ex pluribus. & de lega. j. l. si quis à filio. §. si quis plures.* 4 Item fallit *sup. de manumis. testa. l. libertat. in princ. & C. de here. insti. l. extraneum. & facit sup. eo. l. quotiens dubia.*

c Libertati quibus casibus nõ fauetur.

d *NEmo alieno.* ¶ Nullus in rebus alienis administrandis, vel causis agendis ex lege: accipit potestatem, nisi domini cõsensus accesserit: vt *sup. de nego. gest. l. si pupilli. §. si. & C. de dona. l. si filius. & de procu. l. exigendi.* ¶ Fallit[d] in causa liberali, vbi pro inuito alius litigat: vt *supra de libera. cau. l. j. ij. & iij.* 2 Item fallit *supra de appellatio. l. non tantum.* 3 Item fallit in tu. & cu. legitimis, qui tenentur etiam se immiscere: vt *sup. de legiti. tu. l. legitimos. & de admi. tu. l. j. in prin. & l. quidam. §. ex quo.* Idem potest dici in dato à iudice. vt *C. in qui. cau. tu. vel cu. l. licet.* Item in patre: vt *C. de bo. ma. l. j.*

d Alieno nomine agere quibus casibus quis possit.

e *Temporaria.* cum consuetudo sit prouinciæ vt proconsul ingrediatur per certam partem: licet semel aut bis non seruetur, non ideo mutatur. vt *supra de offic. pro. co. l. obseruare. §. hoc etiam.* idem in qualibet alia consuetudine, vt non tollatur, licet semel in contrarium populus vtatur: & hoc si iam corroborata est: nisi[e] contraria consuetudo præscribatur, vel inducatur, vt *Instit. de iure natu. §. penultim.* interim tamen ante præscriptam potest interrumpi, etiam si semel in contrarium populus vtatur ex certa scientia.

e Consuetudo tollitur si est præscripta per aliam consuetudinem contrariã, de qua regula vide Bernardũ de Luco regu. 141. Dormiõũ regula. Consuetudo tollitur.

f *VBi non voce.* ¶ Pone[f] in venditione, & similibus: *vt supra de act. & obliga. l. in quibuscunque*, in stipulatione secus: cum ibi verba sint necessaria: *vt supra de ve. bo. obliga. l. j. in prin.* sed hic casus non placet Io. quia in contractibus talibus non est opus præsentia: vt *supra de actio. & obligatio. l. consensu. & supra de contrahend. emp. l. j. §. fin.* 2 Pone ergo secundum eum in tutore cuius præsentia opus est vt pupillus obligetur: vt *Institut. de aucto. tuto. §. pen.* non tamen exigitur vt loquatur tutor. ergo mutus cũ intellectum habeat, potest esse tutor. licet enim inuitus nõ possit esse tutor: *vt supra de tutelis. l. prima. §. mutus.* verum est vt de nouo incipiat esse tutor: sed antè tutor non desinit propter morbum superuenientem. nam multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta: *vt supra de his qui sunt sui vel alien. iur. l. patre. & de postu. l. j. §. quamuis autem.* ¶ Eadem in surdo dicas, vt subiicit: qui etiam potest loqui, nisi surdus à natura sit: quia[a] tunc etiam mutus est frequenter per consequens: vt *C. qui testam. fa. pos. l. discretis. §. fin. autem.*

f Respondere & quando muti & surdi intelligantur.

a Surdus à natura, vt sæpius mutus est.

g ¶ *Furiosus.* Si codicillos velit facere furiosus, non potest: quia absentis & quiescentis loco est: *vt supra de iure codi. l. ij. § penultim.* Item vbicunque exigitur alicuius præsentia: vt in stipu. & testamen. ¶ Sed contra *supra de procura. l. si.* vbi[b] non habetur loco absentis. Sed dic vt possit ratam habere procurationẽ vt alius absens. & sic apparet quòd nec presens est habendus, vt faciat quę præsentes possunt facere, nec absens. vt possit facere ea quæ potest facere absens.

b Furiosus quibus casibus nõ habeatur loco absentis.

† Adde Glo. in c. 1. vt eccles. bene. & in l. qui accusare C. de edi. Quod ampliat, vt procedat tam in ciuilibus quàm in criminalibus: vt per alle. Glo. in d. l. qui accusare & ∗ur ∗ne ∗∗eg 148. Argyl. in Probl. fol. 29. particula 15. ac hu∗∗ que ad ∗∗∗∗ pertinent.

h *FAuorabiliores.* ¶ Pone[c] vt *Insti. de interdic. §. commodum. & supra de actio. & obligation. l. Arrianus.* vbi in dubio absoluitur reus. 2 Item pone. *Cod. de condict. ob turp. cau. l. cum te. & l. mercalem.* vbi in pari causa turpitudinis absoluitur reus. 3 Item pone in dilationibus quæ quandoque reo dantur, non actori: vt *C. de dila. l. si quando. & de tempo. in integrum restit. l. ostenda.* 4 Item pone vt *supra de fer. l. fina.* vbi plures dantur dilationes reo. 5 Item pone *supra de re iudicata. l. inter pares.* vbi discordantibus ordinariis valet pro reo: licet secus in delegatis: vbi neutrum tenet, donec delegatus confirmet alterum: *vt supra de re iudicata. l. duo iudices.* 6 Item pone vt *supra de Carboniano edicto. l. verba. §. quod si ille.*

c Rei quibus casibus fauorabiliores.

i *NEmo prædo.* Regulariter[d] ille tenetur petit. heredit. directa, qui possidet pro herede, vel pro possessore, id est prædo: *vt supra de peti. h. re. l. regulariter.* Pone ergo quòd emi sciens alienam hereditatem. nunquid sum prædo, vt tenear directa? Respon. non: quia tit. habeo: licet tenear vtili: vt *supra de peti. here. l. etiam. §. si quis sciens.* hoc verum est, nisi mea auctoritate inuadam: vt *supra de acquir. pos. l. si ex stipulatione.* vel nisi sit res mobilis. in qua committatur furtum: vt *Inst. de vsuca. §. vnde vi.* Item non sum prædo vt tenear de percipiendis fructibus, sed de perceptis sic: vt *C. de rei vin. l. si fundum.* at sum prædo quo ad vsuca. vt *sup. de vsuca. l. non solum. §. j.*

d Hereditatis petitione directa tenetur qui possidet pro herede vel pro possessore.

k ¶ *Liberum.* aliàs est libertum. & tunc pone, conueni tecum, vt seruum tuum filium meum naturalem manumitteres: ego filium tuum seruum meum manumisi. tunc non ago præscript. verb. ad interesse, nec deducitur aliquid per hoc quòd habeo libertum: *vt supra de præscrip. verb. l. naturalis. in princip. & §. fine.* ¶ Sed contra. ff. *de actio. emp. l. idémque. in fine.* vbi liberta computatur pro interesse. Solu. ibi manumisi, vt tuæ propriæ satisfacerem voluntati: hic vt meæ & tuæ propriæ. Aliàs est liberum: & tunc dic, quòd non est quis locupletior per filios, sed sola pecunia: cum non sint in bonis nostris liberi nostri legitimi vel naturales: vt ff. *de rei vin. l. j. §. j.*

l ¶ *Cum de lucro.* ¶ Pone vt *supra eodem. l. nemo. & facit infra eo. l. in pari. & l. cum par. in princip. & supra eod. l. fauorabiliores.* Accursius.

m *CVm prætor.* ¶ Pone vt *supra quod metus causa. l. quod diximus. §. fina. & l. videamus.* ¶ Sed fallit[e] in omnibus in quibus quis tenetur ita demum si locupletior est tempore litis contestat. vt *supra de petitione hereditatis. l. si à patre. §. quo tempore. & supra de solu. l. in pupillo. & de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. fin. & l. seq.* Item facit *supra de dolo. l. in heredem.*

e Locupletior vt quis conueniatur tantũ inspicitur tẽpus qualecũque, interdum litis contestate.

c IN pari causa. ¶Pone casum vt s. de verb. oblig. l. si seruum Stichum. §. sequitur. ¶Item vt not. s. eo. l. fauorabiliores & l. nemo. ¶Item vt sup. de Publicia. l. fine. §. si duobus.

b ¶Hi qui. Pone vt supra eod. l. praetor. & facit supra de condic. fur. l. si pro fure. §. fin. Accur.

CLXX. IDEM libro nonodecimo ad Edictum. 128

IN pari causa [a] possessor potior haberi debet.

1 ¶Hi qui [b] in vniuersum ius succedunt, heredis loco habentur.

CLXXI. IDEM libro vicensimoprimo ad Edictum. 129

NIhil dolo creditor [c] facit, qui suum recipit.

1 ¶Cum principalis [d] causa non consistit: ne ea quidem quę sequuntur, locum habent.

CLXXII. VLPIANVS libro octodecimo ad Edictum. 130

NVmquam [e] actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

CLXXIII. PAVLVS libro vicensimosecundo ad Edictum. 131

QVi dolo [f] desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessore dolus est.

CLXXIIII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale. 132

IMperitia [g] culpæ adnumeratur.

CLXXV. IDEM libro octauo ad Edictum Prouinciale. 133

MElior [h] conditio nostra per seruos fieri potest: deterior fieri non potest.

a Sciens recipiens dolo nihil facere videtur.

c NIhil dolo creditor. Qui sibi debitum exigit à debitore soluente in fraudem aliorum creditorum, nō tenetur Pauliana. nec [a] enim dolo malo facere videtur, qui vigilat ad suū ius consequendū. hoc autem verum est cùm exigit antequam bona possideantur à creditoribus. secus si posteà: vt sup. quę in fraud. credi. l. qui autem. §. apud. & §. sciendum. & l. pupillum. Accur.

d ¶Cum principalis. ¶Dic vt sup. eo. l. cum principalis. ¶Sed arg. contra. Cod. de praedi. min. l. & si n.

b Pœnalis actio an vna aliam tollat.

e NVnquam. ¶Si aliquis teneat canem vel vrsum ea parte qua vulgo iter fit, & alicui damnum detur: in duplum tenetur ex edicto ædilium. ¶Item tenetur vtili de pauperie. vna [b] ergo aliam non tollit quo ad natiuitatem, nec quo ad vitam: quia ambæ viuunt & competunt: vt hic, & Instit. si qua. paupe. fe. dica. §. pe. & §. fin. sed per exceptionem vna per aliā tollitur, nisi in id quod excedit, cū sint ex eodē facto: vt sup. de act. & ob. l. qui seruum. in princ. secus si ex diuersis factis: quia tunc vna non tollit aliā: vt s. de pri. del. l. nunquam. ¶Et distingue plenius, quia quando competunt plures pœnales: aut ex vno facto: & tūc vna aliā tollit: nisi in id quod excedit. Aut ex diuersis: & tunc nullo modo vna aliam tollit: vt dictum est. si autem ambæ rei persecutoriæ: & tunc vna aliā tollit: vt & s. loc. l. si merces. §. culpæ. sed vbi vna persecutoria, altera pœnalis: non tollitur vna per alterā: vt sup. de fur. l. si pignore. §. cum furti. nisi in casu: vt s. nau. cau. stab. l. idem. §. fi. sed ibi vna de iure cōmuni, & altera extraordinaria: vt ibi no. Ol. & in alio fortè: vt s. de fur. l. si is cui. [illegible] vero ab initio nō est pœnalis. tūc vna per alteram tollitur: vt s. quod me. cau. l. metum. §. licet. & l. si cum exceptione. vbicunq; dixi vnam per aliam tolli, intellige perceptione, nō natiuitate & cōtestatione: vt s. de obli. pec. l. vt illo. §. vetus. & de his qui deie. vel eff. l. perceptione. nisi in casibus in quibus licet natiuitate cōcurrant, tamen sola electione tolluntur: vt s. de tribu. l. quod in heredem. §. eligere. & C. de fur. l. j. & facit. s. de act. & obli. l. nunquam. Accur.

c Possidere an & quemadmodum videatur qui dolo desiit possidere.

f QVi dolo. ¶Pone [c] in cōuento rei vin. vt s. de rei vin. l. sin autem. §. sed & is. 2 Item in pet. her. vt s. de pe. here. l. sed & si. §. perinde inquit. 3 Item noxalibus: vt sup. de noxa. si bonæ fidei. 4 Item sup. ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc interdictum locum habet aduersus. &c. & dicas his casibus dari vtilem, non directam: vt s. de noxa. l. electio. §. si is quem. dolus enim desinentis possidere, alteri non debet nocere: vt dicta l. electio. §. fi. & facit. j. eo. l. parem.

d Imperitia in quibus personis culpæ adnumeretur.

g IMperitia. ¶Pone [d] in medico: vt Inst. ad l. Aquil. §. imperitia. & s. de offi. praesi. l. illicitas. §. sicuti. Item in iudice: vt s. de variis cog. l. si index. 5 Item in quolibet artifice: vt s. lo. l. si quis fundum. §. Celsus. & l. item quaeritur. §. si gemma. excepto mensore: vt s. si mensal. mo. di. l. j. §. hæc actio.

e Seruus deteriorem domini conditionem quibus casibus facere possit.

h MElior. Stipulatione quærit domino seruus etiā inuito: vt s. de verb. ob. l. seruus vetāte. nō autem pacto remittit: vt C. de pac. l. omnes. 2 Item nec mandando se vendi: vt s. manda. l. seruus meus. 3 Item nec vendēdo aliquid: vt s. de pol. l. si quis rem. §. voto. nec seipsum hodie nisi domino sciente: vt s. C. de epi. & de. l. iubemus. §. Semouē. & in Auth. si seruus. ¶Sed fallit [e] in contractu: vbi etiam inuitum dominū obligat de peculio: vt s. de pecul. l. si quis seruum. §. etiam. Item delinquendo grauat dominum, saltem in noxa: vt s. de vi & vi ar. l. j. §. quod igitur adiicitur. Item fallit in quærendis: vt C. de acquir. pos. l. fi. & de here. insti. l. iij. in fi.

CLXXVI. VLPIANVS libro vicesimoprimo ad Edictum. 134

NOn fraudantur [i] creditores, cum quid non adquiritur à debitore: sed cum quid de bonis deminuitur.

1 ¶Nemo [k] ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

CLXXVIII. IDEM lib. vicesimotertio ad Edictum. 135

EA quæ [l] dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

CLXXVII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum. 136

BOna [m] fides tantumdem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.

CLXXIX. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum. 137

QVi auctore [n] iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.

CLXXX. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum. 138

OMnis hereditas [o] quamuis postea adeatur: tamen cum tempore mortis continuatur.

1 ¶Nunquam [p] crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatio.

a Debitor quibus casibus adquirere cogatur, cū videatur creditores suos fraudasse.

i NOn fraudantur. Pone vt s. quæ in fraud. credi. l. qui autem. Item vt supra pro soc. l. nemo. in [a] casibus tamen tenetur & qui non quærit: vt supra soluto ma. l. seruus dotalis. & l. si vero. §. quod adsicitur. & sup. de peti. hered. l. sed & si lege. §. perinde inquit. & de her. ven. l. ij. §. non tantum. & s. si quis omis. cau. testa. l. j. §. pen.

b Delicto suo nemo meliorē suam conditionem facit.

k ¶Nemo. Pone [b] vt supra de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. j. vbi non est melioris conditionis qui donat illicitæ vxori, quàm ille qui donat licitæ. 2 Itē pone C. de transa. l. transactione. 3 Item C. de ser. pigno. da. manu. l. si creditoribus. 4 Item qui fecit furtum non agit furti: vt sup. deposi. l. si praedo. & de fur. l. cum qui. §. j. 5 Item delinquentes constat deteriorare conditionē suam, quia patiuntur pœnas corporum & rerum. 6 Item pone. s. qui. ex cau. ma. l. sed & si per praetorem. §. actio ex empto. 7 Item s. de dolo. l. j. in princ. 8 Item pone vt s. de fidein. l. si Titius & Seia.

l EA quæ. ¶Dic vt supra eo. l. impossibilium. & l. vbi repugnantia. §. qui rerum. & quod subiicit, non sunt, sub. nec esse possunt: vt hippocentaurus: vt Instit. de inut. stipu. in prin. secus si esse possint: vt supra de verbor. obliga. l. interdum. in princip.

m BOna. Si fundum alienum bona fide possideo: fructus etiā ex alieno semine à me perceptos meos facio propter bonam fidem, ac si in veritate essem dominus: vt s. de vsur. l. qui scit. §. j. nisi lex resistat: vt quia essent naturales: vt eo. ti. de vsur. l. fructus. 2 Vel pone, soluisti mihi Stichum qui erat alienus, cum ego putarem esse tuum, & mihi à te debitū. ita vsucapiam, ac si in veritate deberes: vt sup. pro so. l. si existimans. & pro suo. l. hominem. nisi lex resistat, puta actioni, quia sit furtiuus: vt Inst. de vsucap. §. furtiuæ.

c Possidet bona fide qui auctore prætore comparauit.

n QVi auctore. ¶Si auctore [c] prætore emam rem legatam quæ venditur causa funeris, bona fide videor emere: & dominus efficior, etiam si sciam legatam: vt sup. de relig. l. et si quis. §. si colonus. ¶Item si deceptus essem à falso tutore auctoritate iudicis, bona fide videor emisse, & valet contractus: vt s. quod fal. tuto. l. j. §. idem Pomponius. & facit, quia vsucapiam etiam sciens seruum alienum quem duxi iussu prætoris: vt sup. de noxa. l. & generaliter. in fi. nam iuste possidet &c. vt sup. de acquiren. posses. l. iuste. & facit supra de mino. l. minor vigintiquinque annis, ex aspectu. & supra eo. l. non videtur. §. qui iussu.

o OMnis hereditas. ¶Hæc regula exposita est. sup. eo. l. omnis.

d Delictorum pœnæ quibus casibus crescāt ex postfacto.

p Nunquam ex postfacto crescit. Si seruum meum nō mortiferè vulnerasti, & postea per meam negligentiam decesserit, non teneris de occiso: vt sup. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. fi. ¶Item supra de fur. l. ei qui. & sic nō crescit æstimatio delicti: in [d] casib. tñ crescit: vt si dānatus in opus publicū ad tēpus, refugit, duplicatur pœna delicti: vt sup. de pœ. l. aut damnum. §. quisquis autem. 2 Item qui pretium accepit vt persuaderet stuprum cū alio cōmittendū delinquit, & huius delicti pœna crescit perfecto flagitio: vt sup. de extraordi. cri. l. j. §. fi. 3 Itē si ascripsi legatū filio meo capto ab hostibus: eo reuerso incido in pœnā senatuscon. Liboniani: vt supra de fal. l. impuberem. §. j. 4 Itē qui non malo animo dedit medicamētū ad cōcipiēdū. ex postfacto, si ea quæ accepit, decessit, acriter punitur. relegatur. n. vt sup. ad l. Corne. de sica. l. eiusdem. §. senatus. 5 Itē fallit hæc regula. sup. de dam. inse. l. si finita. §. fi. & seq. Sed hic delictum erat consummatum. 6 Item fallit supra de iure. l. in faciendo.

sed ibi sequentis delicti fit æstimatio, non præteriti. Accur.

a *OMnes actiones.* Dic vt ĩ. eo.l. *non solet.* & *l. pœnalia.* & *facit.* ĩ. *de actio.* & *obli. l. omnes.*

b ¶ *Non videtur.* ¶ Res [a] sub condi. legata, non est perfectè heredis: & sic non alienat etiam pendente condi. *vt Cod. communia de lega. l. fina.* §. *sed quia.*

a Legatum conditionale non est perfectè heredis. adueniente enim conditione incipit esse legatarij.

CLXXXI. GAIVS libro ad Edictum prætoris urbani. 139

OMnes actiones [a] quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent.

1 ¶ Non videtur [b] perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.

CLXXXII. VLPIANVS libro quinquagesimosexto ad Edictum. 140

ABsentia [c] eius qui reipublicæ causa † abest: neque ei neque alij damnosa esse debet.

CLXXXIII. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum. 141

QVod contra [d] rationem iuris receptum est, non est producendum ad cõsequentia.

1 ¶ Vni duo [e] pro solido heredes esse non possunt.

2 Item pone: si tibi per metum rem abstuli: & alij vendo: fit mea, & sic emptoris: *vt supra quod me. cau. l. si mulier.* §. *si metum.* non tamen perfectè fit emptoris, cum possit ei auferri per actio. *quod met. cau.* & ideo non vsucapit: *vt supra quod met. cau. l. si vi vel metu.* *sic* & *supra de cap. l. in bello.* §. *si quis seruum.* 3 Item pone vt *sup. de solu. l. cum qui.* §. *qui hominem.* & *facit infra eod. l. plerumque.*

† Limitabis hanc l. per ea quæ notantur in l. 1. §. *tueri* in apost. in vers. *absens causa reipu.* supra Gl. in verbo *rãdtu.* ĩ. *quãdo appel. sit.* & *intra quæ tempora.*

c *ABsentia.* Tam absens [b] contra præsentem, quàm præsens contra absentem restituuntur: *vt hic,* & *sup. ex qui. cau. ma. l. j.* & *l. videlicet.*

b Absens reipublicæ causa restituitur.

d *QVod contra.* Si quid mihi facere vel dare debes, possum delegare, vt alij loco meo facias, vel des. sed hoc fallit si debeas mihi hereditatem per fideicomm. *vt supra de iur. do. l. si mulier.* §. *ex esse.* quod non debet trahi ad consequentiam, aliàs non valet delegatio. Item licet succurratur mulieri fideiubenti per Vel. non ideo iuuantur omnes qui pro alio fideiubent: *vt supra eo. l. quæ propter.* & *dic vt supra de leg.* & *senatuscon. l. quod vero.* & *l. bis.*

e ¶ *Vni duo.* Duo [c] heredes instituti succedunt in vniuersum ius patri: vt *supra eodem. l. heredita.* non tamen pro solido: vt nec duo possunt esse domini in solidum: vt *supra de castren. pecu. l. hereditate.* §. *pater.* ¶ Sed nonne institutus qui restituit per Treb. remanet heres: & ille cui restituitur, est loco heredis effectu: & si ambo in solidum: *vt Institu. de fideicom. here.* §. *restitut.* Respond. directo & cum effectu non possunt. institutus enim non est cum effectu, fideicom. non est directo. ¶ Item op. cum heres heredis testatoris est heres: vt C. *de vsur. l. antiquitas.* ergo vnus etiam infinitos habet heredes? Respond. diuersis temporibus non vno esse incipiunt.

c Heredes duo vnius in solidum esse non possunt.

f *QVi tacet.* ¶ Tacere [d] quidem medium est inter expressam voluntatem, & contradictionem expressam, vt non sit idem ius quod in alterutro est eorum: & pone exemplum in tributoria. nam si contrahat seruus domino contradicente, tenetur de peculio tantum: & deducitur quicquid domino debetur: vt *sup. de pecu. l. si quis seruum.* §. *etiam.* econtra si eo expressim volente, tenetur in solidum quod iussu: vt *sup. quod iussu. l. j.* vbi autem scit & tacet: tenetur tribu. *vt hic,* & *sup. de tribu. l. j.* §. *scientiam.* & *de exerci. l. j.* §. *si tu.* ¶ Sed fallit [e] hæc regula, quia quandoque tacere est pro expressa contradictione: vt in procu. vt *sup. de procu. l. filium.* §. *inuitus.* & *in serui.* vt *sup. de serui. vrb. prædi. l. inuitum.* 2 Item in furto est: vt *sup. de fur. l. per quas.* §. *quæ ex voluntate.* 3 Item in patrono: vt *sup. de rit. nup. l. in eo iure.* §. *demum.* 4 Item in institutione heredum: quia expresse debet testator dicere nomen heredis: vt C. *de testa. l. iubemus.* 5 Item in interrogationibus in iure: vt *sup. de interro. ac. l. de ætate.* §. *qui tacuit.* Et sic fallit secunda pars huius l. ¶ Et econtra tacere [f] habetur pro consensu expresso quandoque: & sic fallit prima: vt *sup. sol. mat. l. ij.* §. *voluntate.* & *sup. de lib. ag. l. j.* §. *omnis.* & *sup. loca. l. item quæritur.* §. *qui impleto.* 2 Item vbicunque tacitum pactum à l. inducitur: *vt sup. de pac. l. qui in futurum.* ¶ Et ad hoc concurrunt duo generalia: patientia habetur pro consensu [g]: item econtra. ¶ Item facit ĩ. *de excep. l. non vtique.*

d Tacere medium est inter voluntatẽ expressam & cõtradictionem.

e Tacere interdum contradicere videtur.

f Taciturnitas quandoque habetur pro consensu expresso.

g Adde quod no. in l. 1. in apost. ver. qui tacet. posita super Glo in ver. non contradixit supra ad mace. ip.

g *QVod ipsis.* Quod non potuit vsucapere defunctus, quia erat furtiua res quam emit: nec successor eius poterit vniuersalis, vel singularis: *vt Co. de acqui. pos. l. vitia.* Et vt plene videas dic vitia [h] alia vere realia. vt furtiua, & vi possessa violentia ablatiua: vt *Institu. de vsuc.* §. *furtiuæ.* non compulsiua, vt *Co. quod met. cau. l. si. t. j.* Item res data iudici seu præsidi contra. l. *Iul. repe.* vt *supra ad legem Iul. repe. l. penultim.* alia quasi realia: vt liber homo: vt *Instit. de vsucap.* §. *sed aliquando.* Item fiscalis: vt *supra de vsuc. l. vbi.* §. *interdum.* Item pupillaris: vt *supra de acquiren. rerum dom. l. bonæ fidei.* alia [i] personalia: vt dolus dans causam negotio,

h Vitia realia quæ sunt.

i Vitia personalia quæ dicuntur.

CLXXXIIII. IDEM libro quinquagesimosexto ad Edictum. 142

QVi tacet [f], non vtique fatetur [g]: sed tamen verum est eum non negare.

CLXXXV. VLPIANVS libro sexagesimosecundo ad Edictum. 143

QVod ipsis [g] qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit.

CLXXXVI. PAVLVS libro sexagesimosecundo ad Edictum. 144

NOn omne [h] quod licet, honestum est †.

1 ¶ In stipulationibus [i] id tempus spectatur, quo contrahimus.

CLXXXVII. VLPIANVS libro sexagesimosexto ad Edictum. 145

NEmo videtur [k] fraudare eos qui sciunt, & consentiunt.

vel incidens ex proposito. Item mala fides quando credidit venditorem non habere ius vendendi: *vt Cod. de præscrip. long. tem. l. si fraudem.* Item scientia rei alienæ: vt in commendatario, depositario, & creditore. Quid autem de precaria & clandestina? Respond. dicit vitia rei. & pro eo. *supra de acquirend. possess. l. Pomponius.* §. *cum quis.* quod non placet: quia precaria [a] iusta possessio est, quia est cum domini voluntate: vt *supra communi diui. l. communi diuidundo.* §. *inter prædones.* Item subtiliter respicienti, licet [b] possessio dicatur clandestina, non tamen dicitur clandestina res: vt *supra de acquiren. possess. l. clam.* De [c] litigiosa constat quòd nõ est vitiosa: vt *Co. de præscriptio. long. tempo. l. j.* ¶ Item successorum [d] alij in ius vniuersum, vt heredes, & similes: *vt supra de hered. instit. l. quotiens.* §. *heredes.* Alij in rem: vt emptor, & similes: vt ĩ. *de except. rei. iudic. l. fin.* & *supra quo. leg. l. j.* §. *illud.* His peroratis, dic quod vitia [e] realia durant in persona vniuersalis successoris, vt hic: & singularis vt *Institu. de vsucap.* §. *furtiuæ.* & hoc quo ad vsucap. non quo ad fructus: vt ĩ. *de adquir. rer. do. l. bonæ fidei.* §. *penul.* Sed [f] in vitijs personalibus distinguitur singularis successor ab vniuersali. Nam si est singularis, non impeditur præscribere iure veteri incipiendo à se: vt ĩ. *de diuer. tempo. præ. l. an vitium. in princip.* hodie secus: vt *in Authent. vt sponsa. larg.* §. *rursus.* porro quantum ad agendum, impeditur: quia de dolo defuncti excipitur, si est causa lucratiua, vt [g] in donato & legato: & quasi lucratiua, vt in seruo noxæ dedito. Item secundum Io. in eo cui res magni pretij modico distracta est: vt ĩ. *de excep. do. l. apud.* §. *si quis autem.* & §. *de auctoris.* & *de excep. l. si rem legatam.* aliàs si non est lucratiua, non excipitur. nisi vtatur accessione sui auctoris: vt *d. l. apud.* §. *de auctoris.* vel nisi sit res reuersura ad dolosum, puta mulier dolo induxit aliquem ad promittendam dotem viro, si maritus petat ab eo, repellitur eo quòd res ad dolosam mulierem reuerteretur, vt *d. l. apud.* §. *Iulianus.* & *l. post.* §. *penul.* & *ad idem d. l. apud Celsum.* §. *si quis autem. in fin.* Sin autem est vniuersalis successor: si quidem est extraneus, nocet ei mala fides defuncti, nisi velit ex se incipere, secundum M. vt *Co. de præscrip. long. temp. l. j.* Sed Io. & Azo. dicunt indistinctè nocere: vt *Co. communia de success. l. fin.* & ĩ. *de diuer. temp. præscrip. l. cum heres.* & hoc in extraneo herede. In suo constat (secundum omnes) quòd nocet, cum sit eadem persona: vt ĩ. *de libe.* & *post. l. in suis.* & *facit.* ĩ. *eo. l. in his.*

h *NOn omne.* Dic vt ĩ. *eo. l. semper in conuentionibus.*

i ¶ *In stipulationibus.* quantum [h] ad acquisitionem obtinet quod hic dicitur: vt ĩ. *de verbo. obliga. l. si filius.* & *supra de stipu. ser. l. vsusfructus.* nisi in casibus: vt *supra de verbo. ob. l. quidam cum.* §. *fin.* & *supra manda. l. si vero non remunerandi.* §. *si filiusfam.* & *supra de hered. institu. l. quidam.* non quantum ad hoc vt valeat vel non. nam rem meam stipulor sub condit. si mea esse desierit: & valet non inspecto principio: vt *supra de verborum oblig. l. si rem meam.* nisi in sacra & religiosa, & libero homine: vbi non valet, si sub conditione si sacra esse desierit, stipuler: vt *supra de verbo. obliga. l. inter stipulantem.* §. *sed hæc dissimilia sunt.* ¶ Sed quid in legatis? Respon. econtra quantum ad acquisitionem: vt non [i] dies quo legatur, sed quo dies legati cedit, spectetur: vt *sup. quando dies leg. ce. l. si vsusfruct.* §. *finali.* & ĩ *eo. l. quæ legata.* ¶ Item quantum ad valetudinem econtra: vt præsens tempus aditæ hereditatis spectetur, ĩ. *communia prædio. l. receptum est in fine*, *ibi, Idemque,* &c. nisi in casibus: vt ĩ. *de le. j. l. cætera.* §. *si sub conditione.* Accur.

h Tempus stipulationis ve ex ea adquiramus, inspicimus.

i Tempus inspicitur legati, non quo legata res est, sed quo legato dies cedit.

k *NEmo videtur.* ¶ Pone [k] quòd emi à debitore alienante in fraudem credi. sed eis consentientibus, non teneor Pauliana: vt ĩ. *quæ in fraud. credi. l. qui autem.* §. *præterea.* 2 Item pone *supra de actio. emp. l. j. in fine.* & *de edil. edict. l. j.* §. *si intelligatur.* & *l. si tam.* §. *ei.* & §. *in ædilitiis.* & *Co. de transact. l. de fideicommisso.* & *l. cum donationis.* & *de rescinden. vend. l. venditor.* & *supra depos. l. j.* §. *eleganter.* & *supra quod fal. tu. auct. l. j.* §. *fin.* ¶ Item quod dicit sciuit, scilicet tempore contractus: secus

k Dolus non fit scienti.

si tunc ignorauit, & postea sciuit: quia non decrescit obligatio: *vt ff. de ædil. edic. l. sufficimè. §. si.*

CLXXXVIII. PAVLVS *libro sexagensimosecundo ad Edictum.* 146

QVod quis [a] dum seruus est egit, proficere libero facto non potest.

CLXXXIX. GAIVS *libro vicensimoquarto ad Edictum prouinciale.* 147

SEmper [b] specialia generalibus insunt.

CXC. PAVLVS *libro sextodecimo breuis Edicti.* 148

CVius effectus [c] omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent.

CXCI. VLPIANVS *libro sexagensimoseptimo ad Edictum.* 149

EX qua [d] persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

CXCII. IDEM *libro sexagensimooctauo ad Edictum.* 150

PArem [e] esse conditionem oportet eius qui quid possideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factum sit quo minus possideret vel haberet.

CXCIII. PAVLVS *libro sexagensimoquarto ad Edictum.* 151

NEmo damnum [f] facit, nisi qui id fecit quod facere ius non habet.

CXCIIII. VLPIANVS *libro sexagensimo ad Edictum.* 152

HOc iure [g] vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.

1 ¶ Deiicit [h] & qui mandat.

2 ¶ In maleficio ratihabitio mandato comparatur †.

3 ¶ In contractibus [i] quibus doli præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

CXCV. PAVLVS *libro sexagensimoquinto ad Edictum.* 153

FErè [k] quibuscunque modis obligamur, hisdem in contrarium actis liberamur: quum quibus modis adquirimus, hisdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum.

a *Quod quis.* ¶ Si seruus contraxit tempore seruitutis: non prodest ei facto libero: vt hic. ¶ Sed fallit [a] in tribus casibus: *vt supra de excep. rei iudi. l. j. §. si seruus. & supra de pac. l. inrigentium. §. sed & si quis. & §. rursum. s. & supra de iure do. l. si serua seruo.* & contra non nocet: *vt Cod. an ser. ex suo facto. l. ij.* ¶ Sed fallit [b] in multis, primo quia quandoque tenetur de dolo: *vt supra de dolo. & eleganter. §. seruus pactionis.* 2 Secundo *supra de fideicom. l. si pare.* 3 Tertio *supra de lib. leg. l. Aurelius. §. Sticho.* 4 Quarto. *Cod. an seruus ex suo fac. l. promisse.* 5 Quinto *ff. de nego. gest. l. cum actum. & l. fina. §. Scæuola.* scilicet quando est connexa administratio. 6 Item sexto *supra depos. l. si apud filium.* sed ibi ex posteriore detentione. 7 Septimo in maleficiis: *vt Instit. de noxa. §. omnes.* 8 Octauo *supra de dote prælegat. l. ij. §. per contrarium.*

a Seruo liberato facto, non prosit contractus tempore seruitutis factus.

b Seruus quando liber factus est anteneatur ex gestis in seruitute.

b *Semper.* ¶ Pone vt no. *ff. e. l. in toto.* & facit pro P. quòd exceptiones [a] sunt de regula. tu. contra. *ff. eo. l. j.*

a Exceptio verum sit de regula.

c *Cuius effectus.* ¶ Emolumentum fundi pecuniarium, & cæterarum rerum, prodest ei qui in fundo dominium habet. Si igitur ipse decessit pluribus heredibus relictis: partes eius emolumenti pertinent ad vniuersos heredes, id est ad singulos pro ea parte qua sunt heredes. & ita secundum B. q. d. vtilitas [d] fundi, quæ est effectus dominij, prodest omnibus heredibus. ergo & dominium pertinet ad omnes. loco sumpto ab effectu. sic. *C. de sum. tri. l. ij. ibi, igitur si clericus. &c.* & secundum hoc cuius. & eius, ad fundi dominium referuntur. 2 Aliter, secundum Io. si absentes defenduntur, vel eorum negotia administrentur, quis est effectus? vtique hic, quia indefensi non condemnabuntur: actores in pos. non mittentur: & alij casus similes: *vt ff. de nego. gest. l. j.* effectus ergo iste prodest omnibus, id est ad publicam vtilitatem: *vt ff. de procu. l. seruum. §. publicè.* & partes eius effectus, scilicet si aliquorum negotium geratur singulariter, vtputa Titij & Sempronij, pertinent etiam ad vniuersos, id est vniuersorum vtilitatem spectare videntur. 3 Vel pone *vt Institu. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. pe.* quia expedit omnibus, id est Reipu. ne quis re sua male vtatur. & hoc principaliter: secundario autem hoc expedit singulis. Accur.

d Dominij fundi effectus in vtilitate fundi consistit.

d *Ex qua.* Pone in institutore: *vt supra de insti. l. j. in princip.* Item *supra si q. is omis. cau. test. l. si non solus. in princ.* item *supra de aqua plu. arcen. l. si tertius. §. fin.* ¶ Sed fallit [e]: quia quandoque ex alicuius persona habemus lucrum, non damnum: *vt supra de neg. gest. l. si negotia absentis.* 2 Item si vnus solus ex sociis admisit socium: alij qui non admiserunt, sentiunt lucrum ex persona illius qui est admissus per eum qui admisit: non tamen ipsi cum assumpto communicant suum lucrum: *vt supra pro soc. l. & quicquid.*

e Lucrum quibus casibus percipiat quis ex alterius persona, etiamsi factum eius non præstet.

e *Parem.* Dic. *vt ff. eo. l. qui dolo.*

f *Nemo damnum.* ¶ Pone [f] in magistratu qui dedit damnum alicui contumaci: non tenetur: *vt supra de iniur. l. iniuriarum. §. si qui. & §. se. & supra ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. si quid tamen.* 2 Item pone, si quis dedit damnum cum aliter se tueri non posset, non videtur dare damnum: *vt supra ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter.* vere tamen damnum dat. quia damnum à deminutione dicitur: *vt supra de damn. infe. l. ij.* 3 Item pone *Cod. ad l. Iul. de adul. l. Gracchus. & ff. de verbo. oblig. l. qui seruum.*

f Damnum dare non videtur qui iure suo vtitur.

g *Hoc iure.* ¶ Vis alia publica, vt cum armis: alia priuata, vt sine armis. de prima est pœna deportatio, & omnium bonorum amissio: de secunda, relegatio cum amissione tertiæ partis omnium bonorum: *vt Inst. de interd. §. qui aute. & de pub. iud. §. item lex Iulia.*

h ¶ *Deiicit.* Pone *vt supra de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & §. quotiens. & §. sed cum quis.* Quod autem dicitur de ratihabitione intellige [a] ita dictum esse, si meo nomine deiecerat: non aliàs: *vt supra de nego. gest. l. si pupilli. §. sed & si ego. & de preca. l. si seruus.* Sed an idem [b] in cæteris delictis meo nomine commissis, vt possim ratum habere & tenear? quidam nô. & in hoc speciale: quia possessio violenta ad me peruenit. Sed dicas idem in omnibus: quia lex generaliter dicit: *vt supra de vi & vi arma. l. j. §. sed & si quis. in fin.* ergo [c] generaliter intelligenda est: *vt supra de leg. præstand. contra tabu. bon. poss. l. j. §. generaliter.* quæ modo per alium possunt fieri: in adulterio autê secus. ¶ Item quod dicit, côparari mandato: non tamen vt agatur mând. vt no. *supra eodem. l. semper.* nisi in casu: *vt supra quod iussu. l. j. §. si ratum.* vbi inducitur quod iussu. ¶ Itê quod dicit, ratihabitio &c. fallit in casibus, *vt no. supra de his qui not. inf. mi. l. quid ergo. in princip. & facit supra de iniur. l. non solum. in princip. & supra. eo. l. is damnum. &. Co. ad Mace. l. fin.*

a Ratú habere id tantum possumus quod nostro nomine gestum est, alias non.

b Mandâs de delicto committendo & reo principali habetur.

c Generalia generaliter intelligenda. Contra tamen in regula ... eo. ti. l. ... §. ... per ... eo. cum ibi no. supra de cita.

i ¶ *In contractibus.* ¶ In contractibus debet ab esse dolus, & bona fides adesse: *vt Co. de actio. & obliga. l. bonam fidem.* sed & hoc modo non sufficit: imò venit culpa quandoque lata, quandoque leuis, quandoque leuissima: *vt ff. eodem. l. contractus.* Si [d] ergo defunctus fecerit contrà in aliquo de prædictis, tenetur heres, vt ipse defunctus tenebatur etiam ex dolo defuncti, ex quo est commissus in contractu: licet secus [e] si extra contractum quando non tenetur nisi in quantum ad eum peruenit: *vt supra deposi. l. si hominem. §. datur. & supra de actio. & obliga. l. ex deposito.* ¶ Sed licet heres teneatur regulariter vt defunctus. Fallit [f] tamen in casibus: vt cum dolus testatoris dedit causam contractui, & ad heredem dolosi non peruenit: vt *Institu. de perpe. & tempo. ac. §. aliquando.* 2 Item fallit in actione in factum, quæ datur contra mensorem: *vt supra si men. fal. mo. di. l. ij. §. pen. in fin.* 3 Item in actione trib. *vt ff. de trib. l. illud. §. penultim. in fine.* 4 Item in ac. ex stip. competente pro iudicio sisti, pro eo quòd quis conueniebatur in iure: *vt supra si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum.* 5 Item fallit si interueniat confusio: vt quia creditor debitori successit: *vt Cod. de here. ac. l. j.* 6 Item fallit *ff. quod fal. tuto. auct. l. huius actionis. §. j.* 7 Item in actione in factum de calum. quæ & ipsa ex contractu nascitur, si dedi vt negotium mihi non fiat: *vt ff. de calum. l. in heredem.* 8 Item fallit *ff. depos. l. ex pollicitatione. item ff. de precario. l. quæsitum. §. fin.* 9 Item fallit *ff. de polli. l. j. §. j.* vbi aliter tenetur heres quàm defunctus. ¶ Sed quid in [g] quasi contractibus? Respond. ibi diuersimode tenetur heres quàm defunctus: quia defunctus tenetur de dolo, latâ culpa, & leui: *vt Co. ar. tu. l. quicquid.* at heres non nisi ex dolo vel lata culpa defuncti, nisi fuisset lis contestata contra defunctum: *vt Cod. de her. tu. l. j.* item in heredibus magistratus, qui non idoneè curauerunt caueri pupillo: *vt Cod. de magistra. con. l. in heredem. & ff. de magistra. conue. l. non similiter. & fi. infra eo. l. ad ea. §. fin.*

d Heres an & qualiter ex defuncti côtractibus teneatur.

e Heres quemadmodum teneatur ex his quæ defunctus fecit extra contractû.

f Heres quibus casibus non teneatur vt defunctus tenebatur.

g Heres quêadmodum teneatur ex quasi côtractibus defuncti.

k *Ferè.* ¶ Ex contractu quatuor modis obligamur, scilicet re, verbis, literis, & consensu: sic & quatuor modis contrariis actis liberamur, scilicet reddendo rem depositam, acceptilatione, item literis in contrarium emissis ab eo in quem priores expositæ fuerint: item contrario consensu ab emptione re integra receditur: *vt ff. de sol. l. prout quisque.* ¶ Sed quare dicit, ferè? Respon. quia & delinquendo [h] quis obligatur: non tamen contrario delicto liberatur. 2 Vel quia quâdoq; quis alio modo obligatur

h Delicto obligamur, at non contrario delicto liberamur.

a Liberamur interdũ alio modo quàm quo sumus obligati.

gatur, vt stipulatione: & alio[a] modo liberatur, vt solutione. ¶ Itẽ hoc primum de obligationibus personalibus probat, in instar corporalium: quæ vt adquiruntur animo & corpore, ita per contrarium amittuntur: *vt supra de adquir. poss. l. quemadmodum.* quod est verum vt duo sint necessaria in amittendo, si incipias à corpore: secus si ab animo: *vt supra de adquirend. possess. l. iij. §. in amittenda. sic C. de iure delibe. potuit. & supra de rei vindica. l. sin autem. §. j. & facit infra eod. l. ad ea. §. vltim. & supra eo. l. nihil.*

a **C** *Vm par delictum.* Promisisti mihi pœnam, si iudicio tali die non sisteres. ego impediui te, & tu me. si agam ad pœnã, excipies quòd ego dolose te exemi: nec ego possum sic replicare: immo rectè ago sine nullum dolum commisi, aut si rei vel conuenti dolo similiter sit factum. nam hæc sunt verba replicationis: *vt supra de eo per quem fa. e. l. fin. §. sed si stipulator.* 2 Vel pone quòd libertus, vocauit patronum in ius sine venia, & patronus fuit exemptus: sicq; amisit actionem suam. si agit libertus contra eximentẽ, ille excipiet de dolo vocantis, nec vocans poterit replicare: *vt supra de eo per quem factum er. l. j. & l. fin. & ne quis eum qui in ius vo. l. j. in fin. & l. ij.* Nec ob. *in eo. tit. l. sed eximendi. §. item si quis. & l. si per alium. §. in eum.* quia ibi deliquit calumniando, hic vocando. 3 Item pone *supra de contrahend. emp. l. dominum. item supra de condic. ob tur. caus. l. si ob turpem.* sicut ergo dolus[b] dolo compensatur, sic culpa: *vt supra de compen. l. si ambo.* Non autem dolus cum culpa: quia dolus prægrauat: *vt supra ad l. Aquil. l. item si obstetrix. §. fin. & l. si putator.* Item si vnus in lata culpa, alius in leui: præponderat lata, cum æquipararetur dolo: *vt supra si men. fal. mo. di. l. j. §. lata plane.* ¶ Sed quid si vnus fuerit in leui, alius in leuissima? Respond. cùm vterque non sit in pari causa: is qui minus deliquit, est in causa meliori: *vt supra de verbo. oblig. l. si seruum. §. sequitur. & de dolo. l. si duo. & de excep. doli. l. apud. §. Marcellus. & facit supra eod. l. nemo prædo. §. fin. & supra ne quid in loco pu. l. ij. §. j. & so. ma. l. viro.*

b Compẽsatur dolus dolo: culpa culpæ: at non dolus culpa, aut lata culpa, leui, aut leuis leuissima.

b ¶ *Illi.* Si rem mihi surripias, eáque postea tibi surripiatur, tu non agis furti, sed ego ago contra vtrunque: nec exacto vno alter liberatur, cum ex diuersis factis teneamini: *vt supra de fur. l. qui re sibi commodata.* ¶ Hæc autem regula fallit[a] in eo qui sibi locatum vestimentum poliendum, alij contra domini voluntatem commodauit. nam si commodatarius per furtum amiserit: fullo qui commodauit: aget furti: licet in furti pœnam commodando inciderit: *vt ĩ. de fur. l. qui vas. §. si ego.* secus in inuasore, qui agit interdicto, licet teneatur: *vt ĩ. de vi & vi arma. l. j. §. qui vi à me.* & est ratio: quia nõ nisi ad pos. egit. hic vellet agere ad pœnam. 2 Item pone in contractu: vtputa locaui tibi fundum in quinquennium, & promisi tibi pœnam si te ante deiicerem. tu quoque mihi pœnam, si pensionem non solueris. si te non soluentem deiiciam, non cado in pœnã, quia tu incideras: *vt ĩ. loca. l. quæro. §. inter.* ¶ Itẽ regulæ huic est contra. *ĩ. de eo per quem fa. e. l. fin. §. j.* sed ibi diuersæ personæ sunt quæ conueniuntur ad pœnam.

c Pœnã quido petere posſit is qui in pœnam incidit.

c **F** *Actum.* Si causa mutandi iudicij rem quam possidebas, alienaueris: tibi, non alij hoc factum nocet. Nam ille in cuius fraudem alienatio facta est, te propter dolum tuum conuenire poterit: sicque nocet tibi dolus tuus: *vt supra de ali. iudi. l. j.* & te conuento & exacto, nihilo minus tenetur qui possidet: *vt supra de pe. here. l. nec vllam. §. fi.* 2 Item si socius omnium bonorum callidè in hoc renuntiauerit societati, scilicet propter lucrum aliquod quod sibi soli cupiebat habere, factũ suum sibi nocet: quia si alter socius cui renuntiatum est, aliquid quæsierit: renuntianti non communicabitur. renuntians autem, lucrum propter quod renuntiauerit communicare tenebitur: *vt Inst. pro so. §. manet. & supra pro soc. l. actione. §. Maximus.* 3 Item potest poni casus. *ĩ. de eo per quem fa. er. l. j. §. si rem dolo.* ¶ Si opponatur[d] de tutore, qui transigere potest: *vt ĩ. de fur. l. interdum. §. qui tutelam.* sicque nocet pupillo: Respon. hoc euenit, quia quasi[e] dominus est: *vt ĩ. de admi. tut. l. tutor qui tutelam.*

d Transigere tutor potest: atque ita nocere pupillo.

e Tutor rerum pupilli quasi dominus est.

d ¶ *Non videtur.* Si emptor de possessione fundi quem emit, fuerit expulsus: non ideo de euic. agit: *vt C. de ac. empt. l. si.* quia iniuria facta emptori, non contingit venditorem: *vt supra de cul. l. si per imprudentiam.* ¶ Quid igitur si cum proposita rei vindicatione fuerit euicta, & manu militari ablata. nam & hoc potest fieri: *vt supra de rei vind. l. qui restituere?* Respon. non poterit prætendere venditor iniuriam emptori factam quo minus de euictione teneatur: iuste enim euictus est: vt hic. 2 Vel pone in eo qui promisit se non facturum vim alicui. nam si rei vindi. intendat, & manu militari auferat: nõ videtur vim facere vt ob hoc ex stipulatione teneatur: vt hic. ¶ Item potest opponi in creditore: *vt C. de pig. l. iij.*

CXCVI. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.* 154

CVm par delictum[a] est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori:

Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.

1 ¶ Illi[b] debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

CXCVII. PAVLVS *libro sexagesimoquinto ad Edictum.* 155

FActum[c] cuique suum, non aduersario nocere debet.

1 ¶ Non videtur[d] vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur.

2 ¶ In pœnalibus[e] causis benignius interpretandum est.

CXCVIII. VLPIANVS *libro septuagesimo ad Edictum.* 156

INuitus[f] nemo rem cogitur defendere.

1 ¶ Cui damus[g] actiones eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit.

2 ¶ Cũ quis[h] in alij[*] locũ successerit, nõ est æquum ei nocere hoc quod aduersus eum nocuit,

e ¶ *In pœnalibus.* In delictis pro quibus pœna corporalis vel pecuniaria solet imponi, interpretamur in dubio[a] non delictum: *vt s. pro soc. l. merito.* 2 Itẽ si is cui furtum est factum, deduxit furem ad præfectum vigilum: in dubio videtur pœnam[b] furti remisisse: *vt s. de fur. l. interdum. §. qui furem.* 3 Item qui adulterum nocte occidit, minus punitur: quia nox[c] & dolus minus interpretãtur delinquere: *vt C. de adul. l. Gracchus.* 4 Item si duo iudices ordinarij, vnus de puniendo, alter de absoluendo tulit sententiam: interpretamur[d] absolutoriam magis valere: *vt ĩ. de re iudi. l. inter pares.* 5 Item si vnus iudex condemnauit accusatum lege Iul. de vi, quia dixit vim fecisti: de priuata[e] intelligitur: quia in pœnis mitiores esse debemus. *vt ĩ. de pœ. l. si præses. & l. pe.* 6 Item si tutor accusatur de suspecto: si remoueatur, præsumitur[f] in dubio propter culpam non propter dolum remotus: *vt ĩ. de suspec. tu. l. hac e sim. j.* & sic non est infamis: *vt Inst. de suspe. tu. §. suspecti. & sic ĩ. eo. l. ea quæ. §. in rem.*

a Præsumere non debemus in dubio delicta.

b Præsumitur quisque in dubio pœnã remisisse. [*] alicuius.

c Præsumitur inuitus occidere, dolo nox & adulterum vxoris occidere.

d Absolutionis causam in dubio quærimus.

e Vim in dubio potius interpretamur priuatã quàm publicam.

f Præsumitur potius culpa quàm dolus.

f **I** *Nuitus.* Pone vt *C. de procu. l. inuitus.* ¶ Et distingue[g]. cũ quæritur an quis teneatur defendere alium: vel ad aliquid, quia non defendit: distingue: quia aut interuenit mandatum, aut non. si non interuenit mandatum: aut præstita est cautio de defensione, aut non. si est præstita: aut de defensione rei: quod est cùm promittitur iudi. sol. aut de defensione actoris. Si defensione rei[h] ab ipso defensore, non cogitur præcisè, sed stipulatio committitur: *vt ĩ. de procu. l. inuitus. §. fi. & l. seq. in prin. & §. Sabinus.* nisi iusta causa interuenerit: vt ibi dicitur. Si autem præstita est ab ipso reo: aut volente defensore, vel nõ ignorante: & cogitur præcise, aut nolente vel ignorante: & non cogitur, sed stipulatio committitur. *vt ĩ. de procu. l. si defunctus.* Sin autem à procuratore actoris[i] est satisdatum de defendendo præcisè, cogitur: *vt ĩ. de procu. l. sed & hæ. §. defendere.* Sin autem nulla est præstita ab aliquo cautio, nemo cogitur defendere: *vt hic. & C. de proc. l. inuitus. in fin. & sup. de proc. l. filiusfa. §. inuitus. & l. inuitus. in fin.* Si vero mandatum interuenit: eadem distinctio adhibenda est quæ supra dicta est: hoc addito, vt etiam si non fuerit satisdatio præstita, teneatur domino qui eum dedit: qui videtur mandasse de satisdando: *vt sup. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum.* vbicunque autem dixi quem teneri ad defensionem, vel propter defensionem: ibidem[k] iusta causa interueniente ad neutrum tenetur, scilicet nec defendere, nec stipulatio committitur, eo saluo, vt si res sit tempore peritura, teneatur vsque ad lit. contest. *vt sup. de procu. l. sed etiam.*

g Defendere alium an quis teneatur.

h Defensor rei an & quando defendere teneatur.

i Defendere actorem cur procurator an & quatenus teneatur.

k Defendere aliũ quis ex iusta ob iustam causam.

g *Cui damus.* Et qui ad non modicum tempus conduxit solum alienum vt[l] superficiem imponat, datur vtilis rei vind. etiam contra dominum: multo[m] magis ergo habet excep. si à domino conueniatur, *vt supra de superfi. l. j. §. quod ait prætor.* ¶ Sed op. qui emit à non domino: nonne habet actionem Publicianam contra omnes præterquam contra dominum: nec tamen habet exceptionem contra dominum, *vt sup. de pu. l. pe. & fi.* Respond. hic dicit, quando contra aliquem habet ac. multo magis contra eundem habet exce. Sed pu. non habet contra dominum, & sic nec excep. ¶ Hæc autem regula fallit. *C. loca. l. si quis conductionis. & in Auth. de tri. & semis. §. illud quoque.* 2 Item in omnibus iudiciis possessoriis, *vt sup. quo. leg. l. j. in prin.* Vel distinguitur vtrum ille qui conuenitur, in promptu habeat probationes sui iuris, siue de possessione, siue de proprietate: & tunc non teneatur restituere, an non, & tunc tenetur restituere. *arg. sup. ad exhi. l. iij. §. ibidem. & sup. ad Treb. l. ille à quo. §. si de testamento. & vt in poss. le. l. si is à quo. & C. de compen. l. fin. & sup. de Cur. edict. l. iv. §. causa.* quæ in possessorio loquitur. ¶ Hoc autem fallit in quodam possessorio, vbi etiam si velit incontinenti probare de suo iure, non auditur: *vt in Auth. de trien. & semis. §. illud.*

l Superficiario datur vtilis rei vindicatio.

m Exceptio facilius conceditur quàm actio.

h ¶ *Cum quis.* ¶ Pone *vt supra de itine. actúque priua. l. ij. §. si quis*

in cuius locum successit.

3 ¶ Plerumque [a] emptoris eadem causa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris.

4 ¶ Quod cuique [b] pro eo præstatur: inuito non tribuitur.

CXCIX. IDEM *libro septuagensimo ad Edictum.* 157

AD ea [c] quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur seruis, si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint.

1 ¶ Semper [d] qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus est ac si haberet.

2 ¶ In contractibus [e] successores ex dolo eorum quibus successerunt, non tantùm in id quod peruenit, verumetiam in solidum tenentur: hoc est, vnusquisque pro ea parte qua heres est [f].

CC. IAVOLENVS *libro septimo Epistolarum.*

QVotiens [g] † nihil sine captione inuestari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

CCI. IDEM *libro decimo Epistolarum.*

OMnia [h] quæ ex testamento proficiscuntur: ita statum euentus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.

CCII. IDEM *libro vndecimo Epistolarum.*

OMnis definitio [i] in iure ciuili periculosa est. parum est enim vt non subuerti possit.

CCIII. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

QVod quis [k] ex culpa sua damnum sentit: non intellegitur damnum sentire.

CCIIII. IDEM *libro vicesimooctauo ad Quintum Mucium.*

MInus [l] est actionem habere, quàm rem.

CCV. IDEM *libro trigensimo nono ad Quintum Mucium.*

ab auctore. ¶ Item vt *sup. pro empt. l. ij. §. si defunctus.* ¶ Item vt *supra quæ in frau. credi. l. qui à debito e.* & plene no. *eo. l. quod ipsis.*

a ¶ *Plerumque.* ¶ Hæc regula est exposita supra *eo. l. nemo plus iuris.* 2 Sed & potest poni supra *pro emp. l. ij. §. emptori.* ¶ Plerumque autem ideo dicit, quia si emptor [a] habeat malam fidem, non vsucapit: licet auctor bonam fidem habuerit: *vt supra pro emp. l. ij. §. si eam rem.* ¶ Item quod dicit defendendum, dic vt C. *de euic. l. emptori.* & *fa. supra de acquir. rerum domi. l. traditio.*

a Emptor malã habens fidem non vsucapit, licet auctor bonã fidẽ habuerit.

b ¶ *Quod cuique.* Dic vt *supra eodem. l. inuito.* Sed op. priuilegium sportularum minorũ datur etiam clericis inuitis, cum præcipiatur executorib. vt non accipiant: & sic [b] suo priuilegio non possunt renuntiare: *vt C. de epis. & cle. l. omnes qui. §. executoribus. & Co. de sper. l. omnibus.* Sed dicas quòd dare possũt, sed illi non accipere. & sic honestè datur, non honestè accipitur. Econtra est in meretrice, quæ honestè accipit, ex quo est meretrix, sed turpiter datur: *vt supra de condic. ob turp. cau. l. idem est. §. sed quod meretrici.* Accur.

b Renunciare priuilegio quis inuitè dum non potest.

c AD *ea.* ¶ Si seruus domino iubête delinquat: si quidem in atrocib. ei paruerit: licet non excusetur, minus [c] tamen punitur: *vt C. ad. l. Iul. de vi. l. seruos.* sin autem in non atrocibus, nullum est serui delictum: & sic non tenetur: *vt supra de act. & oblig. l. seruus.* & hoc etiam dicitur de his in Apostolo: Serui estote subditi dominis vestris, non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis, id est discordantibus à fide catholica. ¶ Sed quæ sunt atrociora [d]? videtur quòd illa quæ descendunt à lege. xij. tabu. *vt sup. de noxa. l. ij. §. j.* Sed illud per Iul. postea ibi corrigitur. vnde dic, modicæ rei furtum, item modicum damnum dicuntur non atrociora. At magnę rei furtum, siue damnum, item homicidia, adulteria, & omnia capitalia crimina dicuntur atrociora: *vt supra de incen. rui. nau. l. Pedius. §. j.* Azo. Pone etiam exemplum de non atroci, *vt supra de his qui no. infa. Libertorum. §. fin. & facit supra eod. l. in damnum. & supra re. amo. l. si mulier. §. si seruus.* Accursius.

c v. quæ scripsi ad l. 1. Cod. de sepulchro violato.

d Atrociora & non atrociora crimina quæ dicãtur. v. Gl. in l. liber homo. 17. & in l. Aquil. l. aut illum. 27. l. de minoribus.

d ¶ *Semper.* dic vt. ĩ. *e. l. qui dolo. & l. parem.* Sed arg. contra *supra si quis omis. causa test. l. iij. in fi.* ¶ Item quod dicit, habendus, &c. sed non omnino: quia alter directa, alter vtili tenetur: *vt supra de noxa. l. electio. §. si is quem.*

e ¶ *In contractibus.* ¶ Pone vt supra *eo. l. hoc iure. §. fin.* Sed contra. *Inst. tut. de perpe. & tempo. ac. §. aliquando.* vbi non tenetur heres ex dolo defuncti, sed ibi dedit causam contractui: hic fuit incidens. ¶ Item quod dicit heredes [e] teneri pro hereditaria parte: fallit quandoque. 1 Primo, si habet vnus heredum, facultatem totius rei restituendæ: *vt sup. commo. l. iij. §. heres.* 2 Secundo, cum agitur ex pollicitatione. *vt sup. de pollicita. l. ex pollicitatione.* 3 Tertio, pro funeris impensa: *vt C. de relig. l. veluti.* 4 Quarto, in alimentis: *vt sup. de ali. le. l. iij.* 5 Quinto quando ab vno heredum maritus legauit vxori animo compensandi quæ in dotem ab ea habebat: si ipsa non legatum, sed dotem vult: ille solus conuenietur: *vt ĩ. de leg. j. l. cum ab vno.* 6 Sexto. in illis casibus in quibus tenentur heredes in solidum: *vt sup. deposi. l. si duo. & de verb. ob. l. ij. §. j.* Accur.

e Heredes pro hereditaria parte certis casibus nõ tenentur.

f ¶ *Conueniatur.* aliàs condemnetur: aliàs partiatur.

g QVotiens. Sine captione, id [f] est iniquitate. & pone si impuberi moueatur quæstio status, malum est præcipitari, & sic sine firmo consilio constitutum in alienam seruitutem redigi. & econtra malum est eum mitti in bonorum possessionem: & aliqua forte aliena apparebunt: sed hoc est minus malum, & sic eligendum: *vt supra de Car. edi. l. iij. §. dua autem. & Cod. de Car. edi. l. v.* & hoc fiet ex Carbon. si fiat quæstio status & bonorum sed si status tantum, tunc ex constitutionibus: *vt supra de Carbo. edi. l. iij. §. j.* 2 Vel pone: mandasti mihi vt tibi emerem Stichum, quem ignorabas furem. hic fecit mihi furtum. iniquum est teneri te vltra quàm seruus valeat, *vt Institut. de noxa. §. summa.* econtra iniquius est officium meum mihi esse damnosum; ideóque mihi in solidum teneris: *vt supra de fur. l. si seruus. §. quod verò ad mandati.* Sed & potest poni vbi cunque dicitur quòd aliquid [a] est æquius æquo, vel iniquius iniquo: *vt supra deposi. l. bona fides. & C. de proc. l. exigendi. & de pac. conuen. l. hanc generalẽ. & sup. de vulg. substi. l. filius qui patri. & de do. excep. l. si procurator. & de offic. proconsul. l. obseruare. §. ij. & l. nec quicquam. §. fine. & facit authen. qui. mo. na. effic. sui. circa principium.*

f Captio pro iniquitate.

† In obscuris semper est interpretatio facienda vt apti illi sit captiosa & onerosa. ca. cor. in c. cum de lectus extra de consue. in c. cum olim. eo. tit.

a AEquius æquo: & iniquius iniquo datur.

h OMnia. ¶ Si pater in testamẽto præterijt filium in potestate constitutũ, inutiliter testabitur: adeo vt si viuo patre moritur, non ideo valet: *vt Institut. de exhere. lib. in princip.* 2 Item pone in eo qui legauit mihi rẽ meam. non enim valet, licet postea alienum: *vt supra de le. j. cætera. §. j.* Nec ob. *supra de reg. Cat. l. j. §. finali.* vbi cõfirmatur: quia ibi viuo testatore alienauit: hic post mortem. 3 Item pone *Institut. de leg. §. an seruo.* Cætera dic vt *supra eo. l. quod in initio.*

Ang. lib. 4. c. 3

i OMnis definitio. ¶ Est oratio substantiam [b] cuiusque rei significans, secundum Boetiũ. sed hic dicitur plurimum rerum breuiter siue summatim sub regula facta traditio. Huiusmodi autem definitiones sunt periculosæ: quia patiuntur exceptionem: & verecundiam [c] plerumq; faciunt allegantì regulam: sed stet [d] firmus regulæ, veluti Bononiensi Carocio, licet aliqui capiantur de eius custodibus, & licet aliqui casus à regulis subtrahantur, & respõdeat speciale. & sic regula erit firma in aliis: *vt in Auth. de nõ alienã. §. vt autẽ,* licet videatur esse falsa, *vt ĩ. de reg. Cat. l. j. & ĩ. eo. l. j.* Sed illud verũ est in exceptatis. ¶ Itẽ ideo dicit parũ, quia quędã [e] sunt quæ exceptiones nõ patiũtur. 1 Primo, quia liber homo nõ vsucapitur: *vt ĩ. de vsuca. l. vsucapio. & Inst. de vsuc. §. sed aliquando.* 2 Itẽ mulier quæ in rem suam intercedit, non iuuatur Velle. *vt ĩ. ad Vel. l. aliquando.* Itẽ si decipiat: *vt ĩ. ad Vell. l. si decipiendi.* Item bo. pos. contra tabu. non habet locum ad testamenta mulierum: *vt supra de contra tabu. l. illud. §. ad testamenta.* 3 Item minor. xiiij. ann. non potest testari: *vt C. quando prouo. non est necess. l. ij.* 4 Item stipulatio liberi hominis vel rei sacræ vt detur, non valet: *vt Insti. de inuti. stip. in prin. & §. j.* 5 Item sepulchrum vindicare iure dominij nullus potest, nec in alium dominum transferre: *vt C. de reli. l. si sepulchrum. & l. ij. in fi.* 6 Item nemo potest plus grauari nomine legati, quàm sibi relinquitur: *vt ĩ. ad Treb. l. j. §. fina.* & multa alia sunt quæ non patiuntur exceptionem. Sed hæc regula tantum intelligitur de his regulis seu definitionibus quæ super hoc titu. positæ sunt.

b Definitionis natura est substantiam rei definitæ significare. Exnon in repetit. titu. de de constitut. nu. 118.

c Regulam allegãs verecũdiam plerumque patitur.

d Pro regula iuris præsumitur donec exceptio probetur. v. Conarruuiam. 2. Resolutionũ. 11. Ideoque in dubio standum regulæ. vide Romanum de Curte, tract. de iure patronatus, q. 57. in fin.

e Regula quædam exceptiones non patiuntur.

k QVod quis. ¶ Si [f] duo sunt socij omnium bonorum: & vnus cum abesset, fuit dãnatus à iudice ex contractu pro socio, qui erat absoluendus si venisset: vel etiam pro suo delicto, furto scilicet vel alio fuit damnatus: non recuperat de communi: *vt ĩ. pro soc. l. cum duobus. §. fi. & l. seq.* 2 Vel pone in eo qui transiuit per locum quà non erat publicũ iter vel priuatum, & ramus cecidit super eum: non agit Aquil. *vt ĩ. ad leg. Aquil. l. si putator.* 3 Item pone supra *fami. erci. l. inter coheredes. §. quod ex facto.* 4 Item supra *de Iusti. l. sed & si quis. in fi.* Item C. *de fideicom. lib. l. si quis in testamento.* 5 Item ĩ. *quod quisque iur. l. iij. §. si ∞.*

f Damnũ sentire non videtur qui sibi damnum dedit.

l MInus. ¶ Licet (quantum ad iuris intellectum) qui actionẽ habet, rem habere videatur: *vt ĩ. eo. qui actionem.* tamen quantum ad executiones factorum sæpe est aliter. nam euentus executionis & sententiæ est incertus, & consideranda est mora quæ datur iudicatis. Item sumptus in petẽdo faciendi: *vt sup. de pæn.*

pecu. l. quod debetur. Item & quantum ad satisdationem de iudicio sisti non videtur habere rem, qui habet actionem: *vt ff. qui satisd. cog. l. si i. ndum. §. fundum. & §. diuersa.*

PLerumque [a] fit, vt etiam ea quæ nobis abire possint, proinde in eodē statu sint, atque si nō essēt eius conditionis, vt abire possent. & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus.

CCVI. IDEM *libro nono ex variis Lectionibus.*

IVre naturæ [b] æquum est, neminem cū alterius detrimēto & iniuria fieri locupletiorē.

CCVII. VLPIANVS *libro primo ad legem Juliam & Papiam.*

REs †iudicata [c], pro veritate accipitur.

CCVIII. PAVLVS *libro tertio ad legem Juliam & Papiam.*

a *PLerumque.* ¶Si quid fisco obligaui sub hac condi. vt si pecunia non sit soluta certa die, liceat ei vendere: licet possit abire res à me, pecunia non soluta quia fiscus vendet: interim tamen est mea, & vindicare, & alienare, & seruitutem * imponere possum. ¶Quod ergo dicit, plerunque: ideo dicit, quia quandoque videmur non habere quod sic habemus vt à nobis possit auelli: *vt ff. de leg. j. l. non quocunque. & ff. de solu. l. etiam. & C. cōmunia de leg. l. fi. §. sed quia.* ¶Itē quod subiicit, etiā &c. q. d. non solum ea quæ purè possidemus: *vt in d. §. sed quia.* ¶Itē quod dicit, vindicare: dic etiam & condicere cōdictione furtiua, si interim surripiatur: *vt supra de condic. fur. l. si seruus.* Item & furti agere: *vt supra de fur. l. si quis vxori. §. fi. & ad idem sup. de rei vin. l. non ideo.* ¶Item quod dicit interdum: ideo dicit, quia quandoque non vindicamus, nec alienamus: sed forte fiscus iam legitimè alienauit, & sic dominium transtulit: *vt Instit. qui. alie. licet. §. j.* ¶Item quod dicit alienare, scilicet cum sua causa: *vt C. de distract. pig. l. si debitor.* ¶Item quod de seruitute dicit. *sup. quemad. ser. amit. l. is cui §. heres.* & id quod hac. l. dicitur, est quandocunq; rem mihi debeas ex contractu aliquo, & antequam tradas, possis hoc facere: *ar. sup. de contrah. emp. l. si sciens.* ¶Sed quid dices in [b] legatis sub conditione relictis? nunquid conditione pendente poterunt alienari? Respon. vtique: *vt sup. de fideicom. lib. l. generaliter. §. quotiēs. & de leg. j. l. seruo. §. j. & ad Treb. l. Marcellus. §. res quæ.* nisi in casu: *vt supra qui & à qui. l. generaliter. §. j.* & ideo illud, quia libertas difficilius reuocatur: & ideo difficilius datur. Hodie tamen videtur contra scilicet vt nunquam possit alienari res legata sub conditione: quod dic vt. *C. communia de leg. l. fi. §. sin autem.*

b *IVre naturæ.* ¶Si pupillus mutuam acceperit pecuniam, & locupletior ex ea factus soluat, non repetet: nec enim æquum est eum locupletari cum alterius damno: *vt sup. de condic. inde. l. nam natura. §. pen. & l. seq.* 2 Item pone vt *C. de vsuc. pro emptore. l. fi. & C. de episc. & cle. l. si quis presbyter.* 3 Item pone vt *supra de peti. here. §. plane.* ¶Hæc autem regula fallit [c] in vsucap. & præscript. quæ auferunt præscribendi commodum cum alterius dāno. 2 Item in expensis in aliena re factis: *vt supra de do. excep. l. Paulus.* 3 Item *Cod. de non num. pec. l. in contractibus.* sed prædictis & similib. oppositionib. respōdeas: quia licet fiat cū aliena iactura, tamen nō [d] fit cū aliena iniuria, cū fiat legum auctoritate.

c *REs iudicata.* ¶Habetur pro veritate inter [e] litigātes, vt act. excep. pariat, non [f] quòd faciat ius: *vt supra de condi. indebi. l. Julianus.* 2 Item quoad quosdam patientes, de quibus habes quatuor exempla: *vt sup. de re iudi. l. sæpe.* 3 Item quandoque quo ad omnes: vt quando sententia facit ius quod est in casibus: *vt supra de sta. hom. l. ingenuum, & de li. ag. l. j. in fi. & l. seq.* 2 Item pone in querela inofficiosi testamenti: *vt supra de inoffi. test. l. Papinianus. §. vltim.* ¶Item prædicta [g] vera quando potest retractari, vel quia nulla est: *vt C. quando prouo. non est necess. l. j. & ij.* vel aliquo modo rescindi. quo dic per exempla: *vt supra de iureiuran. l. admonendi. & Co. si ex fal. instru. per totum. & supra de dolo. l. cum à te. & Cod. de procu. l. licet. & de aduo. diuer. iu. l. j. & supra de iure fisci. l. si fiscus. & l. ij. §. diuus. & Co. de iur. & fac. ignoran. l. j. & per totum. & supra de re iud. l. imperatores. & supra de qua. l. j. §. fin. & de pœnis. l. diui fratres. §. j.* Prædictis autem casibus non habetur pro veritate etiam quo ad effectum, ex quo erat recisa. Illud autem erat quæstionis, an [a] dicatur res iudicata, quando adhuc potest appellari dicunt quidam quòd non: *vt ar. supra de condic. indebi. l. eleganter. §. si quis.* Sed dic cōtra, *per eandem l. & per l. C. de appella. l. litigatoribus.* Non tamen habetur pro veritate, nisi transeat in rem iudicatam. item iusiurandum habetur pro veritate: *vt supra de iureiuran. l. sed & si possessori. §. si iurauero.* Accur.

a m. Cupelam vos. de seruit. vrb. prædi. c. 4. num. 7.

* Cōtra. sed in c. cum inter. ex. de re iudi.

b Cōditione legatū alienare heres possit.

c Locupletari cum alterius iniuria quibus casibus quis possit.

d Non fit cum aliena iniuria quod legū authoritate.

e Res iudicata inter quos pro veritate habeatur.

f Res iudicata an & quando ius faciat vel non faciat ius.

g Res iudicata pro veritate habetur vel quia potest retractari, vel quia nulla est vel aliquo modo rescindi.

NOn potest [d] videri desisse habere, qui nunquam habuit.

CCIX. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SEruitutem [e] mortalitati ferè comparamus *.

CCX. LICINNIVS RVFINVS *libro secundo Regularum.*

QVæ ab initio [f] inutilis fuit institutio: ex postfacto † conualescere non potest.

CCXI. PAVLVS *libro sexagesimo ad Edictum *.*

SEruus [g], reipublicæ causa abesse non potest.)

EXPLICIT LIBER. L. FELICITER.

d *NOn potest.* ¶Pone vt *ff. de suis & legitim. l. nulla.* 2 Itē pone quòd Titio legaui vsumfructū serui: & cū ad desineret prine re, legaui ei libertatē, si Titius nō habuerit, vel quia prædecessit, vel quia nō est capax, nō erit liber: nec videtur desinere vsusfruct. vt quia nec cœperat: *vt supra de cond. & demon. l. Titio.* Inde est quòd creditor non potest experiri Pauliana quòd habere desierit debitor quod non acquisiuit: *vt supra. quæ in fran. cred. l. quod autem. in principio.* Item nec maritus contra vxorem: *vt supra de don. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. si maritus. & §. si quis rogatus.* ¶Impropriè tamen quandoque dicitur quid desinere, quod [h] non cœpit: *vt supra vsufruct. quemadmo. caueat. l. iij. §. desinere. & de euic. l. qui alienam.* sicut & finitur aliquid quod non cœpit: *vt supra de condi. ob cau. l. si extraneus.* Sed & desinere & amittere videtur libertus qui obtinere noluit: *vt supra si quid in fran. p. t. l. j. §. verum. in fin.* Item Dauid dicit Liberasti animam meam de inferno inferiori domine. & tamen nunquam fuit in inferno: aliter nulla esset redemptio. Item amittitur [e] quod non habetur: *vt supra de euic. l. fi. & facit supra eo. l. non videtur rem amittere & dic vt ibi.* Accur.

e *SEruitutem.* ¶Si quis fiat seruus, pro mortuo habetur: nam testamentum facere non potest, nec esse testis, vel iudex, vel arbiter: *vt ff. de testa. l. si filius. & l. qui testamento. §. seruus. & C. de testa. l. quoniam. & supra de arbi. l. parui. §. si in seruum. & de iudi. l. cum prætor.* Item matrimonium soluitur: vt in *Auth. de nup. §. sed etiam continet. tit.* ¶Fere [d] autem ideo dicit, quia si fiat seruus hostium, & redeat: nec captus videtur. vel forte propter ea quæ diximus *sup. eo. l. quod attinet.* ¶Item facit *sup. de cond. & demon. l. inter diem in fin. & de dona. inter virum & vxorem. l. cum hic. §. si donator.* Accur.

f *QVæ ab initio.* ¶Si impubes vel furiosus testetur, non valet: licet pubes vel sanæ mentis postea factus fuerit: *vt Instit. qui testa. face. poss. §. præterea.* Sed [e] contra *supra de here. instit. l. qui soluendo.* Sed ibi fauore libertatis. 2 Item contra *supra de testa. mili. l. neque aliàs. iij.* sed ibi militiæ fauore. & eodem modo ad aliàs *in eo. tit. l. tribunus. §. j. & l. si filiusfa. §. j.* 3 Item contra *supra de lega. iij. l. j. §. j.* Solu. ibi in fideicomm. hic in institutione. ¶Item contra *supra de acquiren. hered. l. si seruus eius qui.* sed ibi quando per alium quis fit heres, hic quando per se. ¶Item facit. *ff. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. placet.* Sed arg. contra. *ff. de ritu. nupt. l. si quis senatoria.* Cætera dic vt *ff. eo. l. quod initio.* Accur.

g *SEruus.* ¶Si quis seruum in iudicio sisti promiserit sub pœna iisdem exceptionibus vtitur, quibus si pro libero fideiussisset, vteretur: præterquam si dicatur absuisse causa republic. quia seruus reipublic. causa abesse non potest: *vt ff. si quis cau. l. si quis seruum. & l. si is.* ¶Qui [f] autem dicantur causæ reipubli. abesse: habes: *supra ex quib. cau. l. qui mittuntur. & pluribus aliis in eod. tit. & supra de iure immu. l. semper. §. negotiatores.* Ab hac. l. excipe communis error interueniat: *vt supra de off. præto. l. Barbarius.* Accursius.

a Res iudicata dicitur etiā si ab ea possit appellari. Adde ad hanc quæst. Ancor. Cons. in fin. sup. in verb. appellatio 1. ... operatur. ... quod ... post contractum ... condemnatus fuerit, supra de dono.

* Adsimulamus l. eo. sup. de cōdit. & demonst.

† tractu temporis.

* Inclusa parenthesi desunt in archetypo Flor. Ant. Aug. li. 1. c. 1. & lib. 3. ...

h Desinere in proprie dicitur quod non cœpit.

e Amittitur improprie quod nūquam habitum est.

d Serui fere mortuis comparantur.

e Ex post facto quæ conualescunt.

f Abesse reipublica causa qui dicantur.

FINIS.